BIBLIA SACRA VARIARUM TRANSLATIONUM : TRIBUS TOMIS DISTINCTA:...

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
M8
19 — M
37

Digitized by Google

D. 7.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SACRORVM

BIBLIORVM

PARS

ALTERA.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆFATIO

SANCTI HIERONYMI

PRESBYTERI

Ad Domnionem & Rogatianum in ESDRAM & NEHEMIAM.

VTRVM difficilius sit, facere quod poscitis, an negare, nedum statui. nam neque vobis aliquid imperantibus abnuere, sententiæ est: & magnitudo oneris impositi ita ceruices premit, vt ante sub fasce ruendum sit, quàm leuandum. Accedunt ad hoc inuidorum studia; qui omne quod scribimus, reprehendendum putant: & interdum contra se conscientia repugnante, publice lacerant quod occulte legunt, intantum vt clamare compellar, & dicere: Domine, libera animam meam à labiis iniquis, & à *Psal. 119.*
lingua dolosa. Tertius annus est quod semper scribitis atque rescribitis, vt Esdræ librum & Esther, vobis de Hebræo transferam: quasi non habeatis Græca & Latina volumina: aut quidquid illud est quod a nobis vertitur, non statim ab omnibus conspuendum sit. Frustra autem, vt ait quidam, niti, neque aliud fatigando nisi odium quærere, extremæ dementiæ est. Itaque obsecro vos mi Domnion & Rogatiane charissimi, vt priuata lectione contenti, libros non efferatis in publicum, nec fastidiosis cibos ingeratis: vitetisque eorum supercilium, qui iudicare tantum de aliis, & ipsi facere nihil nouerunt. Si qui autem fratrum sunt quibus nostra non displicent, his tribuatis exemplar; admonentes vt Hebræa nomina, quorum grandis in hoc volumine copia est, distincte & per interualla transcribant. Nihil enim proderit emendasse librum, nisi emendatio, librariorum diligentia, conseruetur. Nec quemquam moueat quod vnus a nobis liber editus est: nec apocryphorum tertii & quarti somniis delectetur: quia & apud Hebræos Esdræ Nehemiæque sermones in vnum volumen coarctantur, & quæ non habentur apud illos, nec de viginti quattuor senibus sunt, procul abiicienda. Siquis autem Septuaginta vobis opposuerit interpretes, quorum exemplaria varietas ipsa lacerata & inuersa demonstrat: nec potest vtique verum asseri quod diuersum est: mittite eum ad Euangelia: in quibus multa ponuntur quasi de Veteri testamento, quæ apud Septuaginta interpretes non habentur, velut illud, Quoniam Nazaræus vocabitur. &, Ex Ægypto vocaui filium meum. &, Videbunt in quem compunxerunt. multaque alia, quæ latiori operi reseruamus: & quærite ab eo vbi scripta sint. cumque proferre non potuerit, vos legite de his exemplaribus quæ nuper a nobis

Digitized by Google

...otidie linguis confodiuntur. Sed vt ad compendium ve-
...us sum, æquissimum est. Edidi aliquid quod non habetur
...etur quam à me versum est: Quid interpretem laniant?
... ipsis auctoribus, translationi meæ vel arrogent vel dero-
... est, si clausis, quod dicitur, oculis mihi volunt maledi-
... Græcorum studium ac beneuolentiam, qui post Septua-
... Christi Euangelio coruscante, Iudæos & Hebionitas
...tes, Aquilam videlicet & Symmachum, & Theodotionem,
... per Origenis laborem in hexaplis, ecclesiis dedicarunt. Quan-
...ari esse deberent, quod exultantem cernerent Græciam à se ali-
...ari? Primum enim magnorum sumptuum est & infinitæ difficultatis, exemplaria posse habere omnia: deinde etiam qui habuerint, & Hebræi sermonis ignari sunt, magis errabunt, ignorantes quis è multis verius dixerit. Quod etiam sapientissimo cuidam nuper apud Græcos accidit, vt interdum Scripturæ sensum relinquens, vniuscuiusque interpretis sequeretur errorem. Nos autem qui Hebrææ linguæ saltem paruam habemus scientiam, & Latinus nobis vtcumque sermo non deest, & de aliis magis possumus iudicare, & ea quæ ipsi intelligimus, in nostra lingua promere. Itaque licet hydra sibilet, victorque Sinon incendia iactet: numquam meum iuuante Christo, silebit eloquium: etiam præcisa lingua balbutiet. Legant qui volunt: qui nolunt abjiciant. Euentilent apices, litteras calumnientur: magis vestra charitate prouocabor ad studium, quam illorum detractione & odio deterrebor.

d by Google

EIVSDEM AD CHROMATIVM & Eliodorum in TOBIAM præfatio.

MIRARI non desino exactionis vestræ instantiam. exigitis enim vt librum Chaldæo sermone conscriptum, ad Latinum stylum traham; librum vtique Tobiæ, quem Hebræi de catalogo diuinarum scripturarum secantes, his quæ hagiographa memorant, manciparunt. Feci satis desiderio vestro, non tamen meo studio. Arguunt & nos Hebræorum studia: & imputant nobis, contra suum canonem Latinis auribus ista transferre. Sed melius esse iudicans Pharisæorum displicere iudicio, & Episcoporum iussionibus deseruire, institi vt potui. Et quia vicina est Chaldæorum lingua sermoni Hebraico; vtriusque linguæ peritissimum loquacem reperiens, vnius diei laborem arripui: & quidquid ille mihi Hebraicis verbis expressit, hoc ego accito notario sermonibus Latinis exposui. Orationibus vestris mercedem huius operis compensabo cum gratum vobis didicero, me, quod iubere estis dignati, complesse.

EIVSDEM PRÆFATIO in Librum IVDITH.

APVD Hebræos liber Iudith inter hagiographa legitur: cuius auctoritas ad roboranda illa quæ in cõtentionem veniunt, minus idonea iudicatur. Chaldæo tamen sermone conscriptus, inter historias computatur. Sed quia hunc librum synodus Nicæna in numero sanctarum Scripturarum legitur computasse, acquieui postulationi vestræ, immo exactioni: & sepositis occupationibus, quibus vehementer arctabar, huic vnam lucubratiunculam dedi, magis sensum è sensu, quam ex verbo verbum transferens. Multorum codicum varietatem vitiosissimam amputaui: sola ea, quæ intelligentia integra in verbis Chaldæis inuenire potui, Latinis expressi. Accipite Iudith viduam, castitatis exemplum, & triumphali laude perpetuis eam præconiis declarate. Hanc enim non solum fœminis, sed & viris imitabilem dedit, qui castitatis eius remunerator, virtutem ei talem tribuit, vt inuictum omnibus hominibus vinceret, & insuperabilem superaret.

Digitized by Google

EIVSDEM IN LIBRVM
ESTHER *præfatio.*

LIBRVM Esther variis translatoribus constat esse vitiatum: quem ego de archiuiis Hebræorum reuelans, verbum è verbo expressius transtuli. Quem librum editio vulgata, laciniosis hinc inde verborum finibus trahit, addens ea quæ ex tempore dici poterant, & audiri: sicut solitum est scholaribus disciplinis, sumpto themate, excogitare quibus verbis vti potuit qui iniuriã passus est, vel qui iniuriam fecit. Vos autem ô Paula & Eustochium, quoniam & bibliothecas Hebræorum studuistis intrare, & interpretum certamina comprobastis, tenentes Esther Hebraicum librum, per singula verba nostram translationem aspicite; vt possitis agnoscere, me nihil etiam augmentasse addendo, sed fideli testimonio simpliciter, sicut in Hebræo habetur, historiam Hebraicam Latinæ linguæ tradidisse. Nec affectamus
Psal. laudes hominum, nec vituperationes expauescimus. DEO enim placere curantes,
51. minas hominum penitus non timemus: quoniam Deus dissipat ossa eorum qui homi-
Gal. 1. nibus placere desiderant: & secundũ Apostolum, Qui eiusmodi sunt, serui CHRISTI esse non possunt. Rursum, in libro Esther alphabetum ex minimo vsque ad Teth litteram fecimus diuersis in locis, volentes scilicet Septuaginta interpretum ordinem per hoc insinuare studioso lectori. Nos enim iuxta morem Hebraicum, ordinem prosequi etiam in Septuaginta editione maluimus.

Digitized by Google

EIVSDEM PRÆFATIO in Librum IOB.

COGOR per singulos scripturæ diuinæ libros aduersariorum respondere maledictis: qui interpretationem meam, reprehēsionem Septuaginta interpretum criminantur: quasi non & apud Græcos Aquila, Symmachus, & Theodotio, vel verbum è verbo, vel sensum è sensu, vel ex vtroque cōmixtum, & mediè temperatum genus trāslationis expresserint: & omnia Veteris instrumēti volumina Origenes obelis asteriscisque distinxerit, quos vel additos, vel de Theodotione sumptos, translationi antiquæ inseruit, probans defuisse, quod additum est. Discant igitur obtrectatores mei recipere in toto, quod in partibus susceperunt, aut interpretationem meam cum asteriscis suis radere. Neque enim fieri potest, vt quos plura intermisisse susceperint, non eosdem etiam in quibusdam errasse fateātur, præcipuè in Iob: cui si ea quæ sub asteriscis addita sunt, subtraxerit, pars maxima detruncabitur. & hoc dumtaxat apud Græcos. Cæterum apud Latinos, ante eam translationem, quam sub asteriscis, & obelis nuper edidimus, septingenti fermè aut octingenti versus desunt; vt decurtatus & laceratus, corrosusque liber fœditatem sui publicè legentibus præbeat. Hæc autem translatio nullum de veteribus sequitur interpretem: sed ex ipso Hebraico, Arabicoque sermone, & interdum Syro, nunc verba, nunc sensus, nunc simul vtrumque resonabit. Obliquus enim etiam apud Hebræos totus liber fertur, & lubricus: & quod Græci rhetores vocant, ἐσχηματισμένος, dum qui aliud loquitur, aliud agit: vt si velis anguillam, vel murenulam strictis tenere manibus, quāto fortius presseris, tanto citius elabitur. Memini me ob intelligentiam huius voluminis, Lyddæū quendam præceptorem, qui apud Hebræos primus haberi putabatur, non paruis redemisse nummis: cuius doctrina an aliquid profecerim, nescio: hoc vnum scio, non potuisse me interpretari, nisi quod ante intellexeram. A principio itaque voluminis, vsque ad verba Iob, apud Hebræos prosa oratio est. Porro à verbis Iob, in quibus ait, Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, cōceptus est homo: vsque ad eū *Iob 42.* locum, vbi ante finem voluminis scriptum est. Idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla, & cinere: hexametri versus sunt, dactylo, spondeoque currentes: & propter linguæ idioma, crebo recipientes, & alios pedes, non earumdem syllabarum, sed eorumdem temporum. Interdum quoque rythmus ipse dulcis, & tinnulus fertur numeris pedum solutis: quod metrici magis, quàm simplex lector intelligunt. A supradicto autem versu vsque ad finem libri, paruum comma quod remanet, prosa oratione contexitur. Quod si cui videtur incredulum, metra scilicet esse apud Hebræos, & in morem nostri Flacci, Græcique Pindari, & Alcæi, & Sapphus, vel Psalterium, vel Lamentationes Ieremiæ, vel omnia fermè scripturarum cantica cōprehendi; legat Philonem, Iosephum, Origenem, Cæsariensem Eusebium, & eorum testimonio me verum dicere comprobabit. Audiant quapropter canes mei, idcirco me in hoc volumine laborasse, non vt interpretationem antiquam reprehenderem, sed vt ea quæ in illa, aut obscura sunt, aut omissa, aut certè scriptorum vitio deprauata, manifestiora nostra interpretatione fierent: Vt qui Hebræorum sermonem ex parte didicimus, & in Latino penè ab ipsis cunabulis inter grammaticos, & rhetores, & philosophos detriti sumus. Quòd si apud Græcos post Septuaginta editionem, iam CHRISTI Euangelio coruscante, Iudæus Aquila, & Symmachus, ac Theodotio, Iudaizantes hæretici sunt recepti, qui multa mysteria Saluatoris subdola interpretatione celarunt, & tamen in ἑξαπλοῖς habentur apud ecclesias, & explanantur ab ecclesiasticis viris: quanto magis ego Christianus, & de parentibus Christianis natus, & vexillum crucis in mea fronte portans, cuius studium fuit omissa repetere, de-

prauata corrigere, & sacramenta Ecclesiæ puro, & fideli aperire sermone; vel à fastidiosis, vel à malignis lectoribus non debeo reprobari? Habeant qui volunt veteres libros, vel in membranis purpureis auro, argentoque descriptos, vel vncialibus, vt vulgo aiunt, litteris onera magis exarata, quàm codices: dummodo mihi, meisque permittant pauperes habere schedulas, & non tam pulchros codices, quàm emendatos. Vtraque autem editio, & Septuaginta iuxta Græcos, & mea iuxta Hebræos, in Latinum meo labore translata est. Eligat vnusquisque quod vult: & studiosum me magis, quàm maleuolum probet.

ALIA EIVSDEM *Præfatio.*

SI aut fiscellam iunco texerem, aut palmarum folia complicarem, vt in sudore vultus mei comederem panem, & ventris opus sollicita mente pertractarem; nullus morderet, nemo reprehenderet. Nunc autem quia iuxta sententiam Saluatoris, volo operari cibum, qui non perit, & antiquam diuinorum voluminum viam sentibus virgultisque purgare, error mihi geminus infligitur: corrector vitiorum, falsarius dicor, & errores non auferre, sed serere. Tanta est enim vetustatis consuetudo, vt etiam confessa plerisque vitia placeant: dum magis pulchros habere volunt codices, quàm emendatos. Quapropter, ô fratres dilectissimi, vnicum nobilitatis, & humilitatis exemplar, pro flabello, calathis, sportellisque, munusculis monachorum, spiritalia hæc, & mansura dona suscipite; ac beatum Iob, qui adhuc apud Latinos iacebat in stercore, & vermibus scatebat errorum, integrum immaculatumque gaudete. Quomodo enim post probationem atque victoriam, duplicia sunt ei vniuersa reddita; ita ego in lingua nostra, vt audacter loquar, feci eum habere, quæ amiserat. Igitur & vos, & vnumquemque lectorem solita præfatione commoneo, & in principiis librorum eadem semper annectens, rogo, vt vbicumque præcedentes virgulas videritis, sciatis ea quæ subiecta sunt, in Hebraicis voluminibus non haberi. Porro vbi stellæ imago præfulserit, ex Hebræo in sermone nostro addita sunt. necnon & illa, quæ haberi videbantur, & ita corrupta erant, vt sensum legentibus tollerent, orantibus vobis magno labore correxi: magis vtile quid ex otio meo ecclesiis CHRISTI venturum ratus, quàm ex aliorum negotio.

EIVS-

EIUSDEM IN PSALTERIUM QUOD

[illegible]

EIUSDEM [illegible]

[illegible]

AD PAVLAM, ET EVSTOCHIVM in translationem ISAIAE *ex Hebraica veritate eiusdem praefatio.*

N[illegible]

EIVS

EIVSDEM IN IEREMIAM *præfatio.*

IEREMIAS Propheta, cui hic prologus ſcribitur, ſermone quidem apud Hebræos Iſaiæ & Oſee & quibuſdam aliis prophetis videtur eſſe ruſticior, ſed ſenſibus par eſt: quippe qui eodem ſpiritu prophetauerit. Porro ſimplicitas eloquij, à loco ei in quo natus eſt, accidit. Fuit enim Anathothites, qui eſt vſque hodie viculus, tribus ab Ieroſolymis diſtans millibus, ſacerdos ex ſacerdotibus, & in matris vtero ſanctificatus: virginitate ſua euangelicum virum CHRISTI Eccleſiæ dedicans. Hic vaticinari exorſus eſt puer: & captiuitatem vrbis atque Iudææ, non ſolum ſpiritu, ſed & oculis carnis intuitus eſt. Iam decem tribus Iſrael Aſſyrij in Medos tranſtulerant: iam terras earum, coloniæ Gentium poſſidebant. Vnde in Iuda tantum, & in Beniamin prophetauit: & ciuitatis ſuæ ruinas quadruplici plaxit alphabeto, quod nos menſuræ metri, verſibuſque reddidimus. Præterea ordinem viſionum, qui apud Græcos & Latinos omnino confuſus eſt, ad priſtinam fidem correximus. Librum autem Baruch notarij eius, qui apud Hebræos nec legitur, nec habetur, prætermiſimus: pro his omnibus maledicta ab æmulis præſtolantes, quibus me neceſſe eſt per ſingula opuſcula reſpondere. Et hoc patior: quia vos me cogitis. Cœterum ad compendium mali, rectius fuerat modum furori eorum ſilentio meo ponere, quam quotidie noui aliquid ſcriptitantem, inuidorum inſaniam prouocare.

EIVSDEM IN EZECHIELEM *præfatio.*

EZECHIEL Propheta cum Ioachin rege Iuda captiuus ductus eſt in Babylonem: ibique iis qui cum eo captiui fuerant, prophetauit, pœnitentibus quòd ad Ieremiæ vaticinium ſe vltro aduerſariis tradidiſſent, & viderent adhuc vrbem Ieroſolymam ſtare, quam ille caſuram eſſe prædixerat. Triceſimo autem ætatis ſuæ anno, & captiuitatis quinto, exorſus eſt ad cõcaptiuos loqui, Et eodem tẽpore, licet poſterior, hic in Chaldæa, Ieremias in Iudæa prophetauerunt. Sermo eius nec ſatis diſertus, nec admodum ruſticus eſt: ſed ex vtroque medie temperatus. Sacerdos & ipſe fuit, ſicut Ieremias: principia voluminis & finem magis habens obſcuritatibus inuoluta. Sed & vulgata eius editio non multum diſtat ab Hebraico. Vnde non ſatis miror quid cauſæ extiterit, vt ſi eoſdem in vniuerſis libris habemus interpretes: in aliis eadem, in aliis diuerſa tranſtulerint. Legite igitur & hunc iuxta tranſlationem noſtram: quoniam per cola ſcriptus & commata, manifeſtiorem legentibus ſenſum tribuit. Si autem amici mei & hunc ſubſannauerint; dicite eis quòd nemo eos compellat vt ſcribant. Sed vereor ne illud eis eueniat quod Græce ſignificantius dicitur, vt vocentur φαγολοίδοροι, quod eſt, manducantes ſannas.

EIVSDEM IN DANIELEM *præfatio.*

DANIELEM Prophetam iuxta Septuaginta interpretes, Domini Saluatoris ecclesiæ non legunt, vtẽtes Theodotionis editione: & hoc cur acciderit, nescio. Siue enim quia sermo Chaldaicus est, & quibusdam proprietatibus à nostro eloquio discrepat, noluerunt Septuaginta interpretes easdem linguæ lineas in translatione seruare: siue sub nomine eorum ab alio nescio quo non satis Chaldæam linguam sciente, editus est liber: siue aliud quid causæ extiterit ignorans: hoc vnum affirmare possum, quod multum à veritate discordet, & recto iudicio repudiatus sit. Sciendum quippe est Danielem maxime & Esdram Hebraicis quidem litteris, sed Chaldæo sermone conscriptos; & vnam Ieremiæ pericopen: Iob quoque cum Arabica lingua plurimam habere societatem. Denique & ego adolescentulus post Quintiliani & Tullij lectionem, ac flores rethoricos, cum me in linguæ huius pistrinum reclusissem: & multo sudore, multoque tempore vix cœpissem anhelantia stridentiaque verba resonare, & quasi per cryptam ambulans, rarum desuper lumen aspicerem, impegi nouissime in Danielem: & tanto tædio affectus sum, vt desperatione subita omnem laborem veterem voluerim contemnere. Verum adhortante me quodam Hebræo, & illud mihi crebrius in sua lingua ingerente, Labor improbus omnia vincit: & qui mihi videbar sciolus, inter Hebræos cœpi rursus esse discipulus Chaldaicus. Et vt verum fatear, vsque ad præsentem diem magis possum sermonem Chaldaicum legere & intelligere, quàm sonare. Hæc idcirco refero, vt difficultatem vobis Danielis ostenderem: qui apud Hebræos nec Susannæ habet historiam, nec hymnum trium puerorum, nec Belis, draconisque fabulas: quas nos, quia in toto orbe dispersæ sunt, veru anteposito, easque iugulante subiecimus: ne videremur apud imperitos magnam partem voluminis detruncasse. Audiui ego quendam de præceptoribus Iudæorum, cum Susannæ derideret historiam, & à Græco nescio quo eam diceret esse confictam: illud opponere quod Origeni quoq; Africanus opposuit, etymologias has ἀπὸ τῶν χοίνω χοίσαι, καὶ ἀπὸ τῶν πρίνω πρίσαι, de Græco sermone descendere. Cuius rei nos intelligentiam nostris hanc possumus dare: Vt verbi gratia, dicamus de arbore illice dixisse eum, illico pereas: & à lentisco, in lentem te comminuat Angelus: vel non lente pereas: aut lentus, id est flexibilis ducaris ad mortem: siue aliud quid ad arboris nomen cõueniens. Deinde tantum fuisse otij tribus pueris cauillabatur, vt in camino æstuantis incendij metro luderent: & per ordinem ad laudem Dei omnia elementa prouocarent, aut quod miraculum, diuinæque aspirationis indicium, vel draconem interfectum offa picis, vel sacerdotum Belis machinas deprehensas: quæ magis prudentia solertis viri, quam prophetali essent spiritu perpetrata? Cum vero ad Habacuc veniret, & de Iudæa in Chaldæã raptum discophorum lectitaret, quærebat exemplum vbi legissemus in toto veteri testamento quemquam sanctorum graui volasse corpore, & in puncto horæ tanta terrarum spatia transisse, cui cum quidam è nostris satis ad loquendum promptulus, Ezechielem adduxisset in medium, & diceret eum de Chaldæa in Iudæam fuisse translatum: derisit hominem, & ex ipso volumine demonstrauit Ezechielem in spiritu se vidisse transpositum. Denique & Apostolum nostrum, videlicet vt eruditum virum, & qui legem ab Hebræis didicisset, non fuisse ausum affirmare se raptum in corpore, sed dixisse, Siue in corpore, siue extra corpus: nescio, Deus scit. His & talibus argumentis apocryphas in libro Ecclesiæ fabulas arguebat. Super qua re lectoris arbitrio iudiciũ derelinquens, illud admoneo, non haberi Danielem apud Hebræos inter prophetas: sed inter eos qui hagiographa conscripserunt. In tres siquidem partes omnis ab eis

Scri-

Scriptura diuiditur: in legem, in prophetas, & in hagiographa, id est in quinque & octo, & in vndecim libros: de quo non est huius temporis disserere. Quæ autem ex hoc propheta, immo contra hunc librum Porphyrius obijciat: testes sunt Methodius, Eusebius, & Apollinarius: qui multis versuum millibus eius vesaniæ respondentes, nescio an curioso lectori satisfecerint. Vnde obsecro vos O Paula & Eustochium, fundatis pro me ad Dominum preces: vt quamdiu in hoc corpusculo sum, scribam aliquid gratum vobis, vtile Ecclesiæ, dignum posteris. Præsentium quippe iudicijs oblatrantium non satis moueor: qui in vtramque partem, aut amore labuntur, aut odio.

EIVSDEM IN XII. Prophetas præfatio.

NOn est idem ordo duodecim prophetarum apud Hebręos, qui est apud nos. Vnde secundum id quod ibi legitur; hic quoque dispositi sunt, Osee commaticus est, & quasi per sententias loquens. Ioel planus in principiis: in fine obscurior. Et vsque ad Malachiam, habent singuli proprietates suas: quem Esdram scribam, legisq; doctorem Hebræi autumant. Et quia longum est nunc de omnibus dicere: hoc tantum vos ò Paula & Eustochium admonitas volo, vnum librum esse duodecim prophetarum: & Osee synchronon Isaiæ: Malachiam vero Aggæi & Zachariæ fuisse temporibus. In quibus autem tempus non præfertur in titulo; sub illis eos regibus prophetasse, sub quibus & hi qui ante eos habent titulos prophetauerunt.

Digitized by Google

LIBRI PRIMI
ESDRAE.
Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM.

Ier. 25. 12. & 29. 10. 2. Par. 36.22.

IN anno primo Cyri regis Persarum vt complere-
tur verbum Domini ex ore Ieremiæ, suscitauit
Dominus spiritum Cyri regis Persarum: & tra-
duxit vocem in omni regno suo, etiam per scriptu-
ram, dicens:
Hæc dicit Cyrus rex Persarum: Omnia regna ter-
ræ dedit mihi Dominus Deus cœli, & ipse præcepit
mihi vt ædificarem ei domum in Ierusalem, quæ est
in Iudæa.

Quis est in vobis de vniuerso populo eius? Sit
Deus illius cum ipso. Ascendat in Ierusalem, quæ est
in Iudæa, & ædificet domum Domini Dei Israel, ip-
se est Deus qui est in Ierusalem.
Et omnes reliqui in cunctis locis vbicumque ha-
bitant, adiuuent eum viri de loco suo argento &
auro, & substantia, & pecoribus, excepto quod
voluntarie offerunt templo Dei, quod est in Ieru-
salem.
Et surrexerunt principes patrum de Iuda, & Ben-
iamin, & Sacerdotes, & Leuitæ, & omnis, cuius Deus
suscitauit spiritum, vt ascenderent ad ædificandum
templum Domini, quod erat in Ierusalem.

Vniuersique qui erant in circuitu, adiuuerunt
manus eorum in vasis argenteis & aureis, in sub-
stantia & iumentis, in supellectili, exceptis his, quæ
sponte obtulerant.
Rex quoque Cyrus protulit vasa templi Domi-
ni, quæ tulerat Nabuchodonosor de Ierusalem, &
posuerat ea in templo Dei sui.
Protulit autem ea Cyrus rex Persarum per ma-
num Mithridatis filij Gazabar, & annumerauit ea
Sassabasar principi Iuda.
Et hic est numerus eorum: Phialæ aureæ triginta,
phialæ argenteæ mille, cultri viginti nouem, scyphi
aurei triginta,
Scyphi argentei secundi quadringenti decem: va-
sa alia mille.
Omnia vasa aurea & argentea quinque millia
quadringenta: vniuersa tulit Sassabasar cum his, qui
ascendebant de transmigratione Babylonis in Hie-
rusalem.

CAP. II.

2. Esdr. 7.6.

HI sunt autem prouinciæ filij, qui ascenderunt
de captiuitate, quam transtulerat Nabuchodo-
nosor rex Babylonis in Babylonem, & reuersi sunt
in Ierusalem & Iudam vnusquisque in ciuitatem
suam.
Qui venerunt cum Zorobabel, Iosue, Nehemia,
Saraia, Rahelaia, Mardochai, Belsan, Mesphar Beg-
nai, Rehum, Baana. Numerus virorum populi Is-
rael:

LIBRI PRIMI
HEZRAE.
Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAPVT PRIMVM.

1 *ET anno primo Chores regis Paras, vt perficeretur
verbum Domini ex ore Irmeiah, suscitauit Do-
minus spiritum Chores regis Paras: & transire
fecit vocem per omne regnum suum, & etiam per scriptu-
ram, dicendo:*
2 *Sic dixit Chores rex Paras: Omnia regna terræ dedit
mihi Dominus Deus cœli: & ipse præcepit mihi, vt ædifi-
cem ei domum in Ierusalaim, quæ est in Iehudah.*

3 *Quis est in vobis de vniuerso populo eius? Sit Deus eius
cum eo. Et ascendat in Ierusalaim quæ est in Iehudah, &
ædificet domum Domini Dei Israel, ipse est Deus qui est in
Ierusalaim.*
4 *Et omnem* Iehudæum, *qui remansit ex omnibus locis
in quibus peregrinatur, subleuabunt viri loci sui argento,
& auro, & substantia, & iumentis, cum oblatione sponta-
nea domus Dei quæ est in Ierusalaim.*

5 *Et surrexerunt principes patrum Iehudah, & Binia-
min, & Sacerdotes, & Leuitæ, omnis cuius suscitauit
Deus spiritum, vt ascenderet ad ædificandum domum
Domini, quæ est in Ierusalaim.*

6 *Et omnes qui erant in circuitu eorum roborauerunt
manus eorum vasis argenteis, & aureis, substantia, & iu-
mentis, & pretiosis præter omne sponte oblatum.*

7 *Rex autem Chores protulit vasa domus Domini quæ
eduxerat Nebuchadnesar de Ierusalaim, & posuerat in
domo Dei sui.*
8 *Et eduxit ea Chores rex Paras per manum Mithre-
dath thesaurarij, & numerauit ea ipsi Sesbasar principi
Iehudah.*
9 *Et isti numeri eorum pollubra aurea triginta, pollubra
argentea mille, cultri nouem, & viginti, cochlearia au-
rea triginta.*
10 *Cochlearia ex argento secundo quadraginta, & decem,
vasa alia mille.*
11 *Omnia vasa aurea, & argentea, quinque millia, &
quadringenta: omnia ascendere fecit Sesbasar cum ascen-
dere faceret captiuitatem è Babel in Ierusalaim.*

CAP. II.

1 *ET isti sunt filij prouinciæ ascendentes de captiuitate
transmigrationis, quam transmigrare fecit Nebu-
chadnesar rex Babel in Babel: & reuersi sunt in Ieru-
salaim, & in Iehudah, vnusquisque in ciuitatem suam.*

2 *Qui venerunt cum Zerubabel, Iesuah, Nechemiah,
Seraiah, Rehelaiah, Mordochai, Bilsan, Mispar, Biguai,
Rechum, Bahanah. Numerus virorum populi Israel.*

Digitized by Google

LIBRI PRIMI ESDRAE.

Transl. ex Septuag.

CAPVT PRIMVM.

In Transl. ex Sep Ro. liber hic secūd locum obtinet, primi vero sedē habet qui sub nomine tertij Esdra extra canonem reiicitur, & in fine huius Secundi Tomi habetur iuxta textum vulgatæ editionis.

1 ET in primo anno Cyri regis Persarum, vt compleretur verbum Domini ex ore Hieremiæ, suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum, & transmisit vocem in omni regno suo, etiam in scriptura, dicens:

2 Sic dixit Cyrus rex Persarum. Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli, & ipse requisiuit super me, ad ædificandum ipsi domum in Hierusalem, quæ in Iudæa.

3 Quis in vobis de vniuerso populo eius? Et erit Deus illius cum eo & ascendet in Hierusalem, quæ in Iudæa, & ædificet domum Dei Israel: ipse est Deus, qui in Hierusalem.

4 Et omnis reliquus ex omnibus locis, vbi ipse habitat ibi, & sument eum viri loci eius in argento, & auro, & apparatu, & pecoribus vna cum voluntario in Domum Dei, quæ in Hierusalem.

5 Et surrexerunt principes patriarum Iuda, & Beniamin, & sacerdotes, & Leuitæ, omnes quorum suscitauit Deus spiritum eorum ascendere ad ædificandum domum Domini, quæ in Hierusalem.

6 Et omnes, qui in circuitu, confortauerunt in manibus eorum in vasis argenti, in auro, in apparatu, & in xenijs præter voluntaria.

7 Et rex Cyrus protulit vasa domus Domini, quæ tulerat Nabuchodonosor de Hierusalem, & dederat ea in domo Dei sui.

8 Et protulit ea Cyrus rex Persarum super manum Mithridatis Gazbarem. Et numerauit ea ipsi Sasabasar principi Iudæ.

9 Et hic numerus eorum: Phialæ aureæ triginta, & phialæ argenteæ mille, mutatoria nouem & viginti,

Cephures aurei triginta,

10 Et argentei duplices quadraginta decem, & vasa alia mille.

11 Omnia vasa auro, & argento quinque millia quadringenta: omnia ascendentia cum Sasabasar a transmigratione e Babylone in Hierusalem.

CAP. II.

1 ET hi filij prouinciæ, ascendentes de captiuitate transmigrationis, quam transmigrare fecerat Nabuchodonosor rex Babylonis in Babylonem: & reuersi sunt in Hierusalem, & Iuda, vir in ciuitatem suam.

2 Qui venerunt cum Zorobabel. Iesus, Neemias, Saraias, Reelias, Mardochæus, Balatan, Masphar, Beguē, Reum, Baana. Virorum numerus populi Israel:

LIBRI PRIMI HEZRAE.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAPVT PRIMVM.

1 *ANno primo Chores regis Paras, vt perficeretur verbum Iehouę ex Ieremiah, excitauit Iehouah spiritū Chores regis Paras, qui edictum promulgauit per vniuersum regnum suum, & etiam scripto, dicendo,*

2 *Sic dixit Chores rex Paras. Omnia regna terrę dedit mihi Iehouah Deus cœli: & ipse præcepit mihi vt ędificem ei domum in Ierusalaim quę est in Iehudah.*

3 *Quis est inter vos de vniuerso populo eius? sit Deus eius cum eo, & ascendat in Ierusalaim quę est in Iehudah, atque ędificet domum Iehouę Dei Israelis (ipse est Deus) quę est in Ierusalaim.*

4 *Quisquis autem remanserit ex omnibus locis in quibus peregrinatur, sublenabunt viri loci sui argento & auro et substantia et iumentis, cum oblatione spontanea domui Dei quę est in Ierusalaim.*

5 *Surrexerunt itaque principes patrum Iehudah et Biniamin, ac Sacerdotes et Leuitę, omnes quorum excitauerat Deus spiritum vt ascenderent ad ędificandum domum Iehouę quę est in Ierusalaim.*

6 *Omnes pręterea qui erant in circuitu eorum roborauerunt manus eorum vasis argenteis & aureis, substantia, & iumentis, & rebus pretiosis: pręter omne quod sponte oblatum est.*

7 *Rex autem Chores protulit vasa domus Iehouę quę transtulerat Nebuchadnesar de Ierusalaim, & posuerat in domo dei sui.*

8 *Protulit inquam ea Chores rex Paras per manum Mithridath thesaurarij, qui numerauit ea ipsi Sesbasar principi tribus Iehudah.*

9 *Et iste numerus eorum: polubra aurea triginta, polubra argentea mille, cultri nouem & viginti:*

10 *Crateres aurei, triginta, crateres argentei, secundi quadringenti & decem vasa alia, mille.*

11 *Omnium vasorum aureorum & argenteorum, quinque millia quadringenta: omnia extulit Sesbasar, quando ascendit captiuitas e Babel in Ierusalaim.*

CAP. II.

1 *ISti autem sunt filij prouincię, qui ascenderunt de captiuitate transmigrationis, quos transmigrare fecerat Nebuchadnesar rex Babel in Babel: & reuersi sunt in Ierusalaim & in Iehudah, singuli in ciuitatem suam.*

2 *Qui venerunt cum Zerubabel. Iesua, Nehemiah, Seraiah, Reelaiah, Mordechai, Bilsan, Mispar, Biguai, Rehum, Baanah. Numerus autem virorum populi Israelis:*

Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
Filii Pharos duo millia centum septuagintaduo.	3	*Filii Parhos duo millia centum septuaginta & duo.*
Filii Sephatia, trecenti septuagintaduo.	4	*Filii Sephathiah trecenti septuaginta & duo.*
Filii Area, septingenti septuagintaquinque.	5	*Filii Arach, septingenti quinque, & septuaginta.*
Filii Phahath Moab, filiorum Iosue: Ioab duo millia octingenti duodecim.	6	*Filii Pachathmoab filiorum Iesiiah, Ioab, duo millia octingenti, & duodecim.*
Filii Aelam mille ducenti quinquagintaquattuor.	7	*Filii Hela, mille ducenti, quinquaginta, & quattuor.*
Filii Zethua, nongenti quadragintaquinque.	8	*Filii Zattu, nongenti, & quadraginta, & quinque.*
Filii Zachai, septingenti sexaginta.	9	*Filii Zacchai, septingenti, & sexaginta.*
Filii Bani, sexcenti quadragintaduo.	10	*Filii Bani, sexcenti quadraginta, & duo.*
Filii Bebai, sexcenti vigintitres.	11	*Filii Bebai, sexcenti viginti, & tres.*
Filii Azgad, mille ducenti vigintiduo.	12	*Filii Hasgad, mille ducenti viginti, & duo.*
Filii Adonicam, sexcenti sexagintasex.	13	*Filii Adonicham, sexcenti sexaginta, & sex.*
Filii Beguai, duo millia quinquagintasex.	14	*Filii Biguai, duo millia quinquaginta, & sex.*
Filii Adin, quadringenti quinquagintaquattuor.	15	*Filii Hadin, quadringenti quinquaginta, & quattuor.*
Filii Ather, qui erant ex Ezechia, nonagintaocto.	16	*Filii Ather ipsi Chizchiiah, nongenti, & octo.*
Filii Besai, trecenti vigintitres.	17	*Filii Besai, trecenti viginti, & tres.*
Filii Iora, centum duodecim.	18	*Filii Iorah, centum, & duodecim.*
Filii Hasum, ducenti vigintitres.	19	*Filii Chasum, ducenti viginti, & tres.*
Filii Gebbar, nonagintaquinque.	20	*Filii Ghibbar, nongenti, & quinque.*
Filii Bethlehem, centum vigintitres.	21	*Filii Bethlechem, centum viginti, & tres.*
Viri Netupha, quinquagintasex.	22	*Viri Nethophah, quinquaginta, & sex.*
Viri Anathoth, centum vigintiocto.	23	*Viri Hanathoth, centum viginti, & octo.*
Filii Azmaueth, quadragintaduo.	24	*Filii Hasmaueth, quadraginta, & duo.*
Filii Cariathiarim, Cephira, & Beroth, septingenti quadragintatres.	25	*Filii Chiriathiharim Chephirah, & Beeroth, septingenti quadraginta, & tres.*
Filii Rama, & Gabaa, sexcenti vigintiunus.	26	*Filii Ramah & Chabah sexcenti viginti, & vnus.*
Viri Machmas, centum vigintiduo.	27	*Viri Michmas centum, & viginti, & duo.*
Viri Bethel, & Hai, ducenti vigintitres.	28	*Filii Bethel, & Hai, ducenti viginti, & tres.*
Filii Nebo, quinquagintaduo.	29	*Filii Nebo, quinquaginta, & duo.*
Filii Megbis, centum quinquagintasex.	30	*Filii Maghbis, centum quinquaginta, & sex.*
Filij Aelam alterius, mille ducenti quinquagintaquattuor.	31	*Filii Helam alterius mille ducenti quinquaginta & quattuor.*
Filij Harim, trecenti viginti.	32	*Filii Harim, trecenti, & viginti.*
Filij Lod Hadid, & Ono, septingenti vigintiquinque.	33	*Filii Lod Chadid, & Ono, septingenti viginti, & quinque.*
Filij Iericho, trecenti quadragintaquinque.	34	*Filii Iericho, trecenti quadraginta, & quinque.*
Filij Senaa, tria millia sexcenti triginta.	35	*Filii Senaah, tria millia, & sexcenti, & triginta.*
Sacerdotes: Filii Iadaia in domo Iosue, nongenti septuaginta tres.	36	*Sacerdotes filii Iedahiah domus Iesuah nongenti septuaginta, & tres.*
Filii Emmer, mille quinquaginta duo.	37	*Filii Immer, mille quinquaginta, & duo.*
Filii Pheshur, mille ducenti quadraginta septem.	38	*Filii Paschur, mille ducenti quadraginta, & septem.*
Filii Harim, mille decem & septem.	39	*Filii Harim mille, & septem decem.*
Leuitæ: Filii Iosue & Cedmihel filiorum Odouia septuagintaquattuor.	40	*Leuitæ filii Iesuah, & Chadmiel filiis Hodaniah septuaginta, & quattuor.*
Cantores: Filii Asaph, centum vigintiocto.	41	*Cantores, filii Asaph, centum viginti, & octo.*
Filii Ianitorum: filii Sellum, filii Ater, filii Telmon, filii Accub, filii Hatita, filii Sobai: vniuersi centum trigintanouem.	42	*Filii Ianitorum filii Sallum, filii Ather, filii Talmon, filii Hacob, filii Chathithah, filii Sobai, omnes centum triginta, & nouem.*
Nathinæi: filii Siha, filii Hasupha, filii Tabbaoth,	43	*Nethinim filii Sichah, filii Chasupha, filii Tabaoth.*
Filii Ceros, filii Siaa, filii Phadon,	44	*Filii Cheros, filii Sihaha, filii Padon,*
Filii Lebana, filii Hagaba, filii Accub,	45	*Filii Lebanah, filii Chaghabah, filii Hacub,*
Filii Hagab, filii Semlai, filii Hanan,	46	*Filii Chaghab, filii Samali, filii Chanan,*
Filii Gaddel, filii Gaher, filii Raaia,	47	*Filii Ghiddel, filii Ghachar, filii Reaiah,*
Filii Rasin, filii Necoda, filii Gazam,	48	*Filii Resin, filii Nechuda, filii Ghazam,*
Filii Aza, filii Phasea, filii Besee,	49	*Filii Huzza, filii Pasech, filii Besai,*
Filii Asena, filii Munim, filii Nephusim,	50	*Filii Asna, filii Mehunim, filii Nephusim,*
Filii Bacbuc, filii Hacupha, filii Harhur,	51	*Filii Bachbuch, filii Chachupha, filii Charchur,*
Filii Besluth, filii Mahida, filii Harsa,	52	*Filii Basluth, filii Mechida, filii Charsa,*
Filii Bercos, filii Sisara, filii Thema,	53	*Filii Barchum, filii Sisra, filii Tamach,*
Filii Nasia, filii Hatipha,	54	*Filii Nesiach, filii Chathipha,*
Filii seruorum Salomonis, filii Sotai, filii Sophereth, filii Pharuda,	55	*Filii seruorum Selomoh, filii Sothai, filii Sophereth, filii Peruda,*

Transl. ex Septuag.		Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
Filii Phares, duo millia centum septuaginta duo.	3	*Filii Paros duo millia centum septuaginta duo.*
Filii Saphatia, trecenti septuaginta duo:	4	*Filii Sephatiah, trecenti septuaginta duo.*
Filii Ares, septingenti septuaginta quinque:	5	*Filii Arah, septingenti & septuaginta quinque.*
Filii Phaath Moab de filiis Iesue Ioab, duo millia octingenti duodecim:	6	*Filii Pahath, Moab, filiorum Iesua, Ioab, duo millia octingenti, & duodecim.*
Filii Ailam, mille ducenti quinquaginta quattuor:	7	*Filii Elam, mille ducenti, quinquaginta quattuor.*
Filii Zattua, nongenti quadraginta quinque:	8	*Filii Zathu, nongenti & quadraginta quinque.*
Filii Zacchu, septingenti sexaginta:	9	*Filii Zacchai, septingenti & sexaginta.*
Filii Banui, sexcenti quadraginta duo,	10	*Filii Bani, sexcenti quadraginta duo.*
Filii Babai, sexcenti viginti tres:	11	*Filii Bebai sexcenti viginti tres.*
Asgad, mille ducenti viginti duo;	12	*Filii Azgad mille ducenti & viginti duo.*
Filii Adonicam, sexcenti sexaginta sex:	13	*Filii Adonicam, sexcenti sexaginta sex.*
Filii Bague, duo millia quinquaginta sex:	14	*Filii Biguai, duo millia quinquaginta sex.*
Filii Addin, quadringenti quinquaginta quattuor:	15	*Filii Adin, quadringenti quinquaginta quatuor.*
Filii Ater ex Ezecia, nonaginta octo:	16	*Filii Ater ipsi Hizciiah, nonaginta octo.*
Filii Bassa, trecenti viginti tres:	17	*Filii Besai, trecenti viginti tres.*
Filii Iora, centum duodecim:	18	*Filii Iorah, centum & duodecim.*
Filii Asum, ducenti viginti tres:	19	*Filii Hasum, ducenti viginti tres.*
Filii Gaber, nonaginta quinque:	20	*Filii Gibbar, nonaginta quinque.*
Filii Bethleem, centum viginti tres:	21	*Filii Beth-lehem, centum viginti tres.*
Filii Netopha, quinquaginta sex:	22	*Viri Netophah, quinquaginta sex.*
Filii Anathot, centum viginti octo:	23	*Viri Anathoth, centum viginti octo.*
Filii Asmoth, quadraginta tres:	24	*Filii Azmaueth, quadraginta duo.*
Filii Cariathiarim, Caphira, & Beroth, septingenti quadraginta tres:	25	*Filii Ciriath-arim, Chephirah, & Beeroth, septingenti quadraginta tres.*
Filii Rama, & Gabaa, sexcenti viginti vnus:	26	*Filii Haramah & Gaba' sexcenti viginti vnus.*
Viri Machmas, centum viginti duo:	27	*Viri Michmas, centum viginti duo.*
Viri Bethel, & Aia, quadringenti viginti tres:	28	*Filii Beth-el, & Ai, ducenti viginti tres.*
Filii Nabu, quinquaginta duo:	29	*Filii Nebo, quinquaginta duo.*
Filii Magebis, centum quinquaginta sex.	30	*Filii Magbis, centum quinquaginta sex.*
Filij Elamar, mille ducenti quinquaginta quattuor.	31	*Filii Elam alterius, mille ducenti quinquaginta quatuor.*
Filij Elam, trecenti viginti:	32	*Filii Harim, trecenti & viginti.*
Filij Lodadi, & Ono, septingenti viginti quinque.	33	*Filii Lod hadid & Ono, septingenti viginti quinque.*
Filij Hiericho, trecenti quadraginta quinque:	34	*Filii Iereho, trecenti quadraginta quinque.*
Filij Senaa, tria millia sexcenti triginta.	35	*Filii Senaah, tria millia sexcenti & triginta.*
Et Sacerdotes filii Iedua, de domo Iesu, nongenti septuaginta tres:	36	*Sacerdotes: filii Iedaiah domus Iesua, nongenti septuaginta tres.*
Filii Emmer, mille quinquaginta duo:	37	*Filii Immer, mille quinquaginta duo.*
Filii Phassur, mille ducenti quadraginta septem:	38	*Filii Pashur, mille ducenti quadraginta septem.*
Filii Erem, mille septem.	39	*Filii Harim, mille & septemdecim.*
Et Leuitæ filii Iesu, & Cadmiel ex filiis Oduia, septuaginta quattuor,	40	*Leuitæ: filii Iesua & Cadmiel filiorum Hodauia, septuaginta quatuor.*
Cantores filii Asaph, centum viginti octo:	41	*Cantores: filii Asaph, centum viginti octo.*
Filii Ianitorum, filii Sellum, filii Ater, filii Telman, filii Acub, filii Atita, filii Sobai, omnes centum triginta nouem.	42	*Filii Ianitorum: filii Sallum, filii Ater, filii Talmon, filii Accub, filii Hatitah, filii Sobai, omnes centum triginta nouem.*
Nathinæi, filii Suthia, filii Asupha, filii Tabaoth,	43	*Nethinei: filii Sihah, filii Hasupha, filii Tabaoth.*
Filii Cades, filii Siaa, filii Phaeon,	44	*Filii Ceros, filii Siaha, filii Padon,*
Filii Labano, filii Agaba, filii Acub,	45	*Filii Lebanah, filii Hagabah, filii Accub,*
Filii Agab, filii Selami, filii Anan,	46	*Filii Hagab, filii Samlai, filii Hanan,*
Filii Geddel, filii Gaar, filii Raia,	47	*Filii Giddel, filii Gahar, filii Reaiah,*
Filii Rason, filii Necoda, filii Gazem,	48	*Filii Resin, filii Necoda, filii Gazam,*
Filii Azo, filii Phasa, filii Bati,	49	*Filii Vzza, filii Paseah, filii Besai,*
Filii Asena, filii Mounim, filii Nephusim,	50	*Filii Asna, filii Meunim, filii Nephusim,*
Filii Bachuc, filii Acupha, filii Arur,	51	*Filii Bacbuc, filii Hacupha, filii Harhur,*
Filii Basaloth, filii Mauda, filii Arsa,	52	*Filii Basluth, filii Mehida, filii Harsa,*
Filii Barios, filii Sisara, filii Thema,	53	*Filii Barcos, filii Sisra, filii Thamah,*
Filii Nathiæ, filii Atupha,	54	*Filii Nesiah, filii Hatipha,*
Filii seruorum Salomon, filii Sotai, filii Sephera, filii Phadura,	55	*Filii seruorum Selomoh, filii Sotai, filii Sophereth, filii Peruda,*

Vulgat. Editio.

56 Filij Iala, filij Dercon, filij Geddel,
57 Filij Saphatia, filij Hatil, filij Phochereth, qui
erant de Asebaim, filij Ami.
58 Omnes Nathinæi, & filij seruorum Salomonis,
trecenti nonaginta duo.
59 Et hi qui ascenderunt de Thelmala, Thelharsa,
Cherub, & Adon, & Emer: & non potuerunt indicare domum patrum suorum & semen suum,
vtrum ex Israel essent.
60 Filij Dalaia, filij Tobia, filij Necoda, sexcenti quinquagintaduo.
61 Et de filiis Sacerdotum: Filij Hobia, filij Accos,
filij Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis, vxorem, & vocatus est nomine eorum:
62 Hi quæsierunt scripturam genealogiæ suæ, &
non inuenerunt, & eiecti sunt de sacerdotio.
63 Et dixit Athersatha eis vt non comederent de
Sancto sanctorum, donec surgeret sacerdos doctus
atque perfectus.
64 Omnis multitudo quasi vnus, quadraginta duo
millia trecenti sexaginta:
65 Exceptis seruis eorum, & ancillis, qui erant septem millia trecenti trigintaseptem: & in ipsis cantores, atque cantatrices ducenti.
66 Equi eorum septingenti trigintasex, muli eorum
ducenti quadragintaquinque,
67 Cameli eorum quadringenti trigintaquinque,
asini eorum, sex millia septingenti viginti.
68 Et de principibus patrum, cum ingrederentur
templum Domini, quod est in Ierusalem, sponte
obtulerunt in domum Dei ad extruendam eam in
loco suo.
69 Secundum vires suas dederunt impensas operis,
auri solidos sexaginta millia & mille, argenti mnas
quinque millia, & vestes sacerdotales centum.
70 Habitauerunt ergo Sacerdotes, & Leuitæ, & de
populo, & cantores: & ianitores, & Nathinæi in vrbibus suis, vniuersusque Israel in ciuitatibus
suis.

CAP. III.

1 IAmque venerat mensis septimus, & erant filij
Israel in ciuitatibus suis: congregatus est ergo
populus quasi vir vnus in Ierusalem.
2 Et surrexit Iosue filius Iosedec, & fratres eius sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & fratres eius,
& ædificauerunt altare Dei Israel vt offerrent in
holocaustomata, sicut scriptum est in lege Moysi
viri Dei:
3 Collocauerunt autem altare Dei super bases suas
deterrentibus eos per circuitum populis terrarum,
& obtulerunt super illud holocaustum Domino
mane & vespere:
4 Feceruntque solemnitatem tabernaculorum, sicut scriptum est, & holocaustum diebus singulis
per ordinem secundum præceptum opus diei in
die suo.
5 Et post hæc holocaustum iuge tam in Calendis
quam in vniuersis solemnitatibus Domini, quæ
erant consecratæ, & in omnibus in quibus vltro
offerebatur munus Domino.
6 A primo die mensis septimi cœperunt offerre
holocaustum Domino: porro templum Dei nondum fundatum erat.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Filii Iahalah filii Darcon, filii Ghiddel,
Filii Sephathiah, filii Chattil, filii Pochereth Hasbaim filii Ami.
Omnes Nethinim, et filii seruorum Selomoh trecenti nonaginta, et duo.
Et isti ascendentes de Telmelach, Telcharsa, Cherub, Addan, Immer: et non potuerunt indicare domum patrum suorum, et semen suum, an ex Israel essent.
Filii Delaiah, filii Thobiiah, filii Necuda sexcenti quinquaginta, et duo.
Et de filiis sacerdotum filii Chabaiah, filii Cos, filii Barzillai qui accepit de filiabus Barzillai Ghilhaditis vxorem, et vocatus est nomine earum.
Hi quæsierunt scripturam suam, genealogias, & non sunt inuentæ, & elongati sunt à sacerdotio.
Et dixit Tirsatha ad eos, vt non comederent de sanctitate sanctitatum, donec staret sacerdos in Vrim, & Tummim.
Omnis congregatio tanquam vnus quater decem millia, & duo millia trecenti sexaginta.
Præter seruos eorum, & ancillas eorum septem millia trecenti, triginta & septem, & eis erant cantores, & cantatrices ducenti.
Equi eorum septingenti triginta & sex, muli eorum ducenti quadraginta, & quinque.
Cameli eorum quadringenti triginta, et quinque, asini sex millia septingenti, et viginti.
Et de principibus patrum quum ingrederentur domum Domini quæ est in Ierusalaim sponte obtulerunt se ad domum Dei, vt stare facerent eam in loco suo.
Secundum vires suas dederunt in thesaurum operis auri dragmas sexies decem millia, & mille, & argenti minas quinque millia, & tunicas sacerdotales centum.
Et habitauerunt Sacerdotes, & Leuitæ, & de populo & cantores, & ianitores, & Nethinim in vrbibus suis, & omnis Israel in vrbibus suis.

CAP. III.

ET attingit mensis septimus, & filii Israel erant in vrbibus: & congregati sunt populus, tamquam vir vnus in Ierusalaim.
Et surrexit Iesuah filius Iosadach, & fratres eius sacerdotes, & Zerubabel filius Sealthiel, & fratres eius, & ædificauerunt altare Dei Israel, vt offerrent super illud holocausta sicut scriptum est in lege Moseh viri Dei.
Et firmauerunt altare in loco suo eo quod timerent sibi ipsi à populis terrarum: & obtulit super illud holocausta Domino, holocausta mane, & vespere.
Et fecerunt solemnitatem tabernaculorum sicut scriptum est, & holocausta per singulos dies in numero secundum consuetudinem per singulos dies.
Et postea holocaustum iuge, & in Kalendis, & omnibus solemnitatibus Domini sanctificatis, & omni spontanee offerenti spontaneum Domino.
A die primo mensis septimi cœperunt offerre holocausta Domino: templum autem Domini non erat fundatum.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

56 Filij Ieela, filij Darcon, filij Gediel,
57 Filij Saphatia, filij Atil, filij Phacherath, filii Aseboim, filij Hemei.
58 Omnes Nathinæi, & filij Abdeselma trecenti nonaginta duo.
59 Et hi, qui ascenderunt de Thelmelech, Thelaresa, Cherub, Hedan, Emmer, & non potuerunt indicare domum patriæ suæ, & semen suum, si ex Israel sunt,
60 Filij Dalaia, filij Bua, filii Thobiæ, filij Necoda, sexcenti quinquagintaduo:
61 Et de filiis sacerdotum, filij Labia, filij Anchus, filij Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditæ vxorem, & vocatus est in nomine eorum:
62 Hi quæsierunt scripturam suam Methoesim, & non sunt inuenti, & abdicati sunt à sacerdotio.
63 Et dixit Athersaltha eis, vt non comederent de sancto sanctorum, donec surgeret sacerdos illuminantibus, & perfectis.
64 Omnis autem Ecclesia simul, quasi quadraginta duo millia trecenti sexaginta:
65 Absque seruis eorum, & ancillis eorum: hi septem millia trecenti triginta septem: & hi cantores, & cantatrices bis centum.
66 Equi eorum septingenti triginta sex, muli eorum, ducenti quadraginta quinque,
67 Cameli eorum, quadringenti triginta quinque: asini eorum, sex mille septingenti viginti.
68 Et ex principibus patriarum, in ingrediendo ipsos in domum Domini, quæ in Hierusalem, sponte obtulerunt in domum Dei, ad statuendam eam super stabilitatem suam,
69 Sicut potentia eorum, dederunt in thesaurum operis, aurum purũ minæ millia sexaginta vnum, & argenti minas quinque millia, & Cothoni sacerdotum centum.
70 Et sederunt sacerdotes, & Leuitæ, & qui de populo, & cantores, & ianitores, & Nathinim in ciuitatibus suis, & omnis Israel in ciuitatibus suis.

CAP. III.

1 ET aduenit mensis septimus, & filij Israel in ciuitatibus suis: Et congregatus est populus tamquam vir vnus in Hierusalem.
2 Et surrexit Iesus filius Iosedec, & fratres eius sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & fratres eius: & ædificauerunt altare Dei Israel, ad offerendum super illud holocautoses, secundum ea, quæ scripta sunt in lege Moysi hominis Dei:
3 Et stabilierunt altare super stabilitatem suam: quoniam in terrore super ipsos à populis terrarum. Et ascendit super Israel holocautosis Domino mane, & ad vesperam.
4 Et fecerunt solemnitatem tabernaculorum, secundum quod scriptum est, diem in die in numero, sicut iudicium, verbum diei in die suo.
5 Et post hæc holocaustum iugis sacrificii, & ad Neomenias, & ad omnes festiuitates Domino sanctificatas, & omni sponte offerenti spontaneum Domino.
6 In die vna mensis septimi cœperunt offerre holocaustoses Domino: & domus Domini fundata non erat.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

56 *Filii Iaalah, filii Darcon, filii Giddel,*
57 *Filii Sephatiah, filii Hattil, filii Pochereth Hasbaim, filii Ami.*
58 *Omnes Nethinæi, et filii seruorum Selomoh trecenti nonagintaduo.*
59 *Hi quoque qui ascenderunt de Thelmelah, Thel-harsa, Cherub, Addan, Immer: qui non potuerunt indicare domum patrum suorum, et semen suum, an ex Israele essent.*
60 *Filii Delaiah, filii Tobiiah, filii Necoda, sexcenti quinquagintaduo.*
61 *Et de filiis Sacerdotum: filii Habaiah, filii Cos, filii Barzillai, qui accepit de filiabus Barzillai Giladitis vxorem, et vocatus est de nomine eorum.*
62 *Hi quæsierunt scripturam suam, id est genealogias, & non sunt inuenti, & elongati sunt à Sacerdotio.*
63 *Dixitque Thirsatha illis ne comederent de sanctitate sanctitatum, donec staret Sacerdos cum Vrim & Thummim.*
64 *Tota congregatio tanquam vir vnus, quater decem millia, atque duo millia trecenti sexaginta.*
65 *Præter seruos eorum & ancillas eorum: hi erant septem millia trecenti triginta septem, erant autem illis cantores & cantatrices ducenti.*
66 *Equi eorum, septingenti triginta sex: muli eorum, ducenti quadragitna quinque.*
67 *Cameli eorum, quadringenti triginta quinque: asini, sex millia septingenti, et viginti.*
68 *Et de principibus patrum quum ingressi sunt domum Iehouæ quæ erat in Ierusalaim, sponte obtulerunt in domum Dei, vt erigerent eam super basim suam.*
69 *Secundum vires suas dederunt in thesaurum operis auri drachmarum sexies decem millia, & mille: argenti vero minarum quinque millia: & tunicas sacerdotales centum.*
70 *Habitauerunt itaque Sacerdotes, & Leuitæ, & de populo, & cantores, & ianitores, atque Nethinæi in vrbibus suis, & vniuersus Israel in vrbibus suis.*

CAP. III.

1 *QVumque aduenisset mensis septimus, essentque filii Israelis in vrbibus: congregati sunt populus, tamquam vir vnus in Ierusalaim.*
2 *Tum surrexit Iesua filius Iosadac, & fratres eius sacerdotes, & Zerubbabel filius Sealthiel, & fratres eius, ædificaueruntque altare Dei Israelis, vt offerrent super illud holocausta, sicut scriptum est in lege Moseh viri Dei.*
3 *Firmauerunt autem altare illud super bases suas, quod timerent sibi à populis terrarum: & obtulerunt super illud holocausta Iehouæ, holocausta inquam mane, & vesperi.*
4 *Feceruntque solennitatem tabernaculorum sicut scriptum est, & holocausta per singulos dies, iuxta numerum secundum consuetudinem, per singulos dies.*
5 *Et postea holocaustum iuge, & in Calendis, & in omnibus solennitatibus Iehouæ sanctificatis, & omnium spontanee offerentium spontaneum Iehouæ.*
6 *A die primo mensis illius septimi cœperunt offerre holocausta Iehouæ: templum autem Iehouæ non erat fundatum.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.		Transl.ex Heb. Sanct.Pagn.
Dederunt autem pecunias latomis & cœmentariis: cibum quoque, & potum, & oleum Sidoniis, Tyriisque vt deferrent ligna cedrina de Libano ad mare Ioppe, iuxta quod præceperat Cyrus rex Persarum eis.	7	*Et dederunt argentum latomis & opificibus, & cibum, & potum, & oleum Sidoniis, & Soriis, vt adducerent ligna Cedrina de Lebanon ad mare Iappo iuxta voluntatem Chores regis Paras eis.*
Anno autem secundo aduentus eorum ad templum Dei in Ierusalem mense secundo, cœperunt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedec, & reliqui de fratribus eorum Sacerdotes, & Leuitæ, & omnes qui venerant de captiuitate in Ierusalem, & constituerunt Leuitas à viginti annis & supra, vt vrgerent opus Domini.	8	*Anno autem secundo aduentus eorum ad domum Dei in Ierusalaim, mense secundo, cœperunt Zerubabel filius Sealthiel, & Iesuah filius Iosadach, & reliqui fratres eorum sacerdotes, & Leuitæ, omnes qui venerunt de captiuitate in Ierusalaim, & statuerunt Leuitas à filio viginti annorum, & supra, vt præessent operi domus Domini.*
Stetitque Iosue & filii eius, & fratres eius, Cedmihel, & filii eius, & filii Iuda, quasi vir vnus, vt instarent super eos qui faciebant opus in templo Dei: filii Henadad, & filii eorum, & fratres eorum Leuitæ.	9	*Stetitque Iesuah filii eius & fratres eius, Chadmiel, & filii eius, & filii Iehudah tamquam vnus, vt præessent facienti opus in domo Dei filii Chenadad, filii eorum, & fratres eorum Leuitæ.*
Fundato igitur à cœmentariis templo Domini, steterunt sacerdotes in ornatu suo cum tubis: & Leuitæ filii Asaph in cymbalis, vt laudarent Deum per manus Dauid regis Israel.	10	*Et fundauerunt ædificantes templum Domini, & stare fecerunt sacerdotes indutos cum tubis, & Leuitas filius Asaph cum cymbalis, vt laudarent Dominum per manus Dauid regis Israel.*
Et concinebant in hymnis, & confessione Domino: Quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius super Israel. Omnis quoque populus vociferabatur clamore magno in laudando Dominum, eo quod fundatum esset templum Domini.	11	*Et concinebant, dum laudarent Dominum, & confiterentur Domino, quoniam bonus quoniam in sæculum misericordia eius super Israel: & omnis populus vociferati sunt vociferatione magna dum laudaret Dominum, eo quod fundata esset domus Domini.*
Plurimi etiam de Sacerdotibus & Leuitis, & principes patrum, & seniores, qui viderant templum prius cum fundatum esset, & hoc templum in oculis eorum, flebant voce magna: & multi vociferantes in lætitia, eleuabant vocem.	12	*Et multi ex sacerdotibus, & Leuitis, & principibus patrum, seniores qui viderunt domum primam, dum fundarent hanc domum in oculis eorum flebant voce magna, & multi in vociferatione in letitia, & eleuando vocem.*
Nec poterat quisquam agnoscere vocem clamoris lætantium, & vocem fletus populi: commixtim enim populus vociferabatur clamore magno, & vox audiebatur procul.	13	*Et non agnoscebat populus vocem clamoris lætitiæ à voce fletus populi, quia populus vociferabatur vociferatione magna, & vox audiebatur vsque ad longinquum.*
CAP. IIII.		***CAP. IIII.***
AVdierunt autem hostes Iudæ, & Beniamin quia filii captiuitatis ædificarent templum Domino Deo Israel;	1	*AVdierunt autem hostes Iehudah, & Biniamin, quod filii transmigrationis ædificarent templum Domino Deo Israel.*
Et accedentes ad Zorobabel, & ad principes patrum, dixerunt eis: Aedificemus vobiscum, quia ita vt vos, quærimus Deum vestrum: ecce nos immolauimus victimas à diebus Asor Haddan regis Assur, qui adduxit nos huc.	2	*Et accesserunt ad Zerubabel & ad capita patrum, & dixerunt eis: Aedificabimus vobiscum, quia sicut vos quærimus Deum vestrum, & ei immolauimus à diebus Esrechadon regis Assur, qui ascendere fecit nos huc.*
Et dixit eis Zorobabel, & Iosue, & reliqui principes patrum Israel: Non est vobis vt ædificemus domum Deo nostro, sed nosipsi soli ædificabimus Domino Deo nostro, sicut præcepit nobis Cyrus rex Persarum.	3	*Et dixit eis Zerubabel, & Iesuah, & reliqui principes patrum Israel: non vestra, sed nostra interest ædificare domum Deo nostro: sed nos pariter ædificabimus Domino Deo Israel, quemadmodum præcepit nobis rex Chores rex Paras.*
Factum est igitur vt populus terræ impediret manus populi Iudæ, & turbaret eos in ædificando.	4	*Et populus terræ dissoluebat manus populi Iehudah, & perturbabat eos, ne ædificarent.*
Conduxerunt autem aduersus eos consiliatores, vt destruerent consilium eorum omnibus diebus Cyri regis Persarum, & vsque ad regnum Darij regis Persarum.	5	*Et conduxerunt contra eos consiliarios, vt dissiparent consilium eorum omnibus diebus Chores regis Paras, & vsque ad regnum Dariaues regis Paras.*
In regno autem Assueri, in principio regni eius, scripserunt accusationem aduersus habitatores Iudæ & Ierusalem.	6	*Et in regno Achasueros in principio regni eius scripserunt accusationem contra habitatores Iehudah, & Ierusalaim.*

Et   *Et*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

7 Et dederunt argentum latomis, & fabris, & cibos, & poculenta, & oleũ Sydonijs, & Tyrijs, ad afferendum ligna cedrina è Libano, ad mare Ioppes, secundum permissionem Cyri regis Persarum super eos.

8 Et in anno secundo aduentus eorum ad domum Dei in Hierusalem, in mense secundo cœpit Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec, & reliqui ex fratribus eorum sacerdotes, & Leuitæ, & omnes qui veniebant è captiuitate in Hierusalem. Et statuerunt Leuitas à viginti annis, & supra, super facientes opera in domo Domini.

9 Et stetit Iesus, & filij eius, & fratres eius, Cadmiel, & filij eius, filij Iuda, super facientes opera in domo Dei: filij Ennadad, filij eorum, & fratres eorum Leuitæ,

10 Et fundamenta iecerunt ad ædificandam domum Domini. Et steterunt sacerdotes amicti stolis in tubis, & Leuitarum filij Asaph in cymbalis ad laudandum Dominum super manus Dauid regis Israel.

11 Et responderunt in laude, & confessione Domino quoniam bonum, quoniam in sæculum misericordia eius super Israel. Et omnis populus significabat voce magna laudando Dominum super fundatione domus Domini.

12 Et multi de sacerdotibus, & Leuitis, & principes patriarum, seniores, qui viderant domum primam in fundatione eius, & hanc domum in oculis suis, plorabant voce magna. Et turba in significatione cum lætitia ad eleuandum canticum.

13 Et non erat populus agnoscens vocem significationis lætitiæ à voce fletus populi: quoniam populus vociferabatur voce magna, & vox audiebatur vsque à longe.

CAP. IIII.

1 ET audierunt ij, qui tribulabant Iuda, & Beniamin, quia filij transmigrationis ædificant domum Domino Deo Israel.

2 Et accesserunt ad Zorobabel, & ad principes patriarum, & dixerunt eis: Ædificabimus vobiscum quoniam sicut vos, quærimus Deum nostrum, & ei nos sacrificamus à diebus Asaradan regis Assur, qui adduxit nos huc.

3 Et dixit ad eos Zorobabel, & Iesus, & reliqui principum patriarum Israel: Non nobis, & vobis ædificare domum Deo nostro: quoniam nos ipsi in idipsum ædificabimus Domino Deo nostro; sicut mandauit nobis Cyrus rex Persarum.

4 Et erat populus terræ dissoluens manus populi Iuda: & impediebat eos ædificare, etiam mercede conducentes super eos,

5 Consultantes ad dissipandum consilium ipsorum omnibus diebus Cyri regis Persarum, & vsque ad regnum Darij regis Persarum.

6 Et in regno Assueri, & in principio regni eius scripserunt epistolam super habitantes Iuda, & Hierusalem.

Et

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

7 *Dederunt autem pecuniam latomis, & opificibus, cibum, & potum, atque oleum Sidoniis, ac Tyriis, vt adducerent ligna cedrina de Lebanon ad mare Iapho, iuxta voluntatem Chores regis Paras super eos.*

8 *Anno autem secundo aduentus eorum ad domum Dei in Ierusalaim, mense secundo, cœperunt Zerubbabel filius Sealthiel, & Iesua filius Iosadac, & reliqui fratres eorum, Sacerdotes, & Leuitæ, & omnes qui venerant de captiuitate in Ierusalaim: statueruntque Leuitas à filio viginti annorum & supra, vt præessent operi domus Iehouæ.*

9 *Stetitque Iesua, filii eius & fratres eius: Cadmiel, & filii eius, filii Iehudah, tanquam vir vnus, vt præessent facientibus opus in domo Dei filiis Henadad, & filii eorum, & fratres ipsorum Leuitæ.*

10 *Fundamenta itaque iecerunt architecti templi Iehouæ, constitueruntque Sacerdotes aliquot indutos cum tubis, & Leuitas filios Asaph cum cymbalis, vt laudarent Iehouam per manus Dauidis regis Israelis.*

11 *Concinebant autem, dum laudarent, & confiterentur Iehouæ, Quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius super Israelem. vniuersus præterea populus vociferabantur vociferatione magna, dum laudarent Iehouam, quod fundata esset domus Iehouæ.*

12 *Quamplurimi autem de Sacerdotibus & Leuitis ac principibus patrum, senes qui viderant domum priorem, dum fundarent hanc domum in oculis eorum, flebant voce magna, & alii multi vociferabantur præ lætitia, alta voce:*

13 *Ita vt populus non discerneret vocem vociferationis lætam à voce fletus populi: quod populus ille vociferaretur vociferatione magna; adeo vt exaudiretur vox procul.*

CAP. IIII.

1 *AVdierunt autem hostes Iehudah & Biniamin, quod filii transmigrationis ædificarent templum Iehouæ Deo Israelis:*

2 *Et accesserunt ad Zerubbabel & ad capita patrum, dixeruntque eis, Ædificabimus vobiscum, quia sicut vos, quærimus Deum vestrum, & ei immolauimus à diebus Esarhaddon regis Assur, qui ascendere fecit nos huc.*

3 *Tum dixit eis Zerubbabel, & Iesua, ac reliqui principes patrum Israelis, Non vestra sed nostra interest ædificare domum Deo nostro: ideirco nos pariter ædificabimus Iehouæ Deo Israelis, quemadmodum præcepit nobis rex Chores rex Paras.*

4 *Populus autem eius regionis dissoluebat manus populi Iehudah, & perturbabat eos ne ædificarent.*

5 *Et conduxerunt contra eos consiliarios vt dissiparent consilium eorum omnibus diebus Chores regis Paras, & vsque ad regnum Dariaues regis Paras.*

6 *Quum autem regnaret Ahasueros, in principio regni eius scripserunt accusationem contra habitatores Iehudah & Ierusalaim.*

Nam

Digitized by Google

Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
Et in diebus Artaxerxis scripsit Beselam Mithridates, & Thabeel & reliqui qui erant in consilio eorum, ad Artaxerxem regem Persarum: epistola autem accusationis scripta erat Syriace, & legebatur sermone Syro.	7	*Et in diebus Arthachsasta scripsit verbis pacificis Mithredath, Thabel, & reliqui socii eius, ad Arthachsasta regem Paras, & scriptura epistolæ scripta erat Syriace, & interpretata erat Syriace.*
Reum Beelteem, & Samsai scriba scripserunt epistolam vnam de Ierusalem Artaxerxi regi, huiuscemodi:	8	*Rechum à commentariis, & Simsai scriba scripserunt epistolã vnam super Ierusalaim ad Arthachsasta regem huiuscemodi.*
Reum Beelteem, & Samsai scriba, & reliqui consiliatores eorum, Dinæi, & Apharsathachæi, Terphalæi, Apharsæi, Erchuæi, Babylonij, Susanechæi, Dieui, & Aelamitæ.	9	*Tunc Rechum à commentariis, & Simsai scriba, & reliqui socii eorum, Dinaie, & Apharsathchaie Tharpelaie, Apharsaie, Archanaie, Bablaie Susanchaie, Dehaue, Helmaie.*
Et cæteri de Gentibus, quas trãstulit Asenaphar magnus, & gloriosus: & habitare eas fecit in ciuitatibus Samariæ, & in reliquis regionibus trans flumen in pace:	10	*Et reliquæ gentes quas transtulit Asnaphar magnus & gloriosus: & habitare fecit eas in vrbibus Samariæ, & reliquæ gentes quæ sunt trans flumen, et Chebeneth.*
(Hoc est exemplar epistolæ, quam miserunt ad eum.) Artaxerxi regi, serui tui, viri qui sunt trans fluuium salutem dicunt.	11	*Hoc exemplar epistolæ quam miserunt ad ipsum, ad Arthachsasta regem. Serui tui quicunque sunt trans flumen, & Chebeneth.*
Notum sit regi, quia Iudæi, qui ascenderunt à te ad nos, venerunt in Ierusalem ciuitatem rebellem & pessimam, quam ædificant extruentes muros eius, & parietes componentes.	12	*Notum sit regi quod Iehudæi, qui ascenderunt à te ad nos venerunt in Ierusalaim, ciuitatem rebellem & malam ædificantes, & muros fundauerunt, & parietes composuerunt.*
Nunc igitur notum sit regi, quia si ciuitas illa ædificata fuerit, & muri eius instaurati, tributum, & vectigal, & annuos reditus non dabunt, & vsque ad reges hæc noxa perueniet.	13	*Nunc notum sit regi, quod si ciuitas illa ædificata fuerit, & muri fuerint, tributum, vectigal, & redditum annuum non dabunt, & tributum regum lædetur.*
Nos autem memores salis, quod in palatio comedimus, & quia læsiones regis videre nefas ducimus, idcirco misimus & nunciauimus regi,	14	*Nunc pro omni vicissitudine salis palatii, quem comedimus; contemptum regis non est pulchrum nobis videre, propterea misimus et notificauimus regi,*
Vt recenseas in libris historiarum patrum tuorum, & inuenies scriptum in commẽtariis: & scies quoniam vrbs illa, vrbs rebellis est, & nocens regibus & prouinciis, & bella concitantur in ea ex diebus antiquis: quam ob rem & ciuitas ipsa destructa est.	15	*Vt quæras in libro historiarum patrum tuorum, & inuenies in libro historiarum: & scies quod vrbs illa vrbs est rebellis et nocens regibus et defectionem facientes* fuerunt *in medio eius à diebus sæculi: propterea ciuitas hæc destructa est.*
Nunciamus nos regi, quoniam si ciuitas illa ædificata fuerit, & muri ipsius instaurati, possessionem trans fluuium non habebis.	16	*Notificamus regi, quia si ciuitas hæc ædificata fuerit et muri ipsius fundati fuerint, pro vice illa, portio quæ tibi debetur ab iis qui sunt trans flumen, non erit tibi.*
Verbum misit rex ad Reum Beelteem, & Samsai scribam, & ad reliquos, qui erant in consilio eorum habitatores Samariæ, & cæteris trans fluuium, salutem dicens & pacem:	17	*Verbum misit rex ad Rechum à commentariis, et Simsai scribam, et reliquos socios eius qui habitant in Samaria, et reliquos qui erant trans flumen, Selam, et Chebeth.*
Accusatio, quam misistis ad nos, manifeste lecta est coram me:	18	*Epistola quam misistis ad nos, manifeste lecta est coram me.*
Et à me præceptum est; & recensuerunt, inueneruntque, quoniam ciuitas illa à diebus antiquis aduersum reges rebellat, & seditiones, & prælia concitantur in ea:	19	*Et à me positum est decretum, et quæsierunt, et inuenerunt, quod ciuitas illa à diebus sæculi eleuatur aduersum reges, et rebellat, et rebellio fiebat in ea.*
Nam & reges fortissimi fuerunt in Ierusalem, qui & dominati sunt omni regioni, quæ trans fluuium est: tributum quoque & vectigal, & reditus accipiebant.	20	*Et reges fortes fuerunt in Ierusalaim, et dominati sunt omnibus, qui erant trans flumen, et tributum, vectigal, et redditus annualis dabatur eis.*
Nunc ergo audite sententiam: Prohibeatis viros illos vt vrbs illa non ædificetur, donec si forte à me iussum fuerit.	21	*Nunc ponite edictum, vt cessent viri illi, et vrbs illa non ædificetur, donec à me præceptum positum fuerit.*
Videte ne negligenter hoc impleatis, & paulatim crescat malum contra reges.	22	*Et moniti estis vt faciatis iuxta hoc: cur crescet corruptio ad nocendum regibus?*
Itaque exemplum edicti Artaxerxis regis lectum est coram Reum Beelteem, & Samsai scriba, & consiliariis eorum, & abierunt festini in Ierusalem ad Iudæos, & prohibuerunt eos in brachio & robore.	23	*Cumque exempla epistolæ Arthachsastæ regis lectum esset coram Rechum, et Simsai scriba, et sociis eorum, abierunt festinanter in Ierusalaim ad Iehudæos, et cessare fecerunt eos brachio et robore:*
Tunc intermissum est opus domus Domini in Ierusalem, & non fiebat vsque ad annum secundum regni Darij regis Persarum.	24	*Tunc cessauit opus domus Dei quæ erat in Ierusalaim, et cessauit vsque ad annum secundum Darianes regis Paras.*

Transl. ex Septuag.		Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
Et in diebus Arthasastha scripsit in pace Mithridati Tabeel, & reliquis conseruis: ad Arthasastha regem Persarum scripsit tabellarius scripturam Syriace,& interpretatam:	7	*Nam in diebus Arthahsastæ scripsit in pace Mithredath, Tabel, & reliqui socii eius, ad Arthahsasthe regem Paras: porro scriptura eius epistola scripta erat Syriace, & explicata Syriace.*
Rheum Baltam, & Sampsa scriba scripserunt epistolam vnam contra Hierusalem Arthasastha regi.	8	*Rehum à commentariis, & Simsai scriba scripserunt epistolam vnam contra Ierusalem ad Arthahsasthe regë, huiusmodi.*
Hæc iudicabat Rheum Balthan, & Sampsa scriba,& reliqui conserui nostri, Dinæi, Apharsathachæi, Tarphalæi, Apharsæi, Archyæi, Babylonij, Susanachæi, Danæi,	9	*Tunc Rehum à commentariis, & Simsai scriba, & reliqui socii eorum, Dinaie, & Apharsathchaie, Tarpelaie, Apharsaie, Archauaie, Bablaie, Susanchaie, Dehaue, Elmaie,*
Et reliqui ex gentibus, quas trãstulit Assenaphar magnus,& gloriosus, & habitare fecit eos in ciuitatibus ipsius Somoron, & reliquum trans flumen.	10	*Et reliqui populi quos transtulit Asnappar magnus & gloriosus, & habitare fecit eos in vrbibus Samariæ, & reliqui populi qui sunt trans flumen, & Cheeneth.*
Hæc est dispositio epistolæ, quam miserunt ad eum. AD ARthasasta regem pueri tui viri trans flumen.	11	*Istud est exemplar epistolæ quam miserunt ad eum, nempe ad Arthahsasthe regem, Serui tui viri qui sunt trans flumen, & Cheeneth.*
Notum sit regi, quia Iudæi, qui ascendunt à te ad nos, venerunt in Hierusalem, ciuitatem refugam,& malignam, quam ædificant: & mœnia eius extructa sunt, & fundamenta eius exaltauerunt.	12	*Notum sit regi quod Iehudei qui ascenderunt à te ad nos, venerunt in Ierusalem, vrbem rebellem & pessimam ædificantes, & muros fundauerunt, & parietes composuerunt.*
Nunc igitur notum sit regi, quia si ciuitas illa reædificata fuerit, & mœnia eius extructa; tributa non erunt tibi, neque dabunt. Et hoc regibus nocet,	13	*Nunc notum sit regi quod si vrbs illa ædificata fuerit, & muri fundati fuerint, tributum, vectigal, & redituum annuum non dabunt, & tributum regum lædes.*
Et turpitudinem regis non licet nobis videre. Propter hoc misimus,& notum fecimus regi,	14	*Præterea pro omni vicissitudine salis palatii quem comedimus, & contemptum regis non est pulchrum nobis videre: propterea misimus et notum fecimus regi,*
Vt requirat in libro admonitionis patrum tuorum: & inuenies, & cognosces, quia ciuitas illa, ciuitas refuga, & malefaciens regibus, & prouinciis: & perfugia seruorum fiunt in medio eius à diebus sæculi. Propter hæc ciuitas ista desolata est.	15	*Vt queras in libro historiarum patrum tuorum, & inuenies in libro historiarum, ac scies quod vrbs ista, vrbs est rebellis, et nocens regibus et prouinciis, et defectionem faciunt in medio eius à diebus seculi: propterea vrbs hæc destructa fuit.*
Notum igitur facimus nos regi; quia si ciuitas illa ædificata fuerit,& mœnia eius extructa; non est tibi pax.	16	*Notum insuper facimus regi, quod si vrbs hæc ædificata fuerit, et muri extructi fuerint, ob id portio quæ est trans flumen, non erit tibi.*
Et misit rex ad Rheum Baltam, & Sampsa scribam, & reliquos conseruos eorum, habitantes in Samaria,& reliquos trans fluuium, pacem:	17	*Verbum misit rex ad Rehum à commentariis, et Simsai scribam, et reliquos socios eorum qui habitabant in Semariah, et reliquos qui erant trans flumen, pacem et Cheeth.*
Et ait: Tabellarius quem misistis ad nos, vocatus est coram me:	18	*Epistola quam misistis ad nos, manifeste lecta est coram me.*
Et à me posita est sententia, & requisiuimus, & inueniemus, quia ciuitas illa à diebus sæculi super reges eleuatur,& rebelliones,& transfugia fiunt in ea:	19	*Et à me positum est decretum, et quæsierunt, atque inuenerunt quod vrbs illa à diebus seculi insurgit aduersum reges, et rebellat, et rebellio fit in ea.*
Et reges fortes fuerunt in Hierusalem, & obtinentes totam transfluuialem: & tributa plena & pars dabantur eis.	20	*Reges præterea fortes fuerunt in Ierusalem, et domini fuerunt omnium qui erant trans flumen, ac tributum, vectigal, et reditus annuus dabatur illis.*
Et nunc ponite edictum, cessare viros illos: & ciuitas illa non ædificabitur vltra:	21	*Nunc ergo ponite edictum vt cessent viri illi, et vrbs illa non extruatur, donec à me preceptum positum sit.*
Vt ex edicto cauti sitis remisse agere de hoc; ne forte multiplicetur perditio in nocumentum regibus.	22	*Et cauete vt errorem faciatis in hoc: cur cresceret corruptio ad nocendum regibus?*
Tunc Tabellarius Arthasasta regis legit coram Rheum Baltham, & Sampsa scriba, & conseruis eius. Et ierunt festinanter in Hierusalem & in Iuda;& cessare fecerunt eos in equis,& virtute.	23	*Quumprimum autem exemplar epistolæ Arthahsasthe regis lectum fuit coram Rehum et Simsai scriba, et sociis eorum, abierunt festinanter in Ierusalem ad Iehudæos, et cessare fecerunt eos brachio et robore:*
Tunc cessauit opus domus Dei, quod in Hierusalem: & fuit cessans vsque ad secundum annum regni Darij regis persarum.	24	*Tunc cessauit opus domus Dei quæ erat in Ierusalem, et cessauit vsque ad annum secundum regni Dariaues regis Paras.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. V.

PRophetauerunt autem Aggæus propheta, & Zacharias filius Addo prophetantes ad Iudæos, qui erant in Iudæa, & Ierusalem, in nomine Dei Israel.

Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedec, & cœperunt ædificare templum Dei in Ierusalem: & cum eis prophetæ Dei adiuuantes eos.

In ipso autem tempore venit ad eos Thathanai, qui erat dux trans flumen, & Stharbuzanai, & consiliarij eorum: sicque dixerunt eis: Quis dedit vobis consilium vt domum hanc ædificaretis, & muros eius instauraretis?

Ad quod respondimus eis: quæ essent nomina hominum auctorum ædificationis illius.

Oculus autem Dei eorum factus est super senes Iudæorum, & non potuerunt inhibere eos. Placuitque vt res ad Darium referretur, & tunc satisfacerent aduersus accusationem illam.

Exemplar epistolæ, quam misit Thathanai dux regionis trans flumen, & Stharbuzanai, & consiliatores eius Arphasachæi, qui erant trans flumen ad Darium regem.

Sermo, quem miserant ei, sic scriptus erat: Dario regi pax omnis,

Notum sit regi iuisse nos ad Iudæam prouinciam, ad domum Dei magni, quæ ædificatur lapide impolito, & ligna ponuntur in parietibus: opusque illud diligenter extruitur, & crescit in manibus eorum.

Interrogauimus ergo senes illos, & ita diximus eis: Quis dedit vobis potestatem vt domum hanc ædificaretis, & muros hos instauraretis?

Sed & nomina eorum quæsiuimus ab eis, vt nunciaremus tibi: scripsimusque nomina eorum virorum qui sunt principes in eis.

Huiuscemodi autem sermonem responderunt nobis, dicentes: Nos sumus serui Dei cœli, & terræ: & ædificamus templum, quod erat extructum ante hos annos multos, quodq; rex Israel magnus ædificauerat, & extruxerat.

Postquam autem ad iracundiam prouocauerunt patres nostri Deum cœli, tradidit eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis Chaldæi, domum quoque hanc destruxit, & populum eius transtulit in Babylonem.

Anno autem primo Cyri regis Babylonis, Cyrus rex proposuit edictum vt domus Dei hæc ædificaretur.

Nam & vasa templi Dei aurea, & argentea, quæ Nabuchodonosor tulerat de templo, quod erat in Ierusalem, & asportauerat ea in templum Babylonis, protulit Cyrus rex de templo Babylonis, & data sunt Sassabasar vocabulo, quem & principem constituit,

Dixitque ei: Hæc vasa tolle, & vade, & pone ea in templo, quod est in Ierusalem, & domus Dei ædificetur in loco suo.

Tunc itaque Sassabasar ille venit & posuit fundamenta templi Dei in Ierusalem, & ex eo tempore vsque nunc ædificatur, & necdum completum est.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. V.

1 *ET prophetauit Chaggai propheta, & Zechariah filius Iddo Prophetæ, qui erant in Iudæa & in Ierusalaim, in nomine Dei Israel super eos.*

2 *Tunc surrexerunt Zerubabel filius Sealthiel, & Iesuah filius Iosadach, & cœperunt ædificare domum Dei, quæ est in Ierusalaim, & cum eis erant prophetæ Dei auxiliantes eis.*

3 *In illo tempore venit ad eos Tattenai dux eorum qui trans flumen, & Setharboznai, & socii eorum, & sic dixerunt eis: Quis posuit vobis præceptum, vt domum hanc ædificaretis, & fundaretis?*

4 *Tunc adhuc diximus eis: Quæ sunt nomina virorum qui hoc ædificium ædificant?*

5 *Et oculus Dei eorum fuit super senes Iehudæorum, & non cessare fecerunt eos, donec res ad Dariaues pergeret: & tunc responderunt per epistolam super his.*

6 *Exemplar epistolæ, quam misit Tattenai dux eorum qui erant trans flumen, & Setharboznai, & socii eius, Apharsachaie qui erant trans flumen ad Dariaues regem.*

7 *Verbum miserunt ad eum & iuxta hoc scriptum erat in medio eius Dariaues regi pax omnis.*

8 *Notum sit regi quod iuimus in Iehudæam prouinciam ad domum Dei magni, & ipsa ædificatur lapide impolito, & ligna ponuntur in parietibus, & opus ipsum festinanter fit, & prosperatur in manibus eorum.*

9 *Tunc interrogauimus seniores illos, huiuscemodi diximus eis: Quis posuit vobis præceptum vt domum hanc ædificaretis, & parietes hos fundaretis?*

10 *Et etiam de nominibus eorum interrogauimus eos, vt notificaremus tibi, vt scriberemus nomina virorum qui sunt duces eorum.*

11 *Et eiuscemodi verborum responderunt nobis, dicendo: Nos sumus serui Dei cœli, & terræ, & reædificamus domum quæ fuit ædificata ante hos annos multos: & rex Israel magnus ædificauit eam, & fundauit eam.*

12 *Verumtamen ex quo prouocauerunt patres nostri Deũ cœli, tradidit eos in manu Nebuchadnesar regis Babel, & domum hanc destruxit, & populum eius transmigrare fecit in Babel.*

13 *Verumtamen anno primo Chores regis Babel, Chores rex posuit edictum, vt domus Dei hæc ædificaretur.*

14 *Et etiam vasa domus Dei aurea & argentea, quæ Nebuchadnesar è templo quod est in Ierusalaim attulerat in templum Babel, eduxit Chores rex è templo Babel, & data sunt ipsi Sesbasar, quem ducem constituerat.*

15 *Dixitque ei: Hæc vasa tolle, & vade, deferre fac ea in templum, quod est in Ierusalaim, & domus Dei ædificetur in loco suo.*

16 *Tunc Sesbasar ille venit, posuit fundamenta domus Dei, quæ est in Ierusalaim, & ex eo tempore vsque ad hoc tempus ædificatur, & non est perfecta.*

Transl. ex Septuag.

C A P. V.

1 Et prophetauit Aggæus propheta, & Zacharias filius Addo prophetiam super Iudæos, qui in Iuda, & in Hierusalem in nomine Dei Israel super ipsos.

2 Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec: & cœperunt ædificare domum Dei, quæ in Hierusalem: & cum eis prophetæ Dei adiuuantes eos.

3 In ipso tempore venit super eos Thanthanai subregulus trans flumen, & Satharbuzanai, & conserui eorum: & talia dixerunt eis: Quis posuit vobis decretum ædificare domum hanc, & apparatum hunc perficere?

4 Tunc ita dixerunt eis: Quæ sunt nomina virorum ædificantium ciuitatem hanc?

5 Et oculi Dei ad captiuitatem Iuda: & non fecerunt cessare eos, donec sententia ad Darium delata fuit. Et tunc data est tabellario super hoc.

6 Explanatio epistolæ, quam misit Thanthanai subregulus regionis trans flumen, & Satharbuzanai, & conserui eorum Apharsachæi, qui in trans flumen, Dario regi.

7 Verbum miserunt ad eum. Et hæc scripta sunt in eo. Dario regi pax omnis.

8 Notum sit regi, quia iuimus in Iudæam prouinciam ad domum Dei magni, & ipsa ædificatur lapidibus electis, & ligna imponuntur in parietibus, & opus illud valde dexterum fit, & bene procedit in manibus eorum.

9 Tunc interrogauimus seniores illos, & sic diximus eis: Quis posuit vobis decretum, domum hanc ædificare, & apparatum hunc perficere?

10 Et nomina eorum interrogauimus eos ad notificandum tibi, vt scriberemus tibi nomina virorum principum eorum.

11 Et huiusmodi verbum responderunt nobis, dicentes: Nos sumus serui Dei cœli & terræ & ædificamus domum, quæ erat ædificata ante hunc annos multos, & rex Israel magnus ædificauit eam, & perfecit eam ipsis.

12 Ex quo autem irritauerunt patres nostri Deum cœli, tradidit eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis Chaldæi, & domum hanc destruxit, & populum transtulit in Babylonem.

13 Sed in anno primo Cyri regis, Cyrus rex posuit decretum, domum Dei hanc ædificare.

14 Et vasa domus Dei aurea & argentea, quæ Nabuchodonosor extulerat de domo quæ in Hierusalem, & detulerat ea in templum regis, protulit ea Cyrus rex e templo regis, & dedit Sabanasar custodi thesaurorum, qui super thesaurum,

15 Et dixit ei: Omnia vasa sume, & vade, pone ea in domo, quæ in Hierusalem, in locum eorum.

16 Tunc Sabanasar ille venit, & dedit fundamenta domus Dei in Hierusalem: & ex tunc vsque nunc ædificata est, & non est perfecta.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

C A P. V.

1 Prophetauit autem Haggai propheta, & Zechariah filius Iddo qui fuerunt Prophetæ ad Iehudæos qui erant in Iehuda & Ierusalem, in nomine Dei Israelis super eos.

2 Tunc surrexerunt Zerubbabel filius Sealtiel, & Iesua filius Iosadac, & cœperunt ædificare domum Dei quæ est in Ierusalem: erantque cum eis Prophetæ Dei auxiliantes eis.

3 In illo tempore venit ad eos Thathenai dux eorum qui erant trans flumen [illegible] & socii eorum: & sic dixerunt eis: Quis posuit vobis præceptum vt domum hanc ædificaretis, & muros istos fundaretis?

4 Tunc [illegible] Quæ sunt nomina virorum qui hoc ædificium ædificant?

5 Oculus autem [illegible] Iehudæorum, & non fecerunt cessare eos, donec res ad Darium perueniret: tunc igitur responderunt per epistolam super hoc.

6 Exemplar epistolæ quam misit Thathenai dux eorum qui erant trans flumen, & Setar-bozenai, & socii eius, [illegible] qui erant trans flumen, ad Darium regem.

7 [illegible] miserunt ad eum) Et sic scriptum erat intra eam. Dario regi pax omnis.

8 Notum sit regi quod profecti sumus in Iehudam prouinciam ad domum Dei magni, & ipsa ædificatur lapide marmoreo, & ligna ponuntur in parietibus, atque opus illud [illegible] in manibus eorum.

9 Tunc interrogauimus seniores illos, atque sic diximus eis: Quis posuit vobis præceptum vt domum hanc ædificaretis, & muros istos fundaretis?

10 Item etiam de nominibus eorum interrogauimus eos, vt nota faceremus illa tibi: id est, vt scriberemus nomina virorum qui sunt duces eorum.

11 Huiusmodi autem [illegible] dicendo, Nos sumus serui Dei cœli [illegible], & ædificamus domum quæ fuerat ædificata [illegible] multis, quam rex Israelis magnus ædificauerat & fundauerat eam.

12 Sed postquam prouocauerunt patres nostri Deum cœli, tradidit eos in manum Nebuchadnezer regis Babel Chaldæi: [illegible] domum hanc destruxit, ac populum transmigrare fecit in Babel.

13 Veruntamen anno primo Chores regis Babel Chores rex posuit edictum vt domum Dei hanc ædificarent.

14 Et etiam vasa domus Dei aurea et argentea quæ Nebuchadnezer eduxerat è templo quod erat in Ierusalem, et [illegible] in templum Babel, eduxit illa Chores rex è templo Babel et tradita fuerunt [illegible], quem ducem constituerat.

15 Dixitque ei, Hæc vasa tolle, abi, depone ea in templo quod est in Ierusalem, et domus Dei ædificetur in loco suo.

16 Tunc Sesbasar iste venit, dedit fundamenta domus Dei quæ est in Ierusalem, et ex eo tempore vsque ad hoc tempus ædificatur et needum perfecta est.

Vulgat. Editio.

Nunc ergo, si videtur regi bonum, recenseat in bibliotheca regis, quæ est in Babylone, vtrum nam à Cyro rege iussum fuerit vt ædificaretur domus Dei in Ierusalem, & voluntatem regis super hac re mittat ad nos.

CAP. VI.

TVnc Darius rex præcepit: & recensuerunt in bibliotheca librorum, qui erant repositi in Babylone,

Et inuentum est in Ecbatanis, quod est castrum in Medena prouincia volumen vnum, talisque scriptus erat in eo commentarius:

Anno primo Cyri regis: Cyrus rex decreuit vt domus Dei ædificaretur, quæ est in Ierusalem, in loco vbi immolant hostias, & vt ponant fundamenta supportantia altitudinem cubitorum sexaginta, & latitudinem cubitorum sexaginta,

Ordines de Lapidibus impolitis tres, & sic ordines de lignis nouis: sumptus autem de domo regis dabuntur.

Sed & vasa templi Dei aurea & argentea, quæ Nabuchodonosor tulerat de templo Ierusalem, & attulerat ea in Babylonem, reddantur, & referantur in templum in Hierusalem in locum suum, quæ & posita sunt in templo Dei.

Nunc ergo Thathanai dux regionis, quæ est trans flumen, Stharbuzanai, & consiliarij vestri Apharsachæi, qui estis trans flumen, procul recedite ab illis,

Et dimittite fieri templum Dei illud à duce Iudæorum, & à senioribus eorum, vt domum Dei illam ædificent in loco suo.

Sed & à me præceptũ est quid oporteat fieri à presbyteris Iudæorum illis vt ædificetur domus Dei, scilicet vt de arca regis, id est de tributis, quæ dantur de regione trans flumen, studiose sumptus dentur viris illis ne impediatur opus.

Quod si necesse fuerit, & vitulos, & agnos, & hædos in holocaustum Deo cœli, frumentum, sal, vinum, & oleum, secundum ritum Sacerdotum, qui sunt in Ierusalem, detur eis per singulos dies, ne sit in aliquo querimonia.

Et offerant oblationes Deo cœli, orentque pro vita regis, & filiorum eius.

A me ergo positum est decretum: Vt omnis homo, qui hanc mutauerit iussionem, tollatur lignum de domo ipsius, & erigatur, & configatur in eo, domus autem eius publicetur.

Deus autem, qui habitare fecit nomen suum, ibi, dissipet omnia regna, & populum, qui extenderit manum suam vt repugnet, & dissipet domum Dei illam, quæ est in Ierusalem. Ego Darius statui decretum, quod studiose impleri volo.

Igitur Thanai dux regionis trans flumen, & Stharbuzanai, & consiliarij eius, secundum quod præceperat Darius rex, sic diligenter executi sunt.

Seniores autem Iudæorum ædificabant, & prosperabantur iuxta prophetiam Aggæi prophetæ, & Zachariæ filij Addo: & ædificauerunt & construxerunt iubente Deo Israel, & iubente Cyro, & Dario, & Artaxerxe regibus Persarum:

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

17 *Et nunc si regi bonum est quæratur in domo thesaurorum regis quæ est in Babel, an sit à Chores rege positum edictum, vt ædificarent domum Dei hanc, quæ est in Ierusalaim, & voluntatem regis super hoc mittat ad nos.*

CAP. VI.

1 *TVnc Dariaues rex posuit præceptum, & quæsierunt in domo librorum thesaurorum qui positi erant ibi in Babel.*

2 *Et inuentum est in lagena quæ erat in palatio, quod erat in Madai prouincia volumen vnum, & sic scriptum erat intrinsecus memoriale.*

3 *Anno primo Chores regis, Chores rex posuit edictum, vt domus Dei quæ est in Ierusalaim domus ædificaretur, quæ est locus in quo immolant victimas, parietes eius colligarentur: altitudo eius cubitorum sexaginta: latitudo eius cubitorum sexaginta.*

4 *Parietes ex lapidibus marmoreis tres, & paries interior è lignis nouis, & sumptus de domo regis dabitur.*

5 *Et etiam vasa domus Dei aurea, & argentea, quæ Nebuchadnesar eduxerat è templo quod erat in Ierusalaim, & detulerat in Babel, reddant & vadant ad templum, quod est in Ierusalaim ad locum suum & descendant in domum Dei.*

6 *Nunc Tathenai dux eorum qui sunt trans flumen Setharboznai, & socij eorum Apharsechai, qui estis trans flumen longinqui estote inde.*

7 *Dimittite vt fiat domus Dei huius à duce Iehudæorum, & senioribus Iehudæorum. domus Dei hæc ædificabitur in loco suo.*

8 *Et à me positum est edictum illi quod facietis cum senioribus Iehudæorum istorum, in ædificando domum Dei hanc, & de substantia regis quæ est tributum trans flumen festinanter redditus sit datus viris illis, vt non cessent.*

9 *Et quod necessarium fuerit, & filij boum, & arietes, & agni in holocaustum sacerdotum, qui sunt in Ierusalaim dabuntur eis per singulos dies, vt non sit error.*

10 *Vt offerant suffimenta Deo cœli, & orent pro vita regis, & pro filijs eius.*

11 *Et à me positum est decretum: quod omnis homo, qui mutauerit verbum hoc, diruatur lignum è domo eius & erectum suspendatur in eo, & domus eius sterquilinium fiat propter hoc.*

12 *Deus autem qui habitare fecit nomen suum ibi, dissipet omnem regem, & populum qui miserit manum suam ad mutandum, & corrumpendum domum Dei hanc, quæ est in Ierusalaim. Ego Dariaues posui decretum, festinanter fiat.*

13 *Tunc Thatthenai dux eorum qui erant trans flumen, Setharbozna, & socij eorum, secundum quod misit Dariaues rex, secundum hoc festinanter fecerunt.*

14 *Seniores autem Iehudæorum ædificabant, & prosperabantur secundum prophetiam Chaggai prophetæ, & Zechariah filij Heddo, & ædificauerunt, & fundauerunt ex præcepto Dei Israel, & ex præcepto Chores, & Dariaues, & Arthachsasthe regis Paras.*

Transl. ex Septuag.

Et nunc, si super regem, bonum; requirat in domo Gazæ regis Babylonis, vt cognoscas, quia à rege Cyro positum est decretum ædificare domum Dei illam, quæ in Hierusalem. Et cum nouerit rex de hoc; mittat ad nos.

C A P. VI.

TVnc Darius rex posuit decretum, & requisiuit in bibliothecis, vbi Gaza posita est in Babylone.

Et inuentum est in ciuitate in palatio caput vnum, & hic scriptus in eo commentarius.

In anno primo Cyri regis, Cyrus rex posuit decretum de domo sacra Dei, quæ in Hierusalem: Domus ædificetur, & locus, vbi sacrificant sacrificia. Et posuit eleuationem, altitudo cubiti sexaginta, latitudo eius cubitorum sexaginta:

Et domus lapideæ validæ tres: & domus lignea vna. Et sumptus de domo regis dabitur.

Et vasa domus Dei argentea, & aurea quæ Nabuchodonosor extulit è domo quæ in Hierusalem, & portauit in Babylonem; & dentur, & remittantur in templum, quod in Hierusalem super locum, vbi posita fuerant in domo Dei.

Nunc dabitis subreguli transflumen Sacharbuzanai, & conserui ipsorum Apharsachæi, qui transflumen longe existentes illinc.

Nunc permittite opus domus Dei. Præpositi Iudæorum, & seniores Iudæorum domum Dei illam ædificent super locum ipsius.

Et à me decretum positum est, ne quando quid faciatis cum senioribus Iudæorum ad ædificandum domum Dei illam. Et de substantiis regis, tributis ipsis transflumen, diligenter sumptus fit datus viris illis, vt non cessent.

Et quodcumque necessarium, & filios boum, & arietum, & agnos in holocaustoses Deo cœli, frumentum, sal, vinum, oleum iuxta verbum sacerdotum, qui in Hierusalem, sit datum eis, diem in die, quodcumque petierint;

Vt beneolentia offerant Deo cœli, & deprecentur ad vitam regis, & filiorum eius.

Et à me positum est decretum; quod omnis homo, qui mutauerit verbum hoc, tolletur lignum de domo ipsius, & erectus percutietur super illud: & domus eius fiet id quod ad me:

Et Deus, cuius inhabitat nomen ibi, euertat omnem regem, & populum, qui extendet manum suam ad mutandam, aut delendam domum Dei, quæ in Hierusalem. Ego Darius posui decretum: diligenter erit.

Tunc Thanthanai subregulus transflumen, Satharbuzanai, & conserui eius, secundum quod misit Darius rex, sic fecerunt diligenter.

Et seniores Iudæorum ædificabant, & Leuitæ in prophetia Aggæi prophetæ, & Zachariæ filij Addo Et ædificauerunt, & perfecerunt ex decreto Dei Israel, & ex decreto Cyri, & Darij, & Arthasastha regum Persarum.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

17 *Nunc ergo si regi bonum sit, perquiratur in domo thesaurorum regis quæ est illic in Babel, an ita sit quod à Chores rege positum sit edictum vt readificarent domum Dei hanc quæ est in Ierusalem: & voluntatem suam super hoc mittat ad nos.*

C A P. V I.

1 *TVnc Darianes rex posuit præceptum: & quæsiuerunt in domo librorum thesaurorum qui positi erant ibi in Babel.*

2 *Inuentum est autem in scrinio quod erat in palatio quod erat in Madai prouincia volumen vnum: & sic scriptum erat in eo memoriale.*

3 *Anno primo Chores regis, Chores rex posuit edictum de domo Dei quæ erat in Ierusalem, Domus ipsa readificetur, quæ est locus in quo immolant victimas, & parietes eius collingentur, altitudo eius sit cubitorum sexaginta: latitudo eius, cubitorum sexaginta.*

4 *Parietes, ex lapidibus marmoreis tres, & paries vnus è lignis nouis: & sumptus de domo regis dabitur.*

5 *Quinetiam vasa domus Dei aurea & argentea, quæ Nebuchadnesar eduxerat è templo quod erat in Ierusalem, & detulerat in Babel, reddant, & vadant ad templum quod est in Ierusalem ad locum suum, & reponas in domo Dei.*

6 *Nunc ergo Thatthenai dux eorum qui sunt trans Flumen, & Sethar-boznai, & socij eorum, & Apharsechaie qui estis trans Flumen, remoti estote inde.*

7 *Dimittite vt fiat domus Dei hæc: ducem Iudæorum, & seniores eorum, vt domum Dei hanc ædificent in loco suo.*

8 *Et à me positum est edictum de eo quod facturi estis cum senioribus Iehudæorum istis, vt ædificent domum Dei istam: nempe vt de substantia regis, quæ est tributum trans Flumen, festinanter sumptus detur viris illis, vt non faciant cessare.*

9 *Et id quo indiguerint, siue boues, siue arietes, siue agni in holocausta Deo cœli, frumentum, sal, vinum & oleum, iuxta verbum Sacerdotum qui sunt in Ierusalem, dentur eis per singulos dies, vt nullus sit error:*

10 *Vt habeant vnde offerant suffimenta Deo cœli, & precentur pro vita regis, & pro filiis eius.*

11 *Preterea à me positum est tale decretum, vt quicunque immutauerit verbum hoc, diruatur lignum è domo eius, & erectum suspendatur in eo, & domus eius sterquilinium fiat propter hoc.*

12 *Deus autem qui habitare fecit nomen suum ibi, dissipet omnem regem & populum qui miserit manum suam vt mutet & destruat domum Dei istam quæ est in Ierusalem. Ego Darianes posui decretum: festinanter fiat.*

13 *Tunc Thatthenai dux eorum qui erant trans Flumen, Sethar-boznai, & socij eorum, iuxta id quod miserat Darianes rex, sic festinanter fecerunt.*

14 *Seniores itaque Iehudæorum ædificabant, & prospere cedebat secundum prophetiam Haggai prophetæ, & Zachariah filij Iddo, & ædificauerunt, ac perfecerunt ex præcepto Dei Israelis, & ex præcepto Chores & Darianes, & Arthahsaste. Regis Paras.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

15 Et compleuerunt domum Dei istam, vsque ad
diem tertium mensis Adar, qui est annus sextus re-
gni Darij regis.
16 Fecerunt autem filij Israel Sacerdotes, & Leuitæ,
& reliqui filiorum transmigrationis, dedicationem
Domus Dei in gaudio.
17 Et obtulerunt in dedicationem domus Dei, vitu-
los centum, arietes ducentos, agnos quadringentos,
hircos caprarum pro peccato totius Israel duode-
cim, iuxta numerum tribuum Israel.
18 Et statuerunt Sacerdotes in ordinibus suis, & Le-
uitas in vicibus suis super opera Dei in Ierusalem,
Nu. 3. & 8. 9 * sicut scriptum est in libro Moysi.
19 Fecerunt autem filij Israel transmigrationis, Pas-
cha quartadecima die mensis primi.
20 Purificati enim fuerant Sacerdotes & Leuitæ
quasi vnus: omnes mundi ad immolandum pascha
vniuersis filiis transmigrationis, & fratribus suis
Sacerdotibus, & sibi.
21 Et comederunt filij Israel, qui reuersi fuerant de
transmigratione, & omnes qui se separauerant à co-
inquinatione Gentium terræ ad eos, vt quærerent
Dominum Deum Israel.
22 Et fecerunt solemnitatem azymorum septem
diebus in lætitia, quoniam lætificauerat eos Domi-
nus, & conuerterat cor regis Assur ad eos, vt adiu-
uaret manus eorum in opere domus Domini Dei
Israel.

CAP. VII.

1 POst hæc autem verba in regno Artaxerxis regis
Persarum Esdras filius Saraiæ, filij Azariæ, filij
Helciæ,
2 Filij Sellum, filij Sadoc, filij Achitob.
3 Filij Amariæ, filij Azariæ, filij Maraioth,
4 Filij Zaraiæ, filij Ozi, filij Bocci,
5 Filij Abisue, filij Phinees, filij Eleazar, filij Aaron
sacerdotis ab initio.
6 Ipse Esdras ascendit de Babylone, & ipse scriba ve-
lox in lege Moysi, quam Dominus Deus dedit Israel:
& dedit ei rex secundum manum Domini Dei eius,
super eum, omnem petitionem eius.
7 Et ascenderunt de filiis Israel, & de filiis Sacerdo-
tum, & de filiis Leuitarum, & de cantoribus, & de ia-
nitoribus, & de Nathinæis in Ierusalem anno septi-
mo artaxerxis regis.
8 Et venerunt in Ierusalem mense quinto, ipse est
annus septimus regis.
9 Quia in primo die mensis primi cœpit ascendere
de Babylone, & in primo die mensis quinti venit
in Ierusalem, iuxta manum Dei sui bonam super
se.
10 Esdras enim parauit cor suum, vt inuestigaret le-
gem Domini, & faceret & doceret in Israel præce-
ptum & iudicium.
11 Hoc est autem exemplar epistolæ edicti, quod de-
dit rex Artaxerxes Esdræ sacerdoti, scribæ erudito
in sermonibus & præceptis Domini, & ceremoniis
eius in Israel.
12 Artaxerxes rex regum Esdræ sacerdoti, scribæ le-
gis Dei cœli doctissimo, salutem.
13 A me decretum est, vt cuicumque placuerit in
regno meo de populo Israel, & de Sacerdotibus eius,
& de Leuitis ire in Ierusalem, tecum vadat.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

*Et perfecta est domus hæc vsque ad diem tertium men-
sis Adar, qui est annus sextus regni Dariaues regis.*
*Et fecerunt filij Israel Sacerdotes & Leuitæ, & reliqui
filij transmigrationis, dedicationem domus Dei huius cum
gaudio.*
*Et obtulerunt in dedicatione domus Dei huius vitulos
centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, & hircos
caprarum pro peccato, pro toto Israel duodecim, secundum
numerum tribuum Israel.*
*Et statuerunt Sacerdotes in diuisionibus suis, & Le-
uitas in distinctionibus suis super opera Dei quæ erant in
Ierusalaim.*
*Et fecerunt filii transmigrationis Pesach quartadeci-
ma mensis primi.*
*Purificati enim sunt Sacerdotes, & Leuitæ tanquam
vnus, cuncti ipsi mundi: & immolauerunt Pesach pro
omnibus filiis transmigrationis, & fratribus eorum Sa-
cerdotibus, & sibi ipsi.*
*Et comederunt filii Israel qui reuersi erant de trans-
migratione, & omnis qui se separauerat à coinquinatione
Gentium terræ ad eos, vt quærerent Dominum Deum
Israel.*
*Et fecerunt solemnitatem infermentatorum septem
diebus cum lætitia, quia lætificauerat eos Dominus, &
conuerti fecerat cor regis Assur ad eos ad confortandum
eos in opere domus Dei Israel.*

CAP. VII.

*ET post hæc in regno Arthachsastha regis Paras erat
Hezrah filius Seraiah filii Hazariah, filii Chil-
chiah.*
Filii Sallum, filii Sadoc, filii Achithob.
Filii Amariah, filii Hazariah, filii Meraioth,
Filii Zerachiah, filii Huzzi, filii Bucchi,
*Filii Abisuah, filii Pinchas, filii Elhazar, filii
Aharon Sacerdotis primi.*
*Ipse Hezra ascendit è Babel, & erat scriba velox in
Lege Moseh, quam dedit Dominus Deus Israel: & dedit ei
rex secundum manum Domini Dei sui super eum om-
nem petitionem eius.*
*Et ascenderunt de filiis Israel & de Sacerdotibus, Le-
uitis, & cantoribus, & ianitoribus, & Nethinim in Ieru-
salaim anno Arthachsastha regis.*
*Et venit in Ierusalaim quinto mense: ipse est annus
septimus regis.*
*Quia in prima mensis primi fuit initium ascensionis
de Babel, & in prima mensis quinti venit in Ierusalaim
secundum manum Dei sui bonam super eum.*
*Quia Hezra parauit cor suum, vt quæreret legem
Domini, & faceret, & doceret Israel præceptum, & iu-
dicium.*
*Et hoc est exemplar epistolæ, quam dedit rex Arthach-
sastha Hezræ Sacerdoti scribæ, scribæ verborum præce-
ptorum Domini, & statutorum eius super Israel.*
*Arthachsastha rex regum Hezræ Sacerdoti, scribæ legis
Dei cœli consummato, & Chebeneth.*
*A me positum est decretum, quod omnis qui sponta-
neus est in regno meo de populo Israel, & sacerdotibus, &
Leuitis, vt eat in Ierusalaim, tecum vadat.*

Transl. ex Septuag.

15 Et perfecerunt domum istam vsque ad diem tertiam mensis Adar, qui est annus sextus regni Darij regis.

16 Et fecerunt filii Israel, sacerdotes, & Leuitæ, & reliqui ex filiis transmigrationis Encænia domus Dei in lætitia:

17 Et obtulerunt in Encænia domus Dei vitulos centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, hircos caprarum pro peccato pro omni Israel duodecim ad numerum tribuum Israel.

18 Et statuerunt sacerdotes in diuisionibus ipsorum, & Leuitas in partitionibus ipsorum, super seruitutem Dei in Hierusalem, secundum scripturam libri Moysi.

19 Et fecerunt filij transmigrationis Pascha quartadecima mensis primi:

20 Quoniam mundati fuerant sacerdotes & Leuitæ: vsque ad vnum, omnes mundi. Et iugularunt Pascha omnibus filiis transmigrationis, & fratribus suis sacerdotibus, & sibi ipsis.

21 Et comederunt filij Israel Pascha, qui de transmigratione, & omnis separans se ab immunditia gentium terræ ad eos, ad quærendum Dominum Deum Israel.

22 Et fecerunt festiuitatem Azymorum septem diebus in lætitia: quoniam lætificabat eos Dominus: & conuertit cor regis Assur super eos ad confortandas manus eorum in operibus domus Dei Israel.

C A P. VII.

1 ET post verba hæc, in regno Arthasastha regis Persarum, ascendit Esdras filius Saraæ filii Azariæ filii Chelcia

2 Filij Sellum filij Sadduc filij Achitob

3 Filij Samaria filij Esria filij Mareoth

4 Filij Zaraia filij Oziæ filij Bocci,

5 Filij Abiud filij Phinees filij Eleazari filij Aaron sacerdotis primi.

6 Ipse Esdras ascendit de Babylone, & ipse scriba velox in lege Moysi, quam dedit Dominus Deus Israel. Et dedit ei rex: quoniam manus Domini Dei eius super ipsum in omnibus, quæ quærebat ipse.

7 Et ascenderunt de filiis Israel, & de sacerdotibus, & de Leuitis, & cantores, & ostiarij, & Nathinim in Hierusalem in anno septimo Arthasastha regi.

8 Et venerunt in Hierusalem mense quinto: hic annus septimus regi:

9 Quoniam in vna mensis primi ipse fundauit ascensionem, quæ è Babylone: in prima autem mensis quinti venerunt in Hierusalem: quoniam manus Dei eius erat bona super eum:

10 Quoniam Esdras dedit in cor suum quærere legem, & facere, & docere in Israel præcepta, & iudicia.

11 Et hæc explicatio constitutionis, quam dedit Arthasastha Esdræ sacerdoti scribæ libri sermonum mandatorum Domini & præceptorum ipsius super Israel.

12 Arthasastha rex regum Esdræ scribæ legis Domini Dei cœli. Perficiatur sermo, & responsio.

13 A me positum est decretum, vt omnis sponte volens in regno meo de populo Israel, & sacerdotibus, & Leuitis ire in Hierusalem tecum eat.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

15 *Perfecta est ergo domus hæc vsque ad diem tertium mensis Adar, qui erat annus sextus regni Dariaues regis.*

16 *Feceruntque filii Israelis Sacerdotes & Leuitæ, ac reliqui filii transmigrationis, dedicationem domus Dei huius cum gaudio.*

17 *Et obtulerunt in dedicatione domus Dei huius, vitulos centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, & hircos caprarum in sacrificium pro peccato pro toto Israele duodecim, secundum numerum tribuum Israelis.*

18 *Constitueruntque Sacerdotes in diuisionibus suis, & Leuitas in distinctionibus suis, super opus Dei quod faciendum erat in Ierusalem, sicut scriptum est in libro Mosis.*

19 *Fecerunt præterea filii transmigrationis Pesah quartadecima mensis primi:*

20 *(Purificati enim erant Sacerdotes & Leuitæ, tanquam vnus, omnes mundi erant) immolauerunt inquam Pesah pro omnibus filiis transmigrationis, & pro fratribus suis Sacerdotibus, & pro seipsis.*

21 *Comederunt itaque filii Israelis qui reuersi erant de transmigratione, & omnis qui subduxerat sese à coinquinatione Gentium terræ ad eos vt requireret Iehouam Deum Israelis.*

22 *Fecerunt & solennitatem infermentatorum septem diebus cum lætitia, quod exhilarasset eos Iehouah, & conuertisset cor regis Assur ad eos, ad confortandum eos in opere domus Dei, Dei inquam Israelis.*

C A P. V I I.

1 *POst hæc autem in regno Arthahsasthe regis Paras erat Ezra filius Seraiah filii Azariah, filii Hilciiah,*

2 *Filii Sallum, filii Sadoc, filii Ahitub,*

3 *Filii Amariah, filii Azariah, filii Meraioth,*

4 *Filii Zerahiah, filii Vzzi, filii Bucci,*

5 *Filii Abisua, filii Pinhas, filii Elazar, filii Aharon Sacerdotis primi.*

6 *Is Ezra ascendit è Babel, & erat scriba velox in lege Moseh, quam dedit Iehouah Deus Israelis, & dedit ei rex iuxta manum Iehouæ Dei sui super ipsum, omnem petitionem eius.*

7 *Ascenderunt autem de filiis Israelis, & de Sacerdotibus & Leuitis, & cantoribus, & ianitoribus, & Nethineis in Ierusalaim, anno septimo Arthahsasthe regis:*

8 *Et peruenit in Ierusalaim quinto mense, ipse est annus septimus regis.*

9 *Nam in prima die mensis primi fuit initium ascensus de Babel, & prima die mensis quinti venit in Ierusalaim iuxta manum Dei sui bonam super eum.*

10 *Ezra enim parauerat cor suum vt requireret Legem Iehouæ, ac faceret, & doceret Israelem præceptum & iudicium.*

11 *Istud autem est exemplar epistolæ quam tradidit rex Arthahsasthe Ezræ Sacerdoti, scribæ scribæ inquam verborum præceptorum Iehouæ, & statutorum eius super Israelem.*

12 *Arthahsasthe rex regum Ezræ Sacerdoti, scribæ Legis Dei cæli consummato, & ipsi Cheeneth.*

13 *A me positum est decretum, quod quicumque spontaneus est in regno meo de populo Israelis, & Sacerdotibus, & Leuitis, vt eat in Ierusalem tecum, vadat.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

14 A facie enim regis, & septem consiliatorum eius, missus es, vt visites Iudæam, & Ierusalem, in lege Dei tui, quæ est in manu tua:

15 Et vt feras argentum & aurum quod rex, & consiliatores eius sponte obtulerunt Deo Israel, cuius in Ierusalem tabernaculum est.

16 Et omne argentum, & aurum, quodcumque inueneris in vniuersa prouincia Babylonis, & populus offerre voluerit, & de Sacerdotibus quæ sponte obtulerint domui Dei sui, quæ est in Ierusalem,

17 Libere accipe, & studiose eme de hac pecunia vitulos, arietes, agnos, & sacrificia & libamina eorum, & offer ea super altare templi Dei vestri, quod est in Ierusalem.

18 Sed & si quid tibi, & fratribus tuis placuerit de reliquo argento & auro vt faciatis, iuxta voluntatem Dei vestri facite.

19 Vasa quoque, quæ dantur tibi in ministerium domus Dei tui, trade in conspectu Dei in Ierusalem.

20 Sed & cetera, quibus opus fuerit in domum Dei tui, quantumcumque necesse est vt expendas, dabitur de thesauro, & de fisco regis,

21 Et à me. Ego Artaxerxes rex, statui atque decreui omnibus custodibus arcæ publicæ, qui sunt trans flumen; vt quodcumque petierit à vobis Esdras sacerdos, scriba legis Dei cæli, absque mora detis.

22 Vsque ad argenti talenta centum, & vsque ad frumenti coros centum, & vsque ad vini batos centum, & vsq; ad batos olei centum, sal vero absque mensura.

23 Omne, quod ad ritum Dei cæli pertinet, tribuatur diligenter in domo Dei cæli; ne forte irascatur contra regnum regis, & filiorum eius.

24 Vobis quoque notum facimus de vniuersis Sacerdotibus, & Leuitis, & cantoribus, & ianitoribus, Nathinæis, & ministris domus Dei huius, vt vectigal, & tributum, & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos.

25 Tu autem Esdra, secundum sapientiam Dei tui, quæ est in manu tua, constitue iudices & præsides vt iudicent omni populo, qui est trans flumen, his videlicet qui nouerunt legem Dei tui, sed & imperitos docete libere.

26 Et omnis, qui non fecerit legem Dei tui & legem regis diligenter, iudicium erit de eo, siue in mortem, siue in exilium, siue in condemnationem substantiæ eius, vel certe in carcerem.

27 Benedictus Dominus Deus patrum nostrorum, qui dedit hoc in corde regis vt glorificaret domum Domini, quæ est in Ierusalem,

28 Et in me inclinauit misericordiam suam coram rege & consiliatoribus eius, & vniuersis principibus regis potentibus: & ego confortatus manu Domini Dei mei, quæ erat in me congregaui de Israel principes qui ascenderent mecum.

CAP. VIII.

1 HI sunt ergo principes familiarum, & genealogia eorum, qui ascenderunt mecum in regno Artaxerxis regis de Babylone.

2 De filiis Phinees, Gersom: De filiis Ithamar, Daniel. De filiis Dauid, Hattus:

3 De filiis Secheniæ, filiis Pharos, Zacharias, & cum eo numerati sunt viri centum quinquaginta:

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

14 *Pro eo quod à facie regis, & septem consiliariorum eius missus es ad visitandum Iehudeam, & Ierusalaim in lege Dei tui, quæ est in manu tua.*

15 *Et ad ferendum argentum & aurum, quod rex, & consiliarii eius sponte obtulerunt Deo Israel, cuius in Ierusalaim est habitaculum.*

16 *Et omne argentum, & aurum, quod inueneris in vniuersa prouincia Babel, cum spontaneis populi, & Sacerdotibus, qui sponte obtulerint in domus Dei sui, quæ est in Ierusalaim.*

17 *Vt cito emas argento hoc, vitulos, arietes, agnos, & sacrificia eorum, & libamina eorum, & offeras ea super altare domus Dei vestri, quæ est in Ierusalaim.*

18 *Et illud quod tibi & fratribus tuis placuerit de residuo argento & auro, vt faciatis, secundum voluntatem Dei vestri facite.*

19 *Et vasa quæ data sunt tibi in ministerium domus Dei tui, redde coram Deo in Ierusalaim.*

20 *Et reliqua quæ fuerunt necessaria pro domo Dei tui quæ opus fuerint tibi, vt detur, dabis e domo thesaurorum regis.*

21 *Et à me Arthachsastha positum est decretum omnibus thesaurariis qui sunt trans flumen, vt omnia quæ petierit à vobis Hezra Sacerdos scriba Legis Dei cito fiat,*

22 *Vsque ad argenti talenta centum, & vsque ad tritici coros centum, & vsque ad vini batos centum, & vsque ad batos olei centum, & sal vt non scribatur.*

23 *Omne quod est ex decreto Dei cæli fiat festinanter domui Dei cæli: cur enim, vt quid futura est ira contra regnum regis, & filiorum eius?*

24 *Et vobis notificamus quod omnibus Sacerdotibus, & Leuitis, cantoribus, ianitoribus, Nethinæis, & ministris domus Dei huius, tributum, vectigal, & redditus præfectus non imponet.*

25 *Tu autem Hezra secundum sapientiam Dei tui, quæ est in manu tua, constitue iudices, & causidicos qui iudicent omnem populum qui est trans flumen, omnes scientes legem Dei tui, & eum qui non nouit scire facietis.*

26 *Et omnis qui non fecerit legem Dei tui, & legem regis, cito iudicium fiat de eo, siue ad mortem, siue ad eradicationem eius, siue ad condemnationem substantiæ, & ad vinciendum.*

27 *Benedictus Dominus Deus patrum nostrorum, qui dedit simile in corde regis, vt glorificaret domum Domini, quæ est in Ierusalaim.*

28 *Et super me inclinauit misericordiam coram rege & consiliariis eius, & omnibus principibus regis potentibus: & ego confortatus manu Dei mei super me, congregaui de Israel principes, vt ascenderent mecum.*

CAP. VIII.

1 *ET isti principes patrum eorum, & genealogiæ eorum qui ascenderunt mecum in regno Arthachsastæ regis, de Babel.*

2 *De filiis Pinchas, Ghersom: de filiis Ithamar, Daniel: de filiis Dauid, Chattus.*

3 *De filiis Sechaniah de filiis Parhos Zechariah, & cum eo genealogia eorum masculorum, centum & quinquaginta.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

14 A facie regis, & septem consiliariorum missum
est visitare super Hierusalem, & in Iudæam, lege
Dei ipsorum, quæ in manu tua:
15 Et ad domum Domini argentum, & aurum,
quod rex, & consiliarij sponte dederunt Deo Israel,
habitanti in Hierusalem,
16 Et omne argentum, & aurum, quodcumque in-
ueneris in omni regione Babylonis cum spontanea
datione populi, & sacerdotum sponte dantium, in
domum Dei, quæ in Hierusalem.
17 Et omnem venientem hunc prompte ordina in
libro hoc, vitulos, arietes, agnos, & sacrificia eorum,
& libamina eorum, & offeres ea super altare domus
Dei vestri, quæ in Hierusalem.
18 Et si quid super te, & fratres tuos, bonum fuerit
in residuo argenti, & auri facere; sicut placitum
Deo vestro, facite.
19 Et vasa, quæ dantur tibi in ministerium domus
Dei, trade in conspectu Dei in Hierusalem.
20 Et reliquum necessitatis domus Dei tui, quod-
cumque visum fuerit tibi; dabis ex ædibus gazæ
regis,
21 Et à me. Ego Arthasastha rex posui decretum
omnibus gazis, quæ vltra flumen; vt omne, quod-
cumque petierit à vobis Esdras sacerdos, & scriba
Dei cæli, prompte fiat
22 Vsque ad argenti talenta centum, & vsque ad
frumenti coros centum, & vsque ad vini batos
centum, & vsque ad olei batos centum, & sal, cuius
non est scriptura.
23 Quodcumque est in sententia Dei cæli fiat. At-
tendite, ne quis manum iniiciat in domum Dei cæ-
li; ne forte fiat ira super regnum regis, & filiorum
eius.
24 Et vobis notificatum est, in omnibus sacerdoti-
bus, & Leuitis, cantoribus, ianitoribus, Nathinim,
& ministris domus Dei hoc, tributum non erit ti-
bi, non habebis potestatem seruitute opprimendi
eos.
25 Et tu Esdra, sicut sapientia Dei in manu tua, con-
stitue scribas, & iudices, vt sint iudicantes omni
populo, qui vltra flumen, omnibus scientibus le-
gem Dei tui: Et non scienti notificabitis.
26 Et omnis, quicumque non fuerit faciens legem
Dei, & legem regis prompte; iudicium factum erit
de eo, siue ad mortem, siue ad castigationem, siue ad
damnum vitæ, siue ad traditionem.
27 Benedictus Dominus Deus patrum nostrorum,
qui dedit in cor regis ita, ad glorificandam do-
mum Domini, quæ in Hierusalem:
28 Et super me inclinauit misericordiam in oculis
regis, & cōsiliariorum eius, & omnium principum
regis eleuatorum. Et ego confortatus sum, sicut ma-
nus Dei bona super me: & congregaui de Israel
principes ad ascendendum mecum.

C A P. VIII.

1 ET hi principes familiariū suarum duces ascen-
dentes mecum in regno Arthasastha regis Ba-
bylonis.
2 De filiis Phinees, Gerson: De filiis Ithamar, Da-
niel. De filiis Dauid Attus:
3 De filiis Sechenia, & de filiis Phoros, Zacharias, &
cum eo globus centum & quinquaginta.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

14 *Quemadmodum à conspectu regis, & septem consilia-
riorum eius missus es, vt inquiras in Iehudæam & Ie-
ruselem, propter Legem Dei tui, quæ est in manu tua:*
15 *Et vt deferas argentum & aurum quod rex & con-
siliarij eius sponte obtulerunt Deo Israelis, cuius taber-
naculum est in Ierusalem.*
16 *Et omne argentum & aurum quod inueneris in tota
prouincia Babel, cum spontaneis populi, & Sacerdotibus
qui sponte obtulerint domui Dei sui quæ est in Ieruse-
lem*
17 *Vt celeriter emas argento hoc vitulos, arietes, agnos,
& minham eorum, & libamina eorum, & offeras ea su-
per altare domus Dei vestri quæ est in Ierusalem: ita
facito.*
18 *Quod autem tibi & fratribus tuis placuerit de re-
liquo argento & auro facere, secundum voluntatem Dei
vestri facite.*
19 *Porro vasa quæ tradita sunt tibi in ministerium do-
mus Dei tui, redde coram Deo in Ierusalem.*
20 *Et cætera quæ fuerint necessaria pro domo Dei tui
quæ conuenerit te dare, dabis è domo thesaurorum regis.*
21 *Et à me Arthahsaste positum est decretum omnibus
thesaurariis qui sunt trans Flumen, vt omnia quæ petierit
à vobis Ezra Sacerdos & scriba Legis Dei cæli, cito
fiat,*
22 *Vsque ad argenti talenta centum, & vsque ad tritici
coros centum, & vsque ad vini batos centum, & vsque
ad batos olei centum, & sal quod non scriptum est.*
23 *Quicquid fuerit ex decreto Dei cæli fiat festinanter
domui Dei cæli, cur ut vtquid futura est ira contra re-
gnum regis & filiorum eius?*
24 *Vobis autem notum facimus quod omnibus Sacerdo-
tibus, & Leuitis, cantoribus, ianitoribus, Nethinæis, &
ministris domus Dei huius, tributum, vectigal, & redi-
tum annuum præfectus nullus imponet.*
25 *Tu autem Ezra secundum sapientiam Legis Dei tui,
quæ est in manu tua, constitue iudices, & causidicos qui
iudicent vniuersum populum qui est trans Flumen, om-
nes qui norunt leges Dei tui: & eum qui non nouerit,
docebitis.*
26 *Omnem autem qui non fecerit Legem Dei tui, & le-
gem regis, celeriter iudicium fiat de eo, siue ad mortem,
siue ad eradicationem eius, siue ad condemnationem
substantiæ, & ad vinciendum.*
27 *Benedictus Iehouah Deus patrum nostrorum, qui de-
dit tale quidpiam in corde regis, vt glorificaret domum
Iehouæ quæ est in Ierusalaim.*
28 *Et super me inclinauit misericordiam coram rege &
consiliariis eius, & omnibus principibus regis potentibus:
& ego confortatus manu Iehouæ Dei mei super me,
congregaui de Israele principes, vt ascenderent me-
cum.*

C A P. VIII.

1 *ISti autem sunt principes patrum eorum, & genea-
logia ipsorum qui ascenderunt mecum in regno Ar-
tahsasthe regis, de Babel.*
2 *De filiis Pinhas, Gersom: de filiis Ithamar, Daniel:
de filiis Dauidis, Hattus.*
3 *De filiis Sechaniah, qui erat de filiis Paros, Zecha-
riah, & cum eo genealogia masculorum, centum &
quinquaginta.*

Vulgat. Editio.

4 De filiis Phahath Moab, Elioenai filius Zarchę, & cum eo ducenti viri.

5 De filiis Secheniæ, filius Ezechiel, & cum eo trecenti viri.

6 De filiis Adan, Abed filius Ionathan, & cum eo quinquaginta viri.

7 De filiis Alam, Isaias filius Athaliæ, & cum eo septuaginta viri.

8 De filiis Saphatiæ, Zebedia filius Michael, & cum eo octoginta viri.

9 De filiis Ioab, Obedia filius Iahiel, & cum eo ducenti decem & octo viri.

10 De filiis Selomith filius Iosphiæ, & cum eo centum sexaginta viri.

11 De filiis Bebai, Zacharias filius Bebai, & cum eo vigintiocto viri

12 De filiis Azgad, Iohanan filius Eccetan, & cum eo centum & decem viri.

13 De filiis Adonicam, qui erant nouissimi: & hæc nomina eorum: Elipheleth, & Iehiel, & Samaias, & cum eis sexaginta viri.

14 De filiis Begui, Vthai, & Zachur, & cum eis septuaginta viri.

15 Congregaui autem eos ad fluuium, qui decurrit ad Ahaua, & mansimus ibi tribus diebus: quæsiuique in populo, & in sacerdotibus de filiis Leui, & non inueni ibi.

16 Itaque misi Eliezer, & Ariel, & Semeiam, & Elnathan, & Iarib, & alterum Elnathan, & Nathan, & Zachariam, & Mosollam principes: & Ioarib, & Elnathan sapientes.

17 Et misi eos ad Eddo, qui est primus in Chasphiæ loco, & posui in ore eorum verba, quæ loquerentur ad Eddo, & fratres eius Nathinæos in loco Chasphiæ, vt adducerent nobis ministros domus Dei nostri.

18 Et adduxerunt nobis per manum Dei nostri bonam super nos, virum doctissimum de filiis Moholi filii Leui filii Israel, & Sarabiam, & filios eius, & fratres eius decem & octo:

19 Et Hasabiam, & cum eo Isaiam, de filiis Merari, fratresque eius, & filios eius viginti:

20 Et de Nathinæis, quos dederat Dauid, & principes ad ministeria Leuitarum, Nathinæos ducentos viginti: omnes hi suis nominibus vocabantur.

21 Et prædicaui ibi ieiunium iuxta fluuium Ahaua, vt affligeremur coram Domino Deo nostro, & peteremus ab eo viam rectam nobis, & filiis nostris, vniuersæque substantiæ nostræ.

22 Erubui enim petere à rege auxilium, & equites, qui defenderent nos ab inimico in via: quia dixeramus regi: Manus Dei nostri est super omnes, qui quærunt eum in bonitate: & imperium eius, & fortitudo eius, & furor super omnes qui derelinquunt eum.

23 Ieiunauimus autem, & rogauimus Deum nostrum per hoc: & euenit nobis prospere.

24 Et separaui de principibus sacerdotum duodecim, Sarabiam, & Hasabiam, & cum eis de fratribus eorum decem.

25 Appendique eis argentum, & aurum, & vasa consecrata domus Dei nostri, quæ obtulerat rex, & consiliatores eius, & principes eius, vniuersusque Israel eorum, qui inuenti fuerant:

26 Et appendi in manibus eorum argenti talenta sexcenta quinquaginta, & vasa argentea centum, auri centum talenta:

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

4 *De filiis Pachathmoab Eliehohenai filius Zechariah, & cum eo ducenti masculi.*

5 *De filiis Sechenıah filius Iachaziel, et cum eo trecenti masculi.*

6 *De filiis Hadin Hebed filius Ionathan, & cum eo quinquaginta masculi.*

7 *Et de filiis Helam, Iesahiah filius Hathaliah, et cum eo septuaginta masculi.*

8 *Et de filiis Sephatiah, Zebadiah filius Michael, et cum eo octoginta viri.*

9 *De filiis Ioab, Hobadiah filius Iechiel, et cum eo ducenti & octo, & decem masculi.*

10 *Et de filiis Selomith filius Iosiphiah, et cum eo centum & sexaginta masculi.*

11 *Et de filiis Bebai, Zechariah filius Bebai, & cum eo viginti, & octo masculi.*

12 *Et de filiis Hazghad, Iochanan filius Chathan, et cum eo centum, & decem masculi.*

13 *Et de filiis Adonicam nouissimis: & hæc nomina eorum: Elipheleth, Iehiel, & Semahiah, & cum eis sexaginta masculi.*

14 *Et de filiis Bighuai, Nuthai, & Zabud, & cum eo septuaginta masculi.*

15 *Et congregaui eos ad flumen quod venit ad Ahaua, & mansimus ibi diebus tribus: & consideraui populum, et Sacerdotes, et de filiis Leui non inueni ibi.*

16 *Et misi ad Elihezer, & ad Ariel, ad Semahaiah, & ad Elnathan, et ad Iarib, et ad Elnathan, et ad Nathan, et ad Zechariah, et Mesullam principes, et ad Ioarib, et ad Elnathan, peritos.*

17 *Et præcepi eis, vt loquerentur ad Iddo caput in Chasiphiah loco, & posui in ore eorum verba, vt loquerentur ad Iddo fratres eius Nethinim in Chasiphiah loco, vt adducerent nobis ministros pro domo Dei nostri.*

18 *Et adduxerunt nobis secundum manum Dei nostri bonam, super nos virum intelligentem de filiis Machali, filii Leui, filii Israel, et Serebiah, et filios eius et fratres eius, octo & decem:*

19 *Et Chasabiah, et cum eo Iesahiah, de filiis Merari fratres eius, et filii eorum viginti:*

20 *Et de Nethinim, quos posuit Dauid, et principes ad ministerium Leuitarum, Nethinim ducentos et viginti: omnes hi nominati sunt per nomina.*

21 *Et prædicaui ibi ieiunium iuxta fluuium Achaua, vt affligeremur coram Deo nostro, vt quæreremus ab eo viam rectam.*

22 *Erubui enim petere à rege exercitum et equites, vt auxiliarentur nobis ab inimico in via: dixeramus enim ad regem, dicendo: Manus Dei nostri super omnes quærentes eum in bonitate, & fortitudo eius, et furor eius, super omnes derelinquentes eum.*

23 *Et ieiunauimus, et quæsiuimus à Deo nostro propter hoc: et placatus est nobis.*

24 *Et separaui de principibus Sacerdotum duodecim, Serebiah, Chasabiah, et cum eis ex fratribus eorum decem.*

25 *Et appendi eis argentum, et aurum, et vasa oblationis domus Dei nostri, quæ obtulerunt rex, et consiliarii eius, et principes eius, et omnis Israel, qui reperti fuerant:*

26 *Et appendi manibus eorum argenti talenta sexcenta, et quinquaginta, et vasa argentea centum talentorum, auri centum talenta.*

Transl. ex Septuag.	Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
[illegible]	[illegible]

Vulgat. Editio.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Tranſl. ex Septuag.

27 Et chaphure aurei viginti ad viam mille, & vaſa æris fulgentis boni diuerſa deſiderabilia in auro.

28 Et dixi ad eos: Vos ſancti Domino, & vaſa ſancta, & argentum, & aurum ſpontanea Domino Deo patrum noſtrorum.

29 Vigilate & cuſtodite donec appendatis in conſpectu principum ſacerdotum, & Leuitarum, & principum patriarum in Hieruſalem in tabernaculis domus Domini.

30 Et ſuſceperunt ſacerdotes, & Leuitæ pondus argenti & auri, & vaſorum ad afferendum in Hieruſalem in domum Dei noſtri.

31 Et promouimus à fluuio Ahue in duodecima mentis primi ad veniendum in Hieruſalem. Et manus Dei noſtri fuit ſuper nos, & eruit nos a manu inimici, & hoſtis in via.

32 Et venimus in Hieruſalem, & ſedimus ibi dies tres.

33 Et factum eſt, die quarta appendimus argentum, & aurum, & vaſa in domo Dei noſtri ſuper manum Merimoth filij Vria ſacerdotis: & cum eo Eleazar filius Phinees, & cum eo Iozaba filius Ieſu, & Noadia filius Banaia Leuitæ:

34 In numero & in pondere omnia: & ſcriptum eſt vniuerſum pondus.

35 In tempore illo, qui venerunt ex captiuitate, filij tranſmigrationis, obtulerunt holocautoſes Deo Iſrael, vitulos duodecim pro omni Iſrael, arietes nonaginta ſex, agnos ſeptuaginta ſeptem, hircos pro peccato duodecim, omnia holocautomata Domino.

36 Et dederunt decretum regis procuratoribus regis, & ſubregulis trans flumen. Et exaltauerunt populum, & domum Dei.

CAP. IX.

1 ET poſtquam completa ſunt hæc; acceſſerunt ad me principes, dicentes: Non eſt ſeparatus populus Iſrael, & ſacerdotes, & Leuitæ à populis terrarum in elongationibus eorum de ſtirpe Chananí, Ethi, Pherezi, Iebuſi, Ammoni, Moabi, & Moſeri, & Amorri:

2 Quoniam acceperunt de filiabus eorum ſibi, & filiis ſuis: & tranſmiſſum eſt ſemen ſanctum in populos terrarum, & manus principum in præuaricatione hac in principio.

3 Et vt audiui verbum hoc; conſcidi veſtimenta mea, & palleбam, & euellebam de capillis capitis mei, & de barba mea, & ſedebam tacens.

4 Et conuenerunt ad me omnis ſequens verbum Dei Iſrael ſuper præuaricatione tranſmigrationis. Et ego ſedens, tacens vſque ad ſacrificium veſpertinum.

5 Et in ſacrificio veſpertino ſurrexi ab humiliatione mea. Et cum ſcindebam veſtimenta mea, & pallebam, & inclino ſuper genua mea, & expando manus meas ad Dominum Deum,

6 Et dixi: Domine confuſus ſum & erubui eleuare Deo mi faciem meam ad te: quoniam iniquitates noſtræ multiplicatæ ſunt ſuper caput noſtrum, & delicta noſtra magnificata ſunt vſque in cœlum.

7 A diebus patrum noſtrorum ſumus in delicto magno vſque in diem hanc. Et in noſtris iniquitatibus traditi ſumus nos, & reges noſtri, & filij noſtri in manu regum gentium in gladio, & in captiuitate, & in direptione, & in confuſione faciei noſtræ, ſicut dies hæc.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

27 *Et crateres aureos viginti, drachmarum mille: & vaſa ærea aurei coloris boni duo, deſiderabilia, vt aurum.*

28 *Poſtea dixi eis: Vos eſtis ſanctitas Iehouæ, & vaſa ſanctitas: & argentum illud & aurum eſt oblatio ſponte facta Iehouæ Deo patrum veſtrorum.*

29 *Vigilate, & cuſtodite, donec appendatis coram principibus Sacerdotum, & Leuitarum, & principibus familiarum Iſraelis in Ieruſalaim in cubiculis domus Iehouæ.*

30 *Susceperunt ergo Sacerdotes illi & Leuitæ pondus argenti, & auri & vaſorum, vt adducerent in Ieruſalaim ad domum Dei noſtri.*

31 *Profecti autem ſumus à flumine Ahaua duodecima die menſis primi, vt iremus in Ieruſalaim: & manus Dei noſtri fuit ſuper nos, eruitque nos de manu inimici, & inſidiatoris in via.*

32 *Tandem peruenimus Ieruſalaim, & manſimus ibi tribus diebus.*

33 *Die autem quarta appenſum eſt argentum & aurum, & vaſa illa in domo Dei noſtri per manum Meremoth filij Vriæ Sacerdotis, & cum eo erat Elazar filius Pinhas: cum illis vero erat Iozabad filius Ieſua, & Noadia filius Binnui Leuitæ.*

34 *In numero & pondere per omnia: & deſcriptum eſt vniuerſum illud pondus tempore illo.*

35 *Porro qui venerant de captiuitate, filij tranſmigrationis obtulerunt holocauſta Deo Iſraelis, vitulos duodecim pro toto Iſrael, arietes nonaginta ſex, agnos ſeptuaginta ſeptem, hircos ſuperque pro peccato duodecim, omnia in holocauſtum Iehouæ.*

36 *Et tradiderunt leges regis ſatrapis eius, & ducibus qui erant trans flumen, & exaltauerunt populum, & domum Dei.*

CAP. IX

1 *QVumque perfeciſſent hæc, acceſſerunt ad me principes dicendo: Non ſeparauit ſeſe populus Iſraelis, & Sacerdotes, & Leuitæ à populis terrarum: in abominationibus illorum, Chananæorum, Hitthæorum, Perizæorum, Iebuſæorum, Ammonitarum, & Moabitarum, Miſritarum, & Emorræorum, ſunt abominationes eorum:*

2 *Quia tulerunt de filiabus eorum ſibi, & filiis ſuis: miſtumque eſt ſemen ſanctum cum populis terrarum: & manus principum, & magiſtratuum fuit in præuaricatione iſta prima.*

3 *Quod verbum quum audiſſem, ſcidi veſtimentum meum, & tunicam meam, & euulſi capillos capitis mei, & barbam meam, ac ſedi ſtupidus.*

4 *Congregatique ſunt ad me omnes pauidi in verbis Dei Iſraelis ob præuaricationem filiorum tranſmigrationis: ego autem ſedebam ſtupens vſque ad ſacrificium veſpertinum.*

5 *At in ſacrificio veſpertino ſurrexi de afflictione mea: quumque ſcidiſſem veſtimentum meum, & tunicam meã, curuaui me ſuper genua mea, atque expandi palmas meas ad Iehouam Deum meum:*

6 *Ac dixi, Deus mi, pudet me & erubeſco attollere Deus mi faciem meam ad te: quoniam iniquitates noſtræ multiplicatæ ſunt ſuper caput, & delicta noſtra creuerunt vſque ad cœlum.*

7 *A diebus patrum noſtrorum fuimus in delicto magno vſque ad diem hanc, & propter iniquitates noſtras traditi ſumus nos, reges noſtri, & Sacerdotes noſtri in manum regum terrarum, in gladium, in captiuitatem, & in rapinam, & in pudorem vultus, ſecundum diem hanc.*

Vulgat. Editio.

8 Et nunc quasi parum, & ad momentum facta est deprecatio nostra apud Dominum Deum nostrum, vt dimitterentur nobis reliquiæ, & daretur nobis paxillus in loco sancto eius, & illuminaret oculos nostros Deus noster, & daret nobis vitam modicam in seruitute nostra:

9 Quia serui sumus, & in seruitute nostra non dereliquit nos Deus noster, sed inclinauit super nos misericordiam coram rege Persarum, vt daret nobis vitam, & sublimaret domum Dei nostri, & extrueret solitudines eius, & daret nobis sepem in Iuda, & Ierusalem.

10 Et nunc quid dicemus Deus noster post hæc? quia dereliquimus mandata tua:

11 Quæ præcepisti in manu seruorum tuorum prophetarum, dicens: * Terra, ad quam vos ingredimini, vt possideatis eam terra immunda est iuxta immunditiam populorum, cæterarumque terrarum, abominationibus eorum, qui repleuerunt eam ab ore vsque ad os in coinquinatione sua.

Deu.

12 Nunc ergo filias vestras ne detis filiis eorum, & filias eorum ne accipiatis filiis vestris, & non quæratis pacem eorum, & prosperitatem eorum vsque in æternum: vt confortemini, & comedatis, quæ bona sunt terræ, & hæredes habeatis filios vestros vsque in sæculum.

13 Et post omnia, quæ venerunt super nos in operibus nostris pessimis, & in delicto nostro magno, quia tu Deus noster liberasti nos de iniquitate nostra, & dedisti nobis salutem, sicut est hodie:

14 Vt non conuerteremur, & irrita faceremus mandata tua, neque matrimonia iungeremus cum populis abominationum istarum. Numquid iratus es nobis vsque ad consummationem ne dimitteres nobis reliquias ad salutem?

15 Domine Deus Israel iustus es tu: quoniam derelicti sumus, qui saluaremur, sicut die hac. Ecce coram te sumus in delicto nostro. Non enim stari potest coram te super hoc.

C A P. X.

1 Sic ergo orante Esdra, & implorante eo, & flente, & iacente ante templum Dei, collectus est ad eum de Israel cœtus grandis nimis virorum, & mulierum, & puerorum, & fleuit populus fletu multo.

2 Et respondit Sechenias filius Iehiel de filiis Aelam, & dixit Esdræ: Nos præuaricati sumus in Deum nostrum & duximus vxores alienigenas de populis terræ: & nunc, si est pœnitentia in Israel super hoc:

3 Percutiamus fœdus cum Domino Deo nostro, vt proiiciamus vniuersas vxores, & eos qui de his nati sunt iuxta voluntatem Domini, & eorum qui timent præceptum Domini Dei nostri: secundum legem fiat.

4 Surge, tuum est decernere, nosque erimus tecum: confortare, & fac.

5 Surrexit ergo Esdras, & adiurauit principes Sacerdotum, & Leuitarum, & omnem Israel vt facerent secundum verbum hoc, & iurauerunt.

6 Et surrexit Esdras, ante domum Dei, & abiit ad cubiculum Iohanan filij Eliasib, & ingressus est illuc, panem non comedit, & aquam non bibit: lugebat enim transgressionem eorum, qui venerant de captiuitate.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Et nunc modico momento, fuit deprecatio à Domino Deo nostro, vt derelinqueret nobis euasorem, & daret nobis clauum in loco sanctitatis eius, vt illuminaret oculos nostros Deus noster, & daret nobis vitam modicam in seruitute nostra:

Quia serui sumus, & in seruitute nostra non dereliquit nos Deus noster, & inclinauit super nos misericordiam coram rege Paras, vt daret nobis vitam, vt exaltaret domum Dei nostri, & stare faceret solitudines eius, & daret nobis sepem in Iehudah, & in Ierusalaim.

Et nunc quid dicemus Deus noster post hoc? quia dereliquimus præcepta tua:

Quæ præcepisti per manum seruorum tuorum prophetarum, dicendo: Terra ad quam ingredimini, vt possideatis eam, terra immunda est iuxta immunditiam populorum terrarum, secundum abominationes quibus repleuerunt eam ab ore ad os immunditia sua.

Et nunc filias vestras ne detis filijs eorum, & filias eorum ne accipiatis filiis vestris, & ne quæratis pacem eorum, & bonum eorum vsque in sæculum, vt confortemini, & comedatis bonum terræ, & hæreditate accipere faciatis filios vestros vsque in sæculum.

Et post omne, quod venit super nos propter opera nostra mala, & propter delictum nostrum magnum, quia tu Deus noster prohibuisti ne essemus deorsum propter iniquitates nostras, & dedisti nobis euasionem secundum hoc:

Numquid conuertemur ad dissipandum præcepta tua, & ad affinitatem contrahendam cum populis abominationum istarum? Numquid non irasceris in nos vsque ad consumptionem, vt non sit residuum, & euasio?

Domine Deus Israel iustus es tu: quoniam residui sumus euasio secundum diem hanc. Ecce sumus coram te in delictis nostris. Non enim est stare coram te propter hoc.

C A P. X.

Et cum orasset Hezra, & confessus esset flens, & cecidisset coram domo Dei, congregati sunt ad eum de Israel cœtus grandis valde virorum, & mulierum, & paruulorum, & cum fleuisset populus multo fletu.

Respondit Secheniah filius Iechiel, de filiis Helam, & dixit ad Hezra: Nos præuaricati sumus in Deum nostrum, & duximus vxores alienigenas de populis terræ: et nunc est spes Israeli super hoc.

Et nunc percutiamus fœdus cum Deo nostro, vt educamus omnes vxores, & natos ex eis secundum consilium Domini, & pauentium præceptum Dei nostri: & secundum legem fiat.

Surge, quia ad te pertinet res, & nos erimus tecum. confortare, & fac.

Et surrexit Hezra, & adiurauit principes Sacerdotum, & Leuitarum, & omnem Israel, vt facerent secundum verbum hoc, & iurauerunt.

Et surrexit Hezra à facie domus Dei, & abijt ad cubiculum Iehochanan filij Eliasib, & abijt illuc, panem non comedit, & aquam non bibit: lugebat enim super præuaricatione transmigrationis.

Transl. ex Septuag.

8 Et nunc modificatus est nobis Deus noster ad dimittendum nos in salutem, & dandum nobis firmamentum in loco sanctificationis suæ, ad illuminandos oculos nostros, & dandum viuificationem paruam in seruitute nostra:

9 Quoniam serui sumus: & in seruitute nostra non dereliquit nos Dominus Deus noster. Et inclinauit super nos misericordiam coram regibus Persarum ad dandam nobis viuificationem, exaltando eos domum Dei nostri, & suscitando solitudines eius, & dando nobis sepem in Iuda, & Hierusalem:

10 Quid dicemus Deus noster post hoc? quoniam dereliquimus mandata tua,

11 Quæ dedisti nobis in manu seruorum tuorum prophetarum, dicens: Terra, in quam introitis ad hæreditandam eam, terra peruersa est in peruersione populorum gentium in elongationibus eorum, quibus impleuerunt eam ab ore ad os in suis immunditiis.

12 Et nunc filias vestras ne dederitis filiis eorum, & de filiabus eorum ne accipiatis filiis vestris: & non quæretis pacem eorum, & bonum eorum vsque in sæculum; vt inualescatis, & comedatis bona terræ, & in hæreditatem distribuatis filiis vestris vsque in sæculum.

13 Et post omne, quod venit super nos in factis nostris malignis, & in delicto nostro magno, quoniam non est sicut Deus noster, quoniam alleuasti nostras iniquitates, & dedisti nobis salutem;

14 Quoniam reuertimus dissipare mandata tua, & cõtrahere affinitatem cum populis terrarum; nunquid irritatus es in nos vsque ad consummationem, vt non sit residuum, & superstes?

15 Domine Deus Israel iustus tu, quoniam remansimus incolumes, sicut dies hæc. Ecce nos coram te in delictis nostris: quoniam non est stare in conspectu tuo super hoc.

C A P. X.

1 ET, vt deprecatus est Esdras, & vt confessus est plorans & orans coram domo Dei; congregati sunt ad eum de Israel ecclesia multa valde, viri, & mulieres, & iuuenes: quoniam plorauerunt populus, & eleuauit plorans.

2 Et respondit Sechenias filius Iehel de filiis Elam, & dixit Esdræ: Nos præuaricati sumus Deo nostro, & habitare fecimus vxores alienas de populis terræ. Et nunc est expectatio ipsi Israel super hoc.

3 Et nunc disponamus testamentum Deo nostro, eiiciendi omnes vxores, & genita ex eis: prout voluerit. Surge, & fac eos timere in mandatis Dei nostri: & sicut lex, fiat.

4 Surge: quoniam super te verbum, & nos tecum: confortare, & fac.

5 Et surrexit Esdras, & adiurauit principes, sacerdotes, & Leuitas, & omnem Israel faciendi iuxta verbum hoc. Et iurarunt.

6 Et surrexit Esdras à facie domus Dei: & iuit in gazophylacium Ioanan filij Elisub: & iuit illuc: panem non manducauit, & aquam non bibit: quoniam lugebat super præuaricatione transmigrationis.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

8 *Nunc autem modico momento fuit misericordia à Iehoua Deo nostro, ita vt relinqueret nobis homines euasionis, & daret nobis clauum in loco sancto suo, vt illuminaret oculos nostros Deus noster, & daret nobis vitam modicam in seruitute nostra:*

9 *Quia serui eramus, & in seruitute nostra non dereliquit nos Deus noster, sed inclinauit super nos misericordiam coram rege Paras, vt daret nobis vitam, vt exaltaret domum Dei nostri, & instauraret solitudines eius, & daret nobis sepem in Iehudah & in Ierusalaim.*

10 *Nunc ergo quid dicemus ô Deus noster, post hæc? nam dereliquimus præcepta tua,*

11 *Quæ præcepisti per manum seruorum tuorum Prophetarum, dicendo, Terra ad quam ingredimini vt possideatis eam, terra immunda est ob immunditiam populorum terrarum, propter abominationes quibus repleuerunt eam ab ore ad os immunditia sua.*

12 *Idcirco nunc filias vestras ne detis filiis eorum, & filias eorum ne accipiatis filiis vestris, neque quæratis pacem eorum & bonum eorum vsque in sæculum: vt confortemini, & comedatis bonum terræ, & iure hæreditario eam possidendam tradatis filiis vestris vsque in sæculum.*

13 *Post omnia vero quæ euenerunt nobis propter opera nostra mala, & propter delictum nostrum magnum (quum tu Deus noster prohibueris ne essemus deorsum propter iniquitates nostras, & dederis nobis euasionem talem.)*

14 *Nunquid reuertemur ad dissipandum præcepta tua, & ad affinitatem contrahendam cum populis abominationum istarum? nunquid non irasceris contra nos vsque ad consumptionem, ita vt non sit residuum & euasio?*

15 *Iehouah Deus Israelis, tu es iustus, quoniam residui sumus filij euasionis secundum diem hanc. en adsumus nos coram te in delictis nostris: neque enim licet nobis consistere coram te propter hoc.*

C A P. X.

1 *QVum autem oraret Ezra, & confiteretur flens, & deprimeret se coram domo Dei congregauerunt se ad eum de Israele cœtus multus valde virorum & mulierum & paruulorum, quumque fleuisset populus multo fletu,*

2 *Tunc loquutus est Sechaniah filius Iehiel, de filiis Elam, & dixit ad Ezra, Nos præuaricati sumus in Deum nostrum, quod duximus mulieres alienigenas de populis terræ: at nunc spes est Israeli super hoc.*

3 *Nunc ergo percutiamus fœdus cum Deo nostro, quod eyciemus omnes mulieres, & natos ex eis, secundum consilium Domini, & virorum timentium præceptum Dei nostri: & secundum Legem fiat.*

4 *Surge, quia ad te pertinet res, & nos erimus tecum: confortare, & fac.*

5 *Surrexit itaque Ezra, & adiurauit principes Sacerdotum, ac Leuitarum, vniuersumque Israelem, vt facerent secundum verbum hoc & iurauerunt.*

6 *Surrexit inquam Ezra à facie domus Dei, & abijt in cubiculum Iehohanan filij Eliasib: abijt inquam illuc, & panem non comedit, nec aquam bibit: lugebat enim ob præuaricationem filiorum transmigrationis.*

Vulgat. Editio.

7 Et missa est vox in Iuda, & in Ierusalem omnibus filiis transmigrationis, vt congregarentur in Ierusalem:
8 Et omnis qui non venerit in tribus diebus iuxta consilium principum, & seniorum, auferetur vniuersa substantia eius, & ipse abjicietur de cœtu transmigrationis.
9 Conuenerunt igitur omnes viri Iuda, & Beniamin in Ierusalem tribus diebus, ipse est mensis nonus, vigesimo die mensis: & sedit omnis populus in platea domus Dei, trementes pro peccato, & pluuiis.
10 Et surrexit Esdras sacerdos, & dixit ad eos: Vos transgressi estis, & duxistis vxores alienigenas, vt adderetis super delictum Israel.
11 Et nunc date confessionem Domino Deo patrum vestrorum, & facite placitum eius, & separamini à populis terræ, & ab vxoribus alienigenis.
12 Et respondit vniuersa multitudo, dixitque voce magna: Iuxta verbum tuum ad nos, sic fiat.
13 Veruntamen quia populus multus est, & tempus pluuiæ, & non sustinemus stare foris: & opus non est diei vnius, vel duorum (vehementer quippe peccauimus in sermone isto)
14 Constituantur principes in vniuersa multitudine: & omnes in ciuitatibus nostris, qui duxerunt vxores alienigenas, veniant in temporibus statutis, & cum his seniores per ciuitatem, & ciuitatem, & iudices eius, donec auertatur ira Dei nostri à nobis super peccato hoc.
15 Igitur Ionathan filius Azahel, & Iaasia filius Thecue steterunt super hoc: & Mesollam, & Sebethai Leuites adiuuerunt eos:
16 Feceruntque sic filij transmigrationis. Et abierunt Esdras Sacerdos, & viri principes familiarum in domos patrum suorum, & omnes per nomina sua, & sederunt in die primo mensis decimi, vt quærerent rem.
17 Et consummati sunt omnes viri, qui duxerant vxores alienigenas, vsque ad diem primam mensis primi.
18 Et inuenti sunt de filiis sacerdotum, qui duxerant vxores alienigenas. De filiis Iosue filii Iosedec, & fratres eius, Maasia, & Eliezer, & Iarib, & Godolia:
19 Et dederunt manus suas, vt eijcerent vxores suas, & pro delicto suo arietem de ouibus offerrent.
20 Et de filiis Emmer, Hanani, & Zebedia.
21 Et de filiis Harim, Maasia, & Elia, & Semeia, & Iehiel, & Ozias:
22 Et de filiis Pheshur, Elioenai, Maasia, Ismael, Nathanael, Iozabed, & Elasa.
23 Et de filiis Leuitarum, Iozabed, & Semei, & Celaia, ipse est Calita, Phataia, Iuda, & Eliezer.
24 Et de cantoribus Eliasib. Et de ianitoribus, Sellum, & Telem, & Vri.
25 Et ex Israel, de filiis Pharos, Remeia, & Iezia, & Melchia, & Miamin, & Eliezer, & Melchia, & Banea:
26 Et de filiis Aelam, Mathania, Zacharias, & Iehiel, & Abdi, & Ierimoth, & Elia.
27 Et de filiis Zethua, Elioenai, Eliasib, Mathania, & Ierimuth, & Zabad, & Aziza:
28 Et de filiis Bebai, Iohanan, Hanania, Zabbai, Athalai.
29 Et de filiis Bani, Mosollam, & Melluch, & Adaia, Iasub, & Saal, & Ramoth.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

7 *Et transire fecerunt vocem per Iehudah, & Ierusalaim omnibus filiis transmigrationis, vt congregarentur in Ierusalaim:*
8 *Et omnis qui non venerit in tribus diebus iuxta consilium principum, & seniorum, peribit omnis substantia eius, & ipse separabitur à cœtu transmigrationis.*
9 *Et congregati sunt omnes viri Iehudah, & Beniamin in Ierusalaim intra triduum, ipse est mensis nonus, in vigesima mensis: & sederunt omnis populus in platea domus trementes propter rem, & propter pluuias.*
10 *Et surrexit Hezra sacerdos, & dixit ad eos: Vos præuaricati estis, & duxistis vxores alienigenas, vt adderetis delicto Israel.*
11 *Et nunc date confessionem Domino Deo patrum vestrorum, & facite voluntatem eius, & separamini à populis terræ & ab vxoribus alienigenis.*
12 *Et responderunt omnis cœtus, & dixerunt voce magna: Sic secundum verbum tuum nobis est faciendum.*
13 *Sed populus multus, & tempus pluuiarum est, & non est virtus ad standum foris: & opus non est diei vnius, neque duorum, quia multi sumus qui præuaricati sumus in hoc.*
14 *Stent obsecro principes nostri in vniuerso cœtu, & omnis in vrbibus nostris, qui duxerit vxores alienigenas, veniat temporibus statutis, & cum eis sint seniores singularum ciuitatum, & iudices eius donec auertat iram furoris Deus noster à nobis propter hoc.*
15 *Veruntamen Ionathan filius Hasael, & Iachaziah filius Ithuah constituti fuerunt super hoc, & Mesullam, & Sabbethai Leuites adiuuerunt eos:*
16 *Et fecerunt sic filij transmigrationis, & separati sunt Hezra, viri principes familiarum per domum patrum suorum, & vniuersi ipsi per nomina, & sederunt in die vna mensis decimi, vt quærerent rem.*
17 *Et perfecerunt opus in omnibus viris qui duxerunt vxores alienigenas, vsque ad diem primum mensis primi.*
18 *Et inuenti sunt de filiis Sacerdotum, qui duxerunt vxores alienigenas. De filiis Iesuah filij Iesadach, & fratrum eius, Mahaseiah, & Eliezer, & Iarib, & Ghedaliah.*
19 *Et dederunt manum suam vt educerent vxores suas, & delinquentes* venerunt cum *ariete pecorum pro delicto suo.*
20 *Et de filiis Immer, Chanani, & Zebadiah.*
21 *Et de filijs Harim, Mahaseiah, & Eliah, & Semahaiah, & Iechiel, & Huzziah.*
22 *Et de filiis Paschur, Elioenai, Mahaseiah, Ismahel, & Nethanel, Iozabad, & Elhasah.*
23 *Et de Leuitis Iozabad, & Simhi, & Chelaiah ipse est Chelitah, Pethachiah, Iehudah, & Elihezer.*
24 *Et de cantoribus Eliasib, & de ianitoribus, Sallum, & Thelem, & Vri.*
25 *Et de Israel: de filiis Parhos, Ramiah, & Hezijah, & Malchiah, Miamin, & Elhazar, & Malchiah, & Benaiah.*
26 *Et de filiis Helam, Matthaniah, Zachariah, & Iechiel, & Habdi, & Ieremoth, & Eliah.*
27 *Et de filiis Zathu, Elioenai, Eliasib, Matthaniah, & Ieremoth, & Zabad, & Haziza.*
28 *Et de filiis Bebai, Iehochanan, Chananiah, Zabbai, & Athlai.*
29 *Et de filiis Bani, Mesullam, Maluch, & Hadaiah, Iasub, & Seal, Ieramoth.*

Transl. Septuag. | Translat. Fr. Vatabli.

Vulgat. Editio.		Translat. Heb. Sanct. Pagn.
[illegible]	[illegible]	[illegible]

FINIS LIBRI PRIMI ESDRÆ.

Transl. ex Septuag.

30 Et de filijs Phaathmoab, Eane, & Chalel, & Banaia, Maasia, Matthania, Beseleel, & Bannui, & Manasse:

31 Et de filijs Eram, Eliezer, Iesia, Melchia, Samaias, Semeon,

32 Beniamin, Baluch, Samaria:

33 Et de filijs Asom, Metthania, Matthatha, Zadab, Eliphalet, Ieremi, Manasse, Semei.

34 Et de filijs Bani, Moodia, Amram, Vhel,

35 Banaia, Badaia, Cheleia,

36 Vuania, Merimoth, Eliasiph:

37 Matthania, Matthania.

38 Et fecerunt filij Bani & filij Semei,

39 Et Selemia, & Nathan, & Adaia,

40 Machadnabu, Sesai, Sarai,

41 Ezriel & Selemias, & Samaria,

42 Et Sellum, Amaria, Ioseph:

43 De filijs Nabu, Iehiel, Matthanias, Zabad, Zebenias, Zadai, & Ioel, & Banaia.

44 Omnes hi acceperant vxores alienas, & genuerant ex eis filios.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

30 *Et de filiis Pahath-moab, Adna & Chelal, Benaiah, Maasiah, Matthaniah, Besaleel, & Binnui & Menasseh.*

31 *De filiis autem Harim, Eliezer, Isiah, Malchiiah, Semaiah, Simeon,*

32 *Biniamin, Malluch, Semariah.*

33 *De filiis Hasum, Matthenai, Matthattah, Zabad, Eliphelet, Ieremai, Menasseh, Simei.*

34 *De filiis Bani Maadai, Amram, & Vel,*

35 *Benaiah, Bedaiah, Chelu,*

36 *Vaniah, Meremoth, Eliasib,*

37 *Matthaniah, Matthenai, & Iaasau.*

38 *Et Bani & Binnui, Simei:*

39 *Et Selemiah, & Nathan & Adaiah,*

40 *Machnadbai, Sasai, Sarai,*

41 *Azareel, & Selemiahu, Semariah,*

42 *Sallum, Amariah, Ioseph.*

43 *De filiis Nebo, Iehiel, Matthithiah, Zabad, Zebina, Iadau, & Ioel, Benaiah.*

44 *Omnes hi acceperant uxores alienigenas: quarum autem ex eis erant mulieres, quae pepererant filios.*

FINIS LIBRI PRIMI ESDRAE.

LIBRI NEHEMIAE, QVI ET ESDRÆ SECVNDVS DICITVR.

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM.

VErba Nehemiæ filij Helchiæ. Et factum est in
mense Casleu, anno vigesimo, & ego eram in
Susis castro.
Et venit Hanani vnus de fratribus meis, ipse
& viri ex Iuda: & interrogaui eos de Iudæis, qui re-
manserant, & supererant de captiuitate, & Ierusa-
lem.
Et dixerunt mihi: Qui remanserunt, & relicti
sunt de captiuitate ibi in prouincia, in afflictione
magna sunt, & in opprobrio: & murus Ierusalem
dissipatus est, & portæ eius combustæ sunt igni.

Cumque audissem verba huiuscemodi, sedi, &
fleui, & luxi diebus multis: ieiunabam, & orabam,
ante faciem Dei cœli.
* Dan. 9.4. Et dixi: * Quæso Domine Deus cœli fortis, ma-
gne atque terribilis, qui custodis pactum, & miseri-
cordiam cum his qui te diligunt, & custodiunt
mandata tua:
Fiant aures tuæ auscultantes, & oculi tui aperti, vt
audias orationem serui tui, quam ego oro coram te
hodie nocte, & die pro filiis Israel seruis tuis: & con-
fiteor pro peccatis filiorum Israel, quibus peccaue-
runt tibi: ego, & domus patris mei peccauimus:

Vanitate seducti sumus, & non custodiuimus
mandatum tuum, & ceremonias, & iudicia, quæ
præcepisti Moysi famulo tuo.
Memento verbi, quod mandasti Moysi seruo tuo,
dicens: Cum transgressi fueritis, ego dispergam vos
in populos:

Et si reuertamini ad me, & custodiatis præcepta
mea, & faciatis ea; etiamsi abducti fueritis ad extre-
ma cœli, inde congregabo vos, & reducam in lo-
cum, quem elegi, vt habitaret nomen meum
ibi.

Et ipsi serui tui, & populus tuus: quos redemisti
in fortitudine tua magna, & in manu tua vali-
da.
Obsecro Domine, sit auris tua attendens ad ora-
tionem serui tui, & ad orationem seruorum tuo-
rum, qui volunt timere nomen tuum: & dirige
seruum tuum hodie, & da ei misericordiam
ante virum hunc. Ego enim eram pincerna re-
gis.

LIBRI NECHEMIAH, QVI ET HEZRÆ SECVNDVS DICITVR.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAPVT PRIMVM.

1 *VErba Nechemiah filij Chachaliah. Et fuit, in
mense Chisleu anno vigesimo eram in Susan ca-
stro.*
2 *Et venit Chanani vnus è fratribus meis, & viri de
Iehudah: & interrogaui eos de Iehudæorum euasione,
qui remanserant ex captiuitate, & de Ierusalaim.*

3 *Et dixerunt mihi: Residui qui remanserunt de capti-
uitate ibi in prouincia sunt in malo magno, & opro-
brio: & murus Ierusalaim dirutus est, & portæ eius
combustæ sunt igni.*

4 *Et fuit, cum audissem verba hæc sedi, & fleui, &
luxi per dies: & ieiunaui, & oraui coram Deo cœli.*

5 *Et dixi: Quæso Domine Deus cœli, fortis, magne, &
terribilis custodiens pactum, & misericordiam dil gen-
tibus te, & custodientibus mandata tua:*

6 *Sit quæso auris tua intendens, & oculi tui aperti, vt
audias orationem serui tui, quam oro coram te hodie die,
ac nocte, pro filiis Israel seruis tuis: & confiteor pro
peccato filiorum Israel, quod peccauimus tibi: & ego,
& domus patris mei peccauimus:*

7 *Corruptione corrupti sumus tibi, & non custodiuimus
præcepta, & statuta, & iudicia, quæ præcepisti Moseh
seruo tuo.*
8 *Memento quæso verbi, quod mandasti Moseh seruo tuo,
dicendo: Vos præuaricabimini, & ego dispergam vos in
populos.*

9 *Et si reuersi fueritis ad me, & custodieritis præcepta
mea, & feceritis, si fuerit expulsio vestra ad extremum
cœli, inde congregabo vos, & adducam vos ad locum
quem elegi, vt habitare facerem nomen meum ibi.*

10 *Et ipsi serui tui, & populus tuus, quem redemisti in
fortitudine tua magna, & in manu tua forti.*

11 *Quæso Domine sit obsecro auris tua attendens ad
orationem serui tui, & ad orationem seruorum tuorum,
qui volunt timere nomen tuum: & prosperare fac
quæso seruum tuum hodie. Ego eram pincerna re-
gis.*

Digitized by Google

LIBRI NEEMIAE.

Transl. ex Septuag.

CAPVT PRIMVM.

Liber hic in hac trāslat. ex Septu. sub nomine Neemiæ habetur tertio loco inter libros Esdræ.

VErba Neemiæ filij Chelcia. Et factum est in mense Chaseleu anni vigesimi, & ego eram in Susan Abira.

Et venit Anani vnus de fratribus meis, ipse, & viri Iuda. Et interrogaui eos de superstitibus, qui remanserant ex captiuitate, & de Hierusalem.

Et dixerunt ad me: Residui qui remanserunt de captiuitate ibi in prouincia, in malo magno, & in opprobrio: & mœnia Hierusalem deiecta & portæ eius incensæ sunt in igne.

Et factum est in audiendo me verba hæc sedi, & plorau, & luxi dies, & fui ieiunans, & orans in conspectu Dei cœli.

Et dixi: Ne, quæso, Domine, Deus cæli fortis, magnus, & terribilis, custodiens testamentum, & misericordiam tuam diligentibus ipsum, & custodientibus mandata ipsius.

Sit, quæso, auris tua attendens, & oculi tui aperti ad audiendam deprecationem serui tui; quam ego deprecor in conspectu tuo hodie die, ac nocte, pro filiis Israel seruis tuis. Et confiteor super peccatis filiorum Israel, quæ peccauimus tibi. Et ego, & domus patris mei peccauimus:

Dissolutione dissoluimus erga te, & non custodiuimus mandata, & præcepta, & iudicia, quæ mandasti Moysi puero tuo.

Memento nunc verbi tui, quod mandasti Moysi puero tuo, dicens: Vos, si præuaricati eritis; ego dispergam vos in populis:

Et, si reuerteritis ad me, & seruaueritis mandata mea, & feceritis ea; si fuerit dispersio vestra à summo cœli, inde congregabo ipsos & introducam ipsos in locum, quem elegi, ad habitandum nomen meum ibi.

Et ipsi pueri tui, & populus tuus: quos redemisti in virtute tua magna, & in manu tua valida.

Ne quæso, Domine. Sed sit auris tua attendens in deprecationem serui tui, & ad deprecationem puerorum tuorum volentium timere nomen tuum. Et prospera, quæso, seruum tuum hodie, & da eum in miserationes in conspectu viri huius. Et ego eram pincerna regis.

LIBRI NECHEMIAH, QVI ET HEZRÆ SECVNDVS DICITVR.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAPVT PRIMVM.

1 *VErba Nehemiah filij Hachaliah. & fuit, in*
mense Chisleu, anno vicesimo ego eram in Susan
palatio:
2 *Et venit Hanani vnus è fratribus meis, ipse & viri*
de Iehudah: quos interrogaui de Iehudæis viris euasio-
nis, qui residui erant de captiuitate, & de Ierusalaim.
3 *Et dixerunt mihi, Residui qui remanserunt de capti-*
uitate illic in prouincia, sunt in malo magno & opro-
brio: præterea murus Ierusalaim dirutus est, & portæ
eius combustæ sunt igni.
4 *Posteaquam autem audiui verba hæc, sedi, ac fleui,*
luxique per dies: ieiunaui insuper, & oraui coram Deo
cæli.
5 *Ac dixi; Quæso Iehoua Deus cœli, fortis, magne, &*
terribilis custodiens pactum & misericordiam diligen-
tibus te, & custodientibus mandata tua:
6 *Sit quæso auris tua attendens, & oculi tui aperti, vt*
audias orationem serui tui, quam ego oro coram te hodie
die ac nocte, pro filiis Israelis seruis tuis. confiteor quoque
peccata filiorum Israelis quæ peccauimus tibi: & ego
& domus patris mei peccauimus:
7 *Grauiter peccauimus tibi, & non custodiuimus præ-*
cepta, & statuta, & iudicia quæ præcepisti Moseh seruo
tuo.
8 *Memento quæso verbi quod mandasti Moseh seruo tuo,*
dicendo: Vos præuaricabimini, ego vero dispergam vos in
populos.
9 *Quum autem reuersi fueritis ad me, & custodieritis*
præcepta mea, & feceritis, si fuerit expulsio vestra ad
extremum cœli, illuc congregabo eos, & adducam eos
ad locum quem elegi, vt illic collocarem nomen meum.
10 *Ipsi autem serui tui, & populus tuus sunt, quos rede-*
misti fortitudine tua maxima, & manu tua fortissi-
ma.
11 *Quæso ô Iehoua, sit quæso auris tua attendens ad*
orationem serui tui, & ad orationem seruorum tuorum,
qui cupiunt timere nomen tuum: & successum prospe-
rum da quæso seruo tuo hodie, & da eum in misericor-
dias coram viro illo. Ego autem eram pincerna regis.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. II.

FActum est autem in mense Nisan, anno vigesimo Artaxerxis regis: & vinum erat ante eum, & leuaui vinum, & dedi regi: & eram quasi languidus ante faciem eius.

Dixitque mihi rex: Quare vultus tuus tristis est, cum te ægrotum non videam? non est hoc frustra, sed malum nescio, quod in corde tuo est. Et timui valde, ac nimis:

Et dixi regi: Rex in æternum viue: quare non mœreat vultus meus, quia ciuitas domus sepulchrorum patris mei deserta est, & portæ eius combustæ sunt igni?

Et ait mihi rex: Pro qua re postulas? Et oraui Deum cœli:

Et dixi ad regem: Si videtur regi bonum, & si placet seruus tuus ante faciem tuam, vt mittas me in Iudæam ad ciuitatem sepulchri patris mei, & ædificabo eam.

Dixitque mihi rex, & regina, quæ sedebat iuxta eum: Vsque ad quod tempus erit iter tuum, & quando reuerteris? Et placuit ante vultum regis, & misit me: & constitui ei tempus.

Et dixi regi: Si regi videtur bonum, epistolas det mihi ad duces regionis trans flumen, vt traducant me, donec veniam in Iudæam:

Et epistolam ad Asaph custodem saltus regis, vt det mihi ligna, vt tegere possim portas turris domus, & muros ciuitatis, & domum, quam ingressus fuero. Et dedit mihi rex iuxta manum Dei mei bonam mecum.

Et veni ad duces regionis trans Flumen, dedique eis epistolas regis. Miserat autem rex mecum principes militum, & equites.

Et audierunt Sanaballat Horonites, & Tobias seruus Ammanites: & contristati sunt afflictione magna, quod venisset homo, qui quæreret prosperitatem filiorum Israel.

Et veni Ierusalem, & eram ibi tribus diebus:

Et surrexi nocte ego, & viri pauci mecum, & non indicaui cuiquam quid Deus dedisset in corde meo vt facerem in Ierusalem, & iumentum non erat mecum, nisi animal, cui sedebam.

Et egressus sum per portam vallis nocte, & ante fontem draconis, & ad portam stercoris, & considerabam murum Ierusalem dissipatum, & portas eius consumptas igni.

Et transiui ad portam fontis, & ad aquæductum regis, & non erat locus iumento, cui sedebam, vt transiret.

Et ascendi per torrentem nocte, & considerabam murum, & reuersus veni ad portam vallis, & redij.

Magistratus autem nesciebant quo abiissem, aut quid ego facerem: sed & Iudæis, & sacerdotibus, & optimatibus, & magistratibus, & reliquis qui faciebant opus, vsque ad id loci nihil indicaueram.

Et dixi eis: Vos nostis afflictionem in qua sumus; quia Ierusalem deserta est, & portæ eius consumptæ sunt igni: venite, & ædificemus muros Ierusalem, & non simus vltra opprobrium.

Et

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. II.

1 *ET fuit, in mense Nisan anno vigesimo Arthachsastha regis: vinum erat ante eum, & accepi vinum, & dedi regi: & non eram solitus esse tristis coram eo.*

2 *Et dixit mihi rex: Quare vultus tuus est tristis, & non ægrotas? non est hoc nisi malum cordis. Et timui multum valde:*

3 *Et dixi regi: Rex in æternum viue: cur non erit tristis vultus meus, quum ciuitas domus sepulchrorum patrum meorum deserta sit, & portæ eius consumptæ sint igni?*

4 *Et dixit mihi rex: Pro quo postulas? Et oraui ad Deum cæli:*

5 *Et dixi ad regem: Si regi bonum est, & si placet seruus tuus coram te, rogo vt mittas me in Iehudah, ad ciuitatem sepulchrorum patrum meorum, vt ædificem eam.*

6 *Dixitque mihi rex, & regina sedens apud eum: Vsquequo erit iter tuum, & quando reuerteris? Et placuit coram rege, & misit me, & dedi ei tempus.*

7 *Et dixi regi: Si regi est bonum, epistolas dent mihi scribæ ad duces, qui sunt trans flumen, vt traducant me, donec veniam in Iehudah:*

8 *Et epistolam ad Asaph custodem pomarii, quod est regi, vt det mihi ligna ad contignandum portas palatii, quæ erant domui, & muro ciuitatis, & domui, in quam ingressus fuero. Et dedit mihi rex iuxta manum Dei mei bonam super me.*

9 *Et veni ad duces, qui erant trans Flumen, & dedi eis epistolas regis. Et misit mecum rex principes exercitus, & equites.*

10 *Et audiuit Sanballath Choronites, & Thobiiah seruus Hammonites: & displicuit eis displicentia magna, quod venisset homo ad quærendum bonum filiis Israel.*

11 *Et veni in Ierusalaim, & fui ibi diebus tribus:*

12 *Et surrexi nocte, & viri pauci erant mecum, & non indicaui homini, quid Deus dedisset in cor meum, vt facerem in Ierusalaim, & iumentum non erat mecum nisi iumentum super quod sedebam.*

13 *Et egressus sum per portam vallis nocte, & ante fontem draconis, & ad portam stercorum, & considerani muros Ierusalaim, qui erant diruti, & portas eius, quæ consumptæ erant igni.*

14 *Et transiui ad portam fontis, & ad aquæductum regis, & non erat locus iumento ad transeundum sub eo.*

15 *Et ascendi per torrentem nocte, & consideraui murum, & veni ad portam vallis, & redii.*

16 *Et magistratus nesciebant quo abiissem, & quid facerem: & iehudeis, & sacerdotibus, & optimatibus, & magistratibus, & residuis facientibus opus, itidem non indicaui.*

17 *Et dixi eis: Vos videtis malum in quo sumus; quia Ierusalaim deserta est, & portæ eius succensæ sunt igni: venite, & ædificemus murum Ierusalaim, & non simus vltra opprobrium.*

Et

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

CAP. II.

ET factum est in mense Nisan anni vigesimi Arthasastha regi, & erat vinum coram me: & leuaui vinum,& dedi regi: & non erat alius coram eo.

Et dixit mihi rex: Quare facies tua mala, & non es infirmus? Et non est hoc: nisi malum cordis. Et timui multum valde,

Et dixi regi: Rex in æternum viuat. Cur non fiat mala facies mea; quādoquidem ciuitas, domus monumentorum patrum meorum desolata est, & portæ eius exustæ sunt in igne?

Et dixit mihi rex: Pro quo hoc tu quæris? Et deprecatus sum ad Deum cæli,

Et dixi regi: Si super regem bonum, & si bonus erit puer tuus in conspectu tuo, vt mittat ipsum in Iuda, in ciuitatem monumentorum patrum meorum: & reædificabo eam.

Et dixit mihi rex, & concubina sedens iuxta eum: Vsque ad quod tempus erit iter tuum, & quando reuerteris? Et bonum fuit coram rege, & misit me, & dedi ei terminum.

Et dixi regi: Si super regem, bonum; det mihi epistolas ad subregulos trans flumen; vt deducant me, donec venero in Iudam,

Et epistolam ad Asaph custodem paradisi, qui est regi, vt det mihi ligna ad tegendum portas, & ad murum ciuitatis, & ad domum, quam ingrediar in eam. Et dedit mihi rex, sicut manus Dei bona.

Et veni ad subregulos trans flumen, & dedi eis epistolas regis. Et miserat mecum rex principes virtutis, & equites.

Et audiuit Sanaballat Aroni, & Tobia seruus Ammoni: & malum eis factum est; quia venit homo quærere bonum filiis Israel.

Et veni in Hierusalem, & fui ibi dies tres.

Et surrexi nocte ego, & viri pauci mecum, & non annunciaui homini, quid Deus dat in cor meum facere cum Israel: & iumentum non est mecum nisi iumentum, quem ego inscendo super illud.

Et egressus sum in porta Golila, & ad os fontis ficuum, & ad portam stercoris. Et eram conuersans in muro Hierusalem, quod ipsi diruunt, & portæ eius exesæ erant igne.

Et transiui ad portam Ain, & ad piscinam regis, & non erat locus iumento transire sub me:

Et fui ascendens in muro torrentis nocte, & fui conuersans in muro, & fui in porta vallis, & reuerti.

Et custodes non cognouerunt, quid ibam, & quid ego facio. Et Iudæis & sacerdotibus, & optimatibus, & ducibus, & reliquis facientibus opera vsque tunc non indicaueram.

Et dixi ad eos: Vos videtis malum hoc, in quo sumus in eo, quomodo Hierusalem deserta, & portæ eius datæ sunt igni. Venite, & exædificemus murum Hierusalem: & non erimus vltra opprobrium.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAP. II.

1 *ET fuit mense Nisan, anno vicesimo Arthahsastha regis, vinum erat ante eum: tum accepi vinum illud, & tradidi regi: non eram autem antea tristis coram eo.*

2 *Dixit itaque mihi rex, Quare vultus tuus tristis est, quum non ægrotes? non est hoc nisi malum cordis. Et timui multum admodum.*

3 *Tum dixi regi, Rex in æternum viuat: cur non esset tristis vultus meus, quum vrbs illa, domus sepulchrorum patrum meorum deserta sit, & portæ eius consumptæ sint igni?*

4 *Et dixit mihi rex, Pro quanam re postulas? Tum oraui ad Deum cæli.*

5 *Postea dixi regi, Si regi bonum est, & si placet seruus tuus coram te, postulo vt mittas me in Iehudah ad vrbem sepulchrorum patrum meorum, vt reædificem eam.*

6 *Dixitq; mihi rex. (regina autem sedebat apud eum) Quousque erit iter tuum, & quando reuerteris? Et placuit coram rege: misitq; me postquam dedi ei tempus.*

7 *Tum dixi regi, Si regi est bonum epistolas dent mihi scribæ ad duces regionis quæ est trans Flumen, vt transmittant me, donec veniam in Iehudah.*

8 *Et epistolam ad Asaph custodem pomarij quod est regi, vt det mihi ligna ad contignandas portas palatij, quæ erant domui, & murum vrbis, & domum quam ingressus fuero. Dedit itaque mihi rex iuxta manum Dei mei bonam super me.*

9 *Et veni ad duces regionis quæ erat trans Flumen, quibus dedi epistolas regis. miserat autem mecum rex principes exercitus & equites.*

10 *Audiens vero Sambalat Horonites, & Tobiiah seruus ille Ammonites, displicuit eis displicentia magna, quod venisset aliquis vt quæreret bonum filiis Israelis.*

11 *Tandem veni in Ierusalaim, vbi mansi diebus tribus.*

12 *Surrexi autem nocte ego, & viri pauci mecum: & non indicaui cuiquam quid Deus meus dedisset in corde meo vt facerem in Ierusalaim: nec iumentum vllum erat mecum, nisi iumentum cui insidebam.*

13 *Et egressus sum per portam Vallis noctu, ante fontem Draconis, & ad portam Sterquilinij: atque consideraui muros Ierusalaim qui erant diruti, portasque eius quæ consumptæ erant igni.*

14 *Postea transiui ad portam Fontis, & ad piscinam regis, vbi non erat locus iumento sub me, ad transeundum.*

15 *Ascendi igitur per torrentem noctu, & consideraui murum: dein reuersus, ingressus sum per portam Vallis, ac redij.*

16 *Porro magistratus nesciebant quo abiissem, & quid facerem: neque Iehudæis, ac Sacerdotibus, atque optimatibus, & magistratibus, reliquisque facientibus opus, hucusque non indicaueram.*

17 *Dixi itaque eis, Vos videtis malum in quo sumus, quia Ierusalaim deserta est, & portæ eius succensæ sunt igni: venite, & ædificemus murum Ierusalaim, vt non simus vltra in opprobrium.*

Vulgat. Editio.

Et indicaui eis manum Dei mei, quod esset bona mecum, & verba regis, quæ locutus esset mihi, & aio: Surgamus, & ædificemus. Et confortatæ sunt manus eorum in bono.

Audierunt autem Sanaballat Horonites, & Tobias seruus Ammanites, & Gosem Arabs, & subsannauerunt nos, & despexerunt, dixeruntque: Quæ est hæc res, quam facitis? numquid contra regem vos rebellatis?

Et redidi eis sermonem, dixique ad eos: Deus cœli ipse nos iuuat, & nos serui eius sumus: surgamus, & ædificemus: vobis autem non est pars, & iustitia, & memoria in Ierusalem.

CAP. III.

ET surrexit Eliasib sacerdos magnus, & fratres eius sacerdotes, & ædificauerunt portam gregis: ipsi sanctificauerunt eam, & statuerunt valuas eius, & vsque ad turrim centum cubitorum sanctificauerunt eam, vsque ad turrim Hananeel.

Et iuxta eum ædificauerunt viri Iericho: & iuxta eum ædificauit Zachur filius Amri.

Portam autem piscium ædificauerunt filij Asnaa: ipsi texerunt eam, & statuerunt valuas eius, & seras, & vectes. Et iuxta eos ædificauit Marimuth filius Vriæ, filij Accus.

Et iuxta eum ædificauit Mosollam filius Barachiæ, filij Mesezebel: & iuxta eos ædificauit Sadoc filius Baana:

Et iuxta eos ædificauerunt Thecueni: optimates autem eorum non supposuerunt colla sua in opere Domini sui:

Et portam veterem ædificauerunt Ioiada filius Phasea, & Mosollam filius Besodia: ipsi texerunt eam, & statuerunt valuas eius, & seras, & vectes:

Et iuxta eos ædificauerunt Meltias Gabaonites, & Iadom Meronathites, viri de Gabaon, & Maspha, pro duce qui erat in regione trans Flumen.

Et iuxta eum ædificauit Eziel filius Araia aurifex: & iuxta eum ædificauit Ananias filius pigmentarij: & dimiserunt Ierusalem vsque ad murum plateæ latioris.

Et iuxta eum ædificauit Raphaia filius Hur, princeps vici Ierusalem,

Et iuxta eum ædificauit Iedaia filius Haromaph contra domum suam: & iuxta eum ædificauit Hattus filius Haseboniæ.

Mediam partem vici ædificauit Melchias filius Herem, & Hasub filius Phahath Moab, & turrim furnorum.

Et iuxta eum ædificauit Sellum filius Alohes princeps mediæ partis vici Ierusalem, ipse & filiæ eius.

Et portam vallis ædificauit Hanun, & habitatores Zanoe: ipsi ædificauerunt eam, & statuerunt valuas eius, & seras, & vectes, & mille cubitos in muro vsque ad portam sterquilinij.

Et portam sterquilinij ædificauit Melchias filius Rechab, princeps vici Bethacharam: ipse ædificauit eam, & statuit valuas eius, & seras, & vectes.

Et portam fontis ædificauit Sellun filius Cholhoza, princeps pagi Maspha: ipse ædificauit eam, & texit, & statuit valuas eius, & seras, & vectes, & muros piscinæ Siloe in hortum regis, & vsque ad gradus, qui descendunt de ciuitate Dauid.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

18 *Et indicaui eis manum Dei mei, quod esset bona super*
me, & verba regis, quæ dixit mihi, & dixerunt: Surga-
mus, & ædificemus. Et confortatæ sunt manus eorum in
bono.
19 *Audiuit autem Sanballath Choronites, & Thobiiah*
seruus Hammonites, & Ghesem Harbites, & subsanna-
uerunt nos, & despexerunt nos, & dixerunt: Quid est
hoc quod facitis? numquid contra regem rebellatis?
20 *Et reddidi eis verbum, dixique ad eos: Deus cœli, ipse*
prosperari faciet nos, & nos serui eius sumus: surgamus,
& ædificemus: vobis autem non est pars, & iustitia, &
memoria in Ierusalaim.

CAP. III.

1 *ET surrexit Eliasib sacerdos magnus, & fratres eius*
sacerdotes, & ædificauerunt portam pecorum: ipsi
reparauerunt eam, & statuerunt ostia eius, vsque ad
turrim Meah, reparauerunt eam vsque ad turrim Cha-
nanel.
2 *Et iuxta locum eius ædificauerunt viri Iericho: &*
iuxta locum eius ædificauit Zacur filius Imri.
3 *Et portam piscium ædificauerunt filii Hasenah: ipsi*
contignauerunt eam, & statuerunt valuas eius, & se-
ras eius, & vectes eius. Et iuxta locum instaurauit Me-
remoth filius Vriah filii Hachos.
4 *Et iuxta locum eorum instaurauit Mesullam filius*
Berechiah filii Mesezabel: & iuxta locum eorum instau-
rauit Sadoc filius Bahana:
5 *Et iuxta locum eorum instaurauerunt Techohitæ: &*
maiores eorum non adduxerunt collum suum in opere
Domini sui.
6 *Et portam Veterem instaurauerunt Ioiadah filius*
Pasach & Mesullam filius Besodiah: ipsi contignaue-
runt eam, & stare fecerunt valuas eius, & seras eius, &
vectes eius:
7 *Et iuxta locum eorum instaurauit Melathiah Ghib-*
honites, & Iadon Meranothites, viri Ghibhon & Mi-
spah pro solio ducis trans Flumen.
8 *Et iuxta locum eius instaurauit Huzziel filius Ha-*
rhaiah aurifices: & iuxta locum eius instaurauit Cha-
naniah filius Haracchachim: & instaurauerunt Ierusa-
laim vsque ad murum latum.
9 *Et iuxta locum eorum instaurauit Rephaiah filius*
Chur, princeps mediæ partis Ierusalaim.
10 *Et iuxta locum eorum instaurauit Iedaiah filius*
Charumaph contra domum suam: & iuxta locum eius
instaurauit Chattus filius Chasabniah.
11 *Mensuram secundam instaurauit Malchiiah filius*
Harim, & Chasub filius Pachathmoab, & turrim fur-
norum.
12 *Et iuxta locum eius instaurauit Sallum filius Halo-*
ches princeps dimidiæ partis Ierusalaim, ipse & filiæ
eius.
13 *Portam vallis instaurauit Chanun, & habitatores Za-*
noach: ipsi ædificauerunt eam, & statuerunt valuas eius,
seras eius, & vectes eius, & mille cubitos in muro, vsque
ad portam stercorum.
14 *Et portam stercorum ædificauit Malchiiah filius Re-*
chab, princeps partis Bethhaccherem: ipse ædificauit eam,
& statuit valuas eius, seras eius, & vectes eius.
15 *Et portam fontis instaurauit Sallum filius Cholcho-*
zeh, princeps regionis Mispah: ipse ædificauit eam, &
texit eam, & statuit valuas eius, seras eius, & vectes
eius, & murum Piscinæ pomarij iuxta hortum regis,
vsque ad gradus descendentes de ciuitate Dauid.

Transl. ex Septuag.

18 Et annunciaui eis manū Dei, quæ erat bona super
me, & præterea verba regis, quæ dixit mihi. Et di-
xi: Surgamus, & ædificemus. Et confortatæ sunt
manus eorum in bonum.
19 Et audiuit Sanaballat Aroni, & Tobia seruus
Ammon, & Gesam Arabi, & subsannauerunt nos,
& venerunt super nos, & dixerunt: Quid verbum
hoc, quod vos facitis? An super regem vos rebel-
latis?
20 Et retuli eis verbum, & dixi eis: Deus cœli ipse
prosperabit nos: & nos serui eius puri, & ædificabi-
mus. Et vobis non est pars, & iustitia, & memoria
in Hierusalem.

C A P. III.

1 ET surrexit Eliasub sacerdos magnus, & fra-
tres eius sacerdotes, & ædificauerunt portam
gregis: ipsi sanctificauerunt eam, & statuerunt
valuas eius, & vsque ad turrim centum sanctifica-
uerunt vsque ad turrim Anameel.
2 Et ad manus virorum filiorum Hiericho, & su-
per manus filiorum Zacchur filij Amari.
3 Et portam piscium ædificauerunt filij Asana: ipsi
texerunt eam, & texerunt valuas eius, & seras eius,
& vectes eius. Et ad manum eorum tenuit super
Ramoth filium Vria filij Accos.
4 Et ad manum eorum tenuit Mosollam filius Ba
rachiæ filij Mazebel.
5 Et ad manum eorum tenuerunt Thecoim: &
Adorim non intulerunt collum suum in seruitu
tem ipsorum.
6 Et portam Iasanai tenuerunt Ioida filius Phasec,
& Mesulam filius Basodia: ipsi texerunt eam, & sta-
tuerunt valuas eius, & seras eius, & vectes eius.
7 Et ad manum eorum tenuerunt Maltias Gabao-
nites, & Euaron Meronothithes, viri Gabaon, &
Maspha vsq; ad thronū principis, qui trans flumen.
8 Et iuxta eum muniuit Oziel filius Arachiæ ex
aurificibus. Et ad manum eorum tenuit Ananias
filius Roceim. Et reliquerunt Hierusalem vsque ad
murum latum.
9 Et ad manum eorum tenuit Raphaia filius Sur,
princeps dimidiæ regionis Hierusalem.
10 Et ad manum eorum tenuit Iedaia filius Ero-
maph, & è regione domus suæ. Et ad manum eius
tenuit Attuth filius Asabania.
11 Et secundus tenuit Melchias filius Heram, &
Asub filius Phaathmoab, & vsque ad turrim Tha-
nurim.
12 Et ad manum eius tenuit Sallum filius Aloes,
princeps dimidiæ regionis Hierusalem, ipse, & filiæ
eius.
13 Portam vallis tenuerunt Anun, & habitantes
Zanoæ: ipsi ædificauerunt eam, & statuerunt valuas
eius, & seras eius, & vectes eius, & mille cubitos in
muro vsque ad portam stercoris.
14 Et portam stercoris tenuit Melchia, filius Recab
princeps regionis Bæthaccharim, ipse, & filij eius, &
texerunt eam, & statuerunt valuas eius, & seras
eius, & vectes eius.
15 Portam autem fontis muniuit Salomon filius
Cholezæ, princeps partis Maspha: ipse exædificauit
eam, & texit eam, & statuit valuas eius, & vectes
eius, & murum piscinæ codiorum cæsariei regis, &
vsque ad scalas descendentes è ciuitate Dauid.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

18 *Indicaui autem eis manum Dei mei quod esset bona
super me, & etiam verba regis quæ dixerat mihi: tum
dixerunt, Surgamus & ædificemus. Et confortauerunt
manus suas in bono.*
19 *Quum autem audisset Sanbalat Horonites, & To-
biiah seruus Ammonites, & Gesem Arbites, subsannaue-
runt nos, ac despexerunt nos, dixeruntque, Quid est hoc
quod vos facitis? an contra regem rebellatis?*
20 *Quibus respondi, dixiq; illis, Deus cœli, ipse dabit no-
bis prosperum successum: nos ergo serui eius surgamus &
ædificemus: vobis autem nulla est portio neque iustitia,
neque memoria in Ierusalaim.*

C A P. III.

1 *POsthæc surrexit Eliasib Sacerdos maximus, & fra-
tres eius Sacerdotes, & ædificauerunt portam Peco-
rum: ipsi apparauerunt eam, & statuerunt ostia eius vsq;
ad turrim Meah, apparauerunt eam, & vsque ad turrim
Hananeel.*
2 *Et iuxta locum eius ædificauerunt viri Ieriho: &
iuxta locum eius ædificauit Zachur filius Imri.*
3 *Portam autem Piscium ædificauerunt filii Hasenaah:
ipsi contignauerunt eam; ac statuerunt valuas eius, &
seras eius, & vectes eius.*
4 *Iuxta locum vero eorum instaurauit Meremoth filius
Vriiah filii Haccos: iuxtaq; locum eorum instaurauit Me-
sullam filius Berechiah filii Mesezabel: iuxta locum eo-
rum instaurauit Sadoc filius Baana.*
5 *Iuxta quorum locum instaurauerunt Thecoitæ: maio-
res vero eorum non adduxerunt collum suum in opus
domini sui.*
6 *Portam vero Veterem instaurauerunt Ioiada filius
Pasah & Mesullam filius Besodiah. hi contignauerunt
eam, & statuerunt valuas eius, & seras eius, & vectes
eius:*
7 *Iuxta locum eorum instaurauit Melatiah Gibonites,
& Iadon Meronothites: & viri Gibon & Mispah pro
solio ducis regionis sitæ trans Flumen;*
8 *Iuxta locum vero eius instaurauit Vzziel filius Har-
haiah aurifices, atque iuxta locum eius instaurauit Ha-
naniah filius Haracahim: instaurauerunt inquam Ieru-
salaim vsque ad murum latum.*
9 *Præterea iuxta locum eorum instaurauit Rephaiah fi-
lius Hur, princeps mediæ partis Ierusalaim.*
10 *Et iuxta locum eorum instaurauit Iedaiah filius Ha-
rumaph, & contra domum suam: iuxta cuius locum in-
staurauit Hattus filius Hasabneiah.*
11 *Mensuram secundam instaurauit Melchiiah filius
Harim, & Hasub filius Pahath-moab, & turrim Fur-
norum.*
12 *Iuxta cuius locum instaurauit Sallum filius Halohes,
princeps dimidiæ partis regionis Ierusalaim, ipse & filiæ
eius.*
13 *Portam Vallis instaurauit Hanun, & habitatores Za-
noah: ipsi ædificauerunt eam, statueruntq; valuas eius,
seras eius, & vectes eius, & mille cubitos in muro, vsque
ad portam Stercorum.*
14 *Portam autem Stercorum ædificauit Malchiiah filius
Rechab princeps regionis Beth-hacharem: ipse ædificauit
eam, & statuit valuas eius, seras eius, & vectes eius.*
15 *Portam autem Fontis instaurauit Sallum filius Chol-
hozeh princeps regionis Mispah: ipse ædificauit eam, te-
xitq; eam, ac statuit valuas eius, seras eius, & vectes
eius: & murum Piscinæ pomarii, iuxta hortum regis
vsque ad gradus descendentes de Ciuitate Dauidis.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Post eũ ædificauit Nehemias filius Azboc princeps dimidiæ partis vici Bethsur vsque contra sepulchrum Dauid, & vsque ad piscinam quæ grandi opere constructa est, & vsque ad domum fortium.

Post eum ædificauerunt Leuitæ, Behum filius Benni: post eum ædificauit Hasebias princeps dimidiæ partis vici Ceilæ in vico suo.

Post eum ædificauerunt fratres eorum Banai filius Enadad, princeps dimidiæ partis Ceilæ.

Et ædificauit iuxta eum Azer filius Iosue, princeps Maspha mensuram secundam, contra ascensum firmissimi anguli.

Post eum in monte ædificauit Baruch filius Zachai mensuram secundam ab angulo vsque ad portam domus Eliasib sacerdotis magni.

Post eum ædificauit Merimuth filius Vriæ filii Haccus, mensuram secundam à porta domus Eliasib, donec extenderetur domus Eliasib.

Et post eum ædificauerunt sacerdotes viri de campestribus Iordanis.

Post eum ædificauit Beniamin, & Hasub contra domum suam: & post eum ædificauit Azarias filius Maasiæ filij Ananiæ contra domum suam.

Post eum ædificauit Bennui filius Henadad, mensuram secundam, à domo Azariæ vsq; ad flexuram, & vsque ad angulum.

Phalel filius Ozi contra flexuram, & turrim, quæ eminet de domo regis excelsa, id est, in atrio carceris: post eum Phadaia filius Pharos.

Nathinæi autem habitabant in Ophel vsque contra portam aquarum ad Orientem, & turrim, quæ prominebat.

Post eum ædificauerunt Thecueni mensuram secundam è regione, à turre magna, & eminente vsque ad murum templi.

Sursum autem à porta equorum ædificauerunt sacerdotes, vnusquisque contra domum suam.

Post eos ædificauit Sadoc filius Emmer contra domum suam. Et post eum ædificauit Semaia filius Secheniæ custos portæ Orientalis.

Post eum ædificauit Hanania filius Selemia, & Hunun filius Seleph sextus, mensuram secundam: post eum ædificauit Mosollam filius Barachiæ, contra gazophylacium suum. Post eum ædificauit Melchias filius aurificis vsque ad domum Nathinæorum, & scruta vendentium contra portam iudicialem, & vsque ad cœnaculum anguli.

Et inter cœnaculum anguli in porta gregis ædificauerunt aurifices, & negotiatores.

CAP. IIII.

FActum est autem, cum audisset Sanaballat, quod ædificaremus murum, iratus est valde, & motus nimis subsannauit Iudæos.

Et dixit coram fratribus suis, & frequentia Samaritanorum: Quid Iudæi faciunt imbecilles? Num dimittent eos gentes? Num sacrificabunt, & complebunt in vna die? Numquid ædificare poterunt lapides de aceruis pulueris, qui combusti sunt?

Sed & Tobias Ammanites proximus eius, ait: Ædificent: si ascenderit vulpes, transiliet murum eorum lapideum.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

16 *Post eum instaurauit Nechemiah filius Hazbuch princeps dimidiæ regionis Bethsur, vsque contra sepulchra Dauid, & vsque ad piscinam factam, & vsque ad domum fortium.*

17 *Post eum instaurauerunt Leuitæ Rechum filius Bani: iuxta locum suũ instaurauit Chascabiah princeps dimidiæ regionis Chebilah in regione sua.*

18 *Post eum instaurauerunt fratres eorum Banai filius Chenadad princeps dimidiæ regionis Chebilah.*

19 *Et instaurauit iuxta locum suus Hezer filius Iesuah princeps Mismah mensuram secundam è regione ascensus armorum anguli.*

20 *Post eum accendit se, & instaurauit Baruch filius Zacchai mensuram secundam, ab angulo vsque ad ostium domus Eliasib sacerdotis magni.*

21 *Post eum instaurauit Meremoth filius Vrijah filij Hachos mensuram secundam, ab ostio domus Eliasib, vsque ad perfectionem domus Eliasib.*

22 *Et post eum instaurauerunt sacerdotes viri planiciei.*

23 *Post eum instaurauit Biniamin, & Chasub contra domum suam: post eum instaurauit Hazariah filius Mahaseiah filij Hananiah apud domum suam.*

24 *Post eum instaurauit Binnui filius Chenadad mensuram secundam à domo Hazariah vsque ad angulum, & vsque ad angulum.*

25 *Palal filius Vzai contra angulum, & turrim quæ egrediebatur è domo regis excelsam, quæ erat in atrio carceris: post eum, Pedaiah filius Parhos.*

26 *Et Nethinim, qui habitabant in arce vsque contra portam aquarum ad Orientem, & turrim egredientem.*

27 *Post eum instaurauerunt Techohim mensuram secundam è regione turris magnæ egredientis, vsque ad murum arcis.*

28 *Super portam equorum instaurauerunt sacerdotes vnusquisque contra domum suam.*

29 *Post eum instaurauit Sadoc filius Immer contra domum suam. Et post eum instaurauit Semahaiah filius Secheniah custos portæ Orientalis.*

30 *Post eum instaurauit Chananiah filius Selemiah, & Chanun filius Salaph sextus mensuram secundam: post eum instaurauit Mesullam filius Berechiah contra cubiculum suum. Post eum instaurauit Malchiiah filius aurificis vsque ad domum Nethinim, & negotiatorum contra portam præcepti, vsque ad cœnaculum anguli.*

31 *Et intra cœnaculum anguli ad portam pecorum instaurauerunt aurifices & negotiatores.*

CAP. IIII.

1 *ET fuit, cum audisset Sanballath, quod ædificaremus murum; ira fuit ei, & iratus est multum, & subsannauit Iehudæos.*

2 *Et dixit coram fratribus suis, & exercitu Somron, & dixit: Quid Iehudæi imbecilles faciunt? Numquid dimittent eis? Numquid sacrificabunt? Numquid consummabunt in die? Numquid viuificabunt lapides de aceruis pulueris, & ipsi combusti sunt?*

Et Thobijah Hammonites erat apud eum, & dixit:
3 *Etiam quod si ipsi ædificent: si ascenderit vulpes, rumpet murum lapideum eorum.*

Transl. ex Septuag.

Post eum tenuit Neemias filius Azabuch, princeps dimidiæ regionis Bethsur vsque ad hortum sepulchri Dauid, & vsque ad piscinam factam, & vsque Bethangarim.

Post eum tenuerunt Leuitæ, Raum filius Bani. Ad manum eius tenuit Asabia princeps dimidiæ regionis Ceila regione sua.

Et post eum tenuerunt fratres eorum Benei filius Enadad, princeps dimidiæ regionis Ceila.

Et tenuit ad manum eius Azur filius Iesu princeps Maspha mensuram secundam turris ascensionis contingentis angulum.

Post eum tenuit Baruch filius Zabu, mensuram secundam ab angulo vsque ad ianuam Beth Eliasub sacerdotis magni.

Post eum tenuit Meramoth filius Vria filij Accos mensuram secundam à ianua Beth Eliasub vsque ad finem Beth Eliasub.

Et post eum tenuerunt sacerdotes, viri Echechar.

Et post eum tenuit Beniamin, & Asub è regione domus ipsorum. Et post eum tenuit Azarias filius Maasiæ filij Anania iuxta domum suam.

Post eum tenuit Bani filius Adad, mensuram secundam à Beth Azaria vsq; ad angulum, & vsque ad flexuram

Phalach filij Euzai ex aduerso anguli, & turris eminens è domo regis superior, quæ atrij custodiæ. Et post eum Phadaia filius Phoros.

Et Nathinim erant habitantes in Ophla vsque ad hortum portæ aquæ ad Orientem, & turris eminens.

Et post eum tenuerunt Thecoim mensuram secundam ex aduerso turris magnæ eminentis, & vsque ad murum Ophla.

Supra portam equorum tenuerunt sacerdotes, vir è regione domus suæ.

Et post eum tenuit Sadduc filius Emmer ex aduerso domus suæ. Et post eum tenuit Samaia filius Sechenia custos portæ Orientis.

Post eum tenuit Anania filius Selemia, & Anom filius Seleph sextus, mensuram secundam. Post eum tenuit Mesulam filius Barachia ex aduerso gazophylacij sui. Post eum tenuit Melchia filius Sarephi vsque ad Bæthan Nathinim. Et scruta vendentes è regione portæ Maphecad, & vsque ad ascensionem flexuræ.

Et intermedium portæ gregis tenuerunt fabri, & scruta vendentes.

C A P. IIII.

ET factum est, quando audiuit Sanaballat, quia nos ædificamus murum: & malum ipsi visum est: & iratus est valde, & subsannabat super Iudæos.

Et dixit in conspectu fratrum suorum, hæc est virtus Samariæ: Quia Iudæi isti ædificant suam ciuitatem? Nunquid sacrificant? nunquid poterunt? Et hodie sanabunt lapides; postquam facti sunt tumulus terræ combustæ?

Et Tobias Ammanites iuxta eum venit, & dixit ad eos: Nunquid sacrificant aut comedent super locum suum? Nonne ascendet vulpes, & diruet murum lapideum eorum?

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

16 *Post eum instaurauit Nehemiah filius Azbuc princeps*
dimidiæ partis regionis Beth-sur, vsque contra Sepulchra
Dauidis, & vsque ad Piscinam illam affabre factam, et
vsque ad domum Fortium.

17 *Post istum instaurauerunt Leuitæ: Rehum filius Bani:*
iuxta cuius locum instaurauit Hasabiah princeps dimi-
diæ partis regionis Ceilah in regione sua.
18 *Post istum instaurauerunt fratres eorum Bauuai filius*
Henadad princeps dimidiæ partis regionis Ceilah.

19 *Instaurauit autem iuxta locum eius Ezer filius Iesua*
princeps Mispah mensuram secundam à loco qui erat
eregione Ascensus armorum anguli.
20 *Post eum accendit sese, & instaurauit Baruch filius*
Zacchai mensuram secundam, ab illo angulo vsque ad
ostium domus Eliasib Sacerdotis magni.
21 *Post istum instaurauit Meremoth filius Vrijah filij*
Haccos mensuram secundam, ab introitu domus Elia-
sib, vsque ad finem domus Eliasib.
22 *Post quem instaurauerunt Sacerdotes, viri planitiei.*

23 *Post istum instaurauit Biniamin & Hasub contra*
domum suam: post quem instaurauit Azariah filius
Maaseiah filij Ananiah apud domum suam.
24 *Post istum instaurauit Binnui filius Henadad men-*
suram secundam, à domo Azariah vsque ad angulum,
vsque ad angulum inquam.
25 *Palal filius Vzai contra angulum, & turrim quæ*
egrediebatur è domo regis, excelsam, quæ erat in atrio
carceris: post eum, Pedaiah filius Paros.
26 *Porro Nethinæi qui habitabant in arce, vsque ad lo-*
cum qui est eregione portæ Aquarum ad Orientem, &
turrim prominentem.
27 *Post ipsum instaurauerunt Thecoitæ mensuram se-*
cundam à loco qui est eregione turris magnæ prominen-
tis, vsque ad murum illius arcis.
28 *A porta Equorum instaurauerunt Sacerdotes quisque*
eregione domus suæ.
29 *Post eum instaurauit Sadoc filius Immer eregione do-*
mus suæ: post istum vero instaurauit Semaiah filius Se-
chaniah custos portæ Orientalis.
30 *Post quem instaurauit Hananiah filius Selemiah, &*
Hanun filius Salaph sextus mensuram secundam. post
istum instaurauit Mesullam filius Berechiah eregione
cubiculi sui.

31 *Post quem instaurauit Malciiah filius aurificis vsque*
ad domum Nethinæorum, & negotiatorum, eregione
portæ Praecepti, & vsque ad cœnaculum Anguli.
32 *Et inter cœnaculum anguli vsque ad portam pecorum*
instaurauerunt aurifices & negotiatores.

C A P. IIII.

1 *FUit autem, quum audisset Sanballat quod ædificare-*
mus murum, exarsit ira illi, indignatusq; est ad-
modum, & subsannauit Iehudæos,

2 *Ac dixit coram fratribus suis & exercitu Somron,*
dixit inquam, Quid Iehudæi isti imbecilles faciunt:
nunquid fortificabuntur? nunquid sacrificabunt? nun-
quid perficient in die? nunquid viuificabunt lapides de
aceruis pulueris, quum ipsi exusti sint?
3 *Tobijah autem Ammonites erat iuxta eum, qui dixit,*
Etiam quod ipsi ædificant, si ascenderit vulpes, diruet
murum lapideum eorum.

Vulgat. Editio.

Audi Deus noster, quia facti sumus despectui, conuerte opprobrium super caput eorum, & da eos in despectionem in terra captiuitatis.

Ne operias iniquitatem eorum, & peccatum eorum coram facie tua non deleatur, quia irriserunt ædificantes.

Itaque ædificauimus murum, & coniunximus totum vsque ad partem dimidiam: & prouocatum est cor populi ad operandum.

Factum est autem, cum audisset Sanaballat, & Tobias, & Arabes, & Ammonitæ, & Azotij, quod obducta esset cicatrix muri Ierusalem, & quod cœpissent interrupta concludi, irati sunt nimis.

Et congregati sunt omnes pariter, vt venirent, & pugnarent contra Ierusalem, & molirentur insidias.

Et orauimus Deum nostrum, & posuimus custodes super murum die, ac nocte contra eos.

Dixit autem Iudas: Debilitata est fortitudo portantis, & humus nimia est, & nos non poterimus ædificare murum.

Et dixerunt hostes nostri: Nesciant, & ignorent donec veniamus in medium eorum, & interficiamus eos; & cessare faciamus opus.

Factum est autem venientibus Iudæis qui habitabant iuxta eos, & dicentibus nobis per decem vices ex omnibus locis quibus venerant ad nos:

Statui in loco post murum per circuitum populum in ordinem cum gladiis suis, & lanceis, & arcubus.

Et perspexi, atque surrexi: & aio ad optimates, & magistratus, & ad reliquam partem vulgi: Nolite timere à facie eorum. Domini magni, & terribilis mementote, & pugnate pro fratribus vestris, filiis vestris, & filiabus vestris, & vxoribus vestris, & domibus vestris.

Factum est autem, cum audissent inimici nostri nunciatum esse nobis, dissipauit Deus consilium eorum. Et reuersi sumus omnes ad muros, vnusquisque ad opus suum.

Et factum est à die illa, media pars iuuenum eorum faciebat opus, & media parata erat ad bellum, & lanceæ, & scuta, & arcus, & loricæ, & principes post eos in omni domo Iuda

Ædificantium in muro & portantium onera, & imponentium: vna manu sua faciebat opus, & altera tenebat gladium:

Aedificantium enim vnusquisque gladio erat accinctus renes. Et ædificabant, & clangebant buccina iuxta me.

Et dixi ad optimates, & ad magistratus, & ad reliquam partem vulgi: Opus grande est, & latum, & nos separati sumus in muro procul alter ab altero:

In loco quocumque audieritis clangorem tubæ, illuc concurrite ad nos: Deus noster pugnabit pro nobis.

Et nosipsi faciamus opus: & media pars nostrum teneat lanceas ab ascensu auroræ donec egrediantur astra.

In tempore quoque illo dixi populo: Vnusquisque cum puero suo maneat in medio Ierusalem, & sint nobis vices per noctem, & diem, ad operandum.

Ego autem & fratres mei, & pueri mei, & custodes qui erant post me, non deponebamus vestimenta nostra: vnusquisque tantum nudabatur ad baptismum.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

4 *Audi Deus noster, quia sumus despectui: & conuerte opprobrium eorum in caput eorum, & da eos in desp. ctionem in terra captiuitatis eorum.*

5 *Et ne operias iniquitatem eorum, & peccatum eorum à facie tua ne deleatur, quia irritauerunt ædificantes.*

6 *Et ædificauimus murum, & colligatus est totus murus, vsque ad medium eius: & fuit cor populo ad faciendum.*

7 *Et fuit cum audisset Sanballath, & Thobijah, & Harabes, & Hammonitæ, & Asdodij, quod obducta esset cicatrix muris Ierusalaim, quod incœperunt interrupta concludi, ira fuit eis valde.*

8 *Et coniurati sunt omnes pariter, vt venirent ad pugnandum contra Ierusalaim, & facerent ei euulsionem.*

9 *Et orauimus ad Deum nostrum, & statuimus custodiam iuxta eos die, ac nocte à facie eorum.*

10 *Dixit autem Iehudah: Debilitatæ sunt vires portantis, & humus multa est, & non poterimus ædificare murum.*

11 *Et dixerunt hostes nostri: Nesciant, & non videant, donec veniamus in medium eorum, & interficiamus eos, & cessare faciamus opus.*

12 *Et fuit, cum venissent Iehudæi habitantes apud eos, & dicer. nt no: is decem vicibus ex omnibus locis ex quibus reuersi fuerant ad nos:*

13 *Statui ab inferioribus locis post murum in excelsis, & statui populum per familias cum gladiis suis, lanceis suis, & arcubus suis.*

14 *Et vidi, & surrexi: dixique ad optimates, & ad magistratus, & ad re.. duum populi: Ne timeatis à facie eorum. Domini magni, & terribilis mementote, & pugnate pro patribus vestris filiis vestris, & filiabus vestris, vxoribus vestris, & domibus vestris.*

15 *Et fuit, cum audissent inimici nostri, quod notificatum esset nobis, dissipauit Deus consilium eorum, & reuersi sumus omnes ad murum, vnusquisque ad opus suum.*

16 *Et fuit, à die illa dimidia pars iuuenum faciebat in opere, & media pars eorum tenebat lanceas, & scuta, & arcus, & loricas, & principes post omnem domum Iehudah.*

17 *Qui ædificabant in muro, & portabant onera, & qui onerabant: vna manu sua faciebat opus, & altera tenebat gladium:*

18 *Et ædificantium vnusquisque gladio suo accincti erant super lumbos suos. Et ædificabant, & clangebant tuba apud me.*

19 *Et dixi ad optimates, & magistratus, & ad residuum populi: Opus multum, & latum est, & separati sumus in muro, remoti vnusquisque ab altero:*

20 *In loco in quo audieritis sonitum tubæ, illuc congregamini ad nos: Deus noster pugnabit pro nobis.*

21 *Et nos faciamus opus: & media pars eorum tenebat lanceas ab ascensu auroræ vsque ad exitum stellarum.*

22 *Etiam tempore illo, dixi populo: Vnusquisque & puer eius maneat in medio Ierusalaim, & sint nobis nocte in custodiam, & die in opere.*

23 *Nec ego, nec fratres mei, nec pueri mei, neque viri custodes, qui erant post me exuebamus vestimentum nostrum, nec quisquam dimittebat illud, nisi lauandi gratia.*

Transl. ex Septuag.

4 Audi Deus noster, quia facti sumus in subsannationẽ, & cõuerte opprobriũ eorum in caput eorum: & da eos in subsannationem in terra captiuitatis.

5 Et ne operias super iniquitatem.

7 Et factum est, vt audiuit Sanaballat, & Tobia, & Arabes, & Ammanitæ, quia ascendit germen muris Hierusalem, quia cœperunt fracturæ obstrui: & malum eis visum est valde.

8 Et congregati sunt omnes in id ipsum venire ad prælиandum in Hierusalem, & faciendum eam exterminatam.

9 Et deprecati sumus ad Deum nostrum, & constituimus custodes super eos die, ac nocte à facie eorum.

10 Et dixit Iudas: Contrita est fortitudo inimicorum, & humus multa, & nos non poterimus ædificare in muro.

11 Et dixerũt ij qui tribulabãt nos: Non cognoscẽt, & nõ videbunt, quoadusq; venerimus in medium eorum, & occidamus eos: & cessare faciamus opus.

12 Et factum est vt venerunt Iudæi habitantes prope eos: & dixerunt nobis: Ascendunt ex omnibus locis super nos.

13 Et statui in intimis loci post murum in absconditis, & statui populum per familias cum gladiis suis, lanceas suas, & arcus suos.

14 Et vidi: & surrexi: & dixi ad optimates, & ad duces, & ad reliquos populi: Ne timeatis à facie eorum: mementote Dei nostri magni, & terribilis: & præliamini pro fratribus vestris, filiis vestris, filiabus vestris, vxoribus vestris, & domibus vestris.

15 Et factum est, quando audierunt inimici nostri quia cognitum est nobis; & dissipauit Deus consilium eorum. Et reuersi sumus omnes nos ad murum, vir ad opus suum.

16 Et factum est à die illa, dimidium excussorum faciebant opus, & dimidium eorum tenebant, & lanceæ, & clypei, & arcus, & thoraces, & principes post omnem domum Iuda

17 Ædificantes in muro & tollentes in humeris, in armis in vna manu faciebat suum opus, & in vna tenebat iaculum:

18 Et ædificatores, vir gladio suo accinctus super lumbum suum, & ædificabant, & clangens in cornea iuxta eum.

19 Et dixi ad optimates, & ad principes, & ad reliquos populi: Opus latum, & multum, & nos dispergimur super murum longè à fratre suo.

20 In loco quocumque audieritis vocem corneæ, illuc congregabimini ad nos: & Deus noster bellabit pro nobis.

21 Et nos facientes opus: & dimidium nostri tenentes lanceas ab ascensu auroræ vsque ad exitum syderum.

22 Et in tempore illo dixi populo: Vnusquisque cum iuuene suo commoramini in medio Hierusalem: & sit nobis nox custodia, & dies opus,

23 Et eram ego, & viri custodiæ post me: & non erat ex nobis exuens vir vestimenta sua.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

4 *Audi ô Deus noster quod sumus despectui, & conuerte opprobrium eorum in caput eorum, daq; eos in prædam in terra captiuitatis.*

5 *Nec tegas iniquitatem eorum, neque peccatum eorum à facie tua deleatur, quia irritauerunt ædificantes.*

6 *Aedificauimus itaque murum ipsum, & colligatus est totus ille murus vsque ad dimidium eius: fuitq; cor populo ad faciendum.*

7 *Quum autem audisset Sanballath, & Tobijah, & Arabes, & Ammonitæ, & Asdodij quod sanati essent muri Ierusalaim (cœperant enim interrupta concludi) exarsit ira eorum valde.*

8 *Coniurauerunt itaque omnes pariter, vt venirent ad oppugnandum Ierusalaim, & facerent ei errorem.*

9 *Tum orauimus Deum nostrum, & statuimus custodiam contra eos interdiu ac noctu à facie eorum.*

10 *Dixit autem Iehudah, Debilitatæ sunt vires portantis, & humus multa est*, nec possumus ædificare murum.*

11 *Adhæc dixerunt hostes nostri, Nesciant, neque videant, donec ingrediamur in medium eorum, & interficiamus eos, ac cessare faciemus opus.*

12 *Quum autem venissent Iehudæi habitantes apud eos, ac dicerent nobis decem vicibus. Ex omnibus locis vnde reuertemini, volunt venire ad nos:*

13 *Tunc collocaui ab inferioribus partibus loci post murũ in ipsis summitatibus saxorum, collocaui inquam populum per familias cum gladiis suis, lanceis suis, & arcubus suis.*

14 *Quumque aspexissem, surrexi, dixiq; ad optimates, & ad magistratus, & ad residuum populi, Ne timeatis à facie eorum: Domini maximi & terribilis mementote, & pugnate pro fratribus vestris filiis vestris, & filiabus vestris, vxoribus vestris & domibus vestris.*

15 *Fuit autem, quum audissent inimici nostri quod notum factum esset nobis, dissipauit Deus consilium eorum: & reuersi sumus omnes ad murum, quisque ad opus suum.*

16 *Verum à die illa, altera pars iuuenum operabatur, & altera pars eorum tenebat lanceas, & scuta, & arcus, & loricas. & principes erant post vniuersam familiam Iehudah.*

17 *Qui ædificabant in muro, & qui portabant onera, & qui illos onerabant, quisque vna manu sua faciebat opus, & altera tenebat gladium.*

18 *Qui enim ædificabant, accincti erant quisque gladio suo super lumbos suos, & ita ædificabant: qui autem clangebat tuba erat iuxta me.*

19 *Tunc dixi ad optimates & magistratus, & ad residuum populi, Opus multum, & latum est, nos autem separati sumus in muro, remoti alter ab altero.*

20 *In quo loco audieritis sonitum tubæ, illuc congregamini ad nos: Deus noster pugnabit pro nobis.*

21 *Nos itaque faciamus opus, & media pars eorum tenebat lanceas ab ascensu auroræ vsque ad exitum stellarum.*

22 *Etiam tempore illo dixi populo, Quisque cum puero suo maneat in medio Ierusalaim, sintq; nobis noctu in excubias, & interdiu in opus.*

23 *Nec ego, nec fratres mei, nec pueri mei, neque custodes, qui sequebantur me, exuebamus vestimentum nostrum, quisque deponebat illud ad aquas.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. V.

1 ET factus est clamor populi, & vxorum eius magnus aduersus fratres suos Iudæos.

2 Et erant qui dicerent: Filij nostri, & filiæ nostræ multæ sunt nimis: accipiamus pro pretio eorum frumentum, & comedamus,& viuamus.

3 Et erant qui dicerent: Agros nostros,& vineas, & domos nostras opponamus,& accipiamus frumentum in fame.

4 Et alij dicebant: Mutuo sumamus pecunias in tributa regis, demusque agros nostros, & vineas.

5 Et nunc sicut carnes fratrum nostrorum sic carnes nostræ sunt:& sicut filij eorum,ita & filij nostri, ecce nos subiugamus filios nostros, & filias nostras in seruitutem, & de filiabus nostris sunt famulæ, nec habemus vnde possint redimi,& agros nostros, & vineas nostras alij possident.

6 Et iratus sum nimis cum audissem clamorem eorum secundum verba hæc:

7 Cogitauitque cor meum mecum: & increpaui optimates,& magistratus, & dixi eis: Vsurasne singuli a fratribus vestris exigitis? Et congregaui aduersum eos concionem magnam:

8 Et dixi eis: Nos, vt scitis,redemimus fratres nostros Iudæos, qui venditi fuerant gentibus secundum possibilitatem nostram: & vos igitur vendetis fratres vestros,& redimemus eos? Et siluerunt, nec inuenerunt quid responderent.

9 Dixique ad eos: Non est bona res, quam facitis: quare non in timore Dei nostri ambulatis, ne exprobretur nobis a gentibus inimicis nostris?

10 Et ego,& fratres mei, & pueri mei commodauimus plurimis pecuniam, & frumentum non repetamus in commune istud, æs alienum concedamus,quod debetur nobis.

11 Reddite eis hodie agros suos,& vineas suas,& oliueta sua,& domos suas: quin potius & centesimam pecuniæ, frumenti,vini,& olei,quam exigere soletis ab eis, date pro illis.

12 Et dixerunt: Reddemus, & ab eis nihil quæremus: sicque faciemus, vt loqueris. Et vocaui Sacerdotes,& adiuraui eos, vt facerent iuxta quod dixeram.

13 Insuper excussi sinum meum, & dixi: Sic excutiat Deus omnem virum,qui non compleuerit verbum istud,de domo sua,& de laboribus suis: sic excutiatur, & vacuus fiat. Et dixit vniuersa multitudo: Amen. Et laudauerunt Deum. Fecit ergo populus sicut erat dictum.

14 A die autem illa, qua præceperat rex mihi, vt essem dux in terra Iuda, ab anno vigesimo vsque ad annum trigesimum secundum Artaxerxis regis per annos duodecim, ego & fratres mei annonas, quæ ducibus debebantur, non comedimus.

15 Duces autẽ primi, qui fuerant ante me, grauauerunt populum, & acceperunt ab eis in pane, & vino, & pecunia quotidie siclos quadraginta: sed & ministri eorum depresserunt populum. Ego autem non feci ita propter timorem Dei:

16 Quin potius in opere muri ædificaui, & agrum non emi, & omnes pueri mei congregati ad opus erant.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. V.

1 *ET fuit clamor populi, & vxorum eorum magnus aduersus fratres suos Iehudæos.*

2 *Et erant qui dicebant: Cum filiis nostris, & filiabus nostris sumus multi: accipiamus frumentum, & comedamus, & viuamus.*

3 *Et erant qui dicerent: Agros nostros, & vineas nostras, & domos nostras in pignus tradamus, & accipiamus frumentum in fame.*

4 *Et erant qui dicerent: Mutuo sumamus argentum ad vsuram super agros nostros, & vineas nostras:*

5 *Et nunc sicut caro fratrum nostrorum est caro nostra: sicut filij eorum filij nostri, & ecce nos subiicimus filios nostros, & filias nostras seruitutibus, & e filiabus nostris sunt subactæ, & non est facultas in manibus nostris ad redimendum, & agros nostros, & vineas nostras tradimus aliis.*

6 *Et iratus sum vehementer, cum audissem clamorem eorum, & verba ista:*

7 *Et cogitauit cor meum in me: & increpaui optimates, & magistratus, & dixi eis: Vsuram vnusquisque a fratribus suis accipitis? Et posui contra eos congregationem magnam:*

8 *Et dixi eis: Nos emimus fratres nostros Iehudæos, qui venditi erant gentibus secundum facultatem, quæ erat in nobis: & vos vendetis fratres vestros, & vendentur nobis? Et tacuerunt, & non inuenerunt quo se excusarent verbum.*

9 *Et dixi: Non est bonum quod facitis: nonne in timore Dei nostri ambulare debetis propter opprobrium gentium inimicarum nostrarum?*

10 *Et etiam ego fratres mei, & pueri mei, commodauimus argentum, & frumentum: relinquamus quæso vsuram hanc.*

11 *Reddite quæso eis hac die agros eorum, vineas eorum, & oliueta eorum, & domos eorum: & centesimam partem argenti, & frumenti, vini, & olei, quam exigitis ab eis.*

12 *Et dixerunt: Reddemus, & ab eis non quæremus: sic faciemus sicut tu loqueris. Et vocaui Sacerdotes, & adiuraui eos, vt facerent iuxta verbum hoc.*

13 *Etiam vestimentum meum excussi, & dixi: Sic excutiat Deus omnem virum, qui non statuerit verbum istud de domo sua & de labore suo: & sic sit excussus, & vacuus. Et dixerunt omnis cœtus: Amen. Et laudauerunt Dominum, & fecit populus secundum verbum istud.*

14 *Etiam à die qua præcepit mihi, vt essem dux in terra Iehudah, ab anno vigesimo vsque ad annum trigesimum, & secundum Artachschastæ regis, annis duodecim, nec ego, neque fratres mei panem ducatum comedi.*

15 *Duces autem primi, qui fuerunt ante me, grauauerunt populum, & acceperunt ab eis in pane, & vino, postea argenti siclos quadraginta: etiam pueri eorum dominati sunt populo. Ego autem non feci ita propter timorem Dei;*

16 *Et etiam in opere muri huius instauraui, & agrum non emimus, & omnes pueri mei congregati erant ibi ad opus.*

Transl. ex Septuag.

C A P. V.

1 ET clamor populi, & mulierum eorum magnus ad fratres suos Iudæos.

2 Et erant quidam dicentes: In filiis nostris, & in filiabus nostris nos multi: & accipiemus frumentum, & comedemus, & viuemus.

3 Et sunt quidam dicentes: Agri nostri, & vineæ nostræ, & domus nostræ: nos oppignoramus, & accipiemus frumentum, & comedemus.

4 Et sunt quidam dicentes: Mutuo sumpsimus argentum in tributa regis: agri nostri, & vineæ nostræ, & domus nostræ.

5 Et nunc, sicut caro fratrum nostrorum; caro nostra: sicut filij eorum; filij nostri. Et ecce nos subiugamus filios nostros, & filias nostras in seruos: & sunt de filiabus nostris subiectæ: & non est potestas manuum nostrarum: & agri nostri, & vineæ nostræ optimatibus.

6 Et tristatus sum valde, sicut audiui clamorem eorum, & sermones hos.

7 Et consultauit cor meum in me: & concertaui aduersus optimates, & principes, & dixi eis: Exiget vir fratrem suum, quem vos exigitis? Et dedi super eos ecclesiam magnam,

8 Et dixi eis: Nos acquisiuimus fratres nostros Iudæos venditos gentibus in spontaneo nostro: & vos vendite fratres vestros, & tradentur nobis. Et siluerunt, & non inuenerunt verbum.

9 Et dixi: Non bonum verbum, quod vos facitis: non sic in timore Dei nostri abibitis ab opprobrio gentium inimicorum nostrorum.

10 Etiam fratres mei, & noti mei, & ego posuimus eis argentum, & frumentum: relinquamus, obsecro, exactionem hanc.

11 Reddite, quæso, eis, sicut hodie, agros eorum, & vineas eorum, & oliueta eorum, & domos eorum. & de argento, frumentum, & vinum, & oleum promittite eis.

12 Et dixerunt: Reddemus, & ab eis non quæremus: sic faciemus, sicut tu dixisti. Et vocaui sacerdotes, & adiuraui eos facere, sicut verbum hoc.

13 Et vestimentum meum excussi, & dixi: Sic excutiat Deus omnem virum, qui non statuet verbum hoc, è domo eius, & è labore eius: & erit sic excussus, & inanis. Et dixit omnis Ecclesia: Amen. Et laudauerunt Dominum. Et fecit populus verbum hoc.

14 A die, qua mandauit mihi esse in principem eorum in terra Iuda, ab anno vigesimo, & vsque ad annum trigesimum & secundum Arthasastha, annos duodecim ego, & fratres mei extorsionem eorum non comedi,

15 Et etiam extorsiones primas quas ante me aggrauauerant super eos, & acceperant ab eis in panibus, & in vino, vltimum argentum didrachma quadraginta. Et excussi eorum exercebant potestatem super populum. Et ego non feci sic à facie timoris Dei:

16 Et in opere muri hæc non tenui, & agrum non acquisiui, & omnes congregati ibi ad opus.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

C A P. V.

1 *FVit autem clamor populi & vxorum eius magnus aduersus fratres suos Iehudæos.*

2 *Erant enim qui dicerent, Cum filiis nostris & filiabus nostris sumus multi: accipiamus igitur frumentum, & comedamus, & viuamus.*

3 *Erant deinde qui dicerent, Agros nostros, & vineas nostras, & domos nostras pignori damus, vt accipiamus frumentum in fame.*

4 *Erant præterea qui dicerent, Mutuum accepimus argentum pro tributo regio, super agros nostros & vineas nostras.*

5 *Nunc autem sicut caro fratrum nostrorum est caro nostra, sicut filij eorum sunt filij nostri: & ecce nos subijcimus filios nostros & filias nostras in seruos, suntque iam è filiabus nostris quæ subijciuntur, nec est facultas in manibus nostris ad redimendum, & agros nostros & vineas nostras tradidimus aliis,*

6 *Iratus itaque sum vehementer, quum audirem clamorem eorum, & verba ista.*

7 *Et cogitauit cor meum in me, atque increpaui optimates ac magistratus, dixique eis, Vsuram singuli à fratribus vestris accipitis. Et posui contra eos congregationem magnam:*

8 *Ac dixi eis, Nos redemimus fratres nostros Iehudæos, qui venditi erant Gentibus secundum facultatem quæ est in nobis, & vos etiam vendetis fratres vestros, & vendentur nobis? Et siluerunt, nec inuenerunt responsum.*

9 *Præterea dixi, Non est bona res quam facitis: annon in timore Dei nostri ambulabitis propter probrum Gentium inimicarum nostrarum?*

10 *Et ego quoque, fratres mei, & pueri mei commodauimus eis argentum, & frumentum: relinquamus quæso vsuram hanc.*

11 *Reddite quæso eis hodie agros eorum, vineas eorum, oliueta eorum, & domos eorum, & centesimam partem argenti, & frumenti, vini, & olei, quam exigitis ab eis.*

12 *Responderunt, Reddemus, nec quicquam ab eis quæremus: sic faciemus vt tu dicis. Tum conuocaui Sacerdotes, & adiuraui illos vt facerent iuxta verbum hoc.*

13 *Etiam vestimentum meum excussi, ac dixi, Sic excutiat Deus omnem virum qui non compleuerit verbum istud, de domo sua, & de labore suo, & ita sit excussus & vacuus. Et dixerunt totus cœtus, Amen: atque laudauerunt Iehouam: fecitque populus iuxta verbum istud.*

14 *Quinetiam à die qua præcepit mihi vt essem dux eorum in terra Iehudah, nempe ab anno vicesimo vsque ad annum tricesimum secundum Artbahsasthe regis, annis duodecim, nec ego, neque fratres mei panem Ducis comedi.*

15 *Duces autem priores qui fuerunt ante me, grauauerunt populum, & acceperunt ab eis pro pane & vino, post argenti siclos quadraginta: præterea pueri eorum dominati sunt populo: ego vero non feci ita propter timorem Dei,*

16 *Quin etiam in opere muri huius instauraui, nec agrum vllum emimus, & omnes pueri mei congregati erant ibi ad opus.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

17 Iudæi quoque & magiſtratus centum quin-
quaginta viri, & qui veniebant ad nos de genti-
bus, quæ in circuitu noſtro ſunt, in menſa mea
erant.
18 Parabatur autem mihi per dies ſingulos bos
vnus, arietes ſex electi, exceptis volatilibus, &
inter dies decem vina diuerſa, & alia multa
tribuebam: inſuper & annonas ducatus mei
non quæſiui: valde enim attenuatus erat popu-
lus.
19 Memento mei Deus meus in bonum, ſecundum
omnia quæ feci populo huic.

CAP. VI.

1 FActum eſt autem, cum audiſſet Sanaballat, &
Tobias, & Goſſem Arabs, & cæteri inimici no-
ſtri quod ædificaſſem ego murum; & non eſſet in
ipſo reſidua interruptio (vſque ad tempus autem
illud valuas non poſueram in portis)
2 Miſerunt Sanaballat, & Goſſem ad me, dicentes;
Veni, & percutiamus fœdus pariter in viculis in
Campo Ono. Ipſi autem cogitabant, vt facerent
mihi malum.
3 Miſi ergo ad eos nuncios, dicens: Opus grande
ego facio, & non poſſum deſcendere: ne forte neg-
ligatur cum venero, & deſcendero ad vos.
4 Miſerunt autem ad me ſecundum verbum hoc
per quatuor vices: & reſpondi eis iuxta ſermonem
priorem.
5 Et miſit ad me Sanaballat iuxta verbum prius
quinta vice puerum ſuum, & epiſtolam habebat in
manu ſua ſcriptam hoc modo:
6 IN GENTIBVS auditum eſt, & Goſſem di-
xit quod tu, & Iudæi cogitetis rebellare, & propter-
ea ædifices murum: & leuare te velis ſuper eos re-
gem: propter quam cauſam
7 Et prophetas poſueris, qui prædicent de te in Ie-
ruſalem dicentes: Rex in Iudæa eſt. Auditurus eſt
rex verba hæc: idcirco nunc veni vt ineamus con-
ſilium pariter.
8 Et miſi ad eos, dicens: Non eſt factum ſecundum
verba hæc, quæ tu loqueris: de corde enim tuo tu
componis hæc.
9 Omnes enim hi terrebant nos, cogitantes quod
ceſſarent manus noſtræ ab opere, & quieſcere-
mus. Quam ob cauſam magis confortaui manus
meas:
10 Et ingreſſus ſum domum Semaiæ filij Dalaiæ
filij Metabeel ſecreto. Qui ait: Tractemus nobiſcum
in domo Dei in medio templi, & claudamus portas
ædis: quia venturi ſunt, vt interficiant te & nocte
venturi ſunt ad occidendum te.
11 Et dixi: Num quiſquam ſimilis mei fugit? &
quis vt ego ingredietur templum, & viuet? non
ingrediar.
12 Et intellexi, quod Deus non miſiſſet eum, ſed
quaſi vaticinans locutus eſſet ad me, & Tobias, &
Sanaballat conduxiſſent eum.
13 Acceperat enim pretium, vt territus facerem, &
peccarem, & haberent malum, quod exprobrarent
mihi.
14 Memento mei Domine pro Tobia, & Sanabal-
lat, iuxta opera eorum talia: ſed & Noadiæ pro-
phetæ, & cæterorum prophetarum, qui terrebant
me.
15 Completus eſt autem murus vigeſimo quinto
die menſis Elul, quinquaginta duobus diebus.

Tranſl. ex Heb. Sanct. Pagn.

17 *Et Iehudai, & magiſtratus centum, & quinquaginta*
viri, & venientes ad nos è gentibus, quæ ſunt in circuitu
noſtro, in menſa mea erant.
18 *Quod autem parabatur per ſingulos dies, erat bos*
vnus, pecudes ſex electæ, & aues parabantur mihi, &
in d es tantum bibebant vini, quantum ſat fuiſ-
ſet per *decem dies in omni vino ad multiplicandum: &*
cum hoc panem ducalem non quæſiui, quia grauis erat
ſeruitus populo huic.
19 *Memento mei Deus meus in bonum ſecundum omnia*
quæ feci populo huic.

CAP. VI.

1 *ET fuit, cum auditum eſſet ipſi Sanballath, &*
Thobijah, & Gheſem Arabæ, & reliquis inimico-
rum noſtrorum, quod ædificaſſem murum, & non rema-
neret in eo interruptio, & vſque ad tempus hoc valuas
non ſtatueram in portis.
2 *Miſit Sanballath, & Gheſem ad me, dicendo: Veni, &*
conueniamus pariter in Chephirim in Campo Ono. Et ipſi
cogitabant facere mihi malum.
3 *Et miſi ad eos nuncios, dicendo: Opus grande facio, &*
non poſſum deſcendere: vt quid ceſſabit opus, vt negli-
gam illud, & deſcendam ad vos?
4 *Et miſerunt ad me iuxta verbum hoc quatuor vici-*
bus: & reſpondi eis iuxta verbum hoc.
5 *Et miſit ad me Sanballath iuxta verbum hoc vice*
quinta puerum ſuum, & epiſtolam apertam in manu
eius, ſcriptum erat in ea:
6 *IN GENTIBVS auditum eſt, & Ghaſmu dicit*
quod tu & Iehudai cogitatis rebellare, idcirco tu ædi-
ficas murum, & tu eris eis rex, ſecundum verba hæc.
7 *Et etiam prophetas ſtatueris ad prædicandum de te,*
& de Ieruſalaim, dicendo: Rex in Iehudah eſt. Et
nunc diuulgabitur regi ſecundum verba hæc: & nunc
veni, & conſilium pariter ineamus.
8 *Et miſi ad eum, dicendo: Non eſt factum ſecundum*
verba hæc quæ tu dicis: ſed de corde tuo fingis ea.
9 *Quia omnes hi terrebant nos, dicendo: Debilitabun-*
tur manus eorum ab opere, & non fiet. Et nunc conforta
manum meam.
10 *Et ego ingreſſus ſum domum Semahiah filii De-*
laiah filii Mehetabel, & ipſe clauſus. Et ait: Conuenia-
mus ad domum Dei ad medium templi, & claudamus
oſtia templi: quia veniunt ad occidendum te, & nocte
veniunt ad occidendum te.
11 *Et dixi: Num quiſquam ſimilis mihi fugit? &*
quis vt ego qui ingrediatur templum, & viuat? non
ingrediar.
12 *Et cognoui, & ecce non Deus miſit illum, ſed prophe-*
tiam loquutus eſt ad me, & Thobiiah & Sanballath con-
duxit eum mercede.
13 *Quia mercede conductus erat, vt timerem, & face-*
rem ſic, & peccarem, & eſſet mihi ad nomen malum, vt
probris afficerent me.
14 *Memento Deus meus Thobiiah, & Sanballath ſe-*
cundum opera eius iſta, & etiam Nohadiah propheta, &
reliquus prophetarum, qui terrebant me.
15 *Et perfectus eſt murus vigeſima, & quinta Elul, quin-*
quaginta, & duobus diebus.

Factum

Et

Transl. ex Septuag.

Et Iudæi centum,& quinquaginta viri,& venien- 17
tes ad nos ex gentibus, quæ in circuitu nostro, ad
mensam meam.

Et erat factum in diem vnum, vitulus vnus, & 18
oues sex electæ,& hircus vnus fiebant mihi: & inter
medium decem dierum, in omnibus vinum multi-
tudine. Et cum his panes extorsionis non quæsiui,
quoniam grauis seruitus super populum hunc.

Memento mei Deus in bonum, omnia quæcum- 19
que feci populo huic.

CAP. VI.

ET factum est, sicut auditum fuit ipsi Sanabal- 1
lat,& Thobia,& Gesam Arabi,& reliquis ini-
micorum nostrorum, quia ædificaui murum;
& non remansit in eis spiratio: vsque ad tempus il-
lud valuas non posueram in portis.

Et misit Sanaballat,& Gesam ad me, dicens; Veni, 2
& congregemur in idipsum in pagis in campo
Ono. Et ipsi cogitantes facere mihi malum.

Et misi nuncios ad eos, dicens: Opus magnum 3
ego facio, & non potero descendere, ne forte cesset
opus. Cum perfecero illud descendam ad vos.
Et miserunt ad me, sicut verbum hoc. Et misi 4
eis secundum hæc.

Et misit ad me Sanaballat puerum suum, & epi- 5
stolam apertam in manu eius. Et erat scriptum
in ea:
IN GENTIBVS auditum est, quia tu,& Iu- 6
dæi cogitatis rebellare: propter hoc tu ædificas mu-
rum:& tu eris eis in regem:

Et ad hæc prophetas statuisti tibi; vt sedeas in 7
Hierusalem in regem super Iuda. Et nunc annũcia-
buntur regi verba hæc. Et nunc veni, consultemus
in idipsum.
Et misi ad eum, dicens: Non fuit, sicut sermones 8
hi, sicut tu dicis: quoniam de corde tuo fingis eos.

Quoniam omnes terrent nos dicentes: Dissol- 9
uentur manus eorum ob opere hoc, & non fiet. Et
nunc confortaui manus meas:

Et ego ingressus sum in domum Semei filij Da- 10
laia filij Metabeel: & ipse clausus,& dixit: Congre-
gemur in domum Dei in medio eius, & claudamus
ianuas eius: quoniam veniunt nocte ad occiden-
dum te.
Et dixi: Quis est vir, qui ingredietur in domum, 11
& viuet?

Et cognoui, & ecce Deus non miserat eum: quo- 12
niam prophetia, sermo contra me. Et Tobias, & Sa-
naballat
Mercede conduxerunt aduersus me turbam, vt 13
timeam,& faciam sic,& peccem, & fiam eis in no-
men malum, vt exprobrarent mihi.
Memento Deus Tobia, & Sanaballat, sicut facta 14
eius hæc,& Noadia prophetæ, & reliquis propheta-
rum, qui erant terrentes me.

Et perfectus est murus quinta & vigesima Elul 15
mensis in quinquaginta & duobus diebus.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

*Iehudai insuper,& magistratus centum & quinqua-
ginta viri, quique veniebant ad nos è gentibus illis quæ
sunt in circuitu nostro, in mensa mea erant.*

*Quod autem parabatur per singulos dies, erat bos
vnus, pecudes sex electæ, aues quoque parabantur mihi:
intra decem autem dies excipiebam illos cum omni genere
vini ad copiam: & cum hoc panem ducis non quæsiui,
quia grauis erat seruitus illa populo huic.*

*Memento mei Deus mi, in bonum, omnium quæ feci
populo huic.*

CAP. VI.

*FVit autem, quum auditum esset à Sanballat, &
Tobijah, & Gesem Arabe illo, & cæteris inimicis
nostris, quod ædificassem murum, nec remansisset in eo
interruptio: (attamen vsque ad hoc tempus valuas
non statueram in portis.)*

*Misit Sanballat & Gesem ad me, his verbis, Veni, &
conueniamus pariter in villis in campo Ono. Ipsi autem
cogitabant facere mihi malum.*

*Misi quoque ad eos nuntios, his verbis, Opus grande
facio, & non possum descendere: quare cessabit opus
ipsum quum deseram illud, vt descendam ad vos?
Miserunt autem ad me iuxta verbum hoc quatuor
vicibus, & respondi eis iuxta verbum hoc.*

*Misit insuper ad me Sanballat eisdem verbis vice
quinta puerum suum,& epistola aperta in manu eius,*

*In qua scriptum erat, In Gentibus auditum est, &
Gasmu dicit quod tu & Iehudæi cogitatis rebellare:
idcirco tu ædificas murum, & tu es illis rex, secundum
verba hæc:
Et etiam Prophetas statueris vt prædicent de te in
Ierusalaim, dicendo, Est rex in Iehudah. nunc vero
audietur à rege secundum verba hæc: quapropter veni,
& consilium ineamus pariter.
Tum misi ad eum, his verbis, Non est factum secun-
dum verba hæc quæ tu dicis, sed de corde tuo fingis ea.*

*Quia omnes ii terrent nos, dicendo, Debilitabuntur
manus eorum ab opere, & non fiet. nunc autem conforta
manum meam.*

*Et ingressus sum domum Semaiah filii Delaiah filii
Mehetabel (ipse vero erat clausus) & ait, Conuenia-
mus ad domum Dei intra templum, claudamusq; ostia
templi, quia veniunt vt occidant te, hac quidem nocte
veniunt vt occidant te.
Tum dixi, Num quisquam similis mei fugiet? &
quis similis mei qui ingrediatur templum, & viuat?
non ingrediar.
Et cognoui,& ecce Deus non miserat illum, sed illam
prophetiam loquutus erat aduersum me, & Tobiiah &
Sanballat conduxit eum mercede.
Quia mercede conductus fuerat, vt timerem, & fa-
cerem sic, atque peccarem, essetq; illis ad nomen ma-
lum, vt probris afficerent me.
Memento Deus mi, Tobiiah & Sanballat secun-
dum opera sua ista, & etiam Noadiah prophetissæ, &
cæterorum prophetarum qui terruerunt me.*

*Perfectus est itaque murus illo vicesimaquinta Elul
quinquaginta duobus diebus.*

Et Quum

Vulgat. Editio.

16 Factum est ergo cum audissent omnes inimici no-
stri, vt timerent vniuersæ gentes, quæ erant in cir-
cuitu nostro, & conciderent intra semetipsos, & sci-
rent quod à Deo factum esset opus hoc.

17 Sed & in diebus illis multæ optimatum Iudæo-
rum epistolæ mittebantur ad Tobiam, & à Tobia
veniebant ad eos.

18 Multi enim erant in Iudæa habentes iuramen-
tum eius, quia gener erat Secheniæ filij Area, & Ioha-
nan filius eius acceperat filiam Mosollam filij Bara-
chiæ:

19 Sed & laudabant eum coram me, & verba mea
nunciabant ei: & Tobias mittebat epistolas, vt ter-
reret me.

CAP. VII.

1 POstquam autem ædificatus est murus, & posui
valuas, & recensui ianitores, & cantores, & Le-
uitas:

2 Præcepi Hanani fratri meo, & Hananiæ principi
domus de Ierusalem (ipse enim quasi vir verax, &
timens Deum plus cæteris videbatur)

3 Et dixi eis: Non aperiantur portæ Ierusalem vs-
que ad calorem solis. Cumque adhuc assisterent,
clausæ portæ sunt, & oppilatæ: & posui custodes de
habitatoribus Ierusalem, singulos per vices suas, &
vnumquemque contra domum suam.

4 Ciuitas autem erat lata nimis & grandis, & po-
pulus paruus in medio eius, & non erant domus
ædificatæ.

5 Deus autem dedit in corde meo, & congregaui op-
timates, & magistratus, & vulgus, vt recenserem
eos: & inueni librum census eorum, qui ascenderant
primum, & inuentum est scriptum in eo.

* 1. Esdr. 2. 1.

6 * Isti filij prouinciæ, qui ascenderunt de captiui-
tate migrantium, quos transtulerat Nabuchodono-
sor rex Babylonis, & reuersi sunt in Ierusalem, & in
Iudæam, vnusquisque in ciuitatem suam.

7 Qui venerunt cum Zorobabel, Iosue, Nehemias,
Azarias, Raamias, Nahamani, Mardochæus, Belsam,
Mespharath, Bogai, Nahum, Baana. Numerus viro-
rum populi Israel:

8 Filij Pharos, duo millia centum septuaginta
duo:

9 Filij Saphatia, trecenti septuaginta duo:

10 Filij Area, sexcenti quinquaginta duo.

11 Filij Phahathmoab filiorum Iosue & Ioab, duo
millia octingenti decem & octo:

12 Filij Aelam, mille ducenti quinquaginta qua-
tuor.

13 Filij Zethua, octingenti quadraginta quinque:

14 Filij Zachai, septingenti sexaginta:

15 Filij Bannui, sexcenti quadragintaocto:

16 Filij Bebai, sexcenti vigintiocto:

17 Filij Azgad, duo millia trecenti vigintiduo:

18 Filij Adonicam, sexcenti sexagintaseptem:

19 Filij Beguai, duo millia sexaginta septem:

20 Filij Adin, sexcenti quinquaginta quinque:

21 Filij Ater, filij Hezeciæ, nonagintaocto.

22 Filij Hasem, trecenti vigintiocto:

23 Filij Besai, trecenti vigintiquattuor:

24 Filij Hareph, centum duodecim:

25 Filij Gabaon, nonaginta quinque:

Filij

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

16 *Et fuit, cum audissent omnes inimici nostri, timuerunt
omnes gentes, quæ erant in circuitu nostro, & ceciderunt
valde in oculis suis, & cognouerunt, quod à Deo
nostro factum est opus hoc.*

17 *Etiam in diebus illis multiplicabant optimates Iehu-
dah epistolas suas euntes ad Thobyah, & quæ erant ipsi
Thobijah veniebant ad eos.*

18 *Multi enim in Iehudah habebant iuramentū eius, quia
gener erat Secheniah filii Arach, & Iochanan filius
eius acceperat filiam Mesullam filii Berechiah:*

19 *Etiam bonitates eius dicebant coram me, & verba
mea referebant ei: epistolas misit Thobijah ad terren-
dum me.*

CAP. VII.

1 *ET fuit, cum ædificatus esset murus, & statuissem
valuas, & constituti essent ianitores, & cantores, &
Leuitæ:*

2 *Præcepi Chanani fratri meo, & Chananiah principi
palatii in Ierusalaim, quia ipse erat vir verax, & ti-
mens Deum præ multis.*

3 *Et dixi ad eos: Non aperiantur portæ Ierusalaim vsque
ad calorem solis. Et adhuc ipsis stantibus claudent val-
uas, & contignabunt: & statui custodes habitatores
Ierusalaim, vnumquemque in custodia sua, & vnum-
quemque contra domum suam.*

4 *Ciuitas autem erat lata locis, & grandis, & populus
paruus in medio eius, & non erant domus ædificatæ.*

5 *Et posuit Deus in corde meo, & congregaui optimates,
& magistratus, vt recenseretur secundum seriem genera-
tionis: & inueni librum genealogiæ eorum qui ascende-
runt primum, & inueni scriptum in eo.*

6 *Isti filii prouinciæ, qui ascenderunt de captiuitate
transmigrationis, quam transmigrare fecit Nebuchadne-
sar rex Babel, & reuersi sunt in Ierusalaim, & in Iehu-
dah vnusquisque in ciuitatem suam.*

7 *Qui venerunt cum Zerubabel, Iesuah, Nechemiah,
Hazariah, Rahamiah, Nachamani, Mordochai, Bilsan
Mispereth Biguai, Nechum, Bahenah, numerus virorum
populi Israel.*

8 *Filii Parhos, duo millia centum, & septuaginta, &
duo.*

9 *Filii Sephathiah, trecenti septuaginta, & duo.*

10 *Filii Arach, sexcenti quinquaginta, & duo.*

11 *Filii Pachathmoab de filiis Iesuah, & Ioab duo mil-
lia, & octingenti octo, & decem.*

12 *Filii Helam, mille ducenti quinquaginta, & quattuor.*

13 *Filii Zattu, octingenti quadraginta, & quinque.*

14 *Filii Zacchai, septingenti, & sexaginta.*

15 *Filii Binnui, sexcenti quadraginta, & octo.*

16 *Filii Bebai, sexcenti viginti, & octo.*

17 *Filii Hazgad, duo millia sexcenti, viginti, & duo.*

18 *Filii Adonicam, sexcenti sexaginta, & septem.*

19 *Filii Biguai, duo millia sexaginta, & septem.*

20 *Filii Adin, sexcenti quinquaginta, & quinque.*

21 *Filii Ather de Chizchiah, nongenti, & octo.*

22 *Filii Chasum, trecenti viginti, & octo.*

23 *Filii Besai, trecenti viginti, & quattuor.*

24 *Filii Chariph, centum duodecim.*

25 *Filii Ghibhon nonaginta, & quinque.*

Viri

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

16 Et factum est, quando audierunt omnes inimici nostri, & timuerunt omnes gentes, quæ in circuitu nostro, & incidit timor valde in oculis eorum: & cognouerunt, quia à Deo nostro factum est, vt perficeretur opus hoc.

17 Et in diebus illis à multis optimatibus Iuda epistolæ ibant ad Tobiam, & Tobiæ veniebant ad eos:

18 Quoniam multi in Iuda iuramento coniuncti erant ei; quoniam gener erat Sechemiæ filij Heræ, & Ionan filius eius acceperat filiam Mesulam filij Barachiæ in vxorem:

19 Et sermones eius erant dicentes ad me, & verba mea erant afferentes eis. Et epistolas misit Tobias ad terrendum me.

CAP. VII.

1 ET factum est quando ædificatus est murus, & statui valuas, & recensiti sunt ianitores, & cantores, & Leuitæ.

2 Et mandaui Anania fratri meo, & Anania principi Bira in Hierusalem; quoniam ipse tanquam vir verax, & timens Deum præ multis.

3 Et dixi eis: Non aperientur portæ Hierusalem vsque ad simul cum Sole: adhuc ipsis vigilantibus claudantur valuæ & oppilentur: & statue custodes ex habitantibus in Hierusalem: vir in custodia sua, & vir è regione domus suæ.

4 Et ciuitas lata, & magna & populus paucus in ea: & non erant domus ædificatæ.

5 Et dedi cor meum, & congregaui optimates, & principes & populum ad conuentus. Et inueni librum conuentus, qui ascenderant in primis. Et inueni scriptum in eo.

6 Et hi filij prouinciæ, qui ascenderunt de captiuitate transmigrationis, quam transmigrauit Nabuchodonosor rex Babylonis, & reuertit in Hierusalem, & in Iuda, vir in ciuitatem suam:

7 Cum Zorobabel, & Iesu, & Neemia, Azaria, & Reelma, Naermani, Mardochæus, Balsan, Masphar, Esdra, Boguia, Inaum, Baaria, Masphar, viri populi Israel.

8 Filij Phoros, duo millia centum septuaginta duo:

9 Filij Saphatia, trecenti septuaginta duo:

10 Filij Era, sexcenti quinquaginta duo:

11 Filij Phaathmoab de filiis Iesu, & Ioab, duo millia sexcenti decem octo:

12 Filij Aelam, mille ducenti quinquaginta quatuor.

13 Filij Zathiua, octingenti quadraginta quinque:

14 Filij Zacchu, septingenti sexaginta:

15 Filij Banui, sexcenti quadragintaocto:

16 Filij Bebi, sexcenti vigintiocto:

17 Filij Asgad, duo millia trecenti vigintiduo:

18 Filij Adonicam, sexcenti sexagintaseptem:

19 Filij Bagoi, duo millia sexaginta septem:

20 Filij Edin, sexcenti quinquaginta quinque:

21 Filij Ater, Ezeciæ, nonagintaocto.

22 Filij Esam, trecenti vigintiocto:

23 Filij Besei, trecenti vigintiquattuor:

24 Filij Ariph, centum duodecim: Filij Asen, ducenti viginti tres.

25 Filij Gabaon, nonaginta quinque:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

16 *Quum autem audissent omnes inimici nostri, timuerunt omnes gentes quæ erant in circuitu nostro, & conciderunt valde in oculis suis, cognoueruntq́, quod à Deo nostro factum est opus hoc.*

17 *Etiam diebus illis crebras epistolas mittebant optimates Iehudah ad Tobijah, & quæ erant ipsius Tobiiah veniebant ad eos.*

18 *Multi enim in Iehudah habebant iuramentum eius, quia gener erat Sechaniah filii Arah, & Iehohanan filius eius acceperat filiam Mesullam filii Berechiah.*

19 *Præterea bonitates eius dicebant coram me, & sermones meos referebant ei: Epistolas misit Toviah ad terrendum me.*

CAP. VII.

1 *QVum autem ædificatus esset murus, & statuissem valuas, constitutiq́ essent ianitores, & cantores, & Leuitæ:*

2 *Præcepi Hanani fratri meo, & Hananiah principi palatii, de Ierusalaim (quod ipse esset vir verax, & timens Deum præ multis.)*

3 *Dixi inquam illis: Ne aperiantur portæ Ierusalaim vsque ad calorem solis, & adhuc ipsis adstantibus claudent valuas, & tenebunt. constitui itaque custodes habitantium Ierusalaim, quenque in custodia sua, & quenque eregione domus suæ.*

4 *Vrbs autem ipsa erat lata locis, & magna, populus vero paucus in medio eius, nullæq́ erant domus ædificatæ.*

5 *Posuit ergo Deus in corde meo, vt congregarem optimates, & magistratus, atque populum vt recenserentur secundum seriem generationum: & inueni librum genealogiæ eorum qui ascenderant primum, & inueni scriptum in eo,*

6 *Isti sunt filii prouinciæ qui ascenderunt de captiuitate transmigrationis, quam transmigrare fecit Nebuchad-nesar rex Babel, & reuersi sunt in Ierusalaim, & in Iehudah quisque in ciuitatem suam.*

7 *Qui venerunt cum Zerubbabel, Iesua, Nehemiah, Azariah, Raamiah, Nahamani, Mordechai, Bilsan, Mispheret, Biguai, Nehum, Baanah. Numerus virorum populi Israelis,*

8 *Filii Paros, duo millia centum & septuagintaduo.*

9 *Filii Sephatiah, trecenti septuagintaduo.*

10 *Filii Arah, sexcenti quinquagintaduo.*

11 *Filii Pahath-moab de filiis Iesua & Ioab, duo millia octingenti octodecim.*

12 *Filii Elam, mille ducenti quinquagintaquatuor.*

13 *Filii Zatthu, octingenti quadragintaquinque.*

14 *Filii Zacchai, septingentisexaginta.*

15 *Filii Binnui, sexcenti quadragintaocto.*

16 *Filii Bebai, sexcenti vigintiocto.*

17 *Filii Azgad, duo millia trecenti vigintiduo.*

18 *Filii Adonicam, sexcenti sexagintaseptem.*

19 *Filii Biguai, duo millia sexagintaseptem.*

20 *Filii Adin, sexcenti quinquagintaquinque.*

21 *Filii Ater de Hizchiiah, nonagintaocto.*

22 *Filii Hasum, trecenti viginti octo.*

23 *Filii Besai, trecenti vigintiquatuor.*

24 *Filii Hariph, centum duodecim.*

25 *Filii Gibon, nonagintaquinque.*

Filij   Viri

Digitized by Google

V. Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
Filij Bethlehem, & Netupha, centum octoginta-octo.	26	*Viri Bethlechem, & Nethophah, centum octoginta, & octo.*
Viri Anathoth, centum vigintiocto;	27	*Viri Hanathoth, centum viginti, & octo.*
Viri Bethazmoth, quadraginta duo.	28	*Viri Beth Hazmaueth, quadraginta, & duo.*
Viri Cariathiarim, Cephira, & Beroth, septingenti quadragintatres.	29	*Viri Chiriathiebarim Chephirah, & Beroth septingenti quadraginta, & tres.*
Viri Rama & Geba, sexcenti vigintiunus.	30	*Viri Ramah, & Nabah, sexcenti viginti, & unus.*
Viri Machmas, centum viginti duo.	31	*Viri Michmas, centum viginti, & duo.*
Viri Bethel & Hai, centum vigintitres.	32	*Viri Bethel, & Hai, centum viginti, & tres.*
Viri Nebo alterius quinquagintaduo.	33	*Viri Nebo alterius, quinquaginta, & duo.*
Viri Aelam alterius, mille ducenti quinquagintaquatuor.	34	*Fily Helam alterius, mille ducenti quinquaginta, & quattuor.*
Filij Harem, trecenti viginti.	35	*Fily Harim, trecenti, & viginti.*
Filij Iericho, trecenti quadragintaquinque.	36	*Filij Iercho, trecenti quadraginta, & quinque.*
Filij Lod Hadid & Ono, septingenti vigintivnus.	37	*Fily Lodharid, & Ono septingenti, & vigintiunus.*
Filij Senaa, tria millia nongenti triginta.	38	*Filij Senaah, tria millia nongenti, & triginta.*
Sacerdotes: Filij Idaia in domo Iosue, nongenti septuagintatres.	39	*Sacerdotes: fily Iedahiah de domo Iesuah, nongenti septuaginta, et tres.*
Filij Emmer, mille quinquagintaduo.	40	*Fily Immer, mille quinquaginta, & duo.*
Filij Phashur, mille ducenti quadragintaseptem.	41	*Fily Paschur, mille ducenti quadraginta, & septem.*
Filij Arem, mille decem & septem.	42	*Fily Harim, mille septem, & decem.*
Leuitæ: Filij Iosue & Cedmihel filiorum	43	*Leuitæ: Fily Iesuah de Chadmiel*
Oduiæ, septuagintaquattuor.	44	*De filiis Hehoduah septingenta, & quattuor.*
Cantores: Filij Asaph, centum quadragintaocto.	45	*Cantores: Filij Asaph, centum quadraginta, & octo.*
Ianitores: filij Sellum, filij Ater, filij Telmon, filij Accub, filij Hatita, filij Sobai: centum trigintaocto.	46	*Ianitores: fily Sallum, fily Atther, fily Talmon fily Hachub, fily Chathitha, fily Sobai, centum triginta, & octo.*
Nathinæi: filij Soha, filij Hasupa, filij Tebbaoth.	47	*Nethinim: filii Sicha, filii Chasupha, filii Thabaoth.*
Filij Ceros, filij Siaa, filij Phadon, filij Lebana, filij Hagaba, filij Selmai,	48	*Filii Cheros, filii Siha, filii Padon, filii Lebanah, filii Chagbaba, filii Salmai.*
Filij Hanen, filij Geddel, filij Gaher,	49	*Filii Chanan, filii Ghiddel, filii Ghachar.*
Filij Raaia, filij Rasin, filij Necoda.	50	*Filii Reaiah, filii Resin, filii Nekudah.*
Filij Gezem, filij Aza, filij Phasea,	51	*Filii Ghazam, filii Huzza, filii Paseach.*
Filij Besai, filij Munim, filij Nephussim,	52	*Filii Besai, filii Mehunim, filii Nephussim.*
Filij Bacbuc, filij Hacupha, filij Harhur,	53	*Filii Bacbuc, filii Chacupha, filii Charchur.*
Filij Besloth, filij Mahida, filij Harsa,	54	*Filii Basith, filii Mechida, filii Gharsa,*
Filij Bercos, filij Sisara, filij Thema,	55	*Filii Barcos, filii Sisra, filii Tamach.*
Filij Nasia, filij Hatipha,	56	*Filii Nesiach, filii Cathipha.*
Filij seruorum Salomonis, filij Sothai, filij Sophereth, filij Pharida,	57	*Filii seruorum Selomoh, filii Sothai, filii Sophereth, filii Peridah.*
Filij Iahala, filij Darcon, filij Ieddel,	58	*Filii Iahala, filii Darcon, filii Ghiddel.*
Filij Saphatia, filij Hatil, filij Phochereth, qui erat ortus ex Sabaim, filio Amon.	59	*Filii Sephathiah, filii Chattiel, filii Pochereth de Hasebaim, filii Amon.*
Omnes Nathinæi, & filij seruorum Salomonis, trecenti nonaginta duo.	60	*Omnes Nethinim, & filii seruorum Selomoh, trecenti nonaginta, & duo.*
Hi sunt autem, qui ascenderunt de Thelmela, Thelharsa, Cherub, Addon, & Emmer: & non potuerunt indicare domum patrum suorum, & semen suum, vtrum ex Israel essent.	61	*Et isti qui ascenderunt de Telmelach, Telcharsa, Cherub, Addon, & Immer: & non potuerunt indicare domum patrum suorum, & semen suum, an ex Israel essent.*
Filij Dalaia, filij Tobia, filij Necoda, sexcenti quadragintaduo.	62	*Filii Delaiah, filii Thobiiah, filii Nechoda, sexcenti quadraginta, & duo.*
Et de Sacerdotibus, filij Habia, filij Accos, filij Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis vxorem: & vocatus est nomine eorum.	63	*Et de sacerdotibus, filii Ghobaiah, filii Hackos, filii Barzillai, qui accepit de filiabus Barzillai Ghilhaditis uxorem, & vocatus est nomine earum.*
Hi quæsierunt scripturam suam in censu, & non inuenerunt: & eiecti sunt de sacerdotio.	64	*Isti quæsierunt scripturam suam qua series generationis eorum recenseretur, & non est inuenta, & elongati sunt à sacerdotio.*
Dixitque Athersatha eis vt non manducarent de Sanctis sanctorum, donec staret Sacerdos doctus & eruditus.	65	*Et dixit Tirsatha eis, ut non manducarent de Sanctitate sanctitatum, donec staret sacerdos in Vrim, & Tummim.*
Omnis multitudo quasi vir vnus quadragintaduo millia trecenti sexaginta.	66	*Omnis congregatio tamquam unus quater decem millia trecenti, & sexaginta.*
Absque seruis & ancillis eorum, qui erant septem millia trecenti triginta septem, & inter eos cantores & cantatrices, ducenti quadragintaquinque.	67	*Præter seruos eorum, & ancillas: isti erant septem millia trecenti triginta & septem, & inter eos cantores, & cantatrices ducenti quadraginta quinque.*

Equi | *Equi*

Transl. ex Septuag.		Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
Filij Bæthleem, centum vignti tres: Filii Atopha, quinquagintasex:	26	*Viri Beth-lehem & Netophah, centum octogi..octo.*
Filii Anathoth, centum vigintiocto;	27	*Viri Anathoth, centum vigintiocto.*
Viri Bethsamoth, quadraginta duo:	28	*Viri Beth-azmaueth, quadragintaduo.*
Viri Cariathiarim, Caphira, & Beroth, septingenti quadragintatres.	29	*Viri Ciriath-iarim, Chephirah, & Beeroth septingenti quadragintatres.*
Viri Arama, & Gabaa, sexcenti viginti:	30	*Viri Ramah, & Geba, sexcenti vigintivnus.*
Viri Machemias, centum viginti duo.	31	*Viri Michmas, centum viginti duo.*
Viri Bæthel & Ai, centum vigintitres.	32	*Viri Beth-el & Ai, centum vigintitres.*
Viri Nabia, centum quinquagintaduo.	33	*Viri Nebo alterius, quinquagintaduo.*
Viri Elamaar, mille ducenti quinquagintaduo:	34	*Filij Elam alterius, mille ducenti quinquagintaquatuor.*
Filij Eram, trecenti viginti:	35	*Filij Harim, trecentiviginti.*
Filij Hiericho, trecenti quadragintaquinque.	36	*Filii Iereho, trecenti quadragintaquinque.*
Filij Lodadid & Ono, & septingenti viginti vnus:	37	*Filij Lod-hadid & Ono septingenti vigintivnus.*
Filij Sanana, tria millia nongenti triginta.	38	*Filij Senaah, tria millia nongenti & triginta.*
Sacerdotes: Filij Iodae in domo Iesu, nongenti septuagintatres.	39	*Sacerdotes: filij Iedaiah de domo Iesua, nongenti septuagintatres.*
Filij Emmer, mille quinquagintaduo.	40	*Filij Immer, mille quinquagintaduo.*
Filij Phascur, mille ducenti quadragintaseptem.	41	*Filij Pashur, mille ducenti quadragintaseptem.*
Filij Eram, mille decem septem.	42	*Filij Harim, mille septendecim.*
Leuitæ: Filij Iesu ipsius Cadmiel de filiis Vduia, septuagintaquattuor.	43 44	*Leuitæ: Filij Iesua de Cadmiel de filiis Hoduah, septuagintaquatuor.*
Cantores: Filij Asaph, centum quadragintaocto.	45	*Cantores: Filij Asaph, centum quadragintaocto.*
Ianitores: filij Salum, filij Aser, filij Telmon, filij Acub, filij Atita, filij Sabi: centum trigintaocto.	45	*Ianitores: filij Sallum, filij Ater, filij Talmon, filij Accub, filij Hatita, filij Sobai, centum trigintaocto.*
Nathinim, filij Sea, filij Aspha, filij Tabaoth,	47	*Nethinei: filii Siha, filii Hasupha, filii Tabaoth,*
Filij Ciras, filij Asuia, filij Phadon, filij Labana, filij Agaba, filij Selemei,	48	*Filii Ceros, filii Sia, filii Padon,* *Filii Lebanah, filii Hagala, filii Salmai,*
Filij Anan, filij Gadel, filij Gaar,	49	*Filii Hanan, filii Giddel, filii Gahar,*
Filij Raaia, filij Rasson, filij Necoda.	50	*Filii Reaiah, filii Resin, filii Necodah,*
Filij Gezam, filij Ozi, filij Phese,	51	*Filii Gazzam, filii Vzza, filii Paseah,*
Filij Besi, filij Meinon, filij Nephosasi,	52	*Filii Besai, filii Meunim, filii Nephisesim,*
Filij Bacbuc, filij Achipha, filij Arur,	53	*Filii Bacbuc, filii Hacupha, filii Harhur,*
Filij Basaloth, filij Mida, filij Adasan,	54	*Filii Baslith, filii Mehida, filii Harsa,*
Filij Barcue, filij Sisarath, filij Thema,	55	*Filii Barcos, filii Sisera, filii Thamah,*
Filij Nisia, filij Asepha,	56	*Filii Nesiah, filii Hatipha.*
Filij seruorum Salomon, filij Sutei, filij Sapharat, filij Pherida,	57	*Filii seruorum Selomoh: filii Sotai, filii Sophereth, filii Peridah,*
Filij Ielel, filij Dorcon, filij Gadael,	58	*Filii Iaala, filii Darcon, filii Giddel,*
Filij Saphatia, filij Ettel, filij Phacharat, filii Sabaim, filii Emim,	59	*Filii Sephatiah, filii Hattel, filii Pocheret de Hasbaim, filii Amon.*
Omnes Nathinim, & filij seruorum Salomon, trecenti nonaginta duo.	60	*Omnes Nethinei, & filii seruorum Selomoh, trecenti nonagintaduo.*
Et hi ascenderunt è Thelmeleth, Thelaresa, Charub, Erom, Iemer, & non potuerunt annunciare domos patriarum suarum, & semen suum, si de Israel sunt:	61	*Et isti sunt qui ascenderunt de Thel-melah, Thel-harsa; Cherub, Addon, & Immer: & non potuerunt indicare domum patrum suorum, & semen suum, an ex Israele essent.*
Filij Dalaia, filij Tobia, filij Necoda, sexcenti quadragintaduo.	62	*Filii Delaiah, filii Tobiiah, filii Necoda, sexcenti quadragintaduo.*
Et de Sacerdotibus, filij Ebia, filij Acos, filij Berzelli, quoniam acceperunt de filiabus Berzelli Galaaditæ vxores & vocati sunt in nomine earum.	63	*Et de Sacerdotibus, filii Hobaiah, filii Hacces, filii Barzillai, qui accepit de filiabus Barzillai Giladitæ vxorem: & vocatus est nomine earum.*
Hi quæsierunt scripturam suam conuentus: & non est inuenta: & abdicati sunt à sacerdotio.	64	*Isti quæsierunt scripturam suam qua series generationis eorum recenseretur, & non est inuenta: & ideo repudiati sunt à Sacerdotio.*
Et dixit Athersastha, vt non comedant de Sancto sanctorum; quoadusque surgat sacerdos illuminatus.	65	*Et dixit Thirsatha eis ne manducarent de sanctitate sanctitatum, donec staret Sacerdos in Vrim, & Thummim.*
Et fuit omnis Ecclesia quasi quadraginta duo millia trecenti sexaginta,	66	*I niuersa congregatio tanquam vir vnus quater decem millia trecenti sexaginta:*
Absque seruis eorum, & ancillis eorum. Hi septem millia trecenti triginta septem. Et cantores, & cantatrices, ducenti quadragintaquinque.	67	*Præter seruos eorum, & ancillas: isti erant septem millia trecenti triginta septem: inter eos item erant cantores & cantatrices ducenti & quadraginta quinque.*

Vulgat. Editio.

68 Equi eorum, septinginti triginta sex: muli eorum, ducenti quadragintaquinque:

69 Cameli eorum, quadringinti triginta quinque: asini, sex millia septingenti viginti.

Hucusque refertur quid in commentario scriptum fuerit, exin Nehemiæ historia texitur.

70 Nonnulli autem de principibus familiarum dederũt in opus. Athersatha dedit in thesaurum auri drachmas mille, phialas quinquaginta, tunicas sacerdotales quingentas triginta.

71 Et de principibus familiarum dederunt in thesaurum operis auri drachmas viginti millia, & argenti mnas duo millia ducentas.

72 Et quod dedit reliquus populus, auri drachmas viginti millia, & argenti mnas duo millia, & tunicas sacerdotales sexaginta septem.

73 Habitauerunt autem Sacerdotes, & Leuitæ, & ianitores, & cantores, & reliquum vulgus, & Nathinæi, & omnis Israel in ciuitatibus suis.

CAP. VIII.

1 ET venerat mensis septimus: filij autem Israel erant in ciuitatibus suis. Congregatusque est omnis populus quasi vir vnus ad plateam, quæ est ante portam aquarum: & dixerunt Esdræ scribæ, vt afferret Librum legis Moysi, quam præceperat Dominus Israeli.

2 Attulit ergo Esdras sacerdos legem coram multitudine virorum & mulierum, cunctisque qui poterant intelligere, in die prima mensis septimi.

3 Et legit in eo aperte in platea quæ erat ante portam aquarum, de mane vsque ad mediam diem, in conspectu virorum & mulierum, & sapientium: & aures omnis populi erant erectæ ad Librum.

4 Stetit autem Esdras scriba super gradũ ligneum, quem fecerat ad loquendum: & steterunt iuxta eum Mathathias, & Semeia, & Ania, & Vria, & Helcia, & Maasia, ad dexteram eius: & ad sinistram, Phadaia, & Melchia, & Hasum, & Hasbadana, Zacharia, & Mosollam.

5 Et aperuit Esdras Librum coram omni populo: super vniuersum quippe populum eminebat: & cum aperuisset eum, stetit omnis populus.

6 Et benedixit Esdras Domino Deo magno: & respondit omnis populus: Amen, Amen: eleuans manus suas: & incuruati sunt, & adorauerunt Deum proni in terram.

7 Porro Iosue, & Bani, & Serebia, Iamin, Accub, Septhai, Odia Maasia, Celita, Azarias, Iozabed, Hanan, Phalaia, Leuitæ, silentium faciebant in populo ad audiendam legem: populus autem stabat in gradu suo.

8 Et legerunt in Libro legis Dei distincte, & aperte ad intelligendum: & intellexerunt cum legeretur.

9 Dixit autem Nehemias (ipse est Athersatha) & Esdras sacerdos & scriba, & Leuitæ interpretantes vniuerso populo: Dies sanctificatus est Domino Deo nostro, nolite lugere, & nolite flere. Flebat enim omnis populus cum audiret verba legis.

10 Et dixit eis: Ite, comedite pinguia, & bibite mulsum, & mittite partes his, qui non præparauerunt sibi: quia sanctus dies Domini est, & nolite contristari: gaudium etenim Dñi est fortitudo nostra.

11 Leuitæ autem silentium faciebant in omni populo, dicentes: Tacete, quia dies sanctus est, & nolite dolere,

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

68 *Equi eorum septingenti triginta, & sex: muli eorum ducenti quadragintaquinque.*

69 *Cameli quadringenti triginta, & quinque: asini sex millia septingenti, & viginti.*

70 *Et aliqui è principibus dederunt in opus. Tirsatha dedit in thesaurum drachmas mille, crateras quinquaginta, tunicas sacerdotum triginta, & quingentas.*

71 *Et de principibus familiarum dederunt in thesaurum operis auri drachmas bis decem millia, & argenti minas duo millia, & ducentas.*

72 *Et quod dederunt residuum populi auri drachmas bis decem millia, & argenti minas duo millia, & tunicas sacerdotum sexaginta, & septem.*

73 *Habitauerunt autem sacerdotes, & Leuitæ, & ianitores, & cantores, & de populo, & Nethinim, & omnis Israel in vrbibus suis, & contigit mensis septimus, & filij Israel erant in ciuitatibus suis.*

CAP. VIII.

1 *ET congregati sunt omnis populus tamquam vir vnus ad plateam quæ est ante portam aquarum, & dixerunt Hezra scribæ, vt afferret Librum legis Moseh, quam præcepit Dominus Israeli.*

2 *Et attulit Hezra sacerdos legem coram multitudine à viro vsque ad mulierem, & omnem intelligentem, vt audiret die prima mensis septimi.*

3 *Et legit in eo ante plateam quæ erat ante portam aquarum, à luce vsque ad dimidium diem coram viris, & mulieribus, & intelligentibus, & aures omnis populi erant ad librum legis.*

4 *Et stetit Hezra scriba super suggestum ligneum quod fecerunt propter verbum, & stetit iuxta eum Matthithiah, & Semah, & Hanaiah, & Vrijah, & Chilchijah, & Mahaseiah, ad dexteram eius, à sinistra vero eius Pedaiah, Misael, & Malchijah, & Chasum, & Chasbadanah, Zechariah, & Mesullam.*

5 *Et aperuit Hezra librum in oculis omnis populi, quia supra omnem populum erat: & cum aperuisset stetit omnis populus.*

6 *Et benedixit Hezra Domino Deo magno: & respondit omnis populus: Amen, Amen: cum exultatione manuum suarum: & incuruati sunt, & adorauerunt Dominum proni in terra.*

7 *Et Iesuah, & Bani, & Serebiah, Iamin, Haccob, Sabbethai, Hodaiah, Mahaseiah, Chelitha, Hazariah, Iozabad, Chanan, Pelaiah, & Leuitæ intelligere faciebant populum legem, populus autem erat in loco suo.*

8 *Et legerunt in libro, in lege Dei expositi, & positus est intellectus, & intellexerunt scripturam.*

9 *Et dixit Nechemiah (ipse est Tirsata) & Hezra sacerdos scriba & Leuitæ intelligere faciebat populum omni populo: Dies sanctus est Domino Deo nostro, ne lugeatis, & ne fleatis: flebat enim omnis populus cum audiret verba legis.*

10 *Et dixit eis: Ite comedite pinguia, & bibite dulcia, & mittite partes ei qui non parauit sibi, quia sanctus dies Domino nostro, & ne contristemini, quia gaudium Domini est fortitudo vestra.*

11 *Leuitæ autem silentium faciebant in omni populo, dicendo: Tacete, quia dies sanctus est, & ne doleatis.*

Digitized by Google

*Reliquaque debe-
rēt ref-
ponde-
re no-
ftrę vul
gatæ de
funt in
hac trā-
flat.

Transl. ex Septuag.

Afini, duo millia feptingenti. *

Et de parte principum patriarum dederunt ad
opus Neemiæ in thefaurum aureos mille, phialas
quinquaginta, & Chothonoth facerdotum tri-
ginta.
Et de principibus patriarum dederunt in thefau-
ros operis, auri numifmatis viginti millia, & argen-
ti minas, bis mille quadringentas.
Et dederunt reliqui de populo auri viginti mil-
lia, & argenti minas, bis mille ducentas, & Chotho-
noth facerdotum, fexaginta feptem,
Et federunt facerdotes, & Leuitæ, & ianitores, &
cantores, & qui de populo, & Nathinim, & omnis
Ifrael in ciuitatibus fuis.

C A P. VIII.

ET aduenit menfis feptimus, & filij Ifrael in ciui-
tatibus fuis. Et congregati funt omnis populus
tamquam vir vnus in plateam, quæ ante portam
aquæ. Et dixerunt Efdræ fcribæ, vt afferret Librum
legis Moyfi, quam mandauit Dominus Ifrael.

Et attulit Efdras facerdos legem coram Ecclefia à
viro vfque ad mulierem, & omnis intelligens, ad
audiendum in die vna menfis feptimi.
Et legit in eo ab hora illuminationis Solis vfque
ad dimidium diei, coram viris, & mulieribus & ip-
fi intelligentes: & aures omnis populi ad librum
legis.

Et ftetit Efdras fcriba fuper gradum ligneum: &
fteterunt iuxta eum Matthathias, & Samaias, &
Ananias, & Vrias, & Chelcia, & Maafia à dextris eius,
& à finiftris Phadaias, & Mifael, & Melchias, & A-
fom, & Afabadma, & Zacharias, & Mefellam.

Et aperuit Efdras librum in cōfpectu omnis po-
puli: quoniam ipfe erat fupra populum. Et factum
eft, quando aperuit illum; ftetit omnis populus.
Et benedixit Efdras Dominum Deum magnum.
Et refpondit omnis populus, & dixerunt: Amen,
eleuantes manus fuas. Et inclinarunt, & adoraue-
runt Dominum in faciem fuper terram.
Et Iefus, & Banaias, & Saradias erant inftruentes
populum in lege. Et populus in ftatione fua.

Et legerunt in libro legis Dei: & docuit Efdras, &
diftinxit in fcientia Domini, & intellexit populus
in lectione.
Et dixit Neemias, & Efdras facerdos, & fcriba, &
Leuitæ, & qui inftruebant populum: & dixerunt
omni populo: Dies fancta eft Domino Deo noftro:
ne lugeatis, neque ploretis: quoniam plorabat om-
nis populus, vt audiuerunt verba legis.
Et dixit eis: Ite, comedite pinguedines, & bibite
dulcedines, & mittite partes non habentibus: quia
fancta eft dies Domino noftro: & ne concidatis:
quoniam eft Dominus fortitudo noftra.
Et Leuitæ filere faciebant omnem populum; di-
centes: Silete, quoniam dies fancta: & ne conci-
datis.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

68 *Equi eorum feptingenti triginta fex: muli eorum du-
centi quadraginta quinque:*
69 *Cameli, quadringenti trigintaquinque: afini, fex millia
feptingenti viginti.*

70 *Aliqui autem è principibus familiarum dederunt in
opus: Thirfatha dedit in thefaurum, auri drachmas mil-
le, crateras quinquaginta, veftes Sacerdotum triginta &
quinque.*
71 *Aliquot vero de principibus familiarum dederunt in
thefaurum operis, auri drachmarum bis decem millia,
& argenti minarum duo millia ac ducentas.*
72 *Quæ preterea dederunt refiduum populi, fuerunt auri
drachmarum bis decem millia, & argenti minarum duo
millia, & veftes Sacerdotum fexagintafeptem.*
73 *Habitauerunt autem Sacerdotes & Leuitæ, & iani-
tores, & cantores, & de populo & Nethinæi, vniuerfus
quoque Ifrael in vrbibus fuis, & aduenit menfis fepti-
mus, filijq; Ifraelis erant in ciuitatibus fuis.*

C A P. VIII.

1 *Congregati funt itaque vniuerfus populus tanquam
vir vnus in platea quæ erat ante portam aquarum,
dixeruntq; Ezræ fcribæ vt afferret librum Legis Mofch
quam præceperat Iehouah Ifraeli.*

2 *Attulit igitur Ezra Sacerdos Legem coram congrega-
tione illa, tam virorum quam mulierum, & omnium in-
telligentium, audiendo, die prima menfis feptimi.*
3 *Et legit in eo ante plateam quæ erat ante portam
Aquarum, à luce ipfa vfque ad meridiem coram viris
& mulieribus, & intelligentibus: & aures totius populi
erant ad librum Legis.*

4 *Stabat autem Ezra fcriba fuper fuggeftum ligneum
quod fecerant propter verbum, ftabatq; iuxta eum Mat-
tithiah, & Sema, & Anaiah, & Vriah & Hilciiah, &
Maafeiah ad dexteram eius: à finiftra vero eius, Pe-
daiah & Mifael, & Malchiiah, & Hafum, & Hasbada-
nah, Zechariah, & Mefullam.*
5 *Aperuit itaque Ezra librum in oculis totius populi,
quia fupra vniuerfum populum erat: quumq; cœpif-
fet aperire, ftetit vniuerfus populus.*
6 *Et benedixit Ezra Iehouæ Deo magno: refponditque
vniuerfus populus, Amen, amen, cum eleuatione ma-
nuum fuarum: poftea incuruauerunt fe, atque adora-
uerunt Iehouam proni in terra.*
7 *Iefua autem, & Bani, & Serebiah, Iamin, Accob,
Sabbethai, Hodiah, Maafeiah, Celita, Azariah, Iozá-
bad, Hanan, Pelaiah, & Leuitæ intelligere faciebant
populum Legem: populus autem erat in loco fuo.*

8 *Et legerunt in libro ipfo, in Lege Dei, explanatè, &
appofuerunt intellectum, & intellexerunt fcripturam
ipfam.*
9 *Dixit autem Nehemiah (ipfe eft Thirfatha) & Ezra,
Sacerdos, Scriba, & Leuitæ qui intelligere faciebant
populum, vniuerfo populo, Dies fanctus eft Iehouæ Deo
noftro, ne lugeatis, neque fleatis. Flebat enim vniuerfus
populus quum audiret verba Legis.*
10 *Dixit preterea illis, Ite, comedite pinguia, & bibite
dulcia, & mittite partes ei cui nihil eft paratum, quia
fanctus dies Domino noftro: neque contriftemini, quia
gaudium Iehouæ eft fortitudo veftra.*
11 *Leuitæ autem filere faciebant vniuerfum populum,
dicendo, Tacete, quia dies fanctus eft, & ne doleatis.*

Digitized by Google

Tranſl. ex Septuag.

Et abiit omnis populus comedere, & bibere, & mittere partes, & facere lætitiam magnam; quoniam intellexerant in verbis, quæ notificauerat eis.

Et in die ſecunda congregati ſunt principes patriarum cum omni populo, ſacerdotes & Leuitæ ad Eſdram ſcribam, ad intelligendum ad omnia verba legis.

Et inuenerunt ſcriptum in lege, quam mandauit Dominus Moyſi; vt habitent filij Iſrael in tabernaculis in feſtiuitate in menſe ſeptimo,

Et vt ſignificent tubis in omnibus ciuitatibus ipſorum, & in Hieruſalem. Et dixit Eſdras: Exite in montem, & afferte frondes oliuæ, & frondes lignorum cupreſſinorum, & frondes myrti, & frondes palmarum, & frondes ligni denſi ad faciendum tabernacula iuxta id, quod ſcriptum eſt.

Et exiuit populus, & attulerunt, & fecerunt ſibi tabernacula vir in domate ſuo, & in atriis ſuis, & in atriis domus Dei, & in plateis ciuitatis, & vſque ad portam Ephræm.

Et fecerunt omnis Eccleſia, qui reuerterant è captiuitate, tabernacula, & ſederunt in tabernaculis: quoniam non fecerunt à diebus Ieſu filij Naue ſic filij Iſrael vſque in diem illam. Et facta eſt lætitia magna.

Et legit in libro legis Dei, diem in die à die prima vſque ad diem vltimam. Et fecerunt feſtiuitatem ſeptem diebus, & die octaua Exodium iuxta iudicium.

C A P. IX.

ET in die vigeſima & quarta menſis huius congregati ſunt filij Iſrael in ieiunio, & in ſaccis, & cinere ſuper caput ſuum.

Et ſeparati ſunt filij Iſrael ab omni filio alieno: & ſteterunt, & confeſſi ſunt peccata ſua, & iniquitates patrum ſuorum.

Et ſteterunt in ſtatione ſua: & legerunt in libro legis Domini Dei ſui: & fuerunt confitentes Domino, & adorantes Dominum Deum ſuum.

Et ſtetit ſuper aſcenſum Leuitarum Ieſus, & filij Cadmiel, Sechenia filius Sarabia, filij Choneni: & clamauerunt voce magna ad Dominum Deum ſuum.

Et dixerunt Leuitæ, Ieſus, & Cadmiel: Surgite, benedicite Dominum Deum noſtrum à ſæculo, & vſque in ſæculum: & benedicent nomen gloriæ tuæ, & exaltabunt in omni benedictione & laude.

Et dixit Eſdras; Tu es ipſe Dominus ſolus, tu feciſti cœlum & cœlum cœli, & omnem ſtationem eorum, terram, & omnia, quæcumque ſunt in ea, maria, & omnia, quæ in eis: & tu viuificas omnia, & te adorant exercitus cœlorum.

Tu es Dominus Deus: tu elegiſti in Abram, & eduxiſti eum de regione Chaldæorum, & impoſuiſti ei nomen Abraham.

Et inueniſti cor eius fidele coram te; & diſpoſuiſti ad eum teſtamentum dare ei terram Chananæorum, & Chettæorum, & Amorræorum, & Pherezæorum, & Iebuſæorum, & Gergeſæorum, & ſemini eius. Et ſtatuiſti verba tua, quoniã iuſtus tu:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

12 *Abierunt itaque vniuerſus populus vt comederet, & biberet, & vt mitteret partes, atque lætaretur lætitia magna: quia intellexerat verba quæ docuerant eos.*

13 *Poſtridie autem congregauerunt ſe principes familiarum vniuerſi populi, Sacerdotes, & Leuitæ, ad Ezram ſcribam, vt intelligerent verba legis.*

14 *Inuenerunt autem ſcriptum in Lege quam præceperat Iehouah per manum Moſeh, vt habitarent filij Iſraelis in tabernaculis, in ſolennitate ipſa, menſe ſeptimo,*

15 *Et audiri facerent ac tranſire vocem per vniuerſas vrbes ſuas, & per Ieruſalaim, dicendo, Egredimini in montem, & afferte frondes oliuæ, & frondes arboris pinus, & frondes myrti, & frondes palmarum, & frondes arboris denſæ: vt faciatis tabernacula quædam, ſicut ſcriptum eſt.*

16 *Egreſſi ſunt itaque populus, atque attulerunt, feceruntq; ſibi tabernacula, quiſque ſuper tectum ſuum, & in atrijs ſuis, & in atrijs domus Dei, & in platea portæ aquarum, & in platea portæ Ephraim.*

17 *Fecerunt inquam vniuerſus cœtus qui redierant de captiuitate, tabernacula, & habitauerunt in tabernaculis: non enim fecerant à diebus Iehoſua filij Nun, ſic filij Iſraelis vſque ad diem illum: fuitque lætitia magna valde.*

18 *Legit autem in libro Legis Dei per ſingulos dies à die primo vſque ad diem nouiſſimum: feceruntq; ſolennitatem ſeptem diebus, die autem octauo collectam iuxta morem.*

C A P. IX

1 *POrro viceſima quarta die menſis huius congregauerunt ſeſe filij Iſraelis in ieiunio, & cum ſaccis, ac terra erat ſuper eos.*

2 *(Separauerant autem ſeſe ab omnibus alienigenis) & ſteterunt, ac confeſſi ſunt peccata ſua, & iniquitates patrum ſuorum.*

3 *Surrexeruntq; in loco ſuo, & legerunt in libro Legis Iehouæ Dei ſui quater in die, & quater confeſſi ſunt, atque adorauerunt Iehouam Deum ſuum.*

4 *Surrexit autem ſuper gradum Leuitarum Ieſua, & Bani, Cadmiel, Sebaniah, Bunni, Serebiah, Bani Chenani: clamaueruntq; voce magna ad Iehouam Deum ſuum.*

5 *Ac dixerunt Leuitæ illi, nempe Ieſua, & Cadmiel, Bani, Haſabneiah, Serebiah, Hodiiah, Sebaniah, Pethahiah, Surgite, benedicite Iehouæ Deo veſtro à ſæculo, & vſque in ſæculum: & benedicant nomini gloriæ tuæ, & excelſo ſuper omnem benedictionem, & laudem,*

6 *Tu es ô Iehoua ſolus, tu feciſti cœlum, cœlum cœlorum, & omnem exercitum eorum: terram, & omnia quæ ſunt in ea: maria, & vniuerſa quæ ſunt in eis: viuificas quoq; omnia hæc, & exercitus cœlorum te adorant.*

7 *Tu es, ô Iehoua, Deus ille qui elegiſti Abram, & eduxiſti eum de Vr Chaſdim: poſuiſtiq; nomen eius Abraham.*

8 *Inueniſti autem cor eius fidele coram te, & percuſſiſti cum eo fœdus quod dares terram Chenaanæi, Hitthæi, & Emoræi, & Perizæi, & Iebuſæi, & Girgaſæi, quod inquam dares eam ſemini eius: confirmaſtiq; verba tua, quia iuſtus es.*

Vulgat. Editio.

9 Et vidisti afflictionem patrum nostrorum in Aegypto: clamoremque eorum audisti super Mare rubrum.

10 Et dedisti signa atque portenta in Pharaone, & in vniuersis seruis eius, & in omni populo terræ illius: cognouisti enim quia superbe egerant contra eos: & fecisti tibi nomen, sicut & in hac die.

11 Et mare diuisisti ante eos, & transierunt per medium maris in sicco: persecutores autem eorum proiecisti in profundum, quasi lapidem in aquas validas.

12 Et in columna nubis ductor eorum fuisti per diem, & in columna ignis per noctem, vt appareret eis via, per quam ingrediebantur.

13 Ad montem quoque Sinai descendisti, & locutus es cum eis de cœlo, & dedisti eis iudicia recta, & legem veritatis, ceremonias, & præcepta bona:

14 Et sabbatum sanctificatum tuum ostendisti eis, & mandata, & ceremonias, & legem præcepisti eis in manu Moysi serui tui.

15 Panem quoque de cœlo dedisti eis in fame eorum, & aquam de petra eduxisti eis sitientibus, & dixisti eis vt ingrederentur & possiderent terram, super quam leuasti manum tuam vt traderes eis.

16 Ipsi vero & patres nostri superbe egerunt, & indurauerunt ceruices suas, & non audierunt mandata tua.

17 Et noluerunt audire, & non sunt recordati mirabilium tuorum quæ feceras eis. Et indurauerunt ceruices suas, & dederunt caput vt conuerterentur ad seruitutem suam, quasi per contentionem. Tu autem Deus propitius & clemens, & misericors, & longanimis: & multæ miserationis non dereliquisti eos,

18 Et quidem cum fecissent sibi vitulum conflatilem, & dixissent: Iste est Deus tuus, qui eduxit te de Aegypto: feceruntque blasphemias magnas.

19 Tu autem in misericordiis tuis multis non dimisisti eos in deserto: columna nubis non recessit ab eis per diem vt duceret eos in viam, & columna ignis per noctem vt ostenderet eis iter per quod ingrederentur.

20 Et spiritum tuum bonum dedisti qui doceret eos, & manna tuum non prohibuisti ab ore eorum, & aquam dedisti eis in siti.

21 Quadraginta annis pauisti eos in deserto, nihilque eis defuit: vestimenta eorum non inueterauerunt, & pedes eorum non sunt attriti.

22 Et dedisti eis regna, & populos, & partitus es eis sortes: & possederunt terram Sehon, & terram regis Hesebon, & terram Og regis Basan.

23 Et multiplicasti filios eorum sicut stellas cæli, & adduxisti eos ad terram, de qua dixeras patribus eorum vt ingrederentur & possiderent.

24 Et venerunt filij, & possederunt terram, & humiliasti coram eis habitatores terræ Chananæos, & dedisti eos in manu eorum & reges eorum & populos terræ, vt facerent eis sicut placebat illis.

25 Ceperunt itaque vrbes munitas & humum pinguem, & possederunt domos plenas cunctis bonis: cisternas ab aliis fabricatas, vineas, & olìueta, & ligna pomifera multa: & comederunt, & saturati sunt, & impinguati sunt, & abundauerunt deliciis in bonitate tua magna.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Et vidisti afflictionem patrum nostrorum in Aegypto: clamoremque eorum audisti in mari Suph.

Et dedisti signa, & portenta in Parhoh, & in vniuersis seruis eius, & in omni populo terræ eius: cognouisti enim quia superbe egerant contra eos, & fecisti tibi nomen secundum diem hanc.

Et mare diuisisti ante eos, & transierunt per medium maris in sicco, & persecutores eorum proiecisti in profunda tamquam lapidem in aquas validas.

Et in columna nubis duxisti eos per diem, & in columna ignis per noctem, vt illucescere faceres eis viam per quam ambulaturi erant.

Et super montem Sinai descendisti, & locutus es cum eis è cœlo, & dedisti eis iudicia recta, & leges veras, statuta, & præcepta bona.

Et sabbatum sanctum tuum notificasti eis, & præcepta, & statuta, & legem præcepisti eis per manum Moseh serui tui.

Et panem de cœlo dedisti eis, in fame eorum, & aquam è petra eduxisti eis in siti eorum, & dixisti eis, vt ingrederentur ad possidendum terram super quam leuasti manum tuam, vt traderes eis.

Et ipsi, & patres nostri superbe egerunt, & indurauerunt ceruicem suam, & non audierunt præcepta tua.

Et renuerunt audire, & non sunt recordati mirabilium tuorum quæ feceras cum eis: Et indurauerunt ceruicem suam, & posuerunt caput suum, vt reuerterentur ad seruitutem suam cum rebellione sua. Et tu Deus propitiationum clemens, & misericors, longanimis, & multæ misericordiæ, non dereliquisti eos.

Insuper quando fecerunt sibi vitulum conflatilem, & dixerunt: Iste est Deus tuus, qui ascendere fecit te è terra Aegypti, feceruntque conuitia in Deum magna.

Tu propter misericordias tuas multas non dereliquisti eos in Deserto, columna nubis non recessit ab eis per diem, vt duceret eos per viam, & columna ignis per noctem, vt lucere faceres eis, & viam per quam ambulaturi in ea.

Et spiritum tuum bonum dedisti ad audiendum eos, & man tuum non prohibuisti ab ore eorum, & aquam dedisti eis in siti eorum.

Et quadraginta annis pauisti eos in deserto: non eguerunt, vestimenta eorum non inueterauerunt, & pedes eorum non tumuerunt.

Et dedisti eis regna, & diuisisti eos vt essent ad angulum vnum, & possederunt terram Sichon, & terram regis Chesbon, & terram Hogh regis Basan.

Et filios eorum multiplicasti sicut stellas cæli, & adduxisti eos ad terram de qua dixeras patribus eorum, vt ingrederentur ad possidendum.

Et venerunt filij, & possederunt terram, & humiliasti coram eis habitatores terræ Chenahanæorum, & dedisti eos in manu eorum, & reges eorum, & populos terræ, vt facerent in eis secundum voluntatem suam,

Et ceperunt vrbes munitas, & humum pinguem, & possederunt domos plenas omni bono, cisternas excisas, vineas, & olìueta, & arbores fructiferas in multitudine: & comederunt, & saturati sunt, & impinguati sunt, & delitiis affluxerunt propter bonitatem tuam magnam.

Transl. ex Septuag.

9 Et vidisti humiliationem patrum nostrorum in Aegypto: & clamorem eorum audisti super mare rubrum:

10 Et dedisti signa, & prodigia in Ægypto in Pharaonem,& in omnes pueros eius, & in omnem populum terræ eius: quoniam nouisti, quia superbe egerunt super eos: & fecisti tibi nomen, sicut dies hæc.

11 Et mare scidisti coram eis: & transierunt in medio maris in sicco: & persequentes eos proiecisti in profundum, tamquam lapidem in aqua valida.

12 Et in columna nubis deduxisti eos die, & in columna ignis nocte ad illuminandam eis viam, in qua ibunt in ea.

13 Et super montem Sina descendisti, & locutus es ad eos de cœlo: & dedisti eis iudicia recta, & leges veritatis,præcepta,& mandata bona.

14 Et sabbatum tuum sanctum notificasti eis: & mandata,& præcepta,& legem mandasti eis in manu Moysi serui tui.

15 Et panem de cœlo dedisti eis in cibum eorum: & aquam de petra protulisti eis in siti eorum. Et dixisti eis ingredi ad hæreditandam terram,super quam extendisti manum tuam ad dandam eis.

16 Et ipsi & patres nostri superbe egerunt, & indurauerunt ceruicem suam, & non audierunt mandata tua.

17 Et abnuerunt exaudire, & non sunt recordati mirabilium tuorum quæ fecisti cum eis. Et indurauerunt ceruicem suam, & dederunt principium reuertendi ad seruitutem suam, in Aegypto. Et tu Deus misericors,& miserator,longanimus: & multum misericors, & non dereliquisti eos.

18 Adhuc autem & fecerunt sibi vitulum fusilem, & dixerunt: Hi sunt Dij, qui eduxerunt nos de Aegypto. Et fecerunt irritationes magnas.

19 Et tu in miserationibus tuis multis non dereliquisti eos in deserto: columnam nubis non declinasti ab eis die ad deducendum eos in via, & columnam ignis nocte,ad illuminandam eis viam,in qua ibunt in ea.

20 Et spiritum tuum bonum dedisti ad instruendos eos. Et Manna tuum non prohibuisti ab ore eorum,& aquam dedisti eis in siti eorum.

21 Et quadraginta annis enutriuisti eos in deserto: non fecisti eis deesse quicquam: vestimenta eorũ nõ inueterauerunt, & pedes eorum non sunt disrupti.

22 Et dedisti eis regna, & populos distribuisti eis. Et hæreditauerunt terram Seon regis Esebon, & terram Og regis Basan.

23 Et filios eorum multiplicasti tamquam astra cœli, & introduxisti eos in terram, quam dixisti patribus eorum & hæreditarunt eam.

24 Et extriuisti coram eis habitantes terram Chananæorum, & dedisti illos in manus ipsorum, & reges illorum & populos terræ, ad faciendum eis, sicut placitum coram ipsis.

25 Et ceperunt ciuitates excelsas & hæreditarunt domos plenas omnium bonorum, cisternas excisas, vineas, & olueta, & omne lignum sit aptum in multitudine. Et comederunt, & repleti sunt, & impinguati sunt, & deliciati sunt, in bonitate tua magna.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

9 *Respexisti præterea afflictionem patrum nostrorum in Aegypto, clamoremque eorum audisti in mari Suph.*

10 *Dedistique signa & portenta in Paroh, & in vniuersis seruis eius, atque in vniuerso populo terræ eius: nouerat enim quod superbe egissent contra eos: vnde fecisti tibi nomen secundum diem hanc.*

11 *Mare insuper diuisisti coram eis, & transierunt per medium eius in sicco: persequutores autem eorum proiecisti in profunditates, tanquam lapidem in aquas validas.*

12 *Atq; cum columna nubis deduxisti eos interdiu, & cum columna ignis noctu, vt illustrares eis viam per quam ambulaturi erant.*

13 *Post hæc super montem Sinai descendisti, loquutusq; es cum eis è cælo, & dedisti eis iudicia recta, & leges veras, statuta, & præcepta bona.*

14 *Sabbathum quoque sanctum tuum notum fecisti eis, & præcepta, & statuta, & legem præcepisti eis per manum Moseh serui tui.*

15 *Panem insuper de cælo dedisti eis in fame sua: & aquam è petra eduxisti eis in siti sua: tandem dixisti eis vt ingrederentur ad possidendum terram propter quam leuasti manum tuam quod traderes eam illis.*

16 *Ipsi vero & patres nostri superbe egerunt, & indurauerunt ceruicem suam, nec audierunt præcepta tua.*

17 *Imo renuerunt audire, neque recordati sunt mirabilium tuorum quæ feceras cum eis: indurauerunt q; ceruicem suam, ac conuersi sunt vt reuerterentur ad seruitutem suam cum rebellione sua: tu tamen Deus veniarum, clemens, & misericors, longanimis, & multæ misericordiæ, non dereliquisti eos.*

18 *Insuper quando fecerunt sibi vitulum conflatilem, & dixerunt, Iste est Deus tuus, qui eduxit te de Aegypto, feceruntq; conuitia magna.*

19 *Tu tamen propter misericordias tuas multas non dereliquisti eos in deserto, columna nubis non recessit ab eis interdiu, vt deduceret eos per viam, & columna ignis noctu, vt lucere faceret eis viam per quam ambulaturi erant.*

20 *Et Spiritum tuum bonum dedisti ad instruendum eos, man quoque tuum non prohibuisti ab ore eorum, & aquam dedisti eis in siti eorum.*

21 *Quadraginta quoque annis pauisti eos in deserto, nulla re indiguerunt; vestimenta eorum non inueterauerunt, nec pedes eorum intumuerunt.*

22 *Dedisti eis insuper regna & populos, quos diuisisti in angulum, ac possederunt terram Sihon & terram regis Hesbon, & terram Og regis Basan.*

23 *Filios autem eorum multiplicasti sicut stellas cæli, & introduxisti eos in terram de qua dixeras Patribus eorum quod ingrederentur eam vt possiderent.*

24 *Venerunt enim filij, & possederunt terram illam: atq; humiliasti coram eis habitatores ipsius terræ, Chenaaneos, dedistiq; eos in manum eorum, ac reges eorum, & populos eius terræ, vt facerent ex eis secundum voluntatem suam.*

25 *Ceperunt præterea vrbes munitas, atque humum pinguem, & possederunt domos plenas omni bono; cisternas excisas, vineas, & olineta, & arbores fructiferas quamplurimas: comederuntque, ac saturati sunt, atque impinguati, & delitiis affluxerunt propter bonitatem tuam magnam.*

Vulgat. Editio.

Prouocauerunt autem te ad iracundiam, & recesserunt à te, & proiecerunt legem tuam post terga sua: & prophetas tuos occiderunt, qui contestabantur eos vt reuerterentur ad te: feceruntq; blasphemias grandes.

Et dedisti eos in manu hostium suorum, & afflixerunt eos. Et in tempore tribulationis suæ clamauerunt ad te, & tu de cœlo audisti, & secundum miserationes tuas multas dedisti eis saluatores, qui saluarent eos de manu hostium suorum.

Cumque requieuissent, reuersi sunt vt facerent malũ in conspectu tuo: & dereliquisti eos in manu inimicorum suorum, & possederunt eos. Conuersique sunt, & clamauerunt ad te: tu autem de cœlo exaudisti, & liberasti eos in misericordiis tuis, multis temporibus.

Et contestatus es eos vt reuerterentur ad Legem tuam. Ipsi vero superbe egerunt, & non audierunt mandata tua, & in iudiciis tuis peccauerunt, quæ faciet homo, & viuet in eis: & dederunt humerum recedentem, & ceruicem suam indurauerunt, nec audierunt.

Et protraxisti super eos annos multos, & contestatus es eos in spiritu tuo per manum prophetarum tuorum: & non audierunt, & tradidisti eos in manu populorum terrarum.

In misericordiis autem tuis plurimis non fecisti eos in consumptionem, nec dereliquisti eos: quoniam Deus miserationum, & clemens es tu.

Nunc itaque Deus noster magne, fortis, & terribilis, custodiens pactum & misericordiam, ne auertas à facie tua omnem laborem, qui inuenit nos, reges nostros, & principes nostros, & sacerdotes nostros, & prophetas nostros, & patres nostros, & omnem populum tuum à diebus regis Assur vsque in diem hanc.

Et tu iustus es in omnibus, quæ venerunt super nos: quia veritatem fecisti, nos autem impie egimus.

Reges nostri, principes nostri, sacerdotes nostri, & patres nostri non fecerunt legem tuam, & non attenderunt mandata tua, & testimonia tua quæ testificatus es in eis.

Et ipsi in regnis suis, & in bonitate tua multa, quam dederas eis, & in terra latissima & pingui, quam tradideras in conspectu eorum, non seruierunt tibi, nec reuersi sunt à studiis suis pessimis.

Ecce nosipsi hodie serui sumus: & terra, quam dedisti patribus nostris vt comederent panem eius, & quæ bona sunt eius, & nosipsi serui sumus in ea.

Et fruges eius multiplicantur regibus, quos posuisti super nos propter peccata nostra, & corporibus nostris dominantur, & iumentis nostris secundum voluntatem suam, & in tribulatione magna sumus.

Super omnibus ergo his nosipsi percutimus fœdus, & scribimus, & signant principes nostri, Leuitæ nostri, & Sacerdotes nostri.

CAP. X.

Signatores autem fuerunt, Nehemias, Athersatha filius Hachelai, & Sedecias,
Saraias, Azarias, Ieremias,
Phethur, Amarias, Melchias,
Hattus, Sebenia, Melluch,
Harem, Merimuth, Obdias,
Daniel, Genthon, Baruch,

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

26 *Et irritauerunt, & rebellauerunt contra te, & pro-*
iecerunt legem tuam post corpus suum, & prophetas tuos
occiderunt, qui testificabantur eis, vt conuerterent eos ad
te, & fecerunt conuicia in Deum *magna.*

27 *Et dedisti eos in manum hostium suorum, & afflixe-*
runt eos. Et in tempore tribulationis suæ clamauerunt ad
te, & tu de cœlo audisti, & secundum miserationes tuas
multas dedisti eis seruatores, & seruauerunt eos de manu
hostium suorum.

28 *Et cum fuisset requies eis, reuersi sunt ad faciendum*
malum coram te, & dereliquisti eos in manu inimico-
rum suorum, & dominati sunt eis: & conuersi sunt, &
clamauerunt ad te, & tu de cœlo exaudisti, & eruisti eos
secundum miserationes tuas multis temporibus.

29 *Et contestatus es eis, vt redirent ad legem tuam, sed*
ipsi superbe egerunt, & non audierunt præcepta tua, &
in iudiciis tuis peccauerunt quæ faciet homo, & viuet in
eis: & dederunt humerum recedentem, & ceruicem suam
indurauerunt, & non audierunt.

30 *Et protraxisti super eos annos multos, & contestatus*
es eos spiritu tuo per manum prophetarum tuorum, &
non auscultauerunt, & tradidisti eos in manum popula-
rum terrarum.

31 *Et propter misericordias tuas multas non fecisti eos in*
consumptionem, & non dereliquisti eos, quia Deus cle-
mens, & misericors es.

32 *Et nunc Deus noster, Deus magne, fortis, & terribilis,*
custodiens pactum, & misericordiam, ne diminuatur co-
ram te omnis labor qui inuenit nos, reges nostros, prin-
cipes nostros, sacerdotes nostros, & prophetas nostros, &
omnem populum tuum à diebus regum Assur vsque ad
diem hanc.

33 *Et tu iustus in omni quod venit super nos, quia veri-*
tatem fecisti, & nos impie egimus.

34 *Et reges nostri, principes nostri, sacerdotes nostri, & pa-*
tres nostri, non fecerunt legem tuam, & non attenderunt
præceptis tuis, & testimoniis tuis quæ testificatus es eis.

35 *Et ipsi in regno suo, & in bonitate tua multa quam*
dedisti eis, & in terra lata, & pingui, quam tradideras
coram eis, non seruierunt tibi, & non sunt conuersi ab
operibus suis malis.

36 *Ecce hodie serui sumus, & in terra quam dedisti pa-*
tribus nostris, vt comederent fructum eius, & bonitatem
eius, ecce serui sumus

37 *Et fructus eius multus regibus quos posuisti super nos*
propter peccata nostra, & corporibus nostris dominantur
& iumentis nostris secundum voluntatem suam, & in
tribulatione magna sumus.

38 *Et cum toto hoc percutimus fidelitatem, & scribimus*
& super signaturam sunt principes nostri, Leuitæ no-
stri, Sacerdotes nostri.

CAP. X.

1 *ET super signaturas fuerunt Nechemiah Tirsatha*
filius Chachaliah, & Sidchijah,
2 *Seraiah, Hazaryah, Irmeiah,*
3 *Paschur, Amariah, Malachijah,*
4 *Chattus, Sebeniah, Malluch,*
5 *Charim, Meremoth, Hobadiah,*
6 *Daniel, Ghineto, Baruch,*

Transl. ex Septuag.

Et mutauerunt & recesserunt à te, & proiecerunt 26
legem tuam post corpus suum. Et prophetas tuos
occiderunt, qui contestabantur in eis, vt reuerterent
ipsi ad te. Et fecerunt irritationes magnas:

Et dedisti eos in manu tribulantium eos: & tri- 27
bulauerunt eos. Et clamauerunt ad te in tempo-
re tribulationis suæ, & tu de cœlo tuo audisti, & in
miserationibus tuis magnis dedisti eis saluatores:
& saluasti eos de manu tribulantium eos.

Et vt requieuerunt; reuerterunt facere malum 28
in conspectu tuo: & dereliquisti eos in manus ini-
micorum eorum: & dominati sunt in eis. Et rur-
sus exclamauerunt ad te: & tu de cœlo exaudisti, &
eruisti eos in miserationibus tuis multis:

Et contestatus es eis vt ipsi reuerterentur in le- 29
gem tuam. Et non audierunt, sed in mandatis tuis,
& iudiciis tuis peccauerunt, quæ faciens ea homo
viuet in eis: Et dederunt dorsum rebelle, & ceruí-
cem suam indurauerunt: & non audierunt.

Et protraxisti super eos, annos multos, & conte- 30
status es eis in spiritu tuo in manu prophetarum
tuorum: & non perceperunt auribus: & dedisti eos
in manu populorum terræ.

Et tu in miserationibus tuis multis non fecisti 31
eos in consummationem, & non dereliquisti eos,
quoniam fortis es, & misericors, & miserator.

Et nunc Deus noster fortis, magnus, validus, & 32
terribilis, custodiens testamentum tuum, & mise-
ricordiam tuam; ne paucus sit coram te omnis la-
bor, qui inuenit nos, & reges nostros, & principes
nostros, & sacerdotes nostros, & prophetas nostros,
& patres nostros, & in omni populo tuo à diebus
regum Assur, & vsque ad diem hanc.

Et tu iustus in omnibus, quæ veniunt super
nos: quoniam veritatem fecisti. Et nos peccaui- 33
mus,

Et reges nostri, & principes nostri, & sacerdotes
nostri, & patres nostri non fecerunt legem tuam; 34
& non attenderunt mandata tua, & testimonia
tua quæ contestatus es eis.

Et ipsi in regno tuo, & in bonitate tua multa,
quam dedisti eis, & in terra lata & pingui, quam 35
dedisti coram eis, non seruierunt tibi, & non auer-
terunt se à studiis suis malis.

Ecce hodie sumus serui, & terra, quam dedisti
patribus nostris ad comedendum fructum eius, 36
& bona eius, ecce sumus serui super eam,

Et fructus eius multi regibus, quos dedisti su- 37
per nos in peccatis nostris, & super corpora nostra
potestatem habent, & in pecoribus nostris, sicut
placitum eis, & in tribulatione magna sumus.

Et in omnibus his nos disponimus fidem, & scri- 38
bimus, & signant principes nostri, Leuitæ nostri,
Sacerdotes nostri.

C A P. X.

ET super obsignantes Neemias, Artasastha filius 1
Achabia, & Sedecias filius
Aræa, & Azaria, & Hieremia, 2
Phasur, Amaria, Melchia, 3
Attias, Sebani, Maluch, 4
Iram, Meramoth, Abdia, 5
Daniel, Hanathon, Baruch, 6

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

Irritauerunt itaque, & rebellauerunt contra te, ac proiecerunt Legem tuam post corpus suum: Prophetas quoque tuos occiderunt, qui testificabantur contra eos, vt conuerterent eos ad te: & fecerunt conuitia magna.

Itaque tradidisti eos in manum hostium suorum, & affixerunt eos: ac in tempore tribulationis suæ clamauerunt ad te, & tu de cœlo audisti, atque secundum miserationes tuas multas dedisti eis seruatores qui seruauerunt eos de manu hostium suorum.

Quum vero esset illis quies, reuersi sunt ad faciendum malum coram te, idcirco dereliquisti eos in manu inimicorum suorum, qui dominati sunt eis: conuersi autem, rursum clamauerunt ad te, & tu de cœlo exaudisti, atque eruisti eos secundum miserationes tuas multis temporibus.

Contestatus vero es illos, vt conuerteres eos ad legem tuam: sed ipsi superbe egerunt, nec audierunt præcepta tua, & in iudiciis tuis peccauerunt, quæ faciens homo, & viuet in eis: dederuntque humerum recedentem, & ceruicem suam indurauerunt, & non audierunt.

Attamen protraxisti super eos annos multos, & contestatus es illos Spiritu tuo per manum Prophetarum tuorum, & non auscultauerunt, ideo tradidisti eos in manum populorum terrarum.

Sed propter misericordias tuas multas non fecisti eos in consumptionem, nec dereliquisti eos, quia Deus clemens, & misericors es.

Nunc igitur ô Deus noster, Deus magne, fortis & terribilis, qui custodis pactum & misericordiam, ne parua res videatur coram te omnis labor qui inuenit nos, id est reges nostros, principes nostros, sacerdotes nostros, & prophetas nostros, patres quoque nostros, atque vniuersum populum tuum à diebus regum Assur vsque in diem hanc.

Tu autem iustus in omnibus quæ venerunt super nos: quia veritatem fecisti, nos vero impie egimus.

Et reges nostri, principes nostri, sacerdotes nostri, & patres nostri, non fecerunt legem tuam, nec attenderunt præceptis tuis, & testimoniis tuis quæ testificatus es eis.

Et ipsi in regno suo, & in bonitate tua multa quam dedisti eis, & in terra lata & pingui quam tradideras coram eis, non seruierunt tibi, nec sunt conuersi ab operibus suis malis.

Ecce hodie serui sumus, & quidem in terra quam dedisti Patribus nostris vt comederent fructum eius & bonitatem eius, ecce nunquam serui sumus

Et fructum suum multiplicat regibus quos posuisti super nos propter peccata nostra, & corporibus nostris dominantur, & iumentis nostris secundum voluntatem suam: & in tribulatione maxima sumus.

Et tamen nos percutimus fidelitatem, & scribimus: & in libello illo signato sunt principes nostri, Leuitæ nostri, Sacerdotes nostri.

C A P. X.

INter signatos autem illos fuerunt Nehemiah Thirsatha filius Hachaliah, & Sidciyah,
Seraiah, Azariah, Irmeiah,
Pashur, Amariah, Malchijah,
Hattus, Sebaniah, Malluch,
Harim, Meremoth, Obadiah,
Daniel, Ginethon, Baruch,

Vulgat. Editio.

Mosollam, Abia, Miamin,
Maazia, Belgai, Semeia: hi sacerdotes.
Porro Leuitæ, Iosue filius Azaniæ, Bennui de filiis Henadad, Cedmihel,
Et fratres eorum, Sebenia, Odaia, Celitha, Phalaia, Hanan,
Micha, Rohob, Hasebia,
Zachur, Serebia, Sabania,
Odaia, Bani, Baninu.
Capita populi, Pharos, Phahathmoab, Aelam, Zethu, Bani,
Bonni, Azgad, Bebai,
Adonia, Begoai, Adin,
Ater, Hezecia, Azur, (∴)
Odaia, Hasum, Besai,
Hareph, Anathoth, Nebai,
Megphias, Mosollam, Hazir,
Mesizabel, Sadoc, Ieddua,
Pheltia, Hanan, Anaia,
Osee, Hanania, Hasub, (∴)
Alohes, Phalea, Sobec,
Rehum, Hasebna, Maasia,
Echaia, Hanan, Anan,
Melluch, Haran, Baana:

Et reliqui de populo, Sacerdotes, Leuitæ, ianitores, & cantores, Nathinæi, & omnes qui se separauerunt de populis terrarum ad legem Dei vxores eorum, filij eorum & filiæ eorum,

Omnes qui poterant sapere spondentes pro fratribus suis, optimates eorum, & qui veniebant ad pollicendum, & iurandum vt ambularent in lege Dei, quam dederat in manu Moysi serui Dei, vt facerent & custodirent vniuersa mandata Domini Dei nostri, & iudicia eius & ceremonias eius,

Et vt non daremus filias nostras populo terræ, & filias eorum non acciperemus filiis nostris.

Populi quoque terræ, qui important venalia, & omnia ad vsum, per diem sabbati vt vendant, non accipiemus ab eis in sabbato & in die sanctificato. Et dimittemus annum septimum, & exactionem vniuersæ manus.

Et statuemus super nos præcepta, vt demus tertiam partem sicli per annum ad opus domus Dei nostri,

Ad panes propositionis, & ad sacrificium sempiternum, & in holocaustum sempiternum in sabbatis, in calendis, in solemnitatibus & in sanctificatis, & pro peccato: vt exoretur pro Israel, & in omnem vsum domus Dei nostri.

Sortes ergo misimus super oblationem lignorum inter Sacerdotes, & Leuitas, & populum, vt inferrentur in domum Dei nostri per domos patrum nostrorum, per tempora, à temporibus anni vsque ad annum: vt arderent super altare Domini Dei nostri, sicut scriptum est in lege Moysi:

Et vt afferrêmus primogenita terræ nostræ, & primitiua vniuersi fructus omnis ligni, ab anno in annum, in domo Domini.

Et primitiua filiorum nostrorum, & pecorum nostrorum, sicut scriptum est in lege, & primitiua boum nostrorum, & ouium nostrarum, vt offerrentur in domo Dei nostri Sacerdotibus qui ministrant in domo Dei nostri:

Et

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

7 *Mesullam, Abiiah, Miiamin,*
8 *Mahaziah, Bilgai, Semeiah: isti sacerdotes.*
9 *Et Leuitæ, & Iesuah filius Azaniah, Binui de filiis Chenadad Chadmiel,*
10 *Et fratres eorum Sebeniah, Hodiiah, Chelitha, Pelaiah, Chanan,*
11 *Micha, Rechob, Chasabiah,*
12 *Zacchur, Serebiah, Sebeniah,*
13 *Hodiiah, Bani, Beninu.*
14 *Capita populi, Parhos, Pachathmoab, Helam, Zatthu, Bani,*
15 *Buni, Hazghad, Bebai,*
16 *Adoniiah, Bignai, Hadin,* (∴)
17 *Ather, Chizchiiah, Hazur,*
18 *Hodiiah, Chasumi, Besai,*
19 *Chariph, Hanathoth, Nebai,*
20 *Magphihas, Mesullam, Chezir,*
21 *Mesezabel, Sadoc, Iadiiah,*
22 *Pelathiel, Chanan Hanaiah,* (∴)
23 *Hoseah, Chananiah, Chasub,*
24 *Haloches, Pilcha, Sobech,*
25 *Rechum, Chasabnah, Mahaseiah,*
26 *Et Achiiah, Chanan, Hanan,*
27 *Malluch, Charim, Bahanah:*
28 *Et residuum populi, Sacerdotes, Leuitæ, & ianitores, & cantores, Nethinim, & omnis diuisus à populis terrarum ad legem Dei, vxores eorum, filii eorum, & filiæ eorum:*

29 *Omnis sciens, intelligens, tenentes cum fratribus suis optimates eorum, & venientes cum execratione, & iuramento, vt ambularent in lege Dei quæ data est per manum Moseh serui Dei, & custodirent & facerent vniuersa præcepta Domini Dei nostri, & iudicia eius, & statuta eius.*

30 *Et non daremus filias nostras populis terræ, & filias eorum non acciperemus filiis nostris.*

31 *Et à populis terræ afferentibus merces, & omne venale in die sabbati, vt vendant, non accipiemus ab eis in sabbato, & in die sancto, & dimittemus annum septimum, & exactionem vniuersæ manus.*

32 *Et statuemus super nos præcepta, vt imponatur nobis tertia pars Sechel in anno, ad opus domus Dei nostri.*

33 *Ad panem propositionis, & sacrificium iuge, & ad holocaustum iuge, sabbata, calendas, ad solemnitates, & ad sancta, & ad peccata, ad exorandum pro Israel, & omne opus domus Dei nostri.*

34 *Et sortes iecimus super oblationem lignorum, sacerdotes, Leuitæ, & populi, vt afferant in Domum Dei nostri per domum patrum nostrorum per tempora determinata annuatim, vt arderent super altare Domini Dei nostri, sicut scriptum est in lege.*

35 *Et afferemus primitiua terræ nostræ, & primitiua omnis fructus omnis arboris annuatim in domum Domini.*

36 *Et primogenita filiorum nostrorum, & iumentorum nostrorum sicut scriptum est in lege & boum nostrorum, & pecorum nostrorum, vt afferant in domum Dei nostri sacerdotibus ministrantibus in domo Dei nostri.*

Et

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.		Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
Mesulam Abia, Miamin,	7	*Mesullam, Abiah: Miiamin.*
Maazia, Belgai, Samaia: hi sacerdotes.	8	*Maaziah, Belgai, Semaiah. isti sunt Sacerdotes.*
Et Leuitæ, Iesus filius Azania, Banæu de filiis Enadad, Cadmiel,	9	*Leuitæ vero, Iesua filius Azaniah, Binnui de filiis Henadad, Cadmiel.*
Et fratres eius, Sabania, Oduia, Calitan, Phelia, Anan,	10	*Fratres autem eorum, Sebaniah, Hodiiah, Celita, Pelaiah, Hanan,*
Micha, Roob, Asebias,	11	*Micha, Rehob, Hasabiah,*
Zacchor, Sarabia, Sebania,	12	*Zacchur, Serebiah, Sebaniah,*
Odun. Filij Banue.	13	*Hodiiah, Bani, Beninu.*
Principes populi Phoros, Phaathmoab, Elam, Zathuia,	14	*Capita populi, Pares, Pahath-moab, Elam, Zatthu, Bani,*
Filij Bani, Asgad, Bebai,	15	*Bunni, Azgad, Bebai,*
Adama, Bagoi, Edin,	16	*Adoniiah, Biguai, Adin,*
Ater, Ezecia, Azur, (·.·)	17	*Ater, Hizkiiah, Azzur,* (·.·)
Oduia, Esam, Beli,	18	*Hodiiah, Hasum, Besai,*
Ariph, Anathoth, Nabai,	19	*Hariph, Anathoth, Nebai,*
Megaphes, Mesullam, Ezir,	20	*Megpias, Mesullam, Hezir,*
Mesozebel, Saduc, Ieddua,	21	*Mesezabel, Sadoc, Iadua,*
Phaltia, Anan, Anaia,	22	*Pelatiah, Hannan, Annaiah,*
Osee, Anania, Asub,	23	*Hosea, Hananiah, Hasub,*
Aloes, Phalai, Sobec,	24	*Halohes, Pilha, Sobec,* (·.·)
Reum, Esabana, Maasia, (·.·)	25	*Rehum, Hasabnah, Maasciah.*
Et Aia, Aenan, Henam,	26	*Et Ahiiah, Hanan, Anan,*
Maluch, Eram, Baana,	27	*Malluch, Harim, Baanah:*
Et reliqui de populo: Sacerdotes, Leuitæ, ianitores, cantores, Nathinim, & accedens de populis terræ ad legem Dei, vxores eorum, filiæ eorum:	28	*Atque residuum populi, Sacerdotes, Leuitæ, & ianitores, cantores Nethinei, & omnis separatus à populis terrarum ad Legem Dei, vxores eorum, filij eorum, & filiæ eorum, omnis sciens & intelligens.*
Omnis sciens, & intelligens inualescebant super fratribus suis, & execratione adstringebant eos. Et ingressi sunt in execratione, & in iuramento ambulandi in lege Dei quæ data est in manu Moysi serui Dei custodiendi, & faciendi omnia mandata Domini, & iudicia eius, & præcepta eius,	29	*Apprehenderunt cum fratribus suis optimatibus suis: & venerunt cum execratione & iuramento, quod ambularent in Lege Dei, quæ data est per manum Moseh serui Dei, & custodirent ac facerent vniuersa præcepta Iehouæ Domini nostri, & iudicia eius, & statuta eius:*
Et non dandi filias nostras populis terræ, & filias eorum non accipiemus filiis nostris,	30	*Et quod non daremus filias nostras populis terræ, & filias eorum non acciperemus filiis nostris.*
Et populi terræ afferentes venalia, & omnem venditionem in die sabbati ad vendendum, non ememus ab eis in sabbato & in die sancta: & dimittemus annum septimum, & exactionem vniuersæ manus:	31	*Et quod à populis terræ afferentibus merces, & quancunque annonam in die sabbathi, vt vendant, non accipiemus in sabbatho, & in die sancto: quodque dimittemus annum septimum, & exactionem vniuersæ manus.*
Et statuemus super nos mandata ad dandum super nos tertiam partem didrachmatis per annum in seruitutem domus Dei nostri,	32	*Et statuimus super nos præcepta, vt imponerent nobis tertiam partem sechel eo anno, in opus domus Dei nostri,*
In panes faciei, & sacrificium continuationis, & in holocaustum continuationis sabbatorum, Neomeniarum, in festiuitates, & in sancta, & quæ pro peccato, ad depropitiandum pro Israel, & ad opera domus Dei nostri.	33	*In panem propositionis, & sacrificium iuge: & in holocaustum iuge, sabbatha, Calendas, & solennitates, & in sancta, & in sacrificia pro peccato, ad expiandum Israelem, & omne opus domus Dei nostri.*
Et sortes iecimus de sorte portationis lignorum, sacerdotes, & Leuitæ, & populus, ad afferendum in domum Dei nostri, in domum patriarum nostrarum, in tempora à temporibus, annum per annum, ad accendendum super altare Domini Dei nostri, sicut scriptum est in lege, & ad afferendum primitiua terræ nostræ, & primitiua fructus omnis ligni annum per annum in domum Domini,	34	*Fecimus & sortes super oblatione lignorum, Sacerdotes, Leuitæ, & populi, vt adducant ea in domum Dei nostri, in domum Patrum nostrorum temporibus determinatis annuatim, vt arderent super altare Iehouæ Dei nostri, sicut scriptum est in Lege.*
Et primogenita filiorum nostrorum, & pecorum nostrorum, sicut scriptum est in lege,	35	*Et afferemus primitiua terræ nostræ, & primitiua omnis fructus cuiuscunque arboris annuatim in domum Iehouæ.*
Et primogenita boum nostrorum, & gregum nostrorum ad afferendum in domum Dei nostri, sacerdotibus ministrantibus in domo Dei nostri:	36	*Primogenita insuper filiorum nostrorum & iumentorũ nostrorum (sicut scriptum est in Lege) & primogenita boum nostrorum & pecorum nostrorum, afferemus in domum Dei nostri Sacerdotibus ministrantibus in domo Dei nostri.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

37 Et primitias ciborum nostrorum,& libaminum
nostrorum & poma omnis ligni, vindemiæ quo-
que & olei afferemus Sacerdotibus ad gazophyla-
cium Dei nostri, & decimam partem terræ nostræ
Leuitis. Ipsi Leuitæ decimas accipient ex omnibus
ciuitatibus operum nostrorum.
38 Erit autem Sacerdos filius Aaron cum Leuitis
in decimis Leuitarum,& Leuitæ offerent decimam
partem decimæ suæ in domo Dei nostri, ad gazo-
phylacium in domum thesauri.
39 Ad gazophylacium enim deportabunt filij Is-
rael, & filij Leui primitias frumenti, vini, & olei:
& ibi erunt vasa sanctificata, & Sacerdotes,& can-
tores,& ianitores, & ministri, & non dimittemus
domum Dei nostri.

CAP. XI.

1 HAbitauerunt autem principes populi in Ieru-
salem: reliqua vero plebs misit sortem,vt tolle-
rent vnam partem de decem qui habitaturi essent
in Ierusalem ciuitate sancta, nouem vero partes in
ciuitatibus.
2 Benedixit autem populus omnibus viris qui
se sponte obtulerant vt habitarent in Ierusa-
lem.
3 Hi sunt itaque principes prouinciæ, qui habita-
uerunt in Ierusalem,& in ciuitatibus Iuda. Habita-
uit autem vnusquisque in possessione sua, in vrbi-
bus suis,Israel,Sacerdotes,Leuitæ, Nathinæi,& filij
seruorum Salomonis.
4 Et in Hierusalem habitauerunt de filiis Iuda, &
de filiis Beniamin: de filiis Iuda, Athaias filius A-
ziam,filij Zachariæ, filij Amariæ,filij Saphatiæ, filij
Malaleel, de filiis Phares,
5 Maasia filius Baruch, filius Cholhoza, filius
Hazia,filius Adaia,filius Ioarib, filius Zachariæ, fi-
lius Silonitis:
6 Omnes hi filij Phares, qui habitauerunt in
Ierusalem, quadringenti sexaginta octo viri for-
tes.
7 Hi sunt autem filij Beniamin: Sellum filius Mo-
sollam,filius Ioed,filius Phadaia,filius Colaia, filius
Masia,filius Etheel,filius Isaia,
8 Et post eum, Gebbai, Sellai, nongenti viginti
octo.
9 Et Ioel filius Zechri præpositus eorum,& Iudas
filius Senua super ciuitatem secundus.
10 Et de sacerdotibus,Idaia,filius Ioarib, Iachin,
11 Saraia filius Helciæ, filius Mosollam, filius Sa-
doc, filius Meraioth, filius Achitob princeps do-
mus Dei.
12 Et fratres eorum facientes opera templi: octin-
genti viginti duo. Et Adaia filius Ieroham, filius
Phelelia,filius Amsi,filius Zachariæ,filius Pheshur,
filius Melchiæ,
13 Et fratres eius principes patrum, ducenti qua-
draginta duo. Et Amassai filius Azreel,filius Ahazi,
filius Mosollamoth, filius Emmer,
14 Et fratres eorum potentes nimis: centum vigin-
ti octo: & præpositus eorum Zabdiel filius poten-
tium.
15 Et de Leuitis, Semeia filius Hasub, filius Azari-
cam, filius Hasabia,filius Boni,
16 Et Sabathai & Iozabed, super omnia opera, quæ
erant forinsecus in domo Dei, à principibus Leui-
tarum.

Et

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Et primitias pastarum nostrarum, & deuotionum no-
strarum, & fructus omnis arboris, vini, & olei afferemus
Sacerdotibus ad cubicula domus Dei nostri, & decimam
terræ nostræ Leuitis: & Leuitæ decimas accipient in om-
nibus vrbibus operum nostrorum.

Erit aũt Sacerdos filius Aharon cum Leuitis cum
decimam acciperent Leuitæ, offerent decimam decimæ in
domo Dei nostri ad cubiculum in domo thesauri.

Ad cubicula enim deferent filii Israel & filii Leui
primitias frumenti, vini & olei, & ibi erunt vasa san-
ctuarii, & Sacerdotes ministrantes, & ianitores, &
cantores, & non dimittemus domum Dei nostri.

CAP. XI.

HAbitauerunt autem principes populi in Ierusa-
laim: residuum vero populi iecerunt sortes, vt addu-
cerent vnum è decem ad habitandum in Ierusalaim Ci-
uitatem sanctam: nouem vero partes in ciuitatibus.

Et benedixerunt populus omnibus viris spontaneis
ad habitandum in Ierusalaim.

Et isti sunt principes prouinciæ qui habitauerunt in
Ierusalaim, & in vrbibus Iehudah. Habitauerunt vnus-
quisque in possessione sua in vrbibus suis, Israel, Sacer-
dotes & Leuitæ, & Nethinim, & filii seruorum Selomoh.

Et in Ierusalaim habitauerunt de filiis Iehudah, &
de filiis Biniamin: de filiis Iehudah Hathaiah filius
Huzziiah, filii Zacharia, filii Amariah, filii Sephathiah,
filii Mahalalel, de filiis Peres:
Et Mahaseiah, filius Baruch, filii Cholchozeh, filii
Chazaiah, filii Hadaiah, filii Ioiarib, filii Zechariah filii
Hasiloni.

Omnes filii Peres qui habitabant in Ierusalaim qua-
dringenti sexaginta & octo viri fortes.

Et isti filii Biniamin Salun filius Mesullam, filii Io-
hed, filii Pedaiah, filii Cholaiah, filii Mahaseiah, filii
Ithiel, filii Iesahiah.
Et post eum Ghabbai, Sallai, nongenti viginti & octo.

Et Ioel filius Zichri præpositus super eos; & Iehudah
filius Semiah super ciuitatem secundus.

De Sacerdotibus Iedahiah filius Ioiarib Iachin.

Seraiah filii Chilchiiah, filii Mesullam, filii Sadoc, filii
Meraioth, filii Achitub, princeps domus Dei.

Et fratres eorum facientes opus in domo octingenti
viginti & duo: & Hadaiah filius Ierocham, filii Pela-
liah, filii Amsi, filii Zechariah, filii Paschur, filii Mal-
chiiah,
Et fratres eius principes patrum ducenti quadra-
ginta, & duo, & Hamassai filius Hazarel, filii Acha-
zai, filii Mesillemoth, filii Immer.
Et fratres eorum potentes robore centum viginti, &
octo: & præpositus super eos Zabdiel filius Haghedo-
lim.
Et de Leuitis Semahiah filius Chasub, filius Hazri-
cham, filii Chasabiah, filii Buni.
Et Sabbethai, & Iozabad super opus extrinsecum
domus Dei de principibus Leuitarum.

Et

Transl. ex Septuag.

Et primitias frumentorum nostrorum, & fructum omnis ligni, vini, & olei afferemus sacerdotibus in gazophylacium domus Dei, & decimam terræ nostræ Leuitis: & ipsi Leuitæ decimas accipientes in omnibus ciuitatibus seruitutis nostræ.

Et erit sacerdos filius Aaron cum Leuita in decima: & Leuitæ offerent decimam decimæ in domum Dei nostri, in gazophylacia in domum Dei.

Quoniam in thesauros inferent filij Israel, & filij Leui primitias frumenti, & vini, & olei, & ibi vasa sancta, & sacerdotes, & ministri, & ianitores, & cantores: & non derelinquemus domum Dei nostri.

CAP. XI.

ET sederunt principes populi in Hierusalem. Et reliqui de populo miserunt sortes ad adducendum vnum è decem ad sedendum in Hierusalem ciuitate sancta, & nouem partes in ciuitatibus.

Et benedixit populus omnes viros sponte se offerentes ad sedendum in Hierusalem.

Et hi principes prouinciæ, qui sederunt in Hierusalem, & in ciuitatibus Iuda sederunt vir in possessione sua in ciuitatibus suis Israel, sacerdotes, & Leuitæ, & Nathinæi, & filij seruorum Salomon.

Et in Hierusalem sederunt de filiis Iuda, & de filiis Beniamin: de filiis Iuda, Athaia filius Azia, filius Zacharia, filius Samaria, filius Saphatia, filius Malelael, & de filiis Phares,

Et Maasia filius Baruch, filius Chalaza, filius Ozia, filius Adaia, filius Ioarib, filius Zachariæ, filius Seloni,

Omnes filij Phares sedentes in Hierusalem, quadringenti sexaginta octo viri virtutis.

Et hi filij Beniamin, Selo filius Mesulam, filius Ioad, filius Phadaia, filius Colera, filius Maasiæ, filius Ethiel, filius Iesia,

Et post eum, Gebe, Seli, nongenti viginti octo.

Et Ioel filius Zechri visitator super eos. Et Iuda filius Asaria de ciuitate secundus.

De sacerdotibus: & Iadia, filius Ioarib, Iachin,

Saræa filius Elchia, filius Mesulam, filius Sadduc, filius Marioth, filius Æloth ante domum Dei.

Et fratres eorum facientes opus domus, octingenti viginti duo. Et Adaia filius Hieoram filij Phalalia, filij Amasi, filius Zacharia, filius Phassur, filius Melchia,

Et fratres eius principes patriarum, ducenti quadraginta duo. Et Amasia filius Esdriel filij Mesarimith filij Emmor,

Et fratres eius, potentes aciei, centum viginti octo: & visitator Badiel filius magnorum.

Et de Leuitis, Samaia filius Esricam,

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

37 *Et primitias pastarum nostrarum, & oblationum nostrarum, ac fructus cuiuscunque arboris, vini, & olei afferemus Sacerdotibus ad cubicula domus Dei nostri, & decimam terræ nostræ Leuitis: ipsi autem Leuitæ erunt hi qui decimas accipient in omnibus vrbibus operum nostrorum.*

38 *Aderit vero Sacerdos filius Aharon cum Leuitis quum decimam accipient Leuitæ: & Leuitæ ipsi offerent decimam decimæ in domo Dei nostri in ipsa cubicula in domo thesauri.*

39 *Ad cubicula enim illa deferent filii Israelis & filii Leui primitias frumenti, vini & olei, & ibi erunt vasa ipsius sanctuarii, & Sacerdotes ministrantes, & ianitores, & cantores: & non dimittemus domum Dei nostri.*

CAP. XI.

1 *HAbitauerunt itaque principes populi in Hierusalaim: residuum vero populi iecerunt sortes vt adducerent vnum è decem ad habitandum in Ierusalaim Ciuitate sancta, & nouem alias partes in ciuitatibus.*

2 *Benedixeruntque populus omnibus viris spontaneis ad habitandum in Ierusalaim.*

3 *Porro isti sunt principes eius prouinciæ qui habitauerunt in Ierusalaim: at in aliis vrbibus Iehudah habitauerunt vnusquisque in possessione sua in vrbibus suis. Israel, Sacerdotes & Leuitæ, & Nethinæi, atque filii seruorum Selomoh.*

4 *In Ierusalaim itaque habitauerunt de filiis Iehudah & de filiis Biniamin, de filiis Iehudah Athaiah filius Vzziiah, filii Zechariah, filii Amariah, filii Sephatiah, filii Mahalaleel, de filiis Peres.*

5 *Et Maaseiah filius Baruch, filii Chol-hozeh, filii Hazaiah, filii Adaiah, filii Ioiarib, filii Zechariah, filii Hasiloni.*

6 *Omnes filii Peres, habitantes in Ierusalaim, fuerunt quadringenti sexagintaocto viri fortes.*

7 *Isti autem sunt filii Biniamin: Salu filius Mesullam filii Ioel, filii Pedaiah, filii Colaiah, filii Maaseiah, filii Ithiel, filii Iesaiah:*

8 *Et post eum Gabbai, Sallai: nongenti viginti octo.*

9 *Ioel vero filius Zichri præpositus erat super eos: & Iehudah filius Senuah super ciuitatem erat secundus.*

10 *De Sacerdotibus: Iedaiah filius Ioiarib & Iachin.*

11 *Seraiah filii Hilciiah, filii Mesullam, filii Sadoc, filii Meraioth, filii Ahitub, erat princeps domus Dei.*

12 *Fratres autem eorum qui faciebant opus ædis, octingenti vigintiduo: & Adaiah filius Ierobam, filii Pelaliah, filii Amsi, filii Zechariah, filii Paschur, filii Malchiiah.*

13 *Et fratres eius principes familiarum, ducenti quadraginta duo: & Amassai, filius Azarel, filii Ahazai, filii Mesillemoth, filii Immer.*

14 *Fratres autem eorum potentes robore, centum vigintiocto: quibus præpositus erat Zabdiel filius Haggedolim.*

15 *De Leuitis autem: Semaiah filius Hassub, filius Azricam, filii Hasabiah, filii Buni.*

16 *Et Sabbethai, atque Iozabad erant super opus externum domus Dei, erantque de principibus Leuitarum.*

Vulgat. Editio.

17 Et Mathania filius Micha, filius Zebedei, filius Asaph princeps ad laudandum, & ad confitendum in oratione, & Becbecia secundus de fratribus eius, & Abda filius Samua, filius Galal, filius Idithum:

18 Omnes Leuitæ in ciuitate sancta, ducenti octoginta quatuor.

19 Et ianitores Accub, Telmon, & fratres eorum, qui custodiebant ostia: centum septuaginta duo.

20 Et reliqui ex Israel Sacerdotes & Leuitæ in vniuersis ciuitatibus Iuda, vnusquisque in possessione sua.

21 Et Nathinæi, qui habitabant in Ophel, & Siaha, & Gaspha de Nathinæis.

22 Et episcopus Leuitarum in Ierusalem, Azzi filius Bani, filius Hasabiæ, filius Mathaniæ, filius Michæ. De filiis Asaph, cantores in ministerio domus Dei.

23 Præceptum quippe regis super eos erat, & ordo in cantoribus per dies singulos,

24 Et Phathahia filius Mesezebel, de filiis Zara filij Iuda in manu regis, iuxta omne verbum populi,

25 Et in domibus per omnes regiones eorum. De filiis Iuda habitauerunt in Cariatharbe, & in filiabus eius: & in Dibon, & in filiabus eius: & in Cabseel, & in viculis eius,

26 Et in Iesue, & in Molada, & in Bethphaleth,

27 Et in Hasersual, & in Bersabee, & in filiabus eius,

28 Et in Siceleg, & in Mochona, & in filiabus eius,

29 Et in Remmon, & in Saraa, & in Ierimuth,

30 Zanoa, Odollam, & in villis earum, Lachis, & regionibus eius, & Azeca, & filiabus eius. Et manserunt in Bersabee vsque ad vallem Ennom.

31 Filij autem Beniamin à Geba, Mechmas, & Hai, & Bethel, & filiabus eius:

32 Anathoth, Nob, Anania,

33 Asor, Rama, Gethaim,

34 Hadid, Seboim, & Neballat, Lod,

35 Et Ono valle artificum.

36 Et de Leuitis portiones Iudæ, & Beniamin.

CAP. XII.

1 HI sunt autem Sacerdotes, & Leuitæ, qui ascenderunt cum Zorobabel filio Salathiel, & Iosue: Saraia, Ieremias, Esdras,

2 Amaria, Melluch, Hattus,

3 Sebenias, Rheum, Merimuth,

4 Addo, Genthon, Abia,

5 Miamin, Madia, Belga,

6 Semeia, & Ioarib, Idaia, Sellum, Amoc, Helcias,

7 Idaia. Isti principes sacerdotum, & fratres eorum in diebus Iosue.

8 Porro Leuitæ, Iesua, Bennui, Cedmihel, Sarebia, Iuda, Mathanias, super hymnos ipsi & fratres eorum:

9 Et Becbecia atque Hanni, & fratres eorum vnusquisque in officio suo.

10 Iosue autem genuit Ioacim, & Ioacim genuit Eliasib: & Eliasib genuit Ioiada.

11 Et Ioiada genuit Ionathan: & Ionathan genuit Ieddoa.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

17 *Et Matthaniah filius Micha, filii Zabdi, filii Asaph princeps principalis confitens in oratione: & Babuchiah secundus de fratribus eius, & Habda filius Samuah filij Ghalal, filii Ieduthun.*

18 *Omnes Leuitæ in ciuitate sancta ducenti octoginta, & quattuor.*

19 *Et ianitores Hacbub, Talmon, & fratres eorum qui erant custodes in portis, centum septuaginta, & duo.*

20 *Et residuum Israel Sacerdotes, Leuitæ in vniuersis ciuitatibus Iehudah, vnusquisque in hæreditate sua.*

21 *Et Nethinim qui habitabant in arce, & Sicha, & Ghispa super Nethinim.*

22 *Et præpositus Leuitarum in Ierusalaim, Huzzi filius Bani, filii Chasabiah, filii Mathaniah, filii Michah, de filiis Asaph, cantores super opus domus Dei.*

23 *Quia præceptum regis super eos erat, & permanentia super cantores per singulos dies.*

24 *Et Pethachiah filius Mesezabel de filiis Zerach, filij Iehudah ad manum regis in omni re ad populum.*

25 *Et ad villas in agris suis. De filiis Iehudah habitauerunt in Chiriathharbah, & in viculis eius, & in Iecabseel, & villis eius.*

26 *Et in Iesuah, & Moladah, & in Bethpeleth,*

27 *Et in Chasarsuhal, & in Beersebah, & in viculis eius,*

28 *Et in Siclagh, & in Mechonah, & in viculis eius,*

29 *Et in Henrimmon, & in Serhah, & in Iarmuth,*

30 *Zanoah, Hadullam, & in villis earum, Lachis, & agris eius, Hazechah, & viculis eius: & manserunt in Beersebah vsque ad Chehinnom.*

31 *Filii autem Biniamin in Mighbah, Micmas, & Haia, & Bethel, & viculis eius.*

32 *Hanathoth, Nob, Hananiah,*

33 *Chasor, Ramah, Ghitthaim,*

34 *Chadid, Seboim, Neballath, Lod,*

35 *Et Ono, valle artificum.*

36 *Et de Leuitis portiones Iehudah in Biniamin.*

CAP. XII.

1 *ISti sunt autem Sacerdotes & Leuitæ qui ascenderunt cum Zerubabel filio Sealthiel, & Iehosuah: Seraiah, Irmeiah, Hezra,*

2 *Amariah, Malluch, Chathus,*

3 *Secheniah, Rechum, Meremoth,*

4 *Hiddo, Ghinnethoi, Abiah,*

5 *Mijamin, Mahadiah, Bilghah,*

6 *Semahiah, & Ioiarib, Iedahiah,*

7 *Salum, Hamoch, Chilchiah, Iedaiah. Isti principes Sacerdotum, & fratres eorum in diebus Iesuah.*

8 *Et Leuitæ, Iesuah, Binnui, Chadmiel, Serebiah, Iehudah, Matthaniah super hymnos, ipse & fratres eorum.*

9 *Et Bacbuchiah, & Hunni fratres eorum, coram eis in custodiis.*

10 *Et Iesuah genuit Ioiachim, & Ioiachim genuit Eliasib, & Eliasib genuit Ioiadah.*

11 *Et Ioiadah genuit Ionathan, & Ionathan genuit Iadduah.*

Transl. ex Septuag.

Matthanias filius Micha, & Iobeb filius Samiu, ducenti octuaginta quatuor.

Et ianitores Acub, Telamin, & fratres eorum, centum septuaginta duo.

Et visitator Leuitarum filius Bani filius Ozi filius Asabia filius Micha. De filiis Asaph cantorum ante opus domus Dei:

Quoniam mandatum regis ad eos.

Et Phathaia filius Baseza ad manum regis

Ad omnem vsum populo, & ad pagos in agro suo, Et de filiis Iuda sederunt in Cariatharboc,

Et in Iesu, & in Bersabee: & pagi eorum Lachis, & agri eius: & castra metati sunt in Bersabee.

Et filij Beniamin de Gabaa Machmas.

Et de Leuitis partes Iuda, Beniamin.

C A P. XII.

ET hi Sacerdotes, & Leuitæ, qui ascenderunt cum Zorobabel filio Salathiel, & Iesu, Saraia, Hieremia, Esdra,

Amaria, Maluc, Sechenia.

Isti principes sacerdotum, & fratres eorum in diebus Iesoi.

Et Leuitæ, Iesu, Banui, Cadmiel, Sarabia, Iodae, Matthania, super manus ipse & fratres eorum in vices.

Et Iesus genuit Ioacim: & Ioacim genuit Eliasib: & Eliasib Iodae:

Et Iodae genuit Ionathan: & Ionathan genuit Iadu.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

17 *Et Matthaniah filius Micha, filii Zabdi, filii Asaph*
principis, primus confitens in oratione: Bacbuciah, secun-
dus ex fratribus eius, & Abda filius Samua filii Galal,
filii Ieduthun.

18 *Omnes Leuitæ habitantes in Vrbe sancta, ducenti octo-*
ginta quatuor.

19 *Ianitores insuper: Accub, Talmon, & fratres eorum,*
custodes in portis, centum septuagintaduo.

20 *Residuum item Israelis, Sacerdotum & Leuitarum,*
habitauerunt in cunctis ciuitatibus Iehudah, quisque in
hæreditate sua.

21 *Nethinæi vero habitabant in arce: & Siha & Gispa*
erant super Nethinæos:

22 *Præfectus autem Leuitarum qui habitabant in Ieru*
salaim, Vzzi filius Bani, filii Hasabiah, filii Mathaniah, filii Michah: de filiis Asaph, cantores super opus
domus Dei:

23 *Quia præceptum regis erat super eos, & firmitas*
super cantores per singulos dies.

24 *Et Pethahiah filius Mesezabel de filiis Zerah filii*
Iehudah, ad manum regis in omni re ad populum.

25 *Et in villis, in viculis suis de filiis Iehudah habita-*
uerunt in Ciriath-haarba, & in viculis eius: & in Di-
bon, & villis eius: & in Iecabseel, & villis eius:

26 *Et in Iesua, & Moladah, & in Beth-pelet:*

27 *Et in Hasar-sual, & in Beer-seba, & in viculis*
eius:

28 *Et in Siclag, & in Mechonah, & in viculis eius:*

29 *Et in En-rimmon, & in Sorah, & in Iarmuth.*

30 *In Zanoah, Adullam, & in villis earum: in Lachis,*
& agris eius: in Azecah, & viculis eius. manseruntque à
Beerseba vsque ad Gehinnom.

31 *Filii autem Biniamin habitauerunt à Giba in Mich-*
mas, & Aia, & Beth-el, & viculis eius,

32 *Anathoth, Nob, Ananiah,*

33 *Hasor, Ramah, Gitthaim,*

34 *Hadid, Seboim, Neballath,*

35 *Lod, & Ono, valle Artificum.*

36 *Porro aliquot Leuitarum habitauerunt in diuisioni-*
bus Iehudah à Biniamin.

C A P. X I I.

1 *ISti sunt autem Sacerdotes & Leuitæ qui ascende-*
runt cum Zerubbabel filio Sealthiel, & Iesua: Se-
raiah, Iirmeiah, Ezra,

2 *Amariah, Malluch, Hattus,*

3 *Secaniah, Rehum, Meremoth,*

4 *Iddo, Ginnethoi, Abiah,*

5 *Miamin, Maadiah, Bilgah,*

6 *Semaiah, & Ioiarib, Iedaiah,*

7 *Sallu, Amoc, Hilciah, Iedaiah. isti principes Sacerdo-*
tum, & fratres eorum fuerunt in diebus Iesua.

8 *Leuitæ autem fuerunt, Iesua, Binnui, Cadmiel, Sere-*
biah, Iehudah, Matthaniah, super hymnos erat; & fra-
tres eius.

9 *Et Bacbuciah, & Vnni, fratres eorum, erant coram eis*
in custodiis.

10 *Et Iesua genuit Ioiacim, & Ioiacim genuit Eliasib, &*
Eliasib genuit Ioiada:

11 *Et Ioiada genuit Ionathan, & Ionathan genuit Iad-*
dua.

Reliqua quę hic desiderari possunt nō habentur in hac trālat. ex Septu. Ro. sicut neq; in illo codice peruetusto Vaticano, quo potissimum vsi sūt qui Septuag. In et. transl. recognouerunt.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
In diebus autem Ioacim erant Sacerdotes & principes familiarum: Saraiæ, Maraia: Ieremiæ, Hanania:	12	In diebus autem Ioiachim erant sacerdotes principes familiarum ipsi Seraiah; Meraiah, ipsi Iremeiah, Chananiah:
Esdræ, Mosollam: Amariæ, Iohanan:	13	Ipsi Hezra, Mesullam: ipsi Amariah, Iehochanan:
Milicho, Ionathan, Sebeniæ, Ioseph:	14	Ipsi Meluchu, Ionathan: ipsi Sebaniah, Ioseph:
Haram, Edna: Maraioth, Helci:	15	Ipsi Charim, Adna: ipsi Meraioth, Chilchai:
Adaiæ, Zacharia: Genthon, Mosollam,	16	Ipsi Iddo, Zechariah: ipsi Ghinnethon, Mesullam:
Abiæ, Zechri: Miamin & Moadiæ, Phelti:	17	Ipsi Abiiah, Zichri: ipsi Miniamin, ipsi Moadhaiah, Piltai:
Belgæ, Sammua: Semaiæ, Ionathan,	18	Ipsi Bilghah, Sammuah: ipsi Semahaiah, Iehonathan:
Ioiarib, Mathanai: Iodaiæ, Azzi:	19	Et ipsi Ioiarib, Matthenai: ipsi Iedahiah, Huzzi:
Sellai, Celai: Amoc, Heber:	20	Ipsi Sallai, Challai: ipsi Hamoch, Heber:
Helciæ, Hasebia: Idaiæ, Nathanael.	21	Ipsi Chilchiah: Chasabiah: ipsi Iedahiah, Nethanel:
Leuitæ in diebus Eliasib, & Ioiada, & Iohanan, & Ieddoa scripti principes familiarum, & Sacerdotes in regno Darij Persæ:	22	Leuitæ in diebus Eliasib, Ioiadah, & Iochanan, & Iadduah scripti principes familiarum, & sacerdotes vsque ad regnum Dariaues Persæ.
Filij Leui principes familiarum scripti in Libro verborum dierum & vsque ad dies Ionathan, filij Eliasib.	23	Filij Leui principes familiarum scripti in libro verborum dierum, vsque ad dies Iochanan filij Eliasib.
Et principes Leuitarum, Hasebia, Serebia, & Iosue filius Cedmihel: & fratres eorum per vices suas, vt laudarent & confiterentur iuxta præceptum Dauid viri Dei, & obseruarent æque per ordinem.	24	Et principes Leuitarum Chasabiah, Serebiah, & Iesuah filius Chadmiel, & fratres eorum coram eis ad laudandum, ad confitendum, iuxta præceptum Dauid viri Dei custodia contra custodiam.
Mathania, & Becbecia, Obedia, Mosollam, Telmon, Accub custodes portarum & vestibulorum ante portas.	25	Matthaniah, & Bacbuchiah, Hobadiah, Mesullam, Talmon, Haccub, custodes ianitores in custodia in liminibus portarum.
Hi in diebus Ioacim filij Iosue, filij Iosedec, & in diebus Nehemiæ ducis, & Esdræ sacerdotis scribæque.	26	Hi in diebus Ioiachim filij Iesuah, filij Iosadac, & in diebus Nechemiah ducis, & Hezra sacerdotis scribæ.
In dedicatione autem muri Ierusalem requisierunt Leuitas de omnibus locis suis vt adducerent eos in Ierusalem, & facerent dedicationem & lætitiam in actione gratiarum, & cantico, & in cymbalis, & psalteriis, & citharis.	27	Et in dedicatione muri Ierusalaim quæsierunt Leuitas de omnibus locis suis, vt adducerent eos in Ierusalaim, vt facerent dedicationem & lætitiam, & in confessionibus, & in cantico, cymbalis, psalteriis, & citharis.
Congregati sunt autem filij cantorum, de campestribus circa Ierusalem, & de villis Nethuphati,	28	Et congregati sunt filij cantorum, & de planicie circa Ierusalaim, & de villis Nethophathi,
Et de domo Galgal, & de regionibus Geba & Azmaueth: quoniam villas ædificauerunt sibi cantores in circuitu Ierusalem.	29	Et de domo Ghilghal, & de agris Ghebah, & Hazmaueth: quoniam villas ædificauerunt sibi cantores, in circuitu Ierusalaim.
Et mundati sunt Sacerdotes, & Leuitæ, & mundauerunt populum, & portas, & murum.	30	Et mundati sunt sacerdotes, & Leuitæ, & mundauerunt populum, & portas, & murum.
Ascendere autem feci principes Iuda super murum, & statui duos magnos choros laudantium. Et ierunt ad dexteram super murum ad portam sterquilinij.	31	Et ascendere feci principes Iehudah super murum, & statui duos choros magnos, & ambulatores ad dexteram super murum ad portam stercorum.
Et iuit post eos Osaias, & media pars principum Iuda,	32	Et iuit post eos Hosahiah, & dimidium principum Iehudah:
Et Azarias, Esdras, & Mosollam, Iudas, & Beniamin, & Semeia, & Ieremias.	33	Et Hazariah, Hezra, & Mesullam, & Iehudah, & Beniamin, & Semahiah, & Irmeiah.
Et de filiis sacerdotum in tubis, Zacharias, filius Ionathan, filius Semeia, filius Mathaniæ, filius Michaiæ, filius Zechur, filius Asaph.	34	Et de filiis sacerdotum cum tubis, Zachariah filius Ionathan, filij Semahiah, filij Matthaniah, filij Michaiah, filij Zacchur, filij Asaph.
Et fratres eius Semeia, & Azareel, Malalai, Galalai, Maai, Nathanael, & Iudas, & Hanani, in vasis cantici Dauid viri Dei: & Esdras scriba ante eos in porta Fontis.	35	Et fratres eius Semahiah, & Hazarel, Millalai, Ghillalai, Mahai, Nethanel, & Iehudah, Chanani cum instrumentis musicis Dauid viri Dei, & Hezra scriba ante eos: & ad portam fontis,
Et contra eos ascenderunt in gradibus ciuitatis Dauid in ascensu muri super domum Dauid, & vsque ad portam Aquarum ad Orientem.	36	Et contra eos ascenderunt super gradus ciuitatis Dauid in ascensu ad murum super domum Dauid, vsque ad portam Aquarum ad Orientem.
Et chorus secundus gratias referentium ibat ex aduerso, & ego post eum, & media pars populi super murum & super turrim furnorum, & vsque ad murum latissimum,	37	Et chorus secundus ibat ex aduerso populi super murum, super turrim furnorum vsque ad murum latum.

Et

Et

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

12 Et in diebus Ioacim fratres eius sacerdotes, & principes patriarum, ipsi Saraia Amaria, ipsi Hieremia Anania,
13 Ipsi Esdræ Mesulam, ipsi Amaria Ioanan,
14 Ipsi Amaluch Ionathan, ipsi Sechenia Ioseph,
15 Ipsi Are Maunas, ipsi Marioth Elcai,
16 Ipsi Adaia Zacharia, ipsi Ganathoth Mesolam,
17 Ipsi Abia Zechri, ipsi Miamin Maadai, ipsi Pheleti,
18 Ipsi Balgas Samue, ipsi Semia Ionathan,
19 Ipsi Ioarib Matthanai, ipsi Edio Ozi,
20 Ipsi Salai Callai, ipsi Amec Abed,
21 Ipsi Elcia Asabias ipsi Iedeihu Nathanael.
22 Leuitæ in diebus Eliasib, Ioada, & Ioa, & Ioanan, & Idua scripti principes patriarum, & sacerdotes in regno Darij Persæ:
23 Filij autem Leui principes patriarum scripti in Libro verborum dierum, & vsque ad dies Ioanan filij Elisue.
24 Et principes Leuitarum Asabia, & Sarabia, & Iesu: & filij Cadmiel, & fratres eorum ante eos ad hymnum ad laudandum in mandato Dauid hominis Dei, vicem ad vicem.
25 In congregando me ianitores
26 In diebus Ioacim filij Iesu, filij Iosedec, & in diebus Neemia, & Esdras sacerdos, & scriba.
27 Et in Encœniis muri Hierusalem quæsierunt Leuitas in locis earum ad adducendum eos in Hierusalem ad faciendum Encœnia, & lætitiam in Thodatha, & in canticis, pulsantes cymbala, & psalteria, & citharæ.
28 Et congregati sunt filij cantorum, & de adiacente regione in circuitu in Hierusalem,
29 Et de villis, & de agris: quoniam villas ædificauerant sibi cantores in Hierusalem.
30 Et mundati sunt sacerdotes, & Leuitæ, & mundauerunt populum, & ianitores, & murum.
31 Et ascendere fecerunt principes Iuda super murum: & statuerunt duos pro laudatione magnos, & transierunt à dextris super murum stercoris.
32 Et ierunt post eos Osaia, & dimidium principum Iuda,
33 Et Azarias, & Esdras, & Mesollam, & Iuda, & Beniamin, & Samarias, & Hieremias,
34 Et de filiis sacerdotum in tubis, Zacharias, filius Ionathan, filius Samaia, filius Matthania, filius Michæa, filius Zacchur, filius Asaph.
35 Et fratres eius Samaia, & Oziel, Gelol, Iama, Aia, Nathanael, & Iuda, Anani, ad laudandum in canticis Dauid hominis Dei. Et Esdras scriba ante eos super portam ad laudandum ante eos.
36 Et ascenderunt super scalas ciuitatis Dauid in ascensione muri desuper domo Dauid, vsque ad portam aquæ.

Textus hic mutilus est.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

12 *In diebus autem Ioiacim fuerunt Sacerdotes principes familiarum: ipsi Seraiah, Meraiah: ipsi Irmeiah, Hananiah:*
13 *Ipsi Ezra, Mesullam: ipsi Amariah, Iehohanan:*
14 *Ipsi Melichu, Ionathan: ipsi Sebaniah, Ioseph:*
15 *Ipsi Harim, Adna: ipsi Meraioth, Helcai:*
16 *Ipsi Iddo, Zechariah: ipsi Ginnethon, Mesullam:*
17 *Ipsi Abyah, Zichri: ipsi Miniamin, ipsi Moadiah, Piltai:*
18 *Ipsi Bilgah, Sammua: ipsi Semaiah, Iehonathan:*
19 *Ipsi autem Ioiarib, Matthenai: Ipsi Iedaiah, Vzzi:*
20 *Ipsi Sellai, Callai: ipsi Amoc, Eber:*
21 *Ipsi Hilkiah: Hasabiah: ipsi Iedaiah, Nethanel.*
22 *Leuitæ qui erant in diebus Eliasib, Ioiada, & Iohanan, & Iaddua scripti fuerunt principes familiarum: ipsi quoque fuerunt Sacerdotes vsque ad regnum Dariaues Persæ.*
23 *Filij Leui principes familiarum scripti sunt in libro Verborum dierum, vsque ad dies Iohanan filij Eliasib.*
24 *Principes autem Leuitarum: Hasabiah, Serebiah, & Iesua filius Cadmiel, & fratres eorum coram eis ad laudandum & ad confitendum, iuxta præceptum Dauidis viri Dei, custodia contra custodiam.*
25 *Matthaniah, & Bacbuciah, Obadiah, Mesullam, Talmon, Accub erant custodes & ianitores in custodia sua in liminibus portarum.*
26 *Hi fuerunt in diebus Ioiacim filij Iesua filij Iosadac & in diebus Nehemiah ducis, & Ezra sacerdotis & scribæ.*
27 *In dedicatione autem muri Ierusalaim requisierunt Leuitas de omnibus locis suis, vt adducerent eos in Ierusalaim, vt facerent dedicationem & lætitiam tum in laudibus, tum in cantico, cymbalis, psalteriis, & citharis.*
28 *Congregati sunt igitur filij cantorum, tum de planitie, quæ est circum Ierusalaim, tum de villis Nethophati,*
29 *De domo item Gilgal, & de agris Geba, & Azmaueth: quoniam villas ædificauerunt sibi cantores illi in circuitu Ierusalaim.*
30 *Et mundati sunt Sacerdotes & Leuitæ, ac mundauerunt populum, portas quoque, & murum.*
31 *Ascendere itaque feci principes tribus Iehudah super murum, & statui duos choros magnos, progressionesque, vnus ad dextram super murum ad portam Stercorum.*
32 *Et incessit post eos Hosaiah, & dimidium principum Iehudah:*
33 *Et Azariah, Ezra, & Mesullam,*
34 *Iehudah, & Biniamin, & Semaiah, & Irmeiah.*
35 *Et de filiis Sacerdotum cum tubis: Zechariah filius Ionathan filij Semaiah filij Matthaniah, filij Michaiah filij Zacchur, filij Asaph.*
36 *Fratres vero eius, Semaiah, & Azarel, Milalai, Gilelai, Maai, Nethanel, & Iehudah, Hanani cum instrumentis musicis Dauidis viri Dei: Ezra autem scriba erat ante eos.*
37 *Et ad portam Fontis, & e regione eorum ascenderunt per gradus Ciuitatis Dauidis per ascensum muri, à domo Dauidis vsque ad portam Aquarum ad Orientem.*

Vulgat. Editio.

Et super portam Ephraim, & super portam an-
tiquam, & super portam piscium & turrim Hana-
neel, & turrim Emath, & vsque ad portam gregis:
& steterunt in porta custodiæ,
Steteruntque duo chori laudantium in do-
mo Dei, & ego, & dimidia pars magistratuum me-
cum.
Et sacerdotes, Eliachim, Maasia, Miamin, Mi-
chea, Elioenai, Zacharia, Hanania in tubis,
Et Maasia, & Semeia, & Eleazar, & Az-
zi, & Iohanan, & Melchia, & Aelam, & Ezer.
Et clare cecinerunt cantores, & Iezraia præposi-
tus:
Et immolauerunt in die illa victimas magnas,
& lætati sunt: Deus enim lætificauerat eos lætitia
magna, sed & vxores eorum & liberi gauisi sunt, &
audita est lætitia Ierusalem procul.
Recensuerunt quoque in die illa viros super ga-
zophylacia thesauri ad libamina, & ad primitias, &
ad decimas, vt introferrent per eos principes ciui-
tatis in decore gratiarum actionis, Sacerdotes &
Leuitas: quia lætificatus est Iuda in Sacerdotibus &
Leuitis astantibus.
Et custodierunt obseruationem Dei sui, &
obseruationem expiationis, & cantores, & ia-
nitores iuxta præceptum Dauid, & Salomonis
filij eius,
Quia in diebus Dauid & Asaph ab exordio erant
principes constituti cantorum in carmine laudan-
tium, & confitentium Deo.
Et omnis Israel, in diebus Zerobabel, & in diebus
Nehemiæ dabant partes cantoribus & ianitoribus
per dies singulos, & sanctificabant Leuitas, & Leui-
tæ sanctificabant filios Aaron.

CAP. XIII.

IN die autem illo lectum est in volumine Moy-
si audiente populo: & inuentum est scriptum
in eo, quod non debeant introire Ammonites
& Moabites in ecclesiam Dei vsque in æter-
num:
Eo quod non occurrerint filiis Israel cum pane
& aqua: & conduxerint aduersum eos Balaam, ad
maledicendum eis: & conuertit Deus noster male-
dictionem in benedictionem.
Factum est autem, cum audissent legem, separa-
uerunt omnem alienigenam ab Israel.
Et super hoc erat Eliasib sacerdos, qui fuerat
præpositus in gazophylacio domus Dei nostri, &
proximus Tobiæ.
Fecit ergo sibi gazophylacium grande, & ibi
erant ante eum reponentes munera, & thus, & va-
sa, & decimam frumenti, vini, & olei, & partes Le-
uitarum, & cantorum, & ianitorum, & primitias
sacerdotales.
In omnibus autem his non fui in Ierusalem,
quia anno trigesimo secundo Artaxerxis regis Ba-
bilonis veni ad regem, & in fine dierum rogaui re-
gem.
Et veni in Ierusalem, & intellexi malum, quod
fecerat Eliasib Tobiæ vt faceret ei thesaurum in
vestibulis domus Dei.
Et malum mihi visum est valde. Et proieci vasa
domus Tobiæ foras de gazophylacio:

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

38 *Et super portam Ephraim & super portam veterem,*
& super portam piscium, & turrim Chananel, & tur-
rim Meah, & vsque ad portam pecorum: & steterunt
in porta custodia.
39 *Steteruntq́ duo chori in domo Dei, & ego, & dimi-*
dium magistratuum mecum.
40 *Et sacerdotes Eliachim, & Mahasciah, Miniamin,*
Michaiah, Eliohenai, Zechariah, Chananiah cum tu-
bis.
41 *Et Mahasciah, & Semahiah, & Elhazar, &*
Huzzi, & Iehochanan, & Malchijah, & Helam, &
Hazer. Et audire fecerunt cantores, & Izrachiah
prepositus.
42 *Et immolauerunt in die illa victimas magnas, & le-*
tati sunt: Deus enim letificauit eos letitia magna, &
etiam vxores, & nati letati sunt, & audita est letitia
Ierusalaim procul.
43 *Et constituti sunt in die illa viri super cubicula, su-*
per thesauros, super donata, super primitias, & super de-
cimas, ad coacernandum in ea ex agris ciuitatum partes
legis, sacerdotibus, & Leuitis: Letitia enim Iehudah
erat super sacerdotibus, & Leuitis qui stabant.
44 *Et custodierunt custodiam Dei sui, & custodiam ex-*
piationis: & cantores, & Ianitores iuxta preceptum Da-
uid, & Selomoh filij eius.
45 *Quia in diebus Dauid, & Asaph ab exordio erant*
principes cantorum cantici, hymni, & confessionum Deo.
46 *Et omnis Israel in diebus Zerubabel, & in diebus Ne-*
hemiah dabant partes cantorum, & ianitorum per sin-
gulos dies: & sanctificabant Leuitas, & Leuite sancti-
ficabant filios Aharon.

CAP. XIII.

1 *IN die illo lectum est in libro Moseh in auribus*
populi, & inuentum est scriptum in eo quod non in-
grediantur Hammonites, & Moabites ecclesiam Dei vs-
que in seculum.
2 *Quia non preuenerunt filios Israel cum pane, &*
aquis, sed conduxit aduersus eum Bilham ad maledicen-
dum ei: & conuertit Deus vester maledictionem in be-
nedictionem.
3 *Et fuit, cum audissent legem, separauerunt omnem*
mixturam ab Israel.
4 *Et ante hac Eliasib sacerdos, fuerat prepositus cubi-*
culo domus Dei nostri, propinquus ipsi Thobijah.
5 *Et fecit sibi cubiculum grande, & ibi ante hac pone-*
bant munera, thus, & vasa, & decimam frumenti, &
vini, & olei iussam vt detur Leuitis, & cantoribus, &
ianitoribus, & oblationem sacerdotum.
6 *Et in omni hoc non fui in Ierusalaim, quia anno*
trigesimo, & secundo Arthachsasthe regis Babel veni ad
regem, & in fine dierum postulaui à rege.
7 *Et veni in Ierusalaim, & intellexi malum quod fece-*
rat Eliasib propter Thobijah, vt faceret ei cubiculum in
atriis domus Dei.
8 *Et displicuit mihi valde, & proieci omnia vasa domus*
Thobijah extra cubiculum.

	Transl. ex Septuag.	Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
	Ephræm,& super portam piscium,& turri Arameel,& vsque ad portam gregis.	
38		*Chorus autem secundus proficiscebatur eregione, & ego eram post eum: & media pars populi super murum ipsum à turri Furnorum vsque ad murum latum.*
39		*Et à porta Ephraim, ad portam Veteris, & ad portam Piscium, & turrim Hananel, & turrim Meah, vsque ad portam Pecorum: & steterunt in porta custodiæ.*
40		*Substiteruntq́; duo chori in domo Dei, & ego, & dimidium magistratuum mecum:*
41	Et auditi sunt cantores,& visitati sunt.	*Et sacerdotes Eliacim, Maasciah, Miniamin, Michaiah, Elioenai, Zechariah, Hananiah erant cum tubis.*
42	Et sacrificauerunt in die illa victimas magnas, & lætati sunt: quoniam Deus lætificauit eos magnifice. Et vxores eorum, & filij eorum lætati sunt:& audita est lætitia in Hierusalem à longe.	*Et Maasciah, & Semaiah, & Elazar, & Vzzi, & Iehohanan, & Malchijah, & Elam, & Ezer: audireq́; fecerunt cantores, & Izrahiah erat præpositus.*
43	Et constituerunt in die illa viros super gazophylacia,thesauris,primitiis, & decimis,& congregatis in ipsis principibus ciuitatum partes sacerdotibus & Leuitis: quoniam lætitia in Iuda super sacerdotes,& super Leuitas stantes.	*Immolauerunt præterea in die illa victimas magnas, & lætati sunt: Deus enim exhilarauit eos lætitia magna, quin & mulieres & pueri lætati sunt, auditaque est lætitia Ierusalaim procul.*
44	Et custodierunt custodias Dei sui, & custodias mundationis & cantores,& ianitores; sicut mandata Dauid,& Salomon filij eius.	*Præpositi sunt in die illa viri super cubicula vt essent in thesauros oblationibus, primitiis, & decimis, ad coaceruandum in ea ex agris vrbium portiones legis Sacerdotibus, & Leuitis. lætitia enim Iehudah erat super sacerdotes & Leuitas qui assistebant.*
45	Quoniam in diebus Dauid Asaph ab initio primus cantorum,& hymnum,& laudem Deo.	*Et custodierunt custodiam Dei sui, & custodiam expiationis: & cantores, & ianitores: iuxta præceptum Dauidis & Selomoh filij eius.*
46	* Et omnis Israel in diebus Zorobabel, & in diebus Neemiæ dantes partes cantorum,& ianitorum, verbum diei in die eius,& sanctificantes Leuitis, & Leuitæ sanctificantes filiis Aaron.	*Nam tempore Dauidis & Asaph, ab exordio erant principes cantorum, & viri cantici, laudis, & laudationum Deo.*
47		*Vniuersus quoque Israel in diebus Zerubbabel & in diebus Nehemiah dabant portiones cantorum & ianitorum per singulos dies: sanctificabant præterea Leuitas, & Leuitæ sanctificabant filios Aharon.*
	C A P. XIII.	**C A P. XIII.**
1	IN illa die lectum est in libro Moysi in auribus populi. Et inuentum est scriptum in eo; vt non ingrediantur Ammanitæ, & Moabitæ in ecclesiam Dei vsque in sæculum:	*IN die illo lectum est in libro Moseh in auribus populi & inuentum est scriptum in eo, quod non ingrediantur Ammonitæ & Moabitæ ecclesiam Dei vsque in sæculum:*
2	Quoniam non occurrerunt filiis Israel in pane, & aqua & conduxerunt super eum Balaam ad maledicendum: & conuertit Deus noster maledictionem in benedictionem.	*Quia non præuenerunt filios Israelis cum pane, & aqua: sed conduxit aduersus eum Bilam vt malediceret ei: conuertit autem Deus noster maledictionem in benedictionem.*
3	Et factum est, vt audierunt legem, & separati sunt omnis admistus in Israel.	*Fuit autem, quum audissent legem, separauerunt vniuersam misturam ab Israele.*
4	Et super hoc Eliasib sacerdos habitans in gazophylacio domus Dei nostri propinquus Tobiæ.	*At antea Eliasib sacerdos, fuerat præpositus cubiculo domus Dei nostri, propinquus ipsi Tobijah.*
5	Et fecit sibi gazophylacium magnum. Et ibi fuerant antea dantes manaa, & thus, & vasa, & decimam frumenti, & vini,& olei,mandatum Leuitarum,& cantorum,& ianitorum,& primitias sacerdotum.	*Cui fecit cubiculum grande, vbi antea reponebant munera, thus, & vasa, & decimam frumenti, & vini, & olei, iussam dari Leuitis, & cantoribus, & ianitoribus, oblationem quoque Sacerdotum.*
6	Et in omni hoc non fui in Hierusalem:quoniam in anno trigesimo & secundo Arthasastha regis Babylonis veni ad regem,& post finem dierum petij à rege,	*Verum dum hæc omnia agerentur, non eram in Ierusalaim: quia anno trigesimo secundo Arthahsasthæ regis Babel veni ad regem, & in fine dierum postulaui à rege.*
7	Et veni in Hierusalem:& intellexi in malo, quod fecerat Eliasib Tobiæ, faciendo ei gazophylacium in atrio domus Dei.	*Quum autem venissem in Ierusalaim, intellexi malum quod fecerat Eliasib propter Tobijah, vt faceret ei cubiculum in atrijs domus Dei.*
8	Et malum mihi visum est valde: & proieci omnia vasa domus Tobiæ foras de gazophylacio.	*Quod displicuit mihi valde, itaq; proieci omnia vasa domus Tobijah extra cubiculum.*

Vulgat. Editio.

9 Præcepique & emundauerunt gazophylacia: & retuli ibi vasa domus Dei, sacrificium, & thus.

10 Et cognoui quod partes Leuitarũ nõ fuissent datæ: & fugisset vnusquisque in regionem suam de Leuitis, & cantoribus, & de his, qui ministrabant:

11 Et egi causam aduersus magistratus, & dixi: Quare dereliquimus domum Dei? Et congregaui eos, & feci stare in stationibus suis.

12 Et omnis Iuda apportabat decimam frumenti, vini & olei in horrea.

13 Et constituimus super horrea Selemiam Sacerdotem, & Sadoc scribam, & Phadaiam de Leuitis, & iuxta eos Hanan filium Zachur, filium Mathaniæ: quoniam fideles comprobati sunt, & ipsis creditæ sunt partes fratrum suorum.

14 Memento mei Deus meus pro hoc, & ne deleas miserationes meas, quas feci in domo Dei mei, & in ceremoniis eius.

15 In diebus illis vidi in Iuda calcantes torcularia in sabbato, portantes aceruos, & onerantes super asinos vinum, & vuas, & ficus, & omne onus, & inferentes in Ierusalem die sabbati. Et contestatus sum vt in die qua vendere liceret, venderent.

16 Et Tyrij habitauerunt in ea inferentes pisces, & omnia venalia: & vendebant in sabbatis filiis Iuda in Ierusalem:

17 Et obiurgaui optimates Iuda, & dixi eis: Quæ est hæc res mala, quam vos facitis & profanatis diem sabbati?

18 Numquid non hæc fecerunt patres nostri, & adduxit Deus noster super nos omne malum hoc, & super ciuitatem hanc? & vos additis iracundiam super Israel violando sabbatum.

19 Factum est autem, cum quieuissent portæ Ierusalem in die sabbati, dixi: & clauserunt ianuas, & præcepi vt non aperirent eas vsque post sabbatum: & de pueris meis constitui super portas vt nullus inferret onus in die sabbati.

20 Et manserunt negotiatores, & vendentes vniuersa venalia foris Ierusalem semel & bis.

21 Et contestatus sum eos, & dixi eis: Quare manetis ex aduerso muri? si secundo hoc feceritis, manum mittam in vos. Itaque ex tempore illo non venerunt in sabbato.

22 Dixi quoque Leuitis vt mundarentur, & venirent ad custodiendas portas, & sanctificandam diem sabbati: & pro hoc ergo memento mei Deus meus, & parce mihi secundum multitudinem miserationum tuarum.

23 Sed & in diebus illis vidi Iudæos ducentes vxores Azotidas, Ammonitidas & Moabitidas.

24 Et filij eorum ex media parte loquebantur Azotice & nesciebant loqui Iudaice, & loquebantur iuxta linguam populi, & populi.

25 Et obiurgaui eos, & maledixi. Et cecidi ex eis viros, & decaluaui eos, & adiuraui in Deo, vt non darent filias suas filiis eorum, & non acciperent de filiabus eorum filiis suis, & sibimetipsis, dicens:

26 * Numquid non in huiuscemodi re peccauit Salomon rex Israel? & certe in gentibus multis non erat rex similis ei, & dilectus Deo suo erat, & posuit eum Deus regem super omnem Israel: * & ipsum ergo duxerunt ad peccatum mulieres alienigenæ.

* 3. Reg. 3. 7.
* 3. Reg. 11 1.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Et dixi, & mundauerunt cubicula, & retuli illuc vasa domus Dei, oblationem & thus.

Et cognoui quod pars Leuitarum non esset data, & quod fugissent vnusquisque ad agrum suum, Leuitæ & cantores facientes opus.

Et increpaui magistratus, & dixi: Cur dereliquimus domum Dei? & congregaui eos, & stare feci eos in loco suo.

Et omnis Iehudah attulerunt decimam frumenti, vini, & olei ad thesauros.

Et constitui thesaurarios super thesauros, Selemiah sacerdotem, & Sadoc scribam, & Pedaiah de Leuitis, & iuxta manum eorum Chanan filium Zacchur, filij Matthaniah, quia fideles reputati sunt, & secundum eos ad diuidendum fratribus suis.

Memento mei Deus propter hoc, & ne deleas misericordias meas, quas feci in domo Dei mei, & in obseruationibus eius.

In diebus illis vidi calcantes torcularia in sabbato, & afferentes aceruos, & onerantes super asinos, & etiam vinum, vuas, & ficus, & omne onus, & afferentes in Ierusalaim in die sabbati: & contestatus sum diem qua venderent escam.

Et Sorim habitauerunt in ea, afferentes pisces, & omne venale, & vendebant in sabbato filiis Iehudah, in Ierusalaim.

Et obiurgaui optimates Iehudah, & dixi eis: Quod malum est hoc quod facitis, & prophanatis diem sabbati?

Nonne sic fecerunt patres vestri, & adduxit Deus noster super nos omne malum hoc, & super ciuitatem istam? & vos additis iracundiam super Israel, violando sabbatum?

Et fuit cum obumbratæ essent portæ Ierusalaim ante sabbatum, & dixi: Et clausæ sunt valuæ, & dixi, vt non aperirent eas nisi post sabbatum: & de pueris meis statui in portis, vt non introduceretur onus in die sabbati.

Et remanserunt negotiatores, & venditores omnis venalis extra Ierusalaim semel, & iterum.

Et contestatus sum eos, & dixi eis: Quare manetis ex aduerso muri? Si iteraueritis, manum mittam in vos. A tempore illo non venerunt in sabbato.

Dixiq; Leuitis, vt essent mundati, & venirent custodes portarum ad sanctificandum diem sabbati: etiam propter hoc memento mei Deus mi, & parce mihi secundum multitudinem misericordiæ tuæ.

Etiam in diebus illis vidi Iehudæos, qui duxerant vxores Asdodiotidas, Hammonitidas, Moabiotidas.

Et filij eorum partim loquebantur asdodice, & nesciebant loqui Iehudaice, sed secundum linguam cuiusque populi.

Et contendi cum eis, & maledixi eis, & percussi ex eis aliquos, & capillos euulsi eis, & adiuraui eos per Deum: si dederitis filias vestras filiis eorum, & si acceperitis de filiabus eorum filiis vestris, & vobis:

Nonne propter istas peccauit Selomoh rex Israel? Et in gentibus multis non erat rex similis ei, & dilectus Deo suo erat, & posuit eum Deus regem super Israel: Etiam eum peccare fecerunt mulieres alienigenæ.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.		Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
Et dixi,& mundauerunt gazophylacia. Et retuli illuc vasa domus Dei,manna,& thus.	9	*Ac iussi,& mundauerunt cubicula: postea retuli illuc vasa domus Dei, oblationem & thus.*
Et cognoui, quia partes Leuitarum non fuerant datæ:& fugerant vir in agrum suum,Leuitæ,& cantores,facientes opus.	10	*Cognoui praterea quod partes Leuitarum non fuissent datæ: quodque fugissent singuli in agrum suum,Leuitæ & cantores facientes opus.*
Et concertaui cum magistratibus, & dixi: Cur derelicta est domus Dei? Et congregaui eos,& statui eos in statione ipsorum.	11	*Propterea increpaui magistratus,ac dixi,Cur derelicta est domus Dei? Congregaui itaque eos,& statui illos in locum suum.*
Et omnis Iuda attulerunt decimam tritici,& vini,& olei in thesauros	12	*Et vniuersus Iehudah attulerunt decimam frumenti, vini,& olei in thesauros.*
Super manum Selemia sacerdotis, & Sadoc scribæ, & Phadaia ex Leuitis. Et ad manum eorum Anan filius Zahur filius Matthania, quoniam fideles putati sunt: super eos distribuere fratribus suis.	13	*Ac thesaurarios constitui super thesauros illos, Selemiah Sacerdotem,& Sadoc scribam, & Pedaiah ex Leuitis: iuxta manum autem eorum Hanan filium Zacchur, filij Matthaniah: quia fideles reputati sunt, & ad eos erat diuidere fratribus suis.*
Memento mei Deus in hoc:non deleatur misericordia mea,quam feci in domo Domini Dei.	14	*Memento mei Deus propter hoc, & ne deleas misericordias meas quas feci in domo Dei mei, & in obseruationibus eius.*
In diebus illis vidi in Iuda calcantes torcularia in sabbato, & ferentes manipulos, & onerantes super asinos, & vinum & vuam, & ficus, & omne onus, & ferentes in Hierusalem in die sabbati. Et contestatus sum in die venditionis eorum.	15	*In diebus illis vidi in Iehudah calcantes torcularia in sabbatho ipso,& afferentes aceruos,onerantes item asinos vino,vuis,& ficubus,ac quouis onere, afferentes inquam in Ierusalaim die sabbathi: & contestatus sum eos de qua vendebant escam.*
Et sederunt in ea ferentes piscem, & omnem venditionem vendentes sabbato filiis Iuda, & in Hierusalem.	16	*Tyrij quoque ipsi habitauerunt in ea, afferentes pisces, & quascunque merces, & vendebant in ipso sabbatho filiis Iehudah in Ierusalaim.*
Et concertaui cum filiis Iuda ingenuis, & dixi eis:Quod verbum hoc malum,quod vos facitis? & polluitis diem sabbati?	17	*Idcirco obiurgaui optimates Iehudah,ac dixi eis, Quæ est res hæc mala quam facitis, & profanatis diem sabbathi?*
Nonne sic fecerunt patres vestri;& adduxit super eos Deus noster, & super nos omnia mala hæc, & super ciuitatem hanc? Et vos additis iram super Israel polluendo sabbatum.	18	*Annon sic fecerunt patres vestri, & adduxit Deus noster super nos omne malum hoc, & super ciuitatem istam? & vos additis iracundiam super Israelem, violando sabbathum?*
Et factum est, quando constiterunt portæ in Hierusalem ante sabbatum, & dixi, & clauserunt portas:& dixi, vt illæ non aperirentur vsque post sabbatum. Et de pueris meis statui super portas, vt non tollerent onera in die sabbati.	19	*Quum ergo obtenebratæ essent portæ Ierusalaim ante sabbathum,dixi,& clausæ sunt valuæ: dixi praterea ne aperirentur nisi vsque post sabbathum: de pueris quoque meis statui in portis, ne introduceretur onus in die sabbathi.*
Et commorati sunt omnes, & fecerunt venditionem extra Hierusalem semel,& bis:	20	*Manserunt itaque negotiatores & venditores omnium rerum venalium extra Ierusalaim semel & iterum.*
Et contestatus sum in eis,& dixi ad eos: Cur vos commoramini ante murum? si iteraueritis:extendam manum meam in vos. A tempore illo non venerunt in sabbato.	21	*Et contestatus sum eos, ac dixi illis, Quare manetis vos ex aduerso muri? si iteraueritis, manum mittam in vos: à tempore illo non venerunt in sabbatho.*
Et dixi Leuitis,qui erant mundati, & venientes custodientes portas sanctificare diem sabbati. Ad hæc memento mei Deus, & parce mihi secundum multitudinem misericordiæ tuæ.	22	*Dixi præterea Leuitis vt mundarent sese,& venirent ad custodiendum portas,& sanctificarent diem sabbathi. etiam propter hoc memento mei Deus mi, & parce mihi secundum multitudinem misericordiæ tuæ.*
Et in diebus illis vidi Iudæos, qui habitare fecerant vxores Azotias, Ammanitidas, Moabitidas:	23	*In diebus quoque illis vidi Iehudæos qui duxerant mulieres Asdodithidas, Ammonithidas, Moabithidas,*
Et filij eorum dimidium loquentes Azotice: & non sunt scientes loqui iudaice,	24	*Et filij eorum partim loquebantur Asdodice, & nesciebant loqui Iehudaice,& secundum linguam cuiusque populi.*
Et concertaui cum eis, & execratus sum eos: & percussi in eis viros, & decaluaui eos, & adiuraui eos in Deo. Si dederitis filias vestras filiis eorum, & si acceperitis de filiabus eorum filiis vestris.	25	*Propterea contendi cum eis,& maledixi eis atque percussi ex eis aliquos, capillosque eorum euulsi: & adiuraui eos per Deum,Si dederitis filias vestras filiis eorum, & si acceperitis de filiabus eorum filiis vestris,aut vobis.*
Nonne sic peccauit Salomon rex Israel? & in gentibus multis non erat rex similis ei, & dilectus Deo erat, & dederat eum Deus in regem super omnem Israel: & hunc declinare fecerunt mulieres alienæ.	26	*Nonne propter ista peccauit Selomoh rex Israelis? & tamen in gentibus multis non fuit rex similis ei,qui dilectus Deo suo erat, & posuerat eum Deus regem super vniuersum Israelem: eum quoque peccare fecerunt mulieres alienigenæ.*

Vulgat. Editio.

27 Numquid & nos inobedientes faciemus omne malum grande hoc, vt præuariceimur in Deo nostro & ducamus vxores peregrinas?

28 De filiis autem Ioiada filij Eliasib sacerdotis magni, gener erat Sanaballat Honorites, quem fugaui à me.

29 Recordare Domine Deus meus aduersum eos, qui polluunt sacerdotium iusque Sacerdotale, & Leuiticum.

30 Igitur mundaui eos ab omnibus alienigenis, & constitui ordines Sacerdotum, & Leuitarum, vnumquemque in ministerio suo:

31 Et in oblatione lignorum in temporibus constitutis & in primitiuis: memento mei Deus meus in bonum. Amen.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

27 *Et vobis numquid obediemus, vt faciamus omne malum grande hoc, vt præuaricemus in Deum nostrum, ducendo vxores alienigenas?*

28 *De filiis autem Ioiadah filij Eliasib sacerdotis magni, gener erat ipsi Sanballath Choronita, & fugaui eum à me.*

29 *Recordare eorum Deus mi contra eos qui polluunt Sacerdotium, & pactum sacerdotij & Leuitarum.*

30 *Et mundaui eos ab omni alienigena, & statui obseruantias sacerdotibus, & Leuitis, vnicuique in opere suo:*

31 *Et oblationi lignorum in temporibus constitutis, & primitiuis: recordare mei Deus meus, in bonum.*

FINIS LIBRI SECVNDI ESDRÆ.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.		Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
Et vos numquid audiemus facere omne malum hoc, præuaricari in Deum nostrum, ducendo vxores alienas?	27	*Et vobis nunquid obediemus vt admittamus omne malum grande hoc, vt præuaricemur in Deum nostrum, ducendo mulieres alienigenas?*
Et de filiis Ioada filij Elisub sacerdotis magni, generis Sanaballat Vranitæ, & expuli eum à me.	28	*Vnus autem è filiis Ioiáda filij Eliasib Sacerdotis magni, gener erat ipsius Sanballat Heronitæ, propterea fugaui eum à me.*
Memor esto eis Deus super abdicatione sacerdotis, & testamento secerdotij, & Leuitas.	29	*Recordare eorum Deus mi contra eos qui polluunt Sacerdotium, & pactum Sacerdotij & Leuitarum.*
Et mundaui eos ab omni alienatione, & statui vices sacerdotibus, & Leuitis, vir sicut opus eius.	30	*Itaque emundaui eos ab omni alienigena: & statui obseruantias Sacerdotibus & Leuitis, vnicuique in opere suo:*
Et donum portantium ligna in temporibus à temporibus, & in Bacchuriis. Memento mei Deus in bonitatem.	31	*Atque oblationi lignorum temporibus constitutis, primitiuis quoque. recordare mei Deus mi, in bonum.*

FINIS LIBRI SECVNDI ESDRÆ.

LIBRI TOBIAE.

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM.

1 TObias ex tribu, & ciuitate Nephthali (quæ
est in superioribus Galilææ supra Naasson,
post viam, quæ ducit ad Occidentem, in sini-
stro habens ciuitatem Sephet)

* 4. Reg. 17. 3. & 18. 9.

2 * Cum captus esset in diebus Salmanasar regis
Assyriorum, in captiuitate tamen positus, viam ve-
ritatis non deseruit,

3 Ita vt omnia, quæ habere poterat, quotidie con-
captiuis fratribus, qui erant ex eius genere, imper-
tiret.

4 Cumque esset iunior omnibus in tribu Neph-
thali, nihil tamen puerile gessit in opere.

* 3. Reg. 12. 28.

5 Denique cum irent omnes ad vitulos aureos, *
quos Ieroboam fecerat rex Israel, hic solus fugiebat
consortia omnium,

6 Sed pergebat in Ierusalem ad templum Domini,
& ibi adorabat Dominum Deum Israel, omnia pri-
mitiua sua, & decimas suas fideliter offerens,

7 Ita vt in tertio anno proselytis, & aduenis mini-
straret omnem decimationem.

8 Hæc & his similia secundum legem Dei pueru-
lus obseruabat,

9 Cum vero factus esset vir, accepit vxorem An-
nam de tribu sua, genuitque ex ea filium, nomen
suum imponens ei,

10 Quem ab infantia timere Deum docuit, & absti-
nere ab omni peccato.

11 Igitur, cum per captiuitatem deuenisset cum
vxore sua, & filio in ciuitatem Niniuen cum omni
tribu sua,

12 (Cum omnes ederent ex cibis Gentilium) iste cu-
stodiuit animam suam, & numquam contamina-
tus est in escis eorum.

13 Et quoniam memor fuit Domini in toto corde
suo, dedit illi Deus gratiam in conspectu Salmana-
sar regis,

14 Et dedit illi potestatem quocumque vellet
ire, habens libertatem quæcumque facere vo-
luisset.

15 Pergebat ergo ad omnes, qui erant in captiuita-
te, & monita salutis dabat eis.

16 Cum autem venisset in Rages ciuitatem Medo-
rum, & ex his, quibus honoratus fuerat à rege, ha-
buisset decem talenta argenti:

17 Et cum in multa turba generis sui Gabelum
egentem videret, qui erat ex tribu eius, sub chiro-
grapho dedit illi memoratum pondus argenti.

Post

LIBRI TOBIT.

Transl. ex Septuag.

CAPVT PRIMVM.

1 *LIber verborum Tobit filij Tobiel filij Ananiel
filij Aduel filij Gabael de semine Asiel, de tribu
Nephthali;*

2 *Qui captiuus ductus est in diebus Enemessari regis
Assyriorum, è Thisbes, quæ est à dextris Cydios Neph-
thali in Galilæa super Aser. Ego Tobit in vijs veri-
tatis ambulabam, & iustitia, omnibus diebus vitæ
meæ.*

3 *Et eleemosynas multas feci fratribus meis, & genti,
profectis mecum in regionem Assyriorum in Nineue.*

4 *Et quando eram in regione mea in terra Israel, cum
ego essem iunior, vniuersa tribus Nephthali patris mei
recessit à domo Hierosolymorum, quæ fuerat electa ex
omnibus tribubus Israel, vt omnes tribus sacrificarent:
& sanctificatum fuerat templum habitationis altissimi,
& ædificatum fuerat in omnes generationes sæculi.*

5 *Et omnes tribus, quæ simul recesserant, sacrificabant
ipsi Baal ipsi vitulæ, & domus Nephthali patris mei.*

6 *Et ego solus ibam sæpe in Hierosolyma in festiuitati-
bus, sicut scriptum est omni Israel in præcepto æterno,
primitias, & decimas geniminum, & primas tonsuras
habens: & dabam eas sacerdotibus filiis Aaron ad altare
omnium geniminum: decimam dabam filiis Leui mini-
strantibus in Hierusalem; & secundam decimam diuen-
debam, & ibam, & expendebam ea in Hierosolymis per
singulos annos:*

7 *Et tertiam dabam, quibus conueniebat; sicut manda-
uerat Debbora mater patris mei:*

8 *Propterea, quod orphanus relictus sum à patre
meo.*

9 *Et, quando factus sum vir; accepi Annam vxorem
de semine patriæ meæ: & genui ex ea Tobiam.*

10

11 *Et quando captiui ducti sumus in Nineue;*

12 *Omnes fratres mei, & qui de genere meo, comedebant
de panibus gentium: ego autem conseruaui animam
meam, vt non manducarem,*

13 *Sicut memineram Dei in tota anima mea. Et dedit
altissimus gratiam, & formam in conspectu Enemes-
sari:*

14 *Et fui eius emptor.*

15

16 *Et iui in Mediam.*

17 *Et deposui Gabaelo fratri Gabria in Ragis Mediæ,
argenti talenta decem.*

Et

Vulgat. Editio.

18 Post multum vero temporis, mortuo Salmana-
sar rege, cum regnaret Sennacherib filius eius pro
eo & filios Israel exosos haberet in conspectu suo:

19 Tobias quotidie pergebat per omnem cognatio-
nem suam, & consolabatur eos, diuidebatque vni-
cuique, prout poterat, de facultatibus suis:
20 Esurientes alebat, nudisque vestimenta præbe-
bat & mortuis, atque occisis sepulturam solicitus
exhibebat.

21 ★ Denique cum reuersus esset rex Sennacherib
fugiens à Iudæa plagam, quam circa eum fecerat
Deus propter blasphemiam suam, & iratus multos
occideret ex filiis Israel, Tobias sepeliebat corpora
eorum.
22 At vbi nunciatum est regi, iussit eum occidi, &
tulit omnem substantiam eius.
23 Tobias vero cum filio suo, & cum vxore fu-
giens, nudus latuit, quia multi diligebant eum.

24 ★ Post dies vero quadragintaquinq; occiderunt
regem filij ij sius,

25 Et reuersus est Tobias in domum suam, omnis-
que facultas eius restituta est ei.

★ 4. Reg. 19. 35. Eccl. 48. 24.

★ Esa. 37. 38. 2. Mac. 8. 19. 2. Par. 32. 21.

Transl. ex Septuag.

18 *Et quando mortuus est Emenessar, regnauit Senne-
cherim filius eius pro eo: & viæ eius infirmatæ sunt: &
non vltra potui ire in Mediam.*

19 *Et in diebus Emenessari eleemosynas multas faciebam
fratribus meis:*

20 *Panes meos dabam esurientibus, & vestimenta nudis:
& si quem de genere meo aspiciebam mortuum, & pro-
iectum post murum Nineue, sepeliebam eum:*

21 *Et si quem interfecerat Sennecherim rex, quando ve-
nit fugiens è Iudæa; sepeliebam eos furatus: multos
enim interfecit in furore suo. Et quæsita sunt à rege
corpora, & non sunt inuenta.*

22 *Profectus autem vnus eorum, qui de Nineue, indicauit
regi de me, quia sepelio eos: & occultatus sum.*
23 *Cognoscens autem, quia quæror, vt moriar; timore per-
culsus secessi. Et direpta sunt omnes substantiæ meæ: &
non remansit mihi quicquam præter Annam vxorem
meam, & Tobiam filium meum.*
24 *Et non transierunt dies quinquaginta, donec interfe-
cerunt eum duo filij eius. Et fugerunt in montes Ararath.
Et regnauit Sacherdonus filius eius pro eo: & constitui:
Achiacharum Anael filium fratris mei super omnem
computationem regni sui, & super omnem administra-
tionem: & postulauit Achiacharus pro me: & veni in
Nineue. Achiacharus autem erat pincerna, & super an-
nulum, & administrator, & computator. Et constituit
eum Sacherdonus secundo: erat autem filius fratris
mei.*
25 ★ *Quando autem deueni in domum meam; & resti-
tuta est mihi Anna vxor mea, & Tobias filius meus.*

★ His incipit cap. in transl. ex Sep. Rom.

CAP. II.

[Vulgat. Editio.]

1 POsthæc vero, cum esset dies festus Domini, &
factum esset prandium bonum in domo To-
biæ,

2 Dixit filio suo: Vade, & adduc aliquos de tri-
bu nostra, timentes Deum, vt epulentur nobis-
cum.
3 Cumque abiisset, reuersus nunciauit ei: vnum
ex filiis Israel iugulatum iacere in platea. Statim-
que exiliens de accubitu suo, relinquens pran-
dium, ieiunus peruenit ad corpus:
4 Tollensque illud portauit ad domum suam oc-
culte, vt dum sol occubuisset, caute sepeliret eum.
5 Cumque occultasset corpus, manducauit panem
cum luctu, & tremore,
6 Memorans illum sermonem, quem dixit Domi-
nus ★ per Amos prophetam: Dies festi vestri con-
uertentur in lamentationem, & luctum.
7 Cum vero sol occubuisset, abiit, & sepeliuit eum.

8 Arguebant autem eum omnes proximi eius, di-
centes. Iam huius rei causa interfici iussus es, & vix
effugisti mortis imperium, & iterum sepelis mor-
tuos?
9 ★ Sed & Tobias plus timens Deum, quam re-
gem, rapiebat corpora occisorum, & occultabat in
domo sua, & mediis noctibus sepeliebat ea.
10 Contigit autem, vt quadam die fatigatus à sepul-
tura, veniens in domum suam, iactasset se iuxta
parietem, & obdormisset,

★ Amos 8. 10. 2. Mac. 1. 14.

★ Sup. 1. 21.

[Transl. ex Septuag.]

1 *IN Pentecoste festiuitate, quæ est sancta septem heb-
domadarum, factum est prandium bonum mihi: &
accubui ad manducandum. Et aspexi obsonia multa.*

2 *Et dixi filio meo: Vade, & adduc, quemcumque inue-
neris fratrum nostrorum egentem, qui meminerit Domi-
ni: & ecce expecto te.*
3 *Et veniens dixit: Vnus de genere nostro strangulatus
proiectus est in platea. Et ego, antequam ego gustarem,*

4 *Exiliens tuli in domum quandam, donec occidit
Sol.*
5 *Et reuersus, laui me, & comedebam panem meum in
tristitia:*
6 *Et recordatus sum prophetiæ Amos, quomodo dixit:
Conuertentur dies festi vestri in luctum, & omnes læti-
tiæ vestræ in lamentationem. Et plorauí:*
7 *Et quando occiderat Sol; abij, & fodiens sepeliui
eum.*
8 *Et proximi irridebant, dicentes: Non adhuc timet
interfici pro re hac: & aufugit, & ecce rursus sepelit
mortuos.*
9

10 *Et in ipsa nocte, redij, cum sepelijssem, & cubui pollu-
tus iuxta murum atrij:*

Vulgat. Editio.

11 Et ex nido hirundinum dormienti illi calida
stercora inciderent super oculos eius, fieretque cæ-
cus.

12 Hanc autem tentationem ideo permisit Domi-
nus euenire illi, vt posteris daretur exemplum pa-
tientiæ eius, sicut & sancti Iob.
13 Nam cum ab infantia sua semper Deum timue-
rit, & mandata eius custodierit, non est contristatus
contra Deum, quod plaga cæcitatis euenerit ei,

14 Sed immobilis in Dei timore permansit, agens
gratias Deo omnibus diebus vitæ suæ.
15 Nam sicut beato Iob insultabant reges, ita isti
parentes, & cognati eius irridebant vitam eius, di-
centes:
16 Vbi est spes tua, pro qua eleemosynas, & sepultu-
ras faciebas?
17 Tobias vero increpabat eos, dicens: Nolite ita lo-
qui:
18 Quoniam filij sanctorum sumus, & vitam illam
expectamus, quam Deus daturus est his, qui fidem
suam numquam mutant ab eo.
19 Anna vero vxor eius ibat ad opus textrinum
quotidie, & de labore manuum suarum victum,
quem consequi poterat, deferebat.
20 Vnde factum est, vt hœdum caprarum accipiens
detulisset domi:
21 Cuius cum vocem balantis vir eius audisset di-
xit: * Videte, ne forte furtiuus sit, reddite eum do-
minis suis, quia non licet nobis, aut edere ex furto
aliquid, aut contingere.

* Deu. 22. 1.

22 * Ad hæc vxor eius irata respondit: Manifeste va-
na facta est spes tua, & eleemosynæ tuæ modo ap-
paruerunt.

* Iob 2. 9.

23 Atque his, & aliis huiuscemodi verbis expro-
brabat ei.

CAP. III.

1 TVnc Tobias ingemuit, & cœpit orare cum la-
chrymis,
2 Dicens: Iustus es Domine, & omnia iudicia tua
iusta sunt, & omnes viæ tuæ, misericordia, & veri-
tas, & iudicium.
3 Et nunc Domine memor esto mei, & ne vindi-
ctam sumas de peccatis meis neque reminiscaris
delicta mea, vel parentum meorum.
4 * Quoniam non obediuimus præceptis tuis, ideo
traditi sumus in direptionem & captiuitatem, &
mortem, & in fabulam, & in improperium omni-
bus nationibus in quibus dispersiti nos.

* Deu. 28. 15.

5 Et nunc Domine magna iudicia tua, quia non
egimus secundum præcepta tua, & non ambulaui-
mus synceriter coram te.
6 Et nunc Domine secundum voluntatem tuam
fac mecum, & præcipe in pace recipi spiritum
meum: expedit enim mihi mori magis quam vi-
uere.
7 Eadem itaque die contigit, vt Sara filia Raguelis
in Rages ciuitate Medorum, & ipsa audiret im-
properium ab vna ex ancillis patris sui,

Transl. ex Septuag.

11 *Et facies mea discooperta erat: & non vidi, quia pas-
seres in muro erant: & oculis meis apertis immiserunt
passeres calidum in oculos meos: & facta sunt albugines
in oculis meis: & iui ad medicos: & non profuerunt
mihi. Achiacharus autem nutriebat me; quoadusque
profectus sum in Elymaida.*

(∴)

(∴)

19 *Et vxor mea Anna seruiebat in Gynecæis, & mittebat
dominis: & reddiderunt ei etiam ipsi mercedem,*
20 *Addentes etiam hœdum.*
21 *Quando autem venit ad me; cœpit clamare. Et dixi
ad eam: Vnde hœdus? nunquid furtiuus est? redde illum
dominis: non enim licitum est manducare furtiuum. At
illa dixit: donum mihi datum est super mercedem. Et
non credebam ei: & dicebam reddere illum dominis, &
erubescebam aduersus eam.*
22 *At illa respondens dixit mihi: Vbi sunt eleemosynæ
tuæ, & iustitiæ tuæ? Ecce cognita omnia tecum.*

CAP. III.

1 *ET tristatus ploraui: & deprecatus sum cum do-
lore,*
2 *Dicens: Iustus es Domine: & omnia opera tua, & om-
nes viæ tuæ, misericordia, & veritas: & iudicium verum,
& iustum tu iudicas in seculum.*
3 *Memento mei, & respice super me. Ne de me vindi-
ctam sumas propter peccata mea, & ignorantias meas,
& patrum meorum, quæ peccauerunt in conspectu tuo.*
4 *Non enim obediuimus mandatis tuis: & dedisti nos in
direptionem, & captiuitatem, & mortem, & parabolam
improperij omnibus gentibus, in quibus dispersi sumus.*
5 *Et nunc multa sunt iudicia tua, & vera ex me ad
faciendum pro peccatis meis, & patrum meorum: quo-
niam non fecimus mandata tua: non enim ambulaui-
mus in veritate coram te.*
6 *Et nunc secundum id, quod placet coram te, fac me-
cum: præcipe recipere spiritum meum, vt dissoluar, &
fiam terra: quoniam expedit mihi mori, quam viuere;
quoniam improperia falsa audiui: & tristitia multa est
in me. Præcipe absolui me de necessitate iam in æternum
locum: ne auertas faciem tuam à me.*
7 *In eadem die contigit filiæ Raguel Sarræ in Ecbatanis
Mediæ, & ipsam improperari ab ancilla patris sui:*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

8 Quoniam tradita fuerat septem viris, & dæmonium nomine Asmodæus occiderat eos, mox vt ingressi fuissent ad eam.

9 Ergo cum pro culpa sua increparet puellam, respondit ei, dicens: Amplius ex te non videamus filium, aut filiam super terram, interfectrix virorum tuorum.

10 Numquid & occidere me vis, sicut iam occidisti septem viros? Ad hanc vocem perrexit in superius cubiculum domus suæ, & tribus diebus, & tribus noctibus non manducauit, neque bibit:

11 Sed in oratione persistens cum lachrymis deprecabatur Deum, vt ab isto improperio liberaret eam.

12 Factum est autem die tertia, dum compleret orationem, benedicens Dominum,

13 Dixit: Benedictum est nomen tuum Deus patrum nostrorum: qui cum iratus fueris, misericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis his, qui inuocant te.

14 Ad te Domine faciem meam conuerto, ad te oculos meos dirigo.

15 Peto Domine, vt de vinculo improperij huius absoluas me, aut certe desuper terram eripias me.

16 Tu scis Domine, quia numquam concupiui virum, & mundam seruaui animam meam ab omni concupiscentia.

17 Numquam cum ludentibus miscui me: neque cum his, qui in leuitate ambulant, participem me præbui.

18 Virum autem cum timore tuo, non cum libidine mea consensi suscipere.

19 Et, aut ego indigna fui illis, aut illi forsitan mihi non fuerunt digni: quia forsitan viro alij conseruasti me.

20 Non est enim in hominis potestate consilium tuum.

21 Hoc autem pro certo habet omnis, qui te colit, quod vita eius, si in probatione fuerit coronabitur: si autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & si in correptione fuerit, ad misericordiam tuam venire licebit.

22 Non enim delectaris in perditionibus nostris: quia post tempestatem, tranquillum facis: & post lachrymationem, & fletum, exultationem infundis.

23 Sit nomen tuum Deus Israel benedictum in sæcula.

24 In illo tempore exauditæ sunt preces amborum in conspectu gloriæ summi Dei:

25 Et missus est Angelus Domini sanctus Raphael, vt curaret eos ambos, quorum vno tempore sunt orationes in conspectu Domini recitatæ.

CAP. IIII.

1 IGitur cum Tobias putaret orationem suam exaudiri, vt mori potuisset, vocauit ad se Tobiam filium suum,

2 Dixitque ei: * Audi fili mi verba oris mei, & ea in corde tuo, quasi fundamentum construe.

3 Cum acceperit Deus animam meam, corpus meum sepeli: * & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius:

* Eccl. 7.29.

* Exo. 20.12.

Transl. ex Septuag.

8 *Quoniam data fuerat viris septem: & Asmodæus malum dæmonium interfecerat eos, antequam illi fuissent cum ea, vt in vxoribus.*

9 *Et dixerunt ad eam: Non intelligis suffocans tu viros? Ecce septem habuisti: & vnius eorum non es nominata. Quid nos flagellas? Si mortui sunt, vade cum eis: non videamus tuum filium, vel filiam in sæculum.*

10 *Hæc audiens tristata est valde, vt suffocaretur, & dixit: Vna quidem sum patri meo: si fecero hoc, opprobrium ei erit, & senectutem eius deducam cum dolore ad infernum.*

11 *Et orauit ad fenestram:*

12

13 *Et dixit: Benedictus es Domine Deus meus, & benedictum nomen tuum sanctum, & honoratum in sæcula. Benedicant te omnia opera tua in sæculum.*

14 *Et nunc Domine oculos meos, & faciem meam in te dedi:*

15 *Dixi vt absoluas me de terra, & non facias me audire vltra improperium.*

16 *Tu cognoscis Domine, quia munda sum ab omni pec-*
cato viri, neque pollui nomen meum, neque nomen patris
mei in terra captiuitatis meæ. Vnigenita sum patri
17 *meo: & non adest ei puer, qui hereditabit eum, neque*
frater propinquus, neque existens ei filius, vt conseruem
me ei vxorem: iam perierunt mihi septem. Vt quid mihi
18 *viuere? Et si non videtur tibi interficere me; præcipe*
respicere in me, & non vltra miserabilem me facere, &
19 *audire improperium.*

20

21

(∴) (∴)

22

23

24 *Et exaudita est deprecatio vtrorumque coram gloria magni*

25 *Raphael: & missus est ad sanandum, ipsius Tobit desquamare albugines, & Sarram filiam Raguel dare Tobiæ filio Tobit vxorem, & ligare Asmodæum malum dæmonium: quoniam ad Tobiam pertinet hereditare eam. In eodem tempore reuertens Tobit introiuit in domum suam: & Sarra filia Raguel descendit de superiore cubiculo suo.*

CAP. IIII.

1 *IN illa die recordatus est Tobit de argento, quod deposuerat apud Gabael in Ragis Mediæ: & dixit in seipso: Ego petij mortem: cur non Tobiam filium meum, vt ei indicem, priusquam ego moriar?*

2 *Et vocans eum dixit:*

3 *Fili, si mortuus fuero, sepeli me, & ne despicias matrem tuam: honora eam omnibus diebus vitæ tuæ, & fac quod placitum ei: & ne contristes eam.*

Vulgat. Editio.

4 Memor enim esse debes, quæ & quanta pericula passa sit propter te in vtero suo.

5 Cum autem & ipsa compleuerit tempus vitæ suæ, sepelias eam circa me.

6 Omnibus autem diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum: & caue ne aliquando peccato consentias, & prætermittas præcepta Domini Dei nostri.

* Luc. 14. 13. Pro. 3. 9 Ecc. 4. 1 & 14. 13 Eccli. 35. 4.

7 * Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere: ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies Domini.

8 Quomodo potueris, ita esto misericors.

9 Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude.

10 Præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis.

* Eccl. 29. 13.

11 * Quoniam eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras.

12 Fiducia magna erit coram summo Deo eleemosyna omnibus facientibus eam.

* 1. Thess. 4. 3.

13 * Attende tibi fili mi ab omni fornicatione, & præter vxorem tuam numquam patiaris crimen scire.

* Gen. 3. 5.

14 Superbiam numquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas: * in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio.

* Leu. 19. 13. Deu. 24. 14. Mat. 7. 12. * Luc 6 31. * Luc. 14. 24.

15 * Quicumque tibi aliquid operatus fuerit statim ei mercedem restitue, & merces mercenarij tui apud te omnino non remaneat.

16 * Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias.

17 * Panem tuum cum esurientibus, & egenis comede, & de vestimentis tuis nudos tege.

18 Panem tuum, & vinum tuum super sepulturam iusti constitue, & noli ex eo manducare, & bibere cum peccatoribus.

19 Consilium semper à sapiente perquire.

20 Omni tempore benedic Deum: & pete ab eo, vt vias tuas dirigat, & omnia consilia tua in ipso permaneant.

21 Indico etiam tibi fili mi dedisse me decem talenta argenti, dum adhuc infantulus esses, Gabelo, in Rages ciuitate Medorum, & chirographum eius apud me habeo:

22 Et ideo perquire quomodo ad eum peruenias, & recipias ab eo supra memoratum pondus argenti, & restituas ei chirographum suum

Transl. ex Septuag.

4 *Memento fili; quia multa pericula vidi propter te in ventre.*

5 *Cum mortua fuerit; sepeli eam iuxta me in vno sepulchro.*

6 *Omnibus diebus fili Domini Dei nostri recordare, & noli peccare, & transgredi mandata eius. Iustitiam fac omnibus diebus vitæ tuæ, & ne ambulaueris vijs iniustitiæ; quoniam faciente te veritatem, prosperitates erunt in operibus tuis, & omnibus facientibus iustitiam.*

7 *Ex substantia tua fac eleemosynam; & non videat oculus tuus in faciendo te eleemosynam. Ne auertas faciem tuam ab omni mendico: & à te non auertetur facies Dei.*

8 *Quomodo tibi fuerit secundum multitudinem; facito ex eis eleemosynam.*

9 *Si paucum tibi fuerit; iuxta paucum ne timeas facere eleemosynam.*

10 *Premium enim bonum thesaurizas tibi in diem necessitatis:*

11 *Quoniam eleemosyna à morte liberat, & non permittit intr oire in tenebras.*

12 *Munus enim bonum est eleemosyna omnibus facientibus eam in conspectu altissimi.*

13 *Attende tibi fili ab omni fornicatione: & vxorem primum accipe de semine patrum tuorum: non accipias vxorem alienam, quæ non est de tribu patris tui, quoniam filij prophetarum sumus: Noe, Abraham, Isaac, Iacob, ipsi patres nostri à sæculo. Memento fili, quia ipsi omnes acceperunt vxores de fratribus suis, & benedicti sunt in filiis suis, & semen eorum hæreditabit terram.*

14 *Et nunc fili dilige fratres tuos: & noli superbire corde tuo præ fratribus tuis, & filiis, & filiabus populi tui, accipere tibi ex eis vxorem: quoniam in superbia perditio, & perturbatio multa, & in nequitia diminutio, & egestas magna: nequitia enim mater est famis.*

15 *Merces omnis hominis, quicumque operatus fuerit, apud te non moretur: sed redde ei statim. Si seruieris Deo; reddetur tibi.*

16 *Attende tibi fili in omnibus operibus tuis, & esto eruditus in omni conuersatione tua. Et quod odio habes; nemini feceris.*

17 *Vinum ad ebrietatem ne bibas: & non eat tecum ebrietas in via tua. De pane tuo da esurienti, & de vestibus tuis nudis. Omne quodcumque superfuerit tibi; fac eleemosynam, & non inuideat oculus tuus in faciendo te eleemosynam.*

18 *Effunde panes tuos super sepulturam iustorum: & ne dederis peccatoribus.*

19 *Consilium ab omni prudente quære: & ne contemnas super omni consilium vtile.*

20 *Et in omni tempore benedic Dominum Deum: & ab eo pete, & viæ tuæ rectæ sint, & omnes semitæ tuæ, & consilia tua prosperentur: eo quod omnis gens non habet consilium: sed ipse Dominus dat omnia bona: & quemcumque voluerit humiliat, sicut vult. Et nunc fili recordare mandatorum meorum, & non deleantur de corde tuo.*

21 *Et nunc indico tibi decem talenta argenti, quæ deposui apud Gabaelum filium Gabriæ in Ragis Mediæ.*

22

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

23 Noli timere fili mi: pauperem quidem vitam gerimus, sed ★ multa bona habebimus si timuerimus Deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene.

*Rom. 8.17.

CAP. V.

1 TVnc respondit Tobias patri suo, & dixit: Omnia quæcunque præcepisti mihi faciam pater.

2 Quomodo autem pecuniam hanc requiram, ignoro. ille me nescit, & ego eum ignoro: quod signum dabo ei? Sed neque viam, per quam pergatur illuc, aliquando cognoui.

3 Tunc pater suus respondit illi, & dixit: Chirographum quidem illius penes me habeo: quod dum illi ostenderis, statim restituet.

4 Sed perge nunc, & inquire tibi aliquem fidelem virum, qui eat tecum salua mercede sua: vt, dum adhuc viuo, recipias eam.

5 Tunc egressus Tobias inuenit iuuenem splendidum, stantem præcinctum, & quasi paratum ad ambulandum.

6 Et ignorans, quod Angelus Dei esset, salutauit eum, & dixit: Vnde te habemus bone iuuenis?

7 At ille respondit: Ex filiis Israel. Et Tobias dixit ei: Nosti viam, quæ ducit in regionem Medorum?

8 Cui respondit: Noui: & omnia itinera eius frequenter ambulaui, & mansi apud Gabelum fratrem nostrum: qui moratur in Rages ciuitate Medorum, quæ posita est in monte Ecbatanis.

9 Cui Tobias ait: Sustine me obsecro, donec hæc ipsa nunciem patri meo.

10 Tunc ingressus Tobias, indicauit vniuersa hæc patri suo. Super quæ admiratus pater rogauit vt introiret ad eum.

11 Ingressus itaq; salutauit eum, & dixit: Gaudium tibi sit semper.

12 Et ait Tobias: Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video?

13 Cui ait iuuenis: Forti animo esto, in proximo est, vt à Deo cureris.

14 Dixit itaque illi Tobias: Numquid poteris perducere filium meum ad Gabelum in Rages ciuitatatem Medorum? & cum redieris, restituam tibi mercedem tuam.

15 Et dixit ei Angelus: Ego ducam, & reducam eum ad te.

16 Cui Tobias respondit: Rogo te indica mihi, de qua domo, aut de qua tribu es tu?

17 Cui Raphael Angelus dixit: Genus quæris mercenarij, an ipsum mercenarium qui cum filio tuo eat?

18 Sed ne forte solicitum te reddam, ego sum Azarias Ananiæ magni filius.

19 Et Tobias respondit: Ex magno genere es tu. Sed peto ne irascaris, quod voluerim cognoscere genus tuum.

20 Dixit autem illi Angelus: Ego sanum ducam, & sanum tibi reducam filium tuum.

21 Respondens autem Tobias, ait: Bene ambuletis, & sit Deus in itinere vestro, & Angelus eius comitetur vobiscum.

Transl. ex Septuag.

23 *Et ne timeas fili, quia mendici facti sumus. Sunt tibi multa, si timueris Deum, & recesseris ab omni peccato, & feceris, quod placitum coram eo.*

CAP. V.

1 *ET respondens Tobias dixit ei: Pater faciam omnia, quæcumque mandasti mihi:*

2 *Sed quomodo potero accipere argentum, & non cognosco eum.*

3 *Et dedit ei Chirographum,*

4 *Et dixit ei: Quære tibi hominem, qui simul ibit tecum, & dabo ei mercedem, dum viuo: & accipe vadens argentum.*

5 *Et iuit quærere hominem, & inuenit Raphael,*

6 *Qui erat Angelus, & nesciebat.*

7 *Et dixit ei: Si possum ire tecum in Ragis Mediæ, & si peritus es locorum?*

8 *Et dixit ei Angelus: Ibo tecum, & viæ peritus sum & apud Gabael fratrem nostrum commoratus sum.*

9 *Et dixit ei Tobias: Sustine me, & dicam patri. Et dixit ei: Vade, & ne tardaueris.*

10 *Et ingressus dixit patri: Ecce inueni, qui simul ibit mecum. At ille dixit: Voca ipsum ad me, vt agnoscam, cuius tribus est, ac, si fidelis ad eundum tecum.*

11 *Et vocauit eum, & introiuit: & salutarunt se inuicem.*

12

13 (∴)

14 (∴)

15 (∴)

16 *Et dixit ei Tobit: Frater, ex qua tribu, & ex qua patria es tu? indica mihi.*

17 *Et dixit ei: Tribum, & patriam tu quæris; an mercenarium, qui simul ibit cum filio tuo?*

18 *Et dixit ei Tobit: Volo frater agnoscere genus tuum, & nomen. At ille dixit: Ego Azarias Ananiæ magni de fratribus tuis.*

19 *Et dixit ei: Sanus venias frater: & ne mihi irascaris, quia quæsiui tribum tuam, & patriam tuam agnoscere: & tu es frater meus ex pulchra, & bona progenie. Cogno-*
20 *ui enim ego Ananiam, & Ionathan filios Semei magni, quomodo ibamus vna in Hierosolyma ad adorandum,*
21 *offerentes primogenita, & decimas geniminum: & non errauerunt in errore fratrum nostrorum. De bona radice es frater. Sed dicito mihi, quam tibi ero mercedem daturus? drachmam die, & necessaria tibi, sicut & filio meo, & adhuc adiciam tibi super mercedem, si sani reuerteritis. Et bene senserunt sic. Et dixit ad Tobiam: Paratus esto ad viam, & prosperemini.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.		Transl. ex Septuag.
Tunc paratis omnibus, quæ erant in via portanda, fecit Tobias vale patri suo, & matri suæ, & ambulauerunt ambo simul.	22	*Et parauit filius eius, quæ ad viam. Et dixit ei pater eius: Vade cum homine hoc. Qui autem in cœlo habitat Deus, prosperabit viam vestram: & Angelus eius ibit vobiscum.*
* Cumque profecti essent, cœpit mater eius flere, & dicere: Baculum senectutis nostræ tulisti, & transmisisti à nobis.	23	*Et exierunt vtrique ad abeundum, & canis pueri cum eis. Plorauit autem Anna mater eius, & dixit ad Tobit: Quid emisisti filium nostrum? An non virga manus nostra est in ingrediendo ipsum, & egrediendo coram nobis?*
Numquam fuisset ipsa pecunia, pro qua misisti eum.	24	*Argentum argento non antcuerlat, sed peripsema filij nostri sit.*
Sufficiebat enim nobis paupertas nostra, vt diuitias computaremus hoc, quod videbamus filium nostrum.	25	*Quomodo enim datum est nobis viuere à Domino, hoc satis multum nobis est.*
Dixitque ei Tobias: Noli flere, saluus perueniet filius noster, & saluus reuertetur ad nos, & oculi tui videbunt illum.	26	*Et dixit ei Tobit: Ne solicitudinem habeas soror: sanus veniet, & oculi tui videbunt eum.*
Credo enim quod Angelus Dei bonus comitetur ei, & bene disponat omnia, quæ circa eum geruntur, ita vt cum gaudio reuertatur ad nos.	27	*Angelus enim bonus ibit cum eo: & prosperabitur iter eius, & redibit sanus.*
Ad hanc vocem cessauit mater eius flere, & tacuit.	28	** Et cessauit plorans.*
CAP. VI.		*CAP. VI.*
PRofectus est autem Tobias, & canis sequutus est eum, & mansit prima mansione iuxta fluuium Tigris.	1	*ILli vero euntes viam, venerunt vesperi ad Tigrim flumen, & manserunt ibi.*
Et exiuit, vt lauaret pedes suos, & ecce piscis immanis exiuit ad deuorandum eum.	2	*Puer autem descendit ad lauandum se: & prosiliit piscis è flumine, & voluit deuorare puerum.*
Quem expauescens Tobias clamauit voce magna, dicens: Domine inuadit me.	3	
Et dixit ei Angelus: Apprehende branchiam eius, & trahe eum ad te. Quod cum fecisset, attraxit eum in siccum, & palpitare cœpit ante pedes eius.	4	*Angelus autem dixit ei: Apprehende piscem. Et tenuit piscem puer, & proiecit eum super terram.*
Tunc dixit ei Angelus: Exentera hunc piscem, & cor eius, & fel, & iecur repone tibi: sunt enim hæc necessaria ad medicamenta vtiliter.	5	*Et dixit ei Angelus: Incide piscem, & sumens cor, & iecur, & fel, repone tuto.*
Quod cum fecisset, assauit carnes eius & secum tulerunt in via: cætera salierunt, quæ sufficerent eis, quousque peruenirent in Rages ciuitatem Medorum.	6	*Et fecit puer, sicut dixit ei Angelus. Piscem autem assantes comederunt. Et pergebant vtrique: donec appropinquauerunt in Ecbatana.*
Tunc interrogauit Tobias Angelum, & dixit ei: Obsecro te Azaria frater, vt dicas mihi quod remedium habebunt ista, quæ de pisce seruare iussisti.	7	*Et dixit puer Angelo: Azaria frater, quid est cor, & iecur, & fel piscis?*
Et respondens Angelus, dixit ei: Cordis eius particulam si super carbones ponas, fumus eius extricat omne genus dæmoniorum, siue à viro, siue à muliere, ita vt vltra non accedat ad eos.	8	*Et dixit ei: Cor, & iecur, si quem turbauerit dæmonium, vel spiritus malignus, hæc oportet suffire coram homine, vel muliere: & non vltra turbabitur.*
Et fel valet ad vngendos oculos, in quibus fuerit albugo, & sanabuntur.	9	*Fel autem, vnge hominem, qui habet allugines in oculo, & sanabitur.*
Et dixit ei Tobias: Vbi vis, vt maneamus?	10	*Vt autem appropinquauerunt Rage;*
Respondensque Angelus, ait: Est hic Raguel nomine, vir propinquus de tribu tua, & hic habet filiam nomine Saram, sed neque masculum, neque fœminam vllam habet aliam præter eam.	11	*Dixit Angelus puero: Frater, hodie manebimus apud Raguel, & ipse cognatus tuus est, & est ei filia nomine Sara.*
* Tibi debetur omnis substantia eius, & oportet eam te accipere coniugem.	12	*Loquar de ea, vt ipsa detur tibi in vxorem, & quoniam ad te pertinet hæreditas eius, & tu solus es de genere eius, & puella pulchra, & prudens est.*
Pete ergo eam à patre eius, & dabit tibi eam in vxorem.	13	*Et nunc audi me, & loquar patri eius: &, quando reuertemur è Ragis, faciemus nuptias: quoniam noui Raguel, quia non dabit eam viro alteri iuxta legem Moysi, vel reus erit mortis. quoniam hæreditatem tibi conuenit accipere, quam omnem hominem.*
Tunc respondit Tobias, & dixit: Audio quia tradita est septem viris, & mortui sunt: sed & hoc audiui, quia dæmonium occidit illos.	14	*Tunc dixit puer Angelo: Azaria frater, audiui ego puellam datam esse septem viris, & omnes in nuptiali thalamo perijsse.*

* Inf. 10.4.

* Nu. 27.8. & 36.8.

* Hic incipit c. 6. in transl. ex Sep. Rom.

Vulgat. Editio.

15 Timeo ergo ne forte & mihi hæc eueniant: &
cum sim vnicus parentibus meis, deponam sene-
ctutem illorum cum tristitia ad inferos.
16 Tunc Angelus Raphael dixit ei: Audi me, & osten-
dam tibi, qui sunt, quibus præualere potest dæmo-
nium.
17 Hi namque qui coniugium ita suscipiunt, vt
Deum à se & à sua mente excludant, & suæ libi-
dini ita vacent, sicut equus, & mulus, quibus non
est intellectus: habet potestatem dæmonium su-
per eos.
18 Tu autem cum acceperis eam, ingressus cubicu-
lum, per tres dies continens esto ab ea, & nihil
aliud nisi orationibus vacabis cum ea.
19 Ipsa autem nocte, incenso iecore piscis, fugabitur
dæmonium.
20 Secunda vero nocte in copulatione sanctorum
patriarcharum admitteris.
21 Tertia autem nocte benedictionem consequeris,
vt filij ex vobis procreentur incolumes.
22 Transacta autem tertia nocte, accipies virginem
cum timore Domini, amore filiorum magis quam
libidine ductus, vt in semine Abrahæ benedictio-
nem in filiis consequaris.

CAP. VII.

1 Ingressi sunt autem ad Raguelem, & suscepit eos
Raguel cum gaudio.
2 Intuensque Tobiam Raguel, dixit Annæ vxori
suæ: Quam similis est iuuenis iste consobrino meo?
3 Et cum hæc dixisset, ait: Vnde estis iuuenes fra-
tres nostri? At illi dixerunt: Ex tribu Nephthali
sumus, ex captiuitate Niniue.
4 Dixitque illis Raguel: Nostis Tobiam fratrem
meum? Qui dixerunt: Nouimus.
5 Cumque multa bona loqueretur de eo, dixit An-
gelus ad Raguelem: Tobias, de quo interrogas, pater
istius est.
6 Et misit se Raguel, & cum lachrymis osculatus
est eum, & plorans supra collum eius,
7 Dixit: Benedictio sit tibi fili mi, quia boni, & op-
timi viri filius es.
8 Et Anna vxor eius, & Sara ipsorum filia lachry-
matæ sunt.
9 Postquam autem locuti sunt, præcepit Raguel
occidi arietem, & parari conuiuium. Cumque hor-
taretur eos discumbere ad prandium,
10 Tobias dixit: Hic ego hodie non manducabo, ne-
que bibam, nisi prius petitionem meam confirmes,
& promittas mihi dare Saram filiam tuam.
11 Quo audito verbo Raguel, expauit, sciens quid
euenerit illis septem viris, qui ingressi sunt ad
eam: & timere cœpit ne forte, & huic similiter con-
tingeret: & cum nutaret, & non daret petenti vllum
responsum,
12 Dixit ei Angelus: Noli timere dare eam isti, quo-
niam huic timenti Deum debetur coniux filia tua:
propterea alius non potuit habere illam.
13 Tunc dixit Raguel: Non dubito quod Deus
preces, & lachrymas meas in conspectu suo ad-
miserit.
14 * Et credo quoniam ideo fecit vos venire ad me,
vt ista coniungeretur cognationi suæ ★ secundum
legem Moysi: & nunc noli dubium gerere, quod ti-
bi eam tradam.

* Nu. 36.6.

Transl. ex Septuag.

15 *Et nunc ego solus sum patri: & timeo, ne ingressus*
moriar, sicut & priores: quoniam dæmonium diligit eam;
quod non nocet cuiquam, nisi accedentibus ad eam. Et
16 *nunc ego timeo, ne moriar, & deducam vitam patris mei,*
& matris meæ cum dolore super me in sepulturam ipso-
rum: & filius alius non est eis qui sepeliet eos. Dixit au-
17 *tem ei Angelus: Non meministi verborum, quæ mandauit*
tibi pater tuus, super accipiendo te vxorem de genere
tuo? Et nunc audi me frater: quoniam tibi erit in vxo-
rem: & dæmonij nullam rationem habe: quoniam nocte
hac dabitur tibi hæc ipsa in vxorem. Et, si ingressus fue-
18 *ris in thalamum; sumes cinerem thymiamatum, & su-*
perpones de corde, & iecore piscis; & facies fumigare: &
olfaciet dæmonium, & fugiet, & non redibit iterum in
19 *sæculum sæculi.*

20 *Quando autem accedes ad eam; surgite vtrique, &*
clamate ad misericordem Deum, & saluabit vos, & mi-
21 *serebitur. Ne timeas, quoniam tibi hæc parata fuit à*
sæculo: & tu ipsam saluabis, & ibit tecum: & existimo,
22 *quia tibi erunt ex ea filij. Et, vt audiuit Tobias hæc; di-*
lexit eam, & anima ipsius adhæsit valde ei. Et venit in
Ecbatana.

Textus huius transl. adeo differt à nostra vulgata, vt numeris respondentib. minime comparare possint.

CAP. VII.

1 *ET aduenit in domum Raguel. Et Sarra vero occurrit*
ei, & salutauit eum, & ipse eos. Et introduxit eos in
domum.
2 *Et dixit Raguel Ednæ vxori suæ: Quam similis ado-*
lescens Tobit consobrino meo?
3 *Et interrogauit eos Raguel: Vnde estis fratres? Et di-*
xerunt ei: De filiis Nephthali captiuorum in Niniue.
4 *Et dixit eis: Noscitis Tobit fratrem nostrum? At illi*
dixerunt: Noscimus. Et dixit eis: Valet? At illi dixerunt:
Et viuit, & valet.
5 *Et dixit Tobias: Pater meus est.*
6 *Et prosilijt Raguel: & deosculatus est eum, & plora-*
uit.
7 *Et benedixit eum, & dixit ei: Honesti, & boni homi-*
nis filius. Et audiens, quia Tobit amisit oculos suos; tri-
status est, & plorauit.
8 *Et Edna vxor eius, & Sarra filia eius plorauerunt:*
9 *Et susceperunt eos prompte: & immolauerunt arietem*
ouium, & apposuerunt obsonia plura.
10 *Dixit autem Tobias ad Raguel: Azarias frater loque-*
re, de quibus dicebas in itinere, & perficiatur negocium.
Et communicauit verbum ipsi Raguel.
11 *Et dixit Raguel ad Tobiam: Comede, & bibe, & iu-*
cunde esto: tibi enim conuenit filiolam meam accipere:
verumtamen indicabo tibi veritatem. Dedi filiolam
meam septem viris; & simulatque ingrediebantur ad
eam, moriebantur sub noctem. Sed in præsentia iucunde
12 *esto. Et dixit Tobias: Non gustabo quicquam hic, quo-*
adusque stetis, & statuatis ante me. Et dixit Raguel: Duc
illam ex nunc iuxta iudicium: tu vero frater ei illius,
13 *& ipsa tua est. Misericors autem Deus prosperabit vobis*
optima.
14

Difficile possunt numeris ista connecti textui nostræ vulgatæ.

Vulgat. Editio.

15 Et apprehendens dexteram filiæ suæ, dextræ Tobiæ tradidit, dicens: Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob vobiscum sit, & ipse coniungat vos, impleatque benedictionem suam in vobis.

16 Et accepta charta fecerunt conscriptionem coniugij.

17 Et post hæc epulati sunt, benedicentes Deum.

18 Vocauitque Raguel ad se Annam vxorem suam, & præcepit ei, vt præpararet alterum cubiculum.

19 Et introduxit illuc Saram filiam suam, & lachrymata est.

20 Dixitque ei: Forti animo esto filia mea: Dominus cœli det tibi gaudium pro tædio, quod perpessa es.

CAP. VIII.

1 POstquam vero cœnauerunt, introduxerunt iuuenem ad eam.

2 Recordatus itaque Tobias sermonum Angeli, protulit de cassidili suo partem iecoris, posuitque eam super carbones viuos.

3 Tunc Raphael Angelus apprehendit dæmonium, & religauit illud in deserto superioris Ægypti.

4 Tunc hortatus est virginem Tobias, dixitque ei: Sara, exurge, & deprecemur Deum hodie, & cras, & secundum cras: quia his tribus noctibus Deo iungimur, tertia autem transacta nocte, in nostro erimus coniugio.

5 Filij quippe sanctorum sumus, & non possumus ita coniungi sicut gentes, quæ ignorant Deum.

6 Surgentes autem pariter, instanter orabant ambo simul, vt sanitas daretur eis.

7 Dixitque Tobias: Domine Deus patrum nostrorum, benedicant te cæli, & terræ, mareque & fontes, & flumina, & omnes creaturæ tuæ, quæ in eis sunt.

8 * Tu fecisti Adam de limo terræ, dedistique ei adiutorium Heuam.

* Gen. 2. 7.

9 Et nunc Domine tu scis, quia non luxuriæ causa accipio sororem meam coniugem, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in sæcula sæculorum.

10 Dixit quoque Sara: Miserere nobis Domine, miserere nobis, & consenescamus ambo pariter sani.

11 Et factum est circa pullorum cantum, accersiri iussit Raguel seruos suos, & abierunt cum eo pariter, vt foderent sepulchrum.

12 Dicebat enim: ne forte simili modo euenerit ei, quo & cæteris illis septem viris, qui sunt ingressi ad eam.

13 Cumque parassent fossam, reuersus Raguel ad vxorem suam, dixit ei:

14 Mitte vnam ex ancillis tuis, & videat si mortuus est, vt sepeliam eum antequam illucescat dies.

15 At illa misit vnam ex ancillis suis. Quæ ingressa cubiculum, reperit eos saluos, & incolumes, secum pariter dormientes.

16 Et reuersa, nunciauit bonum nuncium: & benedixerunt Dominum, Raguel videlicet & Anna vxor eius,

17 Et dixerunt: Benedicimus te Domine Deus Israel, quia non contigit quemadmodum putabamus.

Fecisti

Transl. ex Septuag.

15 *Et vocauit Sarram filiam suam, & sumens manum eius tradidit eam Tobiæ vxorem: & dixit: Ecce iuxta legem Moysi duc eam, & adduc ad patrem tuum. Et benedixit eos. Et vocauit Ednam vxorem suam:*

16 *Et sumens librum, scripsit syngrapham, & obsignauit.*

17 *Et cœperunt comedere.*

18 *Et vocauit Raguel Ednam vxorem suam, & dixit ei: Soror para alterum thalamum, & introduc eam. Et fecit sicut dixit:*

19 *Et introduxit eam illuc, & plorauit: & suscepit lachrymas filiæ suæ.*

20 *Et dixit ei: Confide filia, Dominus cœli, & terræ det tibi gratiam pro tristitia tua hac. Confide filia.*

CAP. VIII.

1 *POstquam vero consummauerunt cœnantes; introduxerunt Tobiam ad eam.*

2 *Ille autem vadens recordatus est verborum Raphael, & sumpsit cinerem thymiamatum, & superposuit cor piscis, & iecur, & fecit fumigare.*

3 *Quando autem olfecit dæmonium odorem; fugit in superiora Aegypti: & ligauit ipsum Angelus.*

4 *Vt autem clausi sunt vtrique, surrexit Tobias de lecto, & dixit: Surge soror, & deprecemur, vt misereatur nostri Dominus.*

5

6

7 *Et cœpit Tobias dicere: Benedictus es Deus patrum nostrorum, & benedictum nomen tuum sanctum, & honoratum in sæcula. Benedicant te cœli, & omnes creaturæ eius.*

8 *Tu fecisti Adam, & dedisti ei adiutricem Euam firmamentum vxorem eius. Ex his natum est hominum semen. Tu dixisti non bonum esse hominem solum, faciamus ei adiutricem similem ei.*

9 *Et nunc Domine non propter fornicationem ego accipio sororem meam hanc, sed super veritatem.*

10 *Præcipe misereri mei, & ei consenescere. Et dixit secum, Amen. Et dormierunt vtrique nocte.*

11 *Et surgens Raguel iuit, & effodit sepulchrum,*

12

13 *Et venit Raguel in domum suam, & dixit Ednæ vxori suæ.*

14 *Mitte vnam ancillarum, & videant, si viuit: si autem non, vt sepeliamus eum, & nemo sciat.*

15 *Et intrauit ancilla aperiens ianuam, & inuenit ambos dormientes:*

16 *Et egressa annunciauit eis, quia viuit. Et benedixit Raguel Deum,*

17 *Dicens: Benedictus es tu Deus in omni benedictione munda, & sancta, & benedicant te sancti tui, & omnes creaturæ tuæ, & omnes Angeli tui, & electi tui: benedicant te in sæcula.*

Benedictus

Vulgat. Editio.

18 Fecisti enim nobiscum misericordiam tuam, & exclusisti à nobis inimicum persequentem nos.

19 Misertus es autem duobus vnicis. Fac eos Domine plenius benedicere te: & sacrificium tibi laudis tuæ, & suæ sanitatis offerre, vt cognoscat vniuersitas gentium, quia tu es Deus solus in vniuersa terra.

20 Statimque præcepit seruis suis Raguel, vt replerent fossam, quam fecerunt priusquam elucesceret.

21 Vxori autem suæ dixit, vt instrueret conuiuium, & præpararet omnia, quæ in cibos erant iter agentibus necessaria.

22 Duas quoque pingues vaccas, & quatuor arietes occidi fecit, & parari epulas omnibus vicinis suis, cunctisque amicis.

23 Et adiurauit Raguel Tobiam, vt duas hebdomadas moraretur apud se.

24 De omnibus autem, quæ possidebat Raguel, dimidiam partem dedit Tobiæ, & fecit scripturam, vt pars dimidia, quæ supererat post obitum eorum Tobiæ dominio deueniret.

CAP. IX.

1 TVnc vocauit Tobias Angelum ad se, quem quidem hominem existimabat, dixitque ei: Azaria frater, peto vt ausc ultes verba mea.

2 Si me ipsum tradam tibi seruum, non ero condignus prouidentiæ tuæ.

3 Tamen obsecro te, vt assumas tibi animalia, siue seruitia, & vadas ad Gabelum in Rages ciuitatem Medorum: reddasque ei chirographum suum: & recipias ab eo pecuniam, & roges eum venire ad nuptias meas.

4 Scis enim ipse quoniam numerat pater meus dies: & si tardauero vna die plus, contristatur anima eius.

5 Et certe vides quomodo adiurauit me Raguel, cuius adiuramentum spernere non possum.

6 Tunc Raphael assumens quatuor ex seruis Raguelis, & duos camelos, in Rages ciuitatem Medorum perrexit: & inueniens Gabelum, reddidit ei chirographum suum, & recepit ab eo omnem pecuniam.

7 Indicauitque ei de Tobia filio Tobiæ, omnia quæ gesta sunt: fecitque eum secum venire ad nuptias,

8 Cumque ingressus esset domum Raguelis, inuenit Tobiam discumbentem: & exiliens, osculati sunt se inuicem: & fleuit Gabelus, benedixitque Deum,

9 Et dixit: Benedicat te Deus Israel, quia filius es optimi viri, & iusti, & timentis Deum, & eleemosynas facientis:

10 Et dicatur benedictio super vxorem tuam, & super parentes vestros:

11 Et videatis filios vestros: & filios filiorum vestrorum, vsque in tertiam, & quartam generationem: & sit semen vestrum benedictum à Deo Israel, qui regnat in sæcula sæculorum.

12 Cumque omnes dixissent, Amen, accesserunt ad conuiuium: sed & cum timore Domini nuptiarum conuiuium exercebant.

Transl. ex Septuag.

18 *Benedictus es, quoniam lætificasti me, & non factum est mihi sicut suspicabar, sed secundum multam misericordiam tuam fecisti nobiscum.*

19 *Benedictus es, quoniam misertus es duorum vnigenitorum: fac eis Domine misericordiam, consumma vitam eorum in sanitate cum lætitia, & misericordia.*

20 *Iussit autem famulos exaggerare sepulchrum,*

21 *Et fecit eis nuptias diebus quattuordecim.*

22

23 *Et dixit ei Raguel, antequam consummarentur dies nuptiarum, cum iuramento non exire eum, nisi impleti fuerint quattuordecim dies nuptiarum.*

24 *Et tunc accipientem dimidium substantiæ eius ire cum sanitate ad patrem, & reliqua, cum mortuus fuero, & vxor mea.*

CAP. IX

1 *ET vocauit Tobias Raphael, & dixit ei: Azaria frater.*

2

3 *Sume tecum puerum, & duos camelos, & vade in Ragis Mediæ ad Gabael, & affer mihi argentum, & ipsum adduc mihi ad nuptias,*

4 *5. Quoniam iurauit Raguel non exire me:*

5 *4. Et pater meus numerat dies: ac si tardauero valde, tristabitur nimis.*

6 *Et iuit Raphael, & mansit apud Gabael, & dedit ei Chirographum. Ille autem protulit arculas in sigillis, & dedit ei.*

7 *Et diluculo surrexerunt vna, & venerunt ad nuptias. Et benedixit Tobias vxorem suam.*

8

(∴)

9

(∴)

10

11

(∴)

12

(∴)

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. X.

1 CVm vero moras faceret Tobias, causa nuptia-
rum, solicitus erat pater eius Tobias, dicens.
Putas quare moratur filius meus, aut quare deten-
tus est ibi?
2 Putasne Gabelus mortuus est, & nemo reddet illi
pecuniam?
3 Cœpit autem contristari nimis ipse & Anna
vxor eius cum eo: & cœperunt ambo simul flere: eo
quod die statuto minime reuerteretur filius eorum
ad eos.
4 Flebat igitur mater eius irremediabilibus la-
chrymis, atque dicebat: Heu heu me fili mi, vt quid
te misimus peregrinari, lumen oculorum nostro-
rum, baculum senectutis nostræ, solatium vitæ no-
stræ, spem posteritatis nostræ?
5 Omnia simul in te vno habentes, te non debui-
mus dimittere à nobis.
6 Cui dicebat Tobias: Tace, & noli turbari, sanus
est filius noster: satis fidelis est vir ille, cum quo mi-
simus eum.
7 Illa autem nullo modo consolari poterat, sed
quotidie exiliens circumspiciebat, & circuibat vias
omnes, per quas spes remeandi videbatur, vt pro-
cul videret eum, si fieri posset, venientem.
8 At vero Raguel dicebat ad generum suum: Mane
hic, & ego mittam nuncium salutis de te ad To-
biam patrem tuum.
9 Cui Tobias ait: Ego noui, quia pater meus, & ma-
ter mea modo dies computant, & cruciatur spiritus
eorum in ipsis.
10 Cumque verbis multis rogaret Raguel Tobiam,
& ille eum nulla ratione vellet audire, tradidit ei
Saram, & dimidiam partem omnis substantiæ suæ
in pueris, in puellis, in pecudibus, in camelis, & in
vaccis, & in pecunia multa: & saluum, atque gau-
dentem dimisit eum à se.
11 Dicens: Angelus Domini sanctus sit in itinere
vestro, perducatque vos incolumes, & inueniatis
omnia recte circa parentes vestros, & videant oculi
mei filios vestros priusquam moriar.
12 Et apprehendentes parentes filiam suam, oscula-
ti sunt eam, & dimiserunt ire:
13 Monentes eam honorare soceros, diligere mari-
tum, regere familiam, gubernare domum, & seip-
sam irreprehensibilem exhibere.

CAP. XI.

1 CVmque reuerterentur, peruenerunt ad Charan,
quæ est in medio itinere contra Niniuen, vnde-
cimo die.
2 Dixitque Angelus: Tobia frater, scis quemadmo-
dum reliquisti patrem tuum.
3 Si placet itaque tibi, præcedamus, & lento gradu
sequantur iter nostrum familia, simul cum coniu-
ge tua, & cum animalibus.
4 Cumque hoc placuisset, vt irent, dixit Raphael
ad Tobiam: Tolle tecum ex felle piscis: erit enim
necessarium. Tulit itaque Tobias ex felle illo, &
abierunt.

Transl. ex Septuag.

CAP. X.

*ET Tobit pater eius computabat vnumquemque diem.
Et postquam completi sunt dies itineris, & non ve-
niebat, dixit: Nunquid forte confusi fuerunt?*

*Aut, nunquid forte mortuus est Gabael, & nemo ei
dat argentum?*

*Et tristabatur nimis. Dixit autem ei vxor: Perijt puer,
quandoquidem tardauit.*

*Et cœpit flere eum, & dixit: Non mihi curæ est fili,
quia dimisi te lumen oculorum meorum?*

(∴) (∴)

Et Tobit dicit ad eam: Tace, ne solicita sis, valet.

*Et dixit ei: Tace, ne decipias me, perijt puer meus. Et
ibat per diem ad viam foras, qua abierat. Ac diebus pa-
nem non comedebat, & noctibus non intermittebat flens
Tobiam filium suum; quoadusque consummati sunt
quattuordecim dies nuptiarum, quos iurauerat Raguel
facere eum ibi. Dixit autem Tobias Raguel: Dimitte me,
quoniam pater meus, & mater mea non vltra sperant
aspicere me.*

*Dixit autem ei socer: Mane apud me: & ego mittam
ad patrem tuum, & indicabunt ei, quæ circa te.*

Et Tobias dicit: Dimitte me ad patrem meum.

*Surgens autem Raguel dedit ei Sarram vxorem eius,
& dimidium substantiæ, corpora, & pecora, & argen-
tum. & benedicens eos dimisit, dicens: Prosperabit vos
filij deus cœli priusquam ego moriar. Et dixit filiæ suæ:
Honora soceros tuos: ipsi nunc parentes tui sunt: au-
diam de te auditionem bonam. Et osculatus est eam.*

*Et Edna dixit ad Tobiam: Frater dilecte, restituat te
Dominus cœli, & det mihi videre tuos filios ex Sarra
filia mea, vt læter in conspectu Domini. Et ecce depono
apud te filiam meam in deposito: & ne contristes eam.
Post hæc ibat, & Tobias benedicens Deum, quia prospera-
uerat viam ipsius: & benedicebat Raguel, & Ednam
vxorem eius. Et ibat, quoadusque appropinquarunt ipsi
in Niniuen.*

CAP. XI.

*Et dixit Raphael ad Tobiam: Non cognoscis frater
quomodo dimisisti patrem tuum?*

*Præcurramus ante vxorem tuam, & paremus domum.
Sume autem ad manum fel piscis.*

Et ierunt, & simul venit canis post eos.

Vulgat. Editio.

5 Anna autem sedebat secus viam, quotidie in supercilio montis, vnde respicere poterat de longinquo.
6 Et dum ex eodem loco specularetur aduentum eius, vidit à longe, & illico agnouit venientem filium suum: currensque nunciauit viro suo, dicens: Ecce venit filius tuus.
7 Dixitque Raphael ad Tobiam: At vbi introieris domum tuam, statim adora Dominum Deum tuum: & gratias agens ei, accede ad patrem tuum, & osculare eum,
8 Statimque lini super oculos eius ex felle isto piscis, quod portas tecum. scias enim quoniam mox aperientur oculi eius, & videbit pater tuus lumen cæli, & in aspectu tuo gaudebit.
9 Tunc præcucurrit canis, qui simul fuerat in via: & quasi nuncius adueniens, blandimento suæ caudæ gaudebat.
10 Et consurgens cæcus pater eius, cœpit offendens pedibus currere: & data manu puero, occurrit obuiam filio suo.
11 Et suscipiens osculatus est eum cum vxore sua, & cœperunt ambo flere præ gaudio.
12 Cumque adorassent Deum, & gratias egissent, consederunt.
13 Tunc sumens Tobias de felle piscis, liniuit oculos patris sui.
14 Et sustinuit quasi dimidiam fere horam: & cœpit albugo ex oculis eius, quasi membrana oui, egredi.
15 Quam apprehendens Tobias traxit ab oculis eius, statimque visum recepit.
16 Et glorificabant Deum, ipse videlicet, & vxor eius, & omnes qui sciebant eum.
17 Dicebatque Tobias: Benedico te Domine Deus Israel quia tu castigasti me, & tu saluasti me: & ecce ego video Tobiam filium meum.
18 Ingressa est etiam post septem dies Sara vxor filij eius, & omnis familia sana, & pecora, & cameli, & pecunia multa vxoris: sed & illa pecunia, quam receperat à Gabelo:
19 Et narrauit parentibus suis omnia beneficia Dei, quæ fecisset circa eum per hominem, qui eum duxerat.
20 Veneruntque Achior, & Nabath consobrini Tobiæ, gaudentes ad Tobiam, & congratulantes ei de omnibus bonis, quæ circa illum ostenderat Deus.
21 Et per septem dies epulantes, omnes cum gaudio magno gauisi sunt.

Transl. ex Septuag.

Et Anna sedebat circumspectans in viam puerum suum:

Et prospexit eum venientem, & dixit patri eius: Ecce filius tuus venit, & homo, qui iuit cum eo.

Et Raphael dixit: Scio ego, quia aperiet oculos pater tuus: Tu vnge fel in oculos eius: & crosus deteret & abiiciet albugines, & videbit te. Et accurrens Anna irruit super collum filij sui, & dixit ei: Vidi te fili, ex nunc moriar. Et plorauerunt vtrique.

Et Tobit exibat ad ianuam, & prolapsus est. Filius autem eius accurrens ei, & apprehendit patrem suum.

Et inspersit fel super oculos patris sui, dicens: Confide pater.

Et autem erosi sunt, detriuit oculos suos, & desquamata sunt ab angulis oculorum eius albugines.

Et videns filium suum procidit super collum eius, & plorauit.

Et dixit: Benedictus es Deus, & benedictum nomen tuum in sæcula, & benedicti omnes sancti tui Angeli; quoniam flagellasti, & misertus es mei: Ecce video Tobiam filium meum. Et intrauit filius eius gaudens, & annunciauit patri suo magnalia facta sibi in Media. Et exiuit Tobit in obuiam nurui suæ gaudens, & benedicens Deum, ad portam Nineue. Et mirabantur spectantes eum euntem, quia vidit. Et Tobit confitebatur coram eo, quia misertus est ipsorum Deus. Et vt appropinquauit Tobit nurui suæ, benedixit eam, dicens: Venias Sarra filia. Benedictus Deus, qui adduxit te ad nos, & pater tuus & mater tua. Et factum est gaudium omnibus, qui in Nineue, fratribus eius.

Et aduenit Achiacharus, & Nasbas filius fratris ipsius:

Et facta sunt nuptiæ Tobiæ cum lætitia diebus septem.

CAP. XII.

1 TVnc vocauit ad se Tobias filium suum, dixitque ei: Quid possumus dare viro isti sancto, qui venit tecum?
2 Respondens Tobias, dixit patri suo: Pater, quam mercedem dabimus ei? aut quid dignum poterit esse beneficiis eius?
3 Me duxit & reduxit sanum, pecuniam à Gabelo ipse recepit, vxorem ipse me habere fecit, & dæmonium ab ea ipse compescuit, gaudium parentibus eius fecit, meipsum à deuoratione piscis eripuit, te quoque videre fecit lumen cœli, & bonis omnibus per eum repleti sumus. Quid illi ad hæc poterimus dignum dare?

CAP. XII.

ET vocauit Tobit Tobiam filium suum, & dixit ei: Vide fili mercedem homini, qui venit vnà tecum: & adijcere ei oportet.

Et dixit: Pater non lædor dans ei dimidium eorum, quæ attuli:

Quoniam me tibi reduxit sanum, & vxorem meam curauit, & argentum mecum attulit, & te similiter curauit. Et dixit senex: Iustè fit ei.

Vulgat. Editio.		Transl. ex Septuag.
Sed peto te pater mi, vt roges eum, si forte dignabitur medietatem de omnibus, quæ allata sunt, sibi assumere.	4	
Et vocantes eum, pater scilicet, & filius, tulerunt eum in partem: & rogare cœperunt, vt dignaretur dimidiam partem omnium, quæ attulerant, acceptam habere.	5	*Et vocauit Angelum, & dixit ei: Accipe dimidium omnium, quæ attulistis, & abduc sanus.*
Tunc dixit eis occulte: Benedicite Deum cœli, & coram omnibus viuentibus confitemini ei, quia fecit vobiscum misericordiam suam.	6	*Tunc vocans ambos clam, dixit eis: Benedicite Deum, & ei confitemini, & magnificentiam date ei: & confitemini ei coram omnibus viuentibus, pro ijs, quæ fecit vobiscum.*
Etenim sacramentum regis abscondere bonum est: opera autem Dei reuelare, & confiteri honorificum est.	7	*Bonum est benedicere Deum, & exaltare nomen eius, verba operum Dei honorifice demonstrantes: & ne pigritis confiteri ei. Mysterium regis bonum est occultare, opera autem Dei reuelare honorifice. Bonum facite: & malum non inueniet vos.*
Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna magis quam thesauros auri recondere:	8	*Bonum oratio cum ieiunio, & eleemosyna, & iustitia. Bonum est paucum cum iustitia, quam multum cum iniustitia. Bonum facere eleemosynam, quam thesaurizare aurum.*
Quoniam eleemosyna à morte liberat, & ipsa est, quæ purgat peccata, & facit inuenire misericordiam, & vitam æternam.	9	*Eleemosyna enim à morte liberat: & ipsa emundat omne peccatum. Facientes eleemosynas, & iustitias, implebuntur vita:*
Qui autem faciunt peccatum, & iniquitatem, hostes sunt animæ suæ.	10	*Peccantes autem, sunt hostes suæ ipsorum vitæ.*
Manifesto ergo vobis veritatem, & non abscondam à vobis occultum sermonem.	11	*Non occultabo à vobis omne verbum. Dixi iam: mysterium regis occultare bonum, opera autem Dei reuelare honorifice.*
Quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino.	12	*Et nunc, quando orasti tu, & nurus tua Sarra; ego obtuli memoriale orationis vestræ coram sancto: & quando sepeliebas mortuos, similiter aderam tibi: &, quando non piger eras surgere, & relinquere prandium tuum, vt abiens operires mortuum, non latuisti me benefaciens, sed tecum fui.*
Et quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt tentatio probaret te.	13	
Et nunc misit me Dominus, vt curarem te, & Saram vxorem filij tui à dæmonio liberarem.	14	*Et nunc misit me Deus sanare te, & nurum tuam Sarram.*
Ego enim sum Raphael Angelus, vnus ex septem, qui astamus ante Dominum.	15	*Ego sum Raphael vnus ex septem sanctis Angelis, qui offerunt orationes sanctorum, & ingrediuntur in conspectu gloriæ sancti.*
Cumque hæc audissent, turbati sunt, & trementes ceciderunt super terram in faciem suam.	16	*Et turbati sunt ambo, & ceciderunt in faciem, quoniam timuerunt.*
Dixitque eis Angelus: Pax vobis, nolite timere.	17	*Et dixit eis: Ne timeatis: pax vobis erit.*
Etenim cum essem vobiscum, per voluntatem Dei eram: ipsum benedicite, & cantate illi.	18	*Deum autem benedicite in sæcula: quoniam non meapsius gratia, sed voluntate Dei nostri veni: vnde benedicite eum in sæcula.*
Videbar quidem vobiscum manducare, & bibere: sed ego cibo inuisibili, & potu, qui ab hominibus videri non potest, vtor.	19	*Omnibus diebus apparebam vobis, & non manducabam, neque bibebam: sed visionem vos spectabatis.*
Tempus est ergo vt reuertar ad eum, qui me misit: vos autem benedicite Deum, & narrate omnia mirabilia eius.	20	*Et nunc confitemini Deo; quoniam ascendo ad eum, qui misit me: & scribite omnia, quæ consummata sunt, in libro.*
Et cum hæc dixisset, ab aspectu eorum ablatus est, & vltra eum videre non potuerunt.	21	*Et surrexerunt, & non vltra viderunt eum.*
Tunc prostrati per horas tres in faciem, benedixerunt Deum: & exurgentes narrauerunt omnia mirabilia eius.	22	*Et confitebantur o[illegible]a magna, & mirabilia eius, quomodo apparuerat eis Angelus Domini.*
CAP. XIII.		***CAP. XIII.***
APeriens autem Tobias senior os suum, benedixit Dominum, & dixit: Magnus es Domine in æternum, & in omnia sæcula regnum tuum:	1	*ET Tobit scripsit orationem in exultationem, & dixit: Benedictus Deus viuens in sæcula, & regnum eius:*
* Quoniam tu flagellas, & saluas: deducis ad inferos, & reducis: & non est qui effugiat manum tuam.	2	*Quoniam ipse flagellat, & miseretur, deducit ad infernum, & reducit: & non est, qui effugiat manum eius.*
Confitemini Domino filij Israel, & in conspectu gentium laudate eum:	3	*Confitemini ei filij Israel in conspectu gentium,*

* Deu. 32. 39. 1. Reg. 2. 6. Sap. 16. 13.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.		Transl. ex Septuag.
Quoniam ideo dispersit vos inter gentes, quæ ignorant eum, vt vos enarretis mirabilia eius, & faciatis scire eos, quia non est alius Deus omnipotens præter eum.	4	*Quoniam ipse disseminauit nos in eis. Ibi demonstrate magnificentiam eius: exaltate eum coram omni viuente, sicut ipse Dominus noster, & Deus ipse pater noster in omnia sæcula.*
Ipse castigauit nos propter iniquitates nostras: & ipse saluabit nos propter misericordiam suam.	5	*Et flagellabit nos in iniustitiis nostris: & rursus miserebitur, & congregabit nos ex omnibus gentibus, vbicumque dispersi fueritis in eis. Si reuerteritis ad eum in toto corde vestro, & in tota anima vestra ad faciendum coram eo veritatem; tunc redibit ad vos, & non occultabit faciem suam à vobis:*
Aspicite ergo quæ fecit nobiscum, & cum timore, & tremore confitemini illi: regemque sæculorum exaltate in operibus vestris:	6	*Et videte, quę faciet vobiscum, & confitemini ei in toto ore vestro, & benedicite Dominum iustitiæ, & exaltate regem sæculorum.*
Ego autem in terra captiuitatis meæ confitebor illi: quoniam ostendit maiestatem suam in gentem peccatricem.	7	*Ego in terra captiuitatis meæ confiteor ei, & ostendo fortitudinem; & magnificentiam eius genti peccatorum.*
Conuertimini itaque peccatores, & facite iustitiam coram Deo, credentes quod faciat vobiscum misericordiam suam.	8	*Reuertite peccatores, & facite iustitiam coram eo. Quis scit, si volet vos, & faciet misericordiam vobis?*
Ego autem, & anima mea in eo lætabimur.	9	*Deum meum exalto, & anima mea regi cœli, & exultabit magnificentiam eius.*
Benedicite Dominum omnes electi eius: agite dies lætitiæ, & confitemini illi.	10	*Dicant omnes, & confiteantur ei in Hierosolymis.*
Ierusalem ciuitas Dei, castigauit te Dominus in operibus manuum tuarum.	11	*Hierosolyma ciuitas sancti, flagellabit super opera filiorum tuorum: & rursus miserebitur filiorum iustorum.*
Confitere Domino in bonis tuis, & benedic Deum sæculorum, vt reædificet in te tabernaculum suum, & reuocet ad te omnes captiuos, & gaudeas in omnia sæcula sæculorum.	12	*Confitere Domino bene, & benedic regem sæculorum; vt rursus tabernaculum eius ædificetur in te cum gaudio, & lætificet in te captiuos, & diligat in te miseros in omnes generationes sæculi.*
Luce splendida fulgebis: & omnes fines terræ adorabunt te.	13	
* Isa. 60.5. * Nationes ex longinquo ad te venient: & munera deferentes, adorabunt in te Dominum, & terram tuam in sanctificationem habebunt.	14	*Gentes multæ de longe venient ad nomen Domini Dei munera in manibus habentes, & munera regi cœli.*
Nomen enim magnum inuocabunt in te.	15	*Generationes generationum dabunt tibi exultationem.*
Maledicti erunt qui contempserint te: & condemnati erunt omnes qui blasphemauerint te: benedictique erunt qui ædificauerint te.	16	*Maledicti omnes, qui odio habent te: benedicti erunt omnes diligentes te in sæculum.*
Tu autem lætaberis in filiis tuis, quoniam omnes benedicentur, & congregabuntur ad Dominum.	17	*Gaude, & exulta super filiis iustorum, quoniam congregabuntur, & benedicent Dominum iustorum.*
Beati omnes qui diligunt te, & qui gaudent super pace tua.	18	*O beati, qui diligunt te, gaudebunt in pace tua. Beati, quicumque tristati sunt super omnibus flagellis tuis: quoniam in te gaudebunt, videntes omnem gloriam tuam, & lætabuntur in sæcula.*
Anima mea benedic Dominum, quoniam liberauit Ierusalem ciuitatem suam à cunctis tribulationibus eius, Dominus Deus noster.	19	*Anima mea benedicat Deum regem magnum:*
Beatus ero si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndam claritatem Ierusalem.	20	
* Apoc. 21.18. * Portæ Ierusalem ex sapphiro, & smaragdo ædificabuntur: & ex lapide pretioso omnis circuitus murorum eius.	21	*Quoniam ædificabitur Hierusalem Saphiro, & Smaragdo, & lapide pretioso muri tui, & turres:*
Ex lapide candido, & mundo omnes plateæ eius sternentur: & per vicos eius alleluia cantabitur.	22	*Et propugnacula in auro mundo, & plateæ Hierusalem in beryllo, & carbunculo, & lapide de Suphir sternentur. Et dicent omnes viri eius Alleluia,*
Benedictus Dominus, qui exaltauit eam, & sit regnum eius in sæcula sæculorum super eam. Amen.	23	*Et laudem, dicentes: Benedictus Deus, qui exaltauit omnia sæcula.*
CAP. XIV.		***CAP. XIV.***
ET consummati sunt sermones Tobiæ. Et postquam illuminatus est Tobias, vixit annis quadraginta duobus, & vidit filios nepotum suorum.	1	*ET cessauit confitens Tobit.*
Completis itaque annis centum duobus, sepultus est honorifice in Niniue.	2	

Vulgat. Editio.

3 Quinquaginta namque & sex annorum lumen oculorum amisit, sexagenarius vero recepit.

4 Reliquum vero vitæ suæ in gaudio fuit, & cum bono profectu timoris Dei perrexit in pace.

5 In hora autem mortis suæ vocauit ad se Tobiam filium suum, & septem iuuenes filios eius nepotes suos, dixitque eis:

6 Prope erit interitus Niniue: non enim excidit verbum Domini: & * fratres nostri, qui dispersi sunt à terra Israel, reuertentur ad eam.

I. Esd. 3.

7 Omnis autem deserta terra eius replebitur, & domus Dei, quæ in ea incensa est, iterum reædificabitur: ibique reuertentur omnes timentes Deum,

8 Et relinquent gentes idola sua, & venient in Ierusalem, & inhabitabunt in ea,

9 Et gaudebunt in ea omnes reges terræ, adorantes regem Israel.

10 Audite ergo filij mei patrem vestrum: Seruite Domino in veritate, & inquirite, vt faciatis, quæ placita sunt illi:

11 Et filiis vestris mandate, vt faciant iustitias, & eleemosynas, vt sint memores Dei, & benedicant eum in omni tempore in veritate, & in tota virtute sua.

12 Nunc ergo filij audite me, & nolite manere hic: sed quacumque die sepelieritis matrem vestram circa me in vno sepulchro, ex eo dirigite gressus vestros, vt exeatis hinc:

13 Video enim quia iniquitas eius finem dabit ei.

14 Factum est autem post obitum matris suæ, Tobias abscessit ex Niniue cum vxore sua, & filiis, & filiorum filiis, & reuersus est ad soceros suos.

15 Inuenitque eos incolumes in senectute bona: & curam eorum gessit, & ipse clausit oculos eorum: & omnem hæreditatem domus Raguelis ipse percepit: viditque quintam generationem, filios filiorum suorum.

16 Et completis annis nonagintanouem in timore Domini, cum gaudio sepelierunt eum.

17 Omnis autem cognatio eius, & omnis generatio eius in bona vita, & in sancta conuersatione permansit, ita vt accepti essent tam Deo, quam hominibus, & cunctis habitantibus in terra.

Transl. ex Septuag.

3 *Et erat annorum quinquaginta octo, quando amisit visum: & post annos octo recuperauit visum.*

4 *Et faciebat eleemosynas: & adiecit timere Dominum Deum, & confitebatur ei.*

5 *Magnopere autem senuit: & vocauit filium suum & filios eius, & dixit ei: Fili accipe filios tuos: Ecce senui, & ad exeundum de vita sum.*

6 *Abi in Mediam fili, quoniam credidi, quæcumque locutus est Ionas propheta de Niniue, quia subuertetur: in Media autem erit pax magis vsque ad tempus: & quia fratres nostri in terra dispergentur à bona terra: & Hierosolyma erit deserta, & domus Dei in ea comburetur, & deserta erit vsque ad tempus. Et rursus miserebitur eorum Deus, & reducet eos in terram, & ædificabunt domum, non qualis prior, donec impleantur tempora sæculi.*

7 *Et post hæc reuertentur de captiuitatibus, & ædificabunt Hierusalem honorifice. & domus Dei in ea ædificabitur gloriose, sicut locuti sunt de ea prophetæ.*

8 *Et omnes gentes conuertentur veraciter ad timendum Dominum Deum, & defodient idola sua: & benedicent omnes gentes Dominum. Et populus eius confitebitur Deo: & exaltabit Dominus populum suum:*

9 *Et gaudebunt omnes, qui diligunt Dominum Deum in veritate, & iustitia, facientes misericordiam fratribus nostris.*

10 *Et nunc fili discede à Niniue; quoniam omnino erunt, quæ*
locutus est propheta Ionas. Tu autem serua legem, & præ-
cepta, & esto amator misericordiæ, & iustus, vt tibi bene
11 *sit. Et sepeli me honeste, & matrem tuam mecum, &*
non vltra maneatis in Niniue. Fili vide, quid fecit
Aman Achiacharo, qui nutrierat eum, quomodo e luce
adduxit eum in tenebras, & quæcumque retribuit ei. Et
12 *Achiacharum quidem saluauit: illi autem retributio*
retributa est, & ipse descendit in tenebras. Manasses fecit
misericordiam, & saluatus est de laqueo mortis, quem
fixerat ei. Aman autem incidit in laqueum, & periit. Et
13 *nunc filij videte, quid eleemosyna facit, & iustitia libe-*
14 *rat. Et hæc ipso dicente, defecit anima eius super lectum.*
Erat autem annorum centum quinquaginta octo: & se-
pelierunt eum gloriose. Et quando mortua est Anna, se-
15 *peliuit eam cum patre suo. Discessit autem Tobias cum*
vxore sua, & filijs suis in Ecbatana ad Raguel socerum
suum. Et senuit honorifice. Et sepeliuit soceros suos glo-
riose, & hereditauit substantiam eorum & Tobis patris
sui. Et mortuus est annorum centum viginti septem in
16 *Ecbatanis Mediæ. Et audiuit, priusquam ipse moreretur,*
perditionem Niniue, quam captiuauit Nabuchodonosor,
17 *& Asyeros: & gauisus est, antequam moreretur, super*
Niniue.

FINIS LIBRI TOBIÆ.

Digitized by Google

LIBRI IVDITH.

VVLGATA EDITIO.

CAPVT PRIMVM.

1 ARphaxad itaque, rex Medorum, subiugauerat multas gentes imperio suo, & ipse ædificauit ciuitatem potentissimam, quam appellauit Ecbatanis,

2 Ex lapidibus quadratis, & sectis: fecit muros eius in latitudinem cubitorum septuaginta, & in altitudinem cubitorum triginta, turres vero eius posuit in altitudinem cubitorum centum.

3 Per quadrum vero earum latus vtrumque vicenorum pedum spatio tendebatur, posuitque portas eius in altitudinem turrium:

4 Et gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui, & in gloria quadrigarum suarum.

5 Anno igitur duodecimo regni sui: Nabuchodonosor rex Assyriorum, qui regnabat in Niniue ciuitate magna, pugnauit contra Arphaxad, & obtinuit eum

6 In campo magno, qui appellatur Ragau, circa Euphratem, & Tigrin, & Iadason in campo Erioch regis Elicorum.

7 Tunc exaltatum est regnum Nabuchodonosor, & cor eius eleuatum est: & misit ad omnes, qui habitabant in Cilicia, & Damasco, & Libano,

8 Et ad gentes, quæ sunt in Carmelo, & Cedar, & inhabitantes Galilæam in campo magno Esdrelon,

9 Et ad omnes qui erant in Samaria, & trans flumen Iordanem vsque ad Ierusalem, & omnem terram Iessæ quousque perueniatur ad terminos Aethiopiæ.

10 Ad hos omnes misit nuncios Nabuchodonosor rex Assyriorum:

11 Qui omnes vno animo contradixerunt, & remiserunt eos vacuos, & sine honore abiecerunt.

LIBRI IVDITH.

TRANSLATIO EX SEPTVAGINTA.

CAPVT PRIMVM.

1 A*NNO duodecimo regni Nabuchodonosor, qui*
regnauit super Assyrios in Niniue, ciuitate
magna, in diebus Arphaxad, qui regnauit
super Medos in Ecbatanis, & ædificauit super Ecbatana,

2 *Et in circuitu muros ex lapidibus sectis, in*
latitudine, cubitorum trium, & in longitudine,
cubitorum sex: & fecit altitudinem muri, cubitorum septuaginta, & latitudinem eius, cubi-
torum quinquaginta: & turres eius statuit super
3 *portas illius cubitorum centum: & latitudinem eius*
fundauit in cubitis sexaginta: & fecit portas eius
portas suscitatas in altitudinem cubitorum septua-
ginta, & latitudinem earum cubitos quadraginta ad
4 *exitus exercituum potentium ipsius, & ordines pedi-*
tum ipsius.

5 *Et fecit bellum in diebus illis rex Nabucho-*
donosor aduersus regem Arphaxad in campo ma-
gno: hic est in finibus Ragay. Et concurre-
runt ad eum omnes habitantes montanam, &
omnes habitantes Euphratem, & Tigrim, & Ay-
daspem, & campo Irioch rex Elymæorum. Et
6 *conuenerunt gentes multæ valde in aciem filio-*
rum Cheleul. Et misit Nabuchodonosor rex Assy-
riorum ad omnes habitantes Persidem, & ad
omnes habitantes ad Occidentem, habitantes Cili-
7 *ciam, & Damascum, Libanum, & Antili-*
banum, & omnes qui habitabant ad faciem
maritimæ, & qui in gentibus Carmeli, &
Galaad, & superiorem Galilæam, & magnum
8 *campum Esdrelom, & omnes, qui in Sama-*
ria, & ciuitatibus eius, & trans Iordanem
vsque Hierusalem, & Betane, & Chellus, &
Cades, & fluminis Aegypti, & Taphnas, &
9 *Ramesse, & omnem terram Gesem, vsque ad*
veniendum supra Tanim, & Memphim, & om-
nes habitantes Aegyptum vsque ad veniendum su-
per fines Aethiopiæ. Et vilipenderunt omnes ha-
10 *bitantes vniuersam terram verbum Nabuchodono-*
sor regis Assyriorum: & non conuenerunt ei ad
bellum; quoniam non timuerunt eum: sed erat
11 *coram eis tanquam vir æqualis. Et remiserunt nun-*
cios eius vacuos in ignominia ante faciem suam.

Vulgat. Editio.

Tunc indignatus Nabuchodonosor rex aduersus omnem terram illam, iurauit per thronum, & regnum suum quod defenderet se de omnibus regionibus his.

(∴) (∴)

(∴)

(∴) (∴)

CAP. II.

ANno tertiodecimo Nabuchodonosor regis, vigesima & secunda die mensis primi, factum est verbum in domo Nabuchodonosor regis Assyriorum, vt defenderet se.

Vocauitque omnes maiores natu, omnesque duces, & bellatores suos, & habuit cum eis mysterium consilij sui:

Dixitque cogitationem suam in eo esse, vt omnem terram suo subiugaret imperio.

Quod dictum cum placuisset omnibus, vocauit Nabuchodonosor rex Holofernem principem militiæ suæ,

Et dixit ei: Egredere aduersus omne regnum Occidentis, & contra eos præcipue, qui contempserunt imperium meum.

(∴)

(∴) (∴)

(∴)

Non parcet oculus tuus vlli regno, omnemque vrbem munitam subiugabis mihi.

Tunc Holofernes vocauit duces, & magistratus virtutis Assyriorum: & dinumerauit viros in expeditionem, sicut præcepit ei rex, centum viginti millia peditum pugnatorum, & equitum sagittariorum duodecim millia.

Transl. ex Septuag.

12 *Et indignatus est Nabuchodonosor super omnem terram hanc valde, & iurauit per thronum, & regnum suum; nimirum vlturum se omnes fines Ciliciæ, & Damascenæ, & Syriæ, interempturum gladio suo, & omnes habitantes in terra Moab, & filios Ammon, & omnem Iudæam, & omnes, qui in Aegypto vsque ad veniendum super fines duorum marium. Et aciem struxit in virtute sua aduersus Arphaxad regem in anno septimo & decimo: & præualuit in prælio suo, & euertit omnem virtutem Arphaxad, & omnem equitatum eius, & omnes currus eius, & dominatus est ciuitatibus eius. Et peruenit vsque Ecbatane, & obtinuit turres, & prædatus est plateas eius, & ornatum eius posuit in opprobrium eius. Et cepit Arphaxad in montibus Ragau, & confixit eum in iaculis suis, & exterminauit eum vsque in diem illam. Et reuertit cum eis ipse, & omnis commistus eius, multitudo virorum bellatorum plurima valde. Et erat ibi torpens, & epulans, ipse, & virtus eius per dies centum viginti.*

CAP. II.

1 *ET in anno octauo & decimo, secunda & vigesima rimi men is, factum est verbum in domo Nabuchodonosor r gis Assyriorum, vlcisci omnem terram, sicut locutus erat.*

2 *Et conuocauit omnes ministros suos, & omnes magnates suos, & posuit cum eis mysterium consilij sui.*

3 *Et consummauit omne malum terræ de ore suo: & ipsi iudicauerunt exterminare omnem carnem, qui non obsequuti fuerant sermoni oris eius.*

4 *Et factum est, vt consummauit consilium suum, vocauit Nabuchodonosor rex Assyriorum Olophernem principem virtutis suæ, qui secundus erat ab ipso,*

5 *Et dixit ad eum: Hæc dixit rex magnus, dominus vniuersæ terræ. Ecce tu egredieris à facie mea, & sumes tecum viros confidentes in fortitudine sua, peditum ad millia centum viginti, & multitudinem equorum cum ascensoribus myriadum duodecim: & egredieris in occursum omni terræ ad Occidentem, quoniam non obedierunt verbo oris mei: & annunciabis eis parare terram, & aquam: quoniam egrediar in furore meo super eos; & operiam omnem faciem terræ in pedibus virtutis meæ: & dabo illos in direptionem eis: & cæsi istorum implebunt valles, & torrentes ipsorum: & fluuius inundans mortuis eorum implebitur: & ducam captiuitatem eorum, ad summitates vniuersæ terræ. Tu vero egressus præoccupabis mihi omnem terminum eorum: & dedent se tibi, & conseruabis mihi eos in diem argutionis eorum: super inobedientes autem non parcet oculus tuus dare eos in cæde, & direptionem in omni terra tua: quoniam viuens ego, & imperium regni mei: locutus sum, & faciam hæc in manu mea.*

6 *Et tu autem non transgredieris vnum quid ex verbis domini tui, sed perficiens perficies, sicut præcepi tibi: & non cunctaberis facere hæc.*

7 *Et exiuit Olophernes à facie domini sui, & vocauit omnes Dynastas, & duces, & præsides virtutis Assur; & numerauit electos viros in aciem sicut iusserat ei dominus eius ad myriadas duodecim, & equites sagittarios duodecim millia:*

Vulgat. Editio.		Transl. ex Septuag.
Omnemque expeditionem suam fecit praeire in multitudine innumerabilium camelorum, cum his quae exercitibus sufficerent copiose, boum quoque armenta, gregesque ouium, quorum non erat numerus.	8	*Et ordinauit eos, quemadmodum belli multitudo coordinatur. Et sumpsit camelos, & asinos ad impedimenta ipsorum, multitudinem plurimam valde, & oues, & boues, & capras ad apparatum ipsorum, quorum non erat numerus,*
Frumentum ex omni Syria in transitu suo parari constituit.	9	*Et rem frumentariam omni viro in multitudine,*
Aurum vero, & argentum de domo regis assumpsit multum nimis.	10	*Et aurum, & argentum è domo regis multum valde.*
Et profectus est ipse, & omnis exercitus cum quadrigis, & equitibus, & sagittariis, qui cooperuerunt faciem terrae, sicut locustae.	11	*Et exijt ipse, & vniuersa virtus eius ad iter ad praecedendum regem Nabuchodonosor, & operiendum omnem faciem terrae ad Occidentem in curribus, & equitibus, & peditibus electis ipsorum. Et multus admistus, tanquam locustae exierunt cum eis, & tanquam arena terrae. Non enim erat numerus prae multitudine eorum.*
Cumque pertransisset fines Assyriorum, venit ad magnos montes Ange, qui sunt à sinistro Ciliciae, ascenditque omnia castella eorum, & obtinuit omnem munitionem.	12	*Et abierunt de Nineue viam trium dierum super faciem campi Bectileth: & castra fecit à Bectileth prope montem, qui ad sinistram superioris Ciliciae. Et sumpsit omnem virtutem suam pedites & equites, & currus suos: & abijt inde in montanam:*
Effregit autem ciuitatem opinatissimam Melothi, praedauitque omnes filios Tharsis, & filios Ismael, qui erant contra faciem deserti, & ad Austrum Cellon.	13	*Et excidit Phud, & Lud: & praedati sunt omnes filios Rassis, & filios Ismael, qui super faciem deserti ad Austrum Chelleon.*
Et transiuit Euphratem, & venit in Mesopotamiam: & fregit omnes ciuitates excelsas, quae erant ibi, à torrente Mambre vsquequo perueniatur ad mare:	14	*Et transiuit Euphratem, & pertransiit Mesopotamiam, & diruit omnes ciuitates excelsas, quae super torrentem Abrona vsque ad veniendum super mare.*
Et occupauit terminos eius, à Cilicia vsque ad fines Iapheth, qui sunt ad Austrum.	15	*Et cepit fines Ciliciae, & concidit omnes resistentes sibi. Et venit vsque ad fines Iapheth, qui ad Austrum super faciem Arabiae.*
Abduxitque omnes filios Madian, & praedauit omnem locupletationem eorum, omnesque resistentes sibi occidit in ore gladij.	16	*Et circuiuit omnes filios Madian, & incendit tabernacula eorum, & diripuit mandras eorum.*
Et post haec descendit in campos Damasci in diebus messis, & succendit omnia sata, omnesque arbores, & vineas fecit incidi:	17	*Et descendit in campum Damasci in diebus messis triticorum, & incendit omnes agros eorum: & greges, & armenta boum dedit in perditionem: & ciuitates eorum spoliauit, & campos eorum ventilauit & percussit omnes iuuenes eorum in ore gladij.*
Et cecidit timor illius super omnes inhabitantes terram.	18	*Et incidit timor, & tremor eius super omnes habitantes maritimam, eos qui erant in Sydone, & Tyro, & habitantes Sur, & Ocina, & omnes habitantes Hiemnaan. Et habitantes in Azoto, & Ascalone timuerunt eum valde.*

(·.·)

CAP. III.

CAP. III.		*CAP. III.*
TVnc miserunt legatos suos vniuersarum vrbium, ac prouinciarum reges ac principes, Syriae scilicet, Mesopotamiae, & Syriae Sobal, & Libyae, atque Ciliciae, qui venientes ad Holofernem, dixerunt:	1	E*T miserunt ad eum nuncios verbis pacificis; dicentes:*
Desinat indignatio tua circa nos: Melius est enim vt viuentes seruiamus Nabuchodonosor regi magno, & subditi simus tibi, quam morientes cum interitu nostro ipsi seruitutis nostrae damna patiamur.	2	*Ecce nos pueri Nabuchodonosor regis magni adsumus coram te: vtere nobis sicut placitum est in facie tua.*
Omnis ciuitas nostra, omnisque possessio, omnes montes, & colles, & campi, & armenta boum, gregesque ouium, & caprarum, equorumque & camelorum, & vniuersae facultates nostrae, atque familiae in conspectu tuo sunt:	3	*Ecce villae nostrae, & omnis campus triticeorum, & greges, & armenta, & omnes mandrae tabernaculorum nostrorum adsunt ante faciem tuam: vtere, quomodo placuerit tibi. Ecce & ciuitates nostrae, & habitantes in eis serui tui sunt.*

Vulgat. Editio.

4 Sint omnia nostra sub lege tua.
5 Nos,& filij nostri,serui tui sumus.
6 Veni nobis pacificus Dominus, & vtere seruitio nostro,sicut placuerit tibi.
7 Tunc descendit de montibus cum equitibus in virtute magna, & obtinuit omnem ciuitatem, & omnem inhabitantem terram.
8 De vniuersis autem vrbibus assumpsit sibi auxiliarios viros fortes,& electos ad bellum.
9 Tantusque metus prouinciis illis incubuit, vt vniuersarum vrbium habitatores principes, & honorati simul cum populis exirent obuiam venienti,
10 Excipientes eum cum coronis, & lampadibus, ducentes choros in tympanis, & tibiis.
11 Nec ista tamen facientes, ferocitatem eius pectoris mitigare potuerunt:
12 Nam & ciuitates eorum destruxit, & lucos eorum excidit.
13 Præceperat enim illi Nabuchodonosor rex, vt omnes deos terræ exterminaret, videlicet vt ipse solus diceretur Deus ab his nationibus, quæ potuissent Holofernis potentia subiugari.
14 Pertransiens autem Syriam Sobal, & omnem Apameam,omnemque Mesopotamiam,venit ad Idumeos in terram Gabaa,
15 Accepitque ciuitates eorum, & sedit ibi per triginta dies, in quibus diebus adunari præcepit vniuersum exercitum virtutis suæ.

CAP. IIII.

1 TVnc audientes hæc filij Israel, qui habitabant in terra Iuda,timuerunt valde à facie eius.
2 Tremor, & horror inuasit sensus eorum,ne hoc faceret Ierusalem & templo Domini,quod fecerat ceteris ciuitatibus & templis earum.
3 Et miserunt in omnem Samariam per circuitum vsque Iericho, & præoccupauerunt omnes vertices montium:
4 Et muris circumdederunt vicos suos, & congregauerunt frumenta in præparationem pugnæ.
5 Sacerdos etiam Eliachim scripsit ad vniuersos, qui erant contra Esdrelon, quæ est contra faciem campi magni iuxta Dothain, & vniuersos, per quos viæ transitus esse poterat,
6 Vt obtinerent ascensus montium, per quos via esse poterat ad Ierusalem, & illic custodirent vbi angustum iter esse poterat inter montes.

Transl. ex Septuag.

4
5
6 *Veniens occurre eis, prout est bonum in oculis tuis. Et aduenerunt viri ad Olophernem, & annunciarunt ei secundum verba hæc.*
7 *Et descendit super maritimam ipse, & virtus eius, & præsidia posuit in ciuitatibus excelsis:*
8 *Et assumpsit ex eis in belli societatem viros electos,*
9 (∴) (∴)
10 *Et susceperunt eum ipsi, & omnis regio adiacens eorum cum coronis, & choris, & tympanis.*
11
12 *Et demolitus omnes fines eorum, & lucos eorum excidit.*
13 *Et erat decretum ei exterminare omnes Deos terræ: vt ipsi soli Nabuchodonosor seruirent omnes gentes: & omnes linguæ, & omnes tribus eorum inuocarent eum in Deum.*
14 *Et venit super faciem Esdrelon prope Dotaam, quæ est contra Serram magnam Iudææ.*
15 *Et castrametatus est inter Gabæ, & Scytharum ciuitatem: & fuit ibi mensem dierum ad colligenda omnia impedimenta virtutis suæ.*

CAP. IIII.

1 *ET audierunt filij Israel habitantes in Iudæa omnia; quæcumque fecerat Olophernes gentilus, princeps militiæ Nabuchodonosor regis Assyriorum, & quomodo spoliauerat omnia templa earum, & dederat ea in perditionem:*
2 *Et timuerunt valde valde à facie eius; & pro Hierusalem, & templo Domini Dei sui turbati sunt: quoniam recenter ascenderant è captiuitate, & nuper omnis populus collectus fuerat Iudææ: & vasa, & altare, & domus ex pollutione fuerant sanctificata.*
3 *Et miserunt in omnem terminum Samariæ, & Conas, & Bathoron, & Belmen, & Hiericho, & in Choba, & Asora, & vallem Salem: & præoccupauerunt omnia cacumina montium excelsorum,*
4 *Et muris circumdederunt pagos, qui in eis: & reposuerunt in rem frumentariam ad apparatum belli: quoniam recenter fuerant campi ipsorum demessi.*
5 *Et scripsit Ioacim sacerdos magnus, qui erat in diebus illis in Hierusalem, habitantibus Batylua, & Betomestham, quæ est è regione Esdrelon super faciem campi, qui prope Dotham.*
6 *Dicens obtinere ascensiones ipsius montana: quoniam per eas erat introitus in Iudæam: & erat facile prohibere eos accedentes, quod angustus accessus erat, duos super omnes viros.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

7 Et fecerunt filij Iſrael ſecundum quod conſtitue-
rat eis ſacerdos Domini Eliachim.

8 Et clamauit omnis populus ad Dominum in-
ſtantia magna, & humiliauerunt animas ſuas in ie-
iuniis, & orationibus, ipſi & mulieres eorum.

Et induerunt ſe Sacerdotes ciliciis, & infantes
proſtrauerunt contra faciem templi Domini, & al-
tare Domini operuerunt cilicio:

10 Et clamauerunt ad Dominum Deum Iſ-
rael vnanimiter ne darentur in prædam infan-
tes eorum, & vxores eorum in diuiſionem,
& ciuitates eorum in exterminium, & ſancta
eorum in pollutionem, & fierent opprobrium
Gentibus.
11 Tunc Eliachim, ſacerdos Domini magnus, cir-
cuiuit omnem Iſrael, allocutuſque eſt eos,

12 Dicens: Scitote quoniam exaudiet Dominus
preces veſtras, ſi manentes permanſeritis in ieiu-
niis, & orationibus in conſpectu Domini.

* Exo. 17-12.

13 * Memores eſtote Moyſi ſerui Domini, qui
Amalec confidentem in virtute ſua, & in po-
tentia ſua, & in exercitu ſuo, & in clypeis
ſuis, & in curribus ſuis, & in equitibus ſuis,
non ferro pugnando, ſed precibus ſanctis oran-
do deiecit:
14 Sic erunt vniuerſi hoſtes Iſrael: ſi perſeuerraue-
ritis in hoc opere, quod cœpiſtis.
15 Ad hanc igitur exhortationem eius deprecan-
tes Dominum, permanebant in conſpectu Do-
mini.
16 Ita vt etiam hi, qui offerebant Domino holo-
cauſta, præcincti ciliciis offerrent ſacrificia Domi-
no, & erat cinis ſuper capita eorum.

17 Et ex toto corde ſuo omnes orabant Deum, vt
viſitaret populum ſuum Iſrael.

C A P. V.

1 NVnciatumque eſt Holoferni principi militiæ
Aſſyriorum, quod filij Iſrael præpararent ſe ad
reſiſtendum, ac montium itinera concluſiſſent,

2 Et furore nimio exarſit in iracundia magna,
vocauitque omnes principes Moab & duces Am-
mon,
3 Et dixit eis: Dicite mihi quis ſit populus iſte,
qui montana obſidet: aut quæ, & quales, & quan-
tæ ſint ciuitates eorum: quæ etiam ſit virtus eo-
rum, aut quæ ſit multitudo eorum: vel quis rex
militiæ illorum:

4 Et quare præ omnibus, qui habitant in Oriente,
iſti contempſerunt nos, & non exierunt obuiam
nobis vt ſuſciperent nos cum pace?

Tranſl. ex Septuag.

7 *Et fecerunt filij Iſrael, ſicut conſtituit eis Ioacim
ſacerdos magnus, & ſenatus vniuerſi populi Iſrael, qui
ſedebant in Hieruſalem.*
8 *Et exclamauerunt omnis vir Iſrael ad Deum
in inſtantia magna, & humiliauerunt animas ſuas
in inſtantia magna, ipſi, & vxores ipſorum,
& infantes ipſorum, & iumenta ipſorum: & om-
nis incola, vel mercenarius, vel argento emptus
ipſorum.*
*Impoſuerunt ſaccos ſuper lumbos ſuos. Et om-
nis vir Iſrael, & mulier, pueri, & habitantes in
Hieruſalem ceciderunt ad faciem templi, & cinere
conſperſerunt capita ſua, & extenderunt ſaccos
ſuos ad faciem Domini. Et altare ſacco circumte-
xerunt.*
10 *Et clamauerunt ad Deum Iſrael vnanimiter aſſidue,
vt non daret in direptionem infantes ipſorum, & vxores
in prædam, & ciuitates hæreditatis ipſorum in perditio-
nem, & ſancta in pollutionem, & opprobrium, gaudium
gentibus. Et exaudiuit Dominus vocem eorum, & inſpe-
xit tribulationem eorum. Et fuit populus ieiunans dies
11 plures in omni Iudæa, & Hieruſalem ad faciem ſancto-
rum Dei omnipotentis.*

12

(∴)

13 (∴)

14 (∴)

15

16 *Et Ioacim ſacerdos magnus, & omnes aſſi-
ſtentes ante Dominum, ſacerdotes, & miniſtrantes
Domino, ſaccis accincti lumbos ſuos, offerebant
holocauſtoma iugis ſacrificij, & vota, & ſpon-
tanea dona populi: & erat cinis ſuper cidaras eo-
rum.*
17 *Et clamabant ad Dominum ex omni virtute in bonum
viſitare omnem domum Iſrael.*

C A P. V.

1 *ET nunciatum eſt Olopherni principi virtutis
Aſſur, quia filii Iſrael parati erant ad præ-
lium, & tranſitus montana concluſerant,
& muris circundederant omne cacumen mon-
tis excelſi, & poſuerant in campis ſcanda-
la.*
2 *Et iratus eſt furore valde, & vocauit omnes princi-
pes Moab, & duces Ammon, & omnes ſatrapas mari-
tima,*
3 *Et dixit eis: Annunciate nunc mihi filij Cha-
naan, quis populus hic habitans in montana, &
quænam, quas habitant, ciuitates, & quæ multitudo
virtutis eorum, & in quo poteſtas eorum, & forti-
tudo eorum, & quis ſurrexit ſuper eos rex, dux exer-
citus eorum,*
4 *Et cur erexerunt dorſum, vt non venirent in occurſum
mihi præter omnes habitantes in Occidente.*

Digitized by Google

	Vulgat. Editio.		Transl. ex Septuag.
	Tunc Achior dux omnium filiorum Ammon respondens,ait: Si digneris audire domine mi, dicam veritatem in conspectu tuo de populo isto,qui in montanis habitat, & non egredietur verbum falsum ex ore meo.	5	*Et dixit ad eum Achior dux omnium filiorum Ammon: Audiat, queso dominus meus verbum ex ore serui sui, & annunciabo tibi veritatem de populo, qui habitat montanam hanc prope te habitantem: & non exibit mendacium ex ore serui tui.*
	Populus iste ex progenie Chaldæorum est.	6	*Populus hic sunt prognati ex Chaldæis,*
* Gen. 11.31.	* Hic primum in Mesopotamia habitauit, quoniam noluerunt sequi deos patrum suorum, qui erant in terra Chaldæorum:	7	*Et incoluerunt antea in Mesopotamia: quoniam noluerunt sequi Deos patrum suorum, qui fuerunt in terra Chaldæorum:*
	Deserentes itaque ceremonias patrum suorum, quæ in multitudine deorum erant,	8	*Et digressi sunt è via parentum suorum,*
* Gen. 12.1. * Gen. 46.2.	Vnum Deum cæli coluerunt, * qui & præcepit eis vt exirent inde,& habitarent in Charan. Cumque operuisset omnem terram fames, * descenderunt in Ægyptum, illicque per quadringentos annos sic multiplicati sunt, vt dinumerari eorum non posset exercitus.	9	*Et adorauerunt Deum cæli, Deum, quem cognouerunt. Et eiecerunt eos à facie deorum suorum. Et fugerunt in Mesopotamiam, & incoluerunt ibi dies multos. Et dixit Deus eorum, vt exirent de incolatu suo, & irent in terram Chanaan. Et habitauerunt ibi, & multiplicati sunt auro, & argento, & in pecoribus multis valde. Et descenderunt in Aegyptum (operuerat enim faciem terræ Chanaan fames) & incoluerunt ibi, quoadusque aucti sunt. Et facti sunt ibi in multitudinem plurimam, & non erat numerus generis eorum.*
	Cumque grauaret eos rex Aegypti,atque in ædificationibus vrbium suarum in luto & latere subiugasset eos, clamauerunt ad Dominum suum, & percussit totam terram Aegypti plagis variis.	10	*Et insurrexit eis rex Aegypti; & circumuenerunt eos in labore, & latere, & humiliauerunt eos, & posuerunt eos in seruos. Et exclamauerunt ad Deum suum: & percussit vniuersam terram Aegypti plagis in quibus non erat curatio.*
* Exo. 14.1.	* Cumque eiecissent eos Aegyptij à se, & cessasset plaga ab eis, & iterum eos vellent capere, & ad suum seruitium reuocare.	11	*Et eiecerunt eos Aegyptij à facie sua.*
* Exo. 14.29.	* Fugientibus his Deus cœli mare aperuit, ita vt hinc inde aquæ quasi murus solidarentur, & isti pede sicco fundum maris perambulando transirent.	12	*Et exiccauit Deus rubrum mare ante eos,*
	In quo loco dum innumerabilis exercitus Aegyptiorum eos persequeretur, ita aquis coopertus est, vt non remaneret vel vnus, qui factum posteris nunciaret.	13	(∴)
	Egressi vero mare rubrum, deserta Sina montis occupauerunt, in quibus numquam homo habitare potuit,vel filius hominis requieuit.	14	*Et duxit eos in viam Sina, & Cades Barne. Et eiecerunt omnes habitantes in deserto: & habitauerunt in terra Amorræorum: & omnes Esebonitas exterminarunt*
	Illic fontes amari obdulcati sunt eis ad bibendum, & per annos quadraginta annonam de cœlo consecuti sunt.	15	*in fortitudine sua. Et transeuntes Iordanem hæreditarunt vniuersam montanam:*
	Vbicumque ingressi sunt sine arcu & sagitta, & absque scuto & gladio, Deus eorum pugnauit pro eis,& vicit.	16	
	Et non fuit qui insultaret populo isti, nisi quando recessit à cultu Domini Dei sui.	17	(∴)
	Quotiescunque autem præter ipsum Deum suum,alterum coluerunt, dati sunt in prædam, & in gladium,& in opprobrium.	18	(∴)
	Quotiescumque autem pœnituerunt se recessisse à cultura Dei sui,dedit eis Deus cœli virtutem resistendi.	19	
	Denique Chananæum regem, & Iebusæum, & Pherezæum, & Hethæum, & Heuæum,& Amorrhæum, & omnes potentes in Hesebon prostrauerunt, & terras eorum, & ciuitates eorum ipsi possederunt:	20	*Et eiecerunt à facie sua Chananæum,& Pherezæum, & Iebusæum,& ipsum Sychem, & omnes Gergesæos: & inhabitarunt in ea dies multos.*
	Et vsque dum non peccarent in conspectu Dei sui,erant cum illis bona:Deus enim illorum, odit iniquitatem.	21	*Et quoadusque non peccauerunt in conspectu Dei sui, fuerunt bona cum eis: quoniam Deus odio habens iniustitiam cum eis est.*

Nam

Quan-

Vulgat. Editio.

22 Nam & ante hos annos cum recessissent à via, quam dederat illis Deus, vt ambularent in ea, exterminati sunt prælijs à multis nationibus, & plurimi eorum captiui abducti sunt in terram non suam.

23 Nuper autem reuersi ad Dominum Deum suum, ex dispersione qua dispersi fuerant, adunati sunt, & ascenderunt montana hæc omnia, & iterum possident Ierusalem, vbi sunt sancta eorum.

24 Nunc ergo mi domine, perquire si est aliqua iniquitas eorum in conspectu Dei eorum ascendamus ad illos, quoniam tradens tradet illos Deus eorum tibi, & subiugati erunt sub iugo potentiæ tuæ.

25 Si vero non est offensio populi huius coram Deo suo, non poterimus resistere illis: quoniam Deus eorum defendet illos: & erimus in opprobrium vniuersæ terræ.

26 Et factum est, cum cessasset loqui Achior verba hæc, irati sunt omnes magnates Holofernis, & cogitabant interficere eum, dicentes ad alterutrum:

27 Quis est iste, qui filios Israel posse dicat resistere regi Nabuchodonosor, & exercitibus eius, homines inermes, & sine virtute, & sine peritia artis pugnæ?

28 Vt ergo agnoscat Achior quoniam fallit nos, ascendamus in montana: & cum capti fuerint potentes eorum, tunc cum eisdem gladio transuerberabitur:

29 Vt sciat omnis gens quoniam Nabuchodonosor Deus terræ est, & præter ipsum alius non est.

CAP. VI.

1 Factum est autem cum cessassent loqui, indignatus Holofernes vehementer, dixit ad Achior:

2 Quoniam prophetasti nobis dicens, quod gens Israel defendatur à Deo suo, vt ostendam tibi quoniam non est Deus, nisi Nabuchodonosor:

3 Cum percusserimus eos omnes, sicut hominem vnum, tunc & ipse cum illis Assyriorum gladio interibis, & omnis Israel tecum perditione disperiet:

Transl. ex Septuag.

Quando autem recesserunt à via, quam disposuit eis: exterminati sunt in multis bellis plurimum valde: & captiui ducti sunt in terram non propriam: & templum Dei ipsorum factum est in pauimentum: & ciuitates eorum captæ sunt ab aduersarijs.

Et nunc reuertentes ad Deum suum, ascenderunt è dispersione, vbi dispersi fuerunt illic, & tenuerunt Hierusalem, vbi sanctuarium eorum: & habitauerunt in montana, quoniam erat deserta.

Et nunc dominator domine, siquidem est ignorantia in populo hoc, & peccant in Deum suum, & videbimus, quia est in eis scandalum hoc, & ascendemus, & debellabimus eos.

Si autem non est iniquitas in gente ipsorum: prætereat, quæso, dominus meus, ne forte protegat Dominus eorum, & Deus eorum pro ipsis, & erimus in opprobrium coram omni terra.

Et factum est, vt cessauit Achior loquens sermones hos; & murmurauit omnis populus circundans tabernaculum, & adstans.

Et dixerunt magnates Olophernis, & omnes habitantes maritimam, & Moab concidere eum: non enim timebimus à filijs Israel. Ecce enim populus, in quo non est virtus, neque potentia ad faciem fortem. Quare nunc ascendamus: & erunt in escam vniuersi exercitus tui domine Oloperne.

CAP. VI.

Et vt cessauit tumultus virorum, qui in circuitu consessus; & dixit Olophernes princeps virtutis Assur ad Achior coram omni populo alienigenarum, & ante omnes filios Moab.

Et quis es tu Achior, & mercenarij Ephram, quia prophetasti in nobis, sicut hodie, & dixisti genus Israel non oppugnare, quoniam Deus eorum protegit eos? Et quis est Deus, nisi Nabuchodonosor?

Hic mittet potentiam suam, & exterminabit eos à facie terræ: & non liberabit eos Deus eorum: sed nos serui eius percutiemus eos, tamquam virum vnum, & non substinebunt potentiam equorum nostrorum. Comburemus enim eos in ipsis, & montes eorum inebriabuntur in sanguine ipsorum, & campi eorum implebuntur mortuis ipsorum: & non resistet vestigium pedum eorum ad faciem nostram,

Vulgat. Editio.

4 Et probabis quoniam Nabuchodonosor Domi-
nus sit vniuersæ terræ: tuncque gladius militiæ
meæ transiet per latera tua, & confixus cades inter
vulneratos Israel, & non respirabis vltra, donec ex-
terminer is cum illis.

(∴)

(∴)

(∴)

5 Porro autem si prophetiam tuam veram existi-
mas, non concidat vultus tuus, & pallor, qui fa-
ciem tuam obtinet abscedat à te, si verba mea hæc
putas impleri non posse.
6 Vt autem noueris quia simul cum illis hæc ex-
perieris, ecce ex hac hora illorum populo sociabe-
ris, vt, dum dignas mei gladij pœnas exceperint, ip-
se simul vltioni subiaceas.
7 Tunc Holofernes præcepit seruis suis vt
comprehenderent Achior, & perducerent eum
in Bethuliam, & traderent eum in manus filio-
rum Israel.
8 Et accipientes eum serui Holofernis, profecti sunt
per campestria: sed cum appropinquassent ad mon-
tana, exierunt contra eos fundibularij.

(∴)

9 Illi autem diuertentes à latere montis, ligaue-
runt Achior ad arborem manibus & pedibus, & sic
vinctum restibus dimiserunt eum, & reuersi sunt
ad dominum suum.
10 Porro filij Israel descendentes de Bethulia, vene-
runt ad eum: Quem soluentes duxerunt ad Bethu-
liam, atque in medium populi illum statuentes,
percunctati sunt quid rerum esset quod illum vin-
ctum Assyrij reliquissent.
11 In diebus illis erant illic principes, Ozias filius
Micha de tribu Simeon, & Charmi, qui & Gotho-
niel.
12 In medio itaque seniorum, & in conspectu om-
nium, Achior dixit omnia quæ locutus ipse fuerat
ab Holoferne interrogatus: & qualiter populus
Holofernis voluisset propter hoc verbum interfice-
re eum,
13 Et quemadmodum ipse Holofernes iratus iusse-
rit eum Israelitis hac de causa tradi: vt dum vicerit
filios Israel, tunc & ipsum Achior diuersis iubeat
interire supplicijs, propter hoc quod dixisset: Deus
cœli defensor eorum est.
14 * Cumque Achior vniuersa hæc exposuisset, (* Sup. 5. 12.)
omnis populus cecidit in faciem, adorantes Domi-
num, & communi lamentatione & fletu vnanimes
preces suas Domino effuderunt,
15 Dicentes: Domine Deus cœli & terræ, intuere
superbiam eorum, & respice ad nostram humili-
tatem, & faciem sanctorum tuorum attende, &
ostende quoniam non derelinquis præsumentes de
te: & præsumentes de se, & de sua virtute glorian-
tes, humilias.
16 Finito itaque fletu, & per totam diem oratione
populorum completa, consolati sunt Achior,
17 Dicentes: Deus patrum nostrorum, cuius tu vir-
tutem prædicasti, ipse tibi hanc dabit vicissitudi-
nem, vt eorum magis tu interitum videas.

Transl. ex Septuag.

*Sed perditione perdentur, dicit rex Nabuchodono-
sor dominus vniuersæ terræ. Dixit enim: non eua-
nescent verba sermonum eius. tu autem Achior mer-
cennarie Ammon, qui locutus es verba hæc in die in-
iustitiæ tuæ, non videbis amplius faciem meam à die
hac: quoadusque vltus fuero genus eorum, qui ex
Aegypto. Et tunc pertransibit ferrum exercitus mei,
& populus ministrorum meorum costas tuas: & cades
in cæsis eorum, quando reuertero: & reducent te serui
mei in montanam, & ponent te in vna ciuitatum ad-
scensionum: & non peribis, donec exterminatus fueris
cum illis.*

*Et, si quidem speras corde tuo, quia non capientur:
ne concidat tuus vultus. Locutus sum, & nihil decidet
de verbis meis. Et iussit Olophernes seruos suos, qui erant
assistentes in tabernaculo eius, comprehendere Achior, &
reducere eum in Betylua, & tradere in manus filiorum
Israel.*

(∴)

(∴)

*Et comprehenderunt eum serui eius, & duxe-
runt eum extra castra in campum. Et promouerunt
è medio campestris in montanam, & aduenerunt su-
per fontes, qui erant sub Betylua. Et, viderunt
eos viri ciuitatis super cacumen montis: sumpserunt
arma sua; & abierunt extra ciuitatem ad cacumen
montis: & omnis vir fundibularius tenuit ascen-
sum ipsorum, & iaculati sunt in lapidibus super
eos.*

*Et subeuntes subter montem, ligauerunt Achior, &
reliquerunt proiectum subter radicem montis, & abie-
runt ad dominum suum.*

*Descendentes autem filij Israel de ciuitate sua, stete-
runt super eum, & soluentes eum abduxerunt in Bety-
lua, & constituerunt eum super principes ciuitatis suæ,
qui erant.*

*In temporibus illis Ozias filius Michæ de tribu Sy-
meon, & Abris filius Gothoniel, & Charmis filius
Melchiel.*

*Et conuocauerunt omnes seniores ciuitatis: &
concurrerunt omnis iuuenis eorum, & mulieres in
ecclesiam: & statuerunt Achior in medio populi sui.
Et interrogauit eum Ozias, quod acciderat. Et respon-
dens annunciauit eis verba consessus Olophernis,*

*Et omnia verba, quæcumque locutus erat in medio
principum filiorum Assur, & quæcumque magniloque lo-
cutus erat Olophernes in domum Israel.*

*Et procidentes populus adorauerunt Deum, & clama-
uerunt,*

*Dicentes: Domine Deus cœli respice superbias eorum,
& miserere humiliationis generis nostri, & respice in fa-
ciem sanctificatorum tibi in die hac.*

*Et consolati sunt Achior, & laudauerunt eum val-
de.*

Vulgat. Editio.

18 Cum vero Dominus Deus noster dederit hanc libertatem seruis suis, sit & tecum Deus in medio nostri: vt sicut placuerit tibi, ita cum tuis omnibus conuerseris nobiscum.

19 Tunc Ozias, finito consilio, suscepit eum in domum suam, & fecit ei cœnam magnam.

20 Et vocatis omnibus presbyteris, simul expleto ieiunio refecerunt.

21 Postea vero conuocatus est omnis populus, & per totam noctem intra ecclesiam orauerunt petentes auxilium à Deo Israel.

CAP. VII.

1 Holofernes autem altera die præcepit exercitibus suis vt ascenderent contra Bethuliam.

2 Erant autem pedites bellatorum centum viginti millia, & equites viginti duo millia, præter præparationes virorum illorum, quos occupauerat captiuitas, & abducti fuerant de prouinciis & vrbibus vniuersæ iuuentutis.

3 Omnes parauerunt se pariter ad pugnam contra filios Israel, & venerunt per crepidinem montis vsque ad apicem, qui respicit super Dothain, à loco qui dicitur Belma vsque ad Chelmon, qui est contra Esdrelon.

4 Filij autem Israel vt viderunt multitudinem illorum, prostrauerunt se super terram, mittentes cinerem super capita sua, vnanimes orantes vt Deus Israel misericordiam suam ostenderet super populum suum.

5 Et assumentes arma sua bellica, sederunt per loca, quæ ad angusti itineris tramitem dirigunt inter montosa, & erant custodientes ea tota die & nocte.

6 Porro Holofernes, dum circuit per gyrum reperit quod fons, qui influebat, aquæductum illorum à parte Australi extra ciuitatem dirigeret: & incidi præcepit aquæductum illorum.

7 Erant tamen non longe à muris fontes, ex quibus furtim videbantur haurire aquam ad refocillandum potius quam ad potandum.

8 Sed filij Ammon, & Moab accesserunt ad Holofernem, dicentes: Filij Israel non in lancea, nec in sagitta confidunt, sed montes defendunt illos, & muniunt illos colles in præcipitio constituti.

9 Vt ergo sine congressione pugnæ possis superare eos, pone custodes fontium, vt non hauriant aquam ex eis, & sine gladio interficies eos, vel certe fatigati tradent ciuitatem suam, quam putant in montibus positam superari non posse.

(·:·)

(·:·)

Transl. ex Septuag.

19 *Et assumpsit eum Ozias de ecclesia in domum suam: & fecit conuiuium senioribus.*

21 *Et aduocauerunt Deum Israel in adiutorium tota nocte illa.*

C A P. VII.

1 *Postridie autem annunciauit Olophernes vniuerso exercitui suo, & omni populo suo, qui venerant in auxilium ipsius, mouere castra super Betylua, & ascensiones montana praeoccupare, & facere bellum aduersus filios Israel. Et mouit castra in die illa omnis vir potens eorum.*

2 *Et virtus eorum, virorum bellatorum, millia virorum peditum centum septuaginta, & equitum millia duodecim, præter apparatum, & viros, qui erant pedites in eis, multitudo plurima valde.*

3 *Et castrametati sunt in valle prope Betylua super fontem: & extenderunt in latitudinem super Dothaim, & vsque Belthem, & in longitudinem à Betylua vsque ad Cyamonem, quæ est contra Esdrelom.*

4 *Filij autem Israel, vt viderunt eorum multitudinem: turbati sunt valde. & dixit vnusquisque ad proximum suum. Nunc exsorbebunt hi faciem terræ vniuersæ: & neque montes excelsi, neque valles, neque colles sustinebunt grauitatem eorum.*

5 *Et assumentes vnusquisque vasa bellica sua, & accendentes pyras super turres suas manebant custodientes totam noctem illam.*

6 *Die autem secunda eduxit Olophernes vniuersum equitatum suum ad faciem filiorum Israel qui erant in Betylua, & considerauit ascensiones ciuitatis eorum:*

7 *Et fontes aquarum eorum aggressus est, & occupauit eos: & imposuit eis castra virorum bellatorum: & ipse rediit ad populum suum.*

8 *Et accedentes ei omnes principes filiorum Esau, & omnes duces populi Moab, & duces maritimæ dicebant: Audiat nunc verbum dominus noster: vt non fiat quassatio in virtute tua. Populus enim hic filiorum Israel non confidunt in lanceis suis, sed in sublimitatibus montium suorum, in quibus ipsi inhabitant in eis. Non enim est facile accedere cacuminibus montium eorum.*

9 *Et nunc domine ne belles aduersus eos, sicut fit bellum prælij: & non cadet de populo tuo vir vnus. Mane in castris tuis, custodiens omnem virum de virtute tua & obtineant pueri tui fontem aquæ, qui egreditur è radice montis, quoniam inde aquantur omnes habitantes Betylua: & perdet eos sitis, & dedent ciuitatem suam. Et nos & populus noster ascendemus super vicina cacumina montium, & castrametabimur in eis ad custodiam, vt non exeat è ciuitate vir vnus. Et tabescent in fame ipsi, & vxores eorum, & filij eorum: & priusquam veniat gladius super eos, sternentur in plateis habitationis suæ: & retribues eis retributionem malam, pro eo quod rebellarunt, & non occurrerunt faciei tuæ in pace.*

	Vulgat. Editio.		Transl. ex Septuag.
	Et placuerunt verba hæc coram Holoferne, & coram satellitibus eius, & constituit per gyrum centenarios per singulos fontes. (∴) (∴) (∴)	10	*Et placuerunt verba eorum in conspectu Olophernis, & in conspectu omnium ministrorum eius, & constituerunt facere, sicut locuti fuerant. Et promouerunt castra filiorum Ammon, & cum eis millia quinque filiorum Assur: & castrametati sunt in valle, & praeoccupauerunt aquas, & fontes aquarum filiorum Israel. Et ascenderunt filij esau, & filij Ammon, & castrametati sunt in montana contra Dothaim: & miserunt ex ipsis ad Austrum, & subsolanum è regione Ecrebel, quæ est prope Chus, quæ est super torrentem Mochmur. Et reliquus exercitus Assyriorum castrametati sunt in campo, & operuerunt omnem faciem terræ. Et tabernacula, & impedimenta eorum castrametata sunt in turba multa, & fuerunt in multitudine plurima valde. Et filij Israel exclamauerunt ad Dominum Deum suum, quoniam pusillanimis factus est spiritus eorum; quoniam in circuitu erant inimici ipsorum, & non erat effugere è medio eorum.*
	Cumque ista custodia per dies viginti fuisset expleta, defecerunt cisternæ, & collectiones aquarum omnibus habitantibus Bethuliam, ita vt non esset intra ciuitatem vnde satiarentur vel vna die, quoniam ad mensuram dabatur populis aqua quotidie.	11	*Et manserunt in circuitu eorum castra Assur, pedites, & currus, & equites eorum diebus trigintaquattuor. Et defecerunt omnibus habitantibus Betulua omnia receptacula sua aquarum: & cisternæ euacuabantur, & non habebant bibere ad satietatem aquam diem vnum: quoniam in mensura dabant eis bibere. Et consternati sunt infantes eorum & mulieres eorum, & iuuenes defecerunt præ siti, & cadebant in plateis ciuitatis, & in transitibus portarum: & non erat robur vltra in eis.*
	Tunc ad Oziam congregati omnes viri, fœminæque, iuuenes, & paruuli, omnes simul vna voce	12	*Et congregati sunt omnis populus ad Oziam, & principes ciuitatis, iuuenes, & mulieres, & pueri, & exclamauerunt voce magna,*
* Exod. 5.21.	Dixerunt: * Iudicet Deus inter nos & te, quoniam fecisti in nos mala nolens loqui pacifice cum Assyriis, & propter hoc vendidit nos Deus in manibus eorum.	13	*Et dixerunt coram omnibus senioribus: Iudicet Deus inter nos & vos: quoniam fecistis in nobis iniustitiam magnam, non loquentes pacifica cum filiis Assur.*
	Et ideo non est qui adiuuet, cum prosternamur ante oculos eorum in siti, & perditione magna.	14	*Et nunc non est adiutor noster, sed vendidit nos Deus in manus eorum, vt prosternamur coram eis in siti, & perditione magna.*
	Et nunc congregate vniuersos, qui in ciuitate sunt, vt sponte tradamus nos omnes populo Holofernis.	15	*Et nunc inuocate eos, & date ciuitatem omnem in direptionem populo Olophernis, & omni virtuti eius.*
	Melius est enim vt captiui benedicamus Dominum viuentes, quam moriamur, & simus opprobrium omni carni, cum viderimus vxores nostras, & infantes nostros mori ante oculos nostros.	16	*Melius enim nobis fieri eis in direptionem. Erimus enim in seruos, & viuet anima nostra: & non videbimus mortem infantium nostrorum in oculis nostris, & vxores, & filios nostros, deficientes animas eorum.*
	Contestamur hodie cœlum & terram, & Deum patrum nostrorum, qui vlciscitur nos secundum peccata nostra, vt iam tradatis ciuitatem in manu militiæ Holofernis, & sit finis noster breuis in ore gladij, qui longior efficitur in ariditate sitis.	17	*Contestamur vobis cælum, & terram, & Deum nostrum, & Dominum patrum nostrorum, qui vlciscitur nos secundum peccata nostra, & secundum peccata patrum nostrorum; vt non faciat iuxta verba hæc in die hodierna.*
	Et cum hæc dixissent, factus est fletus & vlulatus magnus in ecclesia ab omnibus, & per multas horas vna voce clamauerunt ad Deum, dicentes:	18	*Et facta est ploratio magna in medio ecclesiæ omnium vnanimiter: & clamauerunt ad Dominum Deum voce magna.*
* Psal. 105.6.	* Peccauimus cum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus.	19	
	Tu quia pius es, miserere nostri, aut in tuo flagello vindica iniquitates nostras, & noli tradere confitentes te, populo qui ignorat te,	20	(∴)
	Vt non dicant inter Gentes: Vbi est Deus eorum?	21	
	Et cum fatigati his clamoribus, & his fletibus lassati siluissent,	22	
	Exurgens Ozias infusus lachrymis, dixit: Æquo animo estote fratres, & hos quinque dies expectemus à Domino misericordiam.	23	*Et dixit ad eos Ozias: Confidite fratres: obduremus adhuc quinque dies, in quibus conuertet Dominus Deus noster misericordiam suam super nos.*
	Forsitan enim indignationem suam abscindet, & dabit gloriam nomini suo.	24	*Non enim derelinquet nos in finem.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

25 Si autem transactis quinque diebus non venerit adiutorium, faciemus hæc verba, quæ locuti estis.

C A P. VIII.

1 ET factum est, cum audisset hæc verba Iudith vidua, quæ erat filia Merari filij Idox, filij Ioseph, filij Oziæ, filij Elai, filij Iamnor, filij Gedeon, filij Raphaim, filij Achitob, filij Melchiæ, filij Enan, filij Nathaniæ, filij Salathiel, filij Simeon, filij Ruben:

2 Et vir eius fuit Manasses, qui mortuus est in diebus messis hordeacæ:

3 Instabat enim super alligātes manipulos in campo, & venit æstus super caput eius, & mortuus est in Bethulia ciuitate sua, & sepultus est illic cum patribus suis.

4 Erat autem Iudith relicta eius vidua iam annis tribus, & mensibus sex.

5 Et in superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur,

6 Et habens super lumbos suos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ, præter sabbata, & neomenias, & festa domus Israel.

7 Erat autem eleganti aspectu nimis, cui vir suus reliquerat diuitias multas, & familiam copiosam, ac possessiones armentis boum, & gregibus ouium plenas.

8 Et erat hæc in omnibus famosissima, quoniam timebat Dominum valde, nec erat qui loqueretur de illa verbum malum.

9 Hæc itaque cum audisset quoniam Ozias promisisset quod transacto quinto die traderet ciuitatem, misit ad presbyteros Chabri, & Charmi.

10 Et venerunt ad illam, & dixit illis: Quod est hoc verbum in quo consensit Ozias, vt tradat ciuitatem Assyriis, si intra quinque dies non venerit vobis adiutorium?

11 Et qui estis vos, qui tentatis Dominum?

12 Non est iste sermo, qui misericordiam prouocet, sed potius qui iram excitet, & furorem accendat.

13 Posuistis vos tempus miserationis Domini, & in arbitrium vestrum, diem constituistis ei.

14 Sed quia patiens Dominus est, in hoc ipso pœniteamus, & indulgentiam eius fusis lachrymis postulemus:

Transl. ex Septuag.

25 *Si autem transierint hi; & non venerit super nos auxilium; faciam secundum verba vestra. Et dispersit populus in castra ipsius, & ad muros, & turres ciuitatis suæ abierunt: & mulieres, & filios in domos suas dimisit. Et fuerunt in humiliatione multa in ciuitate.*

C A P. VIII.

1 *ET audiuit in illis diebus Iudith filia Merari, filij Ox, filij Ioseph, filij Oziel, filij Elcia, filij Eliu, filii Chelcie, filii Eliab, filii Nathanael, filii Salamiel, filii Sarasadai, filii Israel.*

2 *Et vir eius Manasses de tribu eius, & de patria eius, & mortuus est in diebus messis hordeorum.*

3 *Instabat enim super ligantem manipulum in campo; & æstus venit super caput eius, & procidit in lectum, & obiit in Betulua ciuitate sua: & sepelierunt eum cum patribus eius in agro, qui inter Dothaim, & Belamon.*

4 *Et fuit Iudith in domo sua viduitatem seruans annos tres, & menses quattuor.*

5 *Et fecit sibi tabernaculum super solarium domus suæ,*

6 *Et imposuit super lumbum suum cilicium: & erant super eam vestimenta viduitatis eius: & ieiunabat omnibus diebus viduitatis suæ præter ante sabbata; & sabbata, & ante neomœnias, & Neomœnias, & festiuitates, & lætas solemnitates domus Israel.*

7 *Et erat pulchra specie, & decora aspectu valde: & reliquerat ei Manasses vir eius aurum, & argentum, & pueros, & ancillas; & pecora, & agros: & manebat super ea.*

8 *Et non erat, qui inferret ei verbum malum; quoniam timebat Deum valde. Et audiuit verba populi mala in principem, quia animo defecerunt super raritate aquarum.*

9 *Et audiuit omnia verba Iudith, quæ locutus erat ad eos Ozias, quomodo iurauerat eis traditurum ciuitatem post dies quinque Assyriis. Et mittens ancillam suam, quæ præerat omnibus substantiis suis, vocauit Oziam, & Chabrin, & Charmin seniores ciuitatis suæ.*

10 *Et venerunt ad eam. Et dixit ad eos: Audite nunc me principes habitantium in Betulua: quoniam non rectum est verbum vestrum, quod locuti estis coram populo in die hac, & statuistis iuramentum, quod locuti estis, inter Deum, & vos, & dixistis dedituros ciuitatem inimicis nostris, nisi in illis diebus conuersus fuerit Dominus ad adiuuandum nos.*

11 *Et nunc qui estis vos, qui tentastis Deum in die hodierna, & statuistis pro Deo in medio filiorum hominum?*

12 *Et nunc Dominum omnipotentem examinatis, & nihil cognoscetis vsque in sæculum: quoniam profundum cordis hominis non inuenietis, & verba cogitationis eius non percipietis:*

13 *Et quomodo Deum qui fecit omnia hæc, inuestigabitis; & mentem eius cognoscetis, & cogitationem eius contemplabimini?*

14 *Nequaquam fratres: nolite ad iracundiam prouocare Dominum Deum nostrum: quoniam si noluerit in istis quinque diebus auxiliari nobis, ipse habet potestatem, in quibus velit, tegere diebus, vel etiam exterminare nos ante faciem inimicorum nostrorum.*

Vulgat. Editio.

15 Non enim quasi homo, sic Deus comminabitur, neque sicut filius hominis ad iracundiam inflammabitur.

16 Et ideo humiliemus illi animas nostras, & in spiritu constituti humiliato, seruientes illi,
17 Dicamus flentes Domino, vt secundum voluntatem suam sic faciat nobiscum misericordiam suam: vt sicut conturbatum est cor nostrum in superbia eorum, ita etiam de nostra humilitate gloriemur:

18 Quoniam non sumus secuti peccata patrum nostrorum, qui dereliquerunt Deum suum, & adorauerunt deos alienos,

19 Pro quo scelere dati sunt in gladium, & in rapinam, & in confusionem inimicis suis: nos autem alterum Deum nescimus præter ipsum.

20 Expectemus humiles consolationem eius, & exquiret sanguinem nostrum de afflictionibus inimicorum nostrorum, & humiliabit omnes Gentes: quæcumque insurgunt contra nos, & faciet illas sine honore Dominus Deus noster.

21 Et nunc fratres, quoniam vos estis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum ad eloquium vestrum corda eorum erigite, vt memores sint, quia tentati sunt patres nostri vt probarentur, si vere colerent Deum suum.

* Gen. 22. 1.

22 * Memores esse debent quomodo pater noster Abraam tentatus est, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est.
23 Sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses, & omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transierunt fideles.
24 Illi autem, qui tentationes non susceperunt cum timore Domini, & impatientiam suam & improperium murmurationis suæ contra Dominum protulerunt,

* 1. Cor. 10. 9.

25 * Exterminati sunt ab exterminatore, & à serpentibus perierunt.
26 Et nos ergo non vlciscamur nos pro his, quæ patimur,
27 Sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia minora esse flagella Domini, quibus quasi serui corripimur ad emendationem, & non ad perditionem nostram euenisse credamus.
28 Et dixerunt illi Ozias, & presbyteri: Omnia, quæ locuta es, vera sunt, & non est in sermonibus tuis vlla reprehensio.

29 Nunc ergo ora pro nobis, quoniam mulier sancta es & timens Deum.

30 Et dixit illis Iudith: Sicut quod potui loqui, Dei esse cognoscitis:
31 Ita quod facere disposui, probate si ex Deo est, & orate vt firmum faciat Deus consilium meum.

Transl. ex Septuag.

15 *Vos autem ne extorqueatis consilia Domini Dei nostri, quoniam non tamquam homo Deus, vt minis terreatur, neque tamquam filius hominis, vt iudicetur.*

16 *Quamobrem expectantes eam, quæ ab ipso, salutem, inuocemus eum in adiutorium nostrorum: & exaudiet*
17 *vocem nostram si fuerit ipsi placitum:*

18 *Quoniam non surrexit in generationibus nostris, neque est in hodierna die neque tribus, neque patria, neque oppidum neque ciuitates ex nobis, qui adorent Deos manufactos, sicut factum est in prioribus diebus.*

19 *Quorum gratia dati sunt in gladium, & in direptionem patres nostri, & ceciderunt ruina magna coram inimicis nostris. Nos autem alium Deum non agnouimus præter eum.*

20 *Vnde speramus, quia non despiciet nos, neque à genere nostro: quoniam cum capti fuerimus nos, sic sedebit omnis Iudea, & diripientur sancta nostra, & queret pollutionem eorum de ore nostro, & cædem fratrum nostrorum, & captiuitatem terræ, & desolationem hæreditatis nostræ conuertet in caput nostrum in gentibus, vbicumque seruierimus ibi, & erimus in offendiculum, & in opprobrium coram possidentibus nos: quoniam non dirigetur seruitus nostra in gratiam, sed in ignominiam dabit eam Dominus Deus noster.*

21 *Et nunc fratres ostendamus fratribus nostris, quia ex nobis pendet anima eorum, & sancta & domus, & altare innituntur super nos. Præter hæc omnia gratias agamus Domino Deo nostro, qui tentat nos, sicut & patres nostros.*
22 *Recordamini, quæcumque fecit cum Abraham,*

23 *Et quæcumque tentauit Isaac, & quæcumque euenerunt Iacob in Mesopotamia Syriæ, pascenti pecora Laban fratris matris suæ:*
24 *24. & 25. Quoniam non sicut illos examinauit in examen cordis eorum,*

25

26 *Etiam nos non est vltus sed ad monitionem flagellat Dominus appropinquantes sibi.*
27

28 *Et dixit ad eam Ozias: omnia quæcumque dixisti, bono corde locuta es, & non est qui resistat verbis tuis: quoniam non hodie sapientia tua manifesta est sed à principio dierum tuorum nouit omnis populus intellectum tuum, quomodo bona est formatio cordis tui. Sed populus sitiuit vehementer, & coegerunt facere nos secundum ea, quæ locuti fuimus eis, & inducere iuramentum super nos, quod non transgrediemur.*

29 *Et nunc ora pro nobis, quoniam mulier pia es: & mittet Dominus pluuiam ad impletionem cisternarum nostrarum, & non deficiemus vltra.*
30 *Et dixit ad eos Iudith: Audite me, & faciam rem, quæ perueniet in generationes generationum filiis generis*
31 *nostri.*

Vulgat. Editio.

32 Stabitis vos ad portam nocte ista, & ego exeam cum Abra mea: & orate, vt ficut dixistis, in diebus quinque respiciat Dominus populum suum Israel.
33 Vos autem nolo vt scrutemini actum meum, & vsque dum renunciem vobis, nihil aliud fiat, nisi oratio pro me ad Dominum Deum nostrum.
34 Et dixit ad eam Ozias princeps Iuda: Vade in pace, & Dominus sit tecum in vltionem inimicorum nostrorum. Et reuertentes abierunt.

C A P. IX.

1 QVibus abscedentibus, Iudith ingressa est oratorium suum: & induens se cilicio, posuit cinerem super caput suum: & prosternens se Domino, clamabat ad Dominum, dicens:
* Gen. 34.25.
2 Domine Deus patris mei Simeon, * qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum, qui violatores extiterunt in coinquinatione sua, & denudauerunt femur virginis in confusionem:
3 Et dedisti mulieres illorum in prædam, & filias illorum in captiuitatem: & omnem prædam in diuisionem seruis tuis, qui zelauerunt zelum tuum: subueni quæso te Domine Deus meus mihi viduæ.
4 Tu enim fecisti priora, & illa post illa cogitasti: & hoc factum est quod ipse voluisti.
5 Omnes enim viæ tuæ paratæ sunt, & tua iudicia in tua prouidentia posuisti.
* Exo. 14.9.
6 * Respice castra Assyriorum nunc, sicut tunc castra Ægyptiorum videre dignatus es, quando post seruos tuos armati currebant, confidentes in quadrigis, & in equitatu suo, & in multitudine bellatorum.
7 Sed aspexisti super castra eorum, & tenebræ fatigauerunt eos.
8 Tenuit pedes eorum abyssus, & aquæ operuerunt eos.
9 Sic fiant & isti, Domine, qui confidunt in multitudine sua, & in curribus suis, & in contis, & in scutis, & in sagittis suis, & in lanceis gloriantur,
10 Et nesciunt quia tu ipse es Deus noster, qui conteris bella ab initio, & Dominus nomen est tibi.
11 Erige brachium tuum sicut ab initio, & allide virtutem illorum in virtute tua: cadat virtus eorum in iracundia tua, qui promittunt se violare sancta tua, & polluere tabernaculum nominis tui, & deiicere gladio suo cornu altaris tui.
12 Fac Domine, vt gladio proprio eius superbia amputetur:
13 Capiatur laqueo oculorum suorum in me, & percuties eum ex labiis charitatis meæ.
14 Da mihi in animo constantiam, vt contemnam illum: & virtutem, vt euertam illum.
* Iud. 4. 21. 5. 26.
15 * Erit enim hoc memoriale nominis tui, cum manus fœminæ deiecerit eum.

Transl. ex Septuag.

32 *Vos stabitis super portam nocte hac, & exibo ego cum ancilla mea, & in diebus, post quos dixistis tradituros ciuitatem inimicis nostris, visitabit Dominus Israel in manu mea.*
33 *Vos autem non perscrutabimini actionem meam: non enim dicam vobis, donec perfecta fuerint, quæ ego facio.*
34 *Et dixit Ozias, & principes ad eam: Vade in pace: & Dominus Deus ante te in vltionem inimicorum nostrorum. Et reuertentes è tabernaculo, iuerunt ad ordines suos.*

C A P. I X.

1 *IVdith autem procidit in faciem, & imposuit cinerem super caput suum. Et nudauit quem induerat saccum: (& erat nuper oblatum in Hierusalem in domo Dei thymiama vespere illius) & clamauit voce magna Iudith, & dixit:*
2 *Domine Deus patris mei Symeon, qui dedisti in manu gladium in vltionem alienigenarum, qui soluerant vuluam virginis in pollutionem, & nudauerunt femur in confusionem, & polluerunt vuluam in opprobrium: dixisti enim non sic erit. Et pro iis, quæ fecerunt, dedisti principes eorum in cædem, & stratum eorum, quod nouerat deceptionem eorum, in sanguine, & percussisti seruos super dynastas, & dynastas super thronos eorum:*
3 *Et dedisti vxores eorum in direptionem, & filias in captiuitatem, & omnia spolia in distributionem filiorum dilectorum à te, qui etiam zelauerant zelum tuum, & abominati erant contaminationem sanguinis sui, & inuocauerant te in auxiliatorem. Deus Deus meus, etiam exaudi me viduam.*
4 *Tu enim fecisti, quæ ante illa, & illa, & quæ deinceps, & quæ nunc, & superuententia cogitasti: & facta sunt quæ in mente habuisti, & affuerunt quæ deliberasti, & dixerunt, ecce adsumus:*
5 *Omnes enim viæ tuæ paratæ, & iudicium tuum in præcognitione. Ecce enim Assyrii multiplicati sunt in virtu-*
6 *te sua, exaltati sunt super equo, & ascensore, gloriati sunt in brachio peditum, sperauerunt in clypeo, & in gæso, & arcu, & fundibula, & non cognouerunt quia tu es Dominus conterens bella Dominus nomen tibi:*
7
8
9 (..)
10 (..)
11 *Tu frange eorum fortitudinem in virtute tua, & prosterne robur eorum in furore tuo. Deliberauerunt enim polluere sancta tua, contaminare tabernaculum requietis nominis gloriæ tuæ, & diruere ferro cornu altaris tui.*
12 *Aspice in superbiam eorum, mitte iram tuam in capita eorum.*
13
14 *Da in manu mea viduæ, quod cogitaui robur: percute seruum è labiis deceptionis meæ super principem, &*
15 *principem super ministrum eius: frange eorum celsitudinem in manu fœminæ.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio. / Transl. ex Septuag.

16 Non enim in multitudine est virtus tua Domine, neque in equorum viribus voluntas tua est, nec superbi ab initio placuerunt tibi: sed humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.

Non enim in multitudine robur tuum, neque potentatus tuus in fortibus: sed humilium es Deus, minorum es adiutor, susceptor infirmorum, deploratorum protector, desperatorum saluator.

17 Deus cœlorum, creator aquarum, & Dominus totius creaturæ, exaudi me miseram deprecantem, & de tua misericordia præsumentem.

Ne, ne, Deus patris mei, & Deus hereditatis Israel: Domine cœlorum, & terræ, creator aquarum, rex omnis creaturæ tuæ, tu exaudi orationem meam,

18 Memento Domine testamenti tui, & da verbum in ore meo, & in corde meo consilium corrobora, vt domus tua in sanctificatione tua permaneat:

Et da verbum meum, & deceptionem, in vulnus, & liuorem eorum: qui cōtra testamentum tuum, & domum sanctificatam tuam, & verticem Sion, & domum possessionis filiorum tuorum deliberauerunt dura:

19 Et omnes Gentes agnoscant quia tu es Deus, & non est alius præter te.

Et fac super omnem gentem tuam, & omnem tribum cognitionem ad sciendum, quia tu es Deus omnis virtutis, & potentiæ, & non est alius protegens genus Israel, nisi tu.

CAP. X.

CAP. [illegible]

1 FActum est autem, cum cessasset clamare ad Dominum, surrexit de loco, in quo iacuerat prostrata ad Dominum.

ET factum est, vt cessauit clamans ad Deum Israel, & consummauit omnia verba hæc; & surrexit à deiectione.

2 Vocauitque Abram suam, & descendens in domum suam, abstulit à se cilicium, & exuit se vestimentis viduitatis suæ,

Et vocauit ancillam suam, & descendit in domum, in qua versabatur in ea in diebus sabbatorum, & in festiuitatibus suis, & circumabstulit saccum, quem induerat, & exuit vestimenta viduitatis suæ,

3 Et lauit corpus suum, & vnxit se myro optimo, & discriminauit crinem capitis sui, & imposuit mitram super caput suum, & induit se vestimentis iucunditatis suæ, induitque sandalia pedibus suis, assumpsitque dextraliola, & lilia, & inaures, & annulos, & omnibus ornamentis suis ornauit se.

Et circumlauit corpus aqua, & vnxit vnguento pingui, & discriminauit capillos capitis sui, & imposuit mitram super illud, & induit vestimenta lætitiæ suæ in quibus amiciebatur in diebus vitæ viri sui Manasse: & sumpsit sandalia in pedes suos, & circumposuit monilia, & armillas & annulos, & inaures, & omnem ornatum suum.

4 Cui etiam Dominus contulit splendorem: quoniam omnis ista compositio non ex libidine, sed ex virtute pendebat: & ideo Dominus hanc illam pulchritudinem ampliauit, vt incomparabili decore omnium oculis appareret.

Et ornata est valde in occursum oculorum hominum, quicumque viderint eam.

5 Imposuit itaque Abræ suæ ascoperam vini, & vas olei, & polentam, & palathas, & panes, & caseum, & profecta est.

Et dedit ancillæ suæ ascoperam vini, & campsacem olei, & peram impleuit farinis, & palatha, & panibus mundis, & circumduplicauit omnia vasa sua, & imposuit super eam.

6 Cumque venissent ad portam ciuitatis, inuenerunt expectantem Oziam & presbyteros ciuitatis.

Et exierunt ad portam ciuitatis Betulua, & inuenerunt instantes super eam Oziam, & seniores ciuitatis, Chabrin, & Charmin.

7 Qui cum vidissent eam, stupentes mirati sunt nimis pulchritudinem eius.

Vt autem viderunt eam (& erat mutata facies eius & stolam mutatam eius.) & mirati sunt super pulchritudine eius quamplurimum valde.

8 Nihil tamen interrogantes eam, dimiserunt transire, dicentes: Deus patrum nostrorum det tibi gratiam, & omne consilium tui cordis sua virtute corroboret, vt glorietur super te Ierusalem, & sit nomen tuum in numero sanctorum & iustorum.

Et dixerunt ei: Deus, Deus patrum nostrorum det te in gratiam, & perficere adinuentiones tuas in gloriationem filiorum Israel, & exaltationem Hierusalem.

9 Et dixerunt hi qui illic erant, omnes vna voce: Fiat, fiat.

Et adorauit Deum, & dixit ad eos: Præcipite aperire mihi portam ciuitatis, & exibo ad perfectionem verborum, quæ locuti estis mecum, & præceperunt iuuenibus aperire ei, sicut locuti fuerant. Et fecerunt sic.

10 Iudith vero orans Dominum, transiuit per portas, ipsa & Abra eius.

Et exijt Iudith, ipsa, & ancilla eius cum ea. Prospectabant autem eam viri ciuitatis, quoadusque descendit montem, donec transijt vallem, & non vltra aspiciebant eam.

11 Factum est autem, cum descenderet montem, circa ortum diei, occurrerunt ei exploratores Assyriorum, & tenuerunt eam dicentes: Vnde venis, aut quo vadis?

Et ibant in valle in rectum: & occurrerunt ei exploratores Assyriorum: & cœperunt eam, & interrogauerunt: Quorum es, & vnde venis, & quo vadis?

Digitized by Google

Vulgat. Editio.		Tranfl. ex Septuag.
Quæ respondit: Filia sum Hebræorum, ideo ego fugi à facie eorum, quoniam futurum agnoui, quod dentur vobis in deprædationem, pro eo quod contemnentes vos, noluerunt vltro tradere seipsos vt inuenirent misericordiam in conspectu vestro.	12	*Et dixit: Filia sum Hebræorum, & aufugio à facie eorum; quoniam dandi sunt vobis in deuorationem.*
Hac de causa cogitaui mecum, dicens: Vadam ad faciem principis Holofernis, vt indicem illi secreta illorum, & ostendam illi quo aditu possit obtinere eos, ita vt non cadat vir vnus de exercitu eius.	13	*Et ego venio ad faciem Olophernis principis virtutis vestræ ad annunciandum verba veritatis: & ostendam ante faciem eius viam, per quam ibit, & dominabitur vniuersæ montanæ, & non dissonabit de viris eius caro vna, neque spiritus vitæ.*
Et cum audissent viri illi verba eius, considerabant faciem eius, & erat in oculis eorum stupor, quoniam pulchritudinem eius mirabantur nimis.	14	*Vt autem audierunt viri verba eius, & contemplati sunt faciem eius, & erat ante eos admirabilis pulchritudine valde;*
Et dixerunt ad eam: Conseruasti animam tuam eo quod tale reperisti consilium, vt descenderes ad dominum nostrum.	15	*Et dixerunt ad eam: Saluasti animam tuam, festinans descendere ad faciem domini nostri.*
Hoc autem scias, quoniam cum steteris in conspectu eius, bene tibi faciet, & eris gratissima in corde eius. Duxeruntque illam ad tabernaculum Holofernis, annunciantes eam.	16	*Et nunc accede ad tabernaculum eius; & ex nobis præmittent te, donec tradent te in manus eius. Si autem steteris coram eo, ne timeas corde tuo, sed annuncia secundum verba tua, & bene tibi faciet. Et elegerunt è seipsis*
Cumque intrasset ante faciem eius, statim captus est in suis oculis Holofernes.	17	*viros centum, & adiunxerunt ei, & ancillæ eius, & duxerunt eas ad tabernaculum Olophernis. Et factus est concursus in omnibus castris. Personuerat enim in tabernaculis præsentia eius. Et venientes circumdabant eam; sicut stabat extra tabernaculum Olophernis; donec annunciauerunt ei de ea: & mirabantur super pulchritudine eius: & mirabantur filios Israel ex ea.*
Dixeruntque ad eum satellites eius: Quis contemnat populum Hebræorum, qui tam decoras mulieres habent, vt non pro his merito pugnare contra eos debeamus?	18	*Et dixit vnusquisque ad proximum suum. Quis contemnet populum hunc, qui habet in se mulieres tales? quoniam non bonum est remanere ex eis virum vnum: qui dimissi poterunt decipere omnem terram. Et exierunt, qui dormiebant iuxta Olophernem; & omnes ministri eius: & introduxerunt eam in tabernaculum.*
Videns itaque Iudith Holofernem sedentem in conopœo, quod erat ex purpura, & auro, & smaragdo, & lapidibus pretiosis intextum:	19	*Et erat Olophernes requiescens super lectum suum in conopœo, quod erat ex purpura, & auro, & smaragdo, & lapidibus preciosis intextis. Et annunciauerunt ei de ea: & exiuit in proscenium, & lampades argenteæ præcedentes eum. Vt autem venit ad faciem eius Iudith, & ministrorum eius; mirati sunt omnes super pulchritudine faciei eius.*
Et cum in faciem eius intendisset, adorauit eum, prosternens se super terram. Et eleuauerunt eam serui Holofernis, iubente domino suo.	20	*Et procidens in faciem adorauit eum: & erexerunt eam serui eius.*
CAP. XI.		**CAP. XI.**
TVnc Holofernes dixit ei: Aequo animo esto, & noli pauere in corde tuo: quoniam ego numquam nocui viro, qui voluit seruire Nabuchodonosor regi.	1	*ET dixit ad eam Olophernes: Confide mulier: ne timeas corde tuo: quoniam ego non malefaciam homini, quisquis elegerit seruire regi Nabuchodonosor omnis terræ.*
Populus autem tuus, si non contempsisset me, non leuassem lanceam meam super eum.	2	*Et nunc populus tuus habitans montanam, nisi vilipendissent me, non eleuassem hastam meam super eos: sed ipsi sibi fecerunt hæc.*
Nunc autem dic mihi, qua ex causa recessisti ab illis, & placuit tibi vt venires ad nos?	3	*Et nunc dic mihi, cuius gratia aufugisti ab eis, & venisti ad nos. Venis enim ad salutem: Confide: in nocte hac viues & in reliquum. Non enim est, qui tibi iniuriam illaturus sit, sed bene tibi faciet, sicut fit seruis domini mei regis Nabuchodonosor,*
Et dixit illi Iudith: Sume verba ancillæ tuæ, quoniam si secutus fueris verba ancillæ tuæ, perfectam rem faciet Dominus tecum.	4	*Et dixit ad eum Iudith: Suscipe verba seruæ tuæ, & loquatur ancilla tua ad faciem tuam, & non annunciabo mendacium domino meo in nocte hac. Et si secutus fueris verba ancillæ tuæ; perfecto negotium faciet tecum Deus: & non decidet dominus meus à studijs suis.*

Vulgat. Editio.

5 Viuit enim Nabuchodonosor rex terræ, & viuit virtus eius, quæ est in te ad correptionem omnium animarum errantium: quoniam non solum homines seruiunt illi per te, sed & bestiæ agri obtemperant illi.

6 Nunciatur enim animi tui industria vniuersis gentibus, & indicatum est omni sæculo, quoniam tu solus bonus, & potens es in omni regno eius, & disciplina tua omnibus prouinciis prædicatur.

7 * Nec hoc latet, quod locutus est Achior, nec illud ignoratur, quod ei iusseris euenire.

* Sup. 5.5.

8 Constat enim, Deum nostrum sic peccatis offensum vt mandauerit per prophetas suos ad populum, quod tradat eum pro peccatis suis.

9 Et quoniam sciunt se offendisse Deum suum filij Israel, tremor tuus super ipsos est.

10 Insuper etiam fames inuasit eos, & ab ariditate aquæ iam inter mortuos computantur.

11 Denique hoc ordinant, vt interficiant pecora sua, & bibant sanguinem eorum:

12 Et sancta Domini Dei sui, quæ præcepit Deus non contingi, in frumento, vino, & oleo, hæc cogitauerunt impendere, & volunt consumere, quæ nec manibus deberent contingere: ergo quoniam hæc faciunt, certum est quod in perditionem dabuntur.

13 Quod ego ancilla tua cognoscens, fugi ab illis, & misit me Dominus hæc ipsa nunciare tibi.

14 Ego enim ancilla tua Deum colo, etiam nunc apud te: & exiet ancilla tua, & orabo Deum,

15 Et dicet mihi quando eis reddat peccatum suum, & veniens nunciabo tibi, ita vt ego adducam te per mediam Ierusalem, & habebis omnem populum Israel, sicut oues, quibus non est pastor, & non latrabit vel vnus canis contra te:

16 Quoniam hæc mihi dicta sunt per prouidentiam Dei.

17 Et quoniam iratus est illis Deus, hæc ipsa missa sum nunciare tibi.

18 Placuerunt autem omnia verba hæc coram Holoferne, & coram pueris eius, & mirabantur sapientiam eius, & dicebant alter ad alterum:

19 Non est talis mulier super terram in aspectu, in pulchritudine, & in sensu verborum.

20 Et dixit ad illam Holofernes: Bene fecit Deus, qui misit te ante populum, vt des illum in manibus nostris:

Et

Transl. ex Septuag.

Viuit enim rex Nabuchodonosor vniuersæ terræ, & viuit imperium eius, qui misit te ad correctionem omnis animæ; quia non solum homines propter te seruient ei, sed etiam bestiæ agri, & pecora, & volatilia cæli propter fortitudinem tuam viuent super Nabuchodonosor, & omnem domum eius.

Audiuimus enim sapientiam tuam, & calliditates animæ tuæ: & annunciatum est omni terræ: quia tu solus bonus in omni regno, & potens in scientia, & mirabilis in expeditionibus belli.

Et nunc sermo, quem locutus est Achior in consensu tuo, audiuimus verba eius, quoniam seruauerunt eum viri Betuluæ, & annunciauit eis omnia, quæcumque elocutus erat apud te,

Quare dominator domine ne transgrediaris verbum eius, sed depone illud in corde tuo, quoniam verax est. Non enim sumitur vindicta de genere nostro, non præualet gladius aduersus eos, nisi peccauerint in Deum suum.

Et nunc, vt non fiat dominus meus eiectus, & re infecta desistens; & cadet mors super faciem eorum, & occupauit eos peccatum, in quo irritabunt Deum suum, quandocumque fecerint absurditatem.

Quoniam enim defecerunt eos escæ, & rarefacta est omnis aqua,

Deliberauerunt iniicere manum iumentis suis,

Et omnia quæcumque distinxit eis Deus in legibus suis non comedere, decreuerunt insumere, & primitias frumenti, & decimas vini, & olei, quæ seruauerant sanctificantes sacerdotibus assistentibus in Hierusalem ante faciem Dei nostri, decreuerunt expendere, quæ neque manibus oportebat tangere quemquam eorum, qui de populo. Et miserunt in Hierusalem (quoniam, & qui ibi habitant, fecerunt hæc) eos, qui transportarent ipsis remissionem à senatu. Et erit simul ac renunciatum ipsis fuerit, & fecerint; dabuntur tibi in perditionem in die illa.

Vnde ego serua tua cognoscens hæc omnia, aufugi à facie eorum. Et misit me Deus facere tecum negocia, super quibus stupebit vniuersa terra, quicumque audiuerint ea:

Quoniam serua tua Dei cultrix est, & ministrans nocte, & die Deo cæli. Et nunc manebo apud te domine mi: & exibit serua tua per noctem in vallem, & deprecabor ad Deum.

Et dicet mihi, quando fecerint peccata sua: & veniens deferam tibi, egredieris cum omni virtute tua, & non est, qui resistet tibi ex eis. Et ducam te per medium Iudeæ vsque ad veniendum contra Hierusalem. Et ponam sedem tuam in medio eius, & ages eos tamquam oues, quibus non est pastor: & non latrabit canis lingua sua coram te:

Quoniam hæc dicta sunt mihi secundum præcognitionem meam, & annunciata sunt mihi,

Et missa sum annunciare tibi.

Et placuerunt verba eius coram Olopherne, & coram omnibus ministris eius: & mirati sunt super sapientia eius, & dixerunt:

Non est talis mulier à summo vsque ad summum terræ, pulchra specie, & intellectu verborum.

Et dixit ad eam Olophernes: Bene fecit Deus mittens te ante populum, vt fiat in manibus nostris potentia: in iis autem, qui vilipenderunt dominum meum, perditio.

Et

Vulgat. Editio.

Et quoniam bona est promissio tua, si fecerit mihi hoc Deus tuus, erit & Deus meus, & tu in domo Nabuchodonosor magna eris, & nomen tuum nominabitur in vniuersa terra.

CAP. XII.

TVnc iussit eam introire vbi repositi erant thesauri eius, & iussit illic manere eam, & constituit quid daretur illi de conuiuio suo.

Cui respondit Iudith, & dixit: Nunc non potero manducare ex his, quæ mihi præcipis tribui, ne veniat super me offensio: ex his autem, quæ mihi detuli, manducabo.

Cui Holofernes ait: Si defecerint tibi ista, quæ tecum detulisti, quid faciemus tibi?

Et dixit Iudith: Viuit anima tua domine meus, quoniam non expendet omnia hæc ancilla tua, donec faciat Deus in manu mea hæc, quæ cogitaui. Et induxerunt illam serui eius in tabernaculum, quod præceperat.

Et petiit dum introiret, vt daretur ei copia nocte & ante lucem egrediendi foras ad orationem, & deprecandi Dominum.

Et præcepit cubiculariis suis, vt sicut placeret illi, exiret & introiret ad adorandum Deum suum, per triduum:

Et exibat noctibus in vallem Bethuliæ, & baptizabat se in fonte aquæ.

Et vt ascendebat, orabat Dominum Deum Israel, vt dirigeret viam eius ad liberationem populi sui.

Et introiens, munda manebat in tabernaculo vsque dum acciperet escam suam in vespere.

Et factum est, in quarto die Holofernes fecit cœnam seruis suis, & dixit ad Vagao eunuchum suum: Vade, & suade Hebræam illam vt sponte consentiat habitare mecum.

Fœdum est enim apud Assyrios, si fœmina irrideat virum agendo vt immunis ab eo transeat.

Tunc introiuit Vagao ad Iudith, & dixit: Non vereatur bona puella introire ad dominum meum, vt honorificetur ante faciem eius, vt manducet cum eo, & bibat vinum in iucunditate.

Cui Iudith respondit: Quæ ego sum, vt contradicam domino meo?

Omne quod erit ante oculos eius bonum & optimum faciam. Quidquid autem illi placuerit, hoc mihi erit optimum omnibus diebus vitæ meæ.

Et surrexit, & ornauit se vestimento suo, & ingressa stetit ante faciem eius.

Cor autem Holofernis concussum est: erat enim ardens in concupiscentia eius.

Et dixit ad eam Holofernes: Bibe nunc, & accumbe in iucunditate, quoniam inuenisti gratiam coram me.

Transl. ex Septuag.

21 *Et nunc venusta es tu in specie tua, & bona in verbis tuis. Quare, si feceris, sicut locuta es; Deus tuus erit meus Deus: & tu in domo regis Nabuchodonosor sedebis, & eris nominata apud omnem terram.*

CAP. XII.

1 *ET iussit introducere eam, vbi posita erat supellex argentea sua: & præcepit parari ei de obsoniis suis, & de vino suo bibere.*

2 *Et dixit Iudith: Non comedam ex eis: vt non fiat scandalum: sed de iis, quæ secuta sunt me, præbebitur.*

3 *Et dixit ad eam Olophernes: Si autem defecerint, quæ sunt tecum; vnde proferemus tibi ad dandum similia eis? Non enim est nobiscum de gente tua.*

4 *Et dixit Iudith ad eum: Viuit anima tua domine mi, quia non insumet serua tua ea, quæ sunt mecum, donec fecerit Dominus in manu mea, quæ deliberauit. Et duxerunt eam ministri Olophernis in tabernaculum: & dormiuit vsque ad mediam noctem. Et surrexit ad matutinam vigiliam:*

5 *Et misit ad Olophernem, dicens: Præcipiat, quæso, Dominus meus, permittere seruam tuam ad deprecationem exire.*

6 *Et præcepit Olophernes custodibus corporis non prohibere eam. Et mansit in castris dies tres:*

7 *Et exibat per noctem in vallem Betulua, & baptizabatur in castris super fontem aquæ.*

8 *Et, vt ascenderat, orabat Dominum Deum Israel dirigere viam ipsius ad suscitationem filiorum populi sui.*

9 *Et ingrediens munda manebat in tabernaculo, quoad usque attulisset alimentum suum ad vesperam.*

10 *Et factum est in die quarta, fecit Olophernes conuiuium seruis suis solis, & non vocauit ad ministerium, quemquam ex iis, qui ad vsus. Et dixit Bagoæ eunucho, qui erat præfectus super omnia, quæ ipsius: Persuade nunc vadens mulieri illi Hebrææ, quæ est apud te, venire ad nos, & comedere, & bibere nobiscum.*

11 *Ecce enim fœdum faciei nostræ; si mulierem talem omittamus non conuersantes cum ea: quoniam si hanc non allexerimus, irridebit nos.*

12 *Et exiuit Bagoas à facie Olophernis, & intrauit ad eam, & dixit: Ne cunctetur, quæso, puella pulchra hæc veniens ad dominum meum glorificari ad faciem eius, & bibere nobiscum in lætitia vinum, & fieri in die hac, sicut filia vna filiorum Assur, quæ assistunt in domo Nabuchodonosor.*

13 *Et dixit ad eum Iudith: Et quæ sum ego contradicens domino meo?*

14 *Quia omne, quod erit in oculis eius placitum, festinans faciam: & erit hoc exultatio vsque ad diem mortis meæ:*

15 *Et exurgens ornauit se veste, & omni ornatu muliebri. Et accessit serua eius, & strauit ei ante Olophernem, humi pelles, quas acceperat à Bagoa ad quotidianum vsum suum, vt manducaret accumbens super eas. Et ingressa recubuit Iudith:*

16 *Et stupuit cor Olophernis super eam & commota est anima eius: & erat cupidus valde congrediendi cum ea: & obseruabat tempus decipiendi eam, ex qua die vidit eam.*

17 *Et dixit ad eam Olophernes: Bibe, quæso, & esto nobiscum in lætitia.*

Vulgat. Editio.		Transl. ex Septuag.
Et dixit Iudith: Bibam domine, quoniam magnificata est anima mea hodie præ omnibus diebus meis.	18	*Et dixit Iudi h: Bibam nunc domine: quoniam magnificata est vita mea in me hodie pre omnibus diebus generationis mes:*
Et accepit, & manducauit, & bibit coram ipso ea, quæ parauerat illi ancilla eius.	19	*Et sumens comedit, & bibit coram eo, que parauerat serua ipsius.*
Et iucundus factus est Holofernes ad eam, bibitque vinum multum nimis, quantum numquam biberat in vita sua.	20	*Et letatus est Olophernes ex ea, & bibit vinum multum valde, quantum non biberat vnquam in die vna, ex quo natus erat.*
CAP. XIII.		***CAP. XIII.***
VT autem sero factum est, festinauerunt serui illius ad hospitia sua, & conclusit Vagao ostia cubiculi, & abiit.	1	*VT autem sero factum est, festinauerant serui illius diuertere: & Bagoas conclusit tabernaculum deforis: & exclusit assistentes à facie domini sui: & abierunt ad cubilia sua.*
Erant autem omnes fatigati à vino:	2	*Erant enim omnes defatigati: eo quod plurimum productum esset conuiuium.*
Eratque Iudith sola in cubiculo.	3	*Remansit autem Iudith sola in tabernaculo,*
Porro Holofernes iacebat in lecto, nimia ebrietate sopitus.	4	*Et Olophernes iacens super lectum suum: erat enim circumfusum ei vinum.*
Dixitque Iudith puellæ suæ vt staret foris ante cubiculum, & obseruaret.	5	*Et dixit Iudith serue sue stare extra cubiculum ipsius, & obseruare exitum eius, sicut quotidi. Exire enim dixit ad orationem suam. Et Bagoe locuta est iuxta verba hec. Et abierunt omnes à facie: & nemo remansit in cubiculo à paruo vsque ad magnum.*
Stetitque Iudith ante lectum, orans cum lachrymis, & labiorum motu in silentio,	6	*Et stans Iudith apud lectum illius,*
Dicens: Confirma me Domine Deus Israel, & respice in hac hora ad opera manuum mearum, vt, sicut promisisti, Ierusalem ciuitatem tuam erigas: & hoc quod credens per te posse fieri cogitaui, perficiam.	7	*Dixit in corde suo: Domine Deus omnis virtutis, respice in hora hac super opera manuum mearum in exaltationem Hierusalem; quoniam nunc tempus suscipe hereditatem tuam, & facere studium meum in quassationem hostium, qui insurrexerunt nobis.*
Et cum hæc dixisset, accessit ad columnam, quæ erat ad caput lectuli eius, & pugionem eius, qui in ea ligatus pendebat, exoluit.	8	*Et acc dens ad canon m lecti, qui erat ad caput Olophernis, deposuit acinacem eius ab eo.*
Cumque euaginasset illum, apprehendit comam capitis eius, & ait: Confirma me Domine Deus in hac hora.	9	*Et appropinquans lecto apprehendit comam capiti eius, & dixit: Confirma me Deus Israel in die hac.*
Et percussit bis in ceruicem eius, & abscidit caput eius, & abstulit conopœum eius à columnis, & euoluit corpus eius truncum.	10	*Et percussit in ceruicem eius bis in fortit u dine sua, & abstulit caput eius ab eo, & reuoluit corpus eius à strato, & abstulit conopæum à columnis.*
Et post pusillum exiuit, & tradidit caput Holofernis ancillæ suæ, & iussit vt mitteret illud in peram suam.	11	*Et post paucum exiuit, & tradidit ancille sue caput Olophernis, & iniecit illud in peram ciborum suorum:*
Et exierunt duæ, secundum consuetudinem suam, quasi ad orationem, & transierunt castra, & gyrantes vallem, venerunt ad portam ciuitatis.	12	*Et exierunt ambe simul secundum consuetudinem suam. Et transeuntes castra circumierunt vallem illam, & ascenderunt montem Betulua, & venerunt ad portas eius.*
Et dixit Iudith à longe custodibus murorum: Aperite portas, quoniam nobiscum est Deus, qui fecit virtutem in Israel.	13	*Et dixit Iudith à longe iis; qui custodiebant super portas: Aperite, aperite nunc portam; nobiscum Deus, Deus noster ad faciendam adhuc fortitudinem in Israel, & potentiam contra inimicos; sicut etiam hodie fecit.*
Et factum est, cum audissent viri vocem eius, vocauerunt presbyteros ciuitatis.	14	*Et factum est, vt audierunt viri ciuitatis eius vocem eius; festinauerunt descendere ad portam ciuitatis sue: & conuocauerunt seniores ciuitatis:*
Et concurrerunt ad eam omnes, à minimo vsque ad maximum: quoniam sperabant eam iam non esse venturam.	15	*Et concurrerunt omnes à paruo vsque ad magnum: quoniam preter opinionem erat eis venire ipsam: & aperuerunt portam, & susceperunt eas.*
Et accendentes luminaria congyrauerunt circa eam vniuersi: illa autem ascendens in eminentiorem locum, iussit fieri silentium. Cumque omnes tacuissent,	16	*Et accendentes ignem ad illuminationem, circundederunt eas.*
Dixit Iudith: Laudate Dominum Deum nostrum, qui non deseruit sperantes in se:	17	*At illa dixit ad eos voce magna: Laudate Deum, laudate, laudate Deum, qui non amouit misericordiam suam à domo Israel.*
Et in me ancilla sua adimpleuit misericordiam suam, quam promisit domui Israel: & interfecit in manu mea hostem populi sui hac nocte.	18	*Sed fregit inimicos nostros per manum meam in nocte hac.*

Et   *Et*

Vulgat. Editio.

19 Et proferens de pera caput Holofernis, ostendit illis, dicens: Ecce caput Holofernis principis militiæ Assyriorum, & ecce conopœum illius, in quo recumbebat in ebrietate sua, vbi per manum fœminæ percussit illum Dominus Deus noster.

20 Viuit autem ipse Dominus, quoniam custodiuit me Angelus eius & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem, & non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari, sed sine pollutione peccati reuocauit me vobis gaudentem in victoria sua, in euasione mea, & in liberatione vestra.

* Psal. 105. 1. & 106. 1

21 ★ Confitemini illi omnes, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius.

22 Vniuersi autem adorantes Dominum, dixerunt ad eam: Benedixit te Dominus in virtute sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros.

23 Porro Ozias princeps populi Israel, dixit ad eam: Benedicta es tu filia a Domino Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram.

24 Benedictus Dominus, qui creauit cœlum & terram, qui te direxit in vulnera capitis principis inimicorum nostrorum:

25 Quia hodie nomen tuum ita magnificauit, vt non recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini in æternum, pro quibus non pepercisti animæ tuæ propter angustias & tribulationem generis tui, sed subuenisti ruinæ ante conspectum Dei nostri.

26 Et dixit omnis populus: Fiat, fiat.

27 Porro Achior vocatus venit, & dixit ei Iudith: Deus Israel, cui tu testimonium dedisti quod vlciscatur se de inimicis suis, ipse caput omnium incredulorum incidit hac nocte in manu mea.

28 Et vt probes quia ita est, ecce caput Holofernis, qui in contemptu superbiæ suæ Deum Israel contempsit, & tibi interitum minabatur, dicens: Cum captus fuerit populus Israel, gladio perforari præcipiam latera tua.

29 Videns autem Achior caput Holofernis, angustiatus præ pauore, cecidit in faciem suam super terram, & æstuauit anima eius.

30 Postea vero quam resumpto spiritu recreatus est, procidit ad pedes eius, & adorauit eam, & dixit:

31 Benedicta tu à Deo tuo in omni tabernaculo Iacob, quoniam in omni gente, quæ audierit nomen tuum, magnificabitur super te Deus Israel.

CAP. XIV.

1 Dixit autem Iudith ad omnem populum: Audite me fratres, suspendite caput hoc super muros nostros:

2 Et erit, cum exierit Sol, accipiat vnusquisque arma sua, & exite cum impetu non vt descendatis deorsum, sed quasi impetum facientes.

3 Tunc exploratores necesse erit vt fugiant ad principem suum excitandum ad pugnam.

4 Cumque duces eorum cucurrerint ad tabernaculum Holofernis, & inuenerint eum truncum in suo sanguine volutatum, decidet super eos timor.

Transl. ex Septuag.

19 *Et proferens caput è pera ostendit, & dixit eis: Ecce caput Olophernis principis virtutis Assur, & ecce conopæum, in quo recumbebat in ebrietatibus suis: & percussit eum Dominus in manu fœminæ.*

20 *Et viuit Dominus, qui custodiuit me in via mea, qua iui: quoniam decepit eum facies mea in perditionem ipsius, & non fecit peccatum mecum in pollutionem, & confusionem.*

21

22 *Et obstupuit omnis populus valde: & procumbentes adorauerunt Deum, & dixerunt vnanimiter: Benedictus es Deus noster, qui ad nihilum redegisti in die hodierna inimicos populi tui.*

23 *Et dixit ei Ozias: Benedicta tu filia Deo altissimo præ omnibus mulieribus, quæ super terram,*

24 *Et benedictus Dominus Deus, qui creauit cœlos, & terram, qui direxit te in fractionem capitis principis inimicorum nostrorum:*

25 *Quoniam non remouebitur spes tua à corde hominum commemorantium fortitudinem Dei vsque in sæculum. Et faciat ea tibi Deus in sublimitatem æternam visitando te in bonis, eo quod non pepercisti animæ tuæ propter humiliationem generis nostri, sed subuenisti ruinæ nostræ, in rectum vadens coram Deo nostro.*

26 *Et dixerunt omnis populus: Fiat: fiat.* ★

27

28

* Cætera nō habentur in hac transl. ex Sep. Rom.

29

30

31

CAP. XIV.

1 *ET dixit ad eos Iudith: Audite nunc me fratres: & tollentes caput hoc, suspendite illud super pinnaculum muri vestri.*

2 *Et erit cum illuxerit aurora, & exiuerit Sol super terram; sumetis vnusquisque vasa bellica vestra, & exibitis omnis vir fortis extra ciuitatem, & dabitis principem in eos, tamquam descendentes in campum ad excubias filiorum Assur: & non descendetis.*

3 *Et sumentes isti armaturas suas, ibunt ad castra sua, & excitabunt duces virtutis Assur,*

4 *Et concurrent ad tabernaculum Olophernis, & non inuenient eum, & irruet super eos timor,*

Vulgat. Editio.

Cumque cognoueritis fugere eos, ite post illos securi, quoniam Dominus conteret eos sub pedibus vestris.

Tunc Achior videns virtutem, quam fecit Deus Israel, relicto gentilitatis ritu, credidit Deo, & circumcidit carnem præputij sui, & appositus est ad populum Israel, & omnis successio generis eius vsque in hodiernum diem.

(∴)

(∴) (∴)

Mox autem vt ortus est dies, suspenderunt super muros caput Holofernis, accepitque vnusquisque vir arma sua, & egressi sunt cum grandi strepitu & vlulatu.

Quod videntes exploratores, ad tabernaculum Holofernis cucurrerunt.

Porro hi, qui in tabernaculo erant, venientes, & ante ingressum cubiculi perstrepentes, excitandi gratia inquietudinem arte moliebantur, vt non ab excitantibus, sed à sonantibus Holofernes euigilaret.

Nullus enim audebat cubiculum virtutis Assyriorum pulsando, aut intrando aperire.

Sed cum venissent eius duces, ac tribuni, & vniuersi maiores exercitus regis Assyriorum, dixerunt cubiculariis:

Intrate, & excitate illum, quoniam egressi mures de cauernis suis, ausi sunt prouocare nos ad prælium.

Tunc ingressus Vagao cubiculum eius, stetit ante cortinam, & plausum fecit manibus suis: suspicabatur enim illum cum Iudith dormire.

Sed cum nullum motum iacentis sensu aurium caperet, accessit proximans ad cortinam, & eleuans eam, vidensque cadauer absque capite Holofernis in suo sanguine tabefactum iacere super terram, exclamauit voce magna cum fletu, & scidit vestimenta sua.

Et ingressus tabernaculum Iudith, non inuenit eam, & exiliit foras ad populum,

Et dixit: Vna mulier Hebræa fecit confusionem in domo regis Nabuchodonosor: ecce enim Holofernes iacet in terra, & caput eius non est in illo.

Quod cum audissent principes virtutis Assyriorum, sciderunt omnes vestimenta sua, & intolerabilis timor, & tremor cecidit super eos, & turbati sunt animi eorum valde.

Et factus est clamor incomparabilis in medio castrorum eorum.

CAP. XV.

Cumque omnis exercitus decollatum Holofernem audisset, fugit mens, & consilium ab eis, & solo tremore, & metu agitati, fugæ præsidium sumunt.

Transl. ex Septuag.

5 *Et fugient à facie vestra. Et insequuti vos, & omnes habitantes omnem terminum Israel, prosternite eos in viis eorum. Priusquam vero faciatis hæc, vocate mihi Achior Ammanitem; vt videns agnoscat eum, qui vilipendebat domum Israel, & ipsum tamquam ad mortem miserat ad nos. Et vocauerunt Achior è domo Ozia.*

6 *Vt autem venit, & vidit caput Olophernis in manu viri vnius de ecclesia populi; cecidit in faciem, & exolutus est spiritus eius. Vt autem recrearunt eum; procidit ad pedes Iudith, & adorauit faciem eius, & dixit: Benedicta tu in omni tabernaculo Iuda, & in omni gente, qui quidem audientes nomen tuum turbabuntur. Et nunc annuncia mihi, quæcumque fecisti in diebus his. Et annunciauit ei Iudith in medio populi omnia, quæcumque fuerat faciens, ex qua die exijt, vsque dum loquebatur eis. Vt autem cessauit loquens, iubilauit populus voce magna, & dedit vocem lætam in ciuitate sua. Videns autem Achior omnia, quæcumque fecerat Deus Israel, credidit Deo valde & circumcidit carnem præputij sui, & appositus est ad domum Israel vsque in diem hanc.*

7 *Postquam vero auroræ ascendit; & suspenderunt caput Olophernis è muro. Et sumpsit omnis vir Israel arma sua, & exiuerunt per spiras ad ascensiones montis.*

8 *Filij autem Assur, vt viderunt eos, miserunt ad præfectos suos.*

9 (∴) (∴)

10 *Illi autem venerunt ad duces, & ad Chiliarchos, & ad omnem principem suum.*

11 *Et aduenerunt ad tabernaculum Olophernis, & dixerunt ei, qui super omnia illius:*

12 *Excita nunc Dominum nostrum, quoniam ausi sunt serui descendere super nos ad prælium, vt extermmentur in finem.*

13 *Et intrauit Bagoas, & pulsauit aulam tabernaculi: suspicabatur enim dormire illum cum Iudith.*

14 *Vt autem nemo exaudiuit, disiungens intrauit in cubiculum, & inuenit eum super stratum proiectum mortuum, & caput eius ablatum erat ab eo. Et clamauit voce magna cum ploratu, & fletu, & clamore forti, & discidit vestimenta sua.*

15 *Et intrauit in tabernaculum, vbi fuit Iudith diuertens, & non inuenit eam. Et prosilijt ad populum*

16 *Vociferans: Præuaricati sunt serui: fecit confusionem vna mulier Hebræorum in domum regis Nabuchodonosor, quoniam ecce Olophernes humi, & caput non est super eum.*

17 *Vt autem audierunt verba hæc principes virtutis Assur, tunicas suas disciderunt, & turbata est anima eorum valde:*

18 *Et facta est eorum vociferatio, & clamor magnus valde in medio castrorum.*

CAP. XV.

1 *Et vt audierunt, qui erant in tabernaculis; obstupuerunt super factum: & irruit super eos timor, & tremor:*

Vulgat. Editio.

2 Ita vt nullus loqueretur cum proximo suo, sed
inclinato capite, relictis omnibus euadere festina-
bant Hebræos, quos armatos super se venire audie-
bant, fugientes per viam camporum, & semitas
collium.
3 Videntes itaque filij Israel fugientes, secuti sunt
illos. Descenderuntque clangentes tubis, & vlulan-
tes post ipsos.
4 Et quoniam Assyrij non adunati, in fugam ibant
præcipites: filij autem Israel vno agmine perse-
quentes, debilitabant omnes quos inuenire potuis-
sent.
5 Misit itaque Ozias nuncios per omnes ciuitates,
& regiones Israel.
6 Omnis itaque regio, omnisque vrbs electam iu-
uentutem armatam misit post eos, & persecuti sunt
eos in ore gladij quousque peruenirent ad extremi-
tatem finium suorum.
7 Reliqui autem, qui erant in Bethulia, ingressi
sunt castra Assyriorum, & prædam, quam fu-
gientes Assyrij reliquerant, abstulerunt, & onustati
sunt valde.
8 Hi vero, qui victores reuersi sunt ad Bethuliam,
omnia quæ erant illorum attulerunt secum, ita vt
non esset numerus in pecoribus, & iumentis, &
vniuersis mobilibus eorum, vt à minimo vsque
ad maximum omnes diuites fierent de prædatio-
tionibus eorum.
9 Ioachim autem summus pontifex de Ierusalem
venit in Bethuliam cum vniuersis presbyteris suis,
vt videret Iudith.
10 Quæ cum exisset ad illum, benedixerunt eam
omnes vna voce, dicentes: Tu gloria Ierusalem, tu
lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri:
11 Quia fecisti viriliter, & confortatum est cor
tuum, eo quod castitatem amaueris, & post
virum tuum, alterum nescieris: ideo & ma-
nus Domini confortauit te, & ideo eris benedicta
in æternum,
12 Et dixit omnis populus: Fiat, fiat.
13 Per dies autem triginta, vix collecta sunt spolia
Assyriorum à populo Israel.
14 Porro autem vniuersa*, quæ Holofernis peculia-
ria fuisse probata sunt, dederunt Iudith in auro, &
argento, & vestibus, & gemmis, & omni supellecti-
li, & tradita sunt omnia illi à populo.
15 Et omnes populi gaudebant cum mulieribus, &
virginibus, & iuuenibus, in organis, & citharis.

CAP. XVI.

1 TVnc cantauit canticum hoc Domino Iudith,
dicens:
2 Incipite Domino in tympanis: cantate Domino
in cymbalis, modulamini illi psalmum nouum,
exaltate, & inuocate nomen eius.

Transl. ex Septuag.

Et non fuit homo manens ad faciem proximi vltra: sed effusi vnanimiter fugiebant super omnem viam campi, & montanæ. Et qui castrametati erant in montana in circuitu Betuluæ, & versi sunt in fugam.

Et tunc filij Israel, omnis vir bellator ex eis, effuderunt se super eos.

Et misit Ozias in Bathomasthem, & Chobai, & Chola, & ad omnem terminum Israel, qui annunciarent super his, quæ confecta fuerant, & vt omnes superfunderentur hostibus ad perditionem eorum.

Vt autem audiuerunt filij Israel, omnes vnanimiter irruerunt super eos, & cædebant eos vsque Choba. Similiter autem & qui de Hierusalem aduenerant, & ex omni montana. Annunciauerant enim eis, quæ facta erant castris inimicorum suorum. Et qui in Galaad, & qui in Galilæa, dissipauerunt eos plaga magna, quoadusque præterierunt Damascum, & fines eius.

Ceteri autem, qui habitabant Betulua, irruerunt in castra Assur, & prædati sunt eos, & ditati sunt valde.

Filij autem Israel reuertentes à cæde, dominati sunt reliquorum: & pagi, & villæ in montana, & campestri obtinuerunt multa spolia: erat enim multitudo plurima valde.

Et Ioacim sacerdos magnus, & seniores filiorum Israel habitantes in Hierusalem venerunt ad spectandum bona quæ fecerat Dominus Israeli, & ad videndam Iudith, & loquendum cum ea pacem.

Vt autem intrarunt ad eam, benedixerunt eam omnes vnanimiter, & dixerunt ad eam: Tu sublimitas Israel, tu exultatio magna Israel, tu gloriatio magna generis nostri.

Fecisti omnia hæc in manu tua, fecisti bona cum Israel: & bene sentiat super eis Deus. benedicta esto apud omnipotentem Dominum in æternum tempus.

Et dixit omnis populus: Fiat.

Et spoliauit omnis populus castra per dies triginta:

Et dederunt Iudith tabernaculum Olophernis, & omnem argenteam supellectilem, & lectos, & peluem, & omne vasarium eius. Et accipiens ipsa imposuit super mulam suam, & iunxit plaustra sua, & concerminauit ea super illa. Et concurrit omnis mulier Israel ad videndam eam, & benedixerunt eam: & fecerunt ei chorum ex se: & sumpsit thyrsos in manibus suis, & dedit mulieribus, quæ secum, & coronatæ sunt oliua, ipsa, & quæ cum ipsa.

Et præiuit omnem populum in chorea, ducens omnes mulieres: & sequebatur omnis vir Israel armati cum coronis, & hymnis in ore suo.

CAP. XVI.

** ET inchoauit Iudith confessionem hanc in omni Israel, & succinebat omnis populus laudem hanc. **

** Et dixit Iudith:*

Incipite Deo meo in tympanis: cantate Domino meo in cymbalis: modulamini ei psalmum nouum: exaltate, & inuocate nomen eius:

* Quæ hic duobus asteris claudũtur in transl. ex Sept. Rom. iungũtur superiori capitulo.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.		Transl. ex Septuag.
Dominus conterens bella, Dominus nomen est illi.	3	*Quoniam Deus conterens bella Dominus:*
Qui posuit castra sua in medio populi sui, vt eriperet nos de manu omnium inimicorum nostrorum.	4	*Quoniam in castris eius in medio populi eripuit me de manu persequentium me.*
Venit Assur ex montibus ab Aquilone in multitudine fortitudinis suæ: cuius multitudo obturauit torrentes, & equi eorum cooperuerunt valles.	5	*Venit Assur è montibus ab Aquilone: venit in myriadibus virtutis suæ, quarum multitudo earum obstruxerat torrentes, & equitatus eorum operuerat colles.*
Dixit se incensurum fines meos, & iuuenes meos occisurum gladio, infantes meos dare in prædam, & & virgines in captiuitatem.	6	*Dixit combusturum fines meos, & iuuenes meos perempturum in gladio, & lactentes meos positurum in pauimentum, & infantes meos daturum in direptionem, & virgines meas spoliaturum.*
Dominus autem omnipotens nocuit eum, & tradidit eum in manus fœminæ, & confodit eum.	7	*Dominus omnipotens frustratus est eos in manu fœminæ.*
Non enim cecidit potens eorum à iuuenibus, nec filij Titan percusserunt eum, nec excelsi gigantes opposuerunt se illi, sed Iudith [illegible]ia Merari in specie faciei suæ dissoluit eum.	8	*Non enim cecidit potens eorum à iuuenibus, neque filij Titanum percusserunt eum, neque excelsi gigantes inuaserunt eum, sed Iudith filia Merari in pulchritudine faciei suæ dissoluit eum.*
Exuit enim se vestimento viduitatis, & induit se vestimento lætitiæ in exultatione filiorum Israel.	9	*Exuit enim stolam viduitatis suæ in sublimitate laborantium in Israel,*
Vnxit faciem suam vnguento, & colligauit cincinnos suos mitra, accepit stolam nouam ad decipiendum illum.	10	*Vnxit faciem suam in vnguento, & ligauit capillos suos in mitra, & sumpsit stolam lineam in deceptionem illius:*
Sandalia eius rapuerunt oculos eius, pulchritudo eius captiuam fecit animam eius, amputauit pugione ceruicem eius.	11	*Sandalium ipsius rapuit oculum eius, & pulchritudo ipsius captiuauit animam eius. Pertransiit acinaces ceruicem eius:*
Horruerunt Persæ constantiam eius, & Medi audaciam eius.	12	*Horruerunt Persæ audaciam ipsius, & Medi confidentia ipsius disrupti sunt.*
Tunc vlulauerunt castra Assyriorum, quando apparuerunt humiles mei, arescentes in siti.	13	*Tunc vociferati sunt humiles mei, & timuerunt infirmi mei, & expauerunt: exaltauerunt vocem suam, & reuersi sunt.*
Filij puellarum compunxerunt eos, & sicut pueros fugientes occiderunt eos: perierunt in prælio à facie Domini Dei mei.	14	*Filij puellarum compunxerunt eos, & tanquam pueros transfugarum vulnerabant eos. Perierunt ab acie Domini mei.*
Hymnum cantemus Domino, hymnum nouum cantemus Deo nostro.	15	*Hymnum dicam Deo meo, hymnum dicam.*
Adonai Domine magnus es tu, & præclarus in virtute tua, & quem superare nemo potest.	16	*Domine magnus es, & gloriosus, mirabilis in fortitudine, insuperabilis.*
* Gen. 1 Ps. 32. 9 — Tibi seruiat omnis creatura tua: * quia dixisti, & facta sunt: misisti spiritum tuum, & creata sunt, & non est qui resistat voci tuæ.	17	*Tibi seruiat omnis creatura tua: quoniam dixisti, & facta sunt: misisti spiritum tuum, & ædificauit: & non est qui resistet voci tuæ.*
Montes à fundamentis mouebuntur cum aquis: petræ sicut cera, liquescent, ante faciem tuam.	18	*Montes enim à fundamentis cum aquis commouebuntur: petræ autem à facie tua tanquam cera, liquescent: super timentes autem te tu bene propitiaris eis: quoniam paruum omne sacrificium in odorem suauitatis; & minimus omnis adeps in holocaustoma tibi:*
Qui autem timent te, magni erunt apud te per omnia.	19	*Timens autem Dominum magnus semper.*
Væ genti insurgenti super genus meum: Dominus enim omnipotens vindicabit in eis, in die iudicij visitabit illos.	20	*Væ gentibus insultantibus generi meo. Dominus omnipotens vlciscetur eos in die iudicij,*
Dabit ignem, & vermes in carnes eorum, vt vrantur, & sentiant vsque in sempiternum.	21	*Dando ignem, & vermes in carnes eorum: & plorabunt in sensu vsque in sæculum:*
Et factum est post hæc, omnis populus post victoriam venit in Ierusalem adorare Dominum: & mox, vt purificati sunt, obtulerunt omnes holocausta, & vota, & repromissiones suas.	22	*Vt autem venerunt in Hierusalem; adorauerunt Deum. Et postquam mundatus est populus, obtulerunt holocaustomata sua, & spontanea sua, & dona.*
Porro Iudith vniuersa vasa bellica Holofernis, quæ dedit illi populus, & conopœum, quod ipsa sustulerat de cubili ipsius, obtulit in anathema obliuionis.	23	*Et posuit Iudith omnia vasa Olophernis, quæ dederat populus ipsi, & conopæum, quod sumpserat ipsa è cubili eius, in anathema Deo dedit.*
Erat autem populus iucundus secundum faciem sanctorum, & per tres menses gaudium huius victoriæ celebratum est cum Iudith.	24	*Et fuit populus lætans in Hierusalem ad faciem sanctorum per menses tres. & Iudith cum eis mansit.*
Post dies autem illos vnusquisque rediit in domum suam, & Iudith magna facta est in Bethulia, & præclarior erat vniuersæ terræ Israel.	25	*Post dies autem hos discessit vnusquisque ad hæreditatem suam. Et Iudith abijt in Betulia, & mansit super substantiam suam. Et facta est per tempus suum gloriosa in vniuersa terra.*

Vulgat. Editio.

Erat etiam virtuti castitas adiuncta, ita vt non
cognosceret virum omnibus diebus vitæ suæ, ex
quo defunctus est Manasses vir eius.
Erat autem diebus festis procedens cum magna
gloria.
Mansit autem in domo viri sui annos centum
quinque, & dimisit Abram suam liberam, & defun-
cta est, ac sepulta cum viro suo in Bethulia.

Luxitque illam omnis populus diebus septem.
In omni autem spatio vitæ eius non fuit qui
perturbaret Israel, & post mortem eius annis mul-
tis.
Dies autem victoriæ huius festiuitatis, ab Hebræis
in numero sanctorum dierum accipitur, & colitur
à Iudæis ex illo tempore vsque in præsentem diem.

Transl. ex Septuag.

26 *Et multi concupierunt eam: & non cognouit vir eam*
omnibus diebus vitæ eius; ex qua die mortuus est Manas-
ses vir eius, & appositus est ad populum suum.
27 *Et erat procedens magna valde.*
28 *Et senuit in domo viri sui annos centum quinque, &*
dimisit ancillam suam liberam: & mortua est in Betu-
lua. Et sepelierunt eam in spelunca viri eius Ma-
nasse:
29 *Et luxit eam domus Israel dies septem.*
30 *Et distribuit substantiam suam, antequam ipsa mo-*
reretur, omnibus propinquis Manasse viri sui, & pro-
pinquis generis sui.
31 *Et non fuit amplius, qui terreret filios Israel in die-*
bus Iudith, & postquam ipsa mortua est, dies mul-
tos.

FINIS LIBRI IVDITH.

Digitized by Google

LIBRI ESTHER.

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM.

1 IN diebus Assueri, qui regnauit ab India vsque Aethiopiam super centum viginti septem prouincias:

2 Quando sedit in solio regni sui, Susan ciuitas regni eius exordium fuit.

3 Tertio igitur anno imperij sui fecit grande conuiuium cunctis principibus, & pueris suis, fortissimis Persarum, & Medorum inclytis, & præfectis prouinciarum coram se,

4 Vt ostenderet eis diuitias gloriæ regni sui, ac magnitudinem, atque iactantiam potentiæ suæ, multo tempore, centum videlicet, & octoginta diebus.

5 Cumque implerentur dies conuiuij, inuitauit omnem populum, qui inuentus est in Susan, à maximo vsque ad minimum: & iussit septem diebus conuiuium præparari in vestibulo horti, & nemoris, quod regio cultu, & manu consitum erat.

6 Et pendebant ex omni parte tentoria aerij coloris, & carbasini, ac hyacinthini, sustentata funibus byssinis, atque purpureis, qui eburneis circulis inserti erant, & columnis marmoreis fulciebantur. Lectuli quoque aurei, & argentei, super pauimentum smaragdino, & pario stratum lapide, dispositi erant: quod mira varietate pictura decorabat.

7 Bibebant autem qui inuitati erant, aureis poculis, & aliis, atque aliis vasis cibi inferebantur. Vinum quoque, vt magnificentia regia dignum erat, abundans, & præcipuum ponebatur.

8 Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum, sed sicut rex statuerat, præponens mensis singulos de principibus suis, vt sumeret vnusquisque quod vellet,

9 Vasthi quoque regina fecit conuiuium fœminarum in palatio, vbi rex Assuerus manere consueuerat.

10 Itaque die septimo, cum rex esset hilarior, & post nimiam potationem incaluisset mero, præcepit Maumam, & Bazatha, & Harbona, & Bagatha, & Abgatha, & Zethar, & Charchas, septem eunuchis, qui in conspectu eius ministrabant,

11 Vt introducerent reginam Vasthi coram rege, posito super caput eius diademate vt ostenderet cunctis populis, & principibus pulchritudinem illius: erat enim pulchra valde.

12 Quæ renuit, & ad regis imperium, quod per eunuchos mandauerat, venire contempsit. Vnde iratus rex, & nimio furore succensus,

13 Interrogauit sapientes, qui ex more regio semper ei aderant, & illorum faciebat cuncta consilio, scientium leges, ac iura maiorum:

14 (Erant autem primi, & proximi, Charsena, & Sethar, & Admatha, & Tharsis, & Mares, & Marsana, & Mamuchan, septem duces Persarum, atque Medorum, qui videbant faciem regis, & primi post eum residere soliti erant)

LIBRI MEGHILLATH.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAPVT PRIMVM.

ET fuit in diebus Achasueros, ipse est Achasueros, qui regnabat ab India, & vsque ad Aethiopiam super septem, & viginti, & centum prouincias.

In diebus illis cum sederet rex Achasueros super solium regni sui quod erat in Susan regia.

Anno tertio quo regnauit, fecit conuiuium cunctis principibus suis, & seruis suis, exercitui Persico, & Medico, & principibus maiorum, & principibus prouinciarum qui erant ante se.

Vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui, & honorem gloriæ magnitudinis suæ diebus multis, octoginta, & centum diebus.

Et cum impleti fuissent dies ipsi fecit rex omni populo qui inuentus est in Susan regia à maximo vsque ad minimum conuiuium septem dierum, in atrio horti palatij regis.

Aulæum candidum, & viride coloris candidi, & hyacinthinum tentum funibus byssinis, & purpureis in circulis argenteis, & columnis marmoreis. Lecti au[illegible]i, & arg[illegible] super pauimentum porphyreticum, & marmoreum, & parium, & hyacinthum lapidem.

Et propinabant in vasis aureis, & vasa erant à vasis variata, & vinum regium multum secundum potentiam regiam. Et potus erat secundum legem.

Non erat qui cogeret: quia sic disposuerat rex cum omni magistro domus suæ, vt facerent secundum voluntatem vniuscuiusque.

Etiam Vasthi regina fecit conuiuium fœminarum in domo regni, quæ erat regis Achasueros.

Die septimo cum iucundum esset cor regis propter vinum dixit ad Mehuman, & Biztha, Charbonam, & Bightha, & Bagtha, Zethar, & Charchas septem eunuchos, qui ministrabant ante faciem regis Achasueros,

Vt ducerent Vasthi reginam coram rege cum diademate regni, vt ostenderet populis, & principibus pulchritudinem eius: quoniam decora aspectu erat.

Et renuit regina Vasthi venire ad verbum regis quod fuerat per manum eunuchorum. Et iratus est rex valde, & ira eius succensa est in eo.

Dixitq; rex sapientibus scientibus tempora, quia sic erat consuetudo regis coram omnibus scientibus legem, & iudicium.

Et propinquus ei Charsena, Sethar, Admatha, Tarsis, Meres, Marsena, Memuchan, septem principes Paras, & Madai videntes faciem regis, qui sedebant primi in regno.

Digitized by Google

LIBRI ESTHER.

Transl. ex Septuag.

CAPVT PRIMVM.

Quæ hic in initio capituli posita sunt in trãslat. ex Sep. Rom. habentur circa medium capituli primi: & ante ista põnũtur, quæ tãquam prohemium agnoscuntur à D. Hier. & quia nõ habentur apud Hebræos reiecta sũt ab ipso infra c. 12. n. 2.

1 ET factum est post verba hæc in diebus Artaxerxis:hic Artaxerxes ab Indica centum viginti septem regiones obtinuit.

2 In istis diebus, quando sedit in throno rex Artaxerxes in Susis ciuitate,

3 In anno tertio, regnante ipso,conuiuium fecit amicis, & reliquis gentibus, & Persarum,& Medorum inclytis,& principibus Satraparum.

4 Et post hæc, postquam ostendit eis diuitias regni sui, & gloriam lætitiæ opulentiæ suæ in diebus centum octoginta.

5 Quando autem impleti sunt dies nuptiarum, fecit rex conuiuium gentibus inuentis in ciuitate per dies sex in atrio domus regis

6 Ornato byssinis, & carpasinis extentis super funibus byssinis,& purpureis, super cubos aureos, & argenteos,super columnas parias, & lapideas: lecti aurei, & argentei super pauimentum smaragdini lapidis,& pinnini,& parij lapidis:& strata pellucida varie ornata floribus:in circuitu rosæ sparsæ:

7 Pocula aurea, & argentea, & gemmatus calix propositus è talentis triginta millibus: vinum multum,& suaue,quod ipse rex bibebat.

8 Potus autem hic non secundum propositam legem fiebat.Sic enim voluit rex,& præcepit œconomis facere voluntatem ipsius,& hominum.

9 Et Astin regina fecit conuiuium mulieribus in regiis,vbi rex Artaxerxes:

10 In die autem septima exhilaratus rex dixit ad Aman, & Bazan, & Tharra, & Barazi, & Zatholtha, & Abataza,& Tharaba septem eunuchos ministros regis Artaxerxis,

11 Vt introducerent reginam ad ipsum, ad faciendum eam regnare, & circumponendum ei diadema, & ostendendam eam principibus & gentibus pulchritudinem eius,quoniam pulchra erat.

12 Et non exaudiuit eum Astin regina, vt veniret cum eunuchis.Et tristatus est rex,& iratus est,

13 Et dixit amicis suis: Secundum hæc loquuta est Astin:Facite igitur de hoc legem & iudicium.

14 Et accessit ad eum Arcesæus, & Sarsathæus, & Malisear principes Persarum,& Medorum,qui prope regem,qui primi assidentes regi,

LIBRI MEGHILLATH.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAPVT PRIMVM.

ACcidit in diebus Ahasueros (is est Ahasueros qui regnabat ab Indiis vsque ad Aethiopiam super centum & viginti septem prouincias.)

In diebus inquam illis quum sederet rex ipse Ahasueros super solium regni sui quod erat in Susan regia:

Anno tertio ex quo regnare cœpit, fecit conuiuium cunctis principibus suis,atque seruis suis: robur autem Persidis & Mediæ, satrapæ videlicet, & principes prouinciarum erant coram illo,

Tantisper dum ille ostentaret diuitias gloriæ regni sui, & honorem decoris magnitudinis suæ diebus multis, nempe centum octoginta diebus.

Quumque impleti fuissent dies illi, fecit rex vniuerso populo qui inueniebatur in Susan regia,à maximo vsque ad minimum,fecit inquam conuiuium septem diebus, in atrio horti palatij regis.

Auleum candidum, & viride, & color hyacinthinus tenta erant funibus byssinis & purpureis in circulis argenteis, & columnis marmoreis: lecti aurei & argentei dispositi erant super pauimentum porphyreticum & marmoreum,& parium,& hyacinthinum.

Propinabant autem in vasis aureis,& vasa à vasis erant varia:vinum quoque regium multum pro facultate regia.

Potatio vero erat:secundum legem, non erat qui cogeret: quia sic præceperat rex omni magistro domus suæ, nempe vt facerent secundum voluntatem cuiusque.

Sed & Vasthi regina fecit conuiuium fœminarum in domo regia quæ erat regis Ahasueros.

Die septimo quum exhilaratum esset cor regis à vino, dixit Mehuman, Biztha, Harbona, & Bigtha,& Abagtha,Zethar,& Charchas,septem eunuchis,qui ministrabant in conspectu regis Ahasueros,

Vt adducerent Vasthi reginam in conspectum regis cum diademate regni, vt ostenderet populis & principibus pulchritudinem eius:quoniam decora aspectu erat.

Et renuit regina Vasthi venire ad mandatum regis quod per eunuchos mandauerat:vnde iratus est rex valde,iraque eius succensa est in eo.

Dixitque rex sapientibus scientibus tempora,(quia talis erat consuetudo regis coram omnibus scientibus legem & iudicium:

Propinquus autem illi Charsena, Sethar, Admatha, Tharsis, Meres,Marsena, Memuchan, septem principes Paras & Madai, videntes faciem regis, qui sedebant primi in regno.)

Vulgat. Editio.

15 Cui sententiæ Vasthi regina subiaceret, quæ Assueri regis imperium, quod per eunuchos mandauerat, facere noluisset.

16 Respondítque Mamuchan, audiente rege, atque principibus, Non solum regem læsit regina Vasthi, sed & omnes populos, & principes, qui sunt in cunctis prouinciis regis Assueri.

17 Egredietur enim sermo reginæ ad omnes mulieres, vt contemnant viros suos, & dicant: Rex Assuerus iussit vt regina Vasthi intraret ad eum, & illa noluit.

18 Atque hoc exemplo omnes principum coniuges Persarum, atque Medorum, paruipendent imperia maritorum: vnde regis iusta est indignatio.

19 Si tibi placet, egrediatur edictum à facie tua, & scribatur iuxta legem Persarum, atque Medorum, quam præteriri illicitum est, vt nequaquam vltra Vasthi ingrediatur ad regem, sed regnum illius, altera, quæ melior est illa, accipiat.

20 Et hoc in omne (quod latissimum est) prouinciarum tuarum diuulgetur imperium, & cunctæ vxores tam maiorum, quam minorum deferant maritis suis honorem.

21 Placuit consilium eius regi, & principibus, fecítque rex iuxta consilium Mamuchan,

22 Et misit epistolas ad vniuersas prouincias regni sui, vt quæque gens audire, & legere poterat, diuersis linguis, & litteris, esse viros principes, ac maiores in domibus suis: & hoc per cunctos populos diuulgari.

CAP. II.

1 His ita gestis, postquam regis Assueri indignatio deferbuerat, recordatus est Vasthi, & quæ fecisset, vel quæ passa esset:

2 Dixerúntque pueri regis, ac ministri eius: Quærantur regi puellæ virgines, ac speciosæ,

3 Et mittantur qui considerent per vniuersas prouincias puellas speciosas, & virgines: & adducant eas ad ciuitatem Susan, & tradant eas in domum feminarum sub manu Egei Eunuchi, qui est præpositus, & custos mulierum regiarum: & accipiant mundum muliebrem, & cætera ad vsus necessaria.

4 Et quæcumque inter omnes oculis regis placuerit, ipsa regnet pro Vasthi. Placuit sermo regi: & ita vt suggesserant, iussit fieri.

5 Erat vir Iudæus in Susan ciuitate, vocabulo Mardochæus filius Iair, filij Semei, filij Cis, de stirpe Iemini,

6 *Qui translatus fuerat de Ierusalem eo tempore, quo Iechoniam regem Iuda Nabuchodonosor rex Babylonis transtulerat,

* 4. Reg. 24 15. Inf. 11. 4.

7 Qui fuit nutritius filiæ fratris sui Edissæ, quæ altero nomine vocabatur Esther: & vtrumque parentem amiserat: pulchra nimis, & decora facie. Mortuisque patre eius, ac matre, Mardochæus sibi eam adoptauit in filiam.

8 Cumque percrebuisset regis imperium, & iuxta mandatum illius multæ pulchræ virgines adducerentur Susan, & Egeo traderentur Eunucho; Esther quoque inter cæteras puellas ei tradita est, vt seruaretur in numero fœminarum.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Secundum legem quid agendum in reginam Vasthi, eo quod non fecit sermonem regis Achasueros per manum eunuchorum.

Dixitq́; Memuchan coram rege, & principibus, Non contra regem tantum peccauit Vasthi regina, sed contra omnes principes, & contra omnes populos, qui sunt in omnibus prouinciis regis Achasueros.

Egredietur enim verbum reginæ ad omnes mulieres, vt contemnant maritos suos in oculis suis, dum dicent; Rex Achasueros dixit, vt ducerent Vasthi reginam ante se, & non venit.

Et die hac dicent dominæ Paras, & Madai, quæ audierint verbum reginæ ad omnes principes regis, & erit huius rei gratia abundans contemptus, & ira.

Si regi bonum est, egrediatur verbum regium à facie eius, & scribatur inter leges Paras, & Madai, & non transgrediatur, quod non ingrediatur Vasthi coram rege Achasueros, & regnum eius det rex alteri, quæ melior sit illa.

Et audietur verbum regis, quod faciet in toto regno suo, quia magnum est, & omnes vxores exhibebunt honorem maritis suis, tam maiori, quam minori.

Et placuit verbum in oculis regis, & principum, fecitq́; rex iuxta verbum Memucham.

Misitq́; epistolas ad omnes prouincias regis ad singulas prouincias secundum scripturam suam, & ad singulos populos iuxta linguam eius, vt omnis vir dominetur in domo sua, & loquatur secundum linguam populi sui.

CAP. II.

Post hæc cum quieuisset ira regis Achasueros, recordatus est ipsius Vasthi, & eorum quæ fecerat, & eius quod dispositum erat super eam:

Dixeruntq́; pueri regis, ministri eius: Quærantur regi puellæ virgines decoræ aspectu.

Et præficiat rex præfectos in omnibus prouincijs regni sui, & congregent omnem puellam virginem pulchram aspectu in Susan regia in domum mulierum in manu Hegem eunuchi regis custodis mulierum, & det purificatoria earum.

Et puella, quæ placuerit in oculis regis regnet pro Vasthi. Et placuit res in oculis regis: & fecit sic.

Vir Iehudæus erat in Susan regia, & nomen eius Mordochai filius Iair, filius Simhi, filij Chis, vir Iemini.

Qui transmigratus fuerat de Ierusalaim cum transmigratione, quæ transmigrata est cum Iechoniah rege Iehudah, quam transmigrare fecerat Nebucadnesar rex Babel.

Et nutriuit Hadasah (ipsa est Ester) filiam patrui sui: non enim erat ei pater, & mater, & puella erat pulchra specie, & decora aspectu. Et cum mortuus fuisset pater eius, & mater eius, accepit eam Mordochai sibi in filiam.

Et fuit cum auditum esset verbum regis, & lex eius, & dum congregarentur puellæ multæ in Susan regia ad manum Hegai, sublata est Ester in domum regis in manum Hegai custodis mulierum,

Transl. ex Septuag.

15 Et annunciauerunt ei, secundum leges quomodo oportet facere Astin reginæ, quia non fecit ea, quæ à rege sunt constituta per eunuchos.

16 Et dixit Muchæus ad regem, & principes: Non regem solum iniuria affecit Astin regina, sed etiam omnes principes, & duces regis.

17 (Etenim narrauit eis verba reginæ, & quomodo contradixit regi:) Sicut igitur contradixit regi Artaxersi,

18 Sic hodie reliquæ dominæ principum Persarum, & Medorum audientes, quæ regi dicta sunt ab ea, audebunt similiter vilipendere viros suos.

19 Si igitur videtur regi; statuat edictum regium, & scribatur secundum leges Medorum, & Persarum, & non aliter vtatur, neque ingrediatur vltra regina ad eum, & regnum illius det rex mulieri meliori ea.

20 Et audiatur lex, quæ à rege; quamcumque fecerit in regno suo. Et ita omnes mulieres deferent honorem viris suis à mendico vsque ad diuitem.

21 Et placuit verbum regi, & principibus. Et fecit rex, sicut loquutus est Muchæus,

22 Et misit in omne regnum per regionem iuxta sermonem eorum; vt esset timor eis in domibus suis.

C A P. II.

1 ET post verba hæc cessauit rex à furore: & non vltra recordatus est ipsius Astin, in memoria habens, qualia loquuta erat, & quomodo condemnauerat eam.

2 Et dixerunt ministri regis: Quærantur regi puellæ incorruptæ pulchræ specie:

3 Et constituet rex præfectos in omnibus regionibus regni sui: & deligant puellas virgines pulchras specie in Susam ciuitatem in Gynæcæum: & tradantur eunucho regis custodi mulierum: & detur vnguentum abstergens, & reliquus cultus.

4 Et mulier, quæ placuerit regi, regnabit pro Astin. Et placuit regi res, & fecit sic.

5 Et homo erat in Susis ciuitate, & nomen eius Mardochæus filius Iairi filij Semeiæ filij Cisæi de tribu Beniamin,

6 Qui fuerat ductus captiuus è Hierusalem, quam captiuauerat Nabuchodonosor rex Babylonis.

7 Et erat huic puella nutrita filia Aminadab fratris patris ipsius, & nomen ei, Esther. In transmigrando autem parentes eius, erudiuit eam sibi in mulierem. Et erat puella pulchra specie.

8 Et quando auditum est edictum regis; congregatæ sunt multæ puellæ in Susam ciuitatem sub manum Gai. Et ducta est Esther ad Gai custodem mulierum:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

15 *Secundum legem quid faciendum de regina Vasthi, eo quod non fecit sermonem regis Ahasueros per manum eunuchorum?*

16 *Et dixit Memuchan coram rege & principibus, Non contra regem tantũ peccauit Vasthi regina, sed & aduersus omnes principes, aduersusq́; omnes populos qui sunt in omnibus prouinciis regis Ahasueros.*

17 *Egredietur enim verbum reginæ ad omnes mulieres, vnde fiet vt contemnant maritos suos in oculis suis, dum dicent, Rex Ahasueros iusserat introduci Vasthi reginam ad se, & non venit.*

18 *Die quoque illo dicent dominæ Paras & Madai quæ audierint facinus reginæ omnibus principibus regis: & abundè magnus erit contemptus & ira.*

19 *Si igitur regi bonum est, egrediatur verbum regium à conspectu eius, & scribatur inter leges Paras & Madai, neque transeat, quod non veniet Vasthi coram rege Ahasueros, quodq́; regnum eius dabit rex sodali suæ quæ melior est illa.*

20 *Et exaudiatur verbum regis quod faciet in toto regno suo, quamuis magnum sit, & omnes vxores exhibebũt honorem maritis suis, tam magnis quam paruis.*

21 *Et placuit hoc verbum in oculis regis & principum: fecitq́; rex iuxta verbum Memuchan.*

22 *Et misit epistolas ad omnes prouincias regis; ad singulas prouincias secundum scripturam suam, & ad singulos populos iuxta linguam ipsorum, nempe vt omnis vir dominetur in domo sua, & loquatur secundum linguam populi sui.*

C A P. I I.

1 *POst hæc, cum quieuisset ira regis Ahasueros, recordatus est ipsius Vasthi, & eius quod fecerat, atque eius quod decretum fuerat in eam:*

2 *Dixeruntq́; pueri regis, ministri eius: Quærant regi puellas virgines decoras aspectu:*

3 *Et constituat rex præfectos omnibus prouinciis regni sui, qui congregent omnem puellam virginem pulchram aspectu in Susan regia, in domo mulierum, in manu Hege eunuchi regis, custodis mulierum: denq́; purificatoria earum,*

4 *Et puella illa quæ placuerit in oculis regis, regnet pro Vasthi. Hæc res placuit in oculis regis, & fecit sic.*

5 *Vir Iehudæus erat in Susan regia, & nomen eius Mordochai filius Iair filius Simi filij Cis, vir Iemini.*

6 *Qui demigrarat è Ierusalaim cum transmigratione quæ demigrauit cum Iechoniah rege Iehudah, quam demigrare fecerat Nebuchadnesar rex Babel.*

7 *Nutriebat autem Hadasah (ea est Esther) filiam patrui sui: non enim erat pater & mater, eratq́; puella illa pulchra specie, & decora aspectu: quum, quum mortuus fuisset pater eius, & mater eius, accepit Mordochai sibi in filiam.*

8 *Fuit autem quum auditum esset verbum regis, & lex eius, dumq́; congregarentur puellæ multæ in Susan regia in manu Hegai: tunc sublata est Esther in domum regis, ad manum Hegai custodis mulierum.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

9 Quæ placuit ei & inuenit gratiam in conspectu illius. Et præcepit Eunucho, vt acceleraret mundum muliebrem, & traderet ei partes suas, & septem puellas speciosissimas de domo regis, & tam ipsam, quam pedissequas eius ornaret, atque excoleret:

10 Quæ noluit indicare ei populum, & patriam suam: Mardochæus enim præceperat ei, vt de hac re omnino reticeret:

11 Qui deambulabat quotidie ante vestibulum domus, in qua electæ virgines seruabantur, curam agens salutis Esther, & scire volens quid ei accideret,

12 Cum autem venisset tempus singularum per ordinem puellarum, vt intrarent ad regem expletis omnibus quæ ad cultum muliebrem pertinebant, mensis duodecimus vertebatur: ita duntaxat, vt sex mensibus oleo vngerentur myrrhino, & aliis sex quibusdam pigmentis, & aromatibus vterentur.

13 Ingredientesque ad regem, quidquid postulassent ad ornatum pertinens accipiebant, & vt eis placuerat, compositæ de triclinio fœminarum ad regis cubiculum transibant.

14 Et quæ intrauerat vespere, egrediebatur mane, atque inde in secundas ædes deducebatur, quæ sub manu Susagazi eunuchi erant, qui concubinis regis præsidebat: nec habebat potestatem ad regem vltra redeundi, nisi voluisset rex, & eam venire iussisset ex nomine.

15 Euoluto autem tempore per ordinem, instabat dies, quo Esther filia Abihail fratris Mardochæi, quam sibi adoptauerat in filiam, deberet intrare ad regem. Quæ non quæsiuit muliebrem cultum, sed quæcumque voluit Egeus eunuchus custos virginum, hæc ei ad ornatum dedit. Erat enim formosa valde, & incredibili pulchritudine, omnium oculis gratiosa, & amabilis videbatur.

16 Ducta est itaq; ad cubiculum regis Assueri mense decimo, qui vocatur Tebeth, septimo anno regni eius.

17 Et adamauit eam rex plus quam omnes mulieres, habuitque gratiam, & misericordiam coram eo super omnes mulieres, & posuit diadema regni in capite eius, fecitque eam regnare in loco Vasthi.

18 Et iussit conuiuium præparari permagnificum cunctis principibus, & seruis suis pro coniunctione, & nuptiis Esther. Et dedit requiem vniuersis prouinciis, ac dona largitus est iuxta magnificentiam principalem.

19 Cumque secundo quærerentur virgines, & congregarentur, Mardochæus manebat ad ianuam regis:

20 Necdum prodiderat Esther patriam, & populum suum, iuxta mandatum eius. Quidquid enim ille præcipiebat obseruabat Esther: & ita cuncta faciebat, vt eo tempore solita erat, quo eam paruulam nutriebat.

21 Eo igitur tempore, quo Mardochæus ad regis ianuam morabatur, irati sunt Bagathan, & Thares duo eunuchi regis, qui ianitores erant, & in primo palatij limine præsidebant: volueruntque insurgere in regem, & occidere eum.

22 Quod Mardochæum non latuit, statimque nunciauit reginæ Esther: & illa regi ex nomine Mardochæi, qui ad se rem detulerat.

23 Quæsitum est, & inuentum: & appensus est vterque eorum in patibulo. Mandatumque est historiis, & annalibus traditum coram rege.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

9 *Et placuit puella in oculis eius, & suscepit misericordiam in conspectu eius, & accelerari fecit purificatoria eius, & partes eius, vt daret ei, & septem puellas dignas, vt daret ei è domo regis, & mutauit eam, & puellas eius bonum domus mulierum.*

10 *Non indicauit Ester populum suum, nec cognationem suam: quia Mordochai præceperat ei, vt non indicaret.*

11 *Et quotidie Mordochai deambulabat ante atrium domus mulierum, vt cognosceret pacem Ester, & quid fieret de ea.*

12 *Et cum appeteret tempus singularum puellarum, vt intrarent ad regem Achasueros in fine cum essent ei secundum legem mulierum duodecim menses, quia sic implebantur dies purificationum earum sex mensibus cum oleo myrrheo, & sex mensibus cum aromatibus, & purificationibus mulierum.*

13 *Et in hoc puella veniebat ad regem, omne quod dicebat, dabatur ei veniendo cum ea è domo mulierum vsque ad domum regis.*

14 *Vespere intrabat, & mane reuertebatur ad domum mulierum secundam, ad manum Sahasgaz eunuchi regis custodis concubinarum: non ingrediebatur amplius ad regem nisi voluisset eam rex, & vocaretur per nomen.*

15 *Et cum aduenisset tempus Ester filiæ Abichail, patrui Mordochai, quam acceperat sibi in filiam, vt ingrederetur ad regem. Non requisiuit aliquid, nisi quod dixerat Hegai eunuchus regis, custos mulierum. Et Ester suscepit gratiam in oculis omnium videntium eam.*

16 *Et sublata est Ester ad regem Achasueros, ad domum regni eius, mense decimo (ipse est mensis Tebeth) anno septimo regni eius.*

17 *Et dilexit rex Ester præ omnibus mulieribus, & suscepit gratiam, & misericordiam coram eo præ omnibus virginibus, & posuit diadema regni in capite eius, & regnare fecit eam pro Vasthi.*

18 *Fecitq; rex conuiuium magnum omnibus principibus suis, & seruis suis, conuiuium Ester. Et requiem prouinciis fecit, & dedit dona secundum potentiam regiam,*

19 *Et dum congregarentur virgines secundo, Mordochai sedebat in porta regis:*

20 *Non Ester indicauerat progeniem suam, & populum suum secundum quod præceperat ei Mordochai, & sermonem Mordochai Ester faciebat, sicut erat dum nutriretur secum.*

21 *In diebus illis Mordochai sedente in porta regis, irati sunt Bigthan, & Teres duo eunuchi regis ex custodibus liminis: & quæsierunt mittere manum in regem Achasueros.*

22 *Et innotuit res ipsi Mordochai, & nunciauit Ester reginæ: & dixit Ester regi nomine Mordochai,*

23 *Et quæsita est res, & inuenta, & suspensi sunt ambo super lignum, & scriptum est in libro verborum dierum coram rege.*

CAP. CAP.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

9 Et placuit ei puella, & inuenit gratiam in conspectu eius. Et festinauit dare ei vnguentum, & partem, & septem puellas assignatas ei è domo regia. Et vsus est illa bene, & ancillis eius in Gynæcæo,

10 Et non indicauit Esther genus suum, neque patriam. Mardochæus enim mandauerat ei non annunciare.

11 Per singulos autem dies deambulabat Mardochæus per atrium Gynæcæi, speculans, quid Esther accideret.

12 Hoc autem erat tempus puellæ intrandi ad regem, cum impleuerit menses duodecim. Sic enim implentur dies cultus, menses sex vnctis in oleo myrrhino, & menses sex in aromatibus, & in vnguentis mulierum:

13 Et tunc ingreditur ad regem: & cuicumque dixerit tradet eam, vt simul ingrediatur ad se de Gynæcæo vsque ad regias;

14 Vespere ingreditur, & versus diem recurrit in Gynæcæum secundum, vbi Gai eunuchus regis, custos mulierum: & non vltra ingreditur ad regem, nisi vocata fuerit nomine.

15 Dum autem impleretur tempus Esther filiæ Aminadab fratris patris Mardochæi intrandi ad regem nihil præuaricata est eorum, quæ mandauit eunuchus custos mulierum. Erat enim Esther inueniens gratiam apud omnes aspicientes eam.

16 Et intrauit Esther ad Artaxersem regem duodecimo mense, qui est Adar, septimo anno regni eius.

17 Et amauit rex Esther: & inuenit gratiam præ omnibus virginibus: & imposuit ei diadema muliebre.

18 Et fecit rex conuiuium omnibus amicis suis, & virtutibus per dies septem: & exaltauit nuptias Esther & remissionem fecit iis, qui sub regno ipsius.

19 Mardochæus autem seruiebat in aula.

20 Esther autem non indicauit patriam suam. Sic enim mandauerat ei Mardochæus, timere Deum, & facere præcepta eius, sicut erat cum eo. Et Esther non mutauit educationem suam.

21 Et tristati sunt duo eunuchi regis principes custodum corporis; quoniam prouectus fuerat Mardochæus: & quærebant occidere Artaxersem regem.

22 Et manifestum fuit Mardochæo verbum, & significauit Esther, & ipsa patefecit regi insidias.

23 Rex autem examinauit duos illos eunuchos, & suspendit eos. Et præcepit rex seponere in commentario in regia bibliotheca pro beneuolentia Mardochæi in encomio.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

Et placuit puella in oculis eius, suscepitq́; misericordiam coram illo: propterea accelerauit dare illi purificatoria eius, & portiones eius, & septem puellas dignas, è domo regis: & mutauit eam, ac puellas eius in bonum domus mulierum.

Non indicauit Esther populum suum, nec cognationem suam: quia Mordochai præceperat ei ne indicaret.

Quotidie autẽ Mordochai deambulabat ante atrium domus mulierum, vt resciret pacem Esther, & quid fieret de ea.

Quumq́; aduenisset tempus singularum puellarum vt intrarent ad regem Ahasueros, expletis scilicet iuxta legem mulierum duodecim mensibus: (sic enim implebantur dies purificationum earum, sex mensibus cum oleo myrtino, & sex mensibus cum aromatibus, & purificatoriis mulierum.

Et sic puella veniebat ad regem) quicquid illa dicebat, dabatur ei vt veniret cum hoc, è domo mulierum vsque ad domum regis.

Vespere ipsa intrabat, & mane reuertebatur ad domum mulierum secundam, ad manum Saasgaz eunuchi regis custodis concubinarum: non veniebat vltra ad regem nisi voluisset eam rex, & ipsa vocaretur nomine.

Quum itaque aduenisset tempus Esther filiæ Abihail, patrui Mordochai (quam acceperat sibi in filiam) vt intraret ad regem, non quæsiuit quicquam nisi quod dixisset Hegai eunuchus regis, custos mulierum: & ipsa retulit gratiam in oculis omnium videntium eam.

Sublataq́; est Esther ad regem Ahasueros, in domum regni eius, mense decimo (ipse est mensis Tebeth) anno septimo regni eius.

Et dilexit rex Esther præ omnibus mulieribus, retulitq́; gratiam & misericordiam coram eo præ omnibus virginibus, & posuit diadema regni in capite eius, eamq́; constituit reginam pro Vasthi.

Fecit præterea rex conuiuium magnum omnibus principibus suis, & seruis suis, conuiuium Esther: atque requiem prouinciis fecit, deditq́; dona secundum potentiam regiam.

Et dum congregarentur virgines secundo, Mordochai sedebat in porta regis.

Neque Esther indicabat progeniem suam & populum suum, quemadmodum præceperat ei Mordochai: sermonem enim Mordochai Esther faciebat perinde vt quum erat in educatione apud illum.

In diebus illis (Mordochai autem sedebat in porta regis) irati sunt Bigthan & Theres duo eunuchi regis ex custodibus liminis, & quæsierunt mittere manum in regem Ahasueros.

Innotuit autem res ipsi Mordochai, qui renunciauit Esther reginæ: Esther autem dixit regi nomine Mordochai,

Et quæsita est res, atque inuenta: & suspensi sunt ambo in ligno: scriptumq́; est in libro verborum dierum coram rege.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. III.

1 POst hæc rex Assuerus exaltauit Aman filium Amadathi, qui erat de stirpe Agag: & posuit solium eius super omnes principes, quos habebat.

2 Cunctique serui regis, qui in foribus palatij versabantur, flectebant genua, & adorabant Aman: sic enim præceperat eis imperator. solus Mardochæus non flectebat genu, neque adorabat eum.

3 Cui dixerunt pueri regis, qui ad fores palatij præsidebant: Cur præter cæteros non obseruas mandatum regis?

4 Cumque hoc crebrius dicerent, & ille nollet audire, nunciauerunt Aman, scire cupientes vtrum perseueraret in sententia: dixerat enim eis se esse Iudæum.

5 Quod cum audisset Aman, & experimento probasset, quod Mardochæus nō flecteret sibi genu: nec se adoraret, iratus est valde,

6 Et pro nihilo duxit in vnum Mardochæum mittere manus suas: audierat enim quod esset gentis Iudææ. Magisque voluit omnem Iudæorum, qui erant in regno Assueri, perdere nationem.

7 Mense primo (cuius vocabulum est Nisan) anno duodecimo regni Assueri, missa est sors in vrnam, quæ Hebraice dicitur phur, coram Aman, quo die, & quo mense gens Iudæorum deberet interfici: & exiuit mensis duodecimus, qui vocatur Adar.

8 Dixitque Aman regi Assuero: Est populus per omnes prouincias regni tui dispersus, & à se mutuo separatus, nouis vtens legibus, & ceremonijs, insuper & regis scita contemnens. Et optime nosti quod non expediat regno tuo, vt insolescat per licentiam.

9 Si tibi placet, decerne, vt pereat, & decem millia talentorum appendam arcarijs gazæ tuæ.

10 Tulit ergo rex annulum, quo vtebatur, de manu sua, & dedit eum Aman filio Amadathi de progenie Agag, hosti Iudæorum,

11 Dixitque ad eum: Argentum, quod tu polliceris, tuum sit, de populo age, quod tibi placet.

12 Vocatique sunt scribæ regis mense primo Nisan tertiadecima die eiusdem mensis: & scriptum est, vt iusserat Aman, ad omnes satrapas regis, & iudices prouinciarum, diuersarumque gentium, vt quæque gens legere poterat, & audire pro varietate linguarum ex nomine regis Assueri: & litteræ signatæ ipsius annulo,

13 Missæ sunt per cursores regis ad vniuersas prouincias, vt occiderent, atque delerent omnes Iudæos, à puero vsque ad senem, paruulos, & mulieres vno die, hoc est tertiodecimo mensis duodecimi, qui vocatur Adar, & bona eorum diriperent.

14 Summa autem epistolarum hæc fuit, vt omnes prouinciæ scirent, & pararent se ad prædictam diem.

15 Festinabant cursores, qui missi erant regis imperium explere. Statimque in Susan pependit edictum, rege, & Aman celebrante conuiuium, & cunctis Iudæis, qui in vrbe erant flentibus.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. III.

POst hæc magnificauit rex Achasueros Haman filium Hamedatha, Agageum: & eleuauit eum, & posuit thronum eius super omnes principes, qui erant secum.

Et omnes serui regis, qui erant in porta regis incuruabant se, & genuflectebant ipsi Haman: sic enim præceperat eis rex. Mordochai autem nec genuflectebat, nec adorabat.

Dixeruntq́; serui regis, qui erant in porta regis ad Mordochai: Quare transgrederis præceptum regis?

Et fuit, cum dicerent ad eum per singulos dies, & non audiret eis nunciauerunt ipsi Haman, vt viderent, an starent verba Mordochai: indicauerat enim eis quod esset Iehudæus.

Et vidit Haman, quod non Mordochai inclinaret se: nec genuflecteret sibi, & repletus est Haman furore.

Et contempsit oculis suis mittere manum in Mordochai tantummodo: indicauerant enim sibi populum ipsius Mordochai, & quæsiuit Haman disperdere omnes Iehudæos, qui erant in regno Achasueros, populum Mordochai.

In mense primo, (ipse est mensis Nisan) in anno duodecimo regis Achasueros proiicere fecit sortem (ipsa est Ghoral, id est sors*) coram Haman, qua die, & quo mense deberet id agere: & cecidit duodecimo, (ipse est mensis Adar.)*

Dixitq́; Haman ad regem Achasueros: Est populus quidam dispersus, & diuisus inter populos in omnibus prouincijs regni tui, & leges eorum sunt diuersæ ab omni populo, & leges regis non faciunt: & regi non est vtile, vt dimittat eos.

Si regi placet scribatur, vt perdantur & decem millia talenta argenti appendam manibus facientium opus, vt adducant in thesauros regis.

Et remouit rex annulum suum è manu sua, & dedit illum Haman filio Hammedatha Aghaghei hosti Iehudæorum.

Dixitq́; rex ad Haman: Argentum datum tibi sit, & populus, vt facias de eo secundum quod placet in oculis tuis.

Et vocati sunt scribæ regis mense primo tertiadecima die eiusdem, & scriptum est iuxta omnia, quæ præcepit Haman ad principes regis, & ad duces, qui sunt super singulas prouincias, & ad principes singulorum populorum, & singularum prouinciarum secundum scripturam vnicuique propriam, & ad singulum populum iuxta linguam suam nomine regis Achasueros scriptum, & signatum annulo regio.

Et vt mitterentur epistolæ per manum cursorum ad omnes prouincias regis vt dissiparent, vt occiderent, & vt perderent omnes Iehudæos à puero vsq; ad senem paruulum, & mulieres die vna tertiadecima mensis duodecimi, (ipse est mensis Adar) & spolia eorum, vt prædarentur.

Exemplar scripturæ erat, vt poneretur lex in qualibet prouincia manifesta omnibus populis, vt essent parati ad diem hanc.

Cursores egressi sunt impulsi verbo regis, & lex posita est in Susan regia. Rex autem, & Haman sederunt ad bibendum, ciuitas autem Susan perplexa erat.

CAP. CAP.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

CAP. III.

1 POst hæc autem glorificauit rex Artaxerſes Aman Amadathi Bugæum, & exaltauit eum: & prior ſedebat omnibus inimicis ſuis:

2 Et omnes, qui in aula, adorabant eum. Ita enim præcepit rex facere. Mardochæus autem non adorabat eum.

3 Et loquuti ſunt, qui in aula regis, Mardochæo: Mardochæe, quid non obſeruas ea, quæ à rege dicuntur?

4 Per ſingulos dies loquebantur ei: & non obediebat eis. Et indicarunt Aman, Mardochæum verbis regis repugnantem: & indicarat eis Mardochæus, quia Iudæus eſt.

5 Et cognoſcens Aman, quia non adorat eum Mardochæus; indignatus eſt valde,

6 Et decreuit delere omnes, qui ſub Artaxerſis regno, Iudæos.

7 Et fecit decretum in anno duodecimo regni Artaxerſis, & miſit ſortes, diem ex die, & menſem ex menſe, vt perderet in vna die genus Mardochæi. Et cecidit ſors in quartam & decimam menſis, qui eſt Adar.

8 Et locutus eſt ad regem Artaxerſem, dicens: Eſt gens diſſeminata in gentibus in omni regno tuo: leges autem eorum diuerſæ præter omnes gentes: legibus autem regis ſunt inobedientes: & non confert regi permittere eos.

9 Si videtur regi; decernat perdere eos: & ego deſcribam in gazophylacio regis argenti talenta decem millia.

10 Et tollens rex annulum, dedit in manus Aman ad obſignandum ſuper iis, quæ ſcripta contra Iudæos.

11 Et dixit rex ad Aman; Argentum quidem habe: gente autem vtere, ſicut vis.

12 Et vocati ſunt ſcribæ regis menſe primo tertiadecima die: & ſcripſerunt, ſicut præcepit Aman, ducibus, & principibus per omnem regionem ab India vſque ad Æthiopiam, centum viginti ſeptem prouinciis, & principibus gentium ſecundum eorum linguam, per Artaxerſem regem.

13 Et miſſum eſt per tabellarios in Artaxerſis regnum, delere genus Iudæorum in die vna menſis duodecimi, qui eſt Adar, & diripere ſubſtantias eorum. Epiſtolæ autem exemplar eſt hoc.

14 * Exemplaria autem epiſtolarum edita ſunt per regionem, & imperatum fuit omnibus gentibus, paratos eſſe in diem iſtam.

15 Vrgebatur autem negocium & in Suſa. Rex autem, & Aman epulabantur: turbabatur autem ciuitas. *

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAP. III.

1 *POſt hæc magnificauit rex Ahaſueros Haman filium Hammedatha Agagæum, & extulit illum, poſuitque thronum eius ſuper omnes principes qui erant ſecum.*

2 *Omnes autem ſerui regis qui erant in porta regis, incuruabant ſe, & genuflectebant ipſi Haman: ſic enim præceperat eis rex: Mordochai vero nec incuruabat ſeſe, nec genuflectebat.*

3 *Dixerunt ergo ſerui regis qui erant in porta regis, ad Mordochai, Quare tranſgrederis præceptum regis?*

4 *Fuit autem quum ſic loquerentur ad eum per ſingulos dies, nec audiret eos, nuntiauerunt ipſi Haman, vt viderent an ſtarent verba Mordochai: indicauerat enim eis quod eſſet Iehudæus.*

5 *Videns autem Haman quod Mordochai non inclinaret ſe, nec genuflecteret ante ipſum, repletus eſt furore.*

6 *Contempſit vero in oculis ſuis mittere manum in Mordochai, ſolum. indicauerant enim ei populum ipſius Mordochai: propterea quæſiuit Haman diſperdere omnes Iehudæos qui erant in regno Ahaſueros, populum Mordochai.*

7 *Menſe itaque primo (is eſt menſis Niſan) anno duodecimo regis Ahaſueros, iecit pur, hoc eſt ſortem, coram Haman de die in diem, & de menſe in menſem duodecimum: is eſt menſis Adar.*

8 *Dixitq́; Haman regi Ahaſueros, Eſt populus quidam diſperſus ac diuiſus inter populos in omnibus prouinciis regni tui: quorum leges ſunt diuerſæ ab omni populo, nec leges regis faciunt, idcirco regi non eſt vtile dimittere eos.*

9 *Si regi placet, ſcribatur vt ipſi perdantur: & decem millia talentorum argenti appendam manibus facientium opus, vt perferant in theſauros regis.*

10 *Detraxit autem rex annulum ſuum è manu ſua, & dedit illum Haman filio Hammedatha Agagæo, hoſti Iehudæorum.*

11 *Dixit inſuper ipſi Haman, Argentum datum tibi ſit, atque populus, vt facias de eo vt bonum eſt in oculis tuis.*

12 *Vocati ſunt itaque ſcribæ regis menſe primo, decimatertia die eiuſdem, ſcriptumque eſt prorſus vt præcepit Haman ad principes regis, & ad duces qui præerant ſingulis prouinciis, ad principes quoque ſingulorum populorum, & ſingularum prouinciarum ſecundum ſcripturam cuiuſque, & ad quemque populum iuxta linguam ſuam, nomine regis Ahaſueros ſcriptum, & obſignatum annulo regio.*

13 *Et miſſæ ſunt literæ per manum curſorum ad omnes prouincias regis, vt diſſiparent, vt occiderent & perderent omnes Iehudæos à puero vſque ad ſenem, paruulos & mulieres die vno, decima tertia menſis duodecimi, (ipſe eſt menſis Adar) & prædam eorum vt prædarentur.*

14 *Exemplar ſcripturæ erat vt daretur lex in qualibet prouincia, manifeſtum omnibus populis, vt eſſent parati die illo.*

15 *Curſores itaque egreſſi ſunt impulſi verbo regis, & lex data eſt in Suſan regia: Rex autem & Haman interim ſedebant ad bibendum, ciuitas vero Suſan perplexa erat.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. IIII.

QVæ cum audiſſet Mardochæus, ſcidit veſtimenta ſua, & indutus eſt ſacco, ſpargens cinerem capiti: & in platea mediæ ciuitatis voce magna clamabat, oſtendens amaritudinem animi ſui,

Et hoc eiulatu vſque ad fores palatij gradiens. Non enim erat licitum indutum ſacco aulam regis intrare.

In omnibus quoque prouinciis, oppidis, ac locis, ad quæ crudele regis dogma peruenerat, planctus ingens erat apud Iudæos, ieiunium, vlulatus, & fletus, ſacco, & cinere multis pro ſtrato vtentibus.

Ingreſſæ autem ſunt puellæ Eſther, & eunuchi, nunciaueruntque ei. Quod audiens conſternata eſt: & veſtem miſit, vt ablato ſacco induerent eum: quam accipere noluit.

Accitoq; Athach eunucho, quem rex miniſtrum ei dederat, præcepit ei, vt iret ad Mardochæum, & diſceret ab eo cur hoc faceret.

Egreſſuſque Athach, iuit ad Mardochæum ſtantem in platea ciuitatis, ante oſtium palatij:

Qui indicauit ei omnia, quæ acciderant, quo modo Aman promiſiſſet, vt in theſauros regis pro Iudæorum nece inferret argentum,

Exemplar quoque edicti, quod pendebat in Suſan, dedit ei, vt reginæ oſtenderet, & moneret eam, vt intraret ad regem, & deprecaretur eum pro populo ſuo.

Regreſſus Athach, nunciauit Eſther omnia, quæ Mardochæus dixerat.

Quæ reſpondit ei, & iuſſit, vt diceret Mardochæo:

Omnes ſerui regis, & cunctæ, quæ ſub ditione eius ſunt, norunt prouinciæ, quod ſiue vir, ſiue mulier non vocatus, interius atrium regis intrauerit, abſque vlla cunctatione ſtatim interficiatur: niſi forte rex auream virgam ad eum tetenderit pro ſigno clementiæ, atque ita poſſit viuere. Ego igitur quomodo ad regem intrare potero, quæ triginta iam diebus non ſum vocata ad eum?

Quod cum audiſſet Mardochæus,

Rurſum mandauit Eſther, dicens: Ne putes, quod animam tuam tantum liberes, quia in domo regis es præ cunctis Iudæis:

Si enim nunc ſilueris, per aliam occaſionem liberabuntur Iudæi: & tu, & domus patris tui peribitis. Et quis nouit vtrum idcirco ad regnum veneris, vt in tali tempore parareris?

Rurſumque Eſther hæc Mardochæo verba mandauit:

Vade, & congrega omnes Iudæos, quos in Suſan repereris, & orate pro me. Non comedatis & non bibatis tribus diebus, & tribus noctibus: & ego cum ancillis meis ſimiliter ieiunabo, & tunc ingrediar ad regem contra legem faciens, non vocata, tradenſque me morti, & periculo.

Iuit itaque Mardochæus, & fecit omnia, quæ ei Eſther præceperat.

Tranſl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. IIII.

1 *Mordochai autem cognouit omne, quod geſtum fuerat: & ſcidit Mordochai veſtimenta ſua, & indu-*
tus eſt ſacco, & cinere, & egreſſus eſt in medium ciuitatis,
clamauitq; clamore magno, & amaro.

2 *Et venit vſque locum, qui erat coram porta regis. Non*
enim fas erat, vt intraret portam regiam quum indutus
eſſet ſacco.

3 *Et in qualibet prouincia, & loco, quem verbum regis,*
& lex eius attigit, luctus magnus fuit Iehudæis, & ieiu-
nium, & fletus, & planctus, ſaccus, & cinis ſternebatur
multis.

4 *Et venerunt puellæ Eſter, & eunuchi eius, & nuncia-*
uerunt ei, & doluit regina valde. Et miſit veſtes, vt in-
duere faceret ipſum Mordochai, & remouere faceret ſac-
cum eius ab eo, & non recepit.

5 *Et vocauit Eſter Hathach ex eunuchis regis quem ſta-*
re fecit coram ſe, & præcepit ei ſuper Mordochai, vt ſciret
quid hoc eſſet, & propter quid hoc.

6 *Et egreſſus eſt Hathach ad Mordochai ad plateam ci-*
uitatis, quæ erat ante portam regis.

7 *Et indicauit ei Mordochai omne, quod acciderat ſibi,*
& expoſitionem argenti, quam dixit Haman appendere
theſauris regis propter Iehudæos ad perdendum eos.

8 *Et exemplar ſcripturæ legis, quæ poſita erat in Suſan,*
vt diſperdere faceret eos dedit ei, vt oſtenderet ipſi Eſter,
& indicaret ei, & mandaret ei, vt ingrederetur ad re-
gem, ad precandum eum, & ad quærendum à facie eius
pro populo ſuo.

9 *Et venit Hathach, & nunciauit ipſi Eſter verba Mor-*
dochai.

10 *Dixitq; Eſter ad Hathach, & præcepit ei, vt diceret ad*
Mordochai.

11 *Omnes ſerui regis, & populus prouinciarum regis*
ſciunt, quod omnis vir, & mulier qui ingreſſus fuerit ad
regem in atrium interius, qui non fuerit vocatus, vna lex
eius eſt, vt mori faciat, niſi extenderit ad eum rex vir-
gam auream, & viuat, & ego non ſum vocata, vt ingre-
diar ad regem iam triginta diebus.

12 *Et nunciauerunt ipſi Mordochai verba Eſter.*

13 *Dixitq; Mordochai, vt reſponderent ipſi Eſter: Ne putes*
in animo tuo, vt eruas te in domo regis præ cunctis Iehu-
dæis?

14 *Si enim ſilendo ſilueris in tempore iſto reſpiratio, &*
euaſio ſtabit Iehudæis ex loco alio, & tu & domus patris
tui peribitis. Et quis ſcit ſi in tempore ſimili attingere
facta ſis ad regnum?

15 *Dixitq; Eſter, vt reſponderet ipſi Mordochai:*

16 *Vade, & congrega omnes Iehudæos, qui reperiuntur in*
Suſan, & ieiunate pro me. Et ne comedatis, neque bibatis
tribus diebus nocte: & die, & ego & puellæ meæ ieiunabo
ſic. & tunc ingrediar ad regem, quod non eſt ſecundum
legem, & quomodocumque peream, peream.

17 *Et progreſſus eſt Mordochai, & fecit iuxta omnia, quæ*
præcepit ei Eſter.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

CAP. IIII.

MArdochæus autem cognoſcens id, quod conſummatum fuerat; diſcidit veſtimenta ſua, & indutus eſt ſacco, & conſperſit ſe cinere: & exiliens per plateam ciuitatis, clamabat voce magna:

Tollitur gens, quæ nihil iniuſte egit. Et venit vſque ad portam regis, & ſtetit. Non enim erat ei licitum ingredi in aulam, ſaccum habenti, & cinerem.

Et in omni regione, vbi editæ fuerant litteræ, clamor, & planctus, & luctus magnus Iudæis: ſaccum, & cinerem ſtatuerant ſibi.

Et intrauerunt ancillæ, & eunuchi reginæ, & annunciarunt ei. Et turbata eſt audiens factum. Et miſit ad induendum ſtola Mardochæum, & auferendum eius ſaccum. Ille autem perſuaſus non eſt.

Eſther autem aduocauit Achrathæum eunuchum ſuum, qui aſſiſtebat ei, & miſit, vt diſceret ipſa à Mardochæo rem ipſam exquiſite.

Mardochæus autem indicauit ei factum, & promiſſionem, quam promiſerat Aman regi in gazam talentorum decem millium, vt perdat Iudæos.

Et exemplar in Suſis editum de ipſis perdendis dedit ei ad oſtendendum ipſi Eſther, & dixit ei, vt mandaret illi ingredienti deprecari regem, & orare eum pro populo, memor dierum humiliationis tuæ, quomodo nutrita es in manu mea: quoniam Aman ſecundus à rege locutus eſt contra nos ad mortem. Inuoca Dominum, & loquere regi pro nobis, libera nos à morte.

Ingreſſus autem Achrathæus locutus eſt ei omnia verba hæc.

Dixit autem Eſther ad Achrathæum: Vade ad Mardochæum, & dic,

Quia gentes omnes regni ſciunt, quia omnis homo, vel mulier, qui ingreditur ad regem in aulam interiorem non vocatus, non eſt ei ſalus: tantum, cui extenderit rex auream virgam, hic ſaluabitur. Et ego non ſum vocata ingredi ad regem, ſunt ipſi dies triginta.

Et annunciauit Achrathæus Mardochæo omnia verba Eſther.

Et dixit Mardochæus ad Achrathæum: Vade, & dic ei Eſther, ne dixeris tibi, quia ſaluaberis ſola in regno præter omnes Iudæos:

Quoniam, ſi ſi audieris in tempore hoc; aliunde auxilium, & protectio erit Iudæis: tu autem, & domus patris tui peribitis. Et quis nouit, ſi ad tempus hoc facta es regina;

Et miſit Eſther eum, qui veniebat ad ſe, ad Mardochæum, dicens:

Vadens conuoca Iudæos, qui in Suſis, & ieiunate ſuper me, & non comedatis, neque bibatis per dies tres, nocte & die: ego vero, & ancillæ meæ abſtinebimus à cibo: & tunc ingrediar ad regem præter legem, etiam ſi perire me oporteat.

Et pergens Mardochæus fecit, quæcumque mandarat ei Eſther.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAP. IIII.

1 *MOrdochai autem vt cognouit quicquid geſtum fuerat, ſcidit veſtimenta ſua, induitque ſeſe ſacco & cinere: atque abiit in medium vrbis, clamauitque clamore magno atque amaro.*

2 *Et venit vſque ad locum qui erat coram porta regis: non enim fas erat intrare portam regiam in veſte ſacci.*

3 *Et in qualibet prouincia, & loco ad quem verbum regis & lex eius peruenerat, luctus magnus erat Iehudæis, & ieiunium, & fletus, & planctus, ſaccus & cinis ſternebatur multis.*

4 *Venientes autem puellæ Eſther, & eunuchi eius, renuntiauerunt ei, & doluit regina valde: quæ miſit veſtes quibus induerent ipſum Mordochai, & detraherent ſaccum eius ab eo: & non recepit.*

5 *Vocauit ergo Eſther Hathach vnum ex eunuchis regis quem conſtituerat ante illam, & precepit ei ſuper Mordochai, vt ſciret quid hoc eſſet, & quare hoc.*

6 *Egreſſus itaque Hathach ad Mordochai in plateam vrbis, quæ erat è regione portæ regis:*

7 *Indicauit ei Mordochai quicquid acciderat ſibi, & expoſitionem argenti quod dixerat Aman ſe appenſurum theſauris regis propter Iehudæos ad perdendum illos.*

8 *Exemplar quoque ſcripturæ legis, quæ poſita erat in Suſan, vt diſperderentur illi, dedit ei vt oſtenderet ipſi Eſther, & indicaret ei: imperaretque illi vt adiret regem ad precandum illum, & vt peteret à facie eius pro populo ſuo.*

9 *Venit itaque Hathach, & renuntiauit ipſi Eſther verba Mordochai.*

10 *Dixitque Eſther ipſi Hathach, & precepit ei vt diceret ad Mordochai,*

11 *Omnes ſerui regis, & populus prouinciarum regis ſciunt quod omnis vir & mulier qui ingreſſus fuerit ad regem in atrium interius, qui non fuerit vocatus, vnica lex eius eſt ad interficiendum: præter eum ad quem extenderit rex virgam auream, & viuet: ego vero non fui vocata vt ingrediar ad regem, iam triginta diebus.*

12 *Et renunciauerunt ipſi Mordochai verba Eſther.*

13 *Dixit autem Mordochai, vt reſponderent ipſi Eſther: Ne putes in animo tuo, quod ſeruari poſſis in domo regis præ omnibus Iudæis.*

14 *Si enim ſilendo ſilueris tempore hoc, reſpiratio & euaſio ſtabit Iehudæis ex loco alio: tu vero & domus patris tui peribitis. & quis ſcit ſi propter tempus tale perueneris ad regnum?*

15 *Dixit autem Eſther vt reſponderet ipſi Mordochai.*

16 *Vade, & congrega omnes Iehudæos qui reperiuntur in Suſan, & ieiunate propter me: & ne comedatis, neque bibatis tribus diebus noctu & interdiu, ego quoque & puellæ meæ ieiunabo ſic: & ita ingrediar ad regem, quod non eſt ſecundum legem: & quando periero, peribo.*

17 *Progreſſus eſt igitur Mordochai, & fecit iuxta omnia quæ preceperat ei Eſther.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. V.

DIe autem tertio induta est Esther regalibus vestimentis, & stetit in atrio domus regiæ, quod erat interius contra basilicam regis: at ille sedebat super solium suum in consistorio palatij contra ostium domus.

(·.·)

(·.·) (·.·)

(·.·)

Cumque vidisset Esther reginam stantem, placuit oculis eius, & extendit contra eam virgam auream, quam tenebat manu. Quæ accedens, osculata est summitatem virgæ eius.

(·.·)

(·.·) (·.·)

(·.·)

Dixitque ad eam rex: Quid vis Esther regina? quæ est petitio tua? etiamsi dimidiam partem regni petieris, dabitur tibi.

At illa respondit: Si regi placet obsecro, vt venias ad me hodie, & Aman tecum ad conuiuium, quod paraui.

Statimque rex, vocate, inquit cito Aman, vt Esther obediat voluntati. Venerunt itaque rex & Aman ad conuiuium, quod eis regina parauerat.

Dixitque ei rex, postquam vinum biberat abundanter, Quid petis, vt detur tibi? & pro qua re postulas? etiamsi dimidiam partem regni mei petieris impetrabis.

Cui respondit Esther; Petitio mea, & preces sunt istæ.

Si inueni in conspectu regis gratiam, & si regi placet, vt det mihi quod postulo, & meam impleat petitionem: veniat rex & Aman ad conuiuium, quod paraui eis, & cras aperiam regi voluntatem meam.

Egressus est itaque illo die Aman lætus, & alacer. Cumque vidisset Mardochæum sedentem ante fores palatij, & non solum non assurrexisse sibi, sed nec motum quidem de loco sessionis suæ, indignatus est valde:

Et dissimulata ira reuersus in domum suam: conuocauit ad se amicos suos, & Zares vxorem suam:

Et exposuit illis magnitudinem diuitiarum suarum, filiorumque turbam, & quanta eum gloria super omnes principes, & seruos suos rex eleuasset.

Et post hæc ait: Regina quoque Esther nullum alium vocauit ad conuiuium cum rege, præter me: apud quam etiam cras cum rege pransurus sum.

Et

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. V.

1 *ET fuit, die tertio induit se Ester regio vestimento, & stetit in atrio domus regis interiori contra domum regis: rex autem sedebat super solium regni sui in domo regni contra ostium domus.*

(·.·) (·.·)

(·.·)

2 *Et fuit, cum vidisset rex Ester reginam stantem in atrio, recepit gratiam in oculis eius, & extendit rex ad Ester virgam auream, quæ erat in manu eius, & accessit Ester, & tetigit summitatem virgæ.*

(·.·)

(·.·)

(·.·)

3 *Dixitq; ei rex: Quid tibi est Ester regina? & quæ est petitio tua? vsque ad dimidium regni, dabitur tibi.*

4 *Dixitq; Ester: Si regi placeat ingrediatur rex, & Haman hodie ad conuiuium, quod feci ei.*

5 *Dixitq; rex: Festinate ipsum Haman, vt faciat verbum Ester. Et venit rex, & Haman ad conuiuium, quod fecerat Ester.*

6 *Dixitq; rex ad Ester in conuiuio vini: Quæ est petitio tua, & dabitur tibi? & quæ inquisitio tua? vsque ad dimidium regni pete, & fiet.*

7 *Et respondit Ester, & dixit: Petitio mea & inquisitio mea est.*

8 *Si inueni gratiam in oculis regis, & si regi placeat, vt det petitionem meam, & faciat postulationem meam, veniat rex, & Aman ad conuiuium, quod faciam eis, & cras faciam iuxta verbum regis.*

9 *Et egressus est Haman die ipsa lætus, & iucundus corde. Et cum vidisset Haman ipsum Mordochai ad portam regis, & non surrexisset, nec se mouisset ab eo, repletus est Haman contra Mordochai ira.*

10 *Et continuit se Haman, & venit ad domum suam, & misit, & venire fecit amicos suos, & Zeres vxorem suam.*

11 *Et narrauit eis Haman gloriam diuitiarum suarum, & multitudinem filiorum suorum, & omnia quibus magnificauerat eum rex, & quod eleuasset eum super principes, & seruos regis.*

12 *Dixitq; Haman: Insuper non fecit venire Ester regina cum rege ad conuiuium, quod fecit, nisi me: & etiam cras vocatus sum ab ea cum rege.*

Et

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

CAP. V.

Hæc huic respondēt loco & his quæ habentur c. 15 in vulgata.

ET factum est in die tertia, vt cessauit orans: exuit vestimenta seruitutis, & circundata est gloria sua: & facta splendens, inuocans omnium inspectorem Deum, & saluatorem, assumpsit duas famulas, & vni quidem innitebatur, tanquam deliciis diffluens, altera autem subsequebatur alleuans vestem eius. Et ipsa rubens vigore pulchritudinis suæ: & facies eius hilaris, tanquam iucunda: cor autem eius arctatum præ timore. Et ingressa omnes ianuas stetit in conspectu regis. Et ipse sedebat super thronum regni sui & omnem stolam splendoris sui induerat, totus in auro & lapidibus preciosis, & erat terribilis valde. Et eleuans faciem suam inflammatam gloria, in vigore furoris aspexit. Et cecidit regina, & mutauit colorem suum in dissolutione, & procubuit super caput ancillæ præeuntis.

Et immutauit Deus spiritum regis ad mansuetudinem: & factus in agonia prosilit è throno suo, & assumpsit eam super vlnas suas, donec restituta est. Et consolabatur eam verbis pacificis, & dixit ei: Quid est Esther? Ego frater tuus: Confide, non morieris, quoniam commune præceptum nostrum est: accede. Et eleuans auream virgam imposuit super ceruicem eius, & amplexatus est eam: & dixit, loquere mihi. Et dixit ad eum: Vidi te Domine tanquam Angelum Dei, & turbatum est cor meum præ timore gloriæ tuæ: quoniam mirabilis es Domine, & facies tua gratiarum plena. Dum autem ipsa loqueretur, cecidit præ dissolutione. Et rex turbatus est: & omne famulitium eius consolabatur eam.

* Et dixit rex: Quid vis Esther? Et quod tuum est postulatum? Vsque ad dimidium regni mei, & erit tibi.

Dixit autem Esther: Dies mea insignis hodie est. Si igitur videtur regi; veniat & ipse, & Aman ad conuiuium, quod faciam hodie.

Et dixit rex: Vocate cito Aman, vt faciamus verbum Esther. Et aduenerunt vtrique ad conuiuium, quod dixit Esther.

In potatione autem dixit rex Esther: Quid est regina Esther? & erunt, quæcumque postulaueris.

Et dixit: Petitio mea, & postulatum:

Si inueni gratiam in conspectu regis; veniat rex, & Aman adhuc cras ad conuiuium, quod faciam eis, & cras faciam ea.

Et exiit Aman à rege alacer lætus. In videndo autem Aman Mardochæum Iudæum in aula indignatus est valde.

Et ingressus in propria, vocauit amicos, & Zosaram vxorem suam,

Et demonstrauit eis diuitias suas, & gloriam, quam rex ei circumposuerat, & quomodo fecerat eum tenere primum locum, & præesse regno.

Et dixit Aman: Non vocauit regina cum rege quemquam ad conuiuium, nisi me: etiam in crastinam vocatus sum.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAP. V.

1 *EVenit autem die tertio vt indueretur Esther regio*
vestimento, & staret in atrio domus regis in interio-
ri eregione domus regiæ: Rex autem sedebat super solium
regni sui in domo regni eregione ostij domus.

(∴) (∴)

(∴)

2 *Fuit autem, quum vidisset rex Esther reginam stan-*
tem in atrio, tulit gratiam in oculis eius: extenditq; rex
ad Esther virgam auream quam manu tenebat: tunc
accessit Esther, ac tetigit summitatem ipsius virgæ.

(∴) (∴)

(∴)

3 *Dixitq; illi rex, Quid tibi est Esther regina? & quæ-*
nam est petitio tua? vsque ad dimidium regni dabitur
tibi.
4 *Respondit Esther, Si regi placeat, veniat rex, & Ha-*
man hodie ad conuiuium quod feci illi.
5 *Et dixit rex, Cito accersite ipsum Haman vt faciat*
verbum Esther, Venit itaque rex & Haman ad conui-
uium quod apparauerat Esther.
6 *Dixit autem rex ad Esther in conuiuio vini, Quæ est*
postulatio tua, & dabitur tibi?qu: inquam est petitio tua?
vsque ad dimidium regni pete, & fiet.
7 *Et respondit Esther, ac dixit, Postulatio mea, & petitio*
mea est,
8 *Si inueni gratiam in oculis regis, & si regi placeat da-*
re petitionem meam, & faciat postulationem meam, ve-
niet rex & Aman ad conuiuium quod faciam eis: & cras
faciam iuxta verbum regis.
9 *Tunc egressus Haman die ipsa lætus & exhilaratus*
corde, quum vidisset ipsum Mordochai ad portam regis,
& non assurrexisset, nec se mouisset loco, repletus est ira
contra Mordochai.
10 *Continuit autem se Haman, & venit in domum suam,*
mi?tq;, & accersiuit amicos suos ac Zeres vxorem
suam.
11 *Narrauitq; eis Haman gloriam diuitiarum suarum,*
multitudinem quoque filiorum suorum, & omnia quibus
magnificauerat ipsum rex, & quibus extulisset eum su-
per principes & seruos regis.
12 *Addiditque, Insuper non accersiuit Esther regina cum*
rege ad conuiuium quod parauerat, nisi me, & etiam
cras vocatus sum ab ea cum rege.

Vulgat. Editio.

13 Et cum hæc omnia habeam, nihil me habere puto, quam diu videro Mardochæum Iudæum sedentem ante fores regias.

14 Responderuntque ei Zares vxor eius, & cæteri amici: Iube parari excelsam trabem, habentem altitudinis quinquaginta cubitos, & dic mane regi, vt appendatur super eam Mardochæus, & sic ibis cum rege lætus ad conuiuium. Placuit ei consilium, & iussit excelsam parari crucem.

CAP. VI.

1 NOctem illam duxit rex insomnem, iussitque sibi afferri historias, & annales priorum temporum. Quæ cum illo præsente legerentur,

2 Ventum est ad illum locum vbi scriptum erat quomodo nunciasset Mardochæus insidias Bagathan, & Thares eunuchorum, regem Assuerum iugulare cupientium.

3 Quod cum audisset rex, ait: Quid pro hac fide honoris, ac præmij Mardochæus consecutus est? Dixerunt ei serui illius, ac ministri: Nihil omnino mercedis accepit.

4 Statimque rex: Quis est, inquit, in atrio? Aman quippe interius atrium domus regiæ intrauerat, vt suggereret regi, & iuberet Mardochæum affigi patibulo, quod ei fuerat præparatum.

5 Responderunt pueri: Aman stat in atrio. Dixitque rex: Ingrediatur.

6 Cumque esset ingressus, ait illi: Quid debet fieri viro, quem rex honorare desiderat? Cogitans autem in corde suo Aman, & reputans, quod nullum alium rex, nisi se, vellet honorare,

7 Respondit: Homo, quem rex honorare cupit,

8 Debet indui vestibus regiis, & imponi super equum, qui de sella regis est, & accipere regium diadema super caput suum,

9 Et primus de regiis principibus, ac tyrannis teneat equum eius, & per plateam ciuitatis incedens clamet, & dicat: Sic honorabitur, quemcumque voluerit rex honorare.

10 Dixitque ei rex: Festina, & sumpta stola, & equo, fac, vt locutus es, Mardochæo Iudæo, qui sedet ante fores palatij. Caue ne quidquam de his, quæ locutus es, prætermittas.

11 Tulit itaque Aman stolam, & equum, indutumque Mardochæum in platea ciuitatis, & impositum equo præcedebat, atque clamabat: Hoc honore condignus est, quemcumque rex voluerit honorare.

12 Reuersusque est Mardochæus ad ianuam palatij: & Aman festinauit ire in domum suam, lugens, & operto capite:

13 Narrauitque Zares vxori suæ, & amicis omnia, quæ euenissent sibi. Cui responderunt sapientes, quos habebat in consilio, & vxor eius: Si de semine Iudæorum est Mardochæus, ante quem cadere cœpisti, non poteris ei resistere, sed cades in conspectu eius.

14 Adhuc illis loquentibus, venerunt eunuchi regis, & cito eum ad conuiuium, quod regina parauerat, pergere compulerunt.

CAP. VII.

1 INtrauit itaque rex & Aman, vt biberent cum regina.

Dixit-

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

13 *Et totum hoc non est vtile mihi, toto tempore quo video Mordochai Iehudæum sedentem in porta regis.*

14 *Dixitq; ei Zeres vxor eius, & omnes amici eius: Aptent lignum altum quinquaginta cubitorum, & mane dic regi, vt suspendant Mordochai super illud, & ingredere cum rege ad conuiuium lætus. Et placuit res in oculis Haman, & aptari iussit lignum.*

CAP. VI.

1 *IN nocte illa fugerat somnus regem, & dixit vt afferrent librum monumentorum verborum dierum, & fuerunt lecta coram rege.*

2 *Et inuentũ est scriptum, quod indicasset Mordochai de Bigthana, & Teres duobus eunuchis regis ex custodibus liminis, qui quæsierunt mittere manum in regem Achasueros.*

3 *Dixitq; rex: Quid factum est honoris, & magnificentiæ ipsi Mordochai propter hoc? Et dixerunt pueri regis ministri eius: Non est factum cum eo quicquam.*

4 *Dixitq; rex: Quis est in atrio? Haman autem venerat in atrium domus regis exterius, vt diceret regi, quod suspenderet Mordochai super lignum, quod parari fecerat ei.*

5 *Dixeruntq; pueri regis ad eum: Ecce Haman stat in atrio. Et dixit rex: Ingrediatur.*

6 *Et ingressus est Haman, & dixit ei rex: Quid faciendum est viro cuius rex vult honorem? Dixitq; Haman in corde suo, cui volet rex facere honorem magis quam mihi.*

7 *Et dixit Haman ad regem: Vir cuius vult rex honorem.*

8 *Adducant vestem regiam, qua induit se rex, & equum super quo equitat rex, & detur diadema regium in capite eius.*

9 *Et detur vestimentum, & equus per manum viri de principibus regis maioribus principibus, & induat virum cuius rex vult honorem, & equitare faciat eum per plateam ciuitatis, & clament ante eum: Sic fiet viro, cuius rex vult honorem.*

10 *Dixitq; rex ad Haman: Festina, tolle vestimentum, & equum, quemadmodum locutus es, & fac ita Mordochai Iehudæo, qui sedet in porta regis. Ne cadere facias quicquam ex omnibus quæ locutus es.*

11 *Tulitq; Haman vestimentum, & equum, & induit Mordochai, & equitare fecit eum per plateam ciuitatis, & clamabant ante eum: Sic fiet viro cuius rex vult honorem.*

12 *Et reuersus est Mordochai ad ianuam regis: Haman vero compulsus est ad domum suam lugens, & operto capite:*

13 *Et narrauit Haman Zeres vxori suæ, & omnibus amicis suis quicquid acciderat sibi. Dixeruntq; ei sapientes eius, & Zeres vxor eius: Si de semine Iehudæorum est Mordochai ante cuius cœpisti cadere conspectum, non præualebis ei, sed cadendo cades ante eum.*

14 *Adhuc illis loquentibus cum eo, eunuchi regis peruenerunt, & festinauerunt, vt adducerent Haman ad conuiuium, quem fecerat Ester.*

CAP. VII.

1 *VEnit autem rex & Haman ad bibendum cum Ester regina.*

Dixit-

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

13 Et hæc mihi non placent; quamdiu videro Mardochæum Iudæum in aula.

14 Et dixit ad eum Zosara vxor eius, & amici: Cædatur tibi lignum cubitorum quinquaginta, mane autem dic regi, & suspendatur Mardochæus super lignum. Tu autem intra ad conuiuium cum rege, & lætare. Et placuit verbum ipsi Aman, & paratum fuit lignum.

CAP. VI.

1 DOminus autem amouit somnum à rege nocte illa: & dixit ministro suo afferre litteras memoriales dierum ad legendum ei.

2 Inuenit autem litteras scriptas de Mardochæo, quomodo annunciarat regi de duobus eunuchis regis, dum illi custodias agerent, & quærerent inferre manum Artaxerxi.

3 Dixit autem rex: Quam gloriam, vel gratiam fecimus Mardochæo? Et dixerunt ministri regis: Non fecisti ei quicquam.

4 Dum autem percunctaretur rex de beneuolentia Mardochæi ecce Aman in aula. Dixit autem rex: Quis in aula? Aman autem intrauerat ad dicendum regi, vt suspenderet Mardochæum in ligno, quod parauerat.

5 Et dixerunt ministri regis: Ecce Aman stat in aula. Et dixit rex: Vocate eum.

6 Dixit autem rex ad Aman: Quid faciam homini, quem ego volo glorificare? Dixit autem in seipso Aman: Quem vult rex glorificare, nisi me?

7 Dixit autem ad regem: Hominem quem vult rex glorificare,

8 Afferant pueri regis stolam byssinam, qua rex circundatur, & equum, super quem rex incendit,

9 Et det vni amicorum regis honoratorum, & induat stola hominem, quem rex diligit: & ascendere faciat eum super equum, & prædicet per plateam ciuitatis, dicens: Sic erit omni homini, quem rex glorificat.

10 Dixit autem rex ad Aman: Probe locutus es. Sic facito Mardochæo Iudæo seruienti in aula: & non decidat à te verbum ex iis, quæ locutus es.

11 Sumpsit autem Aman stolam, & equum, & stola induit Mardochæum, & imposuit super equum, & transiuit per plateam ciuitatis, & prædicabat dicens: Sic erit omni homini quem rex vult glorificare.

12 Rediit autem Mardochæus in aulam. Aman autem reuersus est in propria tristans demisso capite.

13 Et narrauit Aman, quæ sibi acciderant, Zosare vxori suæ & amicis. Et dixerunt ad eum amici, & vxor: Si de genere Iudæorum Mardochæus, cœpisti humiliari coram eo: cadens cades, & non poteris eum vlcisci: quoniam Deus viuens cum eo.

14 Adhuc ipsis loquentibus, aduenerunt eunuchi vrgentes Aman ad conuiuium, quod parauerat Esther.

CAP. VII.

1 INtrauit autem rex, & Aman, vt biberent cum regina.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

13 *At omnia hæc non prosunt mihi, quandocumque ego video Mordochai Iehudæum sedentem in porta Regis.*

14 *Respondit ei Zeres vxor eius, & omnes amici eius, Preparent lignum altum quinquaginta cubitorum, & crastina die dic Regi vt suspendant Mordochai super illud: postea ingredere cum Rege ad conuiuium lætus. Et placuit res illa in oculis Haman: aptarique iussit lignum.*

CAP. VI.

1 *NOcte illa fugerat somnus à Rege: dixit itaque vt afferrent librum monumentorum verborum dierum, & lecta fuerunt coram Rege.*

2 *Inuentumque fuit scriptum quod indicasset Mordochai de Bigthana & Theres duobus eunuchis Regis ex custodibus liminis, qui quæsierant mittere manum in Regem Ahasueros.*

3 *Dixitque Rex, Quid honoris factum est & magnificentiæ ipsi Mordochai propter hoc? Responderunt pueri Regis ministri eius, Non est factum cum eo quicquam.*

4 *Tum dixit Rex, Quisnam est in atrio? (Haman autem venerat in atrium domus Regis exterius, vt diceret Regi, vt suspenderet Mordochai super lignum quod parari fecerat illi.)*

5 *Responderunt Regi pueri eius, Ecce Haman stat in atrio. Dixit autem Rex, Ingrediatur.*

6 *Et ingressus est Haman: cui dixit Rex, Quid faciendum est de homine cuius Rex optat honorem? (Cogitabat autem Haman in corde suo, Cui optet Rex facere honorem plusquam mihi?)*

7 *Respondit Haman Regi, Vir cuius optat Rex honorem,*

8 *Afferant vestem regiam qua induitur Rex, & equum super quo equitat Rex, & diadema regium quod impositum est capiti eius:*

9 *Tradantque vestem illam, & equum illum in manu viri ex principibus Regis antesignanis: induantque virum illum cuius honorem Rex optat, & equitare faciant eum per plateam ciuitatis, atque clament coram eo, Sic fiet viro cuius honorem Rex optat.*

10 *Dixit autem Rex ad Haman, Festina, tolle vestem illam & equum, quemadmodum loquutus es, & fac ita Mordochai Iehudæo qui sedet in porta Regis: ne cadere facias quicquam ex omnibus quæ loquutus es.*

11 *Tulit itaque Haman vestem illam, & equum illum, induitque Mordochai: postea equitare fecit eum per plateam ciuitatis, atque clamauit coram illo, Sic fiet viro cuius honorem Rex optat.*

12 *Post hæc reuersus est Mordochai ad ianuam Regis: Haman vero properauit sese domum suam lugens, & operto capite.*

13 *Narrauitque Haman Zeres vxori suæ, & omnibus amicis suis quicquid acciderat illi. Dixerunt autem ei sapientes eius, & Zeres vxor eius, Si de semine Iehudæorum est Mordochai, ante cuius conspectum cœpisti cadere, non praualebis ei, sed cadendo cades ante conspectum eius.*

14 *Adhuc illis loquentibus cum eo, eunuchi Regis superuenerunt, & festinauerunt adducere Haman ad conuiuium quod præparauerat Esther.*

CAP. VII.

1 *VEnit itaque Rex & Haman ad bibendum cum Esther regina.*

Vulgat. Editio.

2 Dixitque ei rex etiam secunda die, postquam vino incaluerat: Quæ est petitio tua Esther, vt detur tibi? & quid vis fieri? etiam si dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis.

3 Ad quem illa respondit; Si inueni gratiam in oculis tuis ô rex, & si tibi placet, dona mihi animam meam pro qua rogo, & populum meum pro quo obsecro.

4 Traditi enim sumus ego & populus meus, vt conteramur, iugulemur, & pereamus. Atque vtinam in seruos, & famulas venderemur: esset tolerabile malum, & gemens tacerem: nunc autem hostis noster est, cuius crudelitas redundat in regem.

5 Respondensque rex Assuerus ait: Quis est iste, & cuius potentiæ, vt hæc audeat facere?

6 Dixitque Esther: Hostis & inimicus noster pessimus iste est Aman. Quod ille audiens illico obstupuit, vultum regis, ac reginæ ferre non sustinens.

7 Rex autem iratus surrexit, & de loco conuiuij intrauit in hortum arboribus consitum. Aman quoque surrexit, vt rogaret Esther reginam pro anima sua, intellexit enim à rege sibi paratum malum.

8 Qui cum reuersus esset de horto nemoribus consito, & intrasset conuiuij locum, reperit Aman super lectulum corruisse, in quo iacebat Esther, & ait: Etiam reginam vult opprimere, me præsente, in domo mea. Necdum verbum de ore regis exierat, & statim operuerunt faciem eius.

9 Dixitque Harbona, vnus de eunuchis, qui stabant in ministerio regis: En lignum, quod parauerat Mardochæo, qui locutus est pro rege, stat in domo Aman, habens altitudinis quinquaginta cubitos. Cui dixit rex: Appendite eum in eo.

10 Suspensus est itaque Aman in patibulo, quod parauerat Mardochæo: & regis ira quieuit.

CAP. VIII.

1 Die illo dedit rex Assuerus Esther reginæ domum Aman aduersarij Iudæorum, & Mardochæus ingressus est ante faciem regis. Confessa est enim ei Esther, quod esset patruus suus.

2 Tulitque rex annulum, quem ab Aman recipi iusserat, & tradidit Mardochæo. Esther autem constituit Mardochæum super domum suam.

3 Nec his contenta, procidit ad pedes regis, fleuitque & locuta ad eum orauit, vt malitiam Aman Agagitæ, & machinationes eius pessimas, quas excogitauerat contra Iudæos, iuberet irritas fieri.

4 At ille ex more sceptrum aureum protendit manu, quo signum clementiæ monstrabatur: illaque consurgens stetit ante eum,

5 Et ait: Si placet regi, & si inueni gratiam in oculis eius, & deprecatio mea non ei videtur esse contraria, obsecro, vt nouis epistolis, veteres Aman litteræ, insidiatoris, & hostis Iudæorum, quibus eos in cunctis regis prouinciis perire præceperat, corrigantur.

6 Quomodo enim potero sustinere necem, & interfectionem populi mei?

7 Responditque rex Assuerus Esther reginæ, & Mardochæo Iudæo: Domum Aman concessi Esther, & ipsum iussi affigi cruci, quia ausus est manum mittere in Iudæos.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

2 *Dixitq; rex ad Ester etiam die secunda in conuiuio vini: Quæ est petitio tua Ester regina, & dabitur tibi? & quæ inquisitio tua? vsque ad dimidium regni, pete, & fiet.*

3 *Et respondit Ester regina, & dixit: Si inueni gratiam in oculis tuis rex, & si regi placet, detur mihi anima mea pro petitione mea, & populus meus pro postulatione mea.*

4 *Quia venditi sumus ego, & populus meus ad disperdendum, & occidendum; & ad perdendum. Et si in seruos, & ancillas venderemur tacuissem, quamquam hostis non recompensaret damnum regis.*

5 *Dixitq; rex Achasueros, & dixit ad Ester reginam: Quis est hic, & qualis est hic qui repleuit cor suum, vt faceret sic?*

6 *Et dixit Ester: Vir hostis, & inimicus est Haman malus hic. Et Haman territus est à facie regis, & reginæ.*

7 *Rex autem surrexit in furore suo, de conuiuio vini ad hortum palatij. Haman autem stetit, vt postularet pro anima sua ab Ester regina, vidit enim quod completum esset sibi malum à rege.*

8 *Rex autem reuersus est ab horto palatij ad domum conuiuij vini, Haman autem ceciderat super lectum super quo erat Ester, dixitq; rex: Num etiam vt subigitet reginam me existente in domo. Verbum egressum est ex ore regis, & faciem Haman operuerunt.*

9 *Dixitq; Charbona vnus de eunuchis ante regem: En lignum, quod fecerat Haman pro Mordochai, qui locutus est bonum super regem, stat in domo Haman, altitudinis quinquaginta cubitorum. Dixitq; rex: Suspendite eum in illo.*

10 *Et suspenderunt Haman in ligno, quod parari fecerat pro Mordochai, & ira regis quieuit.*

CAP. VIII.

1 *Die illa dedit rex Achasueros Ester reginæ domum Haman hostis Iehudæorum, Mordochai autem ingressus est ante regem. Indicauit enim Ester quid ipse sibi esset.*

2 *Et remouere fecit rex annulum suum quem tolli fecerat ab Haman, & dedit illum Mordochai. Et posuit Ester Mordochai in domo Haman.*

3 *Addiditq; Ester, & locuta est ante regem, & cecidit ante pedes eius, & fleuit, & rogauit eum, vt transire faceret malitiam Haman Agagitæ, & cogitationem eius quam cogitauit contra Iehudæos.*

4 *Et extendit rex ad Ester virgam auream, & surrexit Ester, stetitque ante regem.*

5 *Et dixit: Si regi placet, & si inueni gratiam ante eum, & conueniens est res ante regem, & placeo in oculis eius, scribatur, vt retractent litteras cogitationis Haman filij Hamedatha Agagitæ, quas scripsit ad perdendum Iehudæos, qui erant in omnibus prouincijs regis.*

6 *Quomodo enim potero videre malum, quod inueniet populum meum? Et quomodo potero videre perditionem progeniei meæ?*

7 *Dixitque rex Achasueros ad Ester reginam, & Mordochai Iehudæum: Ecce domum Haman dedi Ester, & ipsum appenderunt in ligno eo quod misit manum suam in Iehudæos.*

Transl. ex Septuag.

2 Dixit autem rex ad Esther secunda die in pota-
tione: Quid est Esther regina? & quæ petitio tua, &
quod postulatum tuum? Et esto tibi vsque ad di-
midium regni mei.
3 Et respondens dixit: Si inueni gratiam in conspe-
ctu regis; detur anima petitioni meæ, & populus
meus postulationi meæ.

4 Venditi enim sumus, & ego, & populus meus in
perditionem, & direptionem, & seruitutem nos, &
filij nostri in pueros, & ancillas: & non audiui: non
enim dignus criminator aula regis.

5 Dixit autem rex: Quis iste, qui ausus est facere
rem hanc?
6 Dixit autem Esther: Homo inimicus Aman ma-
lignus iste. Aman autem turbatus est ex rege, & re-
gina.
7 Rex autem surrexit à symposio in hortum. A-
man autem deprecabatur reginam. Viderat enim se
in malis esse.

8 Reuertit autem rex de horto. Aman autem pro-
cubuerat super lectum orans reginam. Dixit autem
rex: Vt etiam vxori vim afferat in domo mea? A-
man autem audiens confusus est facie.

9 Dixit autem Bugathan vnus eunuchorum ad
regem: Ecce & lignum parauit Aman Mardochæo,
qui locutus est pro rege: & erectum est in proprijs
Aman lignum cubitorum quinquaginta. Dixit au-
tem rex: Crucifigatur in eo.
10 Et suspensus est Aman super lignum quod para-
tum fuerat Mardochæo. Et tunc rex cessauit à fu-
rore.

C A P. VIII.

1 ET in eadem die rex Artaxerses largitus est E-
sther, quæcumq; fuerant Aman calumniatori.
Et Mardochæus accersitus est à rege. Indicauit enim
Esther, quia sibi propinquus erat.
2 Sumpsit autem rex annulum, quem abstu-
lerat ab Aman, & dedit eum Mardochæo. Et
Esther constituit Mardochæum super omnia, quæ
fuerant Aman.
3 Et adiiciens locuta est ad regem, & procidit ad
pedes eius, & postulauit auferre malum ipsius A-
man, & quæcumque fecerat Iudæis.

4 Extendit autem rex ad Esther virgam auream.
Surrexit autem Esther ad adstandum regi.

5 Et dixit Esther. Si videtur tibi, & inueni gra-
tiam; mittatur, vt reuertantur litteræ missæ ab A-
man, scriptæ vt perderentur Iudæi, qui sunt in re-
gno tuo.

6 Quomodo enim potero videre afflictionem po-
puli mei, & quomodo potero saluari in perditione
patriæ meæ?
7 Et dixit rex ad Esther: Si omnem substantiam
Aman dedi, & gratificatus sum tibi, & ipsum sus-
pendi super lignum quoniam manus intulerat Iu-
dæis; quid adhuc quæris?

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

*Dixitque rex ad Esther etiam die secundo in conuiuio
vini, Quænam est petitio tua Esther regina, & dabitur
tibi? & quæ est petitio tua? vsque ad dimidium regni, &
fiet.*
*Respondit Esther regina, ac dixit, Si inueni gratiam
in oculis tuis ô rex, & si regi placet, detur mihi anima mea
pro postulatione mea, & populus meus pro petitione mea,*

*Quia venditi sumus ego, & populus meus vt disper-
damur, & iugulemur, & perdamur: quod si in seruos &
ancillas venditi fuissemus, tacuissem: quamquam hostis
nequaquam compensare posset damnum regis:*

*Respondens autem rex Ahasueros dixit Esther reginæ,
Quis est iste, & vbinam est iste cuius cor persuasit illi vt
faceret sic?*
*Et dixit Esther, Vir hostis & inimicus est Haman pes-
simus iste. Tum Haman territus est à facie regis & re-
ginæ.*
*Rex autem surrexit in furore suo à conuiuio vini ad
hortum palatij: Haman vero mansit vt peteret pro anima
sua ab Esther regina. videbat enim quod completum esset
sibi malum à rege.*

*Rex autem reuersus est ab horto palatij ad domum
conuiuij vini: Haman vero ceciderat super lectum super
quo erat Esther. tum dixit rex: Nonne etiam vis oppri-
mere reginã me præsente in domo? Verbum illud egressum
est ab ore regis, & faciem Haman operuerunt.*

*Dixit autem Harbona vnus ex eunuchis coram rege,
En etiam lignum quod parauerat Haman ipsi Mordo-
chai, qui loquutus est bonum pro rege, erectum est in domo
Haman, altitudinis quinquaginta cubitorum. Tunc dixit
rex, Suspendite eum in illo.*
*Suspenderunt itaque Haman in ligno quod parauerat
pro Mordochai, & ira regis conquieuit.*

C A P. VIII.

*EOdem die dedit rex Ahasueros Esther reginæ do-
mum Haman hostis Iehudæorum, & Mordochai in-
gressus est ante regem, indicauit enim Esther quid ipse
sibi esset.*
*Abstulit itaque rex annulum suum quem receperat ab
Haman, deditque illum Mordochai. Esther vero posuit
Mordochai supra domum Haman.*

*Addidit præterea Esther, loquutaq; est coram rege, at-
que cecidit ad pedes eius, flens & rogans eum vt irritam
faceret malitiam Haman Agagitæ, & cogitationem eius
quam cogitauerat contra Iehudæos.*
*Extendit autem rex ipsi Esther virgam auream: sur-
gensq; Esther, stetit coram rege:*

*Dixitque, Si regi placet, & si inueni gratiam in con-
spectu eius, rectaq; res videtur regi, ac placeo in oculis
eius, scribatur vt reuocentur literæ cogitationis Haman
filij Hammedatha Agagitæ, quas scripsit vt perdant Ie-
hudæos qui sunt in omnibus prouincijs regis.*

*Quo pacto enim potero videre malum quod inueniet
populum meum? quomodo inquam potero videre perdi-
tionem cognationis meæ?*
*Dixit autem rex Ahasueros Esther reginæ, & Mordo-
chai Iehudæo, Ecce domum Haman dedi Esther, & il-
lum suspenderunt in ligno, propterea quod miserit manum
suam in Iehudæos.*

Vulgat. Editio.

8 Scribite ergo Iudæis, ficut vobis placet regis nomine, fignantes literas annulo meo. Hæc enim confuetudo erat, vt epiftolis, quæ ex regis nomine mittebantur, & illius annulo fignatæ erant, nemo auderet contradicere.

9 Accitifque fcribis, & librariis regis (erat autem tempus tertij menfis, qui appellatur Siban) vigefima & tertia die illius fcriptæ funt epiftolæ, vt Mardochæus voluerat, ad Iudæos, & ad principes, procuratorefque & iudices, qui centum viginti feptem prouinciis ab India vfque ad Aethiopiam præfidebant prouinciæ atque prouinciæ, populo & populo iuxta linguas, & litteras fuas, & Iudæis, prout legere poterant, & audire.

10 Ipfæque epiftolæ, quæ regis nomine mittebantur, annulo ipfius obfignatæ funt, & miffæ per veredarios: qui per omnes prouincias difcurrentes, veteres litteras nouis nunciis præuenirent.

11 Quibus imperauit rex, vt conuenirent Iudæos per fingulas ciuitates, & in vnum præciperent congregari, vt ftarent pro animabus fuis, & omnes inimicos fuos cum coniugibus, ac liberis, & vniuerfis domibus, interficerent, atque delerent, & fpolia eorum diriperent.

12 Et conftituta eft per omnes prouincias vna vltionis dies, id eft tertiadecima menfis duodecimi Adar.

13 Summaque epiftolæ hæc fuit, vt in omnibus terris, ac populis, qui regis Affueri fubiacebant imperio, notum fieret, paratos effe Iudæos ad capiendam vindictam de hoftibus fuis.

14 Egreffique funt veredarij celeres nuncia perferentes, & edictum regis pependit in Sufan.

15 Mardochæus autem de palatio, & de confpectu regis egrediens, fulgebat veftibus regiis, hyacynthinis videlicet & aeriis, coronam auream portans in capite & amictus ferico pallio, atque purpuræo. Omnifque ciuitas exultauit, atque lætata eft.

16 Iudæis autem noua lux oriri vifa eft, gaudium, honor, & tripudium.

17 Apud omnes populos, vrbes, atque prouincias, quocumque regis iuffa veniebant, mira exultatio, epulæ, atque conuiuia, & feftus dies: in tantum, vt plures alterius gentis, & fectæ eorum religioni, & ceremoniis iungerentur. Grandis enim cunctos Iudaici nominis terror inuaferat.

CAP. IX.

1 IGitur duodecimi menfis, quem Adar vocari ante iam diximus, tertiadecima die, quando cunctis Iudæis interfectio parabatur, & hoftes eorum inhiabant fanguini, verfa vice Iudæi fuperiores effe cœperunt, & fe de aduerfariis vindicare.

2 Congregatique funt per fingulas ciuitates, oppida, & loca, vt extenderent manum contra inimicos, & perfecutores fuos. Nullufque aufus eft refiftere, eo quod omnes populos magnitudinis eorum formido penetrarat.

3 Nam & prouinciarum iudices, & duces, & procuratores, omnifque dignitas, quæ fingulis locis, ac operibus præerat, extollebant Iudæos timore Mardochæi:

4 Quem principem effe palatij, & plurimum poffe cognouerant: fama quoque nominis eius crefcebat quotidie, & per cunctorum ora volitabat.

Tranfl. ex Heb. Sanct. Pagn.

8 *Vos autem fcribite Iehudeis, ficut bonum eft in oculis veftris nomine regis, & fignate annulo regis. Scriptura enim quæ fcribuntur nomine regis, & fignantur annulo regis non retractabantur.*

9 *Et vocati funt fcribæ regis tempore illo menfe tertio (ipfe eft Siuan) tertia, & vigefima eiufdem, & fcriptum eft iuxta omnia quæ præcepit Mordochai ad Iehudæos, & ad principes, & duces, & principes prouinciarum, qui erant ab India vfque ad Aethiopiam, feptem & viginti, & centum prouinciarum, fingulis prouincijs iuxta fcripturam earum, & fingulis populis iuxta linguam eorum & ad Iudæos fecundum fcripturam eorum, & iuxta linguam eorum.*

10 *Scripfitque nomine regis Achafueros, & fignauit annulo regis, Et mifit litteras per manum curforum in equis: equitantes velociffima animalia, mulos filios equarum.*

11 *Quas dedit Iehudæis, qui erant in fingulis ciuitatibus, vt congregarent fe, & ftarent pro anima fua, vt difperderent, & occiderent, & perderent omnem exercitum populi, & prouinciæ, qui opprimerent eos, paruulos, & mulieres, & fpolia eorum raperent.*

12 *In die vna in omnibus prouincijs regis Achafueros, tertiadecima menfis duodecimi, ipfe eft menfis Adar.*

13 *Exemplar fcripturæ erat dari legem in qualibet prouincia manifeftam omnibus populis, vt effent Iehudæi parati ad diem illum ad vindicandum fe de inimicis fuis.*

14 *Curfores equitantes equos, velociffimos mulos egreffi funt accelerantes, & feftinantes ad verbum regis, & lex data eft in Sufan palatio.*

15 *Et Mordochai egreffus eft à facie regis in vefte regali hyacinthina, & candida, & corona aurea magna, & amictu byffi, & purpura. Et ciuitas Sufan exultauit, & lætata eft.*

16 *Iudæis fuit lux, & lætitia, & gaudium, & honor.*

17 *Et in qualibet prouincia, & in qualibet ciuitate, & loco quo verbum regis attigit lætitia, & gaudium. Iehudæis autem conuiuium, & dies iucundus, & multi è populis terræ Iudæi fe faciebant, quia cecidit pauor Iehudæorum fuper eos.*

CAP. IX.

1 *DVodecimo menfe (ipfe eft menfis Adar) tertiadecima die eiufdem qua peruenit verbum regis, & decretum eius, vt fieret in die qua fperabant inimici Iehudæorum dominari eis, oppofitum fuit, quia dominati funt Iehudæi odio habentibus illos.*

2 *Congregauerunt fe Iehudæi in ciuitatibus fuis in omnibus prouincijs regis Achafueros, vt mitterent manum in inquirentes malum fuum. Et vir non ftetit ante eos, quia cecidit pauor eorum fuper omnes populos.*

3 *Et omnes principes prouinciarum, & principes magni, & duces, & facientes opus quod erat regis extollebant Iehudæos, quia cecidit pauor Mordochai fuper eos.*

4 *Magnus enim erat Mordochai in domo regis: & fama eius ibat per omnes prouincias, quia vir Mordochai proficiebat, & crefcebat.*

Itaque

Et

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

8 Scribite etiam vos ex nomine meo, ficut videtur vobis, & obfignate annulo meo. Quæcumque enim fcribuntur rege præcipiente, & obfignata fuerint annulo meo: non eft eis contradicere.

9 Vocati autem funt Scribæ in primo menfe, qui eft Nifan, tertia & vigefima eiufdem anni, & fcriptum eft Iudæis, quæcumque mandauit Oeconomis, & principibus Satraparum ab India vfque ad Aethiopiam centum viginti feptem Satrapis per prouinciam, & prouinciam, fecundum eorum linguam.

10 Scriptum eft autem per regem, & obfignatum annulo eius. Et miferunt litteras per tabellarios,

11 Quomodo præcepit eis vti legibus fuis in omni ciuitate, & auxiliari illis, & vti inimicis ipforum, & aduerfariis ipforum, ficut volunt, in die vna in omni regno Artaxerxis tertiadecima die duodecimi menfis, qui eft Adar.

12 Quarum eft exemplar epiftolæ quæ fubfcripta funt.

13 Exemplaria autem proponantur vifibiliter in omni regno, paratique fint omnes Iudæi in hanc diem, debellare fuos aduerfarios.

14 * Igitur ipfi quidem equites exiuerunt feftinantes ea, quæ à rege dicta erant, perficere. Propofitum eft autem edictum etiam in Sufis.

* Hic incipit cap. 9. in transla. ex Sep. Rom.

15 Mardochæus autem proceffit ornatus regali ftola, & coronam habens auream, & diadema byffinum purpureum. Videntes autem, qui in Sufis, gauifi funt.

16 Iudæis autem facta eft lux, & lætitia per ciuitatem, & prouinciam,

17 Vbicumque propofitum fuerat edictum, gaudium, & lætitia Iudæis, epulatio, & lætitia. Et multi ex gentibus circuncidebantur, & iudaizabant propter timorem Iudæorum.

C A P. IX.

1 IN duodecimo enim menfe, tertiadecima menfis, qui eft Adar, aderant litteræ fcriptæ à rege. In eadem die perierunt, qui aduerfabantur Iudæis. Nullus enim contra ftetit, timens eos.

3 Principes enim fatraparum, & tyranni, & regij Scribæ honorabant Iudæos. Timor enim Mardochæi incubuerat eis.

4 Aduenerat enim edictum regis, vt nominatus effet in omni regno.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

8 *Vos autem fcribite Iehudæis prout vobis videbitur, nomine regis, & obfignate annulo regis. fcripturam enim, quæ fcribitur nomine regis, & obfignatur annulo regis, non licet reuocare.*

9 *Vocati funt itaque fcribæ regis tempore illo, menfe tertio (ipfe eft Siuan) vicefima tertia eiufdem, & fcriptum eft omnino vt præcepit Mordochai ad Iehudæos, & ad principes, atque duces & principes prouinciarum quæ funt ab India vfque ad Aethiopiam, centum & viginti feptem prouinciarum, fingulis prouinciis iuxta fcripturam earum; & fingulis populis iuxta linguam fuam, & ad Iehudæos fecundum fcripturam eorum & linguam.*

10 *Scripfitq; nomine regis Ahafueros, & obfignauit annulo regis, ac mifit litteras per manum curforum equeftrium, equitantium velociffima animalia, mulos filios equarum:*

11 *Quod rex daret Iehudæis qui erant in omnibus & fingulis ciuitatibus, vt congregarent fe, & ftarent pro anima fua, ita vt difperderent, & occiderent, & perderent omnem exercitum populi ac prouinciæ oppugnantium ipfos, paruulos & mulieres, & fpolia eorum diriperent:*

12 *Die vno in omnibus prouinciis regis Ahafueros, nempe decima tertia menfis duodecimi: ipfe eft menfis Adar.*

13 *Exemplar fcripturæ erat vt daretur lex in omnibus & fingulis prouincijs manifefta omnibus populis, vt effent Iehudæi parati ad diem illum, ad vindicandum fefe de inimicis fuis.*

14 *Curfores illi equitantes animalia velociffima, mulos, egreffi funt accelerantes & feftinantes ad verbum regis, lexq; illa data eft in Sufan palatio.*

15 *Mordochai autem egreffus eft à confpectu regis in vefte regali, hyacinthina & candida, & cum corona aurea magna, & amictu byffino, & purpureo: ciuitafq; Sufan exultauit, ac læta eft.*

16 *Iehudæis fuit lux, id eft lætitia, & gaudium, & honor.*

17 *In omnibus quoque & fingulis prouincijs, & in omnibus ac fingulis ciuitatibus ac loco quo verbum regis peruenit, fuit lætitia & gaudium Iehudæis, conuiuium & dies iucundus: & multi è populis terræ efficiebantur Iehudæi, quia ceciderat pauor Iehudæorum fuper eos.*

C A P. IX.

1 *DVodecimo igitur menfe (ipfe eft menfis Adar) decimatertia die eiufdem, qua peruenerat verbum regis, & lex eius vt fieret, eo fcilicet die quo fperabant inimici Iehudæorum dominari illis, (& oppofitum fuit, quia dominati funt Iehudæi ijs qui odio ipfos habebant.)*

2 *Congregauerunt fe Iehudæi in vrbibus fuis, in omnibus prouincijs regis Ahafueros, vt mitterent manum in inquirentes malum ipforum: & nemo ftetit coram illis, quia ceciderat pauor eorum fuper omnes populos,*

3 *Et omnes principes prouinciarum, & fatrapæ, & duces, & facientes opus quod erat regis, extollebant Iehudæos: quia ceciderat pauor Mordochai fuper eos.*

4 *Magnus enim erat Mordochai in domo regis, & fama eius ibat per omnes prouincias: quia vir Mordochai promouebat & crefcebat.*

Vulgat. Editio.

5 Itaque percusserunt Iudæi inimicos suos plaga magna, & occiderunt eos, reddentes eis, quod sibi parauerant facere:

6 In tantum vt etiam in Susan quingentos viros interficerent, extra decem filios Aman Agagitæ hostis Iudæorum: quorum ista sunt nomina:

7 Pharsandatha, & Delphon, & Esphatha,

8 Et Phoratha, & Adalia, & Aridatha,

9 Et Phermeita, & Arisai, & Aridai, & Iezatha.

10 Quos cum occidissent, prædas de substantiis eorum tangere noluerunt.

11 Statimque numerus eorum, qui occisi erant in Susan, ad regem relatus est.

12 Qui dixit reginæ: In vrbe Susan interfecerunt Iudæi quingentos viros, & alios decem filios Aman: quantam putas eos exercere cædem in vniuersis prouinciis? Quid vltra postulas, & quid vis, vt fieri iubeam?

13 Cui illa respondit: Si regi placet, detur potestas Iudæis, vt sicut fecerunt hodie in Susan, sic & cras faciant, & decem filij Aman in patibulis suspendantur.

14 Præcepitque rex vt ita fieret. Statimque in Susan pependit edictum, & decem filij Aman suspensi sunt.

15 Congregatis Iudæis quartadecima die mensis Adar, interfecti sunt in Susan trecenti viri: nec eorum ab illis direpta substantia est.

16 Sed & per omnes prouincias, quæ ditioni regis subiacebant, pro animabus suis steterunt Iudæi, interfectis hostibus ac persecutoribus suis: in tantum vt septuagintaquinque millia occisorum implerentur, & nullus de substantiis eorum quidquam contingeret.

17 Dies autem tertiusdecimus mensis Adar primus apud omnes interfectionis fuit, & quartadecima die cœdere desierunt. Quem constituerunt esse solemnem, vt in eo omni tempore deinceps vacarent epulis, gaudio atque conuiuiis.

18 At hi, qui in vrbe Susan cœdem exercuerant, tertiodecimo & quartodecimo die eiusdem mensis in cæde versati sunt: quintodecimo autem die percutere desierunt. Et idcirco eundem diem constituerunt solemnem epularum atque lætitiæ.

19 Hi vero Iudæi, qui in oppidis non muratis ac villis morabantur, quartumdecimum diem mensis Adar conuiuiorum & gaudij decreuerunt, ita vt exultent in eo, & mittant sibi mutuo partes epularum & ciborum.

20 Scripsit itaque Mardochæus omnia hæc, & litteris comprehensa misit ad Iudæos, qui in omnibus regis prouinciis morabantur, tam in vicino positis, quam procul,

21 Vt quartamdecimam & quintamdecimam diem mensis Adar pro festis susciperent, & reuertente semper anno solemni celebrarent honore:

22 Quia in ipsis diebus se vlti sunt Iudæi de inimicis suis, & luctus atque tristitia in hilaritatem gaudiumque conuersa sunt, essentque dies isti epularum atque lætitiæ, & mitterent sibi inuicem ciborum partes, & pauperibus munuscula largirentur.

23 Susceperuntque Iudæi in solemnem ritum cuncta quæ eo tempore facere cœperant, & quæ Mardochæus litteris facienda mandauerat.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

5 **Et percusserunt Iehudei omnes inimicos suos plaga gladij, & occisionis, & perditionis, & fecerunt contra odio habentes illos secundum voluntatem suam.*

6 *Et in Susan regia occiderunt Iehudai, & perdiderunt quingentos viros:*

7 *Et Parsandatha, & Dalphon, & Asphatha.*

8 *Et Porata, & Adalia, & Aridatha.*

9 *Et Parmastha, & Arisai, & Aridai, & Vaizatha.*

10 *Decem filios Haman filij Hamedatha hostis Iehudeorum occiderunt, sed in predam non miserunt manum suam.*

11 *Die ipsa venit numerus occisorum in Susan regia coram rege.*

12 *Dixitque rex ad Ester reginam: In Susan regia occiderunt Iehudei, & perdiderunt quingentos viros, & decem filios Haman: in reliquis prouinciis regis quid fecerunt, & quæ petitio tua, & dabitur tibi? Et quæ requisitio tua vltra, & fiet?*

13 *Et dixit Ester: Si regi placet, detur etiam cras Iehudeis in Susan, vt faciant secundum legem hodiernam, & decem filios Haman suspendat in ligno.*

14 *Et dixit rex, vt fieret sic. Et data est lex in Susan, & decem filios Haman suspenderunt.*

15 *Et congregati sunt Iehudei qui erant in Susan etiam die quarta decima mensis Adar, & interfecerunt in Susan trecentos viros, sed in predam non miserunt manum suam.*

16 *Reliqui autem Iehudei qui erant in prouinciis regis congregati sunt, & steterunt pro animabus suis, & quieuerunt ab inimicis suis, & occiderunt de hostibus suis quinque, & septuaginta millia, sed in prædam non miserunt manum suam.*

17 *In die tertia decima mensis Adar, & quieuerunt in quarta decima eiusdem, & fecerunt eum diem conuiuij, & lætitiæ.*

18 *Iehudei vero qui erant in Susan congregati sunt tertiadecima die eiusdem, & quartadecima die eiusdem, & & quieuerunt quintadecima eiusdem, & fecerunt eum die conuiuij, & lætitiæ.*

19 *Idcirco Iehudei villici, qui habitant in vrbibus non muratis, faciunt diem quartamdecimam mensis Adar lætitiæ, & conuiuij, & diem bonum, & missionis partium vnusquisque proximo suo.*

20 *Et scripsit Mordochai verba hæc, misitque litteras ad omnes Iehudeos qui erant in omnibus prouinciis regis Athasueros propinquis, & remotis.*

21 *Statuendo eis, vt facerent diem quartam decimam mensis Adar, & quintamdecimam eiusdem per singulos annos.*

22 *Secundum dies in quibus quieuerunt Iehudai ab inimicis suis, & mensem qui conuersus fuerat eis à dolore in lætitiam, & à luctu in diem iucundum, vt facerent eos dies conuiuij, & lætitiæ, & missionis partium vnusquisque proximo suo, & donorum pauperibus.*

23 *Susceperunt Iehudeis quæ cœperunt facere, & quod scripsit Mordochai ad eos.*

Transl. ex Septuag.		Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
	5	*Percusserunt itaque Iehudai omnes inimicos suos plaga gladij, & occisionis, & perditionis: & fecerunt in inimicis suis secundum voluntatem suam.*
Et in Susis ciuitate interfecerunt Iudæi viros quingentos,	6	*Preterea in Susan regia occiderunt Iehudai, & perdiderunt quingentos viros.*
Et Pharsannes, & Delphon, & Phasga,	7	*Parsandatha item, & Dalphon, & Aspatha.*
Et Pharadatha, & Barea, & Sarbara,	8	*Et Poratha, & Adalia, & Aridatha.*
Et Marmasima, & Ruphæum, & Arsæum, & Zabuthæum,	9	*Et Parmastha, & Arisai, & Aridai, & Vaizatha.*
Decem filios Aman Amadathi Bugæi inimici Iudæorum, & diripuerunt in eadem die.	10	*Decem filios Haman filij Hammedatha hostis Iehudeorum occiderunt: sed in predam ipsam non miserunt manum suam.*
Et datus est numerus regi eorum, qui perierant in Susis.	11	*Die ipsa venit numerus occisorum in Susan regia coram rege.*
Dixit autem rex ad Esther: Peremerunt Iudæi in Susis ciuitate viros quingentos: in adiacente autem quomodo, putas, vsi sunt? Quid igitur postulas amplius, & erit tibi?	12	*Dixitque rex Ester regine, In Susan regia occiderunt Iehudai, & perdiderunt quingentos viros, & decem filios Haman: in reliquis prouincijs regis quid putas fecerunt? quænam ergo postulatio tua, & dabitur tibi? aut que petitio tua vltra, & fiet?*
Et dixit Esther regi. Detur Iudæis, vt vtantur similiter cras, vt decem filios Aman suspendant.	13	*Respondit Esther, Si regi placet, detur etiam cras Iehudæis in Susan vt faciant secundum legem hodiernam, & decem filios Haman suspendant in ligno.*
Et permisit rex sic fieri, & permisit Iudæis ciuitatis, corpora filiorum Aman suspendere.	14	*Et præcepit rex vt sic fieret: data fuit itaque Lex in Susan, & decem filios Haman suspenderunt.*
Et congregati sunt Iudæi in Susis quartadecima Adar, & occiderunt viros trecentos, & nihil diripuerunt.	15	*Congregati sunt præterea Iehudai qui erant in Susan etiam die decimaquarta mensis Adar, & interfecerunt in Susan trecentos viros: sed in prædam non miserunt manum suam.*
Cœteri autem ex Iudæis, qui in regno, congregati sunt, & seipsos adiuuabant, & requieuerunt ab hostibus,	16	*Reliqui quoque Iehudai qui erant in prouincijs regis congregati sunt, steteruntque pro anima sua; & quieuerunt ab inimicis suis. interfecerunt autem de hostibus suis septuagintaquinque millia, sed in prædam non miserunt manum suam:*
Peremerunt enim ex eis quindecim millia die tertiadecima Adar, & nihil diripuerunt. Et requieuerunt quartadecima eiusdem mensis, & egerunt diem illum requietis cum gaudio, & lætitia:	17	*Die decimotertio mensis Adar, & quieuerunt decimoquarto die eiusdem: feceruntque eum diem conuiuij & lætitiæ.*
Iudæi autem, qui in Susis ciuitate, congregati sunt etiam quartadecima, & requieuerunt. Egerunt autem & quintamdecimam cum gaudio & lætitia.	18	*At Iehudai qui erant in Susan congregati sunt decimatertia eiusdem, atque quartadecimo eiusdem: quieuerunt vero decimaquinta eiusdem, feceruntque eum diem conuiuij, & lætitiæ.*
Propter hoc igitur Iudæi, qui disseminati sunt in omni regione, quæ extra muros, agunt quartamdecimam Adar diem bonam cum lætitia, mittentes partes vnusquisque proximo.	19	*Idcirco Iehudai villici qui habitant in vrbibus non muratis, faciunt diem decimumquartum mensis Adar, diem lætitiæ & conuiuij, & diem festum, & missionis partium, quisque proximo suo.*
Scripsit autem Mardochæus verba hæc in libro, & misit Iudæis, quicumque erant in regno Artaxerxis, iis qui prope, & iis qui longe,	20	*Scripsit itaque Mordochai verba hec, misitque litteras ad omnes Iehudaos qui erant in vniuersis prouincijs regis Ahasueros, propinquos & remotos;*
Vt statuerent dies hos bonos, & celebrarent quartamdecimam, & quintamdecimam Adar	21	*Statuendo illis vt facerent diem decimumquartum mensis Adar, atque decimumquintum eiusdem per singulos annos.*
(In his enim diebus requieuerunt Iudæi ab inimicis suis) & mensem in quo facta est eis conuersio, qui erat Adar, ex luctu in gaudium, & ex dolore in bonam diem, celebrarent totum, bonos dies nuptiarum, & lætitiæ, mittentes partes amicis, & mendicis.	22	*Iuxta dies illos in quibus quieuerant Iehudai ab inimicis suis, & mensem illum qui conuersus fuerat illis à mœrore in lætitiam, & à luctu in diem bonum: vt facerent illos dies conuiuij & gaudij, & missionis particularum quisque proximo suo, & donorum pauperibus.*
Et susceperunt Iudæi, sicut scripsit eis Mardochæus,	23	*Receperunt vero Iehudai sese facturos, quod inceperant; quodque scripserat Mordochai ad ipsos:*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Aman enim, filius Amadathi stirpis Agag, hostis & aduersarius Iudæorum, cogitauit contra eos malum, vt occideret illos, atque deleret & misit phur, quod nostra lingua vertitur in sortem.

Et postea ingressa est Esther ad regem, obsecrans vt conatus eius, literis regis irriti fierent: & malum, quod contra Iudæos cogitauerat, reuerteretur in caput eius. Denique & ipsum & filios eius affixerunt cruci,

Atque ex illo tempore dies isti appellati sunt phurim, id est sortium: eo quod phur, id est sors, in vrnam missa fuerit. Et cuncta, quæ gesta sunt, epistolæ, id est libri huius volumine continentur:

Quæque sustinuerunt, & quæ deinceps immutata sunt, susceperunt Iudæi super se & semen suum, & super cunctos, qui religioni eorum voluerunt copulari, vt nulli liceat duos hos dies absque solemnitate transigere: quos scriptura testatur, & certa expetunt tempora, annis sibi iugiter succedentibus.

Isti sunt dies, quos nulla vmquam delebit obliuio: & per singulas generationes cunctæ in toto orbe prouinciæ celebrabunt: nec est vlla ciuitas, in qua dies phurim, id est sortium, non obseruentur à Iudæis, & ab eorum progenie, quæ his ceremoniis obligata est.

Scripseruntque Esther regina filia Abihail, & Mardochæus Iudæus etiam secundam epistolam vt omni studio dies ista solemnis sanciretur in posterum.

Et miserunt ad omnes Iudæos, qui in centum viginti septem prouinciis regis Assueri versabantur, vt haberent pacem, & susciperent veritatem,

Obseruantes Dies sortium, & suo tempore cum gaudio celebrarent: sicut constituerant Mardochæus & Esther, & illi obseruanda susceperunt à se, & à semine suo ieiunia, & clamores, & Sortium dies,

Et omnia, quæ libri huius, qui vocatur Esther, historia continentur.

C A P. X.

REx vero Assuerus omnem terram, & cunctas maris insulas fecit tributarias:

Cuius fortitudo & imperium, & dignitas atque sublimitas, qua exaltauit Mardochæum, scripta sunt in libris Medorum, atque Persarum:

Et quomodo Mardochæus Iudaici generis secundus à rege Assuero fuerit: & magnus apud Iudæos & acceptabilis plebi fratrum suorum, quærens bona populo suo, & loquens ea, quæ ad pacem seminis sui pertinerent.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

24 *Quoniam Haman filius Hamdata Agagites hostis omnium Iehudæorum cogitauit contra Iehudæos vt perderet eos & proiecit pur. (Ipsa est Ghoral) vt deleret eos, & perderet eos.*

25 *Et cum venisset ipsa ante regem, dixit* rex *cum epistola* altera *: conuertatur cogitatio eius mala quam cogitauit contra Iehudæos super caput eius: & suspendant eum, & filios eius in ligno.*

26 *Idcirco vocauerunt dies istos purim propter sortem: ideo in omnibus verbis epistolæ huius, & quid viderunt super hoc, & quid contigit eis.*

27 *Statuerunt, & receperunt Iehudæi super se & super semen suum, & super omnes copulatos sibi vt non transgrediatur, vt facerent duos dies hos, iuxta scripturam eorum, & iuxta tempus eorum singulis annis.*

28 *Et dies isti erunt memorati & fient in omni generatione, familia, & familia, prouincia, & prouincia, & ciuitate, & ciuitate: & dies purim isti non transibunt è medio Iehudæorum, & memoria eorum non desinet à semine eorum.*

29 *Et scripsit Ester regina filia Abichail, & Mordochai Iehudæus omni fortitudine, vt firmaret epistolam purim hanc secundo.*

30 *Et misit litteras ad omnes Iehudæos ad septem, & viginti, & centum prouincias regni Achasueros verbis pacis, & veritatis.*

31 *Ad confirmandum dies Purim istos iuxta tempora eorum secundum quod statuit eis Mordochai Iehudæus, & Ester regina, & secundum, quod firmauerunt super animam suam, & super semen suum verba ieiuniorum, & clamorem suum,*

32 *Et sermo Ester firmauit verba Purim* istarum *, & scriptum est in libro.*

C A P. X.

1 *ET posuit rex Achasueros tributum super terram, & insulas maris.*

2 *Et omne opus fortitudinis eius, & potentiæ eius, & expositionem magnitudinis Mordochai, qua magnificauit eum rex, nonne scripta sunt in libro verborum dierum regum Madai, & Paras.*

3 *Quomodo Mordochai Iehudæus secundus regi Achasueros, & magnus Iehudæis, & acceptus multitudini fratrum suorum quærens bonum populo suo, & loquens pacem omni semini suo.*

Finis Libri Esther secundum Hebræos.

Transl. ex Septuag.

24 Quomodo Aman Amadathi Macedo impugnabat eos, sicut posuerat decretum sortem delendi eos.

25 Et vt intrauit ad regem dicens suspendere Mardochæum: quæcumque vero aggressus est inducere super Iudæos mala, super ipsum euenerunt, & suspensus est ipse, & filij eius.

26 Propter hoc vocati sunt dies illi Phruræ propter sortes: quoniam lingua eorum vocantur Phruræ. Per verba epistolæ huius

27 Quæcumque passi sunt propter hæc, & quæcumque euenerunt ipsis. Et statuit, & susceperunt Iudæi super se, & super semen suum, & super appositos ad ipsos: nec sane aliter vtentur.

28 Dies autem hi memoriale perfectum per progeniem, & progeniem, & ciuitatem, & patriam, & regionem. Dies autem hi ipsorum Phruræ celebrabuntur in omne tempus: & memoria eorum non deficiet à generationibus.

29 Et scripsit Esther regina filia Aminadab, & Mardochæus Iudæus, quæcumque fecerunt, & firmamentum epistolæ ipsorum Phruræ.

31 Et Mardochæus, & Esther regina statuerunt sibi per se: & tunc statuentes per sanitatem suam ipsorum, & consilium ipsorum.

C A P. X.

1 Scripsit autem rex ad regnum terræ, & maris.

2 Et fortitudinem eius, & magnificentiam eius, & diuitias, & gloriam regni eius, ecce scripta sunt in libro regum Persarum, & Medorum in memoriam.

3 Mardochæus autem secundus erat à rege Artaxerse, & magnus erat in regno, & glorificatus à Iudæis, & amatus narrabat educationem omni genti suæ.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

24 *Quoniam Haman filius Hammedatha Agagites hostis Iehudeorum cogitauerat contra Iehudeos perdere illos, & iecerat pur (id est sortem) vt contereret eos, & perderet eos.*

25 *Quum autem illa ingressa esset in conspectum regis, dixit rex cum epistola, Conuertatur cogitatio eius mala quam cogitauit contra Iehudeos, in capite eius: suspendant quoque eum, & filios eius in ligno.*

26 *Propterea vocauerunt dies istos purim de nomine pur. idcirco propter omnia verba epistolæ huius, & id quod viderunt super hoc, & id quod peruenit ad eos,*

27 *Statuerunt, ac receperunt Iehudei super se & super semen suum & super omnes adiunctos illis, neque præteribit, se celebraturos duos dies illos, iuxta scripturam eorum, & iuxta tempus eorum, singulis annis.*

28 *Preterea dies isti erunt memorabiles & solennes in omni generatione & generatione, familia & familia, prouincia, & prouincia, & vrbe & vrbe: isti inquam dies purim non transibunt è medio Iehudeorum, & memoria illorum non desinet à semine eorum.*

29 *Scripsit autem Esther regina filia Abihail, & Mordechai Iehudæus omni fortitudine, vt confirmaret epistolam purim istam secundam.*

30 *Et misit epistolas ad omnes Iehudeos ad centum vigintiseptem prouincias regni Ahasueros verbis pacis & veritatis.*

31 *Vt confirmarent dies sortium istos temporibus suis, quemadmodum iniunxit illis Mordechai Iehudæus & Esther regina, & quemadmodum receperunt super animam suam, & super semen suum ieiunia & clamorem suum.*

32 *Et sermo Esther confirmauit verba ista sortium, & scriptus est in libro.*

C A P. X.

1 *Porro imposuit rex Ahasueros tributum super terram, & insulas maris.*

2 *Omne autem opus fortitudinis eius ac potentiæ eius, & expositio magnitudinis Mordechai, quem magnificauit rex, nonne scripta sunt in libro verborum dierum regum Madai & Paras?*

3 *Mordechai enim Iehudæus fuit secundus à rege Ahasueros, & magnus apud Iehudeos, & acceptus multitudini fratrum suorum, querens bonum populo suo, & loquens pacem omni semini suo.*

Finis Libri Esther secundum Hebraeos.

Vulgat. Editio.

Quæ habentur in Hebræo, plena fide expreſſi. Hæc autem, quæ ſequuntur, ſcripta repperi in editione vulgata, quæ Græcorum lingua & litteris continentur: & interim poſt finem libri hoc capitulum ferebatur: quod iuxta conſuetudinem noſtram obelo, id eſt, veru prænotauimus.

Dixit Mardochæus: A Deo facta ſunt iſta.

Recordatus ſum ſomnij, quod videram, hæc eadem ſignificantis: nec eorum quidquam irritum fuit.

Paruus fons, qui creuit in fluuium, & in lucem, ſolemque conuerſus eſt, & in aquas plurimas redundauit: Eſther eſt, quam rex accepit vxorem, & voluit eſſe reginam.

Duo autem dracones: ego ſum, & Aman.

Gentes, quæ conuenerant: hi ſunt, qui conati ſunt delere nomen Iudæorum.

Gens autem mea: Iſrael eſt, quæ clamauit ad Dominum, & ſaluum fecit Dominus populum ſuum: liberauitque nos ab omnibus malis, & fecit ſigna magna atque portenta inter Gentes.

Et duas ſortes eſſe præcepit, vnam populi Dei, & alteram cunctarum Gentium.

Venitque vtraque ſors in ſtatutum ex illo iam tempore diem coram Deo vniuerſis gentibus.

Et recordatus eſt Dominus populi ſui, ac miſertus eſt hæreditatis ſuæ.

Et obſeruabuntur dies iſti in menſe Adar quartadecima, & quintadecima die eiuſdem menſis, cum omni ſtudio, & gaudio in vnum cœtum populi congregati, in cunctas deinceps generationes populi Iſrael.

CAP. XI.

ANno quarto regnantibus Ptolemæo, & Cleopatra, attulerunt Doſithæus, qui ſe Sacerdotem, & Leuitici generis ferebat, & Ptolemæus filius eius hanc epiſtolam phurim, quam dixerunt interpretatum eſſe Lyſimachum Ptolemæi filium in Ieruſalem.

Hoc quoque principium erat in editione vulgata, quod nec in Hebræo, nec apud vllum fertur interpretum.

Anno ſecundo, regnante Artaxerxe maximo, prima die menſis Niſan, vidit ſomnium Mardochæus filius Iairi, filii Semei, filii Cis, de tribu Beniamin.

Homo Iudæus, qui habitabat in vrbe Suſis, vir magnus, & inter primos aulæ regiæ.

★ Erat autem de eo numero captiuorum, quos tranſtulerat Nabuchodonoſor rex Babylonis de Ieruſalem cum Iechonia rege Iuda.

*4 Reg. 24. 15. Sup. 2. 6.

Et hoc eius ſomnium fuit: Apparuerunt voces, & tumultus, & tonitrua, & terræmotus, & conturbatio ſuper terram.

Et ecce duo dracones magni, paratique contra ſe in prælium.

Ad quorum clamorem cunctæ concitatæ ſunt nationes, vt pugnarent contra gentem iuſtorum.

Fuitque dies illa tenebrarum & diſcriminis, tribulationis & anguſtiæ, & ingens formido ſuper terram.

Conturbataque eſt gens iuſtorum timentium mala ſua, & præparata ad mortem.

Clamaueruntque ad Deum: & illis vociferantibus, fons paruus creuit in fluuium maximum, & in aquas plurimas redundauit.

Tranſl. ex Septuag.

(∴) (∴)

4 *Et dixit Mardochæus: A Deo facta ſunt iſta.*

5 *Recordatus enim ſum ſomnij, quod videram de verbis his. Neque enim præteriit de eis verbum.*

6 *Paruus fons, qui factus eſt flumen, & erat lux & Sol & aqua multa. Eſther eſt flumen, quam matrimonio iunxit rex, & fecit reginam.*

7 *Duo vero dracones ego ſum, & Aman.*

8 *Gentes autem, quæ conuenerant ad perdendum nomen Iudæorum.*

9 *Gens autem mea, hic eſt Iſrael, qui clamantes ad Deum, & ſaluati. Et ſaluauit Dominus populum ſuum; & eruit Dominus nos ex omnibus malis his. Et fecit Deus ſigna & prodigia magna, quæ non ſunt facta in gentibus.*

10 *Propter hoc fecit ſortes duas, vnam populo Dei, & vnam omnibus gentilibus.*

11 *Et venerunt duæ ſortes hæ ad horam, & tempus, & ad diem iudicij coram Deo, & omnibus gentibus.*

12 *Et recordatus eſt Deus populi ſui, & iuſtificauit hereditatem ſuam,*

13 *Et erunt eis dies hi, in menſe Adar die quartadecima & quintadecima menſis, cum ſynagoga, & gaudio, & lætitia coram Deo per progeniem in ſæculum in populo eius Iſrael.*

CAP. XI.

1 *ANno quarto regnante Ptolemæo, & Cleopatra, attulit Doſitheus (qui dicebat ſe eſſe ſacerdotem, & Leuitam) & Ptolemæus filius eius propoſitam epiſtolam ipſorum Phruræ: quam dixerunt eſſe, & interpretatum eſſe Lyſimachum Ptolemæi, qui in Hieruſalem.*

2 *Anno ſecundo regnante Artaxerſe magno, prima die menſis Niſan, vidit ſomnium Mardochæus filius Iairi filii Semeie filij Ciſæi de tribu Beniamin* In trăſlat. hac Rom. hæc habentur in principio libri.

3 *Homo Iudæus qui habitabat in vrbe Suſis, homo magnus, miniſtrans in aula regis.*

4 *Erat autem ex captiuitate, quam captiuam duxerat Nabuchodonoſor rex Babylonis è Hieruſalem cum Iechonia rege Iudææ.*

5 *Et hæc eius ſomnium. Et ecce voces, & tumultus, tonitrua, & terræmotus, conturbatio ſuper terram.*

6 *Et ecce duo dracones magni parati proceſſerunt vtrique ad colluctandum.*

7 *Et facta eſt eorum vox magna: & voce eorum parata eſt omnis gens ad bellum, vt impugnarent iuſtorum gentem.*

8 *Et ecce dies tenebrarum, & caliginis, tribulatio, & anguſtia, afflictio, & turbatio magna ſuper terram.*

9 *Et turbata eſt vniuerſa gens iuſta timentes ſua mala: & parati erant perire,*

10 *Et clamauerunt ad Deum. A clamore autem eorum factum eſt tanquam à paruo fonte flumen magnum, aqua multa.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

11 Lux & sol ortus est, & humiles exaltati sunt, & deuorauerunt inclytos.
12 Quod cum vidisset Mardochæus, & surrexisset de strato, cogitabat quid Deus facere vellet: & fixum habebat in animo scire cupiens quid significaret somnium.

CAP. XII.

* Sup. 2. d. 21. & 6. a. 2.

1 Morabatur autem eo tempore in aula regis cum Bagatha & Thara eunuchis regis, qui ianitores erant palatij.
2 Cumque intellexisset cogitationes eorum, & curas diligentius peruidisset, didicit quod conarentur in regem Artaxerxem manus mittere, & nunciauit super eo regi.
3 Qui de vtroque, habita quæstione, confessos iussit duci ad mortem.
4 Rex autem quod gestum erat, scripsit in commentarijs: sed & Mardochæus rei memoriam litteris tradidit.
5 Præcepitque ei rex, vt in aula palatii moraretur, datis ei pro delatione muneribus.
6 Aman vero filius Amadathi Bugæus erat gloriosissimus coram rege, & voluit nocere Mardochæo, & populo eius pro duobus eunuchis regis, qui fuerant interfecti.

Hucusque proœmium.

Quæ sequuntur, in eo loco posita erant, vbi scriptum est in volumine,

Et diripuerunt bona, vel substantias eorum.

Quæ in sola vulgata editione reperimus.

Epistolæ autem hoc exemplar fuit.

CAP. XIII.

1 Rex maximus Artaxerxes ab India vsq; Aethiopiam centum viginti septem prouinciarum, principibus, & ducibus, qui eius imperio subiecti sunt, salutem.
2 Cum plurimis gentibus imperarem, & vniuersum orbem meæ ditioni subiugassem, volui nequaquam abuti potentiæ magnitudine, sed clementia, & lenitate gubernare subiectos, vt absque vllo terrore vitam silentio transigentes, optata cunctis mortalibus pace fruerentur.
3 Quærente autem me à consiliariis meis quomodo posset hoc impleri, vnus qui sapientia & fide cæteros præcellebat, & erat post regem secundus, Aman nomine,
4 Indicauit mihi in toto orbe terrarum populum esse dispersum, qui nouis vteretur legibus, & contra omnium Gentium consuetudinem faciens, Regum iussa contemneret, & vniuersarum concordiam nationum sua dissensione violaret.
5 Quod cum didicissemus, videntes vnam gentem rebellem aduersus omne hominum genus peruersis vti legibus, nostrisque iussionibus contraire, & turbare subiectarum nobis prouinciarum pacem atque concordiam,
6 Iussimus vt quoscunque Aman, qui omnibus prouinciis præpositus est, & secundus à rege, & quem patris loco colimus, monstrauerit, cum coniugibus ac liberis deleantur ab inimicis suis, nullusque eorum misereatur quartadecima die duodecimi mensis Adar anni præsentis:
7 Vt nefarii homines vno die ad inferos descendentes, reddant imperio nostro pacem, quam turbauerant.

Hucusque exemplar epistolæ.

Transl. ex Septuag.

11 *Et lumen, & Sol exortus est: & humiles exaltati sunt, & deuorauerunt inclytos.*
12 *Et excitatus Mardochæus, qui viderat somnium hoc, & quid Deus deliberauerat facere, habuit illud in corde & in omni verbo volebat cognoscere illud vsque ad noctem.*

CAP. XII.

1 *Et quieuit Mardochæus in aula cum Gabatha, & Tharra duobus eunuchis regis, qui custodiebant aulam,*
2 *Et audiuit eorum sermocinationes, & curas eorum perscrutatus est. Et didicit, quia parant manus inferre Artaxerxi regi. Et indicauit regi de his.*
3 *Et examinauit rex vtrosque eunuchos, & confessi strangulati sunt.*
4 *Et scripsit rex verba hæc in commentario. Et Mardochæus scripsit de verbis his.*
5 *Et præcepit rex Mardochæo ministrare in aula, & dedit ei munera pro his.*
6 *Et erat Aman Amadathi Bugæus inclytus coram rege: & quæsiuit nocere Mardochæo, & populo eius propter duos eunuchos regis.*

(∴) (∴)

(∴)

CAP. XIII.

Hæc omnia habentur cap. 3. in transl. hac ex Septu. Rom.

1 *Rex magnus Artaxerxes iis, qui ab India vsque ad Aethiopiam centum viginti septem prouinciarum principibus, & locorum perfectis subiectis hæc scribit.*
2 *Multis cum imperarem gentibus, & vniuersum obtinuissem orbem; volui confidentia potestatis non elatus, sed mitius, & cum mansuetudine semper gubernans, subiectorum tranquillas perpetuo reddere vitas, & regnum placidum, & peruium vsque ad fines præbens, renouare etiam optatam omnibus hominibus pacem.*
3 *Percunctante autem me consiliarios, quomodo perducatur hoc ad finem, is, qui moderatione apud nos præcellit, & in beneuolentia immutabilis, & stabili fide probatus, & secundum à rege honorem adeptus Aman.*
4 *Indicauit nobis in omnibus, quæ per orbem, tribubus admistum esse odiosum populum quendam, legibus oppositum aduersus omnes gentes, & regum prætermittentes assidue constitutiones; vt non componatur is, qui à nobis dirigitur, sine vitio concors principatus.*
5 *Cum igitur acceperimus hanc ipsam gentem solam ex aduerso omni semper homini positam, commutantem institutionem legum peregrinam, & dissentientem nostris rebus; essima consummare mala, & ad id, vt regnum bonum statum non consequatur,*
6 *Præcipimus igitur iis, qui significantur vobis in scriptis ab Aman præposito super negocia, & secundo patre nostro, omnes cum vxoribus, & filiis perdere radicitus ipsis inimicorum gladiis, sine vlla misericordia, & clementia, die quartadecima duodecimi mensis Adar præsentis anni:*
7 *Vt qui olim, & nunc inimici; in die vna volenter ad infernum descendentes, in posterum tempus bene constitutas, & tranquillas præbeant nobis perfecte res.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Quæ sequuntur, post eum locum scripta reperi, vbi legitur,

Pergensque Mardochæus, fecit omnia, quæ ei mandauerat Esther.

Nec tamen habentur in Hebraico, & apud nullum penitus feruntur interpretum.

8 Mardochæus autem deprecatus est Dominum, memor omnium operum eius,

9 Et dixit: Domine Domine rex omnipotens, in ditione enim tua cuncta sunt posita, & non est qui possit tuæ resistere voluntati, si decreueris saluare Israel.

10 Tu fecisti cœlum & terram, & quidquid cœli ambitu continetur.

11 Dominus omnium es, nec est qui resistat maiestati tuæ.

12 Cuncta nosti, & scis quia non pro superbia & contumelia, & aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc, vt non adorarem Aman superbissimum,

13 (Libenter enim pro salute Israel etiam vestigia pedum eius deosculari paratus essem,)

14 Sed timui ne honorem Dei mei transferrem ad hominem, & ne quemquam adorarem, excepto Deo meo.

15 Et nunc Domine rex Deus Abraham miserere populi tui, quia volunt nos inimici nostri perdere, & hæreditatem tuam delere.

16 Ne despicias partem tuam, quam redemisti tibi de Aegypto.

17 Exaudi deprecationem meam, & propitius esto sorti & funiculo tuo, & conuerte luctum nostrum in gaudium, vt viuentes laudemus nomen tuum Domine, & ne claudas ora te canentium.

18 Omnis quoque Israel pari mente & obsecratione clamauit ad Dominum, eo quod eis certa mors impenderet.

CAP. XIIII.

1 Esther quoque regina confugit ad Dominum, pauens periculum quod imminebat.

2 Cumque deposuisset vestes regias, fletibus & luctui apta indumenta suscepit, & pro vnguentis variis, cinere & stercore impleuit caput, & corpus suum humiliauit ieiuniis: omniaque loca, in quibus antea lætari consueuerat, crinium laceratione compleuit.

3 Et deprecabatur Dominum Deum Israel, dicens: Domine mi, qui rex noster es solus, adiuua me solitariam, & cuius præter te nullus est auxiliator alius.

4 Periculum meum in manibus meis est.

5 * Audiui à patre meo quod tu Domine tulisses Israel de cunctis Gentibus, & patres nostros ex omnibus retro maioribus suis, vt possideres hæreditatem sempiternam, fecistique eis sicut locutus es.

* Deut. 4. 3.

6 Peccauimus in conspectu tuo, & idcirco tradidisti nos in manus inimicorum nostrorum:

7 Coluimus enim deos eorum. Iustus es Domine:

8 Et nunc non eis sufficit, quod durissima nos opprimunt seruitute, sed robur manuum suarum, idolorum potentiæ deputantes,

9 Volunt tua mutare promissa, & delere hæreditatem tuam, & claudere ora laudantium te, atque extinguere gloriam templi & altaris tui,

Vt

Transl. ex Septuag.

(∴) (∴)

Et deprecatus est Dominum, memor omnium operum Domini,

Et dixit: Domine Domine rex omnipotens, quia in potestate tua sunt omnia, & non est, qui dissentiat à te, cum tu volueris saluare Israel:

Quoniam tu fecisti cœlum, & terram, & omne, quod suspicitur in sub cœlesti:

Et Dominus es omnium, & non est, qui resistat tibi Domino.

Tu omnia cognoscis: tu nosti Domine, quia non in contumelia, neque in superbia, neque in cupiditate gloriæ feci hoc, vt non adorarem superbum Aman:

Quoniam bene affectus eram osculari vestigia pedum eius ad salutem Israel:

Sed feci hoc, vt non ponerem gloriam hominis super gloriam Dei: & non adorabo quemquam præter te Dominum meum, & non faciam hæc in superbia.

Et nunc Domine Deus rex, Deus Abraham parce populo tuo: quoniam intuentur nos ad perditionem, & concupierunt perdere eam, quæ à principio, hæreditatem tuam.

Ne despicias partem tuam, quam tibi redemisti è terra Aegypti.

Exaudi deprecationem meam, & propitiare sorti tuæ, & verte luctum nostrum in delectationem: vt viuentes hymnis celebremus nomen tuum Domine: & ne deleas os laudantium te Domine.

Et omnis Israel vociferatus est ex fortitudine sua; quoniam mors sua in oculis ipsorum.

CAP. XIIII.

Et Esther regina confugit ad Dominum in agone mortis comprehensa:

Et auferens vestimenta gloriæ suæ, induit vestimenta angustiæ, & luctus: & pro superbis suauitatibus, cinere, & fimo impleuit caput suum: & corpus suum humiliauit valde: & omnem locum ornatus exultationis suæ repleuit laceratis capillis suis:

Et deprecata est Dominum Deum Israel, & dixit: Domine mi rex noster tu es solus: adiuua me solam, & non habentem adiutorem nisi te:

Quoniam periculum meum in manu mea.

Ego audiebam à natiuitate mea in tribu patriæ meæ, quia tu Domine assumpsisti Israel ex omnibus maioribus eorum in hæreditatem æternam, & fecisti eis, quæcumque locutus es.

Et nunc peccauimus coram te: & tradidisti nos in manus inimicorum nostrorum,

Et quod glorificauimus Deos eorum. Iustus es Domine.

Et nunc non satis habuerunt in amaritudine seruitutis nostræ: sed posuerunt manus suas super manus idolorum suorum

Ad tollendam determinationem oris tui, & delendam hæreditatem tuam, & obturandum os laudantium te, & extinguendam gloriam domus tuæ, & altaris tui,

Et

Vulgat. Editio.

10 Vt aperiant ora Gentium, & laudent idolorum fortitudinem, & prædicent carnalem regem in sempiternum.

11 Ne tradas Domine sceptrum tuum his, qui non sunt, ne rideant ad ruinam nostram: sed conuerte consilium eorum super eos, & eum, qui in nos cæpit sæuire, disperde.

12 Memento Domine, & ostende te nobis in tempore tribulationis nostræ, & da mihi fiduciam Domine rex deorum, & vniuersæ potestatis:

13 Tribue sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis, & transfer cor illius in odium hostis nostri, vt & ipse pereat, & cæteri, qui ei consentiunt.

14 Nos autem libera manu tua, & adiuua me, nullum aliud auxilium habentem, nisi te, Domine, qui habes omnium scientiam,

15 Et nosti quia oderim gloriam iniquorum, & detester cubile incircumcisorũ, & omnis alienigenæ.

16 Tu scis necessitatem meam, quod abominer signum superbiæ & gloriæ meæ, quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ, & detester illud quasi pannum menstruatæ, & non portem in diebus silentij mei,

17 Et quod non comederim in mensa Aman, nec mihi placuerit conuiuium regis, & non biberim vinum libaminum:

18 Et numquam lætata sit ancilla tua, ex quo huc translata sum vsque in præsentem diem, nisi in te Domine Deus Abraham.

19 Deus fortis super omnes, exaudi vocem eorum, qui nullam aliam spem habent, & libera nos de manu iniquorum, & erue me à timore meo.

CAP.

Transl. ex Septuag.

10 *Et aperiendum os gentium ad virtutes vanorum, & admirationi habendum regem carneum in sæculum.*

11 *Ne tradas Domine sceptrum tuum ijs, qui non sunt: & non irrideant in ruina nostra: sed verte consilium eorum super eos: & in eum, qui cæpit super nos, exempla statue.*

12 *Memento Domine, ostende te in tempore tribulationis nostræ, & da mihi fiduciam rex Deorum, & omni principatui imperans.*

13 *Da sermonem bene compositum in os meum coram leone, & transfer cor illius in odium impugnantis nos, in consummationem eius, & consentientium ei.*

14 *Nos autem libera in manu tua, & adiuua me solam, & non habentem, nisi te Domine. Omnium scientiam habes,*

15 *Et nosti, quia odi gloriam iniquorum, & abominor cubile incircumcisorum, & omnis alieni.*

16 *Tu nosti necessitatem meam; quia abominor signum superbiæ meæ, quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ, abominor illud, sicut pannum menstruorum: & non porto illud in diebus silentij mei.*

17 *Et non comedit serua tua mensam Aman: & non glorificaui conuiuium regis, neque bibi vinum libaminum:*

18 *Et non est lætata serua tua à die translationis meæ vsque nunc, nisi in te Domine Deus Abraam:*

19 *Deus fortis super omnes, exaudi vocem desperatorum, & erue nos de manu malignantium, & libera me à timore meo.*

CAP.

Vulgata Editio.

C A P. XV.

Hæc quoque addita reperi in editione Vulgata.

1 ET mandauit ei (haud dubium quin esset Mardochæus) vt ingrederetur ad regem & rogaret pro populo suo & pro patria sua.

2 Memorare, inquit, dierum humilitatis tuæ, quomodo nutrita sis in manu mea, quia Aman secundus à rege locutus est contra nos in mortem:

3 Et tu inuoca Dominum, & loquere regi pro nobis, & libera nos de morte.

Necnon & ista quæ subdita sunt.

4 Die autem tertio deposuit vestimenta ornatus sui & circumdata est gloria sua.

5 Cumque regio fulgeret habitu, & inuocasset omnium rectorem & saluatorem Deum, assumpsit duas famulas,

6 Et super vnam quidem innitebatur, quasi præ deliciis & nimia teneritudine corpus suum ferre non sustinens:

7 Altera autem famularum sequebatur dominam, defluentia in humum indumenta sustentans.

8 Ipsa autem roseo colore vultum perfusa, & gratis ac nitentibus oculis tristem celabat animum, & nimio timore contractum.

9 Ingressa igitur cuncta per ordinem ostia, stetit contra regem, vbi ille residebat super solium regni sui, indutus vestibus regiis, auroque fulgens, & pretiosis lapidibus, eratque terribilis aspectu.

10 Cumque eleuasset faciem, & ardentibus oculis furorem pectoris indicasset, regina corruit, & in pallorem colore mutato, lassum super ancillulam reclinauit caput.

11 Conuertitque Deus spiritum regis in mansuetudinem, & festinus ac metuens exiliuit de solio, & sustentans eam vlnis suis, donec rediret ad se, his verbis blandiebatur:

12 Quid habes Esther? Ego sum frater tuus, noli metuere.

13 Non morieris: non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est.

14 Accede igitur, & tange sceptrum.

15 Cumque illa reticeret, tulit auream virgam, & posuit super collum eius, & osculatus est eam, & ait: Cur mihi non loqueris?

16 Quæ respondit: Vidi te domine quasi Angelum Dei, & conturbatum est cor meum præ timore gloriæ tuæ.

17 Valde enim mirabilis es Domine, & facies tua plena est gratiarum.

18 Cumque loqueretur, rursus corruit, & pene exanimata est.

19 Rex autem turbabatur, & omnes ministri eius consolabantur eam.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. XVI.

Exemplar epistolę regis Artaxerxis, quam pro Iudæis, ad totas regni sui prouincias misit: quod & ipsum in Hebraico volumine non habetur.

Sup. 11. 2.

1 REx magnus Artaxerxes ab India vsq; Aethiopiam centum vigintiseptem prouinciarum ducibus ac principibus, qui nostræ iussioni obediunt, salutem dicit.
2 Multi bonitate principum & honore, qui in eos collatus est, abusi sunt in superbiam:
3 Et non solum subiectos regibus nituntur opprimere, sed datam sibi gloriam non ferentes, in ipsos, qui dederunt, moliuntur insidias.
4 Nec contenti sunt gratias non agere beneficiis, & humanitatis in se iura violare, sed Dei quoque cuncta cernentis arbitrantur se posse fugere sententiam.
5 Et in tantum vesaniæ proruperunt, vt eos, qui credita sibi officia diligenter obseruant, & ita cuncta agunt vt omnium laude digni sint, mendaciorum cuniculis conentur subuertere,
6 Dum aures principum simplices, & ex sua natura alios æstimantes, callida fraude decipiunt.
7 Quæ res & ex veteribus probatur historiis, & ex his, quæ geruntur quotidie, quo modo malis quorundam suggestionibus regum studia deprauentur.
8 Vnde prouidendum est paci omnium prouinciarum.
9 Nec putare debetis, si diuersa iubeamus, ex animi nostri venire leuitate, sed pro qualitate & necessitate temporum, vt reipublicæ poscit vtilitas, ferre sententiam.
10 Et vt manifestius quod dicimus, intelligatis, * Aman filius Amadathi, & animo & gente Macedo, alienusque à Persarum sanguine, & pietatem nostram sua crudelitate commaculans, peregrinus à nobis susceptus est:
11 Et tantam in se expertus humanitatem, vt pater noster vocaretur, & adoraretur ab omnibus post regem secundus:
12 Qui in tantum arrogantiæ tumorem sublatus est, vt regno priuare nos niteretur & spiritu.
13 Nam Mardochæum, cuius fide & beneficiis viuimus, & consortem regni nostri Esther cum omni gente sua nouis quibusdam atque inauditis machinis expetiuit in mortem:
14 Hoc cogitans vt illis interfectis, insidiaretur nostræ solitudini, & regnum Persarum transferret in Macedonas.
15 Nos autem à pessimo mortalium Iudæos neci destinatos, in nulla penitus culpa reperimus, sed è contrario iustis vtentes legibus,
16 Et filios altissimi & maximi semperque viuentis Dei, cuius beneficio & patribus nostris & nobis regnum est traditum, & vsque hodie custoditur.
17 Vnde eas litteras, quas sub nomine nostro ille direxerat, sciatis esse irritas.
18 Pro quo scelere ante portas huius vrbis, id est, Susan, & ipse qui machinatus est, & omnis cognatio eius pendet in patibulis: non nobis, sed Deo reddente ei quod meruit.
19 Hoc autem edictum, quod nunc mittimus, in cunctis vrbibus proponatur, vt liceat Iudæis vti legibus suis.

* Sup. 3. 1.

Transl. ex Septuag.

CAP. XVI.

1 *REx magnus Artaxerses ab India vsque Aethiopiam centum viginti septem prouinciis, regionum principibus, & iis qui nostra curant, valere.*
2 *Multi plurima bene facientium bonitate frequentius honorati, maiora sapuerunt,*
3 *Et non solum subiectos nobis quærunt malis afficere, & satietatem non valentes ferre etiam in suos ipsorum benefactores aggrediuntur machinari:*
4 *Et gratitudinem non solum ex hominibus auferentes, sed etiam insolitorum bonorum pompis elati, illius omnia inspicientis semper Dei inimicam malignis sententiam existimant se vitaturos.*
5 *Sæpe autem & multos eorum, qui in potestatibus sunt constituti, qui persuasi sunt suscipere amicorum negotia blanditia participes sanguinum innocentum eos reddens, circumdedit calamitatibus incurabilibus,*
6 *Fallaci malignitatis deceptione decipientibus imperantium simplicem probitatem.*
7 *Contemplari autem licet (non tam ex veteribus vt tradidimus historiis) exquirentes vos quæcumque ad pedes impie sunt consummata eorum, qui indigna dominatione premunt, pestifera corruptela,*
8 *Et attendere ad ea, quæ post hæc: quomodo regnum tranquillum omnibus hominibus cum pace præbebimus*
9 *Vtentes mutationib[illegible], & quæ ad conspectum veniunt, diiudicantes semper cum æquiore occursu.*
10 *Etenim Aman Amadathi Macedo re vera, alienus Persarum sanguine, & multum distans à nostra benignitate, peregrinus à nobis susceptus,*
11 *Consequutus est, quam habemus erga omnem gentem, humanitatem eo vsque, vt appellaretur noster pater, & adoratus ab omnibus secundam regalis throni personam gereret.*
12 *Non ferens autem superbiam studuit principatu priuare nos, & spiritu,*
13 *Et nostrum saluatorem, ac per omnia benefactorem Mardochæum, & inculpatam regni consortem Esther cum vniuersa horum gente multiplicibus artificiorum deceptionibus petens ad perditionem,*
14 *Per hos enim modos putauit nactus nos desolatos, Persarum imperium ad Macedonas transferre.*
15 *Nos autem traditos à ter exitiali illo ad perditionem Iudæos inuenimus non esse maleficos, sed iustissimis gubernari legibus,*
16 *Esse autem filios altissimi maximi viuentis Dei, qui direxit & nobis, & maioribus nostris regnum in pulcherrima dispositione.*
17 *Recte igitur facietis non vtentes missis ab Aman Amadathi litteris,*
18 *Eo quod ipse, qui hæc molitus est, apud Susarum portas crucifixus est cum tota familia, dignum eo, qui omnia tenet, Deo velociter reddente ei iudicium.*
19 *Exemplar autem epistolæ huius edentes in omni loco cum libertate permittatis Iudæos vti suis legitimis,*

Hæc habentur in trãsl. Rom. cap. 8. coniuncta his quæ ibidem à nobis notata fuere nu. 12.

Quibus | Et

Vulgat. Editio.		Transl. ex Septuag.
Quibus debetis esse adminiculo, vt eos, qui se ad necem eorum parauerant, possint interficere tertiadecima die mensis duodecimi, qui vocatur Adar.	20	[illegible]
Hanc enim diem Deus omnipotens, mœroris & luctus, eis vertit in gaudium.	21	[illegible]
Vnde & vos inter cæteros festos dies, hanc habetote diem, & celebrate eam cum omni lætitia, vt & in posterum cognoscatur.	22	[illegible] lis sit nobis.
Omnes, qui fideliter Persis obediunt, dignam pro fide recipere mercedem: qui autem insidiantur regno eorum, perire pro scelere.	23	[illegible]
Omnis autem prouincia & ciuitas, quæ noluerit solemnitatis huius esse particeps, gladio & igne pereat, & sic deleatur, vt non solum hominibus, sed etiam bestiis inuia sit in sempiternum, pro exemplo contemptus, & inobedientiæ.	24	Omnis autem ciuitas, [illegible]

FINIS LIBRI ESTHER.

ORATIO MANASSAE

NECNON LIBRI DVO, QVI SVB LIBRI TERTII ET QVARTI ESDRÆ nomine circumferuntur, hoc in loco, extra ſcilicet ſeriem Canonicorum Librorum, quos ſancta Tridentina Synodus ſuſcepit, & pro Canonicis ſuſcipiendos decreuit, ſepoſiti ſunt, ne prorſus interirent, quippe qui à nonnullis ſanctis Patribus interdum citantur, & in aliquibus Biblijs Latinis tam manuſcriptis, quam impreſſis reperiuntur.

ORATIO MANASSÆ

REGIS IVDA,

CVM CAPTVS TENERETVR IN BABYLONE.

DOMINE omnipotens Deus patrum noſtrorum, Abraham, & Iſaac, & Iacob, & ſeminis eorum iuſti, qui feciſti cœlum & terram cum omni ornatu eorum, qui ligaſti mare verbo præcepti tui, qui concluſiſti abyſſum, & ſignaſti eam terribili & laudabili nomine tuo: quem omnia pauent, & tremunt à vultu virtutis tuæ, quia importabilis eſt magnificentia gloriæ tuæ, & inſuſtentabilis ira comminationis tuæ ſuper peccatores: immenſa vero & inueſtigabilis miſericordia promiſſionis tuæ: quoniam tu es Dominus, altiſſimus, benignus, longanimis, & multum miſericors, & pœnitens ſuper malitias hominum. Tu Domine, ſecundum multitudinem bonitatis tuæ promiſiſti pœnitentiam, & remiſſionem ijs, qui peccauerunt tibi, & multitudine miſerationum tuarum decreuiſti pœnitentiam peccatoribus, in ſalutem; tu igitur Domine Deus iuſtorum, non poſuiſti pœnitentiam iuſtis, Abraham, & Iſaac, & Iacob, ijs qui tibi non peccauerunt: ſed poſuiſti pœnitentiam propter me peccatorem: quoniam peccaui ſuper numerum arenæ maris: multiplicatæ ſunt iniquitates meæ, Domine, multiplicatæ ſunt iniquitates meæ, & non ſum dignus intueri & aſpicere altitudinem cœli, præ multitudine iniquitatum mearum, incuruatus ſum multo vinculo ferreo, vt non poſſim attollere caput meum, & non eſt reſpiratio mihi: quia excitaui iracundiam tuam, & malum coram te feci: non feci voluntatem tuam, & mandata tua non cuſtodiui: ſtatui abominationes, & multiplicaui offenſiones. Et nunc flecto genu cordis mei, precans à te bonitatem. Peccaui Domine, peccaui, & iniquitates meas agnoſco. Quare peto rogans te, remitte mihi Domine, remitte mihi, & ne ſimul perdas me cum iniquitatibus meis, neque in æternum iratus, reſerues mala mihi, neque damnes me in infima terræ loca: quia tu es Deus, Deus inquam, pœnitentium: & in me oſtendes omnem bonitatem tuam, quia indignum ſaluabis me ſecundum magnam miſericordiam tuam, & laudabo te ſemper omnibus diebus vitæ meæ: quoniam te laudat omnis virtus cœlorum, & tibi eſt gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

LIBER ESDRAE
TERTIVS.
CAPVT PRIMVM.

ET fecit Iosias Pascha in Ierosolymis Domino, & immolauit Phase quarta decima luna primi mensis:

2 Statuens sacerdotes per vices dierum stolis amictos in templo Domini.

3 Et dixit Leuitis sacris seruis Israel, vt sanctificarent se Domino in positione sanctæ arcæ Domini, in domo, quam ædificauit Salomon filius Dauid rex.

4 Non erit vobis tollere super humeros eam. Et nunc deseruite Domino vestro, & curam agite gentis illius Israel ex parte secundum pagos & tribus vestras,

5 Secundum scripturam Dauid regis Israel, & secundum magnificentiam Salomonis filij eius, omnes in templo, & secundum particulam principatus paternam vestram eorum, qui stant in conspectu fratrum filiorum Israel.

6 Immolate Pascha, & sacrificia parate fratribus vestris, & facite secundum præceptum Domini quod datum est Moysi.

7 Et donauit Iosias in plebem, quæ inuenta est, ouium, agnorum, & hædorum, & caprarum triginta millia, vitulos tria millia.

8 Hæc de regalibus data sunt secundum promissionem populo: & sacerdotibus in Pascha, oues numero duo millia, ac vituli centum.

9 Et Iechonias, & Semeias & Nathanael fratres, & Hasabias, & Oziel, & Coraba in Phase, oues quinque millia, vitulos quingentos,

10 Et hæc cum fierent eleganter, steterunt Sacerdotes, & Leuitæ habentes azyma per tribus.

11 Et secundum partes principatus patrum in conspectu populi offerebant Domino, secundum ea quæ in libro Moysi scripta sunt:

12 Et assauerunt Phase igni prout oportebat: & hostias coxerunt in æneis & in ollis cum beneuolentia:

13 Et attulerunt omnibus qui erant ex plebe: & post hæc parauerunt sibi sacerdotibus:

14 Sacerdotes enim offerebant adipes, vsque dum finita esset hora: & Leuitæ parauerunt sibi, & fratribus suis, filiis Aaron.

15 Et sacri cantores filij Asaph erant per ordinem secundum præceptum Dauid, & Asaph, & Zacharias, & Ieddinus, qui erat à rege.

16 Et ostiarij per singulas ianuas, ita vt non præuaricaretur vnusquisque suam: fratres enim illorum parauerunt illis.

17 Et consummata sunt quæ pertinebant ad sacrificium Domini.

18 In illa die egerunt Phase, & offerebant hostias super Domini sacrificium secundum præceptum regis Iosiæ.

19 Et egerunt filij Israel, qui inuenti sunt in tempore illo, Phase: & diem festum azymorum per dies septem:

20 Et non est celebratum Phase tale in Israel, à temporibus Samuelis prophetæ:

21 Et omnes reges Israel non celebrauerunt tale Pascha quale egit Iosias, & Sacerdotes, & Leuitæ, & Iudæi, & omnis Israel, qui inuenti sunt in commemoratione Ierosolymis.

22 Octauo decimo anno, regnante Iosia celebratum est Phase.

23 Et directa sunt opera Iosiæ in conspectu Domini sui in corde pleno metuentis:

24 Et quæ circa illum quidem conscripta sunt, in pristinis temporibus de eis, qui peccauerunt, quique irreligiosi fuerunt in Dominum præ omni gente, & qui non quæsierunt verba Domini super Israel.

25 Et post omnem actum hunc Iosiæ, ascendit Pharao rex Aegypti, veniens in Charcamis ab itinere super Euphratem, & exiit obuiam illi Iosias.

26 Et misit rex Ægypti ad Iosiam, dicens: Quid mihi & tibi est rex Iudæ?

27 Non sum missus à Domino vt pugnem contra te, super Euphratem enim bellum meum est, festinans descende.

28 Et non est reuersus Iosias super currum: sed expugnare eum conabatur non attendens verbum prophetæ ex ore Domini:

29 Sed constituit ad eum bellum in campo Mageddo. Et descenderunt principes ad regem Iosiam.

30 Et dixit rex pueris suis, Amouete me à prælio, infirmatus sum enim valde. Et statim amouerunt eum pueri ipsius de acie.

31 Et ascendit super currum secundarium suum: & perueniens Ierosolymam, vita functus est, & sepultus est in paterno sepulchro.

32 Et in tota Iudæa lugebant Iosiam: & qui præsidebant, cum vxoribus lamentabant eum vsque in hunc diem. Et datum est hoc fieri semper in omne genus Israel.

33 Hæc autem præscripta sunt in libro historiarum regum Iudæ; & singula gesta actus Iosiæ, & eius gloria & intellectus eius in lege Domini: quæque gesta sunt ab eo, & quæ non scripta sunt in libro regum Israel & Iudæ:

34 Et assumentes, qui erant ex gente Iechoniam filium Iosiæ, constituerunt regem pro Iosia patre suo, cum esset annorum trigintatrium.

35 Et regnauit super Israel mensibus tribus. Et amouit eum rex Aegypti, ne regnaret in Ierosolymis.

36 Et mulctauit gentem argenti talenta centum, & auri talentum vnum.

37 Et constituit rex Aegypti Ioacim fratrem ipsius, regem Iudæ, & Ierusalem:

38 Et alligauit magistratus Ioacim, & Zaracelem fratrem suum, & apprehendens reduxit in Aegyptum.

39 Annorum erat Ioacim vigintiquinque, cum regnare cœpisset in terra Iuda & Ierusalem: & fecit malum in conspectu Domini.

40 Post hunc autem ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis, & alligans eum in æreo vinculo, perduxit in Babyloniam:

Vulgat. Editio.

41 Et sacra vasa Domini accepit Nabuchodonosor, & tulit & consecrauit in templo suo in Babylonia.

42 Nam de immunditia illius, & irreligiositate scriptum est in libro temporum regum.

43 Et regnauit Ioachim filius eius pro eo. Cum autem constitutus esset rex erat annorum decem & octo.

44 Regnauit autem menses tres, & dies decem in Ierusalem, & fecit malum in conspectu Domini:

45 Et post annum mittens Nabuchodonosor, transmigrauit eum in Babyloniam simul cum sacris vasis Domini.

46 Et cõstituit Sedeciam regem Iuda, & Ierusalem, cum esset annorum viginti vnius: regnauit autem annis vndecim.

47 Et fecit malum in conspectu Domini, & non est veritus à verbis, quæ dicta sunt ab Ieremia propheta ex ore Domini:

48 Et adiuratus à rege Nabuchodonosor, periurans discessit: & indurata ceruice sua, & corde suo, transgressus est legitima Domini Dei Israel.

49 Et duces populi Domini multa inique gesserunt, & impie egerunt super omnes immunditias gentium: & polluerunt templum Domini quod sanctum erat in Ierosolymis.

50 Et misit Deus patrum ipsorum per angelum suum reuocare eos, propter quod parceret illis, & tabernaculo suo.

51 Ipsi vero subsannabant in angelis suis: & qua die locutus est Dominus, erant illudentes prophetis eius.

52 Qui vsque ad iracundiam concitatus est super gentem suam propter irreligiositatem suam, & præcepit ascendere reges Chaldæorum.

53 Hi occiderunt iuuenes eorum in gladio in circuitu sancti templi eorum, & non pepercerunt iuueni, & seni, & virgini & adolescenti:

54 Sed omnes traditi sunt in manus ipsorum: & omnia sacra vasa Domini, & regales apothecas resumentes, tulerunt in Babyloniam,

55 Et incenderunt domum Domini, & demolierunt muros Ierusalem: & turres eius incenderunt igne,

56 Et consummauerunt omnia honorifica eius, & ad nihilum redegerunt, & reliquos à gladio duxerunt in Babylonem.

57 Et erant serui illius vsque dum regnarent Persæ in repletione verbi Domini in ore Ieremiæ:

58 Quousque benigne ageret terra sabbata sua, omni tempore desertionis suæ sabbatizauit in applicatione annorum septuaginta septem.

CAP. II.

REgnante Cyro rege Persarum in consummatione verbi Domini in ore Ieremiæ,

2 Suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum, & prædicauit in toto regno suo simul per scripturam,

3 Dicens: Hæc dicit Cyrus rex Persarum: Me constituit regem orbis terrarum Dominus Israel, Dominus excelsus,

4 Et significauit mihi ædificare domum sibi in Ierusalem, quæ est in Iudæa.

5 Si quis est ex genere vestro, dominus ipsius ascendat cum eo in Ierusalem.

6 Quotquot ergo circa loca habitant adiuuent eos qui sunt in loco ipso, in auro & argento,

7 In dationibus cum equis & iumentis, cumque aliis quæ secundum vota apponuntur in ædem Domini quæ est in Ierusalem.

Vulgat. Editio.

8 Et stantes principes tribuum, pagorum, & Iudææ ex tribu Beniamin, & Sacerdotes & Leuitæ, quos excitauit Dominus ascendere & ædificare Domum Domini quæ est in Ierusalem, & qui erant in circuitu eorum,

9 Adiuuerunt in omni auro & argento eius, & iumentis, & votis compluribus multi quorum sensus excitatus est.

10 Et Cyrus rex protulit vasa sacra Domini, quæ transtulit Nabuchodonosor rex Babylonis ex Ierusalem, & consecrauit ea idolo suo.

11 Et proferens ea Cyrus rex Persarum tradidit Mithridato qui erat super thesauros ipsius:

12 Per hunc autem tradita sunt Salmanasaro præsidi Iudææ.

13 Horum autem hic numerus: Libatoria argentea duo millia quadringenta, athiscæ argenteæ triginta: phialæ aureæ triginta, item argenteæ duo millia quadringentæ, & alia vasa mille.

14 Omnia autem vasa aurea & argentea, quinque millia octingenta sexaginta.

15 Et enumerata sunt Salmanasaro simul cum his qui ex captiuitate Babyloniæ venerant in Ierosolymam.

16 In Artaxerxis autem regis Persarum temporibus scripserunt ei de his qui habitabant in Iudæa, & Ierusalem, Balsamus, & Mithridatus, & Sabellius, & Rathimus, Balthemus, Samelius Scriba, & reliqui habitantes in Samaria, & cæteris locis subiectam epistolam regi Artaxerxi.

17 DOMINE, pueri tui Rathimus ab accidentibus, & Sabellius scriba, & reliqui curiæ tuæ iudices in Cœlesyria, & Phœnice.

18 Et nunc notum sit domino regi, quoniam Iudæi qui ascenderunt à vobis ad nos, venientes in Ierusalem ciuitatem refugam & pessimam, ædificant furnos eius, & statuunt muros, & templum suscitant.

19 Quod si ciuitas ista, & muri consummati fuerint, non tantum tributa non sustinebunt pendere, sed etiam regibus resistent.

20 Et quia id agitur circa templum, recte haberi arbitrati sumus non despicere hoc ipsum:

21 Sed notum facere Domino regi, vt si videbitur, rex quæratur in libris patrum tuorum.

22 Et inuenies in admonitionibus scripta de his, & scies quoniam ciuitas ista fuit refuga, & reges, & ciuitates concutiens

23 Et Iudæi refugæ, & prælia committentes in ea ab æterno, ob quam causam ciuitas ista deserta est.

24 Nunc ergo notum facimus, Domine rex, quoniam si ciuitas hæc ædificata fuerit, & huius muri erecti fuerint, descensus tibi non erit in Cœlesyriam, & Phœnicem:

25 Tunc scripsit rex Rathimo, qui scribebat accidentia, & Rathemo & Sabellio scribæ, & cæteris constitutis, & habitantibus in Syria, & Phœnice, ea quæ subiecta sunt.

26 LEGI epistolam quam misistis mihi. Præcepi ergo inquiri & inuentum est, quoniam ciuitas illa est ab æuo regibus resistens,

27 Et homines refugæ, & prælia in ea efficientes, & reges fortissimi erant in Ierusalem dominantes, & tributa exigentes à Cœlesyria, & Phœnice.

28 Nunc ergo præcepi prohibere homines illos ædificare ciuitatem, & prohibere ne quid vltra hæc fiant:

29 Sed nec procedant in plurimum, ex quo sunt malitiæ, ita vt regibus molestia importetur.

30 Tunc recitatis his quæ à rege Artaxerxe scripta fuerant, Rathimus, & Sabellius scriba, & qui cum his

constituti

Vulgat. Editio.

constituti erant, iungentes festinanter venerunt in Ierusalem cum equitatu, & turba & agmine:

31 Cœperuntque ædificantes prohibere, & vacabant ab ædificatione templi in Ierusalem, vsque in secundo anno regni Darij regis Persarum.

CAP. III.

REx Darius fecit cœnam magnam omnibus vernaculis suis, & omnibus magistratibus Mediæ & Persidis,

2 Et omnibus purpuratis, & prætoribus, & consulibus, & præfectis sub illo ab India vsq; Aethiopiam, centum viginti septem prouinciis.

3 Et cum manducassent, & bibissent, & satiati reuerterentur, tunc Darius rex ascendit in cubiculum suum, & dormiuit, & expergefactus est.

4 Tunc illi tres iuuenes corporis custodes qui custodiebant corpus regis, dixerunt alter alteri:

5 Dicamus vnusquisque nostrum sermonem qui præcellat: & cuiuscumque apparuerit sermo sapientior alterius, dabit illi rex Darius dona magna,

6 Purpura cooperiri, & in auro bibere, & super aurum dormire, & currum aureo fræno, & cydarim byssinam, & torquem circa collum:

7 Et secundo loco sedebit à Dario propter sapientiam suam, & cognatus Darij vocabitur.

8 Tunc scribentes singuli suum verbum signauerunt, & posuerunt subtus ceruical Darij regis,

9 Et dixerunt: Cum surrexit rex, dabimus illi scripta nostra: & quodcumque iudicauerit rex è tribus, & magistratus Persidis, quoniam verbum eius sapientius est, ipsi dabitur victoria sicut scriptum est.

10 Vnus scripsit, Forte est vinum.

11 Alius scripsit Fortior est rex.

12 Tertius scripsit, Fortiores sunt mulieres: super omnia autem vincit veritas.

13 Et cum surrexisset rex, acceperunt scripta sua, & dederunt illi, & legit.

14 Et mittens vocauit omnes magistratus Persarũ, & Medos, & purpuratos, & prætores, & præfectos:

15 Et sederunt in concilio: & lecta sunt scripta coram ipsis.

16 Et dixit: Vocate adolescentes, & ipsi indicabunt verba sua. Et vocati sunt, & introierunt.

17 Et dixit illis: Indicate nobis de his quæ scripta sunt. Et cœpit prior, qui dixerat de fortitudine vini,

18 Et dixit: Viri, quam præualet vinum omnibus hominibus qui bibunt illud! seducit mentem.

19 Itemque regis & orphani facit mentem vanam. Item serui ac liberi, pauperis ac diuitis,

20 Et omnem mentem conuertit in securitatem & iucunditatem, & non meminit omnem tristitiam & debitum.

21 Et omnia præcordia facit honesta, & non meminit regem, nec magistratum, & omnia per talenta loqui facit.

22 Et non meminerunt, cum biberunt, amicitiam, nec fraternitatem: sed non multum post sumunt gladios.

23 Et cum à vino merserint, & surrexerint, non meminerunt, quæ gesserunt.

24 O viri, num præcellit vinum? quis sic cogitat facere? Et tacuit hoc dicto.

CAP. IIII.

ET inchoauit sequens dicere, qui dixit de fortitudine regis.

Vulgat. Editio.

2 O viri, num præcellunt homines, qui terram, & mare obtinent, & omnia quæ in eis sunt?

3 Rex autem super omnia præcellit, & dominatur eorum: & omne quodcumque dixerit illis, faciunt.

4 Et si miserit illos ad bellatores, vadunt, & demoliuntur montes, & muros, & turres.

5 Iugulantur, & iugulant, & regis verbum non prætereunt. nam si vicerint, afferunt regi omnia quæcumque prædati fuerint.

6 Similiter & alij omnes, & quotquot non militant, nec pugnant, sed colunt terram: rursum cum fuerint metentes, afferunt tributa regi;

7 Et ipse vnus solus si dixerit occidite, occidunt: dixerit remittite, remittunt:

8 Dixerit percutite, percutiunt: dixerit exterminate, exterminant: dixerit ædificate, ædificant:

9 Dixerit excidite, excidunt: dixerit plantate, plantant:

10 Et omnis plebs, & virtutes eum obaudiunt, & super hoc ipse recumbit, & bibit, & dormit.

11 Hi autem custodiunt in circuitu eum, & non possunt ire singuli, & facere opera sua, sed in dicto obaudientes sunt ei.

12 Viri, quomodo non præcellit rex qui sic diffamatur? Et tacuit.

13 Tertius qui dixerat de mulieribus, & veritate, hic est Zorobabel, cœpit loqui

14 Viri nõ magnus rex, & multi homines, nec vinum præcellit. Quis est ergo qui dominatur eorum?

15 Nonne mulieres genuerunt regem, & omnem populum, qui dominatur mari, & terræ:

16 Et ex illis nati sunt, & ipsæ educauerunt eos, qui plantauerunt vineas ex quibus vinum fit?

17 Et ipsæ faciunt stolas omnium hominum, & ipsæ faciunt gloriam hominibus, & non possunt homines separari à mulieribus.

18 Si congregauerint aurum, & argentum, & omnem rem speciosam, & viderint mulierem vnam bono habitu, & bona specie,

19 Omnia hæc relinquentes in eam intendunt, & aperto ore conspiciunt, & eam alliciunt magis quam aurum, & argentũ, & omnem rem pretiosam.

20 Homo patrem suum relinquit qui enutriit illum, & suam regionem, & ad mulierem se coniungit.

21 Et cum muliere remittit animam: & neque patrem meminit, neque matrem, neque regionem.

22 Et hinc oportet vos scire: quoniam mulieres dominantur vestri. Nonne doletis?

23 Et accipit homo gladiũ suũ, & vadit in viã facere furta, & homicidia, & mare nauigare, & flumina,

24 Et leonem videt, & in tenebris ingreditur: & cum furtum fecerit, & fraudes, & rapinas amabili suæ affert.

25 Et iterum, diligit homo vxorem suam magis quam patrem, aut matrem.

26 Et multi dementes facti sunt propter vxores suas, & serui facti sunt propter illas:

27 Et multi perierunt, & iugulati sunt, & peccauerunt propter mulieres.

28 Et nunc credite mihi, quia magnus est rex in potestate sua: quoniam omnes regiones verentur tangere eum.

29 Videbam tamen Apemen filiam Bezacis mirifici concubinam regis, sedentem iuxta regem ad dexteram,

30 Et auferentem diadema de capite eius, & imponentem sibi, & palmis cædebat regem de sinistra manu.

31 Et super hæc aperto ore intuebatur eam: & si

arriserit

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

arriserit ei, ridet. nam si indignata ei fuerit, blanditur, donec reconcilietur in gratiam.
32 O viri, cur non sunt fortiores mulieres? Magna est terra: & excelsum est cœlum: quis ista agit?
33 Et tunc rex & purpurati intuebantur in alterutrum. Et inchoauit loqui de veritate.
34 O viri, nonne fortes sunt mulieres? Magna est terra, & excelsum est cœlum: & velox cursus solis conuertit in gyro cœlum in locum suum in vna die.
35 Nonne magnificus est qui hæc facit, & veritas magna, & fortior præ omnibus?
36 Omnis terra veritatem inuocat, cœlum etiam ipsam benedicit, & omnia opera mouentur, & tremunt eam, & non est cum ea quicquam iniquum.
37 Vinum iniquum, iniquus rex, iniquæ mulieres, iniqui omnes filij hominum, & iniqua illorum omnia opera, & non est in ipsis veritas, & in sua iniquitate peribunt:
38 Et veritas manet, & inualescit in æternum, & viuit & obtinet in sæcula sæculorum.
39 Nec est apud eam accipere personas, neque differentias: sed quæ iusta sunt facit omnibus iniustis, ac malignis, & omnes benignantur in operibus eius.
40 Et non est in iudicio eius iniquum, sed fortitudo, & regnum, & potestas, & maiestas omnium æuorum. Benedictus Deus veritatis.
41 Et desiit loquendo. Et omnes populi clamauerunt, & dixerunt, Magna est veritas, & præualet.
42 Tunc rex ait illi, Pete, si quid vis amplius, quam quæ scripta sunt, & dabo tibi, secundum quod inuentus es sapientior proximis, & proximus mihi sedebis, & cognatus meus vocaberis.
43 Tunc ait regi, Memor esto voti tui, quod vouisti, ædificare Ierusalem, in die qua regnum accepisti:
44 Et omnia vasa, quæ accepta sunt ex Ierusalem, remittere, quæ separauit Cyrus, quando mactauit Babyloniam, & voluit remittere ea ibi.
45 Et tu vouisti ædificare templum, quod incenderunt Idumæi, quando exterminata est Iudæa à Chaldæis.
46 Et nunc hoc est quod postulo Domine, & quod peto, hoc est maiestas, quod à te postulo, vt facias votum, quod vouisti regi cœli ex ore tuo.
47 Tunc surgens Darius rex osculatus est illum: & scripsit epistolas ad omnes dispensatores, & præfectos, & purpuratos, vt deducerent eum, & eos qui cum illo erant, omnes ascendentes ædificare Ierusalem.
48 Et omnibus præfectis, qui erant in Syria, & Phœnice, & Libano scripsit epistolas, vt traherent ligna cedrina à Libano in Ierusalem, vt ædificarent cum eis ciuitatem.
49 Et scripsit omnibus Iudæis, qui ascendebant à regno in Iudæam pro libertate, omnem potentem, & magistratum, & præfectum non superuenire ad ianuas ipsorum,
50 Et omnem regionem quam obtinuerant immunem esse eis, & Idumæi relinquant castella, quæ obtinent Iudæorum,
51 Et in structuram templi dare per singulos annos talenta viginti, vsque dum perædificaretur:
52 Et super sacrarium holocaustomata vstulare quotidie, sicut habent præceptum: alia talenta decem offerre per singulos annos,
53 Et omnibus qui procedunt à Babylonia condere ciuitatem: vt esset libertas, tam ipsis, quam filiis eorum, & omnibus sacerdotibus, qui præcedunt:
54 Scripsit autem & quantitatem, & sacram stolam iussit dari, in qua deseruirent;

Vulgat. Editio.

55 Et Leuitis scripsit dare præcepta, vsque in diem qua consummabitur domus, & Ierusalem extruetur:
56 Et omnibus custodientibus ciuitatem scripsit dari ei sortes, & stipendia.
57 Et dimisit omnia vasa quæcumque separauerat Cyrus à Babylonia, & omnia quæcumque dixit Cyrus, & ipse præcepit fieri, & mitti Ierusalem.
58 Et cum processisset ille adolescens, eleuans faciem in Ierusalem, benedixit regem cœli,
59 Et dixit, Abs te est victoria, & abs te est sapientia, & claritas. Et ego seruus tuus sum.
60 Benedictus es qui dedisti mihi sapientiam, & tibi confitebor Domine Deus patrum nostrorum.
61 Et accepit epistolas, & profectus est in Babyloniam. Et venit, & nunciauit fratribus suis omnibus qui fuerunt in Babylonia:
62 Et benedixerunt Deum patrum suorum, quoniam dedit illis remissionem, & refrigerium,
63 Vt ascenderent, & ædificarent Ierusalem, & templum vbi nominatum est nomen eius in ipso, & exultauerunt cum musicis, & lætitia diebus septem.

CAP. V.

Post hæc autem electi sunt, vt ascenderent principes pagorum per domos, & tribus suas, & vxores illorum, & filij, & filiæ eorum, & serui, & ancillæ ipsorum, & pecora eorum.
2 Et Darius rex misit vna cum eis equites mille, donec deducerent eos in Ierusalem cum pace; & cum musicis, & cum tympanis, & tibiis.
3 Et omnes fratres erant ludentes, & fecit eos ascendere simul cum eis.
4 Et hæc sunt nomina virorum, qui ascenderunt per pagos suos in tribus; & in partem principatus ipsorum.
5 Sacerdotes: Filij Phinees, filij Aaron, Iesus filius Iosedec, Ioacim filius Zorobabel, filij Salathiel de domo Dauid, ex progenie Phares, de tribu Iuda,
6 Qui locutus est sub Dario rege Persarum sermones mirificos in secundo anno regni ipsius mense Nisan primo.
7 Sunt autem hi, qui ascenderunt ex Iudæa de captiuitate transmigrationis, quos transmigrauit Nabuchodonosor rex Babyloniæ in Babylonem, & reuersus est in Ierusalem.
8 Et requisiuit partem Iudææ vnusquisque in ciuitatem suam, qui venerunt cum Zorobabel, & Iesu, Nehemias, Areores, Elimeo, Emmanio, Mardocheo, Beelsuro, & Mechpsatochor, Olioro. Emonia vnus de principibus eorum.
9 Et numerus à gentilibus eorum, ex præpositis eorum filij Phares, duo millia centum septuaginta duo:
10 Filij Ares tria millia centum quinquaginta septem:
11 Filij Phœmo centum quadraginta duo: in filiis Iesu, & Ioabes, mille trecenti duo:
12 Filij Demu, duo millia quadringenti septuaginta: filij Choraba, ducentiquinque: filij Banica, centum sexaginta octo:
13 Filij Bebech, quadringenti tres: filij Archad, quadringenti viginti septem:
14 Filij Cham, triginta septem: filij Zoroar, duo millia sexaginta septem: filij Adin, quadringenti sexaginta vnus;
15 Filij Aderectis, centum octo: filij Ciaso, & Zelas, centum septem: filij Azoroc, quadringenti triginta nouem:

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

16 Filij Iedarbone,centum triginta duo: filij Ananiæ,centum triginta: filij Asoni,nonaginta:
17 Filij Marsar,quadringenti viginti duo: filij Zabarus nonagintaquinque: filij Sepolemon, centum viginti tres:
18 Filij Nepopas, quinquagintaquinque: filij Nechanatos,centum quinquaginta octo: filij Cebethamus,centum triginta duo:
19 Filij Crearpatros,qui Enocadies,& Modiæ,quadringenti viginti tres:qui ex Gramas,& Gabea, centum viginti vnus;
20 Qui ex Belelon, & Ceagge,sexagintaquinque: qui ex Bastaro,centum vigintiduo:
21 Qui ex Bechenobes,quinquagintaquinque: filij Labonni,trecenti quinquagintaseptem;
22 Filij Sichem,trecenti septuaginta: filij Suadon,& Chomus,trecenti septuagintaocto:
23 Filij Ericus, duo millia centum quadragintaquinque: filij Anaas,trecenti septuaginta Sacerdotes:
24 Filij Ieddus,filij Euther,filij Eliasib, trecenti septuagintaduo: filij Emerus, ducenti quinquagintaduo:
25 Filij Phasurij,trecenti quiquagintaseptem: filij Caree,ducenti viginti septem.
26 Leuitæ: Filij Iesu in Caduhel,& Bamis, & Serebias,& Edias,septuagintaquatuor. omnis numerus à duodecimo anno, triginta millia quadringenti sexagintaduo,
27 Filij,& filiæ,& vxores,omnis computatio,quadraginta millia ducenti quadragintaduo.
28 Filij sacerdotum, qui psallebant in templo: filij Asaph,centum vigintiocto.
29 Ostiarij vero filij Esmenni,filij Azer, filij Ammon,filij Accuba,Topa filij Tobi,omnes centum triginta nouem.
30 Sacerdotes seruientes in templo: filij Sel, filij Gapha,filij Tobloch,filij Cariæ,filij Su, filij Hellu,filij Labana, filij Armacha, filij Accub, filij Vtha, filij Cetha,filij Aggab,filij Obai,filij Anani,filij Canna,filij Geddu.
31 Filij An,filij Radin, filij Desanon,filij Nachoba, filij Caseba,filij Gaze,filij Ozui,filij Sinone, filij Attre,filij Hatten,filij Asiana,filij Manei,filij Nasisim,filij Accusu, filij Agista,filij Azui,filij Fauon,filij Phasalon,
32 Filij Meeda,filij Phusa,filij Caree,filij Barcus,filij Saree,filij Coeli,filij Nasith,filij Agisti, filij Pedon,
33 Salomon filij eius,filij Asophot,filij Phalida,filij Celi,filij Dedon,filij Gaddahel,filij Sephegi,
34 Filij Aggia, filij Sachareth, filij Sabathen, filij Caroneth, filij Malsith, filij Amæ, filij Sasus, filij Addus,filij Suba, filij Eura, filij Rahotis, filij Phasphat,filij Malmon.
35 Omnes sacro seruientes, & pueri Salomonis, quadringenti octogintaduo.
36 Hi sunt filij qui ascenderunt à Thelmela, Telharsa: principes eorum,Carmellam,& Careth:
37 Et non poterant edicere ciuitates suas, & progenies suas, quemadmodum sint ex Israel. Filij Dalari,filij Tubal,filij Nechodaici,
38 Ex sacerdotibus,qui fungebantur sacerdotio:& non sunt inuenti filij Obia, filij Achisos,filij Addin, qui accepit vxorem ex filiabus Phargeleu:
39 Et vocati sunt nomine eius, & horum quæsita est generis scriptura in prædatura, & non est inuenta, & prohibiti sunt sacerdotio fungi.
40 Et dixit illis Nehemias, & Astharas, Ne participentur sancta, donec exurgat Pontifex doctus in ostensionem, & veritatem.
41 Omnis autem Israel erat exceptis seruis, & ancillis, quadraginta duo millia trecenti quadraginta.
42 Serui horum,& ancillæ,septem millia, trecenti triginta septem. Cantores, & cantatrices, ducenti sexagintaquinque.
43 Cameli, quadringenti trigintaquinque. Equi septem millia trigintasex.Muli,ducenta millia quadragintaquinque.Subiugalia, quinque millia vigintiquinque.
44 Et de præpositis ipsis per pagos, dum venirent in templum Dei,quod erat in Ierusalem,innouare,& suscitare templum in loco suo, secundum suam virtutem:
45 Et dari in templum thesaurum operum sacrum auri mnas duodecim millia, & mnas argenti quinque millia,& stolas sacerdotales centum.
46 Et habitauerunt Sacerdotes, & Leuitæ, & qui exierant de plebe in Ierusalem,& in regione, & sacri cantores, & ostiarij, & omnis Israel in regionibus suis.
47 Instante autem septimo mense, cumque essent filij Israel vnusquisque in suis rebus, conuenerunt vnanimes in atrium,quod erat ante ianuam Orientalem.
48 Et stantes Iesus filius Iosedech, & fratres eius sacerdotes,& Zorobabel filius Salathiel,& huius fratres,parauerunt altare,
49 Vt offerrent super illud holocaustomata, secundũ quæ in libro Moysi hominis Dei scripta sunt,
50 Et conuenerunt ibi ex alijs nationibus terræ,& erexerunt sacrarium in loco suo omnes gentes terræ,& offerebant hostias & holocaustomata Domino matutina.
51 Et egerunt scenopegiam, & diem solemnem, sicut præceptum est in lege:& sacrificia quotidie,sicut oportebat:
52 Et post hæc oblationes institutas,& hostias sabbatorum, & neomeniarum, & dierum solemnium omnium sanctificatorum.
53 Et quotquot vouebant Domino à neomenia septimi mensis, cœperunt hostias offerre Deo, & templum Domini nondum erat ædificatum.
54 Et dederunt pecuniam lapidarijs, & fabris, & potum,& pabula cum gaudio.
55 Et dederunt carra Sidonijs,& Tyrijs,vt transueherent illis de Libano trabes cedrinas,& facerent rates in Ioppe portu, secundum decretum quod scriptum erat eis à Cyro rege Persarum.
56 Et in secundo anno venientes in templum Dei in Ierusalem,mense secundo inchoauit Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedec, & fratres ipsorum,& sacerdotes,& Leuitæ,& omnes qui venerant de captiuitate in Ierusalem:
57 Et fundauerunt templum Dei nouilunio secundi mensis secundi anni cum venissent in Iudæam,& Ierusalem.
58 Et statuerunt Leuitas à viginti annis, super opera Domini:& stetit Iesus, & filius eius, & fratres omnes Leuitæ conspirantes, & executores legis, facientes opera in domo Domini.
59 Et steterunt sacerdotes habentes stolas cum tubis:& Leuitæ filij Asaph,habentes cymbala,
60 Collaudentes Dominum, & benedicentes secundum Dauid regem Israel.
61 Et cantabant canticum Domino,quoniam dulcedo eius,& honor in sæcula super omnem Israel.
62 Et omnis populus tuba cecinerunt, & proclamauerunt voce magna, collaudentes Dominum in suscitatione domus Domini.
63 Et venerunt ex sacerdotibus,& Leuitis,& præ-

sidentibus

Vulgat. Editio.

fidentibus ſecundum pagos ſenioribus, qui viderant priſtinam domum.

64 Et ad huius ædificationem cum clamore, & plãctu magno, & multi cum tubis, & gaudio magno:

65 In tantum vt populus non audiret tubas propter planctum populi. Turba enim erat tubis canens magnifice, ita vt longe audiretur.

66 Et audierunt inimici tribus Iudæ, & Beniamin, & venerunt ſcire quæ eſſet vox turbarum.

67 Et cognouerunt quoniam qui erant ex captiuitate, ædificant templum Domino Deo Iſrael.

68 Et accedentes ad Zorobabel, & Ieſũ, præpoſitos pagorum, dixerũt eis, Aedificabimus vna vobiſcum

69 Similiter enim audiuimus Dominum veſtrum, & ipſi pariter incedimus à diebus Asbazareth regis Aſſyriorum, qui tranſmigrauit nos huc.

70 Et dixit illis Zorobabel, & Ieſus, & principes pagorum Iſrael,

71 Non eſt nobis, & vobis ædificare domum Dei noſtri. nos enim ſoli ædificabimus Domino Iſrael ſecundum ea, quæ præcepit nobis Cyrus rex Perſarum.

72 Gentes autem terræ incumbentes his qui ſunt in Iudæa, & leuantes opus ædificationis, & inſidias, & populos adducentes prohibebant eos ædificare,

73 Et aggreſſiones exercentes impedierunt, ne conſummaretur ædificium omni tempore vitæ Cyri regis, & protraxerunt ſtructuram per biennium vſque ad Darij regnum.

CAP. VI.

IN ſecundo autem anno regni Darij prophetauit Aggæus, & Zacharias filius Addin prophetæ apud Iudæam, & Ieruſalem in nomine Dei Iſrael ſuper eos.

2 Tunc ſtans Zorobabel filius Salathiel, & Ieſus filius Ioſedec, inchoauerunt ædificare domum Domini, quæ eſt in Ieruſalem:

3 Cum adeſſent eis prophetæ Domini, & adiuuarent eos. In ipſo tempore venit ad illos Siſennes ſubregulus Syriæ, & Phœnicis, & Satrabuzanes, & ſodales eius,

4 Et dixerunt eis. Quo præcipiente vobis domum hanc ædificatis, & tectum illud, & alia omnia perficitis: & qui ſunt ſtructores, qui hæc ædificant.

5 Et habuerunt gratiam viſitatione facta ſuper eos, qui erant ex captiuitate à Domino ſeniores Iudæorum.

6 Et non ſunt impediti ædificare, donec ſignificaretur Dario de omnibus illis, & reſponſum acciperetur.

7 Exemplum epiſtolæ, quam miſerunt Dario. SISENNES ſubregulus Syriæ, & Phœnicis, & Satrabuzanes, & ſodales eius in Syria, & Phœnice præſides, regi Dario ſalutem.

8 Omnia nota ſint Domino regi, quod cum veniſſemus in regionem Iudææ, & introiſſemus in Ieruſalem, inuenimus ædificantes domum Dei magnam:

9 Et templum ex lapidibus politis, & magnis, & pretioſis materiis in parietibus.

10 Et opera illa inſtanter fieri, & ſuffragare, & proſperare in manibus eorum, & in omni gloria, quam diligentiſſime perfici.

11 Tunc interrogauimus ſeniores, dicentes, Quo permittente vobis ædificatis domum iſtam, & opera hæc fundatis?

12 Ideo autem interrogauimus eos, vt notum faceremus tibi homines, & præpoſitos, & nominum ſcripturam præpoſitorum poſtulauimus illos.

13 At illi reſponderunt nobis, dicentes, Nos ſumus

Vulgat. Editio.

ſerui Domini, qui fecit cœlum, & terram;

14 Et ædificabatur hæc domus ante annos iſtos multos à rege Iſrael magno, & fortiſſimo, & conſummata eſt.

15 Et quoniam patres noſtri exacerbantes erant, & peccauerunt in Deum Iſrael, tradidit eos in manus Nabuchodonoſor regis Babyloniæ, regis Chaldæorum,

16 Et domum iſtam demolientes incenderunt, & populum captiuum duxerunt in Babylonem.

17 In primo anno regnante Cyro rege Babyloniæ, ſcripſit Cyrus rex domum hanc ædificare,

18 Et illa ſacra vaſa aurea, & argentea, quæ extulerat Nabuchodonoſor de domo, quæ eſt in Ieruſalem, & conſecrauerat ea in ſuo templo, rurſus protulit ea Cyrus rex de templo, quod erat in Babylonia, & tradita ſunt Zorobabel, & Salmanaſaro ſubregulo:

19 Et præceptum eſt eis, vt offerrent hæc vaſa, & reponerent in templo, quod erat in Ieruſalem, & ipſum templum Dei ædificare in loco ſuo.

20 Tunc Salmanaſarus ſubiecit fundamenta domus Domini, quæ eſt in Ieruſalem: & exinde vſque nunc ædificatur, & non accepit conſummationem.

21 Nunc ergo ſi iudicatur à te ô rex, perquiratur in regalibus bibliothecis Cyri regis, quæ ſunt in Babylonia:

22 Et ſi inuentum fuerit conſilio Cyri regis cœptam eſſe ſtructuram domus Domini, quæ eſt in Ieruſalem, & iudicatur à Domino rege noſtro, ſcribat de his nobis.

23 Tunc Darius rex præcepit inquiri in bibliothecis: & inuentus eſt in Ecbathanis oppido, quod eſt in media regione locus vnus, in quo ſcripta erant iſta:

24 ANNO primo regnante Cyro, rex Cyrus præcepit domum Domini, quæ eſt in Ieruſalem ædificare, vbi incendebant igni aſſiduo.

25 Cuius altitudo ſit cubitorum decem, & latitudo cubitorum ſexaginta, quadratum lapidibus politis tribus, & meniano ligneo eiuſdem regionis, & meniano vno nouo, & impendia dari de domo Cyri regis:

26 Et ſacra vaſa domus Domini, tam aurea, quam argentea, quæ extulit Nabuchodonoſor in domum Domini, quæ eſt in Ieruſalem, vbi erant poſita, vt ponantur illic:

27 Et præcepit curam agere Siſennem ſubregulum Syriæ, & Phœnicis, & Satrabuzanem, & ſodales eius, & qui ordinati erant in Syria, & Phœnice præſides, vt abſtinerent ſe ab eodem loco.

28 Et ego quoque præcepi in totum ædificare: & proſpexi, vt adiuuent eos, qui ſunt ex captiuitate Iudæorum, donec conſumetur templum ædis Domini:

29 Et à vexatione tributorum Cœleſyriæ, & Phœnicis, diligenter quantitatem dari his hominibus ad ſacrificium Domini, Zorobabel præfecto, ad tauros, & arietes, & agnos,

30 Similiter autem, & frumentum, & ſal, & vinum, & oleum inſtanter per ſingulos annos, prout ſacerdotes qui ſunt in Ieruſalem, dictauerunt conſumi quotidie ſine vlla dilatione,

31 Vt offerantur libationes ſummo Deo pro rege, & pueris eius, & orent pro ipſorum vita;

32 Et denuncietur, vt quicumque tranſgreſſi fuerint aliquid ex his quæ ſcripta ſunt, aut ſpreuerint, accipiatur lignum de ſuis propriis, & ſuſpendantur, & bona ipſorum regi aſcribantur.

33 Propterea & Dominus, cuius nomen inuocatum eſt ibi, exterminet omnem regem, & gentem, qui manum ſuam extẽderit prohibere, aut male tractare domum Domini illam, quæ eſt in Ieruſalem.

34 Ego

Vulgat. Editio.

34 Ego Darius rex decreui, quam diligentissime secundum hæc fieri.

CAP. VII.

TVnc Sisennes subregulus Cœlesyriæ, & Phœnicis, & Satrabuzanes, & sodales obsecuti his, quæ à Dario rege erant decreta,

2 Insistebant sacrosanctis operibus diligentissime, cooperantes cum senioribus Iudæorum principibus Syriæ.

3 Et prosperata sunt sacrosancta opera prophetantibus Aggæo, & Zacharia prophetis.

4 Et consummauerunt omnia per præceptum Domini Dei Israel, & ex consilio Cyri, & Darij, & Artaxerxis regis Persarum.

5 Et consummata est domus nostra vsque ad tertiam, & vigesimam diem mensis Adar, sexto anno Darij regis.

6 Et fecerunt filij Israel, & sacerdotes, & Leuitæ, & cæteri qui erant ex captiuitate, qui appositi sunt secundum ea, quæ scripta sunt in libro Moysi.

7 Et obtulerunt in dedicationem templi Domini, tauros centum, arietes ducentos, agnos quadringentos,

8 Et hœdos pro peccatis vniuersi Israel, duodecim, secundum numerum tribuum Israel.

9 Et steterunt sacerdotes, & Leuitæ amicti stolis per tribus super omnia opera Domini Dei Israel secūdum librum Moysi, & ostiarij per singulas ianuas.

10 Et egerunt filij Israel cum his qui erant ex captiuitate, illud Phase quartadecima luna mensis primi, quando sanctificati sunt sacerdotes, & Leuitæ.

11 Omnes filij captiuitatis non sunt simul sanctificati, quia Leuitæ omnes simul sanctificati sunt.

12 Et immolauerunt Phase vniuersi filij captiuitatis, & fratribus suis sacerdotibus, & sibimetipsis.

13 Et manducauerunt filij Israel, qui erant ex captiuitate omnes qui remanserant ab omnibus execrationibus gentium terræ quærentes Dominum,

14 Et celebrauerunt diem festum azymorum septem diebus epulantes in conspectu Domini,

15 Quoniam conuertit consilium regis Assyriorum in eos, confortare manus eorum ad opera Domini Dei Israel.

CAP. VIII.

ET post hunc regnante Artaxerxe Persarum rege, accessit Esdras filius Azariæ, filij Helciæ, filij Salome,

2 Filij Sadoc, filij Achitob, filij Ameri, filij Azahel, filij Bocci, filij Abisue, filij Phinees, filij Eleazari, filij Aaron primi sacerdotis:

3 Hic Esdras ascendit de Babylonia, cum esset scriba, & ingeniosus in lege Moysi, quæ data est à Domino Deo Israel docere & facere.

4 Et dedit ei rex gloriam, quod inuenisset gratiam in omni dignitate, & desiderio in conspectu eius,

5 Et ascenderunt simul cum ipso ex filiis Israel, & sacerdotibus, & Leuitis, & sacris cantoribus templi, & ostiariis, & seruis templi in Ierusalem.

6 Anno septimo regnante Artaxerxe, in quinto mense, hic annus septimus est regni, exeuntes de Babylonia nouilunio quinti mensis,

7 Venerunt Ierosolymam iuxta præceptum illius secundum prosperitatem itineris à Domino ipsorum datam eis.

8 In his enim Esdras magnam disciplinam obtinebat, ne prætermitteret quidquam eorum, quæ essent ex lege Domini, & præceptis, & docendo vniuersum Israel omnem iustitiam, & iudicium.

9 Accedentes autem, qui scribebant scripta Artaxerxis regis tradiderunt scriptum, quod obuenerat ab Artaxerxe rege ad Esdram sacerdotem, & lectorem legis Domini, cuius exemplum subiectum est.

10 REX Artaxerxes Esdræ sacerdoti, & lectori legis Domini salutem.

11 Humanior ego iudicans in beneficiis, præcepi eis, qui desiderant ex gente Iudæorum sua sponte, & ex sacerdotibus, & Leuitis, qui sunt in regno meo, comitari tecum in Ierusalem.

12 Si qui ergo cupiunt ire tecum, conueniant, & proficiscantur sicut placuit mihi, & septem amicis meis consiliariis,

13 Vt visitent ea, quæ aguntur secundum Iudæam, & Ierusalem, obseruantes sicut habes in lege Domini,

14 Et ferant munera Domino Deo Israel, quæ voui ego & amici Ierusalem, & omne aurum, & argentum, quod inuentum fuerit in regione Babyloniæ Domino in Ierusalem cum illo,

15 Quod est donatum pro ipsa gente in templum Domini eorum, quod est in Ierusalem: vt colligatur hoc aurum, & argentum ad tauros, & arietes, & agnos, & hœdos, & quæ his sunt congruentia,

16 Vt offerant hostias Domino super altare Domini ipsorum, quod est in Ierusalem.

17 Et omnia quæcumque volueris cum fratribus tuis facere auro, & argento, perfice pro voluntate tua secundum præceptum Domini Dei tui:

18 Et sacrosancta vasa, quæ data sunt tibi ad opera domus Domini Dei tui, quæ est in Ierusalem:

19 Et cætera quæcumque tibi subuenerint ad opera templi Dei tui, dabis de regali gazophylacio:

20 Cum volueris cum fratribus tuis facere auro, & argento, perfice secundum voluntatem Domini.

21 Et ego quidem rex Artaxerxes præcepi custodibus thesaurorum Syriæ, & Phœnicis, vt quæcumque scripserit Esdras sacerdos, & lector legis Domini, diligenter detur ei vsque ad argenti talenta centum, similiter & auri:

22 Et vsque ad frumenti modios centum, & vini amphoras centum, & alia quæcumque abundant sine taxatione.

23 Omnia secundum legem Dei fiant Deo altissimo, ne forte exurgat ira in regno regis, & filij, & filiorum eius.

24 Vobis autem dicitur, vt omnibus sacerdotibus, & Leuitis, & sacris cantoribus, & seruis templi, & scribis templi huius,

25 Nullum tributum, neque vlla alia indictio irrogetur, nec habeat quisquam potestatem obijcere eis quicquam.

26 Tu autem Esdra secundum sententiam Dei constitue iudices, & arbitros in tota Syria, & Phœnice: & omnes qui legem Dei tui non nouerunt, doce:

27 Vt quotquot transgressi fuerint legem, diligenter plectantur, siue morte, siue cruciatu, siue etiam pecuniæ mulctatione, vel abductione.

28 Et dixit Esdras scriba: Benedictus Deus patrum nostrorum, qui dedit hanc voluntatem in cor regis, clarificare domum suam, quæ est in Ierusalem,

29 Et me honorificauit in conspectu regis, & consiliariorum, & amicorum, & purpuratorum eius.

30 Et ego constans animo factus sum secundum opitulationem Domini Dei mei, & congregaui ex Israel viros, vt simul ascenderent mecum.

31 Et hi sunt præpositi secundum suas patrias, & principatus

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

principatus portionales eorum, qui mecum ascenderunt de Babylonia in regno Artaxerxis.
32 Et ex filiis Phares, Gersomus: ex filiis Slemarith, Amenus: filiorum Dauid, Acchus filius Sceciliæ:
33 Ex filiis Phares, Zacharias, & cum eo reuersi sunt viri centum quinquaginta:
34 Ex filiis ductoris Moabilionis Zaræi, & cum ipso viri ducenti quinquaginta:
35 Ex filiis Zachues, Iechonias Zecholei, & cum ipso viri ducenti quinquaginta:
36 Ex filiis Sala, Maasias Gotholiæ, & cum ipso viri septuaginta:
37 Ex filiis Saphatiæ, Zarias Micheli, & cum ipso viri octoginta:
38 Ex filiis Iob, Abdias Icheli, & cum ipso viri ducenti duodecim:
39 Ex filiis Baniæ, Salimoth, filius Iosaphiæ, & cum ipso viri centum sexaginta:
40 Ex filiis Beer, Zacharias Bebei, & cum ipso viri ducenti octo:
41 Ex filiis Ezead, Ioannes Eccetau, & cum ipso viri centum decem:
42 Ex filiis Adonicam ipsis postremis, & hæc sunt nomina eorum, Eliphalam filius Gebel, & Semeias, & cum ipso viri septuaginta.
43 Et congregaui eos ad fluuiũ, qui dicitur Thia, & metati fuimus illic triduo, & recognoui eos.
44 Et ex filiis sacerdotum, & Leuitarum non inueni illic.
45 Et misi ad Eleazarum, & Eccelon, & Masman, & Maloban, & Enaathan, & Samea, & Ioribum, Nathan, Enuagam, Zachariam, & Mosolamum ipsos ductores, & peritos:
46 Et dixi eis, vt venirent ad Loddeum, qui erat apud locum gazophylacij.
47 Et mandaui eis, vt dicerent Loddeo, & fratribus eius, & illis, qui erant in gazolaphycio, vt mitterent nobis eos qui sacerdotio fungerentur in domo Domini Dei nostri:
48 Et adduxerunt nobis secundum manum validam Domini Dei nostri viros peritos: ex filiis Moholi, filij Leui, filij Israel, Sebebian, & filios, & fratres, qui erant decem & octo:
49 Asbiam, & Amin ex filiis filiorum Chananæi, & filij eorum viri viginti.
50 Et ex his qui templo seruiebant, quos dedit Dauid, & ipsi principes ad operationem Leuitis templo seruientium ducenti viginti. Omnia nomina significata sunt in scripturis.
51 Et voui illic ieiunium iuuenibus in conspectu Dei, vt quærerem ab eo bonum iter nobis, & qui nobiscum erant, & filiis, & pecoribus propter insidias.
52 Erubui enim petere à rege pedites, & equites in comitatu, tutelæ gratia contra aduersarios nostros.
53 Diximus enim regi, quoniam virtus Domini erit cum eis, qui inquirunt eum in omni affectu.
54 Et iterum deprecati sumus Dominum Deum nostrum secundum hæc: quem & propitium habuimus, & compotes facti sumus Deo nostro.
55 Et separaui ex plebis præpositis, & sacerdotibus templi viros duodecim, & Sedebiam, & Asannam, & cum eis ex fratribus eorum viros decem:
56 Et appendi eis aurum, & argentum, & vasa sacerdotalia domus Dei nostri, quæ donauerat rex, & consiliarij eius, & principes, & omnis Israel.
57 Et cum appendissem, tradidi argenti talenta centum quinquaginta, & vasa argentea talentorum centum, & auri talenta centum,
58 Et vasorum aureorum septies viginti, & vasa

Vulgat. Editio.

ærea de bono æramento splendentia, duodecim, auri speciem reddentia.
59 Et dixi eis: Et vos sancti estis Domino, & vasa sunt sancta, & aurum, & argentum votum est Domino Deo patrum nostrorum.
60 Vigilate, & custodite, donec tradatis ex plebis præpositis, & sacerdotibus, & Leuitis, & principibus ciuitatum Israel in Ierusalem, in pastophorio domus Dei nostri.
61 Et hi qui susceperunt sacerdotes, & Leuitæ aurum & argentum, & vasa, intulerunt in Ierusalem in templum Domini.
62 Et promouimus à fluuio Thia, die duodecima mensis primi, vsquequo introiuimus in Ierusalem.
63 Et cum factus fuisset tertius dies, quarta autem die ponderatum aurum & argentum traditum est in domo Domini Dei nostri, Marimoth filio Iori sacerdoti:
64 Et cum ipso erat Eleazar filius Phinees: & erant cum ipsis Iosadus filius Iesu, & Medias, & Banni filius Leuitæ ad numerum, & ad pondus vniuersa.
65 Et scriptum est pondus ipsorum eadem hora.
66 Qui autem venerunt ex captiuitate obtulerunt sacrificium Domino Deo Israel, tauros duodecim pro omni Israel, arietes octoginta sex,
67 Agnos septuagintaduos, hircos pro peccato duodecim, & pro salute vaccas duodecim, omnia in sacrificium Domini.
68 Et relegerunt præcepta regis regalibus dispensatoribus, & suis regulis Cœlesyriæ, & Phœnicis: & honorificauerunt gentem, & templum Domini.
69 Et consummatis his accesserunt ad me præpositi, dicentes: Non segregauerunt genus Israel, & Principes, & Sacerdotes & Leuitæ,
70 Et alienigenæ gentes, & nationes terræ immunditias suas à Chananæis, & Hethæis, & Pherezæis, & Iebuzæis, & Moabitis, & Aegyptiis, & Idumæis.
71 Coniuncti enim sunt filiabus eorum, & ipsi, & filij eorum, & mistum est semen sanctum alienigenis gentibus terræ: & participes erant præpositi, & magistratus iniquitatis eius ab initio ipsius regni.
72 Et mox, vt audiui ista, conscidi vestimenta, & sacram tunicam: & lacerans capillos capitis, & barbam, sedi dolens, & mœstus.
73 Et conuenerunt quotquot tunc mouebantur in verbo Domini Dei Israel, ad me lugentem super iniquitatem istam, & sedebam tristis vsque ad sacrificium vespertinum.
74 Et consurgens à ieiunio, conscissa habens vestimenta, & sacram tunicam, ingeniculans, & extendens manus ad Dominum,
75 Dicebam: Domine confusus sum, & reueritus sum ante faciem tuam,
76 Peccata enim nostra multiplicata sunt super capita nostra, & iniquitates nostræ exaltatæ sunt vsque ad cœlum.
77 Quoniam à temporibus patrum nostrorum sumus in magno peccato vsque ad diem hunc.
78 Et propter peccata nostra, & patrum nostrorum sumus traditi cum fratribus nostris, & cum sacerdotibus nostris, regibus terræ in gladium, & captiuitatem, & deprædationem cum confusione vsque in hodiernum diem.
79 Et nunc quantum est hoc quod contigit nobis misericordia abs te Domine Deus, & relinque nobis radicem, & nomen in locum sanctificationis tuæ,
80 Detegere luminare nostrum in domo Domini Dei nostri, dare nobis cibum in omni tempore seruitutis nostræ.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

81 Et cum seruiremus, non fuimus derelicti à Domino Deo nostro: sed constituit nos in gratia, ponens nobis reges Persarum dare cibum.
82 Et clarificare templum Domini Dei nostri, & ædificare deserta Sion, dare nobis stabilitatem in Iudæa, & Ierusalem.
83 Et nunc quid dicimus Domine habentes hæc? Transgressi enim sumus præcepta tua, quæ dedisti in manus puerorum tuorum prophetarum,
84 Dicens: Quoniam terra, in quam introistis possidere hæreditatem eius, terra polluta est coinquinationibus alienigenarum terræ, & immunditiæ illorum repleuerunt eam totam immunditia sua.
85 Et nunc filias vestras non coniungetis filiis eorum, & filias eorum non accipietis filiis vestris,
86 Et non inquiretis pacem habere cum illis omni tempore, vt inualescentes manducetis optima terræ, & hæreditatem distribuatis filiis vestris vsque in æuum.
87 Et quæ contingunt nobis, omnia fiunt propter opera nostra maligna, & magna peccata nostra.
88 Et dedisti nobis talem radicem, & rursum reuersi sumus transgredi legitima tua, vti commiscere mur immunditiæ alienigenarum gentium terræ huius.
89 Nonne irasceris nobis perdere nos, quoadusque non relinquatur radix, & nomen nostrum?
90 Domine Deus Israel, verax es. Derelicta est enim radix vsque in hodiernum diem.
91 Ecce, nunc sumus in conspectu tuo in iniquitatibus nostris. Non est enim adhuc stare ante te in his.
92 Et cū adorando cōfiteretur Esdras, flens, humi prostratus ante templum, congregati sunt ante eum ex Ierusalem turma magna valde, viri, & mulieres, & iuuenes, & iuuenculæ. Fletus enim erat magnus in ipsa multitudine.
93 Et cum clamasset, Iechonias Ieheli ex filiis Israel, dixit Esdræ: Nos in Dominum peccauimus, quod collocauimus nobis in matrimonium mulieres alienigenas ex gentibus terræ.
94 Et nunc es super omnem Israel. In his ergo fit iusiurandum à Domino expellere omnes vxores nostras, quæ ex alienigenis sunt cum filiis earum.
95 Sicut tibi decretum est à maioribus secundum legem Domini exurgens explica.
96 Ad te enim spectat negocium, & nos tecum sumus: viriliter fac.
97 Et exurgens Esdras adiurauit principes sacerdotum, & Leuitas, & omnem Israel facere secundum hæc, & iurauerunt.

CAP. IX.

ET exurgens Esdras ab ante atrium templi, abiit in pastophorium Ionathæ filij Nasabi,
2 Et hospitatus illic non gustauit panem, nec aquam bibit super iniquitatem multitudinis.
3 Et facta est prædicatio in omni Iudæa, & in Ierusalem omnibus, qui erant ex captiuitate in Ierusalem congregati,
4 Vt quicumque non occurrerit biduo, vel triduo diei secundum iudicium assidentium seniorum, tollerentur facultates suæ, & ipse alienus iudicaretur à multitudine captiuitatis.
5 Et congregati sunt omnes, qui erant ex tribu Iuda, & Beniamin in tribus diebus in Ierusalem. hic mensis est nonus, dies mensis vicesimus.

Vulgat. Editio.

6 Et sedit omnis multitudo in area templi trementes, propter hyemem præsentem.
7 Et exurgens Esdras, dixit illis: Vos inique fecistis collocantes vobis in matrimonium vxores alienigenas, vt adderetis ad peccata Israel.
8 Et nunc date confessionem, & magnificentiam Domino Deo patrum nostrorum.
9 Et perficite voluntatem ipsius, & discedite à gentibus terræ, & ab vxoribus alienigenis.
10 Et clamauit omnis multitudo, & dixerunt voce magna: Sicut dixisti, faciemus.
11 Sed quoniam multitudo magna est, & tempus hybernum, & non possumus insubsidiati stare: & hoc opus non est nobis vnius diei, neque bidui, multum enim in his peccauimus:
12 Stent præpositi multitudinis, & omnes qui vobiscum inhabitant, & quotquot habent vxores apud se alienigenas,
13 Et assistant accepto tempore ex omni loco presbyteri, & iudices vsquequo soluant iram Domini negotij huius.
14 Ionathas autem filius Ezieli, & Ozias Thecam susceperunt secundum hæc: & Bosoramus, & Leuis, & Sabbathæus simul cooperati sunt cum illis.
15 Et steterunt secundum hæc omnia vniuersi, qui erant ex captiuitate.
16 Et elegit sibi viros Esdras sacerdos principes magnos de patribus eorum secundum nomina: & consederunt nouilunio mensis decimi examinare negotium istud.
17 Et determinatum est de viris, qui habebant vxores alienigenas, vsque ad neomeniam primi mensis:
18 Et inuenti sunt ex sacerdotibus permisti, qui habebant alienigenas vxores.
19 Ex filiis Iesu filij Iosedec, & fratribus eius: Maseas, & Eliozerus, & Ioribus, & Ioadeus.
20 Et iniecerunt manus, vt expellerent vxores suas: & ad litandum in exorationem, arietem pro ignorantia sua.
21 Et ex filiis Semmeri: Maseas, & Esses, & Ieelech, Azarias.
22 Et ex filiis Fosere: Limosias, Hismaenis, & Nathanee, Iussio, Reddus, & Thalsas.
23 Et ex Leuitis: Iorabdus, & Semeis, & Colnis, & Calita, & Facteas, & Coluas, & Elionas.
24 Et ex sacris cantoribus, Eliasib, Zaccarus.
25 Et ex ostiariis: Salumus, & Tolbanes.
26 Et ex Israel ex filiis Foro, Ozi, & Remias & Geddias, & Melchias, & Michelus, Eleazarus, & Iammebias, & Bannas.
27 Et ex filijs Iolaman: Chamas, & Zacharias, & Iezrelus, & Ioddius, & Erimoth, & Helias.
28 Et ex filiis Zathoim, Eliadas, & Liasumus, Zochias, & Larimoth, & Zabdis, & Tebedias.
29 Et ex filiis Zebes: Ioannes, & Amanias, & Zabdias, & Emeus.
30 Et ex filiis Banni: Olamus, & Maluchus, & Ieddeus, & Iasub, & Azabus, & Ierimoth.
31 Et ex filiis Addin: Naathus, & Moosias, & Caleus, & Raanas, Maaseas, Mathathias, & Beseel, & Bonnus, & Manasses.
32 Et ex filiis Naue: Noneas, & Aseas, & Melchias, & Sameas, & Simon, Beniamin, & Malchus, & Marras.
33 Et ex filiis Asom: Carianeus, Mathathias, & Bannus, & Eliphalach, & Manasses, & Semei.
34 Et ex filiis Banni: Ieremias, & Moadias, & Abramus, & Iohel, & Baneas, & Pelias, & Ionas, & Marimoth, & Eliasib & Mathaneus, & Eliasis, & Orizas,

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

& Dielus, & Semedius, & Zambris, & Iosephus.

35 Et ex filiis Nobei: Idelus, & Mathathias, & Sabadus, & Zecheda, Sedmi, & Iessei, Baneas.

36 Omnes isti coniunxerunt sibi vxores alienigenas, & dimiserunt eas cum filiis.

37 Et inhabitauerunt sacerdotes, & Leuitæ: & qui erant ex Israel in Ierusalem, & in tota vna regione nouilunio mensis septimi. Et erant filij Israel in commorationibus suis.

38 Et congregata est omnis multitudo simul in aream, quæ est ab Oriente portæ sacræ:

39 Et dixerunt Esdræ pontifici, & lectori, vt afferret legẽ Moysi, quæ tradita est à Domino Deo Israel.

40 Et attulit Esdras põtifex legem omni multitudini eorum à viro vsque ad mulierem, & omnibus sacerdotibus audire legem nouilunio mensis septimi.

41 Et legebat in area, quæ est ante sacram portam templi, à prima luce vsque ad vesperam coram viris, & mulieribus. Et dederunt omnes sensum ad legem.

42 Et stetit Esdras sacerdos, & lector legis super ligneum tribunal, quod fabricatum erat.

43 Et steterunt ad eum Mathathias & Samus, Ananias, Azarias, Vrias, Ezechias, & Balsamus ad dexteram:

44 Et ad sinistram Faldeus, Misael, Malachias, Abusthas, Sabus, Nabadias, & Zacharias.

45 Et assumpsit Esdras librum coram omni multitudine: præsidebat enim in gloria in conspectu omnium.

46 Et cum absoluisset legem, omnes erecti steterunt: & benedixit Esdras Dominum Deum altissimum, Deum Sabaoth omnipotentem.

Vulgat. Editio.

47 Et respondit omnis populus, Amen. Et eleuatis sursum manibus procidentes in terram, adorauerunt Dominum.

48 Iesus, & Banaeus, & Sarebias, & Iaddimus, & Accubus, & Sabbathæus, & Calithes, & Azarias, & Ioradus, & Ananias, & Philias Leuitæ.

49 Qui docebant legem Domini, & in multitudine legebant legem Domini, & præferebant singuli eos, qui intelligebant lectionem.

50 Et dixit Atharathes Esdræ pontifici, & lectori, & Leuitis, qui docebant multitudinem,

51 Dicens. Dies hic sanctus est Domino. Et omnes flebant, cum audissent legem.

52 Et dixit Esdras, Digressi ergo manducate pinguissima quæque & bibite dulcissima quæque & mittite munera his, qui non habent.

53 Sanctus enim est hic dies Domini, & nolite mœsti esse. Dominus enim clarificabit vos.

54 Et Leuitæ denunciabant in publico omnibus, dicentes, Dies hic sanctus est, nolite mœsti esse.

55 Et abierunt omnes manducare, & bibere, & epulari, & dare munera his, qui non habebant, vt epularentur. Magnifice enim sunt exaltati verbis quibus edocti sunt.

56 Et congregati sunt vniuersi in Ierusalem celebrare lætitiam, secundum testamentum Domini Dei Israel.

FINIS LIBRI TERTII ESDRAE.

Vulgat. Editio.

[illegible] tempore [illegible] Sicut [illegible]

10 [illegible]

11 [illegible]

12 [illegible] & populus [illegible]

13 [illegible]

14 [illegible]

15 [illegible]

16 [illegible]

17 [illegible] eos [illegible] super montem Sina.

18 [illegible] & flatuisti terram, & com[illegible] & tremere fecisti abyssos, & contur[illegible],

19 [illegible] gloria tua portas quatuor ignis, & [illegible] & spiritus, & gelu, vt dares semini Iacob [illegible] generationi Israel diligentiam.

20 [illegible] non abstulisti ab eis cor malignum, vt face[illegible] tua in eis fructum.

21 [illegible] malignum baiulans primus Adam [illegible] est, sed & oés qui de eo nati sūt.

22 [illegible] infirmitas, & [illegible] malignitate radicis [illegible] malignum.

23 [illegible] tempora, & [illegible] nomine Dauid,

24 [illegible] ciuitatem nominis tui [illegible] & oblationes.

25 [illegible] annis multis, & dereliquerunt [illegible] ciuitatem.

26 [illegible] sicut fecit Adam, & om[illegible] habebant enim & ipsi corde [illegible]

27 [illegible] ciuitatem tuam in manibus [illegible]

28 [illegible] faciunt, qui [illegible] dominabitur Sion?

29 [illegible]

[illegible] vnius [illegible]

Vulgat. Editio.

36 Hos quidem per nomen inuenies seruasse [illegible] non inuenies.

CAP. IV.

Et [illegible] ad me Angelus, qui missus est ad [illegible]

2 [illegible] excedens excessit cor tuum in [illegible] cogitas viam Altissimi.

3 [illegible] Et respondit mihi, & [illegible] tres sum ostendere tibi, & tres si[illegible] coram te.

4 [illegible] si renunciaueris vnam ex his, [illegible] videre [illegible]

5 [illegible] Et dixi, [illegible] me [illegible] mensura mihi [illegible] quæ præterijt.

6 [illegible] peteris [illegible]

7 Et dixit [illegible], dicens: Quanta [illegible] quæ [illegible]

8 [illegible] dicit [illegible] quam ascendi.

9 Nunc [illegible] & vento & [illegible] non [illegible] eis.

10 [illegible]

11 [illegible] intellige[illegible] corru[illegible]

12 [illegible] & non intelligere [illegible]

13 Et respondit [illegible] profectus sum [illegible] cogitaue-runt cogitationem.

14 Et dixerunt: Venite & [illegible] ad [illegible] bellum, vt [illegible]

15 [illegible]

16 [illegible]

17 [illegible]

18 [illegible]

19 [illegible]

20 [illegible]

21 [illegible]

Vulgat. Editio.

24 Et pertranſiuimus de ſæculo, vt locuſtæ, & vita noſtra ſtupor, & pauor, & nec digni ſumus miſericordiam conſequi.

25 Sed quid faciet nomini ſuo, quod inuocatum eſt ſuper nos? & de his interrogaui.

26 Et reſpondit ad me, & dixit: Si fueris plurimum ſcrutatus, frequenter miraberis: quoniam feſtinans feſtinat ſæculum pertranſire,

27 Et non capit portare, quæ in futuris temporibus iuſtis repromiſſa ſunt: quoniam plenum iniuſtitia eſt ſæculum hoc, & infirmitatibus.

28 De quibus autem interrogas, dicam: ſeminatum enim eſt malum, & necdum venit deſtructio ipſius.

29 Si ergo non inuerſum fuerit, quod ſeminatum eſt, & diſceſſerit locus vbi ſeminatum eſt malum, non veniet vbi ſeminatum eſt bonum.

30 Quoniam gramen ſeminis mali ſeminatum eſt in corde Adam ab initio: & quantum impietatis generauit vſque nunc, & generat vſque cum veniat area?

31 AEſtima autem apud te gramen mali ſeminis, quantum fructum impietatis generauit:

32 Quando ſecatæ fuerint ſpicæ, quarum non eſt numerus, quam magnam aream incipient facere?

33 Et reſpondi, & dixi: Quomodo, & quando hęc? Quare modici & mali anni noſtri?

34 Et reſpondit ad me, & dixit mihi: Non feſtines tu ſuper Altiſſimum. Tu enim feſtinas inaniter eſſe ſuper ipſum. nam exceſſus tuus multus.

35 Nonne de his interrogauerunt animæ iuſtorum in promptuariis ſuis, dicentes, Vſquequo ſpero ſic? & quando veniet fructus areæ mercedis noſtræ?

36 Et reſpondit ad ea Ieremiel Archangelus, & dixit: Quando impletus fuerit numerus ſeminum in vobis, quoniam in ſtatera ponderauit ſæculum,

37 Et menſura menſurauit tempora, & numero numerauit tempus, & non commouit. nec excitauit vſquedum impleatur prædicta menſura.

38 Et reſpondi, & dixi: O Dominator Domine, ſed & nos omnes pleni ſumus impietate.

39 Et ne forte propter nos non impleantur iuſtorum areæ, propter peccata inhabitantium ſuper terram.

40 Et reſpondit ad me, & dixit: Vade, & interroga prægnantem, ſi quando impleuerit nouem menſes ſuos, adhuc poterit matrix eius retinere partum in ſemetipſa?

41 Et dixi, Non poteſt Domine. Et dixit ad me, In inferno promptuaria animarum matrici aſſimilata ſunt.

42 Quemadmodum enim illa feſtinat, quæ parit effugere neceſſitatem partus: ſic & hæc feſtinat reddere ea, quæ commendata ſunt.

43 Ab initio tibi demonſtrabitur de his, quæ concupiſcis videre.

44 Et reſpondi, & dixi: Si inueni gratiam ante oculos tuos, & ſi poſſibile eſt, & ſi idoneus ſum,

45 Demonſtra mihi, ſi pluſquam præteritum ſit habet viuere, aut plura pertranſierunt ſupra quam futurum eſt.

46 Quid pertranſiuit, ſcio: quid autem futurum ſit, ignoro.

47 Et dixit ad me: Sta ſuper dexteram partem, & demonſtrabo tibi interpretationem ſimilitudinis.

48 Et ſteti, & vidi: & ecce fornax ardens tranſiit coram me. & factum eſt, cum tranſiret flamma, vidi & ecce ſuperauit fumus.

49 Poſt hæc tranſiit coram me nubes plena aquæ, & immiſit pluuiam impetu multam: & cum tranſiſſet impetus pluuiæ, ſuperauerunt in ea guttæ.

50 Et dixit ad me. Cogita tibi: ſicut creſcit pluuia amplius, quam guttæ, & ignis quam fumus: ſic ſuperabundauit, quæ tranſiuit menſura. Superauerũt autem guttæ, & fumus:

51 Et oraui, & dixi, Putas viuo vſque in diebus illis? vel quid erit in diebus illis?

52 Reſpondit ad me, & dixit, De ſignis, de quibus me interrogas, ex parte poſſum tibi dicere: de vita autem tua non ſum miſſus dicere tibi, ſed neſcio.

CAP. V.

DE ſignis autem: ecce dies venient, in quibus apprehendentur, qui inhabitant terram in cenſu multo: & abſcondetur veritatis via: & ſterilis erit à fide regio:

2 Et multiplicabitur iniuſtitia ſuper hanc quam ipſe tu vides, & ſuper quam audiſti olim:

3 Et erit impoſito veſtigio, quam nunc vides regnare regionem, & videbunt eam deſertam.

4 Si autem tibi dederit Altiſſimus viuere, videbis poſt tertiam tubam, & relucęſcet ſubito ſol noctu, & luna ter in die,

5 Et de ligno ſanguis ſtillabit, & lapis dabit vocem ſuam, & populi commouebuntur:

6 Et regnabit, quem non ſperant, qui inhabitant ſuper terram, & volatilia commigrationem facient:

7 Et mare Sodomiticum piſces reijciet, & dabit vocem noctu, quam non nouerant multi. omnes autem audient vocem eius,

8 Et chaos fiet per loca multa, & ignis frequenter remittetur, & beſtiæ agreſtes tranſmigrabunt, & mulieres menſtruatæ parient monſtra,

9 Et in dulcibus aquis ſalſæ inuenientur, & amici omnes ſemetipſos expugnabunt: & abſcondetur tunc ſenſus, & intellectus ſeparabitur in promptuarium ſuum:

10 Et quæretur à multis, & non inuenietur: & multiplicabitur iniuſtitia, & incõtinentia ſuper terram

11 Et interrogabit regio proximã ſuam, & dicet, Numquid per te pertranſiit iuſtitia iuſtum faciens? Et hoc negabit.

12 Et erit in illo tẽpore, & ſperabunt homines, & nõ impetrabũt: laborabũt, & non dirigetur viæ eorũ.

13 Hæc ſigna dicere tibi permiſſum eſt mihi: & ſi oraueris iterũ, & ploraueris, ſicut & nũc, & ieiunaueris ſeptem diebus, audies iterato horum maiora.

14 Et euigilaui, & corpus meum horruit valde: & anima mea laborauit, vt deficeret:

15 Et tenuit me qui venit Angelus, qui loquebatur in me, & confortauit me, & ſtatuit me ſuper pedes.

16 Et factum eſt in nocte ſecunda, & venit ad me Salathiel dux populi, & dixit mihi, Vbi eras? & quare vultus tuus triſtis?

17 An neſcis, quoniam tibi creditus eſt Iſrael in regione tranſmigrationis eorum?

18 Exurge ergo. & guſta panem, & non derelinquas nos, ſicut paſtor gregem ſuum in manibus luporum malignorum.

19 Et dixi ei, Vade à me, & non appropies ad me. Et audiuit, vt dixi: & receſſit à me.

20 Et ego ieiunaui diebus ſeptem vlulans, & plorans, ſicut mihi mandauit Vriel Angelus.

21 Et factum eſt poſt dies ſeptem, & iterum cogitationes cordis mei moleſtæ erant mihi valde,

22 Et reſumpſit anima mea ſpiritum intellectus: & iterum cœpi loqui coram Altiſſimo ſermones,

23 Et dixi, Dominator Domine ex omni ſilua terræ, & omnibus arboribus eius, elegiſti vineã vnicã,

Vulgat. Editio.

24 Et ex omni terra orbis, elegisti tibi foueã vnam: & ex omnibus floribus orbis, elegisti tibi liliũ vnũ:
25 Et ex omnibus abyssis maris, repleſti tibi riuũ vnum: & ex omnibus ædificatis ciuitatibus, sanctificasti tibimetipſi Sion:
26 Et ex omnibus creatis volatilibus, nominasti tibi columbam vnam, & ex omnibus plasmatis pecoribus, prouidisti tibi ouem vnam:
27 Et ex omnibus multiplicatis populis, acquisiuisti tibi populum vnum & ab omnibus probatam legem donasti huic, quem desiderasti populo.
28 Et nunc Domine, vt quid tradidisti vnum pluribus? Et præparasti ſuper vnam radicem alias, & disperdidisti vnicum tuum in multis:
29 Et conculcauerunt eum, qui contradicebant ſponsionibus tuis, quique tuis testamentis non credebant.
30 Et si odiens odisti populum tuum, tuis manibus debet castigari.
31 Et factum est, cum locutus essem ſermones, & missus est Angelus ad me, qui ante venerat ad me præterita nocte,
32 Et dixit mihi. Audi me, & instruam te: & intende mihi, & adijciam coram te.
33 Et dixi, Loquere Domine meus. Et dixit ad me, valde tu in excessu mentis factus es pro Israel: an plus dilexisti eum, quam qui eum fecit?
34 Et dixi ad eum, Non Domine, ſed dolens locutus ſum. Torquent enim me renes mei per omnem horam, quærentem apprehendere ſemitam Altissimi, & inuestigare partem iudicij eius.
35 Et dixit ad me, Non potes. Et dixi, Quare Domine? Ad quid naſcebar, aut quare non fiebat matrix matris meæ mihi ſepulchrum, vt non viderem laborem Iacob & defatigationem generis Israel?
36 Et dixit ad me, Numera mihi, quæ necdum venerant, & collige mihi diſperſas guttas, & reuirida mihi aridos flores,
37 Et aperi mihi clauſa promptuaria, & produc mihi incluſos in eis flatus; demonstra mihi vocis imaginem: & tunc ostendam tibi laborem quem rogas videre.
38 Et dixi, Dominator Domine, quis enim est, qui potest hæc ſcire, niſi qui cum hominibus habitationem non habet?
39 Ego autem insipiens: & quomódo potero dicere de his, quibus me interrogasti?
40 Et dixit ad me, Quomodo non potes facere vnum de his, quæ dicta ſunt: ſic non poteris inuenire iudicium meum, aut in fine charitatem, quam populo promisi.
41 Et dixi, Sed ecce Domine tu prope es his, qui in finem ſunt: & quid facient, qui ante me fuerunt, aut nos, aut hi qui post nos?
42 Et dixit ad me, Coronæ assimilabo iudicium meum. Sicut non nouissimorum tarditas, ſic nec priorum velocitas.
43 Et respondi, & dixi, Nec poteras facere eos, qui facti ſunt, & qui ſunt, & qui futuri ſunt, in vnum, vt celerius iudicium tuum ostendas?
44 Et respondit ad me, & dixit, Non potest festinare creatura ſuper creatorem, nec ſustinere ſæculum eos, qui in eo creandi ſunt, in vnum.
45 Et dixi. Quomodo dixisti ſeruo tuo, quoniam viuificans viuificasti à te creatam creaturam in vnum, & ſustinebat creatura: poterit & nunc portare præſentes in vnum.
46 Et dixit ad me, Interroga matricem mulieris, & dices ad eam, Et si paris, quare per tempus? Roga ergo eam, vt det decem in vnum.

Vulgat. Editio.

47 Et dixi, Non vtiq; poterit: ſed ſecundum tempus.
48 Et dixit ad me, Et ego dedi matricem terræ his, qui ſeminati ſunt ſuper eam per tempus:
49 Quemadmodum enim infans non parit ea, quæ ſenum ſunt: ſic ego diſpoſui à me creatum ſæculum.
50 Et interrogaui, & dixi, Cum iam dederis mihi viã, loquar corã te: nam mater nostra, de qua dixisti mihi, adhuc iuuenis est: iam ſenectuti appropinquat.
51 Et respondit ad me, & dixit, Interroga eam, quæ parit, & dicet tibi.
52 Dices enim ei, Quare quos peperisti, nunc non ſunt ſimiles his, qui ante te, ſed minores statura?
53 Et dicet tibi & ipſa, Alij ſunt qui in iuuentute virtutis nati ſunt: & alij qui ſub tempore ſenectutis, deficiente matrice ſunt nati.
54 Considera ergo & tu quoniam minori statura estis præ his qui ante vos:
55 Et qui post vos, minori quam vos, quasi iam ſeneſcentes creaturæ, & fortitudinem iuuentutis prætereuntes. Et dixi. Rogo, Domine, si inueni gratiam ante oculos tuos, demonstra ſeruo tuo, per quem visites creaturam tuam.

C A P. VI.

ET dixit ad me, Initio terreni orbis, & antequam starent exitus ſæculi, & antequam ſpirarent conuentiones ventorum,
2 Et antequam ſonarent voces tonitruum, & antequam ſplenderent nitores coruſcationum, & antequam confirmarentur fundamenta paradisi,
3 Et antequam viderentur decori flores, & antequam confirmarentur motæ virtutes, & antequam colligerentur innumerabiles militiæ Angelorum,
4 Et antequam extollerentur altitudines aeris, & antequam nominarentur menſuræ firmamentorum, & antequam æstuarent camini in Sion,
5 Et antequam inuestigarentur præſentes anni, & antequam abalienarentur eorum, qui nunc peccant adinuentiones, & consignati essent, qui fidem theſaurizauerunt:
6 Tunc cogitaui, & facta ſunt per me ſolum, & non per alium: & finis per me, & non per alium.
7 Et respondi, & dixi, Quæ erit ſeparatio temporum? aut quando prioris finis, & ſequentis initium?
8 Et dixit ad me, Ab Abraham vſque ad Isaac, quando nati ſunt ab eo Iacob, & Eſau, manus Iacob tenebat ab initio calcaneum Eſau.
9 Finis enim huius ſæculi Eſau, & principium ſequentis Iacob.
10 Hominis manus inter calcaneum, & manum. Aliud noli quærere Eſdra.
11 Et respondi, & dixi, O dominator Domine, si inueni gratiam ante oculos tuos,
12 Oro vt demonstres ſeruo tuo finem ſignorum tuorum, quorum partem mihi demonstrasti nocte præcedenti.
13 Et respondit, & dixit ad me, Surge ſuper pedes tuos, & audi vocem plenissimam ſonitus.
14 Et erit ſicut commotio, nec commouebitur locus, in quo stes ſuper eum.
15 Ideo cum loquitur, tu non expaueas, quoniam de fine verbum, & fundamentum terræ intelligitur.
16 Quoniam de ipſis ſermo tremiſcit, & commouetur: ſcit enim quoniam finem eorum oportet commutari.
17 Et factum est, cum audissem, ſurrexi ſuper pedes meos, & audiui: & ecce vox loquens, & ſonus eius ſicut ſonus aquarum multarum,

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

18 Et dixit, Ecce dies veniunt, & erit quando appropinquare incipiam, vt visitem habitantes in terra:

19 Et quando inquirere incipiam ab eis, qui iniuste nocuerunt iniustitia sua, & quando suppleta fuerit humilitas Sion.

20 Et cum superfignabitur sæculum, quod incipient pertransire, hæc signa faciam, Libri aperientur ante faciē firmamēti, & omnes videbunt simul,

21 Et anniculi infantes loquentur vocibus suis, & prægnantes immaturos parient infantes trium, & quattuor mensium, & viuent, & suscitabuntur.

22 Et subito apparebunt seminata loca non seminata, & plena promptuaria subito inuenientur vacua:

23 Et tuba canet cum sono; quam cum omnes audierint, subito expauescent.

24 Et erit in illo tempore, debellabunt amici amicos, vt inimici, & expauescet terra cum his: & venæ fontiū stabunt, & non decurrent in horis tribus:

25 Et erit, omnis qui derelictus fuerit ex omnibus istis quibus prædixi tibi, ipse saluabitur, & videbit salutare meum, & finem sæculi vestri.

26 Et videbunt, qui recepti sunt homines, qui mortem non gustauerunt à natiuitate sua, & mutabitur cor inhabitantium, & conuertetur in sensum alium.

27 Delebitur enim malum, & extinguetur dolus.

28 Florebit autem fides, & vincetur corruptela, & ostendetur veritas, quæ sine fructu fuit diebus tantis.

29 Et factum est, cum loqueretur mihi, & ecce paulatim intuebar super eum ante quem stabam,

30 Et dixit ad me hæc, Veni tibi ostendere tempus venturæ noctis.

31 Si ergo iterum rogaueris, & iterum ieiunaueris septem diebus, iterum tibi renunciabo horum maiora per diem, quam audiui.

32 Audita est enim vox tua apud Altissimum. Vidit enim fortis directionem tuam, & prouidit pudicitiam, quam à iuuentute tua habuisti:

33 Et propter hoc misit me demonstrare tibi hæc omnia, & dicere tibi, Confide, & noli timere,

34 Et noli festinare cum prioribus temporibus cogitare vana, vt non properes à nouissimis temporibus.

35 Et factum est post hæc, & fleui iterum: & similiter ieiunaui septem diebus, vt suppleam tres hebdomadas, quæ dicta sunt mihi.

36 Et factum est in octaua nocte, & cor meum turbabatur iterato in me, & cœpi loqui coram Altissimo.

37 Inflammabatur enim spiritus meus valde, & anima mea anxiabatur.

38 Et dixi, ô Domine, loquens locutus es ab initio creaturæ in primo die dicens, Fiat cœlum, & terra: & tuum verbum opus perfectum.

39 Et erat tunc spiritus, & tenebræ circumferebantur, & silentium, sonus vocis hominis nondum erat abs te.

40 Tunc dixisti de thesauris tuis proferri lumen luminosum, quo appareret opus tuum.

41 Et die secundo creasti spiritum firmamenti, & imperasti ei, vt diuideret, & diuisionem faceret inter aquas, vt pars quædam sursum recederet, pars vero deorsum maneret.

42 Et tertia die imperasti aquis congregari in septima parte terræ: sex vero partes siccasti, & conseruasti, vt ex his sint coram te ministrantia seminata à Deo, & culta.

Vulgat. Editio.

43 Verbum enim tuum processit, & opus statim fiebat:

44 Processit enim subito fructus multitudinis immensus, & concupiscentiæ gustus multiformes, & flores colore immutabili, & odores odoramenti inuestigabilis, & die tertia hæc facta sunt.

45 Quarta autem die imperasti fieri solis splendorem, lunæ lumen, stellarum dispositionem:

46 Et imperasti eis, vt deseruirent futuro plasmato homini.

47 Quinto autem die dixisti septimæ parti, vbi erat aqua congregata, vt procrearet animalia, & volatilia, & pisces: & ita fiebat.

48 Aqua muta, & sine anima, quæ Dei nutu iubebantur, animalia faciebat, vt ex hoc mirabilia tua nationes enarrent.

49 Et tunc conseruasti duas animas: nomen vni vocasti Henoch, & nomē secūdæ vocasti Leuiathan,

50 Et separasti ea ab alterutro. Non enim poterat septima pars, vbi erat aqua congregata, capere ea.

51 Et dedisti Henoch vnam partem, quæ siccata est tertio die, vt habitet in ea vbi sunt mōtes mille.

52 Leuiathan autem dedisti septimam partem humidam, & seruasti eam, vt fiat in deuorationem quibus vis, & quando vis.

53 Sexto autem die imperasti terræ, vt crearet coram te iumenta, & bestias, & reptilia:

54 Et super his Adam, quem constituisti ducem super omnibus factis, quæ fecisti, & ex eo educimur nos omnes, quemque elegisti populum,

55 Hæc autem omnia dixi coram te Domine, quia propter nos creasti sæculum.

56 Residuas autem gentes ab Adam natas dixisti eas nil esse, & quoniam saliuæ assimilatæ sunt, & quasi stillicidiū de vase similasti abundantiā eorū.

57 Et nunc Domine, ecce, istæ gentes, quæ in nihilum deputatæ sunt, cœperunt dominari nostri, & deuorare:

58 Nos autem populus tuus quem vocasti primogenitum vnigenitum æmulatorem tuum, traditi sumus in manibus eorum:

59 Et si propter nos creatum est sæculum, quare non hereditatem possidemus cum sæculo? Vsquequo hæc?

CAP. VII.

ET factum est, cum finissem loqui verba hæc, missus est ad me Angelus qui missus fuerat ad me primis noctibus,

2 Et dixit ad me, Surge Esdra, & audi sermones quos veni loqui ad te.

3 Et dixi, Loquere Deus meus. Et dixit ad me, Mare positum est in spatioso loco, vt esset altum, & immensum:

4 Erit autem ei introitus, in angusto loco positus, vt esset similis fluminibus.

5 Quis enim volens voluerit ingredi mare, & videre eum, vel dominari eius: si non transierit angustum in latitudinem quomodo venire poterit?

6 Item aliud, Ciuitas est ædificata, & posita in loco campestri: est autem plena omniū bonorum.

7 Introitus eius angustus, & in præcipiti positus, vt esset à dextris quidem ignis, à sinistris aqua alta:

8 Semita autem est vna sola inter eos posita, hoc est, inter ignem, & aquam, vt non capiat semita, nisi solummodo vestigium hominis.

9 Si autem dabitur ciuitas homini in hæreditatem, si numquam antepositum periculum pertransierit, quomodo accipiet hæreditatem suam?

10 Et dixi, Sic Domine. Et dixit ad me: Sic est: & Israel pars.

11 Pro-

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

11 Propter eos enim feci ſæculum,& quando tranſgreſſus eſt Adam conſtitutiones meas, iudicatum eſt, quod factum eſt.

12 Et facti ſunt introitus huius ſæculi anguſti, & dolentes,& laborioſi: pauci autem & mali, & periculorum pleni:& labore magnopere fulti.

13 Nam maioris ſæculi introitus ſpatioſi, & ſecuri,& facientes immortalitatis fructum.

14 Si ergo ingredientes non fuerunt ingreſſi, qui viuunt,anguſta,& vana hæc : non poterunt recipere, quæ ſunt repoſita.

15 Nunc ergo quare tu conturbaris, cum ſis corruptibilis?& quid moueris tu,cum ſis mortalis?

16 Et quare non accepiſti in corde tuo, quod eſt futurum,ſed quod in præſenti?

17 Reſpondi,& dixi,Dominator Domine,ecce diſpoſuiſti lege tua, quoniam iuſti hæreditabunt hæc, impij autem peribunt.

18 Iuſti autem ferent anguſta, ſperantes ſpatioſa. qui enim impie geſſerunt, & anguſta paſſi ſunt, & ſpatioſa non videbunt.

19 Et dixit ad me:Non eſt iudex ſuper Deum, neque intelligens ſuper Altiſſimum.

20 Pereunt enim multi præſentes,quia negligitur, quæ antepoſita eſt Dei lex.

21 Mandans enim mandauit Deus venientibus, quando venerunt, quid facientes viuerent, & quid obſeruantes non punirentur.

22 Hi autem non ſunt perſuaſi & contradixerunt ei,& conſtituerunt ſibi cogitamen vanitatis.

23 Et propoſuerunt ſibi circumuentiones delictorum,& ſuperdixerunt Altiſſimo non eſſe, & vias eius non cognouerunt,

24 Et legem eius ſpreuerunt,& ſponſiones eius abnegauerunt, & in legitimis eius fidem non habuerunt,& opera eius non perfecerunt.

25 Propter hoc Eſdra vacua vacuis,& plena plenis.

26 Ecce tempus veniet & erit quando venient ſigna, quæ prædixi tibi, & apparebit ſponſa,& appareſcens oſtendetur,quæ nunc ſubducitur terra:

27 Et omnis qui liberatus eſt de prædictis malis, ipſe videbit mirabilia mea.

28 Reuelabitur enim filius meus I E S V S cum his qui cum eo ſunt,& iucundabuntur,qui relicti ſunt in annis quadringentis.

29 Et erit poſt annos hos, & morietur filius meus C H R I S T V S, & omnes qui ſpiramentum habent homines:

30 Et conuertetur ſæculum in antiquum ſilentium diebus ſeptem,ſicut in prioribus iudicijs, ita vt nemo derelinquatur.

31 Et erit poſt dies ſeptem, & excitabitur, quod nondum vigilat ſæculum,& morietur corruptum:

32 Et terra reddet, quæ in ea dormiunt, & puluis, qui in eo ſilentio habitant, & promptuaria reddent, quæ eis commendatæ ſunt animæ.

33 Et reuelabitur Altiſſimus ſuper ſedem iudicij, & pertranſibunt miſeriæ, & longanimitas congregabitur.

34 Iudicium autem ſolum remanebit, veritas ſtabit,& fides conualeſcet,

35 Et opus ſubſequetur,& merces oſtendetur,& iuſtitiæ vigilabunt,& iniuſtitiæ non dominabuntur.

36 Et dixi, Primus Abraham propter Sodomitas orauit, & Moyſes pro patribus, qui in deſerto peccauerunt,

37 Et qui poſt eum pro Iſrael in diebus Achaz, & Samuelis,

38 Dauid pro confractione,& Salomon pro eis,qui venerunt in ſanctificationem.

Vulgat. Editio.

39 Et Elias pro his qui pluuiam acceperunt,& pro mortuo,vt viueret,

40 Et Ezechias pro populo in diebus Sennacherib, & multi pro multis.

41 Si ergo modo quando corruptibile increuit, & iniuſtitia multiplicata eſt,& orauerunt iuſti pro impiis : quare & nunc ſic non erit?

42 Et reſpondit ad me, & dixit,Præſens ſæculum non eſt finis,gloria in eo frequens manet:propter hoc orauerunt pro inualidis.

43 Dies enim iudicij erit finis temporis huius, & initium temporis futuræ immortalitatis, in quo tranſiuit corruptela:

44 Soluta eſt intemperantia, abſciſſa eſt incredulitas : creuit autem iuſtitia,orta eſt veritas,

45 Tunc enim nemo poterit ſaluare eum qui perijt, neque demergere qui vicit,Et reſpondi:

46 Et dixi,Hic eſt ſermo meus primus, & nouiſſimus, quoniam melius erat non dare terram Adam, vel cum iam dediſſet,coercere eum, vt non peccaret,

47 Quid enim prodeſt hominibus in præſenti viuere in triſtitia & mortuos ſperare punitionem?

48 O tu quid feciſti Adam?Si enim tu peccaſti,non eſt factus ſolius tuus caſus,ſed & noſter qui ex te aduenimus.

49 Quid enim prodeſt nobis, ſi promiſſum eſt nobis immortale tempus:nos autem mortalia opera egimus?

50 Et quoniam prædicta eſt nobis perennis ſpes, nos vero peſſimi vani facti ſumus.

51 Et quoniam repoſita ſunt nobis habitacula ſanitatis,& ſecuritatis,nos vero male conuerſati ſumus.

52 Et quoniam repoſita eſt gloria Altiſſimi protegere eos,qui tarde conuerſati ſunt : nos autem peſſimis viis ambulauimus.

53 Et quoniam oſtendetur paradiſus,cuius fructus incorruptus perſeuerat, in quo eſt ſecuritas, & medela:

54 Nos vero non ingrediemur.in ingratis enim locis conuerſati ſumus.

55 Et quoniam ſuper ſtellas fulgebunt facies eorum,qui abſtinentiam habuerunt : noſtræ autem facies ſuper tenebras nigræ.

56 Non enim cogitauimus viuentes quando iniquitatem faciebamus, quod incipiemus poſt mortem pati.

57 Et reſpondit, & dixit, Hoc eſt cogitamentum certaminis,quod certabit,qui ſuper terram natus eſt homo.

58 Vt ſi victus fuerit, patiatur quod dixiſti: ſi autem vicerit,recipiet quod dico:

59 Quoniã hæc eſt vita, quam Moyſes dixit cum viueret,ad populum,dicẽs,Elige tibi vitam,vt viuas.

60 Non crediderunt autem ei, ſed nec poſt eum prophetis ſed nec mihi qui locutus ſum ad eos,

61 Quoniam non eſſet triſtitia in perditionem eorum, ſicut futurum eſt gaudium ſuper eos, quibus perſuaſa eſt ſalus.

62 Et reſpondi,& dixi,Scio Domine,quoniam vocatus eſt Altiſſimus miſericors in eo, quod miſereatur his,qui nondum in ſæculo aduenerunt,

63 Et quod miſeretur illis qui conuerſionem faciunt in lege eius:

64 Et longanimis eſt, quoniam longanimitatem præſtat his,qui peccauerunt quaſi ſuis operibus:

65 Et munificus eſt, quoniam quidem donare vult pro exigentiis:

66 Et multæ miſericordiæ, quoniam multiplicat magis miſericordias his qui præſentes ſunt, & qui præterierunt,& qui futuri ſunt.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

67 Si enim non multiplicauerit misericordias suas:non viuificabitur sæculum cum his qui inhæreditabunt in eo.
68 Et donat:quoniam si non donauerit de bonitate sua,vt alleuentur hi qui iniquitatem fecerunt, de suis iniquitatibus non poterit decies millesima pars viuificari hominum.
69 Et iudex si non ignouerit his qui curati sunt verbo eius, & deleuerit multitudinem contentionum:non fortassis derelinquerentur in innumerabili multitudine,nisi pauci valde.

CAP. VIII.

ET respondit ad me, & dixit: Hoc sæculum fecit Altissimus propter multos,futurum autem propter paucos:
2 Dicam autem coram te similitudinem Esdra. Quomodo autem interrogabis terram, & dicet tibi, quoniam dabit terram multam magis vnde fiat fictile, paruum autem puluerem vnde aurum fit: sic & actus præsentis sæculi.
3 Multi quidem creati sunt, pauci autem saluabuntur.
4 Et respondi,& dixi:Absorbe ergo anima sensum, & deuora,quod sapit.
5 Conuenisti enim obaudire,& prophetare volens. Nec enim tibi datum est spatium, nisi solummodo viuere.
6 O Domine,si non permittes seruo tuo,vt oremus coram te, & des nobis semen cordi, & sensui culturam,vnde fructus fiat, vnde viuere possit omnis corruptus,qui portabit locum hominis?
7 Solus enim es, & vna plasmatio nos sumus manuum tuarum,sicut locutus es:
8 Et quomodo nunc in matrice plasmatum est corpus,& præstas membra:conseruatur in igne, & aqua tua creatio:& nouem mensibus patitur tua plasmatio tuam creaturam,quæ in ea creata est:
9 Ipsum autem quod seruat, & quod seruatur, vtraque seruabuntur:seruataque quandoque iterum reddit matrix,quæ in ea creuerunt.
10 Imperasti enim ex ipsis membris,hoc est mammillis præbere lac fructui mammillarum,
11 Vt nutriatur id, quod plasmatum est vsque in tempus aliquod, & postea disponas eum tuæ misericordiæ.
12 Enutristi eum tua iustitia, & erudiisti eum in lege tua,& corripuisti eum tuo intellectu:
13 Et mortificabis eum,vt tuam creaturam: & viuificabis eum,vt opus tuum.
14 Si ergo perdideris eum, qui tantis laboribus plasmatus est tuo iussu facile est ordinari, vt & id quod fiebat seruaretur.
15 Et nunc Domine dicam, de omni homine tu magis scis:de populo autem tuo,ob quem doleo:
16 Et de hæreditate tua, propter quam lugeo: & propter Israel, propter quem tristis sum:& de Iacob, propter quem doleo:
17 Ideo incipiam orare coram te pro me,& pro eis: quoniā video lapsus nostros, qui inhabitamus terrā.
18 Sed audiui celeritatem iudicis, qui futurus est.
19 Ideo audi vocem meam, & intellige sermonem meum,& loquar coram te.
20 Initium verborum Esdræ priusquam assumeretur:& dixi, Domine, qui inhabitas sæculum, cuius oculi eleuati in superna,& aere:
21 Et cuius thronus inæstimabilis,& gloria incomprehensibilis: cui astat exercitus Angelorum cum tremore,

Vulgat. Editio.

22 Quorum seruatio in vento,& igni conuertitur: cuius verbum verum,& dicta perseuerantia:
23 Cuius iussio fortis,& dispositio terribilis: cuius aspectus arefacit abyssos,& indignatio tabescere facit montes,& veritas testificatur:
24 Exaudi orationem serui tui, & auribus percipe precationem figmenti tui.
25 Dū enim viuo,loquar:& dum sapio,respondebo:
26 Nec respicias populi tui delicta, sed qui tibi in veritate seruiunt.
27 Nec intendas impia gentium studia,sed qui tua testimonia cum doloribus custodierunt.
28 Nec cogites, qui in conspectu tuo falsè conuersati sunt,sed memorare, qui ex voluntate tua timorem cognouerunt.
29 Neque volueris perdere, qui pecudum mores habuerunt:sed respicias eos,qui legem tuam splendide docuerunt.
30 Nec indigneris eis, qui bestiis peiores iudicati sunt:sed diligas eos, qui semper in tua iustitia confidunt, & gloria.
31 Quoniam nos & patres nostri talibus morbis languemus:tu autem propter nos peccatores misericors vocaberis.
32 Si enim desideraueris,vt nostri miserearis,tunc misericors vocaberis, nobis autem non habentibus opera iustitiæ.
33 Iusti enim,quibus sunt opera multa reposita,ex propriis operibus recipient mercedem.
34 Quid est enim homo, vt ei indigneris: aut genus corruptibile,vt ita amarus sis de ipso?
35 In veritate enim nemo de genitis est, qui non impie gessit,& de confitentibus,qui non deliquit.
36 In hoc enim annunciabitur iustitia tua, & bonitas tua Domine, cum misertus fueris eis, qui non habent substantiam bonorum operum.
37 Et respondit ad me, & dixit: Recte locutus es aliqua:& iuxta sermones tuos,sic & fiet.
38 Quoniam non vere cogitabo super plasma eorum,qui peccauerunt ante mortem, ante iudicium, ante perditionem:
39 Sed iucundabor super iustorum figmentum,& memorabor peregrinationis quoque, & saluationis, & mercedis receptionis.
40 Quomodo ergo locutus sum,sic & est.
41 Sicut enim agricola serit super terram semina multa,& plantationes multitudinis plantat, sed non in tempore omnia, quæ seminata sunt, saluantur, sed nec omnia, quæ plantata sunt, radicabunt: sic & qui in sæculo seminati sunt, non omnes saluabuntur.
42 Et respondi,& dixi:Si inueni gratiam,loquar.
43 Quomodo semen agricolæ si non ascenderit, aut non acceperit pluuiam tuam in tempore, aut si corruptum fuerit multitudine pluuiæ,
44 Sic perit: & similiter homo, qui manibus tuis plasmatus est, & tu ei imago nominatus: quoniam similatus es ei, propter quem omnia plasmasti, & similasti semini agricolæ.
45 Non irascaris super nos, sed parce populo tuo, & miserere hæreditati tuæ: Tu autem creaturæ tuæ misereris.
46 Et respondit ad me,& dixit: Quæ sunt præsentia præsentibus,& quæ futura futuris?
47 Multum enim tibi restat, vt possis diligere meam creaturam super me: tibi autem frequenter & ipsi proximaui,iniustis autem numquam.
48 Sed & in hoc mirabilis es coram Altissimo,
49 Quoniam humiliasti te sicut decet te,& non iudicasti te,vt inter iustos plurimum glorificeris.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

50 Propter quod miseriæ multæ, & miserabiles efficientur eos, qui inhabitant sæculum in nouissimis: quia in multa superbia ambulauerunt.

51 Tu autem pro te intellige, & de similibus tuis inquire gloriam.

52 Vobis enim apertus est paradisus, plantata est arbor vitæ, præparatum est futurum tempus, præparata est abundantia, ædificata est ciuitas, probata est requies, perfecta est bonitas, & perfecta sapientia.

53 Radix mali signata est à vobis infirmitas, & tinea à vobis abscondita est, & in infernum fugit corruptio in obliuione.

54 Transierunt dolores, & ostensus est in fine thesaurus immortalitatis.

55 Noli ergo adijcere inquirendo de multitudine eorum qui pereunt.

56 Nam & ipsi accipientes libertatem, spreuerunt Altissimum, & legem eius contempserunt, & vias eius dereliquerunt.

57 Adhuc autem iustos eius conculcauerunt,

58 Et dixerunt in corde suo non esse Deum, & quidem scientes quoniam moriuntur.

59 Sicut enim vos suscipient, quæ prædicta sunt, sic eos sitis, & cruciatus, quæ præparata sunt. non enim voluit hominem disperdi.

60 Sed & ipsi qui creati sunt coinquinauerunt nomen eius qui fecit eos, & ingrati fuerunt ei qui præparauit eis vitam.

61 Quapropter iudicium meum modo appropinquat.

62 Quæ non omnibus demonstraui, nisi tibi, & tibi similibus paucis. Et respondi & dixi:

63 Ecce nunc Domine demonstrasti mihi multitudinem signorum, quæ incipies facere in nouissimis: sed non demonstrasti mihi quo tempore.

CAP. IX.

ET respondit ad me & dixit: Metiens metire tempus in temetipso: & erit cum videris, quando transierit pars quædam signorum, quæ prædicta sunt.

2 Tunc intelliges, quoniam ipsum est tempus in quo incipiet Altissimus visitare sæculum, quod ab eo factum est.

3 Et quando videbitur in sæculo motio locorum, & populorum turbatio,

4 Tunc intelliges quoniam de his erat Altissimus locutus à diebus qui fuerunt ante te ab initio.

5 Sicut enim omne, quod factum est in sæculo initium habet pariter & consummationem, & consummatio est manifesta:

6 Sic & Altissimi tempora initia habent manifesta in prodigijs, & virtutibus, & consummationes in actu, & in signis.

7 Et erit omnis qui saluus factus fuerit, & poterit effugere per opera sua, & per fidem in qua credidistis,

8 Relinquetur de prædictis periculis, & videbit salutare meum in terra mea, & in finibus meis, quoniam sanctificaui me à sæculo.

9 Et tunc miserebuntur qui nunc abusi sunt vias meas: & in tormentis commorabuntur hi qui eas proiecerunt in contemptu.

10 Quicumque enim non cognouerunt me, viuentes beneficia consecuti,

11 Et qui fastidierunt legem meam, cum adhuc erant habentes libertatem,

12 Et cum adhuc esset eis apertus pœnitentiæ locus, non intellexerunt, sed spreuerunt: hos oportet post mortem in cruciamento cognoscere.

13 Tu ergo adhuc noli curiosus esse quomodo impij cruciabuntur: sed inquire quomodo iusti saluabuntur, & quorum sæculum, & propter quos sæculum, & quando.

14 Et respondi, & dixi,

15 Olim locutus sum, & nunc dico, & postea dicam: quoniam plures sunt qui pereunt, quam qui saluabuntur,

16 Sicut multiplicatur fluctus super guttam. Et respondit ad me, & dixit,

17 Qualis ager, talia & semina: & quales flores, tales & tincturæ: & qualis operator, talis & creatio: & qualis agricola, talis & cultura: quoniam tempus erat sæculi.

18 Et nunc cum essem parans eis his qui nunc sunt: antequam fieret sæculum in quo habitarent, & nemo mihi contradixit.

19 Tunc enim quisque, & nunc creatur in mundo hoc parato, & mensa indeficienti, & lege inuestigabili corrupti sunt mores eorum.

20 Et consideraui sæculum, & ecce erat periculum propter cogitationes, quæ in eo aduenerunt.

21 Et vidi, & peperci ei valde, & seruaui mihi acinum de botro, & plantationem de tribu multa.

22 Pereat ergo multitudo, quæ sine causa nata est, & seruetur acinus meus, & plantatio mea: quia cum multo labore perfeci.

23 Tu autem si adhuc intermittas septem dies alios, sed non ieiunabis in eis:

24 Ibis in campum florum, vbi domus non est ædificata, & manducabis solummodo de floribus campi, & carnem non gustabis, & vinum non bibes, sed solummodo flores:

25 Deprecare Altissimum sine intermissione, & veniam, & loquar tecum.

26 Et profectus sum, sicut dixit mihi in campum, qui vocatur Ardath, & sedi ibi in floribus. Et de herbis agri manducaui, & facta est esca earum mihi in saturitatem.

27 Et factum est post dies septem, & ego discumbebam supra fœnum, & cor meum iterum turbabatur, sicut ante.

28 Et apertum est os meum, & inchoaui dicere coram Altissimo, & dixi,

29 O Domine, te nobis ostendens ostensus es patribus nostris in deserto, quod non calcatur, & infructuoso, quando erant exeuntes de Ægypto: & dicens dixisti,

30 Tu Israel audi me, & semen Iacob intende sermonibus meis.

31 Ecce enim ego semino in vobis legem meam, & faciet in vobis fructum, & glorificabimini in eo per sæculum.

32 Nam patres nostri accipientes legem non seruauerunt, & legitima mea non custodierunt: & factus est fructus legis non parens: nec enim poterat, quoniam tuus erat.

33 Nam qui acceperunt, perierunt, non custodientes quod in eis seminatum fuerat.

34 Et ecce, consuetudo est, vt, cum acceperit terra semen, vel nauem mare, vel vas aliquod escam, vel potum, cum fuerit exterminatum id, in quo seminatum est, vel in quod missum est:

35 Simul & ipsa quæ seminata, vel missa sunt, vel quæ suscepta sunt, exterminantur, & suscepta iam non manent apud nos: sed nobis sic non factum est.

36 Nos quidem qui legem accepimus peccantes peribimus, & cor nostrum quod suscepit eam.

37 Nam lex non perit, sed permansit in suo labore.

Vulgat. Editio.

38 Et cum loquerer hæc in corde meo, respexi oculis meis, & vidi mulierem in dextera parte, & ecce hæc lugebat, & plorabat cum voce magna, & animo dolebat valde, & vestimenta eius discissa, & cinis super caput eius.

39 Et dimisi cogitatus in quibus eram cogitans, & conuersus sum ad eam, & dixi ei:

40 Vt quid fles? & quid doles animo? Et dixit ad me,

41 Dimitte me domine meus, vt defleam me & adijciam dolorem, quoniam valde amaro sum animo & humiliata sum valde.

42 Et dixi ei, Quid passa es? dic mihi. Et dixit ad me,

43 Sterilis fui ego famula tua, & non peperi, habens maritum annis triginta.

44 Ego enim per singulas horas, & per singulos dies, & annos hos triginta deprecor Altissimum nocte, ac die.

45 Et factum est, post triginta annos exaudiuit me Deus ancillam tuam, & vidit humilitatem meam, & attendit tribulationi meæ, & dedit mihi filium: & iucundata sum super eum valde ego, & vir meus, & omnes ciues mei, & honorificabamus valde Fortem.

46 Et nutriui eum cum labore multo.

47 Et factum est cum creuisset, & venisset accipere vxorem, feci diem epuli.

CAP. X.

Et factum est, cum introisset filius meus in thalamo suo, cecidit, & mortuus est:

2 Et euertimus omnes lumina, & surrexerunt omnes ciues mei ad consolandum me, & quieui vsque in alium diem vsque nocte.

3 Et factum est, cum omnes quieuissent, vt me consolarentur, vt quiescerem: & surrexi nocte, & fugi, & veni sicut vides in hoc campo:

4 Et cogito iam non reuerti in ciuitatem, sed hic consistere, & neque manducare, neque bibere, sed sine intermissione lugere, & ieiunare vsque dum moriar.

5 Et dereliqui sermones in quibus eram, & respondi cum iracundia ad eam, & dixi,

6 Stulta super omnes mulieres, non vides luctum nostrum, & quæ nobis contingunt?

7 Quoniam Sion mater nostra omni tristitia contristatur, & humilitate humiliata est, & luget validissime.

8 Et nunc quoniam omnes lugemus, & tristes sumus, quoniam omnes contristati sumus, tu autem contristaris in vno filio?

9 Interroga enim terram, & dicet tibi, quoniam hæc est, quæ debeat lugere casum tantorum super eam germinantium.

10 Et ex ipsa ab initio omnes nati, & alij venient: & ecce, pene omnes in perditionem ambulant, & exterminium fit multitudo eorum.

11 Et quis ergo debet lugere magis, nisi hæc quæ tam magnam multitudinem perdidit, quam tu, quæ pro vno doles? Si autem dicis mihi,

12 Quoniam non est planctus meus similis terræ, quoniam fructum ventris mei perdidi, quem cum mœroribus peperi, & cum doloribus genui:

13 Terra autem secundum viam terræ, abijtque in ea multitudo præsens, quo modo et venit: & ego tibi dico,

14 Sicut tu cum labore peperisti, sic & terra dat fructum suum homini ab initio ei qui fecit eam.

15 Nunc ergo retine apud temetipsam dolorem tuum, & fortiter fer qui tibi contigerunt casus.

16 Si enim iustificaueris terminum Dei, & consilium suum recepies in tempore, & in talibus collaudaberis;

17 Ingredere ergo in ciuitatem ad virum tuum. Et dixit ad me,

18 Non faciam, neque ingrediar ciuitatem, sed hic moriar.

19 Et apposui adhuc loqui ad eam, & dixi,

20 Noli facere hunc sermonem, sed consenti persuadenti. Quot enim casus Sion? Consolare propter dolorem Ierusalem.

21 Vides enim quoniam sanctificatio nostra deserta effecta est, & altare nostrum demolitum est, & templum nostrum destructum est,

22 Et psalterium nostrum humiliatum est, & hymnus conticuit & exultatio nostra dissoluta est, & lumen candelabri nostri extinctum est, & arca testamenti nostri direpta est, & sancta nostra contaminata sunt & nomen quod inuocatum est super nos, pene profanatum est: & liberi nostri contumeliam passi sunt, & sacerdotes nostri succensi sunt, & Leuitæ nostri in captiuitatem abierunt, & virgines nostræ coinquinatæ sunt, & mulieres nostræ vim passæ sunt, & iusti nostri rapti sunt, & paruuli nostri perditi sunt, & iuuenes nostri seruierunt, & fortes nostri inualidi facti sunt:

23 Et quod omnium maius, signaculum Sion, quoniam resignata est de gloria sua: nam & tradita est in manibus eorum, qui nos oderunt.

24 Tu ergo excute tuam tristitiam multam, & depone abs te multitudinem dolorum, vt tibi repropitietur Fortis, & requiem faciet tibi Altissimus requietionem laborum.

25 Et factum est, cum loquebar ad eam, facies eius fulgebat subito & species, coruscus fiebat visus eius, vt etiam pauerem valde ad eam, & cogitarem quid esset hoc.

26 Et ecce, subito emisit sonitum vocis magnum, timore plenum, vt commoueretur terra a mulieris sono. & vidi:

27 Et ecce, amplius mulier non comparebat mihi sed ciuitas ædificabatur, & locus demonstrabatur de fundamentis magnis: & timui, & clamaui voce magna & dixi,

28 Vbi est Vriel Angelus, qui à principio venit ad me? quoniam ipse me fecit venire in multitudinem in excessu mentis huius, & factus est finis meus in corruptionem, & oratio mea in improperium.

29 Et cum essem loquens ego hæc, ecce venit ad me, & vidit me.

30 Et ecce eram positus, vt mortuus & intellectus meus alienatus erat, & tenuit dexteram meam, & confortauit me, & statuit me super pedes meos, & dixit mihi,

31 Quid tibi est? & quare conturbatus est intellectus tuus, & sensus cordis tui? & quare conturbaris? Et dixi,

32 Quoniam dereliquisti me, & ego quidem feci secundum sermones tuos, & exiui in campum & ecce vidi, & video, quod non possum enarrare. Et dixit ad me,

33 Sta vt vir, & commouebo te. Et dixi,

34 Loquere Domine meus tu in me, noli me derelinquere, vt non frustra moriar:

35 Quoniam vidi, quæ non sciebam, & audio, quæ non scio.

36 Aut numquid sensus meus fallitur, & anima mea somniat?

37 Nunc ergo deprecor te, vt demonstres seruo tuo de excessu hoc. Et respondit ad me, & dixit,

Vulgat. Editio.

42 Tu enim nobis ſuperes ſolus ex omnibus po-
pulis,ſicut botrus de vinea, & ſicut lucerna in loco
obſcuro,& ſicut portus & nauis ſaluata à tempeſtate.
43 Aut non ſufficiunt nobis mala quæ contin-
gunt?
44 Si ergo tu nos dereliqueris, quanto nobis erat
melius ſi eſſemus ſuccenſi & nos cum incendio Sion.
45 Nec enim nos ſumus meliores eorum qui ibi
mortui ſunt.Et plorauerunt voce magna.Et reſpondi
ad eos,& dixi:
46 Confide Iſrael,& noli triſtari tu domus Iacob.
47 Eſt enim memoria veſtri coram Altiſſimo, &
Fortis non eſt oblitus veſtri in tentatione.
48 Ego enim non dereliqui vos, neque exceſſi à
vobis:ſed veni in hunc locum vt deprecarer pro de-
ſolatione Sion,vt quærerem miſericordiam pro hu-
militate ſanctificationis veſtræ.
49 Et nunc ite vnuſquiſque veſtrum in domum
ſuam,& ego veniam ad vos poſt dies iſtos.
50 Et profectus eſt populus,ſicut dixi ei,in ciuita-
tem:
51 Ego autem ſedi in campo ſeptem diebus,ſicut
mihi mandauit:& manducabam de floribus ſolum-
modo agri, de herbis facta eſt eſca mihi in diebus
illis.

CAP. XIII.

ET factum eſt poſt dies ſeptem, & ſomniaui
ſomnium nocte.
2 Et ecce de mari ventus exurgebat, vt conturba-
ret omnes fluctus eius.
3 Et vidi, & ecce conualeſcebat ille homo cum
millibus cœli:& vbi vultum ſuum vertebat vt con-
ſideraret,tremebant omnia quæ ſub eo videbantur.
4 Et vbicumque exibat vox de ore eius, ardeſce-
bant omnes qui audiebant voces eius ſicut quieſcit
terra quando ſenſerit ignem.
5 Et vidi poſt hæc, & ecce congregabatur multi-
tudo hominum,quorum non erat numerus de quat-
tuor ventis cœli,vt debellarent hominem qui aſcen-
derat de mari.
6 Et vidi, & ecce ſibimetipſi ſculpſerat montem
magnum,& volauit ſuper eum.
7 Ego autem quæſiui videre regionem vel locum
vnde ſculptus eſſet mons & non potui.
8 Et poſt hæc vidi, & ecce omnes qui congregati
ſunt ad eum, vt expugnarent eum,timebant valde,
tamen audebant pugnare.
9 Et ecce,vt vidit impetum multitudinis venien-
tis,non leuauit manum ſuam,neque frameam tene-
bat,neque aliquod vas bellicoſum niſi ſolummodo
vt vidi,
10 Quoniam emiſit de ore ſuo ſicut flatum ignis
& de labiis eius ſpiritus flammæ, & de lingua eius
emittebat ſcintillas & tempeſtates,& commiſta ſunt
omnia ſimul,hic flatus ignis, & ſpiritus flammæ, &
multitudo tempeſtatis:
11 Et concidit ſuper multitudinem in impetu,
quæ præparata erat pugnare,& ſuccendit oẽs,vt ſubi-
to nihil videretur de innumerabili multitudine, niſi
ſolummodo puluis,& fumi odor:& vidi, & extimui.
12 Et poſt hæc vidi ipſum hominem deſcenden-
tem de monte, & vocantem ad ſe multitudinem
aliam pacificam,
13 Et accedebat ad eum vultus hominũ multorum
quorumdam gaudentium, quorumdam triſtantium:
aliqui vero alligati,aliqui adducentes ex eis,qui offe-
rebantur.& ægrotaui à multitudine pauoris,& exper-
gefactus ſum & dixi:
14 Tu ab initio demonſtraſti ſeruo tuo mirabilia
hæc,& dignum me habuiſti vt ſuſciperes depreca-

Vulgat. Editio.

tionem meam:
15 Et nunc demonſtra mihi adhuc interpretatio-
nem ſomnii huius.
16 Sicut enim exiſtimo in ſenſu meo, væ qui de-
relicti fuerunt in diebus illis:& multo plus væ his qui
non ſunt derelicti.
17 Qui enim non ſunt derelicti,triſtes erant.
18 Intelligo nunc quæ ſunt repoſita in nouiſſimis
diebus,& occurrent eis, ſed & his qui derelicti ſunt.
19 Propter hoc venerunt enim in pericula magna,
& neceſſitates multas,ſicut oſtendunt ſomnia hæc.
20 Attamen facilius eſt periclitantem venire in
hunc, quam pertranſire, ſicut nubem à ſæculo,&
nunc videre quæ contingunt in nouiſſimo. Et reſ-
pondit ad me,& dixit:
21 Et viſionis interpretationem dicam tibi : & de
quibus locutus es adaperiam tibi.
22 Quoniam de his dixiſti qui derelicti ſunt:hæc
eſt interpretatio.
23 Qui aufert periculum illo tempore, hic ſe cu-
ſtodiuit,qui in periculo inciderunt,hi ſunt qui ha-
bent opera & fidem ad Fortiſſimum.
24 Scito ergo quoniam magis beatificati ſunt qui
derelicti,ſuper eos qui mortui ſunt.
25 Hæ interpretationes viſionis,quia vidiſti virum
aſcendentem de corde maris,
26 Ipſe eſt quem conſeruat Altiſſimus multis tem-
poribus, qui per ſemetipſum liberabit creaturam
ſuam:& ipſe diſponet,qui derelicti ſunt.
27 Et quoniam vidiſti de ore eius exire, vt ſpiri-
tum,& ignem,& tempeſtatem:
28 Et quoniam non tenebat frameam, neque vas
bellicoſum : corrupit enim impetus eius multitudi-
nem, quæ venerat expugnare eum. Hæc eſt interpre-
tatio.
29 Ecce dies veniunt, quando incipiet Altiſſimus
liberare eos qui ſuper terram ſunt:
30 Et veniet in exceſſu mentis ſuper eos qui inha-
bitant terram.
31 Et alij alios cogitabunt debellare:ciuitas ciuita-
tem,& locus locum, & gens aduerſus gentem, & re-
gnum aduerſus regnum.
32 Et erit, cum fient hæc, & contingent ſigna quæ
ante oſtendi tibi : & tunc reuelabitur filius meus,
quem vidiſti,vt virum aſcendentem.
33 Et erit quando audierint omnes gentes vocem
eius : & derelinquet vnuſquiſque in regione ſua bel-
lum ſuum,quod habent ad alterutrum:
34 Et colligetur in vnum multitudo innumerabi-
lis,ſicut volentes venire,& expugnare eum.
35 Ipſe autem ſtabit ſuper cacumen montis Sion.
36 Sion autem veniet, & oſtendetur omnibus pa-
rata & ædificata,ſicut vidiſti montem ſculpi ſine ma-
nibus.
37 Ipſe autem filius meus arguet quæ adinuene-
runt Gentes, impietates eorum has quæ tempeſtati
appropinquauerunt propter mala cogitamenta eo-
rum,& cruciamenta quibus incipient cruciari:
38 Quæ aſſimilatæ ſunt flammæ, & perdet eos ſine
labore per legem quæ igni aſſimilata eſt.
39 Et quoniam vidiſti eum colligentem ad ſe aliam
multitudinem pacificam,
40 Hæ ſunt decem tribus, quæ captiuæ factæ ſunt
de terra ſua in diebus Oſee regis, quem captiuum
duxit Salmanaſar rex Aſſyriorum : & tranſtulit eos
trans flumen,& tranſlati ſunt in terram aliam.
41 Ipſi autem ſibi dederunt conſilium hoc vt de-
relinquerent multitudinem gentium, & proficiſce-
rentur in vlteriorem regionem,vbi numquam inha-
bitauit genus humanum:

42 Vel

Vulgat. Editio.

42 Vel ibi obseruare legitima sua, quæ non fuerant seruantes in regione sua.
43 Per introitus autem angustos fluminis Euphratem introierunt.
44 Fecit enim eis tunc Altissimus signa, & statuit venas fluminis vsquequo transirent.
45 Per eam enim regionem erat via multa itineris, anni vnius & dimidij: nam regio illa vocatur Arsareth.
46 Tunc inhabitauerunt ibi vsque in nouissimo tempore: & nunc iterum cum cœperint venire,
47 Iterum Altissimus statuet venas fluminis, vt possint transire: propter hæc vidisti multitudinem cum pace.
48 Sed & qui derelicti sunt de populo tuo, hi sunt qui inueniuntur intra terminum meum.
49 Factum erit ergo, quando incipiet perdere multitudinem earum, quæ collectæ sunt gentes, proteget eos qui superauerunt populum:
50 Et tunc ostendet eis multa plurima portenta.
51 Et dixi ego: Dominator Domine, hoc mihi ostende, propter quod vidi virum ascendentem de corde maris. Et dixit mihi.
52 Sicut non potes hæc vel scrutari, vel scire quæ sunt in profundo maris: sic non poterit quisque super terram videre filium meum, vel eos qui cum eo sunt, nisi in tempore diei.
53 Hæc est interpretatio somnii quod vidisti, & propter quod illuminatus es hic solus.
54 Dereliquisti enim tuam, & circa meam vacasti legem, & quæsisti.
55 Vitam enim tuam disposuisti in sapientia, & sensum tuum vocasti matrem:
56 Et propter hoc ostendi tibi merces apud Altissimum: erit enim post alios tres dies, ad te alia loquar, & exponam tibi grauia & mirabilia.
57 Et profectus sum, & transij in campum, multum glorificans & laudans Altissimum de mirabilibus quæ per tempus faciebat:
58 Et quoniam gubernat ipsum, & quæ sunt in temporibus illata, & sedi ibi tribus diebus.

CAP. XIV.

ET factum est tertio die, & ego sedebam sub quercu.
2 Et ecce, vox exiuit contra me de rubo, & dixit: Esdra Esdra. Et dixi: Ecce ego Domine, Et surrexi super pedes meos. Et dixit ad me:
3 Reuelans reuelatus sum super rubum, & locutus sum Moysi, quando populus meus seruiebat in AEgypto.
4 Et misi eum, & eduxi populum meum de AEgypto, & adduxi eum super montem Sina, & detinebam eum apud me diebus multis:
5 Et enarraui ei mirabilia multa, & ostendi ei temporum secreta & finem: & præcepi ei, dicens:
6 Hæc in palam facies verba, & hæc obscondes.
7 Et nunc tibi dico:
8 Signa quæ demonstraui, & somnia quæ vidisti, & interpretationes quas tu vidisti, in corde tuo repone ea:
9 Tu enim recipieris ab omnibus, conuerteris residuus cum consilio meo & cum similibus tuis, vsquequo finiantur tempora:
10 Quoniam sæculum perdidit iuuentutem suam, & tempora appropinquant senescere.
11 Duodecim enim partibus diuisum est sæculum, & transierunt eius decima & dimidium decimæ partis:

Vulgat. Editio.

12 Supersunt aũt eius post medium decimæ partis.
13 Nunc ergo dispone domum tuam, & corripe populum tuum, & consolare humiles eorum, & renuntia iam corruptelæ,
14 Et dimitte abs te mortales cogitationes, & proijce abs te pondera humana, & exue te iam infirmam naturam, & repone in vnam partem molestissima tibi cogitamenta, & festina transmigrare à temporibus his:
15 Quæ enim vidisti nunc contigisse mala, iterum horum deteriora facient:
16 Quantum enim inualidum fiet sæculum à senectute, tantum multiplicabuntur super inhabitantes mala.
17 Prolongauit enim se magis veritas, & appropinquauit mendacium. Iam enim festinat venire, quam vidisti visionem.
18 Et respondi, & dixi coram te Domine.
19 Ecce enim ego abibo, sicut præcepisti mihi, & corripiam præsentem populum. Qui autem iterum nati fuerint, quis commonebit?
20 Positum est ergo sæculum in tenebris, & qui inhabitant in eo sine lumine,
21 Quoniam lex tua incensa est, propter quod nemo scit quæ à te facta sunt, vel quæ incipient opera.
22 Si enim inueni in te gratiam, immitte in me Spiritum sanctum, & scribam omne quod factum est in sæculo ab initio, quæ erant in lege tua scripta, vt possint homines inuenire semitam, & qui voluerint viuere in nouissimis, viuant.
23 Et respondit ad me, & dixit: Vadens congrega populum, & dices ad eos, vt non quærant te diebus quadraginta.
24 Tu autem præpara tibi buxos multos, & accipe tecum Saream, Dabriam, Salemiam, Echanum, & Asiel, quinque hos qui parati sunt ad scribendum velociter.
25 Et venias huc, & ego accendam in corde tuo lucernam intellectus, quæ non extinguetur quoadusque finiantur quæ incipies scribere.
26 Et tunc perfectis quædam palam facies, quædam sapientibus absconse trades. in crastinum enim hac hora incipies scribere.
27 Et profectus sum, sicut mihi præcepit, & congregaui omnem populum, & dixi:
28 Audi Israel verba hæc:
29 Peregrinati sunt patres nostri ab initio in Aegypto, & liberati sunt inde:
30 Et acceperunt legem vitæ, quam non custodierunt, quam & vos post eos transgressi estis:
31 Et data est vobis terra in sortem, & terra Sion, & patres vestri, & vos iniquitatem fecistis, & non seruastis vias quas præcepit vobis altissimus:
32 Et iustus iudex cum sit, abstulit à vobis in tempore quod donauerat.
33 Et nunc vos hic estis, & fratres vestri introrsum vestrum sunt.
34 Si ergo imperaueritis sensui vestro, & erudieritis cor vestrum, viui conseruati eritis, & post mortem misericordiam consequemini.
35 Iudicium enim post mortem veniet, quando iterum reuiuiscemus: & tunc iustorum nomina parebunt, & impiorum facta ostendentur.
36 Ad me igitur nemo accedat nunc, neque requirat me vsque dies quadraginta.
37 Et accepi quinque viros sicut mandauit mihi, & profecti sumus in campum, & mansimus ibi.
38 Et factus sum in crastinũ, & ecce vox vocauit me dicẽs: Esdra aperi os tuũ, & bibe quo te potauero.
39 Et aperui os meũ, & ecce calix plenus porrigebatur

Vulgat. Editio.

batur mihi. Hoc erat plenum sicut aqua: color autem eius vt ignis similis.
40 Et accepi, & bibi: & in eo cum bibissem, cor meum cruciabatur intellectu, & in pectus meum increscebat sapientia. Nam spiritus meus conseruabatur memoria.
41 Et apertum est os meum, & non est clausum amplius.
42 Altissimus dedit intellectum quinque viris, & scripserunt quæ dicebantur excessiones noctis, quas non sciebant.
43 Nocte autem manducabant panem, ego autem per diem loquebar, & per noctem non tacebam.
44 Scripti sunt autem per quadraginta dies libri ducenti quattuor.
45 Et factum est cum compleuissent quadraginta dies, locutus est Altissimus, dicens: Priora quæ scripsisti, in palam pone, & legant digni & indigni:
46 Nouissimos autem septuaginta conseruabis, vt tradas eos sapientibus de populo tuo.
47 In his enim est vena intellectus, & sapientiæ fons, & scientiæ flumen. Et feci sic.

CAP. XV.

Ecce loquere in aures plebis meæ sermones prophetiæ, quos immisero in os tuum, dicit Dominus:
2 Et fac vt in charta scribantur, quoniam fideles & veri sunt.
3 Ne timeas à cogitationibus aduersum te, nec turbent te incredulitates dicentium.
4 Quoniam omnis incredulus in incredulitate sua morietur.
5 Ecce ego induco, dicit Dominus, super orbem terrarum mala, gladium, & famem, & mortem, & interitum:
6 Propter quod superpolluit iniquitas omnem terram, & adimpleta sunt opera nociua illorum.
7 Propterea dicit Dominus.
8 Iam non silebo de impietatibus eorum quæ irreligiose agunt, nec sustinebo in his quæ inique exercent, ecce sanguis innoxius & iustus clamat ad me, & animæ iustorum clamant perseueranter.
9 Vindicans vindicabo illos, dicit Dominus, & accipiam omnem sanguinem innoxium ex illis ad me.
10 Ecce populus meus quasi grex ad occisionem ducitur, iam non patiar illum habitare in terra Ægypti:
11 Sed educam eum in manu potenti & brachio excelso, & percutiam plaga sicut prius, & corrumpam omnem terram eius.
12 Lugebit Aegyptus, & fundamenta eius plaga verberata, & castigatione quas inducet ei Deus.
13 Lugebunt cultores operantes terram, quoniam deficient semina eorum ab vredine, & grandine, & à sidere terribili.
14 Væ sæculo, & qui habitant in eo:
15 Quia appropinquauit gladius, & contritio eorum, & exurget gens contra gentem ad pugnam, & romphæa in manibus eorum.
16 Erit enim inconstabilitio hominibus, & alij aliis inualescentes non curabunt regem suum, & principes viæ gestorum suorum in potentia sua.
17 Concupiscet enim homo in ciuitatem ire, & non poterit.
18 Propter superbiam enim eorum ciuitates turbabuntur, domus exterentur, homines metuent.
19 Non miserebitur homo proximum suum ad irritum faciendum domos eorum in gladium ad diripiendas substantias eorum propter famem panis, & tribulationem multam.

Vulgat. Editio.

20 Ecce, ego conuoco, dicit Deus, omnes reges terræ ad me verendum, qui sunt ab Oriente, & ab Austro, & ab Euro, & à Libano, ad conuertendos in se, & reddere quæ dederunt illis:
21 Sicut faciunt vsque hodie electis meis, sic faciam & reddam in sinu eorum. Hæc dicit Dominus Deus.
22 Non parcet dextera mea super peccatores, nec cessabit romphæa super effundentes sanguinem innoxium super terram.
23 Exiit ignis ab ira eius & deuorauit fundamenta terræ, & peccatores quasi stramen incensum.
24 Væ eis qui peccant, & non obseruant mandata mea, dicit Dominus.
25 Non parcam illis. Discedite filij à potestate. Nolite contaminare sanctificationem meam,
26 Quoniam nouit Dominus omnes qui delinquunt in illum: propterea tradidit eos in mortem, & in occisionem.
27 Iam enim venerunt super orbem terrarum mala, & manebitis in illis. non enim liberabit vos Deus, propter quod peccastis in eum.
28 Ecce visio horribilis, & facies illius ab oriente.
29 Et exient nationes draconum Arabum in curribus multis, & sicut flatus, eorum numerus feretur super terram, vt iam timeant & trepident omnes qui illos audient.
30 Carmonij insanientes in ira, & exient vt apri de silua, & aduenient in virtute magna, & constabunt in pugnam cum illis, & vastabunt portionem terræ Assyriorum.
31 Et post hæc superualescent dracones natiuitatis suæ memores, & conuertent se conspirantes in virtute magna ad persequendos eos.
32 Isti turbabuntur & silebunt in virtute illorum, & conuertent pedes suos in fugam,
33 Et à territorio Assyriorum subsessor obsidebit eos, & consumet vnum ex illis, & erit timor & tremor in exercitu illorũ, & contentio in reges ipsorum.
34 Ecce nubes ab Oriente, & Septentrione vsque ad Meridianum, & facies earum horrida valde, plena iræ & procellæ,
35 Et collident se inuicem, & collident sidus copiosum super terram, & sidus illorum, & erit sanguis à gladio vsque ad ventrem,
36 Et fimus hominis vsque ad substramen cameli, & erit timor & tremor multus super terram,
37 Et horrebunt qui videbunt iram illam, & tremor apprehendet illos: & post hæc mouebunt nimbi copiosi
38 A meridiano & septentrione, & portio alia ab occidente:
39 Et superinualescent venti ab Oriente, & recludent eam, & nubem quam suscitauit in ira, & sidus ad faciendam exterritationem ad Orientalem ventum & occidentem violabitur:
40 Et exaltabuntur nubes magnæ & validæ plenæ iræ, & sidus, vt exterreant omnem terram, & inhabitantes eam, & infundent super omnem locum altum & eminentem sidus terribile,
41 Ignem & grandinem, & romphæas volantes, & aquas multas, vt etiam impleantur omnes campi, & omnes riui plenitudine aquarum multarum.
42 Et demolientur ciuitates, & muros, & montes, & colles, & ligna siluarum, & fœnum pratorum, & frumenta eorum.
43 Et transibunt constantes vsque ad Babylonem, & exterent eam:
44 Conuenient ad ipsam, & circuibunt eam, & effundent sidus, & omnem iram super eam, & subibit

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

pulvis & fumus vsque in cœlum, & omnes in circuitu lugebunt eam:

45 Et qui sub ea remanserint, seruient his qui exterruerunt.

46 Et tu Asia concors in spem Babylonis, & gloria personæ eius,

47 Væ tibi misera propter quod assimilasti ei, & ornasti filias tuas in fornicatione, ad placendum & gloriandum in amatoribus tuis, qui tecum cupierunt semper fornicari.

48 Odibilem imitata es in omnibus operibus eius, & in adinuentionibus eius: propterea dicit Deus,

49 Immittam tibi mala, viduitatem, paupertatem, & famem, & gladium, & pestem, ad deuastandas domos tuas à violatione, & morte, & gloria virtutis tuæ.

50 Sicut flos siccabitur, cum exurget ardor qui emissus est super te,

51 Infirmaberis vt paupercula plagata & castigata à mulieribus, vt non possint te suscipere potentes, & amatores.

52 Numquid ego sic zelabor te, dicit Dominus,

53 Nisi occidisses electos meos in omni tempore, exaltans percussionem manuum & dicens super mortem eorum, cum inebriata esses,

54 Exorna speciem vultus tui?

55 Merces fornicationis tuæ in sinu tuo, propter hoc redditionem accipies.

56 Sicut facies electis meis, dicit Dominus, sic faciet tibi Deus, & tradet te in malum.

57 Et nati tui fame interient: & tu rhomphæa cades & ciuitates tuæ conterentur, & omnes tui in campo gladio cadent.

58 Et qui sunt in montibus, fame peribunt, & manducabunt carnes suas, & sanguinem bibent à fame panis & siti aquæ.

59 Infœlix per maria venies, & rursum accipies mala.

60 Et in transitu allident ciuitatem occisam, & exterent aliquam portionem terræ tuæ, & partem gloriæ tuæ exterminabunt, rursum reuertentes ad Babylonem subuersam.

61 Et demolita eris illis pro stipula, & ipsi erunt tibi ignis:

62 Et deuorabunt te, & ciuitates tuas, terram tuam & montes tuos, omnes siluas tuas & lignum fructiferum igni comburent.

63 Filios tuos captiuos ducent, & censum tuum in prædam habebunt, & gloriam faciei tuæ exterminabunt.

CAP. XVI.

VAe tibi Babylon & Asia, væ tibi Aegypte & Syria.

2 Præcingite vos saccis & ciliciis, & plangite filios vestros, & dolete: quoniam appropinquauit contritio vestra.

3 Immissus est vobis gladius, & quis est qui auertat illum?

4 Immissus est in vobis ignis, & quis est qui extinguat illum?

5 Immissa sunt vobis mala, & quis est qui repellat ea?

6 Numquid repellet aliquis leonem esurientem in silua, aut extinguet ignem in stipula, quando cœperit ardere?

7 Numquid repellet aliquis sagittam à sagittario forti missam?

8 Dominus fortis immittit mala, & quis est qui repellat ea?

Vulgat. Editio.

9 Exiit ignis ex iracundia eius, & quis est qui extinguat eum?

10 Coruscabit, & quis non timebit? Tonabit, & quis non pauebit?

11 Dominus comminabitur, & quis non funditus conteretur à facie ipsius?

12 Terra tremuit & fundamenta eius, mare fluctuat de profundo, & fluctus eius disturbabuntur, & pisces eius à facie Domini, & à gloria virtutis eius:

13 Quoniam fortis dextera eius quæ arcum tendit: sagittæ eius acutæ quæ ab ipso mittuntur, non deficient, cum cœperint mitti in fines terræ.

14 Ecce mittuntur mala, & non reuertentur donec veniant super terram.

15 Ignis succenditur, & non extinguetur, donec consumat fundamenta terræ.

16 Quemadmodum non redit sagitta missa à valido sagittario, sic non reuertentur mala quæ missa fuerint in terram.

17 Væ mihi, væ mihi: quis me liberabit in illis diebus?

18 Initium dolorum & multi gemitus, initium famis & multi interitus, initium bellorum & formidabunt potestates, initium malorum & trepidabunt omnes.

19 In his quid faciam, cum venerint mala?

20 Ecce fames & plaga, & tribulatio, & angustia missa sunt flagella in emendatione,

21 Et in his omnibus se non conuertent ab iniquitatibus suis, neque flagellorum memores erunt semper.

22 Ecce, erit annonæ vilitas super terram, sicut putent sibi esse directam pacem, & tunc germinabunt mala super terram, gladius, fames, & magna confusio.

23 A fame enim plurimi qui inhabitant terram interient, & gladius perdet cæteros qui superauerint à fame,

24 Et mortui sicut stercora proijcientur, & non erit qui consoletur eos. Derelinquetur enim terra deserta, & ciuitates eius deijcientur.

25 Non derelinquetur qui colat terram, & qui seminet eam.

26 Ligna dabunt fructus, & quis vindemiabit illa?

27 Vua matura fiet, & quis calcabit illam? erit enim locis magna desertio.

28 Cupiet enim homo hominem videre, vel vocem eius audire.

29 Relinquentur enim de ciuitate decem, & duo de agro qui absconderunt se in densis nemoribus, & scissuris petrarum:

30 Quemadmodum derelinquuntur in oliueto & singulis arboribus tres aut quattuor oliuæ.

31 Aut sicut in vinea vindemiata racemi relinquuntur ab his qui diligenter vineam scrutantur:

32 Sic relinquentur in diebus illis tres aut quattuor ab scrutantibus domos eorum in rhomphæa.

33 Et relinquetur terra deserta, & agri eius inueterabunt, & viæ eius, & omnes semitæ eius germinabunt spinas, eo quod non transient homines per eam.

34 Lugebunt virgines non habentes sponsos, lugebunt mulieres non habentes viros, lugebunt filiæ earum non habentes adiutorium:

35 Sponsi earum in bello consumentur, & viri earum in fame exterentur.

36 Audite vero ista, & cognoscite ea serui Domini.

37 Ecce verbum Domini, excipite illud: ne diis credatis de quibus dicit Dominus.

38 Ecce appropinquant mala, & non tardant.

39 Quemadmodũ prægnãs cũ parit in nono men-

Vulgat. Editio.

ſe filium ſuum, appropinquante hora partus eius ante horas duas vel tres, dolores circumeunt ventrem eius, & prodeunte infante de ventre non tardabunt vno puncto:

40 Sic non morabuntur mala ad prodeundum ſuper terram, & ſæculum gemet, & dolores circum tenebunt illud.

41 Audite verbum, plebs mea: parate vos in pugnam, & in malis ſic eſtote, quaſi aduenæ terræ.

42 Qui vendit, quaſi qui fugiat: & qui emit, quaſi qui perditurus.

43 Qui mercatur, quaſi qui fructum non capiat: & qui ædificat, quaſi non habitaturus.

44 Qui ſeminat, quaſi qui non metet: ſic & qui vineam putat, quaſi non vindemiaturus.

45 Qui nubunt ſic quaſi filios non facturi: & qui non nubunt, ſic quaſi vidui.

46 Propter quod qui laborant, ſine cauſa laborant:

47 Fructus enim illorum alienigenæ metent, & ſubſtantiam illorum rapient, & domos euertent, & filios eorum captiuitabunt, quia in captiuitate & fame generant natos ſuos.

48 Et qui negotiantur in rapina, quantum diu exornant ciuitates & domos ſuas, & poſſeſſiones & perſonas ſuas,

49 Tanto magis adzelabor eos ſuper peccata ſua, dicit Dominus:

50 Quomodo zelatur fornicaria mulierem idoneam & bonam valde,

51 Sic zelabitur iuſtitia iniquitatem cum exornat ſe, & accuſat eam in facie, cum venerit qui defendat exquirentem omne peccatum ſuper terram.

52 Propterea nolite ſimilari ei, nec operibus eius:

53 quoniam adhuc puſillum, & tolletur iniquitas à terra, & iuſtitia regnabit in vos.

54 Non dicat peccator ſe non peccaſſe: quoniam carbones ignis comburet ſuper caput eius, qui dicit: Non peccaui coram Domino Deo & gloria ipſius.

55 Ecce Dominus cognoſcet omnia opera hominum, & adinuentiones illorum, & cogitationes illorum, & corda illorum.

56 Dixit enim: Fiat terra, & facta eſt: fiat cœlum, & factum eſt,

57 Et in verbo illius ſtellæ fundatæ ſunt, & nouit numerum ſtellarum.

58 Qui ſcrutatur abyſſum, & theſauros illarum: qui menſus eſt mare, & conceptum eius.

59 Qui concluſit mare in medio aquarum, & ſuſpendit terram ſuper aquas verbo ſuo.

Vulgat. Editio.

60 Qui extendit cœlum quaſi cameram, ſuper aquas fundauit eum.

61 Qui poſuit in deſerto fontes aquarum, & ſuper verticem montium lacûs ad emittendum flumina ab eminenti petra, vt potaret terram.

62 Qui finxit hominem, & poſuit cor ſuum in medio corporis, & miſit ei ſpiritum, vitam & intellectum,

63 Et ſpiramen Dei omnipotentis qui fecit omnia, & ſcrutinat omnia abſconſa in abſconſis terræ.

64 Hic nouit adinuentionem veſtram, & quæ cogitatis in cordibus veſtris peccantes & volentes occultare peccata veſtra.

65 Propter quod Dominus ſcrutinando ſcrutinauit omnia opera veſtra, & traducet vos omnes,

66 Et vos confuſi eritis cum proceſſerint peccata veſtra coram hominibus, & iniquitates erunt quæ accuſatores ſtabunt in die illo.

67 Quid facietis? aut quomodo abſcondetis peccata veſtra coram Deo & Angelis eius?

68 Ecce iudex Deus, timete eum. Deſinite à peccatis veſtris, & obliuiſcamini iniquitates veſtras iam agere eas in ſempiterno, & Deus educet vos, & liberabit de omni tribulatione.

69 Ecce enim incenditur ardor ſuper vos turbæ copioſæ, & rapient quoſdam ex vobis, & cibabunt idolis occiſos:

70 Et qui conſenſerint eis, erunt illis in deriſum, & in improperium, & in conculcationem.

71 Erit enim locis locus, & in vicinas ciuitates exurrectio multa ſuper timentes Dominum.

72 Erunt quaſi inſani nemini parcentes, ad diripiendum & deuaſtandum adhuc timentes Dominum.

73 Quia deuaſtabunt & diripient ſubſtantias, & de domibus ſuis eos eijcient.

74 Tunc parebit probatio electorum meorum, vt aurum quod probatur ab igne.

75 Audite dilecti mei, dicit Dominus: Ecce adſunt dies tribulationis, & de his liberabo vos.

76 Ne timeatis, nec hæſitetis, quoniam Deus dux veſter eſt.

77 Et qui ſeruat mandata & præcepta mea, dicit Dominus Deus, ne præponderent vos peccata veſtra, ne ſuperleuent ſe iniquitates veſtræ.

78 Væ qui conſtringuntur à peccatis ſuis, & obteguntur ab iniquitatibus ſuis, quemadmodum ager conſtringitur à ſilua, & ſpinis tegitur ſemita eius per quam non tranſit homo, & excluditur, & mittitur ad deuorationem ignis.

FINIS.

LIBRI IOB.

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM.

VIr erat in terra Hus nomine Iob, & erat vir ille simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo.

Natique sunt ei septem filij, & tres filiæ.

Et fuit possessio eius septem millia ouium, & tria millia camelorum, quingenta quoque iuga boum, & quingentæ asinæ, ac familia multa nimis: eratque vir ille magnus inter omnes Orientales.

Et ibant filij eius, & faciebant conuiuium per domos, vnusquisque in die suo. Et mittentes vocabant tres sorores suas vt comederent & biberent cum eis.

Cumque in orbem transissent dies conuiuij, mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos, consurgensque diluculo offerebat holocausta pro singulis. Dicebat enim: Ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus suis: Sic faciebat Iob cunctis diebu.

Quadam autem die cum venissent filij Dei, vt assisterent coram Domino, affuit inter eos etiam Satan.

Cui dixit Dominus: Vnde venis? Qui respondens, ait: Circuiui terram, & perambulaui eam.

Dixitque Dominus ad eum: Nunquid considerasti seruum meum Iob, quod non sit ei similis in terra, homo simplex & rectus ac timens Deum & recedens à malo?

Cui respondens Satan, ait: Numquid Iob frustra timet Deum?

Nonne tu vallasti eum, ac domum eius, vniuersamque substantiam per circuitum, operibus manum eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra?

Sed extende paululum manum tuam, & tange cuncta quæ possidet nisi in faciem benedixerit tibi.

Dixit ergo Dominus ad Satan: Ecce, vniuersa quæ habet in manu tua sunt: tantum in eum ne extendas manum tuam. Egressusque est Satan à facie Domini.

Cum autem quadam die filij, & filiæ eius comederent & biberent vinum in domo fratris sui primogeniti.

Nuncius venit ad Iob, qui diceret: Boues arabant, & asinæ pascebantur iuxta eos.

Et irruerunt Sabæi, tuleruntque omnia, & pueros percusserunt gladio, & euasi ego solus; vt nunciarem tibi.

Cumque adhuc ille loqueretur venit alter, & dixit: Ignis Dei cecidit è cælo, & tactas oues puerosque consumpsit, & effugi ego solus, vt nunciarem tibi.

LIBRI IIOB.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAPVT PRIMVM.

1 VIr fuit in terra Hus, Iob nom'n eius. Et erat
vir ille perf ctus, & rectus, & tim ns Deum, &
recedens à malo.
2 Natiq; sunt ei septem filij, & tres filiæ.
3 Et fuit possessio eius septem millia pecudum, & se-
ptem millia camelorum, qu ng nta iuga boum, & quin-
gentæ asinæ, & familia multa valde: eratque vir ille
maior omnibus filijs Orientis.
4 Et ibant filij eius, & faciebant conuiuium per domum
vnusquisque in die suo, & mittebant, vocabantq; tres
sorores suas, vt comederent, & biberent cum eis.
5 Et fuit cum reuoluti essent dies conuiuij, mitte-
bat Iiob, & sanctificabat eos, surg batque mane, & offe-
rebat holocausta secundum numerum omnium ipsorum.
Dicebat enim Iiob: Forsitan peccauerunt filij mei, &
maledixerunt Deo in cordibus suis. Sic faciebat Iiob
cunctis diebus.
6 Et fuit dies, & venerunt filij Dei, vt starent coram
Domino, & venit etiam Satan in medium eorum.
7 Et dixit Dominus ad Satan, Vnde venis? Et respon-
dit Sathan ad Dominum, & dixit: A circumeundo
terram, & à perambulando eam.
8 Dixitq; Dominus ad Sathan: Nunquid posuisti cor
tuum super seruum meum Iiob, quod non sit similis illi
in terra perfectus, & rectus, timens Deum, & recedens
à malo?
9 Et respondit Satan Domino, & dixit: Nunquid gra-
tis timet Iiob Deum.
10 Nonne tu sepem posuisti circa eum, & circa domum
eius, & circa omne quod est ei vndique? operi manuum
eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra.
11 Verum mitte nunc manum tuam, & tange omne quod
est ei, nisi in faciem tuam maledixerit tibi.
12 Et dixit Dominus ad Satan; ecce quicquid eius est
in manu tua est, tantum in eum ne mittas manum tuam.
Et egressus est Satan à conspectu Domini.
13 Et fuit dies, & filij eius, & filiæ eius comedebant, &
bibebant vinum in domo fratris sui primogeniti.
14 Et nuncius venit ad Iiob, & dixit: Boues arabant,
& asinæ pascebantur iuxta loca eorum.
15 Et irruerunt Sebæi, & tulerunt eos, & pueros percus-
serunt acie gladij, & euasi tantum ego, solus ego vt
nunciarem tibi.
16 Adhuc illo loquente alius venit, & dixit: Ignis Dei
cecidit de cælo succensus est in pecoril us, & in pueris, &
consumpsit eos, & euasi tantum ego, solus ego, vt nuncia-
rem tibi.

Digitized by Google

LIBRI IOB.

Transl. ex Septuag.

CAPVT PRIMVM.

HOmo quidam erat in regione Ausitide, cui
nomen Iob:& erat homo ille verax, sine cri-
mine, iustus, colens Deum, abstinens ab om-
ni mala re,
Nati sunt autem ei filij septem, & filiæ tres,
Et erant pecora eius oues septies mille, came-
li ter mille, iuga boum quingenta, fæminæ asinæ
pascuales quingentæ : & ministerium multum
valde, & opera magna erant ei super terram: & erat
homo ille nobilis inter eos, qui à solis Ortu,

Conuenientes autem filij eius adinuicem, facie-
bant conuiuium per singulos dies, assumentes si-
mul & tres sorores suas, vt comederent, & bibe-
rent cum eis.
Cumque consummati essent dies conuiuij; mit-
tebat Iob, & purificabat eos exurgens mane, & of-
ferebat pro eis victimas secundum numerum eo-
rum, & vitulum vnum pro peccato, pro animabus
eorum. Dicebat enim Iob: ne forte filij mei in men-
te sua cogitauerint mala erga Deum.
Sic igitur faciebat Iob omnibus diebus: Et fa-
ctum est sicut dies hæc; & ecce venerunt angeli Dei,
vt starent coram Dño, & diabolus venit cum eis.
Et dixit Dominus diabolo: Vnde ades? & respon-
dens diabolus Domino, dixit: Postquam circuiui
terram, & perambulaui eam, quæ sub cælo; adsum.
Et dixit ei Dominus: Attendisti mente tua super
puerum meum Iob? quod non est iuxta eum in ter-
ra homo sine crimine, verax, colens Deum, absti-
nens ab omni mala re:
Respondit autem diabolus, & dixit coram Do-
mino: Num gratis Iob colit Dominum?
Nonne tu munisti ea, quæ extra ipsum, & quæ
intra domum eius: & quæ extra ex omnibus, quæ
sunt in circuitu eius? opera autem manuum eius
benedixisti, & pecora eius multa fecisti super terrã?
Sed mitte manum tuam & tange omnia, quæ ha-
bet: certe in faciem te benedicet.
Tunc dixit Dominus diabolo: Ecce omnia quæ-
cumque sunt ei, do in manum tuam; sed ipsum ne
tetigeris. Et exiuit diabolus à Domino.

Et erat sicut dies hæc, filij Iob, & filiæ eius bibe-
bant vinum in domo fratris sui senioris:

Et ecce nuncius venit ad Iob, & dixit ei: Iuga
boum arabant, & fæminæ asinæ pascebantur con-
iunctæ eis,
Et venientes prædones prædati sunt eas, & pue-
ros interfecerunt in gladijs: saluatus autem ego so-
lus veni, vt annunciarem tibi.
Adhuc isto loquente, venit alius nuncius, & dixit
ad Iob: Ignis cecidit de cælo, & combussit oues, &
pastores deuorauit similiter: saluatus autem ego so-
lus veni, vt annunciarem tibi:

LIBRI IIOB.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAPVT PRIMVM.

1 *VIr fuit in terra Vs, Iiob nomen eius: eratque
vir ille perfectus, & rectus, ac timens Deum, re-
cedensq́ à malo.*

2 *Nati sunt autem ei septem filij, & tres filiæ.*
3 *Et fuit peculium eius septem millia ouium, & tria
millia camelorum, quingenta quoque iuga boum, ac
quingenta asinæ, & familia multa valde: eratque vir
ille maximus omnium Orientalium.*

4 *Ibant autem filij eius, & faciebant conuiuia in domo
cuiusque die suo: mittebantque & vocabant tres sorores
suas, vt comederent & biberent secum.*

5 *Quumq́ in orbem transissent dies conuiuij, mitte-
bat Iiob, & sanctificabat eos: surgebatque summo mane,
& offerebat holocausta iuxta numerum omnium eorum.
dicebat enim Iiob, Forsitan peccauerunt filij mei, &
maledixerunt Deo in cordibus suis. Sic faciebat Iiob
cunctis diebus.*
6 *Quadam autem die venerunt filij Dei vt starent co-
ram Iehoua, & venit etiam Satan in medium eorum.*

7 *Dixitq́ Iehouah ad Satan, Vnde venis? Et respon-
dens Satan Iehouæ, dixit, Ab expatiando in terra, & à
deambulando in ea.*
8 *Dixit autem Iehouah ad Satan, Apposuistine cor
tuum ad seruum meum Iiob, quod non sit similis illi in
terra, vir perfectus, ac rectus, timens Deum, & recedens
à malo?*
9 *Respondens autem Satan Iehouæ, dixit, An gratis
timet Iiob Deum?*
10 *Nonne tu vallasti eum, & domum eius, ac quicquid
illius est per circuitum? operi manuum eius benedixisti,
& possessio eius creuit in terra.*

11 *Verum mitte nunc manum tuam, & tange quicquid
eius est, nisi in faciem tuam maledixerit tibi.*
12 *Dixit itaque Iehouah ad Satan, En quicquid eius est
in manu tua est, tantum in eum ne inijcias manum
tuam. Et exiuit Satan à conspectu Iehouæ.*

13 *Die autem quadam filij eius & filiæ eius comedebant
& bibebant vinum in domo fratris sui primogeniti:*

14 *Venitq́ nuntius ad Iiob, ac dixit, Boues arabant, &
asinæ pascebantur in locis suis:*

15 *Irruerunt autem Sebæi, ac tulerunt eos, puerosq́ per-
cusserunt acie gladij, & euasi tantum ego solus vt
renuntiarem tibi.*
16 *Adhuc ille loquebatur, & alius venit, qui dixit, Ignis
Dei decidit è cælo, & exussit oues, ac pueros, consum-
psitq́ eos: & euasi tantum ego solus, vt renuntiarem
tibi.*

Digitized by

Vulgat. Editio.

Sed & illo adhuc loquente; venit alius, & dixit: Chaldæi fecerunt tres turmas, & inuaſerunt camelos, & tulerunt eos, necnon & pueros percuſſerunt gladio, & ego fugi ſolus vt nunciarem tibi.

Adhuc loquebatur ille, & ecce alius intrauit, & dixit: Filiis tuis & filiabus veſcentibus, & bibentibus vinum in domo fratris ſui primogeniti,

Repente ventus vehemens irruit à regione deſerti, & concuſſit quattuor angulos domus, quæ corruens oppreſſit liberos tuos & mortui ſunt, & effugi ego ſolus vt nunciarem tibi.

Tunc ſurrexit Iob & ſcidit veſtimenta ſua, & tonſo capite corruens in terram, adorauit.

Et dixit: Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, Dominus abſtulit; ſicut Domino placuit, ita factum eſt: ſit nomen domini benedictum.

* Eccli. 5. 14. 1. Tim. 6. 7.

* In omnibus his non peccauit Iob labiis ſuis, neque ſtultum quid contra Deum locutus eſt.

CAP. II.

FActum eſt autem cum quadam die veniſſent filij Dei, & ſtarent coram Domino, veniſſet quoque Satan inter eos, & ſtaret in conſpectu eius,

Vt diceret dominus ad Satan: Vnde venis? Qui reſpondens ait: Circuiui terram, & perambulaui eam.

Et dixit dominus ad Satan: Numquid conſideraſti ſeruum meum Iob, quod non ſit ei ſimilis in terra, vir ſimplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam? Tu autem commouiſti me aduerſus eum, vt affligerem eum fruſtra.

Cui reſpondens Satan, ait: Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima ſua:

Alioquin mitte manum tuam, & tange os eius & carnem, & tunc videbis quod in faciem benedicat tibi.

Dixit ergo Dominus ad Satan: Ecce in manu tua eſt: verumtamen animam illius ſerua.

Egreſſus igitur Satan à facie Domini, percuſſit Iob vlcere peſſimo, à planta pedis vſque ad verticem eius:

Qui teſta ſaniem radebat, ſedens in ſterquilinio.

Dixit autem illi vxor ſua: Adhuc tu permanes in ſimplicitate tua? benedic Deo & morere.

Qui ait ad illam: Quaſi vna de ſtultis mulieribus locuta es. Si bona ſuſcepimus de manu Dei, mala quare non ſuſcipiamus? In omnibus his non peccauit Iob labiis ſuis.

Tranſl. ex Heb. Sanct. Pagn.

17 *Adhuc illo loquente alius venit, & dixit: Chaldæi poſuerunt tres duces, & graſſati ſunt ſuper camelos, & tulerunt eos, puerosque percuſſerunt acie gladij, & euaſi tantum ego, ſolus ego vt nunciarem tibi.*

18 *Adhuc illo loquente, alius venit, & dixit: Filij tui, & filiæ tuæ veſcebantur, & bibebant vinum in domo fratris eorum primogeniti,*

19 *Et ecce ventus magnus venit è loco qui eſt trans deſertum, & percuſſit quatuor angulos domus, ceciditque ſuper pueros, & mortui ſunt, & euaſi tantum ego, ſolus ego, vt nuntiarem tibi.*

20 *Et ſurrexit Iiob, & ſcidit pallium ſuum, totonditque caput ſuum, & proſtrauit ſe in terram, & adorauit,*

21 *Ac dixit: Nudus egreſſus ſum ex vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, & Dominus abſtulit: ſit nomen Domini benedictum.*

22 *In omni hoc non peccauit Iiob, nec tribuit aliquid inſulſum Deo.*

CAP. II.

1 *ET fuit dies, & venerunt filij Dei, vt ſtarent coram Domino, & venit etiam Satan in medium eorum, vt ſtaret coram Domino.*

2 *Dixitque Dominus ad Satan: Vnde venis? Et reſpondit Satan Domino, & dixit: A circumeundo terram, & perambulando eam.*

3 *Dixitque Dominus ad Satan: Nunquid poſuiſti cor tuum ſuper ſeruum meum Iiob, quod non ſit ſimilis illi in terra, vir perfectus, & rectus, timens Deum, & recedens à malo? & adhuc ipſe retinet perfectionem ſuam. Et incitaſti me contra eum gratis, vt perderem eum gratis.*

4 *Et reſpondit Sathan Domino & dixit. Pellem pro pelle, & cuncta quæ ſunt viro dabit pro anima ſua.*

5 *Veruntamen extende nunc manum tuam, & tange os eius & carnem eius, niſi in faciem tuam maledixerit tibi.*

6 *Dixitque Dominus ad Sathan. Ecce eſt in manu tua, veruntamen animam eius ſerua.*

7 *Et egreſſus eſt Sathan à facie Domini, & percuſſit Iiob vlcere malo à planta pedis eius vſque ad verticem eius.*

8 *Et tulit teſtam ad ſcalpendum ſe ea, & ſedebat in medio cineris.*

9 *Et dixit ei vxor ſua. Adhuc retines perfectionem tuam? maledic Deo, & morere.*

10 *Et dixit ad eam: Sicut loquitur vna è ſtultis, loqueris. Et bonum ſuſcepimus à Deo, & malum non ſuſcipiemus? In omni hoc non peccauit Iiob labiis ſuis.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Adhuc isto loquente venit alius nuncius,& dixit ad Iob: Equites fecerunt nobis capita tria, & circundederunt camelos,& ceperunt, & pueros occiderunt in gladiis:saluatus autem sum ego solus,& veni,vt annunciarem tibi.

Adhuc isto loquente,alius nuncius aduenit, dicens: Filiis tuis, & filiabus tuis manducantibus,& bibentibus apud fratrem suum seniorem,

Repente spiritus magnus irruit è deserto, & tetigit quatuor angulos domus, & cecidit domus super paruulos tuos, & mortui sunt: saluatus autem sum ego solus,& veni,vt annunciarem tibi.

Sic exurgens Iob conscidit vestimenta sua,& totondit comam capitis, & procumbens humi adorauit,

Et dixit: Ipse nudus egressus sum de vtero matris meæ, nudus & reuertar illuc: Dominus dedit, Dominus abstulit:sicut Domino placuit,ita factum est:sit nomen Domini benedictum.

In omnibus his,quæ acciderunt ei,nihil peccauit Iob coram Domino: & non dedit insipientiam Deo.

C A P. II.

FActum est autem vt dies hæc; & venerunt angeli Dei,vt assisterent coram Domino,& diabolus venit in medio eorum, vt assisteret coram Domino.

Et dixit Dominus diabolo: Vnde tu aduenis? Tunc dixit diabolus in conspectu Domini: Postquam peragraui eam quæ sub cælo, & obambulaui vniuersam;adsum.

Dixit autem Dominus ad diabolum: Attendisti igitur famulo meo Iob? quod non est iuxta eum de iis,qui sunt super terram homo innocens, verax, irreprehensibilis,timens Deum, abstinens ab omni malo: adhuc autem retinet innocentiam. Tu vero dixisti substantiam eius frustra perdere.

Suscipiens autem diabolus dixit Domino: Pellem pro pelle,quæcumque sunt homini,pro anima sua pendet.

Alioquin autem mittens manum tuam, tange ossa eius, & carnes eius: certe in faciem te benedicet.

Dixit autem Dominus diabolo. Ecce trado tibi eum:tantummodo animam eius custodi.

Exiuit autem diabolus à Domino,& percussit Iob vlcere maligno,à pedibus vsque ad caput:

Et sumpsit testam, vt saniem raderet & sedebat in sterquilinio extra ciuitatem.

Tempore autem multo transacto dixit ei vxor eius. Quousque sustinebis dicens, ecce permaneo tempus adhuc paruum, expectās spem salutis meæ? Ecce enim deletum est memoriale tuum de terra, filij, & filiæ mei vteri, dolores, & labores,quos in vacuum laboraui cum ærumnis:tu vero ipse in putredine vermium sedes, pernoctans sub dio: & ego errans,& ancilla, locum ex loco, & domum è domo, expectans solem, quando occidet, vt requiescam ab ærumnis, & doloribus, qui me nunc premunt.Sed dicito aliquod verbum in Dominum, & morere.

Ille vero inspiciens dixit ei: Tanquam vna insipientum mulierum locuta es. Si bona suscepimus de manu Domini: mala cur non sustinebimus? In omnibus his, quæ acciderunt ei nihil peccauit Iob labiis coram Deo.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

17 *Adhuc ille loquebatur & alius venit,qui dixit,Chaldei tribus aciebus diuisi excurrerunt in camelos, ac tulerunt eos,puerosque percusserunt acie gladij:& euasi tantum ego solus vt renunciarem tibi.*

18 *Adhuc ille loquebatur & alius venit, qui dixit, Filij tui & filiæ tuæ vescebantur, ac bibebant vinum in domo fratris sui primogeniti:*

19 *Et ecce ventus magnus venit è loco qui est trans desertum,& percussit quatuor angulos ipsius domus, quæ corruit super pueros,& mortui sunt: euasi autem tantum ego solus vt renuntiarem tibi.*

20 *Tunc surrexit Iiob,& scidit pallium suum,totonditque caput suum,atque corruens in terram,adorauit,*

21 *Ac dixit,Nudus egressus sum ex vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc: Iehouah dedit, & Iehouah abstulit,sit nomen Iehouæ benedictum,*

22 *In toto hoc non peccauit Iiob, nec attribuit insulsum quicquam Deo.*

C A P. II.

1 *QVadam autem die venerunt filij Dei vt astarent coram Iehoua,& venit etiam Satan in medio eorum vt astaret coram Iehoua.*

2 *Dixitque Iehouah ad Satan, Vnde venis? Respondens Satan Iehouæ,dixit, Ab expatiando in terra, & deambulando in ea.*

3 *Dixit autem Iehouah ad Satan,Apposuistine cor tuum ad seruum meum Iiob,quod non sit similis illi in terra, vir perfectus ac rectus,timens Deum,& recedens à malo? adhuc enim ipse retinet perfectionem suam,quamuis incitaueris me in eum vt perderem ipsum sine causa.*

4 *Respondens vero Satan Iehouæ, dixit, Pellem pro pelle,& cuncta quæ sunt viro,dabit pro anima sua.*

5 *Verum mitte nunc manum tuam, & tange ipsummet & carnem eius,nisi in faciem tuam maledixerit tibi.*

6 *Dixit itaque Iehouah ad Satan, En ipse in manu tua, verum animam eius serua.*

7 *Exiuit igitur Satan à facie Iehouæ, & percussit Iiob vlcere malo à planta pedis eius vsque ad verticem eius.*

8 *Accepitque testam vt scalperet sese ea: & ipse sedebat in medio cineris.*

9 *Dixit autem ei vxor sua,Adhuc tu retines perfectionem tuam? maledic Deo,& morere.*

(· ·) (·.·) (·.·)

10 *Ad quam ille ait, Vt loquitur vna è stultis, loqueris? præterea bonum suscipiemus à Deo,& malum non suscipiemus? In omni hoc non peccauit Iiob labiis suis.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

11 Igitur audientes tres amici Iob omne malum, quod accidisset ei venerunt singuli de loco suo, Eliphaz Themanites & Baldad Suhites, & Sophar Naamathithes. Condixerant enim, vt pariter venientes visitarent eum, & consolarentur.

12 Cumque eleuassent procul oculos suos, non cognouerunt eum, & exclamantes plorauerunt, scissisque vestibus sparserunt puluerem super caput suum in cælum.

13 Et sederunt cum eo in terra septem diebus, & septem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum: videbant enim dolorem esse vehementem.

CAP. III.

1 POst hæc aperuit Iob os suum, & maledixit diei suo,

2 Et locutus est.

3 ★ Pereat dies in qua natus sum, & nox, in qua dictum est: Conceptus est homo.

★ Hier. 20. 14.

4 Dies ille vertatur in tenebras, non requirat eum Deus desuper, & non illustretur lumine.

5 Obscurent eum tenebræ, & vmbra mortis, occupet eum caligo, & inuoluatur amaritudine.

6 Noctem illam tenebrosus turbo possideat, non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus.

7 Sit nox illa solitaria, nec laude digna:

8 Maledicant ei qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leuiathan:

9 Obtenebrentur stellæ caligine eius: expectet lucem & non videat, nec ortum surgentis auroræ:

10 Quia non conclusit ostia ventris, qui portauit me, nec abstulit mala ab oculis meis.

11 Quare non in vulua mortuus sum, egressus ex vtero non statim perij?

12 Quare exceptus genibus? cur lactatus vberibus?

13 Nunc enim dormiens silerem, & somno meo requiescerem:

14 Cum regibus & consulibus terræ, qui ædificant sibi solitudines:

15 Aut cum principibus, qui possident aurum, & replent domos suas argento:

16 Aut sicut abortiuum absconditum non subsisterem, vel qui concepti non viderunt lucem.

17 Ibi impij cessauerunt à tumultu, & ibi requieuerunt fessi robore.

18 Et quondam vincti pariter sine molestia, non audierunt vocem exactoris.

19 Paruus & magnus ibi sunt, & seruus liber à domino suo.

20 Quare misero data est lux, & vita his, qui in amaritudine animæ sunt?

21 Qui expectant mortem, & non venit, quasi effodientes thesaurum:

22 Gaudentque vehementer cum inuenerint sepulchrum.

23 Viro cuius abscondita est via, & circumdedit eum Deus tenebris?

24 Antequam comedam suspiro: & tanquam inundantes aquæ, sic rugitus meus:

25 Quia timor, quem timebam, euenit mihi: & quod verebar accidit.

26 Nonne dissimulaui? nonne silui? nonne quieui? & venit super me indignatio.

CAP.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

11 *Et audierunt tres amici Iiob omne malum hoc, quod euenerat ei, & venerunt vnusquisque è loco suo, Eliphaz Themanites, & Bildad Suchites, & Sophar Nahamatites: & conuenerunt simul, vt venirent ad condolendum ei, & consolandum eum.*

12 *Et eleuauerunt oculos procul, & non cognouerunt eum, & leuauerunt vocem suam, & fleuerunt, scideruntque vnusquisque pallium suum, & sparserunt puluerem super capita sua in cælum.*

13 *Et sederunt cum eo in terra septem diebus, & septem noctibus, & non erat qui loqueretur ei verbum. Videbant enim quod creuerat dolor valde.*

CAP. III.

1 *POst hoc aperuit Iiob os suum, & maledixit die suo.*

Hæc quæ numero primo notantur, in Biblia Sanct. Pag. habentur in calce superioris capitulo.

2 *Et clamauit Iiob, & dixit.*

3 *Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dixit pater: Conceptus est vir.*

4 *Dies illa sit tenebræ, non requirat illam Deus desuper, nec appareat super illam lux.*

5 *Polluant illam tenebræ, & caligo, habitet super illam nubes, terreant illam æstus diei.*

6 *Noctem illam tollat caligo, non sit vna inter dies anni, in numerum mensium non veniat.*

7 *Ecce nox illa sit solitaria, non veniat laus in illa.*

8 *Maledicant illi qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare luctum suum.*

9 *Obtenebrentur stellæ quæ apparent in crepusculo eius: expectet lucem, & non sit, nec videat splendorem auroræ.*

10 *Quia non conclusit ostia ventris matris meæ, nec abscondit laborem ab oculis meis.*

11 *Vt quid non in vulua mortuus sum, aut ex ventre egressus non obij?*

12 *Cur præuenerunt me genua, & cur vbera, vt lactarer?*

13 *Etenim nunc dormirem, & quiescerem: dormirem tunc, requies fuisset mihi.*

14 *Cum regibus, & consulibus terræ qui ædificant desolata sibi.*

15 *Vel cum principibus quibus est aurum, qui replent domos suas argento.*

16 *Vel sicut abortiuum absconditum, non essem, sicut paruuli qui non viderunt lucem.*

17 *Ibi impij cessauerunt ab afficiendo timore, & ibi requieuerunt fessi robore.*

18 *Pariter vincti requieuerunt, non audierunt vocem exactoris.*

19 *Paruus, & magnus ibi est, & seruus liber à domino suo.*

20 *Vt quid dedit laboranti lucem, & vitam amaris animo?*

21 *Qui expectant mortem & non est, & inquirunt eā plusquam thesauros.*

22 *Qui lætantur exultatione, gaudent cum inuenerint sepulchrum.*

23 *Vt quid dedit lucem viro cuius via abscondita est, & texit Deus circa eum.*

24 *Quia ante panem meum suspirium meum venit, & effusi sunt sicut aqua rugitus mei.*

25 *Quia timorem timui, & euenit mihi: & quod verebar euenit mihi.*

26 *Non habui pacem, nec quieui, neque requieui, & venit pauor.*

CAP.

Transl. ex Septuag.

11 Cum audissent autem tres amici eius, mala omnia,quæ superuenerant ei,aduenerunt vnusquisque è propria regione ad eum, Eliphaz Tæmanorum rex,Baldad Saucheorum tyrannus, Sophar Minæorum rex:& accesserunt ad eum vnanimiter ad consolandum,& visitandum eum.

12 Cum vidissent autem eum de longe, non agnouerunt:& clamantes voce magna plorauerunt,scindentes vnusquisque stolam suam, & aspergentes terram.

13 Assederunt ei septem dies, & septem noctes, & nemo eorumlocutus est:videbant enim plagam esse grauem,& magnam valde.

CAP. III.

1 POst hæc aperuit Iob os suum, & maledixit diei suæ.

2 Dicens:

3 Pereat dies in qua natus sum, & nox illa,qua dixerunt;ecce masculus:

4 Nox illa sit tenebræ,neque requirat eam Dominus desuper:nec veniat in eam lumen,

5 Sed excipiant illam tenebræ,& vmbra mortis superueniat in eá caligo:maledicta sit dies & nox illa:

6 Auferant eam tenebræ:non sit in diebus anni,neque numeretur in diebus mensium:

7 Sed nox illa sit dolor, & non veniat super eam lætitia, neque gaudium:

8 Sed maledicat ei, qui maledicit diem illam : qui habet magnum cetum opprimere:

9 Obtenebrescant sydera noctis illius : permaneat, & in lucem non veniat, & non videat Luciferum exorientem.

10 Quoniam non conclusit portas ventris matris meæ:abstulisset enim vtiq; laborem ab oculis meis.

11 Quare enim in ventre non obiji? ex vtero autem exij,& non protinus perij?

12 Vt quid autem occurrerunt mihi genua? quare autem vbera suxi?

1 Nunc vtique dormiens quiescerem; somnum autem capiens requiescerem,

14 Cum regibus,consiliarijs terræ,qui gloriabantur in gladijs,

15 Aut cum principibus, quibus multum fuit aurum,qui compleuerunt domos suas argento:

16 Aut tanquam abortiuum exiens de vulua matris:aut tanquam infantes, qui non viderút lucem.

17 Vbi impij accenderunt furorem iræ : ibi requieuerunt fatigati corpore:

18 Pariter autem seculares non audierunt vocem exactoris:

19 Pusillus,& magnus ibi est, & seruus timens Dominum suum,

20 Vt quid enim data est eis, qui in amaritudine sunt,lux, & vita animabus,quæ sunt in doloribus?

21 Qui desiderant mortem, & non contingit illis: effodientes quasi thesauros,

22 Læti autem facti sunt,si fuerint consequuti:

23 Mors vero requies : conclusit enim Deus super eum:

24 Ante escas quippe meas gemitus adest,& fleo ego coarctatus timore.

25 Timor enim,quem verebar,venit mihi,& quem metueram, occurrit mihi:

26 Neque in pace fui,neque in silentio, neque in requie:venit autem mihi ira.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

Porro quum audissent tres amici Iiob omne malum istud quod euenerat illi, venerunt singuli à loco suo, Eliphaz Themanites, & Bildad Suhites, & Sophar Naamathites: constituerant enim simul venire ad condolendum ei, & consolandum eum.

Qui eleuantes oculos procul, non agnouerunt eum, & leuauerunt vocem suam, ac fleuerunt, sciderunt'q; singuli pallium suum, & sparserunt puluerem super capita sua in cælum:

Atque sederunt cum eo in terra septem diebus & septem noctibus, nec erat qui loqueretur ei verbum : videbant enim quod increuerat dolór admodum.

CAP. III.

POst hæc aperuit Iiob os suum, & maledixit diei suo.

Clamauit'q; Iiob, ac dixit,

Pereat dies in qua natus sum: & nox quæ dixit, Conceptus est vir.

Dies illa sit tenebræ: non requirat illam Deus desuper, nec splendeat super illam lux.

Polluant illam tenebræ, & vmbra mortis habitet super illam nubes, terreant illam æstus diei.

Noctem illam occupet caligo, ne gaudeat inter dies anni, in numerum lunarum ne veniat.

En nox illa sit solitaria, ne veniat cantus in illa.

Maledicant illi qui maledicunt diei, qui parati sunt excitare luctum suum.

Obtenebrentur stellæ crepusculi eius : expectet lucem & non adsit, nec videat palpebras auroræ:

Quia non conclusit ostia ventris mei, nec abscondit molestiam ab oculis meis.

Quare non à vulua mortuus sum, aut quare ex ventre egressus sum, & non obij?

Quare præuenerunt me genua? & quare vbera, vt sugerem?

Nunc enim iacerem, & quiescerem : dormirem, tunc quies esset mihi

Cum Regibus & consiliarijs terræ qui ædificabant desolata sibi:

Aut cum principibus quibus erat aurum, qui replebant domos suas argento:

Aut sicut abortiuum absconditum non fui, sicut paruuli qui non viderunt lucem?

Illic impij desinunt incutere metum, & ibi quiescunt fessi robore:

Simul vincti conquiescunt, non audiunt vocem exactoris.

Paruus & magnus illic est, illic inquam seruus est liber à domino suo.

Quare dedit afflicto lucem, & vitam amaris animo?

Qui expectant mortem, & non est, & inquirunt eam plusquam thesauros.

Qui lætantur exultatione, gaudent quum inuenerint sepulchrum.

Quare inquam dedit lucem viro cuius via abscondita est, & præclusit Deus propter illum?

Nam ante panem meum suspirium meum venit, & stillant instar aquæ rugitus mei:

Quia timorem timui, & euenit mihi : & quod verebar, accidit mihi.

Non habeo pacem, nec quiesco, neque requiesco : venit enim pauor.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. IIII.

1 RESpondens autem Eliphaz Themanites, dixit:
2 Si cœperimus loqui tibi, forsitan moleste accipies, sed conceptum sermonem tenere quis poterit?
3 Ecce docuisti multos, & manus lassas roborasti:
4 Vacillantes confirmauerunt sermones tui, & genua trementia confortasti:
5 Nunc autem venit super te plaga, & defecisti: tetigit te, & conturbatus es.
6 Vbi est timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum?
7 Recordare obsecro te, quis vnquam innocens periit? aut quando recti deleti sunt?
8 Quin potius vidi eos, qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos:
9 Flante Deo periisse, & spiritu iræ eius esse consumptos.
10 Rugitus leonis, & vox leænæ, & dentes catulorum leonum contriti sunt,
11 Tigris periit, eo quod non haberet prædam, & catuli leonis dissipati sunt.
12 Porro ad me dictum est verbum absconditum, & quasi furtiue suscepit auris mea venas susurri eius.
13 In horrore visionis nocturnæ, quando solet sopor occupare homines,
14 Pauor tenuit me, & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt:
15 Et cum spiritus me præsente transiret, inhorruerunt pili carnis meæ.
16 Stetit quidam, cuius non agnoscebam vultum imago coram oculis meis, & vocem quasi auræ lenis audiui.
17 * Numquid homo, Dei comparatione iustificabitur, aut factore suo purior erit vir?
18 * Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem:
19 Quanto magis hi qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut à tinea?
20 De mane vsque ad vesperam succidentur: & quia nullus intelligit in æternum peribunt.
21 Qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis: morientur, & non in sapientia.

* Inf. 25.4.
* Inf. 15 15. 2 Pet. 2.4.

CAP. V.

1 VOca ergo, si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere:
2 Vere stultum interficit iracundia, & paruulum occidit inuidia.
3 Ego vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim.
4 Longe fient filij eius à salute, & conterentur in porta, & non erit qui eruat.
5 Cuius messem famelicus comedet & ipsum rapiet armatus, & bibent sitientes diuitias eius.
6 Nihil in terra sine causa fit, & de humo non orìtur dolor.
7 Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum.
8 Quam ob rem ego deprecabor Dominum, & ad Deum ponam eloquium meum:

Qui

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. IIII.

1 *ET respondit Eliphaz Themanites, & dixit.*
2 *Nonne si tentauerit quispiam loqui verbum ad te ægre feres? Sed prohibere sermones quis poterit?*
3 *Ecce erudiuisti multos, & manus lassas roborasti.*
4 *Cadentem erexerunt sermones tui, & genua curuata roborasti.*
5 *Quia nunc venit tibi quod timebas ægre tulisti: tetigit te, & territus es.*
6 *Nonne timor tuus fuit ob spem tuam, & propter expectationem tuam, perfectio viarum tuarum?*
7 *Recordare obsecro quis fuerit innocens qui perierit, & vbi recti succisi fuerint.*
8 *Quemadmodum vidi, arantes iniquitatem, & seminantes peruersitatem, metent illam.*
9 *A flatu Dei pereunt, & à spiritu furoris eius deficient.*
10 *Rugitus leonis, & vox leonis, & dentes leunculorum euulsi sunt.*
11 *Leo maior perit, eo quod non est præda, & filij leonis separabunt se.*
12 *Et à me verbum absconditum fuit, & suscepit auris mea parum de eo.*
13 *In cogitationibus visionum nocturnarum, quando cadit sopor super homines.*
14 *Pauor euenit mihi, & tremor, & multum ossa mea pauere fecit.*
15 *Et spiritus coram me transiuit, horripilare fecit pilos carnis meæ.*
16 *Stetit & non agnoscebam aspectum eius: imago coram oculis meis erat, tenuem & vocem audiui.*
17 *Nunquid homo Deo iustior erit, num factore suo mundior erit vir?*
18 *Ecce seruis suis non credet, nec in angelis suis ponet lumen:*
19 *Quanto magis habitantes domos luteas, quorum est in terra fundamentum conterent, donec fuerit arcturus.*
20 *A mane vsque ad vesperam conterentur, quia non est qui ponat cor, in sæculum peribunt.*
21 *Nonne translata est dignitas eorum quæ erat in eis? morientur, & non in sapientia.*

CAP. V.

1 *CLama nunc si est qui respondeat tibi, & ad aliquem sanctorum verte te.*
2 *Quia stultum occidet iracundia, & eum qui inclinat cor suum ad ea quæ videt interficiet inuidia.*
3 *Vidi stultum radicantem, & maledixi habitaculo eius statim.*
4 *Elongabuntur filij eius à salute, & conterentur, & non erit eruens.*
5 *Cuius messem famelicus comedet & de spinis tollet eam, & absorbebit prædo diuitias eorum.*
6 *Quia non egredietur de puluere iniquitas, nec de terra orietur peruersitas.*
7 *Quia homo ad laborem natus est, & scintillæ eleuabunt volatum.*
8 *Verumtamen ego quæram Deum, & ad Deum ponam eloquium meum.*

Qui

Transl. ex Septuag.

C A P. IIII.

1 SVscipiens autem Eliphas Themanites, ait:
2 Num sæpe tibi sermo est habitus in molestia? pon-
dus autem verborum tuorum quis sustinebit?
3 Si enim tu erudiuisti multos,& manus infirmas
consolatus es,
4 Et eos qui infirmabantur, erexisti verbis, geni
busque impotentibus fiduciam circumposuisti.
5 Nunc autem venit super te labor & tetigit te.
Turbatus es.
6 Nonne timor tuus est in stultitia?& spes tua, &
iniquitas viæ tuæ?
7 Recordare igitur quis cum mundus esset, periit,
vel quando veraces radicitus perierunt?
8 Quemadmodum vidi eos qui arabant absurda:
qui autem seminant ea,dolores metent sibi:
9 A præcepto Domini peribunt:à spiritu autem
iræ eius delebuntur,
10 Robur leonis, & vox leænæ, & gaudium draco-
num extinctum est.
11 Myrmicoleon periit,eo quod non haberet escam:
& catuli leonum diuisi sunt ab inuicem.
12 Si quod autem verbum verax fuisset in sermo-
nibus tuis; nihil tibi horum malum accidisset.
Nunquid non capiet auris mea ab eo magnifica?
13 Timore autem, & sonitu nocturno incidens ti-
mor super homines,
14 Horror mihi occurrit, & tremor, & valde ossa
mea concussit,
15 Et spiritus in faciem meam incurrit,horruerunt
autem pili mihi,& carnes.
16 Surrexi,& non cognoui: vidi. & non erat figura
ante oculos meos: sed auram & vocem audiebam.
17 Quid enim? nũquid homo coram Domino mun-
dus erit,vel de operibus suis inculpabilis vir?
18 Si contra seruos suos non credit,& aduersus an
gelos suos prauum quid aduertit;
19 Habitantes autem domos luteas, ex quibus &
ipsi de eodem luto sumus? Percussit illos tanquam
tineam.
20 Et à mane vsque ad vesperam vltra non sunt: eo
quod non possent sibi ipsis subuenire,perierunt.
21 Insufflauit enim eis, & exaruerunt: interierunt,
quia non habebant sapientiam.

C A P. V.

1 INuoca autem, si quis tibi respondeat, vel si quem
angelorum sanctorum aspicias:
2 Etenim stultum perimit ira:errantem autem oc-
cidit zelus:
3 Ego autem vidi stultos radicem mittentes; sed
statim absumpta est illorum habitatio.
4 Longe fiant filij eorum à salute, & conterantur
super ianuas minorum;& non erit qui eripiat.
5 Quæ enim illi congregauerunt; iusti comedent:
ipsi vero de malis non liberabuntur: exhauriatur
fortitudo eorum.
6 Non enim prodiet de terra labor,neque de mon
tibus germinabit molestia.
7 Sed homo nascitur labori: pulli autem vulturis
aptissime volitant.
8 Veruntamen ego deprecabor Dominum:Domi-
nũ autem omnium horum dominatoré inuocabo,

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

C A P. IIII.

1 *ET respondens Eliphaz Themanites ille,dixit,*
2 *An si disceptemus tecum,ægre feres?attamen prohibere
sermones quis poterit?*
3 *Ecce, erudisti multos, & manus lassas roborasti:*
4 *Cadentem erexerunt sermones tui, & genua curuata
roborasti.*
5 *Nunc autem quum venit tibi,ægre tulisti: venit vsq;
ad te,& territus es.*
6 *Nonne timor tuus fuit spes tua, & perfectio viarum
tuarum,expectatio tua?*
7 *Recordare obsecro quis fuerit innocens qui perierit:&
vbinam recti succisi fuerint:*
8 *Quemadmodum vidi,quod arantes iniquitatem &
seminantes peruersitatem,metunt illam,*
9 *Flatu Dei pereunt, & spiritu furoris eius defi-
ciunt.*
10 *Rugitus leonis,& vox leonis, & dentes leunculorum
excutiuntur.*
11 *Leo maior perit, quod non sit ei præda, & filij leonis
disperguntur.*
12 *Me quoque hæc res latebat: verum accepit auris mea
pusillum ex ea.*
13 *In cogitationibus visionum nocturnarum, quando ir-
ruit sopor super homines,*
14 *Pauor accidit mihi,ac tremor, qui multitudinem
ossium meorum terrefecit.*
15 *Et spiritus coram me transiuit, inhorruit pilus carnis
meæ.*
16 *Tum substitit, cuius vultum non agnoui: imago co-
ram oculis meis erat, silentium & vocem audiui.*
17 *Nunquid homo Deo iustior erit,num factore suo mun-
dior erit vir?*
18 *Ecce in seruis suis non posuit stabilitatem, nec in An-
gelis suis posuit lumen:*
19 *Quanto magis in iis qui habitant domos luteas, quo-
rum est in terra fundamentum, & quos conterent donec
fuerit Arcturus.*
20 *A mane vsque ad vesperam conteruntur, eo quod non
sit qui apponat cor,in seculum peribunt.*
21 *Nonne translata est dignitas eorum quæ in ipsis?
moriuntur,& non in sapientia?*

C A P. V.

1 *CLama nunc & vide an sit qui respondeat tibi, & ad
quem sanctorum vertes te?*
2 *Profecto stultum interficit iracundia, & ardelionem
perimit inuidia.*
3 *Vidi stultum radicantem,& maledixi habitaculo eius
statim.*
4 *Elongabuntur filij eius à salute, & conterentur, in
porta,nec erit eruens.*
5 *Diuitiæ eorum eius erant cuius messem famelicus
comedet, & de spinis tollet eam,atque inhiabit prædo.*
6 *Etenim non egreditur è puluere iniquitas,nec de ter-
ra oritur peruersitas:*
7 *Tametsi homo ad molestiam natus sit, quemadmo-
dum scintillæ attollunt sese ad volandum.*
8 *Certe ego requirerem Deum, & ad Deum ponerem
eloquium meum:*

Vulgat. Editio.

9 Qui facit magna & inscrutabilia & mirabilia
absque numero:
10 Qui dat pluuiam super faciem terræ, & irrigat
aquis vniuersa:
11 Qui ponit humiles in sublime, & mærentes eri-
git sospitate.
12 Qui dissipat cogitationes malignorum, ne pos-
sint implere manus eorum quod cœperant:
13 * Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, &
consilium prauorum dissipat:

* 1. Cor. 3. 19.

14 Per diem incurrent tenebras, & quasi in nocte
sic palpabunt in meridie.
15 Porrò saluum faciet egenum à gladio oris eo-
rum, & de manu violenti pauperem.
16 Et erit egeno spes, iniquitas autem contrahet os
suum,
17 Beatus homo, qui corripitur à Deo increpatio-
nem ergo Domini ne reprobes:
18 Quia ipse vulnerat, & medetur: percutit, & ma-
nus eius sanabunt.
19 In sex tribulationibus liberabit te, & in septima
non tanget te malum.
20 In fame eruet te de morte, & in bello de manu
gladij.
21 A flagello linguæ absconderis & non timebis ca-
lamitatem cum venerit.
22 In vastitate, & fame ridebis, & bestias terræ non
formidabis.
23 Sed cum lapidibus regionum pactum tuum, &
bestiæ terræ pacificæ erunt tibi.
24 Et scies quod pacem habeat tabernaculum tuum,
& visitans speciem tuam, non peccabis.
25 Scies quoque quoniam multiplex erit semen
tuum, & progenies tua quasi herba terræ.
26 Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut in-
fertur aceruus tritici in tempore suo.
27 Ecce, hoc, vt inuestigauimus, ita est: quod audi-
tum, mente pertracta.

CAP. VI.

1 Respondens autem Iob, dixit:
2 Vtinam appenderentur peccata mea, quibus
iram merui, & calamitas quam patior, in statera.
3 Quasi arena maris hæc grauior appareret: vnde
& verba mea dolore sunt plena:
4 Quia sagittæ Domini in me sunt, quarum indi-
gnatio ebibit spiritum meum, & terrores Domini
militant contra me,
5 Numquid rugiet onager cum habuerit herbam?
aut mugiet bos cum ante præsepe plenum stete-
rit.
6 Aut poterit comedi insulsum, quod non est sale
conditum? aut potest aliquis gustare, quod gusta-
tum affert mortem?
7 Quæ prius nolebat tangere anima mea, nunc
præ angustia, cibi mei sunt.
8 Quis det vt veniat petitio mea: & quod expecto,
tribuat mihi Deus?
9 Et qui cœpit, ipse me conterat: soluat manum
suam, & succidat me?
10 Et hæc mihi sit consolatio vt affligens me dolo-
re non parcat, nec contradicam sermonibus San-
cti.
11 Quæ est enim fortitudo mea, vt sustineam? aut
quis finis meus, vt patienter agam?
12 Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro
mea ænea est.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

9 *Qui facit magna, & non est inuestigatio, mirabilia
absque numero.*
10 *Qui dat pluuiam super faciem terræ, & mittit aquas
super faciem platearum.*
11 *Vt ponat humiles in excelso, & pullati eleuati sunt in
salutem.*
12 *Qui dissipat cogitationes callidorum, & non facient
manus eorum quicquam.*
13 *Qui apprehendit sapientes in calliditate eorum, &
consilium prauorum infatuatum est.*
14 *Per diem occurrent tenebræ, & veluti in nocte pal-
pabunt in meridie.*
15 *Et seruauit humiles à gladio, & ab ore eorum, & de
manu forti pauperem.*
16 *Et fuit pauperi spes, & iniquitas clausit os suum.*
17 *Ecce beatus homo quem increpauerit Deus, & cor-
rectionem omnipotentis, ne spernas:*
18 *Quia ipse dolere faciet, & alligabit, percutiet, & ma-
nus eius sanabunt.*
19 *Sex angustiis eruet te, & in septima non tanget te
malum.*
20 *In fame redimet te à morte, & in bello è manibus
gladij:*
21 *A flagello linguæ absconderis te, & non timebis à vasti-
tate cum venerit.*
22 **In vastitate, & fame ridebis, & à bestia terræ non
timebis.*
23 *Quia eris ac si pepigisses cum lapidibus agri pactum
tuum, ne pedes tuos læderent, & bestia agri pacifica erit
tibi.*
24 *Et scies quod pacificum erit tabernaculum tuum, &
visitabis habitaculũ tuũ, & non pœnis afficieris pro pctõ.*
25 *Et scies quod multum erit semen tuum, & filij tui
sicut herba terræ.*
26 *Ingredieris in senectute sepulchrum sicut ascendit
aceruus in aream in tempore suo.*
27 *Ecce hoc inuestigauimus, & sic est: audi, & tu nota
tibi.*

CAP. VI.

1 *Et respondit Iiob, & dixit.*
2 *Vtinam appendendo appenderetur ira mea, &
contritionem meam in statera eleuarent pariter:*
3 *Quia nunc arena marium grauior esset: ideo verba
mea absorpta sunt.*
4 *Quia sagittæ fortes mecum sunt quarum venenum
bibit spiritus meus, terrores fortes ordinauerunt se contra
me.*
5 *Nunquid rudet onager iuxta germen? num mugiet
bos iuxta pabulum suum?*
6 *Nunquid comedetur insipidum quod est absque sale?
num est sapor in albumine vitelli?*
7 *Quæ renuit tangere anima mea, illa sunt veluti ægri-
tudines carnis meæ.*
8 *Quis det vt veniat petitio mea, & expectationem
meam det Deus?*
9 *Et velit Deus, & conterat me soluat manum suam, &
succidat me.*
10 *Et sic adhuc consolatio mea, & calefaciam me dolore,
non parcat, quia non abscondi eloquia Sancti.*
11 *Quæ est fortitudo mea, si sperauero, & quis finis meus,
si prolongauero vitam meam?*
12 *Numquid fortitudo lapidum fortitudo mea? numquid
caro mea ænea est?*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

9 Qui facit magna, & non vestigabilia, gloriosaque, & magnifica, quorum non est numerus,

10 Qui dat pluuiam super terram, qui mittit aquam super eam, quæ sub cælo,

11 Qui facit humiles in altitudinem, & suscitat eos qui perierant.

12 Qui auertit consilia versutorum, & non facient manus eorum veritatem:

13 Qui capit sapientes in prudentia: consilium autem astutorum disiecit:

14 In die occurrent eis tenebræ: in meridie autem palpent tanquam in nocte,

15 Et pereant in bello: infirmus autem egrediatur de manu potentis.

16 Sit autem infirmo spes, iniusti autem os obstruatur.

17 Beatus autem homo, quem arguit Dominus: monitionem vero omnipotentis ne renuas.

18 Ipse enim dolere facit, & rursus restituit: percussit, & manus eius sanauerunt:

19 Sexies de necessitatibus te eruet, & in septimo non te tanget malum.

20 In fame te liberabit à morte, in prælio vero de manu ferri soluet te:

21 A flagello linguæ abscondet te, & non timebis à malis venientibus:

22 Iniustos, & iniquos deridebis: & feroces bestias non timebis.

23 Bestiæ enim feræ pacatæ erunt tibi:

24 Deinde scies quod in pace erit domus tua: habitatio autem tabernaculi non peccabit:

25 Scies autem quod multum semen tuum, & filij tui erunt quasi omnis herba campi,

26 Et venies in sepulchrum, tanquam frumentum maturum, quod in tempore messuerunt, vel sicut aceruus areæ in tempore comportatus.

27 Ecce hæc ita exquisiuimus: hæc sunt quæ audiuimus: Tu vero scito tibi ipsi, si quid egeris.

C A P. VI.

1 RESpondens autem Iob dicit:

2 Si vero quis appendens, appenderet iram meam, & dolores meos tolleret in statera pariter;

3 Et vtique arena maris grauior erit. Sed vt videtur, verba mea sunt mala:

4 Sagittæ enim Domini in corpore meo sunt; quarum furor earum bibit sanguinem meum: cum incœpero loqui; stimulant me.

5 Quid enim? numquid frustra onager clamabit, nisi escas requirens? nunquid & erumpet vocem bos, cum habeat in præsepe cibos:

6 Nunquid potest sine sale edi panis, aut est sapor in sermonibus vanis:

7 Non potest enim cessare ira mea: fætorem enim video escas meas, sicut est odor leonis.

8 Si enim det, & veniat postulatio mea, & spem me det Dominus:

9 Qui cœpit Dominus, vulneret me: in finem autem ne me tollat:

10 Sit autem mea ciuitas sepulchrum, super cuius muros saltabam super eam: non parcam: non enim mentitus sum verba sancta Dei mei.

11 Quæ enim virtus mea, vt sufferam? aut quod tempus meum, vt sustineat anima mea?

12 Numquid virtus lapidum virtus mea, aut carnes meæ sunt æneæ? aut non in ipso confidebam?

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

9 Qui facit maxima, & non est inuestigatio: at mirabilia absque numero.

10 Qui dat pluuiam super faciem terræ, & mittit aquas super faciem platearum.

11 Vt ponat humiles in excelso, & pullati exaltentur salute,

12 Dissipat cogitationes callidorum, & non facient manus eorum quod decreuerant.

13 Et apprehendit sapientes in calliditate eorum, & consilium prauorum infatuatum est.

14 Interdiu incurrunt in tenebras, & quasi in nocte palpant in meridie.

15 Et seruat humiles à gladio, ab ore eorum, & à manu fortis pauperem.

16 Estque pauperi spes: iniquitas autem clausit os suum.

17 Profecto beatus est homo quem increpauerit Deus: proinde correctionem Omnipotentis ne spernas:

18 Quia ipse dolore afficit, & medetur: percutit, & manus eius sanant.

19 In sex angustiis eruet te, & in septima non tanget te malum.

20 In fame redimet te à morte, & in bello, à manibus gladij:

21 A flagello linguæ absconderis, neque timebis à vastitate quum venerit:

22 Vastitatem & famem ridebis, & à bestia terræ non tim bis.

23 Quin & cum lapidibus agri erit pactum tibi, & bestia agri pacifica erit tibi.

24 Et scies quod pax erit in tabernaculo tuo, visitabisque habitaculum tuum, & non peccabis.

25 Scies inquam quod multum erit semen tuum, & propagines tuæ velut herba terræ.

26 Ingrediêris in senectute sepulchrum, sicut ascendit aceruus in aream tempore suo.

27 Ecce hoc inuestigauimus, & sic est: audi illud, & tu scito tibi.

C A P. VI.

1 REspondens autem Iiob, dixit,

2 Vtinam appendendo appenderetur querela mea, & contritionem meam in statera eleuarent pariter:

3 Nunc enim arena marium grauior esset: ideo verba mea absorpta sunt.

4 Quia sagittæ Omnipotentis apud me sunt, quarum venenum ebibit spiritus meus, terrores Dei oppugnant me.

5 Nunquid rudit onager iuxta herbam? an mugit bos iuxta pabulum suum?

6 Nunquid comeditur insipidum absque sale? num est sapor in albumine vitelli?

7 Quæ renuebat tangere anima mea, ipsa sunt velut ægritudines carnis meæ.

8 Quis det vt veniat postulatio mea, & expectationem meam det Deus?

9 Velitque Deus, & conterat me: soluat manum suam, & succidat me.

10 Et erit adhuc consolatio mea (& vror dolore, nec parcit) quod non suppresserim eloquia Sancti.

11 Verum quid fortitudo mea, quod sperem? & quid finis meus, quod prolongem vitam meam?

12 An fortitudo lapidum, fortitudo mea? an caro mea ænea est?

Vulgat. Editio.

13 Ecce, non est auxilium mihi in me, & necessarij quoque mei recesserunt à me.

14 Qui tollit ab amico suo misericordiam, timorem Domini derelinquit.

15 Fratres mei prætereierunt me, sicut torrens qui raptim transit in conuallibus.

16 Qui timent pruinam, irruet super eos nix.

17 Tempore, quo fuerint dissipati, peribunt: & vt incaluerit, soluentur de loco suo.

18 Inuolutæ sunt semitæ gressuum eorum: ambulabunt in vacuum, & peribunt.

19 Considerate semitas Thema, itinera Saba, & expectate paulisper.

20 Confusi sunt, quia speraui: venerunt quoque vsque ad me, & pudore cooperti sunt.

21 Nunc venistis: & modo videntes plagam meam timetis.

22 Numquid dixi: Afferte mihi, & de substantia vestra donate mihi?

23 Vel, Liberate me de manu hostis, & de manu robustorum eruite me?

24 Docete me, & ego tacebo: & si quid forte ignoraui, instruite me.

25 Quare detraxistis sermonibus veritatis, cum è vobis nullus sit qui possit arguere me?

26 Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, & in ventum verba profertis.

27 Super pupillum irruitis, & subuertere nitimini amicum vestrum.

28 Verumtamen quod cœpistis explete: præbete aurem, & videte an mentiar.

29 Respondete obsecro absque contentione: & loquentes id quod iustum est, iudicate.

30 Et non inuenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis stultitia personabit.

CAP. VII.

1 Militia est vita hominis super terram: & sicut dies mercenarij, dies eius.

2 Sicut seruus desiderat vmbram, & sicut mercenarius præstolatur finem operis sui:

3 Sic & ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumeraui mihi.

4 Si dormiero dicam: Quando consurgam? & rursum expectabo vesperam, & replebor doloribus vsque ad tenebras.

5 Induta est caro mea putredine, & sordibus pulueris, cutis mea aruit, & contracta est.

6 Dies mei velocius transierunt quam à texente tela succiditur, & consumpti sunt absque vlla spe.

7 Memento quia ventus est vita mea, & non reuertetur oculus meus vt videat bona.

8 Nec aspiciet me visus hominis: oculi tui in me, & non subsistam.

9 Sicut consumitur nubes, & pertransit: sic qui descenderit ad inferos, non ascendet.

10 Nec reuertetur vltra in domum suam, neq; cognoscet eum amplius locus eius.

11 Quapropter & ego non parcam ori meo, loquar in tribulatione spiritus mei: confabulabor cum amaritudine animæ meæ.

12 Nunquid mare ego sum, aut cetus, quia circumdedisti me carcere?

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

13 *Nonne auxilium meum est in me, & lex unum expulsa est à me?*

14 *Viro flagellis dissoluto, ab amico suo consentaneum est vt impendatur misericordia, alioqui timorem omnipotentis derelinquit.*

15 *Fratres mei preuaricati sunt contra me sicut torrens, sicut aqua cum impetu fluens transierunt.*

16 *Qui torrentes denigrantur propter glaciem, in eis occultatur nix.*

17 *Tempore quo effluxerint, excidentur: cum incaluerint extinguentur de loco suo.*

18 *Declinabunt ad alia loca semitæ viæ eorum: ascendent in vacuum, & peribunt.*

19 *Respicite semitas Temanitarum, itinera Sebæorum expectate aquas.*

20 *Pudore affecti sunt, quoniam sperauerunt: venerunt vsque ad eas, & pudore affecti sunt.*

21 *Quia nunc estis similes torrenti predicto videtis fractionem, & timetis.*

22 *Num dixi: Afferte mihi, & de fructu vestro donate mihi?*

23 *Et liberate me è manu hostis, & è manu robustorum redimite me.*

24 *Docete me, & tacebo: & in quo erraui intelligere facite me.*

25 *Quam roborata sunt eloquia recta? & quid increpabit increpans ex vobis?*

26 *Nonne ad increpandum sermones cogitastis, & in ventum eloquia mei desperati?*

27 *Etiam super pupillum proijcitis laqueos, & foditis mendacia contra amicum vestrum.*

28 *Et nunc velitis respicere ad me: & loqui, an contra faciem vestram mentiar.*

29 *Conuertimini nunc, ne sit iniquitas, & reuertimini adhuc vt iustificetis me ab ea,*

30 *Nunquid est in lingua mea iniquitas, nunquid palatum meum non intelliget contritiones?*

CAP. VII.

1 *Nonne est tempus determinatum homini super terram, & sicut dies mercenarij sunt dies eius?*

2 *Sicut ceruus respicit vmbram, & sicut mercenarius præstolatur mercedem operis sui.*

3 *Sic hereditate accepi mihi menses mendaces, & noctes laboriosas constituerunt mihi.*

4 *Si dormiero dicam, quando surgam, & cor meum mensus est vesperam, & saturatus sum euagationibus, vsque ad crepusculum.*

5 *Induta est caro mea vermibus, & gleba pulueris. Cutis mea scidit se, & dissoluit se,*

6 *Dies mei velociores fuerunt radio textoris, & defecerunt absque spe.*

7 *Memento quod sicut ventus est vita mea: non reuertetur oculus meus, vt videat bonum.*

8 *Non aspiciet me oculus videntis me, oculi tui in me & non ero.*

9 *Sicut deficit nubes, & ambulat, sic descendens ad infernum, non ascendet.*

10 *Non reuertetur vltra ad domum suam, & non cognoscet eum amplius locus eius.*

11 *Etiam ego non prohibebo os meum, loquar in angustia spiritus mei, confabulabor in amaritudine animæ meæ.*

12 *Numquid mare ego sum aut cœtus, quia posuisti super me custodiam?*

Transl. ex Septuag.

13 Sed adiutorium à me recessit:negauit me misericordia,& visitatio Domini me

14 Despexit : propinqui mei non respexerunt me:

15 Tanquam torrens deficiens, aut sicut fluctus, transierunt me:

16 Qui verebantur me,nunc irruerunt super me: sicut nix aut gelu concretum,

17 Quemadmodum quod liquefactum est calore exorto,non cognitum est quod erat;

18 Ita & ego derelictus sum ab omnibus.Perij autem & exul de domo mea factus sum:

19 Vias Themanorum videte, semitas Sabæorum intuentes:

20 Et confusionem debebunt,qui in ciuitatibus,& pecuniis confiderunt.

21 Nunc autem,& vos insurrexistis in me sine misericordia.Itaque videntes vulnus meum timete.

22 Quid enim? nunquid aliquid vos petij,aut fortitudine vestra indigeo?

23 Vt saluetis me de inimicis, vel de manu potentium liberetis me?

24 Docete me,& ego obmutescam:si quid erraui, dicite mihi:

25 Sed vt videtur, vilia veracis verba: non enim à vobis fortitudinem peto, neque correptio vestra verbis me sedabit:

26 Neque enim loquutionem sermonis vestri sustinebo:

27 Verumtamen super pupillum irruitis, & insultatis super amicum vestrum.

28 Nunc autem inspiciens in facies vestras, non mentiar.

29 Sedete obsecro,& non sit iniustum, & rursus iusto adestote.

30 Non est enim in lingua mea iniquitas,aut fauces meæ nonne intellectum meditantur?

C A P. VII.

1 NVnquid non tentatio est vita hominis super terrã:& sicut quotidiani mercenarii vita eius?

2 Aut tanquam seruus metuens dominum suum, & consequutus vmbram? aut tanquam mercenarius expectans mercedem suam?

3 Sic & ego expectaui menses vanos:& noctes dolorum datæ sunt mihi:

4 Si dormiero: dico, quando dies:& si surrexero; rursus, quando vesper? repleor autem doloribus à vespera vsque ad mane,

5 Et conspergitur corpus meum in putredine vermium : infundo autem glebas terræ à sanie radens

6 Et vita mea exilior est, quam loquela: periit autem in vana spe.

7 Recordare ergo,quia spiritus est vita mea;& non reuertetur vltra oculus meus ad cernendum bonum:

8 Non circumspiciet me oculus videntis me:oculi tui in me,& non vltra sum,

9 Tanquam nubes expurgata de cœlo. Si enim homo descenderit ad infernum, vltra non ascendet:

10 Et non reuertetur amplius in domum suam, neque cognoscet amplius eum locus eius.

11 Propterea itaque & ego non parcam ori meo: loquar,cum in necessitate sim : apponam amaritudinem animæ meæ compressus.

12 Vtrumne mare sum ego,aut draco,quia statuisti super me custodiam?

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

13 *Annon auxilium meum fuit in me, & lex expulsa est à me?*

14 *An dissoluto, à sodali suo conuitium? & quod timorem omnipotentis deseruerit?*

15 *Fratres mei præuaricati sunt in me sicut torrens, sicut inundatio torrentium qui prætereunt,*

16 *Qui obscuri sunt præ glacie, & in quibus occultatur nix.*

17 *Tempore autem quo effluxerint,excidentur:dum enim incalescit,extinguuntur e loco suo:*

18 *Vel declinant alio semitæ itineris eorum,& ascendunt in vacuum,ac pereunt.*

19 *Considerauerant semitæ Themanitarum, itinera Seba expectauerant sibi.*

20 *Pudore affecti sunt,quoniam sperauerant:deuenerunt vsque ad illum locum, & erubuerunt.*

21 *Certè nunc estis similes illi,vidistis fractionem, & timuistis.*

22 *Num dixi, Afferte mihi, & de fructu vestro date munera pro me?*

23 *Et liberate me è manu hostis, & de manu robustorum redimite me?*

24 *Docete me,& ego tacebo:& in quo errauerim, intelligere facite me.*

25 *Quam fortia sunt eloquia recta? & quid disceptando conficiet disceptatio vestra?*

26 *An disceptando verba reputare debetis, & ventum eloquia desperati?*

27 *Iram in pupillum cadere faceretis,quum fodiatis aliquid aduersus amicum vestrum.*

28 *Nunc itaque velitis respicere ad me, & videte an in conspectu vestro mentiar.*

29 *Conuertimini nunc,& ne sit iniquitas : conuertimini, inquam,& adhuc iustitia mea in ea.*

30 *An est in lingua mea iniquitas? an palatum meum non intelligeret contritionem?*

C A P. VII.

1 *NOnne tempus determinatum est homini super terram,& sicut dies mercenarij dies eius?*

2 *Sicut seruus aspirat ad vmbram, & sicut mercenarius præstolatur mercedem operis sui:*

3 *Sic ceu iure hæreditario traditus sum mihi mensibus vanis,& noctes laboriosas parauerunt mihi.*

4 *Si iacui, tum dixi, Quando surgam? & cor meum mensum est vesperam, saturatusque sum euagationibus vsque ad crepusculum.*

5 *Induta est caro mea vermibus,& ramento pulueris: cutis mea rupit sese,& dissoluit se.*

6 *Dies mei velociores fuerunt radio textoris, & defecerunt absque spe.*

7 *Memento quod sicut ventus est vita mea:& quod non reuertetur oculus meus vt videat bonum.*

8 *Non aspiciet me oculus videntis me : oculi tui in me, & non ero.*

9 *Vt deficit nubes,& abit, sic descendens ad infernum, non ascendet:*

10 *Non reuertetur vltra ad domum suam, nec agnoscet eum vltra locus.*

11 *Propterea ego non coercebo os meum, sed loquar de angustia spiritus mei,commentabor de amaritudine animæ meæ.*

12 *Nunquid mare ego sum, num cetus, quod ponas mihi custodiam?*

Vulgat. Editio.

Si dixero: Consolabitur me lectulus meus, & re-
leuabor loquens mecum in strato meo:
Terrebis me per somnia, & per visiones horrore
concuties.
Quam ob rem elegit suspendium anima mea, &
mortem ossa mea.
Desperaui, qui nequaquam vltra iam viuam:
parce mihi, nihil enim sunt dies mei.
Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid
apponis erga eum cor tuum?
Visitas eum diluculo, & subitò probas illum:

Vsquequo non parcis mihi, nec dimittis me vt
glutiam saliuam meam?
Peccaui, quid faciam tibi ô custos hominum?
quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum
mihimetipsi grauis?
Cur non tollis peccatum meum, & quare non
aufers iniquitatem meam? ecce nunc in puluere
dormiam: & si mane me quæsieris, non subsi-
stam.

CAP. VIII.

RESpondens autem Baldad Suhites, dixit:
Vsquequo loqueris talia, & spiritus multi-
plex, sermones oris tui?
Numquid Deus supplantat iudicium? aut Om-
nipotens subuertit quod iustum est?
Etiam si filii tui peccauerunt ei, & dimisit eos in
manu iniquitatis suæ:
Tu tamen si diluculo consurrexeris ad Deum, &
Omnipotentem fueris deprecatus:
Si mundus & rectus incesseris, statim euigilabit
ad te, & pacatum reddet habitaculum iustitiæ tuæ:

In tantum, vt si priora tua fuerint parua, & no-
uissima tua multiplicentur nimis.
Interroga enim generationem pristinam, & dili-
genter inuestiga patrum memoriam:
*Psal. 143.4. Inf. 14. 2. * (Hesterni quippe sumus, & ignoramus quo-
niam sicut vmbra dies nostri sunt super terram.)
Et ipsi docebunt te: loquentur tibi, & de corde
suo proferent eloquia.
Numquid virere potest scirpus absque humore?
aut crescere carectum sine aqua?
Cum adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante
omnes herbas arescit.
Sic viæ omnium, qui obliuiscuntur Deum, &
spes hypocritæ peribit:
Non ei placebit vecordia sua; & sicut tela aranea-
rum fiducia eius.
Innitetur super domum suam, & non stabit: ful-
ciet eam, & non consurget:
Humectus videtur antequam veniat Sol, & in
ortu suo germen eius egredietur.
Super aceruum petrarum radices eius densabun-
tur, & inter lapides commorabitur.
Si absorbuerit eum de loco suo, negabit eum, &
dicet: Non noui te:
Hæc est enim lætitia viæ eius, vt rursum de terra
alii germinentur.
Deus non proijciet simplicem, nec porriget ma-
num malignis:
Donec impleatur risu os tuum, & labia tua iu-
bilo.
Qui oderunt te, induentur confusione: & taber-
naculum impiorum non subsistet.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

13 *Si dixero consolabitur me lectus meus, comburetur*
eloquio meo cubile meum.
14 *Et conteres me per somnia, & visionibus terrebis*
me.
15 *Et elegit suspendium anima mea, mortem potius*
quam esse cum ossibus meis.
16 *Tædio affectus sum, non in seculum victurus sum:*
cessa quia vanitas sunt dies mei.
17 *Quid est homo quod magnifices eum, & quod ponas*
super eum cor tuum?
18 *Et visites eum in matutinis? Ad momenta probabis*
me.
19 *Quousque non recedes à me, non dimittes me, donec*
glutiam saliuam meam?
20 *Peccaui, quid operabor tibi, custos hominum? Vt quid*
posuisti me in occursum tibi, & fui mihi oneri?

21 *Et cur non parces præuaricationi meæ, transire facies*
iniquitatem meam? nunc enim in puluere accumbam, &
quæres me, & non ero.

CAP. VIII.

1 *ET respondit Bildad Suchites, & dixit.*
2 *Vsquequo loqueris hæc, & spiritus fortis erunt ser-*
mones oris tui?
3 *Nunquid Deus peruertet iudicium? & num Omnipo-*
tens peruertet iustitiam?
4 *Si filij tui peccauerunt ei, expulit eos è mundo propter*
præuaricationem eorum.
5 *Si mane quæsieris Deum, & omnipotentem deprecatus*
fueris.
6 *Si mundus, & rectus fueris, quia nunc, suscitabit su-*
per te bonum, & pacificum reddet habitaculum iustitiæ
tuæ.
7 *Et erit principium tuum paruum, & nouissimum*
tuum crescet valde.
8 *Interroga enim obsecro generationem pristinam, &*
prepara te ad inuestigationem patrum eorum.
9 *Quia heri fuimus, & nescimus quia velut vmbra*
sunt dies nostri super terram.
10 *Nonne ipsi docebunt te, dicent tibi, & è corde suo pro-*
ferent eloquia?
11 *Nunquid crescet iuncus absque luto, crescet gramen*
absque aqua?
12 *Adhuc eo existente in virore suo non succidetur, &*
ante omnem herbam arescet.
13 *Sic semita omnium obliuiscentium Dei, & spes impij*
peribit.
14 *Cuius succidetur spes, & domus araneæ est fiducia*
eius.
15 *Innitetur domui suæ, & non stabit, fulciet eam &*
non permanebit.
16 *Viridis est ante solem, & in horto suo ramus eius te-*
ner egredietur.
17 *Iuxta fontem radices eius complicabuntur, iuxta do-*
mum lapideam complicabitur.
18 *Si eradicauerit eum è loco suo, negabit eum dicens,*
Non vidi te.
19 *Ecce illud est gaudium viæ eius, & de terra alia ger-*
minabunt.
20 *Ecce Deus non reprobabit perfectum, nec apprehendet*
manu malignos.
21 *Donec impleat risu os tuum, & labia tua iubilatione.*

22 *Odio habentes te induentur pudore, & tabernaculum*
impiorum non erit.

Transl. ex Septuag.

Dixi quia consolabitur me lectus meus, & referam ad meipsum priuatim sermonem thoro meo. 13
Exterres me per somnia, & per visiones me obstupefacis: 14
Absolues à spiritu meo animam meam: & à morte ossa mea. 15
Non enim in sempiternum viuam, vt longanimiter agam: discede à me: vana est enim vita mea. 16
Quid enim est homo, quod magnificasti eum? aut quod adhibes mentem erga eum: 17
Num visitationem eius facies vsque mane? & in requie iudicabis eum? 18
Vsquequo non finis me, neque dimittis me donec deglutiam saliuam meam? 19
Si ego peccaui; quid potero facere? qui scis mentem hominum; quare constituisti me, vt loquerer aduersus te; sum autem super te onus? 20
Quare non fecisti iniquitatis meæ obliuionem, & purgationem peccati mei? Nunc autem in terram abibo: mane autem surgens vltra non ero. 21

CAP. VIII.

RESpondens autem Baldath Sauchites ait: 1
Vsquequo loqueris hæc, spiritus multiloquus oris tui? 2
Numquid Dominus iniuste aget iudicans? aut qui omnia fecit; turbabit iustitiam? 3
Si filij tui peccauerunt coram eo, misit in manu iniquitates eorum. 4
Tu autem diluculo surge ad Dominum Omnipotentem deprecans: 5
Si mundus es, & verax; deprecationem exaudiet tuam: restituet autem tibi habitaculum iustitiæ: 6
Et erunt priora quidem tua pauca, nouissima autem tua inenarrabilia. 7
Interroga enim generationem primam, & inuestiga per genus patrum: 8
Hesterni enim sumus, & nescimus: vmbra enim est nostra super terram vita? 9
Aut nunquid non hi docebunt te, & referent, & è corde proferent verba? 10
Nunquid viret scirpus sine aqua? aut exaltabitur pratum sine potu: 11
Adhuc in sua radice consistit, & non metetur: antequam saliat omnis herba; nonne arescit? 12
Sic igitur erunt nouissima omnium, qui obliuiscuntur Domini: spes enim impij peribit: 13
Inhabitabilis enim eius erit domus: aranea autem euadet eius tabernaculum: 14
Si suffulserit domum suam; non stabit: & cum cœperit; non permanebit. 15
Humidus enim est sub cælo, & de putredine eius germen eius ascendet: 16
In congregatione lapidum dormit, in medio autem silicum viuet. 17
Si absorbuerit; locus mentietur eum. 18
Non vidisti talia, quoniam subuersio impij talis, de terra autem alterum germinabit. 19
Dominus enim non improbabit innocentem, nec vllum munus impij accipiet: 20
Veracium autem os implebit risu; labia autem confessione. 21
Inimici autem eorum induentur confusionem, & tabernaculum impij non erit. 22

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

Quum dixi, Consolabitur me lectus meus, auferet lamentationem meam cubile meum.
Tunc terruisti me somniis, & visionibus stupefecisti me.
Et elegit strangulationem anima mea: & mortem potius quam ossa mea.
Tædio affectus sum, non in sæculum victurus: recede à me, quia vanitas sunt dies mei.
Quid est homo quod magnifices eum, & quod ponas super eum cor tuum?
Et visites eum singulis matutinis? & momentis singulis probes eum?
Quousque non recedes à me, nec sines me, donec glutiam saliuam meam?
Peccaui, quid feci tibi ô custos hominum? quare posuisti me in offendiculum tibi, & sum mihi oneri?
Et cur non parces præuaricationi meæ, & dimittes iniquitatem meam? nunc enim in puluere dormiam & si quæsieris me, non ero.

CAP. VIII.

REspondit autem Bildad Suhites, & dixit.
Quousque tandem loqueris hæc, & velut ventus fortis erunt sermones oris tui?
An Deus peruertet iudicium? & an Omnipotens peruertet iustitiam.
Si filij tui peccauerunt ei, & expulit eos propter præuaricationem eorum.
Si tu mane quæsieris Deum, & Omnipotentem deprecatus fueris:
Si purus & rectus fueris, certè nunc suscitabit super te bonum, & pacificum reddet habitaculum iustitiæ tuæ.
Eritque principium tuum paruum, nouissimum vero tuum crescet valde.
Interroga enim obsecro ætatem priorem, & prepara te inquisitioni patrum eorum.
(Quia ab heri sumus, nec scimus: quum velut vmbra sint dies nostri super terram)
Nonne ipsi docebunt te, ac dicent tibi, & è corde suo proferent eloquia?
Nunquid crescet iuncus absque cœno, crescet gramen absque aqua?
Quum adhuc est in virore suo, non decerpitur, & ante omnem herbam arescit:
Sic semitæ omnium qui obliuiscuntur Dei, & spes impij perit.
Cuius succiditur spes, & velut domus araneæ est fiducia eius.
Innitetur domui suæ, & non consistet: fulciet se super eam, neque consistet.
Viridis est ante solem, & supra hortum suum ramus eius tener egredietur.
Iuxta fontem radices eius intricantur, & sicut domus lapidum implicatur.
Si absorbeat eam è loco suo, & inficiando dicat de eo, Non vidi te.
En id erit gaudium viæ eius, & de terra alia germinabunt.
Ecce, Deus non spernit perfectum, nec apprehendit manum malignorum.
Adhuc implebit risu os tuum, & labia tua iubilatione.
Odio habentes te induentur pudore, & tabernaculum impiorum non erit.

Vulgat. Editio.

CAP. IX.

1 ET respondens Iob, ait:
2 Vere scio quod ita sit, & quod non iustifice-
tur homo compositus Deo.
3 Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei re-
spondere vnum pro mille.

4 Sapiens corde est, & fortis robore: quis restitit ei,
& pacem habuit?
5 Qui transtulit montes, & nescierunt hi quos sub-
uertit in furore suo.
6 Qui commouet terram de loco suo, & columnæ
eius concutiuntur.
7 Qui præcipit Soli, & non oritur: & stellas claudit
quasi sub signaculo.
8 Qui extendit cœlos solus, & graditur super flu-
ctus maris.
9 Qui facit Arcturum, & Oriona, & Hyadas, & in-
teriora Austri.
10 Qui facit magna, & incomprehensibilia, & mira-
bilia, quorum non est numerus.
11 Si venerit ad me, non videbo eum: si abierit, non
intelligam.
12 Si repente interroget, quis respondebit ei? vel
quis dicere potest: Cur ita facis?
13 Deus, cuius iræ nemo resistere potest, & sub quo
curuantur qui portant orbem.
14 Quantus ergo sum ego, vt respondeam ei, & lo-
quar verbis meis cum eo?
15 Qui etiam si habuero quippiam iustum non re-
spondebo, sed meum iudicem deprecabor.
16 Et cum inuocantem exaudierit me, non credo
quod audierit vocem meam.
17 In turbine enim conteret me, & multiplicabit
vulnera mea etiam sine causa.
18 Non concedit requiescere spiritum meum, & im-
plet me amaritudinibus.
19 Si fortitudo quæritur, robustissimus est: si æqui-
tas iudicij, nemo audet pro me testimonium di-
cere.
20 Si iustificare me voluero, os meum condemna-
bit me: si innocentem ostendero, prauum me com-
probabit.
21 Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit ani-
ma mea, & tædebit me vitæ meæ.
22 Vnum est quod locutus sum, & innocentem &
impium ipse consumit.
23 Si flagellat, occidat semel, & non de pœnis inno-
centum rideat.
24 Terra data est in manus impii, vultum iudicum
eius operit. quod si non ille est, quis ergo est?

25 Dies mei velociores fuerunt cursore: fugierunt, &
non viderunt bonum.
26 Pertransierunt quasi naues poma portantes, sicut
aquila volans ad escam.
27 Cum dixero: Nequaquam ita loquar: commuto
faciem meam, & dolore torqueor.
28 Verebar omnia opera mea, sciens quod non par-
ceres delinquenti.
29 Si autem & sic impius sum, quare frustra labo-
raui?
30 Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint velut
mundissimæ manus meæ:
31 Tamen sordibus intinges me, & abominabuntur
me vestimenta mea.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. IX.

ET respondit Iiob, & dixit.
Vere noui quod ita est, & quomodo iustificabit se
homo cum Deo?
Si voluerit contendere cum eo, non respondebit ei
vnum ex mille.

Sapiens corde est, & fortis robore, quis indurauit cor
suum ei, & pacem habuit?
Qui transfert montes, & non cognouerunt homines,
qui subuertit eos furore suo.
Qui commouet terram, & columnæ eius contremis-
cent.
Qui dicit Soli vt non oriatur, & non orietur, & ad-
huc stellas, ne luceant signabit.
Qui extendit cœlos suos, & ambulat super excelsa
maris.
Qui facit Arcturum Oriona, & Hyadas, & plagas
Australes.
Qui facit magna absque inuestigatione, & mirabilia
absque numero.
Ecce transibit super me, & non videbo, & transibit, &
non intelligam eum.
Si rapuerit, quis restituere faciet eum? Quis dicet
ei, quid facis?
Deus non reuocabit furorem suum, sub eo incuruaue-
runt se freti superbia.
Quanto magis respondebo ei, eligam verba mea cum
eo?
Qui si iustus fuero, non respondebo, eum qui me iudi-
care facit, orabo.
Si inuocauero, & responderit mihi, non credam quod
auscultauerit vocem meam.
Qui turbine conteret me, & multiplicabit vulnera
mea gratis.
Non sinet me vt requiescat spiritus meus, sed saturabit
me amaritudinibus.
Si ad potentiam venero robustus ecce est, & si ad iudi-
cium, quis dabit mihi tempus?

Si iustificauero me, os meum condemnabit me: si per-
fectus fuero peruersum iudicabit me.

Perfectus sum, nescio tamen animam meam. ideo re-
probabo vitam meam.
Vnum est perfecto & impio, ideo dixi perfectum, &
impium ipse consumit.
Si flagellum est ab eo occidat subito impium qui pœ-
nas innocentum subsannat.
Terra data est in manu impij, vultum iudicum eius
operiet: si non est sic, vbi est qui mentiri me censet, &
quis est?
Et dies mei velociores fuerunt cursore, fugerunt, non
viderunt bonum.
Transierunt cum nauibus fluminis rapidissimi Ebeh,
sicut aquila quæ festinat ad escam.
Si dixero obliuiscar eloquij mei: relinquam iram
meam, & confortabo cor meum.
Timui omnes dolores meos, noui quod non innocentem
iudicabis me.
Et si impius sum, vt quid iam vane laborabo?

Si lauero me aquis niualibus, & mundauero pure ma-
nus meas.
Tunc in foueam demerges me, & abominabuntur me
vestimenta mea.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.		Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
CAP. IX.		*CAP. IX.*
RESpondens autem Iob ait:	1	*ET respondit Iiob, ac dixit,*
Vere scio, quia ita est. Quomodo enim erit iustus homo apud Dominum?	2	*Vere noui quod ita est, & quomodo iustificabit se homo cum Deo?*
Si enim voluerit iudicari cum eo; non obaudiet ei: vt non contradicat ad vnum sermonem eius de mille:	3	*Si velit contendere cum eo, non respōdebit ei ad vnum ex mille.*
Sapiens est enim mente, robustusque & magnus. Quis durus factus ante eum permansit?	4	*Sapiens corde est, & fortis robore, quis dura loquetur ei, & in pace erit?*
Qui in vetustatem perducit montes, & nesciunt: qui vertit nos in ira:	5	*Qui transfert montes, & non agnoscunt quis subuerterit eos furore suo.*
Qui commouet eam, quæ sub cælo, à fundamentis, & columnæ eius quatiuntur:	6	*Qui dimouet terram de loco suo, & columnæ eius contremiscunt.*
Qui dicit Soli, & non oritur: contra sydera autem signaculum ponit:	7	*Qui dicit soli, & non oritur, stellas quoque signat.*
Qui extendit cælum solus, & ambulat super mare, tanquam super pauimentum.	8	*Qui extendit cælos solus, & ambulat super excelsa maris.*
Qui facit Pleiada, & Hesperum, & Arcturum, & penetralia Austri.	9	*Qui facit Arcturum, Oriona, & Pleiadas, & penetralia Austri.*
Qui facit magna & non vestigabilia, gloriosaque, & mirabilia, quorum non est numerus.	10	*Qui facit magna, eaq; inperuestigabilia, & mirabilia absque numero.*
Si transgressus me fuerit, non videbo: si præterierit me, neque sic noui:	11	*Ecce transit ante me, & non video: & preterit, nec intelligo eum.*
Si remouerit, quis restituet? aut quis dicet ei, quid fecisti?	12	*Certe rapiet, quis restituere faciet eum, quis dicet ei, Quid facis?*
Ipse enim auertit à se iram, incuruati sunt cœti, qui sub cælo:	13	*Deus non reuocat iram suam: sub eo incuruantur adiutores superbiæ.*
Si vero me audierit, vel dijudicat verba mea:	14	*Quanto minus respondebo ei, eligam verba mea cum eo?*
Quod si etiam fuero iustus, non exaudiet me, iudicium eius rogabo:	15	*Cui etiam si iustus fuero, non respondebo, iudicantem me deprecabor?*
Si vero inuocauero, & non exaudierit, non credam, quod exaudiuerit vocem meam,	16	*Si inuocauero, & responderit mihi, non credam quod auscultauerit vocem meam:*
Ne caligine me conterat: multas autem tribulationes meas fecit in vanum:	17	*Qui turbine conterit me, & multiplicauit vulnera mea gratis,*
Non enim sinit me respirare: impleuit autem me amaritudine,	18	*Non dedit mihi attrahere spiritum meum, sed saturauit me amaritudinibus.*
Quoniam scilicet valet potentia. Quis igitur iudicio eius resistet?	19	*Si de potentia, robustus profecto est: si vero de iudicio, quis conuenire faciet me?*
Quod si etiam fuero iustus, os meum impia loquetur; siue fuero sine crimine, prauus euadam:	20	*Si iustus fuero, os meum condemnabit me: si perfectus fuero, peruersum me reddet.*
Si enim impie egi; non noui animo: veruntamen aufertur vita mea.	21	*Consumptus sum, non noui animam meam, propterea sperno vitam meam.*
Quapropter dixi, magnum, & potentem disperdit ira.	22	*Vnum est, propterea dico, perfectum & impium ipse consumit.*
Quia nequam homines in magna morte erunt, sed iusti deridentur,	23	*Si flagellum occidat subito, tentationem innocentum subsannabit.*
Traditi enim sunt in manus impij: facies iudicium eius operit. Quod si non ipse est, quis est?	24	*Terra data est in manu impij qui vultum iudicum eius operit. si non, vbinam est, & quisnam est?*
Vita autem mea leuior est cursore: aufugerunt, & non viderunt.	25	*Præterea dies mei velociores fuerunt cursore, fugerunt, nec viderunt bonum.*
Nunquid & est nauibus vestigium viæ, aut aquilæ volantis quærentis escam?	26	*Pratereunt cum nauibus Ebeh, sicut aquila quæ volat ad escam.*
Quod etsi locutus fuero, obliuiscar: dum loquor, declinans in faciem ingemiscam:	27	*Si contigit dicere me, Obliuiscar querimoniæ meæ, relinquam iram meam, & confirmabo cor meum:*
Commoueor omnibus membris: scio enim, quod non insontem me sines:	28	*Tunc timui ab omnibus doloribus meis, noui quod non emundabis me.*
Et quia sum iniquus; quare non sum mortuus?	29	*Si ego sum impius, quare in vanum laborabo?*
Nam si lotus fuero niue, & mundatus fuero mundis manibus;	30	*Etiamsi lauero me aquis niualibus, & mundauero in puritate manus meas:*
Satis in sorde me traxisti; & execratum est vestimentum.	31	*Tunc in foueam demerges me, & abominabuntur me vestimenta mea.*

Vulgat. Editio.

32 Neque enim viro qui similis mei eſt, reſponde-
bo: nec qui mecum in iudicio ex æquo poſſit
audiri.
33 Non eſt qui vtrumque valeat arguere, & ponere
manum ſuam in ambobus.
34 Auferat à me virgam ſuam, & pauor eius non
me terreat.
35 Loquar, & non timebo eum: neque enim poſſum
metuens reſpondere.

CAP. X.

1 TÆdet animam meam vitæ meæ, dimittam ad-
uerſum me eloquium meum, loquar in amari-
tudine animæ meæ.
2 Dicam Deo: Noli me condemnare: indica mihi
cur me ita iudices.
3 Numquid bonum tibi videtur, ſi calumnieris me,
& opprimas me opus manuum tuarum, & conſi-
lium impiorum adiuues?
4 Nunquid oculi carnei tibi ſunt: aut ſicut videt
homo, & tu videbis?
5 Nunquid ſicut dies hominis dies tui, & anni tui
ſicut humana ſunt tempora,
6 Vt quæras iniquitatem meam, & peccatum
meum ſcruteris?
7 Et ſcias quia nihil impium fecerim, cum ſit ne-
mo qui de manu tua poſſit eruere.
8 Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me to-
tum in circuitu: & ſic repente præcipitas me?
9 Memento quæſo quod ſicut lutum feceris me, &
in puluerem reduces me.
10 Nonne ſicut lac mulſiſti me, & ſicut caſeum me
coagulaſti?
11 Pelle & carnibus veſtiſti me: oſſibus & neruis
compegiſti me:
12 Vitam & miſericordiam tribuiſti mihi, & viſita-
tio tua cuſtodiuit ſpiritum meum.
13 Licet hæc celes in corde tuo, tamen ſcio quia vni-
uerſorum memineris.
14 Si peccaui, & ad horam pepercisti mihi: cur ab
iniquitate mea mundum me eſſe non pateris?
15 Et ſi impius fuero, væ mihi eſt: & ſi iuſtus, non
leuabo caput, ſaturatus afflictione, & miſeria.
16 Et propter ſuperbiam quaſi leænam capies me,
reuerſuſque mirabiliter me crucias.
17 Inſtauras teſtes tuos contra me, & multiplicas
iram tuam aduerſum me, & pœnæ militant in me.
18 Quare de vulua eduxiſti me? qui vtinam con-
ſumptus eſſem ne oculus me videret.
19 Fuiſſem quaſi non eſſem, de vtero tranſlatus ad
tumulum.
20 Nunquid non paucitas dierum meorum finietur
breui? dimitte ergo me, vt plangam paululum do-
lorem meum:
21 Antequam vadam, & non reuertar, ad terram te-
nebroſam, & opertam mortis caligine:
22 Terram miſeriæ & tenebrarum, vbi vmbra mor-
tis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror in-
habitat.

CAP. XI.

1 REſpondens autem Sophar Naamathites, dixit:
2 Nunquid qui multa loquitur, non & audiet?
aut vir verboſus iuſtificabitur?

Tranſl. ex Heb. Sanct. Pagn.

32 *Quia non eſt Deus vir ſicut ego vt poſſem reſpondere
ei, vt intremus ſimul in iudicium.*
33 *Non eſt inter nos qui increpet, qui ponat manum ſuam
ſuper ambos nos.*
34 *Remoueat à me virgam ſuam, & terror eius non ter-
reat me.*
35 *Loquar, & non timebo eum, quia non ſic impius ſum
apud me vt putas.*

CAP. X.

1 *EXciſa eſt anima mea in vita mea, relinquam ad-
uerſum me eloquium meum, loquar in amaritudine
animæ meæ.*
2 *Dicam Deo, ne condemnes me: fac me ſcire propter
quid iudices me.*
3 *Nunquid bonum eſt tibi, quod vim inferas, quod re-
probes laborem manuum tuarum, & conſilium impiorum
illuſtres?*
4 *Nunquid oculi carnis tibi ſunt? num ſecundum videre
hominis videbis?*
5 *Nunquid ſicut dies hominis dies tui? nunquid anni
tui ſicut dies viri?*
6 *Quod quæras iniquitatem meam, & peccatum meum
inquiras?*
7 *Tu ſcis quod non impie egi, & tamen non eſt qui de
manu tua eruat.*
8 *Manus tuæ figurauerunt me, & diſpoſuerunt me pa-
riter per circuitum, & diſperdes me?*
9 *Memento quæſo quod ſicut lutum feceris me, & in
puluerem redire facies me.*
10 *Nonne ſicut lac fudiſti me, & ſicut caſeum coagulaſti
me?*
11 *Pelle, & carne veſtiſti me: oſſibus & neruis cooperuiſti
me.*
12 *Vitam & miſericordiam feciſti mecum, & viſitatio
tua cuſtodiuit ſpiritum meum.*
13 *Et hæc abſcondiſti in corde tuo, noui quod hoc tecum
eſt.*
14 *Si peccaui in cuſtodiam ponas me, ab iniquitate mea
non mundes me.*
15 *Si impie egero veh mihi, & ſi iuſtus fuero, non ele-
uabo caput meum. Saturus ignominia; & videre affli-
ctionem meam.*
16 *Et multiplicetur ſicut leo veneris me, & reuertaris, &
mirabilis ſis in me.*
17 *Renoues plagas tuas coram me, & multiplicet ſe ira
tua mecum, ſucciſiones, & multiplicatio mecum ſunt.*
18 *Et vt quid de vulua eduxiſti me? moriar, & oculus
non videat me.*
19 *Quemadmodum non fuiſſem ero, ab vtero ad ſepul-
chrum deferar.*
20 *Nonne pauci ſunt dies mei? ceſſa à me, & dimitte me,
& confortabo cor meum paululum.*
21 *Antequam vadam, & non reuertar ad terram tene-
brarum & vmbræ mortis.*
22 *Terram obſcuritatis ſicut caligo vmbra mortis, &
non ſunt in ea ordines, & tenebreſcet ſicut caligo.*

CAP. XI.

1 *ET reſpondit Sophar Nahamatites, & dixit.*
2 *Nunquid verboſo non reſpondebitur, & num vir
linguoſus iuſtificabitur?*

Transl. ex Septuag.

32 Non es enim homo, sicut ego, cui contradicam, vt
veniamus pariter in iudicium.

33 Vtinam esset nobis meditans, & arguens, & dis-
ceptans inter vtrumque:
34 Auertat à me virgam: timor autem eius non me
transuersum agat.
35 Et non timebo, sed loquar: non enim sic conscius
sum.

C A P. X.

1 LAborans anima mea, gemens dimittam super
me verba mea: loquar amaritudine animæ meæ
compressus:
2 Et dicam ad Dominum: Noli me docere impium
esse, & cur me ita iudicasti?
3 Aut bonum est tibi, si inique egero? quia despexi-
sti opera manuum tuarum, & ad consilium impio-
rum animaduertisti?
4 Aut sicut mortalis videt, despectas? aut sicut ho-
mo videt perspicies?
5 Aut humana est vita tua, aut anni tui sunt viri?

6 Quoniam inquisiuisti iniquitatem meam, & pec-
cata mea inuestigasti.
7 Scis enim me non egisse impie: sed quis est, qui de
manibus tuis eripiat?
8 Manus tuæ plasmauerunt me, & fecerunt me:
postea mutans percussisti me.
9 Memor esto, quod lutum finxisti me, & in terram
me iterum conuertes.
10 Nonne tanquam lac mulsisti me, & coagulasti
me æque, ac caseum?
11 Pelle autem, & carne vestisti me, ossibusque, &
neruis conseruisti me:
12 Vitam autem, & misericordiam posuisti apud
me: & visitatio tua custodiuit spiritum meum?
13 Hæc cum habeas in te ipso, scio quod omnia po-
tes: & nihil tibi euadit impossibile.
14 Quod si & peccauero, custodis me: ab iniquitate
autem non insontem me fecisti.

15 Siue enim impie egero, væ mihi: & si iustus fuero,
non possum suscipere: plenus enim sum opprobrio:

16 Et capior sicut leo ad occisionem. Iterum enim
commutans sæpe me perdis,
17 Instaurans in me inquisitionem meam: ira autem
magna mihi vsus es: & induxisti super me tentatio-
nes tuas.
18 18 Quare ergo de ve[illegible]isti me, & non sum
mortuus? oculus autem [illegible]vidisset me,
19 Et essem, tanquam non fuissem? Cur enim de v-
tero in monumentum non sum translatus?
20 Aut nunquid non est parua vita temporis mei?
Patere me requiescere pusillum:

21 Antequam eam, vnde non reuertar, ad terram te-
nebrosam, & caliginosam,
22 Ad terram tenebrarum æternarum, vbi non est
lux, neque est videre vitam hominum.

C A P. XI.

1 REspondens autem Sophar Minæus ait:
2 Qui multa dicit, & vicissim audiet: aut etiam
eloquens putat se esse iustum?

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

32 *Quia non est homo sicut ego vt respondeam ei, & ve-
niamus simul in iudicium:*

33 *Non est inter nos redarguens qui ponat manum suam
super nos ambos.*
34 *Auferat à me virgam suam, & terror eius ne perter-
reat me:*
35 *Tunc loquar, neque timebo illum, quia non sic sum
apud me.*

C A P. X.

1 *EXcisa est anima mea in vita mea, propterea relin-
quam super me eloquium meum, loquar in amari-
tudine animæ meæ.*
2 *Dicam Deo, Ne condemnes me, indica mihi quamob-
rem contendas mecum.*
3 *Nunquid bonum tibi; quod opprimas, quod reprobes
laborem manuum tuarum, & consilium impiorum illu-
stres?*
4 *Nunquid oculi carnis tibi sunt? an vt videt homo,
vides?*
5 *Nunquid sicut dies hominis dies tui? & nunquid
anni tui sicut dies hominis?*
6 *Quod disquiras iniquitatem meam, et peccatum meum
inquiras?*
7 *Tu scis quod non impie egi, & tamen non est qui de
manu tua eruat.*
8 *Manus tuæ finxerunt me, ac fecerunt me simul per
circuitum, & disperdes me?*
9 *Memento quæso quod sicut lutum feceris me, & in
puluerem reduces me?*
10 *Nonne sicut lac liquefecisti me, & tanquam caseum
coagulasti me?*
11 *Cute & carne vestisti me: atque ossibus & neruis co-
operuisti me.*
12 *Vitam & misericordiam fecisti mecum, & visitatio
tua custodiuit spiritum meum.*
13 *Et ista abscondisti in corde tuo, & noui quod hoc est
apud te.*
14 *Si peccaui, & custodies me? & ab iniquitate mea non
emundabis me.*

15 *Si impie egi, væ mihi: si vero iustus sim, non eleuabo
caput meum, saturatus ignominia, & videns afflictio-
nem meam.*
16 *Vtinam multiplicetur & vt leo venaris me: at reuer-
teris, & mirificaberis in me.*
17 *Renouas enim plagas tuas contra me, & multipli-
cas iram tuam mecum: mutationes & exercitus mecum
sunt.*
18 *Et quare de vulua eduxisti me? vtinam interiissem,
& oculus non vidisset me,*
19 *Et fuissem tanquam non fuissem: ab vtero ad sepul-
chrum elatus fuissem.*
20 *Nonne pauci sunt dies mei? cessa ergo à me, & dimit-
te me, & confortabo cor meum paululum,*

21 *Antequam abeam, & non reuertar ad terram tene-
brarum & vmbræ mortis.*
22 *Terram inquam obscuritatis sicut caligo vmbra mor-
tis, & non sunt in ea ordines, ac tenebrescit sicut ca-
ligo.*

C A P. XI.

1 *ET respondit Sophar Naamathites, ac dixit,*
2 *An multitudo verborum carebit responsione? & an
vir labiorum iustificabitur?*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

3 Tibi soli tacebunt homines? & cum ceteros irrise-
ris, à nullo confutaberis?

4 Dixisti enim: Purus est sermo meus, & mundus
sum in conspectu tuo.

5 Atque vtinam Deus loqueretur tecum, & aperi-
ret labia sua tibi:

6 Vt ostenderet tibi secreta sapientiæ, & quod mul-
tiplex esset lex eius, & intelligeres quod mul-
to minora exigaris ab eo, quam meretur iniquitas
tua.

7 Forsitan vestigia Dei comprehendes, & vsque ad
perfectum Omnipotentem reperies?

8 Excelsior cœlo est, & quid facies? profundior in-
ferno, & vnde cognosces?

9 Longior terra mensura eius, & latior mari.

10 Si subuerterit omnia, vel in vnum coarctauerit,
quis contradicet ei?

11 Ipse enim nouit hominum vanitatem, & videns
iniquitatem, nonne considerat?

12 Vir vanus in superbiam erigitur, & tanquam pul-
lum onagri se liberum natum putat.

13 Tu autem firmasti cor tuum, & expandisti ad
eum manus tuas.

14 Si iniquitatem, quæ est in manu tua, abstuleris
à te, & non manserit in tabernaculo tuo iniusti-
tia:

15 Tunc leuare poteris faciem tuam absque macu-
la, & eris stabilis, & non timebis.

16 Miseriæ quoque obliuisceris, & quasi aquarum
quæ præterierunt recordaberis.

17 Et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad ve-
speram: & cum te consumptum putaueris, orieris
vt lucifer.

18 Et habebis fiduciam, proposita tibi spe, & defossus
securus dormies.

19 Requiesces, & non erit qui te exterreat: & depre-
cabuntur faciem tuam plurimi.

* Leu. 26.5.

20 * Oculi autem impiorum deficient, & effugium
peribit ab eis, & spes illorum abominatio animæ.

CAP. XII.

1 RESpondens autem Iob, dixit:
2 Ergo vos estis soli homines, & vobiscum
morietur sapientia?

* Inf. 20.2.

3 * Et mihi est cor sicut & vobis, nec inferior ve-
stri sum: quis enim hæc quæ nostis, ignorat?

* Pro. 14.2.

4 * Qui deridetur ab amico suo, sicut ego, inuoca-
bit Deum & exaudiet eum: deridetur enim iusti
simplicitas.

5 Lampas contempta apud cogitationes diuitum,
parata ad tempus statutum.

6 Abundant tabernacula prædonum, & audacter
prouocant Deum, cum ipse dederit omnia in ma-
nus eorum.

7 Nimirum interroga iumenta, & docebunt te: &
volatilia cæli, & indicabunt tibi.

8 Loquere terræ, & respondebit tibi: & narrabunt
pisces maris.

9 Quis ignorat, quod omnia hæc manus Domini
fecerit?

10 In cuius manu anima omnis viuentis, & spiri-
tus vniuersæ carnis hominis.

* Inf. 34.3.

11 * Nonne auris verba dijudicat, & fauces come-
dentis saporem?

12 In antiquis est sapientia, & in multo tempore
prudentia.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

3 *Mendacia tua homines tacere faciunt, & subsannasti
alios, & non fuit qui pudore te afficeret:*

4 *Dixisti Deo: Pura est doctrina mea, & mundus sum
in oculis tuis.*

5 *Et vere vtinam Deus loqueretur, & aperiret labia sua
tecum,*

6 *Et nunciaret tibi occulta sapientiæ, quia meruisti du-
plicia secundum legem, quia oblitus est tui Deus propter
iniquitatem tuam.*

7 *Num inuestigatione Deum inuenies? Num vsque ad
perfectionem Omnipotentem inuenies?*

8 *In altis cælis, quid operaberis? Profundiorem inferno
nunquid cognosces?*

9 *Longior est terra mensura eius, & latitudo latior
mari.*

10 *Si succiderit, & claudere fecerit, & congregare fece-
ris, quis respondebit ei?*

11 *Quia ipse nouit homines mendaces, & vidit iniqui-
tatem, & eum qui non intelligit.*

12 *Et vir vacuus intelliget, & vt pullus onagri homo
nascitur.*

13 *Si tu praeparaueris cor tuum, & extenderis ad eum
manus tuas.*

14 *Si iniquitas est in manu tua, elonga eam, & ne ha-
bitare facias in tabernaculis tuis iniquitatem.*

15 *Quia tunc eleuabis faciem tuam à macula, & eris
fortis, & non timebis.*

16 *Quia laboris obliuisceris sicut aquæ quæ transierunt
recordaberis illius.*

17 *Et clarius plusquam meridies surget tempus, illustra-
beris, sicut mane eris.*

18 *Et confides, quia est spes, & fodies, confidenter dor-
mies.*

19 *Et cubabis, non erit qui terreat te, & deprecabuntur
faciem tuam multi.*

20 *Et oculi impiorum deficient, & refugium peribit ab
eis, & spes eorum erit dolor animæ.*

CAP. XII.

1 *ET respondit Iiob, & dixit.*
2 *Vere video quod estis populares, & vobiscum mor-
tua est sapientia.*

3 *Etiam mihi est cor sicut vobis, non sum inferior vobis
sapientia: & cum quo non sunt sicut hæc?*

4 *Sicut vir qui est irri[illegible] amico suo, sic sum? clamat ad
Deum qui prosper[illegible] respondet illi: irrisio est
iustus perfectus.*

5 *Vt lampas contempta est cogitationi, qui etiam para-
tus ad nutationem pedis.*

6 *Prosperabuntur tabernacula prædonum, & confiden-
tia erunt prouocantibus Deum, ei qui adduxit Deum
manu sua.*

7 *Et vere interroga iumenta, & docebunt te, & volatile
cæli, & indicabit tibi.*

8 *Vel virgultum terræ, & docebit te: & narrabunt tibi
pisces maris.*

9 *Quis non nouit secundum omnia hæc, quod manus
domini fecit hoc?*

10 *Cuius in manu est anima omnis viuentis, & spiritus
omnis carnis viri.*

11 *Nonne auris sermones probat, & palato esca sapit?*

12 *In decrepitis est sapientia, & in longitudine dierum
intelligentia.*

Digitized by Google

Tranſl. ex Septuag.

3 Benedictus natus mulieris breuis vitæ: ne multus ſis in verbis, cum nemo ſit, qui contradicat tibi.

4 Noli enim dicere, quia mundus ſum operibus, & irreprehenſibilis ante eum:

5 Sed quomodo Dominus loquetur ad te, & aperiet labia ſua tecum?

6 Deinde annunciabit tibi virtutem ſapientiæ, quia duplex erit ad ea, quæ circa te: & tunc ſcies, quia digna eueniunt tibi à Domino, quæ peccaſti.

7 Aut veſtigium Domini inuenies? aut ad vltima peruenisti, quæ fecit Omnipotens?

8 Sublime eſt cælum, & quid facies? profundiora autem iis, quæ in inferno; quid noſti?

9 Nonne longiora, quam menſura terræ, vel latitudo maris?

10 Si autem ſubuerterit omnia, quis dicet illi, quid feciſti?

11 Ipſe enim noſcit opera iniquorum: videns autem abſurda non deſpiciet.

12 Homo vero aliter natat ſermonibus: & vir natus mulieris tanquam onager ſolitarius.

13 Nam ſi tu mundum poſuiſti cor tuum, & extendis manum ad eum;

14 Si iniquum quid eſt in manu tua, longe facito illud à te, & iniquitas in domo tua non maneat:

15 Sic enim fulgebit facies tua tanquam aqua pura: exues autem ſordem, & non timebis:

16 Et laborem obliuiſceris tanquam fluctum qui præterit, & non terreberis:

17 Et oratio tua tanquam Lucifer erit: de meridie autem orietur tibi vita:

18 Confidenſque eris, quia eſt tibi ſpes: & de cura, ac ſolicitudine apparebit tibi pax.

19 Quieſces enim, & non erit qui oppugnet te: tranſmutati autem multi rogabunt te;

20 Salus autem eos deſeret: ſpes etiam eorum perditio, & oculi impiorum tabeſcent.

C A P. XII.

1 RESpondens autem Iob ait:

2 Itaque vos eſtis homines; aut vobiſcum morietur ſapientia?

3 Et mihi quidem cor iuxta vos eſt:

4 Sed iuſtus vir, & ſine crimine venit in deriſum: in tempus autem ſtatutum paratus fuerat, vt caderet ab aliis; & domus eius vt deuaſtarentur ab iniquis: verumtamen nemo confidat, cum malignus ſit, futurum ſe inſontem, quicumque irritant Dominum, tanquam inquiſitio in eos non ſit futura:

7 Sed tamen interroga quadrupedia, ſi tibi reſpondeant; volatilia autem cæli, ſi tibi annuncient:

8 Enarra terræ, ſi tibi dicat: & exponent tibi piſces maris.

9 Quis igitur non cognouit in omnibus his, quod manus Domini fecit hæc?

10 Si non in manu eius eſt anima omnium viuentium, & ſpiritus omnis hominis?

11 Nam auris quidem dijudicat verba, fauces autem cibos guſtant:

12 In multo tempore ſapientia eſt, & in multa vita eſt ſcientia.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

3 *Nugæ tuæ homines tacere faciunt, & ſubſannas, nec eſt qui pudore te afficiat.*

4 *Et dicis, Pura eſt doctrina mea, & mundus ſum in oculis tuis.*

5 *Veruntamen quis det Deum loqui, & aperiat labia ſua tecum?*

6 *Et annunciet tibi occulta ſapientiæ: quia duplo maiora ſecundum legem: & ſcito quod oblitus eſt tui Deus propter iniquitatem tuam.*

7 *Num inueſtigationem Dei inuenies? an vſque ad perfectionem Omnipotentem inuenies?*

8 *In altis cœlis, quid facies? profundior eſt inferno, quomodo cognoſces?*

9 *Longior eſt terra ipſa menſura eius, & latior mari.*

10 *Si ſuccidat, & concludat, aut congreget, quis reſpondebit ei?*

11 *Nam ipſe nouit homines vanitatis, videtque homines iniquitatis, & eum qui non intelligit.*

12 *Homo vero vacuus efficitur cordatus, quamuis vt pullus onagri homo naſcatur.*

13 *Si tu preparaueris cor tuum, & extenderis ad eum manus tuas:*

14 *Si qua iniquitas ſit in manu tua, longe facito eam, neque habitare ſinas in tabernaculis tuis iniquitatem.*

15 *Tunc enim eleuabis faciem tuam à macula, & eris fortis, neque timebis.*

16 *Profecto tu laboris obliuiſceris, & vt aquarum, quæ tranſierunt, recordaberis illius.*

17 *Et ipſo meridie clarius ſurget tempus, illuſtraberis, ſicut mane ipſum erit.*

18 *Et conſidebis quod ſit ſpes: & fodies, confidenter dormies.*

19 *Et accubabis, nec erit qui exterreat te: & deprecabuntur faciem tuam multi.*

20 *At oculi impiorum deficient, & effugium peribit ab eis, ac ſpes eorum erit dolor animæ.*

C A P. XII.

1 *ET reſpondit Iiob, ac dixit,*

2 *Reuera putatis quod vos ſitis populus, & quod vobiſcum moritura ſit ſapientia.*

3 *Etiam mihi eſt cor vt vobis, non ſum inferior vobis ſapientia: & cum quo non ſunt ſicut hæc?*

4 *Deriſio amico eius ſum qui inuocat Deum, & reſpondit illi: irriſio eſt iuſtus perfectus.*

5 *Vt lampas contempta eſt cogitationi pacati, qui paratus eſt ad lapſus pedis.*

6 *Proſpere agunt tabernacula predonum, & ſecura ſunt prouocantibus Deum, & ei qui producit Deum manu ſua.*

7 *Veruntamen interroga nunc iumenta & docebunt te: & volatilia cœli, & indicabit te.*

8 *Aut alloquere terram, & docebit te, & narrabunt tibi piſces maris.*

9 *Quis non nouit de omnibus iſtis, quod manus Iehouæ fecit iſtud?*

10 *In cuius manu eſt anima omnis viuentis, & ſpiritus omnis carnis hominis?*

11 *Nonne auris ſermones probat, & palatum eſcam guſtat ibi?*

12 *In decrepitis eſt ſapientia, & in longitudine dierum intelligentia.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

13 Apud ipsum est sapientia,& fortitudo, ipse habet consilium & intelligentiam.

14 ★ Si destruxerit, nemo est qui ædificet:si incluserit hominem,nullus est qui aperiat.

★ Isa. 22. 22. Apo. 3. 7.

15 Si continuerit aquas, omnia siccabuntur:& si emiserit eas,subuertent terram.

16 Apud ipsum est fortitudo & sapientia: ipse nouit & decipientem,& eum qui decipitur.

17 Adducit consiliarios in stultum finem, & iudices in stuporem.

18 Balteum regum dissoluit,& præcingit fune renes eorum.

19 Ducit sacerdotes inglorios, & optimates supplantat:

20 Commutans labium veracium, & doctrinam senum auferens:

21 Effundit despectionem super principes, eos qui oppressi fuerant,releuans.

22 Qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem vmbram mortis.

23 Qui multiplicat gentes & perdit eas,& subuersas in integrum restituit.

24 Qui immutat cor principum populi terræ, & decipit eos vt frustra incedant per inuium:

25 Palpabunt quasi in tenebris,& non in luce, & errare eos faciet quasi ebrios.

C A P. XIII.

1 ECce omnia hæc vidit oculus meus, & audiuit auris mea,& intellexi singula.

2 Secundum scientiam vestram & ego noui: nec inferior vestri sum.

3 Sed tamen ad Omnipotentem loquar, & disputare cum Deo cupio:

4 Prius vos ostendens fabricatores mendacij, & cultores peruersorum dogmatum.

5 Atque vtinam taceretis, vt putaremini esse sapientes.

6 Audite ergo correptionem meam, & iudicium labiorum meorum attendite.

7 Nunquid Deus indiget vestro mendacio, vt pro illo loquamini dolos?

8 Nunquid faciem eius accipitis, & pro Deo iudicare nitimini?

9 Aut placebit ei quem celare nihil potest? aut decipietur vt homo,vestris fraudulentiis?

10 Ipse vos arguet, quoniam in abscondito faciem eius accipitis.

11 Statim vt se commouerit, turbabit vos,& terror eius irruet super vos.

12 Memoria vestra comparabitur cineri,& redigentur in lutum ceruices vestræ.

13 Tacete paulisper, vt loquar quodcumque mihi mens suggesserit.

14 Quare lacero carnes meas dentibus meis, & animam meam porto in manibus meis?

15 Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo: veruntamen vias meas in conspectu eius arguam.

16 Et ipse erit saluator meus: non enim veniet in conspectu eius omnis hypocrita.

17 Audite sermonem meum, & ænigmata percipite auribus vestris.

18 Si fuero iudicatus,scio quod iustus inueniar.

19 Quis est qui iudicetur mecum? veniat: quare tacens consumor?

20 Duo tantum ne facias mihi, & tunc à facie tua non abscondar:

Transl.ex Heb.Sanct.Pagn.

13 *Cum ipso est sapientia,& fortitudo,ei est consilium,& intelligentia.*

14 *Ecce diruet,& non ædificabitur;claudet virum,& non aperietur ei.*

15 *Ecce prohibebit aquas, & arescent, & emittet eas, & subuertent terram.*

16 *Cum illo est fortitudo, & sapientia: ei est errans, & errare faciens.*

17 *Ambulare facit consiliarios spoliatos, & iudices insanire facit.*

18 *Vinculum regum soluit,& ligauit cingulum in renibus eorum.*

19 *Ambulare fecit principes spoliatos, & fortes subuertet.*

20 *Remouet labium veracibus, & consilium senum tollet.*

21 *Effundit despectionem super principes,& fortitudinem fortium debilitat.*

22 *Qui reuelat profunda de tenebris & educit ad lucem vmbram mortis.*

23 *Qui multiplicat gentes,& perdit eas, expandit locum in gentibus, & ducit eas.*

24 *Qui remouet cor capitum populi terræ,& errare facit eos in solitudine absque via.*

25 *Palpabunt tenebras,& non lucem, & errare fecit eos sicut ebrium.*

C A P. XIII.

1 *ECce omnia vidit oculus meus, audiuit auris mea, & intellexit sibi.*

2 *Sicut nostis vos,noui etiam ego:non inferior sum vobis.*

3 *Attamen ad Omnipotentem loquar, & disputare cum Deo vellem.*

4 *Et vere vos adhæretis mendacio,medici vani estis omnes vos.*

5 *Vtinam tacendo taceretis, & esset vobis ad sapientiam.*

6 *Audite quæso disputationem meam, & iudicijs labiorum meorum attendite.*

7 *Nunquid propter Deum loquemini iniquitatem, & pro eo loquemini dolum?*

8 *Nunquid faciem eius accipietis? Nunquid pro Deo iudicabitis.*

9 *Nonne bonum esset quod inquireret vos? An quemadmodum illuditis homini illudetis ei?*

10 *Arguendo arguet vos,si in abscondito faciem acceperitis.*

11 *Nonne excellentia eius terrebit vos, & pauor eius cadet super vos?*

12 *Memoria vestra instar cineris, corporibus luteis assimilantur corpora vestra.*

13 *Tacete de me,& loquar, & transeat super me quicquid voluerit transire.*

14 *Propter quid tollo carnem meam dentibus meis, & animam meam pono in manibus meis?*

15 *Ecce occidet me,non sperabo: veruntamen vias meas in conspectu eius arguam.*

16 *Etiam ipse erit mihi in salutem: quia non in conspectum eius impius intrabit.*

17 *Audite audiendo sermonem meum, & narrationem meam auribus vestris.*

18 *Ecce nunc disposui iudicium, noui quod ego iustificabo me.*

19 *Quis est qui disceptet mecum? quia nunc si tacuero moriar.*

20 *Veruntamen duo ne facias mecum, & tunc à facie tua non abscondam me.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Apud eum sapientia, & virtus; ipsi est consilium, & intellectus:
Si destruxerit: quis ædificabit? si clauserit contra homines, quis aperiet?
Si prohibuerit aquam siccabit terram. Quod etsi emiserit perdidit euertens eam.
Apud ipsum potentia, & fortitudo: ipsi scientia, & intellectus.
Qui ducit consultores captiuos: iudices autem terræ, in pauorem misit.
Qui collocat reges super sedes, & circundedit baltheo lumbos eorum.
Qui emittit sacerdotes captiuos: dynastas autem terræ euertit.
Qui permutat labia fidelium, & intelligentiam autem senum cognouit,
Qui effundit ignominiam: humiles autem sanauit.
Qui reuelat profunda de tenebris, & produxit in lucem vmbram mortis.
23 Decipiens gentes, & perdes eas: sternens gentes, & in viam ducens eas.
Permutans corda principum terræ: errare fecit eos in via, quam non nouerant:
Palpent tenebras, & non lucem: errent autem, tanquam ebrius.

CAP. XIII.

Ecce hæc vidit oculus meus, & audiuit auris mea,
Et noui, quæcumque & vos scitis, & non sum minus intelligens, quam vos.
Veruntamen ego ad Dominum loquar, & arguam in conspectu eius, si voluerit.
Vos autem estis medici iniusti, & curatores malorum omnes?
Sit autem vobis obmutescere & euadet vobis sapientia.
Audite ergo increpationem oris mei, & iudicium labiorum meorum animaduertite.
Numquid non coram Domino loquimini, & ante conspectum eius profertis dolum?
An subtrahetis vos? vos autem ipsi iudices fitis:
Bonum enim si inuestiget vos: si enim omnia facientes adijciemini ei; nihilominus arguet vos.
Quod & si occultas personas mirati fueritis;
Nonne commotio eius versabit vos? Timor autem ab eo cadet super vos:
Euadet autem elatio vestra, tanquam cinis, corpus autem luteum.
Obmutescite vt loquar,
Et requiescam ab ira, apprehendens meas carnes dentibus meis, & animam meam ponam in manu.
Licet opprimat me, quis potens est, quoniam & cœpit; tamen loquar, & coram eo arguam,
Et hoc mihi euadet in salutem: non enim coram eo dolus ingredietur.
Audite, audite verba mea: narrabo enim vobis audientibus:
Ecce ego appropinquo iudicio meo: noui ego, quod iustus apparebo.
Quis est enim, qui iudicium fit facturus mihi, quia nunc obmutescam, & deficiam?
Duo autem mihi præbeas: tunc à facie tua non abscondar:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

13 *Cum ipso est sapientia, & fortitudo: eius est consilium & intelligentia.*
14 *En destruet, nec ædificabitur: concludet virum, nec aperietur ei.*
15 *Vtique continebit aquas, & arescent: & emittet eas, & subuertent terram.*
16 *Cum illo est fortitudo & sapientia eius est errans, & errare faciens.*
17 *Ducit consiliarios spoliatos, & iudices insanire facit.*
18 *Vinculum regum soluit, & ligat cingulum in renibus eorum.*
19 *Ducit principes spoliatos, & fortes subuertit.*
20 *Aufert labium veracibus, & consilium senum tollit.*
21 *Effundit contemptum super principes, & robur fortium debilitat.*
22 *Qui reuelat profunda è tenebris, & educit in lucem vmbram mortis.*
23 *Qui multiplicat gentes, & perdit eas, expandit locum gentium, & reducit eas.*
24 *Qui aufert cor capitum populi terræ, & errare facit eos in solitudine absque via.*
25 *Palpant tenebras, & non lucem: & errare facit eos instar ebrij.*

CAP. XIII.

1 *Ecce omnia ista vidit oculus meus, audiuit auris mea, & intellexit sibi.*
2 *Sicut nostis vos illa, noui etiam ego, non sum inferior vobis.*
3 *Sane ego cum Omnipotente loquar, & disputare cum Deo opto.*
4 *Atqui vos estis concinnatores falsitatis, medici vani omnes vos.*
5 *Vtinam tacendo taceretis, & esset vobis in sapientiam.*
6 *Audite quæso disputationem meam, & contentionibus labiorum meorum attendite.*
7 *Nunquid pro Deo loquemini iniquitatem, & pro eo loquemini dolum?*
8 *An faciem eius accipietis? nunquid pro Deo contendetis?*
9 *An bonum fuerit quod inuestiget vos? an sicut mentitur de homine, mentiemini de eo?*
10 *Arguendo arguet vos, si in abscondito faciem acceperitis.*
11 *Nonne excellentia eius terrere debeat vos, & pauor eius cadere debeat super vos?*
12 *Memoriæ vestræ sermones cineris, corporibus luteis corpora vestra.*
13 *Tacete à me, & loquar ego, & transeat super me quiduis.*
14 *Cur aufero carnem meam dentibus meis, & animam meam ponam in manibus meis?*
15 *En occidet me non expectabo: veruntamen vias meas in conspectu eius castigabo.*
16 *Ipse quoque erit mihi in salutem: non enim in conspectum eius impius intrabit.*
17 *Audite audiendo sermonem meum, & annuntiatio mea sit in auribus vestris.*
18 *Ecce nunc si disposuero iudicium, noui quod ego iustificabor.*
19 *Quis est qui contendat mecum? nunc enim si tacuero, emoriar.*
20 *Verum duo ne facias mecum, & tunc à facie tua non abscondam me:*

Vulgat. Editio.

21 Manum tuam longe fac à me, & formido tua non me terreat.
22 Voca me, & ego respondebo tibi: aut certe loquar, & tu responde mihi.
23 Quantas habeo iniquitates & peccata, scelera mea & delicta ostende mihi.
24 Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum?
25 Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris:
26 Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ.
27 Posuisti in neruo pedem meum, & obseruasti omnes semitas meas: & vestigia pedum meorum considerasti:
28 Qui quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimentum, quod comeditur à tinea.

CAP. XIV.

1 HOmo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis.
2 * Qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nũquam in eodem statu permanet.
3 Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium?
4 * Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu qui solus es?
5 Breues dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est: constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt.
6 Recede paululum ab eo, vt quiescat, donec optata veniat, sicut mercenarij dies eius.
7 Lignum habet spem: si præcisum fuerit, rursum virescit, & rami eius pullulant.
8 Si senuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus fuerit truncus illius,
9 Ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam quasi cum primum plantatum est.
10 Homo vero cum mortuus fuerit, & nudatus atque consumptus, vbi quæso est?
11 Quomodo si recedant aquæ de mari, & fluuius vacuefactus arescat:
12 Sic homo cum dormierit non resurget, donec atteratur cælum, non euigilabit, nec consurget de somno suo.
13 Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus, & constituas mihi tempus, in quo recorderis mei?
14 Putasne mortuus homo rursum viuat? cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea.
15 Vocabis me, & ego respondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram.
16 * Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis.
17 Signasti quasi in sacculo delicta mea, sed curasti iniquitatem meam.
18 Mons cadens defluit, & saxum transfertur de loco suo.
19 Lapides excauant aquæ, & alluuione paulatim terra consumitur: & hominem ergo similiter perdes.
20 Roborasti eum paululum vt in perpetuum transiret: immutabis faciem eius, & emittes eum.
21 Siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, non intelliget.
22 Attamen caro eius dum viuet dolebit, & anima illius super semetipso lugebit.

* Sup. 8. 9. Ps. 143. 4.
* Ps. 50. 4.
* Pro. 5. 21.

CAP.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

21 *Manum tuam à me elonga, & terror tuus ne terreat me.*
22 *Et voca, & ego respondebo: vel loquar, & responde mihi.*
23 *Quot sunt mihi iniquitates, & peccata? præuaricationem meam, & peccatum meum fac me cognoscere.*
24 *Vt quid faciem tuam abscondis, & reputas me pro inimico tibi?*
25 *Nonne folium propulsatum conteris, & stipulam siccam persequeris:*
26 *Scribis contra me amaritudines, & depauperare facis me propter iniquitates pueritiæ meæ.*
27 *Et ponis in compede pedes meos, & custodes omnes semitas meas: super talos pedum meorum imprimetur compes.*
28 *Et ipse homo in compedibus positus, vt lignum putridum veterascet, vt vestimentum quod comedit tinea.*

CAP. XIV.

1 *HOmo natus è muliere, breues habens dies, & saturus ira.*
2 *Sicut flos egressus est, & succisus est, & fugit velut vmbra, & non stabit.*
3 *Etiam super hunc aperuisti oculos tuos, & me adduces in iudicium tecum.*
4 *Quis dabit mundum ex immundo? nec vnus quidem dabitur.*
5 *Si definiti sunt dies eius, numerus mensium eius tecum est, terminos eius fecisti, & non præteribit.*
6 *Recede ab eo, & desinet à malo suo, donec proficiat, sicut mercenarius diem suum.*
7 *Quia est arbori spes: si præcisa fuerit, & adhuc expullulabit, & tener ramus eius non desinet.*
8 *Si senuerit in terra radix eius. Et si in terra mortuus fuerit ramus eius,*
9 *Propter odorem aquæ germinabit, & faciet ramum, sicut plantatio.*
10 *Et vir morietur, & excidetur: & mortuus est homo, & vbi est?*
11 *Abierunt aquæ de mari, & fluuius exsiccabitur, & arescet.*
12 *Et vir dormiuit, & secundum naturam non resurget, donec non erit cælum non expergiscentur, & non suscitabuntur à somno suo.*
13 *Vtinam in sepulchro abscondas me, abscondas me donec quiescat furor tuus, ponas mihi præceptum, & recorderis mei.*
14 *Si mortuus fuerit vir, nunquid viuet? cunctis diebus temporis mei expectabo, donec veniat mutatio mea.*
15 *Vocabis, & ego respondebo tibi: num opus manuum tuarum perdere desideralis?*
16 *Quia nunc gressus meos numerasti, non differas punitionem meam.*
17 *Signata est ligamine forti pœna præuaricationis meæ, & addidisti pœnam pœnæ.*
18 *Et vere mons cadens defluet, & saxum transferetur è loco suo.*
19 *Lapides contuderunt aquæ, diluent germina eius vsque ad puluerem terræ: & expectationem hominis perdidisti,*
20 *Fortior eo fuisti in perpetuum, & ibit: mutas faciem eius, & emittis eum.*
21 *Et si diuites erunt filij eius & nesciet* quicquam. *Et si pauperes erunt & non intelliget eos.*
22 *Verumtamen caro eius in eo dolebit, & anima eius in semetipsa lugebit.*

Quæ hic & infra leges in ipso textu caractere diuerso; ea deesse ab Hebræo scias, addita vero ab ipso Sanct. Pagnino ad ipsius textus declarationem.

CAP.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.		Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
Manum aufer à me, & timor tuus non me terreat.	21	*Manum tuam à me longe facito, & terror tuus ne exterreat me.*
Deinde vocabis, ego autem tibi obediam : aut loqueris, ego autem tibi dabo responsum.	22	*Et voca, & ego respondebo : aut loquar, & responde mihi.*
Quot sunt peccata mea, & iniquitates meæ? doce me quænam sunt?	23	*Quot sunt mihi iniquitates, & peccata? præuaricationes meas & peccata mea fac me cognoscere.*
Cur absconderis à me, & putas me esse contrarium tibi.	24	*Quare faciem tuam abscondis, & reputas me pro inimico tibi?*
Nunquid quasi folium, quod mouetur à vento, vereberis? aut quasi fœno, quod fertur à spiritu, opposuisti te mihi?	25	*An folium quod agitatur, conteres, & stipulam aridam persequ ris?*
Quoniam scripsisti contra me mala, & imposuisti mihi peccata iuuentutis,	26	*Scribis enim contra me amaritudines, & possidere me facis iniquitates pueritiæ meæ.*
Et posuisti in impedimento pedem meum, & obseruasti omnia opera mea : & ad radices pedum meorum peruenisti,	27	*Et ponis in compede pedes meos, & seruas omnes semitas meas: super radices pedum meorum impressus est:*
Qui veterascit sicut vter, aut velut vestimentum, quod à tinea comestum est.	28	*Et est sicut putredo quæ veterascet, & vt vestimentum quod comedit tinea.*
C A P. XIV.		***C A P. XIV.***
HOmo enim natus ex muliere breui viuens tempore, & plenus iracundiæ,	1	*HOmo natus è muliere, breuis est diebus, & satur ira.*
Aut tanquam flos efflorescens decidit, aufugit autem velut vmbra, & non stabit.	2	*Sicut flos egreditur & exciditur: qui & fugit velut vmbra, & non permanet.*
Numquid & huius rationem fecisti, & hunc fecisti venire in iudicium coram te?	3	*Etiam super hunc aperis oculos tuos, & me adducis in iudicium tecum.*
Quis enim mundus erit à sorde? at nemo, & si vnus dies sit vita eius super terram:	4	*Quis dabit mundum ex immundo? ne vnus quidem.*
Dinumerati enim sunt menses eius ab eo: ad tempus posuisti, & non transgredietur.	5	*Si definiti sunt dies eius, & si numerus mensium eius tecum est, statu a eius feceris, & non præteribit:*
Discede ab eo, vt requiescat, & bene velit vitam, sicut mercenarius.	6	*Recede ab eo, & cesset afflictio, donec exoptet sicut mercenarius diem suum.*
Est enim arbori spes: si enim excisa fuerit, adhuc pullulabit, & germen eius non deficiet:	7	*Est enim de arbore spes, si præcisa fuerit, & adhuc pullulabit, & propago eius non de net.*
Si enim senuerit in terra radix eius, & in petra autem interierit, truncus eius	8	*Si senuerit in terra radix eius, & in puluere mortuus fuerit truncus eius,*
Ab odore aquæ germinabit, & faciet messem, sicut nouella plantatio.	9	*Ab odore aquæ germinabit, & faciet messem sicut planta nouella.*
Vir vero cum mortuus fuerit, abiit : & mortalis, cum ceciderit, non vltra est.	10	*At homo moritur, & exciditur, ac interit homo, & vbi est?*
Tempore enim raresit mare, & fluuius desolatus exaruit.	11	*Vt abeunt aquæ à mari, & flumen exiccatur, & arescit:*
Homo autem cum dormierit, non vtique resurget : quo adusque cælum non sit consutum : & non excitabuntur de somno suo.	12	*Sic homo obdormit, nec resurget : nam donec non fuerint cæli, non euigilabunt, nec expergiscentur à somno suo.*
Itaque vtinam apud inferos me custodisses, & abscondisses me donec requiesceret ira tua, & constituas mihi tempus, in quo memoriam mei facias:	13	*Vtinam in sepulchro abscondas me, & abdas me, donec quiescat furor tuus, & ponas mihi præceptum, & recorderis mei.*
Si enim mortuus fuerit homo, viuet consummatis diebus vitæ suæ: sustinebo donec rursus fiam:	14	*Si moriatur homo, nunquid viuet? si sic, cunctis diebus temporis mei expectarem donec veniret immutatio mei:*
Deinde vocabis, & ego obediam tibi : sed opera manuum tuarum ne repellas,	15	*Vocabis, & ego respondebo tibi : num opus manuum tuarum perdere desiderabis?*
Numerasti autem adinuentiones meas, & non præteribit te vllum peccatorum meorum:	16	*Nunc enim gressus meos dinumerasti, nec differs peccatum meum.*
Signasti autem in sacculo iniquitates meas, & annotasti, si quid inuitus erraui.	17	*Obsignata est velut in fasciculo præuaricatio mea, & assuis iniquitati meæ,*
Et quidem mons cadens decidet, & petra veterascet de loco suo:	18	*Et sane vt mons cadens marcescet, & rupes quæ transferetur è loco suo:*
Lapides leuigauerunt aquæ, & demerserunt aquæ supina cumuli terræ : & patientiam hominis perdidisti:	19	*Vt lapides comminuuntur aqua, & impetus aquæ inundat, quæ sponte fundit puluis terræ: sic spem hominis perdis.*
Impulisti eum in finem, & abiit : adiecisti ei faciem, & dimisisti:	20	*Fortior eo eris in perpetuum, & abibit mutans faciem suam, & eijcies eum.*
Et cum multi fuerunt filij eius, nescit: sin autem pauci fuerint, ignorat:	21	*Glorificabuntur filij eius, & nesciet : aut affligentur, & non aduertet ad eos.*
Sed carnes eius doluerunt, & anima eius luxit.	22	*Verum caro eius super eum, dolebit : & anima eius in eo lugebit.*

Vulgat. Editio.

CAP. XV.

RESpondens autem Eliphaz Themanites, dixit:
Numquid sapiens respondebit quasi in ventum loquens, & implebit ardore stomachum suum?
Arguis verbis eum, qui non est æqualis tibi, & loqueris quod tibi non expedit.
Quantum in te est, euacuasti timorem, & tulisti preces coram Deo.
Docuit enim iniquitas tua os tuum, & imitaris linguam blasphemantium.
Condemnabit te os tuum, & non ego: & labia tua respondebunt tibi.
Numquid primus homo tu natus es, & ante colles formatus?
Numquid consilium Dei audisti, & inferior te erit eius sapientia?
Quid nosti quod ignoremus? quid intelligis quod nesciamus?
* Et senes; & antiqui sunt in nobis multo vetustiores quam patres tui.
Numquid grande est vt consoletur te Deus? sed verba tua praua hoc prohibent.
Quid te eleuat cor tuum, & quasi magna cogitans, attonitos habes oculos?
Quid tumet contra Deum spiritus tuus, vt proferas de ore tuo huiuscemodi sermones?
Quid est homo, vt immaculatus sit, & vt iustus appareat natus de muliere?
* Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis, & cœli non sunt mundi in conspectu eius.
Quanto magis abominabilis & inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem?
Ostendam tibi, audi me: quod vidi narrabo tibi:
Sapientes confitentur, & non abscondunt patres suos.
Quibus solis data est terra, & non transiuit alienus per eos.
Cunctis diebus suis impius superbit, & numerus annorum incertus est tyrannidis eius.
Sonitus terroris semper in auribus illius: & cum pax sit, ille semper insidias suspicatur.
Non credit quod reuerti possit de tenebris ad lucem, circumspectans vndique gladium.
Cum se mouerit ad quærendum panem, nouit quod paratus sit in manu eius tenebrarum dies.
Terrebit eum tribulatio, & angustia vallabit eum, sicut regem, qui præparatur ad prælium.
Tetendit enim aduersus Deum manum suam, & contra Omnipotentem roboratus est.
Cucurrit aduersus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus est.
Operuit faciem eius crassitudo, & de lateribus eius aruina dependet.
Habitauit in ciuitatibus desolatis, & in domibus desertis, quæ in tumulos sunt redactæ.
Non ditabitur, nec perseuerabit substantia eius, nec mittet in terra radicem suam.
Non recedet de tenebris: ramos eius arefaciet flamma, & auferetur spiritu oris sui.
Non credet frustra errore deceptus, quod aliquo pretio redimendus sit.
Antequam dies eius impleantur, peribit: & manus eius arescent.
Lædetur quasi vinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua proijciens florem suum.

*Eccli. 18.1.

* Sap. 4. 18.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. XV.

1 *ET respondit Eliphaz Temanites, & dixit.*
2 *Nunquid sapiens respondebit scientiam ventosam, & implebit euro ventrem suum?*
3 *Num sapientis est disputare verbo quod non proderit, & sermonibus in quibus non erit vtilitas?*
4 *Etiam destruxisti timorem, & prohibuisti orationem coram Deo.*
5 *Quia docuit iniquitas tua os tuum, & elegisti linguam versutorum.*
6 *Impium facit te os tuum, & non ego: & labia tua testantur contra te.*
7 *Nunquid ante primum hominem natus es, & ante colles formatus es?*
8 *Nunquid in secreto Dei audisti, & diminuta est tibi sapientia?*
9 *Quid nosti, quod non sciamus? Quid intellexisti, & non nobiscum est?*
10 *Etiam canus, etiam decrepitus inter nos est: maior patre tuo diebus inter nos est.*
11 *Nonne parum à te distant consolationes Dei; & verbum absconditum est tecum.*
12 *Quid extollit te cor tuum, & quid innuunt oculi tui?*
13 *Quia respondit Deo spiritus tuus, & protulisti ex ore tuo sermones.*
14 *Quid est homo quod mundus sit, & quod iustificet se natus è muliere?*
15 *Ecce sanctis suis non credet, & cœli non sunt mundi in oculis eius:*
16 *Quanto magis abominabilis, & contemptibilis, vir bibens sicut aquam iniquitatem?*
17 *Narrabo tibi audi me: & hoc quod vidi narrabo.*
18 *Quod sapientes narrauerunt, & non absconderunt à patribus suis.*
19 *Iis solis data est terra, & non transiuit alienus per medium eorum.*
20 *Cunctis diebus impij ipse impius dolet vt parturiens, & numerus annorum absconditus est forti.*
21 *Sonitus timorum in auribus eius, in pace vastator veniet ei.*
22 *Non credet redire à tenebris, & speculatur gladium.*
23 *Vagatur ipse pro pane vbique, nouit quod paratus est in manu sua dies tenebrarum.*
24 *Terrebit eum tribulatio, & angustia. Roborabitur contra eum sicut rex paratus ad prælium.*
25 *Quia extendit contra Deum manum suam, & contra Omnipotentem roborauit se.*
26 *Deus curret contra eum vt percutiat ipsum in collo, in densitate corporis scutorum eius.*
27 *Quia operuit impius faciem suam adipe suo, & fecit lumbricos in iliis.*
28 *Et inhabitauit ciuitates desolatas domos, in quibus non habitabant, quæ paratæ sunt, vt sint tumuli.*
29 *Non ditabitur, & non stabit substantia eius, non crescet in terra perfectio eorum.*
30 *Non recedet è tenebris; ramum tenerum eius siccabit flamma, & recedet spiritu oris eius.*
31 *Non credet verbo æquo, & recto qui errat, sed mendacium erit loco eius.*
32 *In non die suo succidetur, & ramus eius non viruit.*
33 *Perdet Deus sicut vitis vuam acerbam eius, & proijciet tanquam olea florem eius.*

Congregatio

Transl. ex Septuag.

C A P. XV.

1 Respondens autem Eliphaz Themanites, ait:
2 Numquid sapiens responsionem dabit scientiæ spiritus: & impleuit dolorem ventris,
3 Arguens in verbis, quibus non oportet, & in sermonibus, quibus nulla vtilitas;
4 Nonne & tu repulisti timorem, consummasti autem verba talia coram Domino?
5 Reus es verbis oris tui, neque diiudicasti verba potentum:
6 Arguat te os tuum, & non ego: & labia tua testificabuntur contra te.
7 Quid enim? numquid primus homo natus es? aut ante colles concretus es?
8 Aut constitutionem Domini audisti? aut consiliario te vsus est Deus, & in te peruenit sapientia? Quid enim nosti, quod non nouimus?
9 Aut quid intelligis tu, quod non & nos?
10 Sed & senex, & antiquus in nobis est patre tuo grauior diebus:
11 Pauca præ iis, quæ peccasti, accepisti verbera: valde supra modum locutus es.
12 Quid ausum fuit cor tuum? aut quid sustinuerunt oculi tui,
13 Quod furorem erupisti ante Dominum, protulisti autem ex ore verba talia?
14 Quis enim cum homo sit, quia erit sine crimine? aut tanquam futurus iustus natus de muliere?
15 Si in sanctis non credit, & cælum non est mundum ante eum?
16 Sine vero, abominatus & immundus vir bibens iniustitias quasi potionem?
17 Annuntiabo autem tibi, audi me, quæ vtique vidi,
18 Annuntiabo tibi, quæ sapientes dicent, & non celauerunt parentes eorum:
19 Ipsis solis data est terra: nec superuenit illis extraneus:
20 Omnis vita impii in solicitudine: anni autem numerati potenti diu sunt;
21 Timor autem ipsius in auribus ipsius: cum putauerit se esse iam in pace, veniet eius subuersio:
22 Non credat conuerti à tenebris: decretus enim est iam in manus ferri & dispositus in escas vulturum.
23 Nouit autem in seipso, quod manet in ruinam: dies autem tenebrosa ipsum versabit;
24 Angustia autem, & tribulatio ipsum comprimet, sicut dux in prima acie decidens:
25 Quia eleuauit manus contra Deum, & contra Dominum Omnipotentem indurauit ceruicem.
26 Cucurrit autem contra eum iniuria in crassitudine dorsi scuti sui:
27 Quia operuit faciem eius in adipe suo, & fecit peristomium super fœmora:
28 Habitet autem ciuitates desertas, & ingrediatur in domos non habitatas:
29 Quæ autem illi parauerunt, alii auferent: & non ditabitur, nec permanebit substantia eius: non immittet super terram vmbram,
30 Neque effugiet tenebras: stirpem eius arefaciet ventus, & decidat flos eius:
31 Non credat, quia sustinebit: vana enim euadent ei:
32 Præcisio eius ante horam corrumpetur, & ramus eius non condensabitur:
33 Vindemietur, sicut acresta ante horam, & decidat tanquam flos oliuæ.

Testimo-

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

C A P. XV.

Et respondit Eliphaz Themanites, ac dixit,
Nunquid sapiens respondebit scientiam ventosam, & replebit Euro ventrem suum.
Disputare verbo quod non proderit, & sermonibus in quibus non erit vtilitas?
Etiam tu dissipas timorem, & diminuis orationem coram Deo.
Certe docebit iniquitatem tuam os tuum, quum eligas linguam versutorum.
Condemnat te os tuum, & non ego: & labia tua testantur contra te.
Nunquid ante primum hominem natus es, & ante colles formatus es?
Nunquid secretum Dei audisti, & prohibes apud te sapientiam?
Quid nosti quod nesciamus? quid intelligis, & non nobiscum est?
Etiam canus, etiam decrepitus inter nos est, & pronectior patre tuo diebus.
An parum tibi consolationes istorum? & an aliquid absconditum est apud te?
Quid cepit te cor tuum, & quid innuunt oculi tui,
Quod respondeas Deo spiritum tuum, & proferas ex ore tuo sermones?
Quid est homo, vt mundus sit, & vt iustificetur natus è muliere?
Ecce in sanctis suis non posuit stabilitatem, & cæli non sunt mundi in oculis eius:
Quanto magis abominabilis & contemptibilis homo bibens sicut aquam iniquitatem?
Indicabo tibi, proinde audi me, & hoc quod vidi narrabo:
Quod sapientes renuntiauerunt à patribus suis, neque absconderunt:
Quibus solis data est terra, nec transiuit alienus per medium eorum.
Cunctis diebus impii ipse dolore afficitur, & numero annorum qui absconditi sunt forti,
Strepitus terrorum in auribus ipsius, in pace vastator veniet ei.
Non credet reuerti è tenebris, ideo aspicitur à gladio.
Vagatur ipse ad panem, vbinam sit, tunc scit quod paratus sit in manu eius dies tenebrarum.
Terrebit eum tribulatio & angustia: roborabitur contra eum sicut rex paratus ad prælium.
Quia extendit contra Deum manum suam, & contra Omnipotentem roboratus est.
Incurret in eum in collum, in crassitiem corporum scutorum eius.
Quia operuit faciem suam adipe suo, & fecit rugas super ilia.
Et inhabitauit vrbes desolatas, domos in quibus non habitabant, quæ parata erant in aceruos lapidum.
Non ditescet, nec stabilis erit potentia eius, neque extendet terra perfectionem eorum.
Non recedet è tenebris; ramum eius tenerum arefaciet flamma, & recedet in flatu oris eius.
Non credet qui vanitate errat, quod vanitas futura sit permutatio eius.
In non die suo succidetur, & ramificatio eius non virescet.
Perdet sicut vitis vuam suam acerbam, & proiiciet tanquam olea florem suum.

Congregatio

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

34 Congregatio enim hypocritæ sterilis, & ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt.

* Isa. 59. 4. Psal. 7. 15.

35 * Concepit dolorem, & peperit iniquitatem, & vterus eius præparat dolos.

CAP. XVI.

1 RESpondens autem Iob, dixit:
2 Audiui frequenter talia, consolatores onerosi omnes vos estis.
3 Numquid habebunt finem verba ventosa? aut aliquid tibi molestum est si loquaris?
4 Poteram & ego similia vestri loqui: atque vtinam esset anima vestra pro anima mea:
5 Consolarer & ego vos sermonibus, & mouerem caput meum super vos:
6 Roborarem vos ore meo: & mouerem labia mea, quasi parcens vobis.
7 Sed quid agam? Si locutus fuero, non quiescet dolor meus: & si tacuero, non recedet à me.
8 Nunc autem oppressit me dolor meus, & in nihilum redacti sunt omnes artus mei.
9 Rugæ meæ testimonium dicunt contra me, & suscitatur falsiloquus aduersus faciem meam contradicens mihi.
10 Collegit furorem suum in me, & comminans mihi, infremuit contra me dentibus suis: hostis meus terribilibus oculis me intuitus est.
11 Aperuerunt super me ora sua, & exprobrantes percusserunt maxillam meam, satiati sunt pœnis meis.
12 Conclusit me Deus apud iniquum, & manibus iniquorum me tradidit.
13 Ego ille quondam opulentus repente contritus sum: tenuit ceruicem meam, confregit me, & posuit me sibi quasi in signum.
14 Circumdedit me lanceis suis, conuulnerauit lumbos meos, non pepercit, & effudit in terra viscera mea.
15 Concidit me vulnere super vulnus, irruit in me quasi gigas.
16 Saccum consui super cutem meam, & operui cinere carnem meam.
17 Facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligauerunt.
18 Hæc passus sum absque iniquitate manus meæ, cum haberem mundas ad Deum preces.
19 Terra ne operias sanguinem meum, neque inueniat in te locum latendi clamor meus.
20 Ecce enim in cœlo testis meus, & conscius meus in excelsis.
21 Verbosi amici mei: ad Deum stillat oculus meus.
22 Atque vtinam sic iudicaretur vir cum Deo quomodo iudicatur filius hominis cum collega suo.
23 Ecce enim breues anni transeunt, & semitam, per quam non reuertar, ambulo.

CAP. XVII.

1 SPiritus meus attenuabitur, dies mei breuiabuntur, & solum mihi superest sepulchrum.
2 Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus.
3 Libera me Domine, & pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me.
4 Cor eorum longe fecisti à disciplina, propterea non exaltabuntur.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

34 *Congregatio enim impii erit desolata, & ignis deuorauit tabernacula è muneribus constructa.*

35 *Concipere peruersitatem, & parere mendacium, & venter eorum parabit fraudem.*

CAP. XVI.

1 *ET respondit Iiob, & dixit.*
2 *Audiui sicut hæc multoties, consolatores laboriosi estis omnes vos.*
3 *Nunquid erit finis verbis ventosis? aut quid roborabit te si responderis?*
4 *Etiam ego sicut vos loquerer, vtinam esset anima vestra loco animæ meæ.*
5 *Cumularem super vos sermones, & mouerem super vos caput meum.*
6 *Roborarem vos ore meo: & narratio labiorum meorum prohiberet dolorem vestrum.*
7 *Si locutus fuero non prohibebitur dolor meus, & si desiero quid à me abibit?*
8 *Veruntamen nunc laborare fecit me Deus, desolasti omnem congregationem meam.*
9 *Et rugare fecisti me, in testem fuit, & surrexit contra me, macies mea in facie mea respondebit.*
10 *Furor eius rapuit me & odio habuit me, frenduit aduersum me dentibus suis. Hostis meus acuit oculos suos contra me.*
11 *Aperuerunt aduersum me os suum, opprobrio percusserunt maxillas meas, simul aduersum me congregati sunt.*
12 *Tradidit me Deus mendaci, & per manus impiorum diuertere fecit me à via.*
13 *Quietus eram, & contriuit me; & tenuit ceruicem meam, & confregit me, & statuit me sibi in scopum.*
14 *Circuierunt aduersum me iaculatores eius, diuisit renes meos, & non pepercit, effudit in terram fel meum.*
15 *Dirupit me diruptione super diruptionem, cucurrit aduersum me sicut potens.*
16 *Saccum consui super cutem meam, & inuolui in puluere caput meum.*
17 *Facies mea fœdata est luto propter fletum, & in palpebris meis apparuit vmbra mortis.*
18 *Et hæc vsu venerunt mihi eo quod non fuit iniquitas in manibus eius, & oratio mea fuit munda.*
19 *Et si verum est quod dicitis; terra ne operias sanguinem meum, & ne sit locus clamori meo.*
20 *Etiam nunc ecce in cœlis est testis meus, & testis meus in excelsis.*
21 *Rhetores amici mei sunt: ad Deum stillauit oculus meus.*
22 *Et vtinam disputare posset vir cum Deo, vt filius hominis cum amico suo.*
23 *Quia anni numerabiles venient, & per semitam, vnde non reuertar ambulabo.*

CAP. XVII.

1 *SPiritus meus corruptus est, dies mei succisi sunt, sepulchra parata sunt mihi.*
2 Nec cum Deo disputare optarem *nisi illusores mecum essent, & in irritationibus eorum moraretur oculus meus.*
3 *Pone quæso pignus* fideiussorem *da mihi tecum, quis est qui manum meam tangens polliceatur?*
4 *Quia cor eorum abscondisti ab intelligentia propterea non exaltabis eum.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

34 Testimonium enim impij mors: & ignis combu-
ret domos eorum; qui munera accipiunt:

35 Concipiet & in ventre gemitus: euadent autem ei
vana, & venter eius sustinebit dolum.

C A P. XVI.

1 REspondens autem Iob ait:
2 Audiui talia multa: consolatores malorum
omnes.
3 Quid ergo? nunquid ordo est sermonibus spiri-
tus? aut quid molestum tibi erit, quod respondeas?
4 Et ego secundum vos loquar. Si subiecta esset ani-
ma vestra pro mea;

5 Deinde insultabo in vos verbis, & mouebo con-
tra vos caput.
6 Sit autem fortitudo in ore meo: motui autem la-
biorum non parcam.
7 Si enim loquar, non dolebo vulnus. Quod etsi ta-
cebo, quid minus vulnerabor?
8 Nunc autem lassatum me fecit stultum, putrem:

9 Et apprehendisti me, & in testimonium fuit, &
surrexit super me mendacium meum: contra fa-
ciem meam respondit:
10 Iracundia vsus deiecit me: fremuit super me den-
tibus: sagittæ piratarum eius super me deciderunt:
acie oculorum irruit,
11 Mucrone percussit me in genibus: & simul con-
currerunt in me:
12 Tradidit enim me Dominus in manus iniusto-
rum, & super impios proiecit me:

13 In pace cum essem, discerpsit me, tenens me coma
diuulsit: statuit me sicut signum:

14 Circundederunt me lanceis emittentes in renes
meos: non parcentes effuderunt in terrã fel meum:
15 Deiecerunt me ruinam super ruinam: cucurre-
runt erga me potentes:
16 Cilicium assuerunt corio meo: robur autem
meum in terra extinctum est:
17 Venter meus combustus est à fletu, & super pal-
pebras meas vmbra.
18 Iniustum autem nihil fuit in manu mea: depre-
catio autem mea munda.
19 Terra ne operias super sanguinem carnis meæ,
nec sit locus clamori meo:
20 Et ecce nunc in cælis est testis meus, & conscius
meus in excelsis.
21 Perueniat oratio mea ad Dominum: & coram eo
stillet oculus meus:
22 Sit autem redargutio viro coram Domino, & fi-
lij hominis ad proximum suum.
23 Anni enim dinumerati venerunt, & via, per
quam non reuertar ambulabo.

C A P. XVII.

1 PEreo spiritu agitatus: oro autem sepulchrum, &
non contingit mihi: preces adhibeo cum labore;
2 Et quid feci? & furati sunt extranei bona mea.

3 Quis est iste, manu mea ligetur:

4 Quia cor eorum abscondisti à prudentia: propter
hoc ne exaltaueris eos:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

34 *Congregatio enim impij erit desolata, & ignis deuo-
rabit tabernacula muneris.*

35 *Nam conceperunt afflictionem, & pepererunt iniqui-
tatem, atque venter eorum praeparat fraudem.*

C A P. XVI.

1 *ET respondit Iob, ac dixit,*
2 *Audiui his similia multoties: consolatores labo-
riosi estis vos omnes.*
3 *Nunquid erit finis verbis ventosis? aut quid corrobo-
rabit te, si loquaris?*
4 *Etiam ego sicut vos loquerer: vtinam esset anima
vestra loco animæ meæ, societatem inirem vobiscum ser-
monibus, & mouerem super vos caput meum:*
5 *Roborarem vos ore meo, & consolatio labiorum meo-
rum prohiberet.*
6 *Si locutus fuero, non prohibebitur dolor meus: si vero
desiero, quid à me recedet?*
7 *Verum nunc fatigauit me, desolasti omnem congrega-
tionem meam.*
8 *Et corrugasti me, in testem fuit, & surrexit in me ma-
cies mea, in facie mea testificabitur:*
9 *Furor eius rapuit me, & odio prosequutus est me,
frenduit aduersum me dentibus suis: hostis meus acuit
oculos suos contra me.*
10 *Aperuerunt aduersum me os suum, cum opprobrio per-
cusserunt maxillas meas, simul aduersum me congregati
sunt.*
11 *Tradidit me Deus mendaci, & per manus impiorum
diuertere fecit me è via.*
12 *Quietus eram, & contriuit me: arripuitque cerui-
cem meam, & dissipauit me, & statuit me sibi in sco-
pum.*
13 *Circundederunt me iaculatores eius, diffecuit renes
meos, & non pepercit, effudit in terram fel meum.*

14 *Confregit me confractione super confractionem, cu-
currit aduersum me sicut potens.*
15 *Saccum consui super cutem meam, & oneraui puluere
cornu meum.*
16 *Facies mea fœdata est ceu luto præ fletu, & in palpe-
bris meis vmbra mortis:*
17 *Ob nullam iniuriam in manibus meis, & oratio mea
munda.*
18 *O terra, ne tegas sanguinem meum, neque sit locus
clamori meo.*
19 *Etiam nunc, ecce in cælis est testis meus, & testis meus
in excelsis.*
20 *Colloquutores mei amici mei, ad Deum stillat oculus
meus.*
21 *Vtinam disputare possit vir cum Deo, sicut filius ho-
minis cum amico suo.*
22 *Quia anni numeri aduenient, & semitam, qua non
reuertar, ambulabo.*
23

C A P. XVII.

1 *SPiritus meus corruptus est, dies mei succisi sunt, pro-
inde sepulchra mihi.*
2 *Istud non dicerem, nisi illusores mecum essent, & in
irritationibus eorum commoratur oculus meus.*

3 *Appone quæso, fideiussorem da mihi tecum, quis est qui
manum meam tangat?*
4 *Quia cor eorum abscondisti ab intellectu, propterea
non exaltabis.*

Vulgat. Editio.

5 Prædam pollicetur sociis, & oculi filiorum eius deficient.

6 Posuit me quasi in prouerbium vulgi, & exemplum sum coram eis.

7 Caligauit ab indignatione oculus meus, & membra mea quasi in nihilum redacta sunt.

8 Stupebunt iusti super hoc, & innocens contra hypocritam suscitabitur.

9 Et tenebit iustus viam suam, & mundis manibus addet fortitudinem.

10 Igitur omnes vos conuertimini, & venite, & non inueniam in vobis vllum sapientem.

11 Dies mei transierunt, cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquentes cor meum:

12 Noctem verterunt in diem, & rursum post tenebras spero lucem.

13 Si sustinuero, infernus domus mea est, & in tenebris straui lectulum meum.

14 Putredini dixi: Pater meus es, mater mea, & soror mea, vermibus.

15 Vbi est ergo nunc præstolatio mea, & patientiam meam quis considerat?

16 In profundissimum infernum descendent omnia mea: putasne saltem ibi erit requies mihi?

CAP. XVIII.

1 Respondens autem Baldad Suhites, dixit:

2 Vsque ad quem finem verba iactatis? intelligite prius, & sic loquamur.

3 Quare reputati sumus vt iumenta, & sorduimus coram vobis?

4 Qui perdis animam tuam in furore tuo, numquid propter te derelinquetur terra, & transferentur rupes de loco suo?

5 Nonne lux impij extinguetur, nec splendebit flamma ignis eius?

6 Lux obtenebrescet in tabernaculo illius, & lucerna quæ super eum est, extinguetur.

7 Arctabuntur gressus virtutis eius, & præcipitabit eum consilium suum.

8 Immisit enim in rete pedes suos, & in maculis eius ambulat.

9 Tenebitur planta illius laqueo, & exardescet contra eum sitis.

10 Abscondita est in terra pedica eius, & decipula illius super semitam.

11 Vndique terrebunt eum formidines, & inuoluent pedes eius.

12 Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat costas illius.

13 Deuoret pulchritudinem cutis eius, consumat brachia illius primogenita mors.

14 Auellatur de tabernaculo suo fiducia eius, & calcet super eum, quasi rex, interitus.

15 Habitent in tabernaculo illius socij eius, qui non est, aspergatur in tabernaculo eius sulphur.

16 Deorsum radices eius siccentur, sursum autem atteratur messis eius.

17 * Memoria illius pereat de terra, & non celebretur nomen eius in plateis.

*Prou. 2.22.

18 Expellet eum de luce in tenebras, & de orbe transferet eum.

19 Non erit semen eius, neque progenies in populo suo, nec vllæ reliquiæ in regionibus eius.

20 In die eius stupebunt nouissimi, & primos inuadet horror.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

5 *Qui blanda annunciauerit amicis: sed oculi filiorum eius consumentur.*

6 *Et statuit me in parabolam populorum, & in igne gehenna antea ero.*

7 *Et caligauit propter dolorem oculus meus, & cogitationes meæ sunt sicut vmbra vniuersa.*

8 *Stupebunt recti super hoc, & innocens contra impium suscitabitur.*

9 *Et tenebit iustus viam suam, & mundus manibus addet fortitudinem.*

10 *Sed vere omnes reuertimini, & venite quæso, & non inueniam inter vos sapientem.*

11 *Dies mei transierunt, cogitationes meæ euulsæ sunt, cogitationes cordis mei.*

12 *Noctem in diem posuerunt, lucem propinquam à facie tenebrarum.*

13 *Si expectauero sepulchrum quod est domus mea, in tenebris straui lectum meum.*

14 *Foueam vocaui, & dixi, pater meus es tu, matrem meam & sororem meam vocaui, vermen.*

15 *Et vbi nunc est præstolatio mea? & præstolationem meam quis viderit?*

16 *In sepulchrum descendent: num pariter in puluere erit requies?*

CAP. XVIII.

1 *Et respondit Bildad Suchites, & dixit.*

2 *Vsquequo ponetis fines sermonibus, intelligatis, postea loquemur.*

3 *Cur reputamur vt iumentum, sorduimus in oculis vestris?*

4 Tu qui es vt vir *qui rapit animam suam furore suo. Nunquid propter te derelinquetur terra, & transferetur saxum è loco suo?*

5 *Etiam lux impiorum extinguetur, & non splendebit scintilla ignis eius.*

6 *Lux obscurabitur in tabernaculo eius, & lucerna eius super eum extinguetur.*

7 *Arctabuntur gressus potentiæ, & proijciet eum consilium suum.*

8 *Quia missum est rete in pedibus eius, & super rete ambulabit.*

9 *Apprehendet calcaneum laqueus, roborabit Deus contra eum sitientes rapere.*

10 *Abscondita est in terra pedica eius, & decipula eius super semitam.*

11 *Vndique terrebunt eum terrores, & dispergent eum fugientem huc, & illuc pedibus eius.*

12 *Erit famelicum semen eius, & euentus malus parabitur lateri eius.*

13 *Comedet membra cutis eius, comedet membra eius primogenitus mortis.*

14 *Euelletur è tabernaculo eius fiducia eius, & incedere faciet eum eius consilium ad regem terrorum.*

15 *Habitabit habitatrix in tabernaculo eius in existente in eo: spargetur super habitaculum eius sulphur.*

16 *Deorsum radices eius siccabuntur, & sursum excidetur ramus eius.*

17 *Memoria illius peribit è terra, & non erit nomen ei in platea.*

18 *Expellent eum de luce ad tenebras, & de orbe proijcient eum,*

19 *Non erit filius, & non erit nepos in populo eius, & non erit superstes in habitationibus eius.*

20 *Super diem eius obstupescent nouissimi, & antiquos apprehendet pauor.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

5 Parti nunciabit mala: & oculi super filios tabuerunt:
6 Posuisti autem me fabulam in nationibus, & risus illis deueni:
7 Cæcati enim sunt ab ira oculi mei: expugnatus sum valde ab omnibus:
8 Admiratio tenuit veraces super hoc: iustus autem super inimicum consurgat:
9 Teneat autem fidelis viam suam: & purus manibus sumat audaciam.
10 Verumtamen omnes incumbite,& venite,quæso: non enim inuenio in vobis veritatem.
11 Dies mei transierunt in strepitu, & rupti sunt articuli cordis mei:
12 Noctem in diem posui: lumen prope à facie tenebrarum.
13 Nam si sustinuero;inferi domus mea erunt: & in caligine stratum est stratum meum.
14 Interitum appellaui patrem meum esse, matrem autem meam,& sororem tabem.
15 Vbi igitur est mea iam spes? aut bona mea videbo?
16 Aut mecum ad inferos descendent? aut pariter super puluerem descendemus?

C A P. XVIII.

1 Respondens autem Baldad Sauchites ait:
2 Quousque non cessabis? cohibe te, vt & ipsi loquamur:
3 Et cur tanquam quadrupedia tacuimus coram te?
4 Vsa est te ira? Quid enim? si tu mortuus fueris; inhabitabilis erit ea, quæ sub cælo? aut subuertentur montes à fundamentis?
5 Et lumen impiorum extinguetur, & non procedet lumen eorum.
6 Lux eius tenebræ in domo, & lucerna super eum extinguetur.
7 Venentur infirmi substantiam eius: erret autem eius consilium:
8 Et immissus est pes eius in laqueum: rete inuoluatur;
9 Veniant autem super eum laquei:confortabit super eum sitientes:
10 Absconditus est in terra funiculus eius, & captio eius in semita,
11 Per circuitum perdant eum dolores:
12 Et multi circa pedes eius venient in angustia famis:ruina autem parata est in insignis:
13 Comedantur rami pedum eius, & mors deuoret speciosa eius:
14 Rumpatur autem de habitaculo eius sanitas: & teneat eum necessitas causa regali:
15 Habitet in tabernaculo eius, in nocte eius. Aspergentur speciosa eius sulphure.
16 De subtus radices eius siccabuntur, & de sursum decidet messiò eius.
17 Memoriale eius pereat de terra, & erit nomen ei super faciem extra:
18 Expellat eum de luce in tenebras:
19 Non erit cognominatus in populo suo,neque domus eius saluata in ea, quæ sub cælo: sed in rebus eius viuent alij:
20 Super eum gemuerunt vltimi: primos autem tenuit admiratio.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

5 *Eum qui blandiendi causa renuntiabit cogitatus suos, sed oculi filiorum eius consumentur.*
6 *Profecto statuit me in parabolam populorum, & in gehenna antea sum.*
7 *Et caligauit præ indignatione oculus meus, & cogitationes meæ vniuersæ sunt sicut vmbra.*
8 *Stupebunt recti super hoc, & innocens contra impium commouebitur.*
9 *Retinuit tamen iustus viam suam, & mundus manibus addidit robur.*
10 *At vero omnes reuertimini, & venite quæso, & non inueniam inter vos sapientem.*
11 *Dies mei transierunt,cogitationes meæ euulsæ sunt, cogitationes cordis mei.*
12 *Noctem in diem posuerunt, lucem propinquam à facie tenebrarum.*
13 *Si expectauero quod sepulchrum sit domus mea, & in tenebris sternam lectum meum:*
14 *Ac foueæ dicam,Pater meus es tu, & vermi, Mater mea, & soror mea es:*
15 *Vbinam nunc erit expectatio mea? & expectationem meam quis videbit?*
16 *Ad fulcra inferni descendent si simul in puluere quies.*

C A P. XVIII.

1 *Et respondit Bildad Suhites, ac dixit,*
2 *Quousque ponetis fines sermonibus? instruatis,& postea loquemur.*
3 *Cur reputamur vt iumentum, sorduimus in oculis vestris?*
4 *Qui laniat animam suam furore suo,nunquid propter te derelinquetur terra, & transferetur rupes è loco suo?*
5 *Etiam lux impiorum extinguetur, nec splendebit scintilla ignis eius.*
6 *Lux obscurabitur in tabernaculo eius,& lucerna eius super eum extinguetur.*
7 *Arctabuntur gressus potentiæ eius, & proijciet eum consilium suum:*
8 *Quia proijcietur in rete pedibus suis, & super rete ambulabit.*
9 *Apprehendet calcaneum laqueus, præualebit aduersus eum prædo.*
10 *Abscondita est in terra pedica eius, & decipula eius super semitam.*
11 *Vndique terrebunt eum terrores, & dispergent eum pedibus suis.*
12 *Erit famelicum semen eius,& euentus malus parabitur lateri eius.*
13 *Deuorabit ramos cutis eius, & deuorabit membra eius primogenitus mortis.*
14 *Abrumpetur è tabernaculo eius fiducia eius, & incedere faciet eum ad regem terrorum.*
15 *Habitabit in tabernaculo eius, eo quod non sit ipsius, spargetur super habitaculum eius sulphur.*
16 *Deorsum radices eius arescent, & sursum excindetur ramus eius.*
17 *Memoria illius peribit è terra, neque erit nomen illi in platea.*
18 *Propellent eum è luce ad tenebras,& de orbe eijcient eum.*
19 *Non erit filius illi,neque nepos in populo suo,& nullus superstes in habitationibus eius.*
20 *Super die eius obtupescent posteri, & maiores apprehendent pauorem.*

Vulgat. Editio.

21 Hæc sunt ergo tabernacula iniqui, & iste locus eius, qui ignorat Deum.

CAP. XIX.

1 RESpondens autem Iob, dixit:
2 Vsquequo affligitis animam meam, & atteritis me sermonibus?
3 En, decies confunditis me, & non erubescitis opprimentes me.
4 Nempe, etsi ignoraui, mecum erit ignorantia mea.
5 At vos contra me erigimini, & arguitis me opprobriis meis.
6 Saltem nunc intelligite quia Deus non æquo iudicio afflixerit me, & flagellis suis me cinxerit.
7 Ecce clamabo vim patiens, & nemo audiet: vociferabor, & non est qui iudicet.
8 Semitam meam circumsepsit, & transire non possum, & in calle meo tenebras posuit.
9 Spoliauit me gloria mea, & abstulit coronam de capite meo.
10 Destruxit me vndique & pereo, & quasi euulsæ arbori abstulit spem meam.
11 Iratus est contra me furor eius, & sic me habuit quasi hostem suum.
12 Simul venerunt latrones eius, & fecerunt sibi viam per me, & obsederunt in gyro tabernaculum meum.
13 Fratres meos longe fecit à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me.
14 Dereliquerunt me propinqui mei: & qui me nouerant, obliti sunt mei.
15 Inquilini domus meæ, & ancillæ meæ sicut alienum habuerunt me, & quasi peregrinus fui in oculis eorum.
16 Seruum meum vocaui, & non respondit, ore proprio deprecabar illum.
17 Halitum meum exhorruit vxor mea, & orabam filios vteri mei.
18 Stulti quoque despiciebant me, & cum ab eis recessissem, detrahebant mihi.
19 Abominati sunt me quondam consiliarij mei: & quem maxime diligebam, auersatus est me.
20 Pelli meæ, consumptis carnibus, adhæsit os meum, & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos.
21 Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me.
22 Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini?
23 Quis mihi tribuat vt scribantur sermones mei? quis mihi det vt exarentur in libro,
24 Stylo ferreo, & plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice?
25 Scio enim quod Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum:
26 Et rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum meum.
27 Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius: reposita est hæc spes mea in sinu meo.
28 Quare ergo nunc dicitis: Persequamur eum, & radicem verbi inueniamus contra eum?
29 Fugite ergo à facie gladij, quoniam vltor iniquitatum gladius est: & scitote esse iudicium.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

21 *Veruntamen hæc sunt habitacula iniqui, & iste locus eius qui non nouit Deum.*

CAP. XIX.

1 *ET respondit Iiob, & dixit.*
2 *Vsquequo dolore afficietis animam meam, & atteritis me sermonibus?*
3 *Iam decem vicibus pudore affecistis me, non erubescitis subsannare me.*
4 *Et esto quod vere errauerim mecum errabitur error meus.*
5 *Si vero aduersum me magnificaueritis* linguam vestram, *& argueritis me* esse impium propter *opprobrium meum* quod superuenit mihi.
6 *Scitote nunc, quod Deus perdidit me, & rete suum aduersum me circuire fecit.*
7 *Si clamauero ad Deum* propter iniquitatem, *non exaudiar: si vociferauero non erit iudicium.*
8 *Semitam meam sepsit, & non transibo, & in semitis meis tenebras posuit.*
9 *Opibus meis me spoliare fecit, & remouit coronam capitis mei.*
10 *Destruxit me vndique & iui, & recedere fecit à me sicut ab arbore,* eradicata, & siccata, *spem meam.*
11 *Et irasci fecit contra me furor in suum, & reputauit me sibi ac si essem vnus ex hostibus eius.*
12 *Simul venerunt exercitus eius, & eleuauerunt super me viam suam, & castrametati sunt in circuitu tabernaculi mei.*
13 *Fratres meos à me elongare fecit, & noti mei veruntamen alienati sunt à me.*
14 *Desierunt visitare me propinqui mei: & noti mei obliti sunt mei.*
15 *Inquilini domus meæ, & ancillæ meæ, vt alienum reputabant me, vt extraneus fui in oculis eorum.*
16 *Seruum meum vocaui, & non respondit, ore meo deprecabar illum.*
17 *Halitus meus alienus erat vxori meæ, & deprecabar* illam propter *filios vteri mei.*
18 *Etiam iniqui despexerunt me: assurgebam eis, & loquebantur contra me.*
19 *Abominati sunt me omnes viri consiliarij mei: & hi quos diligebam, versi sunt contra me.*
20 *Pelli meæ & carni meæ adhæsit os meum, & euasi cum pelle dentium meorum.*
21 *Miseremini mei, miseremini mei vos amici mei, quia manus Domini tetigit me.*
22 *Vt quid persequimini me sicut Deus, & carne mea non saturabimini?*
23 *Vtinam nunc scriberentur sermones mei: vtinam in libro imprimerentur:*
24 *In stilo ferreo, & plumbeo, vt sint in perpetuum, in petra sculperentur.*
25 *Et ego noui redemptorem meum viuum, & nouissimo super terram staturum.*
26 *Et postquam pellem meam contriuerint hanc: & de carne mea videbo Deum.*
27 *Quem ego visurus sum mihi, & oculi mei videbunt, & non alienus. Defecerunt renes mei in sinu meo.*
28 *Quia* vestra intererat, *vt diceretis: cur persequimur eum, & quæ radix rei* iniquæ *inuenta est in me?*
29 *Timete vobis à facie gladij, quoniam ira* qua irasci facitis me est ex *iniquitatibus*, quæ dignæ sunt, *vt gladio* vlciscantur, *vt sciatis quod est iudicium.*

Transl. ex Septuag.

21 Hæ sunt domus impiorum:& hic est locus eorum,
qui non nouerunt Dominum.

CAP. XIX.

1 RE sponsdens autem Iob,ait:
2 Vsquequo molestiam facietis animæ meæ,&
destruetis me verbis?
3 Scitote tantum, quia Dominus fecit me sic: lo-
quimini contra me: non reueriti me infesti estis
mihi:
4 Esto vtique in veritate ego erraui, & apud me
moratur error,
5 Loqui verba, quæ non oportebat, & verba mea
errant,& non in tempore;sine vero, quoniam super
me magnificamini:& insultatis mihi opprobrio.
6 Scitote igitur quia Dominus est,qui turbauit, &
vallum suum super me exaltauit.
7 Ecce rideo opprobrio, non loquar: clamabo, &
nusquam iudicium:
8 In circuitu circum ædificatus sum,& non transi-
bo:in vultu meo tenebras posuit:
9 Et gloriam meam à me exuit,& abstulit coronam
de capite meo:
10 Dirupit me vndique,& abij: & excidit tanquam
arborem spem meam:
11 Grauiter autem mihi ira vsus est:& arbitratus est
me tanquam inimicum:
12 Vnanimiter autem venerunt tentationes eius su-
per me: viis meis in circuitu insederunt insidia-
tores:
13 A me fratres mei recesserunt, nouerunt alienos,
quam me, & amici mei immisericordes facti sunt;
14 Non adhæserunt mihi proximi mei: & scientes
nomen meum obliti sunt mei:
15 Vicini domus, & ancillæ meæ; alienigena fui co-
ram eis:
16 Seruum meum vocaui,& non obediuit:os autem
meum deprecabatur,
17 Et rogabam vxorem meam: & inuocabam blan-
ditiis filios concubinarum mearum:
18 Illi vero in sæculum me auersati sunt:cum exur-
rexero:contra me loquuntur:
19 Abominati sunt me,qui me videbant, & quos di-
lexeram,consurrexerunt in me.
20 In cute mea computruerunt carnes meæ, & ossa
mea in dentibus hærent:
21 Miseremini mei, miseremini mei,ô amici:manus
enim Domini est,quæ tetigit me:
22 Quare me persequimini,sicut & Dominus, & de
carnibus meis non satiamini?
23 Quis enim vtique det, vt scripta sint verba mea,
& ipsa posita in libro in seculum,
24 Et in stylo ferreo,& plumbo,aut in petris inscul-
pta?
25 Scio enim quia æternus est, qui me resoluturus
est super terram.
26 Ad resuscitandam cutem meam, quæ perpetitur
hæc.
27 A Domino enim hæc mihi consummata sunt,
quorum ego mihi conscius sum, quæ oculus meus
vidit,& non alius:& omnia mihi consummata sunt
in sinu.
28 Quod si & dixeritis,quid dicemus contra eum,&
radicem sermonis inueniemus in eo?
29 Cauete vtique, & vos à tegmine. Ira enim super
iniquos veniet, & tunc cognoscent; vbi est eorum
materia.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

21 *Sane hæc sunt habitacula iniqui,& iste locus eius qui
non nouit Deum.*

CAP. XIX.

1 *ET respondit Iiob, ac dixit,*
2 *Quousque tandem dolore afficietis animam
meam,& conteretis me sermonibus?*
3 *Iam decem vicibus pudore affecistis me,non erubescitis,
perfricuistis frontem mihi.*
4 *Sed esto sane errauerim,mecum moretur error meus.*
5 *Si vero sane aduersum me magnificaueritis, & ar-
guendo adducatis aduersum me opprobrium meum:*
6 *Scitote nunc quod Deus peruertit me, qui rete suum
aduersum me circunduxit.*
7 *Et clamabo iniuriam, & non exaudiar: vociferabor,
& non erit iudicium,*
8 *Semitam meam circumsepsit,& non transibo, & super
semitas meas posuit tenebras.*
9 *Gloriam meam mihi detraxit, & abstulit coronam
capitis mei.*
10 *Destruxit me in circuitu,& abij, recedereq́; fecit sicut
arboris, spem meam.*
11 *Et ardere fecit contra me furorem suum,& reputauit
me sibi quasi vnum ex hostibus suis.*
12 *Simul venerunt exercitus eius, & attriuerunt super
me viam suam,& castrametati sunt in circuitu tentorij
mei.*
13 *Fratres meos à me abduxit, & noti mei sane alienati
sunt à me.*
14 *Desierunt propinqui mei,& noti mei obliti sunt mei.*
15 *Inquilini domus meæ,& ancillæ meæ alienum reputa-
uerunt me,alienus fui in oculis eorum.*
16 *Seruum meum vocaui, & non respondit, ore meo de-
precabar illum.*
17 *Spiritus meus alienus factus est vxori meæ, & deprecabar
illam propter filios vteri mei.*
18 *Etiam iniqui despexerunt me: si exurgam, statim lo-
quuntur contra me.*
19 *Abominati sunt me omnes viri secreti mei: & quos
dilexi,versi sunt in me.*
20 *Cuti meæ & carni meæ adhæret os meum, & seruatus
sum in cute dentium meorum.*
21 *Miseremini mei,miseremini mei; vos amici mei, quia
manus Dei tetigit me.*
22 *Quare persequimini me sicut Deus, & carne mea
non saturamini?*
23 *Vtinam nunc scriberentur sermones mei, vtinam in
libro describerentur:*
24 *Vtinam inquam stylo ferreo,aut in plumbo, aut certe
in perpetuum, in saxo sculperentur.*
25 *Ego quoque noui redemptorem meum esse viuentem,
& nouissimum qui super terram surget.*
26 *Ac post pellem meam contriuerunt istud, & ex carne
mea videbo Deum.*
27 *Quem ego visurus sum mihi,& oculi mei conspecturi
sunt,& non alienus:defecerunt renes mei in sinu meo.*
28 *Quin dicitis, Quare persequemur eum,quum radix
rei inuenta sit in me?*
29 *Timete vobis à facie gladij, quoniam ira ex iniqui-
tatibus gladij,vt sciatis fore iudicium.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. XX.

1 Respondens autem Sophar Naamathites, dixit:
2 Idcirco cogitationes meæ variæ succedunt sibi, & mens in diuersa rapitur.
3 Doctrinam, qua me arguis, audiam, & spiritus intelligentiæ meæ respondebit mihi.
4 Hoc scio à principio, ex quo positus est homo super terram,
5 Quod laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti.
6 Si ascenderit vsque ad cœlum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit:
7 Quasi sterquilinium in fine perdetur: & qui eum viderant, dicent: Vbi est?
8 Velut somnium auolans non inuenietur, transiet sicut visio nocturna.
9 Oculus qui eum viderat, non videbit, neque vltra intuebitur eum locus suus.
10 Filij eius atterentur egestate, & manus illius reddent ei dolorem suum.
11 Ossa eius implebuntur vitiis adolescentiæ eius, & cum eo in puluere dormient.
12 Cum enim dulce fuerit in ore eius malum, abscondet illud sub lingua sua.
13 Parcet illi, & non derelinquet illud, & celabit in gutture suo.
14 Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus.
15 Diuitias, quas deuorauit, euomet, & de ventre illius extrahet eas Deus.
16 Caput aspidum suget, & occidet eum lingua viperæ.
17 (Non videat riuulos fluminis, torrentes mellis, & butyri.)
18 Luet quæ fecit omnia, nec tamen consumetur: iuxta multitudinem adinuentionum suarum, sic & sustinebit.
19 Quoniam confringens nudauit pauperes: domum rapuit, & non ædificauit eam.
20 * Nec est satiatus venter eius: & cum habuerit quæ concupierat, possidere non poterit.

* Eccl. 5. 9.

21 Non remansit de cibo eius, & propterea nihil permanebit de bonis eius.
22 Cum satiatus fuerit, arctabitur, æstuabit, & omnis dolor irruet super eum.
23 Vtinam impleatur venter eius, vt emittat in eum iram furoris sui, & pluat super illum bellum suum.
24 Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum.
25 Eductus, & egrediens de vagina sua, & fulgurans in amaritudine sua: vadent, & venient super eum horribiles.
26 Omnes tenebræ absconditæ sunt in occultis eius: deuorabit eum ignis, qui non succenditur: affligetur relictus in tabernaculo suo.
27 Reuelabunt cæli iniquitatem eius, & terra consurget aduersus eum.
28 Apertum erit germen domus illius, detrahetur in die furoris Dei.
29 Hæc est pars hominis impij à Deo, & hæreditas verborum eius à Domino.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. XX.

1 *Et respondit Sophar Nahamatithes, & dixit.*
2 *Idcirco cogitationes meæ respondere faciunt me, & quia sensus meus est in me.*
3 *Num correctionem ignominiæ meæ audiam? Et spiritus intelligentiæ meæ respondebit mihi* quid tibi respõdeã.
4 *Nonne hoc nosti à sæculo, ex eo tempore quo positus est homo super terram?*
5 *Videlicet quod laus impiorum est de propinquo, & lætitia impij ad momentum erit.*
6 *Si ascenderit in cælum sublimitas eius, & caput eius nubem attigerit,*
7 *Veluti sterquilinium in sempiternum peribit, videntes eum dicent: Vbi est?*
8 *Sicut somnium volabit, & non inueniet eum, & vagabitur sicut visio nocturna.*
9 *Oculus qui vidit eum non addet, nec vltra intuebitur eum locus eius.*
10 *Filij eius cogentur placare pauperes, & manus eius reddent quod rapuit.*
11 *Ossa eius repleta sunt peccatis adolescentiæ eius & cum eo peccatum super terram requiescet.*
12 *Quando dulcescebat in ore eius malum, abscondebat illud sub lingua sua.*
13 *Parcebat illi, & non relinquebat illud, & prohibebat illud* ne manifestaretur aliis *in medio palati sui.*
14 *Panis eius* quem comedit *in visceribus eius vertet* in escam malam. *Fel aspidum in interioribus eius.*
15 *Substantiam quam deglutiuit, euomet, de ventre eius expellet eam Deus.*
16 *Venenum aspidum suget, occidet eum lingua viperæ.*
17 *Non videbit riuulos, flumina, torrentes, mellis & butyri.*
18 *Restituet laborem aliorum, & non deglutiet, in substantia permutationis eius non exultabit.*
19 *Quia confregit homines dimisit eos pauperes, domum rapuit, & non ædificabit eam.*
20 *Quia non nouit, qui prosperatur* eos qui egressi sunt *de ventre suo, secundum desiderium eius non euadet quisquam.*
21 *Non erit ei superstes ad comedendum eum propterea multiplicabitur bonum eius.*
22 *Cum repletus fuerit ad sufficientiam suam, angustia erit ei, omnis manus eius qui laborauit veniet ei.*
23 *Quum fuerit ei ad replendum ventrem suum, mittet in eum* Deus *iram furoris sui, & pluere faciet* ægritudines malas *super eum in carne eius.*
24 *Fugiet ab armis ferreis, pertransibit eum sagitta arcus ærei.*
25 *Eduxit iaculator sagittam, & exiuit de corpore eius, & ferrum instar fulguris de felle eius exiuit: ibunt super eum terrores.*
26 *Omnes tenebræ absconditæ sunt in occultis eius: deuorabit eum ignis inextinguibilis: affligetur superstes in tabernaculo eius.*
27 *Reuelabunt cæli iniquitatem eius, & terra odio habebit eum.*
28 *Migrabitur è loco suo fructus domus eius, & erit vt aqua fluens in die furoris eius.*
29 *Hæc est pars hominis impij à Deo, & hæreditas eloquij eius à Deo.*

Digitized by Google

Tranſl. ex Septuag.

C A P. XX.

1 REſpondens autem Sophar Minæus ait:
2 Non ſic putabam contradicere te his: & non intelligitis magis, quam & ego:
3 Eruditionem confuſionis meæ audiam; & ſpiritus ex intelligentia reſpondet mihi.
4 Nonne hæc noſti ab eo, quod olim, ex quo poſitus eſt homo ſuper terram?
5 Lætitia autem impiorum ruina inſignis: gaudium vero iniquorum eſt perditio,
6 Si aſcenderint in cælum dona eius, & ſacrificium eius tetigerit nubes.
7 Nam cum viſus fuerit iam firmatus eſſe; tunc in finem peribit: qui autem nouerant eum; dicent vbi eſt?
8 Tanquam ſomnium quod auolauit; non inuenietur: volauit autem, ſicut viſio nocturna:
9 Oculus vidit, & non adijciet: & non vltra animaduertet eum locus ſuus.
10 Filios eius diſperdant minores: & ipſæ manus eius ſuccendant dolores:
11 Oſſa eius impleta ſunt iuuentute eius, & cum eo ſuper puluerem dormient.
12 Si dulcuerit in ore eius malignitas, abſcondet eam ſub lingua ſua:
13 Non parcet ei, & non relinquet eam: & colliget eam in medio gutture ſuo: & non poterit ſubuenire ſibi.
14 Fel aſpidis in ventre eius:
15 Diuitiæ inique congregatæ euomentur de domo eius: extrahet eum angelus.
16 Et furorem draconum ſugat: & interficiat illum lingua colubri:
17 Non videat mulctram pecorum, neque pabula mellis, & butyri:
18 In vanum, & fruſtra laborauit: diuitias, ex quibus non guſtabit: tanquam durum quid, quod mandi non poteſt, nec glutiri:
19 Multorum enim potentum domos fregit, & habitaculum diripuit, & non ſtatuit:
20 Non eſt eius ſalus facultatibus: in deſiderio ſuo non ſaluabitur:
21 Non ſunt reliquiæ cibis eius: propter hoc non florebunt eius bona:
22 Et cum putauerit ſe iam repletum eſſe, coarctabitur:
23 Omnis autem neceſſitas in eum ſuperueniet, ſi quo modo ſit implere ventrem ſuum: immittat in eum furorem iræ, lauet ſuper eum dolores,
24 Et non ſaluetur de manu ferri: vulneret eum ſagitta ærea:
25 Pertranſeat per corpus eius iaculum: ſydera autem in tabernaculis eius obambulent: ſuper eum timores,
26 Omnes autem tenebræ ei permaneant: comedet eum ignis, qui non accenditur: lædat aduena domum eius,
27 Et detegat cælum iniquitates eius, & terra inſurgat aduerſus eum:
28 Trahat domum eius perditio in finem: dies iræ ſuperueniat ei.
29 Hæc eſt pars hominis impij à Domino, & poſſeſſio bonorum eius à ſuperintendente.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

C A P. XX.

1 *REſpondit autem Sophar Naamathites, ac dixit,*
2 *Profecto cogitationes meæ reſpondere faciunt me, & quod ſentiam in me*
3 *Correctionem ignominiæ meæ quam audiui, & ſpiritus intelligentiæ meæ reſpondere me facit.*
4 *Nonne hoc noſti quod à ſæculo eſt, & ex eo tempore quo poſuit Deus hominem ſuper terram?*
5 *Videlicet exultatio impiorum eſt de propinquo, & lætitia hypocritæ ad momentum.*
6 *Si aſcenderit vſque in cælum ſublimitas eius, & caput eius nubem attigerit:*
7 *Attamen inſtar ſtercoris ſui in ſempiternum peribit, videntes eum dicent, Vbinam eſt?*
8 *Inſtar ſomnij auolabit, & non inuenient eum, & recedet ſicut viſio nocturna.*
9 *Oculus videbit eum, & non addet, nec vltra intuebitur eum locus eius.*
10 *Filij eius placabunt pauperes, & manus eius reddent quod rapuit.*
11 *Oſſa eius repleta ſunt occultis eius, & cum eo ſuper terram requieſcet.*
12 *Si dulceſcet in ore eius malum, & abſconderit illud ſub lingua ſua.*
13 *Et pepercit illi, neque dereliquerit illud, ſed retinuerit illud in medio palati ſui:*
14 *Panis eius in viſceribus eius immutabit ſeſe, fel aſpidum in interioribus eius.*
15 *Subſtantiam quam deglutiuit, emouet, de ventre eius expellet eam Deus.*
16 *Venenum aſpidum ſuget, aut occidet eum lingua viperæ.*
17 *Non videbit riuulos & flumina torrentium, mellis & butyri.*
18 *Reſtituet laborem, & non deglutiet iuxta ſubſtantiam permutationis ſuæ, neque exultabit.*
19 *Quia attriuit, reliquit pauperes: domum rapuit, & non ædificauit illam.*
20 *Certe non agnoſcet quietum in ventre ſuo, de deſiderabili ſuo non ſeruabit.*
21 *Non eſt quod reliquum ſit ad comedendum illud, propterea non multiplicabitur bonum eius.*
22 *Quum replebitur ſufficientia eius, anguſtia erit illi, omnis manus iniqui inuadet eum.*
23 *Quum fuerit ei ad replendum ventrem ſuum, immittet in eum Deus iram furoris ſui, & pluet ſuper eum, etiam in carnem eius.*
24 *Quum fugerit ab armis ferreis, exterminabit illum arcus æreus.*
25 *Educet, & exibit è pharetra, & reſplendebit felle illius: venient ſuper eum terrores.*
26 *Omnes tenebræ abſconditæ ſunt occultis illius, deuorabit eum ignis non ſufflatus: conteretur ſuperſtes in tabernaculo eius.*
27 *Detegent cæli iniquitatem eius, & terra ſtabit contra illum.*
28 *Demigrabit germen domus illius, inſtar fluuiorum effuſorum in die furoris eius.*
29 *Hæc eſt portio hominis impij à Deo, & hæreditas ſermonis eius de Deo.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. XX.

RESPONDENS autem Sophar Naamathites, dixit:

Idcirco cogitationes meæ variæ succedunt sibi, & mens in diuersa rapitur.

Doctrinam, qua me arguis, audiam, & spiritus intelligentiæ meæ respondebit mihi.

Hoc scio à principio, ex quo positus est homo super terram,

Quod laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti.

Si ascenderit vsque ad cœlum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit:

Quasi sterquilinium in fine perdetur: & qui eum viderant, dicent: Vbi est?

Velut somnium auolans non inuenietur, transiet sicut visio nocturna.

Oculus qui eum viderat, non videbit, neque vltra intuebitur eum locus suus.

Filij eius atterentur egestate, & manus illius reddent ei dolorem suum.

Ossa eius implebuntur vitiis adolescentiæ eius, & cum eo in puluere dormient.

Cum enim dulce fuerit in ore eius malum, abscondet illud sub lingua sua.

Parcet illi, & non derelinquet illud, & celabit in gutture suo.

Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus.

Diuitias, quas deuorauit, euomet, & de ventre illius extrahet eas Deus.

Caput aspidum suget, & occidet eum lingua viperæ.

(Non videat riuulos fluminis, torrentes mellis, & butyri.)

Luet quæ fecit omnia, nec tamen consumetur: iuxta multitudinem adinuentionum suarum, sic & sustinebit.

Quoniam confringens nudauit pauperes: domum rapuit, & non ædificauit eam.

* Eccl. 5. 9. * Nec est satiatus venter eius: & cum habuerit quæ concupierat, possidere non poterit.

Non remansit de cibo eius, & propterea nihil permanebit de bonis eius.

Cum satiatus fuerit, arctabitur, æstuabit, & omnis dolor irruet super eum.

Vtinam impleatur venter eius, vt emittat in eum iram furoris sui, & pluat super illum bellum suum.

Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum.

Eductus, & egrediens de vagina sua, & fulgurans in amaritudine sua: vadent, & venient super eum horribiles.

Omnes tenebræ absconditæ sunt in occultis eius: deuorabit eum ignis, qui non succenditur: affligetur relictus in tabernaculo suo.

Reuelabunt cæli iniquitatem eius, & terra consurget aduersus eum.

Apertum erit germen domus illius, detrahetur in die furoris Dei.

Hæc est pars hominis impij à Deo, & hæreditas verborum eius à Domino.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. XX.

1 *ET respondit Sophar Nahamatithes, & dixit.*
2 *Idcirco cogitationes meæ respondere faciunt me, &*
quia sensus meus est in me.
3 *Num correctionem ignominiæ meæ audiam? Et spiritus*
intelligentiæ meæ respondebit mihi quid tibi respōdeã.
4 *Nonne hoc nosti à seculo, ex eo tempore quo positus*
est homo super terram?
5 *Videlicet quod laus impiorum est de propinquo, & lætitia impij ad momentum erit.*
6 *Si ascenderit in cœlum sublimitas eius, & caput eius*
nubem attigerit,
7 *Veluti sterquilinium in sempiternum peribit, videntes*
eum dicent: Vbi est?
8 *Sicut somnium volabit, & non inueniet eum, & vagabitur sicut visio nocturna.*
9 *Oculus qui vidit eum non addet, nec vltra intuebitur eum locus eius.*
10 *Filij eius cogentur placare pauperes, & manus eius*
reddent quod rapuit.
11 *Ossa eius repleta sunt peccatis adolescentiæ eius &*
cum eo peccatum super terram requiescet.
12 *Quando dulcescebat in ore eius malum, abscondebat illud sub lingua sua.*
13 *Parcebat illi, & non relinquebat illud, & prohibebat*
illud ne manifestaretur aliis *in medio palati sui.*
14 *Panis eius* quem comedit *in visceribus eius vertet*
in escam malam. *Fel aspidum in interioribus eius.*
15 *Substantiam quam deglutiuit, emouet, de ventre eius*
expellet eam Deus.
16 *Venenum aspidum suget, occidet eum lingua viperæ.*
17 *Non videbit riuulos, flumina, torrentes, mellis &*
butyri.
18 *Restituet laborem aliorum, & non deglutiet, in substantia permutationis eius non exultabit.*
19 *Quia confregit homines dimisit eos pauperes, domum*
rapuit, & non ædificabit eam.
20 *Quia non nouit, qui prosperatur* eos qui egressi
sunt *de ventre suo, secundum desiderium eius non euadet quisquam.*
21 *Non erit ei superstes ad comedendum eum propterea*
multiplicabitur bonum eius.
22 *Cum repletus fuerit ad sufficientiam suam, angustia*
erit ei, omnis manus eius qui laborauit veniet ei.
23 *Quum fuerit ei ad replendum ventrem suum, mittet in eum* Deus *iram furoris sui, & pluere faciet* ægritudines malas *super eum in carne eius.*
24 *Fugiet ab armis ferreis, pertransibit eum sagitta arcus ærei.*
25 *Eduxit iaculator sagittam, & exiuit de corpore eius, &*
ferrum instar fulguris de felle eius exiuit: ibunt super
eum terrores.
26 *Omnes tenebræ absconditæ sunt in occultis eius: deuorabit eum ignis inextinguibilis: affligetur superstes in*
tabernaculo eius.
27 *Reuelabunt cœli iniquitatem eius, & terra odio habebit eum.*
28 *Migrabitur è loco suo fructus domus eius, & erit vt*
aqua fluens in die furoris eius.
29 *Hæc est pars hominis impij à Deo, & hæreditas eloquij eius à Deo.*

Tranſl. ex Septuag.		Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
C A P. XX.		*C A P. XX.*
RESpondens autem Sophar Minæus ait:	1	*REſpondit autem Sophar Naamathites, ac dixit,*
Non ſic putabam contradicere te his: & non intelligitis magis, quam & ego:	2	*Profectò cogitationes meæ reſpondere faciunt me, & quod ſentiam in me*
Eruditionem confuſionis meæ audiam; & ſpiritus ex intelligentia reſpondet mihi.	3	*Correctionem ignominiæ meæ quam audiui, & ſpiritus intelligentiæ meæ reſpondere me facit.*
Nonne hæc noſti ab eo, quod olim, ex quo poſitus eſt homo ſuper terram?	4	*Nonne hoc noſti quod à ſæculo eſt, & ex eo tempore quo poſuit Deus hominem ſuper terram?*
Lætitia autem impiorum ruina inſignis: gaudium vero iniquorum eſt perditio,	5	*Videlicet exultatio impiorum eſt de propinquo, & lætitia hypocritæ ad momentum.*
Si aſcenderint in cælum dona eius, & ſacrificium eius tetigerit nubes.	6	*Si aſcenderit vſque in cælum ſublimitas eius, & caput eius nubem attigerit:*
Nam cum viſus fuerit iam firmatus eſſe; tunc in finem peribit: qui autem nouerant eum; dicent vbi eſt?	7	*Attamen inſtar ſtercoris ſui in ſempiternum peribit, videntes eum dicent, Vbinam eſt?*
Tanquam ſomnium quod auolauit; non inuenietur: volauit autem, ſicut viſio nocturna:	8	*Inſtar ſomnij auolabit, & non inuenient eum, & recedet ſicut viſio nocturna.*
Oculus vidit, & non adjiciet: & non vltra animaduertet eum locus ſuus.	9	*Oculus videbit eum, & non addet, nec vltra intuebitur eum locus eius.*
Filios eius diſperdant minores: & ipſæ manus eius ſuccendant dolores:	10	*Filij eius placabunt pauperes, & manus eius reddent quod rapuit.*
Oſſa eius impleta ſunt iuuentute eius, & cum eo ſuper puluerem dormient.	11	*Oſſa eius repleta ſunt occultis eius, & cum eo ſuper terram requieſcet.*
Si dulcuerit in ore eius malignitas; abſcondet eam ſub lingua ſua:	12	*Si dulceſcit in ore eius malum, & abſconderit illud ſub lingua ſua.*
Non parcet ei, & non relinquet eam: & colliget eam in medio gutture ſuo: & non poterit ſubuenire ſibi.	13	*Et pepercit illi, neque dereliquerit illud, ſed retinuerit illud in medio palati ſui:*
Fel aſpidis in ventre eius:	14	*Panis eius in viſceribus eius immutabit ſeſe, fel aſpidum in interioribus eius.*
Diuitiæ inique congregatæ euomentur de domo eius: extrahet eum angelus.	15	*Subſtantiam quam deglutiuit, euomet, de ventre eius expellet eam Deus.*
Et furorem draconum ſugat: & interficiat illum lingua colubri:	16	*Venenum aſpidum ſuget, aut occidet eum lingua viperæ.*
Non videat mulctram pecorum, neque pabula mellis, & butyri:	17	*Non videbit riuulos & flumina torrentium, mellis & butyri.*
In vanum, & fruſtra laborauit: diuitias, ex quibus non guſtabit: tanquam durum quid, quod mandi non poteſt, nec glutiri:	18	*Reſtituet laborem, & non deglutiet iuxta ſubſtantiam permutationis ſuæ, neque exultabit.*
Multorum enim potentum domos fregit, & habitaculum diripuit, & non ſtatuit:	19	*Quia attriuit, reliquit pauperes: domum rapuit, & non ædificauit illam.*
Non eſt eius ſalus facultatibus: in deſiderio ſuo non ſaluabitur:	20	*Certe non agnoſcet quietum in ventre ſuo, de deſiderabili ſuo non ſeruabit.*
Non ſunt reliquiæ cibis eius: propter hoc non florebunt eius bona:	21	*Non eſt quod reliquum ſit ad comedendum illud, propterea non multiplicabitur bonum eius.*
Et cum putauerit ſe iam repletum eſſe, coarctabitur:	22	*Quum replebitur ſufficientia eius, anguſtia erit illi, omnis manus iniqui inuadet eum.*
Omnis autem neceſſitas in eum ſuperueniet, ſi quo modo ſit implere ventrem ſuum: immittat in eum furorem iræ, lauet ſuper eum dolores,	23	*Quum fuerit ei ad replendum ventrem ſuum, immittet in eum Deus iram furoris ſui, & pluet ſuper eum, etiam in carnem eius.*
Et non ſaluetur de manu ferri: vulneret eum ſagitta ærea:	24	*Quum fugerit ab armis ferreis, exterminabit illum arcus æreus.*
Pertranſeat per corpus eius iaculum: ſydera autem in tabernaculis eius obambulent: ſuper eum timores,	25	*Educet, & exibit è pharetra, & reſplendebit felle illius: venient ſuper eum terrores.*
Omnes autem tenebræ ei permaneant: comedet eum ignis, qui non accenditur: lædat aduena domum eius,	26	*Omnes tenebræ abſconditæ ſunt occultis illius, deuorabit eum ignis non ſufflatus: conteretur ſuperſtes in tabernaculo eius.*
Et detegat cælum iniquitates eius, & terra inſurgat aduerſus eum:	27	*Detegent cæli iniquitatem eius, & terra ſtabit contra illum.*
Trahat domum eius perditio in finem: dies iræ ſuperueniat ei.	28	*Demigrabit germen domus illius, inſtar fluuiorum effuſorum in die furoris eius.*
Hæc eſt pars hominis impij à Domino, & poſſeſſio bonorum eius à ſuperintendente.	29	*Hæc eſt portio hominis impij à Deo, & hæreditas ſermonis eius de Deo.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. XXI.

1 RESpondens autem Iob, dixit:
2 Audite, quæso sermones meos, & agite pœnitentiam.
3 Sustinete me, & ego loquar, & post mea, si videbitur, verba ridete.
4 Numquid contra hominem disputatio mea est, vt merito non debeam contristari?
5 Attendite me, & obstupescite, & superponite digitum ori vestro:
6 Et ego quando recordatus fuero, pertimesco, & concutit carnem meam tremor.
7 * Quare ergo impij viuunt, subleuati sunt, confortatique diuitiis?

* Ier. 12. 1. Abac. 1. 3.

8 Semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba, & nepotum in conspectu eorum.
9 Domus eorum securæ sunt & pacatæ, & non est virga Dei super illos.
10 Bos eorum concepit, & non abortiuit: vacca peperit, & non est priuata fœtu suo.
11 Egrediuntur quasi greges paruuli eorum, & infantes eorum exultant lusibus.
12 Tenent tympanum, & citharam, & gaudent ad sonitum organi.
13 Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.
14 Qui dixerunt Deo: Recede à nobis, & scientiam viarum tuarum nolumus.
15 * Quis est Omnipotens, vt seruiamus ei? & quid nobis prodest si orauerimus illum?

*Mala. 3. 14.

16 Veruntamen quia non sunt in manu eorum bona sua, consilium impiorum longe sit à me.
17 Quoties lucerna impiorum extinguetur, & superueniet eis inundatio, & dolores diuidet furoris sui?
18 Erunt sicut paleæ ante faciem venti, & sicut fauilla, quam turbo dispergit.
19 Deus seruabit filiis illius dolorem patris: & cum reddiderit, tunc sciet.
20 Videbunt oculi eius interfectionem suam, & de furore Omnipotentis bibet.
21 Quid enim ad eum pertinet de domo sua post se? & si numerus mensium eius dimidietur?
22 Numquid Deum docebit quispiam scientiam, qui excelsos iudicat?
23 Iste moritur robustus & sanus, diues & felix.
24 Viscera eius plena sunt adipe, & medullis ossa illius irrigantur:
25 Alius vero moritur in amaritudine animæ absque vllis opibus:
26 Et tamen simul in puluere dormient, & vermes operient eos.
27 Certe noui cogitationes vestras, & sententias contra me iniquas.
28 Dicitis enim, vbi est domus principis? & vbi tabernacula impiorum?
29 Interrogate quemlibet de viatoribus, & hæc eadem illum intelligere cognoscetis.
30 Quia in diem perditionis seruatur malum, & ad diem furoris ducetur.
31 Quis arguet coram eo viam eius? & quæ fecit, quis reddet illi?
32 Ipse ad sepulchra ducetur, & in congerie mortuorum vigilabit.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. XXI.

1 ET *respondit Iiob, & dixit.*
2 *Audite audiendo sermonem meum, & sit hoc pro consolationibus vestris.*
3 *Ferte me, & ego loquar, & postquam locutus fuero subsannes.*
4 *Num ego ad hominem tantum sermonem meum dirigo?* Et cum videam plagas meas *cur non angustiis afficietur spiritus meus?*
5 *Respicite ad me, & obstupescite, & ponite manum super os.*
6 *Et quando recordor, terreor, & apprehendit carnem meam tremor.*
7 *Cur impij vixerunt, senuerunt, etiam roborati sunt substantia?*
8 *Semen eorum stabile fuit coram eis cum eis, & germina eorum in oculis eorum.*
9 *Domus eorum fuerunt in pace à timore, & non est virga Dei super eis.*
10 *Bos grauidauit, & non proiecit semen: peperit vacca eius, & non abortiuit.*
11 *Emiserunt veluti pecudes paruulos suos, & nati eorum saltauerunt.*
12 *Eleuabunt vocem in tympano, & cythara, & lætabuntur ad sonum organi.*
13 *Consument in bono dies suos, & quiete ad sepulchrum descendent.*
14 *Et dixerunt Deo: Recede à nobis, & scientiam viarum tuarum nolumus.*
15 *Quid est Omnipotens quod seruiamus ei, & quid prodest quod oremus eum?*
16 *En non est in manu eorum bonum eorum, consilium impiorum longe fuit à me.*
17 *Quoties lucerna impiorum extinguetur, & veniet super eos contritio eorum, dolores diuidet eis Deus in furore suo.*
18 *Erunt sicut palea coram vento, & sicut gluma quam furata est turbo.*
19 *Deus reseruabit filiis eius dolorem eius: reddet ei & sciet.*
20 *Videbunt oculis eius contritionem suam, & de furore Omnipotentis bibet.*
21 *Quid enim complacentia erit ei in domo sua post se? & numerus mensium eius dimidiatus est.*
22 *Nunquid Deum docebit scientiam, qui excelsos iudicabit?*
23 *Iste morietur in fortitudine perfectionis suæ, ac si esset totus quietus, & pacificus.*
24 *Vbera eius plena sunt lacte, & medulla ossa eius irrigabuntur.*
25 *Et iste morietur animo amaro, & non comedit bonum.*
26 *Pariter super terram iacebunt, & vermis operiet eos.*
27 *En noui cogitationes vestras, & cogitationes quas aduersum me inique cogitatis.*
28 *Quia dicitis, vbi est domus principis? & vbi tabernaculum habitaculorum impiorum?*
29 *Nunquid non interrogastis de me transeuntes per viam? Et signa* eorum qui dixerunt vobis de iustitia mea *non negabitis.*
30 *Quia in die contritionis prohibebitur malus,* ne attingat eum contritio *in die irarum ad quem ducentur* alij, ipse prohibebitur.
31 *Quis nunciabit coram eo viam eius* malam? *Et ipse fecit* mala, *& quis reddet ei* secundum opera eius?
32 *Et ipse ad vnum è sepulchris ducetur, & in tumulo iugiter manebit.*

Quæ hic alio caractere notantur desunt ab Hebræo textu quæ habentur, & videntur addita a Pagnino ad declarationem ipsius textus.

Quæ hic & infra diuerso caractere notantur desunt in textu Hebræo & videntur addita a Pagnino ad declarationem.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

C A P. XXI.

1 RESpondens autem Iob ait:
2 Audite,audite sermones meos,vt non sit mihi
à vobis hæc consolatio:
3 Sustinete me,ego autem loquar: deinde non irri-
debitis me.
4 Quid enim?nunquid hominis est castigatio mea?
aut quare non irascar?
5 Inspicientes in me admirabimini, manum po-
nentes super maxillam.
6 Si etenim recordatus fuero:solicitus fui,& tenen-
tur carnes meæ doloribus.
7 Quare impij viuunt, senuerunt autem & in di-
uitijs?
8 Semen eorum secundum animam, & filij eorum
in oculis:
9 Domus eorum abundant:timor autem nusquam,
& flagellum à Domino non est super eos:
10 Bos eorum non fœtum immaturum peperit: &
salua euasit eorum prægnans,& non frustrata est:
11 Et permanent, sicut oues æternæ, & paruuli eo-
rum ludunt,
12 Sumentes psalterium,& citharam:& lætantur vo-
ce psalmi:
13 Consummauerunt autem in bonis vitam suam
& in requie inferni dormierunt.
14 Dicit autem Domino:recede à me, vias tuas scire
nolo.
15 Quid est Omnipotens, quia seruiemus ei? & quæ
vtilitas,quoniam obuiam ibimus ei?
16 Erant enim in manibus eorum bona: opera au-
tem impiorum non inspicit.
17 Immo vero, & impiorum lucerna extinguetur,
& superueniet eis subuersio: dolores autem habe-
bunt eos ab ira:
18 Erant autem tanquam paleæ sub vento, aut tan-
quam puluis,quem abstulit turbo.
19 Deficiant filios bona eius: retribuet ad eum, &
cognoscet.
20 Videant oculi eius necem suam, & à Domino
non saluetur:
21 Quia voluntas eius in domo eius cum eo, & nu-
meri mensium eius diuisi sunt.
22 Nunquid non Dominus est, qui docet intelle-
ctum,& scientiam?ipse autem homicidia dijudicat.
23 Hic morietur in robore simplicitatis suæ, totus
autem bene affectus,& prospere agens:
24 Et intestina eius plena sunt adipe,& medulla eius
diffunditur.
25 Ille vero moritur ab amaritudine animæ suæ,
cum non comederit vllum bonum:
26 Simul autem super terram dormiunt,& putredo
eos operuit.
27 Itaque scio vos audacter mihi insistere:
28 Quia dicetis, vbi est domus principis? & vbi est
velamen in tabernaculis impiorum?
29 Interrogate eos, qui transeunt per viam, & signa
eorum non alienabitis:
30 Quoniam in diem perditionis sublimatur ma-
lignus:in diem iræ eius abducentur.
31 Quis annunciabit in faciem eius viam eius, &
ipse fecit?quis retribuet ei?
32 Et ipse in sepulchra deductus est, & ipse super
aceruos vigilauit:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

C A P. XXI.

REspondit autem Iiob, & dixit,
Audite audiendo sermonem meum, & erit istud
consolationes vestræ.
Ferte me, & ego loquar, & postquam loquutus fuero
subsannes.
Nunquid ego ad hominem sermonem meum? quod si,
quare non angustiis afficietur spiritus meus?
Respicite ad me & obstupescite, & ponite manum su-
per os.
Si quando recordor, tunc terreor, & apprehendit car-
nem meam tremor.
Cur impij viuunt, senescunt, etiam pollent opibus?
Semen eorum stabile est in conspectu eorum cum ipsis,
& germina eorum in oculis ipsorum.
In domibus eorum est pax à timore, nec est virga Dei
super eos.
Bos eius grauidat, & non perdit semen: parit vacca
eius, & non abortit.
Emittunt tanquam gregem paruulos suos, & nati eo-
rum saltant.
Attollunt vocem quasi ad vocem tympani & citharæ,
& exultant tanquam ad sonum organi.
Consumunt in bono dies suos, & in momento ad sepul-
chrum descendunt.
Et dicunt Deo, Recede à nobis, & scientiam viarum
tuarum nolumus.
Quid est omnipotens, vt seruiamus ei? & quid profi-
ciemus si oremus illum?
En non est in manu ipsorum bonum eorum, propterea
consilium impiorum procul est à me.
Quoties lucerna impiorum extinguetur, & veniet
super eos contritio ipsorum, dolores distribuet in furore
suo!
Erunt sicut palea coram vento, & sicut gluma quam
suffuratur turbo.
Deus abscondet filiis eius robur ipsius, reddat illi, &
cognoscat.
Videant oculi eius confractionem suam, & de furore
Omnipotentis bibat.
Quin quæ erit complacentia eius erga domum suam
post se, quum numerus mensium eius truncatus sit?
Nunquid Deum docebis scientiam, & ipse excelsa iu-
dicabit?
Iste morietur in fortitudine perfectionis suæ, totus
quietus, & pacificus.
Vbera eius replebuntur lacte, & medulla ossa eius ir-
rigantur.
Et ille morietur animo amaro, nec comedit in hilari-
tate.
Pariter autem super terram iacebunt, & vermis ope-
riet eos.
En noui cogitationes vestras, & cogitationes quas ad-
uersum me inique cogitatis.
Quia dicitis, Vbi est domus principis? & vbi taber-
naculum habitaculorum impiorum?
Nonne interrogastis transeuntes per viam, & signa
eorum non negastis?
Quia die contritionis prohibetur malus, & die quo
furores inuehuntur.
Quis renuntiabit in facie eius viam eius: & quod
ipse fecit, quis reddet ei?
Et ipse ad sepulchra ducetur, & in tumulo iugiter
manebit.

Note	Vulgat. Editio.	Verse	Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
	Dulcis fuit glareis Cocyti, & post se omnem hominem trahet,& ante se innumerabiles.	33	*Dulcuerunt ei valles torrentis* vt ibi sepeliretur,& *post se omnes homines trahet* ad mortem, & eorum qui mortui sunt *ante eum non est numerus.*
	Quomodo igitur consolamini me frustra, cum responsio vestra repugnare ostensa sit veritati?	34	*Et quomodo consolabimini me in vanum,& responsiones vestras,remanent mendacium.*
	CAP. XXII.		*CAP. XXII.*
	RESpondens autem Eliphaz Themanites dixit:	1	*REspondit autem Eliphaz Temanites,& dixit.*
	Numquid Deo potest comparari homo,etiam cum perfectæ fuerit scientiæ?	2	*Nunquid Deo proderit vir? sed proderit sibiipsi intelligens.*
	Quid prodest Deo si iustus fueris? aut quid ei confers si immaculata fuerit via tua?	3	*Nunquid voluntas Omnipotentis est quod iustificeris? & nunquid vtilitas est ei quod perficias vias tuas?*
	Numquid timens arguet te, & veniet tecum in iudicium:	4	*Nunquid timore tui disputabit tecum: veniet tecum in iudicium?*
	Et non propter malitiam tuam plurimam,& infinitas iniquitates tuas?	5	*Nonne malitia tua magna est,& non est finis iniquitatibus tuis?*
	Abstulisti enim pignus fratrum tuorum sine causa,& nudos spoliasti vestibus.	6	*Pignus enim accepisti à fratribus tuis gratis, & vestes nudorum spoliare fecisti.*
	Aquam lasso non dedisti, & esurienti subtraxisti panem.	7	*Non aquam lasso propinare fecisti,& à famelico prohibuisti panem.*
	In fortitudine brachij tui possidebas terram, & potentissimus obtinebas eam.	8	*Et viro brachij est terra,& acceptor personarum sedebit in ea.*
	Viduas dimisisti vacuas, & lacertos pupillorum comminuisti.	9	*Viduas dimisisti vacuas, & brachia pupillorum contrita sunt à te.*
	Propterea circumdatus es laqueis, & conturbat te formido subita.	10	*Propterea in circuitibus tuis sunt laquei, & terruit te timor subito.*
	Et putabas te tenebras non visurum, & impetu aquarum inundantium non oppressum iri?	11	*Vel tenebræ venerunt super te vt non videas, & multitudo aquarum operuit te.*
	An non cogitas quod Deus excelsior cælo sit, & super stellarum verticem sublimetur?	12	*Nonne Deus sublimior est cœlo? Vide summitatem stellarum,quia excelsæ sunt.*
	Et dicis: Quid enim nouit Deus? & quasi per caliginem iudicat.	13	*Et dixisti: Quid nouit Deus? nunquid per caliginem iudicabit?*
	Nubes latibulum eius, nec nostra considerat, & circa cardines cæli perambulat.	14	*Nunquid nubes sunt absconsio ei,vt non videat nos, & per lineam quæ circuit cœlum ambulat?*
	Numquid semitam sæculorum custodire cupis, quam calcauerunt viri iniqui?	15	*Nunquid semitam seculi obseruasti* in corde tuo, *quam calcauerunt viri iniqui?*
	Qui sublati sunt ante tempus suum, & fluuius subuertit fundamentum eorum:	16	*Qui succisi sunt,& non erat tempus. Fluuius diffusus est in fundamento eorum.*
	Qui dicebant Deo: Recede à nobis: & quasi nihil posset facere Omnipotens, æstimabant eum:	17	*Qui dicunt Deo: Recede à nobis; & quid operabitur Omnipotens eis.*
	Cum ille implesset domos eorum bonis,quorum sententia procul sit à me.	18	*Et ipse impleuit domos eorum bono, & consilium impiorum longe factum est à me.*
*Pſ.10. 6.42.	* Videbunt iusti,& lætabuntur,& innocens subsannabit eos.	19	*Videbunt iusti,& lætabuntur,& innocens subsannabit eos.*
	Nonne succisa est erectio eorum, & reliquias eorum deuorauit ignis?	20	*Quando non succisa fuit substantia nostra, residuum impiorum deuorauit ignis:*
	Acquiesce igitur ei,& habeto pacem; & per hæc habebis fructus optimos.	21	*Assuesce quæso cum eo,& pacem habeto: per ea veniet tibi bonum.*
	Suscipe ex ore illius legem,& pone sermones eius in corde tuo.	22	*Accipe quæso ex ore eius legem,& pone eloquia eius in corde tuo.*
	Si reuersus fueris ad Omnipotentem ædificaberis,& longe facies iniquitatem à tabernaculo tuo.	23	*Si conuersus fueris ad Omnipotentem ædificaberis, elongabis iniquitatem à tabernaculo tuo.*
	Dabit pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos.	24	*Et pones super terram munitionem, & instar petræ torrentium aurum Ophir.*
	Eritque Omnipotens contra hostes tuos, & argentum coaceruabitur tibi.	25	*Eritque Omnipotens munitio tua, & argentum erit in fortitudine tibi.*
	Tunc super Omnipotentem deliciis afflues, & eleuabis ad Deum faciem tuam.	26	*Quia tunc super omnipotentem delectaberis, & eleuabis ad Deum faciem tuam.*
	Rogabis eum,& exaudiet te,& vota tua reddes.	27	*Orabis ad eum,& exaudiet te, & vota tua reddes.*
	Decernes rem,& veniet tibi, & in viis tuis splendebit lumen.	28	*Et decernes sermonem & firmus erit tibi, & super vias tuas splendescet lumen.*
*Prou. 29.23.	* Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria: & qui inclinauerit oculos,ipse saluabitur.	29	*Cum humiliauerint se impij, dices excellens sum,& humilem oculis saluabit Deus.*
	Saluabitur innocens, saluabitur autem in munditia manuum suarum.	30	*Liberabit habitatores insulæ innocens, & liberabitur* habitator insulæ *munditia manuum tuarum.*

CAP. CAP.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

33 Dulces fuerunt ei lapides torrentis; & post eum omnis homo abibit, & ante eum innumerabiles:

34 Quomodo autem consolamini me inaniter? & vt ego ex vobis requiescam, nihil est.

CAP. XXII.

1 RESpondens autem Eliphaz Themanites ait:
2 Nonne Dominus est, qui docet intellectum, & scientiam?
3 Quid enim curæ est Domino, si tu fuisti operibus sine crimine? aut vtilitas, quod simplicem facies viam tuam?
4 Aut rationem tui habens, argues, & veniet tecum in iudicium?
5 Nonne malitia tua est multa, & innumerabilia sunt peccata?
6 In pignus autem accepisti fratres tuos in vanum? & amictum nudorum abstulisti:
7 Neque aqua sitientes potasti, sed esurientium subtraxisti panem:
8 Et admiratus es quorundam personam: habitare autem fecisti eos, qui super terram,
9 Et viduas dimisisti inanes, & pupillos afflixisti:
10 Igitur circundederunt te laquei, & solicitauit te bellum insigne:
11 Lumen tibi in tenebras conuersum est, & dormientem te aqua operuit.
12 Nonne is qui excelsa habitat, aspicit? eos autem qui contumelia efferuntur, humiliauit?
13 Et dixisti, quid nouit Fortis? an per caliginem diiudicat?
14 Nubes latibulum eius, & non videbitur, & ambitum cæli perambulat.
15 Nunquid semitam sæculi obseruabas, quam calcauerunt viri iniusti,
16 Qui capti sunt immaturi? flumen decurrens, fundamenta eorum,
17 Qui dicunt, Dominus quid faciet nobis? aut quid inducet nobis Omnipotens.
18 Ille vero impleuit domos eorum bonis: & consilium impiorum longe est ab eo:
19 Videntes iusti riserunt, & inculpabilis subsannauit:
20 Si non deleta est substantia eorum & reliquias eorum comedet ignis.
21 Esto vtique durus: si sustinueris; deinde fructus tuus erit in bonis:
22 Excipe autem ex ore illius enunciationem, & assume verba eius in corde tuo:
23 Sin autem conuersus fueris, & humiliaueris te ipsum coram Domino; procul fecisti iniquitatem à tabernaculo tuo:
24 Poneris super aggerem in petra, & tanquam petra torrentis Sophir.
25 Erit igitur tuus Omnipotens adiutor ab inimicis, & purum reddet te, tanquam argentum examinatum igni.
26 Deinde fiducialiter ages coram Domino inspiciens cælum hilariter:
27 Et cum deprecatus fueris ad eum exaudiet te, & dabit tibi reddere vota:
28 Et restituet tibi tabernaculum iustitiæ, & super vias tuas erit lumen:
29 Quoniam humiliasti te ipsum, & dices, elatus est in superbiam, & demissum oculis saluabit.
30 Eruet innocentem; & saluaberis munditia manuum tuarum.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

33 *Dulces illi sunt glebæ torrentis, & post illum omnem hominem trahet, vt ante eum quorum non est numerus.*

34 *Quomodo igitur consolamini me in vanum, quum responsiones vestræ relicta sint mendacium?*

CAP. XXII.

1 *TVnc cœpit loqui Eliphaz Themanites, ac dixit,*
2 *Nunquid Deo proderit vir, quum ipse vir sapiens proderit sibiipsi?*
3 *Nunquid voluntas Omnipotenti vt iustificeris? & an vtilitas erit illi quum perfectas reddideris vias tuas?*
4 *Nunquid timore tui arguet te, veniet tecum in iudicium?*
5 *Nonne malitia tua magna est? at non est finis iniquitatibus tuis.*
6 *Pignus enim accepisti à fratribus tuis gratis, & vestes nudorum exui fecisti.*
7 *Ne aquam quidem lasso propinare fecisti, & à famelico remouisti panem.*
8 *At viro brachij illi erat terra, & is cuius persona acceptatur, sedet in ea.*
9 *Viduas remisisti vacuas, & brachia pupillorum contrita sunt.*
10 *Propterea in circuitibus tuis sunt laquei, & terruit te timor subito:*
11 *Aut tenebræ, nec vides, & abundantia aquarum operuit te.*
12 *Nonne Deus in sublimitate cœli? & vide caput stellarum, quod excelsæ sint.*
13 *Dicesne propterea, Quid nouit Deus? nunquid per caliginem iudicabit?*
14 *Nubes sunt latibulum illi, & non videbit, & in ambitu cœli deambulat.*
15 *Nunquid semitam sæculi seruabis, quam calcauerunt viri iniqui?*
16 *Qui succisi sunt, & nondum erat tempus: fluuius effusus fuit in fundamentum eorum.*
17 *Qui dicebant Deo, Recede à nobis: & quid faciat Omnipotens illis.*
18 *Et ipse impleuerat domos eorum bono: proinde consilium impiorum longe est à me.*
19 *Viderunt iusti, & lætati sunt, & innocens subsannauit eos.*
20 *Certe non succisa fuit substantia nostra, & residuum illorum deuorauit ignis.*
21 *Assuesce quæso cum eo, & pacem habeto, per ea eueniet tibi bonum.*
22 *Accipe quæso ex ore eius Legem, & pone eloquia eius in corde tuo.*
23 *Si reuerteris vsque ad Omnipotentem, ædificaberis: longe facito iniquitatem à tabernaculo tuo.*
24 *Et pone super terram aurum, & instar rupis torrentium, erit tibi aurum Ophir.*
25 *Eritque Omnipotens munitio tua, & argentum fortitudines tibi.*
26 *Tunc enim in Omnipotente delectaberis, & eleuabis ad Deum faciem tuam:*
27 *Deprecaberis illum, & exaudiet te, & vota tua reddes.*
28 *Et decernes verbum, & firmum erit tibi: & super vias tuas splendebit lumen.*
29 *Quum humiliabuntur, tunc dices, Exaltatio: nam humilem oculis saluat.*
30 *Liberat insulam innocens, & seruabitur in puritate manuum tuarum.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. XXIII.

1 RESpondens autem Iob, ait:

2 Nunc quoq; in amaritudine eſt ſermo meus, & manus plagæ meæ aggrauata eſt ſuper gemitum meum.

3 Quis mihi tribuat, vt cognoſcam & inueniam illum, & veniam vſque ad ſolium eius?

4 Ponam coram eo iudicium, & os meum replebo increpationibus.

5 Vt ſciam verba, quæ mihi reſpondeat, & intelligam quid loquatur mihi.

6 Nolo multa fortitudine contendat mecum, nec magnitudinis ſuæ mole me premat:

7 Proponat æquitatem contra me, & perueniat ad victoriam iudicium meum.

8 Si ad Orientem iero, non apparet: ſi ad Occidentem, non intelligam eum.

9 Si ad ſiniſtram, quid agam? non apprehendam eum: ſi me vertam ad dexteram, non videbo illum.

10 Ipſe vero ſcit viam meam, & probauit me quaſi aurum, quod per ignem tranſit:

11 Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus, viam eius cuſtodiui, & non declinaui ex ea.

12 A mandatis labiorum eius non receſſi, & in ſinu meo abſcondi verba oris eius.

13 Ipſe enim ſolus eſt, & nemo auertere poteſt cogitationem eius: & anima eius quodcumque voluit, hoc fecit.

14 Cum expleuerit in me voluntatem ſuam, & alia multa ſimilia præſto ſunt ei.

15 Et idcirco à facie eius turbatus ſum, & conſiderans eum timore ſolicitor.

16 Deus molliuit cor meum, & Omnipotens conturbauit me.

17 Non enim perij propter imminentes tenebras, nec faciem meam operuit caligo.

CAP. XXIV.

1 AB Omnipotente non ſunt abſcondita tempora: qui autem nouerunt eum, ignorant dies illius.

2 Alij terminos tranſtulerunt, diripuerunt greges, & pauerunt eos.

3 Aſinum pupillorum abegerunt, & abſtulerunt pro pignore bouem viduæ.

4 Subuerterunt pauperum viam, & oppreſſerunt pariter manſuetos terræ.

5 Alij quaſi onagri in deſerto egrediuntur ad opus ſuum: vigilantes ad prædam, præparant panem liberis.

6 Agrum non ſuum demetunt: & vineam eius, quem vi oppreſſerint, vindemiant.

7 Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus non eſt operimentum in frigore.

8 Quos imbres montium rigant: & non habentes velamen, amplexantur lapides.

9 Vim fecerunt deprædantes pupillos, & vulgum pauperem ſpoliauerunt.

10 Nudis & incedentibus abſque veſtitu, & eſurientibus tulerunt ſpicas.

11 Inter aceruos eorum meridiati ſunt, qui calcatis torcularibus ſitiunt.

Tranſl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. XXIII.

1 *ET reſpondit Iiob, & dixit.*

2 *Etiam hodie in amaritudine eſt eloquium meum, Plaga mea aggrauata eſt ſuper gemitum.*

3 *Vtinam ſcirem, & inuenirem eum, venirem vſque ad locum eius.*

4 *Diſponerem coram eo iudicium, & os meum replerem argumentis.*

5 *Scirem eloquia, quæ reſponderet mihi, & intelligerem quicquid diceret mihi.*

6 *Nunquid multa potentia diſceptabit mecum? Non. Veruntamen ipſe ponet in me* vires vt ſtem coram eo.

7 *Ibi rectus diſputat cum eo, & liberarer in perpetuum à iudicante me.*

8 *Si ad Orientem iero, non erit: & ſi ad Occidentem, non intelligam eum.*

9 *Si ad Aquilonem quando operatur ipſe, non videbo, abſcondet ſe in Meridie, & non videbo.*

10 *Quia nouit viam quæ eſt mecum: ſi probauerit me, ſicut aurum egrediar.*

11 *Greſſum eius apprehendit pes meus: Viam eius ſeruaui & non declinaui.*

12 *A præcepto labiorum eius, & non receſſi, more meo abſcondi eloquia oris eius.*

13 *Et ipſe vnus eſt, & quis redire faciet eum* retrorſum, vt quod vult non perficiat & *voluntas eius deſiderauit, & fecit.*

14 *Quia reddidit quod opus erat mihi, & ſimilia his multa ſunt cum eo.*

15 *Idcirco à facie eius terrebor, intelligam, & timebo ab eo.*

16 *Et Deus emollliuit cor meum, & Omnipotens terruit me.*

17 *Quoniam non ſum exciſus propter tenebras, & à facie mea operuit caliginem.*

CAP. XXIV.

1 *CVr ab Omnipotente non ſunt occultata tempora, & ſcientes eum non viderunt dies eius.*

2 *Terminos attinxerunt alienos, gregem rapuerunt, & pauerunt.*

3 *Aſinum pupillorum duxerunt* in domum ſuam, *in pignus acceperunt bouem viduæ.*

4 *Diuertere fecerunt pauperes de via, pariter latuerunt pauperes terræ.*

5 *Ecce vt onagri in deſerto egreſſi ſunt ad opus ſuum, mane ſurgentes ad rapinam, à deſerto eſt ſibi panis & filijs.*

6 *In agro ſegetes ſuas meſſuerunt: & vineam, impij tarde vindemiauerunt.*

7 *Nudum pernoctare fecerunt* pauperem *abſque veſtimento, & non fuit operimentum in frigore.*

8 *Ab inundatione montium madefacti ſunt pauperes, & abſque operimento amplexati ſunt petram,*

9 *Ra; uerunt* impij *ab vbere pupillum & ſuper pauperem pignus acceperunt.*

10 *Nudum ambulare fecerunt abſque veſtimento, & famelici portauerunt manipulum.*

11 *Inter muros ſuos fecerunt oleum præ timore torcularia calcauerun, & ſitiuerunt.*

Transl. ex Septuag.

CAP. XXIII.

1 RESpondens autem Iob ait:
2 Et quidem scio, quia de manu mea est increpatio: & manus eius grauis facta est super gemitum meum.
3 Quis igitur nouerit, quod inueniam eum, & dicam in finem?
4 Et dicam meum ipsius iudicium, os autem meum replere increpationibus.
5 Et cognoscam sanationes, quas loquetur mihi, & sentiam quæ annunciabit mihi.
6 Et in multa virtute superueniet mihi: deinde in minis me non vtetur:
7 Veritas enim, & increpatio est ab eo: educat autem in finem iudicium meum.
8 Nam si primus ambulauero, & non vltra sum; quæ autem in nouissimis quid noui?
9 A læua si ipse aget; & non apprehendi: circumteget dextra, & non videbo.
10 Scit enim iam viam meam: probauit autem me, sicut aurum.
11 Egrediar autem in præceptis eius. Vias enim eius custodiui, & non declino à præceptis eius,
12 Et non preteream: in sinu autem meo abscondi verba eius.
13 Si autem & ipse iudicauit sic, quis est qui contradicat ei? ipse enim voluit & fecit.
14 Propterea super ipso trepidaui & commonitus sollicitus fui de eo.
15 Idcirco à facie eius turbabor: considerabo, & timebo ab eo:
16 Et Dominus molliuit cor meum: & Omnipotens sollicitauit me:
17 Non enim noueram; quod superuenient mihi tenebræ: & ante faciem meam operuit caligo.

CAP. XXIV.

1 QVare autem Dominum latuerunt horæ?
2 Et impij terminum transgressi sunt, gregem cum pastore rapientes:
3 Subiugale pupillorum adduxerunt, & bouem viduæ pro pignore tulerunt:
4 Diuertere fecerunt impotentes à via iusta: & simul absconditi sunt mites terræ,
5 Et euaserunt tanquam asini, in agro, super me, egressi suum ipsorum ordinem: suauis factus est ei panis in adolescentes.
6 Agrum ante tempus non suum demessuerunt. Impotentes vineas impiorum sine mercede, & sine cibo operati sunt:
7 Nudos multos dormire fecerunt sine vestimentis, & indumentum animæ eorum abstulerunt.
8 De stillicidijs montium madescunt: eo quod ipsi non habeant operimentum; petram sibi circumdederunt.
9 Rapuerunt ab vbere pupillum, & eum qui ceciderat, humiliauerunt:
10 Et nudos dormire fecerunt iniuste, & esurientium buccellam abstulerunt:
11 In angustijs insidiati sunt inique, & viam iustam non nouerunt:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAP. XXIII.

1 *ET respondit Iiob, ac dixit.*
2 *Etiam hodie exacerbatio est eloquium meum, manus mea grauis est supra gemitum.*
3 *Vtinam scirem, & inuenirem eum, irem vsque ad sedem eius.*
4 *Disponerem coram eo iudicium, & os meum replerem argumentis.*
5 *Sciam sermones quos respondebit mihi, & intelligam quid dicturus sit mihi.*
6 *An cum multitudine roboris disceptabit mecum? nequaquam: imo ipse ponet in me.*
7 *Ibi rectus disputabit cum eo, & liberabor in perpetuum à iudicante me.*
8 *En ad Orientem ibo, & non erit: & ad Occidentem, nec intelligam illum.*
9 *Aut ad Aquilonem dum operatur ipse, & non videbo: abscondet se in Meridie, nec videbo.*
10 *Quum cognoscet viam apud me, & probet me, sicut aurum egrediar.*
11 *Gressum eius apprehendit pes meus: viam eius seruaui, nec declinaui.*
12 *A præcepto labiorum eius, neque recessi, diligentius quam quod mihi necessarium est abscōdi eloquia oris eius.*
13 *Quod si fuerit in vna sententia, quis auertet eum? præterea anima eius desiderauit, & fecit.*
14 *Quia ipse perfecit quod necessarium erat mihi, & similia his multa sunt cum eo.*
15 *Idcirco à facie eius terrebor, considerabo, & timebo illum.*
16 *Et Deus emolliuit cor meum, & Omnipotens terruit me.*
17 *Quoniam non fui excisus ante tenebras, & à facie mea non texit caliginem.*

CAP. XXIV.

1 *QVare ab Omnipotente non essent abscondita tempora? & scientes eum non viderunt dies eius?*
2 *Terminos attingunt alienos: gregem rapiunt, & pascunt.*
3 *Asinum pupillorum abducunt: in pignus accipiunt bouem viduæ.*
4 *Diuertere faciunt pauperes de via, simul abscondunt se pauperes terræ.*
5 *Ecce sunt sicut onagri in deserto, egrediuntur tanquam ad opus suum, mane surgentes ad rapinam: desertum est illi panis, & filijs.*
6 *In agro pabulum eius demetunt: at vineam impij tarde vindemiant.*
7 *Nudum pernoctare faciunt absque vestimento, nec est operimentum in frigore.*
8 *Ab inundatione montium madefacti sunt, & absque operimento amplectuntur rupem.*
9 *Rapiunt ab vbere pupillum, & super pauperem in pignus accipiunt.*
10 *Nudum ire faciunt absque vestimento: & famelicos, eos qui portauerunt manipulum.*
11 *Inter muros suos exprimunt oleum, torcularia calcant, & sitiunt.*

Vulgat. Editio.

12 De ciuitatibus fecerunt viros gemere, & anima vulneratorum clamauit, & Deus inultum abire non patitur.

13 Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierunt vias eius, nec reuersi sunt per semitas eius.

14 Mane primo consurgit homicida, interficit egenum & pauperem: per noctem vero erit quasi fur.

15 Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens: Non me videbit oculus, & operiet vultum suum.

16 Perfodit in tenebris domos, sicut in die condixerant sibi, & ignorauerunt lucem.

17 Si subito apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis: & sic in tenebris quasi in luce ambulant.

18 Leuis est super faciem aquæ: maledicta sit pars eius in terra, nec ambulet per viam vinearum.

19 Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium, & vsque ad inferos peccatum illius.

20 Obliuiscatur eius misericordia: dulcedo illius vermes: non sit in recordatione, sed conteratur quasi lignum infructuosum.

21 Pauit enim sterilem, quæ non parit, & viduæ bene non fecit.

22 Detraxit fortes in fortitudine sua: & cum steterit, non credet vitæ suæ.

23 * Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in superbiam: oculi autem eius sunt in viis illius.

* Apo. 2. 21.

24 Eleuati sunt ad modicum, & non subsistent, & humiliabuntur, sicut omnia, & auferentur, & sicut summitates spicarum conterentur.

25 Quod si non est ita, quis me potest arguere esse mentitum, & ponere ante Deum verba mea?

CAP. XXV.

1 Respondens autem Baldad Suhites, dixit:

2 Potestas & terror apud eum est, qui facit concordiam in sublimibus suis.

3 Numquid est numerus militum eius? & super quem non surget lumen illius.

4 Numquid iustificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere?

5 Ecce luna etiam non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius,

6 Quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis.

CAP. XXVI.

1 Respondens autem Iob, dixit:

2 Cuius adiutor es? nunquid imbecillis? & sustentas brachium eius, qui non est fortis?

3 Cui dedisti consilium? forsitan illi, qui non habet sapientiam, & prudentiam tuam ostendisti plurimam.

4 Quem docere voluisti? nonne eum, qui fecit spiramentum?

5 Ecce gigantes gemunt sub aquis, & qui habitant cum eis.

6 Nudus est infernus coram illo, & nullum est operimentum perditioni,

7 Qui extendit Aquilonem super vacuum, & appendit terram super nihilum.

8 Qui ligat aquas in nubibus suis, vt non erumpant pariter deorsum.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

12 *De vrbe viri clamauerunt ad dominum, & anima eorum qui occidebantur clamauit, & Deus non prohibuit eorum opera.*

13 *Ipsi fuerunt inter rebelles luminis, non cognouerunt vias eius, nec steterunt in semitis eius.*

14 *In luce surget homicida, interficiet pauperem, & egenum: & in nocte erit tanquam fur.*

15 *Et oculus adulteri obseruauit crepusculum, dicendo: Non aspiciet me oculus, & in abscondito faciem ponet.*

16 *Foderunt in tenebris domos quas in die signauerunt sibi, non cognouerunt lucem.*

17 *Quia pariter mane erit eis vt vmbra mortis. cum agnouerit* quilibet eorum *terrores vmbra mortis erunt eis.*

18 *Leuis est*, vt quod natat *in superficie aquarum, maledicetur pars eorum in terra, non respiciet viam vinearum.*

19 *Sicut æstus etiam calor rapiunt aquas niuis, sic sepulchrum eos qui peccauerunt.*

20 *Obliuiscetur eius amicus, dulcedinem sentiet ex eo vermis: adhuc non memorabitur, & confringetur vt lignum iniquus,*

21 *Qui confringit vxorem sterilem, ne pareret, & viduæ non benefecit.*

22 *Et traxit fortes in potentia sua, stetit aduersum eos, & non credidit vitæ suæ* quispiam ex eis.

23 *Dabit ei* munera, *vt habitet confidenter, & innitetur* ei ne sibi noceat, & tamen *oculi eius* erunt *super vias eorum*, vt eis insidientur.

24 *Recesserunt paululum, & non fuerunt* coram eis, & *paupertate conficientur sicut omnes claudentur, & sicut summitas spicæ succidentur.*

25 *Et si non est vt dico, nunc, quis mentiri faciet me, & ponet ad nihilum sermonem meum?*

CAP. XXV.

1 *Et respondit Bildad Suchites, & dixit.*

2 *Dominium, & timor est cum eo, faciens pacem in excelsis suis.*

3 *Nunquid est numerus militibus eius? Et super quem non stabit lux eius?*

4 *Et quomodo iustificabitur homo cum Deo? Et quomodo mundus erit natus ex muliere?*

5 *Ecce vsque ad lunam non illuminabit, & stellæ non sunt mundæ in oculis eius.*

6 *Quanto magis homo vermis, & filius hominis vermis?*

CAP. XXVI.

1 *Et respondit Iiob, & dixit.*

2 *Quo auxiliatus es? Eo cui non est potentia. Saluasti brachio, cui non est fortitudo.*

3 *Cui consuluisti? eine cui non est sapientia. Et sapientiam multipliciter scire fecisti.*

4 *Cui annunciasti sermones: & anima cuius exiuit à te?*

5 *Semina mortua formabuntur sub aquis, & quæ manent in his.*

6 *Nudus est infernus coram eo, & non est operimentum perditioni.*

7 *Extendens Aquilonem super vacuum, suspendens terram super nihilum.*

8 *Ligans aquas in nubibus suis, & non est scissa nubes sub eis.*

Transl. ex Septuag.

12 Hi de ciuitate domibus propriis eiiciebantur,
anima vero paruulorum in gemitu valde fuit. Ipse
autem cur horum visitationem non fecit,
13 Cum super terram ipsi essent,& non agnouerunt,
& viam iustitiæ non nouerunt neque semitas eo-
rum ambulauerunt?
14 At qui nouit eorum opera, tradidit eos in tene-
bras,& noctu,erit vt fur.
15 Et oculus adulteri obseruauit tenebras, dicens:
non considerabit me oculus,& operimentum faciei
posuit:
16 Suffodit in tenebris domos per diem obsignaue-
runt seipsos,non cognouerunt lucem,
17 Quia simul eis mane vmbra mortis,quia cognos-
cet tumultum vmbræ mortis.
18 Leuis est super faciem aquæ: maledicatur pars
eorum super terram:& appareant plantæ eorum su-
per terram aridæ: fasciculum enim pupillorum ra-
puerunt.
19 Deinde rememoratum est peccatum eius,
10 Et sicut nebula roris,factus est non apparens. Re-
tribuantur autem ei, quæ fecit, & conteratur sicut
lignum insanabile,omnis iniquus.
21 Sterili enim non fecit bene, & mulieris misertus
non est:
22 Furore autem euertit impotentes. Consurgens
ergo non credat contra vitam suam;
23 Cum infirmari cœperit;non speret sanitatem, sed
cadet morbo:
24 Multis enim nocuit altitudo eius: emarcuit au-
tem, sicut malua in æstu, aut sicut de stipula spica
decidens sponte sua:
25 Alioquin quis est, qui loquatur mendacium me
dicere,& ponet in nihilum verba mea?

CAP. XXV.

1 Respondens autem Baldad Sauchites,ait:
2 Quid enim exordium, quam timor ab eo;
qui facit vniuersitatem in altissimo?
3 Nemo enim putet esse moram piratis:in quos au-
tem non venient insidiæ ab eo?
4 Quomodo enim erit homo iustus coram Deo?vel
quisnam mundauerit se natus ex muliere?
5 Si lunæ præcipit, & non lucet, nec stellæ sunt
mundæ apud eum?
6 Sine vero homo putredo, & filius hominis ver-
mis.

CAP. XXVI.

1 Respondens autem Iob,ait:
2 Cui ades,vel quē adiuturus es?nunquid non
cui multa est fortitudo, & cui brachium potens est?
3 Cui consilium dedisti?nonne, cui omnis sapien-
tia?quem insequeris?nonne,cui maxima est virtus?
4 Cui annunciasti verba? spiramen autem cuius
est,quod exit ex te?
5 Nunquid gigantes formabuntur subter aquam,
& vicinos eius?
6 Nudus est infernus coram eo:& non est velamen
perditioni:
7 Extendens Aquilonem super nihilum: suspen-
dens terram super nihilum:
8 Ligans aquam in nubibus eius: & non est scissa
nubes sub eo;

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

12 *Ex vrbe homines clamant, & anima interfectorum
vociferatur, & Deus non posuit prohibitionem.*
13 *Ipsi sunt qui rebelles sunt lumini, non cognouerunt
vias eius,nec steterunt in semitis eius.*
14 *Sub lucem surget homicida, interficit pauperem, &
egenum, & est tanquam fur.*
15 *Oculus item adulteri obseruat crepusculum, dicen-
do, Non aspiciet me oculus: & absconsionem faciei
ponet.*
16 *Fodit in tenebris domos quas in die obsignauerunt sibi:
non agnoscunt lucem.*
17 *Nam simul mane est illis vt umbra mortis: quum
agnoscit, terrores vmbra mortis sunt illis.*
18 *Leuis est super faciem aquarum, maledicta est portio
eorum in terra, non recedit via vinearum.*
19 *Vt siccitas & etiam calor rapiunt aquas niuis sic se-
pulchrum eos qui peccauerunt.*
10 *Obliuiscetur illius amicus, dulcedinem sentiet ex eo
vermis: vltra non memorabitur, & confringetur vt ar-
bor iniquus:*
21 *Qui confringit vxorem sterilem quæ non paritura est,
& viduam cui non benefaciet.*
22 *Atque trahit fortes potentia sua: insurget, & non cre-
det vitæ suæ.*
23 *Dabit illi ad confidentiam, & innitetur illi: attamen
oculi eius super vias eorum.*
24 *Recesserunt paululum, & non fuerunt, & humilian-
tur sicut quilibet: obturantur ora, & sicut summitas
spicæ succiduntur.*
25 *Quod si non, vbinam, & quis ostendet me mentiri, &
rediget ad nihilum sermonem meum?*

CAP. XXV.

1 *Et respondit Bildad Suhites, ac dixit.*
2 *Dominium & timor, qui est apud illum, facit pa-
cem in excelsis eius.*
3 *Num est numerus exercitibus eius? & super quem
non stat lux eius?*
4 *Et quomodo iustificabitur homo cum Deo? & quomodo
purus erit natus ex muliere?*
5 *En, vsque ad lunam non lucebit; & stellæ non sunt
mundæ in oculis eius;*
6 *Quanto magis homo vermis, & filius hominis ver-
mis?*

CAP. XXVI.

1 *Et respondit Iiob, & dixit,*
2 *Quanam re adiuuisti eum cui non est robur?
saluasti brachium, cui non est fortitudo?*
3 *Cui consuluisti? ei cui non est sapientia? & sapien-
tiam abunde indicasti.*
4 *Cui annuntiasti sermones? & anima cuius exiuit à
te?*
5 *Mortua formantur sub aquis, & habitatoribus ea-
rum.*
6 *Nudus est infernus coram eo; & non est operimentum
perditioni.*
7 *Extendit Aquilonem super vacuum: imo suspendit
totam terram super nihilum.*
8 *Ligat aquas in nubibus suis, & non rumpitur nubes
sub ipsis.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

9 Qui tenet vultum solij sui, & expandit super il-
lud nebulam suam.
10 Terminum circumdedit aquis, vsque dum fi-
niantur lux & tenebræ.
11 Columnæ cæli contremiscunt, & pauent ad nu-
tum eius.
12 In fortitudine illius repente maria congregata
sunt, & prudentia eius percussit superbum.
13 Spiritus eius ornauit cælos: & obstetricante ma-
nu eius, eductus est coluber tortuosus.
14 Ecce, hæc ex parte dicta sunt viarum eius: & cum
vix paruam stillam sermonis eius audierimus, quis
poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?

CAP. XXVII.

1 Addidit quoque Iob, assumens parabolam suam,
& dixit:
2 Viuit Deus, qui abstulit iudicium meum, & Om-
nipotens, qui ad amaritudinem adduxit animam
meam.
3 Quia donec superest halitus in me, & spiritus Dei
in naribus meis,
4 Non loquentur labia mea iniquitatem, nec lin-
gua mea meditabitur mendacium.
5 Absit à me vt iustos vos esse iudicem: donec defi-
ciam, non recedam ab innocentia mea.
6 Iustificationem meam, quam cœpi tenere, non
deseram: neque enim reprehendit me cor meum in
omni vita mea.
7 Sit vt impius, inimicus meus: & aduersarius
meus, quasi iniquus.
8 Quæ est enim spes hypocritæ si auare rapiat, &
non liberet Deus animam eius?
9 Nunquid Deus audiet clamorem eius cum vene-
rit super eum angustia?
10 Aut poterit in Omnipotente delectari, & inuoca-
re Deum omni tempore?
11 Docebo vos per manum Dei quæ Omnipotens
habeat, nec abscondam.
12 Ecce, vos omnes nostis: & quid sine causa vana
loquimini?
13 Hæc est pars hominis impij apud Deum, & hæ-
reditas violentorum, quam ab Omnipotente sus-
cipient.
14 Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt,
& nepotes eius non saturabuntur pane.
15 Qui reliqui fuerint ex eo, sepelientur in interitu,
& viduæ illius non plorabunt.
16 Si comportauerit quasi terram argentum, & sicut
lutum præparauerit vestimenta:
17 Præparabit quidem, sed iustus vestietur illis: &
argentum innocens diuidet.
18 Ædificauit sicut tinea domum suam, & sicut cu-
stos fecit vmbraculum.
19 Diues cum dormierit, nihil secum auferet: ape- *Psal. 48. 11.
riet oculos suos, & nihil inueniet.
20 Apprehendet eum quasi aqua inopia, nocte op-
primet eum tempestas.
21 Tollet eum ventus vrens, & auferet, & velut tur-
bo rapiet eum de loco suo.
22 Et mittet super eum, & non parcet; de manu eius
fugiens fugiet.
23 Stringet super eum manus suas, & sibilabit super
illum, intuens locum eius.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

9 *Tenens vultum solij, expandit super illud nubem suam.*
10 *Terminum circundedit superficiei aquarum, vsque ad
perfectionem lucis cum tenebris.*
11 *Columnæ cæli contremiscunt, & admirabuntur ab
increpatione eius.*
12 *Potentia eius diuisum est mare, & intelligentia sua,
percussit fortitudinem eius.*
13 *Spiritus eius cœlos decorauit, creauit manus eius ser-
pentem vectem.*
14 *Ecce hæc partes sunt viarum eius: & quam pusillum
est quod audiuimus de eo, & tonitruum fortitudinum
eius à quo intelligetur.*

CAP. XXVII.

1 *Et addidit Iiob assumere parabolam suam, & dixit.*
2 *Viuit Deus qui remouere fecit iudicium meum, &
Omnipotens qui amaritudine affecit animam meam.*
3 *Quia omni tempore quo fuerit anima mea in me, &
spiritus Dei in naribus meis.*
4 *Si loquentur labia mea iniquitatem, & lingua mea si
locuta fuerit dolum.*
5 *Absit mihi vt iustificem vos quousque obiero, non re-
mouebo perfectionem meam.*
6 *Iustitiam meam tenui, & non dimittam eam, non pro-
bris afficiet me cor meum à diebus meis.*
7 *Erit vt impius inimicus meus & hostis meus, vt ini-
quus.*
8 *Quæ enim spes impij si reconderit, si requiescere fece-
rit Deus animam eius.*
9 *Nunquid clamorem eius audiet Deus, cum venerit su-
per eum tribulatio?*
10 *Nunquid super Omnipotente delectabitur? Inuocabit
Deum omni tempore?*
11 *Docebo vos quæ sunt in manu Dei, & quod est cum
Omnipotente non abscondam.*
12 *Ecce vos omnes vidistis: & propter quid vanitate va-
nescitis?*
13 *Hæc est pars hominis impij cum Deo, & hæreditas for-
tium quam ab Omnipotente accipient.*
14 *Si multiplicati fuerint filij eius in gladium erunt, &
liberi eius non saturabuntur pane.*
15 *Superstites eius in morte sepelientur, & viduæ eius non
flebunt.*
16 *Si coaceruauerit vt terram argentum, & sicut lutum
præparauerit vestimentum.*
17 *Præparabit, & iustus induet se illo, & argentum inno-
cens diuidet.*
18 *Ædificauit sicut tinea domum suam, & sicut vmbra-
culum quod fecit custos.*
19 *Diues dormiet & non congregabitur, oculos suos ape-
ruit & non est.*
20 *Apprehendent eum sicut aqua terrores, sicut nox fura-
tus est eum turbo.*
21 *Tollet eum eurus, & ibit, & turbine commouebit eum
de loco suo.*
22 *Et projiciet super eum plagas, & non parcet à plaga
eius, fugiendo fugiet.*
23 *Plaudebit qui viderit super eum manibus suis, & sibi-
labit super eum de loco suo.*

Transl. ex Septuag.

9 Qui tenet faciem throni, extendens super eum
nubem suam:
10 Præceptum circundedit super faciem aquæ vs-
que ad consummationem lucis cum tenebris.
11 Columnæ cæli expansæ sunt, & obstupuerunt ab
increpatione eius:
12 Virtute sedauit mare; & scientia stratus est ce-
tus:
13 Et claustra cæli metuunt eum: præcepto autem
peremit draconem desertorem.
14 Ecce hæ partes viæ eius: & super stillam verbi au-
diemus in eo: virtutem autem tonitrui eius quis
sciuit quando faciet?

CAP. XXVII.

1 ADhuc autem adijciens Iob dixit proœmio:
2 Viuit Deus, qui sic me iudicauit, & Omnipotens,
qui afficit amaritudine animam meam.
3 Siquidem adhuc halitu meo immanente, & spiri-
tus diuinus, qui circa me est in naribus,
4 Labia mea non loquentur iniqua, neque anima
mea meditabitur iniusta.
5 Absit à me iustos vos pronunciare, donec moriar:
non enim separabo à me innocentiam meam.
6 Iustitiæ autem inhærens, non deseram: nec enim
conscius sum mihi commisisse absurda.
7 Veruntamen sint inimici mei, & qui super me
insurgunt, sicut perditio impiorum.
8 Etenim quæ spes est impio, quia expectat? confi
densne super Dominum saluabitur?
9 Aut deprecationem illius exaudiet Deus? aut si
euenerit ei necessitas;
10 Habetne fiduciam coram eo? aut tanquam si in
uocauerit eum, exaudiet eum?
11 Quapropter annunciabo vobis, quid sit in ma
nu Domini, quæ sint apud Omnipotentem: non
mentiar:
12 Ecce omnes nostis quia vana vanis adiicitis.
13 Hæc est pars hominis impij à Domino: possessio
vero potentium veniet ab Omnipotente super eos:
14 Quod si multi fuerint filij eorum; in occisionem
erunt: si autem & viri facti fuerint, mendicabunt:
15 Et qui circa eum sunt in morte morientur, &
viduis eorum nemo miserebitur:
16 Si collegerit, vt terram, argentum, & æque ac lu-
tum, parauerit aurum;
17 Hæc omnia iusti vendicabunt, & pecunias eius
veraces obtinebunt:
18 Euadet autem domus eius, sicut tinea, & sicut
aranea.
19 Diues dormiet; & non adiiciet: oculos suos ape-
riet; & non est:
20 Occurrerunt ei, sicut aqua dolores: nocte autem
sustulit eum caligo:
21 Tollet autem eum æstus, & abibit, & ventilabit
eum de loco suo,
22 Et proiiciet super eum, & non parcet: de manu
eius fuga fugiet:
23 Plaudet super eos manibus suis, & exsibilabit
eum de loco suo.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

9 *Constringit faciem soly, & expandit super eum nubem
suam.*
10 *Terminum circundedit superficies aquarum, vsque ad
perfectionem lucis cum tenebris.*
11 *Columnæ cœli contremiscunt, & commouentur ab
increpatione eius.*
12 *Potentia eius quiescit mare, & intelligentia sua,
percutit elationem eius.*
13 *Spiritus eius cœlos ornauit, creauit manus eius ser-
pentem mobilem.*
14 *En iste sunt partes viarum eius: sed quam pusillum
est quod audiuimus de eo, & tumultum fortitudinum
eius quis intelliget?*

CAP. XXVII.

1 *ADdidit autem Iiob assumere parabolam suam, ac
dixit,*
2 *Viuit Deus qui abstulit iudicium meum, & Omni-
potens qui amaritudine affecit animam meam:*
3 *Quod omni tempore quo fuerit anima mea in me, &
spiritus Dei in naribus meis,*
4 *Non loquentur labia mea iniquitatem, & lingua mea
si loquetur dolum.*
5 *Absit à me vt iustificem vos, donec deficiam, non au-
feram perfectionem meam à me.*
6 *Iustitiam meam fortificabo, nec deseram eam, non de-
flectet cor meum a diebus meis.*
7 *Sit vt impius, inimicus meus, & aduersarius meus,
vt iniquus.*
8 *Quæ enim spes impij, quum furatus fuerit, quum
pacatam reddiderit Deus animam eius?*
9 *Nunquid clamorem eius audiet Deus, quum venerit
super eum tribulatio?*
10 *Nunquid super Omnipotente delectabitur? inuocabit
Deum omni tempore?*
11 *Docebo vos quæ sunt in manu Dei, & quod est cum
Omnipotente non abscondam.*
12 *Ecce vos ipsi omnès vidistis, curnam ergo vanitate va-
nescitis?*
13 *Ista est portio hominis impij cum Deo, & hereditas
violentorum quam ab Omnipotente accipiuri sunt.*
14 *Si multiplicati fuerint filij eius, erunt in gladium, &
liberi eius non saturabuntur pane.*
15 *Superstites eius in morte sepelientur, & viduæ eius non
flebunt.*
16 *Si coaceruauerit tanquam puluerem argentum, &
sicut lutum parauerit vestimentum:*
17 *Preparabit quidem, sed iustus induet se, & argentum
innocens distribuet.*
18 *Aedificat sicut tinea domum suam, & sicut vmbra-
culum quod facit custos.*
19 *Diues dormiet, & non congregabitur: oculos suos ape-
ruit, & non est.*
20 *Apprehendent eum sicut aquæ terrores, noctu furatus
est eum turbo.*
21 *Tollet eum Eurus, & abibit, & turbine commouebit
eum de loco suo.*
22 *Et immittet in eum, nec parcet à manu eius, fugiendo
fugiet.*
23 *Plaudet super illum manibus suis, & sibilabit super
illum è loco suo.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. XXVIII.

1 HAbet argentum, venarum suarum principia: & auro locus est, in quo conflatur.
2 Ferrum de terra tollitur & lapis solutus calore, in æs vertitur.
3 Tempus posuit tenebris, & vniuersorum finem ipse considerat lapidem quoq; caliginis, & vmbram mortis.
4 Diuidit torrens à populo peregrinante, eos, quos oblitus est pes egentis hominis, & inuios.
5 Terra, de qua oriebatur panis in loco suo, igni subuersa est.
6 Locus sapphiri lapides eius, & glebæ illius aurum.
7 Semitam ignorauit auis, nec intuitus est eam oculus vulturis.
8 Non calcauerunt eam filij institorum, nec pertransiuit per eam leæna.
9 Ad silicem extendit manum suam, subuertit à radicibus montes.
10 In petris riuos excidit, & omne pretiosum vidit oculus eius.
11 Profunda quoque fluuiorum scrutatus est, & abscondita in lucem produxit.
12 Sapientia vero vbi inuenitur & quis est locus intelligentiæ?
13 Nescit homo pretium eius, nec inuenitur in terra suauiter viuentium.
14 Abyssus dicit; Non est in me, & mare loquitur: Non est mecum.
15 * Non dabitur aurum obrizum pro ea, nec appendetur argentum in commutatione eius.

* Sap. 7.9.

16 Non conferentur tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi sardonycho pretiosissimo, vel sapphiro.
17 Non adæquabitur ei aurum vel vitrum, nec commutabuntur pro ea vasa auri:
18 Excelsa & eminentia non memorabuntur comparatione eius: trahitur autem sapientia de occultis.
19 Non adæquabitur ei topazius de Aethiopia, nec tincturæ mundissimæ componetur.
20 Vnde ergo sapientia venit? & quis est locus intelligentiæ?
21 Abscondita est ab oculis omnium viuentium, volucres quoque cæli latet.
22 Perditio & mors dixerunt: Auribus nostris audiuimus famam eius.
23 Deus intelligit viam eius, & ipse nouit locum illius.
24 Ipse enim fines mundi intuetur: & omnia, quæ sub cælo sunt, respicit.
25 Qui fecit ventis pondus, & aquas appendit in mensura.
26 Quando ponebat pluuiis legem, & viam procellis sonantibus:
27 Tunc vidit illam, & enarrauit, & præparauit & inuestigauit.
28 Et dixit homini: Ecce timor Domini, ipsa est sapientia: & recedere à malo, intelligentia.

CAP. XXIX.

1 ADdidit quoque Iob, assumens parabolam suam, & dixit:

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. XXVIII.

1 *ESt enim argento exitus, & locus auro in quo fundent.*
2 *Ferrum è terra tolletur, & è lapide fuso æs.*
3 *Finem posuit tenebris & omni perfectioni, quam ipse inquirit, lapidem caliginis, & vmbram mortis scit.*
4 *Crescere fecit torrentem apud eum qui peregrinatur iuxta illum*, & siccato torrente aquæ *obliuioni traduntur à pedere, eleuata sunt præ homine,* & è loco suo *mota sunt.*
5 *E terra illa vbi erat torrens egredietur panis, & locus eius effectus est vt ignis.*
6 *Locus sapphiri lapides eius, & terra habentes aurum sunt ei,*
7 *Semitam non cognouit auis, nec vidit eam oculus variæ auis.*
8 *Non calcauerunt eam bestiæ rapaces, non declinauit iuxta eam leo.*
9 *In silicem misit manum suam, & subuertit à radice montes.*
10 *E silicibus riuos erumpere fecit, & omne preciosum vidit oculus eius.*
11 *Ne stillarent flumina ligauit, & absconditum exire faciet in lucem.*
12 *Sapientia vnde inuenietur? & vbi est locus intelligentiæ?*
13 *Nesciuit homo precium eius, & non inuenietur in terra viuentium.*
14 *Vorago dixit non in me est, & mare dixit: Non est mecum.*
15 *Non dabitur aurum pro ea, & non ponderabitur argento precium eius.*
16 *Non æstimabitur cum auro ophir cum onyce precioso, & sapphir.*
17 *Non adæquabit eam aurum, & adamas, nec permutatio eius erit cum vase aureo.*
18 *Coralia, & ghabis preciosus lapis non commemorabitur, & preciosior est sapientia margaritis.*
19 *Non adæquabit eam smaragdus Aethiopiæ, cum auro mundo non æstimabitur.*
20 *Et sapientia vnde veniet? & vbi est locus intelligentiæ?*
21 *Et abscondit se ab oculis omnis viuentis, & à volucri cæli occultata est.*
22 *Perditio & mors dixerunt: Auribus nostris audiuimus famam eius.*
23 *Deus intellexit viam eius, & ipse cognouit locum eius.*
24 *Ipse enim ad fines terræ aspiciet, sub omni cœlo videbit.*
25 *Et faciat vento pondus, & aquas appendat in mensura.*
26 *Dum facit ipse pluuiæ statutum, & viam coruscationi & tonitruis.*
27 *Tunc vidit eam, & scripsit eam præparauit eam, & etiam inuestigauit eam.*
28 *Et dixit homini. Ecce timor Domini est sapientia, & recedere à malo intelligentia.*

CAP. XXIX.

1 *ET rursus Iiob assumpsit parabolam suam, & dixit.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

CAP. XXVIII.

1 EST enim argento locus vnde fit;locus autem auro:vnde percolatur.
2 Etenim ferrum quidem de terra fit; æs autem similiter vt lapis cæditur:
3 Ordinem posuit tenebris, & omnem finem ipse perscrutatur: lapis tenebræ,& vmbra mortis.
4 Decisio torrentis à puluere: & qui obliuiscuntur viam iustam; infirmati sunt: ex hominibus commoti sunt:
5 Terra,ex ea egredietur panis: de subtus ea versatum est,sicut ignis:
6 Locus saphiri lapides eius,& agger aurum ei:
7 Semita,quam non cognouit auis, nec vidit eam oculus vulturis:
8 Et non calcauerunt eum filij superborum, non transiit super eam leo:
9 In durissimo lapide extendit manum suam, & euertit à radicibus montes,
10 Et gurgites fluminum dirupit:omne vero pretiosum vidit oculus meus:
11 Et altitudines fluminum reuelauit: & ostendit virtutem suam in lumine:
12 Sapientia autem vnde inuenta est? & qualis locus est scientiæ?
13 Non nouit homo viam eius:neque inuenta est in hominibus:
14 Abyssus dixit,non est in me:& mare dixit,non est mecum:
15 Non dabit conclusuram pro ea, & non pendetur argentum commutatio eius: ;
16 Et non conferetur auro Sophir, in onyche pretioso & saphiro:
17 Non æquabitur ei aurum,& vitrum, & commutatio eius vasa aurea:
18 Sublimia,& Gabis non erunt in memoria: & attrahe sapientiam super intima:
19 Non æquabitur ei Topatium Aetiopiæ: auro puro non conferetur:
20 Sapientia autem vnde inuenta est? & qualis locus est intelligentiæ:
21 Latuit omnem hominem, & à volucribus cæli abscondita est.
22 Perditio, & mors dixerunt: audiuimus vero eius gloriam.
23 Dominus bene cognouit viam eius, & ipse nouit locum eius.
24 Ipse enim omne,quod est sub cælo,perspicit, nota habens omnia,quæ in terra,omnia,quæ fecit,
25 Ventorum libramentum, aquarum mensuras, quando fecit.
26 Sic videns numerauit,& viam in concussione,voces.
27 Tunc vidit eam, & exposuit eam, cum parasset inuestigauit.
28 Dixit autem homini,ecce cultus Dei est sapientia,& abstinere à malis est scientia.

CAP. XXIX.

1 ADhuc autem adijciens Iob dixit proœmio:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAP. XXVIII.

CErte est argento latebra, & locus auro vnde eliciunt.
Ferrum è puluere capitur:& lapis effundit æs.
Finem ponit tenebris & omni perfectioni quam ipse inquirit,ponit lapidem caliginis & vmbræ mortis.
Erumpit fluuius iuxta habitatorem:& obliuioni tradita pedibus:& quæ altiores erant homine, recesserunt.
Est terra aliqua ex qua egreditur panis, & quod sub ea est,vertitur in quendam veluti ignem.
Locus sappir lapides eius, & pulueres auri sunt ei.
Semitam non cognouit illi auis, neque aspicit eam oculus vulturis.
Non calcant eam filij superbiæ, non transit per eam leo.
In silicem misit manum suam, & subuertit à radice montes.
Et silicibus riuos erumpere facit, & tamen omne pretiosum videbat oculus eius.
A stillatione fluminum coercet, & absconditum exire facit in lucem.
At sapientia ipsa vndenam inuenitur? & vbinam est locus intelligentiæ?
Non nouit homo pretium eius,neque inuenitur in terra viuentium.
Vorago dicit,Non est in me: mare quoque dicit,Non est mecum.
Non dabitur aurum pro illa, nec ponderabitur argento pretium eius.
Non æstimabitur auro Ophir, nec onyche pretioso, & sappir.
Non æquabit eam aurum, & adamas, nec permutatio eius erit vas obrizi.
Coralia, & gbabis non commemorabitur,& pretiosior est sapientia margaritis.
Non æquabit eam smaragdus Aethiopiæ, in auro puro non æstimabitur.
Vndenam igitur sapientia veniet? & vbinam est locus intelligentiæ?
Quum abscondita sit ab oculis omnis viuentis, & à volucri cæli occultata sit?
Perditio & mors dixerunt: Auribus nostris audiuimus famam eius.
Verum Deus intelligit viam eius, & ipse cognoscit locum eius.
Ipse enim vsque ad fines terræ aspicit: sub toto cælo videt:
Vt faciat vento pondus, & aquas appendat in mensura.
Dum faceret ipse pluuiæ statutum, & viam coruscationi tonitruorum:
Tunc vidit illam,& scripsit illam, præparauit illam, & etiam inquisiuit illam.
Et dixit homini, En timor Domini est sapientia, & recedere à malo intelligentia.

CAP. XXIX.

ET addidit Iiob assumere parabolam suum, ac dixit.

Vulgat. Editio.

2 Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos
secundum dies quibus Deus custodiebat me?
3 Quando splendebat lucerna eius super caput
meum,& ad lumen eius ambulabam in tenebris?
4 Sicut fui in diebus adolescentiæ meæ,quando se-
creto Deus erat in tabernaculo meo?
5 Quando erat Omnipotens mecum:& in circuitu
meo pueri mei?
6 Quando lauabam pedes meos butyro, & petra
fundebat mihi riuos olei?
7 Quando procedebam ad portam ciuitatis , & in
platea parabant cathedram mihi?
8 Videbant me iuuenes,& abscondebantur: & senes
assurgentes stabant.
9 Principes cessabant loqui, & digitum superpone-
bant ori suo.
10 Vocem suam cohibebant duces, & lingua eorum
gutturi suo adhærebat.
11 Auris audiens beatificabat me, & oculus videns
testimonium reddebat mihi.
12 Eo quod liberassem pauperem vociferantem, &
pupillum,cui non esset adiutor.
13 Benedictio perituri super me veniebat, & cor vi-
duæ consolatus sum.
14 Iustitia indutus sum: & vestiui me, sicut vesti-
mento & diademate,iudicio meo,
15 Oculus fui cæco,& pes claudo.
16 Pater eram pauperum: & causam quam nescie-
bam,diligentissime inuestigabam.
17 Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius
auferebam prædam.
18 Dicebamque:In nidulo meo moriar, & sicut pal-
ma multiplicabo dies.
19 Radix mea aperta est secus aquas, & ros morabi-
tur in messione mea.
20 Gloria mea semper innouabitur, & arcus meus
in manu mea instaurabitur.
21 Qui me audiebant, expectabant sententiam, &
intenti tacebant ad consilium meum.
22 Verbis meis addere nihil audebant, & super illos
stillabat eloquium meum.
23 Expectabant me sicut pluuiam, & os suum ape-
riebant quasi ad imbrem serotinum.
24 Si quando ridebam ad eos,non credebant, & lux
vultus mei non cadebat in terram.
25 Si voluissem ire ad eos,sedebam primus: cumque
sederem quasi rex,circumstante exercitu, eram ta-
men mœrentium consolator.

CAP. XXX.

1 NVnc autem derident me iuniores tempore,
quorum non dignabar patres ponere cum ca-
nibus gregis mei:
2 Quorum virtus manuum mihi erat pro nihilo,
& vita ipsa putabantur indigni.
3 Egestate, & fame steriles, qui rodebant in solitu-
dine,squalentes calamitate,& miseria.
4 Et mandebant herbas, & arborum cortices,& ra-
dix iuniperorum erat cibus eorum.
5 Qui de conuallibus ista rapientes, cum singula
reperissent,ad ea cum clamore currebant.
6 In desertis habitabant torrentium, & in cauer-
nis terræ,vel super glaream.
7 Qui inter huiuscemodi lætabantur, & esse sub
sentibus delicias computabant.
8 Filij stultorum,& ignobilium, & in terra penitus
non parentes.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

2 *Vtinam essem iuxta menses priores, iuxta dies quibus*
Deus custodiebat me:
3 *Dum splendescere faciebat lucernam suam super ca-*
put meum ad lumen eius ambulabam in tenebris.
4 *Sicut eram in diebus adolescentiæ meæ in societate Dei,*
in tabernaculo meo.
5 *Dum Omnipotens mecum erat, in circuitu meo pueri*
mei erant.
6 *Quando lauabam vias meas butyro, & è petra fun-*
debantur mihi riuuli olei.
7 *Quando egrediebar ad portam super ciuitatem,in pla-*
tea parare faciebam cathedram meam.
8 *Videbant me pueri, & abscondebant se, & decrepiti*
surgebant,& stabant.
9 *Principes tardi erant in sermonibus,& manum pone-*
bant ori suo,
10 *Ad vocem meam duces abscondebant se,& lingua eo-*
rum palato eorum adhærebat,
11 *Quum auris audiebat, & beatificabat me, & oculus*
videbat,& magnificabat me.
12 *Quando liberabam pauperem vociferantem,& pupil-*
lum,& cui non erat adiutor.
13 *Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ*
lætificabam.
14 *Iustitiam induebam,& induebat me, tanquam pal-*
lium,& cidarim iudicium meum.
15 *Oculi eram cæco,& pedes claudo eram.*
16 *Pater eram pauperibus, & causam quam non noue-*
ram,inuestigabam.
17 *Et conterebam molas iniqui, & è dentibus eius re-*
ijcere faciebam prædam.
18 *Et dicebam: In nido meo moriar,& sicut fœnix mul-*
tiplicabo dies.
19 *Radix mea aperta erit iuxta aquam, & ros mora-*
bitur in ramo meo.
20 *Gloria mea innouabitur mecum,& arcus meus in ma-*
nu mea innouabitur.
21 *Mihi obediebant, & expectabant me, & tacebant ad*
consilium meum.
22 *Post verbum meum non iterabant, & super eos stil-*
labat sermo meus.
23 *Et expectabant sicut pluuiam me,& os suum aperie-*
bantur ad imbrem serotinum.
24 *Ridebam ad eos, & non credebant, lucem vultus mei*
non cadere faciebant.
25 *Eligebam viam eorum,& sedebam in capite, & habi-*
tabam sicut rex cum exercitu, quemadmodum qui iam
lugentes consolatur.

CAP. XXX.

1 *ET nunc derident me iuniores me propter dies quorum*
renuissem patres ponere cum canibus pecudum mea-
rum.
2 *Etiam potentia manuum eorum propter quid mihi?*
Super ipsis periit senium.
3 *Propter penuriam, & propter esuriem solitarij erant,*
qui fugiebant in solitudinem in locum tenebrosum, desola-
tum,& desertum.
4 *Qui succidebant herbam è virgulto, & radicem iuni-*
perorum ad calefaciendum se.
5 *E medio vrbium expellebantur, clamabant contra eos*
sicut contra furem.
6 *In rimam torrentium ibant ad habitandum, in fora-*
mina terræ,& petras.
7 *Inter arbusta rugiebant,subter vrticam congregaban-*
tur.
8 *Filij viri stulti,etiam filij eius qui erat absque nomine,*
abiectiores erant quam terra.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Quis vtique me ponat iuxta mensem priorum dierum, quibus me Deus custodiebat:
Sicut cum lucebat lucerna eius super caput meum: cum lumine eius ambulabam in tenebris:
Cum eram grauescens dijs: cum Deus visitationem faciebat domus meæ:
Cum eram materiatus nimis, & in circuitu meo pueri.
Cum fluebant viæ meæ butyro, & montes me fluebant lacte.
Cum exibam matutinus in ciuitate: & in plateis ponebatur mihi sella.
Videntes me adolescentes abscondebantur: senes autem omnes steterunt:
Et potentes cessauerunt loqui, digitum imponentes super os.
Qui autem audiuerunt, beatificabant me: & lingua eorum gutturi eorum adhæsit;
Quia auris audiuit, & beatificauit me, & oculus videns me declinauit.
Saluaui enim mendicum de manu potentis, & pupillum, cui non erat adiutor, adiuui.
Benedictio pereuntis super me veniat: & os viduæ benedixit me:
Iustitiam vero indutus sum, & vestitus sum iudicio, sicut diploide:
Oculus fui cæcorum, & pes claudorum:
Ego fui pater impotentium, & iudicium, quod non noueram, exquisiui:
Confregi autem molas iniquorum: de medio dentium eorum rapinam eripui.
Dixi autem, ætas mea senescet, sicut truncus palmæ: multo viuam tempore:
Radix aperta est super aquam: & ros morabitur in messe mea.
Gloria mea vana mecum, & arcus meus in manu eius graditur.
Qui me audierunt, attenderunt, & siluerunt super consilio meo:
Et in sermone meo non adiecerunt: sed gauisi sunt, cum loquerer eis:
Sicut terra sitiens suscipiens pluuiam; sic illi meum sermonem:
Si riderem ad eos, non credebant: & lumen faciei meæ non decidebat:
Elegi viam eorum, & sedi princeps & habitabam sicut rex in accinctis, quasi consolans tristes.

C A P. XXX.

NVnc autem deriserunt me minimi: nunc monent me in parte, quorum spernebam parentes eorum, quos non putaui dignos canibus meorum gregum.
Et quidem virtus manuum eorum vt quid mihi? super eos peribat consummatio:
In egestate, & fame sterilis, qui fugiebant inaquosam heri, pressuram, & miseriam:
Qui circuibant alima in resonante, quorum quidem alima erat eorum cibaria:
Inhonorati autem & abiecti, egentes omni bono, qui & radices lignorum manducabant propter magnam famem.
Insurrexerunt super me fures, quorum domus erant cauernæ petrarum:
Inter medium bene sonantium clamabant, qui sub sarmentis agrestibus manebant,
Stultorum filij, & ignobilium: nomen & gloria extincta est de terra.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

2 *Vtinam essem iuxta menses priores, iuxta dies quibus Deus seruabat me:*
3 *Dum splendere faciebat lucernam suam super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris:*
4 *Sicut eram in diebus adolescentiæ meæ, dum esset societas Dei super tabernaculum meum:*
5 *Dum adhuc esset Omnipotens mecum, in circuitu meo pueri mei:*
6 *Quando lauabam vias meas butyro, & è petra fundebantur mihi riuuli olei:*
7 *Quando egrediebar per portam iuxta vrbem, in platea parabam faciebam cathedram meam:*
8 *Videbant me iuuenes, & abscondebant se, & decrepiti assurgebant, & stabant.*
9 *Principes tardi erant in sermonibus, & manum ponebant ori suo,*
10 *Vox ducum supprimebatur, & lingua eorum palato eorum adhærebat.*
11 *Quum auris audiebat, & beabat me: oculus quoque videbat, & testimonium reddebat mihi.*
12 *Quia liberabam pauperem vociferantem, & pupillum, & eum cui non erat adiutor.*
13 *Benedictio pereuntis super me veniebat, & cor viduæ exhilarabam.*
14 *Iustitiam induebam, & induebat me, tanquam pallium, & cidaris iudicium meum fuit.*
15 *Oculi eram cæco, & pedes claudo eram.*
16 *Pater eram pauperibus, & causam quam non noueram, inuestigabam.*
17 *Et contereban molares iniqui, & è dentibus eius excutiebam prædam.*
18 *Dicebam itaque in nido meo moriar, & tanquam arenam multiplicabo dies.*
19 *Radix enim mea aperta est iuxta aquas, & ros pernoctat in ramis meis.*
20 *Gloria mea innouatur apud me, & arcus meus in manu mea roboratur.*
21 *Mihi obediebant, & expectabant me, & silebant ad consilium meum.*
22 *Post verbum meum non iterabant: sed super illos stillabat sermo meus.*
23 *Et expectabant sicut pluuiam me, & os suum aperiebant tanquam ad imbrem serotinum.*
24 *Ridebam ad eos, & non credebant, ac lucem vultus mei non deijciebant.*
25 *Deligebam viam eorum, & sedebam in capite, & habitabam sicut rex in ipso exercitu, quemadmodum is qui lugentes consolatur.*

C A P. XXX.

1 *NVnc autem deriserunt me minores me diebus, quorum spreuissem patres ponere cum canibus gregis mei.*
2 *Etiam potentia manuum illorum ad quid mihi? super ipsos periit senium.*
3 *Propter penuriam & esuriem solitarij erant, qui fugiebant in solitudinem locũ tenebrosum, desolatũ, ac desertũ.*
4 *Qui decerpebant maluah iuxta arbusta, & radicem iuniperorum ad calefaciendum se.*
5 *E medio vrbium expellebantur: nam vociferabantur contra eos tanquam contra furem,*
6 *Vt habitarent in fissura torrentium, & in cauernis terræ, & petris.*
7 *Inter arbusta rugiebant, sub carduo congregabantur:*
8 *Filij viri stulti, etiam filij absque nomine, qui humiliati sunt plus quam terra ipsa.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

9 Nunc in eorum canticum versus sum, & factus
sum eis in prouerbium.
10 Abominantur me, & longe fugiunt à me, & faciem meam conspuere non verentur.
11 Pharetram enim suam aperuit, & afflixit me, &
frenum posuit in os meum.
12 Ad dexteram orientis calamitates meæ illico surrexerunt: pedes meos subuerterunt, & oppresserunt
quasi fluctibus semitis suis.
13 Dissipauerunt itinera mea, insidiati sunt mihi, &
præualuerunt, & non fuit qui ferret auxilium.
14 Quasi rupto muro, & aperta ianua irruerunt super me, & ad meas miserias deuoluti sunt.
15 Redactus sum in nihilum: abstulisti quasi ventus
desiderium meum: & velut nubes pertransiit salus
mea.
16 Nunc autem in memetipso marcescit anima mea,
& possident me dies afflictionis.
17 Nocte os meum perforatur doloribus: & qui me
comedunt, non dormiunt.
18 In multitudine eorum consumitur vestimentum
meum: & quasi capitio tunicæ succinxerunt me.
19 Comparatus sum luto, & assimilatus sum fauillæ
& cineri.
20 Clamo ad te, & non exaudis me: sto, & non respicis me.
21 Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduersaris mihi.
22 Eleuasti me, & quasi super ventum ponens elisisti
me valide.
23 Scio quia morti trades me, vbi constituta est domus omni viuenti.
24 Verumtamen non ad consumptionem eorum
emittis manum tuam: & si corruerint, ipse saluabis.
25 Flebam quondam super eo, qui afflictus erat, &
compatiebatur anima mea pauperi.
26 Expectabam bona, & venerunt mihi mala: præstolabar lucem, & eruperunt tenebræ.
27 Interiora mea efferbuerunt absque vlla requie,
præuenerunt me dies afflictionis.
28 Mærens incedebam, sine furore; consurgens in
turba clamabam.
29 Frater fui draconum, & socius struthionum.
30 Cutis mea denigrata est super me, & ossa mea
aruerunt præ caumate.
31 Versa est in luctum cithara mea, & organum
meum in vocem flentium.

CAP. XXXI.

1 PEpigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem
quidem de virgine.
2 Quam enim partem haberet in me Deus desuper, & hæreditatem Omnipotens de excelsis?
3 Numquid non perditio est iniquo, & alienatio
operantibus iniustitiam?
4 Nonne ipse considerat vias meas, & cunctos gressus meos dinumerat?
5 Si ambulaui in vanitate, & festinauit in dolo pes
meus:
6 Appendat me in statera iusta, & sciat Deus simplicitatem meam.
7 Si declinauit gressus meus de via, & si secutum
est oculos meos cor meum, & si manibus meis adhæsit macula:

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Nunc autem canticum eorum sum, & sum eis in sermonem.
Abominati sunt me, elongauerunt se à me, à facie mea non prohibuerunt sputum.
Quia funem meum soluit, & afflixit me: & frenum à facie mea dimiserunt.
Iuxta dexteram pueri steterunt, pedes meos impulerunt, & fecerunt super me semitas contritionis suæ.
Diruerunt semitam meam, ad contritionem meam profecerunt, & non fuit adiutor eis.
Sicut fractura aquarum lata venerunt aduersum me: pro desolatione voluerunt se aduersum me.
Conuersi sunt aduersum me terrores, persecuti sunt sicut ventus spontaneam animam meam, & sicut nubes transiuit salus mea.
Et nunc contra me vertit se anima mea: apprehenderunt me dies afflictionis.
Nocte perforauit dolor ossa mea super me, & pulsus mei non requieuerunt.
Propter multa vim doloris mutabatur vestimentum meum: sicut ora tunicæ meæ cinxit me.
Proiecit me in lutum, & assimilatus sum terræ, & cineri.
Clamaui, & non exaudisti me: steti, & non considerasti me.
Vertisti te in crudelem mihi, in fortitudine manus tuæ odio habuisti me.
Eleuasti me super ventum, equitare fecisti me super eum, *& remouisti à me sapientiam.*
Nam noui quod ad mortem conuerti facies me, & ad domum congregationis omnis viuentis.
Veruntamen non in tumulum sepulchri *Deus mittet manum, si in contritione eius quæ veniet eis erit clamor.*
Hæc omnia mihi vsu veniant *si non fleui* super habentem *durum diem, dum contristata est anima mea super indicum.*
Quando bonum expectaui, venit malum, & quando expectaui lumen, venit caligo.
Viscera mea ferbuerunt, & non siluerunt, præuenerunt me dies afflictionis.
Pullatus ambulaui absque sole: surrexi in multitudine clamaui.
Frater fui draconi, & amicus filiabus struthionis,
Cutis mea denigrata est super me, & os meum vstulatum est ab æstu.
Et versa est in luctum cythara mea, & organum meum in vocem flentium.

Sicut alibi diximus quæ diuerso caractere notantur non habentur in Hebræo sed adduntur à Pagnino ad explicationem textus.

CAP. XXXI.

FOEdus pepigi cum oculis meis, & quid considerarui in virgine?
Et quæ pars Dei est mihi desuper, & hæreditas Omnipotentis de excelsis?
Nonne contritio mea iniquo conueniebat, & alienatio operariis iniquitatis:
Nonne ipse videt vias meas, & omnes gressus meos dinumerat?
Si ambulaui cum mendacio, & festinauit ad dolum pes meus:
Appendat me in statera iustitiæ, & sciet Deus perfectionem meam.
Si declinauit gressus meus de via recta: & post oculos meos abiit cor meum, & manibus meis adhæsit quicquam.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

9 Nunc autem cithara eorum ego sum, & me fabu-
lam habent,
10 Et abominati sunt me discedentes procul, nec in
faciem meam pepercerunt spuere.
11 Aperiens enim pharetram suam afflixit me: &
frenum faciei meæ emiserunt;
12 Super dextra germinis insurrexerunt: pedem
suum extenderunt & strauerunt super me semitas
perditionis ipsorum:
13 Contritæ sunt semitæ meæ: exuerunt enim me
stola. iaculis suis vulnerauit me: iudicauit autem
mihi, sicut vult:
14 In doloribus maceratus sum: conuertuntur in
me dolores:
15 Discessit spes mea, sicut spiritus, & sicut nubes
salus mea:
16 Et nunc super me effundetur anima mea: habet
autem me dies dolorum:
17 Nocte vero ossa mea confusa sunt: & nerui mei
dissoluti sunt:
18 In multa virtute apprehendit stolam meam: &
quasi ora vestimenti mei circundedit me:
19 reputasti autem me sicut lutum in terra, & cinere
pars mea.
20 Clamaui autem ad te, & non audis me, steterunt
autem, & considerauerunt me:
21 Insultarunt autem mihi immisericorditer: manu
potenti me flagellasti:
22 Statuisti autem me in doloribus: & proiecisti me
à salute:
23 Noui enim, quod mors me conteret: domus enim
est omni mortali terra.
24 Atque vtinam possem mihi ipse manus afferre:
aut rogarem alium, & faceret mihi hoc.
25 Ego autem super omni impotente fleui: gemui
videns virum in necessitatibus.
26 Ego autem inhærens bonis: ecce occurrerunt mi-
hi magis dies malorum:
27 Venter meus efferbuit, & non tacebit: præuene-
runt me dies mendicitatis:
28 Gemens iui sine freno, & steti in cœtu clamans.
29 Frater factus sum syrenum, & socius struthio-
num:
30 Et cutis mea obtenebrata est valde, & ossa mea ab
æstu.
31 Versa est autem in luctum cithara mea; & psal-
mus meus in fletum mihi.

CAP. XXXI.

1 TEstamentum posui oculis meis, & non intelli-
gam super virgine.
2 Et quid partitus est Deus desuper, & hæreditas
Omnipotentis ex altissimis?
3 Væ, perditio iniusto, & abalienatio facientibus
iniquitatem.
4 Nonne ipse videbit viam meam, & omnes gressus
meos enumerabit?
5 Si vero incessi cum irrisoribus, vel si festinauit
ad dolum pes meus
6 (Steti enim in statera iusta, nouit autem Domi-
nus innocentiam meam)
7 Si declinauit pes meus de via, vel si oculo obse-
quutum est cor meum, vel si in manibus meis tetigi
dona;

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

*Nunc autem canticum eorum sum, & factus sum eis
in sermonem.*
*Abominantur me, elongant sese à me, etiam à facie mea
non prohibent sputum.*
*Quia funem meum soluit, & afflixit me: & frænum
à facie mea proiecerunt.*
*In dextram iuuentus insurgunt, pedes meos impellunt,
& calcando terunt super me semitas contritionis suæ.*
*Diruerunt semitam meam, ex contritione mea profe-
cerunt, quibus non erat adiutor.*
*Tanquam per fracturam latam venerunt, sub calami-
tate deuoluerunt se.*
*Conuersi sunt super me terrores, persequuti sunt sicut
ventus spontaneam animam meam, & sicut nubes quæ
transit, salutem meam.*
*Nunc itaque in me effusa est anima mea, apprehende-
runt me dies afflictionis.*
*Nocte perforat ossa mea super me, & pulsus mei non
conquieuerunt.*
*Præ multitudine roboris mutuatum est vestimentum
meum, sicut ora tunicæ meæ cingit me.*
*Proiecit me in lutum, & assimilatus sum pulueri &
cineri.*
*Clamaui ad te, & non exaudisti me: steti, & non con-
siderasti me.*
*Versus es in crudelem mihi & robore manus tuæ odio
habuisti me.*
*Eleuasti me ad ventum huic imposuisti me, & eli-
quasti mihi sapientiam.*
*Noui enim quod ad mortem reuerti facies me, & ad
domum congregationis omnis viuentis.*
*Profecto non in tumulum Deus mittet manum, etiam
si in contritione illius fuerit eis clamor.*
*Annon fleui durum die, contristata est anima mea su-
per egenum?*
*Quando autem bonum expectaui, tunc venit malum:
& quando præstolatus sum lucem, venit caligo.*
*Viscera mea efferbuerunt, neque conticuerunt: præue-
nerunt me dies afflictionis.*
*Ater ambulaui, non ob solem: surrexi in congrega-
tione, & clamaui.*
*Frater fui draconum, & socius filiabus struthio-
nis,*
*Cutis mea denigrata est super me, & os meum incaluit
præ siccitate.*
*Proinde versa est in luctum cithara mea, & organum
meum in vocem flentium.*

CAP. XXXI.

*FOEdus pepigi cum oculis meis: nam cur cogitassem de
virgine?*
*Quæ enim portio Dei desuper, & quæ hæreditas Om-
nipotentis de excelsis?*
*Nonne confractio iniquo, & insuetum quid operantibus
iniquitatem?*
*Nonne ipse videt vias meas, & omnes gressus meos di-
numerat?*
*Si ambulaui cum mendacio, & festinauit ad dolum
pes meus:*
*Appendat me in statera iustitiæ, & agnoscet Deus
perfectionem meam.*
*Si declinauit gressus meus à via, & si post oculos meos
abiit cor meum, & manibus meis adhæsit quicquam:*

Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
Seram, & alius comedat: & progenies mea eradicetur.	8	*Seram, & alius comedat, & filij mei eradicentur.*
Si deceptum est cor meum super muliere, & si ad ostium amici mei insidiatus sum:	9	*Si seductum est cor meum super muli re, & iuxta ostium amici mei insidiatus sum.*
Scortum alterius sit vxor mea, & super illam incuruentur alij.	10	*Molat alteri vxor mea , & super eam incuruentur alij.*
Hoc enim nefas est, & iniquitas maxima.	11	*Quoniam adulterium scelus est, & est iniquitas iudicata.*
Ignis est vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina.	12	*Quia ignis est qui vsque ad perditionem deuorat, & in cunctis frugibus meis sit eradicatio.*
Si contempsi subire iudicium cum seruo meo, & ancilla mea, cum disceptarent aduersum me.	13	*Si abhorrui iudicium serui mei & ancillæ meæ, dum litigarent mecum.*
Quid enim faciam cum surrexerit ad iudicandum Deus? & cum quæsierit, quid respondebo illi?	14	*Et quid faciam cum surrexerit Deus, & cum visitauerit, quid respondebo illi?*
Numquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus est: & formauit me in vulua vnus?	15	*Nonne qui in vtero fecit me, fecit eum, & disposuit nos in vulua vno actu?*
Si negaui, quod volebant, pauperibus, & oculos viduæ expectare feci:	16	*Si prohibui quod volebant pauperibus, & oculos viduæ consumpsi.*
Si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea:	17	*Et si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea.*
(Quia ab infantia mea creuit mecum miseratio: & de vtero matris meæ egressa est mecum.)	18	*Quia pupillus ab adolescentia mea creuit mecum, ac si fuisset cum patre, & viduam ab vtero matris meæ ducere feci.*
Si despexi pereuntem, eo quod non habuerit indumentum, & absque operimento pauperem:	19	*Si videbam pereuntem absque veste, & non erat operimentum mendico.*
Si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus est:	20	*Si non benedixerunt mihi lumbi eius, & de vellere ouium mearum calefecit se.*
Si leuaui super pupillum manum meam, etiam cum viderem me in porta superiorem:	21	*Si eleuaui contra pupillum manum meam, cum viderem in porta auxilium meum.*
Humerus meus à iunctura sua cadat, & brachium meum cum suis ossibus confringatur.	22	*Latus meum ab humero suo cadat , & brachium meum à canna sua confringatur,*
Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui.	23	*Quia pauor fuit mihi contritio à Deo, & à celsitudine eius non potero erui.*
Si putaui aurum robur meum, & obrizo dixi: fiducia mea.	24	*Si posui in auro spem meam, & auro dixi : fiducia mea es.*
Si lætatus sum super multis diuitiis meis, & quia plurima reperit manus mea.	25	*Si lætatus sum quia multiplicata est substantia mea, & quia multum inuenit manus mea.*
Si vidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clare:	26	*Si videbam lucem, quando resplendebat, & lunam honorifice incedentem.*
Et lætatum est in abscondito cor meum & osculatus sum manum meam ore meo.	27	*Et seduxit se in obscondito cor meum, & osculata est manum meam os meum.*
Quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum.	28	*Etiam hoc est iniquitas iudicata, si negaui Deum desuper.*
Si gauisus sum ad ruinam eius, qui me oderat, & exultaui quod inuenisset eum malum.	29	*Si lætatus sum in contritione odio habentis me, & excitaui me ad exultandum, quia inuenit eum malum:*
Non enim dedi ad peccandum guttur meum, vt expeterem maledicens animam eius.	30	*Et non dedi ad peccandum palatum meum, vt expeterem maledictionem animæ illius.*
Si non dixerunt viri tabernaculi mei: Quis det de carnibus eius vt saturemur?	31	*Si non dixerunt viri tabernaculi mei. Quis det de carne eius* vt comedamus eum, & *non saturemur.*
Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit.	32	*Foris non pernoctauit peregrinus, ostia mea viatori aperui.*
Si abscondi quasi homo peccatum meum, & celaui in sinu meo iniquitatem meam.	33	*Si aperui vt homines præuaricationes meas, vt absconderem diligentes me iniquitatem meam,*
Si expaui ad multitudinem nimiam & despectio propinquorum terruit me: & non magis tacui, nec egressus sum ostium.	34	*Si expaui multitudinem magnam, & vir contemptibilis familiarum terruit me, & tacui, & non egressus sum de ostio.*
Quis mihi tribuat auditorem, vt desiderium meum audiat Omnipotens: & librum scribat ipse qui iudicat.	35	*Vtinam haberem iudicem audientem me. Ecce signum meum est Omnipotens qui testificabitur pro me, & liber quem scripsit vir iudicij mei.*
Vt in humero meo portem illum, & circumdem illum quasi coronam mihi?	36	*Nisi super humero meo portem illum, ligem illum pro coronis mihi.*
Per singulos gradus meos pronunciabo illum, & quasi principi offeram eum.	37	*Numerum gressuum meorum nunciabo illi, velut ducem appropinquare faciam.*
Si aduersum me terra mea clamat, & cum ipsa sulci eius deflent:	38	*Si aduersum me terra mea clamet , & pariter sulci eius defleant.*
Si fructus eius comedi absq; pecunia, & animam agricolarum eius afflixi:	39	*Si fructum eius comedi absque pecunia, & animam domini eius dolore affeci.*

Verse	Transl. ex Septuag.	Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
8	Seram igitur,& alij edant:& sine radice sim super terram.	*Seram, & alius comedat , & germina mea eradicentur.*
9	Si sequutum est cor meum mulierem viri alterius,aut si obsedi ianuas eius?	*Si seductum fuit cor meum super muliere , & iuxta ostium amici mei insidiatus sum:*
10	Placeat quoque vxor mea alteri , & filij mei humilientur:	*Molat alteri uxor mea , & super eam incurnent sese alij.*
11	Furor enim iræ indomitus commaculare viri vxorem:	*Quoniam id est scelus, & iniquitas indicata.*
12	Ignis enim est ardens super omnes partes : quocumque superuenerit,à radicibus perdidit.	*Nam ignis est qui vsque ad perditionem deuorasset, & omnem prouentum meum eradicasset.*
13	Quod si & despexi iudicium famuli mei , aut ancillæ,cum ipsi litigarent mecum.	*Si contempsi iudicium serui mei & ancillæ meæ, quum ipsi litigarent mecum:*
14	Quid enim faciam , si inquisitionem mei faciat Dñs?quod si & visitationẽ aliquam, responsũ dabo?	*Quid enim fecissem quum surrexisset Deus : & quum visitasset, quid respondissem illi?*
15	Nonne sicut ego factus sum in vtero ; & illi facti sunt?facti autem sumus in eodem ventre.	*Nonne qui in vtero fecit me, fecit illum , & disposuit nos in vulua vnus?*
16	Impotentes autem , quæcumque aliquando re opus habebant non sunt frustrati:& viduæ oculum non tabefeci.	*Si prohibui à voluntate pauperes, & oculos viduæ deficere feci:*
17	Quod si & bucellam meam comedi solus , & pupillo non communicaui.	*Et si comedi buccellam meam solus , & non comedit pupillus ex ea:*
18	Quoniam à iuuentute mea enutriebam vt pater; & de ventre matris meæ dux eis fui.	*Nam ab adolescentia mea creuit mecum , tanquam apud patrem, & ab vtero matris meæ deduxi illam.*
19	Aut si despexi nudum pereuntem & non operui eum:	*Si videbam pereuntem quod absque veste esset, & quod non fuerit operimentum egeno:*
20	Et si non benedixerunt me impotentes , & de tonsura agnorum meorum calefacti sunt humeri eorum:	*Si non benedixerunt mihi lumbi eius , & de vellere ouium mearum calefactus est:*
21	Si leuaui super pupillum manum,confidens,quia mihi est adiutorium multum;	*Si leuaui contra pupillum manum meam, quum viderem in porta auxilium meum:*
22	Discedat humerus meus à iunctura, & brachium meum à cubito confringatur:	*Scapula mea ab humero suo cadat , & brachium meum à canna sua confringatur:*
23	Timor enim Domini continuit me: à prehensione eius non sustinebo:	*Quia pauor mihi erat contritio à Deo , & à celsitudine eius non potuissem eripi.*
24	Si posui aurum in congium meum : quod si & in lapide precioso fidebam:	*Si posui aurum spem meam , & auro dixi , Fiducia mea es:*
25	Si & lætatus sum,cum esset mihi census multus;si & in innumerabilibus posui manum meam.	*Si lætatus sum quod multiplicatæ essent facultates meæ, & quod multum inuenisset manus mea:*
26	An non videmus solem,qui lucebat deficientem, lunam autem decrescentem? non enim in eis est:	*Si vidi solem quando splendebat , & lunam à qua pretiosum abit:*
27	Et si deceptum est clam cor meum: quod & si osculatus sum manum meam,ponens ad os meum;	*Et seduxit sese in obscondito cor meum, & osculata est manus mea os meum:*
28	Et hoc igitur mihi iniquitas maxima computetur ; quod mentitus sum coram Domino altissimo;	*(Etiam hoc fuisset iniquitas indicata, quia abnegassem Deum desuper:)*
29	Quod si & gauisus sum super ruina inimicorum meorum,& dixit cor meum,euge;	*Si lætatus sum in contritione osoris mei , & gestiui quando inuenit eum malum:*
30	Audiat auris mea maledictionem meam, & diffamer à populo meo male affectus.	*Quum ne palatum quidem meum dederim ad peccandum, vt expeterem maledictionem animæ illius.*
31	Quod si & sæpe dixerunt ancillæ meæ, quis vtique det nobis, vt carnibus eius satiemur? cum valde bonus essem:	*Annon dixerunt viri tabernaculi mei , Quis det de carne eius? non saturaremur.*
32	Et foris non manebat hospes : & ostium meum omni venienti patuit.	*Foris namque non pernoctabat peregrinus , ostia mea viatori aperiebam.*
33	Quod si,& cum non sponte peccassem , abscondi peccatum meum :	*Si texi sicut homines reliqui præuaricationes meas, vt absconderem in abdito meo iniquitatem meam:*
34	Non enim expaui turbam multitudinis ; vt non enarrarem coram eis. Aut si dimisi infirmum sinu vacuo exire ianuam meam;	*Nam fregissem multitudinem magnam , & despectio familiarum humiliabat me : & tacui, nec egressus sum de ostio.*
35	Quis mihi tribuat auditorem? & manum Domini si non timui,syngrapham vero,quam habui contra quempiam	*Vtinam haberem audientem me: ecce signum meum est quod Omnipotens testificabitur pro me , & liber quem scripsit vir litis meæ.*
36	In humeris vtique circumponens coronam legebam,	*Nisi super humerum meum portauero illum , ligauero illum pro coronis mihi.*
37	Et si non scindens eam reddidi , nihil accipiens à debitore.	*Numerum gressuum meorum narrabo illi, & tanquam ad ducem, accedam ad illum.*
38	Si super me vnquam terra gemuit , aut si sulci eius plorauerunt simul.	*Si aduersum me terra mea clamet , & pariter sulci eius fleant:*
39	Aut si & virtutem comedi solus sine precio: aut si animam domini terræ recipiens contristaui:	*Si fructum eius comedi absque pecunia , aut animam dominorum eius afflixi:*

Vulgat. Editio.

40 Pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo spina.

Finita sunt verba Iob.

CAP. XXXII.

1 OMiserunt autem tres viri isti respondere Iob, eo quod iustus sibi videretur.
2 Et iratus, indignatusque est Eliu filius Barachel Buzites, de cognatione Ram: iratus est autem aduersum Iob, eo quod iustum se esse diceret coram Deo.
3 Porro aduersum amicos eius indignatus est, eo quod non inuenissent responsionem rationabilem, sed tantummodo condemnassent Iob.
4 Igitur Eliu expectauit Iob loquentem: eo quod seniores essent qui loquebantur.
5 Cum autem vidisset quod tres respondere non potuissent, iratus est vehementer.
6 Respondensque Eliu filius Barachel Buzites, dixit: Iunior sum tempore, vos autem antiquiores, idcirco demisso capite, veritus sum vobis indicare meam sententiam.
7 Sperabam enim quod ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret sapientiam.
8 Sed, vt video, Spiritus est in hominibus, & inspiratio Omnipotentis dat intelligentiam.
9 Non sunt longæui sapientes, nec senes intelligunt iudicium.
10 Ideo dicam: audite me, ostendam vobis etiam ego meam sapientiam.
11 Expectaui enim sermones vestros, audiui prudentiam vestram, donec disceptaremini sermonibus:
12 Et donec putabam vos aliquid dicere, considerabam: sed, vt video, non est qui possit arguere Iob, & respondere ex vobis sermonibus eius.
13 Ne forte dicatis: Inuenimus sapientiam, Deus proiecit eum, non homo.
14 Nil locutus est mihi, & ego non secundum sermones vestros respondebo illi.
15 Extimuerunt, nec responderunt vltra, abstuleruntque à se eloquia.
16 Quoniam igitur expectaui, & non sunt locuti: steterunt, nec vltra responderunt.
17 Respondebo & ego partem meam, & ostendam scientiam meam.
18 Plenus sum enim sermonibus, & coarctat me spiritus vteri mei.
19 En venter meus quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas nouas disrumpit.
20 Loquar, & respirabo paululum: & aperiam labia mea, & respondebo.
21 Non accipiam personam viri, & Deum homini non æquabo.
22 Nescio enim quamdiu subsistam, etsi post modicum tollat me Factor meus.

CAP. XXXIII.

1 AVdi igitur Iob eloquia mea, & omnes sermones meos ausculta.
2 Ecce aperui os meum, loquatur lingua mea in faucibus meis.
3 Simplici corde meo sermones mei, & sententiam puram labia mea loquentur.
4 Spiritus Dei fecit me, & spiraculum Omnipotentis viuificauit me.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

40 *Pro tritico egrediatur spina, & pro hordeo lolium.*

Perfecta sunt verba Iiob.

CAP. XXXII.

1 *ET cessauerunt tres viri isti respondere Iiob, quia ipse erat iustus in oculis suis.*
2 *Et iratus est furor Elihu filij Barachel Buzitæ de familia Ram: in Iiob iratus est furor eius, eo quod iustificaret animam suam magis quam Deum.*
3 *Et in tres amicos eius iratus est furor eius, eo quod non inuenissent responsionem, & condemnauerant Iiob.*
4 *Et Elihu expectauit ipsum Iiob in verbis, quia seniores erant eo tempore.*
5 *Et vidit Elihu quod non erat responsio in ore trium virorum, & iratus est furor eius.*
6 *Et respondit Elihu filius Barachel Buzites, & dixit. Iunior sum tempore, vos autem decrepiti idcirco expaui, & timui indicare opinionem meam vobis.*
7 *Dixi, dies loquentur, & multitudo annorum scire faciet sapientiam.*
8 *Profecto spiritus est in homine, & inspiratio omnipotentis intelligere faciet eа.*
9 *Non honorabiles sunt sapientes, nec senes intelligunt iudicium.*
10 *Ideo dixi, audi me, indicabo opinionem meam etiam ego.*
11 *Ecce expectaui verba vestra, auscultaui vsque ad intelligentias vestras, donec inuestigaretis sermones.*
12 *Et adhuc non considerabam: & ecce non est contra Iiob disceptans, respondens sermonibus eius ex vobis.*
13 *Ne forte diceretis: Inuenimus sapientiam, Deus propulsauit eum, non vir.*
14 *Et non ordinauit Iiob aduersum me sermones: & secundum sermones vestros non respondebo illi.*
15 *Extimuerunt, & non responderunt vltra, remouerunt à se eloquia.*
16 *Et expectaui, sed non locuti sunt: sed steterunt, & non responderunt vltra.*
17 *Respondebo etiam ego partem meam, indicabo opinionem meam etiam ego.*
18 *Plenus enim sum sermonibus, coartauit me spiritus vteri mei.*
19 *Ecce venter meus tanquam vinum, quod non est apertum, sicut vtres noui disrumpitur.*
20 *Loquar, & respiratio erit mihi: aperiam labia mea, & respondebo.*
21 *Non nunc accipiam personam viri, & hominem non cognominabo.*
22 *Nam non noui cognominare: in modico comburat me factor meus, si cognominauero.*

CAP. XXXIII.

1 *ET verumtamen audi quæso Iiob eloquia mea, & omnia verba mea ausculta.*
2 *Ecce nunc aperio os meum, loquitur lingua mea in palato meo.*
3 *Rectitudo cordis mei sunt eloquia mea, & scientiam labia mea puram loquuntur.*
4 *Spiritus Dei fecit me, & spiraculum est ab Omnipotente viuificauit me.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

40 Pro tritico germinet mihi vrtica, & pro hordeo spina.

Et cessauit Iob à verbis.

CAP. XXXII.

* Quæ asteris claudũtur habentur in principio capituli 32. in Bib. Septuag. Romæ edita.

1 CEssauerunt autem & tres amici eius vltra contradicere Iob: erat enim Iob iustus coram eis.
2 Iratus est autem Elius filius Barachiel Buzites de cognatione Ram Ausitidis regionis. Iratus est autem in Iob valde, eo quod pronunciauerat seipsum iustum coram Domino.
3 Et vero aduersus tres amicos iratus est valde, eo quod non potuerant respondere opposita ipsi Iob: & posuerant ipsum esse impium.
4 Elius autem sustinuerat dare responsionem Iob, quoniam seniores eo erant diebus.
5 Et vidit Elius, quod non est reponsio in ore trium virorum, & indignatus est ira sua.
6 Suscipiens autem Elius filius Barachiel Buzites, dixit: Iunior quidem sum tempore, vos autem estis seniores: quare silui timens in vobis annunciare meam ipsius scientiam.
7 Dixi autem, quod non est tempus, quod loquitur, & in multis annis nouerunt sapientiam.
8 Sed spiritus est in hominibus: spiratio autem Omnipotentis est, quæ docet:
9 Non longæui sunt sapientes, neque senes nouerunt iudicium.
10 Quare dixi, audite me, & annunciabo vobis, quæ noui: auribus percipite mea verba.
11 Dicam enim vobis audientibus, quoadusque exquiratis sermones:
12 Et vsque ad vos intelligam, & ecce non erat ipsi Iob qui argueret; qui vicissim responderet verbis eius, ex vobis:
13 Vt ne dicatis, inuenimus sapientiam Domino adiecti:
14 Homini autem permisistis loqui talia verba.
15 Exterriti sunt, non responderunt vltra: veteres fecerunt ex se sermones:
16 Sustinui, non enim locutus sum: quia steterunt, non responderunt.
17 Suscipiens autem Elius ait: rursus loquar.
18 Plenus enim sum verborum: perdit enim me spiritus ventris:
19 Venter autem meus, sicut vter musto feruens ligatus, aut veluti follis ærarij disruptus:
20 Loquar vt requiescam aperiens labia:
21 Hominem enim non verebor: sed neque erga mortalem confundar:
22 Non enim noui admirari facies: alioquin & me tineæ edent.

CAP. XXXIII.

1 VErumtamen audi Iob verba mea, & auribus percipe loquutionem meam.
2 Ecce enim aperui os meum, & locuta est lingua mea.
3 Mundum est cor meum verbis: & intellectus labiorum meorum munda cogitabit:
4 Spiritus diuinus est qui me fecit: spiratio autem Omnipotentis est, quæ docet me:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

Pro tritico egrediatur spina, & pro hordeo lolium.

Finita sunt verba Iiob.

CAP. XXXII.

CEssauerunt itaque tres viri isti respondere Iiob, quia ipse erat iustus in oculis suis.

Et exarsit furor Elihu filij Barachel Buzitæ, de familia Ram, in Iiob: exarsit inquam furor eius, eo quod iustificaret animam suam magis quam Deum.

In tres quoque amicos eius iratus est furor eius, propterea quod non inuenirent responsionem, & tamen condemnassent Iiob.

Porro Elihu expectauit ipsum Iiob in verbis, quia seniores erant ipso diebus.

Videns itaque Elihu quod non esset responsio in ore illorum trium virorum, exarsit furor eius.

Cœpit ergo loqui Elihu filius Barachel Buzites, ac dixit, Paruus sum diebus, vos autem decrepiti: idcirco expaui, & timui indicare opinionem meam vobis.

Dicebam, Dies loquentur, & multitudo annorum notam reddent sapientiam.

Profecto spiritus est in homine, sed inspiratio Omnipotentis intelligere facit eos.

Non honorabiles sunt sapientes, nec senes intelligunt iudicium:

Ideo dixi, Audi me, indicabo scientiam meam etiam ego.

Ecce expectaui verba vestra: auscultaui vsque ad intelligentias vestras, donec inuestigaretis sermones.

Vosque consideraui, & ecce nemo vestrum est qui redarguat Iiob, qui respondeat sermonibus eius.

Ne forte dicatis, Inuenimus sapientiam Deus propellat eum, non homo.

Non equidem ordinauit Iiob aduersum me sermonem: neque verbis vestris respondebo illi.

Extimuerunt, ideo non responderunt vltra, remouerunt à se eloquia.

Expectaui itaque: at quia non loquuntur, sed substiterunt, & non respondent vltra:

Respondebo etiam ego partem meam, indicabo opinionem meam etiam ego.

Plenus enim sum sermonibus, coartat me spiritus vteri mei.

Ecce venter meus tanquam vter vini, qui non est apertus, & sicut vtres noui rumpitur,

Loquar igitur, & respiratio erit mihi: aperiam labia mea, & loquar.

Nequaquam accipiam faciem viri, & ad hominem non mutato nomine loquar.

Non enim noui mutato nomine alloqui: breui comburat me factor meus, si mutato nomine vtar.

CAP. XXXIII.

ET quidem audi quæso Iiob eloquia mea, & omnia verba mea ausculta.

Ecce nunc aperiam os meum, loquetur lingua mea in palato meo.

Rectitudo cordis mei erunt eloquia mea, & scientiam puram labia mea loquentur.

Spiritus Dei fecit me, & spiraculum Omnipotentis viuificauit me.

Vulgat. Editio.

5 Si potes,responde mihi,& aduersus faciem meam
consiste.
6 Ecce,& me sicut & te fecit Deus,& de eodem luto
ego quoque formatus sum.
7 Veruntamen miraculum meum non te terreat,
& eloquentia mea non sit tibi grauis.
8 Dixisti ergo in auribus meis,& vocem verborum
tuorum audiui:
9 Mundus sum ego,& absque delicto:immaculatus,
& non est iniquitas in me.
10 Quia querelas in me reperit, ideo arbitratus est
me inimicum sibi.
11 Posuit in neruo pedes meos,custodiuit omnes se-
mitas meas.
12 Hoc est ergo,in quo non es iustificatus: responde-
bo tibi,quia maior sit Deus homine.
13 Aduersus eum contendis, quod non ad omnia
verba responderit tibi?
14 Semel loquitur Deus, & secundo id ipsum non
repetit.
15 Per somnium in visione nocturna, quando irruit
sopor super homines,& dormiunt in lectulo:
16 Tunc aperit aures virorum, & erudiens eos in-
struit disciplina.
17 Vt auertat hominem ab his,quæ facit, & liberet
eum de superbia:
18 Eruens animam eius à corruptione: & vitam il-
lius,vt non transeat in gladium.
19 Increpat quoque per dolorem in lectulo, & om-
nia ossa eius marcescere facit.
20 Abominabilis ei fit in vita sua panis,& animæ il-
lius cibus ante desiderabilis.
21 Tabescet caro eius, & ossa,quæ tecta fuerant, nu-
dabuntur.
22 Appropinquauit corruptioni anima eius, & vita
illius mortiferis.
23 Si fuerit pro eo Angelus loquens, vnus de milli-
bus vt annunciet hominis æquitatem:
24 Miserebitur eius,& dicet:Libera eum, vt non de-
scendat in corruptionem: inueni in quo ei propi-
tier.
25 Consumpta est caro eius à suppliciis, reuertatur
ad dies adolescentiæ suæ.
26 Deprecabitur Deum, & placabilis ei erit: &
videbit faciem eius in iubilo,& reddet homini iusti-
tiam suam.
27 Respiciet homines,& dicet: Peccaui,& vere deli-
qui,&,vt eram dignus,non recepi.
28 Liberauit animam suam ne pergeret in interi-
tum,sed viuens lucem videret.
29 Ecce hæc omnia operatur Deus tribus vicibus
per singulos.
30 Vt reuocet animas eorum à corruptione, & illu-
minet luce viuentium.
31 Attende Iob,& audi me: & tace,dum ego loquor:
32 Si autem habes quod loquaris, responde mihi:lo-
quere:volo enim,te apparere iustum.
33 Quod si non habes,audi me:tace, & docebo te sa-
pientiam.

CAP. XXXIV.

1 PRonuncians itaque Eliu, etiam hæc locutus
est:
2 Audite sapientes verba mea, & eruditi ausculta-
te me:

Transl.ex Heb. Sanct. Pagn.

5 *Si potueris, responde mihi,dispone,coram me consiste.*
6 *Ecce ego secundum sermonem tuum respondebo pro
Deo, quanquam ex luto formatus sum,*
7 *Ecce formido mea non terrebit te,& percussio mea su-
per te non erit grauis.*
8 *Veruntamen dixisti in auribus meis, & vocem sermo-
num audiui.*
9 *Mundus sum ego absque præuaricatione,innocens sum,
& non est iniquitas mihi.*
10 *Ecce occasiones aduersum me inuenit, reputauit me vt
inimicum sibi.*
11 *Posuit in compede pedes meos,obseruauit omnes semitas
meas.*
12 *Ecce hoc non iustificasti,respondebo tibi, quia maior est
Deus quam homo.*
13 *Cur aduersum eum contendisti, quum omnia sua tibi
non sit locutus?*
14 *Quia vno modo loquitur Deus, & duobus ei qui non
videt illum.*
15 *Per somnium visionis nocturnæ,quando cadit sopor su-
per homines,per dormitationes super cubile.*
16 *Tunc reuelabit aurem hominum,& vinculo suo clau-
det.*
17 *Vt remouere faciat hominem ab opere, & superbiam à
viro tegat.*
18 *Prohibeat animam eius à corruptione, & vitam eius,
ne transeat per gladium.*
19 *Et increpabit in dolore super cubili eius,& in multitu-
dine ossium eius erit fortis dolor.*
20 *Et abominata est vita eius panem, & anima eius ci-
bum desiderabilem.*
21 *Consumetur caro eius à visu,& confringentur ossa eius,
non videbuntur.*
22 *Et appropinquauit corruptioni anima eius, & vita
eius mortificantibus.*
23 *Si fuerit pro eo Angelus eloquens vnus ex mille, vt
annunciet homini rectitudinem eius.*
24 *Et misertus fuerit eius, & dixerit.Redime eum, ne
descendat in corruptionem,inueni propitiationem.*
25 *Tenerior efficietur caro eius carne pueritiæ, reuertetur
ad dies adolescentiæ suæ.*
26 *Orabit ad Deum, & propiciabitur ei, & videbit eius
faciem in iubilo, & reddet homini secundum iustitiam
eius.*
27 *Prospiciet super homines. &* quum quispiam ex eis
*dixerit, peccaui, & rectum peruerti, & non profuit
mihi.*
28 *Redemit animam eius,ne transeat in corruptionem: &
vita eius lucem videbit.*
29 *Ecce omnia ista operabitur Deus, & vicibus tribus
cum viro.*
30 *Vt conuertat animam eius à corruptione, vt illuminet
luce viuentium.*
31 *Attende Iiob,audi me: tace,& ego loquar.*
32 *Si sunt sermones, responde mihi: loquere: quia volo
iustificare te.*
33 *Si non sunt,audi me: tace, & docebo te sapientiam.*

CAP. XXXIV.

1 *ET respondit Elihu,& dixit.*
2 *Audite sapientes sermones meos,& scientes auscultate
me.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

5 Si poteris, da mihi responsionem: ad hæc substine: sta iuxta me, & ego iuxta te.

6 De luto formatus es tu, sicut & ego: ex eodem formati sumus:

7 Non timor meus te turbabit: neque manus mea grauis erit super te.

8 Verumtamen dixisti in auribus meis: vocem verborum tuorum audiui:

9 Quandoquidem dicis, mundus sum, non peccans: sine crimine sum, non enim inique egi:

10 Accusationem autem contra me inuenit: putauit autem me, sicut aduersarium.

11 Posuit autem in ligno pedem meum, & obseruauit omnes vias meas.

12 Quomodo enim dicis; iustus sum, & non exaudiuit me? æternus enim est qui est super homines.

13 Dicis autem: cur iudicium meum non exaudiuit, meum omne verbum?

14 Semel enim loquatur Dominus: secundo autem somnium,

15 Aut in meditatione nocturna: sicut quando incidit sæuus timor in homines in dormitationibus super cubili.

16 Tunc reuelat mentem hominum: in speciebus timoris talibus, eos exterruit:

17 Auertat hominem ab iniustitia: & corpus eius à ruina liberauit,

18 Et pepercit animæ eius à morte, & non cadat ille in bello.

19 Iterum autem arguit eum in languore super cubile & multitudo ossium eius obtorpuit:

20 Et omnem escam frumenti non poterit sumere; & anima eius cibum desiderabit:

21 Quoadusque putruerint eius carnes, & ostenderit ossa sua inania.

22 Appropinquauit autem ad mortem anima eius, & vita eius in inferno:

23 Si fuerint mille angeli mortiferi; vnus eorum non vulnerabit eum:

24 Si cogitauerit corde reuerti ad Dominum, annunciauerit autem homini suum ipsius crimen, & suam stultitiam ostenderit: retinebit ne cadat, & renouabit corpus eius:

25 Sicut tectorium in pariete, & ossa eius implebit medulla: & molliet carnes eius sicut paruuli, & restituet eum virum factum inter homines:

26 Deprecatus autem ad Dominum, & accepta ei erunt: intrabit facie hilari cum professione; reddet autem hominibus iustitiam.

27 Deinde tunc accusabit homo se ipse dicens qualia consummabam? & non digne in me inquisiuit pro iis, quæ peccaui.

28 Salua animam meam, ne veniat in corruptionem: & vita mea lucem videbit.

29 Ecce hæc omnia operatur fortis vias tres cum viro:

30 Et eruit animam meam de morte: vt vita mea in lumine collaudet illum

31 Auribus percipe Iob, & audi me: obmutesce, & ego quidem loquar:

32 Si sunt tibi sermones; responde mihi: loquere, volo enim iustificari te:

33 Sin minus; tu audi me, obmutesce, & docebo te.

CAP. XXXIV.

1 RESpondens autem Elius dixit.

2 Audite me sapientes, qui habetis scientiam, auribus percipite:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

5 *Si possis, responde mihi, dispone, coram me consiste.*

6 *En ego iuxta os tuum pro Deo, è luto formatus sum etiam ego:*

7 *Ecce terror meus non exterrebit te, & manus mea super te non erit grauis.*

8 *Profecto dixisti in auribus meis, & vocem sermonum audiui,*

9 *Mundus ego absque præuaricatione, innocens sum, & non est iniquitas mihi.*

10 *Ecce occasiones aduersum me inuenit, reputat me vt inimicum sibi.*

11 *Posuit in compede pedes meos, obseruat omnes semitas meas.*

12 *Ecce hac via non es iustificatus, respondebo tibi: quia maior est Deus homine.*

13 *Cur aduersum eum contendisti? omnia enim verba sua non loquitur:*

14 *Etenim vno modo loquitur Deus, aut etiam duobus ei qui non viderit illum.*

15 *Per somnium visionis nocturnæ, quando irruit sopor super homines, in dormitationibus super cubile:*

16 *Tunc reuelat aurem hominum, & castigationem eorum quam ob, grauis:*

17 *Vt auferat homo opus, & superbiam à viro abscondat:*

18 *Vt sic prohibeat animam suam à corruptione, & vitam suam ne transeat in gladium.*

19 *Corripitur etiam dolore super cubile suum, & in multitudine ossium eius est fortis dolor.*

20 *Et abominari facit eum vita eius panem, & anima eius cibum desiderabilem.*

21 *Deficit caro eius à visione, & confringentur ossa eius, non videbuntur.*

22 *Et appropinquat corruptioni anima eius, & vita eius mortiferis.*

23 *Si tum fuerit apud eum Angelus interpretans vnum ex mille, vt annunciet homini rectitudinem illius.*

24 *Tunc miserebitur eius, & dicet, Redime illum, ne descendat in corruptionem: inueni propitiationem.*

25 *Tenerior efficietur caro eius carne pueritiæ, reuertetur ad dies adolescentiæ suæ.*

26 *Deprecabitur Deum, & diliget eum, ac videbit eius faciem in iubilo, reddetq; homini iustitiam suam.*

27 *Prospicit super homines: & si quis dixerit, Peccaui, & rectum peruerti, & non profuit mihi:*

28 *Redimet animam eius, ne transeat in corruptionem, & vita eius lucem videbit.*

29 *Ecce omnia ista facit Deus duabus aut tribus vicibus cum viro:*

30 *Vt auertat animam eius à corruptione, & illustretur luce viuentium.*

31 *Attende Iiob, audi me: tace, & ego loquar.*

32 *Si sint sermones, responde mihi: loquere: quia volo iustificare te.*

33 *Si non sunt, tu audi me: tace, & docebo te sapientiam.*

CAP. XXXIV.

1 *ET respondit Elihu, ac dixit.*

2 *Audite gnari sermones meos, & scientes auscultate me.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

* Sup. 12. 11.

* Auris enim verba probat, & guttur escas gustu dijudicat.
Iudicium eligamus nobis, & inter nos videamus quid sit melius.
Quia dixit Iob: Iustus sum, & Deus subuertit iudicium meum.
In iudicando enim me, mendacium est violenta sagitta mea absque vllo peccato.
Quis est vir vt est Iob, qui bibit subsannationem quasi aquam:
Qui graditur cum operantibus iniquitatem, & ambulat cum viris impiis?
Dixit enim: Non placebit vir Deo, etiamsi cucurrerit cum eo.
Ideo viri cordati audite me, absit à Deo impietas, & ab Omnipotente iniquitas.
Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet eis.
Vere enim Deus non condemnabit frustra, nec Omnipotens subuertet iudicium.
Quem constituit alium super terram? aut quem posuit super orbem, quem fabricatus est?
Si direxerit ad eum cor suum, spiritum illius & flatum ad se trahet.
Deficiet omnis caro simul, & homo in cinerem reuertetur.
Si habes ergo intellectum, audi quod dicitur, & ausculta vocem eloquij mei.
Numquid qui non amat iudicium, sanari potest? & quomodo tu eum, qui iustus est, in tantum condemnas?
Qui dicit regi, apostata: qui vocat duces impios:
* Qui non accipit personas principum: nec cognouit tyrannum, cum disceptaret contra pauperem: opus enim manuum eius sunt vniuersi.
Subito morientur, & in media nocte turbabuntur populi, & pertransibunt, & auferent violentum absque manu.
Oculi enim eius super vias hominum, & omnes gressus eorum considerat.
Non sunt tenebræ, & non est vmbra mortis, vt abscondantur ibi qui operantur iniquitatem.
Neque enim vltra in hominis potestate est, vt veniat ad Deum in iudicium.
Conteret multos, & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis.
Nouit enim opera eorum: & idcirco inducet noctem, & conterentur.
Quasi impios percussit eos in loco videntium.
Qui quasi de industria recesserunt ab eo, & omnes vias eius intelligere noluerunt.
Vt peruenire facerent ad eum clamorem egeni, & audiret vocem pauperum.
Ipso enim concedente pacem, quis est qui condemnet? ex quo absconderit vultum, quis est qui contempletur eum: & super gentes, & super omnes homines?
Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.
Quia ergo ego locutus sum ad Deum, te quoque non prohibebo:

* Deu. 10. 17. 2. Par. 19. 7. Sap. 6. 8. Eccli. 35. 16. Ro. 2. 11. Gal. 2. 6. Eph. 6. 9. Col. 3. 25. Act. 10. 34. 1. Pet. 1. 17.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

3 *Quia auris sermones probat, & palatum gustat.*
4 *Iudicium eligamus nobis, sciamus inter nos quid sit bonum.*
5 *Dixit enim Iiob: Iustificaui me, & Deus remouere fecit iudicium meum.*
6 *In iudicio meo mentiar: insanabilis est sagitta plaga mea absque preuaricatione.*
7 *Quis vir sicut Iiob, biberet subsannationem, vt aquam.*
8 *Et iret ad societatem cum operantibus iniquitatem, & ad deambulandum cum hominibus impijs?*
9 *Dixit enim. Non proderit viro, quando cucurrerit ipse per viam rectam cum Deo.*
10 *Ideo viri cordis audite me. Absit à Deo impietas, & ab Omnipotente iniquitas.*
11 *Quia opus hominis reddet ei, & iuxta viam vniuscuiusque inuenire faciet ei.*
12 *Insuper vere Deus non impie faciet, & omnipotens non peruertet iudicium.*
13 *Quem preposuit pro se super terram, & quis posuit orbem vniuersum?*
14 *Si poneret super eum cor suum, spiritum eius, & flatum eius ad se congregaret.*
15 *Obiret omnis caro simul, & homo in terram reuerteretur.*
16 *Et si est intelligentia audi hoc, ausculta vocem eloquiorum meorum.*
17 *Nunquid etiam odio habens iudicium dominabitur? Et nunquid iustum multum, impium facies?*
18 *Nunquid dicendum est regi impius es, impius es principibus?*
19 *Qui non accepit faciem principum, & non est agnitus diues coram paupere: quia opus manuum eius omnes ipsi sunt.*
20 *Subito morientur, & tempore noctem in partes æquales diuidente commouebuntur populi, & transibunt, & remouebunt fortem non vi, sed Dei voluntate.*
21 *Quia oculi eius sunt super vias viri, & omnes gressus eius videt.*
22 *Non sunt tenebræ, nec vmbra mortis, vt lateant ibi operantes iniquitatem.*
23 *Quia non super virum imponet necessitatem amplius, vt vadat ad eum in iudicio.*
24 *Conteret fortes quorum non est inuestigatio, & stare faciet alios pro eis.*
25 *Ideo cognoscere faciet opera eorum, & conuertet diem in noctem, & conterentur.*
26 *Loco ipsorum impios percussit in loco videntium.*
27 *Quod eis vsu venit, quia recesserunt ab eo, & omnes vias eius non intellexerunt.*
28 *Vt venire facerent ad eum clamorem pauperis, & clamorem pauperum audiret.*
29 *Ipse autem requiescere faciet quempiam, & quis contremiscere faciet? & abscondet faciem, & quis intuebitur eum? & super gentem, & super hominem pariter hoc eueniet.*
30 *Eo quod regnat homo impius, eo quod sunt laquei populi.*
31 *Quia de Deo consentaneum est vt dicatur peperci, non destruam.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.		Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
Quia auris sermones probat,& guttur gustat escam.	3	*Quia auris sermones probat, vt palatum gustat ad comedendum.*
Iudicium eligimus nobis, noscamus inter nos, quod bonum:	4	*Iudicium eligamus nobis, & cognoscamus inter nos quidnam bonum.*
Quia dixit Iob,iustus sum: Dominus remouit iudicium meum,	5	*Dixit enim Iiob, Iustus sum, & Deus abstulit iudicium meum.*
Et mentitus est in iudicio meo: violentum iaculum meum sine iniustitia.	6	*De iure meo mentiar? doloris plena est sagitta mea sine praeuaricatione.*
Quis vir, vt Iob bibens subsannationem sicut aquam,	7	*Quis vir sicut Iiob, qui ebiberit subsannationem vt aquam,*
Qui neque peccauit,neque impie egit, aut neque communicauit cum facientibus iniqua:vt ambularet cum impiis?	8	*Et ambulet in societate cum operantibus iniquitatem, & eat cum hominibus impiis?*
Ne enim dixeris,quia non erit visitatio viri:& visitatio ei à Domino.	9	*Dixit enim. Non proderit viro, quando ambulauerit cum Deo.*
Quare intelligentes corde audite me. Absit à me coram Domino impie agere,& coram Omnipotente turbare iustitiam:	10	*Ideo viri cordis audite me. absit à Deo impietas, & ab Omnipotente iniquitas.*
Sed reddat homini, sicut facit vnusquisque eorum:& in semita viri inueniet eum.	11	*Quia iuxta opus hominis reddet ei: & iuxta viam cuiusque inuenire faciet eum.*
Putas autem Dominum absurda facturum? aut Omnipotens turbabit iudicium,	12	*Praeterea sane Deus nihil impie agit, & omnipotens non peruertit iudicium.*
Qui fecit terram? Quis autem est, qui facit eam quae sub caelo,& quae insunt omnia?	13	*Quem praefecit sibi super terram? & quis disposuit orbem vniuersum?*
Nam si velit cohibere,& spiritum apud se detinere;	14	*Si apponeret super eum cor suum, spiritum eius, & flatum eius ad sese colligeret:*
Peribit omnis caro simul: & omnis mortalis in terram abibit;vnde & formatus est:	15	*Interiret omnis caro simul, & homo in terram reuerteretur.*
Sin autem non sis monitus;audi haec auribus,percipe vocem verborum:	16	*Quod si est intelligentia, audi hoc, auribus percipe vocem eloquiorum meorum.*
Vide tu eum,qui odit iniqua,& perdit malignos, esse aeternum iustum.	17	*An etiam odio habens iudicium, dominabitur? & an iustum insignem facies impium?*
Impius est,qui dicit regi iniuste agis, impiissime principibus?	18	*An dicere licet regi, O inique. O impie, principibus?*
Qui non est veritus faciem honorati,neque nouit honorem ponere potentibus, admirari facies eorum.	19	*Tanto minus ei qui non accipit personam principum, neque agnoscitur diues coram paupere: quia opus manuum eius omnes ipsi sunt.*
Vana autem eis euadent,clamasse,& orare virum. Abusi sunt enim inique exhonoratis infirmis.	20	*Subito morientur, aut media nocte commouebuntur populi, ac transibunt, auferentque fortem non manu.*
Ipse enim inspector est operum hominum:	21	*Quia oculi eius sunt super vias viri, & omnes gressus eius videt:*
Latuit autem eum nihil eorum,quae agunt:	22	*Non sunt tenebrae, nec vmbra mortis, vt lateant ibi operantes iniquitatem.*
Neque erit locus vt latitent, qui faciunt iniqua: quoniam non super virum ponet vltra:	23	*Quoniam non posuit super virum quod futurum est vt ambulet ad Deum in iudicio.*
Dominus enim omnes inspicit, qui comprehendit non vestigabilia,& gloriosa,& magnifica, quorum non est numerus:	24	*Conterit fortes quorum non est inuestigatio, & stare facit alios pro eis.*
Qui cognoscit eorum opera,& euertet noctem,& humiliabuntur;	25	*Ideo cognoscere facit opera ipsorum: nam vertetur nox, & contерentur.*
Et extinxit impios: conspicui autem coram eo:	26	*Pro impiis percutit eos in loco videntium:*
Quoniam declinauerunt de lege Dei, & iustificationes eius non cognouerunt;	27	*Propterea quod sic recesserunt ab eo, & omnes vias eius non intellexerunt:*
Perferatur ad eum clamor pauperum: & clamorem mendicorum exaudiet:	28	*Vt peruenire faciat ad sese clamorem pauperis, & clamorem pauperum exaudiat.*
Et ipse quietem dabit; & quis condemnabit? & abscondet faciem, & quis videbit eum? & contra gentes,& contra hominem simul.	29	*Et ipse quietem dabit, & quis exagitabit? si abscondat faciem, quis intuebitur illum? quin & super gentem, & super hominem simul.*
Qui regnare facit hominem hypocritam propter peruersitatem populi:	30	*Eo quod regnet homo hypocrita, & propter offendicula populi.*
Quoniam erga fortem qui dicit,suscepi, non auferam loco pignoris,absque me videbo:	31	*Sane ad Deum qui dicit, Peperci, non destruam:*

Vulgat. Editio.

32 Si erraui, tu doce me: si iniquitatem locutus sum vltra non addam.

33 Nunquid à te Deus expetit eam, quia displicuit tibi? tu enim cœpisti loqui, & non ego: quod si quid nosti melius, loquere.

34 Viri intelligentes loquantur mihi, & vir sapiens audiat me.

35 Iob autem stulte locutus est, & verba illius non sonant disciplinam.

36 Pater mi, probetur Iob vsque ad finem: ne desinas ab homine iniquitatis.

37 Quia addit super peccata sua blasphemiam, inter nos interim constringatur: & tunc ad iudicium prouocet sermonibus suis Deum.

CAP. XXXV.

1 Igitur Eliu hæc rursum locutus est.

2 Numquid æqua tibi videtur tua cogitatio, vt diceres iustior sum Deo?

3 Dixisti enim: Non tibi placet quod rectum est: vel quid tibi proderit, si ego peccauero?

4 Itaque ego respondebo sermonibus tuis, & amicis tuis tecum.

5 Suspice cælum & intuere, & contemplare æthera quod altior te sit.

6 Si peccaueris, quid ei nocebis? & si multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ quid facies contra eum?

7 Porro si iuste egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet?

8 Homini, qui similis tui est, nocebit impietas tua: & filium hominis adiuuabit iustitia tua.

9 Propter multitudinem calumniatorum clamabunt: & eiulabunt propter vim brachij tyrannorum.

10 Et non dixit: Vbi est Deus, qui fecit me, qui dedit carmina in nocte?

11 Qui docet nos super iumenta terræ, & super volucres cæli erudit nos.

12 Ibi clamabunt, & non exaudiet, propter superbiam malorum.

13 Non ergo frustra audiet Deus, & Omnipotens causas singulorum intuebitur.

14 Etiam cum dixeris: Non considerat: iudicare coram illo, & expecta eum.

15 Nunc enim non infert furorem suum, nec vlciscitur scelus valde.

16 Ergo Iob frustra aperit os suum, & absque scientia verba multiplicat.

CAP. XXXVI.

1 Addens quoque Eliu, hæc locutus est:

2 Sustine me paululum, & indicabo tibi: adhuc enim habeo quod pro Deo loquar.

3 Repetam scientiam meam à principio, & operatorem meum probabo iustum.

4 Vere enim absque mendacio sermones mei, & perfecta scientia probabitur tibi.

5 Deus potentes non abijcit, cum & ipse sit potens.

6 Sed non saluat impios, & iudicium pauperibus tribuit.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

32 *Preter illud quod video doce me: Si iniquitatem operatus sum, non addam.*

33 *Nunquid* conuenit vt à te egrediatur præuaricatio *ob quam reddat* tibi Deus malum, *quia renuisti* conuerti, *quia tu elegisti* viam hanc, *& non ego: & quod nosti loquetur.*

34 *Viri cordati dicant mihi, & vir sapiens audiat me.*

35 *Iiob non cum scientia loquitur, & verba eius non sunt cum intellectu.*

36 *Deus pater mi probetur Iiob vsque in seculum: propter responsiones ad v ros iniquos.*

37 *Quia addit super peccato suo præuaricationem, inter nos non plaudit, & multiplicat sermones suos ad Deum.*

CAP. XXXV.

1 *Et respondit Elihu, & dixit.*

2 *Nunquid hoc putasti secundum iudicium? dixisti, iustior sum Deo.*

3 *Quia dixisti. Quid proderit tibi, quid accipiam vtilitatis de peccato meo.*

4 *Ego respondebo tibi sermones, & amicis tuis tecum.*

5 *Suspice cœlum & vide, & intuere cœlos, qui altiores sunt te.*

6 *Si peccaueris, quid operaberis contra eum? & si multiplicatæ fuerint præuaricationes tuæ, quid facies ei?*

7 *Si iustus fueris, quid dabis ei, vel quid de manu tua accipiet?*

8 *Viro sicut tu impietas tua nocebit, & filio hominis iustitia tua proderit.*

9 *Propter multitudinem eorum quibus vi auferunt bona, quos clamare faciunt, clamabunt ad dominum propter brachium multorum.*

10 *Et non dixit quispiam ex eis vbi est Deus factor meus, qui dat cantica in nocte.*

11 *Qui docet nos præ iumentis terræ, & præ volatili cæli sapientes efficit nos.*

12 *Ibi clamabunt, & non exaudiet, propter superbiam malorum.*

13 *Veruntamen mendacium est quod non audiat Deus, & omnipotens non intueatur illud.*

14 *Etiam quod dixeris non videbit eum fac iudicium coram eo, & spera in eo.*

15 *Et nunc quia paululum visitauit eum ira eius, non cognouit multitudinem valde peccatorum suorum.*

16 *Et Iiob vane aperuit os suum, absque scientia sermones multiplicauit.*

CAP. XXXVI.

1 *Et addidit Elihu, & dixit.*

2 *Expecta me paululum, & indicabo tibi, quia adhuc pro Deo sunt sermones.*

3 *Sumam scientiam meam à longinquo, & operatori meo dabo iustitiam.*

4 *Nam vere non sunt mendacium sermones mei, Deus perfectus scientijs est tecum.*

5 *Ecce Deus fortis, & non abijciet fortem potentia cordis.*

6 *Non viuificabit impium, & iudicium pauperum tribuet.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

32 Tu ostende mihi, si iniustitiam operatus sum: non adijciam:
33 Nunquid à te reddet eam, quia tu repelles, quoniam tu eliges, & non ego? & quid nosti, loquere:

34 Quare intelligentes corde dicent hæc, & vir sapiens audiuit verbum meum.
35 Iob autem non in intellectu locutus est: verba eius non in scientia:
36 Verumtamen disce Iob, ne dederis vltra responsionem, sicut insipientes:
37 Vt me adijciamus super peccata nostra, & iniquitas super nos computabitur multa loquentibus verba contra Dominum.

C A P. XXXV.

1 RESpondens autem Elius ait:
2 Quare hoc existimasti in iudicio? tu quis es, quia dixisti, iustus sum, ante conspectum Domini?
3

Quæ n. 3. signari deberent vt responderet nostræ vulgatæ desunt in Transl. ex Sep. Roma.

4 Ego tibi dabo responsionem, & istis tribus amicis tuis.
5 Aspice in cælum, & vide: respice autem in nubes quam altæ sint à te:
6 Si peccasti, quid ages? quod si & multa inique egisti, quid potes facere?
7 Quoniam igitur iustus es? quid dabis ei? aut quid de manu tua accipiet?
8 Viro simili tui impietas tua, & filio hominis iustitia tua.
9 A multitudine calumniis appetiti vociferabuntur: clamabunt à brachio multorum.
10 Et non dixit, vbi est Deus qui fecit me, qui distribuit custodias nocturnas,
11 Qui separat me à quadrupedibus terræ, & à volatilibus cæli?
12 Ibi vociferabuntur, & non exaudies, & ab iniuria malorum?
13 Absurda enim non vult Dominus videre: ipse enim Omnipotens perspector est eorum, qui consummant iniqua, & saluabit me:
14 Iudicare autem coram eo, si potes collaudare eum, sicuti est,
15 Et nunc, quia non est visitans iram suam, neque cognouit delictum aliquod vehementer.
16 Et Iob vane aperit os suum: in ignorantia verba aggrauat.

C A P. XXXVI.

1 ADijciens autem adhuc Elius ait:
2 Sustine me pusillum adhuc, vt te doceam; adhuc enim est in me sermo:
3 Suscipiens scientiam meam, de longe: operibus autem meis, quæ iusta sunt loquar,
4 In veritate, & non iniusta verba, iniuste intelliges.
5 Cognosce autem, quia Dominus non abijciet innocentem:
6 Fortis robore cordis non viuificabit impium: & iudicium pauperum dabit:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

32 *Absque eo quod video, doce me: si iniquitatem feci, non addam.*
33 *An à te quod perficiat illam tuam abominatus es, quia tu elegisti, at non ego: sed nosti loqui.*
34 *Viri cordati dicent mihi, & vir sapiens audiet me.*
35 *Iiob non cum scientia loquitur, & verba eius non sunt cum intellectu.*
36 *Pater mi, probetur Iiob vsque in seculum, pro responsionibus in viros iniquos.*
37 *Quandoquidem addit peccato suo impietatem, ac inter nos plaudit, & multiplicat sermones suos contra Deum.*

C A P. XXXV.

1 *TVm respondit Elihu, ac dixit,*
2 *An hoc putas æquum esse quod dixeris, Iustior sum Deo.*
3 *Dixisti enim, Quid proderit tibi, quid accipiam vtilitatis de expiatione mea?*
4 *Ego respondebo tibi sermones, & sodalibus tuis tecum.*
5 *Aspice cœlum & vide, ac intuere cælos quomodo altiores sunt te.*
6 *Si pecces, quid facies aduersus eum? & si multiplicatæ fuerint præuaricationes tuæ, quid facies ei?*
7 *Si iustus sis, quid dabis ei, vel quid de manu tua accipiet?*
8 *Viro simili tibi impietas tua nocebit, & filio hominis iustitia tua proderit.*
9 *De multitudine calumniam patientium quos clamare faciunt, & vociferantur propter brachium fortium:*
10 *Nullus dicit, Vbi est Deus factor meus qui dat cantica in nocte?*
11 *Qui docet nos præ iumentis terræ, & præ volatili cæli sapientes efficit nos.*
12 *Tunc clamant, & non exaudit, propter superbiam malorum.*
13 *Profecto mendacium non exaudiuit Deus, & Omnipotens non intuetur illud.*
14 *Etiamsi dicas quod non videbis eum, iudicium sit coram eo, & spera in eo.*
15 *Nunc autem scito quod paululum visitauit te ira eius, neque nouit multum admodum.*
16 *Iiob igitur vane aperit os suum, & absque scientia sermones multiplicat.*

C A P. XXXVI.

1 *ADdidit autem Elihu, ac dixit,*
2 *Expecta me paululum, & indicabo tibi, quia adhuc pro Deo sunt sermones.*
3 *Assumam scientiam meam de longe, & factori meo dabo iustitiam.*
4 *Reuera enim non sunt mendacium sermones mei, Deus perfectus scientiis est apud te.*
5 *Ecce Deus fortis, non abijcit fortem virtute cordis.*
6 *Non viuificat impium, iudicium autem pauperum dat.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
Non auferet à iusto oculos suos, & reges in solio collocat in perpetuum, & illi eriguntur.	7	*Non prohibebit à iusto oculos suos, & cum regibus in solio, & collocabit eos in perpetuum, & exaltabuntur.*
Et si fuerint in catenis, & vinciantur funibus paupertatis.	8	*Et si vincti fuerint compedibus & capti fuerint funibus afflictionis.*
Indicabit eis opera eorum, & scelera eorum, quia violenti fuerunt.	9	*Nunciabit eis opus eorum, & preuaricationes eorum, quia roboratæ sunt.*
Reuelabit quoque aurem eorum, vt corripiat: & loquetur, vt reuertantur ab iniquitate.	10	*Et reuelabit aurem eorum propter correctiones, & dicet quod reuertantur ab iniquitate.*
Si audierint, & obseruauerint, complebunt dies suos in bono, & annos suos in gloria:	11	*Si paruerint, & seruierint ei, finient dies suos in bono, & annos suos in delectationibus.*
Si autem non audierint, transibunt per gladium & consumentur in stultitia.	12	*Et si non audierint per gladium transibunt, & morientur absque cognitione.*
Simulatores & callidi prouocant iram Dei, neque clamabunt cum vincti fuerint.	13	*Et impij corde ponent furorem super se, non clamabunt, cum alligauerit eos.*
Morietur in tempestate anima eorum, & vita eorum inter effeminatos,	14	*Morietur in adolescentia anima eorum, & vita eorum inter scortatores.*
Eripiet de angustia sua pauperem, & reuelabit in tribulatione aurem eius.	15	*Eruet pauperem à paupertate sua, & reuelabit in oppressione aurem eorum.*
Igitur saluabit te de ore angusto latissime, & non habente fundamentum subter se: requies autem mensæ tuæ erit plena pinguedine.	16	*Et etiam si remouit te ab ore angustiæ ad latitudinem non angustam pro eo: & mappam, vasaque mensæ tuæ repleuit pinguedine.*
Causa tua quasi impij iudicata est, causam iudiciumque recipies.	17	*Et iudicium impij impleuisti, causam, & iudicium sustentant impij.*
Non te ergo superet ira, vt aliquem opprimas: nec multitudo donorum inclinet te.	18	*Quia ira est, ne forte è mundo remoueat te flagello, & multitudo precij non declinare faciet te.*
Depone magnitudinem tuam absque tribulatione, & omnes robustos fortitudine.	19	*Nunquid æstimabit diuitias tuas? non aurum, nec omnes fortitudines potentiæ?*
Ne protrahas noctem, vt ascendant populi pro eis.	20	*Ne cogites nocte excidere populos è loco ipsorum.*
Caue ne declines ad iniquitatem: hanc enim cœpisti sequi post miseriam.	21	*Caue ne aspicias ad iniquitatem: quia hanc elegisti propter afflictionem.*
Ecce Deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus.	22	*Ecce Deus eruet hominem potentia sua, quis sicut ipse docens?*
Quis poterit scrutari vias eius? aut quis potest ei dicere: Operatus es iniquitatem?	23	*Quis constitutus est super eum, vt doceat eum viam suam? Et quis dixit, operatus est iniquitatem.*
Memento quod ignores opus eius, de quo cecinerunt viri.	24	*Memento vt magnifices opus eius, quod intuiti sunt homines.*
Omnes homines vident eum, vnusquisque intuetur procul.	25	*Omnes homines viderunt illud, homo intuebitur à longe.*
Ecce, Deus magnus vincens scientiam nostram, numerus annorum eius inæstimabilis.	26	*Ecce Deus magnus, & eum non sciemus. Numeri annorum eius, non est inuestigatio.*
Qui aufert stillas pluuiæ, & effundit imbres ad instar gurgitum.	27	*Quia prohibebit stillas aquarum, stillabunt nubes cum voluerit pluuiam ad vaporem eius.*
Qui de nubibus fluunt, quæ prætexunt cuncta desuper.	28	*Quam stillabunt nubes, stillabunt super homines affluenter.*
Si voluerit extendere nubes quasi tentorium suum.	29	*Insuper nunquid intelliget differentias nubium, tonitrua firmamenti sui?*
Et fulgurare lumine suo desuper, cardines quoque maris operiet:	30	*Ecce extendit super nubes lumen suum, & radicis maris operuit.*
Per hæc enim iudicat populos, & dat escas multis mortalibus.	31	*Quia per ipsas iudicabit populos, dabit escam affluenter.*
In manibus abscondit lucem, & præcipit ei vt rursus adueniat.	32	*Nubibus operuit lucem, & præcepit eis vt pluant propter orantem.*
Annunciat de ea amico suo, quod possessio eius sit, & ad eam possit ascendere.	33	*Annunciabit ei amicus eius: tonitruus erit in nube ascendente.*

Tranſl. ex Septuag.		Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
Non auferet à iuſto oculos ſuos: & cum regibus in ſolio: & ſedere eos faciet in victoria, & exaltabuntur:	7	*Non prohibet à iuſto oculos ſuos, & cum Regibus in ſolio collocat eos in perpetuum, ac exaltantur.*
Et qui compediti ſunt in compedibus, capientur in funibus paupertatis:	8	*Quod ſi vincti fuerint compedibus aut irretiti fuerint funibus paupertatis,*
Et annunciabit eis opera eorum, & delicta eorum, quoniam valebunt:	9	*Tunc annuntiat eis opus eorum, & quod præuaricationes eorum roboratæ ſint.*
Sed iuſtum exaudiet; & dixit: quia conuertentur ab iniquitate:	10	*Et reuelat aurem eorum ad correctionem, dicitq́ vt reuertantur ab iniquitate.*
Si audierint, & ſeruierint; complebunt dies ſuos in bonis, & annos ſuos in decoribus:	11	*Si paruerint, & ſeruierint, conſument dies ſuos in bono, & annos ſuos in delectationibus.*
Impios vero non facit ſaluos, eo quod noluerunt ſcire Dominum, & quod, cum monerentur, inobedientes erant,	12	*Si vero non audierint, in enſem tranſibunt, & morientur ſine ſcientia.*
Et hypocritæ corde ordinabunt furorem: non clamabunt, quia ligauit eos.	13	*Ceterum impii corde tribuunt furorem, neque clamant quum alligauerit eos.*
Moriatur ergo in iuuentute anima eorum: & vita eorum vulnerata ab angelis,	14	*Morietur in adoleſcentia anima eorum, & vita eorum inter ſcortatores.*
Eo quod tribulauerunt infirmum, & inualidum: iudicium vero manſuetorum exponet:	5	*Eruet autem pauperem à paupertate ſua, & reuelabit aurem eorum in oppreſſione.*
Et ſuperdecepit te ab ore inimici: abyſſus, effuſio ſub ea, & deſcendit menſa tua plena pinguedine:	16	*Quinetiam remouiſſet te de ore anguſtiæ in latitudinem, ſub qua nulla eſt anguſtia: & requies menſæ tuæ plena pinguedine.*
Non deficiet autem à iuſtis iudicium,	17	*At vero iudicio impii repleuiſti iuſtitiam & iudicium quæ ſuſtentant.*
Et ira ſuper impios erit propter impietatem munerum, quæ accipiebant ſuper iniquitatibus.	18	*Certe ira eſt tibi, ne auferat te flagello: & magnitudo redemptionis non faciet te declinare.*
Non te auertat voluntaria mens à prece infirmorum, cum in neceſſitate fuerint: & omnes qui tenent fortitudinem,	19	*Nunquid æſtimabit diuitias tuas? non aurum, neque omnes vires potentiæ?*
Noli extrahere per noctem, vt aſcendant populi pro eis:	20	*Ne anxius ſis noctu quomodo excidat populos in loco ſuo.*
Sed cura, ne facias indecentia; ſuper his enim elegiſti ab inopia.	21	*Caue ne aſpicias ad iniquitatem: quia hoc delegiſti præ paupertate.*
Ecce fortis roborabit in fortitudine ſua: quis enim eſt, ſicut ille, potens?	22	*Ecce Deus exaltabit potentia ſua: quis ſimilis illi docens?*
Et quis eſt, qui diſcutiat opera eius? aut quis eſt qui dicat, fecit iniuſta?	23	*Quis conſtitutus eſt ſuper eum, vt doceat eum viam ſuam? & quis dixit, Feciſti iniquitatem?*
Memento, quia magna ſunt opera eius, quorum dominati ſunt viri:	24	*Memento vt magnifices opus eius quod contemplantur homines.*
Omnis homo vidit in ipſo, quicumque vulnerati ſunt mortales.	25	*Quodq́ omnes homines vident & homo intuetur eminus.*
Ecce fortis multus, & neſciemus: Numerus annorum eius & infinitus:	26	*Ecce Deus magnus eſt, & non cognoſcimus eum, numerum annorum eius, nec eſt inueſtigatio.*
Numerabiles autem ei ſtillæ pluuiæ: & effundentur ad pluuiam in nube:	27	*Quum prohibuerit ſtillas aquarum, effundent pluuiam ad vaporem illius:*
Fluent antiquitates: obumbrauerunt autem nubes ſuper innumerabili homine: horam conſtituit iumentis: & ſciunt cubilis ordinem. In his omnibus non obſtupeſcit animus tuus, nec mutatur cor tuum à corpore:	28	*Quia ſtillant è nubibus, ſtillant inquam ſuper homines affluenter.*
Et ſi conſtiterit extenſio nubis, æqualitatem tabernaculi,	29	*Inſuper an intelliget differentias nubium, tonitrua firmamenti eius?*
Ecce extendit ſuper eum: Edo, & radices maris contexit.	30	*Ecce extendit ob id lumen ſuum, & radices maris operit.*
In eis enim iudicabit populos: dabit eſcam valido:	31	*Nam per ipſas iudicat populos, dat eſcam affluenter.*
In manibus contexit lumen, & mandauit de ea in occurrenti:,	32	*Super nubes tegit lucem, & præcipit propter illud de occurrente.*
Annunciabit de eo amicum ſuum Dominus: poſſeſſio, & de iniuſtitia.	33	*Tunc annuntiat de eo ſocius eius: tuncq́ acquiſitio iræ eſt ſuper aſcendentem.*

(∴)

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. XXXVII.

1 SVper hoc expauit cor meum, & emotum est de
loco suo.
2 Audite auditionem in terrore vocis eius, & so-
num de ore illius procedentem.
3 Subter omnes cælos ipse considerat, & lumen il-
lius super terminos terræ.
4 Post eum rugiet sonitus, tonabit voce magnitu-
dinis suæ: & non inuestigabitur, cum audita fuerit
vox eius.
5 Tonabit Deus in voce sua mirabiliter, qui facit
magna & inscrutabilia.
6 Qui præcipit niui vt descendat in terram & hie-
mis pluuiis, & imbri fortitudinis suæ.
7 Qui in manu omnium hominum signat, vt no-
uerint singuli opera sua.
8 Ingredietur bestia latibulum, & in antro suo
morabitur.
9 Ab interioribus egredietur tempestas, & ab Ar-
cturo frigus.
10 Flante Deo concrescit gelu, & rursum latissimæ
funduntur aquæ.
11 Frumentum desiderat nubes, & nubes spargunt
lumen suum.
12 Quæ lustrant per circuitum, quocumque eas vo-
luntas gubernantis duxerit, ad omne quod præce-
perit illis super faciem orbis terrarum:
13 Siue in vna tribu, siue in terra sua, siue in quo-
cumque loco misericordiæ suæ eas iusserit inue-
niri.
14 Ausculta hæc Iob: sta, & considera mirabilia
Dei.
15 Numquid scis quando præceperit Deus pluuiis, vt
ostenderent lucem nubium eius?
16 Numquid nosti semitas nubium magnas, & per-
fectas scientias?
17 Nonne vestimenta tua calida sunt, cum perflata
fuerit terra Austro?
18 Tu forsitan cum eo fabricatus es cælos, qui soli-
dissimi quasi ære fusi sunt.
19 Ostende nobis quid dicamus illi: nos quippe in
uoluimur tenebris.
20 Quis narrabit ei quæ loquor? etiam si locutus
fuerit homo, deuorabitur.
21 At nunc non vident lucem: subito aer cogetur
in nubes, & ventus transiens fugabit eas.
22 Ab Aquilone aurum venit, & ad Deum formido-
losa laudatio.
23 Digne eum inuenire non possumus: magnus
fortitudine, & iudicio, & iustitia & enarrari non
potest.
24 Ideo timebunt eum viri, & non audebunt con-
templari omnes, qui sibi videntur esse sapientes.

CAP. XXXVIII.

1 REspondens autem Dominus Iob de turbine
dixit:
2 Quis est iste inuoluens sententias sermonibus
imperitis?
3 Accinge sicut vir lumbos tuos: interrogabo te, &
responde mihi.
4 Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ? in-
dica mihi si habes intelligentiam.
5 Quis posuit mensuras eius, si nosti? vel quis te-
tendit super eam lineam?

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. XXXVII.

1 *ETiam super hunc expauescit cor meum, & remoue,*
se è loco suo.
2 *Audite audiendo cum tremore sonitum eius, & fulgur*
quod ex ore eius egreditur.
3 *Subter omne cœlum directio eius, & fulgur eius super*
extrema terra.
4 *Post ipsum rugiet sonitu, tonabit sonitu magnitudinis*
sua: & non tardabit ea cum auditus fuerit sonitus eius.
5 *Tonabit Deus voce sua mirabilia, & nesciemus.*
6 *Quia niui dicet, esto super terram, & imbri pluuia:*
& imbri pluuia fortitudinis sua.
7 *Vehementia omnes homines claudet, vt sciant omnes*
homines opus suum.
8 *Et ingredietur bestia latibulum, & in habitaculis suis*
habitabit.
9 *A meridie veniet turbo, & à ventis Aquilonaribus*
qui dispergunt nubes veniet frigus.
10 *A voluntate Dei dabitur gelu, & latitudo aquarum*
in angusto loco.
11 *Etiam propter irrigationem terra defatigabit Deus*
nubem, spargere faciet nubem pluuiam suam,
12 *Et ipsa in circuitu se voluit consilijs eius, vt operetur*
omnia qua præcipit ei super faciem orbis in terra.
13 *Tum propter flagellum, tum propter terram suam,*
tum propter misericordiam inuenire faciet pluuiam.
14 *Ausculta hoc Iiob, sta & intellige mirabilia Dei.*
15 *Nunquid nosti quando posuit decretum super his, &*
illustrare fecit pluuiam nubis eius?
16 *Nunquid nosti differentias nubis, mirabilia perfecti*
scientiis?
17 Nunquid nosti *cur vestimenta tua sunt calida, cum*
requieuerit terra à meridie?
18 *Nunquid extendisti cum eo cœlos qui sunt fortes sicut*
speculum fusum?
19 *Ostende nobis quid dicamus ei: non proponemus verba*
propter tenebras.
20 *Nunquid narrabitur ei, quum locutus fuero? num di-*
xit quispiam quum perditus est?
21 *Et nunc non viderunt lumen lucidum in cœlis, & ven-*
tus transiuit & purificauit eos.
22 *Ab Aquilone ventus purus vt aurum veniet, propter*
Deum terribilem gloriosum.
23 *Omnipotens quem non inuenimus: magnus est potentia*
& iudicio, & magna iustitia & non affliget.
24 *Ideo timebunt eum homines. Non videbunt eum omnes*
sapientes corde.

CAP. XXXVIII.

1 *ET respondit Dominus ipsi Iiob de turbine, & dixit.*
2 *Quis est iste tenebrefaciens consilium sermonibus abs-*
que scientia?
3 *Accinge sicut vir lumbos tuos, & interrogabo te, &*
scire facies me.
4 *Vbi fuisti quando fundabam terram? Annuntia si nosti*
intelligentiam.
5 *Quis posuerit mensuram eius si nosti, vel quis exten-*
derit super eam lineam.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

CAP. XXXVII.

1 ET ab hac turbatum est cor meum,& effluxit de loco suo:
2 Audi auditionem in ira furoris Domini : & meditatio de ore eius egredietur:
3 Subter vniuersum cælum principium eius, & lumen eius super alas terræ:
4 Post eum clamabit voce,tonabit in voce superbiæ suæ : & non commutabit eos , quoniam audiet vocem eius:
5 Tonabit fortis in voce sua mirabiliter.Fecit enim magna, quæ nesciebamus:
6 Præcipiens niui,esto super terram : & tempestas pluuiæ,& tempestas pluuiarum potestatis eius?
7 In manu omnis hominis signat : vt sciat omnis homo infirmitatem suam.
8 Introierunt autem bestiæ sub tegmen, & quieuerunt super cubile.
9 De promptuariis superueniunt dolores, & ab extraneis partibus frigus:
10 Et à spiratione fortis dabit gelu: gubernat autem aquam,qualiter illi placuerit;
11 Et electum formæt nubes : disperget nubilum lucem eius,
12 Et ipse circuitus transuertet , peruertet in Theebulathoth:in opera eorum omnia quæ mandauerit eis.
13 Hæc constituta sunt ab eo super terram , siue in disciplinam,siue in terram suam; si in misericordia inueniet eum.
14 Auribus percipe hæc Iob: Sta commonitus virtutem Domini.
15 Scimus , quia posuit Deus opera sua, cum faceret lumen de tenebris:
16 Scit autem differentiam nubium & ingentes lapsus malorum.
17 Tua vero stola est calida : quiescit vero super terram:
18 Firmationes cum eo in antiquitates validæ , vt visio est unsionis.
19 Quare doce me , quid dicemus ei : & requiescamus multa dicentes.
20 Nunquid liber , & scriba astitit mihi, vt stans faciam hominem tacere?
21 Omnibus autem non est visibile lumen · splendidum est in antiquitatibus , sicut quod ab eo super nubes.
22 Ab Aquilone nubes coloris aurei.In his magna est gloria,& honor Omnipotentis:
23 Et non inuenimus alium similem virtuti eius. Qui iusta iudicat,non putas exaudire eum?
24 Propterea timebunt eum homines : timebunt quoque eum & sapientes corde.

CAP. XXXVIII.

1 ET postquam quieuit Elius loqui ; dixit Dominus ad Iob per turbinem,& nubes.
2 Quis est hic,qui celat me , consilium, continens autem sermones in corde,& me putat celare?
3 Accingere tanquam vir lumbum tuum. Interrogabo autem te:tu autem responde mihi.
4 Vbi eras , cum fundarem terram ? indica autem mihi,si nosti scientiam.
5 Quis posuit mensuras eius, si nosti ? aut quis est, qui induxit super eam funiculum?

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAP. XXXVII.

1 *INsuper ad id expauescit cor meum , & mouetur è loco suo.*
2 *Aud te audiendo cum tremore vocem eius,& eloquium quod ex ore eius egreditur.*
3 *Sub toto cælo dirigit illud, & lumen eius super extrema terræ.*
4 *Post ipsum rugit sonitu & tonat voce superbiæ suæ:neque retardat illa quum exauditur vox eius.*
5 *Tonat Deus voce sua mirabilia:facit maxima , & non intelligimus.*
6 *Qui a niui dicit, Esto super terram : & imbri pluuiæ, imbri quoque pluuiæ fortitudinis suæ.*
7 *Vehementia omnem hominem recludit quominus recognoscat homo omnes homines operis sui.*
8 *Et ingreditur bestia latibulum , & in habitaculis suis habitat.*
9 *De intima nube prodit turbo, & à ventis Aquilonaribus prouenit frigus.*
10 *Pro voluntate Dei dat gelu, & latitudinem aquarum in angustia.*
11 *Etiam propter irrigationem terræ defatigat nubem, dispergit nubem luminis eius.*
12 *Ipsa quoque in circuit[illegible]voluitur machinis eius , vt efficiant illa quæ præceperit eis super faciem orbis in terra.*
13 *Siue in flagellum , siue propter terram suam , siue propter misericordiam excipere facit pluuiam.*
14 *Ausculta istud Iiob,sta & intellige mirabilia Dei.*
15 *Num nosti quum disponeret Deus de illis , & leuare faceret lumen nubis eius?*
16 *Num nosti differentias nubis mirabilia perfecti scientiis?*
17 *Num quod vestimenta tua essent calida, quum quiesceret terra à Meridie?*
18 *Num extendisti cum eo cælos qui sunt fortes sicut speculum fusum?*
19 *Ostende nobis quid dicamus illi : non disponemus sermonem propter tenebras.*
20 *Num narrabitur ei quando loquar? num loquetur aliquis quum perdetur?*
21 *Nunc quoque non viderunt lumen lucidum quod est in cælis:at ventus transit & repurgat illud.*
22 *Ab Aquilone aurum veniet , propter Deum terribilem laude.*
23 *Omnipotens quem non inuenimus , magnus est potentia & iudicio , ac multitudine iustitiæ : propterea non affligit.*
24 *Idcirco timebunt eum homines : non videbit propterea omnes sapientes corde.*

CAP. XXXVIII.

1 *ET alloquutus est Iehouah ipsum Iiob de ipso turbine, atque dixit,*
2 *Quis est iste qui obscurat consilium sermonibus sine cognitione?*
3 *Accinge nunc sicut vir lumbos tuos:interrogabo te , & notifica mihi.*
4 *Vbinam eras quando fundabam terram ? annuntia si nosti intelligentiam.*
5 *Quis disposuit mensuras eius quod noscas?aut quis extendit super eam lineam?*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

6 Super quo bases illius solidatæ sunt? aut quis de-
misit lapidem angularem eius,
7 Cum me laudarent simul astra matutina, & iubi-
larent omnes filij Dei?
8 Quis conclusit ostiis mare: quando erumpebat
quasi de vulua procedens:
9 Cum ponerem nubem vestimentum eius,& cali-
gine illud quasi pannis infantiæ obuoluerem?
10 Circumdedi illud terminis meis,& posui vectem,
& ostia;
11 Et dixi: Vsque huc venies, & non procedes am-
plius,& hic confringes tumentes fluctus tuos.
12 Nunquid post ortum tuum præcepisti diluculo,
& ostendisti auroræ locum suum?
13 Et tenuisti concutiens extrema terræ, & excussi-
sti impios ex ea?
14 Restituetur vt lutum signaculum, & stabit sicut
vestimentum:
15 Auferetur ab impiis lux sua, & brachium excel-
sum confringetur.
16 Numquid ingressus es profunda maris, & in no-
uissimis abyssi deambulasti?
17 Numquid apertæ sunt tibi portæ mortis, & ostia
tenebrosa vidisti?
18 Numquid considerasti latitudinem terræ? indica
mihi,si nosti,omnia,
19 In qua via lux habitet, & tenebrarum quis locus
sit:
20 Vt ducas vnumquodque ad terminos suos, & in-
telligas semitas domus eius.
21 Sciebas tunc quod nasciturus esses? & numerum
dierum tuorum noueras?
22 Numquid ingressus es thesauros niuis, aut the-
sauros grandinis aspexisti?
23 Quæ præparaui in tempus hostis, in diem pugnæ
& belli?
24 Per quam viam spargitur lux,diuiditur æstus su-
per terram?
25 Quis dedit vehementissimo imbri cursum, &
viam sonantis tonitrui,
26 Vt plueret super terram absque homine in deser-
to,vbi nullus mortalium commoratur.
27 Vt impleret inuiam & desolatam, & produceret
herbas virentes?
28 Quis est pluuiæ pater? vel quis genuit stillas ro-
ris?
29 De cuius vtero egressa est glacies? & gelu de cælo
quis genuit?
30 In similitudinem lapidis aquæ durantur, & su-
perficies abyssi constringitur.
31 Numquid coniungere valebis micantes stellas
Pleiadas,aut gyrum Arcturi poteris dissipare?
32 Numquid producis Luciferum in tempore suo,
& Vesperum super filios terræ consurgere facis?
33 Numquid nosti ordinem cæli, & pones rationem
eius in terra?
34 Numquid eleuabis in nebula vocem tuam,& im-
petus aquarum operiet te?
35 Numquid mittes fulgura,& ibunt,& reuertentia
dicent tibi:Adsumus?
36 Quis posuit in visceribus hominis sapientiam?
vel quis dedit gallo intelligentiam?
37 Quis enarrabit cælorum rationem, & concen-
tum cæli quis dormire faciet?
38 Quando fundebatur puluis in terra, & glebæ
compingebantur?
Numquid capies leænæ prædam, & animam ca-
39 tulorum eius implebis,

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Super quo bases eius submersæ sunt? aut quis iecerit lapidem angularem.

Cum laudarent pariter stellæ matutinæ, & iubilarent filij Dei?

Et quis clausit ostiis mare: quando egreditur veluti filius è vulua, egreditur.

Quando posui nubem vt vestimentum, & caliginem velut fasciam eius.

Et decreui super eo decretum meum, & posui vectem, & ostia.

Et dixi, Hucusque venies, & non addes, vt transeas. Et hic pones elationem fluctuum tuorum.

Nunquid à diebus tuis præcepisti diluculo, scire fecisti auroram locum suum?

Vt apprehendas extrema terræ, & excutiantur impij ex ea.

Vertet se terra sicut lutum sigilli, & stabunt sicut vestimentum.

Et prohibebitur ab impijs lux eorum, & brachium excelsum confringetur.

Nunquid ingressus es vsque ad profunda maris, & in inuestigationem voraginis ambulasti?

Nunquid detectæ sunt tibi portæ mortis & portas vmbræ mortis vidisti?

Nunquid intellexisti vsque ad latitudines terræ? indica si nosti totam ipsam.

Vbi est via in qua habitat lux, & tenebrarum vbi est locus?

Num accepisti eam ad terminum suum, & intellexisti semitas domus eius?

Num nosti quod tunc nasciturus esses, & numerum dierum tuorum multorum.

Nunquid ingressus es thesauros niuis, & thesauros grandinis vidisti?

Quas retinui ad tempus angustiæ, ad diem belli, & prælij?

In qua via diuiditur lux, spargitur currus super terram?

Quis diuisit ad mundationem aqueductum, & viam ad coruscationem tonitruorum?

Vt plueret super terram quæ est absque viro super desertum in quo non est homo?

Et satiet solitudinem, & eremum, & germinare faciat egressum germinis.

Nunquid est pluuiæ pater? vel quis genuit stillas roris?

Ab vtero cuius egressum est gelu: & pruinam cœli quis genuit?

Sicut lapis aquæ congelatæ abscondent seipsas, & superficies voraginis aquarum congelata capiet se.

Nunquid ligare poteris mantices tuis fructus delicatos vergiliarum, vel serotinos fructus Orionis aperire facies?

Nunquid extre facies signa cœlestia tempore suo, & Arcturum cum stellis minoribus veluti filiis suis duces?

Nunquid nosti statuta cœli? Nunquid pones dominium eius in terra?

Nunquid eleuabis ad nubem vocem tuam, vt multitudo aquarum operiat te?

Nunquid emittes fulgura, & ibunt, & dicent tibi: ecce adsumus?

Quis posuit in renibus sapientiam, aut quis dedit cordi intelligentiam?

Quis numerabit cœlos sapientia, & nubes plenas aquarum descendere faciet?

Nunquid nosti cum roboraret terram in medio centri, & partes eius coniungerentur?

Nunquid venari docebis leonem prædam, & congregationem leunculorum implebis?

Transl. ex Septuag.		Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
Super quo circuli eius fixi sunt? Quis est autem, qui misit lapidem angularem super eam?	6	*Super quo bases eius defixæ sunt? aut quis iecit lapidem eius angularem?*
Quando facta sunt sydera; laudauerunt me voce magna omnes angeli mei.	7	*Quum laudarent pariter stellæ luminis, & iubilarent omnes filij Dei?*
Conclusi autem portis mare, cum fremeret ex vtero matris suæ egrediens.	8	*Et quis clausit ostiis mare, dum erupit è vulua, & prodiit?*
Posui autem ei nubem operimentum; & nebula, quasi fascia obuolui illud:	9	*Quando posui nubem vestimentum eius, & caliginem fasciam eius:*
Et posui illi terminos, circumponens claustra, & portas.	10	*Et decreui super eo decretum meum, apposuique illi vectem & ostia:*
Et dixi ei: hucusque venies, & non transibis; sed in te ipso comminuentur fluctus tui.	11	*Et dixi, Hucusque venies, neque addes: & illic pones elationem fluctuum tuorum.*
Aut nunquid tecum lucem constitui matutinam? & cognouit lucifer ordinem suum,	12	*An in diebus tuis præcepisti mane, aut indicasti auroræ locum suum,*
Apprehendere pennas terræ, excutere impios ex ea?	13	*Vt apprehendat extrema terræ, & excutiantur impij ex ea?*
Aut tu sumens terram, lutum plasmasti animal, & idoneum ad loquendum eum posuisti super terram?	14	*Mutatur sicut lutum sigilli, & stant sicut vestimentum.*
Et abstulisti ab impiis lucem, & brachium superborum comminuisti?	15	*Et prohibetur ab impijs lux ipsorum, & brachium excelsum confringitur.*
Aut venisti ad fontem maris, aut in vestigiis abyssi ambulasti?	16	*Nunquid ingressus es vsque ad profunda maris, & in vado voraginis ambulasti?*
Aut tibi aperiuntur metu portæ mortis, aut ianitores inferni videntes te timuerunt?	17	*Nunquid detectæ sunt tibi portæ mortis & portas vmbræ mortis vidisti?*
Aut cognouisti latitudinem eius quæ sub cælo? Narra ergo mihi, quantanam sit.	18	*Nunquid considerasti vsque ad latitudines terræ? indica si nosti totam ipsam:*
Aut in qua terra habitet lux, aut quis tenebrarum locus:	19	*Vbinam est via in qua habitat lux, & tenebrarum vbi est locus?*
Si duces me in fines eorum? quod si & nosti semitas eorum?	20	*Quod acceperis eam in regionem suam, & quod intellexeris semitas domus eius?*
Noui igitur, quia tunc natus es, & numerus annorum tuorum multus.	21	*Num nosti illud quia tunc natus esses, & numerus dierum tuorum multus sit?*
Aut venisti in thesauros niuis, aut thesauros grandinis vidisti?	22	*Nunquid ingressus es thesauros niuis, & thesauros grandinis vidisti,*
Et reposita sunt tibi in tempus inimicorum, in diem bellorum, & pugnæ?	23	*Quem retinui in tempus angustiæ, & in diem belli ac prælij?*
Vnde autem procedit pruina, aut dispergitur Auster in eam, quæ sub cælo?	24	*Et an nosti vbinam sit via in qua diuiditur exhalatio, quæ spargit ventum super terram?*
Quis autem præparauit fluxum validæ pluuiæ, & viam tempestatum,	25	*Quis diuisit inundationi aquæductum, & viam fulguri tonitruorum;*
Vt pluat super terram, vbi non est vir, desertum, vbi non est homo in eo,	26	*Vt pluat etiam super terram in qua nullus est, & super desertum in quo nemo est?*
Vt satiet inuiam & inhabitabilem, & vt germinet exitus herbæ virentis?	27	*Vt satiet vastitatem ac desolationem, & germinare faciat exitum germinis.*
Quis est pluuiæ pater? Et quis est, qui peperit glebas roris,	28	*Nunquid est ipsi pluuiæ pater? aut quis gignit stillas roris?*
Et de cuius vtero procedit glacies, aut pruinam in cælo quis peperit,	29	*De vtero cuius egreditur gelu, & pruinam cœli quis gignit?*
Quæ descendit sicut aqua fluens? Faciem impij quis exterruit?	30	*Instar lapidis aquæ absconduntur, & superficies voraginis congelatur.*
Aut intellexisti nexum pleiadis, & septum orionis aperuisti?	31	*Nunquid cohibebis delicias Vergiliarum, aut contractiones Orionis aperies?*
An aperies Mazaroth in tempore suo, & vesperum super comam eius duces ea?	32	*Nunquid educes signa cœlestia tempore suo? & Arcturum cum filiis suis deduces?*
Scis autem commutationes cæli, & aut quæ sub cælo, simul facta?	33	*Nunquid nosti statuta cœli? nunquid pones dominium eius in terra?*
Vocabis autem nubem voce, & tremore aquæ validæ obediet tibi?	34	*Nunquid eleuabis nubi vocem tuam, & multitudo aquarum operiet te?*
Mittes autem fulmina, & ibunt: aut dicent tibi, quid est?	35	*Nunquid emittes fulgura, & ibunt: dicentque tibi, Ecce nos?*
Quis autem dedit mulieribus texturæ sapientiam, aut variegandi scientiam?	36	*Quis posuit in renibus sapientiam? aut quis dedit intellectui intelligentiam?*
Aut quis est, qui numeret nubes sapientia, & cælum in terram inclinauit?	37	*Quis numerauit cœlos in sapientia? & quæ descendunt de cœlo, quis quiescere fecit?*
Diffusus est autem, sicut terra cinis: & agglutinaui eum, sicut lapide cubum.	38	*Quum durescere et puluis in duritiam illam, & glebæ sibi inuicem adhæserunt?*
Aut venaberis leonibus escam, aut animas draconum replebis?	39	** Nunquid venaris leoni prædam, & animam leunculorum imples,*

* Hic incipit c. 39. secundũ Vatablum.

Vulgat. Editio.

40 Quando cubant in antris, & in specubus insi-
diantur?
41 * Quis præparat coruo escam suam, quando pul
li eius clamant ad Deum, vagantes, eo quod non
habeant cibos?

*Psal. 146.9.

CAP. XXXIX.

1 NVmquid nosti tempus partus ibicum in petris
vel parturientes ceruas obseruasti?
2 Dinumerasti menses conceptus earum, & scisti
tempus partus earum?
3 Incuruantur ad fœtum, & pariunt, & rugitus
emittunt.
4 Separantur filij earum, & pergunt ad pastum
egrediuntur, & non reuertuntur ad eas.
5 Quis dimisit onagrum liberum, & vincula eius
quis soluit?
6 Cui dedi in solitudine domum, & tabernacula
eius in terra salsuginis.
7 Contemnit multitudinem ciuitatis, clamorem
exactoris non audit.
8 Circumspicit montes pascuæ suæ, & virentia
quæque perquirit.
9 Numquid volet rhinoceros seruire tibi, aut mo-
rabitur ad præsepe tuum?
10 Numquid alligabis rhinocerota ad arandum lo
ro tuo? aut confringet glebas vallium post te?
11 Numquid fiduciam habebis in magna fortitudi-
ne eius, & derelinques ei labores tuos?
12 Numquid credes illi quod sementem reddat tibi,
& aream tuam congreget?
13 Penna struthionis similis est pennis herodij, &
accipitris.
14 Quando derelinquit oua sua in terra, tu forsitan
in puluere calefacies ea?
15 Obliuiscitur quod pes conculcet ea, aut bestia
agri conterat.
16 Duratur ad filios suos quasi non sint sui, frustra
laborauit nullo timore cogente.
17 Priuauit enim eam Deus sapientia, nec dedit illi
intelligentiam.
18 Cum tempus fuerit, in altum alas erigit: deridet
equum & ascensorem eius.
19 Numquid præbebis equo fortitudinem, aut cir-
cumdabis collo eius hinnitum?
20 Numquid suscitabis eum quasi locustas? gloria
narium eius terror.
21 Terram vngula fodit, exultat audacter: in occur-
sum pergit armatis.
22 Contemnit pauorem, nec cedit gladio.
23 Super ipsum sonabit pharetra, vibrabit hasta &
clypeus.
24 Feruens & fremens sorbet terram, nec reputat
tubæ sonare clangorem.
25 Vbi audierit buccinam, dicit: Vah, procul odora-
tur bellum, exhortationem ducum, & vlulatum
exercitus.
26 Numquid per sapientiam tuam plumescit acci-
piter, expandens alas suas ad Austrum?
27 Numquid ad præceptum tuum eleuabitur aqui-
la, & in arduis ponet nidum suum?
28 In petris manet, & in præruptis silicibus com-
moratur, atque inaccessis rupibus.
29 Inde contemplatur escam, & de longe oculi eius
prospiciunt.
30 Pulli eius lambent sanguinem: & vbicumque ca-
dauer fuerit, statim adest.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

40 *Quum incuruant se in habitaculis, manent in vmbra-
culo suo propter insidias.*
41 *Quis parauit coruo escam eius, quando nati eius ad
Deum vociferant, aberrantes eo quod non sit esca?*

CAP. XXXIX.

1 *NVnquid nosti tempus quo pariunt ibices petras inco-
lentes: parere facientem ceruas obseruasti?*
2 *Numerasti menses quos impleuerunt, & nosti tempus
quo pariunt?*
3 *Incuruant se, fœtus suos conterunt, dolores suos emit-
tunt.*
4 *Pinguescunt filij earum, multiplicant se foris, egre-
diuntur & non reuertuntur ad eas.*
5 *Quis dimisit onagrum liberum, & vincula onagri quis
soluit?*
6 *Cuius posui in solitudine domum, & habitacula eius
in salsugine.*
7 *Deridebit multitudinem ciuitatis, clamores exactoris
non audiet.*
8 *Exploratio montium, pascua eius, & postea omne virens
perquiret.*
9 *Nunquid volet Rhinoceros seruire tibi? Nunquid mora-
bitur iuxta præsepia tua?*
10 *Nunquid ligabis Rhinocerotam in sulco fune suo? Nun-
quid agricolabit valles post te?*
11 *Nunquid confides in eo, quia magna est fortitudo eius,
& derelinques ei laborem tuum?*
12 *Nunquid credes illi quod reddat semen tuum? & ad
aream tuam congreget?*
13 *Alis pauo exultauit. Nunquid pennas struthioni, &
plumas dedisti?*
14 *Quia derelinquet in terra oua sua, & super terram
calefaciet ea.*
15 *Et obliuiscitur quod pes dispergat ea, & bestia agri
conterat ea.*
16 *Crudelis fuit pullis suis, ac si essent non sui. Inuanum
est labor eius absque timore.*
17 *Quia obliuisci fecit eam Deus sapientia, & non im-
partiuit est ei de intelligentia.*
18 *Tempore quo in altum eleuauerit se: deridebit equum,
& ascensorem eius.*
19 *Nunquid præbebis equo fortitudinem? Nunquid indues
collum eius tremore?*
20 *Nunquid terrebis eum sicut locustam? sonitus narium
eius terror.*
21 *Effodiet in valle, & gaudebit in fortitudine: egredie-
tur in occursum armorum.*
22 *Deridebit pauorem, & non timebit nec reuertetur à fa-
cie gladij.*
23 *Super eum sonabit pharetra, ferrum lanceæ & hastæ.*
24 *Cum impetu, & ira effodiet terram, & non credet quod
sit sonitus buccinæ.*
25 *Inter buccinas dicet, euge & à longe odorabitur bellum,
commotionem principum, & clamorem.*
26 *Nunquid propter intelligentiam tuam volabit accipi-
ter, extendet alas suas ad Austrum?*
27 *Nunquid ad se monem tuum eleuabitur aquila, &
eleuabit nidum suum?*
28 *In petra habitabit, & morabitur super dentem petræ,
& turrim excelsam.*
29 *Inde explorabit escam, in longinquum oculi eius aspi-
cient.*
30 *Et pulli eius absorbebunt sanguinem, & vbi fuerint
occisi, ibi est.*

Digitized by Google

Tranll. ex Septuag.		Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
Timuerunt enim in cubilibus, & sedent in filuis insidiantes.	40	*Quum decumbunt in habitaculis, sedentq́ in vmbraculo suo propter insidias?*
Quis autem præparauit coruo escam? pulli enim eius ad Dominum clamauerunt errantes, cibaria quærentes.	41	*Quis preparat coruo escam ipsius, quando pulli eius ad Deum vociferantur, & errant quod non sit esca?*
C A P. XXXIX.		***C A P. XXXIX.***
SI cognouisti tempus pariendi tragelaphorum petræ, aut partus ceruarum custodisti,	1	*NVnquid nosti tempus quo pariunt ibices? & tempus quo parturiunt ceruæ obseruasti?*
Et numerasti menses earum plenos partus earum, & dolores earum soluisti, & nutristi hinnulos earum sine metu,	2	*Numerasti menses quibus conceptum adimplent? & an nosti tempus quo pariunt?*
Et partus earum emittes, abrumpent filios suos,	3	*Incuruant sese. fœtus suos conterunt, dolores suos remittunt.*
Multiplicabuntur in genimine: exibunt & non reuertentur eis.	4	*Attamen conualescunt fœtus earum, crescunt foris: egrediuntur, & non reuertuntur ad eas.*
Quis autem est, qui dimisit onagrum liberum, & vincula eius quis resoluit?	5	*Quis emisit onagrum liberum? & vincula onagri quis soluit?*
Posui enim habitationem eius desertum, & tabernacula eius salsuginem:	6	*Cuius domum posui in solitudine, & habitacula eius terram salsam?*
Irridens multas turbas ciuitatis, & querelam exactoris non audiens:	7	*Deridet multitudinem ciuitatis, clamores exactoris non audit.*
Considerabit montes pascuam suam, & post omne viride quærit:	8	*Inuestigatio montium, pascua eius, & post omne virens perquirit.*
Volet autem monoceros seruire tibi, aut dormire super præsepe tuum,	9	*Nunquid volet rhinoceros seruire tibi? an pernoctabit ad præsepe tuum?*
Et alligabis in loris iugum eius, aut ducet sulcos tuos in campo?	10	*Nunquid ligabis rhinocerota in sulco fune suo? nunquid arabit valles post te?*
Confidis autem in eo, quia multa est virtus eius, & dimittes ei opera tua?	11	*Nunquid confides in eo, quod magna sit fortitudo eius, & derelinques ei laborem tuum?*
Et credes, quia reddet tibi sementem, & in aream tuam inferet?	12	*Nunquid credes illi quod reddat semen tuum, & area tuæ congreget?*
Penna lætantium neelassa, si conceperit Asida, & Nessa,	13	*Alis pauo exultat: an penna struthioni, & pluma?*
Quod relinquet in terra oua sua, & in puluere calefaciet:	14	*Derelinquit enim in terra oua sua, & super terram calefacit.*
Et oblita est, quia pes disperdet, & bestiæ agri conculcabunt:	15	*Et obliuiscitur quod pes conculcabit ea, & bestia agri conteret illa.*
Obdurauit filios suos, vt non seipsum: frustra laborauit sine timore:	16	*Obliuisci facit illam pullorum suorum, in quo non illi erunt, sed in vanum erit labor eius absque timore.*
Quia tacere fecit ei Deus sapientiam, & non partitus est ei in intellectu.	17	*Quia obliuisci facit eam Deus sapientiæ, neque impartitus est ei intelligentiam.*
Cum fuerit tempus, in altum exaltabit: irridebit equum, & ascensorem eius.	18	*Quum tempus fuerit, in altum eleuat sese: tunc deridet equum & ascensorem eius.*
An tu circundedisti equo virtutem, & induisti collum eius timore,	19	*Nunquid dedisti equo fortitudinem? nunquid induisti collum eius tonitru?*
Et circumposuisti ei armaturam, & gloriam pectorum eius audaciæ:	20	*Nunquid terrebis illum sicut locustam? robur naris eius terror.*
Fodiens in campo luxuriat, & procedit in campum in virtute:	21	*Fodiunt vallem, & gestit fortitudine, egreditur in occursum armorum.*
Occurrens regi deridet, nec se auertet à ferro:	22	*Deridet pauorem, nec formidat, neque reuertitur à facie gladij.*
Super ipsum gaudet arcus, & gladius,	23	*Super eum sonat pharetra, ferrum lanceæ & hastæ.*
Et iracundia euertet terram: nec credet, donec significauerit tuba:	24	*Cum impetu & ira fodit terram, neque credit quod sit sonitus buccinæ.*
Cum autem tuba significauerit; dicit, euge. Et procul odoratur pugnam cum saltu, & clamore.	25	*Inter buccinas dicit, Euge, & eminus odoratur bellum, commotionem principum, & clamorem.*
Ex tua vero scientia stetit accipiter, expansis pennis immobilis, respiciens quæ ad Austrum?	26	*Nunquid per intelligentiam tuam volat accipiter, & extendit alas suas ad Austrum?*
Atque tuo præcepto exaltatur aquila? aut vultur super nidum suum sedens moratur,	27	*Nunquid ad sermonem tuum eleuat sese aquila? & quum exaltauerit nidum suum,*
In summitate petræ, & abscondito,	28	*In petra habitat, habitat inquam in prominentia petræ & arcis.*
Cum ibi fuerit, quærit escas: longe oculi eius speculantur,	29	*Illinc explorat escam, eminus oculi eius contemplantur.*
Et pulli eius consperguntur in sanguine: vbicumque autem fuerit cadauera; confestim reperiuntur.	30	*Pulli quoque eius absorbent sanguinem: & vbi fuerint cadauera, illic est.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

31 Et adiecit Dominus,& locutus est ad Iob:

32 Nunquid qui contendit cum Deo, tam facile conquiescit? vtique qui arguit Deum, debet respondere ei.

33 Respondens autem Iob Domino, dixit:

34 Qui leuiter locutus sum, respondere quid possum? manum meam ponam super os meum.

35 Vnum locutus sum, quod vtinam non dixissem: & alterum, quibus vltra non addam.

CAP. XL.

1 RESpondens autem Dominus Iob de turbine, dixit:

2 Accinge sicut vir lumbos tuos: interrogabo te, & indica mihi.

3 Nunquid irritum facies iudicium meum: & condemnabis me, vt tu iustificeris?

4 Et si habes brachium sicut Deus, & si voce simili tonas?

5 Circumda tibi decorem, & in sublime erigere, & esto gloriosus, & speciosis induere vestibus.

6 Disperge superbos in furore tuo, & respiciens omnem arrogantem humilia.

7 Respice cunctos superbos, & confunde eos: & contere impios in loco suo,

8 Absconde eos in puluere simul, & facies eorum demerge in foueam:

9 Et ego confitebor, quod saluare te possit dextera tua.

10 Ecce, Behemoth, quem feci tecum, fœnum quasi bos comedet.

11 Fortitudo eius in lumbis eius, & virtus illius in vmbilico ventris eius.

12 Stringit caudam suam quasi cedrum, nerui testiculorum eius perplexi sunt.

13 Ossa eius velut fistulæ æris, cartilago illius quasi laminæ ferreæ.

14 Ipse est principium viarum Dei, qui fecit eum, applicabit gladium eius.

15 Huic montes herbas ferunt: omnes bestiæ agri ludent ibi.

16 Sub vmbra dormit in secreto calami, & in locis humentibus.

17 Protegunt vmbræ vmbram eius, circumdabunt eum salices torrentis.

18 Ecce, absorbebit fluuium, & non mirabitur: & habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius.

19 In oculis eius quasi homo capiet eum, & in sudibus perforabit nares eius.

20 An extrahere poteris leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius:

21 Numquid pones circulum in naribus eius, aut armilla perforabis maxillam eius?

22 Numquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia?

23 Numquid feriet tecum pactum, & accipies eum seruum sempiternum?

24 Numquid illudes ei quasi aui, aut ligabis eum ancillis tuis?

25 Concident eum amici, diuident illum negotiatores?

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

31 *Et respondit Dominus ad Iiob, & dixit.*

32 *Nunquid contendere cum Omnipotente est eruditio? Disputans cum Deo, respondeat ei?*

33 *Et respondit Iiob Domino, & dixit.*

34 *Ecce contemptibilis sum, quid respondebo tibi? manum meam posui ori meo.*

35 *Semel locutus sum, & non respondebo: & secundo, & non addam.*

CAP. XL.

1 *ET respondit Dominus ad Iiob d: turbine, & dixit.*

2 *Accinge nunc sicut vir lumbos tuos: interrogabo te, & ostende mihi.* [printed: "fac me."]

3 *Nunquid etiam dissipabis iudicium meum, impium facies me, vt iustificeris?*

4 *Et nunquid brachium sicut Deo est tibi, & sonitu sicut ipse tonabis?*

5 *Orna te nunc celsitudine, & sublimitate, & gloriam, & decorem indue te.*

6 *Disperge iras furoris tui, & vide omnem superbum, & humilia eum.*

7 *Vide omnem superbum, incuruare fac eum, & contere impios in loco ipsorum.*

8 *Ai fcond: eos in puluere simul, facies eorum alliga in abscondito.*

9 *Et ego etiam confitebor tibi, quod seruet te dextera tua.*

10 *Ecce nunc Behemoth quem feci tecum, herbam velut bos comedet.*

11 *Ecce nunc potentia eius in lumbis eius est, & fortitudo eius in vmbilico ventris eius.*

12 *Velociter mouebit caudam suam, quæ est sicut cedrus, nerui testiculorum eius perplexi.*

13 *Ossa eius* maiora fortia sunt vt *baculi ærei,* minora *ossa eius sicut virga ferrea.*

14 *Ipse principium viarum Dei, qui fecit eum applicabit ei gladium suum.*

15 *Quia germen montes afferent ei, & omnis bestia agri ludent ibi.*

16 *Sub arboribus vmbriferis dormiet in secreto calami, & limo.*

17 *Tegent eum arbores vmbriferæ vt sint vmbra eius; circundabunt eum salices torrentis.*

18 *Ecce rapiet fluuium, & non festinabit, confidit quod educat Iordanem ad os suum.*

19 *Oculis suis tollet eum, laqueis perforabit nares.*

20 *Num extrahes Leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius?*

21 *Nunquid pones hamum in naribus eius, & spina perforabis maxillam eius?*

22 *Nunquid multiplicabit ad te preces? Nunquid loquetur ad te mollia?*

23 *Nunquid feriet fœdus tecum, accipies eum in seruum perpetuum?*

24 *Nunquid ludes cum eo sicut cum aue, & ligabis eum pro puellis tuis?*

25 *Nunquid cœnabunt super eum socij, diuident illum inter se negociatores?*

Digitized by Google

Tranll. ex Septuag.		Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
Et respondit Dominus Deus ad Iob & dixit:	31	*Respondit autem Iehouah ad Iiob, ac dixit,*
Numquid iudicium cum Omnipotente declinat? Et arguens Deum respondebit.	32	*Nunquid contendere cum Omnipotente est eruditio? disputans cum Deo, respondeat ad illud.*
Respondens autem Iob dicit Domino:	33	*Tunc respondit Iiob Iehouæ, ac dixit,*
Quid adhuc ego iudicor, commonitus, & arguens Dominum, audiens talia, cum nihil sim? Ego vero quod responsum dabo ad hæc? manum ponam ad os meum:	34	*Ecce contemptibilis sum, quid respondebo tibi? manum meam apposui ori meo.*
Semel locutus sum: & iterum non adijciam.	35	*Semel loquutus sum, nec respondebo vltra: ac secundo, nec addam.*
C A P. XL.		**C A P. XL.**
ADhuc autem respondens Dominus dixit ad Iob de nube:	1	*REspondit itaque Iehouah ipsi Iiob è turbine, & dixit.*
Nequaquam: sed accinge, sicut vir lumbum tuum: interrogabo autem te & tu mihi responde:	2	*Accinge nunc sicut vir lumbos tuos: interrogabo te, & notifica mihi.*
Ne repellas iudicium meum. Putas autem me aliter tibi respondisse, quam vt appareas iustus?	3	*Nunquid etiam dissipabis iudicium meum, & condemnabis me vt iustificeris?*
Numquid brachium tibi est contra Dominum, aut voce contra eum tonas?	4	*Et an est tibi brachium sicut Deo, & voce sicut ille tonabis?*
Assume nunc altitudinem, & virtutem; gloriam vero, & honorem induere.	5	*Orna te nunc celsitudine: & sublimitate, gloriaque ac decore indue te:*
Mitte autem Angelos ira, & omnem contumeliosum humilia,	6	*Disperge furores iræ tuæ, & vide omnem superbum, & humilia eum:*
Et superbum extingue, & corrumpe impios statim:	7	*Vide inquam omnem superbum, & deprime illum, & contere impios in loco suo:*
Absconde autem in terra simul, & facies eorum impie ignominia,	8	*Absconde eos in puluere simul, facies eorum liga in abscondito:*
Confitebor quod potest dextera tua saluare.	9	*Et ego etiam fatebor tibi quod seruet te dextera sua.*
Verum vtique ecce bestiæ apud te, fœnum sicut boues comedunt.	10	*Ecce nunc Behemoth, quem feci tecum, herbam tanquam bos comedit.*
Ecce vtique fortitudo eius in lumbo, & virtus eius super vmbilico ventris:	11	*En nunc potentia eius in lumbis eius est, & fortitudo eius in vmbilico ventris eius.*
Erexit caudam sicut cupressum; & nerui eius complicati sunt:	12	*Celeriter mouet caudam suam, quæ est sicut cedrus, nerui testiculorum eius perplexi sunt.*
Costæ eius, costæ æneæ, & spina eius ferrum fusile:	13	*Ossa eius, aculei ærei, ossa inquam eius sicut virga ferrea.*
Hoc est principium formationis Domini, factum, vt illuderetur ab Angelis eius:	14	*Ipse est principium viarum Dei, qui fecit eum, applicabit ei gladium suum.*
Adueniens autem ad montem præruptum fecit lætitiam quadrupedibus in tartaro:	15	*Profecto germen montes ferunt ei, & omnis bestia agri ludunt ibi.*
Sub omnigenis arboribus dormit iuxta papyrum, & calamum, & carectum:	16	*An sub arboribus iacet? in secreto calami & limi?*
Obumbrant autem in eo arbores magnæ cum ramis, sarmenta agri:	17	*An tegent eum arbores, vt sint vmbra eius? circundabunt eum salices torrentis?*
Si fuerit inundatio, non sentiet: confidit, quia subibit Iordanis in os eius:	18	*En rapiet fluuium, ita vt non festinet, confidit quod educet Iarden in os suum.*
In oculo suo capiet eum: intortus forabit nasum	19	*Oculis suis tollit illum, & offendiculis perforat nasum.*
Duces autem draconem in hamo, & circumpones capistrum circa nasum eius?	20	*Num extrahes liuiathan hamo, & fune, quem demerseris ad linguam eius?*
Aut ligabis circulum in naribus eius, & armilla terebrabis labium eius?	21	*Nunquid pones hamum in naribus eius, & spina perforabis maxillam eius?*
Loquetur autem tibi prece, supplicatione molliter:	22	*Nunquid multiplicabit ad te preces? nunquid loquetur ad te mollia?*
Ponet autem tecum testamentum? accipies autem eum seruum sempiternum?	23	*Nunquid feriet fœdus tecum, atque accipies eum in seruum perpetuum?*
Ludes autem in eo, sicut auiaut ligabis eum, sicut passerem puero?	24	*Nunquid ludes eo tanquam aue, & ligabis eum puellis tuis?*
Pascuntur autem in eo gentes: partiuntur autem eum gentes Phœnicum?	25	*Nunquid cœnabunt propter illum socij, diuident illum inter negotiatores?*

Vulgat. Editio.

26 Numquid implebis ſagenas pelle eius, & gurguſtium piſcium capite illius?

27 Pone ſuper eum manum tuam: memento belli, nec vltra addas loqui.

28 Ecce, ſpes eius fruſtrabitur eum, & videntibus cunctis præcipitabitur.

CAP. XLI.

1 NOn quaſi crudelis ſuſcitabo eum: quis enim reſiſtere poteſt vultui meo?

2 Quis ante dedit mihi, vt reddam ei? omnia quæ ſub cælo ſunt, mea ſunt.

3 Non parcam ei, & verbis potentibus, & ad deprecandum compoſitis.

4 Quis reuelabit faciem indumenti eius? & in medium oris eius quis intrabit?

5 Portas vultus eius quis aperiet? per gyrum dentium eius formido.

6 Corpus illius quaſi ſcuta fuſilia, compactum ſquamis ſe prementibus.

7 Vna vni coniungitur, & ne ſpiraculum quidem incedit per eas:

8 Vna alteri adhærebit, & tenentes ſe nequaquam ſeparabuntur.

9 Sternutatio eius ſplendor ignis, & oculi eius, vt palpebræ diluculi.

10 De ore eius lampades procedunt, ſicut tedæ ignis accenſæ.

11 De naribus eius procedit fumus, ſicut ollæ ſuccenſæ atque feruentis.

12 Halitus eius prunas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur.

13 In collo eius morabitur fortitudo, & faciem eius præcedit egeſtas.

14 Membra carnium eius cohærentia ſibi: mittet contra eum fulmina, & ad locum alium non ferentur.

15 Cor eius indurabitur tamquam lapis, & ſtringetur quaſi malleatoris incus.

16 Cum ſublatus fuerit timebunt Angeli, & territi purgabuntur.

17 Cum apprehenderit eum gladius, ſubſiſtere non poterit neque haſta, neque thorax:

18 Reputabit enim quaſi paleas ferrum, & quaſi lignum putridum, æs.

19 Non fugabit eum vir ſagittarius, in ſtipulam verſi ſunt ei lapides fundæ.

20 Quaſi ſtipulam æſtimabit malleum, & deridebit vibrantem haſtam.

21 Sub ipſo erunt radij ſolis, & ſternet ſibi aurum quaſi lutum.

22 Ferueſcere faciet quaſi ollam profundum mare, & ponet quaſi cum vnguenta bulliunt.

23 Poſt eum lucebit ſemita, æſtimabit abyſſum quaſi ſeneſcentem.

24 Non eſt ſuper terram poteſtas, quæ comparetur ei, qui factus eſt vt nullum timeret.

25 Omne ſublime videt, ipſe eſt rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ.

CAP. XLII.

1 REſpondens autem Iob Domino, dixit:

2 Scio quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio.

Tranſl. ex Heb. Sanct. Pagn.

26 *Numquid ſuccides cultris pellem eius, & cultro piſcatorio caput eius?*

27 *Pone ſuper eum manus tuas: memento belli ne addas illud memorare.*

28 *Ecce ſpes* ponentis manum ſuam ſuper *eum mentita eſt. Nonne etiam ad aſpectum eius proycietur* homo ad terram?

CAP. XLI.

1 *NOn eſt fortis qui ſuſcitat eum, & quis eſt qui coram me ſtet?*

2 *Quis præceſſit me, & perficiam? quod eſt ſub omni cælo meum eſt.*

3 *Non ſilebo membra eius, & verbum fortitudinum, & gratiam diſpoſitionis eius.*

4 *Quis detexit faciem indumenti eius, cum duplici fræno ſuo quis veniet, ad aperiendum os eius?*

5 *Portas faciei eius quis aperuit? Per gyrum dentium eius eſt formido.*

6 *Squamæ fortes ſunt vt ſcuta, clauſa eſt ſingula clauſura arcta.*

7 *Vna alteri appropinquat, & ventus non ingredietur inter eas.*

8 *Vnaquæque alteri iungitur, capiunt ſe, & non ſeparantur.*

9 *Sternutationibus eius accendetur ignis, & oculi eius vt ſplendores auroræ.*

10 *De ore eius lampades ibunt, ſcintillæ ignis egredientur.*

11 *E naribus eius egredietur fumus, ſicut ab olla ſuccenſa, & aheno.*

12 *Halitus eius prunas ardere faciet, & flamma de ore eius egredietur.*

13 *In collo eius morabitur fortitudo, & ante eum vertetur in lætitiam dolor.*

14 *Particulæ carnis eius cohærent, fortis* eſt vnaquæque *in eo non mouebitur.*

15 *Cor eius forte eſt ſicut lapis, & forte eſt ſicut lapis molaris inferior.*

16 *A magnitudine eius timebunt fortes, à contritionibus purgabunt ſe.*

17 *Qui attigerit eum gladio non ſtabit haſta, lapis manu iaculatus, & lorica* non ſtabunt.

18 *Reputabit vt paleam ferrum, vt lignum putridum æs.*

19 *Non fugabit eum ſagitta, in ſtipulam verſi ſunt ei lapides fundæ.*

20 *Sicut ſtipula reputata ſunt tela, & deridebit vibrationem haſtæ.*

21 *Sub eo ſunt petræ acutæ teſtaceæ, ſternet quod eſt acutum ſuper lutum.*

22 *Feruere faciet veluti ollam profundum, mare ponet vt vas vnguentarium.*

23 *Poſt eum lucebit ſemita, reputabit voraginem veluti virum canum.*

24 *Non eſt ſuper terram ei comparabile, qui factus eſt vt non timeat.*

25 *Omne ſublime deſpiciet, ipſe eſt rex ſuper omnes cætos magnos & fortes,*

CAP. XLII.

1 *ET reſpondit Iiob Domino, & dixit.*

2 *Noui quod omnia potes, & non prohibebitur à te cogitatio.*

Tranſl. ex Septuag.

26 Omne nauigans conueniens non ferent pellem
vnã caudæ eius: & in nauigiis piſcatorũ caput eius.
27 Impones autem ei manum, recordatus belli, quod
fit in corpore eius: & non vltra fiat.

C A P. XLI.

1 NOnne audiſti eum? nonne ſuper iis, quæ di-
cuntur, miratus es? Non timuiſti, quia paratus
eſt mihi?
2 Quis eſt enim, qui mihi ex aduerſo ſteterit? vel
quis reſiſtet mihi, & ſuſtinebit? ſi vniuerſa quæ ſub
cælo, mea eſt,
3 Non tacebo propter eum: & rationem virtutis
miſerebitur æqualem ſibi.
4 Quis reuelabit faciem indumenti eius? & in ru-
gam pectoris eius quis vtique ingrediatur?
5 Portas faciei eius quis aperiet, in circuitu dentium
eius timor:
6 Interiora eius, ſcuta ænea, & colligatio eius, ſicut
lapis ſmyrites:
7 Vnus vni conglutinantur: ſpiritus autem non
tranſibit eum:
8 Vir fratri ſuo agglutinabitur: cohærent, & non di-
uellentur: in
9 Sternutamento eius effulget lumen; & oculi eius
ſpecies Luciferi:
10 De ore eius egrediuntur quaſi lampades accenſæ,
& proijciuntur, ſicut ſcintillæ ignis:
11 De naribus eius egreditur fumus camini ac-
cenſi igne carbonum.
12 Anima eius carbones; & flamma de ore eius pro-
cedit:
13 In collo autem eius habitat potentia; ante eum
currit perditio:
14 Carnes autem corporis eius ſunt agglutinatæ: ef-
fundit ſuper eum, non commouebitur:
15 Cor eius induratum eſt, vt lapis: ſtetit autem, ſicut
incus immota:
16 Cum ſe autem verterit: timor beſtiis quadrupe-
dibus ſuper terram ſaltantibus:
17 Si occurrerint ei lanceæ; nihil facient; haſtam, &
thoracem.
18 Nam ferrum quidem putat paleas, æs autem ſicut
lignum putridum:
19 Non vulnerabit eum arcus æneus: putat autem
machinam petras iacientem fœnum:
20 Sicut calamus, reputati ſunt mallei: & deridet
concuſſionem igniferam:
21 Lectus eius, obeliſci acuti: & omne aurum maris
ſub eo, ſicut lutum inenarrabile:
22 Feruere facit abyſſum, tanquam officinam æra-
riam: putat autem mare, tanquam vas vnguenta-
rium; & tartarum abyſſi, tanquam captiuum:
23 Reputauit abyſſum in deambulatorium:
24 Nihil eſt ſuper terram ſimile ei, factum, vt illuda-
tur ab Angelis meis:
25 Omne ſublime videt: ipſe autem, rex omnium,
quæ in aquis.

C A P. XLII.

1 REſpondens autem Iob dicit Domino:
2 Noui quod omnia potes: & nihil tibi eſt im-
poſſibile.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

26 *Nunquid ſuccides cultris pellem eius, & cultro piſca-
torio caput eius?*
27 *Pone ſuper eum manum tuum: non addes meminiſſe
prælij.*
28 *Ecce ſpes illius mendax eſt: Nonne etiam ad aſpectum
eius proſternitur.*

C A P. XLI.

1 *NEmo eſt tam audax qui ſuſcitet eum: & quis eſt qui
coram me ſtet?*
2 *Quis præceſſit me, & perfecit quicquid eſt ſub cælo,
meum eſt.*
3 *Non [illegible]lebo membra eius, & ſtatum virium, atque gra-
tiam diſpoſitionis eius.*
4 *Quis detexit faciem indumenti eius? cum duplici fre-
no eius quis acce dat?*
5 *Oſtia faciei eius quis aperuit? in circuitu dentium
eius eſt terror.*
6 *Res magnifica fortia ſcutorum, clauſum eſt vnumquod-
que clauſula arcta:*
7 *Vnum alteri appropinquat, & ventus non ingreditur
inter illa:*
8 *Vnum alteri iungitur, retinent ſeſe, & non ſeparan-
tur.*
9 *Sternutationibus eius accenditur ignis, & oculi eius
vt palpebræ auroræ.*
10 *De ore eius lampades procedunt, ſcintillæ ignis egre-
diuntur.*
11 *E naribus eius egreditur fumus, ſicut ex olla fer-
uente, aut aheno.*
12 *Halitus eius prunas accendit, & flamma de ore eius
egreditur.*
13 *In collo eius moratur fortitudo, & ante eum vertitur
in lætitiam triſtitia.*
14 *Particulæ carnis eius cohærent, fortis eſt in eo & non
commouetur.*
15 *Cor eius firmum eſt ſicut lapis, eſt inquam firmum
ſicut mola inferior.*
16 *A maieſtate eius timent fortes, & à contritionibus
purgant ſeſe.*
17 *Qui attigerit eum gladio non permanebit, haſta, te-
lum, & lorica.*
18 *Reputat vt paleam ferrum, vt lignum putridum æs.*
19 *Non fugat eum ſagitta: in ſtipulam vertuntur ei lapi-
des fundæ.*
20 *Sicut ſtipula reputantur tela, & deridet vibratio-
nem haſtæ.*
21 *Sub eo ſunt acutæ teſtæ, ſternit ſibi rem acutam in
luto.*
22 *Feruere facit veluti ollam, profundum: mare ponit ſic-
ut ollam pigmenti.*
23 *Poſt ſe lucere facit ſemitam: reputabit voraginem ca-
nitiem.*
24 *Non eſt ſuper terram ei ſimile, quam fecerit ſine pa-
uore.*
25 *Omne ſublime deſpicit, eſt rex ſuper omnes elatos.*

C A P. XLII.

1 *REſpondit autem Iiob Iehouæ, ac dixit,*
2 *Noui quod omnia potes, neque prohibetur à te
cogitatio.*

Vulgat. Editio.

Quis est iste, qui celat consilium absque scientia? ideo insipienter locutus sum, & quæ vltra modum excederent scientiam meam.

Audi, & ego loquar: interrogabo te, & responde mihi.

Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te.

Idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere.

Postquam autem locutus est Dominus verba hæc ad Iob, dixit ad Eliphaz Themanitem: Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam non estis locuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob.

Sumite ergo vobis septem tauros, & septem arietes, & ite ad seruum meum Iob, & offerte holocaustum pro vobis: Iob autem seruus meus orabit pro vobis: faciem eius suscipiam vt non vobis imputetur stultitia: neque enim locuti estis ad me recta, sicut seruus meus Iob.

Abierunt ergo Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, & Sophar Naamathites, & fecerunt sicut locutus fuerat Dominus ad eos, & suscepit Dominus faciem Iob.

Dominus quoque conuersus est ad pœnitentiam Iob, cum oraret ille pro amicis suis. Et addidit Dominus omnia quæcumque fuerant Iob, duplicia.

Venerunt autem ad eum omnes fratres sui, & vniuersæ sorores suæ, & cuncti qui nouerant eum prius, & comederunt cum eo panem in domo eius & mouerunt super eum caput, & consolati sunt eum super omni malo quod intulerat Dominus super eum: Et dederunt ei vnusquisque ouem vnam, & inaurem auream vnam.

Dominus autem benedixit nouissimis Iob magis quam principio. Et facta sunt ei quatuordecim millia ouium, & sex millia camelorum, & mille iuga boum, & mille asinæ.

Et fuerunt ei septem filij, & tres filiæ.

Et vocauit nomen vnius Diem, & nomen secundæ Cassiam, & nomen tertiæ Cornustibij.

Non sunt autem inuentæ mulieres speciosæ sicut filiæ Iob in vniuersa terra: deditque eis pater suus hæreditatem inter fratres earum.

Vixit autem Iob post hæc, centum quadraginta annis, & vidit filios suos, & filios filiorum suorum vsque ad quartam generationem. Et mortuus est senex, & plenus dierum.

(∴)

(∴) (∴)

(∴)

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

3 *Quis est iste qui occultat consilium absque scientia? ideo annunciaui, & non intelligam, occulta sunt à me & non sciam.*

4 *Audi quæso, & loquar: interrogabo te, & scire fac me.*

5 *Ad auditum auris audiui te, & nunc oculus meus vidit te.*

6 *Idcirco reprobabo quod male dixi, & resipiscam in puluere, & cinere.*

7 *Et fuit postquam locutus est Dominus verba hæc ad Iiob, dixit dominus ad Eliphaz Themanitem. Iratus est furor meus contra te, & duos amicos tuos, quia non estis locuti coram me rectum, sicut seruus meus Iiob.*

8 *Et nunc sumite septem vitulos, & septem arietes, & ite ad seruum meum Iiob, & offerte holocaustum pro vobis: Et Iiob seruus meus orabit pro vobis: faciem enim eius suscipiam, vt non faciam vobiscum punitionem stultitiæ vestræ, quia non estis locuti coram me rectum, sicut seruus meus Iiob.*

9 *Et abierunt Eliphaz Themanites, & Bildad Suchites, Sophar Nahamatites, & fecerunt sicut locutus est ad eos Dominus, & suscepit Dominus faciem Iiob.*

10 *Et Dominus conuersus est ad conuersionem Iiob cum oraret ipse pro amicis suis, & auxit omnia quæ fuerant Iiob in duplum.*

11 *Et venerunt ad eum omnes fratres eius, & omnes sorores eius, & omnes qui nouerãt eum prius, & comederunt cum eo panem in domo eius: & commoti sunt super eum & consolati sunt eum super omne malum, quod adduxerat Dominus super eum: Et dederunt ei vnusquisque pecudem, & vnusquisque inaurem auream vnam.*

12 *Et dominus benedixit nouissimo Iiob magis quam principio eius. Et fuerunt ei quatuordecim millia ouium, & sex millia camelorum, & mille iuga boum, & mille asinæ.*

13 *Et fuerunt ei septem filij, & tres filiæ.*

14 *Et vocauit nomen vnius Iemimah, & nomen secundæ Chesihah, & nomen tertiæ Cherenhaphuc.*

15 *Et non inuentæ sunt mulieres speciosæ sicut filiæ Iiob in omni terra, & dedit eis pater earum hæreditatem in medio fratrum suorum.*

16 *Et vixit Iiob post hæc centum & quadraginta annos, & vidit filios suos, & filios filiorum suorum in quattuor generationes. Et mortuus est Iiob senex, & saturus dierum.*

(∴)

(∴) (∴)

(∴)

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Quis enim est qui celat te consilium? parcens autem verbis, & te putat celare? quis autem annunciabit mihi, quæ non noui, magna & mirabilia, quæ nesciui?

Verum audi me Domine, vt & ego loquar: interrogabo autem hoc, & tu doce me:

Auditu enim auris audiui te antea: nunc autem oculus meus vidit te.

Quamobrem spreui me ipsum, & extabui: putaui autem me terram, & cinerem.

Factum est autem, postquam Dominus locutus est omnia verba hæc ad Iob; dixit Dominus ad Eliphaz Thæmanitem. Peccasti tu, & duo amici tui: non enim locuti estis coram me verum quippiam, sicut famulus meus Iob:

Nunc autem sumite septem vitulos, & septem arietes, & ite ad famulum meum Iob, & faciet holocaustum pro vobis: & Iob famulus meus precabitur pro vobis: quoniam non nisi faciem eius accipiam: nam nisi propter ipsum, perdidissem vtiq; vos: non enim locuti estis verum contra famulum meũ Iob.

Iuit autem Eliphaz Thæmanites, & Baldad Sauchites, & Sophar Minæus, & fecerunt, sicut præcepit eis Dominus: & soluit peccatum eis propter Iob.

Dominus autem auxit Iob: & cum ille precatus etiam esset pro amicis suis; dimisit eis peccatum. Dedit autem Dominus dupla, quæcumque erant antea Iob in duplicationem.

Audierunt autem omnes fratres eius, & sorores eius, quæcumque acciderant ei, & venerunt ad eum, & omnes, quicumque nouerant eum à principio: comedentes autem, & bibentes apud eum consolati sunt eum, & mirati sunt super omnibus, quæ induxit super eum Dominus. Dedit autem ei vnusquisque agnum vnum, & tetradrachmum auri, & non signati.

Et benedixit Dominus nouissima Iob præ iis quæ antea: & fuerunt pecora eius, oues decies, & quater mille: cameli sexies mille, iuga boum mille, asinæ fœminæ pascuales mille.

Et nascuntur ei filij septem, & filiæ tres:

Et primam quidem vocauit diem, & secundam Casiam, & tertiam cornu amalthææ.

Et non sunt inuentæ iuxta filias Iob meliores eis in ea quæ sub cælo. Dedit autem eis pater hæreditatem inter fratres.

Et vixit Iob post plagam annos centum septuaginta: omnes autem annos vixit ducentos quadraginta. Et vidit Iob filios suos, & filios filiorum suorum, quartam generationem: & mortuus est Iob senior, & plenus dierum.* Scriptum est autem ipsum rursus resurrecturum, cum quibus resuscitat Dominus. Hic interpretatione redditur ex libro Syriaco, in terra quidem Ausitide habitans in finibus Idumææ, & Arabiæ: & erat ei nomen Iobab. Cum autem accepisset vxorem Arabissam; generat filium, cui nomen Emmon. Erat autem ipse ex patre quidem Zare de filiis Esau filius, matris autem Bosorræ: ita vt ipse sit quintus ab Abraham. Et hi sunt reges, qui regnauerunt in Edom: cuius regionis etiam ipse dominatus est: primus Balac filius Beor: & nomen ciuitatis eius Dennaba: post Balac autem Iobab, qui vocatur Iob: post hunc autem Asom, qui erat dux ex regione Thæmanitidæ: post hunc autem Adad filius Barad, qui excidit Madiam in campo Moab: & nomen ciuitatis eius Gethæm. Amici autem, qui ad eum venerunt, Eliphaz de filiis Esau Thæmanorum rex, Baldad tyrannus Sauchæorum, Sophar rex Minæorum.

* Quæ sequuntur nõ habentur neque in hebræo textu, neque in nostra vulgata & videtur ex c. 36. lib. Genes. maiori ex parte desumpta.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

3 *Quis est iste qui occultat consilium absque scientia? propterea annuntiaui, & non intelligebam: occultata erant à me, nec sciebam.*

4 *Audi quæso, & loquar: interrogabo te, & notifica mihi.*

5 *Auditu auris audiueram te, nunc autem oculus meus videt te.*

6 *Idcirco abijcio, & pœnitet me in puluere, & cinere.*

7 *Fuit autem posteaquam loquutus est Iehouah verba ista ad Iiob, dixit Iehouah ad Eliphaz Themanitem, Exarsit ira mea contra te, & duos socios tuos, quia non estis loquuti de me rectum, sicut seruus meus Iiob.*

8 *Nunc igitur sumite vobis septem vitulos, & septem arietes, & ite ad seruum meum Iiob, atque offerte holocaustum pro vobis: Iiob autem seruus meus orabit pro vobis: faciem enim eius suscipiam, ne afficiam vos ignominia: quia non locuti estis de me rectum, sicut seruus meus Iiob.*

9 *Itaque abierunt Eliphaz Themanites, & Bildad Suhites, Sophar Naamathites: feceruntq́; sicut loquutus est eis Iehouah: & suscepit Iehouah faciem Iiob.*

10 *Et Iehouah conuertit captiuitatem Iiob dum oraret ipse pro amicis suis: atque auxit omnia quæ fuerant Iiob in duplum.*

11 *Conuenerunt autem ad eum omnes fratres eius, & omnes sorores eius, ac quotquot nouerant eum prius: comederuntq́; cum ipso panem in domo eius: & commoti sunt super eum, atque consolati sunt eum super omni illo malo quod induxerat Iehouah super eum: dederunt quoque ei quisque pecudem vnam, & quisque inaurem auream vnam.*

12 *Iehouah præterea benedixit nouissimo Iiob magis quam principio eius: fuerunt namque illi quatuordecim millia ouium, & sex millia camelorum, mille item iuga boum, ac mille asinæ.*

13 *Fueruntq́; illi septem filij, & tres filiæ.*

14 *Vocauit autem nomen vnius Iemimah, nomen vero secundæ Cesiah, & nomen tertiæ Ceren-haphuch.*

15 *Nec inuentæ sunt mulieres ita formosæ sicut filiæ Iiob in tota terra: dedit autem illis pater earum possessionem in medio fratrum suorum.*

16 *Cæterum vixit Iiob post hoc, centum & quadraginta annos: & vidit filios suos, ac filios filiorum suorum vsque ad quattuor generationes.*

17 *Mortuusq́; est Iiob senex, & satur dierum.*

LIBRI PSALMORVM.

Vulgat. Editio.

Psal. I.

BEatus vir, qui non abiit in consilio impio- 1
rum,& in via peccatorum non stetit, & in ca-
thedra pestilentiæ non sedit:
Ios. 1.8. ★ Sed in lege Domini voluntas eius,& in lege eius 2
meditabitur die ac nocte.
Ier. 17.8. ★ Et erit tamquam lignum, quod plantatum est 3
secus decursus aquarum,quod fructum suum dabit
in tempore suo:
Et folium eius non defluet: & omnia quæcum-
que faciet,prosperabuntur.
Non sic impij,non sic:sed tamquam puluis,quem 4
proijcit ventus à facie terræ.
Ideo non resurgent impij in iudicio: neque pec- 5
catores in concilio iustorum,
Quoniam nouit Dominus viam iustorum: & iter 6
impiorum peribit.

Psal. II.

Act. 4.25. QVare fremuerunt Gentes, & populi meditati 1
sunt inania?
Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt 2
in vnum aduersus Dominum, & aduersus Chri-
stum eius.
Dirumpamus vincula eorum: & proiiciamus à
nobis iugum ipsorum. 3
Qui habitat in cœlis irridebit eos: & Dominus 4
subsannabit eos.
Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo 5
conturbabit eos.
Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion 6
montem sanctum eius, prædicans præceptum eius.
Act. 13.33. Hebr. 1.5.& 5.5. ★ Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego 7
hodie genui te.
Postula à me: & dabo tibi Gentes hæreditatem 8
tuam,& possessionem tuam terminos terræ.
Reges eos in virga ferrea, & tamquam vas figuli 9
confringes eos.
Apo. 2.27. & 19.15. ★ Et nunc reges intelligite:erudimini qui iudica- 10
tis terram.
Seruite Domino in timore: & exultate ei cum 11
tremore.
Apprehendite disciplinam nequando irascatur 12
Dominus,& pereatis de via iusta.
Cum exarserit in breui ira eius,beati omnes, qui 13
confidunt in eo.

Psalmus Dauid,cum fugeret à facie Absalom 1
filij sui. 2.Reg. 15. 14. III.

DOmine quid multiplicati sunt qui tribulant 2
me?multi insurgunt aduersum me.
Multi dicunt animæ meæ: Non est salus ipsi in 3
Deo eius.
Tu autem Domine susceptor meus es, gloria 4
mea,& exaltans caput meum.
Voce mea ad Dominum clamaui: & exaudiuit 5
me de monte sancto suo.
Ego dormiui,& soporatus sum:& exurrexi, quia 6
Dominus suscepit me.
Non timebo millia populi circundantis me:exur- 7
ge Domine,saluum me fac Deus meus.

Quoniam

LIBRI TEHILLIM.

Transl.ex Heb.Sanct.Pagn.

Psal. I.

BEatus vir qui non ambulauit in consilium impio-
rum,& in via peccatorum non stetit, & in cathe-
dra derisorum non sedit.
Sed in lege Domini,voluntas eius,& in lege eius medi-
tabitur die, ac nocte.
Et erit sicut arbor plantata secus riuos aquarum, quæ
fructum suum dabit in tempore suo,
Et folium eius non decidet, & omne quod faciet, pro-
sperari faciet.
Non sic impij,sed tanquam gluma, quam proijciet ven-
tus.
Ideo non stabunt impij in iudicio, neque impij in con-
gregatione iustorum.
Quoniam scit Dominus viam iustorum: & via im-
piorum peribit.

Psal. II.

VT quid congregabunt se gentes,& populi meditabun-
tur inane?
Astabunt reges terræ,& principes consiliabuntur pari-
ter,aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.
Dirumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis
funes eorum.
Habitans in cœlis ridebit,Dominus subsannabit eos.
Tunc loquetur ad eos in furore suo, & in ira sua ter-
rebit eos.
Et ego constitui regem meum super Sijon,montem san-
ctum meum:narrabo præceptum.
Dominus dixit ad me: Filius meus es, ego hodie genui
te.
Postula à me:& dabo gentes hereditatem tuam, &
possessionem tuam terminos terræ.
Conteres eos virga ferrea,sicut vas figuli confringes
eos.
Et nunc reges intelligite:erudite vos iudices terræ.
Seruite Domino in timore,& exultate in tremore.
Osculamini filium,ne forte irascatur, & pereatis in
via,
Quum exarserit paululum furor eius, beati omnes
qui sperant in eo.

Canticum Dauid cum fugeret à facie
Absalom filij sui. Psal.III.

DOmine valde multiplicati sunt hostes mei,multi
surgunt aduersum me.
Multi dicunt animæ meæ: Non est salus ei in Deo Se-
lah.
Et tu Domine clypeus es pro me, gloria mea, & exal-
tas caput meum.
Voce mea ad Dominum clamaui, & exaudiuit me de
monte sanctitatis suæ,Selah.
Ego accubui,& dormiui, & euigilaui, quia Dominus
sustentauit me.
Non timebo à decem millibus populi, qui circunquaque
pugnauerunt aduersum me:surge Domine serua me Deus
mi.

Quia

Vulgat. Editio.

8 Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi
sine causa: dentes peccatorum contriuisti.
9 Domini est salus: & super populum tuum bene-
dictio tua.

1 In finem in carminibus, Psalmus
Dauid. IIII.

2 CVm inuocarem exaudiuit me Deus iustitiæ
meæ: in tribulatione dilatasti mihi.
Miserere mei, & exaudi orationem meam.
3 Filij hominum vsquequo graui corde? vt quid di-
ligitis vanitatem, & quæritis mendacium?
4 Et scitote quoniam mirificauit Dominus san-
ctum suum: Dominus exaudiet me cum clamauero
ad eum.
* Eph. 4.26. 5 * Irascimini, & nolite peccare: quæ dicitis in cor-
dibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.
6 Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Do-
mino, multi dicunt: Quis ostendit nobis bona?
7 Signatum est super nos lumen vultus tui Domi-
ne: dedisti lætitiam in corde meo.
8 A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati
sunt.
9 In pace in idipsum dormiam, & requiescam;
10 Quoniam tu Domine singulariter in spe consti-
tuisti me.

1 In finem pro ea, quæ hæreditatem conse-
quitur, Psalmus Dauid. V.

2 VErba mea auribus percipe Domine, intellige
clamorem meum.
3 Intende voci orationis meæ, rex meus & Deus
meus.
4 Quoniam ad te orabo: Domine mane exaudies
vocem meam.
5 Mane astabo tibi & videbo: quoniam non Deus
volens iniquitatem tu es.
6 Neque habitabit iuxta te malignus: neque per-
manebunt iniusti ante oculos tuos
7 Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes
omnes, qui loquuntur mendacium.
8 Virum sanguinũ & dolosum abominabitur Do-
minus: *ego autẽ in multitudine misericordiæ tuæ
Introibo in domum tuam: adorabo ad templum
sanctum tuum in timore tuo.
9 Domine deduc me in iustitia tua: propter inimi-
cos meos dirige in conspectu tuo viam meam.
10 Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eo-
rum vanum est.
* Inf. 13.5. Ro.3.13. 11 * Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis
suis dolose agebant, iudica illos Deus.
Decidant à cogitationibus suis secundum multi-
tudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam
irritauerunt te Domine.
12 Et lætentur omnes, qui sperant in te, in æternum
exultabunt & habitabis in eis.
Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt no-
13 men tuum: * quoniam tu benedices iusto.
Domine, vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti
nos.

1 In finem in carminibus, Psalmus Dauid,
pro octaua. VI.

2 DOmine, ne in furore tuo arguas me, neque in
ira tua corripias me,
3 Miserere mei Domine quoniam infirmus sum:
sana me Domine quoniã conturbata sunt ossa mea.

Et

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Quia percussisti omnes inimicos meos in maxilla, den-
tes impiorum confregisti.
Domini est salus, super populum tuum benedictio tua.

Victori in Psalmis Dauidi.
Psalm. IIII.

CVm inuocauero exaudi me Deus iustitia mea, in an-
gustia dilatare fecisti locum mihi,
Miserere mei, & audi orationem meam.
Filij viri, vsquequo gloriam meam vertetis in ignomi-
niam, diligetis inane, quæretis mendacium, Selah.
Et scitote, quoniam segregare fecit Dominus misericor-
dem sibi, Dominus exaudiet, cum clamauero ad eum.

Pauete, & ne peccetis, dicite in corde vestro, super cu-
bili vestro, & tacete: Selah.
Sacrificate sacrificia iustitiæ, & confidite in Domino,
multi dicunt: Quis videre faciet nos bonum?
Eleua super nos lucem vultus tui Domine: dedisti læti-
tiam in corde meo.
A tempore quo frumentum eorum, & vinum nouum
eorum multiplicata sunt.
In pace pariter accubabo, & dormiam,
Quia tu Dominus solummodo confidenter habitare
facies me.

Victori super Hannechiloth. Canticum
Dauid. V.

ELoquia mea auribus percipe Domine, intellige locutio-
nem meam.
Attende voci clamoris mei, rex mi, & Deus mi.

Quoniam ad te orabo. Domine mane audies vocem
meam.
Mane preparabo tibi orationem, & speculabor: quia
non Deus volens impietatem es,
Non habitabit iuxta te malus: non stabunt stulti co-
ram oculis tuis,
Odisti omnes operantes iniquitatem: perdes loquentes
mendacium,
Virum sanguinolentum, & fraudulentum abominabi-
*tur Dominus: * & ego in multitudine misericordia tua,*
Introibo domum tuam, incuruabo me templo sancto
tuo in timore tuo.
Domine duc me in iustitia tua, propter inimicos meos,
dirige coram me viam tuam.
Quoniam non est in ore eorum rectum, intimum eo-
rum prauitates,
Sepulchrum patens guttur eorum, linguam suam
blandiantur, Desolare fac eos Deus,
Cadant à consilijs suis propter multitudinem præua-
ricationum eorum, expellere fac eos, quoniam rebellaue-
runt contra te.
Et lætabuntur omnes qui sperant in te, in seculum
laudabunt, & operire facies eos,
Et exultabunt in te, qui diligunt nomen tuum:
** quia tu benedices iusto.*
Domine, vt scuto voluntate coronabis eum.

Victori in Psalmis super octauam Canticum
Dauidi. VI.

DOmine ne in furore tuo arguas me, & ne in ira tua
corripias me.
Miserere mei, quoniam debilis sum sana me Domine,
quoniam territa sunt ossa mea.

Et

Vulgat. Editio.

Et anima mea turbata est valde: sed tu Domine
vsquequo?
Conuertere Domine, & eripe animam meam:
saluum me fac propter misericordiam tuam,
Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in
inferno autem quis confitebitur tibi?
Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas no-
ctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum
rigabo.
Turbatus est à furore oculus meus: inueteraui
inter omnes inimicos meos.
* Discedite à me omnes qui operamini iniquita-
tem: quoniam exaudiuit Dominus vocē fletus mei.
Exaudiuit Dominus deprecationem meam, Do-
minus orationem meam suscepit.
Erubescant, & conturbentur vehementer omnes
inimici mei: conuertantur & erubescant valde velo-
citer.

* Mat. 7.23. & 25.41. Luc. 13 27.

Psalmus Dauid, quem cantauit Domino
pro verbis Chusi filij Iemini.
(2.Reg.16.) VII.

DOmine Deus meus in te speraui: saluum me fac
ex omnibus persequentibus me, & libera me.
Nequando rapiat vt leo animam meam, dum
non est qui redimat, neque qui saluum faciat.
Domine Deus meus si feci istud, si est iniquitas in
manibus meis.
Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam
merito ab inimicis meis inanis.
Persequatur inimicus animam meam, & compre-
hendat, & conculcet in terra vitam meam, & glo-
riam meam in puluerem deducat.
Exurge Domine in ira tua: & exaltare in finibus
inimicorum meorum.
Et exurge Domine Deus meus in præcepto quod
mandasti: & synagoga populorum circumdabit te.
Et propter hanc in altum regredere: Dominus iu-
dicat populos.
Iudica me Domine secundum iustitiam meam,
& secundum innocentiam meam super me.
Consumetur nequitia peccatorum, & diriges iu-
stum, * scrutans corda & renes Deus.
Iustum * adiutorium meum à Domino, qui sal-
uos facit rectos corde.
Deus iudex iustus, fortis, & patiens: nunquid ira-
scitur per singulos dies?
Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit: ar-
cum suum tetendit, & parauit illum.
Et in eo parauit vasa mortis, sagittas suas arden-
tibus effecit.
* Ecce parturiit iniustitiam: concepit dolorem, &
peperit iniquitatem.
Lacum aperuit, & effodit eum: & incidit in fo-
ueam, quam fecit.
Conuertetur dolor eius in caput eius: & in verti-
cem ipsius iniquitas eius descendet.
Confitebor Domino secundum iustitiam eius: &
psallam nomini Domini altissimi.

* 1 Par. 28.9. Ier. 11. 20. & 17. 10. & 20.12

* Isa. 59.4. Iob 15. 35.

In finem pro torcularibus, Psalmus
Dauid. VIII.

DOmine Dominus noster quam admirabile est
nomen tuum in vniuersa terra!
Quoniā eleuata est magnificentia tua, super cœlos.
Ex ore infantium & lactentium perfecisti lau-
dem propter inimicos tuos, vt destruas inimicum
& vltorem.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

4 *Et anima mea territa est valde, & tu Domine vsque-*
quo conteres me?
5 *Reuertere Domine, eripe animam meam, serua me pro-*
pter misericordiam tuam.
6 *Quoniam non est in morte memoria tui, in sepulchro,*
quis confitebitur tibi?
7 *Laboraui in gemitu meo, natare feci omni nocte lectum*
meum in lachrymis meis, stratum meum liquefeci.
8 *Caligauit præ ira oculus meus, inueterauit propter*
omnes inimicos meos.
9 *Recedite à me omnes operantes iniquitatem: quoniam*
audiuit Dominus vocem fletus mei.
10 *Audiuit Dominus deprecationem meam, Dominus ora-*
tionem meam suscepit.
11 *Pudore afficientur, & terrebuntur valde omnes ini-*
mici mei, conuertentur, pudore afficientur subito.

Quæ diuerso caractere ponuntur deesse ab Hebræo adnotauimus in libro Iob & addita à Pagnino ad declarationem idē cognoscas quoties id videris etiā in Psalterio.

1 *Sighaion Dauid quod cecinit Domino super*
verba Chus filij Iemini.
VII.

2 *DOmine Deus meus in te speraui, serua me ab omni-*
bus persequentibus me, & eripe me.
3 *Ne forte rapiat, vt leo animam meam, laceret, & non*
sit qui eruat.
4 *Domine Deus mi, si feci istud, si est iniquitas in mani-*
bus meis.
5 *Si retribui pacifice degenti mecum malum, qui eru*
hostem meum gratis.
6 *Persequatur inimicus animam meam, & comprehen-*
dat, & conculcet in terra vitam meam, & gloriam meam
in puluerem collocet, Selah.
7 *Surge Domine in furore tuo, eleua te propter indigna-*
tiones hostium meorum.
8 *Et suscita te mihi in iudicio quod præcepisti: & congre-*
gatio populorum circundabit te,
9 *Et propter eam in altitudinem reuertere: Dominus iu-*
dicabit populos.
Iudica me Domine secundum iustitiam meam, & se-
cundum perfectionem meam quæ est in me.
10 *Consumet nunc malum impios, & stabilies iustum tu*
qui probas corda, & renes Deus iuste.
11 *Clypeus meus est Deus, qui seruat rectos corde.*
12 *Deus iudicat iustum, & Deus irascitur impio die.*
13 *Nisi conuersus fuerit gladium suum acuit, arcum suum*
tetendit, & parauit illum.
14 *Et ei parare fecit vasa mortifera, sagittas suas in per-*
sequentibus operatus est.
15 *Ecce parturiuit iniquitatem, & concepit peruersitatem,*
& peperit mendacium.
16 *Cisternam fodit, & effodit eam, & cadet in foueam*
quam operatus est.
17 *Conuertetur peruersitas eius in caput eius & super*
verticem eius, iniquitas eius descendet.
18 *Confitebor Domino, secundum iustitiam eius, & psal-*
lam nomini Domini altissimi.

1 *Victori super Haghithith, Psalmus*
Dauid. VIII.

2 *DOmine Domine noster, quam grandе est nomen tuum*
in vniuersa terra,
Qui posuisti gloriam tuam super cœlos.
3 *Ex ore paruulorum, & lactentium fundasti fortitudi-*
nem propter inimicos tuos, vt cessare faceres inimicum,
& vltorem.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum: lunam & stellas, quæ tu fundasti.
Quid est homo, quod memor es eius? aut filius hominis, quoniam visitas eum?
Heb. 2. 7. Minuisti eum paulo minus ab Angelis, gloria & honore coronasti eum: * & constituisti eum super opera manuum tuarum.
Gen. 1. 28. 1. Cor. 15. 26. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas: insuper & pecora campi.
Volucres cœli & pisces maris, qui perambulant semitas maris.
Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra!

In finem pro occultis filij, Psalmus Dauid. IX.

CONfitebor tibi Domine in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua.
Lætabor & exultabo in te: psallam nomini tuo Altissime,
In conuertendo inimicum meum retrorsum: infirmabuntur, & peribunt à facie tua.
Quoniam fecisti iudicium meum, & causam meam: sedisti super thronum, qui iudicas iustitiam.
Increpasti Gentes, & periit impius: nomen eorum delesti in æternum & in sæculum sæculi.
Inimici defecerunt frameæ in finem: & ciuitates eorum destruxisti.
Periit memoria eorum cum sonitu: * & Dominus in æternum permanet.
Parauit in iudicio thronum suum: * & ipse iudicabit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iustitia.
Et factus est Dominus refugium pauperi: adiutor in opportunitatibus, in tribulatione.
Et sperent in te qui nouerunt nomen tuum: quoniam non dereliquisti quærentes te Domine.
Psallite Domino, qui habitat in Sion: annunciate inter Gentes studia eius:
Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est: non est oblitus clamorem pauperum.
Miserere mei Domine: vide humilitatem meam de inimicis meis.
Qui exaltas me de portis mortis, vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.
Exultabo in salutari tuo: infixæ sunt Gentes in interitu, quem fecerunt.
In laqueo isto, quem absconderunt, comprehensus est pes eorum.
Cognoscetur Dominus iudicia faciens: in operibus manuum suarum comprehensus est peccator.
Conuertantur peccatores in infernum, omnes Gentes quæ obliuiscuntur Deum.
Quoniam non in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in finem.
Exurge Domine, non confortetur homo: iudicentur Gentes in conspectu tuo:
Constitue Domine legislatorem super eos, vt sciant gentes quoniam homines sunt.

Psal. X. secundum Hebr.

Vt quid Domine recessisti longe, despicis in opportunitatibus, in tribulatione?
Dum superbit impius, incenditur pauper: comprehenduntur in consiliis quibus cogitant.
Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ: & iniquus benedicitur.
Exacerbauit Dominum peccator, secundum multitudinem iræ suæ non quæret.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

4 *Quoniam videbo cœlos tuos, opus digitorum tuorum, lunam, & stellas quas præparasti.*
5 *Quid est homo, quod recorderis eius, & filius hominis, quod visites eum?*
6 *Et deficere fecisti eum paululum ab angelis, & gloria*
7 *& decore coronalis eum. * Dominari facies eum operibus manuum tuarum.*
8 *Omnia posuisti sub pedibus eius, pecudes, & boues, vniuersa ipsa: & etiam bestias agrestes.*
9 *Volucres cœli, & pisces maris, transeuntem semitas marium.*
10 *Domine Domine noster, quam grāde est nomen tuum, in vniuersa terra.*

1 *Victori Halmuth Labben. Canticum Dauid. Psal. IX.*

2 *COnfitebor Domino toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua.*
3 *Lætabor, & exultabo in te, cantabo nomini tuo Altissime.*
4 *Cum reuersi fuerint inimici mei, retrorsum impingent, & peribunt à facie tua.*
5 *Quoniam fecisti iudicium meum, & causam meam: sedesti in solio qui iudicas iustitiam.*
6 *Subuertisti gentes, perdidisti impium, nomen eorum delesti in sæculum, & in sempiternum.*
7 *Inimicæ finitæ sunt solitudines in sæculum, & vrbium quas destruxisti,*
8 *Perijt memoria cum ipsis: * & Dominus in sæculum permanebit.*
9 *Parauit ad iudicium solium suum: * & ipse iudicabit orbem in iustitia, iudicabit populos in rectitudine.*
10 *Et erit Dominus exaltatio pauperi, exaltatio in temporibus in angustia.*
11 *Et sperabunt in te, scientes nomen tuum: quia non dereliquisti quærentes te Domine.*
12 *Cantate Domino qui habitat in Sijon: annuntiate in populis opera eius.*
13 *Quoniam quærens sanguinem eius, recordatus est, non oblitus est clamoris pauperum.*
14 *Miserere mei Domine: vide afflictionem meam quæ est ab ijs qui odio habent me,*
15 *Qui exaltas me de portis mortis, vt narrem omnes laudes tuas in portis filiæ Sijon,*
16 *Exultabo in salute tua: demersæ sunt gentes in foueam quam fecerunt,*
In reti quod absconderunt, captus est pes eorum.
17 *Notus est Dominus, iudicium fecit: in opere manuum suarum illaqueatus est impius, meditatio in sæculum est salus hæc.*
18 *Reuertantur impij ad sepulchrum, omnes gentes quæ oblitæ sunt Dei.*
19 *Quoniam non in sæculum in obliuionem erit pauper: expectatio pauperum non peribit in sæculum.*
20 *Surge Domine non roboretur homo: iudicentur gentes coram te.*
21 *Pone Domine, timorem eis, sciant gentes quod homines sunt, Selah.*

Psal. X.

1 *Vt quid Domine manes in longinquo, abscondis oculos tuos in temporibus in angustia?* Hic est finis psalmi secundū Hebræos.
2 *Propter superbiam impij persecutionem sustinebit pauper, capiantur in cogitationibus, quas cogitauerunt.*
3 *Quoniam laudauit se impius super desiderium animæ suæ, & auaro benedixit,*
4 *Irasci fecit Dominum impius propter superbiam quam faciè præ se fert, non quæret Deum,*

Vulgat. Editio.

5 Non est Deus in conspectu eius: inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore.
Auferuntur iudicia tua à facie eius: omnium inimicorum suorum dominabitur.
6 Dixit enim in corde suo: Non mouebor à generatione in generationem, sine malo.
7 Cuius maledictione os plenum est, & amaritudine, & dolo: sub lingua eius labor & dolor. Inf. 13. 3. Rom. 3. 14.
8 Sedet in insidiis cum diuitibus in occultis, vt interficiat innocentem.
9 Oculi eius in pauperem respiciunt: insidiatur in abscondito, quasi leo in spelunca sua.
Insidiatur vt rapiat pauperem: rapere pauperem dum attrahit eum.
10 In laqueo suo humiliabit eum, inclinabit se, & cadet cum dominatus fuerit pauperum.
11 Dixit enim in corde suo: Oblitus est Deus, auertit faciem suam ne videat in finem.
12 Exurge Domine Deus, exaltetur manus tua: ne obliuiscaris pauperum.
13 Propter quid irritauit impius Deum? dixit enim in corde suo: Non requiret.
14 Vides quoniam tu laborem, & dolorem consideras: vt tradas eos in manus tuas.
Tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor.
15 Contere brachium peccatoris & maligni: quæretur peccatum illius, & non inuenietur.
16 Dominus regnabit in æternum, & in sæculum sæculi: peribitis Gentes de terra illius.
17 Desiderium pauperum exaudiuit Dominus: præparationem cordis eorum audiuit auris tua.
18 Iudicare pupillo & humili, vt non apponat vltra magnificare se homo super terram.

1 In finem, Psalmus Dauid. X.

2 IN Domino confido: quomodo dicitis animæ meæ: Transmigra in montem sicut passer:
3 Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde.
4 Quoniam quæ perfecisti destruxerunt: iustus autem quid fecit?
5 Dominus in templo sancto suo, Dominus in cœlo sedes eius: Aba. 2. 20.
Oculi eius in pauperem respiciunt: palpebræ eius interrogant filios hominum.
6 Dominus interrogat iustum & impium: qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.
7 Pluet super peccatores laqueos: ignis, & sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.
8 Quoniam iustus Dominus & iustitias dilexit: æquitatem vidit vultus eius.

1 In finem pro octaua, Psalmus Dauid. XI.

2 SAluum me fac Domine, quoniam defecit sanctus: quoniam diminutæ sunt veritates à filiis hominum.
3 Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum: labia dolosa, in corde & corde locuti sunt.
4 Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam.
5 Qui dixerunt: Linguam nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt, quis noster Dominus est?
6 Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus.

Po-

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

5 *Nec erit Deus in omnibus cogitationibus eius. Prosperabuntur viæ eius in omni tempore,*
In altitudines sunt iudicia tua coram eo, in omnes hostes suos sufflabit.
6 *Dixit in corde suo non mouebo me à generatione in generationem, quia non eueniet mihi malum.*
7 *Maledictione os eius plenum est, & dolis, & fraude: in lingua eius peruersitas, & iniquitas est.*
8 *Manebit in insidijs villarum, in latibulis occidet innocentem.*
9 *Oculi eius super pauperem aspicient: insidiabitur in latibulo sicut leo in cubili suo,*
Insidiabitur ad rapiendum pauperem, rapiet pauperem cum traxerit eum in rete suum.
10 *Contritum, humilemq́; se ostendet, & cadet cum fortibus eius congregatio pauperum.*
11 *Dixit in corde suo, oblitus est Deus, occultauit faciem suam, ne videat in sæculum.*
12 *Surge Domine Deus, eleua manum tuam, ne obliuiscaris pauperum.*
13 *Propter quid irasci fecit impius Deum, dixit in corde suo, quod non quæres.*
14 *Sed tu vidisti peruersitatem, & iram aspexisti, & quia dedit seipsum in manu tua,*
Tibi relinquit causam suam pauper, pupillo tu fuisti adiutor.
15 *Contere brachium impij, & mali, quæres impietatem eius quam dixit, quod non inuenies.*
16 *Dominus rex in sæculum, & in æternum: perierunt gentes è terra eius.*
17 *Desiderium humilium audies Domine, parare facies cor eorum, intendere facies aurem tuam.*
18 *Vt iudices pupillo, & pauperi, ne addat vltra impius vt conterat hominem è terra.*

1 *Victori Dauidi. Psal. XI.*

2 *IN Domino speraui, quomodo dicitis animæ meæ, vt transmigres à monte vestro sicut auis?*
3 *Quoniam ecce impij tetenderunt arcum, parauerunt sagittam suam super chordam, vt iaciant in caligine in rectos corde.*
4 *Quoniam retia destruentur, iustus quid operatus est?*
5 *Dominus in templo sanctitatis suæ. Domini in cœlis est solium,*
Oculi eius videbunt, palpebræ eius probabunt filios hominum.
6 *Dominus iustum probabit & impium, & diligentem iniquitatem odio habuit anima eius.*
7 *Pluet super impios laqueos: ignem, & sulphur, & spiritum procellarum, partem calicis eorum.*
8 *Quoniam iustus Dominus, iustitias dilexit, rectum videbit facies eius.*

1 *Victori super octauam canticum Dauidi. Psal. XII.*

2 *SErua Domine quoniam defecit misericors quoniam defecerunt fideles à filijs hominum.*
3 *Mendacium loquetur vnusquisque cum proximo suo, labium blandiciarum in corde, & corde loquentur.*
4 *Succidet Dominus vniuersa labia blanda, linguam loquentem magna.*
5 *Qui dixerunt, linguam nostram roboremus, labia nostra nobiscum, quis Dominus nobis?*
6 *Propter vastitatem pauperum, propter clamorem inopum, nunc surgam dicit Dominus,*

Po-

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Ponam in salutari: fiducialiter agam in eo.

Pro. 30. 5. Eloquia Domini: eloquia casta: argentum igne examinatum, probatum terræ purgatũ septuplum.

Tu Domine seruabis nos: & custodies nos à generatione hac in æternum.

In circuitu impij ambulant: secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.

In finem, Psalmus Dauid. XII.

VSquequo Domine obliuisceris me in finem? Vsquequo auertis faciem tuam à me?

Quandiu ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem?

Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me?

★ respice, & exaudi me Domine Deus meus,

Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte: ★ nequando dicat inimicus meus: Præualui aduersus eum.

Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero: ★ ego autem in misericordia tua speraui.

Exultabit cor meum in salutari tuo: cantabo Domino qui bona tribuit mihi: & psallam nomini Domini altissimi.

In finem, Psalmus Dauid. XIII.

DIxit insipiens in corde suo: Non est Deus.

Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.

Dominus de cœlo prospexit super filios hominum, vt videat si est intelligens, aut requirens Deum.

Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.

Sepulchrum patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebãt, venenum aspidum sub labiis eorum.

Quorum os maledictione & amaritudine plenum est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.

Contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt: non est timor Dei ante oculos eorum.

Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam sicut escã panis?

Dominum non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.

Quoniam Dominus in generatione iusta est, consilium inopis confudistis: quoniam Dominus spes eius est.

Quis dabit ex Sion salutare Israel? cum auerterit Dominus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israel.

Psalmus Dauid. XIV.

DOmine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiã:

Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua:

Nec fecit proximo suo malum, & opprobrium non accepit aduersus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus: timentes autem Dominum glorificat:

Qui iurat proximo suo, & non decipit, ★ Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, & munera super innocentem non accepit:

Qui facit hæc, non mouebitur in æternum.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Ponam eum in salute, ab eo qui deridendo sufflat in eũ.

7 *Eloquia Domini, eloquia munda, argentum conflatum à domino terræ, purgatum septemplicitèr.*

8 *Tu Domine seruabis eos, custodies eum à generatione hac in sæculum.*

9 *In circuitu impij ambulant cum exaltati fuerint, vilitas est filijs hominum.*

1 *Victori Canticum Dauidi. Psalmus. XIII.*

VSquequo Domine obliuisceris mei in sæculum, vsquequo abscondes faciem tuam à me?

2 *Vsquequo ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo in die?*

3 *Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me?*

4 *Aspice, exaudi me Domine Deus meus.*

Illumina oculos meos, ne forte dormiam in morte:

5 *★ ne forte dicat inimicus: Praualui ei. Hostes mei exultabunt cum nutauero: ★ & ego in misericordia tua spe-*

6 *raui,*

Exultauit cor meum in salute tua, cantabo Domino, quoniam retribuit mihi.

1 *Victori Dauidi. Psal XIV.*

DIxit stultus in corde suo: Non est Deus.

Corruperunt viam suam, abominabile fecerunt opus, non est qui faciat bonum.

2 *Dominus è cœlis prospexit super filios hominum, vt videat, An sit intelligens, quærens Deum.*

3 *Omnes declinauerunt, pariter fœtuerunt non est faciens bonum, non est etiam vnus.*

(...)

(∴) (∴)

4 *Nonne cognouerunt omnes operantes iniquitatem, comedentes populum meum, ac si comederent panem,*

5 *Dominum non inuocauerunt: ibi timuerunt timore,*

6 *Quoniam Deus in generatione iusti. Consilium pauperis pudore afficietis: quoniam Dominus spes eius est.*

7 *Quis dabit ex Sijon salutem Israel, quando conuertet Dominus captiuitatem populi sui, exultabit Iahacob, lætabitur Israel?*

1 *Canticum Dauidi. Psal. XV.*

DOmine quis peregrinabitur in tabernaculo tuo; & quis habitabit in monte sanctitatis tuæ?

2 *Qui ambulat perfecte, & operatur iustitiam,*

3 *Et loquitur veritatem in corde suo: non accusauit lingua sua,*

4 *Non fecit proximo suo malum, & opprobrium non accepit contra propinquum suum.*

Quid despicit se in oculis suis, abijcit se: qui timentes Dominum glorificat.

5 *Qui seipsum iurauit affligere, & non mutauit. ★ Pecuniam suam non dedit ad vsuram, & munus contra innocentem non accepit,*

Qui facit hæc non habetur in sæculum.

Vulgat. Editio.

Tituli inscriptio ipsi Dauid. XV.

CONserua me Domine, quoniam speraui in te.

Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis qui sunt in terra eius, mirificauit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: postea accelerauerunt.

Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus: nec memor ero nominũ eorũ per labia mea.

Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei: tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi:

Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara est mihi.

Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum: insuper & vsque ad noctem increpuerunt me renes mei.

*Act. 2. 25. * Prouidebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi, ne commouear.

Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescet in spe.

*Act. 2. 32. & 13. 35. * Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vsque in finem.

Oratio Dauid, XVI.

EXaudi Domine iustitiam meam: intende deprecationem meam.

Auribus percipe orationem meam, non in labiis dolosis.

De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant æquitates.

Probasti cor meum, & visitasti nocte: igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas.

Vt non loquatur os meum opera hominum propter verba labiorum tuorum ego custodi vias duras.

Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea.

Ego clamaui, quoniam exaudisti me Deus: inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea.

Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te.

A resistentibus dexteræ tuæ custodi me, vt pupillam oculi.

Sub vmbra alarum tuarum protege me: * à facie impiorum qui me afflixerunt.

Inimici mei animam meam circumdederunt, *adipem suum concluserunt: os eorum locutum est superbiam.

Proiicientes me nunc circumdederunt me: oculos suos statuerunt declinare in terram.

Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam: & sicut catulus leonis habitans in abditis.

Exurge Domine, præueni eum, & supplanta eum: eripe animam meam ab impio, frameam tuam * ab inimicis manus tuæ.

Domine à paucis de terra diuide eos in vita eorum: de absconditis tuis adimpletus est venter eorũ.

Saturati sunt filiis: & dimiserunt reliquias suas paruulis suis.

Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo, satiabor cum apparuerit gloria tua.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

1 *Michthan Dauidi. Psal. XVI.*

CVstodi me Deus, quoniam speraui in te.

2 *Dixi Domino: Deus meus es tu, bonum meum non est*
nisi à te.
3 *In sanctis qui in terra sunt, & fortibus, omnis vo-*
luntas mea est.
4 *Multiplicentur dolores eorum, qui alteri Deo donaue-*
runt.
Non libabo libamina eorum de sanguine, nec assumam
nomina eorum in labijs meis.
5 *Dominus pars portionis meæ, & calicis mei tu susten-*
tas sortem meam.
6 *Hæreditates ceciderunt mihi in iocundis: etiam hære-*
ditas speciosa est mihi.
7 *Benedicam Domino, qui consuluit mihi, etiam noctibus*
erudierunt me renes mei.
8 *Posui Dominum coram me semper, quoniam à dextera*
mea est, ne declinem.
9 *Propterea lætatum est cor meum, & exultauit gloria*
mea, etiam caro mea habitabit confidenter.
10 *Quoniam non relinques animam meam in sepulchro,*
nec permittes misericordem tuum, vt videat corruptio-
nem.
Scire facies me semitam vitæ, saturitas lætitiarum est
cum vultu tuo: iocunditates sunt in dextera tua in sæcu-
lum.

1 *Oratio Dauid. Psal. XVII.*

AVdi Domine iustitiam, intende clamori meo.

Ausculta orationem meam absque labijs doli.

2 *A facie tua iudicium meum egrediatur, oculi tui vi-*
deant æquitates.
3 *Probasti cor meum, visitasti nocte: conflasti me, non in-*
uenisti in me iniquitatem.
4 *Quod cogitaui non transiuit os meum. Propter opera*
hominum propter verbum labiorum tuorum custodiui se-
mitas dissipatoris.
5 *Sustenta gressus meos in vijs tuis, ne declinent pedes*
mei.
6 *Ego inuocaui te, quoniam exaudies me Deus, inclina*
aurem tuam mihi, audi eloquium meum.
7 *Diuide misericordias tuas seruator sperantium, ab in-*
surgentibus in dexteram tuam.
8 *Custodi me, vt nigrum pupillæ oculi.*

9 *In vmbra alarum tuarum absconde me: * à facie im-*
piorum, qui vastauerunt me, inimicorum meorum.
10 *Qui propter animam circumdederunt me. * Adipe suo*
clauserunt corpus suum: ore suo locuti sunt superbe.

11 *In via nostra nunc circumdederunt me, oculos suos po-*
suerunt ad declinandum in terram.
12 *Similitudo eius, vt leonis desiderauit rapere, & vt*
leunculi manentis in abditis.
13 *Surge Domine præueni faciem eius, incurua eum, erue*
animam meam ab impio, qui est gladius tuus.
14 ** A viris qui sunt flagellum tuum.*
Erue Domine, à viris de mundo quorum pars est in vi-
ta, & abscondito tuo implebis ventrem eorum.
Saturabuntur filij, & dimittent residuum suum par-
uulis suis.
15 *Ego in iustitia videbo faciem tuam, & satiabor cum*
expergefacta fuerit imago tua.

Vulgat. Editio.

In finem puero Domini Dauid, qui locutus est Domino verba cantici huius, in die, qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum eius & de manu Saul, & dixit: (2.Reg.22.2.)

XVII.

Diligam te Domine fortitudo mea:
Dominus firmamentum meum,& refugium
& liberator meus.
* Deus meus adiutor meus,& sperabo in eum.
Protector meus,& cornu salutis meæ,& susceptor
meus.
Laudans inuocabo Dominum:& ab inimicis meis
saluus ero.
Circumdederunt me dolores mortis:& torrentes
iniquitatis conturbauerunt me.
Dolores inferni circumdederunt me:præoccupa-
uerunt me laquei mortis.
In tribulatione mea inuocaui Dominum, & ad
Deum meum clamaui:
Et exaudiuit de templo sancto suo vocem meam:
& clamor meus in conspectu eius,introiuit in aures
eius.
Commota est, & contremuit terra: fundamenta
montium conturbata sunt,& commota sunt, quo-
niam iratus est eis.
Ascendit fumus in ira eius: & ignis à facie eius
exarsit: carbones succensi sunt ab eo.
Inclinauit cælos, & descendit:& caligo sub pedi-
bus eius.
Et ascendit super cherubim, & volauit: volauit
super pennas ventorum.
Et posuit tenebras latibulum suum, in circuitu
eius tabernaculum eius: tenebrosa aqua in nubibus
aeris.
Præ fulgore in conspectu eius nubes transierunt,
grando & carbones ignis.
Et intonuit de cælo Dominus,& Altissimus dedit
vocem suam: grando & carbones ignis:
Et misit sagittas suas, & dissipauit eos: fulgura
multiplicauit,& conturbauit eos.
Et apparuerunt fontes aquarum,& reuelata sunt
fundamenta orbis terrarum.
Ab increpatione tua Domine,ab inspiratione spi-
ritus iræ tuæ.
Misit de summo,& accepit me:& assumpsit me de
aquis multis.
Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab his
qui oderunt me: quoniam cōfortati sunt super me.
Præuenerunt me in die afflictionis meæ: & factus
est Dominus protector meus.
Et eduxit me in latitudinem: saluum me fecit,
quoniam voluit me.
Et retribuet mihi Dominus secundum iustitiam
meam, & secundum puritatem manuum mearum
retribuet mihi:
Quia custodiui vias Domini, nec impie gessi à
Deo meo.
Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo:
& iustitias eius non repuli à me.
Et ero immaculatus cum eo: & obseruabo me ab
iniquitate mea.
Et retribuit mihi Dominus secundum iustitiam
meam: & secundum puritatem manuum mearum
in conspectu oculorum eius.
Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente
innocens eris:
Et cum electo electus eris: & cum peruerso per-
uerteris.

* He.2. c.13.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

1 *Victori seruo Domini Dauid, qui locutus est Domino*
verba cantici huius in die qua eripuit Dominus eum de
manu omnium inimicorum suorum, & manu Saul, &
dixit: Psal. XVIII.

2 *Diligam te Domine fortitudo mea.*
3 *Dominus petra mea,& arx mea,& erutor meus.*
Deus meus, petra mea sperabo in eo.
Scutum meum,& cornu salutis meæ,eleuatio mea.
4 *Laudatum inuocabo Dominum, & ab inimicis meis*
seruabor.
5 *Quoniam circumdederunt me dolores mortis, & tor-*
rentes impietatis terrebant me.
6 *Dolores inferni circumdederunt me, præuenerunt me*
laquei mortis.
7 *In angustia mea inuocabo Dominum, & ad Deum*
meum clamabo,
Audiet de templo suo vocem meam, & clamor meus
coram eo introibit in aures eius.
8 *Mouit se,& contremuit terra, & fundamenta mon-*
tium mouerunt se, & mouerunt se, quoniam iratus est.
9 *Ascendit fumus in furore eius, & ignis ex ore eius*
consumpsit, carbones succensi sunt ab eo.
10 *Et inclinauit cœlos,& descendit,& caligo sub pedibus*
eius.
11 *Et equitauit super cherub,& volauit, volauitque super*
pennas ventorum.
12 *Posuit tenebras latibulum suum, in circuitibus eius*
tegmen eius, tenebrositas aquarum in nubibus cœlorum.
13 *Propter fulgorem coram eo nubes eius transierunt*
grando & carbones ignis.
14 *Et tonauit in cœlis Dominus, & altissimus dedit vo-*
cem suam, grando,& carbones ignis.
15 *Et misit sagittas suas,& confregit eos,& fulgura iecit,*
& perdidit eos.
16 *Et apparuerunt profunda aquarum, & discooperta*
sunt fundamenta orbis,
Propter increpationem tuam Domine, propter flatum
venti iræ tuæ.
17 *Mittet de altitudine, capiet me, extrahet me de aquis*
multis.
18 *Eruet me ab inimico meo forti, ab odio habentibus me,*
quoniam fuerunt robustiores me.
19 *Præuenient me in die contritionis meæ, & fuit Deus*
baculus mihi.
20 *Et eduxit me in latitudinem: eruet me, quoniam com-*
placuit in me.
21 *Retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam*
secundum puritatem manuum mearum reddet mihi.
22 *Quia custodiui vias Domini, & non impie egi à Deo*
meo.
23 *Quoniam omnia iudicia eius coram me, & statuta*
eius non amoui à me.
24 *Et fui perfectus cum eo,& custodiui me ab iniquitate*
mea.
25 *Et reddidit Dominus mihi secundum iustitiam meam:*
secundum puritatem manuum mearum coram oculis suis.
26 *Cum misericorde misericors eris, & cum viro perfecto*
perfectus eris.
27 *Cum mundo mundus eris, & cum peruerso peruersus*
videberis.

	Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
	Quoniam tu populum humilem saluum facies: & oculos superborum humiliabis.	28	*Quoniam tu populum pauperem seruabis, & oculos excelsos humiliabis.*
	Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine: Deus meus illumina tenebras meas.	29	*Quoniam tu illuminabis lucernam meam Domine, Deus meus illuminabit tenebras meas.*
	Quoniam in te eripiar à tentatione, & in Deo meo transgrediar murum.	30	*Quoniam in te conteram exercitum, & in Deo transiliam murum.*
	Deus meus impolluta via eius: eloquia Dñi igne examinata: protector est omnium sperantium in se.	31	*Dei perfecta est via, eloquium Domini conflatum: clypeus est omnibus sperantibus in eo.*
	Quoniam quis Deus præter Dominum? aut quis Deus præter Deum nostrum?	32	*Quoniam quis Deus præter Dominum, & quis Fortis præter Deum nostrum?*
	Deus qui præcinxit me virtute: & posuit immaculatam viam meam.	33	*Deus qui accingit me fortitudine, & posuit perfectam viam meam.*
* 2. Reg. 22 34. 35.	* Qui perfecit pedes meos tamquam ceruorum, & super excelsa statuens me.	34	*Ponet pedes meos sicut ceruarum, & super excelsa mea stare faciet me.*
	Qui docet manus meas ad prælium: & posuisti, vt arcum æreum, brachia mea.	35	*Qui docet manus meas ad bellum, & conteretur arcus æreus brachijs meis.*
	Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ: & dextera tua suscepit me:	36	*Et dedisti mihi scutum salutis tuæ, & dextera tua fulciet me.*
	Et disciplina tua correxit me in finem: & disciplina tua ipsa me docebit.		*Et mansuetudo tua multiplicabit me.*
	Dilatasti gressus meos subtus me: & non sunt infirmata vestigia mea:	37	*Dilatabis gressum meum subtus me, & non declinauerunt crura mea.*
	Persequar inimicos meos, & comprehendam illos: & non conuertar donec deficiant.	38	*Persequar inimicos meos, & comprehendam eos, & non reuertar donec consumam eos.*
	Confringam illos, nec poterunt stare, cadent subtus pedes meos.	39	*Transfigam eos, & non poterunt surgere, cadent subtus pedes meos.*
	Et præcinxisti me virtute ad bellum: & supplantasti insurgentes in me subtus me.	40	*Et accinxisti me fortitudine ad bellum, incuruabis inimicos meos subtus me.*
	Et inimicos meos dedisti mihi dorsum, & odientes me disperdidisti.	41	*Et inimicorum meorum dedisti mihi ceruicem, & odio habentes me succidam.*
	Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret, ad Dominum: nec exaudiuit eos.	42	*Clamabunt, & non erit seruator, ad Dominum, & non exaudiuit eos.*
	Et comminuam eos, vt puluerem ante faciem venti, vt lutum platearum delebo eos.	43	*Et pudore afficiam eos, vt puluerem coram vento, sicut lutum platearum euacuabo eos.*
	Eripies me de contradictionibus populi: constitues me in caput Gentium.	44	*Erues me è contentionibus populi, pones me in caput gentium,*
	Populus, quem non cognoui, seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi.	45	*Populus quem non cognoui, seruiet mihi: ad auditum auris congregabunt se mihi,*
	Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis.	46	*Filij extranei mentientur mihi, filij extranei decident, & expauescent, à carceribus suis.*
	Viuit Dominus, & benedictus Deus meus, & exaltetur Deus salutis meæ.	47	*Viuit Dominus, & benedictus Fortis meus, & exaltet se Deus salutis meæ.*
	Deus qui das vindictas mihi, & subdis populos sub me: liberator meus de inimicis meis iracundis.	48	*Deus qui dat vltiones mihi, & duxit populos sub me: erutor meus ab inimicis meis,*
	Et ab insurgentibus in me exaltabis me: à viro iniquo eripies me.	49	*Etiam præ inimicis meis exaltabis me, à viro iniquo erues me.*
* 2. Reg. 22 50. Ro. 15. 9.	* Propterea confitebor tibi in nationibus Domine: & nomini tuo psalmum dicam.	50	*Propterea confitebor tibi in gentibus Domine, & nomini tuo cantabo.*
	Magnificans salutes regis eius, & faciens misericordiam Christo suo Dauid, & semini eius vsque in sæculum.	51	*Magnificans salutes regis eius, & faciens misericordiam Christo suo Dauid, & semini eius vsque in seculum.*
	In finem Psalmus Dauid. XVIII.	1	*Victori canticum Dauidi. Psal. XIX.*
	CÆli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum.	2	*COeli enarrant gloriam Dei, & opus manuum eius annunciat firmamentum,*
	Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam.	3	*Dies diei loquetur sermonem, & nox nocti indicabit scientiam.*
	Non sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.	4	*Non est sermo, & non sunt verba, non auditur vox eorum.*
* Ro. 10. 18.	* In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.	5	*In omnem terram exiuit lingua eorum, & in extremum orbis eloquia eorum,*
* Lu. 24 46.	In sole posuit tabernaculum suum: * & ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo:	6	*Soli posuit tabernaculum in eis: & ipse tanquam sponsus egrediens de thalamo suo,*
	Exultauit vt gigas ad currendam viam, * à summo cœlo egressio eius:	7	*Gaudebit, vt potens ad currendam viam. Ab extremo cœlorum egressio eius,*
	Et occursus eius vsque ad summum eius: nec est qui se abscondat à calore eius.		*Et reuolutio eius super extrema eorum, & non est qui abscondat se à calore eius.*
	Lex Domini immaculata conuertens animas: testimonium Dñi fidele, sapientiã præstans paruulis.	8	*Lex Domini perfecta conuertens animam, testimonium Domini fidele, sapientem efficiens paruulum.*

Vulgat. Editio.

9 Iuſtitiæ Domini rectæ lætificantes corda: præce-
ptum Domini lucidum,illuminans oculos.
10 Timor Domini ſanctus, permanens in ſæculum
ſæculi:iudicia Domini vera, iuſtificata in ſemetipſa.
11 Deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretio-
ſum multum;& dulciora ſuper mel & fauum:

12 Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea, in cuſtodiendis
illis retributio multa.
13 Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda
14 me:* & ab alienis parce ſeruo tuo.
Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus
ero:& emundabor à delicto maximo.
15 Et erunt vt complaceant eloquia oris mei:& me-
ditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.
Domine adiutor meus,& redemptor meus.

1 In finem,Pſalmus Dauid. XIX.

2 EXaudiat te Dominus in die tribulationis: pro-
tegat te nomen Dei Iacob.
3 Mittat tibi auxilium de ſancto: & de Sion tuea-
tur te.
4 Memor ſit omnis ſacrificij tui: & holocauſtum
tuum pingue fiat.
5 Tribuat tibi ſecundum cor tuum:& omne conſi-
lium tuum confirmet.
6 Lætabimur in ſalutari tuo: & in nomine Dei no-
ſtri magnificabimur.
7 Impleat Dñs omnes petitiones tuas: nunc cogno-
ui quoniam ſaluum fecit Dominus Chriſtũ ſuum.
Exaudiet illum de cælo ſancto ſuo: in potentati-
bus ſalus dexteræ eius.
8 Hi in curribus,& hi in equis:nos autem in nomi-
ne Domini Dei noſtri inuocabimus.
9 Ipſi obligati ſunt,& ceciderunt:nos autem ſurre-
ximus & erecti ſumus.
10 Domine ſaluum fac regem: & exaudi nos in die,
qua inuocauerimus te.

1 In finem,Pſalmus Dauid. XX.

2 DOmine in virtute tua lætabitur rex: & ſuper
ſalutare tuum exultabit vehementer,
3 Deſiderium cordis eius tribuiſti ei: & voluntate
labiorum eius non fraudaſti eum.
4 Quoniam præueniſti eum in benedictionibus
dulcedinis:poſuiſti in capite eius coronam de lapide
pretioſo.
5 Vitam petiit à te:& tribuiſti ei longitudinem die-
rum in ſæculum,& in ſæculum ſæculi.
6 Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriam &
magnum decorem impones ſuper eum:
7 Quoniam dabis eum in benedictionem in ſæcu-
lum ſæculi: lætificabis eum in gaudio cũ vultu tuo.
8 Quoniam rex ſperat in Domino: & in miſericor-
dia Altiſſimi non commouebitur.
9 Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis:
dextera tua inueniat omnes,qui te oderunt.
10 Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus
tui:Dominus in ira ſua conturbabit eos, & deuora-
bit eos ignis.
11 Fructum eorum de terra perdes: & ſemen eorum
à filiis hominum.
12 Quoniam declinauerunt in te mala;cogitauerunt
conſilia,quæ non potuerunt ſtabilire.
Quoniam pones eos dorſum:in reliquiis tuis præ-
13 parabis vultum eorum.
14 Exaltare Domine in virtute tua: cantabimus &
pſallemus virtutes tuas.

Tranſl. ex Heb. Sanct. Pagn.

9 *Precepta Domini recta, letificantia cor, preceptum
Domini purum, illuminans oculos.*
10 *Timor Domini mundus, permanens in ſeculum, iudicia
Domini veritas, iuſtificata ſunt pariter.*
11 *Deſiderabilia magis quam aurum & aurum multum:
& dulciora melle, & fauo, placentis melle confectis.*

12 *Etiam ſeruus tuus illuſtratur in eis, in cuſtodiendo ea
merces multa eſt.*
13 *Errores quis intelliget? ab occultis munda me.*
14 ** Etiam à ſuperbijs prohibe ſeruum tuum,*
*Ne dominentur mihi, tunc perfectus ero, & mundus
ero à preuaricatione magna.*
15 *Erunt ad voluntatem eloquia oris mei, & meditatio
cordis mei coram te.*
Domine, petra mea, & redemptor mi.

1 *Victori canticum Dauid. Pſalmus. XX.*

2 *EXaudiat te Deus in die anguſtie: eleuet te nomen
Dei Iahacob.*
3 *Mittat tibi auxilium de ſanctitate, & de Siion fulciat
te.*
4 *Recordetur omnium ſacrificiorum tuorum, & holo-
cauſtum tuum incineret, Selah.*
5 *Det tibi ſecundum cor tuum, & omne conſilium tuum
impleat.*
6 *Exultabimus in ſalute tua, & in nomine Dei noſtri
vexillum eleuabimus.*
7 *Impleat Dominus omnes petitiones tuas. Nunc ſciui,
quod ſeruari fecit Dominus Chriſtum ſuum.*
*Exaudiet illum de cœlis ſanctitatis ſue in fortitudi-
nibus ſalus dextere eius.*
8 *Hi in curru, & hi in equis, & nos nomen Dei noſtri
memorabimus.*
9 *Hi incuruauerunt ſe, & ceciderunt, & nos ſurrexi-
mus, & ereximus nos.*
10 *Domine ſerua, rex exaudiet nos in die, qua inuocaue-
rimus.*

1 *Victori canticum Dauid. Pſalmus. XXI.*

2 *DOmine in fortitudine tua letabitur rex, & in ſalute
tua quam exultabit vehementer.*
3 *Deſiderium cordis eius dediſti ei, & prolationem labio-
rum eius non prohibuiſti, Selah.*
4 *Quoniam preueniet eum benedictio bonitatis, appones
capiti eius coronam auream.*

5 *Vitam petijt à te, dediſti longitudinem dierum in ſecu-
lum, & ſeculum.*
6 *Magna eſt gloria eius in ſalute tua, gloriam, & deco-
rem pones ſuper eum.*
7 *Quoniam pones eum benedictiones in ſeculum, letifi-
cabis eum in letitia cum vultu tuo.*
8 *Quoniam rex ſperauit in Domino, & in miſericordia
Altiſſimi non declinauit.*
9 *Sufficiet manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua
ſufficiet odio habentibus te.*
10 *Pones eos vt clibanum ignis in tempore ire tue, Domi-
nus in furore ſuo diſperdet eos, & conſumet eos ignis.*

11 *Fructum eorum è terra perdes, & ſemen eorum à filijs
hominum.*
12 *Quoniam declinauerunt ſuper te malum, cogitaue-
runt cogitationem, non poterunt* perficere.
Quoniam pones eos humerum, in funibus tuis prepa-
13 *rabis* ſagittas *contra faciem eorum.*
14 *Exalta te Domine in fortitudine tua, cantabimus, &
pſallemus fortitudinem tuam.*

Vulgat. Editio.

1 In finem pro susceptione matutina,
Psalmus Dauid. XXI.

Mat.27 46. Mar.15 14.
2 DEus Deus meus respice in me: quare me dere-
liquisti? longe à salute mea verba delictorum
meorum.
3 Deus meus clamabo per diem,& non exaudies,&
nocte,& non ad insipientiam mihi.
4 Tu autem in sancto habitas,Laus Israel.
5 In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt,& li-
berasti eos.
6 Ad te clamauerunt,& salui facti sunt: in te spera-
uerunt,& non sunt confusi.
7 Ego autem sum vermis, & non homo; oppro-
brium hominum,& abiectio plebis.
* Mat. 27.39. Mar.15 29.
8 * Omnes videntes me,deriserunt me: locuti sunt
labiis,& mouerunt caput.
* Mat. 27.43.
9 * Sperauit in Domino,eripiat eum: saluum faciat
eum,quoniam vult eum.
10 Quoniam tu es,qui extraxisti me de ventre: spes
mea ab vberibus matris meæ.
11 In te proiectus sum ex vtero: de ventre matris
12 meæ Deus meus es tu,* ne discesseris à me:
Quoniam tribulatio proxima est: quoniam non
est qui adiuuet.
13 Circumdederunt me vituli multi: tauri pingues
obsederunt me.
14 Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens
& rugiens.
15 Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt omnia
ossa mea.
Factum est cor meum tanquam cera liquescens
in medio ventris mei.
16 Aruit tamquam testa virtus mea, & lingua mea
adhæsit faucibus meis:& in puluerem mortis dedu-
xisti me.
17 Quoniam circumdederunt me canes multi: con-
cilium malignantium obsedit me.
* Mat. 27.35.
18 * Foderunt manus meas,& pedes meos: * dinu-
merauerunt omnia ossa mea.
19 Ipsi vero considerauerunt & inspexerunt me: *
diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem
meam miserunt sortem:
20 Tu autem Domine ne elongaueris auxilium
tuum à me:ad defensionem meam conspice.
21 Erue à framea Deus animam meam: & de manu
canis vnicam meam:
22 Salua me ex ore leonis:& à cornibus vnicornium
humilitatem meam.
* Heb. 2.c.
23 * Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio
ecclesiæ laudabo te.
24 Qui timetis Dominum laudate eum: vniuersum
semen Iacob glorificate eum:
25 Timeat eum omne semen Israel: quoniam non
spreuit,neque despexit deprecationem pauperis:
Nec auertit faciem suam à me:& cum clamarem
ad eum exaudiuit me.
26 Apud te laus mea in ecclesia magna: vota mea
reddam in conspectu timentium eum.
27 Edent pauperes, & saturabuntur: & laudabunt
Dominum qui requirunt eum: viuent corda eo-
rum in sæculum sæculi.
28 Reminiscentur & conuertentur ad Dominum
vniuersi fines terræ:
Et adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ
Gentium.
29 Quoniam Domini est regnum, & ipse dominabi-
tur Gentium.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

1 *Victori super ceruam matutinam canticum*
Dauidi. Psalmus XXII.

2 *DEus meus Deus meus, vt quid dereliquisti me? elon-*
gatus à salute mea, & verbis rugitus mei.
3 *Deus meus clamabo in die, & non exaudies, & nocte,*
& non est silentium mihi.
4 *Et tu sanctus, permanens, laudes Israel.*
5 *In te sperauerunt patres nostri, sperauerunt, & erui-*
sti eos.
6 *Ad te clamauerunt, & euaserunt, in te sperauerunt,*
& non fuerunt pudore affecti.
7 *Et ego sum vt vermis, & non vir; opprobrium homi-*
num, & contemptus populi.
8 *Omnes videntes me subsannabunt me, emittent per la-*
bium, mouebunt caput.
9 *Deuoluit se ad Dominum, eruat eum, eripiat eum,*
quoniam complacuit in eo.
10 *Quoniam tu es eductor meus ab vtero, confidere fa-*
ciens me super vber matris meæ.
11 *Super te proiectus sum ex vulua, de ventre matris meæ:*
12 ** ne elonges te à me.*
Quoniam angustia est propinqua, quia non est auxi-
liator.
13 *Circundederunt me vituli multi: tauri Basan instar*
coronæ circundederunt me.
14 *Aperuerunt super me os suum vt leo rapiens, & rugiens.*
15 *Sicut aqua effusus sum: & separabunt se omnia ossa*
mea.
Fuit cor meum sicut cera, liquefecit se in medio visce-
rum meorum.
16 *Aruit tanquam testa fortitudo mea, & lingua mea*
iungitur faucibus meis, & in puluerem mortis pones me.
17 *Quoniam circumdederunt me canes, congregatio ma-*
lignantium circumdederunt me:
18 *Foderunt manus meas, & pedes meos: * numerabo om-*
nia ossa mea.
19 *Ipsi aspicient & inspicient in me: diuident vestimenta*
mea sibiipsis, & super vestem meam proycient sortem.
20 *Et tu Domine, ne elonges te, fortitudo mea ad auxilium*
meum festina.
21 *Erue à gladio animam, è manu canis vnicam meam.*
22 *Serua me ab ore leonis, & à cornibus vnicornium ex-*
audisti me.
23 *Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio con-*
gregationis laudabo te.
24 *Timentes Dominum, laudate eum, vniuersum semen*
Iahacob glorificate eum.
25 *Et timete ab eo omne semen Israel: quia non spreuit,*
nec abominatus est humilitatem pauperis,
Neque abscondit faciem suam à me, & dum clamaui
ad eum, audiuit.
26 *A te laus mea in congregatione multa, vota mea red-*
dam coram timentibus te.
27 *Edent pauperes, & saturabuntur: laudabunt Domi-*
num quærentes eum, viuet cor vestrum in sæculum.
28 *Reminiscentur, & conuertentur ad Dominum omnes*
fines terræ.
Et inclinabunt se coram te vniuersæ familiæ gentium.
29 *Quoniam Domini est regnum, & dominatur genti-*
bus.

Vulgat. Editio.

30 Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terræ: in conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram.
31 Et anima mea illi viuet: & semen meum seruiet ipsi.
32 Annunciabitur Domino generatio ventura: & annunciabunt cœli iustitiam eius populo qui nascetur, quem fecit Dominus.

1 Psalmus Dauid. XXII.

Isa. 40. 11. Ier. 23. 5. Ezech. 34. 11. 23. 1. Pet. 2. 25. & 5. 3.

2 Dominus regit me, & nihil mihi deerit: *in loco pascuæ ibi me collocauit.
3 Super aquam refectionis educauit me: * animam meam conuertit.
Deduxit me super semitas iustitiæ, propter nomen suum.
4 Nam, & si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es.
Virga tua & baculus tuus: ipsa me consolata sunt.
5 Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos, qui tribulant me.
Impinguasti in oleo caput meum: & calix meus inebrians quam præclarus est!
6 Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ:
Et vt inhabitem in domo Domini, in longitudinem dierum.

1 Prima sabbati, Psalmus Dauid. XXIII.

1. Cor. 10. 26. Psa. 49. 12.

Domini est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo.
2 Quia ipse super maria fundauit eum: & super flumina præparauit eum.
3 Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto eius?
4 Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo.
5 Hic accipiet benedictionem à Domino: & misericordiam à Deo salutari suo.
6 Hæc est generatio quærentium eum, quærentium faciem Dei Iacob.
7 Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.
8 Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis & potens: Dominus potens in prælio.
9 Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.
10 Quis est iste rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.

1 In finem Psalmus Dauid. XXIV.

2 Ad te Domine leuaui animam meam: * Deus meus in te confido, non erubescam:
3 Neque irrideant me inimici mei: etenim vniuersi, qui sustinent te, non confundentur:
4 Confundantur omnes iniqua agentes superuacue.
Vias tuas Domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me.
5 Dirige me in veritate tua, & doce me: quia tu es Deus saluator meus, & te sustinui tota die.
6 Reminiscere miserationum tuarum Domine, & misericordiarum tuarum, quæ à sæculo sunt.
7 Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris.

Se-

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

30 *Comederunt & adorauerunt omnes pingues terræ: ante ipsum incuruabunt se omnes descendentes in puluerem.*
31 *Et qui animam suam non viuificabit: semen seruiet ei.*
32 *Narrabitur Domino in generationem, venient, & annunciabunt iustitiam eius, populo genito quia fecit.*

1 *Canticum Dauidi. Psal. XXIII.*

2 *Dominus pascit me, non deficiam: * in tuguriis germinis accubare faciet me,*
3 *Ad aquas requierum ducet me: * animam meam conuertet,*
Ducet me per semitas iustitiæ propter nomen suum.
4 *Etiam cum ambulauero per vallem vmbræ mortis, non timebo malum, quoniam tu mecum.*
Virga tua, & baculus tuus, ipsa consolabuntur me.
5 *Præparabis coram me mensam contra hostes meos,*
Impinguasti in oleo caput meum: calix meus saturus. Veruntamen bonum,
6 *Et misericordia sequentur me omnibus diebus vitæ meæ,*
Et habitabo in domo Domini, in longitudinem dierum.

1 *Dauidi canticum. Psal. XXIV.*

Domini est terra, & plenitudo eius, orbis, & habitantes in eo.
2 *Quia ipse super maria fundauit eam, & super flumina firmauit eam.*
3 *Quis ascendet in montem Domini, & quis stabit in loco sanctitatis eius?*
4 *Mundus manibus, & mundus corde, qui non accepit in vanum animam meam, nec iurauit dolose.*
5 *Accipiet benedictionem à Domino: & iustitiam à Deo salutis suæ.*
6 *Hæc est generatio quærentium eum, quærentium faciem tuam Iahacob, Selah.*
7 *Eleuate portæ capita vestra, & eleuate vos portæ perpetuæ: & introibit rex gloriæ.*
8 *Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis, & potens: Dominus potens in prælio.*
9 *Eleuate portæ capita vestra, & eleuate vos portæ perpetuæ: & introibit rex gloriæ.*
10 *Quis est iste rex gloriæ? Dominus exercituum ipse est rex gloriæ, Selah.*

1 *Dauidi. Psal. XXV.*

2 *Ad te Domine animam meam leuabo: * Deus meus in te speraui, ne pudore afficiar:*
3 *Ne exultent inimici mei de me: etiam omnes qui expectant te non afficientur pudore,*
4 *Pudore afficientur præuaricantes gratis.*
Vias tuas Domine scire fac me: semitas tuas doce me.
5 *Ambulare fac me per veritatem tuam, & doce me: quia tu es Deus salutis meæ, te expectaui omni die.*
6 *Reminiscere miserationum tuarum domine, & misericordiarum tuarum, quia à seculo sunt.*
7 *Peccatorum adolescentiæ meæ, & præuaricationum mearum ne memineris,*

Secun-

Digitized by Google

Vulgat. Editio.		Transl.ex Heb. Sanct. Pagn.
Secundum misericordiam tuam memento mei tu:propter bonitatem tuam Domine.		*Secundum misericordiam tuam memento mei tu: propterbonitatem tuam Domine.*
Dulcis & rectus Dominus:propter hoc legem dabit delinquentibus in via.	8	*Bonus & rectus Dominus : ideo docebit peccatores viam.*
Diriget mansuetos in iudicio : docedit mites vias suas.	9	*Ambulare faciet humiles in iudicio, & docebit humiles viam suam.*
Vniuersæ viæ Domini,misericordia & veritas,requirentibus testamentum eius & testimonia eius.	10	*Omnes semitæ Domini misericordia, & veritas custodientibus pactum eius, & testimonia eius.*
Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo:multum est enim.	11	*Propter nomen tuum Domine, parces iniquitati meæ, quoniam multa est.*
Quis est homo qui timet Dominum? legem statuit ei in via,quam elegit.	12	*Quis est vir timens Dominum? Docebit eum viam quam eligat.*
Anima eius in bonis demorabitur : & semen eius hæreditabit terram.	13	*Anima eius in bono morabitur: & semen eius hæreditate accipiet terram.*
Firmamentum est Dominus timentibus eum : & testamentum ipsius vt manifestetur illis.	14	*Secretum Domini timentibus eum, & pactum suum vt scire faciat eos.*
Oculi mei semper ad Dominum : quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos.	15	*Oculi mei semper ad Dominum,quoniam ipse educet è reti pedes meos.*
Respice in me, & miserere mei : quia vnicus & pauper sum ego.	16	*Respice super me,& miserere mei:quia vnicus,& pauper sum.*
Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt : de necessitatibus meis erue me.	17	*Angustias cordis mei dilatare fecerunt : ab angustijs meis educere fac me.*
Vide humilitatem meam, & laborem meum : & dimitte vniuersa delicta mea.	18	*Vide afflictionem meam, & laborem meum : & parce omnibus peccatis meis.*
Respice inimicos meos quoniam multiplicati sunt,& * odio iniquo oderunt me. (* Io.15 5.)	19	*Vide inimicos meos, quoniam multiplicati sunt, & odio iniquo oderunt me.*
Custodi animam meam, & erue me : non erubescam quoniam speraui in te.	20	*Custodi animam meam, & erue me : ne confundar, quoniam speraui in te.*
Innocentes & recti adhæserunt mihi : quia sustinui te.	21	*Perfectio,& rectitudo custodient me:quoniam expectaui te.*
Libera Deus Israel, ex omnibus tribulationibus suis.	22	*Redime Deus Israelem,ex omnibus angustijs eius.*
In finem, Psalmus Dauid. XXV.	1	*Dauidi. Psalmus. XXVI.*
IVdica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum:& in Domino sperans non infirmabor.		*IVdica me Domine,quoniam ego in perfectione mea ambulaui,& Domino fisus sum,non deficiam.*
Proba me Domine, & tenta me:vre renes meos & cor meum.	2	*Proba me Domine,& tenta me, funde renes meos, & cor meum.*
Quoniam misericordia tua ante oculos meos est: & complacui in veritate tua.	3	*Quoniam misericordia tua coram oculis meis,& ambulabo in veritate tua.*
Non sedi cum concilio vanitatis : & cum iniqua gerentibus non introibo.	4	*Non sedi cum viris mendacibus:& cum occultantibus se non introibo.*
Odiui ecclesiam malignantium : & cum impiis non sedebo.	5	*Odiui cœtum malignantium : & cum impiis non sedebo.*
Lauabo inter innocentes manus meas:& circundabo altare tuum Domine:	6	*Lauabo in innocentia manus meas : & circuibo altare tuum Domine.*
Vt audiam vocem laudis, & enarrem vniuersa mirabilia tua.	7	*Vt audire faciam vocem confessionis,& narrem omnia mirabilia tua.*
Domine dilexi decorem domus tuæ,& locum habitationis gloriæ tuæ:	8	*Domine dilexi habitaculum domus tuæ, & locum tabernaculi gloriæ tuæ.*
Ne perdas cum impiis Deus animam meam, & cum viris sanguinum vitam meam:	9	*Ne consumas cum peccatoribus animam meam,& cum viris sanguinolentis vitam meam.*
In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.	10	*Quorum in manibus est præuaricatio : & dextera eorum plena est muneribus.*
Ego autem in innocentia mea ingressus sum : redime me,& miserere mei.	11	*Et ego in perfectione mea ambulabo:redime me, & miserere mei.*
Pes meus stetit in directo : in ecclesiis benedicam te Domine.	12	*Pes meus stetit in rectitudine, in cœtibus benedicam Domino.*
Psalmus Dauid priusquam liniretur. XXVI.	1	*Dauidi. Psalmus. XXVII.*
DOminus illuminatio mea,& salus mea, quem timebo?		*DOminus lux mea,& salus mea à quo timebo.*
Dominus protector vitæ meæ,à quo trepidabo?		*Dominus fortitudo vitæ meæ à quo pauebo?*
Dum appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas:	2	*Cum appropinquauerint aduersum me maligni, vt edant carnem meam.*
Qui tribulant me inimici mei,ipsi infirmati sunt & ceciderunt.		*Hostes mei & inimici mei mihi,ipsi impegerunt, & ceciderunt.*

Vulgat. Editio.

3 Si consistant aduersum me castra, non timebit
cor meum.
Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego
sperabo:
4 Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabi-
tem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.
Vt videam voluptatem Domini, & visitem tem-
plum eius.
5 Quoniam abscondit me in tabernaculo suo: in
die malorum protexit me in abscondito tabernacu-
li sui.
6 In petra exaltauit me: & nunc exaltauit caput
meum super inimicos meos.
Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hostiã
vociferationis: cãtabo, & psalmum dicam Domino.
7 Exaudi Domine vocem meam, qua clamaui ad
te, miserere mei, & exaudi me.
8 Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea: fa-
ciem tuam Domine requiram.
9 Ne auertas faciem tuam à me: ne declines in ira à
seruo tuo.
Adiutor meus esto: ne derelinquas me, neque de-
spicias me Deus salutaris meus.
10 Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt
runt me: Dominus autem assumpsit me.
11 Legem pone mihi Domine in via tua: & dirige
me in semitam rectam propter inimicos meos.
12 Ne tradideris me in animas tribulantium me:
quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & men
tita est iniquitas sibi.
13 Credo videre bona Domini in terra viuentium.
14 Expecta Dominum, viriliter age: & confortetur
cor tuum, & sustine Dominum.

1 Psalmus ipsi Dauid. XXVII.

AD te Domine clamabo, Deus meus ne sileas à
me: nequando taceas à me, & assimilabor de-
scendentibus in lacum.
2 Exaudi Domine vocem deprecationis meæ dum
oro ad te: dum extollo manus meas ad templum
sanctum tuum.
3 Ne simul trahas me cum peccatoribus & cum
operantibus iniquitatem ne perdas me:
Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala
autem in cordibus eorum.
4 Da illis secundum opera eorum & secundum ne-
quitiam adinuentionum ipsorum.
Secundum opera manuum eorum tribue illis:
redde retributionem eorum ipsis.
5 Quoniam non intellexerunt opera Domini, & in
opera manuum eius destrues illos, & non ædificabis
eos.
6 Benedictus Dominus: quoniam exaudiuit vocem
deprecationis meæ.
7 Dominus adiutor meus, & protector meus: in ip-
so sperauit cor meum, & adiutus sum.
Et refloruit caro mea: & ex voluntate mea confi-
tebor ei.
8 Dominus fortitudo plebis suæ: & protector sal-
uationum Christi sui est.
9 Saluum fac populum tuum Domine, & benedic
hæreditati tuæ: & rege eos, & extolle illos vsque in
æternum.

Psalmus Dauid,
1 In consummatione tabernaculi. XXVIII.

AFferte Domino filij Dei: afferte Domino filios
arietum:

Af-

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

3 *Si castrametata fuerint aduersum me castra, non ti-
mebit cor meum.*
Si surgat aduersum me bellum, huic ego fido.
4 *Vnum petij à Domino, hoc quæram vt habitem in domo
Domini omnibus diebus vitæ meæ.*
*Vt videam pulchritudinem Domini, & quæram in tem-
plo eius.*
5 *Quia abscondet me in tabernaculo suo in die mala, &
abscondet me in abscondito tabernaculi sui.*
6 *In petra exaltabit me, & nunc exaltabit caput meum,
super inimicos meos.*
*In circuitibus meis, & sacrificabo in tabernaculo eius
sacrificia vociferationis, cantabo, & canam Domino.*
7 *Audi Domine vocem meam, clamabo, & miserere mei,
& exaudi me.*
8 *Tibi dixit cor meum, quærite faciem meam: faciem
tuam Domine quæram.*
9 *Ne abscondas faciem tuam à me, ne declines in iram
seruum tuum.*
*Auxilium meum fuisti, ne derelinquas me, & ne di-
mittas me Deus salutis meæ.*
10 *Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt
me, & Dominus colliget me.*
11 *Doce me Domine viam tuam, & duc me per semitam
rectitudinis propter hostes meos.*
12 *Ne tradas me voluntati hostium meorum, quoniam
surrexerunt in me testes mendaces, & locuti sunt ini-
quitatem.*
13 *Nisi crederem videre bonitatem Domini in terra vi-
uentium.*
14 *Expecta Dominum, robora te, & roborabit Deus cor
tuum, & expecta Dominum.*

1 *Dauidi. Psalmus. XXVIII.*

*AD te Domine clamabo petra mea, ne taceas à me,
ne forte sileas à me, & assimiler descendentibus in
sepulchrum.*
2 *Audi vocem deprecationum mearum, cum clamauero
ad te, cum eleuauero manus meas ad adytum sanctita-
tis tuæ.*
3 *Ne trahas me cum impijs, & cum operantibus iniqui-
tatem.*
*Loquentibus pacem cum proximis suis, & malum in
corde eorum.*
4 *Da eis secundum opus eorum, & secundum malum
operum eorum.*
*Secundum opus manuum eorum da eis, redde retribu-
tionem eorum eis.*
5 *Quoniam non intellexerunt opera Domini, & opus
manuum eius, destruet eos, & non ædificabit eos.*
6 *Benedictus Dominus, quoniam audiuit vocem depreca-
tionum mearum.*
7 *Dominus fortitudo mea, & scutum meum: in ipso spe-
rauit cor meum, & adiutus sum.*
Et exultauit cor meum, & cantico meo confitebor ei.
8 *Dominus fortitudo eius, & fortitudo salutum Christi
sui est.*
9 *Serua populum tuum, & benedic hæreditati tuæ, &
pasce eos, & extolle eos vsque in sæculum.*

Psalmus XXVIIII.
1 *Canticum Dauidi.*

*DAte Domino filios arietum, afferte Domino gloriam,
& fortitudinem.*

Da-

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

2 Afferte Domino gloriam & honorem, afferte Domino gloriam nomini eius: adorate Dominum in atrio sancto eius.
3 Vox Domini super aquas, Deus maiestatis intonuit: Dominus super aquas multas.
4 Vox Domini in virtute: vox Domini in magnificentia.
5 Vox Domini confringentis cedros: & confringet Dominus cedros Libani:
6 Et comminuet eas tamquam vitulum Libani: & dilectus quemadmodum filius vnicornium.
7 Vox Domini intercidentis flammam ignis: *Vox
8 Domini concutientis desertum: & commouebit Dominus desertum Cades.
9 Vox Domini præparantis ceruos, & reuelabit condensa: & in templo eius omnes dicent gloriam.

10 Dominus diluuium inhabitare facit: & sedebit Dominus rex in æternum.
11 Dominus virtutem populo suo dabit: Dominus benedicet populo suo in pace.

Psalmus Cantici
1 In dedicatione domus Dauid. XXIX.

2 EXaltabo te Domine: quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me.
3 Domine Deus meus clamaui ad te, & sanasti me.

4 Domine eduxisti ab inferno animam meam: saluasti me à descendentibus in lacum.
5 Psallite Domino sancti eius: & confitemini memoriæ sanctitatis eius.
6 Quoniam ira in indignatione eius: & vita in voluntate eius.
Ad vesperum demorabitur fletus: & ad matutinum lætitia.
7 Ego autem dixi in abundantia mea: Non mouebor in æternum.
8 Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem.
Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.
9 Ad te Domine clamabo: & ad Deum meum deprecabor.
10 Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?
Numquid confitebitur tibi puluis, aut annunciabit veritatem tuam?
11 Audiuit Dominus, & misertus est mei: Dominus factus est adiutor meus.
12 Conuertisti planctum meum in gaudium mihi: conscidisti saccum meum, & circũdedisti me lætitia:
13 Vt cantet tibi gloria mea, & non compungat: Domine Deus meus in æternum confitebor tibi:

1 In finem, Psalmus Dauid, pro extasi. XXX.

2 IN te Domine speraui non confundar in æternum: in iustitia tua libera me.
3 Inclina ad me aurem tuam, accelera vt eruas me.
Esto mihi in Deum protectorem: & in domum refugij, vt saluum me facias.
4 Quoniã fortitudo mea, & refugium meũ es tu: & propter nomen tuum deduces me, & enutries me.
5 Educes me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.
6 * In manus tuas commendo spiritum meum: redemisti me Domine Deus veritatis.

* Luc. 23.46.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

2 *Date Domino gloriam nominis eius, incuruate vos Domino in gloria sanctitatis.*

3 *Vox Domini super aquas, Deus gloriæ tonare fecit: Dominus super aquas multas.*
4 *Vox Domini in porta: vox Domini in gloria.*

5 *Vox Domini confringens cedros: & confregit Dominus cedros Libani.*
6 *Et saltare faciet eas sicut vitulus Lebanon, & Sirion, sicut filius vnicornium.*
7 *Vox Domini succidens flammas ignis: * Vox Domini*
8 *parturire faciet feras deserti: parturire faciet Dominus desertum Cades.*
9 *Vox Domini parturire faciet ceruas & detexit syluas, & in templo eius, totus ipse dicit gloriam.*

10 *Dominus in diluuio sedit: & sedit Dominus rex in seculum.*
11 *Dominus fortitudinem populo suo dabit: Dominus benedicet populo suo in pace.*

Psal. XXX.
1 *Psalmus Cantici dedicationis domus Dauid.*

2 *EXaltabo te Domine: quoniam exaltasti me: & non lætificasti inimicos meos de me.*
3 *Domine Deus meus clamaui ad te, & sanasti me.*

4 *Domine ascendere fecisti ab inferno animam meam: viuificasti me à descendentibus in sepulchrum.*
5 *Cecinite Domino misericordes eius: & confitemini memoriæ sanctitatis eius.*
6 *Quoniam momentum est in furore eius: vita in voluntate eius.*
Vesperi pernoctabit fletus: & mane lætitia.

7 *Et ego dixi in fælicitate mea: non declinabo in seculum.*
8 *Domine in voluntate tua stare fecisti in monte meo fortitudinem.*
Abscondisti faciem tuam, fui territus.

9 *Ad te Domine clamabo: & ad Dominum orabo.*

10 *Quæ vtilitas in sanguine meo, cum descendero in foueam.*
Nunquid confitebitur tibi puluis, nunquid annunciabit veritatem tuam?
11 *Audi Domine, & miserere mihi: Domine esto adiutor mihi.*
12 *Vertisti planctum meum in chorum mihi: soluisti saccum meum, & accinxisti me lætitia.*
13 *Vt canat tibi gloria: & non taceat, Domine Deus mi in seculum confitebor tibi.*

1 *Psal. XXXI. Vincenti canticum Dauidi.*

2 *IN te Domine speraui non pudore afficiar in seculum: in iustitia tua eripe me.*
3 *Inclina ad me aurem tuam, celeriter erue me.*

Esto mihi vt petra fortis: vt domus munita, vt serues me.
4 *Quoniam petra mea, & munitio mea es: & propter nomen tuum, duces me & deduces me.*
5 *Educes me è reti, quod absconderunt mihi: quoniam tu es fortitudo mea.*
6 *In manu tua commendabo spiritum meum: redemisti me Domine Deus veritatis.*

Vulgat. Editio.

Odisti obseruantes vanitates, superuacue.
Ego autem in Domino speraui:* exultabo, & læ-
tabor in misericordia tua.
Quoniam respexisti humilitatem meam, saluasti
de necessitatibus animam meam.
Nec conclusisti me in manibus inimici: statuisti
in loco spatioso pedes meos.
Miserere mei Domine quoniam tribulor: contur-
batus est in ira oculus meus, anima mea, & venter
meus:
Quoniam defecit in dolore vita mea: & anni mei
in gemitibus.
Infirmata est in paupertate virtus mea: & ossa
mea conturbata sunt.
Super omnes inimicos meos factus sum oppro-
brium & vicinis meis valde & timor notis meis.
Qui videbant me foras fugerunt à me: * obliuio-
ni datus sum, tamquam mortuus à corde.
Factus sum, tamquam vas perditum: * quoniam
audiui vituperationem multorum commorantium
in circuitu:
In eo dum conuenirent simul aduersum me, acci-
pere animam meam consiliati sunt.
Ego autem in te speraui Domine: dixi Deus meus
es tu.* in manibus tuis sortes meæ.
Eripe me de manu inimicorum meorum, & à
persequentibus me.
Illustra faciem tuam super seruum tuum, saluum
me fac in misericordia tua:* Domine non confun-
dar, quoniam inuocaui te.
Erubescant impij, & deducantur in infernum:
* muta fiant labia dolosa.
Quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem, in
superbia, & in abusione.
Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domi-
ne, quam abscondisti timentibus te.
Perfecisti eis, qui sperant in te, in conspectu filio-
rum hominum.
Abscondes eos in abscondito faciei tuæ à contur-
batione hominum.
Proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione
linguarum.
Benedictus Dominus; quoniam mirificauit mise-
ricordiam suam mihi in ciuitate munita.
Ego autem dixi in excessu mentis meæ: Proiectus
sum à facie oculorum tuorum.
Ideo exaudisti vocem orationis meæ, dum clama-
rem ad te.
Diligite Dominum omnes sancti eius: quoniam
veritatem requiret Dominus, & retribuet abundan-
ter facientibus superbiam.
Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes
qui speratis in Domino.

Ipsi Dauid intellectus. XXXI.

Rom.4.7. BEati quorum remissæ sunt iniquitates & quo-
rum tecta sunt peccata.
Beatus vir, cui non imputauit Dominus pecca-
tum, nec est in spiritu eius dolus.
Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea, dum
clamarem tota die.
Quoniam die ac nocte grauata est super me ma-
nus tua: conuersus sum in ærumna mea, dum confi-
gitur spina.
Delictum meum cognitum tibi feci: & iniustitiam
meam non abscondi.
* Is. 65. 24. * Dixi: Confitebor aduersum me iniustitiam
meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati
mei.

Pro

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

7 *Odisti obseruantes vanitates frustra,*
8 *Et ego in Domino speraui: * exultabo, & lætabor in*
misericordia tua,
Quia vidisti afflictionem meam, cognouisti in angu-
stijs animam meam.
9 *Et non tradere fecisti me in manum inimici, stare fe-*
cisti in latitudine pedes meos.
10 *Miserere mei Domine, quoniam angustia est mihi,*
computruit in ira oculus meus, anima mea, & venter
meus.
11 *Quoniam defecit in dolore vita mea, & anni mei in*
gemitu,
Impegit propter iniquitatem meam fortitudo mea: &
ossa mea computruerunt.
12 *Propter omnes hostes meos fui opprobrium, & vicinis*
meis valde: & pauor notis meis.
13 *Videntes me foris, migrauerunt à me: * obliuioni fui*
sicut mortuus à corde,
14 *Fui sicut vas perditum: * quoniam audiui vitupera-*
tionem multorum, pauorem vndique,

Dum consultant pariter aduersum me vt caperent
animam meam cogitauerunt.
15 *Et ego in te speraui Domine, dixi Deus meus tu: * in*
16 *manu tua sunt tempora mea.*
Erue me è manu inimicorum meorum, & à perse-
quentibus me.
17 *Lucere fac faciem tuam super seruum tuum, serua*
18 *me propter misericordiam tuam: * Domine non pudore*
afficiar, quoniam inuocaui te,
*Pudore afficientur impij, excidentur in sepulchro * ob-*
19 *mutescent labia mendacia,*
Quæ loquuntur aduersus iustum dura cum superbia,
& contemptu.
20 *Quoniam multum est bonum tuum, quod abscondisti*
timentibus te.
Operatus es sperantibus in te coram filijs hominum.

21 *Abscondere facies eos in abscondito faciei tuæ ab ela-*
tionibus viri,
Abscondes eos in abscondito tabernaculi à contentione
linguarum.
22 *Benedictus Dominus, quoniam mirificare fecit miseri-*
cordiam suam mihi in ciuitate munita.
23 *Et ego dixi dum festinarem, excisus sum ab oculis*
tuis,
Vere audisti vocem deprecationum mearum, quando
clamaui ad te.
24 *Diligite Dominum omnes misericordes eius: fideles cu-*
stodit Dominus, & reddit retributionem residuo facienti
superbe.
25 *Roborate vos, & roborabit* Deus *cor vestrum, omnes*
sperantes in Domino,

Dauidi intelligentia. Psal. XXXII.

1 *BEatus cui dimittitur præuaricatio, cui tegitur pecca-*
tum.
2 *Beatus homo cui non imputabit Dominus iniquitatem,*
nec est in spiritu eius dolus.
3 *Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea, in rugitu*
meo omni die.
4 *Quoniam die ac nocte aggrauabitur super me percus-*
sio tua: versus est viror meus in siccitates æstatis, Selah.

5 *Peccatum meum cognoscere feci te, & iniquitatem*
meam non operui,
Dixi: Confitebor aduersum me præuaricationes meas
Domino, & tu dimisisti iniquitatem peccati mei: Selah.

Pro-

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

6 Pro hac orabit ad te omnis sanctus, in tempore
opportuno.
Verumtamen in diluuio aquarum multarum,
ad eum non approximabunt.
7 Tu es refugium meum à tribulatione, quæ cir-
cumdedit me: exultatio mea erue me à circum-
dantibus me.
8 Intellectum tibi dabo,& instruam te in via hac,
qua gradieris:firmabo super te oculos meos.
9 Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est
intellectus.
In camo & freno maxillas eorum constringe,qui
non approximant ad te.
10 Multa flagella peccatoris, sperantem autem in
Domino misericordia circumdabit.
11 Lætamini in Domino & exultate iusti, & gloria-
mini omnes recti corde.

Psalmus Dauid, XXXII.

1 EXultate iusti in Domino: rectos decet collauda-
tio.
2 Confitemini Domino in cithara: in psalterio de-
cem chordarum psallite illi.
3 Cantate ei canticum nouum: bene psallite ei in
vociferatione.
4 Quia rectum est verbum Domini, & omnia ope-
ra eius in fide.
5 Diligit misericordiam & iudicium: misericordia
Domini plena est terra.
6 Verbo Domini cæli firmati sunt: & spiritu oris
eius omnis virtus eorum.
7 Congregans sicut in vtre aquas maris: ponens in
thesauris abyssos.
8 Timeat Dominum omnis terra: ab eo autem
commoueantur omnes inhabitantes orbem.
9 Quoniam ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit,
& creata sunt.
*Iudit. 16.17.
10 Dominus dissipat consilia gentium: reprobat au-
tem cogitationes populorum, & reprobat consilia
principum.
11 Consiliũ autem Dñi in æternum manet: cogita-
tiones cordis eius in generatione & generationem.
12 Beata gens, cuius est Dominus Deus eius: popu-
lus,quem elegit in hæreditatem sibi.
13 De cælo respexit Dominus: vidit omnes filios
hominum.
14 De præparato habitaculo suo respexit super om-
nes, qui habitant terram.
15 Qui finxit sigillatim corda eorum: qui intelligit
omnia opera eorum.
16 Non saluatur rex per multam virtutem: & gigas
non saluabitur in multitudine virtutis suæ.
17 Fallax equus ad salutem: in abundantia autem
virtutis suæ non saluabitur.
18 Ecce oculi Domini super metuentes eum: & in
eis,qui sperant super misericordia eius.
19 Vt eruat à morte animas eorum:& alat eos in fa-
me.
20 Anima nostra sustinet Dominum: quoniam ad-
iutor & protector noster est.
21 Quia in eo lætabitur cor nostrum: & in nomine
sancto eius sperauimus.
22 Fiat misericordia tua Domine super nos: quem-
admodum sperauimus in te.

1 Dauidi, cum immutauit vultum suum coram
Achimelech,& dimisit eum & abiit.(1.Reg.21.)
XXXIII.
2 BEnedicam Dominum in omni tempore:semper
laus eius in ore meo.

Transl.ex Heb. Sanct. Pagn.

6 *Propter hoc orabit omnis misericors ad te, tempore in-
uentionis.*
*Duntaxat in inundatione aquarum multarum,ad eum
non pertingent.*
7 *Tu absconsio es mihi,ab angustia custodies me: clamo-
ribus liberationis circundabis me, Selah.*
8 *Intelligere faciam te, & docebo te viam per quam
ambules:consulam tibi oculo meo.*
9 *Ne sitis sicut equus, sicut mulus quibus non est intel-
ligere.*
Camo,& fræno os eius obtura, ne appropinquet tibi.
10 *Multi dolores erunt impio, sed sperantem in Domino,
misericordia circumdabit.*
11 *Lætamini in Domino, & exultate iusti, & laudate
omnes rectos corde.*

Psalmus XXXIII.

1 *EXultate iusti in Domino: rectis pulchra est laus.*
2 *Confitemini Domino in cithara:in nebel, & decachor-
do canite ei.*
3 *Cantate ei canticum nouum: benefacite canendo in
clamore.*
4 *Quia rectum est verbum Domini: & omne opus eius
in fide.*
5 *Diligens iustitiam, & iudicium: misericordia Domini
plena est terra.*
6 *Verbo Domini cæli facti sunt:& spiritu oris eius om-
nis exercitus eorum.*
7 *Congregans sicut aceruum aquas maris:ponens in the-
sauris voragines.*
8 *Timeant à Domino omnis terra, ab eo paueant omnes
habitatores orbis.*
9 *Quoniam ipse dixit,& fuit: ipse præcepit,& stetit.*
10 *Dominus irritare fecit consilium gentium:irritas fecit
cogitationes populorum.*
11 *Consilium Domini in sæculum stabit:cogitationes cor-
dis eius in generatione & generationem.*
12 *Beata gens cuius Dominus est Deus eius: populus, quẽ
elegit in hereditatem sibi.*
13 *E cælis respexit Dominus: vidit omnes filios homi-
num.*
14 *De habitaculo sessionis suæ, prospexit super omnes ha-
bitatores terræ.*
15 *Formans pariter cor eorum: considerans omnia opera
eorum,*
16 *Non rex saluatur in multitudine exercitus: potens
non euadet in multitudine potentiæ.*
17 *Mendacium est equus ad salutem: in multitudine ro-
boris sui non eruet.*
18 *Ecce oculus Domini super timentes eum: sperantes in
misericordia eius.*
19 *Vt eruat à morte animas eorum: & viuificet eos in
fame,*
20 *Anima nostra expectauit Dominum: auxilium nostrum,
& clypeus noster est.*
21 *Quia in eo lætabitur cor nostrum:quia in nomine san-
ctitatis eius sperauimus.*
22 *Sit misericordia tua Domine super nos,quemadmodum
sperauimus in te.*

1 *Psalmus. XXXIV.*
*Dauidi, quum mutauit ipse verbum suum coram Abi-
melech,& expulit eum,& abiit.*
2 *BEnedicam Domino in omni tempore, semper laus eius
in ore meo.*

Vulgat. Editio.

3 In Domino laudabitur anima mea: audiant mansueti, & lætentur.
4 Magnificate Dominum mecum: & exaltemus nomen eius in idipsum.
5 Exquisiui Dominum, & exaudiuit me: & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.
6 Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestræ non confundentur.
7 Iste pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum: & de omnibus tribulationibus eius saluauit eum.
8 Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum: & eripiet eos.
9 Gustate & videte quoniam suauis est Dominus: beatus vir, qui sperat in eo.
10 Timete Dominum omnes sancti eius: quoniam non est inopia timentibus eum.
11 Diuites eguerunt & esurierunt: inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono. (Luc. 1. 53.)
12 Venite filij, audite me: timorem Domini docebo vos.
13 Quis est homo qui vult vitam: diligit dies videre bonos? (1.Pe. 3. 10.)
14 Prohibe linguam tuam à malo: & labia tua ne loquantur dolum.
15 Diuerte à malo, & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam.
16 Oculi Domini super iustos: & aures eius in preces eorum.
17 Vultus autem Domini super facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorum. (Eccl. 13 21. Heb. 4. 13.)
18 Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.
19 Iuxta est Dominus iis, qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu saluabit.
20 Multæ tribulationes iustorum: & de omnibus his liberabit eos Dominus.
21 Custodit Dominus omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur.
22 Mors peccatorum pessima: & qui oderunt iustum delinquent.
23 Redimet Dominus animas seruorum suorum: & non delinquent omnes qui sperant in eo.

1 Ipsi Dauid. XXXIV.

IVdica Domine nocentes me, expugna impugnantes me.
2 Apprehende arma & scutum: & exurge in adiutorium mihi.
3 Effunde frameam, & conclude aduersus eos, qui persequuntur me; dic animæ meæ: Salus tua ego sum.
4 Confundantur & reuereantur, quærentes animam meam.
Auertantur retrorsum, & confundantur cogitantes mihi mala.
5 Fiant tamquam puluis ante faciem venti: & Angelus Domini coarctans eos.
6 Fiat via illorum tenebræ & lubricum: & Angelus Domini persequens eos.
7 Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui: superuacue exprobrauerunt animam meam.
8 Veniat illi laqueus, quem ignorat: & captio, quam abscondit, apprehendat eum: & in laqueum cadat in ipsum.
9 Anima autem mea exultabit in Domino: & delectabitur super salutari suo.
10 Omnia ossa mea dicent: Domine, quis similis tibi?

Eri-

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

3 *In Domino laudabit se anima mea: audient humiles, & letabuntur.*
4 *Magnificate Dominum mecum: & exaltemus nomen eius pariter.*
5 *Quæsiui Dominum, & exaudiuit me: & ex omnibus timoribus meis eripuit me.*
6 *Aspexerunt ad eum, & illuminati sunt: & facies eorum non sunt pudore affectæ.*
7 *Iste pauper clamauit, & Dominus audiuit: & ex omnibus angustijs eius seruauit eum.*
8 *Castrametatur Angelus Domini circum timentes eum: & eripit eos.*
9 *Gustate, & videte quoniam bonus Dominus: beatus vir qui sperabit in eo.*
10 *Timete Dominum sancti eius: quoniam non est defectus timentibus eum.*
11 *Leunculi depauperati sunt, & famescent: sed quærentes Dominum non deficient omni bono.*
12 *Venite filij, obedite mihi: timorem Domini docebo vos.*
13 *Quis vir qui vult vitam: diligit dies, vt videat bonum.*
14 *Custodi linguam tuam à malo: & labia tua à loquendo dolum.*
15 *Declina à malo, & fac bonum: quære pacem, & sequere eam.*
16 *Oculi Domini super iustos. & aures eius ad clamorem eorum.*
17 *Ira Domini sunt contra facientes malum: vt succidat è terra memoriam eorum.*
18 *Clamauerunt, & Dominus audiuit: & ex omnibus angustijs eorum, eruit eos.*
19 *Propinquus est Dominus contritis corde: & attritos spiritu seruabit.*
20 *Multa sunt mala iusti: & à cunctis ipsis, eruet eum Dominus.*
21 *Custodiens omnia ossa eius: vnum ex eis non est contritum.*
22 *Interimet impium malitia: & odio habentes iustum desolabuntur.*
23 *Redimit Dominus animam seruorum suorum. & non desolabuntur omnes sperantes in eo.*

1 *Dauidi. Psalm. XXXV.*

IVdica Domine iudices meos, pugna cum eis qui pugnant mecum.
2 *Apprehende clypeum, & scutum: & surge in adiutorium meum.*
3 *Et expedi lanceam & claude in occursum persequentium me; dic animæ meæ: Salus tua sum.*
4 *Pudore afficientur, & erubescent quærentes animam meam.*
Vertentur retrorsum, & pudore afficientur cogitantes malum meum.
5 *Erunt sicut gluma ante ventum: & Angelus Domini impellet eos.*
6 *Erit via eorum tenebræ, & lubricitates: & Angelus Domini persequens eos.*
7 *Quoniam gratis absconderunt mihi foueam: & rete suum gratis foderunt animæ meæ.*
8 *Veniet ei contritio, quam non cognoscet: & rete ipsius quod abscondit, capiet eum: in contritionem cadet.*
9 *Et anima mea exultabit in Domino: gaudebit in salute eius.*
10 *Omnia ossa mea dicent: Domine quis sicut tu.*

Eri-

Vulgat. Editio.

Eripiens inopem de manu fortiorum eius: egenum
& pauperem à diripientibus eum.
11 Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam interro-
gabant me.
12 Retribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatem
animæ meæ.
13 Ego autem cum mihi molesti essent, induebar ci-
licio.
Humiliabam in ieiunio animam meam: & oratio
mea in sinu meo conuertetur.
14 Quasi proximum, & quasi fratrem nostrum, sic
complacebam: quasi lugens & contristatus sic hu-
miliabar.
15 Et aduersum me lætati sunt, & conuenerunt: con-
gregata sunt super me flagella, & ignoraui:

16 Dissipati sunt, nec compuncti, tentauerunt me,
subsannauerunt me subsannatione: frenduerunt
super me dentibus suis.
17 Domine quando respicies? restitue animam meam
à malignitate eorum, à leonibus vnicam meam.
18 Confitebor tibi in ecclesia magna, in populo gra-
ui laudabo te.
19 Non supergaudeant mihi qui aduersantur mihi (*. Io. 15. 25.)
inique: * qui oderunt me gratis & annuunt oculis.
20 Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur: &
in iracundia terræ loquentes, dolos cogitabant.
21 Et dilatauerunt super me os suum, dixerunt: Eu-
ge, euge: viderunt oculi nostri.
22 Vidisti Domine, ne sileas: Domine ne discedas à
me.
23 Exurge & intende iudicio meo: Deus meus, &
Dominus meus in causam meam.
24 Iudica me secundum iustitiam tuam Domine
Deus meus, & non supergaudeant mihi.
25 Non dicant in cordibus suis: Euge, euge, animæ
nostræ: nec dicant: Deuorauimus eum.
26 Erubescant & reuereantur simul, qui gratulan-
tur malis meis.
Induantur confusione & reuerentia qui magna
loquuntur super me.
27 Exultent & lætentur qui volunt iustitiam meam:
& dicant semper: Magnificetur Dominus, qui vo-
lunt pacem serui eius.
28 Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota
die laudem tuam.

1 In finem, seruo Domini ipsi Dauid.
XXXV.

2 DIxit iniustus vt delinquat in semetipso: non est
timor Dei ante oculos eius.
3 Quoniam dolose egit in conspectu eius: vt inue- (Sup. 13. 3.)
niatur iniquitas eius ad odium.
4 Verba oris eius iniquitas, & dolus: noluit intelli-
gere vt bene ageret.
5 Iniquitatem meditatus est in cubili suo: astitit
omni viæ non bonæ; malitiam autem non odiuit.
6 Domine in cœlo misericordia tua: & veritas tua
vsque ad nubes.
7 Iustitia tua sicut montes Dei: iudicia tua abyssus
multa.
8 Homines & iumenta saluabis Domine: * quemad-
modum multiplicasti misericordiam tuam Deus.
Filij autem hominum, in tegmine alarum tua-
rum sperabunt.
9 Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: & torren-
te voluptatis tuæ potabis eos.
10 Quoniam apud te est fons vitæ: & in lumine tuo
videbimus lumen.

Præ-

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

*Eripiens pauperem à fortiori eo, & pauperem, & ege-
num à rapiente eum.*
11 *Surgent testes mendaces, quæ non cognoui interroga-
bunt me.*
12 *Reddent mihi malum pro bono, sterilitatem animæ
meæ.*
13 *Et ego ægrotantibus ipsis, vestimentum habebam è sacco,*

*Affligebam in ieiunio animam meam, & oratio mea
ad sinum meum reuertebatur.*
14 *Sicut pro amico, sicut pro fratre meo ambulabam tan-
quam lugens matrem, pullatus humiliabam me.*

15 *Sed ipsi in claudicatione mea lætati sunt, & congre-
gauerunt se, congregauerunt se aduersum me percussi, &
non cognoui,*
16 *Cachinnauerunt, & non siluerunt: cum impijs subsan-
natoribus qui indulgent ventri, erant frendendo dentibus
suis.*
17 *Domine quamdiu videbis, eripe animam meam à deso-
lationibus eorum, à leonibus vnicam meam.*
18 *Confitebor tibi in cœtu magno, in populo forti lauda-
bo te.*
19 *Ne lætentur inimici mei gratis, odio habentes me gra-
tis annuent oculo.*
20 *Quia non pacem loquentur, & contra humiles terræ,
verba fraudulenta cogitabunt.*
21 *Et dilatare fecerunt aduersum me os suum, dixerunt,
euge euge, vidit oculus noster.*
22 *Vidisti Domine, ne taceas, Domine ne elonges te à me.*

23 *Suscita te, & euigila ad iudicium meum, Deus mi, &
Domine mi, ad iudicium meum.*
24 *Iudica me secundum iustitiam tuam Domine Deus
mi, & ne lætentur de me.*
25 *Ne dicant in corde suo, euge animæ nostræ, ne dicant,
disperdamus eum.*
26 *Pudore afficientur, & erubescent pariter læti malo
meo.*
*Induentur pudore, & erubescentia, magnificantes se
aduersus me.*
27 *Laudabunt, & exultabunt qui volunt iustitiam meam,
& dicent semper: Magnificetur Dominus, qui voluit pa-
cem serui sui.*
28 *Et lingua mea loquetur iustitiam tuam, omni die lau-
dem tuam.*

1 *Psal. XXXVI.*
Victori seruo Domini Dauidi.

2 *DIctum præuaricationis impio est, in medio cordis
mei, non est pauor Dei ante oculos eius.*
3 *Quoniam leniuit ei peccatum in oculis eius, vt inue-
niat iniquitatem suam, vt odio habeant bonum.*
4 *Verba oris eius sunt iniquitas, & dolus, desijt intelli-
gere, vt bene ageret.*
5 *Iniquitatem cogitauit in cubili suo, stetit secus viam
non bonam, malum non abiecit.*
6 *Domine in cœlis misericordia tua, veritas tua vsque ad
cœlos.*
7 *Iustitia tua sicut montes fortissimi, iudicia tua vorago
multa,*
8 *Hominem & animal seruabis: quam preciosa est
misericordia tua Deus,*
*Et filij hominum, in vmbra alarum tuarum spera-
bunt.*
9 *Inebriabuntur pinguedine domus tuæ, & è torrente de-
litiarum tuarum potum dabis eis:*
10 *Quoniam tecum est vena vitæ, & in lumine tuo vi-
debimus lumen.*

Trafte

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

11 Prætende misericordiam tuam scientibus te, & iustitiam tuam his, qui recto sunt corde.
12 Non veniat mihi pes superbiæ: & manus peccatoris non moueat me.
13 Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem: expulsi sunt nec potuerunt stare.

1 Psalmus ipsi Dauid. XXXVI.

NOli æmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem.
2 Quoniam tanquam fœnum velociter arescent: & quemadmodum olera herbarum cito decident.
3 Spera in Domino, & fac bonitatem: & inhabita terram, & pasceris in diuitiis eius.
4 Delectare in Domino: & dabit tibi petitiones cordis tui.
5 Reuela Domino viam tuam, & spera in eo: & ipse faciet.
6 Et educet quasi lumen iustitiam tuam: & iudicium tuum tanquam meridiem: * subditus esto
7 Domino, & ora eum.
Noli æmulari in eo, qui prosperatur in via sua: in homine faciente iniustitias.
8 Desine ab ira, & derelinque furorem: noli æmulari vt maligneris.
9 Quoniam qui malignantur, exterminabuntur: sustinentes autem Dominum, ipsi hæreditabunt terram.
10 Et adhuc pusillum, & non erit peccator: & quæres locum eius, & non inuenies.
11 * Mansueti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.
12 Obseruabit peccator iustum: & stridebit super eum dentibus suis.
13 Dominus autem irridebit eum: quoniam prospicit quòd veniet dies eius.
14 Gladium euaginauerunt peccatores: intenderunt arcum suum.
Vt deiiciant pauperem & inopem: vt trucident rectos corde.
15 Gladius eorum intret in corda ipsorum: & arcus eorum confringatur.
16 Melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas.
17 Quoniam brachia peccatorum conterentur: confirmat autem iustos Dominus.
18 Nouit Dominus dies immaculatorum: & hæreditas eorum in æternum erit.
19 Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabuntur: * quia peccatores peribunt.
20 Inimici Domini mox vt honorificati fuerint & exaltati: deficientes, quemadmodum fumus deficient.
21 Mutuabitur peccator, & non soluet: iustus autem miserebitur & tribuet.
22 Quia benedicentes ei hæreditabunt terram: maledicentes autem ei disperibunt.
23 Apud Dominum gressus hominis dirigentur: & viam eius volet.
24 Cum ceciderit, non collidetur: quia Dominus supponit manum suam.
25 Iunior fui, etenim senui: & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem.
26 Tota die miseretur & commodat: & semen illius in benedictione erit.
27 Declina à malo, & fac bonum: & inhabita in sæculum sæculi.
28 Quia Dominus amat iudicium, & non derelinquet sanctos suos: in æternum conseruabuntur.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

11 *Trahe misericordiam tuam ad scientes te, & iustitiam tuam ad rectos corde.*
12 *Ne veniat mihi pes superbiæ, & manus impiorum ne migrare faciat me.*
13 *Ibi ceciderunt operarij iniquitatis, expulsi sunt, & non potuerunt surgere.*

1 *Dauidi. Psal. XXXVII.*

NE misceas te cum malignis, ne zelaueris facientes iniquitatem.
2 *Quoniam tanquam herba velociter succidentur, & sicut olus germinis decident.*
3 *Spera in Domino, & fac bonum, habita terram, & pasce veritatem.*
4 *Et delecta te in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.*
5 *Volue super Dominum viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet.*
6 *Et educet sicut lumen iustitiam tuam, & iudicia tua*
7 *sicut meridiem: * tace Domino, & spera in eo.*
Ne misceas tecum eo qui prosperatur in via sua, cum viro faciente abominationes.
8 *Desine a furore, & relinque iram: ne misceas te veruntamen ad malefaciendum.*
9 *Quoniam maligni excidentur, & expectantes Dominum ipsi hæreditate accipient terram.*
10 *Et adhuc paululum, & non erit impius: & contemplaberis locum eius, & non erit.*
11 *Et humiles hæreditate capient terram, & delectabuntur in multitudine pacis.*
12 *Cogitat impius contra iustum, & frendit aduersus eum dentibus suis.*
13 *Dominus ridebit ei, quia vidit, quod veniet dies eius.*
14 *Gladium acuerunt impij, & tetenderunt arcum suum.*
Vt ruere faciant pauperem, & inopem, vt iugulent rectos via.
15 *Gladius eorum ingredietur cor eorum, & arcus eorum confringentur.*
16 *Melius est paululum iusto, quam diuitiæ impiorum multæ.*
17 *Quia brachia impiorum confringentur: & sustentat iustos Dominus.*
18 *Scit Dominus dies perfectorum, & hæreditas eorum in sæculum erit.*
19 *Non pudore afficientur in tempore malo, & in diebus*
20 *famis saturabuntur: * quia impij peribunt.*
Et inimici Domini erunt sicut pretiosi agni, defecerunt sicut fumus defecerunt.
21 *Mutuum accipit impius, & non reddet, sed iustus donat, & dat.*
22 *Quia benedicti ab eo hæreditate accipient terram, & maledicti ab eo excidentur.*
23 *A Domino gressus hominis parati sunt, & viam eius volet.*
24 *Cum ceciderit, non proijcietur, quia Dominus sustentat manum eius.*
25 *Puer fui, etiam senui, & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem.*
26 *Omni die donat, & mutuat, & semen eius erit in benedictione.*
27 *Recede à malo, & fac bonum, & habitabis in sæculum.*
28 *Quia Dominus amat iudicium, & non derelinquet misericordes suos: in sæculum custodientur.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Iniusti punientur:& semen impiorum peribit.
Iusti autem hæreditabunt terram: & inhabitabunt in sæculum sæculi super eam.
* Prou. 31. 26 * Isa. 51. 7. ★ Os iusti meditabitur sapientiam,& lingua eius loquetur iudicium.
★ Lex Dei eius in corde ipsius:& non supplantabuntur gressus eius.
Considerat peccator iustum: & quærit mortificare eum.
Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius:nec damnabit eum cum iudicabitur illi.
Expecta Dominum,& custodi viam eius:& exaltabit te vt hæreditate capias terram:cum perierint peccatores videbis.
Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani.
Et transiui, & ecce non erat: & quæsiui eum, & non est inuentus locus eius.
Custodi innocentiam & vide æquitatem; quoniam sunt reliquiæ homini pacifico.
Iniusti autem disperibunt simul:reliquiæ impiorum interibunt.
Salus autem iustorum à Domino: & protector eorum in tempore tribulationis.
Et adiuuabit eos Dominus,& liberabit eos: & eruet eos à peccatoribus, & saluabit eos:quia sperauerunt in eo.

Psalmus Dauid,in rememorationem de Sabbato. XXXVII.

* Psal. 6. 1. Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.
Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: & confirmasti super me manum tuam.
Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ:non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.
Quoniam iniquitates meæ supergressę sunt caput meum:& sicut onus graue grauatæ sunt super me.
Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ.
Miser factus sum: & curuatus sum vsque in finem:tota die contristatus ingrediebar.
Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: & non est sanitas in carne mea.
Afflictus sum, & humiliatus sum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei:
Domine,ante te omne desiderium meum: & gemitus meus à te non est absconditus.
Cor meũ cõturbatũ est,dereliquit me virtus mea: & lumen oculorũ meorũ,& ipsum non est mecum.
Amici mei, & proximi mei aduersum me appropinquauerunt,& steterunt.
Et qui iuxta me erant,de longe steterunt:★ & vim faciebant qui quærebant animam meam.
Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates:& dolos tota die meditabantur.
Ego autem tanquam surdus non audiebam: & sicut mutus non aperiens os suum.
Et factus sum sicut homo non audiens: & non habens in ore suo redargutiones.
Quoniam in te Domine speraui: tu exaudies me Domine Deus meus.
Quia dixi: Nequando supergaudeant mihi inimici mei:& dum commouentur pedes mei, super me magna locuti sunt.
Quoniam ego in flagella paratus sum: & dolor meus in conspectu meo semper.
Quoniam iniquitatem meam annunciabo: & cogitabo pro peccato meo.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Et semen impiorum succidetur.
29 *Iusti hæreditate accipient terram, & habitabunt in sæculum super eam.*
30 *Os iusti loquetur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium.*
31 *Lex Dei eius in corde eius,non nutabunt pedes eius.*
32 *Speculatur impius iustum,& quærit interimere eum.*
33 *Dominus non derelinquet eum in manu eius: nec condemnabit eum cum iudicatus fuerit ipse.*
34 *Expecta Dominum,& custodi viam eius: & exaltabit te,vt hæreditate capias terram: cum succisi fuerint impij, videbis.*
35 *Vidi impium fortem,& virescentem sicut laurus viridis.*
36 *Et transiuit,& ecce non fuit:& quæsiui eum,& non est inuentus.*
37 *Custodi perfectum,& vide rectum,quia merces vniuscuiusque pax.*
38 *Et præuaricantes dissipati sunt pariter:merces impiorum succisa est.*
39 *Et salus iustorum à Domino, fortitudo eorum in tempore angustiæ.*
40 *Et adiuuabit eos Dominus, & eruet eos, eruet eos ab impijs,& seruabit eos,quia sperauerunt in eo.*

1 *Psal. XXXVIII.*
Psalmus Dauid ad commemorandum.

2 *Domine ne in furore tuo arguas me, nec in ira tua corripias me.*
3 *Quoniam sagittæ tuæ descenderunt in me, & descendit super me percussio tua.*
4 *Non est perfectio in carne mea propter iram tuam, non est pax ossibus meis propter peccatum meum.*
5 *Quoniam iniquitates meæ transierunt caput meum, sicut onus graue grauiores fuerunt me.*
6 *Putruerunt, tabuerunt liuores mei, propter stultitiam meam.*
7 *Incuruaui me,humiliaui me vehementissime,omni die pullatus ambulaui.*
8 *Quoniam ilia mea plena fuerunt ardore: & non est perfectio in carne mea.*
9 *Debilitatus sum,& attritus sum vehementissime: rugij propter rugitum cordis mei.*
10 *Domine, coram te est omne desiderium meum:& suspirium meum à te non est absconditum.*
11 *Cor meum circumiuit,dereliquit me fortitudo mea: & lumen oculorum meorum,etiam ipsi non sunt mecum.*
12 *Qui dilexerant me, & amici mei è regione plagæ meæ steterunt.*
13 *Et propinqui mei à longinquo steterunt, & illaqueauerunt me quærentes animam meam.*
Et quærentes malum meum locuti sunt prauitates: & dolos omni die meditabuntur.
14 *Et ego tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus qui non aperit os suum.*
15 *Et fui sicut vir, qui non audit, & non sunt in ore eius redargutiones.*
16 *Quia te Domine expectaui, tu exaudies Domine Deus mi.*
17 *Quia dix[illegible] forte lætentur de me:cum declinabat pes meus,aduersum me magnificauerunt linguam suam.*
18 *Quoniam ego ad claudicationem paratus sum:& dolor meus coram me est semper.*
19 *Quoniam iniquitatem meam annunciabam: timebam propter peccatum meum.*

Vulgat. Editio.

Inimici autem mei viuunt,& cõfirmati sunt sũ- 20
per me:& multiplicati sunt qui oderũt me inique.
Qui retribuunt mala pro bonis,detrahebant mi- 21
hi:quoniam sequebar bonitatem.
Ne derelinquas me Domine Deus meus: ne dis- 22
cesseris à me.
Intende in adiutorium meum,Domine Deus sa- 23
lutis meæ.

In finem, ipsi Idithun, Canticum David. XXXVIII. 1

DIxi: Custodiam vias meas: vt non delinquam 2
in lingua mea.
Posui ori meo custodiam, cum consisteret pecca-
tor aduersum me.
Obmutui,& humiliatus sum, & silui à bonis: & 3
dolor meus renouatus est.
Concaluit cor meum intra me: & in meditatio- 4
ne mea exardescet ignis.
Locutus sum in lingua mea: Notum fac mihi 5
Domine finem meum,
Et numerum dierum meorum quis est,vt sciam
quid desit mihi.
Ecce mensurabiles posuisti dies meos:& substan- 6
tia mea tamquam nihilum ante te.
Verumtamen vniuersa vanitas,omnis homo vi-
uens.
Verumtamen in imagine pertransit homo:sed & 7
frustra conturbatur.
Thesaurizat:& ignorat cui congregabit ea.
Et nunc quæ est expectatio mea? nonne Domi- 8
nus?& substantia mea apud te est.
Ab omnibus iniquitatibus meis erue me:oppro- 9
brium insipienti dedisti me.
Obmutui,& non aperui os meum, quoniam tu 10
fecisti:* amoue à me plagas tuas. 11
A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpa- 12
tionibus: propter iniquitatem corripuisti hominẽ.
Et tabescere fecisti sicut araneam animam eius:
verumtamen vane conturbatur omnis homo.
Exaudi orationem meam Domine, & depreca- 13
tionem meam:auribus percipe lacrymas meas.
Ne sileas: quoniam aduena ego sum apud te, &
peregrinus,sicut omnes patres mei.
Remitte mihi, vt refrigerer prius quàm abeam, 14
& amplius non ero.

In finem, Psalmus ipsi David. XXXIX. 1

EXpectans expectaui Dominum, & intendit mi- 2
hi.
Et exaudiuit preces meas: & eduxit me de lacu 3
miseriæ,& de luto fæcis.
Et statuit super petram pedes meos: & direxit
gressus meos.
Et immisit in os meum canticum nouum, car- 4
men Deo nostro.
Videbunt multi & timebunt: & sperabunt in
Domino.
Beatus vir,cuius est nomen Domini spes eius:& 5
non respexit in vanitates & insanias falsas.
Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia 6
tua: & cogitationibus tuis non est qui similis sit ti-
bi.
Annunciaui & locutus sum:multiplicati sunt su-
per numerum.
* Sacrificium & oblationem noluisti: aures au- 7
tem perfecisti mihi.

* Heb. 10.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Et inimici mei viuentes roborati sunt, & multiplicati sunt odio habentes me gratis.

Et reddentes malum pro bono aduersabantur mihi, eo quòd sequebar bonum.

Ne derelinquas me Domine Deus mi,ne elonges te à me.

Festina ad auxilium meum, Domine ad salutem meam.

Psalm. XXXIX.
Victori ipsi Ieduthun Canticum Dauidi.

DIxi,custodiam vias meas:ne peccem lingua mea,

Custodiam ori meo clausuram adhuc existente impio coram me.

Obmutui silentio, tacui à bono:& dolor meus turbatus est.

Caluit cor meum in medio mei, in meditatione mea exarsit ignis,

Locutus sum lingua mea: scire fac me Domine finem meum.

Et mensuram dierum meorum quæ sit, scio quòd temporalis sum.

Ecce vt mensuram quatuor digitorum posuisti dies meos: & tempus meum tanquam nihil coram te,

Veruntamen vniuersa vanitas,omnis homo stans, Selah.

Veruntamen in imagine ambulabit vir, veruntamen in vanum tumultuabunt,

Congregabit, & nesciet qui congregat ea.

Et nunc quid expectaui Domine? spes mea in te est.

Ex omnibus præuaricationibus meis erue me:opprobrium stulti,ne ponas me.

*Obmutui, non aperiam os meum, quià tu fecisti: * remoue à me plagam tuam,*

A bello manus tuæ,ego defeci: In increpationibus propter iniquitatem corripuisti virum,

Et liquescere fecisti, vt tineam desiderium eius, veruntamen vanitas omnis homo, Selah.

Audi orationem meam Domine, clamorem meumque auribus percipe,& ad lachrymam meam.

Ne vt surdum te exhibeas,quia peregrinus sum apud te, incola vt omnes patres mei.

Desine à me, & roborabor, antequam vadam & non sim.

Psalm. XL.
Victori ipsi Dauid, Canticum.

EXpectando expectaui Dominum, & inclinauit se mihi, & audiuit clamorem meum.

Et ascendere fecit me è cisterna sonitus,è luto cœni,

Et statuit super petram pedes meos, præparauit pedes meos.

Et posuit in ore meo canticum nouum, laudem Deo nostro.

Videbunt multi,& timebunt,& sperabunt in Domino.

Beatus vir qui posuit Dominum spem suam, & non respexit ad superbos,& declinantes ad mendacium.

Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua, & cogitationes tuas nobis non est ordinare tibi.

Annunciabo,& loquar, multa sunt vt non narrentur.

Sacrificium, & oblationem noluisti,aurem fodisti mihi,

Vulgat. Editio.

8 Holocaustum & pro peccato non postulasti:⋆ tūc
dixi:Ecce venio.
9 In capite libri scriptum est de me ⋆ vt facerem
voluntatem tuam: Deus meus volui,& legem tuam
in medio cordis mei.
10 Annunciaui iustitiam tuam in ecclesia magna,
ecce labia mea non prohibebo Domine tu scisti.
11 Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: ve-
ritatem tuam & salutare tuum dixi.
Non abscondi misericordiam tuam,& veritatem
tuam à concilio multo.
12 Tu autem Domine ne longe facias miserationes
tuas à me: misericordia tua & veritas tua semper
susceperunt me.
13 Quoniam circumdederunt me mala, quorū non
est numerus:cōprehenderunt me iniquitates meæ,
& non potui vt viderem.
Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei: &
cor meum dereliquit me.
14 Complaceat tibi Domine vt eruas me: ⋆ Domi-
ne,ad adiuuandum me respice.
15 ⋆ Confundantur & reuereantur simul, qui quæ-
runt animam meam,vt auferant eam.
Conuertantur retrorsum, & reuereantur qui vo-
lunt mihi mala.
16 Ferant confestim confusionem suam, qui dicunt
mihi:Euge,euge.
17 Exultent & lætentur super te omnes quærentes
te: & dicant semper: Magnificetur Dominus: qui
diligunt salutare tuum.
18 Ego autem mendicus sum,& pauper: Dominus
solicitus est mei.
Adiutor meus, & protector meus tu es: Deus
meus ne tardaueris.

* Psal. 69. a.

* Sup. 34. 4.

1 In finem,Psalmus ipsi Dauid. XL.

2 BEatus qui intelligit super egenum, & pauperē:
in die mala liberabit eum Dominus.
3 Dominus conseruet eum,& viuificet eum,&
beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in
animam inimicorum eius.
4 Dominus opē ferat illi super lectum doloris eius:
vniuersum stratū eius versasti in infirmitate eius.
5 Ego dixi: Domine miserere mei: sana animam
meam,quia peccaui tibi.
6 Inimici mei dixerunt mala mihi: Quando mo-
rietur,& peribit nomen eius?
7 Et si ingrediebatur vt videret, vana loquebatur,
cor eius congregauit iniquitatem sibi.
8 Egrediebatur foras, & loquebatur ⋆ in idipsum.
Aduersum me susurrabant omnes inimici mei:
aduersum me cogitabant mala,mihi.
9 Verbum iniquum constituerunt aduersum me:
Numquid qui dormit non adiciet vt resurgat?
10 Etenim homo pacis meæ, in quo speraui: qui
edebat panes meos,magnificauit super me supplan-
tationem.
11 Tu autem Domine miserere mei, & resuscita
me:& retribuam eis.
12 ⋆ In hoc cognoui quoniam voluisti me:quoniam
non gaudebit inimicus meus super me.
13 Me autem propter innocentiam suscepisti:& cō-
firmasti me in conspectu tuo in æternum.
14 Benedictus Dominus Deus Israel à sæculo, & vs-
que in sæculum:fiat,fiat.

* Act. 1. 16.

1 In finem, Intellectus filiis Core. XLI.
2 QVemadmodū desiderat ceruus ad fontes aqua-
rum: ita desiderat anima mea ad te Deus.

Sitiuit

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

8 *Holocaustum, & sacrificium pro peccato non postulasti:*
⋆ tunc dixi, ecce veni.
9 *In volumine libri scriptum est super me: ⋆ vt facerem*
voluntatem tuam Deus mi volui, & lex tua in medio in-
testinorum meorum est.
10 *Annunciaui iustitiam in cœtu multo,ecce labia mea non*
prohibui:Domine tu sciuisti.
11 *Iustitiam tuam non operui in medio cordis mei, verita-*
tem tuam,& salutem tuam dixi.
Non abscondi misericordiam tuam in cœtu multo.
12 *Tu Domine ne prohibeas misericordias tuas à me miseri-*
cordia tua,& veritas tua semper custodiant me.
13 *Quoniam circundederunt me mala innumera:compre-*
henderunt me iniquitates meæ,& non potui videre,
Multiplicata sunt præ capillis capitis mei, & cor meum
dereliquit me.
14 *Complace Domine, vt eruas me: Domine ad auxilium*
mei festina.
15 *Pudore afficientur, & erubescent pariter quærentes ani-*
mam meam,vt perdant eam.
Reuertentur retrorsum, & pudore afficientur volentes
malum meum.
16 *Desolabuntur propter mercedem pudoris sui,qui dicunt*
mihi euge, euge.
17 *Gaudebunt,& lætabuntur in te omnes quærentes te. &*
dicent semper magnificetur Dominus, qui diligunt salu-
tem tuam.
18 *Et ego pauper, & egenus Dominus cogitabit [illegible] me.*
Auxilium meum, & liberator meus es:Deus mi ne tar-
daueris.

1 *Victori Cantus Dauidi. Psal. XLI.*

2 *BEatus qui intelligit super pauperem, in die mala libe-*
rabit eum Dominus.
3 *Dominus custodiat eum, & viuificet eum, beatificetur*
in terra, & ne tradas eum voluntati inimicorum eius.
4 *Dominus fulciat eum super lectum doloris eius, omne*
cubile eius versasti in infirmitate eius.
5 *Ego dixi: Domine miserere mei: sana animam meam,*
quamquam peccaui tibi.
6 *Inimici mei dicent malum de me: Quando morietur,*
& peribit nomen eius?
7 *Et si venerit ad videndum, mendacium loquetur cor*
eius,congregabit iniquitatem sibi,
8 *Egredietur foras,loquetur. ⋆ Simul aduersum me mur-*
murabant omnes odio habentes me, aduersum me cogita-
bunt malum mihi.
9 *Verbum impium adhærebit ei, & qui accubuit non ad-*
det vt surgat.
10 *Etiam vir pacis meæ cui fidebam qui manducabat pa-*
nem meum, magnificauit aduersum me calcaneum.
11 *Et tu Domine miserere mei, & resuscitare fac me, &*
reddam eis.
12 *In hoc cognoui, quoniam complacuisti in me, quia non*
iubilabit inimicus meus super me.
13 *Et ego in perfectione mea ambulaui, sustentasti me: &*
statuisti me coram te semper.
14 *Benedictus Dominus Deus Israel à seculo, & vsque in*
seculum:Amen,& Amen.

1 *Victori,intellectus filijs Corach. Psal. XLII.*
2 *QVemadmodum ceruus desiderat ad torrentes aquarum,*
ita anima mea desiderat ad te Deus.

Sitiuit

Vulgat. Editio.

3 Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum:
quando veniam & apparebo ante faciem Dei?
4 Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte
dum dicitur mihi quotidie: Vbi est Deus tuus?
5 Hæc recordatus sum, & effudi in me animam
meam; quoniam transibo in locum tabernaculi ad-
mirabilis, vsque ad domum Dei.
In voce exultationis, & confessionis: sonus epu-
lantis.
6 Quare tristis es anima mea? & quare conturbas
me?
Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: sa-
7 lutare vultus mei,* & Deus meus.
Ad meipsum anima mea conturbata est: propter-
ea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonij à
monte modico.
8 Abyssus abyssum inuocat, in voce cataractarum
tuarum.
Omnia excelsa tua, & fluctus tui super me transi-
erunt.
9 In die mandauit Dominus misericordiam suam:
& nocte canticum eius.
10 Apud me oratio Deo vitæ meæ, * dicam Deo:
Susceptor meus es,
Quare oblitus es mei? & quare contristatus ince-
do, dum affligit me inimicus?
11 Dum confringuntur ossa mea, exprobrauerunt
mihi qui tribulant me inimici mei:
Dum dicunt mihi per singulos dies: Vbi est Deus
12 tuus? * quare tristis es anima mea? & quare contur-
bas me?
Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: sa-
lutare vultus mei, & Deus meus.

1 Psalmus Dauid. XLII.

IVdica me Deus, & discerne causam meam de
gente non sancta, ab homine iniquo, & doloso
erue me.
2 Quia tu es Deus fortitudo mea: quare me repu-
listi? & quare tristis incedo, dum affligit me inimi-
cus?
3 Emitte lucem tuam & veritatem tuam: ipsa me
deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum
tuum, & in tabernacula tua.
4 Et introibo ad altare Dei: ad Deum, qui lætificat
iuuentutem meam.
Confitebor tibi in cithara Deus Deus meus:
5 * quare tristis es anima mea? & quare conturbas
me?
Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: sa-
lutare vultus mei, & Deus meus.

1 In finem, Filiis Core ad intellectum.
XLIII.

2 DEus auribus nostris audiuimus: patres nostri
annunciauerunt nobis.
Opus, quod operatus es in diebus eorum: & in
diebus antiquis.
3 Manus tua gentes disperdidit, & plantasti eos: af-
flixisti populos, & expulisti eos:
4 Nec enim in gladio suo possederunt terram, &
brachium eorum non saluauit eos:
Sed dextera tua, & brachium tuum, & illumina-
tio vultus tui: quoniam complacuisti in eis.
5 Tu es ipse rex meus & Deus meus: qui mandas
salutes Iacob.
6 In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in
nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Sitiuit anima mea ad Deum, ad Deum viuum, quando veniam, & videbor coram Deo?
Fuit mihi lachryma mea panis die ac nocte: dum dicunt mihi omni die: Vbi est Deus tuus?
Horum recordabor, & effundam super me animam meam, quoniam transibo in numerum, incedam cum eis vsque ad domum Dei.
In voce laudis, & confessionis multitudo tripudians.

Cur humiliasti te anima mea, & personuisti in me,

*Expecta Deum, quia adhuc confitebor ei nam sunt salutes in vultu eius. * Deus mi.*
In me anima mea humiliata est: Idcirco recordabor tui de terra Iarden, & Chermonim de monte paruo.

Vorago, voraginem vocat ad sonitum fistularum tuarum.

Omnes inundationes tuæ, & fluctus tui super me transierunt.
In die præcipiet Dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius.
*Erit mecum, oratio Deo vitæ meæ, * dicam Deo: petra mea,*
Vt quid oblitus es mei, vt quid pullatus ambulabo propter oppressionem inimici?
Vt occisio est in ossibus meis, quum probris afficiunt me inimici mei:
*Dicentibus ipsis ad me omni die, vbi est Deus tuus? * cur humiliasti te anima mea, & cur personuisti in me?*

Expecta Deum, quia adhuc confitebor ei, qui est salutes vultus mei, & Deus meus.

Psalm. XLIII.

IVdica me Deus, & iudica iudicium meum de gente non misericorde, à viro doloso & iniquo eripe me.

Quia tu es Deus fortitudinis meæ, vt quid elongasti me, vt quid pullatus ambulabo propter oppressionem inimici?

Mitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipsæ ducent me, introducent me ad montem sanctitatis tuæ.

Et introibo ad altare Dei, ad Deum lætitiæ exultationis meæ:
*Et confitebor tibi in cithara, Deus Deus mi: * cur humiliasti te anima mea, & cur personuisti in me?*

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor ei: qui est salutes vultus mei, & Deus meus.

Psalm. XLIV.
Victori filijs Corach intelligentia.

DEus auribus nostris audiuimus, patres nostri narrauerunt nobis,
Opus operatus es in diebus eorum, in diebus pristinis.

Tu manu tua gentes expellere fecisti, & plantasti eos, malefecisti populis, & emisisti eos.
Quia non gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non seruauit eos,
Sed dextera tua, & brachium tuum, & lux vultus tui, quia complacuisti in eis.
Tu ipse rex meus Deus, præcipe salutes Iahacob.

In te hostes nostros cornupetemus, in nomine tuo conculcabimus inimicos nostros.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

7 Non enim in arcu meo sperabo : & gladius meus
non saluabit me.
8 Saluasti enim nos de affligentibus nos : & odien-
tes nos confudisti.
9 In Deo laudabimur tota die : & in nomine tuo
confitebimur in sæculum.
10 Nunc autem repulisti & confudisti nos : & non
egredieris Deus in virtutibus nostris.
11 Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros:&
qui oderunt nos, diripiebant sibi.
12 Dedisti nos tanquam oues escarum : & in genti-
bus dispersisti nos.
13 Vendidisti populum tuum sine pretio:& nō fuit
multitudo in commutationibus eorum.
14 Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, subsan-
nationem & derisum his, qui sunt in circuitu no-
stro.
15 Posuisti nos in similitudinem Gentibus: commo-
tionem capitis in populis.
16 Tota die verecundia mea contra me est, &
confusio faciei meæ cooperuit me.
17 A voce exprobrantis, & obloquentis : à facie ini-
mici, & persequentis.
18 Hæc omnia venerūt super nos, nec obliti sumus
te:& inique non egimus in testamento tuo.
19 Et non recessit retro cor nostrum:& declinasti se-
mitas nostras à via tua:
20 Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis, &
cooperuit nos vmbra mortis.
21 Si obliti sumus nomen Dei nostri, & si expandi-
mus manus nostras ad Deum alienum:
22 Nonne Deus requiret ista? ipse enim nouit abs-
condita cordis.
* Ro.8.36 ★ Quoniam propter te mortificamur tota die: æ-
stimati sumus sicut oues occisionis.
23 Exurge, quare obdormis Domine? exurge, & ne
repellas in finem.
24 Quare faciem tuam auertis, & obliuisceris ino-
piæ nostræ & tribulationis nostræ?
25 Quoniam humiliata est in puluere anima nostra:
conglutinatus est in terra venter noster.
26 Exurge Domine adiuua nos : & redime nos pro-
pter nomen tuum.

1 In finem, pro iis, qui commutabuntur, filiis
Core, ad intellectum, Canticum pro
dilecto. XLIV.

2 ERuctauit cor meum verbum bonum dico ego
opera mea regi.
Lingua mea calamus scribæ, velociter scribentis.
3 Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est
gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in
æternum:
4 Accingere gladio tuo super femur tuum, poten-
tissime,
5 Specie tua & pulchritudine tua intende, prospere
procede, & regna,
Propter veritatem & mansuetudinem, & iustitiā:
& deducet te mirabiliter dextera tua.
6 Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent, in corda
inimicorum regis.
7 * He.1.8. ★ Sedes tua Deus in sæculū sæculi: virga directio-
nis virga regni tui.
8 Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propter-
ea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ con-
sortibus tuis.
9 Mirrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis, à do-
10 mibus eburneis : ex quibus delectauerunt te ★ filiæ
regum in honore tuo.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

*Quia non in arcu meo sperabo, & gladius meus non
seruabit me.*
*Quoniam seruare fecisti nos ab hostibus nostris, & odio
habentes nos pudore affecisti.*
*In Deo laudamus omni die, & nomini tuo in sæculum
confitebimur, Selah.*
*Etiam elongasti, & erubescere fecisti nos, & non egre-
dieris cum exercitibus nostris.*
*Redire fecisti nos retrorsum ab hoste : & odio habentes
nos diripuerunt sibipsis nostras opes.*
Posuisti nos vt pecudes cibi, & in gentes dispersisti nos.
*Vendidisti populum tuum sine diuitijs, & non multipli-
casti propter pretia eorum.*
*Ponere fecisti nos opprobrium vicinis nostris, subsanna-
tionem, & derisionem his qui erant in circuitibus nostris.*
*Ponere fecisti nos prouerbium in Gentibus, commotio-
nem capitis in populis.*
*Omni die verecundia mea coram me est, & pudor faciei
meæ operuit me.*
*Propter vocem probris afficientis & contumelijs afficien-
tis propter inimicum, & vltorem.*
*Totum hoc venit nobis, nec obliti sumus tui: nec mentiti
sumus in pacto tuo.*
*Non vertit se retrorsum cor nostrum: neque declinauit pes
noster de semita tua.*
*Quoniam contriuisti nos in loco draconis, & operuisti
nos vmbra mortis.*
*Si obliti sumus nominis Dei nostri, & expandimus pal-
mas nostras ad Deum alienum.*
*Nonne Deus inuestigabit hoc, quia ipse scit abscondita
cordis?*
*Quoniam propter te occisi fuimus omni die, extimati
fuimus vt pecudes ad iugulandum paratæ.*
*Suscita te, vt quid dormies Domine? Expergiscere, ne
elonges te in sæculum.*
*Vt quid faciem tuam abscondis, obliuisceris afflictionis
nostræ, & oppressionis nostræ?*
*Quia humiliauit se vsque ad puluerem anima nostra,
adhæsit terræ venter noster.*
*Surge ad auxilium nobis, & redime nos propter miseri-
cordiam tuam.*

Psalm. XLV.
*Victori super sosannim filijs Corach intellectus,
canticum amorum.*

*ERuctauit cor meum verbum bonum, dico opera mea re-
gi,*
Lingua mea vt stylus scribæ velocis.
*Pulchruisti præ filijs hominum, diffusa est gratia in la-
bijs tuis, propterea benedixit tibi Deus in sæculum.*
*Accinge te gladio tuo super femur ô potens, gloria tua
& decore tuo.*
*Et in decore tuo prosperare, equita super verbum veri-
tatis, & mansuetudinis, & iustitiæ, & docebit te terribilia
dextera tua.*
*Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent, in cor inimico-
rum regis cadent.*
*Sedes tua Deus in sæculum & vltra, virga æquitatis est
virga regni tui.*
*Dilexisti iustitiam, & odisti impietatem propterea vnxit
te Dominus Deus tuus oleo gaudij præ participibus tuis.*
*Vt myrrha & aloes, cassia, omnia vestimenta tua ex ædi-
bus eburneis, ex quibus lætificauerunt te. ★ Filiæ regum
cum honorabilibus tuis.*

Vulgat. Editio.

Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato: circumdata varietate.

Audi filia,& vide,& inclina aurem tuam:& obli- 11
uiscere populum tuum,& domum patris tui.

Et concupiscet rex decorem tuum:quoniam ipse 12
est Dominus Deus tuus,& adorabunt eum.

Et filiæ Tyri in muneribus vultum tuum de- 13
precabuntur:omnes diuites plebis.

Omnis gloria eius filiæ regis ab intus,in fimbriis 14
aureis ⋆ circumamicta varietatibus. 15

Adducentur regi virgines post eam:proximę eius afferentur tibi.

Afferentur in lætitia & exultatione:adducentur 16
in templum regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filij : constitues 17
eos principes super omnem terram.

Memores erunt nominis tui in omni generatio- 18
ne & generationem.

Propterea populi confitebuntur tibi in æternum: & in sæculum sæculi.

In finem, filiis Core pro arcanis, Psalmus. XLV. 1

DEus noster refugium,& virtus : adiutor in tri- 2
bulationibus,quæ inuenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur ter- 3
ra:& transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt,& turbatæ sunt aquæ eorum:contur- 4
bati sunt montes in fortitudine eius.

Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei:sancti- 5
ficauit tabernaculum suum Altissimus.

Deus in medio eius,non commouebitur:adiuua- 6
bit eam Deus mane diluculo.

Conturbatæ sunt gentes,& inclinata sunt regna: 7
dedit vocem suam,mota est terra:

Dominus virtutum nobiscum : susceptor noster 8
Deus Iacob.

Venite,& videte opera Domini , quæ posuit pro- 9
digia super terram:⋆ auferens bella vsque ad finem 10
terræ.

Arcum conteret , & confringet arma : & scuta comburet igni.

Vacate, & videte quoniam ego sum Deus : exal- 11
tabor in gentibus,& exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum : susceptor noster 12
Deus Iacob.

In finem, pro filiis Core Psalmus XLVI. 1

OMnes Gentes plaudite manibus : iubilate Deo 2
in voce exultationis.

Quoniam Dominus excelsus,terribilis:Rex ma- 3
gnus super omnem terram.

Subiecit populos nobis : & gentes sub pedibus 4
nostris.

Elegit nobis hæreditatem suam : speciem Iacob, 5
quam dilexit.

*2.Re.6.15. ⋆ Ascendit Deus in iubilo : & Dominus in voce 6
tubæ.

Psallite Deo nostro , psallite: psallite Regi nostro, 7
psallite.

Quoniam Rex omnis terræ Deus , psallite sa- 8
pienter.

Regnabit Deus super gentes,Deus sedet super se- 9
dem sanctam suam.

Principes populorum congregati sunt cum Deo 10
Abraham , quoniam dij fortes terræ , vehementer eleuati sunt.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Astitit coniunx ad dexteram tuam in diademate aureo.

. Audi filia,& vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populi tui,& domus patris tui.

Et concupiscet rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus tuus,& incurua te ei.

Et filia tyri cum munere, vultum tuum deprecabuntur diuites p puli.

Tota inclyta est filia regis intrinsecus . Polymitis aureis induta, ⋆ cum vestibus phrygionitis.

Adducetur regi,virgines post eam, proxime eius ducuntur tibi.

Ducentur cum lætitijs,& exultatione, ingredientur palatium regis.

Pro patribus tuis erunt filij tui , pones eos principes in vniuersa terra.

Memorare faciam nominis tui in omni generatione, & generatione,

Propterea populi confitebuntur in sæculum, & vltra.

Victori filijs Corach super Halamoth Canticum. XLVI.

DEus nobis spes,& fortitudo, auxilium in angustijs inuenimus validum.

Propterea non timebimus cum mutabit terram, & cum mouerit montes in cor maris.

Sonabunt,turbabuntur aquæ eius,contremiscent montes propter sublimitatem eius,Selah.

Fluminis eius riui lætificabunt ciuitatem Dei, sanctam habitaculorum altissimi.

Deus in m. dio eius,ne commouearis,adiuuabit eam Deus respiciente mane.

Sonuerunt gentes, mota sunt regna, dedit vocem suam, defluxit terra.

Dominus exercituum nobiscum, eleuatio nobis Deus Iahacob,Selah.

Venite, videte opera Domini , quæ posuit solitudines in terra. ⋆ cessare facit bella vsq; ad extremum terræ,

Arcum conteret,& concidet hastam, plaustra comburet igni.

Vacate,& scitote quòd ego sum Deus:exaltabor in gentibus, exaltabor in terra.

Dominus exercituum nobiscum: eleuatio nobis Deus Iahacob,Selah.

Victori filijs Corach cantus. XLVII.

OMnes populi plaudite manu , iubilate Deo in voce laudis.

Quoniam Dominus altissimus, terribilis , rex magnus super omnem terram.

Ducet populos subter nos & tribus subter pedes nostros.

Eliget nobis hæreditatem nostram , gloriam quam dilexit,Selah.

Ascendit Deus in iubilo, Dominus in voce tubæ.

Cantate Deo,cantate regi nostro, cantate.

Quoniam rex omnis terræ Deus, canite intelligibiliter.

Regnauit Deus super gentes, Deus sedit super thronum sanctitatis suæ.

Optimates populorum agregati sunt , populo Dei Abraham,quoniam ipsius Dei sunt scuta terræ, vehementer eleuatus est.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Psalmus Cantici filiis Core secunda sab-
bati. XLVII.

MAgnus Dominus, & laudabilis nimis in ciui-
tate Dei nostri, in monte sancto eius.
Fundatur exultatione vniuersæ terræ mons Siō,
latera Aquilonis, ciuitas Regis magni.
Deus in domibus eius cognoscetur, cum susci-
piet eam.
Quoniam ecce reges terræ congregati sunt, con-
uenerunt in vnum.
Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt,
commoti sunt: * tremor apprehendit eos.
Ibi dolores vt parturientis, * in spiritu vehemen-
ti conteres naues Tharsis.
Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate Domi-
ni virtutum, in ciuitate Dei nostri: Deus fundauit
eam in æternum.
Suscepimus Deus misericordiam tuam, in me-
dio templi tui.
Secundum nomen tuum Deus, sic & laus tua in
fines terræ: iustitia plena est dextera tua.
Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Iudæ, pro-
pter iudicia tua Domine.
Circumdate Sion, & complectimini eam: narra-
te in turribus eius.
Ponite corda vestra in virtute eius: & distribuite
domos eius, vt enarretis in progenie altera.
Quoniam hic est Deus, Deus noster in æternum,
& in sæculum sæculi: ipse reget nos in sæcula.

In finem, filiis Core Psalmus.
XLVIII.

AVdite hæc omnes Gentes: auribus percipite
omnes, qui habitatis orbem:
Quique terrigenæ, & filij hominum: simul in
vnum diues & pauper.
Os meum loquetur sapientiam: & meditatio cor-
dis mei prudentiam.
Psal. 77. Matt. 13. 35. * Inclinabo in parabolam aurem meam: aperiam
in psalterio propositionem meam.
Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei
circumdabit me:
Qui confidunt in virtute sua: & in multitudine
diuitiarum suarum gloriantur.
Frater non redimit, redimet homo: non dabit
Deo placationem suam.
Et pretium redemptionis animæ suæ: & labora-
bit in æternum, * & viuet adhuc in finem.
Non videbit interitum, cum viderit sapientes
morientes: simul insipiens, & stultus peribunt.
Et relinquent alienis diuitias suas: * & sepulchra
eorum domus illorum in æternum.
Tabernacula eorum in progenie, & progenie: vo-
cauerunt nomina sua in terris suis.
Et homo, cum in honore esset, non intellexit:
comparatus est iumentis insipientibus, & similis
factus est illis.
Hæc via illorum scandalum ipsis: & postea in ore
suo complacebunt.
Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet
eos.
Et dominabuntur eorum iusti in matutino: & au-
xilium eorum veterascet in inferno à gloria eo-
rum.
Verumtamen Deus redimet animam meam de
manu inferi, cum acceperit me.
Ne timueris cum diues factus fuerit homo: & cū
multiplicata fuerit gloria domus eius.

Quo-

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

1 *Psal. XLVIII.*
Canticum cantus Corach.

2 M*Agnus Dominus, & laudabilis valde in ciuitate Dei*
nostri, monte sanctitatis eius.
3 *Pulcher termino, gaudium vniuersæ terræ, mons Sijon ad*
latera Aquilonis, ciuitas Regis magni.
4 *Deus in ædibus eius notus est, ad eleuationem.*
5 *Quoniam ecce reges congregati sunt, transierunt pariter.*
6 *Ipsi viderunt, sic admirati sunt, territi sunt, festinaue-*
7 *runt: * tremor apprehendit eos.*
8 *Ibi, dolor tanquam parturientis: * vento Orientali con-*
teres naues Tharsis.
9 *Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate Domini exer-*
cituum, in ciuitate Dei nostri: Deus fundauit eam vsq; in
sæculum, Selah.
10 *Cogitauimus Deus misericordiam tuam, in medio templi*
tui.
11 *Secundum nomen tuum Deus, sic laus tua vsq; ad fines*
terræ, iustitia plena est dextera tua.
12 *Lætetur mons Sijon, exultent filiæ Iehudah propter iudi-*
cia tua.
13 *Circundate Sijon, & circuite eam: numerate turres eius.*
14 *Ponite cor vestrum ad antemurale eius, roborate pala-*
tia eius, vt enarretis in progenie nouissima.
15 *Quoniam iste Deus Deus noster in sæculum, & vltra*
ipse ducet nos vsq; ad mortem.

1 *Psalm. XLIX.*
Victori filijs Corach cantus.
2 A*Vdite hos omnes populi, auscultate omnes habitatores*
orbis.
3 *Etiam filij hominum, etiam filij viri, pariter diues, &*
pauper.
4 *Os meum loquetur sapientias, & meditatio cordis mei*
intelligentias.
5 *Inclinabo ad parabolam aurem meam, aperiam cum ci-*
thara ænigma meum.
6 *Vt quid timebo in diebus malis, iniquitas calcaneorum*
meorum circundabit me?
7 *Qui fidunt opibus suis, & in multitudine diuitiarum*
suarum iactant se.
8 *Fratrem non redimendo redimet quispiam, nec dabit*
Deo propitiationem suam.
9 *Et pretiosa erit redemptio animæ eorum, & desinet in*
10 *sæculum: * & num viuet adhuc in sæculum,*
11 *Non videbit foueam, quum viderit sapientes mori? Simul*
stultus, & insipiens peribunt,
12 *Et relinquet alienis diuitias suas: interiora eorum, do-*
mus eorum in sæculum.
Tabernacula eorum in generatione, & generationem,
vocauerunt in nominibus suis terras.
13 *Et homo in honore non permanebit, assimilatus est iu-*
mentis, quæ intereunt.
14 *Hæc via eorum stultitia ipsis, & posteri eorum secundum*
ipsam ibunt.
15 *Sicut pecora in inferno ponentur, mors depascet eos,*
Et dominabuntur eis recti mane, & figura eorum vt
veterascat egredietur ad foueam, ab habitaculo quod erat
sibi.
16 *Veruntamen Deus redimet animam meam de potestate*
inferi, cum acceperit me, Selah.
17 *Ne timueris cum ditatus fuerit vir: cum multiplicaue-*
rit gloria domus eius.

Quo-

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Quoniam cum interierit, non sumet omnia: ne- 18
que descendet cum eo gloria eius.
Quia anima eius in vita ipsius benedicetur: con- 19
fitebitur tibi cum benefeceris ei.
Introibit vsque in progenies patrum suorum: & 20
vsque in æternum non videbit lumen.
Homo, cum in honore esset, non intellexit: com- 21
paratus est iumentis insipientibus, & similis factus
est illis.

Psalmus Asaph. XLIX. 1

DEus deorum Dominus locutus est: & vocauit
terram,
A solis ortu vsque ad occasum: * ex Sion species 2
decoris eius.
Deus manifeste veniet: Deus noster & non sile- 3
bit.
Ignis in conspectu eius exardescet: & in circuitu
eius tempestas valida.
Aduocabit cœlum de sursum: & terram discer- 4
nere populum suum.
Congregate illi sanctos eius: qui ordinant testa- 5
mentum eius super sacrificia.
Et annunciabunt cœli iustitiam eius: quoniam 6
Deus iudex est.
Audi populus meus, & loquar: Israel, & testifica- 7
bor tibi: Deus Deus tuus ego sum.
Non in sacrificiis tuis arguam te: holocausta au- 8
tem tua in conspectu meo sunt semper.
Non accipiam de domo tua vitulos: neque de 9
gregibus tuis hircos.
Quoniam meæ sunt omnes feræ siluarum, iu- 10
menta in montibus & boues.
Cognoui omnia volatilia cœli: & pulchritudo 11
agri mecum est.
Si esuriero, non dicam tibi: meus est enim orbis 12
terræ, & plenitudo eius.
Numquid manducabo carnes taurorum? aut 13
sanguinem hircorum potabo?
Immola Deo sacrificium laudis: & redde Altissi- 14
mo vota tua.
Et inuoca me in die tribulationis: eruam te, & 15
honorificabis me.
Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras 16
iustitias meas, & assumis testamentum meum per
os tuum:
Tu vero odisti disciplinam: & proiecisti sermo- 17
nes meos retrorsum:
Si videbas furem, currebas cum eo: & cum adul- 18
teris portionem tuam ponebas.
Os tuum abundauit malitia: & lingua tua con- 19
cinnabat dolos.
Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & ad- 20
uersus filium matris tuæ ponebas scandalum: * hęc 21
fecisti, & tacui,
Existimasti inique quòd ero tui similis: arguam
te, & statuam contra faciem tuam.
Intelligite hæc, qui obliuiscimini Deum: ne- 22
quando rapiat, & non sit qui eripiat.
Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter, 23
quo ostendam illi salutare Dei.

In finem, Psalmus Dauid, 1
Cum venit ad eum Nathan Propheta, 2
quando intrauit ad Bethsabee.
(2. *Reg.* 12.) L.

MIserere mei Deus, secundum magnam miseri- 3
cordiam tuam.

Et

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Quoniam non cum mortuus fuerit accipiet omnia, neq;
descendet post eum gloria eius,
Quoniam anima sua in vita sua benedixit, & lauda-
bunt te pij quod benefeceris tibi.
Introibit vsq; in progeniem patrum suorum qui vsq; in
sæculum non videbunt lumen.
Homo in honore, & non intelliget, assimilatus est iumen-
tis, quæ pereunt.

Cantus ipsi Asaph. Psal. L.

DEus Dominus locutus est, & vocauit terram,
*Ab ortu solis vsq; ad occasum eius. * Ex Sijon perfecti*
decoris.
Deus illustrauit: Veniet Deus noster, & non silebit,
Ignis coram eo vorabit, & in circuitu eius tempestate
affecta est vehementer.
Vocabit cœlos desuper, & terram, vt iudicet populum
suum.
Congregate mihi sanctos meos qui pepigerunt pactum
mecum super sacrificium.
Et nunciauerunt cœli iustitiam eius, quoniam Deus iu-
dex est, Selah.
Audi populus mi, & loquar Israel, & testificari faciam
contra te: Deus Deus tuus ego sum.
Non super sacrificia tua arguam te, nec super holocausta
tua quod non fuerint coram me semper.
Non accipiam è domo tua iuuencum, de septis tuis hircos.
Quoniam mihi sunt omnis bestia syluæ, animalia in
montibus mille.
Cognoui omne volatile montium: & fera agri mecum est.
Si esuriero non dicam tibi: quia meus est orbis, & pleni-
tudo eius.
Nunquid comedam carnem taurorum, & sanguinem
hircorum bibam?
Imola Deo laudem, & redde altissimo vota tua.
Inuoca me in die angustiæ, eruam te, & honorificabis me.
Impio autem dixit Deus, quid tibi, vt enarres instituta
mea, & assumas pactum meum in ore tuo?
Et tu odisti disciplinam: proiecisti verba mea post te.
Si videbas furem, ibas cum eo, & cum adulteris portio
tua erat.
Os tuum mittebas in malum, & lingua tua concinnabat
dolum.
Sedebas contra fratrem tuum, loquebaris contra filium
*matris tuæ dabas probrum, * hæc fecisti, & tacui,*
Existimasti quòd essendo essem sicut tu: sed arguam te,
& ordinabo in oculis tuis iudicium.
Intelligite quæso hoc, qui obliuiscimini Dei, ne forte ra-
piam, & non sit qui eruat.
Qui sacrificauerit confessionem honorificabit me, &
ponenti viam Dei coram se ostendam salutem Dei.

Psalm. LI.
Victori Cantus ipsi Dauid,
Quando venit ad eum Nathan propheta,
cum intrauit ad Bathsebah.

MIserere mei Deus secundum misericordiam tuam.

Secun-

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Et secundum multitudinem miserationum tua-
rum, dele iniquitatem meam.
Amplius laua me ab iniquitate mea:& à peccato 4
meo munda me.
Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & 5
peccatum meum contra me est semper.
* Ro. 3. 4. Tibi soli peccaui, & malum coram te feci: * vt 6
iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudi-
caris.
Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum:& in 7
peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexisti:incerta,& occulta 8
sapientiæ tuæ manifestasti mihi.
* Leui. 14. Num. 19. * Asperges me hyssopo, & mundabor: lauabis 9
me, & super niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudium & lætitiam:& exul- 10
tabunt ossa humiliata.
Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes 11
iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me Deus:& spiritum re- 12
ctum innoua in visceribus meis.
Ne proiicias me à facie tua:& spiritum sanctum 13
tuum ne auferas à me.
Redde mihi lætitiam salutaris tui:& spiritu prin- 14
cipali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuer- 15
tentur.
Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis 16
meæ: & exultabit lingua mea iustitiam tuam.
Domine, labia mea aperies:& os meum annun- 17
ciabit laudem tuam.
Quoniam si voluisses sacrificium dedissem vti- 18
que:holocaustis non delectaberis.
Sacrificium Deo spiritus contribulatus:cor con- 19
tritum,& humiliatum Deus non despicies.
Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion: 20
vt ædificentur muri Ierusalem.
Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ,oblationes, 21
& holocausta: tunc imponent super altare tuum
vitulos.

In finem,Intellectus Dauid, 1
Cum venit Doeg Idumæus, & nunciauit 2
Sauli: Venit Dauid in domum
Achimelech.
(1.Reg.22.9.) LI.

QVid gloriaris in malitia, qui potens es in ini- 3
quitate?
Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua: sicut 4
nouacula acuta fecisti dolum.
Dilexisti malitiam super benignitatem: iniqui- 5
tatem magis quam loqui æquitatem.
Dilexisti omnia verba præcipitationis,lingua do- 6
losa.
Propterea Deus destruet te in finem, euellet te, 7
& emigrabit te de tabernaculo tuo: & radicē tuam
de terra viuentium.
Videbunt iusti, & timebunt, & super eum ride- 8
bunt,& dicent: * ecce homo, qui non posuit Deum 9
adiutorem suum:
Sed sperauit in multitudine diuitiarum sua-
rum: & præualuit in vanitate sua.
Ego autem, sicut oliua fructifera in domo Dei, 10
speraui in misericordia Dei in æternum: & in sæ-
culum sæculi.
Confitebor tibi in sæculum quia fecisti: & expe- 11
ctabo nomen tuum, quoniam bonum est in con-
spectu sanctorum tuorum.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Secundum multitudinem miserationum tuarum dele praeuaricationes meas.

Plurimum laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me.

Quoniam praeuaricationes meas ego agnosco, & peccatum meum coram me est semper

Tibi, soli tibi peccaui, & malum in oculis tuis feci vt iustifices te, quum locutus fueris, purifices te cum iudicaueris.

Ecce cum iniquitate genitus sum, & cum peccato calefacta est de me mater mea.

Ecce veritatem voluisti in renibus, & occultum sapientiæ scire fecisti me.

Purificabis me hyssopo, & mundabor, lauabis me, & præ niue dealbabor.

Audire facies me gaudium, & lætitiam, exultabunt ossa, quæ contriuisti.

Absconde faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea mihi Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis.

Ne proiicias me à facie tua: & spiritum sanctitatis tuæ ne capias à me.

Redde mihi gaudium salutis tuæ, & spiritus voluntarius confirmet me.

Docebo praeuaricatores vias tuas, & peccatores ad te conuertentur.

Erue me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ, laudabit lingua mea iustitiam tuam.

Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam.

Quoniam non vis sacrificium, & darem: holocaustum non vis.

Sacrificia Dei spiritus contritus:cor contritum, & confractum Deus non despicies.

Benefac in voluntate tua ipsi Sijon, ædifices muros Ierusalaim.

Tunc voles sacrificia iustitiæ, holocaustum, & oblationem:tunc efferent super altare tuum vitulos.

Psalm. LII.
Victori ipsi Dauid intellectus.
Cum venit Doeg Edomæus, & nunciauit ipsi Saul, & dixit ei, Venit Dauid in domum Achimelech.

CVr iactas te de malitia ô potens, misericordia Dei.

Omni die contritiones cogitauit lingua tua:sicut nouacula acuta faciens dolum.

Dilexisti malum magis quàm bonum: mendacium magis quàm loqui iustitiam, Selah.

Dilexisti omnia verba dissipata:linguam dolosam.

Etiam Deus destruet te in sæculum, tollet te, euellet te è tabernaculo, & eradicabit te è terra viuentium, Selah.

Et videbunt iusti, & timebunt, & super eum ridebunt:
** ecce vir qui non posuit Deum fortitudinem suam,*

Sed fidit multitudini diuitiarum suarum, roboratus est in prauitate sua.

Ego autem sicut olea viridis in domo Dei speraui in misericordia Dei in sæculum, & vltra.

Confitebor tibi in sæculum, quoniam fecisti, & expectabo nomen tuum, quoniam bonum est coram misericordibus tuis.

Vulgat. Editio.

In finem,
Pro Maeleth intelligentiæ Dauid. 1
LII.

DIxit insipiens in corde suo: Non est Deus.
Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in 2
iniquitatibus: non est qui faciat bonum.
*Ps.13.1. ⁎ Deus de cœlo prospexit super filios hominum: 3
vt videat si est intelligens, aut requirens Deum.
*Ro.3.11. ⁎ Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: 4
non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum:
Nonne scient omnes, qui operantur iniquitatem, 5
qui deuorant plebem meam vt cibum panis?
Deum non inuocauerunt: illic trepidauerunt ti- 6
more, vbi non erat timor.
Quoniam Deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent: confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos.
Quis dabit ex Sion salutare Israel? cum conuer- 7
terit Deus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob,
& lætabitur Israel.

In finem,
In carminibus intellectus Dauid, 1
Cum venissent Ziphæi, & dixissent ad Saul: 2
Nonne Dauid absconditus est apud nos?
(1.Reg.23.19.& 26.1.)
LIII.

DEus in nomine tuo saluum me fac: & in virtu- 3
te tua iudica me.
Deus exaudi orationem meam: auribus percipe 4
verba oris mei.
Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me, & 5
fortes quæsierunt animam meam: & non proposuerunt Deum ante conspectum suum.
Ecce enim Deus adiuuat me: & Dominus susce- 6
ptor est animæ meæ.
Auerte mala inimicis meis: & in veritate tua dis- 7
perde illos.
Voluntarie sacrificabo tibi, & confitebor nomini 8
tuo Domine: quoniam bonum est:
Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: & 9
super inimicos meos despexit oculus meus.

In finem, In carminibus intellectus 1
Dauid. LIV.

EXaudi Deus orationem meam, & ne despexe- 2
ris deprecationem meam: ⁎ intende mihi, & 3
exaudi me.
Contristatus sum in exercitatione mea: & conturbatus sum ⁎ à voce inimici, & à tribulatione 4
peccatoris.
Quoniam declinauerunt in me iniquitates: & in ira molesti erant mihi.
Cor meum conturbatum est in me: & formido 5
mortis cecidit super me.
Timor & tremor venerunt super me: & conte- 6
xerunt me tenebræ.
Et dixi: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, 7
& volabo, & requiescam?
Ecce elongaui fugiens: & mansi in solitudine. 8
Expectabam eum, qui saluum me fecit à pusilla- 9
nimitate spiritus, & tempestate.
Præcipita Domine, diuide linguas eorum: quo- 10
niam vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Psalm. LIII.
1 *Victori super Machalath intellectus*
ipsi Dauidi.

DIxit stultus in corde suo: Non est Deus,
2 *Corruperunt* viam suam, *& abominabilem fecerunt iniquitatem, & non est qui faciat bonum.*
3 *Deus è cœlo prospexit super filios hominum, vt videat*
an sit intelligens requirens Deum.
4 *Totus ipse retrocessit, pariter computruerunt: non est qui*
faciat bonum, non est etiam vnus.
5 *Nonne cognouerunt operantes iniquitatem, deuorantes*
populum meum, ac si comederent panem,
6 *Deum non inuocauerunt: ibi timuerunt timore, vbi non*
fuit timor,
Quoniam Deus dispersit ossa castrametantis contra te: pudore affecisti, quoniam Deus spreuit eos.
7 *Quis dabit ex Sijon salutes Israel, cum conuerterit Deus*
captiuitatē populi sui, exultabit Iahacob, lætabitur Israel?

Psalm. LIIII.
1 *Victori in psalmis intellectus ipsi Dauid.*
2 *Cum venissent Ziphim, & dixissent*
ad Saul. Nonne Dauid absconditus est apud nos?

3 *DEus in nomine tuo saluum me fac, & in fortitudine*
tua iudica me.
4 *Deus audi orationem meam, ausculta sermones oris mei.*
5 *Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me, & fortes*
quæsierunt animam meam, non posuerunt Deum coram se, Selah.
6 *Ecce Deus auxiliatur mihi: Dominus est inter sustenta-*
tores animæ meæ.
7 *Reddet malum inimicis meis: in veritate tua succidet*
illos.
8 *Voluntarie sacrificabo tibi, confitebor nomini tuo Domi-*
ne: quoniam bonum est.
9 *Quoniam ex omni angustia eripuit me: & in hostibus*
meis, vidit oculus meus.

1 *Psalm. LV.*
Victori in psalmis intellectus ipsi Dauidi.

2 *AVribus percipe Deus orationem meam, & ne abscon-*
3 *das te à deprecatione mea: ⁎ intende mihi, & exau-*
di me,
Clamabo in sermone meo, & tumultuabor: ⁎ à voce
4 *inimici, & à facie angustiæ impij.*
Quoniam extenderunt contra me mendacium, & in furore aduersati sunt mihi.
5 *Cor meum doluit in medio mei: & terrores mortis ceci-*
derunt super me.
6 *Timor, & tremor venit super me: & operuit me tremor.*
7 *Et dixi: Vtinam haberem alas sicut columba, volarem,*
& requiescerem.
8 *Ecce elongabo me transmigrando, commorabor in deser-*
to, Selah.
9 *Festinarem eruere me à vento, qui suscitatur à turbine.*
10 *Perde Domine, diuide linguam eorum, quoniam vidi*
iniquitatem, & contradictionem in ciuitate.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

11 Die ac nocte circumdabit eam super muros eius iniquitas:& labor in medio eius,* & iniustitia.
12 Et non defecit de plateis eius vsura,& dolus.
13 Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique.
Et si is,qui oderat me, super me magna locutus fuisset:abscondissem me forsitan ab eo.
14 Tu vero homo vnanimis: dux meus, & notus meus:
15 Qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo Dei ambulauimus cum consensu.
16 Veniat mors super illos: & descendant in infernum viuentes:
Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum:in medio eorum.
17 Ego autem ad Deum clamaui:& Dominus saluabit te.
18 Vespere,& mane, & meridie narrabo & annunciabo:& exaudiet vocem meam.
19 Redimet in pace animam meam ab his, qui appropinquant mihi: quoniam inter multos erant mecum,
20 Exaudiet Deus, & humiliabit illos, qui est ante sæcula.
Non enim est illis commutatio,& non timuerunt Deum:
21 * extendit manum suam in retribuendo:
22 Contaminauerunt testamentum eius, * diuisi sunt ab ira vultus eius:& appropinquauit cor illius.
Molliti sunt sermones eius super oleum: & ipsi sunt iacula.
23 * Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet:nō dabit in æternum fluctuationem iusto.

* Mat. 6. 25. Luc. 12. 22. 1. Pet. 5. 7.

24 Tu vero Deus deduces eos,in puteum interitus.
Viri sanguinum,& dolosi non dimidiabunt dies suos:ego autem sperabo in te Domine.

In finem,
1 Pro populo,qui à Sanctis longe factus est, Dauid in tituli inscriptionem,cum tenuerunt eum Allophyli in Geth.
(1. Reg. 21. 12.) LV.

2 MIserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo:tota die impugnans tribulauit me.
3 Conculcauerunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduersum me.
4 Ab altitudine diei timebo: ego vero in te sperabo.
5 In Deo laudabo sermones meos, in Deo speraui: non timebo quid faciat mihi caro.
6 Tota die verba mea execrabantur:aduersum me omnes cogitationes eorum,in malum.
7 Inhabitabunt & abscondent: ipsi calcaneum meum obseruabunt.
8 Sicut sustinuerunt animam meam, * pro nihilo saluos facies illos:in ira populos confringes.
9 Deus,* vitam meam annunciaui tibi:posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.
10 Sicut & in promissione tua:* tunc conuertentur inimici mei retrorsum:
In quacunque die inuocauero te: ecce cognoui quoniam Deus meus es.
11 In Deo laudabo verbum, in Domino laudabo sermonem: in Deo speraui,non timebo quid faciat mihi homo.
12 In me sunt Deus vota tua, quæ reddam, laudationes tibi.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

11 *Die ac nocte circumdederunt eam super muros eius, &*
12 *iniquitas, & peruersitas est in medio eius, * prauitates sunt in medio eius,*
Et non recessit è platea eius fraus,& dolus.
13 *Quia nō inimicus probris affecit me,quod sustinuissem,*
Non odio habēs me aduersum me magnificauit os suum: *quia abscondissem me ab eo.*
14 *Sed tu homo secundum æqualitatem meam, dux meus, & notus meus.*
15 *Qui simul dulce scere faciebamus secretum,in domo Dei ambulabamus coniunctim.*
16 *Exiget debitum mors ab eis, descendent in infernum viuentes.*
Quia mala sunt in societate eorum,in medio eorum.
17 *Ego ad Deum clamabo,& Dominus seruabit me.*
18 *Vespere,& mane,& meridie loquar,& tumultuabor,& exaudiet vocem meam,*
19 *Redimet in pace animam meam à bello quod est contra me,quoniam multi sunt mecum.*
20 *Audiet Deus, & humiliabit eos: & manens ab initio, Selah.*
Quibus non sunt mutationes,& non timuerunt Deum:
21 ** misit manum suam in eos qui pacifici erant cum eo,*
22 *Polluit pactum eius: * lenierunt magis quàm butyrum os suum, & prælium cor eius,*
Leniora fuerunt verba eius plusquam oleum: & ipsa sunt gladij.
23 *Proijce super Dominum pondus tuum, & ipse feret te: non dabit in sæculum nutationem iusto.*
24 *Tu autem Deus descendere facies eos in puteum foueæ,*
Viri sanguinolenti, & dolosi non dimidiabunt dies suos, ego autem fido tibi.

Psalm. LVI.
1 *Victori super columbam mutam in remotis, ipsi Dauid Michtam cum tenerent eum Pelistim in Gath.*

2 *MIserere mei Deus,quoniam absorbere vult me homo: omni die bellans opprimit me.*
3 *Absorbere volunt me inimici mei omni die, quoniam multi bellantes pro me sunt in excelso.*
4 *In die timebo,ego tibi fidam.*
5 *In Deo laudabo verbum eius,Deo fidi: non timebo quid faciat caro mihi.*
6 *Tota die propter verba mea dolore afficiunt me; aduersum me sunt omnes cogitationes eorum in malum.*
7 *Congregantur,latent,ipsi vestigia mea obseruant,*
8 *Quum expectant animam meam. * num propter iniquitatem euasio erit eis? in furore populos descendere fac,*
9 *Deus: migrationes meas numerasti, tu pone lachrymas meas in vtre tuo.*
10 *Nonne in libro tuo sunt? tunc conuertentur inimici mei retrorsum,*
In die qua clamabo,hoc noui quòd Deus pro me est.
11 *In Deo laudabo verbum,in Domino laudabo verbum:in Deo fidi,non timebo quid faciat homo mihi.*
12 *Mea interest des,vt pro ijs, quæ noui tibi reddam laudes tibi.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

13 Quoniam eripuisti animam meam de morte, & pedes meos de lapsu: vt placeam coram Deo in lumine viuentium.

In finem,
1 Ne disperdas, Dauid in tituli inscriptionem, cum fugeret à facie Saul in speluncam.
(1.Reg.22.1.& 24.4.) LVI.

2 MIserere mei Deus, miserere mei: quoniam in
te confidit anima mea.
Et in vmbra alarum tuarum sperabo, donec trãseat iniquitas.
3 Clamabo ad Deum altissimum: Deum qui benefecit mihi.
4 Misit de cœlo, & liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me.
Misit Deus misericordiam suam, & veritatem
suam, * & eripuit animam meam de medio catulo-
5 rum leonum: dormiui conturbatus.
Filij hominum dentes eorum arma & sagittæ: & lingua eorum gladius acutus.
6 Exaltare super cœlos Deus: & in omnem terram gloria tua.
7 Laqueum parauerunt pedibus meis: & incuruauerunt animam meam.
Foderunt ante faciem meam foueam: & inciderunt in eam.
8 Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo, & psalmum dicam.
9 Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara: exurgam diluculo.
10 Confitebor tibi in populis Domine: & psalmum dicam tibi in gentibus:
11 Quoniam magnificata est vsque ad cœlos misericordia tua, & vsque ad nubes veritas tua.
12 Exaltare super cœlos Deus, & super omnem terram gloria tua.

In finem,
1 Ne disperdas, Dauid in tituli inscriptionem. LVII.

2 SI vere vtique iustitiam loquimini: recte iudicate filij hominum.
3 Etenim in corde iniquitates operamini: in terra iniustitias manus vestræ concinnant.
4 Alienati sunt peccatores à vulua, errauerunt ab vtero: locuti sunt falsa.
5 Furor illis secundum similitudinem serpentis: sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas,
6 Quæ non exaudiet vocem incantantium: & venefici incantantis sapienter.
7 Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum: molas leonum confringet Dominus.
8 Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens: intendit arcum suum donec infirmentur.
9 Sicut cera, quæ fluit, auferentur: supercecidit ignis, & non viderunt solem.
10 Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum: sicut viuentes, sic in ira absorbet eos.
11 Lætabitur iustus cum viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris.
12 Et dicet homo: Si vtique est fructus iusto: vtique est Deus iudicans eos in terra.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

13 *Quoniam eripuisti animam meam à morte, nonne & pedes meos ab expulsione mei, vt ambulem coram Deo in lumine viuentium?*

Psalm. LVII.
1 *Victori, Ne disperdas ipsi Dauid Mictam, quando fugit à facie Saul in speluncam.*

2 M*Iserere mei Deus, miserere mei: quoniam in te sperauit anima mea,*
Et in vmbra alarum tuarum sperabo, donec transeant contritiones.
3 *Clamabo ad Deum altissimum: ad Deum retribuentem mihi.*
4 *Mittet è cœlis, & seruabit me à probro deglutire volentis me, Selah.*
Mittet Deus misericordiam suam, & veritatem suam:
5 ** anima mea est inter leones, iaceo inter ardentes,*
Inter filios hominum, quorum dentes sunt vt lancea, & sagitta, & lingua eorum vt gladius acutus.
6 *Exalta te super cœlos Deus, super omnem terram gloriam tuam.*
7 *Rete parauerunt gressibus meis, incuruauit se anima mea,*
Foderunt ante me foueam: ceciderunt in medium eius Selah.
8 *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo, & canam.*
9 *Exurge gloria mea, exurge nebel, & cithara, exurgam diluculo.*
10 *Confitebor tibi in populis Domine, & canam tibi in gentibus.*
11 *Quoniam magna est vsq; ad cœlos misericordia tua, & vsq; ad cœlos veritas tua.*
12 *Exalta te super cœlos Deus, super omnem terram gloriam tuam.*

Psalm. LVIII.
1 *Victori, Ne disperdas ipsi Dauid Mictam.*

2 N*Vm vere ô congregatio iustitiam loquemini, æquitates iudicabitis filij hominum?*
3 *Etiam in corde iniquitates operabimini, in terra iniquitatem manuum vestrarum appendetis?*
4 *Alienati sunt impij à vulua, errauerunt ab vtero: loquentes mendacium.*
5 *Venenum est illis instar serpentis, sicut aspidis surdæ quæ obturat aurem suam.*
6 *Quæ non obtemperabit voci incantantium, incantantis incantationes, sapienter.*
7 *Deus contere dentes eorum, in ore ipsorum: molas catulorum leonum confringe Domine.*
8 *Dissoluentur sicut aqua, ambulabunt sibi ipsis, intendent sagittas suas,* sed erunt *ac si essent excisa,*
9 *Sicut limax defluens, pergent, sicut abortiuus mulierũ, ne videant solem.*
10 *Antequam sentiant lebetes vestri* ignem *rhamni, sicut caro cruda, sic ira vt turbo perdet eos.*
11 *Lætabitur iustus cum viderit vindictam: pedes suos lauabit in sanguine impij.*
12 *Et dicet homo: Vere est fructus iusto, vtiq; est Deus iudicans in terra.*

Vulgat. Editio.

In finem,
1 Ne disperdas, Dauid in tituli inscriptionem, quando misit Saul, & custodiuit domum eius, vt eum interficeret.
(1.Reg.19.11.) LVIII.

2 ERipe me de inimicis meis Deus meus: & ab in-
surgentibus in me libera me.
3 Eripe me de operantibus iniquitatem: & de viris
sanguinum salua me.
4 Quia ecce ceperunt animam meam: irruerunt
in me fortes.
5 Neque iniquitas mea, neque peccatum meum
Domine: sine iniquitate cucurri, & direxi.
6 Exurge in occursum meum, & vide: & tu Domi-
ne Deus virtutum, Deus Israel,
Intende ad visitandas omnes gentes: non miserea-
ris omnibus qui operantur iniquitatem.
7 Conuertentur ad vesperam: & famem patientur
vt canes, & circuibunt ciuitatem.
8 Ecce loquentur in ore suo, & gladius in labiis
eorum: quoniam quis audiuit?
9 Et tu Domine deridebis eos: ad nihilum deduces
omnes gentes.
10 Fortitudinem meam ad te custodiam, quia Deus
11 susceptor meus es: * Deus meus misericordia eius
præueniet me.
12 Deus ostendet mihi super inimicos meos, ne oc-
cidas eos: nequando obliuiscantur populi mei.
Disperge illos in virtute tua: & depone eos pro-
tector meus Domine:
13 Delictum oris eorum, sermonem labiorum ipso-
rum: & comprehendantur in superbia sua.
Et de execratione & mendacio annunciabuntur
14 * in consummatione: in ira consummationis, &
non erunt.
Et scient quia Deus dominabitur Iacob: & fi-
nium terræ.
15 Conuertentur ad vesperam: & famem patientur
vt canes: & circuibunt ciuitatem.
16 Ipsi dispergentur ad manducandum: si vero non
fuerint saturati, & murmurabunt.
17 Ego autem cantabo fortitudinem tuam: & exul-
tabo mane misericordiam tuam.
Quia factus es susceptor meus, & refugium meũ,
in die tribulationis meæ.
18 Adiutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor
meus es: Deus meus misericordia mea.

In finem,
1 Pro his, qui immutabuntur, in tituli inscriptio-
2 nem ipsi Dauid in doctrinam, * cum succendit Mesopotamiam Syriæ, & Sobal, & conuertit Ioab, & percussit Idumæam in valle Salinarum duodecim millia.
(2.Reg.8.1.& 10.7. & 1.Par.18.1.) LIX.

3 DEus repulisti nos, & destruxisti nos: iratus es,
& misertus es nobis.
4 Commouisti terram, & conturbasti eam: sana
contritiones eius, quia commota est.
5 Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino
compunctionis.
6 Dedisti metuentibus te significationem: vt fu-
giant à facie arcus:
7 Vt liberentur dilecti tui: * saluum fac dextera
tua, & exaudi me.
8 Deus locutus est in sancto suo: Lætabor, & parti-
bor Sichimã: & cõuallẽ tabernaculorum metibor.

Meus

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Psalm. LIX.
1 *Victori, ne disperdas ipsi Dauid Mictam, quando misit Saul, & custodierunt domum, vt interficerent eum.*

2 E*Ripe me ab inimicis meis Deus mi, & ab insurgentibus
contra me eleua me.*
3 *Eripe me ab operarijs iniquis, & à viris sanguinolentis
serua me.*
4 *Quia ecce insidiati sunt animæ meæ, congregati sunt
aduersum me fortes.*
5 *Absq; præuaricatione mea, & absq; peccato meo Domine:
absq; iniquitate cucurrerunt, & parauerunt se.*
6 *Suscita te in occursum meum, & vide: & tu Domine
Deus exercituum, Deus Israel,*
*Euigila ad visitandum omnes gentes, ne miserearis om-
nium præuaricatorum iniquorum, Selah.*
7 *Conuertentur ad vesperam, tumultuabuntur sicut ca-
nis, & circuibunt ciuitatem.*
8 *Ecce loquentur ore suo, gladij sunt in labijs eorum, quo-
niam quis audit?*
9 *Tu autem Domine deridebis eos: subsannabis omnes gen-
tes.*
10 *Fortitudinem eius tibi custodiam, quoniam Deus eleua-
11 tio mea est: * Deus misericordiæ meæ præueniet me,*

12 *Deus videre faciet me* vltionem *de inimicis meis: ne
occidas eos, ne forte obliuiscatur populus meus,*
*Commoue eos in fortitudine tua, & depone eos clypeus
noster Domine.*
13 Propter *peccatum oris eorum*, propter *verbum labio-
rum ipsorum, & capiantur propter superbiam suam,*
*Et de contumelia, & mendacio narrabunt: * consume
14 in furore, consume, & non sint,*

*Et sciant, quia Deus dominatur in Iahacob, vsq; ad fines
terræ, Selah.*
15 *Et conuertentur ad vesperam, tumultuabuntur sicut
canis: & circuibunt ciuitatem.*
16 *Ipsi vagabuntur vt comedant, si non fuerint saturati,
& murmurabunt.*
17 *Et ego autem cantabo fortitudinem tuam, & laudabo
mane misericordiam tuam.*
*Quia fuisti eleuatio mihi, & refugium in die angustiæ
meæ.*
18 *Fortitudo mea tibi cantabo, quia Deus eleuatio mea,
Deus misericordiæ meæ.*

Psalm. LX.
1 *Victori super lilium Susan testimonij, Mictam ipsi
2 Dauid ad docendum, * cum rixaretur cum Aram Naharaim, & cum Aram Sobah, & reuersus est Ioab, & percussit Edom in valle salis duodecim millia.*

3 D*Eus elongasti nos, scidisti nos, iratus es, reuerteris ad
nos.*
4 *Tremere fecisti terram, scidisti eam, sana contritiones
eius, quia nutat.*
5 *Videre fecisti populum tuum dura, propinare fecisti nobis
vinum soporatiuum.*
6 *Dedisti metuentibus te signum; vt eleuent se propter ve-
ritatem, Selah.*
7 *Vt liberentur dilecti tui, saluum fac dextera tua, &
exaudi me.*
8 *Deus locutus est per sanctitatem suam, lætabor, diuidam
Sechem, & vallem Succoth metiar.*

Meus

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

9 Meus est Galaad,& meus est Manasses:& Ephraim fortitudo capitis mei.

10 Iuda rex meus ★ Moab olla spei meæ.

In Idumæam extendam calceamentum meum: mihi alienigenæ subditi sunt.

11 Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vsque in Idumæam?

12 Nonne tu Deus,qui repulisti nos:& non egredieris Deus in virtutibus nostris?

13 Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis.

14 In Deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.

1 In finem,
In hymnis Dauid. LX.

2 Exaudi Deus deprecationem meam: intende orationi meæ.

3 A finibus terræ ad te clamaui: dum anxiaretur cor meum,in petra exaltasti me.

4 Deduxisti me, ★ quia factus es spes mea: turris fortitudinis à facie inimici.

5 Inhabitabo in tabernaculo tuo in sæcula: protegar in velamento alarum tuarum.

6 Quoniam tu Deus meus exaudisti orationem meam: dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum.

7 Dies super dies regis adiicies: annos eius vsque in diem generationis & generationis.

8 Permanet in æternum in conspectu Dei: misericordiam & veritatem eius quis requiret?

9 Sic psalmum dicam nomini tuo in sæculum sæculi:vt reddam vota mea de die in diem.

In finem,
1 Pro Idithun,Psalmus Dauid. LXI.

2 Nonne Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum.

3 Nam & ipse Deus meus,& salutaris meus: susceptor meus,non mouebor amplius.

4 Quousque irruitis in hominem?interficitis vniuersi vos: tamquam parieti inclinato & maceriæ depulsæ?

5 Verumtamen pretium meum cogitauerunt repellere,cucurri in siti:ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant.

6 Verumtamen Deo subiecta esto anima mea:quoniam ab ipso patientia mea.

7 Quia ipse Deus meus,& saluator meus: adiutor meus non emigrabo.

8 In Deo salutare meum, & gloria mea:Deus auxilij mei,& spes mea in Deo est.

9 Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra: Deus adiutor noster in æternum.

10 Verumtamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in stateris: vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum.

11 Nolite sperare in iniquitate,& rapinas nolite cōcupiscere:diuitiæ si affluant,nolite cor apponere.

12 Semel locutus est Deus, duo hæc audiui, quia
13 potestas Dei est, ★ & tibi Domine misericordia: ★ quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua.

* Mat.16.27. Rom.2.6. 1 Cor.3.8. Gal.6.5.

1 Psalmus Dauid,
Cum esset in deserto Idumææ.
(1.*Reg.*22.5.) LXII.

Deus Deus meus ad te de luce vigilo.

2 Sitiuit in te anima mea,quàm multipliciter tibi caro mea.

In

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

9 *Meus est Ghilhad, & meus est Menasseh, & Ephraim fortitudo capitis mei,*

10 *Iehudah legifer meus: ★ Moab olla lotionis meæ,*

Super Edom proyciam calciamentum meum super me Peleseth iubila.

11 *Quis deducet me ad ciuitatem munitam, quis deducet me vsq; ad Edom?*

12 *Nonne tu Deus proiecisti nos? & non egredieris Deus cum exercitibus nostris.*

13 *Da nobis auxilium in angustia: & mendax salus hominis.*

14 *In Deo faciemus fortitudinem, & ipse conculcabit inimicos nostros.*

1 *Psal. LXI.*
Victori super neghinoth ipsi Dauid.

2 *AVdi Deus clamorem meum:intende orationi meæ.*

3 *Ab extremo terræ ad te clamabo,cum defecerit cor meum ad petram quæ celsior est me,*

4 *Deduces me: ★ quia fuisti spes mihi,turris fortitudinis à facie inimici.*

5 *Habitabo in tabernaculo tuo in sæcula, sperabo in abscondito alarum tuarum,Selah.*

6 *Quoniam tu Deus audisti vota mea,dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum.*

7 *Dies super dies regis adijcies, anni eius sicut generatio & generatio.*

8 *Manebit in sæculum coram Deo: misericordiam & veritatem prepara quæ conseruent eum.*

9 *Sic canam nomini tuo in sæculum:vt reddam vota mea de die in diem.*

Psalm. LXII.
1 *Victori ipsi Ieduthun cantus ipsi Dauid.*

2 *TAntum Deo silet anima mea:ab ipso salus mea.*

3 *Tantum ipse est Deus meus,& salus mea, eleuatio mea, non declinabo multa declinatione.*

4 *Vsquequo cogitabitis praua contra vnumquemq;, interficiemini vniuersi vos, eritis tanquam paries inclinatus, maceria impulsa.*

5 *Veruntamen à magnitudine ipsius* Dei *consuluerunt expellere alter alterum, voluerunt mendacium, ore suo benedicebant, & intimo suo maledicebant, Selah.*

6 *Tantum Deo tace anima mea, quoniam ab ipso est quod præstolor.*

7 *Tantum ipse est Deus meus,& salus mea,eleuatio mea, non declinabo.*

8 *In Deo est salus mea, & gloria mea, robur fortitudinis meæ, spes mea in Deo.*

9 *Sperate in eo omni tempore populi, effundite coram illo cor vestrum,Deus est spes nostra, Selah.*

10 *Tantum vanitas sunt filij hominum,mēdacium filij viri, in stateris si ascendant,* leuiores *sunt vanitate pariter.*

11 *Ne fidatis calumniæ,& rapinæ, ne euanescatis, substantia si multiplicetur, ne ponatis cor.*

12 *Semel locutus est Deus, bis hoc audiui, quia fortitudo*
13 *est Deo: ★ & tibi Domine misericordia: quia tu reddes vnicuiq; secundum opus suum.*

1 *Psalm. LXIII.*
Cantus ipsi Dauid cum esset in deserto Iehudah.

DEus Deus meus es tu, quæram te,

2 *Sitiuit te anima mea, desiderauit te caro mea.*

In

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

In terra deserta, & inuia, & inaquosa: sic in sancto 3
apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam
tuam.
Quoniam melior est misericordia tua super vi- 4
tas: labia mea laudabunt te.
Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo 5
leuabo manus meas.
Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: 6
& labiis exultationis laudabit os meum.
Si memor fui tui super stratum meum, in matu- 7
tinis meditabor in te: * quia fuisti adiutor meus. 8
Et in velamento alarum tuarum exultabo, * ad- 9
hæsit anima mea post te: me suscepit dextera
tua.
Ipsi vero in vanum quæsierunt animam meam, 10
introibunt in inferiora terræ: * tradentur in ma- 11
nus gladij, partes vulpium erunt.
Rex vero lætabitur in Deo, laudabuntur omnes 12
qui iurant in eo: quia obstructum est os loquen-
tium iniqua.

In finem,
Psalmus Dauid. LXIII. 1

EXaudi Deus orationem meam cum deprecor: 2
à timore inimici eripe animam meam.
Protexisti me à conuentu malignantium: à mul- 3
titudine operantium iniquitatem.
Quia exacuerunt vt gladium linguas suas: inten- 4
derunt arcum rem amaram, * vt sagittent in oc- 5
cultis immaculatum.
Subito sagittabunt eum, & non timebunt: firma- 6
uerunt sibi sermonem nequam.
Narrauerunt vt absconderent laqueos: dixerunt:
Quis videbit eos?
Scrutati sunt iniquitates: defecerunt scrutantes 7
scrutinio.
Accedet homo ad cor altum: * & exaltabitur 8
Deus.
Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum: * & 9
infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum.
Conturbati sunt omnes qui videbant eos: * & ti- 10
muit omnis homo.
Et annunciauerunt opera Dei: & facta eius in-
tellexerunt.
Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo, & 11
laudabuntur omnes recti corde.

In finem, Psalmus Dauid, 1
Canticum Hieremię, & Ezechielis populo transmi-
grationis, cum inciperent exire. LXIV.

TE decet hymnus Deus in Sion: & tibi reddetur 2
votum in Ierusalem.
Exaudi orationem meam: ad te omnis caro ve- 3
niet.
Verba iniquorum præualuerunt super nos: & im- 4
pietatibus nostris tu propitiaberis.
Beatus, quem elegisti, & assumpsisti: inhabitabit 5
in atriis tuis.
Replebimur in bonis domus tuæ: sanctum est tē-
plum tuum, * mirabile in æquitate. 6
Exaudi nos Deus salutaris noster, spes omnium
finium terræ, & in mari longe.
Præparans montes in virtute tua, accinctus po- 7
tentia: * qui conturbas profundum maris sonum 8
fluctuum eius.
Turbabuntur gentes, * & timebunt qui habitant 9
terminos a signis tuis: exitus matutini & vespere
delectabis.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

3 *In terra deserti, & sitibunda absq; aqua: sic in sanctita-*
te vidi te, vt videam fortitudinē tuam, & gloriam tuam.
4 *Quoniam melior est misericordia tua, quàm vita, labia*
mea laudabunt te.
5 *Sic benedicam tibi in vita mea, in nomine tuo leuabo*
manus meas.
6 *Sicut adipe, & pinguedine saturabitur anima mea, &*
labijs laudationum laudabit os meum.
7 *Si recordatus fuero tui in cubilibus meis, in vigilijs me-*
8 *ditabor de te: * quia fuisti auxilium mihi,*
9 *Et in vmbra alarum tuarum laudabo: * adhæsit ani-*
ma mea tibi, me sustentauit dextera tua.
10 *Ipsi autem ad desolationem quærent animam meam, in-*
11 *troibunt in interiora terræ: * occident eum gladio, pars vul-*
pium erunt.
12 *Rex vero lætabitur in Deo, laudabitur omnis qui iurat*
per eum, quia obstruetur os loquentium mendacium.

Psal. LXIV.
1 *Victori cantus ipsi Dauid.*

2 *AVdi Deus vocem meam in sermone meo, à timore ini-*
mici custodi vitam meam.
3 *Absconde me à consilio malignorum, à tumultu operan-*
tium iniquitatem.
4 *Qui acuerunt vt gladium linguam suam, tetenderunt*
5 *sagittam suam verbum amarum: * vt sagittis impetant*
in absconditis perfectum,
6 *Subito sagittauerunt eum, & non timuerunt: roborauе-*
runt sibipsis verbum nequam,
Narrauerunt, vt abscondant laqueos: dixerunt: Quis
videbit eos?
7 *Scrutati sunt iniquitates, perfecerunt scrutinium scru-*
tatum,
8 *Et intimum vniuscuiusq;, & cor profundum: * & sa-*
gittauit eos Deus
9 *Sagitta subito: fuerunt plagæ eorum: * & impingere*
facient in semetipsos linguam suam,
10 *Elongabunt se omnes videntes eos: * & timuerunt om-*
nes homines,
Et annunciauerunt opus Dei, & opus eius intellexerunt.
11 *Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo, & lau-*
dabunt omnes recti corde.

Psalm. LXV.
1 *Victori cantus ipsi Dauid*
canticum.

2 *TIbi silet laus in Sion, & tibi reddetur votum.*
3 *Tu audis orationem, ad te omnis caro veniet.*
4 *Rebus iniquis quæ præualuerunt nobis, & præuaricatio-*
nibus nostris tu propitiaberis.
5 *Beatus quem elegisti, & appropinquare fecisti: habita-*
bit in atrijs tuis,
*Saturabimur bono domus tuæ sancti templi tui. * in*
6 *terribilibus, in iustitia.*
Exaudies nos, Deus salutis nostræ, spes omnium finium
terræ, & insularum maris distantium.
7 *Qui firmat montes potentia sua, qui accinctus est forti-*
8 *tudine: * qui compescit sonitum marium, sonitum flu-*
ctuum eorum,
9 *Et multitudinem gentium: * & timuerunt habitato-*
res finium à signis tuis, stellas matutinas, & vespertinas
laudare facies te.

Visi- Tys-

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Visitasti terram & inebriasti eam: multiplicasti 10
locupletare eam.
Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum il-
lorum: quoniam ita est præparatio eius.
Riuos eius inebria, multiplica genimina eius: in 11
stillicidiis eius lætabitur germinans.
Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: & cam- 12
pi tui replebuntur vbertate.
Pinguescent speciosa deserti: & exultatione col- 13
les accingentur.
Induti sunt arietes ouium, & valles abunda- 14
bunt frumento: clamabunt, etenim hymnum
dicent.

In finem,
Canticum Psalmi resurrectionis. L X V. 1

Ivbilate Deo omnis terra, ★ psalmum dicite no- 2
mini eius: date gloriam laudi eius.
Dicite Deo quam terribilia sunt opera tua Do- 3
mine in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi
inimici tui.
Omnis terra adoret te, & psallat tibi: psalmum 4
dicat nomini tuo.
Venite, & videte opera Dei: terribilis in consiliis 5
super filios hominum.
Qui conuertit mare in aridam, in flumine per- 6
transibunt pede: ibi lætabimur in ipso.
Qui dominatur in virtute sua in æternum, ocu- 7
li eius super gentes respiciunt: qui exasperant non
exaltentur in semetipsis.
Benedicite Gentes Deum nostrum: & auditam 8
facite vocem laudis eius,
Qui posuit animam meam ad vitam: & non de- 9
dit in commotionem pedes meos.
Quoniam probasti nos Deus: igne nos examina- 10
sti, sicut examinatur argentum.
Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes
in dorso nostro: ★ imposuisti homines super capi- 11
ta nostra.
Transiuimus per ignem & aquam: & eduxisti 12
nos in refrigerium.
Introibo in domum tuam in holocaustis: red- 13
dam tibi vota mea, ★ quæ distinxerunt labia mea. 14
Et locutum est os meum, in tribulatione mea.

Holocausta medullata offeram tibi cum incenso 15
arietum: offeram tibi boues cum hircis.
Venite, audite, & narrabo, omnes qui timetis 16
Deum, quanta fecit animæ meæ.
Ad ipsum ore meo clamaui, & exaltaui sub lin- 17
gua mea.
Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exau- 18
diet Dominus.
Propterea exaudiuit Deus, & attendit voci de- 19
precationis meæ.
Benedictus Deus, qui non amouit orationem 20
meam, & misericordiam suam à me:

In finem,
In hymnis, Psalmus Cantici Dauid. 1
L X V I.

Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illu- 2
minet vultum suum super nos, & misereatur
nostri.
Vt cognoscamus in terra viam tuam: in omni- 3
bus gentibus salutare tuum.
Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi 4
populi omnes.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Visitasti terram pluuia postquam *desiderare fecisti eam, plurimum locupletasti eam.*

Riuus Dei repletus est aquis, parasti frumentum eorum, quia sic parasti eam.

Sulcos eius inebria, descendere fac in lineas eius, hymbribus liquefac eam, germini eius benedic.

Coronasti annum bono tuo, & cæli tui stillauerunt pinguedinem.

Stillauerunt in campestribus deserti, & exultatione colles accinxerunt se.

Induerunt se pascua pecudibus, & valles operuerunt se frumento, clamabunt, etiam canent.

Psalm. L X V I.
Victori canticum cantus.

Ivbilate Deo omnis terra: ★ Cantate gloriam nominis eius, ponite gloriam, laudem eius.

Dicite Deo, quàm terribilia sunt opera tua, propter multitudinem fortitudinis tuæ negabunt te inimici tui.

Omnes terræ habitatores *incuruabunt se tibi, & canent tibi: canent nomini tuo, Selah.*

Venite, & videte opera Dei: terribile opus super filios hominum.

Conuertit mare in aridam, per flumen transierunt pede, ibi lætati sumus in ipso.

Qui dominatur fortitudine sua in sæculum, oculi eius gentes speculantur, rebelles ne eleuent seipsos.

Benedicite populi Domino nostro, & audire facite vocem laudis eius.

Qui posuit animam nostram in vitam, & non permisit, vt declinaret pes noster.

Quoniam probasti nos Deus: conflasti nos, sicut conflatur argentum.

Introduxisti nos in rete, posuisti angustiam in lumbis nostris: ★ equitare fecisti hominem super caput nostrum.

Ingressi sumus ignem, & aquam: & eduxisti nos ad terram irriguam.

Ingrediar domum tuam in holocaustis: reddam tibi vota mea: ★ quæ aperuerunt labia mea,

Et locutum est os meum: dum esset angustia mihi.

Holocausta agnorum medullatorum offeram tibi cum suffitu arietum, faciam boues cum hircis, Selah.

Venite, audite, & narrabo omnes timentes Deum, quæ fecit animæ meæ.

Ad ipsum ore meo clamaui, & exaltabitur lingua mea.

Iniquitatem si vidi in corde meo, non exaudiet Dominus.

Vere exaudiuit Deus, attendit voci orationis meæ.

Benedictus Deus qui non remouit orationem meam, & misericordiam suam à me.

Psalm. L X V I I.
Victori in Neghinoth cantus cantici.

Deus misereatur nostri, & benedicat nobis, illuminet vultum suum nobiscum, Selah.

Vt sciamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus salutem tuam.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes ipsi.

Vulgat. Editio.

Lætentur & exultent gentes: quoniam iudicas 5
populos in æquitate,& gentes in terra dirigis.
Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi 6
populi omnes:* terra dedit fructum suum. 7
Benedicat nos Deus, Deus noster, * benedicat 8
nos Deus:& metuant eum omnes fines terræ.

In finem,
Psalmus Cantici ipsi Dauid. LXVII. 1

EXurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fu- 2
giant qui oderunt eum, à facie eius.
Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera à fa- 3
cie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.
Et iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei: 4
& delectentur in lætitia.
Cantate Deo, psalmum dicite nomini eius: iter 5
facite ei, qui ascendit super occasum: Dominus
nomen illi.
Exultate in conspectu eius, turbabuntur à facie
eius,* patris orphanorum,& iudicis viduarum. 6
Deus in loco sancto suo: * Deus qui inhabitare 7
facit vnius moris in domo:
Qui educit vinctos in fortitudine, similiter eos,
qui exasperant, qui habitant in sepulchris.
Deus cum egredereris in conspectu populi tui, 8
cum pertransires in deserto:
Terra mota est, etenim cœli distillauerunt à fa- 9
cie Dei Sinai, à facie Dei Israel.
Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæredi- 10
tati tuæ & infirmata est, tu vero perfecisti eam.
Animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulce- 11
dine tua pauperi Deus.
Dominus dabit verbum euangelizantibus, virtu- 12
te multa.
Rex virtutum dilecti dilecti:& speciei domus di- 13
uidere spolia.
Si dormiatis inter medios cleros, pennæ colum- 14
bæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore
auri.
Dum discernit cælestis reges super eam, niue 15
dealbabuntur in Selmon: * mons Dei, mons pin- 16
guis.
Mons coagulatus, mons pinguis:* vt quid suspi- 17
camini montes coagulatos?
Mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in
eo: etenim Dominus habitabit in finem.
Currus Dei decem millibus multiplex, millia læ- 18
tantium: Dominus in eis in Sina in sancto.
Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem: accepi- 19
sti dona in hominibus:
Etenim non credentes, inhabitare Dominum
Deum.
Benedictus Dominus die quotidie: prosperum 20
iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum.
Deus noster, Deus saluos faciẽdi: & Domini Do- 21
mini exitus mortis.
Veruntamen Deus confringet capita inimico- 22
rum suorum: verticem capilli perambulantium in
delictis suis.
Dixit Dominus: Ex Basan conuertam, conuer- 23
tam in profundum maris:
Vt intingatur pes tuus in sanguine: lingua canũ 24
tuorum ex inimicis, ab ipso.
Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei: 25
regis mei qui est in sancto.
Præuenerunt principes coniuncti psallentibus, in 26
medio iuuencularum tympanistriarum.
In ecclesiis benedicite Deo Domino, de fontibus 27
Israel.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Latentur, & clament gentes, quoniam iudicabis populos
in aquitate, & gentes in terram duces, Selah.
Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi
*omnes ipsi: * terra dedit fructum suum.*
*Benedicat nobis Deus noster: * Benedicat nobis Deus,*
& metuant eum omnes fines terra.

Psalm. LXVIII.
Victori ipsi Dauid cantus cantici.

EXurgat Deus, & dispergantur inimici eius, & fugiant
qui odio habuerunt eum à facie eius.
Sicut propellitur fumus, propelle eos: sicut liquescit cera
à facie ignis, sic peribunt impij à facie Dei.
Iusti autem latabuntur, exultabunt coram Deo, &
gaudebunt in letitia.
Cantate Deo, canite nomini eius: exaltate eum qui ad-
scendit super cœlos: In Iah nomine eius,

*Et exultate coram eo: * Pater est pupillorum, & iudex*
viduarum,
*Deus in habitaculo sanctitatis sua: * Deus habitare*
facit vnicos in domo,
Educens vinctos in compedibus, veruntamen rebelles ha-
bitauerunt in sicco.
Deus cum egredereris coram populo tuo, cum incederes
per desertum, Selah.
Terra tremuit, etiam cœli distillauerunt à facie Dei, hic
Sinai tremuit à facie Dei, qui est *Deus Israel.*
Pluuiam voluntariam eleuare fecisti Deus propter ha-
reditatem tuam, & si laborauit, tu confirmasti eam.
Congregatio tua habitauerunt in ea, locum *parare fe-*
cisti propter bonitatem tuam pauperi Deus.
Dominus dabit sermonem, earum quæ *annunciant*
exercitus magnus erit.
Reges exercituum fugiebant, fugiebant & familia do-
mus diuidebat spolia.
Si dormieritis inter tripodes eritis sicut *penna columba*
qua tecta est argento, & ala eius flauo auro.

Cum dissiparet Omnipotens reges in ea ningere faciebat
*in Salmon: * Mons Dei est mons Basan,*

Mons excelsus, vt mons Basan: vt quid saltabitis mon-*
tes excelsi,
Montem quem desiderauit Deus inhabitare: & Domi-
nus inhabitabit in sæculum.
Currus Dei viginti milia, milia Angelorum, Dominus
cum eis Sinai in sanctitate.
Ascendisti in altitudinem, captiuam duxisti captiuita-
tem, accepisti dona in hominibus,
Et etiam rebelles, vt inhabitarent Dominum Deum.

Benedictus Dominus quotidie: afferet nobis Deus salutem
nostram, Selah.
Deus nobis est Deus ad salutes, & Domino Deo ad mor-
tem sunt exitus.
Veruntamen Deus transfiget caput inimicorum suorum:
verticem crinis, ambulantis in delictis suis.

Dixit Dominus: Ex Basan redire faciam, redire faciam
de profundis maris.
Vt rubescat pes tuus in sanguine, lingua canum tuorum
ex inimicis ipsis.
Viderunt itinera tua Deus, itinera Dei mei: regis mei in
sanctitate.
Praeuenerunt cantores, post psallente ⁵ in medio *puellarum*
tympanizantium.
In ecclesiis benedicite Deo, Domino qui estis *ex vena*
Israel.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

28 Ibi Beniamin adolescentulus, in mentis excessu.

Principes Iuda, duces eorum: principes Zabulon
principes Nephthali.
29 Manda Deus virtuti tuæ: confirma hoc Deus,
quod operatus es in nobis.
30 A templo tuo in Ierusalem: tibi offerent reges
munera.
31 Increpa feras arundinis, congregatio taurorum
in vaccis populorum: vt excludant eos, qui proba-
ti sunt argento.
32 Dissipa gentes, quæ bella volunt: * venient legati
ex AEgypto: AEthiopia præueniet manus eius
Deo.
33 Regna terræ cantate Deo: psallite Domino: psal-
34 lite Deo, * qui ascendit super cœlum cœli, ad
Orientem.
35 Ecce dabit voci suæ vocem virtutis, * date glo-
riam Deo super Israel, magnificentia eius, & vir-
tus eius in nubibus.
36 Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse
dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ, bene-
dictus Deus.

1 In finem, pro iis, qui commutabuntur,
Dauid. LXVIII.

2 Saluum me fac Deus: quoniam intrauerũt aquæ
vsque ad animam meam.
3 Infixus sum in limo profundi: & non est sub-
stantia.
Veni in altitudinem maris: & tempestas demer-
sit me.
4 Laboraui clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ:
defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum.
5 Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui
oderunt me gratis.
Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici
mei iniuste: quæ non rapui, tunc exoluebam.
6 Deus tu scis insipientiam meam: & delicta mea
à te non sunt abscondita.
7 Non erubescant in me qui expectant te Domi-
ne, Domine virtutum.
Non confundantur super me qui quærunt te,
Deus Israel.
8 Quoniam propter te sustinui opprobrium: ope-
ruit confusio faciem meam.
9 Extraneus factus sum fratribus meis, & peregri-
nus filijs matris meæ.
10 Quoniam zelus domus tuæ comedit me: & * op-
probria exprobrantium tibi, ceciderunt super me.

* Ioa. 15. Ro. 15.3.

11 Et operui in ieiunio animam meam: & factum
est in opprobrium mihi.
12 Et posui vestimentum meum cilicium: & factus
sum illis in parabolam.
13 Aduersum me loquebantur qui sedebant in por-
ta: & in me psallebant qui bibebant vinum.
14 Ego vero orationem meam ad te Domine: tem-
pus beneplaciti Deus.
In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me, in
veritate salutis tuæ:
15 Eripe me de luto, vt non infigar: libera me ab iis,
qui oderunt me, & de profundis aquarum.
16 Non me demergat tempestas aquæ, neque ab-
sorbeat me profundum: neque vrgeat super me pu-
teus os suum.
17 Exaudi me Domine, quoniam benigna est mise-
ricordia tua: secundum multitudinem miseratio-
num tuarum respice in me.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Ibi Biniamin paruulus dominans eis,

*Principes Iehudah, duces eorum, principes Zebulon, prin-
cipes Naphtali.*
*Præcepit Deus tuus fortitudini tuæ, & fortifica Deus
hoc quod operatus es nobis.*
In templo tuo, in Ierusalaim tibi offerent reges munera.

*Disperde congregationem calami, congregationem tau-
rorum cum vitulis, cum incisionibus argenteis,*

*Dispersit populos qui bella volunt: * venient magni
principes ex Ægypto, Æthiopia currere faciet manus suas
Deo.*
*Regna terræ cantate Deo, canite Domino Selah: * equi-
tanti in cælos cælorum ab Oriente,*

*Ecce dabit in voce sua vocem fortitudinis. * date forti-
tudinem Deo, super Israel magnificentia eius, & fortitudo
eius in cælis.*
*Terribilis Deus in sanctuarijs suis, Deus Israel ipse dat
fortitudinem, & robora populo benedictus Deus.*

Psalm. LXIX.
Victori super Sosannim ipsi Dauid.

*Serua me Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsq; ad ani-
mam.*
Demersus sum in limo profundi, & non est status:

Veni in profunda aquarum, & flumen operuit me.

*Laboraui clamando, siccatum est guttur meum: defece-
runt oculi mei, spero in Deo meo.*
*Plures sunt quàm capilli capitis mei, qui odio habent me
gratis,*
*Roborati sunt, qui disperdunt me inimici mei gratis, quæ
non rapui, tunc reddidi.*
*Deus tu nosti stultitiam meam: & delicta mea à te non
sunt abscondita.*
*Ne pudore afficiantur propter me, qui expectant te Do-
mine, Domine exercituum.*
Ne erubescant propter me, qui quærunt te Deus Israel.

*Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit con-
fusio faciem meam.*
*Alienus fui fratribus meis, & extraneus filijs matris
meæ.*
*Quia zelus domus tuæ comedit me, & probra eorum
qui probris afficiunt te, ceciderunt super me.*
*Et fleui, & ieiunio afflixi animam meam, & fuit in op-
probria mihi.*
*Et posui vestimentum meum saccum, & fui eis in para-
bolam.*
*Locuti sunt contra me sedentes in porta, & cantationes
factus sum bibentium Secbar.*
Et ego oratione mea conuerti me *ad te Domine: tem-
pus est beneplaciti Deus,*
*Propter multitudinem misericordiæ tuæ exaudi me,
propter veritatem salutis tuæ.*
*Eripe me è luto, ne infigar: eripiar ab odio habentibus
me, & è profundis aquarum.*
*Ne operiat me fluuius aquæ, nec absorbeat me profun-
dum, neq; claudat super me puteus os suum.*

*Exaudi me Domine, quoniam bona est misericordia tua:
secũdum multitudinem miserationum tuarum respice me.*

Vulgat. Editio.

Et ne auertas faciem tuam à puero tuo:quoniam 18
tribulor,velociter exaudi me.
Intende animæ meæ, & libera eam : propter ini- 19
micos meos eripe me.
Tu scis improperium meum, & confusionem 20
meam,& reuerentiam meam.
In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me, 21
improperium expectauit cor meum,& miseriam.
Et sustinui qui simul contristaretur,& non fuit:
& qui consolaretur,& non inueni.
Mat.27.48. Et dederunt in escam meam fel : & in siti mea 22
potauerunt me aceto.
Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum,& in 23
retributiones,& in scandalum.
Obscurentur oculi eorum ne videant:& dorsum 24
eorum semper incurua.
Effunde super eos iram tuam : & furor iræ tuæ 25
comprehendat eos.
Act.1.20 Fiat habitatio eorum deserta: & in tabernaculis 26
eorum non sit qui inhabitet.
Quoniam quem tu percussisti,persecuti sunt : & 27
super dolorem vulnerum meorum addiderunt.
Appone iniquitatem super iniquitatem eorum: 28
& non intrent in iustitiam tuam.
Deleantur de Libro viuentium:& cum iustis nō 29
scribantur.
Ego sum pauper & dolens: salus tua Deus susce- 30
pit me.
Laudabo nomen Dei cum cantico:& magnifica- 31
bo eum in laude:
Et placebit Deo super vitulum nouellum : cor- 32
nua producentem & vngulas.
Videant pauperes & lætentur:quærite Deum, & 33
viuet anima vestra:
Quoniam exaudiuit pauperes Dominus:& vin 34
ctos suos non despexit.
Laudent illum cæli & terra,mare,& omnia repti- 35
lia in eis.
Quoniam Deus saluam faciet Sion:& ædificabun- 36
tur ciuitates Iuda.
Et inhabitabunt ibi.& hæreditate acquirent eam.
Et semen seruorum eius possidebit eam,& qui di- 37
ligunt nomen eius,habitabunt in ea.

In finem, Psalmus Dauid, In rememorationem,quòd saluum fecerit eum Dominus. LXIX. 1

DEus in adiutorium meum intende:Domine ad 2
adiuuandum me festina,
Confundantur,& reuereantur,qui quærunt ani- 3
mam meam.
Auertantur retrorsum,& erubescant,qui volunt 4
mihi mala:
Auertantur statim erubescentes, qui dicunt mi-
hi:Euge,euge.
Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt 5
te,& dicant semper:Magnificetur Dominus:qui di-
ligunt salutare tuum.
Ego vero egenus, & pauper sum : Deus adiuua 6
me.
Adiutor meus, & liberator meus es tu:Domine
ne moreris.

Psalmus Dauid, Filiorum Ionadab,& priorum captiuorum. LXX. 1

IN te Domine speraui, non confundar in æternū:
* in iustitia tua libera me, & eripe me. 2

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Et ne abscondas faciem tuam à seruo tuo : qui angustia
est mihi, festina,exaudi me.
Appropinqua animæ meæ, redime eam : propter inimicos
meos redime me.
Tu nosti probrum meum,& pudorem meum, & ignomi-
niam meam.
Coram te sunt omnes hostes mei, probrum contriuit cor
meum, & dolui.
Et expectaui qui condoleret,& non fuit:& consolantes,
& non inueni.
Et dederunt in escam meam fel:& in siti mea propina-
uerunt mihi acetum.
Erit mensa eorum coram eis laqueus, & retributiones,
offendiculum.
Obscurabuntur oculi eorum, ne videant : & lumbos eo-
rum semper nutare facies.
Effunde super eos iram tuam : & furor iræ tuæ compre-
hendat eos.
Sit palatium eorum desolatum : in tabernaculis eorum
ne sit qui habitet.
Quoniam eum quem percussisti persecuti sunt, & super
dolorem vulneratorum tuorum narrabunt.
Da punitionem iniquitatis eorum:& non ingrediantur
iustitiam tuam.
Deleantur è libro viuentium : & cum iustis non scri-
bantur :
Ego autem sum pauper,& dolens:salus tua Deus eleua-
bit me.
Laudabo nomen Dei cum cantico : & magnificabo eum
in confessione.
Et pulchrior erit Domino quam bos, quam vitulus cor-
nificans,& vngulificans.
Viderunt humiles:& quærentes Deum, & viuet cor ve-
strum.
Quoniam audit pauperes Dominus:& vinctos suos non
despexit.
Laudent eum cœli,& terra, maria, & omne repens in
eis.
Quoniam Deus seruabit Sijon, & ædificabit ciuitates
Iehudah.
Et habitabunt ibi, & hereditate accipient eam.
Et semen seruorum eius hæreditate accipiet eam,& di-
ligentes nomen eius habitabunt in ea.

Psalm. LXX. Victori ipsi Dauid ad recordandum.

DEus vt eruas me : Deus ad auxilium mei festina.

Pudore afficientur, & erubescent quærentes animam
meam.
Conuertentur retrorsum,& erubescent volentes malum
meum.
Conuertentur propter mercedem pudoris sui,qui dicunt:
Euge, euge.
Gaudebunt,& lætabuntur in te omnes quærentes te, &
dicent sēper:Magnificetur Deus,qui diligunt nomen tuum.

Et ego egenus,& pauper sum:Deus festina propter me.

Auxilium meum & erutor meus es, Deus meus,ne tar-
daueris.

Psalm. LXXI.

IN te Domine speraui, ne pudore afficiar in seculum.
** Propter iustitiam tuam eripies me, & erues me.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Inclina ad me aurem tuam,& salua me.
Esto mihi in Deum protectorem, & in locum 3
munitum: vt saluum me facias,
Quoniam firmamentum meum, & refugium
meus es tu.
Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de 4
manu contra legem agentis & iniqui:
Quoniam tu es patientia mea Domine: Domine 5
spes mea à iuuentute mea.
In te confirmatus sum ex vtero: de ventre matris 6
meæ tu es protector meus:
In te cantatio mea semper: * tamquam prodi- 7
gium factus sum multis: & tu adiutor fortis:
Repleatur os meum laude, vt cantem gloriam 8
tuam: tota die magnitudinem tuam.
Ne proiicias me in tempore senectutis: cum de- 9
fecerit virtus mea, ne derelinquas me.
Quia dixerunt inimici mei mihi: & qui custo- 10
diebant animam meam, consilium fecerunt in
vnum.
Dicentes: Deus dereliquit eum, persequimini & 11
comprehendite eum: quia non est qui eripiat.
Deus ne elongeris à me: Deus meus in auxilium 12
meum respice.
Confundantur, & deficiant detrahentes animæ 13
meæ: operiantur confusione, & pudore qui quæ-
runt mala mihi.
Ego autem semper sperabo: & adiiciam super 14
omnem laudem tuam.
Os meum annunciabit iustitiam tuam: tota die 15
salutare tuum.
Quoniam non cognoui litteraturam, * introibo 16
in potentias Domini: Domine memorabor iustitiæ
tuæ solius.
Deus docuisti me à iuuentute mea: & vsque nunc 17
pronunciabo mirabilia tua.
Et vsque in senectam & senium: Deus ne dere- 18
linquas me.
Donec annunciem brachium tuum generationi
omni, quæ ventura est:
Potentiam tuam, * & iustitiam tuam Deus vs- 19
que in altissima, quæ fecisti magnalia: Deus quis
similis tibi?
Quantas ostendisti mihi tribulationes multas, 20
& malas: & conuersus viuificasti me: & de abyssis
terræ iterum reduxisti me:
Multiplicasti magnificentiam tuam: & conuer- 21
sus consolatus es me.
Nam & ego confitebor tibi in vasis psalmi veri- 22
tatem tuam: Deus psallam tibi in cithara, sanctus
Israel.
Exultabunt labia mea cum cantauero tibi: & 23
anima mea, quam redemisti.
Sed & lingua mea tota die meditabitur iustitiam 24
tuam: cum confusi & reueriti fuerint, qui quæ-
runt mala mihi.

Psalmus, 1
In Salomonem. LXXI.

Deus iudicium tuum regi da: & iustitiam tuam 2
filio regis:
Iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes
tuos in iudicio.
Suscipiant montes pacem populo: & colles iu- 3
stitiam.
Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios 4
pauperum: & humiliabit calumniatorem.
Et permanebit cum Sole, & ante Lunam, in ge- 5
neratione & generationem.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Inclina ad me aurem tuam, & serua me.
Esto mihi robustum habitaculum, vt ingrediar iugiter: præcepisti seruare me,
Quia petra mea, & munitio mea es tu.
Deus mi erue me è manu impij, è manu peruertentis, & opprimentis.
Quoniam tu expectatio mea, Domine Deus fiducia mea ab adolescentia mea.
Tibi innixus sum ab vtero: de ventre matris meæ tu eductor meus es,
*In te laus mea semper: * tanquam portentum fui multis, & tu spes mea fortis.*
Repleatur os meum laude tua, tota die gloria tua.
Ne proijcias me in tempore senectutis: cum defecerit fortitudo mea, ne derelinquas me.
Quia dixerunt inimici mei aduersum me, & custodientes animam meam consiliati sunt pariter.
Dicendo: Deus dereliquit eum, persequimini, & comprehendite eum, quia non est qui eruat.
Deus ne elongeris à me, Deus mi ad auxilium meum festina.
Pudore afficientur, deficient aduersarij animæ meæ: operientur probro, & pudore quærentes malum meum.
Ego autem semper expectabo, & adijciam super omnem laudem tuam.
Os meum narrabit iustitiam tuam: tota die salutem tuam,
*Quoniam non cognoui numeros: * introibo fortitudines Domini Dei, recordabor iustitiæ tuæ solius,*
Deus docuisti me ab adolescentia mea & hactenus annunciabo mirabilia.
Et etiam vsque ad senium, & caniciem: Deus ne derelinquas me,
Donec annunciem brachium tuum generationi, omni qui venturus est.
*Fortitudinem tuam: * & iustitia tua Deus vsque in excelsum, quæ fecisti magna: Deus quis sicut tu?*
Qui ostendisti mihi angustias multas, & malas: reuerteris, viuificabis me: & ex voraginibus terræ conuersus, ascendere facies me.
Multiplicabis magnitudinem meam, & conuersus, consolaberis me.
Etiam ego confitebor tibi in instrumento nebel, veritatem tuam Deus mi cantabo tibi in cithara: sancte Israel.
Laudabunt labia mea, cum cantauero tibi: & anima mea quam redemisti.
Insuper lingua mea tota die loquetur iustitiam tuam: quia pudore affecti sunt, quia erubuerunt quærentes malum meum.

Psalm. LXXII.
Ipsi Salomoh.

Deus iudicia tua regi da, & iustitiam tuam filio regis.
Iudicabit populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio.
Deferent montes pacem populo, & colles iustitiam.
Iudicabit pauperes populi, seruabit filios pauperis, & confringet calumniatorem.
Timebunt te cum Sole, & dum fuerit Luna in generatione generationum.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
Descendet sicut pluuia in vellus: & sicut stillicidia stillantia super terram.	6	*Descendet sicut pluuia super vellus: sicut imbres stillantes.*
Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis: donec auferatur luna.	7	*Florebit in diebus eius iustus, & multitudo pacis: donec non sit luna.*
Et dominabitur à mari vsque ad mare: & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum.	8	*Dominabitur à mari vsq; ad mare: & à flumine vsq; ad terminos terra.*
Coram illo procident AEthiopes: & inimici eius terram lingent.	9	*Coram illo procident habitatores deserti: & inimici eius terram lingent.*
Reges Tharsis, & insulæ munera offerent: reges Arabum, & Saba dona adducent:	10	*Reges maris, & insularum, munus reddent, reges Seba Arabicæ, & Seba* AEthiopicæ *munus offerent.*
Et adorabunt eum omnes reges terræ: omnes gẽtes seruient ei:	11	*Et incuruabunt se ei omnes reges: omnes gentes seruient ei.*
Quia liberabit pauperem à potente: & pauperem, cui non erat adiutor!	12	*Quia eruet pauperem clamantem: & pauperem, cui non est auxiliator.*
Parcet pauperi & inopi: & animas pauperum saluas faciet.	13	*Parcet pauperi, & inopi: & animas pauperum seruabit.*
Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen eorum coram illo.	14	*A dolo, & ab iniquitate redimet animam eorum: & preciosus erit sanguis eorum in oculis eius.*
Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipso semper: tota die benedicent ei.	15	*Et viuet, & dabit ei de auro Seba* Arabicæ, *& orabit pro eo semper: tota die benedicet ei.*
Et erit firmamentum in terra in summis montium, superextolletur super Libanum fructus eius: & florebunt de ciuitate sicut fœnum terræ.	16	*Erit pugillus frumenti, in terra* satus *in capite montium, concutietur sicut Libanon fructus eius: & florebunt in ciuitate sicut herba, terra.*
Sit nomen eius benedictum in sæcula: ante Solem permanet nomen eius.	17	*Erit nomen eius in sæculum: ante solem propagabitur nomen eius.*
Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eum.		*Et benedicentur in eo omnes gentes: & beatificabunt eum.*
Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus:	18	*Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus.*
Et benedictum nomen maiestatis eius in æternum: & replebitur maiestate eius omnis terra: fiat, fiat.	19	*Et benedictum nomen gloriæ eius in sæculum, & replebitur gloria eius omnis terra: Amen, & amen.*
Defecerunt laudes Dauid filij Iesse.	20	*Consummatæ sunt orationes Dauid filij Isai.*
Psalmus Asaph. LXXII.	1	*Cantus ipsi Asaph. Psalm. LXXIII.*
QVàm bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde.		*PRofectò bonus est Israeli Deus, sed mundis corde.*
Mei autem penè moti sunt pedes: penè effusi sunt gressus mei.	2	*Et mei pene declinauerunt pedes: ferè nihil, effusi sunt gressus mei.*
Quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns.	3	*Quia zelaui in insanos, pacem impiorum videns.*
Quia non est respectus morti eorum: & firmamentum in plaga eorum.	4	*Quia non sunt ligamenta in morte eorum: & sana est fortitudo eorum.*
In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur:	5	*In labore hominis non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur:*
Ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate sua.	6	*Ideo coronauit eos superbia, operiet se vt tollat prædam sibi.*
Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum: transierunt in affectum cordis.	7	*Egressi sunt præ adipe oculi eorum: transierunt cogitationes cordis.*
Cogitauerunt, & locuti sunt nequitiam: iniquitatem in excelso locuti sunt.	8	*Dissoluerunt, & locuti sunt malicioſe calumniam: de excelso locuti sunt.*
Posuerunt in cælum os suum: & lingua eorum transiuit in terra.	9	*Posuerunt in cælum os suum: & lingua eorum transiuit in terra.*
Ideo conuertetur populus meus hic: & dies pleni inuenientur in eis.	10	*Ideo reuertetur populus eius huc: & aquæ calicis pleni exprimentur eis.*
Et dixerunt: Quomodo scit Deus, & si est scientia in excelso?	11	*Et dixerunt: Quomodo sciuit Deus, & est scientia in excelso?*
Ecce ipsi peccatores, & abundantes in sæculo, obtinuerunt diuitias.	12	*Ecce isti impij & pacem habentes sæculi, apprehenderunt diuitias.*
Et dixi: Ergo sine causa iustificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas:	13	*Vere inuanum mundaui cor meum, & laui in innocentia manus meas.*
Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis.	14	*Et fui flagellatus omni die, & increpatio mea singulo mane.*
Si dicebam: Narrabo sic: ecce nationem filiorum tuorum reprobaui.	15	*Si dicebam narrabo sicut hoc: ecce generatio filiorum tuorum* dicent quòd *præuaricatus sum.*
Existimabam vt cognoscerem hoc, labor est ante me:	16	*Et putabam scire hoc, sed labor est in oculis meis.*
Donec intrem in Sanctuarium Dei: & intelligam in nouissimis eorum.	17	*Donec intrem sanctuaria Dei, & intelligam nouissimum eorum.*

Vulgat. Editio.

18 Verumtamen propter dolos posuisti eis: deiecisti eos dum alleuarentur.
19 Quomodo facti sunt in desolationem, subito defecerunt: perierunt propter iniquitatem suam.
20 Velut somnium surgentium Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.
21 Quia inflammatum est cor meum, & renes mei
22 commutati sunt: * & ego ad nihilum redactus sum, & nesciui.
23 Vt iumentum factus sum apud te: & ego semper tecum.
24 Tenuisti manum dexteram meam: & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me.
25 Quid enim mihi est in cælo? & à te quid volui super terram?
26 Defecit caro mea, & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.
27 Quia ecce, qui elongant se à te, peribunt: perdidisti omnes, qui fornicantur abs te.
28 Mihi autem adhærere Deo bonum est: ponere in Domino Deo spem meam:
Vt annunciem omnes prædicationes tuas, in portis filiæ Sion.

1 Intellectus Asaph. LXXIII.

VT quid Deus repulisti in finem: iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ?
2 Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio.
Redemisti virgam hæreditatis tuæ mons Sion, in quo habitasti in eo.
3 Leua manus tuas in superbias eorum in finem: quanta malignatus est inimicus in sancto eius!
4 Et gloriati sunt qui oderunt te: in medio sollemnitatis tuæ.
5 Posuerunt signa sua, signa: * & non cognouerunt sicut in exitu super summum.
6 Quasi in silua lignorum securibus * exciderunt ianuas eius in idipsum: in securi, & ascia deiecerunt eam.
7 * Incenderunt igni Sanctuarium tuum: in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.

*4.Reg. 25.c.

8 Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul: quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra.
9 Signa nostra non vidimus, iam non est propheta: & nos non cognoscet amplius.
10 Vsquequo Deus improperabit inimicus: irritat aduersarius nomen tuum in finem?
11 Vt quid auertis manum tuam, & dexteram tuam de medio sinu tuo in finem?
12 Deus autem rex noster ante sæcula: operatus est salutem in medio terræ.
13 Tu confirmasti in virtute tua mare: contribulasti capita draconum in aquis.

* [illegible]

14 Tu confregisti capita draconis: dedisti eum escam populis AEthiopum.
15 Tu dirupisti fontes, & torrentes: tu siccasti fluuios Ethan.
16 Tuus est dies, & tua est nox: tu fabricatus es auroram & solem.
17 Tu fecisti omnes terminos terræ: æstatem & ver, tu plasmasti ea.
18 Memor esto huius, inimicus improperauit Domino: & populus insipiens incitauit nomen tuum.
19 Ne tradas bestiis animas confitentes tibi, & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

18 *Profecto in* locis *lubricis posuisti eos: cadere fecisti eos in desolationes.*
19 *Quomodo fuerunt in desolationem ferè subito defecerunt. consumpti sunt à terroribus.*
20 *Velut somnium expergefacto* homine erunt *Domine, cum suscitaueris* eos *imaginem eorum spernes.*
21 *Quia dolore* fuerat affectum *cor meum, & lumbi mei*
22 *acuti fuerant: * & ego insipiens eram, nec cognoscebam.*
23 *Vt iumenta eram apud te. Ego autem semper tecum fui:*
24 *Tenuisti manum dexteram meam; in consilio tuo duces me, & postea ad gloriam accipies me.*
25 *Quis mihi est in cælo? & tecum nolui quippiam in terra.*
26 *Defecit caro mea, & cor meum: robur cordis mei, & pars mea est Deus in seculum.*
27 *Quoniam ecce qui se elongant à te, peribunt: succidere fecisti omnem fornicantem à te.*
28 *Et ego* noui quod *accessus ad Deum mihi est bonus: posui in Domino* Deo *spem meam.*
Vt narrem omnia opera tua.

1 *Intellectus ipsi Asaph. Psalm. LXXIV.*

VT quid Deus elongasti te in seculum, fumabit furor tuus contra pecudes pascua tua?
2 *Recordare congregationis tua, quam acquisiuisti ab antiquo, quod*
Redemisti virgam hæreditatis tua, montem Sijon istum, in quo habitasti.
3 *Leua pedes tuos ad desolationes duraturas in seculum, super omnem qui malefecit inimicum in sanctitate.*
4 *Rugierunt hostes tui in medio tabernaculi tui.*
5 *Posuerunt signa sua signa. * contritum est sicut adducens superne.*
6 *In perplexitate ligni secures, * & nunc calaturas eius pariter bipenni, & malleis contriuerunt.*
7 *Miserunt ignem in sanctuarium tuum: in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.*
8 *Dixerunt in corde suo, depopulemur eos pariter: incenderunt omnia tabernacula Dei in terra.*
9 *Sig[illegible] nostra non vidimus, non est vltra propheta, & non est nobiscum qui cognoscat vsquequo.*
10 *Vsquequo Deus probris afficiet aduersarius, spernet inimicus nomen tuum in seculum?*
11 *Vt quid reducis manum tuam: & dexteram tuam è medio sinus tui* non educis inimicos *consumendo?*
12 *Deus autem rex meus ab initio operans salutes in medio terra.*
13 *Tu contriuisti fortitudine tua mare, confregisti capita cætorum in aquis.*
14 *Tu confregisti capita Leuiathan: dedisti eum escam populo deserta incolentis.*
15 *Tu dirupisti fontem, & torrentem: tu siccasti fluuios fortes.*
16 *Tuus est dies, etiam tua est nox: tu præparasti luminare minus, & solem.*
17 *Tu statuisti omnes terminos terra: æstatem, & hyemem, tu plasmasti.*
18 *Memento huius, inimicus probris affecit Dominum: & populus stultus spreuit nomen tuum.*
19 *Ne tradas congregationi inimicorum animam turturis tua: congregationis pauperum tuorum ne obliuiscaris.*

Vulgat. Editio.

20 Respice in testamentum tuum: quia repleti sunt,
qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum,
21 Ne auertatur humilis factus confusus: pauper
& inops laudabunt nomen tuum.
22 Exurge Deus, iudica causam tuam: memor esto
improperiorum tuorum, eorum quæ ab insipiente
sunt tota die.
23 Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum: superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.

1 In finem,
Ne corrumpas, Psalmus Cantici Asaph.
LXXIV.

2 Confitebimur tibi Deus: confitebimur, & inuocabimus nomen tuum.
3 Narrabimus mirabilia tua: * cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo.
4 Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea: ego confirmaui columnas eius.
5 Dixi iniquis: Nolite inique agere: & delinquentibus: Nolite exaltare cornu:
6 Nolite extollere in altum cornu vestrum: nolite loqui aduersus Deum iniquitatem.
7 Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente,
8 neque à desertis montibus; * quoniam Deus iudex
est.
9 Hunc humiliat, & hunc exaltat: * quia calix in manu Domini vini meri plenus misto.
Et inclinauit ex hoc in hoc: verumtamen fæx
10 eius non est exinanita: bibent omnes peccatores
terræ.
Ego autem annunciabo in sæculum: cantabo Deo Iacob.
11 Et omnia cornua peccatorum confringam: & exaltabuntur cornua iusti.

1 In finem, in Laudibus,
Psalmus Asaph,
Canticum ad Assyrios. LXXV.

2 Notus in Iudæa Deus: in Israel magnum nomen eius.
3 Et factus est in pace locus eius: & habitatio eius in Sion.
4 Ibi confregit potẽtias arcuum, scutum, gladium, & bellum.
5 Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis:
6 * turbati sunt omnes insipientes corde.
Dormierunt somnum suum: & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.
7 Ab increpatione tua Deus Iacob dormitauerunt qui ascenderunt equos.
8 Tu terribilis es, & quis resistet tibi? ex tunc ira tua.
9 De cœlo auditum fecisti iudicium: terra tremuit & quieuit,
10 Cum exurgeret in iudicium Deus, vt saluos faceret omnes mansuetos terræ.
11 Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.
12 Vouete, & reddite Domino Deo vestro: omnes qui in circuitu eius affertis munera.
13 Terribili * & ei qui aufert spiritum principum, terribili apud reges terræ.

1 In finem, pro Idithun,
Psalmus Asaph, LXXVI.

2 Voce mea ad Dominum clamaui: voce mea ad Deum, & intendit mihi.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

20 *Respice ad pactum, quia repleta sunt loca tenebrosa terræ, habitatione iniquorum.*
21 *Ne recedat pauper pudore affectus, pauper, & mendicus laudabunt nomen tuum.*
22 *Surge Deus iudica causam tuam, memento probri tui* quo afficeris *à stulto omni die.*
23 *Ne obliuiscaris vocis hostium tuorum, sonitus inimicorum tuorum ascendit semper.*

1 *Psalm. LXXV.*
Victori, Ne disperdas cantus ipsi
Asaph canticum.

2 *Confessi sumus tibi Deus, cõfessi sumus, & propinquum fuit nomen tuum,*
3 *Ii qui narrauerunt mirabilia tua: * cum accepero tempus, ego recte iudicabo.*
4 *Liquefacta est terra, & habitatores eius, ego direxi columnas eius, Selah.*
5 *Dixi insanis: Ne insaniatis: & impijs, ne exaltetis cornu.*
6 *Ne extollatis in excelsum cornu vestrum: ne loquamini in collo pingui.*
7 *Quia non ab exitu* solis, *nec ab occidente, nec à deserto*
8 *montium* veniet exaltatio: * *quoniam Deus iudicans.*
9 *Hunc humiliabit, & hunc exaltabit: * quia calix in manu Domini, & vinum rubuit, plenus* est *mixto,*
Et effudit ex hoc: Veruntamen faces eius quas *expri-*
10 *ment, bibent omnes impij terræ.*
Ego autem annunciabo in sæculum, cantabo Deo Iahacob,
11 *Et omnia cornua impiorum confringam, exaltabuntur cornua iusti.*

1 *Psalm. LXXVI.*
Victori in psalmis cantus ipsi
Asaph Canticum.

2 *Notus fuit in Iehudah Deus, in Israel magnum nomen eius.*
3 *Et fuit in Salem tabernaculum eius, & habitatio eius in Sijon.*
4 *Ibi confregit sagittas, arcus, scutum, & gladium, ac bellum, Selah.*
5 *Illustris es & potens præ montibus rapacibus: * spoliati*
6 *fuerunt fortes corde,*
Dormitauerunt in somno suo, & non inuenerunt omnes viri robusti vires *in manibus suis.*
7 *Propter increpationem tuam Deus Iahacob soporatus est, & currus, & equus.*
8 *Tu terribilis es, & quis stabit coram te, ex quo tempore cœperit ira tua?*
9 *E cœlis audire fecisti iudicium, terra tremuit, & quieuit.*
10 *Quum surget ad iudicium Deus, vt seruet omnes humiles terræ, Selah.*
11 *Quoniam ira hominis confitebitur tibi, residuum irarum accinges.*
12 *Vouete, & reddite Domino Deo vestro: omnes* qui estis *in circuitu eius, afferant munus,*
13 *Timendo: succides spiritum ducum, terribilis erit regibus terræ.*

1 *Victori ipsi Iedutbun, ipsi Asaph cantus.*
LXXVII.

2 *Vox mea ad Deum & clamabo, vox mea ad Deum, & auscultabit me.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

3 In die tribulationis meæ Deum exquisiui, mani-
bus meis nocte contra eum: & non sum deceptus.
4 Renuit consolari anima mea, memor fui Dei, &
delectatus sum, & exercitatus sum: & defecit spi-
ritus meus.
5 Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus sum,
& non sum locutus.
6 Cogitaui dies antiquos: & annos æternos in mē-
te habui.
7 Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exer-
citabar, & scopebam spiritum meum.
8 Nunquid in æternum proiiciet Deus: aut non
apponet vt complacitior sit adhuc?
9 Aut in finem misericordiam suam abscindet, à
generatione in generationem?
10 Aut obliuiscetur misereri Deus? aut continebit
in ira sua misericordias suas?
11 Et dixi nunc cœpi: hæc mutatio dexteræ Ex-
celsi.
12 Memor fui operum Domini: quia memor ero ab
initio mirabilium tuorum.
13 Et meditabor in omnibus operibus tuis: & in ad-
inuentionibus tuis exercebor.
14 Deus in sancto via tua: quis Deus magnus
15 sicut Deus noster? * tu es Deus qui facis mi-
rabilia.
16 Notam fecisti in populis virtutem tuam: * re-
demisti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob,
& Ioseph.
17 Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ: & ti-
muerunt, & turbatæ sunt abyssi.
18 Multitudo sonitus aquarum: vocem dederunt
nubes.
19 Etenim sagittæ tuæ transeunt: * vox tonitrui
tui in rota.
Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ: com-
mota est & contremuit terra.
20 In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis:
& vestigia tua non cognoscentur.
21 Deduxisti sicut oues populum tuum, in manu
Moysi & Aaron.

* Exo. 14. 19.

1 **Intellectus Asaph.**
LXXVII.

ATtendite popule meus legem meam: inclina-
te aurem vestram in verba oris mei.
2 Aperiam in parabolis os meum: loquar proposi-
tiones ab initio.
3 Quanta audiuimus & cognouimus ea: & patres
nostri narrauerunt nobis.
4 Non sunt occultata à filiis eorum, in generatio-
ne altera.
Narrantes laudes Domini, & virtutes eius, & mi-
rabilia eius quæ fecit.
5 Et suscitauit testimonium in Iacob: & legem po-
suit in Israel.
Quanta mandauit patribus nostris nota facere
6 ea filiis suis: * vt cognoscat generatio altera.
Filij qui nascentur, & exurgent, & narrabunt
filiis suis.
7 Vt ponant in Deo spem suam, & non obliuiscan-
tur operum Dei: & mandata eius exquirant.
8 Ne fiant sicut patres eorum: generatio praua &
exasperans.
Generatio, quæ non direxit cor suum: & non est
creditus cum Deo spiritus eius.
9 Filij Ephrem intendentes & mittentes arcum
conuersi sunt in die belli.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

*In die angustiæ meæ Dominum quæsiui: plaga mea nocte
defluxit, & non quieuit.*
*Renuit consolari anima mea. * Recordabor Dei, & tu
multuabo, loquar: & deficiet spiritus meus, Selah.*
*Tenuisti vigilias oculorum meorum: contritus sum, &
non loquar.*
Supputaui dies qui fuerunt *à principio: annos sæculo-
rum.*
*Recordabor psalmi mei, in nocte cum corde meo medita-
bor, & scrutabitur spiritus meus.*
*Nunquid in sæcula elongabit se Dominus, & non addet
vt velit adhuc?*
*Nunquid defecit in sæcula misericordia eius, consump-
tum est eloquium, in generatione & generationem?*
*Nunquid oblitus est misereri Deus? num clausit in furo-
re misericordias suas? Selah.*
Et cogitaui occidere me propter annos dexteræ excelsi.
*Recordabor operum Domini: quia recordabor à principio
mirabilium tuorum.*
*Et meditabor in omnibus operibus tuis, & de operibus
tuis loquar.*
*Deus in sanctitate via tua: quis Deus magnus sicut
Deus? * tu es Deus qui facis mirabile.*
*Scire fecisti in populis fortitudinem tuam: * redemisti
in brachio populum tuum filios Iahacob, & Ioseph, Selah.*
*Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ: doluerunt,
etiam commotæ sunt voragines.*
*Inundare fecerunt aquas nubes, tonitruum dederunt
cœli.*
*Et fulgura tua ierunt: * sonitus tonitrui tui in rota.*
*Illuminauerunt fulgura orbem, commota est, & contre-
muit terra.*
*In mari via tua; & semita tua in aquis multis: & iti-
nera tua non sunt agnita.*
*Duxisti sicut pecudes populum meum, per manum Mo-
seh, & Aharon.*

Psalm. LXXVIII.
Intellectus ipsi Asaph.

*AVscultа populus mi legem meam: inclinate aurem ve-
stram ad eloquia oris mei.*
*Aperiam in parabola os meum: loquar ænigmata à prin-
cipio.*
*Quæ audiuimus & cognouimus ea: & patres nostri
narrauerunt nobis.*
Non abscondemus à filijs eorum, generationi nouissimæ.
*Narrantes laudes Domini, & fortitudinem, & mirabi-
lia eius quæ fecit.*
*Et suscitauit testimonium in Iahacob: & legem posuit
in Israel.*
*Quæ præcepit patribus nostris, vt notificarent ea filijs
suis: * vt cognoscant generatio nouissima.*
Filij qui nascentur surgent, & narrabunt filijs suis.
*Et ponant in Deo spem suam, & non obliuiscantur ope-
rum Dei: & mandata eius custodiant.*
*Et non sint sicut patres eorum generatio declinans &
rebellis.*
*Generatio quæ non præparauit cor suum: nec fuit fidelis
cum Deo spiritus eius.*
*Filij Ephraim armati, iacientes arcu: verterunt se in
die belli.*

Digitized by Google

	Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
	Non custodierunt testamentum Dei: & in lege eius noluerunt ambulare.	10	*Non custodierunt pactum Dei: & in lege eius noluerunt ambulare.*
	Et obliti sunt benefactorum eius, & mirabilium eius quæ ostendit eis.	11	*Et obliti sunt operum eius, & mirabilium eius quæ ostendit eis.*
	Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra AEgypti, in campo Taneos.	12	*Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Ægypti, in agro Sohan.*
* Exod. 14, 21.	★ Interrupit mare, & perduxit eos: & statuit aquas quasi in vtre.	13	*Rupit mare, & transire fecit eos: & stare fecit aquas veluti acervus.*
	Et deduxit eos in nube diei: & tota nocte in illuminatione ignis.	14	*Et duxit eos in nube per diem: & tota nocte in lumine ignis.*
* Ex. 17, 6. Psal. 104, 41.	★ Interrupit petram in eremo: & adaquauit eos velut in abysso multa.	15	*Scidit petras in deserto, & potum dedit eis in voraginibus magnis.*
	Et eduxit aquam de petra: & deduxit tamquam flumina aquas.	16	*Et eduxit fluenta de petra: & descendere fecit tanquam flumina aquas.*
	Et apposuerunt adhuc peccare ei: in iram excitauerunt Excelsum in inaquoso.	17	*Et addiderunt adhuc vt peccarent ei: vt prouocarent excelsum in solitudine.*
	Et tentauerunt Deum in cordibus suis: vt peterent escas animabus suis.	18	*Et tentauerunt Deum in corde suo: petendo cibum animæ suæ.*
	Et male locuti sunt de Deo: dixerunt: Numquid poterit Deus parare mensam in deserto?	19	*Et locuti sunt contra Deum: dixerunt: Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto?*
	Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt.	20	*Ecce percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt.*
	Numquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo?		*Nunquid etiam panem poterit dare, num parabit carnem populo suo?*
* Nu. 11. 1.	★ Ideo audiuit Dominus, & distulit: & ignis accensus est in Iacob, & ira ascendit in Israel:	21	*Ideo audiuit Dominus, & iratus est: & ignis accensus est in Iahacob, & etiam furor ascendit contra Israel.*
	Quia non crediderunt in Deo, nec sperauerunt in salutari eius:	22	*Quia non crediderunt Deo, nec sperauerunt in salute eius:*
	Et mandauit nubibus desuper, & ianuas cœli aperuit.	23	*Et mandauit cœlis desuper, & ianuas cœlo aperuit.*
* Ex. 16. 4.	★ Et pluit illis manna ad manducandum, & panem cæli dedit eis.	24	*Et pluit super eos Man ad comedendum, & triticum cœleste dedit eis.*
* Nu. 11. 6. Ioan. 6. 31. 1. Cor. 10. 3.	★ Panem angelorum manducauit homo: cibaria misit eis in abundantia.	25	*Panem fortium comedit vir: cibum misit eis ad saturitatem.*
* Nu. 11. 31.	★ Transtulit Austrum de cælo: & induxit in virtute sua Africum.	26	*Proficisci fecit Eurum in cælo: & induxit in fortitudine sua austrum.*
	Et pluit super eos sicut puluerem carnes: & sicut arenam maris volatilia pennata.	27	*Et pluit super eos sicut puluerem carnem: & sicut arenam marium volatile alatum.*
	Et ceciderunt in medio castrorum eorum: circa tabernacula eorum.	28	*Et cadere fecit in medium castrorum eius: circa habitacula eius.*
	Et manducauerunt & saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis: ★ non sunt fraudati à desiderio suo.	29	*Et comederunt, & saturati sunt valde, & desiderium eorum attulit eis: ★ non sunt alienati à desiderio suo.*
Nu. 11. 33.	Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum ★ & ira Dei ascendit super eos:	30	*Adhuc esca eorum in ore eorum. ★ & furor Dei ascendit in eos.*
	Et occidit pingues eorum, & electos Israel impediuit.	31	*Et occidit pingues eorum, & electos Israel incuruauit.*
	In omnibus his peccauerunt adhuc: & non crediderunt in mirabilibus eius.	32	*In omni hoc peccauerunt adhuc: & non crediderunt mirabilibus eius.*
	Et defecerunt in vanitate dies eorum: & anni eorum cum festinatione.	33	*Et consumpsit in vanitate dies eorum: & annos eorum festinanter:*
	Cum occideret eos, quærebant eum: & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum.	34	*Si occidebat eos, quærebant eum: & reuertebantur, & quærebant Deum:*
	Et rememorati sunt quia Deus adiutor est eorũ: & Deus excelsus redemptor eorum est.	35	*Et recordati sunt quia Deus fortitudo eorum est: & Deus excelsus redemptor eorum est.*
	Et dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei.	36	*Et blanditi sunt ei ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei.*
	Cor autem eorum non erat rectum cum eo: nec fideles habiti sunt in testamento eius.	37	*Cor autem eorum non erat rectum cum eo: nec permanserunt in pacto eius.*
	Ipse autem est misericors, & propitius fiet peccatis eorum: & non disperdet eos.	38	*Ipse autem misericors propitiatus est iniquitati: & non disperdet:*
	Et abundauit vt auerteret iram suam: & non accendit omnem iram suam:		*Et multiplicauit, vt auerteret iram suam: & non suscitabit omnem iram suam.*
	Et recordatus est quia caro sunt: spiritus vadẽs, & non rediens.	39	*Et recordatus est quod caro sunt: spiritus vadit, & non reuertitur.*
	Quoties exacerbauerunt eum in deserto, in iram concitauerunt eum in inaquoso?	40	*Quoties exacerbauerunt eum in deserto, irritauerunt eum in solitudine.*
	Et conuersi sunt, & tentauerunt Deum: & sanctũ Israel exacerbauerunt.	41	*Et reuersi sunt, & tentauerunt Deum: & sanctum Israel signauerunt.*

Non Non

Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
Non sunt recordati manus eius, die qua redemit eos de manu tribulantis.	42	*Non sunt recordati manus eius, dies qua redemit eos de angustia.*
Sicut posuit in AEgypto signa sua, & prodigia sua in campo Taneos.	43	*Qui posuit in Ægypto signa sua, & mirabilia sua in regione Soban.*
[Exo.7.20.] * Et conuertit in sanguinem flumina eorum, & imbres eorum ne biberent.	44	*Et conuertit in sanguinem flumina eorum, & fluenta eorum, ne biberent.*
[Exo.8.] * Misit in eos cœnomyiam, & comedit eos: & ranam, & disperdidit eos.	45	*Misit in eis omne genus bestiarum, & comedit eos, & ranam, & disperdidit eos.*
[Exo.10.13.] Et dedit ærugini fructus eorum: & labores eorum locustæ.	46	*Et dedit brucho fructum eorum, & laborem eorum locustæ.*
[Exo.9.23.] Et occidit in grandine vineas eorum: & moros eorum in pruina.	47	*Occidit grandine vites eorum, & sycomoros eorum, locusta & bruchus.*
Et tradidit grandini iumenta eorũ: & possessionem eorum igni.	48	*Et tradidit grandini iumenta eorum, & possessiones eorum carbonibus.*
Misit in eos iram indignationis suæ: indignationem, & iram, & tribulationem: immissiones per Angelos malos.	49	*Misit in eos iram indignationis suæ, iram & furorem, & angustiam: immissionem Angelorum malorum.*
Viam fecit semitæ iræ suæ, non pepercit à morte animabus eorum: & iumenta eorum in morte conclusit.	50	*Ponderauit semitam furori suo, non prohibuit à morte animam eorum, & vitam eorum morti tradidit.*
[Exo.12.29.] Et percussit omne primogenitum in terra AEgypti: primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.	51	*Et percussit omne primogenitum in Ægypto, principium fortitudinum, in tabernaculis Cham.*
Et abstulit sicut oues populum suum: & perduxit eos tamquam gregem in deserto.	52	*Et proficisci fecit sicut pecudes populum suum, & duxit eos sicut gregem in deserto.*
[Exo.14.27.] Et deduxit eos in spe, & non timuerunt: & inimicos eorum operuit mare.	53	*Et duxit eos confidenter, & non timuerunt & inimicos eorum operuit mare.*
Et induxit eos in montem sanctificationis suæ, montem, quem acquisiuit dextera eius.	54	*Et adduxit eos ad terminos sanctitatis suæ, in montem istum, quem acquisiuit dextera eius.*
[Iosu.13.8.] Et eiecit à facie eorum Gentes: & sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis.		*Et eiecit à facie eorum gentes, & cadere fecit eas in portione hæreditatis,*
Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israel.	55	*Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israel.*
Et tentauerunt, & exacerbauerunt Deum excelsum: & testimonia eius non custodierunt.	56	*Et tentauerunt, & exacerbauerunt Deum excelsum, & testimonia eius non custodierunt.*
Et auerterunt se, & non seruauerunt pactum: quemadmodum patres eorum, conuersi sunt in arcum prauum.	57	*Et auerterunt se, & præuaricati sunt: sicut patres eorum versi sunt vt arcus dolosus.*
In iram concitauerunt eum in collibus suis: & in sculptilibus suis ad æmulationem eum prouocauerunt.	58	*Et irritauerunt eum excelsis suis, & sculptilibus suis æmulari fecerunt eum.*
Audiuit Deus, & spreuit: & ad nihilum redegit valde Israel.	59	*Audiuit Deus, & iratus est, & spreuit valde Israel.*
[1.Reg.4. Iere.7.12.] Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum suum, vbi habitauit in hominibus.	60	*Et reliquit tabernaculum Siloh, tentorium quo habitauit inter homines.*
Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum: & pulchritudinem eorum in manus inimici.	61	*Et tradidit in captiuitatem fortitudinem suam, & gloriam suam in manum hostis.*
Et conclusit in gladio populum suum: & hæreditatem suam spreuit.	62	*Et tradidit gladio populum suum, & in hæreditatem suam iratus est.*
Iuuenes eorum comedit ignis: & virgines eorum non sunt lamentatæ.	63	*Iuuenes eius comedit ignis, & virgines eius non fuerunt nuptui traditæ.*
Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt: & viduæ eorum non plorabantur.	64	*Sacerdotes eius gladio ceciderunt, & viduæ eius non fleuerunt.*
Et excitatus est tamquam dormiens Dominus, tamquam potens crapulatus à vino.	65	*Et excitatus est tanquam dormiens Dominus, tanquam potens clamans propter vinum.*
Et percussit inimicos suos in posteriora: opprobrium sempiternum dedit illis.	66	*Et percussit hostes suos retrorsum, opprobrium perpetuum dedit eis.*
Et repulit tabernaculũ Ioseph: & tribus Ephraim non elegit:	67	*Et spreuit tentorium Ioseph, & tribum Ephraim non elegit.*
Sed elegit tribum Iuda, montem Sion quem dilexit.	68	*Elegit autem tribum Iehudah, montem Sijon quem dilexit.*
Et ædificauit sicut vnicornium sanctificium suum in terra, quam fundauit in sæcula.	69	*Et ædificauit sicut* palatia *excelsa sanctuarium suum, sicut terram* quam *fundauit in sæculum.*
Et elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium: de post fœtantes accepit eum,	70	*Et elegit Dauid seruum suum, & tulit eum de caulis pecudum.*
Pascere Iacob seruum suum, & Israel hæreditatem suam:	71	*A sequendo fœtas adduxit eum, vt pasceret Iahacob populum suum, & in Israel hæreditatem suam.*
Et pauit eos in innocentia cordis sui: & in intellectibus manuum suarum deduxit eos.	72	*Et pauit eos in simplicitate cordis sui, & intelligentijs manuum suarum duxit eos.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Psalmus Asaph. LXXVIII.

DEus venerunt Gentes in hæreditatem tuam,
polluerunt templum sanctum tuum: posue-
runt Ierusalem in pomorum custodiam.
Posuerunt morticina seruorum tuorum, escas
volatilibus cœli: carnes sanctorum tuorum bestiis
terræ.
Effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam
in circuitu Ierusalem: & non erat qui sepeliret.
Facti sumus opprobrium vicinis nostris: subsan-
natio & illusio his, qui in circuitu nostro sunt.
Vsquequo Domine irasceris in finem: accende-
tur velut ignis zelus tuus?
*Ier. 10. 25. ★ Effunde iram tuam in Gentes, quæ te non no-
uerunt: & in regna, quæ nomen tuum non inuo-
cauerunt:
Quia comederunt Iacob: & locum eius desola-
uerunt.
*Isa. 64. 9. ★ Ne memineris iniquitatum nostrarum anti-
quarum, cito anticipent nos misericordiæ tuæ:
quia pauperes facti sumus nimis.
Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter glo-
riam nominis tui Domine libera nos: & propitius
esto peccatis nostris, propter nomen tuum:
Ne forte dicant in Gentibus: Vbi est Deus eo-
rum? & innotescat in nationibus coram oculis
nostris
Vltio sanguinis seruorum tuorum, qui effusus
est: ★ introeat in conspectu tuo gemitus compedi-
torum.
Secundum magnitudinem brachij tui, posside
filios mortificatorum.
Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eo-
rum: improperium ipsorum, quod exprobraue-
runt tibi Domine.
Nos autem populus tuus, & oues pascuæ tuæ,
confitebimur tibi in sæculum:
In generationem & generationem annunciabi-
mus laudem tuam.

In finem, Pro iis, qui commutabuntur,
testimonium Asaph, Psalmus.
LXXIX.

QVi regis Israel, intende: qui deducis velut
ouem Ioseph.
Qui sedes super cherubim, manifestare ★ coram
Ephraim, Beniamin, & Manasse.
Excita potentiam tuam, & veni, vt saluos fa-
cias nos.
Deus conuerte nos: & ostende faciem tuam &
salui erimus.
Domine Deus virtutum, quousque irasceris su-
per orationem serui tui?
Cibabis nos pane lachrymarum: & potum dabis
nobis in lachrymis in mensura?
Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris:
& inimici nostri subsannauerunt nos.
Deus virtutum conuerte nos: & ostende faciem
tuam: & salui erimus.
Vineam de AEgypto transtulisti: eiecisti Gentes,
& plantasti eam.
Dux itineris fuisti in conspectu eius: plantasti ra-
dices eius, & impleuit terram.
Operuit montes vmbra eius: & arbusta eius ce-
dros Dei.
Extendit palmites suos vsque ad mare: & vs-
que ad flumen propagines eius.
Vt quid destruxisti maceriam eius: & vindemiant
eam omnes, qui prætergrediuntur viam?

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

1 *Psal. LXXIX.*
Cantus ipsi Asaph.
DEus venerunt gentes in hæreditatem tuam polluerunt
templum sanctitatis tuæ: posuerunt Ierusalaim in
aceruos.
2 *Dederunt cadauera seruorum tuorum escam volatilibus*
cœli, carnem sanctorum tuorum bestiis terræ.
3 *Effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam in cir-*
cuitibus Ierusalaim, & non erat qui sepeliret.
4 *Fuimus probrum vicinis nostris, subsannatio, & derisio*
iis qui erant in circuitibus nostris.
5 *Vsquequo Domine irasceris in sæculum: ardebit velut*
ignis Zelus tuus?
6 *Effunde iram tuam super gentes, quæ non cognouerunt*
te, & super regna quæ nomen tuum non inuocauerunt.
7 *Quia comederunt Iahacob, & habitaculum eius deso-*
lauerunt.
8 *Ne memineris nobis iniquitatum priorum? festina præ-*
ueniant nos misericordiæ tuæ, quia attenuati sumus valde.
9 *Adiuua nos Deus salutis nostræ propter gloriam nominis*
tui, & erue nos, & propitiare peccatis nostris propter no-
men tuum.
10 *Vt quid dicent gentes vbi est Deus eorum, cognoscatur in*
gentibus in oculis nostris,
Vltio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est: ★ in-
11 *troeat coram te clamor vinctorum,*
Secundum magnitudinem brachij tui relinque filios
morti obnoxios.
12 *Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum, pro-*
brum eorum qui probro affecerunt te Domine.
13 *Nos autem populus tuus, & oues pascuæ tuæ confitebimur*
tibi in sæculum,
In generatione, & generationem narrabimus laudem
tuam.

1 *Psalm. LXXX.*
Victori super Sosannim testimonium
ipsi Asaph Cantus.
2 *QVi pascis Israel ausculta: qui ducis tanquam pecudes*
Ioseph,
3 *Qui sedes super Cherubin, illustrare fac: * coram*
Ephraim, & Biniamin, & Menasseh.
Suscita fortitudinem tuam, & veni ad salutem nobis.
4 *Deus conuerte nos, & illustra faciem tuam, & seruabi-*
mur.
5 *Domine Deus exercituum, vsquequo fumabis in oratio-*
ne populi tui?
6 *Comedere fecisti eos panem lachrymæ, & propinare feci-*
sti eis lachrymas in mensura.
7 *Posuisti nos contradictionem vicinis nostris, & inimici*
nostri subsannabunt sibi.
8 *Deus exercituum conuerte nos, & illumina faciem tuam,*
& seruabimur.
9 *Vitem ex Ægypto proficisci fecisti: eiecisti gentes, & plan-*
tasti eam.
10 *Euacuasti ante eam, & radicare fecisti radices eius, &*
impleuit terram.
11 *Operti sunt montes vmbra eius, & rami eius vt cedri*
Altissime.
12 *Misisti summitates eius vsque ad mare, & vsque ad flumen*
propagines eius.
13 *Vt quid dirupisti macerias eius, & collegerunt eam om-*
nes transeuntes per viam.

Vulgat. Editio.

14 Exterminauit eam aper de ſilua: & ſingularis fe-
rus depaſtus eſt eam.
15 Deus virtutum conuertere:reſpice de cælo, & vi-
de,& viſita vineam iſtam.
16 Et perfice eam , quam plantauit dextera tua : &
ſuper filium hominis,quem confirmaſti tibi.
17 Incenſa igni , & ſuffoſſa ab increpatione vultus
tui peribunt.
18 Fiat manus tua ſuper virum dexteræ tuæ: & ſu-
per filium hominis,quem confirmaſti tibi.
19 Et non diſcedimus à te , viuificabis nos : & no-
men tuum inuocabimus.
20 Domine Deus virtutum conuerte nos : & oſten-
de faciem tuam,& ſalui erimus.

In finem,
1 Pro torcularibus, Pſalmus ipſi Aſaph.
LXXX.

2 EXultate Deo adiutori noſtro : iubilate Deo Ia-
cob.
3 Sumite pſalmum,& date tympanum:pſalterium
iucundum cum cithara.
4 Buccinate in Neomenia tuba, in inſigni die ſol-
lemnitatis veſtræ:
5 Quia præceptum in Iſrael eſt : & iudicium Deo
Iacob.
Ge. 41. 29. 6 ★ Teſtimonium in Ioſeph poſuit illud, cum exi-
ret de Terra AEgypti:linguam,quam non nouerat,
audiuit.
7 Diuertit ab oneribus dorſum eius:manus eius in
cophino ſeruierunt.
8 In tribulatione inuocaſti me, & liberaui te:exau-
Exo. 17. diui te in abſcōdito tempeſtatis: ★ probaui te apud
aquam contradictionis.
Exo. 20. 3 9 ★ Audi populus meus, & conteſtabor te : Iſrael ſi
10 audieris me , ★ non erit in te Deus recens , neque
adorabis Deum alienum.
11 Ego enim ſum Dominus Deus tuus,qui eduxi te
de terra AEgypti :dilata os tuum,& implebo illud.
12 Et non audiuit populus meus vocem meam : &
Iſrael non intendit mihi.
Act. 14. 13 Et dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum,
ibunt in adinuentionibus ſuis.
Bar. 3. 23. 14 Si populus meus audiſſet me:Iſrael ſi in viis meis
ambulaſſet.
15 Pro nihilo forſitan inimicos eorum humiliaſſem:
& ſuper tribulantes eos miſiſſem manum meam.
16 Inimici Domini mentiti ſunt ei : & erit tempus
eorum in ſæcula.
17 Et cibauit eos ex adipe frumēti:& de petra, mel
le ſaturauit eos.

1 Pſalmus Aſaph. LXXXI.

DEus ſtetit in ſynagoga deorum : in medio au-
tem Deos dijudicat.
2 Vſquequo iudicatis iniquitatem:& facies pecca-
torum ſumitis?
3 Iudicate egeno,& pupillo: humilem,& pauperem
iuſtificate.
Pro. 24. 11. 4 Eripite pauperem : & egenum de manu peccato-
ris liberate.
5 Neſcierunt,neque intellexerunt,in tenebris am-
bulant:mouebuntur omnia fundamenta terræ.
Io. 10. 34. 6 Ego dixi:Dij eſtis,& filij excelſi omnes.
7 Vos autem ſicut homines moriemini : & ſicut
vnus de principibus cadetis.
8 Surge Deus, iudica terram : quoniam tu hæredi
tabis in omnibus Gentibus.

Tranſl. ex Heb. Sanct. Pagn.

14 *Conſumpſit eam aper ſyluestris, & auis agreſtis depaſta
eſt eam.*
15 *Deus exercituum reuertere obſecro:reſpice è cælo,& vi-
de,& viſita vitem iſtam.*
16 *Et habitationem quam plantauit dextera tua:& ſuper
filium* quem *roboraſti tibi,*
17 *Incenſa igni , ſucciſa , propter increpationem iræ tuæ
peribunt.*
18 *Sit manus tua ſuper virum dexteræ tuæ:& ſuper filium
hominis,quem roboraſti tibi.*
19 *Et non retrocedemus à te, viuificabis nos:& nomen tuum
inuocabimus.*
20 *Domine Deus exercituum conuerte nos::illumina faciem
tuam,& ſeruabimur.*

Pſal. LXXXI.
1 *Victori ſuper Haggithith ipſi Aſaph.*

2 *VOciferate Deo fortitudini noſtræ:iubilate Deo Iaha
cob.*
3 *Sumite pſalmum, & date tympanum:citharam iucun-
dam cum nebel.*
4 *Clangite in calendis tuba in tempore,in die ſolemnitatis
noſtræ.*
5 *Quia ſtatutum Iſraeli eſt:iudicium Deo Iahacob.*
6 *Teſtimonium in Ioſeph poſuit illud,cum exiret ipſe ſuper
terram Ægypti:linguam quam non noueram audiui.*
7 *Subduxi ab onere humerum eius : manus eius ab alieno
tranſierunt.*
8 *In anguſtia inuocaſti, & erui te,exaudiui te in abſcon-
dito tonitrui, probaui te apud aquam contradictionis, Se-
lah.*
9 *Audi populus mi : & teſtificari faciam in te : Iſrael ſi
10 audieris mihi, ★ non erit in te Deus alienus, nec incurua-
bis te Deo extraneo.*
11 *Ego ſum Dominus Deus tuus,qui aſcendere feci te è terra
Ægypti,dilata os tuum, & implebo illud.*
12 *Et non paruit populus meus voci meæ:& Iſrael noluit
mihi obtemperare.*
13 *Et dimiſi eum in fortitudine cordis eorum , iuerunt in
conſilijs ſuis.*
14 *Vtinam populus meus obtemperaſſet mihi:Iſrael in vijs
meis ambulaſſet.*
15 *Breui tempore inimicos eorum humiliaſſem , & contra
hoſtes eorum vertiſſem manum meam.*
16 *Odio habentes Dominum negauerunt eum,& erit tem-
pus eorum in ſeculum.*
17 *Et cibauit eum adipe frumenti : & de petra melle ſatu-
raui te.*

1 *Pſalmus ipſi Aſaph. LXXXII.*

*DEus ſtat in congregatione Dei in medio iudicum iudi-
cabit.*
2 *Vſquequo iudicabitis iniquitatem : & facies impiorum
ſuſcipietis,Selah.*
3 *Iudicate pauperi,& pupillo:pauperem,& egenum iuſti-
ficate.*
4 *Eripite pauperem,& egenum de manu impiorum eruite.*
5 *Neſciuerunt , nec intellexerunt , in tenebris ambulaue-
runt:nutauerunt omnia fundamenta terræ.*
6 *Ego dixi dij eſtis,& filij excelſi omnes vos.*
7 *Vere ſicut homines moriemini : & ſicut vnus è principi
bus cadetis.*
8 *Surge Deus , iudica terram : quoniam tu hereditabis
omnes gentes.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Canticum Pſalmi Aſaph. LXXXII. 1

DEus,quis ſimilis erit tibi ? ne taceas,neque cō- 2
peſcaris Deus:
Quoniam ecce inimici tui ſonuerunt:& qui ode- 3
runt te,extulerunt caput.
Super populum tuum malignauerunt conſilium: 4
& cogitauerunt aduerſus ſanctos tuos.
Dixerunt : Venite , & diſperdamus eos de gente: 5
& non memoretur nomen Iſrael vltra.
Quoniam cogitauerunt vnanimiter: ſimul ad- 6
uerſum te teſtamentum diſpoſuerunt , * taberna- 7
cula Idumæorum & Iſmahelitæ.
Moab , & Agareni,Gebal , & Ammon,& Amalec: 8
alienigenæ cum habitantibus Tyrum.
Etenim Aſſur venit cum illis:facti ſunt in adiu- 9
torium filiis Lot.
*Iud 7.23. Iud.4.15. Fac illis ſicut Madian , * & Siſaræ : ſicut Iabin 10
in torrente Ciſſon.
Diſperierunt in Endor : facti ſunt vt ſtercus ter- 11
ræ.
Iud.7.25. * Pone principes eorum ſicut Oreb , & Zeb , & 12
Zebee,& Salmana:
Omnes principes eorum : * qui dixerunt:Hære- 13
ditate poſſideamus Sanctuarium Dei.
Deus meus pone illos vt rotam:& ſicut ſtipulam 14
ante faciem venti.
Sicut ignis , qui comburit ſiluam:& ſicut flam- 15
ma comburens montes:
Ita perſequeris illos in tempeſtate tua : & in ira 16
tua turbabis eos.
Imple facies eorum ignominia : & quærent no- 17
men tuum , Domine.
Erubeſcant, & conturbentur in ſæculum ſæculi: 18
& confundantur,& pereant.
Et cognoſcant quia nomen tibi Dominus:tu ſo- 19
lus Altiſſimus in omni terra.

In finem,
Pro torcularibus filiis Core,Pſalmus. 1
LXXXIII.

QVam dilecta tabernacula tua Domine virtu- 2
tum : * concupiſcit , & deficit anima mea in 3
atria Domini.
Cor meum , & caro mea exultauerunt in Deum
viuum.
Etenim paſſer inuenit ſibi domum : & turtur ni- 4
dum ſibi,vt ponat pullos ſuos.
Altaria tua Domine virtutum:rex meus, & Deus
meus.
Beati, qui habitant in domo tua Domine : in ſæ- 5
cula ſæculorum laudabunt te.
Beatus vir , cuius eſt auxilium abs te:aſcenſiones 6
in corde ſuo diſpoſuit , * in valle lacrymarum in 7
loco,quem poſuit.
Etenim benedictionem dabit legiſlator, ibunt 8
de virtute in virtutem : videbitur Deus deorum in
Sion.
Domine Deus virtutum exaudi orationem 9
meam : auribus percipe Deus Iacob.
Protector noſter aſpice Deus: & reſpice in faciem 10
Chriſti tui:
Quia melior eſt dies vna in atriis tuis ſuper mil- 11
lia.
Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei : magis
quam habitare in tabernaculis peccatorum.
Quia miſericordiam , & veritatem diligit Deus: 12
gratiam,& gloriam dabit Dominus.

Non

Tranſl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Pſalm. LXXXIII.
Canticum Cantus ipſi Aſaph.

DEus ne taceas tibi,ne ſileas,ne quieſcas Deus.
Quoniam ecce inimici tui ſonuerunt : & odio habentes
te extulerunt caput.
Super populum tuum callide egerunt conſilium:& con-
ſiliati ſunt ſuper abſconditos tuos.
Dixerunt : Venite, & ſuccidamus eos de gente : & non
memoretur nomen Iſrael vltra.
Quoniam conſiliati ſunt corde pariter : contra te fœdus
*pepigerunt, * tabernacula Edom,& Iſmahelim:*
Moab,& Hagharim, Ghebal & Hammon,& Hama-*
lec:Peleſeth cum habitatoribus Sor.
Etiam Aſſur copulatus eſt eis : fuerunt brachium filijs
Loth,Selah.
Fac illis ſicut Madian , ſicut Siſera : ſicut Iabin in tor-
rente Chiſon.
Diſperierunt in Hendor : fuerunt,vt ſtercus terræ.
Pone eos duces eorum,ſicut Horeb,& ſicut Zeeb,& ſicut
Zebach,& ſicut Salmunnah.
*Omnes principes eorum : * qui dixerunt poſſideamus*
nobis habitacula Dei.
Deus mi pone eos ſicut rotam : ſicut ſtipulam coram
vento.
Sicut ignis,qui ardet in ſylua:& ſicut flamma quæ com-
burit montes:
Ita perſequeris eos in tempeſtate tua:& turbine tuo ter-
rebis eos.
Imple facies eorum ignominia:& quærent nomen tuum,
Domine.
Pudore afficiantur, & terreantur in ſæculum ſæculi, &
erubeſcant, & pereant.
Et cognoſcant quod tu es qui es *nomen tuum Domine:*
ſolus tu:& Altiſſimus ſuper omnem terram.

Pſalm. LXXXIV.
Victori ſuper Haghithith filijs Corach cantus.

QVam dilecta tabernacula tua Domine exercituum:
** concupiuit , & etiam deſiderauit anima mea atria*
Domini.
Cor meum, & caro mea,laudabunt Deum viuum.
Etiam paſſer inuenit domum : & hirundo nidum ſibi in
quo poneret pullos ſuos.
Altaria tua Domine exercituum rex mi & Deus mi.
Beati habitatores domus tuæ:in ſæculum laudabunt te,
Selah.
Beatus homo cui eſt fortitudo in te:viæ in corde eorum,
** tranſeuntes per vallem Habbachah, fontem ponent eam,*
Etiam piſcinas operiet pluuia,ibunt de exercitu ad exer-
citum:videbitur Deus Deorum in Sijon.
Domine Deus exercituum exaudi orationem meam:
auſculta Deus Iahacob, Selah.
Clypeum vide Deus:& aſpice faciem Chriſti tui.
Quia melior eſt dies in atrijs tuis quam mille.
Elegi eſſe in limine in domo Dei mei:magis quam habi-
tare in tabernaculis impietatis.
Quia ſol,& ſcutum Dominus Deus : gratiam, & glo-
riam dabit Dominus.

Non

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

13 Non priuabit bonis eos, qui ambulant in inno-
centia: Domine virtutum, beatus homo, qui sperat
in te.

In finem, filiis Core, Psalmus. LXXXIV.

1 (title)
2 BEnedixisti Domine terram tuam: auertisti ca-
ptiuitatem Iacob.
3 Remisisti iniquitatem plebis tuæ: operuisti om-
nia peccata eorum.
4 Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira in-
dignationis tuæ.
5 Conuerte nos Deus salutaris noster: & auerte
iram tuam à nobis.
6 Numquid in æternum irasceris nobis? aut ex-
tendes iram tuam à generatione in generationem?
7 Deus tu conuersus viuificabis nos: & plebs tua
lætabitur in te.
8 Ostende nobis Domine misericordiam tuam: &
salutare tuum da nobis.
9 Audiam quid loquatur in me Dominus Deus:
quoniam loquetur pacem in plebem suam.
Et super sanctos suos: & in eos, qui conuertuntur
ad cor.
10 Verumtamen prope timentes eum salutare ip-
sius: vt inhabitet gloria in terra nostra.
11 Misericordia, & veritas obuiauerunt sibi: iustitia,
& pax osculatæ sunt.
12 Veritas de terra orta est: & iustitia de cælo pro-
spexit.
13 Etenim Dominus dabit benignitatem: & terra
nostra dabit fructum suum.
14 Iustitia ante eum ambulabit: & ponet in via gres-
sus suos.

Oratio ipsi Dauid. LXXXV.

1 INclina Domine aurem tuam, & exaudi me: quo-
niam inops, & pauper sum ego.
2 Custodi animam meam, quoniam sanctus sum:
saluum fac seruum tuum, Deus meus, sperantem
in te.
3 Miserere mei Domine, quoniam ad te clamaui
4 tota die: * lætifica animam serui tui, quoniam ad
te Domine animam meam leuaui.
5 * Quoniam tu Domine suauis, & mitis: & multæ
misericordiæ omnibus inuocantibus te.

*Eccl. 2. 13.

6 Auribus percipe Domine orationem meam: &
intende voci deprecationis meæ.
7 In die tribulationis meæ clamaui ad te: quia
exaudisti me,
8 Non est similis tui in diis Domine: & non est se-
cundum opera tua.
9 Omnes gentes quascumque fecisti, venient, &
adorabunt coram te Domine: & glorificabunt no-
men tuum.
10 Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu
es Deus solus.
11 Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in
veritate tua: lætetur cor meum vt timeat nomen
tuum.
12 Confitebor tibi Domine Deus meus in toto cor-
de meo, & glorificabo nomen tuum in æternum:
13 Quia misericordia tua magna est super me: &
eruisti animam meam ex inferno inferiori.
14 Deus, iniqui insurrexerunt super me, & synago-
ga potentium quæsierunt animam meam: & non
proposuerunt te in conspectu suo.
15 Et tu Domine Deus miserator & misericors, pa-
tiens, & multæ misericordiæ, & verax,

Re-

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

*Non prohibebit bonum ambulantibus perfecte: Domine
exercituum, beatus homo qui sperat in te.*

Psalm. LXXXV.
Victori filijs Corach canticum.

*COmplacuisti Domine terræ tuæ: reduxisti captiuitatem
Iahacob.*
*Remisisti iniquitatem populi tui: operuisti omne pecca-
tum eorum, Selah.*
Abstulisti omnem iram tuam: reduxisti furorem tuum.

*Conuerte nos Deus salutis nostræ: & cessare fac iram
tuam contra nos.*
*Numquid in sæculum irasceris contra nos: extendes iram
tuam in generationem, & generationem.*
*Nonne tu conuerteris, viuificabis nos: & populus tuus
letabitur in te?*
*Ostende nobis Domine misericordiam tuam: & salutem
tuam da nobis.*
*Audiam quid loquetur Deus Dominus: quoniam loque-
tur pacem ad populum suum.*
*Et ad misericordes suos: & non conuertentur ad stulti-
tiam.*
*Vere prope est timentibus eum salus eius: vt habitet glo-
ria in terra nostra.*
*Misericordia, & veritas obuiauerunt sibi: iustitia &
pax osculatæ sunt.*
Veritas è terra orietur: & iustitia è cælo prospexit.

*Etiam Dominus dabit bonum: & terra nostra dabit
fructum suum.*
Iustitia ante eum ambulabit: & ponet in via pedes suos.

Psalm. LXXXVI. Oratio ipsi Dauid.

*INclina Domine aurem tuam, exaudi me: quoniam pau-
per & egenus sum.*
*Custodi animam meam quoniam misericors sum: serua
seruum tuum, tu Deus mi, sperantem in te.*

*Miserere mei Domine, quoniam ad te clamabo omni die:
* Lætifica animam serui tui, quoniam ad te Domine ani-
mam meam leuaui.*
*Quoniam tu Domine bonus, & propiciabilis: & multus
misericordia omnibus inuocantibus te.*
*Ausculta Domine orationem meam: & intende voci de-
precationum mearum.*
In die angustiæ meæ inuocabo te: quia exaudies me.

*Non est sicut tu inter Deos Domine: nec est secundum
opera tua.*
*Omnes gentes quas fecisti venient, & genu flectent coram
te, & glorificabunt nomen tuum.*

*Quoniam magnus es tu, & facies mirabilia: tu es Deus
solus.*
*Doce me Domine viam tuam, ambulabo in veritate tua:
vni cor meum, vt timeat nomen tuum.*

*Confitebor tibi Domine Deus mi toto corde meo, & glo-
rificabo nomen tuum in sæculum.*
*Nam misericordia tua magna est super me, & eruisti
animam meam, ex inferno inferiori.*
*Deus superbi surrexerunt aduersum me, & congregatio
fortium quæsierunt animam meam: & non posuerunt te
coram se.*
*Et tu Domine Deus misericors, & clemens, longus iræ,
& multus misericordia, & veritate.*

Re-

Vulgat. Editio.

Respice in me,& miserere mei,da imperiũ tuum 16
puero tuo:& saluum fac filium ancillæ tuæ.
Fac mecum signum in bonum , vt videant qui 17
oderunt me,& confundantur:quoniam tu Domine
adiuuisti me,& consolatus es me.

Filiis Core Psalmus Cantici. 1
LXXXVI.

FVndamenta eius in montibus sanctis: ⋆ diligit 2
Dominus portas Sion super omnia tabernacula
Iacob.
Gloriosa dicta sunt de te,ciuitas Dei. 3
Memor ero Rahab,& Babilonis scientium me. 4

Ecce alienigenæ,& Tyrus,& populus Aethiopum,
hi fuerunt illic.
Nunquid Sion dicet : Homo , & homo natus est 5
in ea:& ipse fundauit eam Altissimus?
Dominus narrabit in scripturis populorum : & 6
principum:horum,qui fuerunt in ea.
Sicut lætantium omnium habitatio est in te. 7

Canticum Psalmi,
Filiis Core,in finem,pro Maheleth ad 1
respondendum,intellectus Eman
Ezrahitæ. LXXXVII.

DOmine Deus salutis meæ : in die clamaui , & 2
nocte coram te.
Intret in conspectu tuo oratio mea:inclina aurem 3
tuam ad precem meam:
Quia repleta est malis anima mea : & vita mea 4
inferno appropinquauit.
AEstimatus sum cum descendentibus in lacum: 5
factus sum sicut homo sine adiutorio, ⋆ inter mor- 6
tuos liber,
Sicut vulnerati dormientes in sepulchris , quo-
rum non es memor amplius : & ipsi de manu tua
repulsi sunt.
Posuerunt me in lacu inferiori:in tenebrosis , & 7
in vmbra mortis.
Super me confirmatus est furor tuus : & omnes 8
fluctus tuos induxisti super me.
Longe fecisti notos meos à me : posuerunt me 9
abominationem sibi.
Traditus sum , & non egrediebar : ⋆ oculi mei 10
languerunt præ inopia.
Clamaui ad te Domine tota die : expandi ad te
manus meas.
Nunquid mortuis facies mirabilia : aut medici 11
suscitabunt,& confitebuntur tibi?
Nunquid narrabit aliquis in sepulchro miseri- 12
cordiam tuam,& veritatem tuam in perditione?
Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia 13
tua:& iustitia tua in terra obliuionis?
Et ego ad te Domine clamaui : & mane oratio 14
mea præueniet te.
Vt quid Domine repellis orationem meam:auer- 15
tis faciem tuam à me?
Pauper sum ego , & in laboribus à iuuentute 16
mea : exaltatus autem , humiliatus sum & con-
turbatus.
In me transierunt iræ tuæ : & terrores tui con- 17
turbauerunt me.
Circumdederunt me sicut aqua tota die:circum- 18
dederunt me simul.
Elongasti à me amicum , & proximum : & notos 19
meos à miseria.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Respice ad me, & miserere mei , da fortitudinem tuam seruo tuo:& serua filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonitate, vt videant odio habentes me,& pudore afficiantur:quoniam tu Domine adiuuisti me,& consolatus es me.

Psalm. LXXXVII.
Filijs Corach canticũ Cantici.

FVndamenta eius in montibus sanctis : ⋆ diligit Dominus portas Sijon super omnia habitacula Iahacob.

Gloriosa dicuntur de te ciuitas Dei , Selah.
Memorare faciam Ægyptum,& Babel scientibus me.

Ecce Pelestina, & Tyrus, cum Æthiopia : iste natus est ibi.
Et propter Sijon dicetur vir : & vir natus est in ea : & ipse fundauit eam Altissimus?
Dominus numerabit, quando scribet populos : iste natus est ibi,Selah.
Et cantore: sicut tibicines,omnes fontes mei in te.

Psalm. LXXXVIII.
Canticum cantus filijs Corach. Victori super
Machalath ad canendum intellectus ipsi
Heman Ezrachitæ.

DOmine Deus salutis meæ : in die clamaui,in nocte coram te.
Intret coram te oratio mea:inclina aurem tuam ad clamorem meum.
Quia saturata est malis anima mea : & vita mea ad sepulchrum peruenit.
Reputaui me cum descendentibus in sepulchrum : fui sicut vir,cui non est fortitudo. ⋆ inter mortuos liber.

Sicut vulnerati dormientes in sepulchro , quorum non recordatus es amplius:& ipsi à manu tua abscisi sunt.

Posuisti me in lacu inferiori:in tenebris,in profundis.

Mihi appropinquauit ira tua : & cunctis fluctibus tuis afflixisti,Selah.
Elongare fecisti notos meos à me : posuisti me abominationes eis.
Clausus sum & non egrediar : ⋆ oculus meus doluit propter afflictionem meam.
Inuocaui te Domine omni die:expandi ad te manus meas.

Nunquid mortuis facies mirabile: num mortui resurgent, confitebuntur tibi,Selah?
Nunquid narrabitur in sepulchro misericordia tua, veritas tua perditione?
Nunquid cognoscetur in tenebris mirabile tuum:& iustitia tua in terra obliuionis?
Et ego ad te Domine clamaui:& mane oratio mea præueniet te.
Vt quid Domine elongabis animam meam : abscondes faciem tuam à me?
Pauper sum ego, & deficiens ab adolescentia:portaui timores tuos,timebo.

Super me transierunt ira tua : terrores tui succiderunt me.
Circumdederunt me sicut aqua:tota die circumdederunt me pariter.
Elongasti à me amantem,& amicum : notos meos in tenebris.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Intellectus Ethan Ezrahitæ.
LXXXVIII.

MIsericordias Domini in æternum cantabo.
In generationem & generationem annuncia-
bo veritatem tuam in ore meo.
Quoniam dixisti: In æternum misericordia ædi-
ficabitur in cœlis: præparabitur veritas tua in eis.
*2.Re.7 12. Disposui testamentum electis meis, * iuraui Da-
uid seruo meo: * vsque in æternum præparabo se-
men tuum.
Et ædificabo in generationem, & generationem
sedem tuam.
Confitebuntur cœli mirabilia tua Domine: ete-
nim veritatem tuam in ecclesia sanctorum.
Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino:
similis erit Deo in filiis Dei?
Deus, qui glorificatur in consilio sanctorum: mag-
nus & terribilis super omnes qui in circuitu eius
sunt.
Domine Deus virtutum quis similis tibi? potens
es Domine, & veritas tua in circuitu tuo.
Tu dominaris potestati maris: motum autem
fluctuum eius tu mitigas.
Tu humiliasti sicut vulneratum, superbum: in
brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.
*Gen.1.a * Tui sunt cœli, & tua est terra, orbem terræ &
plenitudinem eius tu fundasti: * Aquilonem, &
mare tu creasti.
Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt:
* tuum brachium cum potentia.
Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua:
* iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ.
Misericordia & veritas præcedent faciem tuam:
* beatus populus, qui scit iubilationem.
Domine, in lumine vultus tui ambulabunt, * &
in nomine tuo exultabunt tota die: & in iustitia
tua exaltabuntur.
Quoniam gloria virtutis eorum tu es: & in be-
neplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.
Quia Domini est assumptio nostra: & sancti Is-
rael regis nostri.
Tunc locutus es in visione sanctis tuis, & dixisti:
Posui adiutorium in potente: & exaltaui electum
de plebe mea.
*1.Re. 16.1.13. Act.13. 22. * Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo
vnxi eum.
Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium
meum confortabit eum.
Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquita-
tis non apponet nocere ei.
Et concidã à facie ipsius inimicos eius: & odien-
tes eum in fugam conuertam.
Et veritas mea, & misericordia mea cum ipso: &
in nomine meo exaltabitur cornu eius.
Et ponam in mari manum eius: & in flumini-
bus dexteram eius.
Ipse inuocabit me: Pater meus es tu: Deus meus,
& susceptor salutis meæ:
Et ego primogenitum ponam illum excelsum
præ regibus terræ.
In æternum seruabo illi misericordiam meam: &
testamentum meum fidele ipsi.
Et ponam in sæculum sæculi semen eius: &
thronum eius sicut dies cœli.
Si autem dereliquerint filij eius legem meam: &
in iudiciis meis non ambulauerint:
Si iustitias meas profanauerint: & mandata mea
non custodierint:

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Psal. LXXXIX.
1 *Intellectus ipsi Ethan Ezrachitæ.*

2 *MIsericordias Domini in sæculum cantabo,*
In generatione, & generatione scire faciam veri-
tatem tuam in ore meo.
3 *Quoniam dixi in sæculum misericordia ædificabitur, in*
cœlis firmabis veritatem tuam in eis.
4 *Percussi fœdus cum electo meo, iuraui Dauid seruo meo:*
5 ** vsque in sæculum stabiliam semen tuum,*
Et ædificabo in generatione, & generatione thronum
tuum, Selah.
6 *Et confitebuntur cœli mirabile tuum Domine: etiam*
veritatem tuam in ecclesia sanctorum.
7 *Quoniam quis in cælo æquabitur Domino: assimilabitur*
Domino in filijs deorum?
8 *Deus terribilis in secreto sanctorum multo: & terribilis*
super omnes qui sunt in circuitibus eius.
9 *Domine Deus exercituum, quis sicut tu fortis Domine,*
& veritas tua in circuitibus tuis.
10 *Tu dominaris elationi maris, cum eleuauerint se fluctus*
eius, tu compesces eos,
11 *Tu confregisti tanquam vulneratum Ægyptum: in bra-*
chio fortitudinis tuæ dispersisti inimicos tuos.
12 *Tui sunt cœli, etiam tua est terra, orbem & plenitudi-*
13 *nem eius tu fundasti: * Aquilonem, & meridiem tu crea-*
sti,
*Tabor, & Chermon, in nomine tuo laudabunt: * tibi est*
14 *brachium cum fortitudine,*
*Roboretur manus tua, exaltetur dextera tua: * iustitia,*
15 *& iudicium habitaculum solij tui,*
*Misericordia, & veritas præcedent faciem tuam: * bea-*
16 *tus populus qui scit iubilationem,*
17 *Domine in lumine vultus tui ambulabunt: * in nomine*
tuo exultabunt omni die, & in iustitia tua exultabunt se.
18 *Quoniam gloria fortitudinis eorum es, & in volunta-*
te tua exaltabis cornua nostra.
19 *Quia Domino est clypeus noster, & sancto Israeli rex*
noster.
20 *Tunc locutus es in visione misericordi tuo, & dixisti,*
posui adiutorium super potentem, exaltaui electum de po-
pulo.
21 *Inueni Dauid seruum meum, oleo sanctitatis meæ vnxi*
eum.
22 *Cum quo manus mea firma erit cum eo, etiam brachium*
meum roborabit eum.
23 *Non exiget inimicus ab eo, & filius iniquitatis non affli-*
get eum.
24 *Et concidam à facie eius hostes eius: & odio habentes*
eum percutiam.
25 *Et veritas mea, & misericordia mea cum ipso, & in no-*
mine meo exaltabitur cornu eius.
26 *Et ponam in mari manum eius: & in fluminibus dexte-*
ram eius.
27 *Ipse inuocabit me, Pater meus es: & Deus meus & for-*
titudo salutis meæ.
28 *Etiam ego primogenitum ponam eum: excelsum præ re-*
gibus terræ.
29 *In sæculum custodiam ei misericordiam meam, & pa-*
ctum meum fidele erit ipsi.
30 *Et ponam in sæculum semen eius: & thronum eius sicut*
dies cœli.
31 *Si dereliquerint filij eius legem meam: & in iudicijs meis*
non ambulauerint.
32 *Si statuta mea prophanauerint, & præcepta mea non*
custodierint.

Digitized by Google

	Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
	Visitabo in virga iniquitates eorum: & in verberibus peccata eorum.	33	*Et visitabo in virga præuaricationem eorum: & in plagis iniquitatem eorum.*
	Misericordiam autem meam non dispergam ab eo; neque nocebo in veritate mea;	34	*Misericordiam autem meam non auferam ab eo, neque faciam mendacium in veritate mea:*
	Neque profanabo testamentum meum; & quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita.	35	*Non profanabo pactum meum: & egressum labiorum meorum non mutabo.*
	Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar; ★ semen eius in æternum manebit.	36	*Semel iuraui per sanctitatem meam, si Dauidi mentiar: * semen eius in sæculum erit.*
2.Reg.5.16.	Et thronus eius sicut Sol in conspectu meo, ★ & sicut Luna perfecta in æternum; & testis in cælo fidelis.	37 38	*Et thronus eius sicut Sol coram me, * sicut Luna stabilietur in sæculum: & testis in cælo fidelis, Selah.*
	Tu vero repulisti & despexisti; distulisti Christũ tuum.	39	*Tu vero elongasti, & spreuisti: iratus es cum Christo tuo.*
	Euertisti testamentum serui tui; profanasti in terra Sanctuarium eius.	40	*Abiecisti pactum serui tui: prophanasti in terra diadema eius.*
	Destruxisti omnes sepes eius; posuisti firmamentum eius formidinem.	41	*Destruxisti omnes macerias eius: posuisti munitiones eius contritionem.*
	Diripuerunt eum omnes transeuntes viam; factus est opprobrium vicinis suis.	42	*Diripuerunt eum omnes transeuntes per viam, fuit opprobrium vicinis suis.*
	Exaltasti dexteram deprimentium eum; lætificasti omnes inimicos eius.	43	*Exaltasti dexteram hostium eius: lætificasti omnes inimicos eius.*
	Auertisti adiutorium gladij eius: & non es auxiliatus ei in bello.	44	*Etiam auertisti aciem gladij eius: & non subleuasti eum in prælio.*
	Destrnxisti eum ab emundatione: & sedem eius in terram collisisti.	45	*Cessare fecisti munditiam eius: & solium eius in terram cadere fecisti.*
	Minorasti dies temporis eius: perfudisti eum confusione.	46	*Abbreuiasti dies adolescentiæ eius: operuisti eum pudore, Selah.*
	Vsquequo Domine auertis in finem: exardescet sicut ignis ira tua.	47	*Vsquequo Domine abscondes te in sæculum: exardescet sicut ignis ira tua?*
	Memorare quæ mea substantia: numquid enim vane constituisti omnes filios hominum?	48	*Memento quid sum, quid tempus: vt quid frustra creasti omnes filios hominum?*
	Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem: eruet animam suam de manu inferi?	49	*Quis vir viuet, & non videbit mortem: eruet animam suam de manu inferi? Selah.*
2.Reg.7.11.	Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine, ★ sicut iurasti Dauid in veritate tua?	50	*Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine, quas iurasti Dauidi in veritate tua?*
	Memor esto Domine opprobrij seruorum tuorum (quod continui in sinu meo) multarum gentium.	51	*Recordare Domine opprobrij seruorum tuorum, quod portauerim in sinu meo omnes multos populos.*
	Quod exprobrauerunt inimici tui Domine, quod exprobrauerunt commutationem Christi tui.	52	*Quia probris affecerunt inimici tui Domine, quia probris affecerunt vestigia Christi tui,*
	Benedictus Dominus in æternum: fiat, fiat.	53	*Benedictus Dominus in sæculum, Amen, & Amen.*
	Oratio Moysi hominis Dei. LXXXIX.	1	*Psalm. XC. Oratio [illegible] Moseh viri Dei.*
	Domine, refugium factus es nobis: à generatione in generationem.		*Domine habitaculum tu fuisti nobis in generatione, & generatione.*
	Priusquam montes fierent, aut formaretur terra, & orbis: à sæculo & vsque in sæculum tu es Deus.	2	*Priusquam montes nascerentur, & formares terram, & orbem, & à sæculo, & vsq; in sæculum tu es Deus.*
	Ne auertas hominem in humilitatem: & dixisti: Conuertimini filij hominum.	3	*Conuertis hominem vsq; ad contritionem: & dicis conuertimini filij hominum.*
	Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna, quæ præteriit,	4	*Quoniam mille anni in oculis tuis, sicut dies hesterna, cum transierit.*
	Et custodia in nocte, ★ quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.	5	*Et custodia in nocte, * Inundasti eos, vt somnus erunt.*
	Mane sicut herba transeat, mane floreat, & transeat: vespere decidat, induret, & arescat.	6	*Mane sicut herba transibit, mane florebit, & transibit: vesperi excidetur, & siccabitur.*
	Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus.	7	*Quia consumpti sumus in furore tuo, & in ira tua territi sumus.*
	Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo: sæculum nostrum in illuminatione vultus tui.	8	*Posuisti iniquitates nostras coram te: errores nostros ad luminare vultus tui.*
	Quoniam omnes dies nostri defecerunt: & in ira tua defecimus.	9	*Quoniam omnes dies nostri declinauerunt propter iram tuam.*
Eccl.18.8.	Anni nostri sicut aranea meditabuntur: ★ dies annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni.	10	*Consumpsimus annos nostros tanquam sermonem: ★ dies annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni.*
	Si autem in potentatibus octoginta anni: & amplius eorum, labor & dolor.		*Et si in fortitudinibus octoginta anni: & fortitudo eorum peruersitas, & iniquitas.*
	Quoniam superuenit mansuetudo: & corripiemur.		*Quoniam recessit cito, & auolauimus.*

Vulgat. Editio.

11 Quis nouit potestatem iræ tuæ: & præ timore
12 tuo iram tuam ⋆ dinumerare?
Dexteram tuam sic notam fac: & eruditos corde in sapientia.
13 Conuertere Domine vsquequo? & deprecabilis
esto super seruos tuos.
14 Repleti sumus mane misericordia tua: & exultauimus, & delectati sumus omnibus diebus nostris.
15 Lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti:
annis, quibus vidimus mala.
16 Respice in seruos tuos, & in opera tua: & dirige
filios eorum.
17 Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, &
opera manuum nostrarum dirige super nos: &
opus manuum nostrarum dirige.

Laus Cantici Dauid. XC.

1 QVi habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur.
2 Dicet Domino: Susceptor meus es tu, & refugium meum: Deus meus sperabo in eum.
3 Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aspero.
4 Scapulis suis obumbrabit tibi: & sub pennis eius sperabis.
5 Scuto circumdabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno,
6 A sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris: ab incursu, & dæmonio meridiano.
7 Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.
8 Verumtamen oculis tuis considerabis: & retributionem peccatorum videbis.
9 Quoniam tu es Domine spes mea: Altissimum posuisti refugium tuum.
10 Non accedet ad te malum: & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.
11 ⋆ Quoniam angelis suis mandauit de te: vt custodiant te in omnibus viis tuis. (* Mat. 4. Luc. 4. 10.)
12 In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.
13 Super aspidem, & basiliscum ambulabis: & conculcabis leonem & draconem.
14 Quoniam in me sperauit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.
15 Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum & glorificabo eum.
16 Longitudine dierum replebo eum: & ostendam illi salutare meum.

1 Psalmus Cantici, In die sabbati. XCI.

2 BOnum est confiteri Domino: & psallere nomini tuo Altissime.
3 Ad annunciandum mane misericordiam tuam: & veritatem tuam per noctem.
4 In decachordo, psalterio: cum cantico, in cithara.
5 Quia delectasti me Domine in factura tua: & in operibus manuum tuarum exultabo.
6 Quam magnificata sunt opera tua Domine! nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ:
7 Vir insipiens non cognoscet: & stultus non intelliget hæc.
8 Cum exorti fuerint peccatores sicut fœnum: & apparuerint omnes, qui operantur iniquitatem:
9 Vt intereant in sæculum sæculi: ⋆ tu autem Altissimus in æternum Domine.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

11 *Quis cognoscit fortitudinem iræ tuæ: & sicut timor*
12 *tuus, ira tua * vt numeremus.*
Dies nostros, sic videre fac: & adducemus in cor sapientiam.
13 *Conuertere Domine vsquequo? & consolare super seruos tuos.*
14 *Satura nos mane misericordia tua: & laudabimus, & lætabimur omnibus diebus nostris.*
15 *Lætifica nos iuxta dies, quibus afflixisti nos, annos quibus vidimus malum.*
16 *Conspiciatur in seruis tuis opus tuum, & gloria tua in filijs eorum.*
17 *Et sit decor Domini Dei nostri super nos, & opus manuum nostrarum fac stabile super nos: & opus manuum nostrarum confirma.*

Psalm. XCI.

1 *QVi habitat in abscondito Altissimi, in vmbra Omnipotentis commorabitur.*
2 *Dicam Domino spes mea, & arx mea: Deus meus sperabo in eo.*
3 *Quoniam ipse liberabit te de laqueo venatoris, à lue corruptionum.*
4 *Alis suis obumbrabit tibi: & sub alis eius sperabis.*
5 *Scutum, & clypeus veritas eius: * non timebis à timore noctis:*
6 *A sagitta quæ volauerit per diem: à morte, in caligine ambulabit: à morsu qui vastat meridie.*
7 *Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextera tua: tibi non appropinquabit.*
8 *Verumtamen oculis tuis aspicies, & retributionem impiorum videbis.*
9 *Quoniam tu es Domine spes mea: Excelsum posuisti habitaculum tuum.*
10 *Non occurret tibi malum: & plaga non appropinquabit tabernaculo tuo.*
11 *Quoniam angelis suis mandabit tibi: vt custodiant te in omnibus vijs tuis.*
12 *In manibus portabunt te: ne forte impingas ad lapidem pes tuus.*
13 *Super leonem & basiliscum calcabis: conculcabis catulum leonis, & draconem.*
14 *Quoniam me peramauit, eruam eum: exultabo eum, quoniam cognouit nomen meum.*
15 *Inuocauit me, & exaudiam eum: cum ipso sum in angustia: eruam eum, & glorificabo eum.*
16 *Longitudine dierum saturabo eum, & videre faciam eum salutem meam.*

1 *Psalm. XCII. Cantus cantici in die sabbati.*

2 *BOnum est confiteri Domino: & psallere nomini tuo Altissime.*
3 *Ad annunciandum mane misericordiam tuam: & veritatem tuam in noctibus.*
4 *Super dechacordo, & super Nebel: super Higgaion cum cithara.*
5 *Quia lætificasti me Domine in operibus tuis: in operibus manuum tuarum laudabo.*
6 *Quam magnificata sunt opera tua Domine, valde profundæ sunt cogitationes tuæ.*
7 *Vir insipiens non cognoscet: & stultus non intelliget istud.*
8 *Cum floruerint impij sicut herba: & germinauerint omnes operarij iniquitatis.*
9 *Vt dissipentur ipsi vsque in sæculum: * tu autem excelsus in sæculum Domine.*

Vulgat. Editio.

Quoniam ecce inimici tui Domine, quoniam ec- 10
ce inimici tui peribunt: & dispergentur omnes, qui
operantur iniquitatem.
Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meum, & 11
senectus mea in misericordia vberi.
Et despexit oculus meus inimicos meos: & in 12
insurgentibus in me malignantibus audiet auris
mea.
Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus Libani 13
multiplicabitur.
Plantati in domo Domini, in atriis domus Dei 14
nostri florebunt.
Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi: & be- 15
ne patientes erunt, * vt annuncient: 16
Quoniam rectus Dominus Deus noster: & non
est iniquitas in eo.

Laus Cantici ipsi Dauid in die ante sabbatum, quando fundata est terra. XCII.

DOminus regnauit, decorem indutus est: indu- 1
tus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.
Etenim firmauit orbem terræ, qui non commo-
uebitur.
Parata sedes tua ex tunc: à sæculo tu es. 2
Eleuauerunt flumina Domine: eleuauerunt flu- 3
mina vocem suam.
Eleuauerunt flumina fluctus suos, * à vocibus 4
aquarum multarum.
Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Do-
minus.
Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: do- 5
mum tuam decet sanctitudo Domine in longitu-
dinem dierum.

Psalmus ipsi Dauid, Quarta sabbati. XCIII.

DEus vltionum Dominus: Deus vltionum libe- 1
re egit.
Exaltare qui iudicas terram: redde retributio- 2
nem superbis.
Vsquequo peccatores Domine: vsquequo pec- 3
catores gloriabuntur:
Effabuntur, & loquentur iniquitatem: loquentur 4
omnes, qui operantur iniustitiam?
Populum tuum Domine humiliauerunt; & hæ- 5
reditatem tuam vexauerunt.
Viduam, & aduenam interfecerunt: & pupillos 6
occiderunt.
Et dixerunt: Non videbit Dominus, nec intel- 7
liget Deus Iacob.
Intelligite insipientes in populo: & stulti aliquan- 8
do sapite.
Qui plantauit aurem, non audiet? aut qui finxit 9
oculum, non considerat?
Qui corripit gentes, non arguet: qui docet homi- 10
nem scientiam?
Dominus scit cogitationes hominum, quoniam 11
vanæ sunt.
Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de 12
lege tua docueris eum.
Vt mitiges ei à diebus malis: donec fodiatur pec- 13
catori fouea.
Quia non repellet Dominus plebem suam: & 14
hæreditatem suam non derelinquet.
Quadusque iustitia conuertatur in iudicium: & 15
qui iuxta illam omnes qui recto sunt corde.
Quis consurget mihi aduersus malignantes? aut 16
quis stabit mecum aduersus operátes iniquitatem?

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

10 *Quoniam ecce inimici tui Domine, quoniam ecce inimici*
tui peribunt, disperdentur omnes operarij iniquitatis.
11 *Et exaltabitur sicut monocerotis cornu meum, conspersus sum oleo viridi.*
12 *Et respexit oculus meus in hostibus meis, in consurgenti-*
bus aduersum me, in malignantibus audient aures meæ.
13 *Iustus vt palma florebit, sicut cedrus in Lebanon mul-*
tiplicabitur.
14 *Plantati in domo Domini, in atrijs Dei nostri florebunt.*
15 *Adhuc fructificabunt in senectute, pingues, & virides*
16 *erunt: * ad annunciandum,*
Quod rectus est Dominus fortitudo mea, & non est ini-
quitas in eo.

Psalm. XCIII.

1 *DOminus regnauit, gloriam induit, induit Dominus*
fortitudinem, accinxit se.
Etiam firmauit orbem, ne se moueat.
2 *Paratum solium tuum ex eo tempore: & à sæculo tu es.*
3 *Eleuauerunt flumina Domine: eleuauerunt flumina so-*
num suum,
4 *Eleuabunt flumina contritionem suam: * magis quàm*
sonitus aquarum multarum,
Fortium fluctuum maris, fortis est in excelso Dominus.
5 *Testimonia tua fidelia sunt valde: domui tuæ decora est*
sanctitas, Domine in longitudinem dierum.

Psalm. XCIV.

1 *DEus vltionum Domine: Deus vltionum appare.*
2 *Eleua te iudicans terram: redde retributionem superbis.*
3 *Vsquequo impij Domine: vsquequo impij exultabunt?*
4 *Effabuntur, loquentur dura: extollent se omnes operarij*
iniqui.
5 *Populum tuum Domine conterent: & hæreditatem tuam*
affligent.
6 *Viduam, & peregrinum interficient: & pupillos occident.*
7 *Et dixerunt: Non videbit Dominus, & non intelliget*
Deus Iahacob.
8 *Intelligite stulti in populo: & fatui aliquando intelligite.*
9 *Nonne plantans aurem, non audiet? an formans oculum,*
non aspiciet?
10 *Nonne corripiens gentes, nonne arguet: qui docet homi-*
nem scientiam?
11 *Dominus cognoscit cogitationes hominum, quoniam sunt*
vanitas.
12 *Beatus vir, quem erudieris Domine: & legem tuam do-*
cueris.
13 *Vt quietem præstes ei à diebus malis: donec fodiatur im-*
pio fouea.
14 *Quia non derelinquet Dominus populum suum: & hæ-*
reditatem suam non derelinquet.
15 *Quia ad iustitiam reuertetur iudicium: & post illud*
omnes recti corde.
16 *Quis consurget mihi cum malignantibus? quis stabit*
cum operarijs iniquis?

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

17 Nisi quia Dominus adiuuit me: paulominus habitasset in inferno anima mea.
18 Si dicebam: Motus est pes meus: misericordia tua Domine adiuuabat me.
19 Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo: consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.
20 Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis: qui fingis laborem in præcepto?
21 Captabunt in animam iusti: & sanguinem innocentem condemnabunt.
22 Et factus est mihi Dominus in refugium: & Deus meus in adiutorium spei meæ.
23 Et reddet illis iniquitatem ipsorum: & in malitia eorum disperdet eos: disperdet illos Dominus Deus noster.

Laus Cantici ipsi Dauid. XCIV.

1 VEnite, exultemus Domino: iubilemus Deo salutari nostro:
2 Præoccupemus faciem eius in confessione; & in psalmis iubilemus ei.
3 Quoniam Deus magnus Dominus; & rex magnus super omnes deos.
4 Quia in manu eius sunt omnes fines terræ: & altitudines montium ipsius sunt.
5 Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud: & siccam manus eius formauerunt.
6 Venite adoremus, & procidamus: & ploremus ante Dominum, qui fecit nos.
7 Quia ipse est Dominus Deus noster: & nos populus pascuæ eius, & oues manus eius.
8 * Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra; (* Heb. 3. 7.)
9 Sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto: vbi tentauerunt me patres vestri, probauerunt me, & viderunt opera mea.
10 * Quadraginta annis offensus fui generationi illi, & dixi: Semper hi errant corde. (* Nu. 14. 34.)
11 Et isti non cognouerunt vias meas: * vt iuraui in ira mea: Si introibunt in requiem meam. (* Heb. 4. 3.)

Canticum ipsi Dauid, Quando domus ædificabatur post captiuitatem. (1. Par. 15.) XCV.

1 CAntate Domino canticum nouum: cantate Domino omnis terra.
2 Cantate Domino, & benedicite nomini eius: annunciate de die in diem salutare eius.
3 Annunciate inter Gentes gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius.
4 Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis, terribilis est super omnes deos.
5 Quoniam omnes dij Gentium dæmonia: Dominus autem cœlos fecit.
6 Confessio, & pulchritudo in conspectu eius: sanctimonia, & magnificentia in sanctificatione eius.
7 Afferte Domino patriæ gentium, afferte Domino gloriam & honorem:
8 * afferte Domino gloriam nomini eius.
9 Tollite hostias, & introite in atria eius: * adorate Dominum in atrio sancto eius.
10 Commoueatur à facie eius vniuersa terra: * dicite in Gentibus quia Dominus regnauit.
Etenim correxit orbem terræ qui non commouebitur: iudicabit populos in æquitate.
11 Lætentur cœli, & exultet terra, commoueatur mare, & plenitudo eius: * gaudebunt campi, & omnia, quæ in eis sunt.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

17 *Nisi Dominus auxilio fuisset mihi, ferè habitasset sepulchrum anima mea.*
18 *Si dicebam, motus est pes meus, misericordia tua Domine sustentabat me.*
19 *In multitudine cogitationum mearum, in intimo meo: consolationes tuæ, lætificabunt animam meam.*
20 *Nunquid iungetur tecum thronus peruersitatum, formans iniquitatem in præcepto?*
21 *Congregabunt exercitum contra animam iusti, & sanguinem innocentem condemnabunt.*
22 *Et fuit Dominus mihi eleuatio, & Deus meus petra fiduciæ meæ.*
23 *Et reddet eis iniquitatem eorum, & propter malitiam eorum succidet eos: succidet eos Dominus Deus noster.*

Psalm. XCV.

1 *VEnite laudemus Dominum: iubilemus fortitudini salutis nostræ.*
2 *Præoccupemus faciem eius in confessione, & in canticis iubilemus ei.*
3 *Quoniam Deus magnus Dominus, & rex magnus super omnes Deos.*
4 *Cuius in manu sunt inuestigationes terræ, & fortitudines montium ei.*
5 *Cuius est mare, & ipse fecit illud, & siccam manus eius formauerunt.*
6 *Venite adoremus, & incuruemus nos: genuflectamus coram Domino factore nostro.*
7 *Quia ipse est Deus noster, & nos populus pascuæ eius, & pecus manus eius,*
8 *Hodie si voci eius obtemperaueritis: ne obduretis cor vestrum,*
9 *Sicut in contradictione, sicut in die tentationis in deserto: in quo tentauerunt me patres vestri: probauerunt me, etiam viderunt opus meum.*
10 *Quadraginta annis litigaui cum generatione, & dixi: populus errantium corde sunt,*
11 *Et ipsi non cognouerunt vias meas: propterea iuraui in ira mea, quod non introibunt in requiem meam.*

Psalm. XCVI.

1 *CAntate Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra.*
2 *Cantate Domino, benedicite nomini eius, annunciate de die in diem salutem eius.*
3 *Narrate gentibus gloriam eius, omnibus populis mirabilia eius.*
4 *Quoniam magnus Dominus, & laudabilis valde, terribilis est super omnes Deos.*
5 *Quoniam omnes dij populorum idola, & Dominus cœlos fecit.*
6 *Gloria, & decor coram eo, fortitudo, & gloria in sanctuario eius.*
7 *Afferte Domino familiæ populorum, afferte Domino gloriam,*
8 *& fortitudinem: * afferte Domino gloriam nominis eius,*
9 *Ferte munera, & introite in atria eius: * incuruate vos Domino in decore sanctitatis,*
10 *Pauete à facie eius vniuersa terra: * dicite in gentibus, Dominus regnauit,*
Etiam firmabitur orbis, ne commoueatur, iudicabit populos in rectitudine.
11 *Lætabuntur cœli, & exultabit terra: tonabit mare, & plenitudo eius: * exultabit ager, & omne quod est in eo.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

13 Tunc exultabunt omnia ligna filuarum ⋆ à facie
Domini,quia venit: quoniam venit iudicare terrã
Iudicabit orbem terræ in æquitate,& populos in
veritate sua.

Huic Dauid,
1 Quando terra eius restituta est.
XCVI.

DOminus regnauit, exultet terra: lætentur insulæ multæ.
2 Nubes,& caligo in circuitu eius: iustitia,& iudicium correctio sedis eius.
3 Ignis ante ipsum præcedet,& inflammabit in circuitu inimicos eius.
4 Illuxerunt fulgura eius orbi terræ:vidit,& commota est terra.
5 Montes,sicut cera fluxerunt à facie Domini:à facie Domini omnis terra.
6 Annunciauerunt cœli iustitiam eius:& viderunt omnes populi gloriam eius.
7 Confundantur omnes,qui adorant sculptilia: & qui gloriantur in simulachris suis. (Ex.20.4. Leu.26.1. Deut.5.8. Heb.1.6.)
8 Adorate eum omnes Angeli eius: ⋆ audiuit, & læta est Sion.
Et exultauerunt filiæ Iudæ, propter iudicia tua Domine:
9 Quoniam tu Dominus Altissimus super omnem terram: nimis exaltatus es super omnes deos.
10 Qui diligitis Dominum,odite malum: custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos. (Amos 5.15. Rom.12.9)
11 Lux orta est iusto,& rectis corde lætitia.
12 Lætamini iusti in Domino: & confitemini memoriæ sanctificationis eius.

1 Psalmus ipsi Dauid. XCVII.

CAntate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit.
Saluauit sibi dextera eius: & brachium sanctum eius.
2 Notum fecit Dominus salutare suum: in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam. (Isa.52.10 & 63.8.)
3 Recordatus est misericordiæ suæ,& veritatis suæ domui Israel.
Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri.
4 Iubilate Deo omnis terra: cantate, & exultate, & psallite.
5 Psallite Domino in cithara, in cithara & voce
6 psalmi: ⋆ in tubis ductilibus,& voce tubæ corneæ.
7 Iubilate in conspectu regis Domini: ⋆ moueatur mare,& plenitudo eius:orbis terrarum,& qui habitant in eo.
8 Flumina plaudent manu, simul montes exulta-
9 bunt ⋆ à conspectu Domini:quoniam venit iudicare terram.
Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in æquitate.

1 Psalmus ipsi Dauid. XCVIII.

2 DOminus regnauit,irascantur populi: qui sedet super cherubim,moueatur terra.
3 Dominus in Sion magnus: & excelsus super omnes populos.
4 Confiteantur nomini tuo magno: quoniam terribile, & sanctum est: ⋆ & honor regis iudicium diligit.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

13 *Tunc laudabunt omnia ligna syluæ: ⋆ coram Domino quia venit, quoniam venit iudicare terram,*
Iudicabit orbem in iustitia,& populos in veritate sua.

1 *Psalm. XCVII.*

DOminus regnauit, exultet terra:lætentur insulæ multæ.
2 *Nubes,& caligo in circuitu eius: iustitia, & iudicium habitaculum solij eius.*
3 *Ignis coram eo ibit,& exuret in circuitu hostes eius.*
4 *Illuminauerunt fulgura eius, orbem: vidit, & contremuit terra.*
5 *Montes sicut cera dissoluti sunt, à facie Domini:à facie Domini omnis terræ.*
6 *Annunciauerunt cœli iustitiam eius:& viderunt omnes populi gloriam eius.*
7 *Pudore afficiantur omnes, qui seruiunt sculptilibus, qui iactant se in idolis,*
8 *Incuruate vos ei omnes Angeli: ⋆ audiuit,& lætata est Sijon,*
Et exultauerunt filiæ Iehudah, propter iudicia tua Domine:
9 *Quoniam tu Dominus Excelsus super omnem terram, valde eleuatus es super omnes Angelos.*
10 *Qui diligitis Dominum,odio habete malum: custodit animas misericordium suorum, è manu impiorum eruet eos.*
11 *Lux sata est iusto, & rectis corde lætitia.*
12 *Lætamini iusti in Domino,& confitemini memoriæ sanctitatis eius.*

1 *Psalm. XCVIII.*

CAntate Domino canticum nouum,quia mirabilia fecit,
Seruauit eum dextera eius,& brachium sanctitatis eius.
2 *Notam fecit Dominus salutem suam: in oculis gentium reuelauit iustitiam suam.*
3 *Recordatus est misericordiæ suæ, & veritatis suæ domui Israel,*
Viderunt omnes fines terræ salutem Dei nostri.
4 *Iubilate Domino omnis terra,vociferate & laudate, & canite.*
5 *Canite Domino in cithara, in cithara, & voce cantus:*
6 *⋆ in tubis classicis,& sonitu cornu,*
7 *Iubilate coram rege Domino: ⋆ tonet mare, & plenitudo eius:orbis,& habitantes in eo.*
8 *Flumina plaudent manu, simul montes laudabunt:*
9 *⋆ coram Domino,quia venit iudicare terram.*
Iudicabit orbem in iustitia,& populos in rectitudine.

1 *Psalm. XCIX.*

2 *DOminus regnauit, contremiscant populi: sedet super Cherubin, contremiscat terra.*
3 *Dominus in Sijon magnus, & excelsus est super omnes populos.*
4 *Confitebuntur nomini tuo magno, & terribili quod sanctum est: ⋆ & fortitudo regis iudicium dilexit,*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Tu parasti directiones: iudicium & iustitiam in
Iacob tu fecisti.
Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate 5
scabellum pedum eius: quoniam sanctum est.
Moyses, & Aaron in sacerdotibus eius: & Samuel 6
inter eos, qui inuocant nomen eius.
Inuocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos:
★ in columna nubis loquebatur ad eos. 7
Custodiebant testimonia eius, & præceptum quod
dedit illis.
Domine Deus noster tu exaudiebas eos: Deus tu 8
propitius fuisti eis, & vlciscens in omnes adinuentiones eorum.
Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate 9
in monte sancto eius: quoniam sanctus Dominus
Deus noster.

Psalmus in confessione. XCIX. 1

IVbilate Deo omnis terra: seruite Domino in læ- 2
titia.
Introite in conspectu eius, in exultatione.
Scitote quoniam Dominus ipse est Deus: ipse fe- 3
cit nos, & non ipsi nos:
Populus eius, & oues pascuæ eius: ★ introite por- 4
tas eius in confessione, atria eius in hymnis, confitemini illi.
Laudate nomen eius: ★ quoniam suauis est Do- 5
minus, in æternum misericordia eius, & vsque in generationem & generationem veritas eius.

Psalmus ipsi Dauid. C. 1

MIsericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine:
Psallam, ★ & intelligam in via immaculata, quã- 2
do venies ad me.
Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.
Non proponebam ante oculos meos rem iniu- 3
stam: facientes præuaricationes odiui.
Non adhæsit mihi ★ cor prauum: declinantem 4
à me malignum non cognoscebam.
Detrahentem secreto proximo suo, hunc perse- 5
quebar.
Superbo oculo, & insatiabili corde, cum hoc non edebam.
Oculi mei ad fideles terræ vt sedeant mecũ: am- 6
bulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.
Non habitabit in medio domus meæ qui facit 7
superbiam: qui loquitur iniqua, non direxit in cõspectu oculorum meorum.
In matutino interficiebam omnes peccatores ter- 8
ræ: vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.

Oratio pauperis, 1
Cum anxius fuerit, & in conspectu Domini effuderit precem suam. CI.

DOmine exaudi orationem meam: & clamor 2
meus ad te veniat.
Non auertas faciem tuam à me: in quacunque 3
die tribulor, inclina ad me aurem tuam.
In quacunque die inuocauero te, velociter exaudi me;
Quia defecerunt sicut fumus dies mei; & ossa 4
mea sicut cremium aruerunt.
Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum; 5
quia oblitus sum comedere panem meum.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Tu parasti rectitudinem, iudicium, & iustitiam in Iacob tu fecisti.
Exaltate Dominum Deum nostrum, & incuruate vos scabello pedum eius, quod sanctum est.
Moseh, & Aharon inter sacerdotes eius, & Semuel inter inuocantes nomen eius,
Inuocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos: ★ in columna nubis loquebatur ad eos,
Custodiebant testimonia eius, & statutum quod *dedit eis.*
Domine Deus noster tu exaudisti eos, Deus pepercisti propter eos, & vltionem fecisti propter opera eorum.
Exaltate Dominum Deum nostrum, & incuruate vos monti sanctitatis eius: quoniam sanctus Dominus Deus noster.

Cantus pro confessione. Psalm. C.

IVbilate Domino omnis terra, seruite Domino in lætitia.
Ingredimini coram eo cum laude.
Scitote quod Dominus, ipse est Deus, ipse fecit nos, & non ipsi nos,
Populus eius, & pecus pascuæ eius: ★ ingredimini portas eius cum confessione, atria eius cum laude confitemini illi,
Benedicite nomini eius: ★ quoniam bonus est Dominus, in seculum misericordia eius, & vsq; in generationem & generationem veritas eius.

David Cantus. Psalm. CI.

MIsericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine.
Canam: ★ intelligam in via perfecta, quando veniet ad me,
Ambulabo in perfectione cordis mei, in medio domus meæ.
Non ponam coram oculis meis rem impiam facere præuaricationes odiui,
Non adhærebit mihi: ★ cor prauum recedet à me, malum non cognoscam.
Detrahentem in secreto proximo suo, hunc succidam,
Elatum oculis, & latum corde, ipsum non potero ferre.
Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeant mecum: ambulans in via perfecta, iste ministrabit mihi.
Non habitabit in medio domus meæ, faciens dolum, loquens mendacia, non firmabitur coram oculis meis.
Singulo mane succidebam impios terræ, vt exterminarem omnes operarios iniquitatis.

Psalm. CII.
Oratio pauperis, cum deficeret, & coram Domino effunderet eloquium suum.

DOmine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat.
Ne abscondas faciem tuam à me, in die angustia mea inclina ad me aurem tuam,
In die qua inuocauero, festina exaudi me.
Quia defecerunt sicut fumus dies mei, & ossa mea tanquam focus exusta sunt,
Percussum est sicut herba, & aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

6 A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ.

7 Similis factus sum pellicano solitudinis : factus sum ficut nycticorax in domicilio.

8 Vigilaui, & factus sum ficut passer solitarius in tecto.

9 Tota die exprobrabant mihi inimici mei : & qui laudabant me aduersum me iurabant.

10 Quia cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam.

11 A facie iræ & indignationis tuæ: quia eleuans allisisti me.

12 Dies mei ficut vmbra declinauerunt : & ego sicut fœnum arui.

13 Tu autem Domine in æternum permanes: & memoriale tuum in generationem & generationem.

14 Tu exurgens misereberis Sion: quia tempus miserendi eius, quia venit tempus.

15 Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius: & terræ eius miserebuntur.

16 Et timebunt Gentes nomen tuum Domine, & omnes reges terræ gloriam tuam.

17 Quia ædificauit Dominus Sion : & videbitur in gloria sua.

18 Respexit in orationem humilium : & non spreuit precem eorum.

19 Scribantur hæc in generatione altera : & populus, qui creabitur, laudabit Dominum:

20 Quia prospexit de excelso sancto suo : Dominus de cœlo in terram aspexit:

21 Vt audiret gemitus compeditorum : vt solueret filios interemptorum.

22 Vt annuncient in Sion nomen Domini: & laudem eius in Ierusalem.

23 In conueniendo populos in vnum, & reges vt seruiant Domino.

24 Respondit ei in via virtutis suæ: Paucitatem dierum meorum nuncia mihi.

25 Ne reuoces me in dimidio dierum meorum : in generationem & generationem anni tui.

26 Initio tu Domine terram fundasti : & opera manuum tuarum sunt cœli.

27 Ipsi peribunt, tu autem permanes: & omnes sicut vestimentum veterascent.

28 Et ficut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: * tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.

29 Filij seruorum tuorum habitabunt: & semen eorum in sæculum dirigetur.

Ipsi Dauid. CII.

1 Benedic anima mea Domino: & omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto eius.

2 Benedic anima mea Domino : & noli obliuisci omnes retributiones eius:

3 Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas.

4 Qui redimit de interitu vitam tuam : qui coronat te in misericordia & miserationibus.

5 Qui replet in bonis desiderium tuum: renouabitur vt aquilæ iuuentus tua:

6 Faciens misericordias Dominus : & iudicium omnibus iniuriam patientibus.

7 Notas fecit vias suas Moysi, filiis Israel voluntates suas.

Nu. 14. 18.

8 Miserator, & misericors Dominus : longanimis, & multum misericors.

9 Non in perpetuum irascetur: neque in æternum comminabitur.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

A voce gemitus mei, adhæsit os meum carni meæ.

Assimilatus sum pelicano deserti, fui sicut bubo solitudinum.

Vigilaui, & fui sicut passer solitarius super tectum.

Tota die probris afficiebant me inimici mei : insanientes in me, aduersum me iurabant.

Quia cinerem tanquam panem manducaui, & potum meum cum fletu miscui.

A facie indignationis tuæ, & iræ tuæ : quia eleuasti me, & proiecisti me.

Dies mei fuerunt *sicut vmbra inclinata, & ego sicut herba arui.*

Tu autem Domine in sæculum permanebis, & memoria tua in generatione, & generatione.

Tu exurges, misereberis Sijon : quia tempus miserendi eius, quia venit tempus.

Quoniam voluerunt serui tui lapidibus eius, & pulueris eius miserti sunt.

Et timebunt Gentes nomen Domini : & omnes reges terræ gloriam tuam.

Quia ædificabit Dominus Sijon, videbitur in gloria sua.

Respexit ad orationem eorum qui sunt velut myrice, & non spreuit orationem eorum.

Scribatur hoc pro generatione nouissima : & populus creatus laudabit Dominum.

Quia prospexit de excelso sanctitatis suæ : Dominus è cœlo in terram aspexit.

Vt audiret gemitum vinctorum, vt solueret filios morti obnoxios.

Vt narrent in Sijon nomen Domini : & laudem eius in Ierusalaim.

Cum congregati fuerint populi simul, & regna, vt seruiant Domino.

Afflixit in via fortitudinem meam, abbreuiauit dies meos: dicam Deus mi,

Ne succidas me, in dimidio dierum meorum : in generationem generationum anni tui.

Antea terram fundasti, & opus manuum tuarum sunt cœli.

Ipsi peribunt, & tu stabis, & omnes ipsi sicut vestimentum veterascent,

*Veluti pallium mutabis eos, & mutabuntur * tu autem ipse, & anni tui non consumentur.*

Filij seruorum tuorum habitabunt, & semen eorum coram te stabilietur.

Ipsi Dauid. Psalm. CIII.

Benedic anima mea Domino : & omnia interiora mea nomini sanctitatis eius.

Benedic anima mea Domino: & ne obliuiscaris omnium retributionum eius.

Qui propitiatur omni iniquitati tuæ : qui sanat omnes infirmitates tuas.

Qui redimit de fouea vitam tuam : qui coronat te in misericordia, & miserationibus.

Qui satiat bono os tuum: renouabitur, vt aquilæ adolescentia tua.

Qui facit iustitias Dominus, & iudicia omnibus, quibus vis infertur.

Notificauit vias suas Moseh, filijs Israel opera sua.

Misericors, & clemens Dominus, longus ira, & multus misericordia.

Non in sæculum contendet : nec in sæculum custodiet iram.

Vulgat. Editio.

10 Non secundum peccata nostra fecit nobis: neque
secundum iniquitates nostras retribuit nobis.
11 Quoniam secundum altitudinem cœli à terra:
corroborauit misericordiam suam super timentes
se.
12 Quantum distat Ortus ab Occidente: longe fe-
cit à nobis iniquitates nostras.
13 Quomodo miseretur pater filiorum, misertus
14 est Dominus timentibus se: * quoniam ipse cog-
nouit figmentum nostrum.
15 Recordatus est quoniam puluis sumus: homo,
sicut fœnum dies eius, tanquam flos agri sic efflo-
rebit.
16 Quoniam spiritus pertransibit in illo, & non sub-
sistet: & non cognoscet amplius locum suum.
17 Misericordia autem Domini ab æterno, & vsque
in æternum super timentes eum.
18 Et iustitia illius in filios filiorum, * his qui ser-
uant testamentum eius:
Et memores sunt mandatorum ipsius, ad facien-
dum ea.
19 Dominus in cœlo parauit sedem suam: & regnum
ipsius omnibus dominabitur.
20 Benedicite Domino omnes Angeli eius: poten-
tes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam
vocem sermonum eius.
21 Benedicite Domino omnes virtutes eius; mini-
stri eius, qui facitis voluntatem eius.
22 Benedicite domino omnia opera eius; in omni
loco dominationis eius, benedic anima mea Do-
mino.

1 Ipsi Dauid. C III.

Benedic anima mea Domino: Domine Deus
meus magnificatus es vehementer.
2 Confessionem, & decorem induisti: * amictus lu-
mine sicut vestimento:
3 Extendens cœlum sicut pellem: * qui tegis aquis
superiora eius.
Qui ponis nubem ascensum tuum: qui ambulas
super pennas ventorum.
Heb. 1. 7. 4 * Qui facis Angelos tuos, spiritus: & ministros
tuos ignem vrentem.
5 Qui fundasti terram super stabilitatem suam:
non inclinabitur in sæculum sæculi.
6 Abyssus, sicut vestimentum, amictus eius: super
montes stabunt aquæ.
7 Ab increpatione tua fugient: à voce tonitrui tui
formidabunt.
8 Ascendunt montes: & descendunt campi in lo-
cum, quem fundasti eis.
9 Terminum posuisti, quem non transgredientur:
neque conuertentur operire terram.
10 Qui emittis fontes in conuallibus: inter medium
montium pertransibunt aquæ.
11 Potabunt omnes bestiæ agri: expectabunt onagri
in siti sua.
12 Super ea volucres cœli habitabunt: de medio pe-
trarum dabunt voces.
13 Rigans mõtes de superioribus suis: de fructu ope-
rum tuorum satiabitur terra:
14 Producens fœnum iumentis, & herbam seruitu-
ti hominum:
15 Vt educas panem de terra: * & vinum lætificet
cor hominis:
Vt exhilaret faciem in oleo: & panis cor hominis
confirmet.
16 Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani, quas
17 plantauit: * illic passeres nidificabunt.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Non secundum peccata nostra fecit nobis, neq; secundum iniquitates nostras retribuit nobis.

Quoniam secundum altitudinem cœli super terram roborauit misericordiam suam super timentes eum.

Quantum distat oriens ab Occidente, distare fecit à nobis præuaricationes nostras.

*Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentium eum: * quia ipse cognouit figmentum nostrum,*

*Recordatus quod puluis sumus: * hominis sicut herba sunt dies, sicut flos agri sic florebit.*

Quoniam ventus transibit super illum, & non erit, & non cognoscet eum amplius locus eius.

Misericordia autem Domini à sæculo, & vsq; in sæculum super timentes eum,

*Et iustitia eius super filios filiorum: * super custodientes pactum eius,*

Et eos qui recordantur præceptorum eius ad faciendum ea.

Dominus in cœlo parauit thronum suum, & regnum ipsius omnibus dominatur.

Benedicite Domino Angeli eius, fortes robore, facientes verbum eius, ut obtemperent voci verbi eius.

Benedicite Domino omnes exercitus eius, ministri eius, facientes voluntatem eius.

Benedicite Domino omnia opera eius, in omnibus locis dominationis eius, benedic anima mea domino.

Psalm. C IV.

Benedic anima mea Domino, Domine Deus mi magnificatus es vehementer.

*Gloriam, & decorem indutus es: * qui operit se lumine sicut vestimento,*

*Qui extendit cœlum veluti cortina: * qui contignat superiora eius,*

Qui ponit nubes currum suum, qui ambulat super extremitates venti.

Qui facit Angelos spiritus, ministros suos ignem vrentem.

Fundauit terram super locum suum, ne moueat se in sæculum & in sæculum.

Voragine sicut vestimento operuisti eam, super montes steterunt aquæ.

Ab increpatione tua fugerunt: à sonitu tonitrui tui formidauerunt.

Ascenderunt montes, descenderunt campi ad locum huius quem fundasti eis.

Terminum posuisti ne transirent, ne reuerterentur ad operiendum terram.

Qui misit fontes in conuallibus, inter montes ineunt.

Propinabunt omnibus bestijs agrestibus, frangent onagri sitim suam.

Super eos volucres cœli habitabunt, inter frondes dabunt vocem.

Qui irrigat montes de superioribus suis, de fructu operum tuorum satiabitur terra.

Qui germinare facit herbam pro iumentis, & herbam ad obsequium hominum,

Vt educat panem è terra: & vinum quod lætificat cor hominis,

Vt illustret faciem præ oleo, & panem qui cor hominis fulcit.

*Saturabuntur arbores excelsæ, cedri Lebanon, quas plantauit: * vt ibi aues nidificent.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

18 Herodij domus dux est eorum : ⋆ montes excelsi
ceruis : petra refugium herinaciis.
19 Fecit lunam in tempora : sol cognouit occasum
suum.
20 Posuisti tenebras,& facta est nox:in ipsa pertranſ-
ibunt omnes bestiæ siluæ.
21 Catuli leonum rugientes,vt rapiant, & quærant
à Deo escam sibi.
22 Ortus est sol, & congregati sunt : & in cubilibus
suis collocabuntur.
23 Exibit homo ad opus suum : & ad operationem
suam vsque ad vesperum.
24 Quàm magnificata sunt opera tua Domine!
omnia in sapientia fecisti : impleta est terra posses-
sione tua.
25 Hoc mare magnum,& spatiosum manibus : illic
reptilia,quorum non est numerus.
26 Animalia pusilla cum magnis : ⋆ illic naues per-
transibunt.
27 Draco iste,quē formasti ad illudendū ei:⋆ omnia
à te expectant vt des illis escam in tempore.
28 Dante te illis,colligent:aperiente te manū tuam,
omnia implebuntur bonitate.
29 Auertente autem te faciem, turbabuntur:auferes
spiritum eorum, & deficient,& in puluerem suum
reuertentur.
30 Emittes spiritum tuum,& creabuntur : & reno-
uabis faciem terræ.
31 Sit gloria Domini in sæculum : lætabitur Domi-
nus in operibus suis:
32 Qui respicit terram , & facit eam tremere : qui
tangit montes,& fumigant.
Iof 145. 3. 33 Cantabo Domino in vita mea:psallam Deo meo
quamdiu sum.
34 Iucundum sit ei eloquium meum:ego vero dele-
ctabor in Domino.
35 Deficiant peccatores à terra , & iniqui ita vt non
sint:benedic anima mea Domino.

1 Alleluia (1.Par.16.8.)
CIV.

1.Par.16. 8. Isa.12.4. CONfitemini Domino , & inuocate nomen eius:
annunciate inter Gentes opera eius.
2 Cantate ei,& psallite ei:narrate omnia mirabilia
eius.
3 Laudamini in nomine sancto eius : lætetur cor
quærentium Dominum.
4 Quærite Dominum,& confirmamini:quærite fa-
ciem eius semper.
5 Mementote mirabilium eius,quæ fecit: prodigia
eius,& iudicia oris eius.
6 Semen Abraham , serui eius: filij Iacob electi
eius.
7 Ipse Dominus Deus noster : in vniuersa terra iu-
dicia eius.
8 Memor fuit in sæculum testamenti sui : verbi,
quod mandauit in mille generationes:
Gen. 12. 16. 9 Quod disposuit ad Abraham:& iuramenti sui ad
Isaac:
10 Et statuit illud Iacob in præceptum : & Israel in
testamentum æternum:
11 Dicens : Tibi dabo Terram Chanaan,funiculum
hæreditatis vestræ.
12 Cum essent numero breui , paucissimi & incolæ
eius:
13 Et pertransierunt de gente in gentem , & de reg-
no ad populum alterum.
14 Non reliquit hominem nocere eis : & corripuit
pro eis reges.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

18 *Ciconia abietes sunt domus : ⋆ montes excelsi ibicibus,*
petra hospitium leporibus.
19 *Fecit lunam in tempora : sol cognouit occasum suum.*
20 *Posuisti tenebras,& fuit nox : in ipsa ambulabit omnis*
bestia syluestris.
21 *Leunculi rugiunt propter prædam , & ad quærendum à*
Deo escam suam.
22 *Orietur sol,congregabunt se : & in habitaculis suis ac-*
cubabunt.
23 *Egredietur homo ad opus suum : & ad culturam suam*
vsq; ad vesperam.
24 *Quam multiplicata sunt opera tua Domine,omnia ipsa*
in sapientia fecisti:impleta est terra possessione tua.
25 *Hoc mare magnum,& latum spacijs ibi reptilia quorum*
non est numerus,
26 *Bestiæ pusillæ cum magnis : ⋆ ibi naues ambulabunt :*
27 *Leuiathan iste,quem formasti ad ludendū cum eo: ⋆ vni-*
uersa ipsa in te sperant vt des escam eorum in tempore suo.
28 *Dabis eis,colligent:aperies manum tuam, saturabuntur*
bono.
29 *Abscondes faciem tuam,terrebuntur : auferes spiritum*
eorum,deficient, & in puluerem suum reuertentur.
30 *Emittes spiritum tuum,creabuntur,& innouabis faciem*
terræ.
31 *Erit gloria Domini in sæculum : lætabitur Dominus in*
operibus suis :
32 *Qui aspicit terram,& tremuit,attingit montes,& fu-*
mant.
33 *Cantabo Domino in vita mea,canam Deo meo dum ad-*
huc ero.
34 *Dulcescet ei eloquium meum:ego lætabor in Domino.*
35 *Consumentur peccatores de terra , & impij vltra non*
erunt:benedic anima mea Domino. Halleluia.

1 *Psalm. CV.*

COnfitemini Domino,inuocate nomen eius,nota facite
in populis opera eius.
2 *Cantate ei,canite ei:loquimini de vniuersis mirabilibus*
eius.
3 *Laudate vos in nomine sancto eius, lætetur cor quæren-*
tium Dominum.
4 *Quærite Dominum, & fortitudinem eius : quærite fa-*
ciem eius semper.
5 *Mementote mirabilium eius , quæ fecit : prodigiorum*
eius,& iudiciorum oris eius.
6 *Semen Abraham serui eius:filij Iahacob electi eius.*
7 *Ipse Dominus Deus noster:in vniuersa terra iudicia eius.*
8 *Memor fuit in sæculum pacti sui, verbi quod præcepit in*
mille generationibus.
9 *Quod pepigit cum Abraham:& iuramentum suum ad*
Ischach.
10 *Et statuit illud ipsi Iahacob in statutum,Israeli pactum*
sempiternum.
11 *Dicendo:tibi dabo terram Chenahan, funiculum hære-*
ditatis vestræ.
12 *Cum essent viri pauci numero, & peregrini in ea.*
13 *Et ambulauerunt de gente ad gentem,de regno ad popu-*
lum alterum.
14 *Non permisit hominem iniuriari eis:& corripuit propter*
eos reges.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

1.Par.16.22. 1.Reg.1.14. 15 ★ Nolite tangere christos meos: & in prophetis
meis nolite malignari.
16 Et vocauit famem super terram: & omne firma-
mentum panis contriuit.
Gen.37.36. 17 Misit ante eos ★ virum: in seruum venundatus
est Ioseph.
Gen.39.20. 18 Humiliauerunt in compedibus pedes eius, fer-
19 rum pertransiit animam eius:★ donec veniret ver-
bum eius.
Gen.41.14. 20 Eloquium Domini inflammauit eum ★ misit
rex,& soluit eum; princeps populorũ,& dimisit eũ.
21 Constituit eum dominum domus suæ: & prin-
cipem omnis possessionis suæ.
22 Vt erudiret principes eius sicut semetipsum: &
senes eius prudentiam doceret.
Gen.46.6. 23 Et intrauit Israel in AEgyptum: & Iacob accola
fuit in terra Cham.
Exo.1.7. Act.7.17. 24 Et auxit populum suum vehementer: & fir-
mauit eum super inimicos eius.
25 Conuertit cor eorum vt odirent populum eius:
& dolum facerent in seruos eius.
Exo.3.10.& 4.19. 26 ★ Misit Moysen seruum suum: Aaron, quem
elegit ipsum.
Exo.7.10. 27 ★ Posuit in eis verba signorum suorum & prodi-
giorum in Terra Cham.
Exo.10.21. 28 ★ Misit tenebras, & obscurauit:& non exacerba-
uit sermones suos.
Ex.7.20. 29 ★ Conuertit aquas eorum in sanguinem: & oc-
cidit pisces eorum.
Exo.8.6. 30 Edidit terra eorum ranas in penetralibus re-
gum ipsorum.
Exo.8 & 9. 31 Dixit, & venit cœnomyia: & cenifes in omni-
bus finibus eorum.
32 Posuit pluuias eorum grandinem: ignem com-
burentem in terra ipsorum.
33 Et percussit vineas eorum, & ficulneas eorum:&
contriuit lignum finium eorum.
Exo.10.12. 34 Dixit, & venit locusta, & bruchus, cuius non
erat numerus:
35 Et comedit omne fœnũ in terra eorum: & com
edit omnem fructum terræ eorum.
Exo.12.29. 36 ★ Et percussit omne primogenitum in terra eo-
rum: primitias omnis laboris eorum.
Exo.13.21. 37 ★ Et eduxit eos cum argento & auro:& non erat
in tribubus eorum infirmus.
38 Lætata est AEgyptus in profectione eorum: quia
incubuit timor eorum super eos.
39 Expandit nubem in protectionem eorum, & ig-
nem vt luceret eis per noctem.
Ps.77.24. 1.Cor.10.1. 40 ★ Petierunt, & venit coturnix: & pane cœli sa-
turauit eos.
Exo.16.13. 41 ★ Dirupit petram,& fluxerunt aquæ: abierunt in
sicco flumina;
Nu.20.11. 42 ★ Quoniam memor fuit verbi sancti sui, quod
habuit ad Abraham puerum suum.
43 Et eduxit populum suum in exultatione, &
electos suos in lætitia.
44 Et dedit illis regiones Gentium: & labores po-
pulorum possederunt:
45 Vt custodiant iustificationes eius, & legem eius
requirant.

Alleluia (*Iudith.13.21.*) CV.

1 CONfitemini Domino quoniam bonus: quoniã
in sæculum misericordia eius.
Gen.17.7. Iudith 13.23. Eccli.45.35. 2 ★ Quis loquetur potentias Domini, auditas fa
ciet omnes laudes eius?
3 Beati, qui custodiunt iudicium,& faciunt iusti
tiam in omni tempore.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

15 *Ne attingatis Christos meos:& prophetis meis, ne male-
faciatis.*
16 *Et vocauit famem super terram, omnem virgam panis
contriuit.*
17 *Misit ante eos virum, pro seruo venditus est Ioseph.*
18 *Affixerunt in compede pedem eius, ferrum ingressum est*
19 *animam eius: ★ Vsque ad tempus quo venit verbum eius,*
20 *Eloquium Domini purgauit eum: ★ misit rex & soluit
eum, dominator populorum, & soluit eum.*
21 *Posuit eum Dominum domus suæ, & dominatorem in
omni possessione sua.*
22 *Vt alligaret principes eius secundum animam suam, &
senes eius sapientes efficeret.*
23 *Et ingressus est Israel Ægyptum:& Iahacob peregrina-
tus est in terra Cham.*
24 *Et auxit populum suum valde, & roborauit eum præ
hostibus suis.*
25 *Conuertit cor eorum, vt odio haberent populum eius, &
machinarentur in seruos eius.*
26 *Misit Moseh seruum suum, Aharon quem elegit.*
27 *Posuerunt in eis verba signorum suorum, & prodigia in
terra Cham.*
28 *Misit tenebras, & contenebrauit, & non exacerbaue-
runt verbum eius.*
29 *Conuertit aquas eorum in sanguinem: & occidit pisces
eorum.*
30 *Edidit terra eorum ranas in cubilibus regum eorum.*
31 *Dixit, & venit congregatio mista bestiarum, pediculi in
omni termino eorum.*
32 *Dedit pluuias eorum grandinem: ignem flammarum in
terra eorum.*
33 *Et percussit vites eorum, & ficus eorum: & contriuit
arbores termini eorum.*
34 *Dixit, & venit locusta, & bruchus, & non erat numerus.*
35 *Et comedit omnem herbam in terra eorum:& comedit
fructum terræ eorum.*
36 *Et percussit omnem primogenitum in terra eorum, pri-
mitiuam omnis laboris eorum.*
37 *Et eduxit eos cum argento, & auro, & non erat in tri-
bubus eius debilis.*
38 *Lætata est Ægyptus cum egressi sunt: quia irruerat pa-
uor eorum super eos.*
39 *Expandit nubem in tentorio, & ignem ad illuminandum
noctem.*
40 *Petijt, & adduxit coturnices, & pane cœli saturauit eos.*
41 *Aperuit petram, & fluxerunt aquæ, abierunt in arida
aqua fluminis.*
42 *Quoniam recordatus est verbi sanctitatis suæ, cum
Abraham seruo suo.*
43 *Et eduxit populum suum in gaudio, in laude electos suos.*
44 *Et dedit eis terras Gentium, & labores populorum posse-
derunt.*
45 *Vt custodirent statuta eius, & leges eius conseruarent,
Halleluiah.*

Psalm. CVI.

1 *COnfitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in secu-
lum misericordia eius.*
2 *Quis loquetur fortitudines Domini, audire faciet om-
nem laudem eius?*
3 *Beati qui custodiunt iudicium, qui faciunt iustitiam
omni tempore.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Memento nostri Domine in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo:
Ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ: vt lauderis cum hæreditate tua.
Iud. 7.19. Peccauimus cum patribus nostris: iniuste egimus, iniquitatem fecimus.
Patres nostri in AEgypto non intellexerunt mirabilia tua: non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ.
Et irritauerunt ascendentes in mare, Mare rubrum.
Et saluauit eos propter nomen suum: vt notam faceret potentiam suam.
Exo. 14. 21. Et increpuit Mare rubrum, & exiccatum est; & deduxit eos in abyssis sicut in deserto.
Et saluauit eos de manu odientium: & redemit eos de manu inimici.
Exo. 14. 27. Et operuit aqua tribulantes eos: vnus ex eis non remansit.
Et crediderunt verbis eius: & laudauerunt laudem eius.
Cito fecerunt, obliti sunt operum eius: & non sustinuerunt consilium eius.
Exo. 17. 2. Et concupierunt concupiscentiam in deserto: & tentauerunt Deum in inaquoso.
Num. 11. 31. Et dedit eis petitionem ipsorum: & misit saturitatem in animas eorum.
Et irritauerunt Moysen in castris: Aaron sanctum Domini.
Nu. 16. 31. Aperta est terra, & deglutiuit Dathan: & operuit super congregationem Abiron.
Et exarsit ignis in synagoga eorum: flamma combussit peccatores.
Exo. 32. 4. Et fecerunt vitulum in Horeb: & adorauerunt sculptile.
Et mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum.
Obliti sũt Deum, qui saluauit eos, qui fecit magnalia in AEgypto, * mirabilia in Terra Cham: terribilia in mari rubro.
Exo. 32. 10. Et dixit vt disperderet eos: si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius:
Vt auerteret iram eius ne disperderet eos: * & pro nihilo habuerunt terram desiderabilem:
Non crediderunt verbo eius, * & murmurauerunt in tabernaculis suis: non exaudierunt vocem Domini.
Nu. 14. 31. Et eleuauit manum suam super eos: vt prosterneret eos in deserto:
Et vt deijceret semen eorum in Nationibus; & dispergeret eos in regionibus.
Et initiati sunt Beelphegor; & comederunt sacrificia mortuorum.
Et irritauerunt eum in adinuentionibus suis; & multiplicata est in eis ruina.
Nu. 25. 7. Et stetit Phinees, & placauit; & cessauit quassatio.
Et reputatum est ei in iustitiam, in generationem & generationem vsque in sempiternum.
Nu. 20. 10. Et irritauerunt eum ad Aquas contradictionis; & vexatus est Moyses propter eos; * quia exacerbauerunt spiritum eius.
Et distinxit in labiis suis; * non disperdiderunt gentes, quas dixit Dominus illis.
Et commisti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum; * & seruierunt sculptilibus eorum; & factum est illis in scandalum.
Et immolauerunt filios suos, & filias suas dæmoniis.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

4 *Memento mei Domine in voluntate populi tui: visita me in salute tua.*
5 *Vt videam bonum electorum tuorum, vt læter in lætitia gentis tuæ: vt lauder cum hæreditate tua.*
6 *Peccauimus cum patribus nostris: praua fecimus, impiè fecimus.*
7 *Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua, non fuerunt memores multitudinis misericordiarum tuarum.*
Sed rebellauerunt iuxta mare in mari Suph.
8 *Et seruauit eos propter nomen suum: vt notam faceret fortitudinem suam.*
9 *Et increpuit Mare Suph, & siccatum est: & ambulare fecit eos per abyssos, ac si fuissent in deserto.*
10 *Et seruauit eos de manu odio habentis: & redemit eos de manu inimici.*
11 *Et operuerunt aquæ hostes eorum: vnus ex eis non remansit.*
12 *Et crediderunt verbis eius: cantauerunt laudem eius.*
13 *Festinauerunt, obliti sunt operum eius: non expectauerunt consilium eius.*
14 *Et concupierunt concupiscentiam in deserto: & tentauerunt Deum in solitudine.*
15 *Et dedit eis petitionem eorum: & misit perditionem in anima eorum.*
16 *Et zelati sunt in Moseh in castris: in Aharon sanctum Domini.*
17 *Aperuit terra, & deglutiuit Dathan: & operuit congregationem Abiram.*
18 *Et exarsit ignis in congregatione eorum: flamma combussit impios.*
19 *Fecerunt vitulum in Choreb: & incuruauerunt se conflatili.*
20 *Et mutauerunt gloriam suam in similitudinem bouis comedentis herbam.*
21 *Obliti sunt Dei seruatoris sui, qui fecit magna in Ægy-*
22 *pto, * mirabilia in terra Cham: terribilia in mari Suph.*
23 *Et dixit, vt disperderet eos: nisi Moseh electus eius stetisset in diuisione coram eo:*
24 *Vt auerteret iram eius, vt non disperderet: * & spreuerunt terram desiderabilem:*
25 *Et non crediderunt verbo eius, * & murmurauerunt in tabernaculis suis: non obtemperauerunt voci Domini.*
26 *Et eleuauit manum suam super eos: vt cadere faceret eos in deserto.*
27 *Et cadere faceret semen eorum in Gentibus: & dispergeret eos in terras.*
28 *Et adhæserunt ipsi Bahalpehor: & comederunt sacrificia mortuorum.*
29 *Et irritauerunt eum in operibus suis: & multiplicata est in eis plaga.*
30 *Et stetit Pinchas, & dijudicauit, & prohibita est plaga.*
31 *Et reputatum est ei ad iustitiam in generatione, & generationem vsq; in sæculum.*
32 *Et irritauerunt eum iuxta Aquas contradictionis: &*
33 *malum fuit ipsi Moseh propter eos: * quia exacerbauerunt spiritum eius.*
34 *Et protulit labijs suis: * non disperdiderunt populos, quos dixit Dominus eis.*
35 *Et miscuerunt se cum gentibus, & didicerunt opera eo-*
36 *rum: * & seruierunt sculptilibus eorum: & fuerunt eis laqueus.*
37 *Et sacrificauerunt filios suos, & filias suas dæmonijs.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Et effuderunt sanguinem innocentem: sangui-
nem filiorum suorum,& filiarum suarum,quas sa-
crificauerunt sculptilibus Chanaan.
Et infecta est terra in sanguinibus,* & contami-
nata est in operibus eorum: & fornicati sunt in ad-
inuentionibus suis.
Et iratus est furore Dominus in populum suum:
& abominatus est hæreditatem suam.
Et tradidit eos in manus gentium: & dominati
sunt eorum qui oderunt eos.
Et tribulauerunt eos inimici eorum, & humilia-
ti sunt sub manibus eorum:* sæpe liberauit eos.
Ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo:
& humiliati sunt in iniquitatibus suis.
Et vidit cum tribularentur:& audiuit orationem
eorum.
Deut. 30. Et memor fuit testamenti sui: & pœnituit eum
secundum multitudinem misericordiæ suæ.
Et dedit eos in misericordias in conspectu om-
nium qui ceperant eos.
Saluos nos fac Domine Deus noster: & congre-
ga nos de Nationibus:
Vt confiteamur nomini sancto tuo:& gloriemur
in laude tua.
Benedictus Dominus Deus Israel à sæculo & vs-
que in sæculum:& dicet omnis populus:Fiat,fiat.

Alleluia. (*Iudith*.13.21.) CVI.

CONfitemini Domino quoniam bonus:quoniam
in sæculum misericordia eius.
Dicant qui redempti sunt à Domino,quos rede-
mit de manu inimici:& de regionibus congregauit
eos:
A solis Ortu,& Occasu:ab Aquilone,& mari.
Errauerunt in solitudine in inaquoso:viam ciui-
tatis habitaculi non inuenerunt,
Esurientes,& sitientes: anima eorum in ipsis de-
fecit.
Et clamauerunt ad Dominum cum tribularen-
tur: & de necessitatibus eorum eripuit eos.
Et deduxit eos in viam rectam: vt irent in ciui-
tatem habitationis.
Confiteantur Domino misericordiæ eius:& mi-
rabilia eius filiis hominum.
Quia satiauit animam inanem: & animam esu-
rientem satiauit bonis.
Sedentes in tenebris,& vmbra mortis: vinctos in
mendicitate & ferro.
Quia exacerbauerunt eloquia Dei: & consilium
Altissimi irritauerunt.
Et humiliatum est in laboribus cor eorum: infir-
mati sunt,nec fuit qui adiuuaret.
Et clamauerunt ad Dominum cum tribularen-
tur:& de necessitatibus eorum liberauit eos.
Et eduxit eos de tenebris, & vmbra mortis: &
vincula eorum disrupit.
Confiteantur Domino misericordiæ eius: & mi-
rabilia eius filiis hominum.
Quia contriuit portas æreas: & vectes ferreos
confregit.
Suscepit eos de via iniquitatis eorum:propter in
iustitias enim suas humiliati sunt.
Omnem escam abominata est anima eorum: &
appropinquauerunt vsque ad portas mortis.
Et clamauerunt ad Dominum cum tribularen-
tur: & de necessitatibus eorum liberauit eos.
Misit verbum suum,& sanauit eos: & eripuit eos
de interitionibus eorum.
Confiteantur Domino misericordiæ eius: & mi-
rabilia eius filiis hominum.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

38 *Et effuderunt sanguinem filiorum suorum, & filiarum*
suarum quos sacrificauerunt sculptilibus Chenahan,
39 *Et infecta est terra sanguine: * & polluerunt se in ope-*
ribus suis, & fornicati sunt in operibus suis.
40 *Et iratus est furor Domini in populum suum: & abomi-*
natus est hæreditatem suam.
41 *Et dedit eos in manu gentium, & dominati sunt eis odio*
habentes eos.
42 *Et oppresserunt eos inimici eorum, & humiliati sunt*
43 *sub manu eorum: * vicibus multis eruit eos.*
Et ipsi exacerbauerunt eum consilio suo, & humiliati
sunt propter iniquitatem suam.
44 *Et vidit cum esset angustia eis, cum audiret ipse clamo-*
rem eorum.
45 *Et recordatus est eis pacti sui, & pœnituit eum secundum*
multitudinem miserationum suarum.
46 *Et dedit eos in misericordias, coram omnibus qui capti-*
uos duxerunt eos.
47 *Serua nos Domine Deus noster, & congrega nos de Gen-*
tibus,
Vt confiteamur nomini sanctitatis tuæ, vt laudemus nos
in laude tua.
48 *Benedictus Dominus Deus Israel à sæculo & vsq; in sæ-*
culum, & dicat omnis populus, Amen, Halleluiah.

Psalm. CVII.

1 *COnfitemini Domino quoniam bonus, quoniam in sæcu-*
lum misericordia eius.
2 *Dicant redempti Domini, quos redemit de manu inimi-*
ci: & de terris congregauit eos,
3 *Ab Oriente, & ab Occidente, & ab Aquilone, & à mari.*
4 *Errauerunt in deserto in solitudine inuia, ciuitatem ha-*
bitationis non inuenerunt.
5 *Famelici, etiam sitibundi anima eorum in ipsis defecit.*
6 *Et clamauerunt ad Dominum in angustia sua, de an-*
gustiis eorum eruit eos.
7 *Et ambulare fecit eos per viam rectam, vt irent ad ci-*
uitatem habitationis.
8 *Confiteantur Domino propter misericordiam eius, &*
mirabilia eius filiis hominum.
9 *Quia saturare fecit animam inanem, & animam fa-*
melicam impleuit bono.
10 *Habitantes in tenebris, & caligine, vinctos inopia, &*
ferro.
11 *Quia mutauerunt eloquia Dei, & consilium Altissimi*
despexerunt.
12 *Et humiliauit in labore cor eorum, impegerunt, & non*
erat auxiliator.
13 *Et clamauerunt ad Dominum in angustia sua, & de*
angustiis eorum seruauit eos.
14 *Eduxit eos de tenebris, & vmbra mortis, & vincula eo-*
rum disrupit.
15 *Confiteantur Domino propter misericordiam eius, &*
mirabilia eius filiis hominum.
16 *Quia contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit.*
17 *Stulti propter viam præuaricationis eorum, & propter*
iniquitates eorum afflicti fuerunt.
18 *Omnem escam abominata est anima eorum, & peruene-*
runt vsq; ad portas mortis.
19 *Et clamauerunt ad Dominum in angustia sua, ab an*
gustiis eorum seruauit eos.
20 *Misit verbum suum, & sanauit eos, & eruit de foueis*
eorum.
21 *Confiteantur Domino propter misericordiam eius: &*
mirabilia eius filiis hominum.

Et Et

Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
Et sacrificent sacrificium laudis: & annuncient opera eius in exultatione.	22	*Et sacrificent sacrificia laudis: & narrent opera eius in prædicatione.*
Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis.	23	*Descendentes ad mare nauibus, facientes opus in aquis multis.*
Ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo.	24	*Ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo.*
Dixit, & stetit spiritus procellæ: & exaltati sunt fluctus eius.	25	*Dixitq́, & stetit spiritus turbinis: & exaltauit fluctus eius.*
Ascendunt vsque ad cœlos, & descendunt vsque ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat.	26	*Ascenderunt vsq; ad cælum, descenderunt vsq; ad voragines: anima eorum in malo liquefecit se.*
Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius: & omnis sapientia eorum deuorata est.	27	*Tremuerunt, & mouerunt se sicut ebrius: & omnis sapientia eorum absorpta est.*
Et clamauerunt ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum eduxit eos.	28	*Et clamauerunt ad Dominum in angustia sua, & de angustijs eorum eduxit eos.*
Et statuit procellam eius in auram: & siluerunt fluctus eius.	29	*Stare fecit turbinem in silentium: & siluerunt fluctus eorum.*
Et lætati sunt quia siluerunt: & deduxit eos in portum voluntatis eorum.	30	*Et lætati sunt, quoniam siluerunt: & duxit eos ad terminum voluntatis eorum.*
Confiteantur Domino misericordiæ eius: & mirabilia eius filiis hominum.	31	*Confiteantur Domino propter misericordiam eius: & mirabilia eius filijs hominum.*
Et exaltent eum in ecclesia plebis: & in cathedra seniorum laudent eum.	32	*Et exaltent eum in ecclesia populi: & in cathedra seniorum laudent eum.*
Posuit flumina in desertum: & exitus aquarum in sitim.	33	*Posuit flumina in desertum: & exitus aquarum in sitim.*
Terram fructiferam in salsuginem, à malitia inhabitantium in ea.	34	*Terram fructiferam in salsuginem, propter malitiam habitantium in ea.*
Posuit desertum in stagna aquarum: & terram sine aqua in exitus aquarum.	35	*Posuit desertum in stagnum aquarum: & terram desertam in exitus aquarum.*
Et collocauit illic esurientes: & constituerunt ciuitatem habitationis.	36	*Et collocauit ibi famelicos: & præparauerunt ciuitatem habitationis.*
Et seminauerunt agros, & plantauerunt vineas: & fecerunt fructum natiuitatis.	37	*Et seminauerunt agros, & plantauerunt vineas: & fecerunt fructum & prouentum.*
Et benedixit eis, & multiplicati sunt nimis: & iumenta eorum non minorauit.	38	*Et benedixit eis, & multiplicati sunt valde: & iumenta eorum non minuit.*
Et pauci facti sunt: & vexati sunt à tribulatione malorum, & dolore.	39	*Et diminuti sunt: & humiliati sunt à potestate mala, & dolore.*
Effusa est contemptio super principes: & errare fecit eos in inuio, & non in via.	40	*Effudit despectionem super principes: & errare fecit eos in solitudine absq; via.*
Et adiuuit pauperem de inopia: & posuit sicut oues familias.	41	*Et subleuauit pauperem ab inopia: & posuit sicut pecudes familias.*
(* Num. 19 a.) * Videbunt recti, & lætabuntur: & omnis iniquitas oppilabit os suum.	42	*Viderunt recti, & lætati sunt: & omnis iniquitas clausit os suum.*
Quis sapiens & custodiet hæc? & intelliget misericordias Domini?	43	*Quis sapiens & custodiet hæc: & intelliget misericordias Domini?*
Canticum Psalmi ipsi Dauid. (Sup. 56. 8.) CVII.	1	*Psalm. CVIII. Canticum cantus ipsi Dauid.*
PAratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo, & psallam in gloria mea.	2	*PAratum cor meum Deus, cantabo & canam etiam gloria mea.*
Exurge gloria mea, exurge psalterium, & cithara: exurgam diluculo.	3	*Surge psalterium, & cithara, suscitabo me mane.*
Confitebor tibi in populis Domine: & psallam tibi in nationibus.	4	*Confitebor tibi in populis Domine: & canam tibi in populis.*
Quia magna est super cælos misericordia tua: & vsque ad nubes veritas tua:	5	*Quia magna est super cælos misericordia tua: & vsq; ad cœlos veritas tua.*
Exaltare super cælos Deus, & super omnem terram gloria tua: * vt liberentur dilecti tui.	6	*Exaltare super cœlos Deus, super omnem terram gloria tua: * vt liberentur dilecti tui,*
Saluum fac dextera tua, & exaudi me: * Deus locutus est in sancto suo:	7	*Serua dextera tua, & exaudi me: * Deus locutus est per sanctitatem suam,*
Exultabo, & diuidam Sichimam, & conuallem tabernaculorum dimetiar.	8	*Exultabo, diuidam Sechem, & vallem Succhoth metibor.*
Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Ephraim susceptio capitis mei.	9	*Meus est Ghilhad, meus est Menasseh: & Ephraim fortitudo capitis mei,*
Iuda rex meus: * Moab lebes spei meæ.	10	*Iehudah legifer meus: * Moab olla lotionis meæ,*
In Idumæam extendam calceamentum meum: mihi alienigenæ amici facti sunt.		*Super Edom proijciam calciamentum meum: super Peleseth taratantizabo.*
Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vsque in Idumæam?	11	*Quis deducet me ad ciuitatem munitam, quis educet me vsq; ad Edom?*

Nonne

Nonne

Vulgat. Editio.

12 Nonne tu Deus, qui repulisti nos, & non exibis Deus in virtutibus nostris?

13 Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis.

14 In Deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

1 In finem, Psalmus Dauid. CVIII.

2 DEus laudem meam ne tacueris: quia os peccatoris, & os dolosi super me apertum est.

3 Locuti sunt aduersum me lingua dolosa, & sermonibus odij circumdederunt me: & expugnauerunt me gratis.

4 Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi: ego autem orabam.

5 Et posuerunt aduersum me mala pro bonis: & odium pro dilectione mea.

6 Constitue super eum peccatorem: & diabolus stet à dextris eius.

7 Cum iudicatur, exeat condemnatus; & oratio eius fiat in peccatum.

8 Fiant dies eius pauci: & episcopatum eius accipiat alter.

9 Fiant filij eius orphani: & vxor eius vidua.

10 Nutantes transferantur filij eius, & mendicent: & eijciantur de habitationibus suis.

11 Scrutetur fœnerator omnem substantiam eius: & diripiant alieni labores eius.

12 Non sit illi adiutor: nec sit qui misereatur pupillis eius.

13 Fiant nati eius in interitum: in generatione vna deleatur nomen eius.

14 In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu Domini: & peccatum matris eius non deleatur.

15 Fiant contra Dominum semper, & dispereat de
16 terra memoria eorum: * pro eo quod non est re-
cordatus facere misericordiam.

17 Et persecutus est hominem inopem, & mendicum, & compunctum corde mortificare.

18 Et dilexit maledictionem, & veniet ei: & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.

Et induit maledictionem sicut vestimentum, & intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius.

19 Fiat ei sicut vestimentum, quo operitur: & sicut zona, qua semper præcingitur.

20 Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud Dominũ: & qui loquuntur mala aduersus animã meã.

21 Et tu Domine, Domine, fac mecum propter nomen tuum: quia suauis est misericordia tua.

22 Libera me * quia egenus, & pauper ego sum: & cor meum conturbatum est intra me.

23 Sicut vmbra cum declinat, ablatus sum: & excussus sum sicut locustæ.

24 Genua mea infirmata sunt à ieiunio: & caro mea immutata est propter oleum.

25 Et ego factus sum opprobrium illis: viderunt me, & mouerunt capita sua.

26 Adiuua me Domine Deus meus: saluum me fac secundum misericordiam tuam.

27 Et sciant quia manus tua hæc: & tu Domine fecisti eam.

28 Maledicent illi, & tu benedices: qui insurgunt in me, confundantur: seruus autem tuus lætabitur.

29 Induantur qui detrahunt mihi, pudore: & operiantur sicut diploide confusione sua.

30 Confitebor Domino nimis in ore meo: & in medio multorum laudabo eum.

Quia

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

12 *Nonne Deus elongasti nos, & non egredieris Deus cum exercitibus nostris?*

13 *Da nobis auxilium ab angustia, & mendax salus hominis.*

14 *In Deo faciemus fortitudinem, & ipse conculcabit hostes nostros.*

1 *Victori ipsi Dauid cantus. Psalm. CIX.*

2 *DEus laudis meæ, ne taceas: quia os impij, & os dolosi super me aperuerunt se,*

3 *Locuti sunt mecum lingua mendaci: & verbis odiosis circumdederunt me, & pugnauerunt mecum gratis.*

4 *Pro dilectione mea aduersati sunt mihi: & ego vir orationis eram.*

5 *Et posuerunt aduersum me malum pro bono: & odium pro dilectione mea.*

6 *Constitue super eum impium, & Sathan stet ad dexteram eius.*

7 *Cum iudicatus fuerit, ipse exeat impius: & oratio eius sit in peccatum.*

8 *Sint dies eius pauci: præfecturam eius accipiat alter.*

9 *Sint filij eius pupilli: & vxor eius vidua.*

10 *Et mouendo moueant se filij eius: & postulent & quærãt de suis desertis.*

11 *Illaqueet fœnerator omnia quæ sunt ei: & diripiant alieni laborem eius.*

12 *Ne sit ei extendens misericordiam, & ne sit qui misereatur pupillis eius.*

13 *Sit posteritas eius ad succidendum, in generatione altera deleatur nomen eorum.*

14 *Memoretur iniquitas patrum eorum Domino, & peccatum matris eius, ne deleatur.*

15 *Sint coram Domino semper, & succidat è terra memo-*
16 *riam eorum: * pro eo quòd non est recordatus facere mi-*
sericordiam,

17 *Et persecutus est virum pauperem, & mendicum, contritum corde ad interficiendum.*

18 *Et dilexit maledictionem, & venit ei, & noluit benedictionem, & elongauit se ab eo.*

Et induit maledictionem sicut vestimentum suum, & intrauit sicut aqua interiora eius: & sicut oleum in ossa eius.

19 *Sit ei sicut vestimentum quo operit se: & sicut cingulum quo semper accingit se.*

20 *Hoc opus aduersariorum meorum à Domino: & loquentium malum contra animam meam.*

21 *Tu autem Domine Domine, fac mecum propter nomen tuum: quia bona est misericordia tua,*

22 *Erue me: * quia pauper, & egenus ego sum: & cor meum abscisum est in visceribus meis.*

23 *Sicut vmbra cum declinauerit ambulaui: excussi me sicut locusta.*

24 *Genua mea debilitata sunt à ieiunio: & caro mea macruit à pinguedine.*

25 *Ego autem fui opprobrium eis: viderunt me, mouerunt caput suum.*

26 *Adiuua me Domine Deus meus, serua me secundum misericordiam tuam.*

27 *Et sciant quia manus tua hoc: tu Domine fecisti hoc.*

28 *Maledicent ipsi, & tu benedices, insurrexerunt, & pudore afficientur: seruus autem tuus lætabitur.*

29 *Induent se aduersarij mei pudorem: & operientur tanquam vestimento pudore suo.*

30 *Confitebor Domino valde ore meo: & in medio multorum laudabo eum.*

Quo-

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Quia astitit à dextris pauperis, vt saluam faceret 31
à persequentibus animam meam.

Psalmus Dauid. CIX. 1

Matt. 22. 42.

DIxit Dominus Domino meo: Sede à dextris
meis:

* 1. Cor. 15. 25. Heb. 1. 13. & 10. 13.

* Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum
tuorum.
Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: 2
dominare in medio inimicorum tuorum.
Tecum principium in die virtutis tuæ in splen- 3
doribus sanctorum: ex vtero ante luciferum ge-
nui te.

* Heb 5. 6 & 7. 17. 10. 21. 34.

* Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: Tu es 4
sacerdos in æternum secundum ordinem Melchi-
sedech.
Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ suæ 5
reges.
Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: con- 6
quassabit capita in terra multorum.
De torrente in via bibet: propterea exaltabit 7
caput.

Alleluia. CX.

COnfitebor tibi Domine in toto corde meo: in 1
consilio iustorum, & congregatione.
Magna opera Domini: exquisita in omnes vo- 2
luntates eius.
Confessio & magnificentia opus eius: & iustitia 3
eius manet in sæculum sæculi.
Memoriam fecit mirabilium suorum, misericors 4
& miserator Dominus: * escam dedit timentibus 5
se.
Memor erit in sæculum testamenti sui: * virtu- 6
tem operum suorum annunciabit populo suo.
Vt det illis hæreditatem gentium: opera ma- 7
nuum eius veritas, & iudicium.
Fidelia omnia mandata eius: confirmata in sæcu- 8
lum sæculi, facta in veritate & æquitate.
Redemptionem misit populo suo: mandauit in 9
æternum testamentum suum.

* Prou. 1. 7. & 9. 17 Eccli. 1. 16.

Sanctum, & terribile nomen eius: * initium 10
sapientiæ timor Domini.
Intellectus bonus omnibus facientibus eum:
laudatio eius manet in sæculum sæculi.

Alleluia, Reuersionis Aggæi, & Zachariæ. CXI.

BEatus vir, qui timet Dominum: in mandatis 1
eius volet nimis.
Potens in terra erit semen eius: generatio recto- 2
rum benedicetur.
Gloria, & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius 3
manet in sæculum sæculi.
Exortum est in tenebris lumen rectis: misericors, 4
& miserator, & iustus.
Iucundus homo qui miseretur & commodat, 5
disponet sermones suos in iudicio: * quia in æter- 6
num non commouebitur.
In memoria æterna erit iustus: ab auditione ma- 7
la non timebit.
Paratum cor eius sperare in Domino, * confir- 8
matum est cor eius: non commouebitur donec
despiciat inimicos suos.
Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in 9
sæculum sæculi, cornu eius exaltabitur in gloria.
Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fre- 10
met & tabescet: desiderium peccatorum peribit.

Alle-

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Quoniam stabit ad dexteram pauperis, vt seruet eum à iudicibus animæ eius.

Dauidis Cantus. Psalm. CX.

DIxit Dominus Domino meo, sede ad dexteram meam:

Donec ponam inimicos tuos scabellum pedibus tuis.

Virgam fortitudinis tuæ mittet Dominus ex Syon, dominare in medio inimicorum tuorum.

Populus tuus sponte veniet in die fortitudinis tuæ, in pulchritudinibus sanctitatis, ex vtero ab aurora fuit, tibi ros natiuitatis tuæ.

Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in sæculum secundum morem Malchisedech.

Dominus qui est ad dexteram tuam, transfixit in die furoris sui reges.

Iudicauit in gentibus, impleuit cadaueribus, transfixit caput super terram multum.

De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.

Halleluiah. Psalm. CXI.

COnfitebor Domino toto corde, in secreto rectorum: & congregatione.

Magna opera Domini, quæsita omnibus volentibus ea.

Gloria, & decor opus eius: & iustitia eius manet in sæculum.

*Memoriam fecit mirabilium suorum, clemens, & misericors Dominus: * escam dedit timentibus se,*

Memor erit in sæculum pacti sui: fortitudinem operum suorum annunciauit populo suo,

Vt det eis hereditatem gentium: opera manuum eius veritas, & iudicium,

Fidelia omnia præcepta eius: firmata in sæculum in sæculum, facta in veritate, & rectitudine.

Redemptionem misit populo suo, præcepit in sæculum pactum suum,

*Sanctum & terribile nomen eius: * principium sapientiæ timor Domini,*

Intellectus bonus omnibus facientibus ea, laus eius permanet in sæculum.

Halleluiah. Psalm. CXII.

BEatus vir qui timet Dominum, mandata eius vult valde.

Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur.

Opes, & diuitiæ in domo eius, & iustitia eius manet in sæculum.

Ortum est in tenebris lumen rectis, clemens, & misericors, & iustus.

*Bonus vir donat, & commodat, metietur verba sua in iudicio: * quia in sæculum non declinabit,*

*In memoria æterna erit iustus: * ab auditione mala non timebit,*

*Firmum cor eius fidens Domino: * firmum cor eius non timebit, donec videbit in hostibus suis* quod optat.

Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum, cornu eius exaltabitur in gloria.

Impius videbit, & irascetur dentibus suis fremet, & dissoluetur, desiderium impiorum peribit.

Halle-

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Alleluia. CXII.

1 LAudate pueri Dominum : laudate nomen Domini.
2 Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc, & vsque in sæculum.
3 A solis ortu vsque ad occasum, laudabile nomen Domini.
Mal 1.11. 4 Excelsus super omnes gentes Dominus, & super cælos gloria eius.
5 Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat,
6 ★ & humilia respicit in cælo & in terra?
7 Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem:
8 Vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui.
9 Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem.

Alleluia. CXIII.

Ex. 13.3. 1 IN exitu Israel de AEgypto, domus Iacob de populo barbaro:
2 Facta est Iudæa sanctificatio eius, Israel potestas eius.
3 Mare vidit, & fugit: Iordanis conuersus est retrorsum.
4 Montes exultauerunt vt arietes: & colles sicut agni ouium.
5 Quid est tibi mare quòd fugisti: & tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum?
6 Montes exultastis sicut arietes, & colles sicut agni ouium.
7 A facie Domini mota est terra, à facie Dei Iacob.
8 Qui conuertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.

1 NON NOBIS DOMINE, NON NOBIS: sed nomini tuo da gloriam.
2 Super misericordia tua, & veritate tua: ne quando dicant Gentes: Vbi est Deus eorum?
3 Deus autem noster in cælo: omnia quæcumque voluit, fecit.
Inf. 134. 15. 4 Simulachra gentium argentum, & aurum, opera manuum hominum.
Sup. 15. 15. 5 Os habent & non loquentur: oculos habent, & non videbunt.
6 Aures habent, & non audient: nares habent, & non odorabunt.
7 Manus habent, & non palpabunt: pedes habent, & non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo.
8 Similes illis fiant qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis.
9 Domus Israel sperauit in Domino: adiutor eorum & protector eorum est.
10 Domus Aaron sperauit in Domino: adiutor eorum & protector eorum est.
11 Qui timent Dominum, sperauerunt in Domino: adiutor eorum & protector eorum est.
12 Dominus memor fuit nostri: & benedixit nobis:
Benedixit domui Israel: benedixit domui Aaron.
13 Benedixit omnibus, qui timent Dominum, pusillis cum maioribus.
14 Adiiciat Dominus super vos: super vos, & super filios vestros.
15 Benedicti vos à Domino: qui fecit cælum, & terram.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Hallelujah. Psalm. CXIII.

LAudate serui Domini: laudate nomen Domini.
Sit nomen Domini benedictum, ex hoc tempore, & vsq; in seculum.
Ab ortu solis vsq; ad occasum eius, laudabile nomen Domini.
Excelsus super omnes gentes Dominus, super cælos gloria eius.
Quis sicut Dominus Deus noster, qui eleuat ad habitandum: ★ qui humiliat ad videndum in cælo, & in terra?
Qui stare facit de puluere inopem, de stercore eleuabit pauperem?
Vt sedere faciat cum principibus, cum principibus populi sui.
Qui habitare facit sterilem familiam habentem, matrem filiorum lætantem, Hallelujah.

Psalm. CXIV.

QVum egrederetur Israel ex Ægypto, familia Iahacob è populo barbaro.
Fuit Iehudah sanctificatio eius, Israel potestas eius.
Mare vidit, & fugit, Iarden conuersus est retrorsum.
Montes saltauerunt sicut arietes, colles sicut filij pecudum.
Quid fuit tibi mare quòd fugisti: Iarden conuertit se retrorsum?
Montes saltauerunt sicut arietes, colles sicut filij pecudum.
A facie Domini contremisce terra, à facie Dei Iahacob.
Qui conuertit petram in stagnum aquarum: silicem in fontem aquarum.

Psalm. CXV.

NON NOBIS DOMINE NON NOBIS: sed nomini tuo da gloriam.
Propter misericordiam tuam, propter veritatem tuam: vt quid dicent Gentes: Vbi est nunc Deus eorum?
Deus autem noster est in cælo: omnia quæ voluit, fecit.
Simulachra eorum sunt ex argento, & auro, opus manuum hominum.
Os est eis, & non loquentur: oculi sunt eis, & non videbunt.
Aures sunt eis, & non audient, nares sunt eis, & non odorabunt.
Manus eorum non palpabunt, pedes eorum non ambulabunt, non loquentur gutture suo.
Sicut ipsa sint qui faciunt ea, omnis qui fidit eis.
Israel fide Domino, auxilium eorum, & clypeus eorum ipse est.
Domus Aharon fidite Domino, auxilium eorum, & clypeus eorum ipse est.
Qui timetis Dominum, fidite Domino, auxilium eorum, & clypeus eorum ipse est.
★ Dominus memor fuit nostri benedicet,
Benedicet domui Israel, benedicet domui Aharon.
Benedicet timentibus Dominum, pusillis cum magnis.
Adiiciat Dominus super vos, super vos, & super filios vestros.
Benedicti vos à Domino: qui fecit cælos, & terram.

★ Hic incipit alius psalmus in aliquibus codicibus Hebraicis.

Vulgat. Editio.

Cælum cæli Domino: terram autem dedit filiis 16
hominum.

★ Non mortui laudabunt te Domine: neque 17
omnes, qui descendunt in infernum.

Sed nos qui viuimus, benedicimus Domino, ex 18
hoc nunc & vsque in sæculum.

Alleluia. CXIV.

DIlexi, quoniam exaudiet Dominus vocem 1
orationis meæ.

Quia inclinauit aurem suam mihi: & in diebus 2
meis inuocabo.

Circumdederunt me dolores mortis: & peri- 3
cula inferni inuenerunt me.

Tribulationem & dolorem inueni: ★ & nomen 4
Domini inuocaui.

O Domine libera animam meam: ★ misericors 5
Dominus, & iustus, & Deus noster miseretur.

Custodiens paruulos Dominus: humiliatus sum, 6
& liberauit me.

Conuertere anima mea in requiem tuam: quia 7
Dominus benefecit tibi.

Quia eripuit animam meam de morte: oculos 8
meos à lachrymis, pedes meos à lapsu.

Placebo Domino in regione viuorum. 9

Alleluia. CXV.

CRedidi, propter quod locutus sum: ego autem 10
humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: Omnis homo mendax. 11

Quid retribuam Domino, pro omnibus, quæ re- 12
tribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam: & nomen Domini 13
inuocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni popu 14
lo eius: ★ pretiosa in conspectu Domini mors San- 15
ctorum eius.

O Domine quia ego seruus tuus ego seruus tuus, 16
& filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea: ★ tibi sacrificabo hostiam 17
laudis, & nomen Domini inuocabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis 18
populi eius: ★ in atriis domus Domini, in medio 19
tui Ierusalem.

Alleluia. CXVI.

LAudate Dominum omnes Gentes: laudate 1
eum omnes populi:

Quoniam confirmata est super nos misericor- 2
dia eius: ★ & veritas Domini manet in æternum.

Alleluia. CXVII.

COnfitemini Domino quoniam bonus: quo- 1
niam in sæculum misericordia eius.

Dicat nunc Israel quoniam bonus: quoniam in 2
sæculum misericordia eius.

Dicat nunc domus Aaron: quoniam in sæcu 3
lum misericordia eius.

Dicant nunc qui timent Dominum: quoniam 4
in sæculum misericordia eius.

De tribulatione inuocaui Dominum: & exaudi- 5
uit me in latitudine Dominus.

Dominus mihi adiutor: non timeo quid faciat 6
mihi homo.

★ Dominus mihi adiutor: & ego despiciam ini- 7
micos meos.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Cælum cælum Domino, & terram dedit filijs hominum.

Non mortui laudabunt Dominum, nec omnes descendentes in sepulchrum.

Et nos benedicemus Domino ex hoc tempore, & vsque in sæculum. Halleluiah.

Psalm. CXVI.

DIlexi, quoniam audiet Dominus vocem meam in deprecationibus meis.

Quia inclinauit aurem suam mihi: & in diebus meis inuocabo.

Circumdederunt me dolores mortis: & angustiæ inferni inuenerunt me.

Angustiam & dolorem inueni: ★ & nomen Domini inuocabo.

Quæso Domine erue animam meam: clemens Dominus, & iustus, & Deus noster miserans.

Custodit simplices Dominus, attenuatus sum, & me seruabit.

Reuertere anima mea ad requiem tuam: quia Dominus retribuit mihi.

Quia eripuisti animam à morte, oculum meum à lachryma, pedem meum ab expulsione mei.

Ambulabo coram Domino in terris viuentium.

CRedidi quando locutus sum, ego depauperatus sum valde.

Ego dixi cum pauerem: Omnis homo mendax.

Quid reddam Domino pro omnibus retributionibus eius quæ sunt *super me?*

Calicem salutum accipiam: & nomen Domini inuocabo.

Vota mea Domino reddam coram nunc omni populo eius:

★ pretiosa in oculis Domini mors misericordium eius.

Obsecro Domine, quia ego seruus tuus, ego seruus tuus filius ancillæ tuæ,

Soluisti vincula mea: ★ tibi sacrificabo sacrificium laudis, & nomen Domini inuocabo.

Vota mea Domino reddam coram nunc omni populo eius:

★ in atrijs domus Domini, in medio tui Ierusalem. Halleluiah.

Psalm. CXVII.

LAudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi.

Quoniam roborata est super nos misericordia eius, & veritas Domini in sæculum. Halleluiah.

Psalm. CXVIII.

COnfitemini Domino quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius.

Dicant nunc Israel: quoniam in sæculum misericordia eius.

Dicant nunc familia Aharon: quoniam in sæculum misericordia eius.

Dicant nunc qui timent Dominum: quoniam in sæculum misericordia eius.

De angustia inuocaui Dominum: & exaudiuit me in latitudine Dominus.

Dominus mecum est: non timebo quid faciat mihi homo.

Dominus mecum est inter auxiliatores meos: & ego video quod opto *odio habentibus me.*

Vulgat. Editio.

8 Bonum est confidere in Domino, quàm confidere in homine.

9 Bonum est sperare in Domino, quàm sperare in principibus.

10 Omnes gentes circuierunt me: & in nomine Domini quia vltus sum in eos.

11 Circumdantes circumdederunt me: & in nomine Domini quia vltus sum in eos.

12 Circumdederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis: & in nomine Domini quia vltus sum in eos.

13 Impulsus euersus sum vt caderem: & Dominus suscepit me.

Exo 15.2

14 Fortitudo mea, & laus mea Dominus: & factus est mihi in salutem.

15 Vox exultationis, & salutis in tabernaculis iustorum.

16 Dextera Domini fecit virtutem: dextera Domini exultauit me, dextera Domini fecit virtutem.

17 Non moriar, sed viuam: & narrabo opera Domini.

18 Castigans castigauit me Dominus: & morti non tradidit me.

19 Aperite mihi portas iustitiæ, ingressus in eas
20 confitebor Domino: * hæc porta Domini, iusti intrabunt in eam.

21 Confitebor tibi quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem.

* Mat. 21. 42. Luc. 20. 17. Act. 4. 11. Ro. 9. 33. 1. Pet. 2. 7. Esa. 28. 16.

22 * Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes: hic factus est in caput anguli.

23 A Domino factum est istud: & est mirabile in oculis nostris.

24 Hæc est dies, quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea.

25 O Domine saluum me fac, ô Domine bene
26 prosperare: * benedictus qui venit in nomine Domini.

27 Benediximus vobis de domo Domini: * Deus Dominus, & illuxit nobis.

Constituite diem sollemnem in condensis, vsque ad cornu altaris.

28 Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te.

Confitebor tibi quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem.

29 Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius.

Alleluia. CXVIII.

ALEPH.

1 Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini.

2 Beati, qui scrutantur testimonia eius: in toto corde exquirunt eum.

3 Non enim qui operantur iniquitatem, in viis eius ambulauerunt.

4 Tu mandasti mandata tua custodiri nimis.

5 Vtinam dirigantur viæ meæ, ad custodiendas iustificationes tuas.

6 Tunc non confundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis.

7 Confitebor tibi in directione cordis: in eo quod didici iudicia iustitiæ tuæ.

8 Iustificationes tuas custodiam: non me derelinquas vsquequaque.

BETH.

9 In quo corrigit adolescentior viam suam? in custodiendo sermones tuos.

10 In toto corde meo exquisiui te: ne repellas me à mandatis tuis.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

8 *Melius est sperare in Domino quàm sperare in homine.*

9 *Melius est sperare in Domino, quàm sperare in principibus.*

10 *Omnes gentes circumdederunt me, in nomine Domini, quia succidam eas.*

11 *Circumdederunt me, etiam circumdederunt me, in nomine Domini, quia succidam eas.*

12 *Circumdederunt me sicut apes, extincta sunt sicut ignis spinarum, in nomine Domini, quia succidam eas.*

13 *Impellendo impulisti me, vt caderem: & Dominus adiuuit me.*

14 *Fortitudo mea, & laus Dominus, & fuit mihi in salutem.*

15 *Vox laudis, & salutis in tabernaculis iustorum,*

16 *Dextera Domini fecit fortitudinem: dextera Domini excelsa, dextera Domini facit fortitudinem.*

17 *Non moriar, sed viuam: & narrabo opera Domini.*

18 *Corripiendo corripuit me: & morti non tradidit me.*

19 *Aperite mihi portas iustitiæ, ingrediar eas confitebor*
20 *Domino: * hæc porta Domini, iusti intrabunt per eam.*

21 *Confitebor tibi, quoniam exaudisti me: & fuisti mihi in salutem.*

22 *Lapis quem reprobauerunt ædificantes, fuit in caput anguli.*

23 *A Domino fuit iste: est miraculis in oculis nostris.*

24 *Hæc est dies, quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea.*

25 *Obsecro Domine saluifica nunc, obsecro Domine, prospe-*
26 *rare fac nunc: * Benedictus qui venit in nomine Domini,*

27 *Benediximus vobis de domo Domini: * Deus Dominus, & illuxit nobis,*

Ligate agnum funibus, vsque ad cornua altaris.

28 *Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus & exaltabo te.*

29 *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius.*

Psalm. CXIX.

ALEPH.

1 *Beati perfecti via, qui ambulant in lege Domini.*

Propheta duobus & viginti ogdoadibus id est octonis vijs versuum distinxit hunc psalmũ: totusque litteræ Hebraicæ elemento octonos versus tribuens, qui ab illis elementis incipiũt: vt omnes versus primæ ogdoadis ab Aleph, secundæ à Beth, & ita deinceps.

2 *Beati qui custodiunt testimonia eius, toto corde quærunt eum.*

3 *Etiam qui non operati sunt iniquitatem in vijs eius ambulauerunt.*

4 *Tu præcepisti mandata tua vt custodiant ea valde.*

5 *Vtinam firmentur viæ meæ, ad custodiendum statuta tua.*

6 *Tunc non pudore afficiar, cum respexero ad omnia præcepta tua.*

7 *Confitebor tibi in rectitudine cordis: cum didicero iudicia iustitiæ tuæ.*

8 *Statuta tua custodiam, ne derelinquas me, vehementer.*

BETH.

9 *In quo mundabit adolescens semitam suam, ad custodiendum iuxta verbum tuum.*

10 *Toto corde meo exquisiui te, ne errare facias me à mandatis tuis.*

Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
In corde meo abscondi eloquia tua: vt non peccem tibi.	11	*In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi.*
Benedictus es Dñe: doce me iustificationes tuas.	12	*Benedictus es Domine, doce me statuta tua.*
In labiis meis pronunciaui omnia iudicia oris tui.	13	*Labijs meis narraui omnia iudicia oris tui.*
In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitiis.	14	*In via testimoniorum tuorum gauisus sum, sicut super omnibus diuitijs.*
In mandatis tuis exercebor: & considerabo vias tuas.	15	*In preceptis tuis meditabor, & aspiciam semitas tuas.*
In iustificationibus tuis meditabor: non obliuiscar sermones tuos.	16	*In statutis tuis delectabor, non obliuiscar verborum tuorum.*
GIMEL.		*GHIMAL.*
Retribue seruo tuo, viuifica me: & custodiam sermones tuos.	17	*Retribue seruo tuo, vt viuam, & custodiam verba tua.*
Reuela oculos meos: & considerabo mirabilia de lege tua.	18	*Reuela oculos meos, & aspiciam mirabilia de lege tua.*
Incola ego sum in terra: non abscondas à me mandata tua.	19	*Aduena ego sum in terra, ne abscondas à me precepta tua.*
Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas, in omni tempore.	20	*Confracta est anima mea desiderando iudicia tua in omni tempore.*
Increpasti superbos: maledicti qui declinant à mandatis tuis.	21	*Disperdidisti superbos maledictos, qui errant à preceptis tuis.*
Aufer à me opprobrium, & contemptum: quia testimonia tua exquisiui.	22	*Volue à me opprobrium, & contemptum, quia testimonia tua custodiui.*
Etenim sederunt principes, & aduersum me loquebantur: seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis.	23	*Etiam sederunt principes, contra me locuti sunt: seruus tuus meditabitur in statutis tuis.*
Nam & testimonia tua meditatio mea est: & consilium meum iustificationes tuæ.	24	*Etiam testimonia tua sunt delectationes meæ, viri consilij mei.*
DALETH.		*DALETH.*
Adhæsit pauimento anima mea: viuifica me secundum verbum tuum.	25	*Adhæsit pulueri anima mea, viuifica me secundum verbum tuum.*
Vias meas enunciaui, & exaudisti me: doce me iustificationes tuas.	26	*Vias meas narraui, & exaudisti me: doce me statuta tua.*
Viam iustificationum tuarum instrue me: & exercebor in mirabilibus tuis.	27	*Viam preceptorum tuorum fac me intelligere, & meditabor in mirabilibus tuis.*
Dormitauit anima mea præ tædio: confirma me in verbis tuis.	28	*Stillauit anima mea pre dolore: confirma me iuxta verbum tuum.*
Viam iniquitatis amoue à me: & de lege tua miserere mei.	29	*Viam mendacij amoue à me: & legem tuam dona mihi.*
Viam veritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus.	30	*Viam veritatis elegi: iudicia tua posui coram me.*
Adhæsi testimoniis tuis Domine: noli me confundere.	31	*Adhæsi testimonijs tuis Domine, ne pudore afficias me.*
Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.	32	*Viam mandatorum tuorum curram, quum dilataueris cor meum.*
HE.		*HE.*
Legem pone mihi Domine viam iustificationum tuarum: & exquiram eam semper.	33	*Doce me Domine viam statutorum tuorum, & custodiam eam propter mercedem.*
Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam: & custodiam illam in toto corde meo.	34	*Fac me intelligere, & custodiam legem tuam, & custodiam illam in toto corde.*
Deduc me in semitam mandatorum tuorum: quia ipsam volui.	35	*Incedere fac me per semitam mandatorum tuorum, quia ipsam volui.*
Inclina cor meum in testimonia tua: & non in auaritiam.	36	*Inclina cor meum ad testimonia tua, & non ad auaritiam.*
Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me.	37	*Transire fac oculos meos, vt non videant vanitatem, in vijs tuis viuifica me.*
Statue seruo tuo eloquium tuum, in timore tuo.	38	*Confirma seruo tuo eloquium tuum, quod est ad timorem tuum.*
Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum: quia iudicia tua iucunda.	39	*Transire fac opprobrium meum quod timui, quia iudicia tua bona.*
Ecce concupiui mandata tua: in æquitate tua viuifica me.	40	*Ecce concupiui mandata tua, in iustitia tua viuifica me.*
VAV.		*VAV.*
Et veniat super me misericordia tua Domine: salutare tuum secundum eloquium tuum.	41	*Et veniant mihi misericordiæ tuæ Domine, salus tua secundum eloquium tuum.*
Et respondebo exprobrantibus mihi verbum: quia speraui in sermonibus tuis.	42	*Et respondebo probris afficienti me verbum, quia speraui in verbo tuo.*
Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaque: quia in iudiciis tuis supersperaui.	43	*Et ne remoueas de ore meo verbum veritatis vsque valde, quia ad iudicia tua expectaui.*

Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
Et custodiam legem tuam semper: in sæculum & in sæculum sæculi.	44	*Et custodiam legem tuam semper in sæculum, & vltra.*
Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquisiui.	45	*Et ambulabo in latitudine: quia mandata tua quæsiui.*
Et loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum: & non confundebar.	46	*Et loquar de testimoniis tuis coram regibus: & non pudore afficiar.*
Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi.	47	*Et delectabor in mandatis tuis, quæ dilexi.*
Et leuaui manus meas ad mandata tua, quæ dilexi: & exercebar in iustificationibus tuis.	48	*Et leuabo palmas meas ad præcepta tua, quæ dilexi: & meditabor in statutis tuis.*
ZAIN.		*ZAIN.*
Memor esto verbi tui seruo tuo, in quo mihi spem dedisti.	49	*Memento verbi seruo tuo, in quo sperare fecisti me.*
Hæc me consolata est in humilitate mea: quia eloquium tuum viuificauit me.	50	*Hæc est consolatio mea, in afflictione mea, quia eloquium tuum viuificauit me.*
Superbi inique agebant vsquequaque: à lege autem tua non declinaui.	51	*Superbi deriserunt me vsque valde: à lege tua non declinaui.*
Memor fui iudiciorum tuorum à sæculo Domine: & consolatus sum.	52	*Recordatus sum iudiciorum tuorum à sæculo Domine, & consolatus sum.*
Defectio tenuit me, pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.	53	*Terror tenuit me propter impios derelinquentes legem tuam.*
Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ.	54	*Cantus fuerunt mihi statuta in domo peregrinationum mearum.*
Memor fui nocte nominis tui Domine: & custodiui legem tuam.	55	*Recordatus sum nocte nominis tui Domine, & custodiui legem tuam.*
Hæc facta est mihi: quia iustificationes tuas exquisiui.	56	*Hoc bonum fuit mihi: quia præcepta tua custodiui.*
HETH.		*CHETH.*
Portio mea Domine, dixi custodire legem tuam.	57	*Portio mea Domine, dixi vt custodirem verbum tuum.*
Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: miserere mei secundum eloquium tuum.	58	*Deprecatus sum faciem tuam toto corde: miserere mei secundum eloquium tuum.*
Cogitaui vias meas: & conuerti pedes meos in testimonia tua.	59	*Cogitaui vias meas: & conuerti pedes meos ad testimonia tua.*
Paratus sum, & non sum turbatus: vt custodiam mandata tua.	60	*Festinaui, & non tardaui, vt custodirem mandata tua.*
Funes peccatorum circumplexi sunt me: & legem tuam non sum oblitus.	61	*Cateruæ impiorum prædatæ sunt me: legis tuæ non sum oblitus.*
Media nocte surgebam ad confitendum tibi, super iudicia iustificationis tuæ.	62	*Media nocte surgam ad confitendum tibi, super iudicia iustitiæ tuæ.*
Particeps ego sum omnium timentium te: & custodientium mandata tua.	63	*Socius sum omnibus qui timuerint te, & custodientibus præcepta tua.*
Misericordia tua Domine plena est terra: iustificationes tuas doce me.	64	*Misericordia tua Domine plena est terra: statuta tua doce me.*
TETH.		*THETH.*
Bonitatem fecisti cum seruo tuo Domine, secundum verbum tuum.	65	*Bonum fecisti cum seruo tuo Domine, secundum verbum tuum.*
Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.	66	*Bonum sermonem, & scientiam doce me: quia præceptis tuis credidi.*
Priusquam humiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuum custodiui.	67	*Priusquam humiliarer ego errabam: & nunc eloquium tuum custodiui.*
Bonus es tu, & in bonitate tua doce me iustificationes tuas.	68	*Bonus es tu & beneficus, doce me statuta tua.*
Multiplicata est super me iniquitas superborum: ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.	69	*Applicuerunt mihi mendacium superbi: ego toto corde custodiam præcepta tua.*
Coagulatum est sicut lac cor eorum: ego vero legem tuam meditatus sum.	70	*Impinguauit se sicut adeps cor eorum: ego vero lege tua delectatus sum.*
Bonum mihi quia humiliasti me: vt discam iustificationes tuas.	71	*Bonum fuit mihi quod afflictus fui: vt discam statuta tua.*
Bonum mihi lex oris tui, super millia auri, & argenti.	72	*Melior est mihi lex oris tui, quam millia auri, & argenti.*
IOD.		*IOD.*
Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me: da mihi intellectum, & discam mandata tua.	73	*Manus tuæ fecerunt me, & præparauerunt me: fac me intelligere, & discam præcepta tua.*
Qui timent te videbunt me, & lætabuntur: quia in verba tua supersperaui.	74	*Qui timent te videbunt me & lætabuntur: quia verbum tuum expectaui.*
Cognoui Domine quia æquitas iudicia tua: & in veritate tua humiliasti me.	75	*Noui Domine [illegible] tate afflixisti me.*
Fiat misericordia tua vt consoletur me, secundum eloquium tuum seruo tuo.	76	*[illegible] dum eloquium tuum seruo tuo.*

Ve-

	Vulgat. Editio.	Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
110	Posuerunt peccatores laqueum mihi: & de mandatis tuis non erraui.	*Posuerunt impij laqueum mihi, & à preceptis tuis non erraui.*
111	Hereditate acquisiui testimonia tua in æternum: quia exultatio cordis mei sunt.	*Hereditate accepi testimonia tua in seculum, quia gaudium cordis mei sunt.*
112	Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum, propter retributionem.	*Inclinaui cor meum ad faciendum statuta tua in seculum, vsq; in finem.*
	SAMECH.	*SAMEC.*
113	Iniquos odio habui: & legem tuam dilexi.	*Cogitabundos odiui, & legem tuam dilexi.*
114	Adiutor, & susceptor meus es tu: & in verbum tuum supersperaui.	*Latibulum meum, & scutum meum es tu: verbum tuum expectaui.*
115	Declinate à me maligni: & scrutabor mandata Dei mei.	*Recedite à me maligni, & custodiam precepta Dei mei.*
116	Suscipe me secundum eloquium tuum, & viuā: & non confundas me ab expectatione mea.	*Confirma me secundum verbum tuum, & viuam, & ne pudore afficias me ab expectatione mea.*
117	Adiuua me, & saluus ero: & meditabor in iustificationibus tuis semper.	*Confirma me, & seruabor, & delectabor in statutis tuis semper.*
118	Spreuisti omnes discedentes à iudiciis tuis: quia iniusta cogitatio eorum.	*Calcasti omnes errantes à statutis tuis, quia mendacium est dolus eorum.*
119	Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ: ideo dilexi testimonia tua.	*Vt scorias cessare fecisti omnes impios terræ, ideo dilexi testimonia tua.*
120	Confige timore tuo carnes meas: à iudiciis enim tuis timui.	*Horripilauit propter timorem tuum caro mea, & à iudicijs tuis timui.*
	AIN.	*HAIN.*
121	Feci iudicium & iustitiam: non tradas me calumniantibus me.	*Feci iudicium, & iustitiam, ne derelinquas me opprimentibus me.*
122	Suscipe seruum tuum in bonum: non calumnientur me superbi.	*Dirige seruum tuum in bono, & ne vim inferant mihi superbi.*
123	Oculi mei defecerunt in salutare tuum: & in eloquium iustitiæ tuæ.	*Oculi mei defecerunt ad salutem tuam, & ad eloquium iustitiæ tuæ.*
124	Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam: & iustificationes tuas doce me.	*Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam, & statuta tua doce me.*
125	Seruus tuus sum ego: da mihi intellectum, vt sciam testimonia tua.	*Seruus tuus ego sum fac me intelligere, & sciam testimonia tua.*
126	Tempus faciendi Domine: dissipauerunt legem tuam.	*Tempus faciendi Domino, dissipauerunt legem tuam.*
127	Ideo dilexi mandata tua: super aurum & topazion.	*Ideo dilexi precepta tua: magis quàm aurum, & obrizum.*
128	Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.	*Propterea omnia precepta omnia inquam recta censui, omnem semitam mendacij odio habui.*
	PHE.	*PE.*
129	Mirabilia testimonia tua: ideo scrutata est ea anima mea.	*Mirabilia testimonia tua, ideo custodiuit ea anima mea.*
130	Declaratio sermonum tuorum illuminat: & intellectum dat paruulis.	*Apertio verborum tuorum illuminat, intelligere facit simplices.*
131	Os meum aperui, & attraxi spiritum: quia mandata tua desiderabam.	*Os meum aperui, & respiraui, quia ad precepta tua desideraui.*
132	Aspice in me, & miserere mei, secundum iudicium diligentium nomen tuum.	*Aspice ad me, & miserere mei, secundum consuetudinem tuam erga diligentes nomen tuum.*
133	Gressus meos dirige secundum eloquium tuum: & non dominetur mei omnis iniustitia.	*Gressus meos firma in eloquio tuo, & non dominabitur mihi omnis iniquitas.*
134	Redime me à calumniis hominum: vt custodiam mandata tua.	*Redime me ab oppressione hominis: & custodiam precepta tua.*
135	Faciem tuam illumina super seruum tuum: & doce me iustificationes tuas.	*Faciem tuam fac lucere seruo tuo: & doce me statuta tua.*
136	Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam.	*Riui aquarum descenderunt ab oculis meis: propterea quod non custodierunt legem tuam.*
	SADE.	*SADI.*
137	Iustus es Domine: & rectum iudicium tuum.	*Iustus es domine, & rectum iudicium tuum.*
138	Mandasti iustitiam testimonia tua: & veritatem tuam nimis.	*Precepisti* nobis *iustitiam testimonia tua, & veritatem valde.*
139	Tabescere me fecit zelus meus: quia obliti sunt verba tua inimici mei.	*Succidit me zelus meus, quia obliti sunt verborum tuorum hostes mei.*
140	Ignitum eloquium tuum vehementer: & seruus tuus dilexit illud.	*Probatus est sermo tuus valde, & seruus tuus dilexit illum.*
141	Adolescentulus sum ego, & contemptus: iustificationes tuas non sum oblitus.	*Paruulus sum, & despectus preceptorum tuorum non sum oblitus,*
142	Iustitia tua, iustitia in æternum: & lex tua veritas.	*Iustitia tua iustitia in seculum, & lex tua veritas.*
143	Tribulatio, & angustia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea est.	*Afflictio, & angustia inuenerunt me, precepta tua delectationes meæ sunt.*

Vulgat. Editio.

144 AEquitas testimonia tua in æternum: intellectum da mihi, & viuam.

COPH.

145 Clamaui in toto corde meo, exaudi me Domine: iustificationes tuas requiram.

146 Clamaui ad te, saluum me fac: vt custodiam mandata tua.

147 Præueni in maturitate, & clamaui: quia in verba tua supersperaui.

148 Præuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua.

149 Vocem meam audi secundum misericordiam tuam Domine: & secundum iudicium tuum viuifica me.

150 Appropinquauerunt persequentes me iniquitati: à lege autem tua longe facti sunt.

151 Prope es tu Domine: & omnes viæ tuæ veritas.

152 Initio cognoui de testimoniis tuis: quia in æternum fundasti ea.

RES.

153 Vide humilitatem meam, & eripe me: quia legem tuam non sum oblitus.

154 Iudica iudicium meum, & redime me: propter eloquium tuum viuifica me.

155 Longe à peccatoribus salus: quia iustificationes tuas non exquisierunt.

156 Misericordiæ tuæ multæ Domine: secundum iudicium tuum viuifica me.

157 Multi qui persequuntur me, & tribulant me: à testimoniis tuis non declinaui.

158 Vidi præuaricantes, & tabescebam: quia eloquia tua non custodierunt.

159 Vide quoniam mandata tua dilexi Domine: in misericordia tua viuifica me.

160 Principium verborum tuorum, veritas: in æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ.

SIN.

161 Principes persecuti sunt me gratis: & à verbis tuis formidauit cor meum.

162 Lætabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa.

163 Iniquitatem odio habui, & abominatus sum: legem autem tuam dilexi.

164 Septies in die laudem dixi tibi, super iudicia iustitiæ tuæ.

165 Pax multa diligentibus legem tuam: & non est illis scandalum.

166 Expectabam salutare tuum Domine: & mandata tua dilexi.

167 Custodiuit anima mea testimonia tua: & dilexit ea vehementer.

168 Seruaui mandata tua, & testimonia tua: quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

TAV.

169 Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo Domine: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.

170 Intret postulatio mea in conspectu tuo: secundum eloquium tuum eripe me.

171 Eructabunt labia mea hymnum, cum docueris me iustificationes tuas.

172 Pronunciabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mandata tua æquitas.

173 Fiat manus tua vt saluet me: quoniam mandata tua elegi.

174 Concupiui salutare tuum Domine: & lex tua meditatio mea est.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Iustitia testimoniorum tuorum in sæculum: intelligere fac me, & viuam.

COPH.

Clamaui in toto corde exaudi me Domine: statuta tua custodiam.

Clamaui ad te, serua me: & custodiam testimonia tua.

Præueni crepusculo, & clamaui: verbum tuum expectaui.

Præuenerunt oculi mei vigilias: ad meditandum in eloquio tuo.

Vocem meam audi secundum misericordiam tuam Domine: secundum iudicium tuum viuifica me.

Appropinquauerunt sequentes cogitationem malam: à lege tua elongauerunt se.

Prope es tu Domine: & omnia præcepta tua sunt veritas.

Antea noui de testimonijs tuis: quia in sæculum fundasti ea.

RES.

Vide afflictionem meam, & erue me: quia legis tuæ non sum oblitus.

Iudica iudicium meum, & redime me: propter eloquium tuum viuifica me.

Longe est ab impijs salus: quia statuta tua non quæsierunt.

Misericordiæ tuæ multæ Domine: secundum iudicia tua viuifica me.

Multi sunt persequentes me, & hostes mei, à testimonijs tuis non declinaui.

Vidi præuaricantes, & tædio affectus sum: quia eloquium tuum non custodierunt.

Vide quia præcepta tua dilexi: Domine secundum misericordiam tuam viuifica me.

Principium verbi tui veritas: & in sæculum omne iudicium iustitiæ tuæ.

SIN.

Principes persecuti sunt me gratis: & à verbo tuo timuit cor meum.

Gaudeo super eloquio tuo: sicut qui inuenit spolia multa.

Mendacium odiui, & abominatus sum: legem tuam dilexi.

Septies in die laudaui te, super iudicia iustitiæ tuæ.

Pax multa diligentibus legem tuam: & non est eis offensio.

Expectaui salutem tuam Domine: & præcepta tua feci.

Custodiuit anima mea testimonia tua: & diligo ea vehementer.

Custodiui præcepta tua & testimonia tua: quia omnes viæ meæ sunt coram te.

TAV.

Appropinquet clamor meus coram te Domine: secundum verbum tuum fac me intelligere.

Veniat deprecatio mea coram te: secundum eloquium tuum erue me.

Eructabunt labia mea laudem: cum docueris me statuta tua.

Loquetur lingua mea eloquium tuum: quia omnia mandata tua sunt iustitia.

Sit manus tua ad auxiliandum mihi: quoniam præcepta tua elegi.

Desideraui salutem tuam Domine: & lex tua delectationes meæ, est.

Vulgat. Editio.

Viuet anima mea, & laudabit te: & iudicia tua 175
adiuuabunt me.
Erraui, ſicut ouis, quæ periit: quære ſeruum 176
tuum, quia mandata tua non ſum oblitus.

Canticum graduum. CXIX. 1

AD Dominum cum tribularer clamaui: & exau-
diuit me.
Domine libera animam meam à labiis iniquis, 2
& à lingua doloſa.
Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad lin- 3
guam doloſam?
Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus deſo- 4
latoriis.
Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus 5
eſt: habitaui cum habitantibus Cedar: multum
incola fuit anima mea.
Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: 6
cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Canticum graduum. CXX.

1.Par.20.23. LEuaui oculos meos in montes, vnde veniet 1
auxilium mihi.
Auxilium meum à Domino, qui fecit cælum & 2
terram:
Non det in commotionem pedem tuum: neque 3
dormitet qui cuſtodit te.
Ecce non dormitabit neque dormiet, qui cuſto- 4
dit Iſrael.
Dominus cuſtodit te, Dominus protectio tua, 5
ſuper manum dexteram tuam.
Per diem ſol non vret te: neque luna per no- 6
ctem.
Dominus cuſtodit te ab omni malo: cuſtodiat 7
animam tuam Dominus.
Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum 8
tuum: ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.

Canticum graduum. CXXI. 1

LÆtatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi: In
domum Domini ibimus.
Stantes erant pedes noſtri, in atriis tuis Ieru- 2
ſalem.
Ieruſalem, quæ ædificatur vt ciuitas: cuius par- 3
ticipatio eius in idipſum.
Illuc enim aſcenderunt tribus, tribus Domi- 4
ni: teſtimonium Iſrael ad confitendum nomini
Domini.
Quia illic ſederunt ſedes in iudicio, ſedes ſuper 5
domum Dauid.
Rogate quæ ad pacem ſunt Ieruſalem: & abun- 6
dantia diligentibus te:
Fiat pax in virtute tua: & abundantia in tur- 7
ribus tuis.
Propter fratres meos, & proximos meos, lo- 8
quebar pacem de te:
Propter domum Domini Dei noſtri, quæſiui 9
bona tibi.

Canticum graduum. CXXII.

AD te leuaui oculos meos, qui habitas in 1
cælis.
Ecce ſicut oculi ſeruorum, in manibus domi- 2
norum ſuorum,

Tranſl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Viuet anima mea, & laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me.

Erraui ſicut pecus perditum: quære ſeruum tuum, quia mandatorum tuorum non ſum oblitus.

Pſalm. CXX. Canticum graduum.

AD Dominum in anguſtia mea clamaui: & exaudiuit me.

Domine erue animam meam à labio mendaci, à lingua doloſa.

Quid dabit tibi, & quid apponet tibi lingua doloſa?

Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus iuniperorum.

Heu mihi quia peregrinatus ſum in Meſech: habitaui cum tabernaculis Cedar: multum habitauit ſibi anima mea.

Cum odio habente pacem, ego eram vir pacis: & cum loquebar, ipſi loquebantur *ad bellum.*

Pſalm. CXXI. Canticum graduum.

LEuabo oculos meos ad montes, vnde veniet auxilium meum.

Auxilium meum à Domino, qui fecit cælum & terram.

Non permittet vt declinet pes tuus: neq; dormitabit qui cuſtodiet te.

Ecce non dormitabit, neq; dormiet qui cuſtodit Iſrael.

Dominus cuſtodit te, Dominus vmbra tua, ſuper manum dexteram tuam.

Per diem ſol non percutiet te: neq; luna per noctem.

Dominus cuſtodiet te ab omni malo: cuſtodiet animam tuam.

Dominus cuſtodiet exitum tuum, & introitum tuum: ex hoc tempore & vſq; in ſæculum.

Pſalm. CXXII. Canticum graduum.

LÆtatus ſum cum dicentibus mihi: In domum Domini ibimus.

Stantes fuerunt pedes noſtri in portis tuis Ieruſalaim.

Ieruſalaim quæ ædificatur, vt ciuitas: cui iuncta eſt ſimul.

Quia illuc aſcenderunt tribus tribus Domini: teſtimonium Iſraeli, ad confitendum nomini Domini.

Quia ibi ſederunt ſedes ad iudicium, ſedes domui Dauid.

Poſtulate pacem Ieruſalaim: proſperabuntur diligentes te.

Sit pax in antemuralibus tuis, proſperitas in domibus tuis.

Propter fratres meos, & proximos meos, loquar nunc pacem in te:

Propter domum Domini Dei noſtri, quæram bonum tibi.

Pſalm. CXXIII. Canticum graduum.

AD te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis.

Ecce ſicut oculi ſeruorum ad manum dominorum ſuorum.

Vulgat. Editio.

Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita
oculi nostri ad Dominum Deum nostrum donec
misereatur nostri.
Miserere nostri Domine, miserere nostri: quia 3
multum repleti sumus despectione:
Quia multum repleta est anima nostra: oppro- 4
brium abundantibus, & despectio superbis.

Canticum graduum. CXXIII. 1

Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Is-
rael: * nisi quia Dominus erat in nobis, 2
Cum exurgerent homines in nos, * forte viuos 3
deglutissent nos:
Cum irasceretur furor eorum in nos, * forsitan 4
aqua absorbuisset nos.
Torrentem pertransiuit anima nostra: forsitan 5
pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.
Benedictus Dominus qui non dedit nos, in ca- 6
ptionem dentibus eorum.
Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo 7
venantium: Laqueus contritus est, & nos liberati
sumus.
Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui 8
fecit cælum & terram.

Canticum graduum. CXXIV. 1

Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion: non
commouebitur in æternum, qui habitat * in 2
Ierusalem.
Montes in circuitu eius: & Dominus in circuitu
populi sui, ex hoc nunc & vsque in sæculum.
Quia non relinquet Dominus virgam peccato- 3
rum super sortem iustorum: vt non extendant
iusti ad iniquitatem manus suas.
Benefac Domine bonis, & rectis corde. 4
Declinantes autem in obligationes, adducet 5
Dominus cum operantibus iniquitatem: pax super
Israel.

Canticum graduum. CXXV. 1

In conuertendo Dominus captiuitatem Sion: fa-
cti sumus sicut consolati:
Tunc repletum est gaudio os nostrum: & lingua 2
nostra exultatione.
Tunc dicent inter gentes: Magnificauit Domi-
nus facere cum eis.
Magnificauit Dominus facere nobiscum: facti 3
sumus lætantes.
Conuerte Domine captiuitatem nostram, sicut 4
torrens in Austro.
Qui seminant in lacrymis, in exultatione me- 5
tent.
Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. 6
Venientes autem venient cum exultatione, por-
tantes manipulos suos.

Canticum graduum Salomonis. 1
CXXVI.

Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum
laborauerunt qui ædificant eam.
Nisi Dominus custodierit ciuitatem frustra vi-
gilat qui custodit eam.
Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite post- 2
quam sederitis, qui manducatis panem doloris.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Sicut oculi ancillæ ad manum Dominæ suæ: ita oculi nostri, ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.

Miserere nostri Domine, miserere nostri: quia multum saturati sumus despectione.

Multum saturata est sibi anima nostra subsannatione abundantium, despectione superborum.

Canticum graduum ipsi Dauid. Psalm. CXXIV.

*Nisi Dominus quia fuit nobiscum, dicat nunc Israel: * nisi Dominus quia fuit nobiscum,*
*Quum surrexerunt aduersum nos homines: * tunc viuos deglutissent nos,*
*Quum irasceretur furor eorum in nos: * tunc aquæ operuissent nos,*
Torrens transisset super animam nostram: tunc transisset super animam nostram aqua superba.
Benedictus Dominus, qui non dedit nos prædam dentibus eorum.
Anima nostra sicut auis euasit de laqueo venantium, laqueus contritus est, & nos euasimus.

Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cælum & terram.

Canticum graduum. Psalm. CXXV.

*Qui confidunt in Domino, sicut mons Sijon non commouebitur, in sæculum manebit: * Ierusalaim.*

Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui, ex hoc tempore, & vsque in sæculum.
Quia non requiescet virga impietatis super sortem iustorum, vt non mittant iusti ad iniquitatem manus suas.

Benefac Domine bonis, & rectis in cordibus suis.
Declinantes autem in prauitates suas, ambulare faciet Dominus cum operantibus iniquitatem, pax erit super Israel.

Canticum graduum. Psalm. CXXVI.

Quando redire fecit Dominus captiuitatem Sijon, fuimus veluti somniantes.
Tunc repletum est risu os nostrum, & lingua nostra laude,
Tunc dixerunt inter gentes: Magnificauit Dominus facere cum istis.
Magnificauit Dominus facere nobiscum, fuimus lætantes.

Redire fac Domine captiuitatem nostram, sicut torrens in arido.
Qui seminant cum lachrymis, cum laude metent.

Eundo ibit, & flendo portans pretiosum semen,
Veniendo veniet cum laude, portans manipulos suos.

Psalm. CXXVII.
Canticum graduum ipsi Selomoh.

Si Dominus non ædificet domum, frustra laborauerunt ædificantes eam, in illa.
Si Dominus non custodiat ciuitatem, frustra vigilat custos.
Frustra vobis est maturantibus surgere, tardantibus sedere, edentibus panem dolorum,

Vulgat. Editio.

Sicut ablactatus est super matre sua, ita retribu-
tio in anima mea.
Speret Israel in Domino, ex hoc nunc & vsque 3
in sæculum.

Canticum graduum. CXXXI. 1

2 Reg. 7 MEmento Domine Dauid, & omnis mansue-
tudinis eius:
Sicut iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob: 2
Si introiero in tabernaculum domus meæ, si 3
ascendero in lectum strati mei:
Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis 4
dormitationem:
Et requiem temporibus meis: donec inueniam 5
locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.
Ecce audiuimus eam in Ephrata: inuenimus 6
eam in campis siluæ.
Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus 7
2 Par. 6. in loco, vbi steterunt pedes eius.
* Surge Domine in requiem tuam, tu & arca 8
sanctificationis tuæ.
Sacerdotes tui induantur iustitiam: & sancti tui 9
exultent.
Propter Dauid seruum tuum, non auertas fa- 10
ciem Christi tui.
2 Par. 7. Luc. 1. Act. 2. Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non fru- 11
strabitur eam: * de fructu ventris tui ponam su-
per sedem tuam.
Si custodierint filij tui testamentum meum, & 12
testimonia mea hæc, quæ docebo eos:
Et filij eorum, vsque in sæculum, sedebunt super
sedem tuam.
Quoniam elegit Dominus Sion: elegit eam in 13
habitationem sibi.
Hæc requies mea in sæculum sæculi: hic habita- 14
bo quoniam elegi eam.
Viduam eius benedicens benedicam: pauperes 15
eius saturabo panibus.
Sacerdotes eius induam salutari: & sancti eius 16
exultatione exultabunt.
Luc. 1. Mala. 3. * Illuc producam cornu Dauid, paraui lucernam 17
Christo meo.
Inimicos eius induam confusione: super ipsum 18
autem efflorebit sanctificatio mea.

Canticum graduum Dauid.
CXXXII. 1

ECce quàm bonum & quàm iucundum habita-
re fratres in vnum:
Sicut vnguentum in capite, quod descendit in 2
barbam, barbam Aaron,
Quod descendit in oram vestimenti eius: * sic- 3
ut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.
Quoniam illic mandauit Dominus benedictio-
nem, & vitam vsque in sæculum.

Canticum graduum. CXXXIII. 1

ECce nunc benedicite Dominum, omnes serui
Domini:
Qui statis in domo Domini, in atriis domus
Dei nostri,
In noctibus extollite manus vestras in sancta, & 2
benedicite Dominum.
Benedicat te Dominus ex Sion, qui fecit cælum 3
& terram.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Sicut ablactatum super matrem suam, sicut ablactatum est in me animam meam.

Spera Israel in Domino ex hoc tempore, & vsque in sæculum.

Psalm. CXXXII. Canticum graduum.

MEmento Domine Dauid, cum omni afflictione eius.

Qui iurauit Domino, [illegible] potenti Iacob.

Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero super lectum strati mei:

Si dedero somnum oculis meis, palpebris meis dormitationem:

Donec inueniam locum Domino, tabernacula Forti Iacob.

Ecce audiuimus eum in Ephrata: inuenimus eum in campis syluæ.

Introibimus in tabernacula eius [illegible] scabello pedum eius.

Surge Domine ad requiem tuam, tu & arca [illegible] tuæ.

Sacerdotes tui induant iustitiam [illegible]

Propter Dauid seruum tuum, ne [illegible] faciem Christi tui.

Iurauit Dominus ipsi Dauid veritatem [illegible] ab ea, de fructu ventris tui ponam super [illegible] tuum.

Si custodierint filij tui pactum meum, & [illegible] meum quæ docebo:

Etiam filij eorum vsque in sæculum [illegible] tuum.

Quoniam elegit Dominus Sion, desiderauit vt esset habitaculum sibi.

Hæc requies mea vsque in sæculum [illegible], quoniam desideraui eam.

Escam eius benedicendo benedicam, pauperes eius saturabo pane.

Sacerdotes autem [illegible] eius laudantes laudabunt.

Ibi vigere faciam [illegible] Dauid, paraui lucernam Christo meo.

Inimicos eius induam pudore: & super eum florebit corona eius.

Psalm. CXXXIII.
Canticum graduum [illegible] Dauid

ECce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres etiam pariter.

Sicut oleum optimum super caput descendens, super barbam, barbam Aaron:

Quod descendit super oram [illegible] eius: [illegible] ros Chermon qui descendit [illegible]

Quoniam ibi præcepit benedictionem [illegible] vsque in sæculum.

Canticum graduum [illegible]

Ecce benedicite Dominum [illegible]

Qui statis in domo Domini.

In noctibus [illegible] manus vestras ad [illegible], & benedicite Domino.

Benedicat tibi Dominus ex Sion [illegible] cælum & terram.

Vulgat. Editio.

Alleluia. CXXXIV.

1 Laudate nomen Domini, laudate serui Dominum.
2 Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri.
3 Laudate Dominum, quia bonus Dominus: psallite nomini eius, quoniam suaue.
4 Quoniam Iacob elegit sibi Dominus, Israel in possessionem sibi.
5 Quia ego cognoui quòd magnus est Dominus, & Deus noster præ omnibus diis.
6 Omnia quæcunque voluit, Dominus fecit in cælo, in terra, in mari, & in omnibus abyssis.
7 [*Ier.10.13.] ★ Educens nubes ab extremo terræ: fulgura in pluuiam fecit.
8 [*Ex.12.29.] Qui producit ventos de thesauris suis: ★ qui percussit primogenita AEgypti ab homine vsque ad pecus.
9 Et misit signa, & prodigia in medio tui AEgypte: in Pharaonem, & in omnes seruos eius.
10 [Iosu.12.1. *Nu.21.24.] ★ Qui percussit gentes multas: & occidit reges fortes:
11 Sehon regem Amorrhæorum, & Og regem Basan, & omnia regna Chanaan.
12 Et dedit terram eorum hæreditatem, hæreditatem Israel populo suo.
13 Domine nomen tuum in æternum: Domine memoriale tuum in generationem, & generationem.
14 Quia iudicabit Dominus populum suum: & in seruis suis deprecabitur.
15 [Sup.113.] Simulachra Gentium argentum, & aurum, opera manuum hominum.
16 Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt.
17 Aures habent, & non audient: neque enim est spiritus in ore ipsorum.
18 Similes illis fiant qui faciunt ea: & omnes, qui confidunt in eis.
19 Domus Israel benedicite Domino, domus Aaron benedicite Domino.
20 Domus Leui benedicite Domino: qui timetis Dominum, benedicite Domino.
21 Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat in Ierusalem.

Alleluia. CXXXV.

1 Confitemini Domino quoniam bonus: quoniã in æternum misericordia eius.
2 Confitemini Deo deorum: quoniam in æternum misericordia eius.
3 Confitemini Domino dominorum: quoniam in æternum misericordia eius.
4 Qui facit mirabilia magna solus: quoniam in æternum misericordia eius.
5 [*Gen.1.] ★ Qui fecit cælos in intellectu: quoniam in æternum misericordia eius.
6 Qui firmauit terram super aquas: quoniam in æternum misericordia eius.
7 Qui fecit luminaria magna: quoniam in æternum misericordia eius.
8 Solem in potestatem diei: quoniam in æternum misericordia eius.
9 Lunam, & stellas in potestatem noctis: quoniam in æternum misericordia eius.
10 [*Ex.12.29.] Qui percussit AEgyptum cum primogenitis eorum: quoniam in æternum misericordia eius.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Halleluia. Psalm. CXXXV.

Laudate nomen Domini, laudate serui Domini.
Qui statis in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri.
Laudate Dominum, quia bonus Dominus canite nomini eius quia iocundum.
Quoniam Iahacob elegit sibi Dominus, Israel ut sit peculiaris sibi.
Quia ego noui quod magnus Dominus, & Deus noster præ omnibus dijs.
Omnia quæ voluit Dominus fecit in cœlo, & in terra, in maribus, & omnibus voraginibus.
Qui ascendere facit nubes ab extremo terræ: fulgura propter pluuiam.
Qui educit ventum de thesauris suis. ★ *qui percussit primogenita Ægypti ab homine, usq; ad iumentum,*
Misit signa, & prodigia in medio tui: in Parhoh, & in omnes seruos eius.
Qui percussit gentes multas: & occidit reges fortes.
Sichon regem Emorræum, & Hog regem Basan, & omnia regna Chenahan.
Et dedit terram eorum hæreditatem, hæreditatem Israel populo suo,
Domine nomen tuum in sæculum, Domine memoria tua in generatione, & generationem.
Quia iudicabit Dominus populum suum: & seruis suis ignoscet.
Simulachra Gentium, argentum, & aurum opus manuum hominis.
Os est eis, & non loquentur: oculi sunt eis & non videbunt.
Aures sunt eis, & non auscultabunt: etiam non est spiritus in ore ipsorum,
Sicut ipsa sint facientes ea: omnis qui fidit eis:
Familia Israel benedicite Domino: familia Aharon benedicite Domino.
Familia Leui benedicite Domino, qui timetis Dominum benedicite Domino.
Benedictus Dominus ex Sijon, qui habitat in Ierusalaim, Halleluia.

Psalm. CXXXVI.

Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius.
Confitemini Deo deorum: quoniam in sæculum misericordia eius.
Confitemini Domino dominorum: quoniam in sæculum misericordia eius.
Et qui fecit mirabilia magna solus: quoniam in sæculum misericordia eius.
Et qui fecit cælos in intelligentia: quoniam in sæculum misericordia eius.
Et qui extendit terram super aquas: quoniam in sæculum misericordia eius.
Et qui fecit luminaria magna: quoniam in sæculum misericordia eius.
Solem ad dominium in die: quoniam in sæculum misericordia eius.
Lunam, & stellas ad dominia in nocte: quoniam in sæculum misericordia eius.
Et qui percussit Ægyptum cum primogenitis eorum: quoniam in sæculum misericordia eius.

Vulgat. Editio.

* Ex. 13. 17. ★ Qui eduxit Iſrael de medio eorum: quoniam
in æternum miſericordia eius.
In manu potenti, & brachio excelſo: quoniam
in æternum miſericordia eius.
Qui diuiſit mare rubrum in diuiſiones: quoniam
in æternum miſericordia eius.
Et eduxit Iſrael per medium eius: quoniam in
æternum miſericordia eius.
* Ex. 14. 28. ★ Et excuſſit Pharaonem, & virtutem eius in
mari rubro: quoniam in æternũ miſericordia eius.
Qui traduxit populum ſuum per deſertum: quoniam in æternum miſericordia eius.
Qui percuſſit reges magnos: quoniam in æternum miſericordia eius.
* Nu. 21. 24. ★ Et occidit reges fortes: quoniam in æternum
miſericordia eius.
Sehon regem Amorrhæorum: quoniam in æternum miſericordia eius.
* Nu. 21. 33. ★ Et Og regem Baſan: quoniam in æternum miſericordia eius.
* Ios. 13. 7. ★ Et dedit terram eorum hæreditatem: quoniam
in æternum miſericordia eius.
Hæreditatem Iſrael ſeruo ſuo: quoniam in æternum miſericordia eius.
Quia in humilitate noſtra memor fuit noſtri:
quoniam in æternum miſericordia eius.
Et redemit nos ab inimicis noſtris: quoniam in
æternum miſericordia eius.
Qui dat eſcam omni carni: quoniam in æternum
miſericordia eius.
Confitemini Deo cæli: quoniam in æternum miſericordia eius.
Confitemini Domino dominorum: quoniam in
æternum miſericordia eius.

Pſalmus Dauid, Hieremiæ. CXXXVI.

SVper flumina Babylonis, illic ſedimus & fleuimus: cum recordaremur Sion:
In ſalicibus in medio eius, ſuſpendimus organa
noſtra.
Quia illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos, verba cantionum:
Et qui abduxerunt nos: Hymnum cantate nobis de canticis Sion.
Quomodo cantabimus canticum Domini in
terra aliena?
Si oblitus fuero tui Ieruſalem, obliuioni detur
dextera mea.
Adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi non
meminero tui:
Si non propoſuero Ieruſalem, in principio lætitiæ meæ.
Memor eſto Domine filiorum Edom, in die
Ieruſalem:
Qui dicunt: Exinanite, exinanite vſque ad fundamentum in ea.
Filia Babilonis miſera: beatus, qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuiſti nobis.
Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad
petram.

Ipſi Dauid. CXXXVII.

COnfitebor tibi Domine in toto corde meo:
quoniam audiſti verba oris mei.
In conſpectu angelorum pſallam tibi: ★ adorabo ad templum ſanctum tuum, & confitebor
nomini tuo.

Tranſl. ex Heb. Sanct. Pagn.

11 *Et qui eduxit Iſrael de medio eorum: quoniam in ſæculum miſericordia eius.*
12 *In manu forti, & brachio extento: quoniam in ſæculum miſericordia eius.*
13 *Et qui diuiſit mare Suph, in diuiſiones, quoniam in ſæculum miſericordia eius.*
14 *Et tranſire fecit Iſrael per medium eius: quoniam in ſæculum miſericordia eius.*
15 *Et excuſſit Parhoh, & exercitum eius in mari Suph: quoniam in ſæculum miſericordia eius.*
16 *Qui ambulare fecit populum ſuum per deſertum: quoniam in ſæculum miſericordia eius.*
17 *Et qui percuſſit reges magnos: quoniam in ſæculum miſericordia eius.*
18 *Et occidit reges fortes: quoniam in ſæculum miſericordia eius.*
19 *Sichon regem Emorræum: quoniam in ſæculum miſericordia eius.*
20 *Et Hogh regem Baſan: quoniam in ſæculum miſericordia eius.*
21 *Et dedit terram eorum in hæreditatem: quoniam in ſæculum miſericordia eius.*
22 *Hæreditatem Iſrael ſeruo ſuo: quoniam in ſæculum miſericordia eius.*
23 *Quia in humilitate noſtra memor fuit noſtri: quoniam in ſæculum miſericordia eius.*
24 *Et redemit nos ab hoſtibus noſtris: quoniam in ſæculum miſericordia eius.*
25 *Qui dat panem omni carni: quoniam in ſæculum miſericordia eius.*
26 *Confitemini Deo cæli, quoniam in ſæculum miſericordia eius.*

Pſalm. CXXXVII.

1 *IVxta flumina Babel ibi ſedimus, etiam fleuimus dum recordaremur Syon:*
2 *Super ſalices in medio eius ſuſpendimus citharas noſtras.*
3 *Quia ibi poſtulauerunt à nobis qui captiuos duxerunt nos, vt* diceremus *verba cantici.*
Et citharis ſuſpenſis verba lætitiæ, cantate nobis de cantico Syon.
4 *Quomodo cantabimus canticum Domini: in terra alienigena?*
5 *Si oblitus fuero tui Ieruſalaim, obliuiſcatur me dextera mea.*
6 *Adhæreat lingua mea palato meo, ſi non meminero tui.*
Si non aſcendere fecero in Ieruſalaim, in capite lætitiæ meæ.
7 *Recordare Domine filiorum Edom, diei Ieruſalaim.*
Qui dicunt diſcooperite, diſcooperite vſq; ad fundamentum in ea.
8 *Filia Babel vaſtata: beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuiſti nobis.*
9 *Beatus qui apprehendet, & allidet paruulos eius ad petram.*

Pſalm. CXXXVIII. Ipſi Dauid.

1 *COnfitebor tibi in toto corde meo.*
2 *Coram angelis canam tibi: ★ incuruabo me templo ſanctitatis tuæ, & confitebor nomini tuo.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Super misericordia tua, & veritate tua: quo-
niam magnificasti super omne, nomen sanctum
tuum.
In quacumque die inuocauero te, exaudi me: 3
multiplicabis in anima mea virtutem.
Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ: 4
quia audierunt omnia verba oris tui:
Et cantent in viis Domini: quoniam magna est 5
gloria Domini.
Quoniam excelsus Dominus, & humilia respi- 6
cit: & alta à longe cognoscit.
Si ambulauero in medio tribulationis, viuifica- 7
bis me: & super iram inimicorum meorum exten-
disti manum tuam, & saluum me fecit dextera tua.
Dominus retribuet pro me: Domine misericor- 8
dia tua in sæculum: opera manuum tuarum ne
despicias.

In finem, Psalmus Dauid. CXXXVIII. 1

DOmine probasti me, & cognouisti me: * tu cog- 2
nouisti sessionem meam, & resurrectionem
meam.
Intellexisti cogitationes meas de longe: semitam 3
meam, & funiculum meum inuestigasti.
Et omnes vias meas præuidisti: quia non est ser- 4
mo in lingua mea.
Ecce Domine tu cognouisti omnia nouissima, & 5
antiqua: tu formasti me, & posuisti super me ma-
num tuam.
Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata 6
est, & non potero ad eam.
Quo ibo à spiritu tuo? & quo à facie tua fugiam? 7
* Si ascendero in cælum, tu illic es: si descende- 8
ro in infernum, ades.
Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitaue- 9
ro in extremis maris:
Etenim illuc manus tua deducet me: & tenebit 10
me dextera tua.
Et dixi: Forsitan tenebræ conculcabunt me: & 11
nox illuminatio mea in deliciis meis.
Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox 12
sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ eius, ita &
lumen eius.
Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de 13
vtero matris meæ.
Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: 14
mirabilia opera tua, & anima mea cognoscit ni-
mis.
Non est occultatum os meum à te, quod fecisti 15
in occulto: & substantia mea in inferioribus ter-
ræ.
Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in li- 16
bro tuo omnes scribentur: dies formabuntur, &
nemo in eis.
Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, 17
Deus: nimis confortatus est principatus eorum.
Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabun- 18
tur: exurrexi, & adhuc sum tecum.
Si occideris Deus peccatores: viri sanguinum de- 19
clinate à me:
Quia dicitis in cogitatione: accipient in vanita- 20
tes ciuitates tuas.
Nonne qui oderunt te Domine, oderam: & super 21
inimicos tuos tabescebam?
Perfecto odio oderam illos: & inimici facti sunt 22
mihi.
Proba me Deus, & scito cor meum: interroga 23
me, & cognosce semitas meas.

* Amos 9. 2.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

*Super misericordia tua, & super veritate tua: quoniam
magnificasti super omne nomen tuum & eloquium tuum.*

3 *In die qua inuocaui te, exaudisti me, roborasti me: & in
anima mea fortitudinem.*
4 *Confiteantur tibi omnes reges terræ: quia audierunt
eloquia oris tui:*
5 *Et cantent in viis Domini: quoniam magna est gloria
Domini.*
6 *Quoniam excelsus Dominus, & humilem videbit: &
excelsus à longinquo cognoscet.*
7 *Si ambulauero in medio angustiæ viuificabis me: super
iram inimicorum meorum mittes manum tuam, & serua-
bit me dextera tua.*
8 *Dominus retribuet pro me: Domine misericordia tua in
sæculum opus manuum tuarum, ne dimittas.*

1 *Victori ipsi Dauid. Psalm. CXXXIX.*

2 *DOmine inuestigasti me, & cognouisti * tu cognouisti
sessionem meam, & resurrectionem meam.*

3 *Intellexisti cogitationem meam à longe: semitam meam,
& accubitum meum ventilasti.*
4 *Et omnes vias meas intellexisti: quia non est sermo in
lingua mea.*
5 *Ecce Domine tu nosti totum ipsum: retro, & ante for-
masti me: & posuisti super me manum tuam.*

6 *Mirabilior est scientia me: excelsa est non potero eam
attingere.*
7 *Quo ibo à spiritu tuo? & quo à facie tua fugiam?*
8 *Si ascendero in cœlum, ibi es: & si stratum fecero in in-
ferno, ecce tu es.*
9 *Si assumpsero pennas luciferi, & habitauero in nouissi-
mo occidentis.*
10 *Etiam ibi manus tua ducet me: & tenebit me dextera
tua.*
11 *Et si dixero: veruntamen tenebræ occultabunt me: & nox
irradiabit lucem pro me.*
12 *Etiam tenebræ non occultabunt aliquid à te: & nox sicut
dies lucebit: tenebræ sunt sicut lux, & lux sicut tenebræ.*

13 *Quia tu possedisti renes meos: texisti me in vtero ma-
tris meæ.*
14 *Confitebor tibi eo quòd terribilibus mirificatus sum, mi-
rabilibus operibus tuis in me, & anima mea cognoscit
valde.*
15 *Non fuit occultum corpus meum à te, quando factus fui
in occulto, quando variè compactus sum in imis terræ.*

16 *Embryonem meum viderunt oculi tui, & in libro tuo
omnia scripta erant, quæ per dies formata sunt, cum adhuc
nullum eorum extaret.*
17 *Et mihi quam preciosæ fuerunt cogitationes tuæ Deus,
quam multiplicata sunt summæ earum?*
18 *Dinumerabo eas, & præ arena multiplicabuntur, exci-
taui, & adhuc ego tecum.*
19 *Si occideris Deus impium, & viros sanguinolentos, rece-
dite à me.*
20 *Qui dixerunt contra te abominationem, assumpserunt
inuanum* nomen tuum *hostes tui.*
21 *Nonne odio habentes te odio habebo, & contra inimicos
tuos tædio afficiar?*
22 *Perfecto odio odi illos, pro inimicis fuerunt mihi.*

23 *Inuestiga me Deus, & scito cor meum, proba me, &
scito cogitationes meas.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Et vide, si via iniquitatis in me est: & deduc 24
me in via æterna.

In finem, Psalmus Dauid. CXXXIX. 1

ERipe me Domine ab homine malo: à viro ini-
quo eripe me.
Qui cogitauerunt iniquitates in corde: tota die 2
constituebant prælia.
Sup. 5. 11. Ro. 3. 13. Acuerunt linguas suas sicut serpentis: venenum 3
aspidum sub labiis eorum.
Custodi me Domine de manu peccatoris: & ab 4
hominibus iniquis eripe me.
Qui cogitauerunt supplantare gressus meos: 5
* absconderunt superbi laqueum mihi:
Et funes extenderunt in laqueum: iuxta iter 6
scandalum posuerunt mihi.
Dixi Domino: Deus meus es tu: exaudi Domi- 7
ne vocem deprecationis meæ.
Domine, Domine virtus salutis meæ: obum- 8
brasti super caput meum in die belli:
Ne tradas me Domine à desiderio meo peccato- 9
ri: cogitauerunt contra me, ne derelinquas me, ne
forte exaltentur.
Caput circuitus eorum: labor labiorum ipsorum 10
operiet eos.
Cadent super eos carbones, in ignem deiicies 11
eos: in miseriis non subsistent.
Vir linguosus non dirigetur in terra: virum 12
iniustum mala capient in interitu.
Cognoui quia faciet Dominus iudicium inopis: 13
& vindictam pauperum.
Verumtamen iusti confitebuntur nomini tuo: 14
& habitabunt recti cum vultu tuo.

Psalmus Dauid. CXL. 1

DOmine clamaui ad te exaudi me: intende vo-
ci meæ, cum clamauero ad te.
Dirigatur oratio mea sicut incensum in con- 2
spectu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificium
vespertinum.
Pone Domine custodiam ori meo: & ostium 3
circumstantiæ labiis meis.
Non declines cor meum in verba malitiæ, ad 4
excusandas excusationes in peccatis.
Cum hominibus operantibus iniquitatem: &
non communicabo cum electis eorum.
Corripiet me iustus in misericordia, & incre- 5
pabit me: oleum autem peccatoris non impinguet
caput meum.
Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis
eorum: * absorpti sunt iuncti petræ iudices eorum. 6
Audient verba mea quoniam potuerunt: * sicut 7
crassitudo terræ erupta est super terram.
Dissipata sunt ossa nostra secus infernum: * quia 8
ad te Domine, Domine oculi mei: in te speraui,
non auferas animam meam.
Custodi me à laqueo, quem statuerunt mihi: & 9
à scandalis operantium iniquitatem.
Cadent in retiaculo eius peccatores: singulari- 10
ter sum ego donec transeam.

Intellectus Dauid, 1
Cum esset in spelunca, oratio
(1. Reg. 24.) CXLI.

Sup. 75. c. VOce mea ad Dominum clamaui: voce mea ad 2
Dominum deprecatus sum:

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Et vide si via irritationis in me est, duc me per viam
mundi.

Victori Psalmus ipsi Dauid. Psalm. CXL.

ERipe me Domine ab homine malo, à viro habente ini-
quitates custodi me.
Qui cogitauerunt mala corde, omni die congregauerunt
bella.
Acuerunt linguam suam sicut serpens, venenum aspidis
in labiis eorum, Selah.
Custodi me Domine à manibus impij, à viro habente
iniquitates custodi me.
*Qui cogitauerunt impellere pedes meos: * absconderunt*
superbi laqueum mihi.
Et funibus extenderunt rete, in loco semitæ laqueos po-
suerunt mihi: Selah.
Dixi Domino: Deus meus es tu: ausculta vocem depre-
cationum mearum.
Domine, Domine fortitudo salutis meæ: operi caput
meum in die armorum.
Ne tradas Domine desideria sua impio: cogitationem eius
ne perficias, ne exaltet se, Selah.

Caput circundantium me: mendacium labiorum eorum
operiet eos,
Declinabunt super eos prunæ, in ignem cadere faciet eos:
in foueas ne resurgant.
Vir linguosus non firmabitur in terra: virum iniquum,
malum venabitur ad impulsiones.
Noui quod faciet Dominus iudicium pauperis, iudicium
mendicorum.
Veruntamen iusti confitebuntur nomini tuo: habitabunt
recti cum vultu tuo.

Psalm. CXLI. Cantus ipsi Dauid.

DOmine clamaui ad te, festina mihi: ausculta vocem
meam cum clamauero ad te.
Firmetur oratio mea sicut suffimentum in conspectu tuo:
munus manuum mearum sit vt sacrificium vespertinum.

Pone Domine custodiam ori meo: custodi ostium labiorum
meorum.
Ne inclines cor meum ad rem malam, ad faciendum ope-
ra cum impietate.
Cum viris operantibus iniquitatem: & non comedam
cibum voluptatum eorum.
Percutiat me iustus in misericordia, & increpet me
oleum præcipuum ne frangat caput meum.

Quoniam adhuc & oratio mea est vt eruat me *à ma-*
*lis eorum: * Derelicti sunt in locis petrosis iudices eorum.*
*Et audient verba, quoniam dulcuerunt: * sicut scindens,*
& findens ligna in terra.
*Dispersa sunt ossa nostra in ore sepulchri: * quia ad te*
Domine, Domine oculi mei: in te speraui, ne effundas ani-
mam meam.
Custodi me à locis laquei, quem ad illaqueandum *te-*
tenderunt mihi, & à tendiculis operantium iniquitatem.
Cadent in retiacula eius impij: simul ego in sæculum
transibo.

Psalm. CXLII.
Intellectus ipsi Dauid, quum esset in
spelunca, oratio.

VOce mea ad Dominum clamabo: voce mea ad Domi-
num deprecabor.

Vulgat. Editio.

3 Effundo in conspectu eius orationem meam, & tribulationem meam ante ipsum pronuncio.
4 In deficiendo ex me spiritum meum, & tu cognouisti semitas meas.
In via hac, qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi.
5 Considerabam ad dexteram, & videbam: & non erat qui cognosceret me:
Periit fuga à me, & non est qui requirat animam meam.
6 Clamaui ad te Domine, dixi: Tu es spes mea, portio mea in terra viuentium.
7 Intende ad deprecationem meam, quia humiliatus sum nimis.
Libera me à persequentibus me, quia confortati sunt super me.
8 Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo: me expectant iusti, donec retribuas mihi.

Psalmus Dauid,
1 Quando persequebatur eum Absalom filius eius. (2. *Reg.* 17.) CXLII.

DOmine exaudi orationem meam: auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua: exaudi me in tua iustitia.
2 Et non intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.
3 Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam.
Collocauit me in obscuris sicut mortuos sæculi.
4 ⋆ & anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.
5 Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarum meditabar.
6 Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.
7 Velociter exaudi me Domine: defecit spiritus meus.
Non auertas faciem tuam à me: & similis ero descendentibus in lacum.
8 Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: quia in te speraui.
Notam fac mihi viam, in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.
9 Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi:
10 ⋆ doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam:
11 ⋆ propter nomen tuum Domine viuificabis me, in æquitate tua.
12 Educes de tribulatione animam meam: ⋆ & in misericordia tua disperdes inimicos meos.
• Et perdes omnes, qui tribulant animam meam: quoniam ego seruus tuus sum.

Psalmus Dauid,
1 Aduersus Goliath. CXLIII.

BEnedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.
2 Misericordia mea, & refugium meum: susceptor meus, & liberator meus:
Protector meus, & in ipso speraui: qui subdit populum meum sub me.
3 Domine quid est homo, quia innotuisti ei? aut filius hominis, quia reputas eum?

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Effundam in conspectu eius orationem meam, angustiam meam in conspectu eius annunciabo.
Cum defecerit in me spiritus meus, & tu cognouisti semitam meam.
In via qua ambulabam absconderunt laqueum mihi.
Dum aspicio ad dexteram, & video: non est qui me agnoscat.
Periit fuga à me, non est qui quærat animam meam.
Clamaui ad te Domine, dixi: Tu es spes mea, portio mea in terra viuentium.
Intende ad clamorem meum: attenuatus sum valde.
Erue me à persequentibus me: quoniam robustiores sunt me.
Educ de clausura animam meam ad laudandum nomen tuum me coronabunt iusti, quum retribueris mihi.

Psalm. CXLIII.
Cantus ipsi Dauid.

DOmine audi orationem meam, ausculta deprecationem meam propter veritatem tuam: exaudi me propter iustitiam tuam.
Et ne venias in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabit se in conspectu tuo omnis viuens.
Quia persecutus est inimicus animam meam: confregit ad terram vitam meam.
Habitare fecit me in obscuris sicut mortuos sæculi: ⋆ & defecit in me spiritus meus, in medio mei desolabitur cor meum.
Recordatus sum dierum qui fuerunt à principio, meditatus sum in omni opere tuo: in opere manuum tuarum meditabor.
Expandi manus meas ad te: anima mea est sicut terra sitiens tibi: Selah.
Velociter exaudi me Domine: defecit spiritus meus.
Ne abscondas faciem tuam à me: & comparabor descendentibus in sepulchrum.
Audire fac me mane misericordiam tuam: quia in te speraui.
Scire fac me viam per quam ambulem: quia ad te leuaui animam meam.
Erue me ab inimicis meis Domine, in te speraui: ⋆ Doce me facere voluntatem tuam, quia tu es Deus meus.
Spiritus tuus bonus ducet me in terram rectam: ⋆ propter nomen tuum Domine viuificabis me, propter iustitiam tuam.
Educes de angustia animam meam: ⋆ & propter misericordiam tuam disperdes inimicos meos.
Et perdes omnes hostes animæ meæ: quia ego seruus tuus sum.

Psalm. CXLIV. titulus.
Ipsi Dauid.

BEnedictus Dominus fortis meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.
Misericordia mea, & arx mea: eleuatio mea, & liberator meus mihi.
Scutum meum, & in ipso speraui: qui expandit populum meum sub me.
Domine quid est homo, & cognouisti eum: filius hominis, & reputasti eum.

Vulgat. Editio.

* Iob. 8. [illegible]

4 Homo vanitati similis factus est: * dies eius sicut
vmbra prætereunt.
5 Domine inclina cælos tuos, & descende: tange
montes, & fumigabunt.
6 Fulgura coruscationem, & dissipabis eos: emitte
sagittas tuas, & conturbabis eos:
7 Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis multis: de manu filiorum alienorum.
8 Quorum os locutum est vanitatem: & dextera
eorum, dextera iniquitatis.
9 Deus canticum nouum cantabo tibi: in psalterio, decachordo psallam tibi.
10 Qui das salutem regibus, qui redemisti Dauid
seruum tuum de gladio maligno: * eripe me.
11 Et erue me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem: & dextera eorum,
dextera iniquitatis:
12 Quorum filij, sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua:
Filiæ eorum compositæ: circumornatæ vt similitudo templi.
13 Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in
illud.
Oues eorum fœtosæ, abundantes in egressibus
14 suis: * boues eorum crassæ.
Non est ruina maceriæ, neque transitus: neque
clamor in plateis eorum.
15 Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt: beatus
populus, cuius Dominus Deus eius.

1 Laudatio ipsi Dauid. CXLIV.

Exaltabo te Deus meus rex: & benedicam nomini tuo in sæculum, & in sæculum sæculi.
2 Per singulos dies benedicam tibi: & laudabo nomen tuum in sæculum, & in sæculum sæculi.
3 Magnus Dominus & laudabilis nimis: & magnitudinis eius non est finis.
4 Generatio & generatio laudabit opera tua: & potentiam tuam pronunciabunt.
5 Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur: & mirabilia tua narrabunt.
6 Et virtutem terribilium tuorum dicent: & magnitudinem tuam narrabunt.
7 Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt: & iustitia tua exultabunt.
8 Miserator & misericors Dominus: patiens, &
multum misericors.
9 Suauis Dominus vniuersis: & miserationes eius
super omnia opera eius.
10 Confiteantur tibi Domine omnia opera tua: &
sancti tui benedicant tibi.
11 Gloriam regni tui dicent: & potentiam tuam
loquentur:
12 Vt notam faciant filiis hominum potentiam
tuam: & gloriam magnificentiæ regni tui.
13 Regnum tuum regnum omnium sæculorum: &
dominatio tua in omni generatione & generationem.
Fidelis Dominus in omnibus verbis suis: & sanctus in omnibus operibus suis.
14 Alleuat Dominus omnes, qui corruunt: & erigit omnes elisos.
15 Oculi omnium in te sperant Domine: & tu das
escam illorum in tempore opportuno.
16 Aperis tu manum tuam: & imples omne animal
benedictione.
17 Iustus Dominus in omnibus viis suis: & sanctus
in omnibus operibus suis.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Homo vanitati similis est: dies eius sunt *sicut vmbra transiens.*

Domine inclina cælos tuos, & descende, tange montes, & fumigabunt.

Fulgura fulgur, & disperge eos: mitte sagittas tuas, & interfice illos.

Mitte manus tuas de excelso, redime me & erue me ex aquis multis: è manu filiorum alienigenarum.

Quorum os locutum est mendacium: & dextera eorum, dextera mendax.

Deus canticum nouum cantabo tibi: in psalterio, in decachordo canam tibi.

*Qui dat salutem regibus: qui redimit Dauid seruum suum de gladio malo: * redime me.*

Et erue me de manu filiorum alienigenarum, quorum os locutum est mendacium: & dextera eorum, dextera mendax.

Vt sint filij nostri sicut plantationes crescentes in adolescentijs eorum,

Filiæ nostræ sicut anguli incisi palatij.

Anguli nostri pleni educentes de specie ad speciem,

Pecudes nostræ parientes mille, parientes decem millia
*in plateis nostris: * boues nostri onusti carne.*

Non est sterilis nec est quæ egrediatur, nec est clamor in plateis nostris.

Beatus populus cui sic est, beatus populus cuius Dominus est Deus eius.

Laus ipsi Dauid. Psalm. CXLV.

Exaltabo te Deus meus rex, & benedicam nomini tuo in sæculum, & in perpetuum.

Omni die benedicam tibi, & laudabo nomen tuum in sæculum & in perpetuum.

Magnus Dominus, & laudabilis valde, & magnitudinis eius non est inuestigatio.

Generatio generationi narrabit, *laudabit opera tua, & fortitudines tuas annunciabunt.*

Decorem gloriæ potentiæ tuæ, & res mirabilium tuorum meditabor.

Et fortitudinem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabo.

Memoriam multitudinis bonitatis tuæ loquentur, & iustitiam tuam laudabunt.

Clemens, & miserator Dominus, longus furore, & magnus misericordia.

Bonus Dominus vniuersis, & misericordia eius super omnia opera eius.

Confiteantur tibi Domine omnia opera tua, & misericordes tui benedicant tibi.

Gloriam regni tui dicent, & fortitudinem tuam loquentur.

Vt scire faciant filios hominum fortitudines eius, & gloriam decoris regni eius.

Regnum tuum, regnum omnium sæculorum: & dominatio tua in omni generatione, & generatione.

Desunt ista ab Hebræis codicibus.

Sustentat Dominus omnes cadentes, & erigit omnes incuruatos.

Oculi omnium in te sperant, & tu das eis escam eorum in tempore suo.

Aperis manum tuam, & saturare facis omne viuens ad voluntatem.

Iustus Dominus in omnibus vijs suis, & misericors omnibus operibus suis.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum: 18
omnibus inuocantibus eum in veritate.
Voluntatem timentium se faciet, & depreca- 19
tionem eorum exaudiet: & saluos faciet eos.
Custodit Dominus omnes diligentes se: & om- 20
nes peccatores disperdet.
Laudationem Domini loquetur os meum: & 21
benedicat omnis caro nomini sancto eius in sæcu-
lum, & in sæculum sæculi.

Alleluia, Aggæi, & Zachariæ. CXLV. 1

Psal. 118. & 144.

LAuda anima mea Dominum, laudabo Domi- 2
num in vita mea: psallam Deo meo quamdiu
fuero.
Nolite confidere in principibus ✶ in filiis homi- 3
num, in quibus non est salus.
Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram 4
suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eo-
rum.

Act. 14. 15. Apoc. 14. 7.

Beatus, cuius Deus Iacob adiutor eius, spes eius 5
in Domino Deo ipsius: ✶ qui fecit cælum & ter- 6
ram: mare, & omnia, quæ in eis sunt.
Qui custodit veritatem in sæculum, facit iu- 7
dicium iniuriam patientibus: dat escam esurien-
tibus.
Dominus soluit compeditos: ✶ Dominus illu- 8
minat cæcos.
Dominus erigit elisos, Dominus diligit iustos.
Dominus custodit aduenas, pupillum, & vi- 9
duam suscipiet: & vias peccatorum disperdet.
Regnabit Dominus in sæcula Deus tuus Sion, in 10
generationem & generationem.

Alleluia. CXLVI. 1

LAudate Dominum quoniam bonus est psal-
mus: Deo nostro sit iucunda, decoraque lau-
datio.
AEdificans Ierusalem Dominus: dispersiones Is- 2
raelis congregabit.
Qui sanat contritos corde: & alligat contritio- 3
nes eorum.
Qui numerat multitudinem stellarum: & om- 4
nibus eis nomina vocat.
Magnus Dominus noster, & magna virtus eius: 5
& sapientiæ eius non est numerus.
Suscipiens mansuetos Dominus: humilians au- 6
tem peccatores vsque ad terram.
Præcinite Domino in confessione: psallite Deo 7
nostro in cithara.
Qui operit cælum nubibus, & parat terræ plu- 8
uiam.
Qui producit in montibus fœnum: & herbam
seruituti hominum.
Qui dat iumentis escam ipsorum: & pullis cor- 9
uorum inuocantibus eum.
Non in fortitudine equi voluntatem habebit: 10
nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.
Beneplacitum est Domino super timentes eum: 11
& in eis, qui sperant super misericordia eius.

Alleluia. CXLVII.

LAuda Ierusalem Dominum: lauda Deum tuum 12
Sion.
Quoniam confortauit seras portarum tuarum: 13
benedixit filiis tuis in te.
Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti 14
satiat te.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Propinquus est Dominus omnibus inuocantibus eum: omnibus qui inuocauerint eum in veritate.
Voluntatem timentium se faciet, & clamorem eorum audiet, & seruare faciet eos.
Custodit Dominus omnes diligentes eum, & omnes impios disperdere faciet.
Laudem Domini loquetur os meum, & benedicet omnis caro nomini sancto eius in sæculum, & in perpetuum.

Halleluiah. Psalm. CXLVI.

LAuda anima mea Dominum. Laudabo Dominum in vita mea: canam Deo meo dum adhuc fuero.
Ne fidatis principibus, filio hominis, cui non est salus.
Egredietur spiritus eius, reuertetur in terram suam, in die illa peribunt cogitationes eius.
Beatus est is cuius in auxilio est Deus Iahacob, cuius spes est in Domino Deo suo: ✶ qui fecit cælum, & terram: mare & omnia quæ in eis sunt.
Qui custodit veritatem in sæculum: qui facit iudicium violentia affectis, qui dat panem famelicis.
Dominus soluit vinctos: Dominus aperit oculos cæcorum.
Dominus erigit curuatos, Dominus diligit iustos.
Dominus custodit aduenas, pupillum, & viduam eleuabit: & viam impiorum subuertet.
Regnabit Dominus in sæculum Deus tuus Sijon in generatione, & generatione, Halleluiah.

Psalm. CXLVII.

LAudate Dominum, quoniam bonum est canere Deo nostro, quoniam dulcis, decora est laus.
Ædificans Ierusalaim Dominus: eiectos Israel congregabit.
Qui sanat contritos corde: & alligat dolores eorum.
Qui numerat numerum stellarum: omnibus eis nomina vocauit.
Magnus Dominus noster, & multus fortitudine: intelligentiæ eius non est numerus.
Eleuat mansuetos Dominus: humiliat impios vsque ad terram.
Canite Domino in confessione: canite Deo nostro in cithara.
Qui operit cælum nubibus, & parat terræ pluuiam.
Qui germinare facit montes herbam.
Qui dat iumento escam suam, filijs coruorum quum clamauerint.
Non in fortitudine equi complacebit: neque tibias viri volet.
Vult Dominus timentes eum: sperantes in misericordia eius.

LAuda Ierusalaim Dominum: lauda Deum tuum Sijon.
Quoniam roborauit vectes portarum tuarum: benedixit filijs tuis in medio tui.
Qui posuit terminum tuum pacem: adipe frumenti saturare faciet te.

Hic psalmus apud Hebræos in continuatus superiori & idem cum illo.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

15 Qui emittit eloquium suum terræ: velociter currit sermo eius.

16 Qui dat niuem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit,

17 Mittit crystallum suam sicut bucellas: ante faciem frigoris eius quis sustinebit?

18 Emittet verbum suum, & liquefaciet ea: flabit spiritus eius, & fluent aquæ.

19 Qui annunciat verbum suum Iacob: iustitias, & iudicia sua Israel.

20 Non fecit taliter omni nationi: & iudicia sua non manifestauit eis. Alleluia.

1 Alleluia. CXLVIII.

LAudate Dominum de cælis: laudate eum in excelsis.

2 Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius:

3 Laudate eum sol & luna: laudate eum omnes stellæ, & lumen.

4 ★ Laudate eum cæli cælorum: & aquæ omnes, quæ super cælos sunt,

* Dan. 3. 59.60.

5 ★ laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.

6 Statuit ea in æternum, & in sæculum sæculi: præceptum posuit, & non præteribit.

7 Laudate Dominum de terra, dracones, & omnes abyssi.

8 Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: quæ faciunt verbum eius.

9 Montes, & omnes colles: ligna fructifera, & omnes cedri.

10 Bestiæ, & vniuersa pecora: serpentes, & volucres pennatæ:

11 Reges terræ, & omnes populi: principes, & omnes iudices terræ.

12 Iuuenes, & virgines: senes cum iunioribus

13 laudent nomen Domini: quia exaltatum est nomen eius solius.

14 Confessio eius super cœlum, & terram: & exaltauit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis eius: filiis Israel, populo appropinquanti sibi. Alleluia.

1 Alleluia. CXLIX.

CAntate Domino canticum nouum: laus eius in Ecclesia sanctorum.

2 Lætetur Israel in eo, qui fecit eum: & filij Sion exultent in rege suo.

3 Laudent nomen eius in choro: in tympano, & psalterio psallant ei:

4 Quia beneplacitum est Domino in populo suo: & exaltabit mansuetos in salutem.

5 Exaltabunt sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis.

6 Exaltationes Dei in gutture eorum: & gladij ancipites in manibus eorum:

7 Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis.

8 Ad alligandos reges eorum in compedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis.

9 Vt faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hæc est omnibus sanctis eius. Alleluia.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

15 *Qui mittit eloquium suum terræ: donec velociter currat verbum eius.*

16 *Qui dat niuem sicut lanam: pruinam sicut cinerem spargit.*

17 *Proijciet glaciem suam sicut buccellas: coram frigore eius quis stabit?*

18 *Mittet verbum suum, & liquefaciet eas, flabit spiritus eius, & fluent aquæ.*

19 *Qui annunciant verbum suum ipsi Iahacob: statuta sua, & iudicia sua Israeli.*

20 *Non fecit sic omni genti: & iudicia non cognoscent. Halleluiah.*

1 *Psalm. CXLVIII. Halleluiah.*

LAudate Dominum de cœlis: laudate eum in excelsis.

2 *Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes exercitus eius.*

3 *Laudate eum sol & luna: laudate eum omnes stellæ luminis.*

4 *Laudate eum cœli cœlorum, & aquæ quæ super cœlos sunt,*

5 *★ laudent nomen Domini.*

Quia ipse præcepit, & creata sunt.

6 *Et stare fecit ea in perpetuum, in sæculum statutum dedit & non transibit.*

7 *Laudate Dominum de terra, dracones, & omnes voragines.*

8 *Ignis & grando, nix & vapor, ventus turbinis faciens verbum eius.*

9 *Montes & omnes colles: arbor fructifera, & omnes cedri.*

10 *Bestia, & omne iumentum: reptile, & auis alata.*

11 *Reges terræ, & omnes populi: principes, & omnes iudices terræ.*

12 *Iuuenes, & etiam virgines: senes cum iunioribus.*

13 *★ laudent nomen Domini: quia exaltatum est nomen eius solius,*

14 *Gloria eius super terram, & cœlum: & exaltauit cornu populo suo.*

Laus omnibus misericordibus eius: filijs Israel, populo propinquo ei. Halleluiah.

1 *Halleluiah. Psalm. CXLIX.*

CAntate Domino canticum nouum: laus eius in ecclesia misericordium.

2 *Lætetur Israel in factore suo: & filij Sijon exultent in rege suo.*

3 *Laudent nomen eius in choro: in tympano, & cithara canant ei:*

4 *Quia complacebit Dominus populo suo: glorificabit humiles in salute.*

5 *Exultabunt misericordes in gloria: laudabunt in cubilibus suis.*

6 *Exaltationes Dei in gutture eorum: & gladius anceps in manu eorum:*

7 *Ad faciendum vindictam in gentibus: increpationes in populis.*

8 *Ad alligandum reges eorum in compedibus: & nobiles eorum in compedibus.*

9 *Ad faciendum in eis iudicium scriptum: decor est omnibus misericordibus suis. Halleluiah.*

Vulgat. Editio.

1 Alleluia. CL.

Laudate Dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.
2 Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.
3 Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio, & cithara.
4 Laudate eum in tympano, & choro: laudate eum in chordis, & organo.
5 Laudate eum in cymbalis benesonantibus: lau-
6 date eum in cymbalis iubilationis: ⋆ omnis spiritus laudet Dominum. Alleluia.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Halleluiah. Psalm. CL.

Laudate Deum in sanctitate eius: laudate eum in firmamento fortitudinis eius.
Laudate eum in fortitudinibus eius, laudate eum in multitudine magnitudinis eius.
Laudate eum in clangore buccinæ: laudate eum in nebel, & cithara.
Laudate eum in tympano, & choro: laudate eum in chordis, & organo.
Laudate eum in cymbalis audibilibus: laudate eum in cymbalis clamorosis: ⋆ omnis spiritus laudet Dominum. Halleluiah.

FINIS LIBRI PSALMORVM.

Digitized by Google

LIBRI PROVERBIORVM.

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM.

1 PArabolæ Salomonis, filij Dauid, regis Iſrael.
2 Ad ſciendam ſapientiam, & diſciplinam:
3 Ad intelligenda verba prudentiæ: & ſuſcipiendam eruditionem doctrinæ, iuſtitiam, & iudicium, & æquitatem:
4 Vt detur paruulis aſtutia, adoleſcenti ſcientia, & intellectus.
5 Audiens ſapiens, ſapientior erit: & intelligens, gubernacula poſſidebit.
6 Animaduertet parabolam, & interpretationem, verba ſapientum, & ænigmata eorum.
7 * Timor Domini principium ſapientiæ. Sapientiam, atque doctrinam ſtulti deſpiciunt.
8 Audi, fili mi, diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ:
9 Vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo.
10 Fili mi, ſi te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis.
11 Si dixerint: Veni nobiſcum, inſidiemur ſanguini, abſcondamus tendiculas contra inſontem fruſtra:
12 Deglutiamus eum ſicut infernus viuentem, & integrum quaſi deſcendentem in lacum.
13 Omnem pretioſam ſubſtantiam reperiemus, implebimus domos noſtras ſpoliis.
14 Sortem mitte nobiſcum, marſupium vnum ſit omnium noſtrum.
15 Fili mi, ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum à ſemitis eorum.
16 * Pedes enim illorum ad malum currunt, & feſtinant vt effundant ſanguinem.
17 Fruſtra autem iacitur rete ante oculos pennatorum.
18 Ipſi quoque contra ſanguinem ſuum inſidiantur, & moliuntur fraudes contra animas ſuas.
19 Sic ſemitæ omnis auari, animas poſſidentium rapiunt.
20 Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem ſuam:
21 In capite turbarum clamitat, in foribus portarum vrbis profert verba ſua, dicens:
22 Vſquequo paruuli diligitis infantiam, & ſtulti ea, quæ ſibi ſunt noxia, cupient, & imprudentes odibunt ſcientiam?
23 * Conuertimini ad correptionem meam: en proferam vobis ſpiritum meum, & oſtendam vobis verba mea.
24 Quia vocaui, & renuiſtis: extendi manum meā, & non fuit qui aſpiceret.

* Pſ. 110. 10. Eccli. 1. 16.
* Iſa. 59. 7.
* Iſa. 65. 12. & 66. 4. Iere. 7. 13.

Deſpexiſtis

LIBRI MISLE.

Tranſl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAPVT PRIMVM.

1 *PArabolæ Selomoh filij Dauid regis Iſrael.*
2 *Ad ſciendum ſapientiam, & eruditionem:*
3 *Ad intelligendum eloquia intelligentiæ: Ad ſuſcipiendum eruditionem intellectus, iuſtitiam, & iudicium, & rectitudines.*
4 *Ad dandum ſimplicibus calliditatem, puero ſcientiam, & cogitationem.*
5 *Audiet ſapiens, & addet doctrinam, & intelligens conſilia poſſidebit.*
6 *Ad intelligendum parabolam, & interpretationem, verba ſapientum, & ænigmata eorum.*
7 *Timor Domini principium ſcientiæ. Sapientiam, & eruditionem ſtulti deſpexerunt.*
8 *Audi fili mi eruditionem patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ.*
9 *Quia coniunctio gratiæ erit capiti tuo, & torques gutturi tuo.*
10 *Fili mi ſi ſeducere voluerint te peccatores, ne acquieſcas.*
11 *Si dixerint, veni nobiſcum, inſidiemur ſanguini, abſcondamus nos contra innocentem gratis.*
12 *Deglutiamus eos ſicut ſepulchrum, viuentes, & integros ſicut deſcendentes in ſepulchrum.*
13 *Omnem ſubſtantiam precioſam reperiemus, implebimus domos noſtras ſpolijs.*
14 *Sortem tuam proijce in medio noſtrum, marſupium vnum erit omnibus nobis.*
15 *Fili mi, ne ambules in via cum eis, prohibe pedem tuum à ſemitis eorum.*
16 *Pedes enim eorum ad malum currunt, & feſtinant, vt effundant ſanguinem.*
17 *Nam fruſtra ſpargitur rete in oculis omnis auis.*
18 *Et ipſi ſanguini eorum inſidiabuntur, abſcondent ſe propter animas eorum.*
19 *Sic ſemitæ omnis auarè ſectantis lucrum, animam Dominorum illius capient.*
20 *Sapientia foris prædicabit, in plateis dabit vocem ſuam.*
21 *In capite tumultuantium clamabit, in oſtijs portarum, in vrbe eloquia ſua dicet.*
22 *Vſquequo ſimplices diligetis ſimplicitatem, & deriſores deriſionem deſiderabūt, & ſtulti odio habebunt ſcientiam?*
23 *Conuertimini ad increpationem meam: en loquar vobis ſpiritum meum, ſcire faciam verba mea vos.*
24 *Pro eo quòd vocaui, & renuiſtis: extendi manum meam, & non fuit qui attenderet.*

Ceſſare

LIBRI PROVERBIORVM SALOMONIS.

Transl. ex Septuag.

CAPVT PRIMVM.

1 PRouerbia Salomonis filij Dauid, qui regnauit in Israel.
2 Ad sciendam sapientiam, & disciplinam,
3 Et intelligendum verba prudentiæ, & suscipiendum versutias sermonum, & intelligendam iustitiam veram, & iudicium dirigendum:
4 Vt det simplicibus astutiam, & puero nouo & sensum, & cogitationem.
5 Hæc enim audiens sapiens sapientior erit: intelligens autem, rationem gubernandi possidebit.
6 Animaduertetque parabolam, & tenebrosum sermonem, dictaque sapientum, & ænigmata.
7 Principium sapientiæ timor Domini: intellectus autem bonus omnibus facientibus eum. Pietas autem in Deum principium sensus: sapientiam autem, & disciplinam impij spernent.
8 Audi fili disciplinam patris tui: & ne abiicias leges matris tuæ.
9 Coronam enim gratiarum recipies vertici tuo, & torquem aureum circa tuum collum.
10 Fili, ne te seducant viri impij, neque velis.
11 Si aduocauerint te, dicentes, veni nobiscum, particeps esto sanguinis, abscondamus autem in terram virum iustum iniuste,
12 Deglutiamus autem eum, sicut infernus viuentem, & tollamus eius memoriam de terra,
13 Possessionem eius preciosam occupemus, impleamus autem domos nostras spoliis,
14 Tuam autem sortem mitte in nobis, communem autem crumenam possideamus omnes, & marsupium vnum fit nobis;
15 Ne ambules in via cum eis, declina autem pedem tuum à semitis eorum.
16
17 Non enim inique tenduntur retia auibus.
18 Ipsi enim qui homicidij participes sunt, thesaurizant sibi ipsis mala.
19 Euersio autem virorum iniquorum mala. Hæ viæ sunt omnium consummantium iniqua. In pietate enim suam ipsorum animam auferunt.
20 Sapientia in exitibus canitur, in plateis autem cum libertate agit;
21 Et super summos muros clamitat, & in portis dynastarum assidet, & in portis ciuitatis confidenter ait:
22 Quanto tempore simplices inhærent iustitiæ: non erubescent: insipientes autem dum contumeliæ cupidi, sunt impij facti oderunt sensum, & subiecti facti sunt opprobriis.
23 Ecce proferam vobis mei spiritus dictionem: docebo autem vos meum sermonem.
24 Quoniam vocabam, & non obedistis: & extendebam verba, & non attendistis:

16. Pedes enim illorum ad malum currunt, veloces ad effundendum sanguinem. Hæc quæ desiderant contextu [illegible] in Biblia Septuaginta interpretum Romana nõ habentur, licet habeantur in pluribus codicibus [illegible] translationis.

LIBRI MISLE.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAPVT PRIMVM.

1 *PArabolæ Selomoh filij Dauid, regis Israel:*
2 *Ad sciendum sapientiam & eruditionem, ad intelligendum eloquia intelligentiæ,*
3 *Ad suscipiendum eruditionem intelligentiæ, iustitiam, & iudicium & rectitudines:*
4 *Ad dandum simplicibus calliditatem, puero scientiam & cogitationem.*
5 *Audiet sapiens, & addet doctrinam: & intelligens, consilia possidebit.*
6 *Ad intelligendum parabolam, & elocutionem, verba sapientum, & ænigmata eorum.*
7 *Timor Iehoua principium scientiæ: sapientiam & eruditionem stulti despexerunt.*
8 *Audi fili mi eruditionem patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ.*
9 *Quia adiectio gratiæ erunt capiti tuo, & torques gutturi tuo.*
10 *Fili mi, si seducere voluerint te peccatores, ne acquiescas.*
11 *Si dixerint, Veni nobiscum, insidiemur sanguini, insidiemur innocenti absq; causa.*
12 *Deglutiamus eos sicut sepulchrum, viuentes, & integros, sicut descendentes in foueam.*
13 *Omnimodam substantiam pretiosam reperiemus, implebimus domos nostras spoliis.*
14 *Sortem tuam proijce inter nos, marsupium vnum sit omnibus nobis.*
15 *Fili mi, ne ambules in via cum eis, prohibe pedem tuum à semitis eorum.*
16 *Pedes enim eorum ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem.*
17 *Certe vt sine causa spargitur rete in oculis omnis auis:*
18 *Sic hi sanguini eorum insidiantur, insidiantur animabus eorum.*
19 *Tales sunt semitæ omnis lucro inhiantis, animam dominorum illius capiet.*
20 *Sapientia foris clamitat, in plateis ipsis dat vocem suam:*
21 *In capite tumultuantium clamat, in ostijs portarum, in vrbe ipsa eloquia sua dicit,*
22 *Vsquequo simplices diligetis simplicitatem: & derisores derisionem desiderabũt, & stulti odio habebunt scientiam?*
23 *Conuertimini ad increpationem meam, en depromam vobis spiritum meum, scire vos faciam verba mea.*
24 *Propterea quod vocaui, & renuistis: extendi manum meam, & non fuit qui attenderet:*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

25 Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis.
26 Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis id, quod timebatis, aduenerit.
27 Cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit: quando venerit super vos tribulatio, & angustia:
28 Tunc inuocabunt me, & non exaudiam: mane consurgent, & non inuenient me:
29 Eo quòd exosam habuerint disciplinam, & timorem Domini non susceperint,
30 Nec acquieuerint consilio meo, & detraxerint vniuersæ correptioni meæ.
31 Comedent igitur fructus viæ suæ, suisque consiliis saturabuntur.
32 Auersio paruulorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet.
33 Qui autem me audierit, absque terrore requiescet, & abundantia perfruetur, timore malorum sublato.

CAP. II.

1 Fili mi, si susceperis sermones meos, & mandata mea absconderis penes te,
2 Vt audiat sapientiam auris tua: inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam.
3 Si enim sapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentiæ:
4 Si quæsieris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam:
5 Tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei inuenies:
6 Quia Dominus dat sapientiam: & ex ore eius prudentia, & scientia.
7 Custodiet rectorum salutem, & proteget gradientes simpliciter,
8 Seruans semitas iustitiæ, & vias sanctorum custodiens.
9 Tunc intelliges iustitiam, & iudicium, & æquitatem, & omnem semitam bonam.
10 Si intrauerit sapientia cor tuum, & scientia animæ tuæ placuerit:
11 Consilium custodiet te, & prudentia seruabit te,
12 Vt eruaris à via mala, & ab homine, qui peruersa loquitur:
13 Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas:
14 Qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis;
15 Quorum viæ peruersæ sunt, & infames gressus eorum
16 Vt eruaris à muliere aliena, & ab extranea, quæ mollit sermones suos,
17 Et relinquit ducem pubertatis suæ,
18 Et pacti Dei sui oblita est, inclinata est enim ad mortem domus eius, & ad inferos semitæ ipsius.
19 Omnes, qui ingrediuntur ad eam, non reuertentur, nec apprehendent semitas vitæ.
20 Vt ambules in via bona: & calles iustorum custodias.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

25 *Cessare fecistis consilium meum, & increpationes meas noluistis.*
26 *Etiam ego in contritione vestri ridebo, subsannabo, cum venerit timor vester.*
27 *Cum venerit sicut desolatio timor vester, & contritio vestri veluti turbo venerit, cum venerit super vos tribulatio, & angustia.*
28 *Tunc inuocabunt me, & non exaudiam, quærent me, & non inuenient me.*
29 *Pro eo quod odiuerunt scientiam, & timorem Domini non elegerunt.*
30 *Nec voluerunt consilium meum, spreuerunt omnem increpationem meam.*
31 *Et comedent de fructu viæ suæ, & consiliis suis saturabuntur.*
32 *Quia auersio simplicium interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet eos.*
33 *Qui autem obediuerit mihi habitabit fiducialiter, & requiescet à timore malo.*

CAP. II.

1 *Fili mi si susceperis eloquia mea, & mandata mea absconderis tecum.*
2 *Vt attendere facias sapientiæ aurem tuam, inclines cor tuum intelligentiæ.*
3 *Quia si ad intelligentiam clamaueris, intelligentiæ dabis vocem tuam.*
4 *Si quæsieris eam tanquam argentum, & sicut thesauros scrutatus fueris eam.*
5 *Tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei inuenies.*
6 *Quia Dominus dat sapientiam, ex ore eius est scientia, & intelligentia.*
7 *Et abscondet rectis essentiam, scutum erit ambulantibus simpliciter.*
8 *Ad custodiendum semitas iudicij, & viam misericordium eius custodiet.*
9 *Tunc intelliges iustitiam, & iudicium, & rectitudines omnem semitam bonam.*
10 *Si intrauerit sapientia cor tuum, & scientia animæ tuæ dulcuerit,*
11 *Cogitatio custodiet te, intelligentia custodiet te.*
12 *Vt eruat te à via mala, à viro loquente peruersitates.*
13 *Qui relinquunt semitas rectitudinis, vt ambulent per vias tenebrosas.*
14 *Qui lætantur facere malum, exultant in peruersitatibus mali.*
15 *Quorum semitæ peruersæ sunt, & peruersitates sunt in viis eius.*
16 *Vt eruat te à muliere extranea, ab aliena quæ eloquia sua mollit.*
17 *Quæ relinquit ducem adolescentiæ suæ,*
18 *Et pacti Dei sui oblita est: quia inclinata est ad mortem domus eius, & ad mortuos semitæ eius.*
19 *Omnes ingredientes ad eam, non reuertentur, nec apprehendent semitas vitæ.*
20 *Vt ambules per viam bonorum: & semitas iustorum custodias.*

Transl. ex Septuag.

25 Sed irrita faciebatis mea consilia, & meis increpationibus rebelles fuistis.
26 Itaque & ego vestra perditione ridebo:
27 Gaudebo autem, cum venerit vobis interitus, & cum aduenerit vobis subito tumultus; euersio autem similis procellæ affuerit, & cum venerit vobis tribulatio, & oppressio, vel cum venerit vobis interitus.
28 Erit enim, cum inuocabitis me, ego autem non exaudiam vos: quærent me mali, & non inuenient.
29 Oderunt enim sapientiam: verbum autem Domini non assumpserunt:
30 Neque volebant meis attendere consiliis: subsannabant autem meas redargutiones.
31 Ergo comedent viæ suæ fructus, & sua ipsorum impietate saturabuntur.
32 Pro eo enim, quòd iniuriam inferebant paruulis, occidentur, & examinatio impios perdet.
33 Qui autem me audit habitabit in spe, & quiescet sine timore ab omni malo.

CAP II.

1 Fili, si suscipiens eloquium mei mandati absconderis penes te;
2 Obediet sapientiæ auris tua, & adijcies cor tuum ad intellectum; adijcies autem ipsum ad monitionem filio tuo.
3 Si enim sapientiam inuoces, & intellectui des vocem tuam,
4 Et, si exquiras eam tanquam argentum, & tanquam thesauros inuestiges eam;
5 Tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei reperies.
6 Quia Dominus dat sapientiam, & à facie eius cognitio, & intellectus.
7 Et thesaurizat rectè agentibus salutem: proteget gressum eorum,
8 Ad custodiendas vias iustificationum; & viam reuerentium se custodiet.
9 Tunc intelliges iustitiam, & iudicium, & diriges omnes semitas bonas.
10 Si enim venerit sapiétia in tuam mentem, & sensus esse animæ tuæ pulcher videbitur;
11 Consilium bonum custodiet te, & cogitatio sancta seruabit te:
12 Vt eruat te à via mala, & à viro loquente nihil fidele.
13 O qui dereliquistis vias rectas abeundo in vias tenebrarum,
14 Qui lætamini in malis, & gaudetis in euersione mala:
15 Quorum semitæ prauæ, & flexuosi cursus eorum ad longe te faciendum à via recta, & alienum à iusta sententia.
16 Fili, ne te comprehendat malum consilium.
17 Quæ dereliquit doctrinam iuuentutis,
18 Et testamenti diuini oblita est. Posuit enim iuxta mortem domum suam, & penes infernum cum terrigenis orbitas suas.
19 Omnes euntes in ea non reuertent, neque apprehendent semitas rectas: non enim appehenduntur ab annis vitæ.
20 Nam si ambularent semitas bonas; inuenissent vtique semitas iustitiæ leues.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

25 *Et cessare fecistis omne consilium meum, & increpationem meam noluistis:*
26 *Etiam ego in contritione vestri ridebo: subsannabo, quum venerit timor vester,*
27 *Quum inquam venerit sicut desolatio, timor vester: & contritio vestri veluti turbo venerit, quum venerit super vos tribulatio & angustia.*
28 *Tunc inuocabunt me, & non exaudiam: mane quærent me, & non inuenient me:*
29 *Eo quod oderunt scientiam, & timorem Iehoua non elegerunt,*
30 *Nec acquieuerunt consilio meo, spreuerunt vniuersam increpationem meam.*
31 *Comedent igitur de fructu viæ suæ, & consilijs suis saturabuntur.*
32 *Quia requies simplicium interficiet eos: & prosperitas stultorum perdet eos.*
33 *Qui autem obedit mihi, habitabit confidenter, & requiescet à timore mali.*

CAP. II.

1 *Fili mi, si susceperis verba mea, & mandata mea absconderis apud te,*
2 *Vt attendere facias sapientiæ aurem tuam, & si inclinaueris cor tuum intelligentiæ:*
3 *Imo si ad intelligentiam clamaueris, & intelligentiæ dederis vocem tuam:*
4 *Si quæsieris eam tanquam argentum, & sicut thesauros scrutatus fueris eam:*
5 *Tunc intelliges timorem Iehoua, & cognitionem Dei inuenies.*
6 *Quia Iehouah dat sapientiam, ex ore eius egreditur cognitio & intelligentia.*
7 *Recondet rectis essentiam, scutum erit ambulantibus perfecte,*
8 *Vt custodiant semitas iudicij: & viam misericordium eius custodiet.*
9 *Tunc intelliges iustitiam, & iudicium, & rectitudines, & omnem semitam bonam.*
10 *Quando intrauerit sapientia cor tuum: & cognitio animæ tuæ dulcis fuerit:*
11 *Cogitantia custodiet te, & intelligentia conseruabit te.*
12 *Vt eruat te à via mala, à viro loquente peruersitates:*
13 *Qui derelinquunt semitas rectas, vt ambulent per vias tenebricosas:*
14 *Qui lætantur facere malum, exultant in peruersitatibus mali.*
15 *Quorum semitæ peruersæ sunt, & peruersi sunt in vijs suis.*
16 *Vt eruat te inquam à muliere extranea, ab aliena quæ eloquia sua emollit,*
17 *Quæ deserit ducem adolescentiæ suæ, & pacti Dei sui oblita est.*
18 *Quia inclinat ad mortem domus eius, & ad mortuos semitæ eius ducunt.*
19 *Omnes ingredientes ad eam, non reuertuntur, nec apprehendunt semitas vitæ.*
20 *Vt ambules inquam per viam bonorum, & semitas iustorum custodias.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

21 Qui enim recti sunt, habitabunt in terra, & simplices permanebunt in ea.

22 * Impij vero de terra perdentur: & qui iniquè agunt, auferentur ex ea.

* Iob 18. 17.

CAP. III.

1 Fili mi, ne obliuiscaris legis meæ, & præcepta mea cor tuum custodiat.

2 Longitudinem enim dierum, & annos vitæ, & pacem apponent tibi.

3 Misericordia, & veritas te non deserant, circunda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui:

4 Et inuenies gratiam, & disciplinam bonam coram Deo & hominibus.

5 Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ.

6 In omnibus viis tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos.

7 * Ne sis sapiens apud temetipsum: time Deum, & recede à malo:

* Ro. 12. 16.

8 Sanitas quippe erit vmbilico tuo, & irrigatio ossium tuorum.

9 * Honora Dominum de tua substantia, & de primitiis omnium frugum tuarum da ei.

* Tob. 4. 7. Luc. 14. 13.

10 Et implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redundabunt.

11 * Disciplinam Domini, fili mi, ne abiicias: nec deficias cum ab eo corriperis:

* Heb. 12. 5. Apoc. 3. 19.

12 Quem enim diligit Dominus, corripit: & quasi pater in filio complacet sibi.

13 Beatus homo, qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia.

14 Melior est acquisitio eius negotiatione argenti, & auri primi & purissimi fructus eius:

15 Pretiosior est cunctis opibus: & omnia, quæ desiderantur, huic non valent comparari.

16 Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ, & gloria.

17 Viæ eius, viæ pulchræ, & omnes semitæ illius pacificæ.

18 Lignum vitæ est his, qui apprehenderint eam: & qui tenuerit eam, beatus.

19 Dominus sapientia fundauit terram, stabiliuit cælos prudentia.

20 Sapientia illius eruperunt abyssi, & nubes rore concrescunt.

21 Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis: Custodi legem atque consilium:

22 Et erit vita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis.

23 Tunc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non impinget:

24 Si dormieris, non timebis: quiesces, & suauis erit somnus tuus.

25 Ne paueas repentino terrore, & irruentes tibi potentias impiorum.

26 Dominus enim erit in latere tuo, & custodiet pedem tuum ne capiaris.

27 Noli prohibere benefacere eum, qui potest: si vales, & ipse benefac:

28 Ne dicas amico tuo: Vade, & reuertere: cras dabo tibi: cum statim possis dare.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Quia recti inhabitabunt terram, & immaculati remanebunt in ea.

Et impij de terra succidentur, & prauaricatores abradentur ex ea.

CAP. III.

Fili mi legis meæ ne obliuiscaris, & præcepta mea custodiat cor tuum.

Quia longitudinem dierum, & annos vitæ, & pacem apponent tibi.

Misericordia, & veritas ne deserant te, liga eas in gutture tuo, scribe eas in tabula cordis tui.

Et inuenies gratiam, & intellectum bonum in oculis Dei, & hominum.

Fide Domino toto corde tuo, & intelligentiæ tuæ ne innitaris.

In omnibus vijs tuis scito eum, & ipse diriget semitas tuas.

Ne sis sapiens in oculis tuis, time Dominum, & recede à malo.

Sanitas erit vmbilico tuo, & medulla ossibus tuis.

Honora Dominum diuitijs tuis, & primitijs omnium frugum tuarum,

Et implebuntur horrea tua saturitate, & vino nouo torcularia tua se rumpent.

Correctionem Domini fili mi ne abijcias, & ne tædio afficiaris propter increpationem eius.

Quem enim diligit Dominus increpat, & veluti pater in filio complacebit.

Beatus homo qui inuenit sapientiam, & homo qui eduxerit in lucem intelligentiam.

Quia melior est negociatio eius, negociatione argenti, & auro melior est fructus eius.

Pretiosior est margaritis, & omnia desiderabilia tua non æquabuntur ei.

Longitudo dierum est in dextera illius, in sinistra illius diuitiæ, & gloria.

Viæ eius, viæ delectabiles, & omnes semitæ eius pacificæ.

Lignum vitæ est apprehendentibus eam, & qui fulciunt eam beati.

Dominus sapientia fundauit terram, stabiliuit cælos intelligentia.

Scientia eius abyssi rupti sunt, & cæli stillabunt rorem.

Fili mi, ne recedant hæc ab oculis tuis: Custodi legem, & cogitationem.

Et erunt vita animæ tuæ, & gratia gutturi tuo.

Tunc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non percutiet.

Si dormieris, non timebis: & quiesces, & suauis erit somnus tuus.

Non timebis à timore repentino, & à desolatione impiorum, quum venerit.

Quia Dominus erit fiducia tua, & custodiet pedem tuum à captura.

Ne prohibeas bonum ab eo qui debet illud habere, quum fuerit facultas manui tuæ ad faciendum.

Ne dicas amico tuo: Vade, & reuertere, & cras dabo, & quod petit est apud te.

Transl. ex Septuag.		Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
Quoniam recti inhabitabunt terram, & sancti remanebunt in ea.	21	*Quia recti inhabitabunt terram, & integri superstites erunt in ea.*
Viæ impiorum è terra perdentur: & iniqui expellentur ab ea.	22	*Impij vero de terra succidentur, & praeuaricatores eradentur ex ea.*
CAP. III.		*CAP. III.*
Fili, mearum legum ne obliuiscaris: verba autem mea seruet tuum cor.	1	*Fili mi, legis meæ ne obliuiscaris, & præcepta mea custodiat cor tuum:*
Longitudinem enim ætatis, & annos vitæ, & pacem apponent tibi.	2	*Quia longitudinem dierum, & annos vitæ, & pacem apponent tibi.*
Eleemosynæ, & fides ne deserant te: alliga autem eas super collum tuum:	3	*Misericordia & veritas ne deserant te, liga eas ad guttur tuum, scribe eas in tabula cordis tui:*
Et inuenies gratiam: & prouide bona coram Domino, & hominibus.	4	*Et inuenies gratiam & intellectum bonum in oculis Dei & hominum.*
Esto fidens in toto corde super Deum: in tua autem sapientia ne exalteris.	5	*Fide Iehouæ toto corde tuo, & intelligentiæ tuæ ne innitaris:*
Omnibus viis tuis cognosce illam; vt rectas faciat vias tuas.	6	*In omnibus vijs tuis recognosce eum, & ipse diriget semitas tuas.*
Ne sis prudens apud temetipsum: time autem Deum, & declina ab omni malo.	7	*Ne sis sapiens in oculis tuis: time Iehouam, & recede à malo:*
Tunc sanitas erit corpori tuo, & curatio ossibus tuis.	8	*Sanitas enim erit vmbilico tuo, & medulla ossibus tuis.*
Honora Dominum de iustis tuis laboribus: & primitias da ei de tuis fructibus iustitiæ:	9	*Honora Iehouam de diuitijs tuis, & de primitijs omnium prouentuum tuorum:*
Vt impleantur cellaria tua saturitate, frumento: & vino torcularia tua redundent.	10	*Et implebuntur horrea tua saturitate, & vino nouo torcularia tua sese rumpent.*
Fili, noli negligere disciplinam Domini: neque fatigeris, dum ab eo argueris.	11	*Correctionem Iehouæ fili mi, ne abijcias, & ne tædio afficiaris propter increpationem eius:*
Quem enim diligit Dominus, arguit: flagellat autem omnem filium, quem suscipit.	12	*Quem enim diligit Iehouah increpat, & veluti pater filium quem valde amat.*
Beatus homo, qui inuenit sapientiam, & mortalis, qui vidit prudentiam.	13	*Beatus homo qui inuenit sapientiam, & homo qui producit in lucem intelligentiam:*
Melius est enim illam mercari, quàm auri, & argenti thesauros.	14	*Quia melior est negotiatio eius negotiatione argenti: & auro melior est prouentus eius.*
Preciosior est enim lapidibus: non resistet illi vllum malum: bene nota est omnibus appropinquantibus ei: omne autem preciosum non est illa dignum.	15	*Pretiosior est margaritis, & omnia desiderabilia tua non æquantur ei.*
Longitudo enim ætatis, & anni vitæ in dextera eius: in sinistra autem eius diuitiæ, & gloria. Ex ore eius procedit iustitia: legem autem, & misericordiam in lingua portat.	16	*Longitudo dierum est in dextera illius: & in sinistra illius, diuitiæ & gloria.*
Viæ eius viæ bonæ: & omnes semitæ eius in pace.	17	*Viæ eius, viæ delectabiles: & omnes semitæ eius pax.*
Lignum vitæ est omnibus, qui complectuntur eam, & qui incumbunt in eam, sicut in Domino, secura.	18	*Hæc lignum vitæ est apprehendentibus eam: & qui tenent eam, beati.*
Deus sapientia fundauit terram: parauit autem cælos prudentia.	19	*Iehouah in sapientia fundauit terram, stabiliuit cælos in intelligentia.*
In sensu abyssi eruperunt, nubes autem manauerunt rores.	20	*In scientia eius abyssi ruperunt sese, & cæli stillant rorem.*
Fili, ne diffluas: serua autem meum consilium, & sententiam:	21	*Fili mi, ne recedant hæ ab oculis tuis: custodi legem & cogitationem:*
Vt viuat anima tua, & gratia sit circa collum tuum: erit autem sanitas carnibus tuis, & curatio tuis ossibus:	22	*Et erunt vita animæ tuæ, & gratia gutturi tuo.*
Vt ambules fidens, in pace omnes vias tuas, & pes tuus non impingat.	23	*Tunc ambulabis cum fiducia viam tuam, & pes tuus non impinget.*
Si enim sederis, sine timore eris: si vero dormieris; suauiter dormies:	24	*Si accubueris, non timebis: quum quiesces, suauis erit somnus tuus.*
Et non timebis pauorem superuenientem, neque impetus impiorum ingruentes.	25	*Non timebis à pauore repentino, & à desolatione impiorum, quum venerit.*
Dominus enim erit super vias tuas, & firmabit tuum pedem; vt non commouearis.	26	*Quia Iehouah erit fiducia tua, & custodiet pedem tuum à captione.*
Ne abstineas benefacere egeno; quandocumque habuerit manus tua auxiliari.	27	*Ne prohibeas bonum à dominis suis, quum fuerit facultas manui tuæ ad faciendum.*
Ne dixeris: Reuertens redi, cras dabo, cum potens tu sis benefacere. Non enim scis, quid pariat sequens dies.	28	*Ne dicas amico tuo, Vade, & reuertere, & cras dabo: quum quod petit, sit apud te.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

29 Ne moliaris amico tuo malum, cum ille in te
habeat fiduciam.
30 Ne contendas aduersum hominem frustra, cum
ipse tibi nihil mali fecerit.
* Ps. 36. 1. 31 * Ne æmuleris hominem iniustum, nec imiteris
vias eius:
32 Quia abominatio Domini est omnis illusor, &
cum simplicibus sermocinatio eius.
33 Egestas à Domino in domo impij: habitacula
autem iustorum benedicentur.
34 Ipse deludet illusores, & mansuetis dabit gra-
tiam.
35 Gloriam sapientes possidebunt: stultorum exal-
tatio, ignominia.

CAP. IV.

1 AVdite filij disciplinam patris, & attendite vt
sciatis prudentiam.
2 Donum bonum tribuam vobis, legem meam ne
derelinquatis.
3 Nam & ego filius fui patris mei, tenellus, & vni-
genitus coram matre mea:
4 Et docebat me, atque dicebat: Suscipiat verba
mea cor tuum, custodi præcepta mea, & viues.
5 Possidе sapientiam, posside prudentiam: ne obli-
uiscaris, neque declines à verbis oris mei.
6 Ne dimittas eam, & custodiet te: dilige eam, &
conseruabit te.
7 Principium sapientiæ, posside sapientiam, & in
omni possessione tua acquire prudentiam:
8 Arripe illam, & exaltabit te: glorificaberis ab ea,
cum eam fueris amplexatus.
9 Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & coro-
na inclyta proteget te.
10 Audi fili mi, & suscipe verba mea, vt multipli-
centur tibi anni vitæ.
11 Viam sapientiæ monstrabo tibi, ducam te per
semitas æquitatis:
12 Quas cum ingressus fueris, non arctabuntur
gressus tui, & currens non habebis offendiculum.
13 Tene disciplinam, ne dimittas eam: custodi il-
lam, quia ipsa est vita tua.
14 Ne delecteris in semitis impiorum, nec tibi pla-
ceat malorum via.
15 Fuge ab ea, nec transeas per illam: declina, & de-
sere eam.
16 Non enim dormiunt nisi malefecerint: & rapi-
tur somnus ab eis nisi supplantauerint.
17 Comedunt panem impietatis: & vinum iniqui-
tatis bibunt.
18 Iustorum autem semita, quasi lux splendens,
procedit & crescit vsque ad perfectam diem.
19 Via impiorum tenebrosa: nesciunt vbi cor-
ruant.
20 Fili mi, ausculta sermones meos, & ad eloquia
mea inclina aurem tuam.
21 Ne recedant ab oculis tuis, custodi ea in medio
cordis tuis:
22 Vita enim sunt inuenientibus ea, & vniuersæ
carni sanitas.
23 Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vi-
ta procedit.
24 Remoue à te os prauum, & detrahentia labia
sint procul à te.
25 Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præce-
dant gressus tuos.
26 Dirige semitam pedibus tuis, & omnes viæ tuæ
stabilientur.

Ne

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

29 *Ne cogites contra amicum tuum malum, & ipse habi-
tat fiducialiter tecum.*
30 *Ne contendas cum homine gratis, si non retribuit tibi
malum.*
31 *Ne æmuleris virum iniquum, & ne eligas omnes vias
eius.*
32 *Quia abominatio est Domini peruersus, & cum rectis
secretum eius.*
33 *Maledictio Domini erit in domo impij, habitaculo autem
iustorum benedicet.*
34 *Nonne illusores ipse illudet, & humilibus dabit gratiam.*
35 *Gloriam sapientes possidebunt, & stultus exaltat quod
est ignominiosum.*

CAP. IV.

1 *AVdite filij eruditionem patris, & attendite vt sciatis
intelligentiam.*
2 *Quia doctrinam bonam dedi vobis, legem meam ne de-
relinquatis.*
3 *Quia filius fui patri meo tener, & vnicus inter filios
matris meæ.*
4 *Et docebat me, dicebatque mihi. Fulciat eloquia mea cor
tuum. Custodi præcepta mea, & viues.*
5 *Eme sapientiam, eme intelligentiam: ne obliuiscaris, &
ne declines ab eloquijs oris mei.*
6 *Ne derelinquas eam, & custodiet te, dilige eam, & con-
seruabit te.*
7 *Principium sapientiæ eme sapientiam, & omni substan-
tia tua eme intelligentiam.*
8 *Exalta eam, & exaltabit te, glorificabit te, cum am-
plexatus fueris eam.*
9 *Dabit capiti tuo coniunctionem gratiæ, coronam decoris
tradet tibi.*
10 *Audi fili mi, & suscipe eloquia mea, & multiplicabun-
tur tibi anni vitæ.*
11 *In via sapientiam direxi te, calcare feci te per semitas
rectas.*
12 *Cum ambulaueris non arctabitur gressus tuus, & si cu-
curreris, non impinges.*
13 *Tene eruditionem, ne dimittas: custodi eam, quia ipsa est
vita tua.*
14 *Semitam impiorum ne ingrediaris, ne gradiaris in via
malorum.*
15 *Desere eam, ne transeas per eam: declina ab ea, & transi.*
16 *Non enim dormiunt nisi malefecerint, nec rapitur som-
nus eorum, nisi ruere fecerint.*
17 *Quia comedunt panem impietatis, & vinum rapinarum
bibunt.*
18 *Et semita iustorum veluti lux splendet, vadit, & illu-
minat vsque ad paratum diem.*
19 *Via impiorum sicut caligo, nesciunt in quid cadunt.*
20 *Fili mi verbis meis attende, ad eloquia mea inclina au-
rem tuam.*
21 *Ne recedant ab oculis tuis, custodi ea in medio cordis tui.*
22 *Vita enim sunt inuenientibus ea, & vniuersæ carni eius
sanitas.*
23 *Omni custodia custodi cor tuum, quia ex ipso sunt exitus
vitæ.*
24 *Remoue à te peruersitatem oris, & peruersitatem labio-
rum elonga à te.*
25 *Oculi tui ad rectum aspiciant, palpebræ tuæ dirigant
viam tuam coram te.*
26 *Pondera semitam pedum tuorum, & omnes viæ tuæ sta-
bilientur.*

Ne

Translat. ex Septuag.

29 Ne fabriceris in tuum inimicum mala, incolam, & fidentem super te.
30 Noli inimicitias exercere aduersus hominem sine causa: ne quod tibi operetur malum.
31 Ne acquiras malorum virorum opprobria: neq; zelaueris vias eorum.
32 Immundus enim coram Domino omnis iniquus, iniustis autem non facit concilium.
33 Maledictio Dei in domibus impiorum: tuguria autem iustorum benedicuntur.
34 Dominus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam.
35 Gloriam sapientes hæreditabunt; impij autem exaltabunt ignominiam.

C A P. I V.

1 AVdite pueri disciplinam patris, & attendite, vt sciatis cogitationem.
2 Donum enim bonum donabo vobis: meam legem, ne derelinquatis.
3 Filius enim fui & ego patri obediens, & dilectus in facie matris.
4 Qui dicebant, & docebant me: Firmetur noster sermo in tuo corde: custodi præcepta, non obliuiscaris. Neque despexeris eloquium oris mei.
5
6 Ne dereliqueris eam; & adhærebit tibi: ama illam; & seruabit te.
7
8 Circunda illam, & exaltabit te. Honora eam: vt te amplexetur.
9 Vt det tibi capiti coronam gratiarum: Corona autem deliciarum protegat te.
10 Audi fili, & suscipe mea verba: & multiplicabuntur anni vitæ tuæ, vt tibi sint multæ viæ vitæ.
11 Vias enim sapientiæ doceo te: & ingredi te facio orbitis rectis.
12 Si enim ambulaueris; non concludentur tui gressus: si autem cucurreris: non laborabis.
13 Tene meam disciplinam: ne dimittas: sed custodi eam tibi ad vitam tuam.
14 Vias impiorum ne intres: neque zelaueris vias iniquorum.
15 In quocumque loco castrametati fuerint; ne superuenias illuc: declina autem ab eis, & abscede.
16 Non enim somnum capient; nisi malefecerint: ablatus est somnus eorum, & non dormiunt.
17 Hi enim edunt escas impietatis: vino autem iniquo inebriantur.
18 Viæ autem iustorum similiter, vt lux fulgent: procedunt, & illuminant, donec dirigat se dies.
19 Viæ autem impiorum tenebrosæ: non norunt, quomodo offendunt.
20 Fili, meo eloquio attende: & meis verbis appone aurem tuam.
21 Vt non derelinquat te fontes tui: custodi eos in corde.
22 Vita enim est inuenientibus eos, & omni carni sanitas.
23 Omni custodia serua cor tuum: ex his enim exitus vitæ.
24 Aufer à te prauum os: & iniusta labia longe à te propelle.
25 Oculi tui recta videant, palpebræ tuæ annuant iusta.
26 Rectas orbitas fac tuis pedibus: & vias tuas dirige.

5. Posside sapientiā possidete intelligentiam ne obliuiscaris, & ne desciueris, & ne declinaueris a verbis oris mei. Sic habetur in aliquibus codicibus te... [illegible] ... 9. Principium sapientiæ: posside ... & in omni possessione tua posside intelligentiam. Hæc ... habentur in plerisque codicibus & agnoscitur a S. Hieronymo ... [illegible] ... Septuag. ... [illegible] ... quam ex Sept. desumpta videntur.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

29 *Ne cogites contra amicum tuum malum, quum ipse habitet secure tecum.*
30 *Ne contendas cum homine sine causa, si non retribuerit tibi malum.*
31 *Ne æmuleris virum iniustum. neq; eligas vllam viarum eius:*
32 *Quia abominatio Iehouæ est peruersus: & cum rectis secretum eius.*
33 *Maledictio Iehouæ est in domo impij: habitaculo autem iustorum benedicit.*
34 *Profecto illusoribus ipse illudit, & humilibus dat gratiam.*
35 *Gloriam sapientes hæreditate accipient: & stulti sustinent ignominiam.*

C A P. I V.

1 *AVdite filij disciplinam patris: & attendite ad sciendam intelligentiam.*
2 *Quia doctrinam bonam do vobis: legem igitur meam ne derelinquatis.*
3 *Quando filius fui patri meo tener, & vnicus inter filios matris meæ.*
4 *Ipse docebat me, dicebatq; mihi, Teneat eloquia mea cor tuum: custodi præcepta mea, & viues.*
5 *Compara sapientiam, compara intelligentiam: ne obliuiscaris, neq; declines ab eloquijs oris mei.*
6 *Ne dimittas eam, & custodiet te: dilige eam, & conseruabit te.*
7 *Principium sapientiæ, acquire igitur sapientiam, & omni substantia tua acquire intelligentiam.*
8 *Exalta eam, & exaltabit te: glorificabit te, quum amplexatus fueris eam:*
9 *Dabit capiti tuo augmentum gratiæ, coronam decoris tradet tibi.*
10 *Audi fili mi, & suscipe eloquia mea, & multiplicabuntur tibi anni vitæ.*
11 *Per viam sapientiæ docui te incedere: calcare feci te semitas rectas.*
12 *Quum ambulaueris non arctabitur gressus tuus: & si cucurreris, non impinges.*
13 *Apprehende correctionem, ne dimittas: custodi eam, quia ipsa est vita tua.*
14 *Per semitam impiorum ne ingrediaris: & ne ingrediaris in via malorum:*
15 *Desere eam, ne transeas per eam: declina ab ea, & transi.*
16 *Non enim dormiunt, nisi malefecerint, & rapitur somnus eorum, nisi ruere fecerint.*
17 *Quia comedunt panem impietatis, & vinum rapinarum bibunt.*
18 *Semita autem iustorum veluti lux luciferi: progreditur, & illuminat vsq; ad perfectum diem.*
19 *Via autem impiorum sicut caligo: nesciunt in quid impingunt.*
20 *Fili mi, verbis meis attende, ad eloquia mea inclina aurem tuam:*
21 *Ne recedant ab oculis tuis, sed custodi ea in medio cordis tui:*
22 *Vita enim sunt inuenientibus ea, & vniuersæ carni suæ sanitas.*
23 *Præ omni custodia serua cor tuum: quia ex ipso sunt egressus vitæ.*
24 *Remoue à te peruersitatem oris, & prauitatem labiorum elonga à te.*
25 *Oculi tui ad rectum aspiciant, & palpebræ tuæ dirigant viam tuam coram te.*
26 *Pondera semitam pedum tuorum, & omnes viæ tuæ dirigantur.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

27 Ne declines ad dexteram, neque ad finiſtram: auerte pedem tuum à malo: vias enim, quæ à dextris ſunt, nouit Dominus: peruerſæ vero ſunt quæ à ſiniſtris ſunt. Ipſe autem rectos faciet curſus tuos, itinera autem tua in pace producet.

CAP. V.

1 Fili mi, attende ad ſapientiam meam, & prudentiæ meæ inclina aurem tuam,
2 Vt cuſtodias cogitationes, & diſciplinam labia tua conſeruent. Ne attendas fallaciæ mulieris.
3 Fauus enim diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius.
4 Nouiſſima autem illius amara quaſi abſynthium, & acuta quaſi gladius biceps.
5 Pedes eius deſcendunt in mortem, & ad inferos greſſus illius penetrant.
6 Per ſemitam vitæ non ambulant, vagi ſunt greſſus eius, & inueſtigabiles.
7 Nunc ergo fili mi audi me, & ne recedas à verbis oris mei.
8 Longe fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius.
9 Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli.
10 Ne forte impleantur extranei viribus tuis, & labores tui ſint in domo aliena,
11 Et gemas in nouiſſimis, quando conſumpſeris carnes tuas & corpus tuum, & dicas:
12 Cur deteſtatus ſum diſciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meum,
13 Nec audiui vocem docentium me, & magiſtris non inclinaui aurem meam?
14 Pene fui in omni malo, in medio eccleſiæ & ſynagogæ.
15 Bibe aquam de ciſterna tua, & fluenta putei tui:
16 Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide.
17 Habeto eas ſolus, nec ſint alieni participes tui.
18 Sit vena tua benedicta, & lætare cum muliere adoleſcentiæ tuæ.
19 Cerua chariſſima, & gratiſſimus hinnulus, vbera eius inebrient te in omni tempore, in amore eius delectare iugiter.
20 Quare ſeduceris fili mi ab aliena, & foueris in ſinu alterius?
21 * Reſpicit Dominus vias hominis, & omnes greſſus eius conſiderat.
22 * Iniquitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorum conſtringitur.
23 Ipſe morietur, quia non habuit diſciplinam, & in multitudine ſtultitiæ ſuæ decipietur.

* Iob 31. 4.
* Iob 34. 21.

CAP. VI.

1 Fili mi, ſi ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneum manum tuam,
2 Illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis ſermonibus.
3 Fac ergo quod dico fili mi, & temetipſum libera: quia incidiſti in manum proximi tui. Diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum:
4 Ne dederis ſomnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ.

Tranſl. ex Heb. Sanct. Pagn.

27 *Ne declines ad dexteram, neq; ad ſiniſtram: remoue pedem tuum à malo.*

Reliqua quæ habentur in noſtra vulgata, & apud Septuagin.a deſunt ab hebræo textu.

CAP. V.

1 *Fili mi ſapientiæ meæ intende, intelligentiæ meæ inclina aurem tuam.*
2 *Vt cuſtodias cogitationes, & ſcientiam labia tua conſeruent.*
3 *Quia fauum ſtillant labia extraneæ, & lenius oleo eſt palatum eius.*
4 *Nouiſſimum eius amarum ſicut abſynthium, acutum veluti gladius biceps.*
5 *Pedes eius deſcendent ad mortem, infernum greſſus eius tenebunt.*
6 *Semitam vitæ ne forte ponderes. Mobiles ſunt viæ eius neſcies.*
7 *Et nunc filij parete mihi, & ne recedatis ab eloquijs oris mei.*
8 *Longe fac ab ea viam tuam, & ne appropinques oſtio domus eius.*
9 *Ne forte des alienis decorem tuum, & annos tuos crudeli.*
10 *Ne forte ſaturentur alieni robore tuo, & labores tui ſint in domo aliena.*
11 *Et rugias in nouiſſimo tuo, cum conſumpſeris carnem tuam, & corpus tuum.*
12 *Et dicas, quomodo odiui eruditionem, & increpationem ſpreuit cor meum?*
13 *Et non obtemperaui voci docentium me, & docentibus me non inclinaui aurem meam.*
14 *Parum abſuit quin fuerim in omni malo, in medio eccleſiæ, & congregationis.*
15 *Bibe aquam de ciſterna tua, & fluenta de medio putei tui:*
16 *Diuidantur fontes tui foras, in plateis riui aquarum.*
17 *Sint tibi ſoli, & non alienis tecum.*
18 *Sit vena tua benedicta, & lætare de vxore adoleſcentiæ tuæ.*
19 *Cerua amorum, & ibix gratiæ, vbera eius inebrient te omni tempore, in amore eius delecteris iugiter.*
20 *Et vt quid delectaris fili mi cum aliena, & amplexari ſinum extraneæ.*
21 *Quia coram oculis Domini ſunt viæ viri, & omnes ſemitas eius ponderat.*
22 *Iniquitates ſuæ capient impium, & funibus peccatorum ſuorum tenebitur.*
23 *Ipſe morietur eo quòd non audiuit eruditionem, & propter multitudinem ſtultitiæ ſuæ errabit.*

CAP. VI.

1 *Fili mi ſi ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti alieno manum tuam.*
2 *Illaqueatus es verbis oris tui, captus es eloquijs oris tui.*
3 *Fac hoc nunc fili mi, & erue te, quia veniſti in manum amici tui. Vade, calcare fac te, & robora amicum tuum.*
4 *Ne des ſomnum oculis tuis, & dormitationem palpebris tuis.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Ne declines in dextera, neque in finistra: & auer- 27
te pedem tuum à via mala. Vias enim quæ à dex
tris, nouit Deus: peruersæ autem sunt, quæ à si-
nistris. Ipse autem rectas faciet orbitas tuas: & gres-
sus tuos in pace promouebit.

CAP V.

FIli, meæ sapientiæ attende: & meis sermonibus 1
appone aurem tuam,
Vt custodias cogitationem bonam. Sensus autem 2
meorum labiorum mandat tibi. Noli intendere fal-
laci mulieri.
Mel enim distillat à labiis mulieris fornicariæ: 3
quæ ad tempus impinguat fauces tuas:
Postea vero amariorem felle inuenies, & acutam 4
magis gladio bicipiti.
Imprudentiæ enim pedes deducunt vtentes ea 5
cū morte ad infernum: & vestigia eius nō firmātur.
Vias enim vitæ non ingreditur: lubricæ autem 6
orbitæ eius, & non bene vestigabiles.
Nunc igitur fili audi me: & ne irritos facias ser- 7
mones meos.
Longe fac ab ea viam tuam: ne appropinques ad 8
ianuas domorum eius:
Vt non prodat aliis vitam tuam, & ætatem tuam 9
immitibus:
Vt non impleantur alieni fortitudine tua, & la- 10
bores tui in domos alienorum veniant:
Et pœnitebit te in nouissimis, quando contritæ 11
fuerint carnes corporis tui.
Et dices: quomodo odio habui disciplinam, & in- 12
crepationes deuitauit cor meum?
Non audiebam vocem corripientis me, & docen- 13
tis me, neque adhibebam aurem meam.
Pene fui in omni malo, in medio Ecclesiæ, & syn- 14
agogæ.
Bibe aquas de tuis vasis, & de puteorum tuorum 15
fonte:
Non superessundantur tibi aquę extra tuum fon- 16
tem, & in tuas plateas pertranseant aquæ tuæ.
Sint tibi soli possessæ: & nemo alienus particeps fit 17
tibi.
Fons aquæ tuæ sit tibi proprius, & iocundare cum 18
vxore, quæ à iuuentute tua.
Ceruus amicitiæ, & pullus gratiarum confabule- 19
tur tecum, & propria ducat te, & adsit tibi in omni
tempore. In huius enim amicitia conuersatus diu-
turnus eris.
Ne multus sis ad alienam, neque continearis vlnis 20
non propriæ.
Sunt enim coram Dei oculis viæ viri: & in omnes 21
orbitas eius speculatur.
Iniquitates virum capiunt: & catenis suorum pec- 22
catorum vnusquisque constringitur.
Hic moritur cum iis qui non habēt disciplinam, 23
& ex multitudine vitæ suæ deiectus est, & perit
propter imprudentiam.

CAP. VI.

FIli, si spoponderis amicum tuum; trades manum 1
tuam inimico.
Laqueus enim fortis viro propria labia: & capitur 2
labiis propriis oris.
Fac fili, quæ ego tibi mando, & saluare: venisti in 3
manus malorum propter tuum amicum. Esto non
remissus: stimula autem & amicum tuum, quem
spopondisti.
Ne dederis somnum oculis, neque indormites 4
palpebris tuis;

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

27 *Ne d clines ad dexteram, neq; ad sinistram: remoue pe-*
dem tuum à malo.

C A P. V.

1 *FIli mi sapientiæ meæ attende, intelligentiæ meæ inclina*
aurem tuam:
2 *Vt custodiat cogitatus, & scientiam labia tua conseruent.*
3 *Quia fauum stillant labia extraneæ: & lenius est oleo*
palatum eius:
4 *Nouissimum autem eius amarum sicut absinthium, acu-*
tum veluti gladius biceps.
5 *Pedes eius descendunt ad mortem, infernum gressus eius*
sustentant.
6 *Semitam vitæ forsitan si ponderes, mobiles sunt viæ eius,*
& non cognosces.
7 *Nunc igitur filij, parete mihi, & ne recedatis ab eloquijs*
oris mei.
8 *Longe fac ab ea viam tuam, & ne appropinques ostio*
domus eius:
9 *Ne forte des alienis decorem tuum, & annos tuos crude-*
li:
10 *Ne forte saturentur alieni robore tuo, & labores tui sint*
in domo alieni:
11 *Et rugias in nouissimis tuis quum consumpseris carnem*
tuam & corpus tuum:
12 *Et dicas, Quomodo odi eruditionem, & increpationem*
spreuit cor meum:
13 *Et non obtemperaui voci instruentium me, & docentibus*
me non inclinaui aurem meam?
14 *Parum absuit quin fuerim in omni malo, in medio cœ-*
tus congregationis.
15 *Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta de medio putei*
tui.
16 *Dispergant sese fontes tui foras: in plateis, riui aquarum:*
17 *Sint tibi soli, & non alienis tecum.*
18 *Sit scaturigo tua benedicta, & letare de vxore adole-*
scentiæ tuæ.
19 *Cerua amorum, & caprea gratiæ: vbera eius inebrient*
te omni tempore, in amore eius delecteris iugiter.
20 *Et vt quid delectaberis fili mi, cum aliena, & amplecteris*
sinum extraneæ,
21 *Quando coram oculis Iehouah sunt viæ viri, & omnes*
semitas eius ponderat.
22 *Iniquitates suæ capient ipsum impium, & funibus pec-*
cati sui tenebitur.
23 *Ipse morietur, eo quod non audiuit eruditionem: & pro-*
pter multitudinem stultitiæ suæ errabit.

C A P. VI.

1 *FIli mi, si spoponderis pro amico tuo, percussisti alieno*
manu tua.
2 *Illaqueatus es verbis oris tui, captus es eloquijs oris tui.*
3 *Propterea fac hoc nunc fili mi, & erue te postquam in-*
cidisti in manum amici tui: vade, prosterne te, & robora
amicos tuos:
4 *Ne des somnum oculis tuis, & dormitationem palpebris*
tuis.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
Eruere quasi damula de manu, & quasi auis de manu aucupis.	5	*Erue te tanquam cerua de manu, & sicut auis de manu aucupis.*
Vade ad formicam ô piger, & considera vias eius, & disce sapientiam:	6	*Vade ad formicam piger, vide vias eius, & sapiens eris.*
Quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem,	7	*Cui non est dux, nec præfectus, nec Dominus.*
Parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat.	8	*Parabit in æstate cibum suum, congregabit in messe escam suam.*
(Inf. 24. 33.) * Vsquequo piger dormies? quando consurges è somno tuo?	9	*Vsquequo piger dormies? Quando surges à somno tuo?*
Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conseres manus vt dormias:	10	*Paruis somnis, paruis dormitationibus, paruo amplexu manuum ad dormiendum:* cum vxore opus est.
Et veniet tibi quasi viator, egestas, & pauperies quasi vir armatus. Si vero impiger fueris, veniet vt fons messis tua, & egestas longe fugiet à te.	11	*Et veniet tanquam viator egestas tua, & defectus tuus tanquam vir scutatus.*
Homo apostata, vir inutilis, graditur ore peruerso,	12	*Homo impius vir iniquus, ambulat in peruersitate oris.*
Annuit oculis, terit pede, digito loquitur,	13	*Annuit oculis suis, loquitur pedibus suis, docet digitis suis.*
Prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia seminat.	14	*Peruersitates sunt in corde eius, cogitat malum, omni tempore contentiones mittet inter fratres.*
Huic extemplo veniet perditio sua, & subito conteretur, nec habebit vltra medicinam.	15	*Ideo extemplo veniet contritio eius, subito conteretur, & non erit sanitas,*
Sex sunt, quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima eius:	16	*Sex sunt quæ odiuit Dominus, & septem sunt abominationes animæ eius:*
Oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium sanguinem.	17	*Oculos sublimes, linguam mendacem, & manus effundentes sanguinem innocentis:*
Cor machinans cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendum in malum,	18	*Cor cogitans cogitationes iniquas, pedes festinantes currere ad malum.*
Proferentem mendacia, testem fallacem, & eum, qui seminat inter fratres discordias.	19	*Eum qui loquitur mendacia, testem mendacem, & mittentem iurgia inter fratres.*
Conserua fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ.	20	*Conserua fili mi præceptum patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ.*
Liga ea in corde tuo iugiter, & circunda gutturi tuo.	21	*Liga ea in corde tuo semper, liga ea in gutture tuo.*
Cum ambulaueris, gradiantur tecum: cum dormieris, custodiant te, & euigilans loquere cum eis.	22	*Cum ambulaueris ducas tecum, cum dormieris custodias tibi, & cum expergefactus fueris, ipsa alloquetur te.*
Quia mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitæ increpatio disciplinæ:	23	*Quia vt lucerna est mandatum, & lex vt lux, & via vitæ sunt increpationes eruditionis.*
Vt custodiant te à muliere mala, & à blanda lingua extraneæ.	24	*Vt custodiant te à muliere mala, à blanditijs linguæ extraneæ.*
Nunc concupiscat pulchritudinem eius cor tuũ, nec capiaris nutibus illius:	25	*Ne concupiscas pulchritudinem eius corde tuo, & non capiat te splendoribus suis.*
Pretium enim scorti vix est vnius panis: mulier autem, viri pretiosam animam capit.	26	*Quia propter mulierem meretricem* mendicabit homo *vsque ad buccellam panis, & mulier viri animam preciosam venabitur.*
Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant?	27	*Nunquid accipiet vir ignem in sinu suo, & vestimenta eius non comburentur?*
Aut ambulare super prunas, vt non comburantur plantæ eius?	28	*Nam ambulauit vir super prunas, & pedes eius non comburentur?*
Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus cum tetigerit eam.	29	*Sic qui ingreditur ad vxorem amici sui, non erit innocens omnis qui tetigerit eam.*
Non grandis est culpa, cum quis furatus fuerit: furatur enim vt esurientem impleat animam:	30	*Non spernent furem cum furatus fuerit, vt impleat animam suam quum esurierit.*
Deprehensus quoque reddet septuplum, & omnem substantiam domus suæ tradet.	31	*Et inuentus reddet septuplum, omnem substantiam domus suæ dabit.*
Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam:	32	*Qui adulterium committit cum muliere, deficit corde, corrumpit animam suam qui facit illud.*

Transl. ex Septuag.		Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
Vt salueris tanquam damula è laqueis, & tanquam auis è reti.	5	*Erue te tanquam caprea de manu venatoris, & sicut auis de manu aucupis.*
Vade ad formicam ô piger, & æmulare videns vias eius: & esto illa sapientior.	6	*Vade ad formicam piger, vide vias eius, & sapiens esto:*
Nam cum ei non sit agellus, neque habeat qui cogat, neque sub Domino sit;	7	*Cui quum non sit dux, nec præfectus, nec dominus,*
Parat æstate alimentum, & multam in messe facit aceruationem. Aut vade ad apem, & disce quo modo operaria est: operationem quoque quam venerabilem facit; cuius labores reges, & idiotæ ad sanitatem afferunt. Appetibilis autem est omnibus, & clara, etiam cum sit robore infirma, sapientiam honorans euecta est.	8	*Tamen parat in æstate cibum suum, congregat in messe escam suam.*
Vsquequo piger iaces? quando autem è somno excitaberis?	9	*Vsquequo piger dormies? quando surges à somno tuo?*
Paulum quidem dormis, paulum autem sedes, parum autem dormitas, paulum autem amplecteris manibus pectora.	10	*Parum somnorum, parum dormitationum capiendo, parum complicationis manuum ad dormiendum:*
Deinde superuenit tibi, quanquam malus viator; paupertas, & egestas tanquam bonus cursor. Si autem impiger fueris, veniet tanquam fons messis tua: egestas autem tanquam malus cursor, aufugiet.	11	*Et veniet tanquam viator egestas tua, & paupertas tua tanquam vir clypeo armatus.*
Vir insipiens, & iniquus ambulat vias non bonas.	12	*Homo impius, vir iniquus, ambulat in peruersitate oris.*
Ipse autem innuit oculo, significat autem pede, docet autem nutibus digitorum.	13	*Annuit oculis suis, loquitur pedibus suis, docet digitis suis.*
Peruersum cor fabricatur mala: in omni tempore, qui talis est, turbationes affert ciuitati.	14	*Peruersitates sunt in corde eius, machinatur malum omni tempore, contentiones immittit.*
Propter hoc extemplo venit perditio ipsius, intercisio, & contritio insanabilis:	15	*Ideo extemplo veniet contritio eius, subito conteretur, & non erit medela.*
Quoniam gaudet omnibus, quæ odit Deus: conteritur autem propter immunditiam animæ.	16	*Sex sunt quæ odit Iehouah, imo septē sunt abominationes animæ eius:*
Oculus contumeliosi, lingua iniusta, manus effundentes sanguinem iusti,	17	*Oculos sublimes, linguam mendacem, & manus effundentes sanguinem innocentis:*
Et cor fabricans cogitationes malas, & pedes festinantes ad malefaciendum.	18	*Cor quod molitur cogitationes iniquas, pedes festinantes vt currant ad malum:*
Accendit falsa testis iniustus: & immittit iudicia inter fratres.	19	*Eum qui loquitur mendacia, testem mendacem: & immittentem iurgia inter fratres.*
Fili, custodi leges patris tui: & ne expellas iura matris tuæ.	20	*Conserua fili mi preceptum patris tui, & ne relinquas legem matris tuæ:*
Liga autem ea super animam tuam semper, & quasi torquem circunda circa tuum collum.	21	*Alliga ea in corde tuo semper, adnecte ea gutturi tuo.*
Quandocumque ambulaueris: adducito eam, & tecum sit: & quandocumque dormieris: custodiat te, vt expergefacto colloquatur tibi.	22	*Quum deambulaueris, deducet te: quum dormieris, custodiet te: & quum expergefactus fueris, ipsa colloquetur tecum:*
Quoniam lucerna mandatum legis, & lumen viæ vitæ, & correptio, & disciplina.	23	*Quia vt lucerna est mandatum, & lex vt lux: & via vitæ sunt increpationes eruditionis:*
Ad conseruandum te à muliere nupta, & à calumnia linguæ alienæ.	24	*Vt custodiant te à muliere mala, à blanditijs linguæ mulieris extraneæ.*
Non te vincat formæ concupiscentia: neque capiaris tuis oculis, neque abripiaris ab eius palpebris.	25	*Ne concupiscas pulchritudinem eius in corde tuo, neque capiat te splendoribus suis.*
Precium enim meretricis, quantum & vnius panis; mulier autem virorum preciosas animas capit.	26	*Quia propter mulierem meretricem veniet homo vsque ad frustum panis: & mulier viri animam pretiosam venabitur.*
Alligabit quis ignem in sinu, vestes autem non comburet?	27	*Nunquid accipiet vir ignem in sinum suum, & vestimenta eius non comburentur?*
Aut ambulabit quis super prunas ignis, & pedes non comburet?	28	*An ambulabit vir super prunas, & pedes eius non comburentur?*
Sic qui intrat ad mulierem nuptam, non erit innoxius, neque omnis tangens eam.	29	*Sic qui ingreditur ad vxorem proximi sui, non erit innocens quisquis tetigerit eam.*
Non mirum, si deprehendatur furans: furatur enim, vt impleat animam esuriens:	30	*Non spernunt furem si furatus fuerit vt impleat animam suam, quum esurierit:*
Si autem deprehensus fuerit; reddet septupla, & omnem substantiam suam dans liberabit seipsum.	31	*Et inuentus reddet septuplum, aut certe omnem substantiam domus suæ dabit.*
Adulterans autem propter inopiam cordis perditionem animæ suæ acquirit.	32	*Qui vero adulterium committit cum muliere, caret corde: corrumpit animam suam qui fecerit illud.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

33 Turpitudinem & ignominiam congregat sibi,&
opprobrium illius non delebitur
34 Quia zelus & furor viri non parcet in die vindi-
ctæ,
35 Nec acquiescet cuiusquam precibus, nec susci-
piet pro redemptione dona plurima.

CAP. VII.

1 FIli mi, custodi sermones meos,& præcepta mea
reconde tibi. Fili
2 Serua mandata mea, & viues: & legem meam
quasi pupillam oculi tui:
3 Liga eam in digitis tuis, scribe illam in tabulis
cordis tui.
4 Dic sapientiæ, soror mea es: & prudentiam vo-
ca amicam tuam,
5 Vt custodiat te à muliere extranea, & ab aliena,
quæ verba sua dulcia facit.
6 De fenestra enim domus meæ per cancellos pro-
spexi,
7 Et video paruulos, considero vecordem iuue-
nem,
8 Qui transit per plateam iuxta angulum, & pro-
pe viam domus illius,graditur,
9 In obscuro, aduesperascente die, in noctis tene-
bris,& caligine.
10 Et ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio,
præparata ad capiendas animas garrula,& vaga,
11 Quietis impatiens, nec valens in domo consi-
stere pedibus suis,
12 Nunc foris, nunc in plateis,nunc iuxta angulos
insidians.
13 Apprehensumque deosculatur iuuenem, & pro-
caci vultu blanditur,dicens:
14 Victimas pro salute voui, hodie reddidi vota
mea.
15 Idcirco egressa sum in occursum tuum, deside-
rans te videre,& reperi.
16 Intexui funibus lectulum meum, straui tapeti-
bus pictis ex AEgypto.
17 Aspersi cubile meum myrrha, & aloe, & cinna-
momo.
18 Veni, inebriemur vberibus, & fruamur cupitis
amplexibus,donec illucescat dies.
19 Non est enim vir in domo sua, abiit via longis-
sima.
20 Sacculum pecuniæ secum tulit: in die plenæ lu-
næ reuersurus est in domum suam.
21 Irretiuit eum multis sermonibus, & blanditiis
labiorum protraxit illum.
22 Statim eam sequitur quasi bos ductus ad victi-
mam, & quasi agnus lasciuiens, & ignorans quod
ad vincula stultus trahatur,
23 Donec transfigat sagitta iecur eius: velut si auis
festinet ad laqueum, & nescit quod de periculo
animæ illius agitur.
24 Nunc ergo fili mi, audi me,& attende verbis oris
mei.
25 Ne abstrahatur in viis illius mens tua: neque de-
cipiaris semitis eius.
26 Multos enim vulneratos deiecit,& fortissimi qui-
que interfecti sunt ab ea.
27 Viæ inferi domus eius, penetrantes in interiora
mortis.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

*Plagam,& ignominiam inueniet,& opprobrium eius non
delebitur.*
Quia zelus est furor viri,& non parcet in die vindictæ.
*Non accipiet personam omnis satisfactionis, & non vo-
let, quum multiplicaueris munera.*

CAP. VII.

*FIli mi custodi sermones meos,& precepta mea reconde
tecum.*
*Custodi precepta mea, & viues, & legem meam tan-
quam pupillam oculorum tuorum.*
Liga ea in digitis tuis, scribe ea in tabula cordis tui.
*Dic sapientie soror mea es tu, & propinquam intelli-
gentiam voca.*
*Vt custodiat te à muliere aliena, ab extranea quæ ser-
mones suos lenit.*
*Quia per fenestram domus mea, de cancello meo pro-
spexi.*
*Et vidi inter simplices, consideraui inter filios iuuenem
deficientem corde.*
*Transeuntem per plateam apud angulum eius, & per
viam domus eius gradiebatur.*
*In crepusculo, in vespera diei, in nigredine noctis,& ca-
ligine.*
*Et ecce mulier in occursum eius, in ornatu meretricio,
& anxia corde.*
*Quæ tumultuosa est, & peruersa, in domo sua non ha-
bitant pedes eius.*
*Nunc foris, nunc in plateis, & iuxta omnem angulum
insidiatur.*
*Et apprehendit eum,& osculata est eum,roborauit vul-
tum suum, & dixit ei.*
Victimæ pacificorum sunt mihi, hodie reddidi vota mea.
*Idcirco egressa sum in occursum tui,vt quærerem vultũ
tuum, & inueni te.*
*Ornamentis ornaui lectum meum, eleuata sunt fune
Ægyptio.*
Suffiui cubile meum myrrha,aloe, & chinnamomo.
*Veni inebriemur amoribus vsq; mane,collætemur amori-
bus.*
Quia non est vir in domo sua,abijt via longinqua.
*Ligamen argenti tulit in manu sua ad diem statutam
veniet ad domum suam.*
*Declinare fecit eum multitudine dulcedinis sermonis
sui, lenitate labiorum suorum expulit eum.*
*Vadit post eam statim veluti bos ad victimam venit,
& sicut compes ad castigationem stulti.*
*Donec scindat sagitta iecur eius. Sicut festinat auis ad
laqueum,& nescit quòd contra animam suam est.*
Et nunc filij parete mihi, & attendite eloquijs oris mei.
*Ne declinet ad vias eius cor tuum, ne erres in semitis
eius.*
*Multos enim quos occidit, cadere fecit, & fortes omnes
occisi eius.*
Via inferni domus eius,descendentes ad cubicula mortis.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

33 Ac dolores, & ignominia sustinet : & opprobrium eius non delebitur in sæculum.

34 Plenus enim zeli furor viri eius non parcet in die iudicij.

35 Non commutabit vlla redemptione inimicitiam: neque dissoluetur multis donis.

CAP. VII.

1 Fili, custodi meos sermones : & mea mandata reconde apud teipsum. Fili, honora Dominum,& valebis : præter eum autem ne timeas alterum.

2 Custodi mea mandata (& viues) & meos sermones tanquam pupillas oculorum.

3 Circumpone autem illos tuis digitis; inscribe autem super latitudinem cordis tui.

4 Dic sapientiam, tuam sororem esse : & prudentiam notam redde tibi:

5 Vt te seruet à muliere aliena, & mala; si te sermonibus qui ad gratiam, adorta fuerit.

6 De fenestra enim è domo sua in platæas prospiciens,

7 Quemcumque viderit insipientum filiorum adolescentem inopem cordis,

8 Prætereuntem iuxta angulum in transitibus domorum suarum,

9 Et loquentem in tenebris vespertinis, simulac quies nocturna, & caliginosa;

10 Et vero mulier occurrit ei, speciem habens meretriciam, quæ facit iuuenum volare corda; vaga autem est, & luxuriosa,

11 Et in domo non quiescunt pedes eius.

12 Interdum enim foras circumuertitur: interdum vero in platæis apud omnem angulum insidiatur.

13 Deinde apprehendens osculata est eum, & impudenti facie alloquitur eum.

14 Sacrificium pacificum mihi est, hodie reddo vota mea.

15 Hac ex causa progressa sum obuiam tibi, desiderans tuam faciem inueni te.

16 Institis texui lectum meum : & tapetibus ab AEgypto straui.

17 Aspersi cubile meum croco, & domum meam cinnamomo.

18 Veni, & fruamur amicitia vsque in diluculum. Veni,& colluctemur cupidine.

19 Non enim adest vir meus in domo, abiit autem viam longam.

20 Inuolucro pecuniæ accepto in manu sua: per dies multos redibit in domum suam.

21 Seduxit autem eum multa colloquutione, & laqueis qui ex labiis,attraxit eum.

22 Ipse autem obsequutus est ei infatuatus : & tanquam bos ad mactationem agitur, & tanquam canis ad vincula,

23 Aut tanquam ceruus sagitta vulneratus in iecore. Festinat autem tanquam auis in laqueum, nesciens,quia pro anima currit.

24 Nunc igitur fili audi me, & intende verbis oris mei.

25 Non declinet in vias eius cor tuum.

26 Multos enim vulnerando deiecit : & innumerabiles sunt, quos trucidauit.

27 Viæ inferorum domus eius, deducentes in secessus mortis.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

33 *Plagam,& ignominiam inueniet,& opprobrium eius non delebitur:*

34 *Quia zelus est furor viri, & non parcet adultero in die vindictæ.*

35 *Non acceptabit faciem vllius redemptionis:neq; volet, etiamsi multiplicauerit munus.*

C A P. V I I.

1 *Fili mi custodi sermones meos,& præcepta mea reconde apud te.*

2 *Custodi præcepta mea, & viues : & legem meam tanquam pupillam oculorum tuorum.*

3 *Alliga ea digitis tuis, scribe ea in tabula cordis tui.*

4 *Dic sapientiæ, Soror mea es tu : & propinquam, intelligentiam voca:*

5 *Vt custodiant te à muliere aliena, ab extranea quæ sermones suos lenit.*

6 *Quum per fenestram domus meæ, per fenestram meam prospexi,*

7 *Tunc vidi inter simplices, consideraui inter filios iuuenem carentem corde,*

8 *Transeuntem per plateam, iuxta angulum eius, & per viam domus eius gradientur.*

9 *In crepusculo, in vespera diei, in tenebris noctis & caligine :*

10 *Et ecce mulier in occursum eius, ornatu meretricio, & cauta corde,*

11 *Quæ tumultuosa est & peruersa : in domo sua non habitant pedes eius:*

12 *Nunc foris, nunc in plateis, & iuxta omnem angulum insidiatur.*

13 *Et apprehendit eum,& osculata est eum:roborauit vultum suum, & dixit ei,*

14 *Carnes sacrificiorum pacificorum sunt mihi : hodie reddidi vota mea.*

15 *Idcirco egressa sum in occursum tui,vt quærerem faciem tuam, & inueni te.*

16 *Ornamentis ornaui lectum meum,constantem lignis affabre incisis,& fune Ægyptio.*

17 *Suffiui cubile meum myrrha, aloe, & cinnamomo.*

18 *Veni, inebriemur amoribus vsq; mane, lætemur amoribus.*

19 *Quia non est vir in domo sua,abijt via longinqua.*

20 *Ligamen argenti tulit in manu sua : ad diem constitutum redibit domum suam.*

21 *Declinare fecit eum multitudine dulcedinis sermonis sui, blanditijs labiorum suorum perpulit eum.*

22 *Vadit post eam statim veluti bos ad victimam ire solet, & sicut compedes quæ sunt ad castigationem stulti,*

23 *Donec findat sagitta iecur eius : sicut festinat auis ad laqueum,& nescit quod contra animam suam est.*

24 *Et nunc filij audite me, & attendite eloquijs oris mei:*

25 *Ne declinet ad vias eius cor tuum, neq; oberres in semitis eius.*

26 *Multos enim vulneratos cadere fecit : & fortes omnes occisi eius.*

27 *Via inferni,domus eius,descendentes ad cubicula mortis.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. VIII.

1 NVmquid non sapientia clamitat, & prudentia dat vocem suam?

2 In summis, excelsisque verticibus supra viam, in medijs semitis stans,

3 Iuxta portas ciuitatis in ipsis foribus loquitur, dicens:

4 O viri, ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum.

5 Intelligite paruuli astutiam, & insipientes animaduertite.

6 Audite, quoniam de rebus magnis locutura sum: & aperientur labia mea, vt recta prædicent.

7 Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea detestabuntur impium.

8 Iusti sunt omnes sermones mei, non est in eis prauum quid, neque peruersum.

9 Recti sunt intelligentibus, & æqui inuenientibus scientiam.

10 Accipite disciplinam meam, & non pecuniam: doctrinam magis, quàm aurum eligite.

11 Melior est enim sapentia cunctis pretiosissimis: & omne desiderabile ei non potest comparari.

12 Ego sapientia habito in consilio, & eruditis intersum cogitationibus.

13 Timor Domini odit malum: arrogantiam, & superbiam, & viam prauam, & os bilingue detestor.

14 Meum est consilium, & æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo.

15 Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt:

16 Per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam.

17 Ego diligentes me diligo: & qui mane vigilant ad me, inuenient me.

18 Mecum sunt diuitiæ, & gloria, opes superbæ, & iustitia.

19 Melior est enim fructus meus auro, & lapide pretioso, & genimina mea argento electo.

20 In viis iustitiæ ambulo, in medio semitarum iudicij.

21 Vt ditem diligentes me, & thesauros eorum repleam.

22 Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio.

23 Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret.

24 Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant:

25 Necdum montes graui mole constiterant: ante colles ego parturiebar:

26 Adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ.

27 Quando præparabat cælos, aderam: quando certa lege, & gyro vallabat abyssos:

28 Quando æthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum.

29 Quando circũdabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos: quando appendebat fundamenta terræ.

30 Cum eo eram cuncta componens: & delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore;

31 Ludens in orbe terrarum: & deliciæ meæ esse, cum filiis hominum.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. VIII.

1 *NOnne sapientia clamat, & intelligentia dat vocem suam?*

2 *In summitate locorum excelsorum, supra viam in loco semitarum stat.*

3 *In loco portarum, in ostio ciuitatis, in ingressu ostiorum clamat.*

4 *Ad vos viri clamo, & vox mea ad filios hominum.*

5 *Intelligite simplices astutiam, & stulti intelligite corde.*

6 *Audite quoniam magna loquar, & apertio labiorum meorum erit rectitudo.*

7 *Quia veritatem loquetur palatum meum, & abominatio labiorum meorum est impietas.*

8 *In iustitia sunt eloquia oris mei, non est in eis prauum, nec peruersum.*

9 *Vniuersa ipsa recta sunt intelligenti, & recta inuenientibus scientiam.*

10 *Accipite eruditionem meam & non argentum, & scientiam magis quam aurum electum.*

11 *Quia melior est sapientia margaritis, & omnia desiderabilia non æquabuntur ei.*

12 *Ego sapientia habitaui cum astutia, & scientiam cogitationum inueni.*

13 *Timor Domini est odio habere malum, superbiam, & superbum, & viam malam, & os loquens peruersitates odiui.*

14 *Meum est consilium, & lex, ego sum intelligentia, mea est fortitudo.*

15 *Per me reges regnabunt, & principes decernent iustitiam.*

16 *Per me principes habebunt principatum, & principes omnes iudicant terram.*

17 *Ego diligentes me diligam, & quærentes me inuenient me.*

18 *Diuitiæ, & gloria mecum sunt, substantia multa, & iustitia.*

19 *Melior est fructus meus auro, & obrizo, & fructus meus argento electo.*

20 *Per semitam iustitiæ ambulare faciam, in medio semitarum iudicij*

21 *Vt hæreditare faciam diligentes me est, & thesauros eorum repleam.*

22 *Dominus possedit me principium viæ suæ, ante opera sua ex eo tempore.*

23 *A sæculo principatum habui, à principio ante terram.*

24 *Adhuc non erant voragines quando formata sum, adhuc non erant fontes aggrauati aquis.*

25 *Antequam montes fundati essent, ante colles formata sum.*

26 *Antequam faceret terram, & plateas, & præcipuas terras orbis.*

27 *Quando præparabat cœlos ibi eram, quando describebat circino superficie voraginis.*

28 *Quando firmabat cœlos desuper, quando roborabat fontes voraginis.*

29 *Quando ponebat mari statutum suum, vt aquæ non transirent littus suum, quando describebat fundamenta terræ.*

30 *Eram apud eum veluti nutricius, & eram in lætitijs quotidie, & ludebam coram eo omni tempore.*

31 *Ludebam in orbe terræ eius, & delectationes meæ cum filijs hominum.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

CAP VIII.

1 TV sapientiam prædicabis, vt prudentia tibi
obediat.
2 Nam super excelsas summitates est, & inter me-
dium semitarum stetit.
3 Apud portas enim potentum assidet, & in introi-
tibus canitur:
4 Vos ô homines aduoco, & profero meam vocem
filiis hominum.
5 Intelligite simplices astutiam: & qui non habe-
tis disciplinam, apponite cor.
6 Exaudite me: præclara enim dicam, & proferam
è labiis recta:
7 Quoniam veritatem meditabitur guttur meum:
abominata autem coram me labia mendacia.
8 Cum iustitia omnia verba oris mei: nihil ipsis
prauum, neque tortuosum.
9 Omnia præsentia intelligentibus, & recta inue-
nientibus scientiam.
10 Accipite disciplinam, & non argentum, & scien-
tiam super aurum probatum.
11 Melior enim sapientia lapidibus preciosis: omne
autem preciosum non est illa dignum.
12 Ego sapientia inhabitaui consilium, & scientiam,
& cogitationem ego inuocaui.
13 Timor Domini odit iniustitiam, & contume-
liam, & superbiam, & vias malorum: odi autem
ego peruersas vias malorum.
14 Meum est consilium, & securitas, mea pruden-
tia, & mea fortitudo.
15 Per me reges regnant, & dynastæ scribunt iusti-
tiam.
16 Per me magnates magnificantur: & tyranni per
me tenent terram.
17 Ego me amantes diligo: & quærentes me, inue-
nient.
18 Diuitiæ, & gloria mihi est: & possessio multo-
rum, & iustitia.
19 Melius me pro fructu percipere super aurum, &
lapidem preciosum: & mea genimina meliora ar-
gento electo.
20 In viis iustitiæ ambulo, & inter semitas iustifi-
cationis versor:
21 Vt distribuam amantibus me substantiam, &
thesauros eorum impleam bonis. Si annunciauero
vobis, quæ in diem fiunt, memor ero, quæ à sæ-
culo, numerare.
22 Dominus condidit me initium viarum suarum
in opera sua:
23 Ante sæculum fundauit me, in principio, ante-
quam terram faceret,
24 Et antequam abyssos constitueret, priusquam
procederent fontes aquarum.
25 Antequam montes collocarentur, & ante om-
nes colles generat me.
26 Dominus fecit regiones, & inhabitabiles, & sum-
mitates habitatas eius, quæ sub cælo.
27 Cum pararet cælum, aderam illi, & cum secer-
neret suam sedem super ventos,
28 Et cum validas faceret desuper nubes, & cum
confirmatos ponebat fontes eius,
29 Quæ sub cælo, & quando fortia faciebat funda-
menta terræ,
30 Eram penes illum disponens: ego eram, cui ad-
gaudebat. Quotidie autem iucundabar in facie
eius in omni tempore,
31 Cum lætaretur orbe perfecto, & lætaretur in fi-
liis hominum.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAP. VIII.

NOnne sapientia clamat, & intelligentia dat vocem suam?

In summitate locorum excelsorum, iuxta viam, in loco semitarum stat:

In loco portarum in ostio ciuitatis, in ingressu ostiorum clamat:

Ad vos ô viri clamo, & vox mea ad filios hominum.

Intelligite simplices astutiam, & stolidi intelligite corde.

Audite, quoniam honorabilia loquar, & apertio labiorum meorum erit rectitudines:

Quia veritatem loquetur palatum meum: & abominatio labiorum meorum est impietas.

In iustitia sunt omnia eloquia oris mei: non est in eis prauum, nec peruersum.

Vniuersa ipsa recta sunt intelligenti, & recta inuenientibus scientiam.

Accipite eruditionem meam, & non argentum: & scientiam potius quam aurum electum:

Quia melior est sapientia margaritis: & omnia desiderabilia non æquabuntur ei.

Ego sapientia habito in astutia: & scientiam cogitationum inuenio.

Timor Iehouæ est odio habere malum, superbiam & arrogantiam, & viam malam, & os loquens peruersitates odi.

Penes me est consilium & sapientia, ego sum intelligentia, mea est fortitudo.

Per me Reges regnant, & principes decernunt iustitiam.

Per me principes dominantur, & principes & omnes iudices terræ.

Ego diligentes me diligo: & quærentes me inueniunt me.

Diuitiæ & gloria mecum sunt, substantia stabilis, & iustitia.

Melior est fructus meus auro & obrizo: & prouentus meus argento electo.

Per semitam iustitiæ deduco, in medio semitarum iudicij:

Vt diligentes me hæreditare faciam esse perpetuum, & thesauros eorum repleam.

Iehouah possedit me principio viæ suæ, ante opera sua ex eo tempore.

A seculo principatum habui, à principio, ante terram:

Quum nondum essent voragines, formata sum, quum nondum essent fontes abundantes aquis.

Antequam montes fundati essent, ante colles formata sum:

Nondum fecerat terram, & plateas, & summitatem puluerum orbis.

Quando præparabat cælos illic eram: quando describebat circulum in superficie abyssi:

Quando firmabat cælos desuper, quando roborabat fontes abyssi:

Quando ponebat mari statutum suum, & aquis, ne transirent litus suum: quando describebat fundamenta terræ:

Eram apud eum veluti alumnus, & eram in lætitijs quotidie, & ludo coram illo omni tempore:

Ludo in orbe terræ eius, & delectationes meæ cum filijs hominum.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
Nunc ergo filij audite me: Beati, qui custodiunt vias meas.	32	*Et nunc filij obtemperate mihi: Et beati qui vias meas custodierint.*
Audite disciplinam, & estote sapientes, & nolite abijcere eam.	33	*Audite eruditionem, & sapientes eritis, & ne postponatis eam.*
Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei.	34	*Beatus homo qui obtemperat mihi perseuerando iuxta fores meas quotidie, custodiendo postes ostiorum eorum.*
Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino:	35	*Quoniam, qui inuenit me inuenit vitam, & educet quod voluerit à Domino.*
Qui autem in me peccauerit, lædet animam suam. Omnes, qui me oderunt, diligunt mortem.	36	*Qui autem peccauerit contra me, expoliat animam suam, omnes qui odio habent me, diligunt mortem.*
CAP. IX.		*CAP. IX.*
Sapientia ædificauit sibi domum, excidit colūnas septem.	1	*Sapientia ædificauit domum suam, excidit columnas eius septem.*
Immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam.	2	*Immolauit victimam suam, miscuit vinum suum, etiam parauit mensam suam.*
Misit ancillas suas vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis:	3	*Misit puellas suas, vocauit ad summitates excelsorum ciuitatis.*
Si quis est paruulus, veniat ad me. Et insipientibus locuta est:	4	*Quisquis est simplex, declinet huc, deficienti corde dixit.*
Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis.	5	*Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui.*
Relinquite infantiam, & viuite, & ambulate per vias prudentiæ.	6	*Relinquite simplices* viam vestram, *& viuetis, & incedite per viam intelligentiæ.*
Qui erudit derisorem, ipse iniuriam sibi facit: & qui arguit impium, sibi maculam generat.	7	*Corripiens derisorem, accipit sibi ipsi ignominiam, & increpans impium* accipit *maculam eius.*
Noli arguere derisorem, ne oderit te. Argue sapientem, & diliget te.	8	*Ne increpes derisorem, ne forte odio habeat te. Increpa sapientem & diliget te.*
Da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia. Doce iustum, & festinabit accipere.	9	*Da sapienti* increpationem, *& sapiens erit amplius: scire fac iustum, & addet doctrinam.*
⋆ Principium sapientiæ timor Domini: & scientia sanctorum, prudentia. (*Supr. 1. 7. Psal. 110. Eccl. 1. 16*)	10	*Principium sapientiæ timor Domini, & scientia sanctorum intelligentia.*
Per me enim multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni vitæ.	11	*Per me enim multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni vitæ.*
Si sapiens fueris, tibimetipsi eris: si autem illusor, solus portabis malum.	12	*Si sapiens fueris, sapiens eris tibi, & si illusor fueris, solus lues pœnas.*
Mulier stulta & clamosa, plenaque illecebris, & nihil omnino sciens,	13	*Mulier stulta tumultuatur, mulier simplex nescit quicquam.*
Sedet in foribus domus suæ super sellam in excelso vrbis loco,	14	*Et sedet ad ostium domus suæ, super sedem in locis excelsis ciuitatis.*
Vt vocaret transeuntes per viam, & pergentes itinere suo:	15	*Vt vocet transeuntes per viam, qui dirigunt semitas suas.*
Qui est paruulus, declinet ad me. Et vecordi locuta est:	16	*Quisquis est simplex declinet huc. Et deficienti corde dixit.*
Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior.	17	*Aquæ furatæ dulciores sunt, & panis in abscondito comestus magis sapit.*
Et ignorauit quod ibi sint gigantes, & in profundis inferni conuiuæ eius.	18	*Et non cognouit quòd mortui sunt ibi, & quod in profundis inferi sunt inuitati ab ea.*
Parabolæ Salomonis.		Parabolæ Selomoh.
CAP. X.		*CAP. X.*
Filius sapiens lætificat patrem: filius vero stultus mœstitia est matris suæ.	1	*Filius sapiens lætificat patrem, & filius stultus tristitia est matris suæ.*

Titulus hic in hebræo [illegible] Sancti Pagnini [illegible] capituli.

Transl. ex Septuag.

[illegible] igitur fili, audi me: beatus vir, qui [illegible] me, & homo, qui meas vias custodiet, 32

[illegible] 33

[illegible] 34

[illegible] 35

[illegible] 36

C A P. IX.

S[illegible] 1

[illegible] 2

[illegible] 3

[illegible] 4

Venite, edite de meis panibus, & bibite vinum, [illegible] vobis. 5

[illegible] vt in sæculum regnetis: [illegible] prudentiam, & corrigite in [illegible] intelligentiam. 6

[illegible] 7

Non arguas malos, ne [illegible] habeant te: [illegible] sapientem & diliget te. 8

Da sapienti occasionem & sapientior erit: [illegible] iusto: & addet ad recipiendum. 9

Initium sapientiæ timor Domini, & [illegible] sanctorum intelligentia. 10

Cognoscere enim legem, mentis est bonæ: [illegible] modo multum viuens tempus, & [illegible] anni vitæ tuæ. 11

Fili, si sapiens fueris tibi, eris & pro[illegible] tem malus euaseris, solus [illegible] fidens est in falsis; hic pascit ventos: [illegible] ipse sequetur aues volantes: deseruit enim vias vineæ suæ; semitis vero agelli sui errauit: ingreditur autem per arida loca, atque aridam terram [illegible] in sitim: contrahit autem manibus [illegible] 12

Mulier insipiens, & audax, indiga buccellæ fit, quæ non nouit pudorem: 13

Sedet in foribus suæ domus, super sellam [illegible] in plateis, 14

Aduocans prætereuntes, & eos, qui recte pergunt in viis suis. 15

Qui est vestrum insipientissimus, diuertat ad me: & indigentibus sapientia præcipio dicens. 16

Panes occultos libenter attingite, & aquam [illegible] dulcem. 17

Ipse autem non nouit; quia terrigenæ apud eam pereunt & in profundum inferni occurrit. Sed resili, ne moreris in loco, neque [illegible] oculum tuum ad eam: ita enim transibis aquam alienam. Ab aqua autem aliena abstine te: & de fonte alieno ne biberis: vt longum viuas tempus, adiiciantur etiam tibi anni vitæ. 18

C A P. X.

Filius sapiens lætificat patrem: filius vero stultus mæstitia matri. 1

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

[illegible]

C A P. IX.

S[illegible]

[illegible]

Mulier stulta [illegible], & nescit quicquam. 13

[illegible] in [illegible] excelsis [illegible] 14

[illegible] per viam, qui dirigunt semitas suas, dicens. 15

Quisquis est simplex [illegible] 16

Aquæ furatæ dulces sunt, [illegible] suaue est. 17

[illegible] simplex quod mortui sunt ibi, in profundis inferni sunt inuitati ab ea. 18

Parabolæ Selomoh.

C A P. X.

Filius sapiens exhilarat patrem, [illegible] matris suæ. 1

Vulgat. Lat.

[illegible] iustitia vero [illegible]

[illegible]

qui au[illegible] tem stertit æstate, filius confusionis.

Benedictio Domini [illegible]

[illegible]

in doctrina [illegible]

Sapientes [illegible]

[illegible] ægestas eorum.

[illegible] peccatum.

Via vitæ, [illegible] relinquit erat.

Abscondunt odium labia mendacia, [illegible] contumeliam, insipiens est.

In multiloquio non deerit peccatum: qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est.

Argentum electum, lingua iusti: cor autem impiorum pro nihilo.

[illegible] in cordis egestate [illegible]

Benedictio Domini divites facit, nec sociabitur ei afflictio.

Quasi per risum stultus operatur scelus: sapientia autem est viro prudentia.

Quod timet impius, veniet super eum: desiderium suum iustis dabitur.

Quasi tempestas transiens non erit impius: iustus autem quasi fundamentum sempiternum.

Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, sic piger [illegible] qui miserunt eum.

Timor Domini apponet dies; & anni impiorum breviabuntur.

Exspectatio iustorum lætitia: spes autem impiorum peribit.

Fortitudo simplicis via Domini: & pavor his qui operantur malum.

Iustus in æternum non commovebitur: impii autem non habitabunt super terram.

Os iusti parturiet sapientiam: lingua pravorum [illegible]

Labia iusti considerant placita: et os impiorum [illegible]

Transl. ex Heb. Sant. Pagn.

[illegible]

Transl. ex Septuag.

2 Non proderunt thesauri iniquos: iustitia autem liberabit à morte.
3 Non occidet Dominus fame animam iustam: vitam autem impiorum euertet.
4 Paupertas virum humiliat: manus autem fortium ditant.

5 Filius eruditus sapiens erit: imprudente autem ministro vtetur. Incolumis euasit ab æstu filius intelligens: incorruptus autem à vento fit in messe vir iniquus.
6 Benedictio Domini super caput iusti: os autem impiorum operiet luctum intempestiuum.
7 Memoria iustorum cum encomiis: nomen autem impij extinguitur.
8 Sapiens corde suscipiet mandata: qui autem non tectus labiis, peruerse agens supplantabitur.
9 Qui ambulat simpliciter, ambulat fidens, qui autem distorquet vias suas; cognoscetur.
10 Qui innuit oculis cum dolo; congregat viris mœrores: qui auté arguit cum libertate, pacificat.
11 Fons vitæ in manu iusti: os autem impij operiet interitio.
12 Odium suscitat contentionem: omnes autem non contentiosos operit amicitia.
13 Qui è labiis profert sapientiam: virga percutit virum excordem.
14 Sapientes occultabunt sensum: os autem temerarij appropinquat contritioni.
15 Possessio diuitum ciuitas munita: contritio autem impiorum paupertas.
16 Opera iustorum vitam faciunt: fructus autem impiorum peccata.
17 Vias iustas vitæ custodit disciplina: disciplina autem carens increpatione errat.
18 Operiunt inimicitiam labia iusta: qui autem proferunt contumelias, insipientissimi sunt.
19 Ex multiloquentia non effugies peccatum: parcens autem labiis sensatus eris.
20 Argentum igne examinatum, lingua iusti: cor autem impij deficiet.
21 Labia iustorum sciunt excelsa: insipientes autem in egestate moriuntur.
22 Benedictio Domini super caput iusti: hæc ditat, & non adiicietur ei tristitia in corde.
23 In risu insipiens agit mala: sapientia autem viro parit prudentiam.
24 In perditione impius circumfertur: desiderium autem iusti acceptabile.
25 Prætereunte procella deletur impius: iustus autem declinans saluatur in sæculum.
26 Sicut vua acerba dentibus noxia, & fumus oculis; sic iniquitas eis, qui vtuntur ea.
27 Timor Domini addit dies: anni autem impiorum minuentur.
28 Immoratur iustis lætitia: spes autem impiorum perit.
29 Munitio sancti, timor Domini: contritio autem operantibus mala.
30 Iustus in sæculum non nutabit: impij autem non habitabunt terram.
31 Os iusti destillat sapientiam: lingua autem iniusti peribit.
32 Labia virorum iustorum destillant gratias: os autem impiorum peruertit.

Noua ex Heb. Transl. Fr. Vatab.

2 *Non proderunt thesauri impietatis: [illegible] à morte.*
3 *Non facit esurire [illegible] animam [illegible] iusti, sed [illegible] vitam impiorum expellit.*
4 *Pauperem facit manus fraudulenta: [illegible] rum ditat [illegible]*

5 *Qui congregat in æstate, [illegible] qui dormit in messe, [illegible] est confusionis.*

6 *Benedictiones sunt super caput iusti: os autem impiorum operit iniquitatem.*
7 *Memoria iusti erit in benedictionem: & nomen impiorum putrescet.*
8 *Sapiens corde suscipiet precepta: & stultus labiis impingets.*
9 *Qui ambulat perfecte, ambulat confidenter: & qui deprauat vias suas, conteretur.*
10 *Qui annuit oculo, affert dolorem: & stultus labiis [illegible] mitur.*
11 *Vt vena vitæ os iusti: & os impiorum operit iniquitatem.*
12 *Odium suscitat rixas: & vniuersa [illegible] operit charitas.*
13 *In labijs intelligentis inuenitur sapientia: & [illegible] corporis carentis corde.*
14 *Sapientes condunt scientiam: & [illegible] propinqua.*
15 *Diuitiæ diuitis sunt [illegible] natio pauperum est egestas eorum.*
16 *Opus iusti fit ad vitam: prouentus [illegible] ad peccatum.*
17 *Velut semita ad vitam, [illegible] & qui respuit [illegible]*
18 *Operiens odium [illegible] & proferens detractionem, est stultus.*
19 *In multitudine [illegible] intelligens est.*
20 *[illegible] est lingua iusti: cor vero impiorum [illegible] medicum.*
21 *Labia iusti [illegible] multos: & stulti [illegible] cordis morientur.*
22 *Benedictio [illegible] ditat, nec apponit [illegible] dolorem [illegible] benedictioni.*
23 *[illegible] est [illegible] facere abominationem: sapientia vero est viro [illegible]*
24 *Quod timet impius, veniet ei: & quod [illegible] iusti, dat Deus.*
25 *Vt transit turbo, sic non erit [illegible] iustus [illegible] fundamentum perpetuum.*
26 *Sicut [illegible] est [illegible] piger mittentibus illum molestus est.*
27 *Timor Iehouæ apponit dies: & anni impiorum [illegible] tur.*
28 *Expectatio iustorum, lætitia: & spes impiorum peribit.*
29 *[illegible] iniquitatem.*
30 *Iustus in [illegible] non commouebitur: impij autem non habitabunt in terra.*
31 *Os iusti [illegible] sapientiam: lingua autem [illegible] peruersitates, [illegible]*
32 *Labia iusti [illegible] est [illegible] & os impiorum peruersa loquitur.*

Vulgat. Editio.

CAP. XI.

1 STatera dolosa, abominatio est apud Dominum & pondus æquum, voluntas eius.
2 Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia: vbi autem est humilitas, ibi & sapientia.
3 Simplicitas iustorum diriget eos: & supplantatio peruersorum vastabit illos.
4 Non proderunt diuitiæ in die vltionis: iustitia autem liberabit à morte.
5 Iustitia simplicis diriget viam eius: & in impietate sua corruet impius.
6 Iustitia rectorum liberabit eos: & in insidiis suis capientur iniqui.
7 Mortuo homine impio, nulla erit vltra spes: & expectatio sollicitorum peribit.
8 Iustus de angustia liberatus est: & tradetur impius pro eo.
9 Simulator, ore decipit amicum suum: iusti autem liberabuntur scientia.
10 In bonis iustorum exultabit ciuitas: & in perditione impiorum erit laudatio.
11 Benedictione iustorum exaltabitur ciuitas; & ore impiorum subuertetur.
12 Qui despicit amicum suum, indigens corde est: vir autem prudens tacebit.
13 Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autem fidelis est animi, celat amici commissum.
14 Vbi non est gubernator, populus corruet: salus autem, vbi multa consilia.
15 Affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo: qui autem cauet laqueos, securus erit.
16 Mulier gratiosa inueniet gloriam: & robusti habebunt diuitias.

17 Benefacit animæ suæ vir misericors: qui autem crudelis est, etiam propinquos abiicit.
18 Impius facit opus instabile: seminanti autem iustitiam merces fidelis.
19 Clementia præparat vitam: & sectatio malorum mortem.
20 Abominabile Domino cor prauum: & voluntas eius in iis, qui simpliciter ambulant.
21 Manus in manu non erit innocens malus: semen autem iustorum saluabitur.

22 Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua.
23 Desiderium iustorum omne bonum est: præstolatio impiorum furor.
24 Alii diuidunt propria, & ditiores fiunt: alii rapiunt non sua, & semper in egestate sunt.

25 Anima, quæ benedicit, impinguabitur: & qui inebriat, ipse quoque inebriabitur.
26 Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem super caput vendentium.

27 Bene consurgit diluculo qui quærit bona: qui autem inuestigator malorum est, opprimetur ab eis.

28 Qui confidit in diuitiis suis, corruet: iusti autem quasi virens folium germinabunt.
29 Qui conturbat domum suam, possidebit ventos: & qui stultus est, seruiet sapienti.
30 Fructus iusti lignum vitæ: & qui suscipit animas, sapiens est.
31 Si iustus in terra recipit, quanto magis impius & peccator?

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. XI.

1 *S[illegible] abominatio Domini, & pondus perfectum [illegible].*
2 *[illegible], & venit ignominia: & cum [illegible] sapientia.*
3 *Perfectio rectorum ducet eos, & peruersitas [illegible] rum [illegible].*
4 *Non proderunt diuitiæ in die iræ: iustitia [illegible] morte.*
5 *Iustitia perfecti diriget viam eius: & propter impietatem suam corruet impius.*
6 *Iustitia rectorum eruet eos, & propter prauitatem [illegible] uaricatores capientur.*
7 *Cum mortuus fuerit homo impius, peribit spes, & expectatio diuitiarum peribit.*
8 *Iustus de angustia liberatus est, & veniet impius [illegible] eius.*
9 *Ore impius corrumpit amicum suum, & [illegible] eruentur.*
10 *In bonitate iustorum lætabitur ciuitas, & cum [illegible] impii, erit exultatio.*
11 *In benedictione rectorum, exaltabitur ciuitas, & ore impiorum subuertetur.*
12 *Despicit amicum suum, deficiens corde, vir autem intelligentiarum tacebit.*
13 *Qui ambulat fraudulenter, reuelat secretum: sed [illegible] autem spiritu operit verbum.*
14 *Quum non fuerint [illegible], corruet populus: salus autem [illegible] in multitudine consiliariorum.*
15 *Contritione [illegible], cum fideiusserit pro extraneo, & qui odit [illegible].*
16 *Mulier gra[illegible] gloria, & fortibus adhærebunt diuitiæ.*

17 *Qui retribuit animæ suæ bonum, est vir [illegible] & qui turbat carnem suam, crudelis est.*
18 *Impius facit opus mendax, seminanti autem iustitiam erit merces [illegible].*
19 *R[illegible] iustitiam, apprehendet vitam, & qui sequitur malum, mortem suam.*
20 *Abominatio Domini sunt peruersi corde, & qui placent ei sunt perfecti via.*
21 *Mox mox non erit impunis vir malus, semen autem iustorum euadet.*

22 Sicut *inauris aurea, in naribus porci, est mulier pulchra, & deficiens consilio.*
23 *Desiderium iustorum est tantummodo bonum, præstolatio impiorum furor.*
24 *Est qui dispergit & additur ei amplius, & est qui prohibet* se ipsum *à rectitudine, veruntamen ad defectum* rerum suarum.
25 *Anima quæ benedicit* largiendo eleemosynas, *impinguabitur, & qui satiat etiam ipse satiabitur.*
26 *Prohibentis frumentum maledicet populus, benedictio autem super caput vendentis.*

27 *Qui quærit bonum, quærit* quod *placitum* est Deo, *& qui quærit malum, veniet ei.*

28 *Qui fidit diuitiis suis corruet, & tanquam folium [illegible] germinabunt.*
29 *Qui conturbat domum suam, hæreditate accipiet [illegible] tum, & seruus erit [illegible] stultus sapienti corde.*
30 *Fructus iusti* est *vt lignum vitæ, & qui docet animas sapiens est.*
31 *En iusto in terra reddetur, quanto magis impio [illegible] canti?*

Transl. ex Septuag.

CAP. XI.

1 STateræ dolosæ, abominatio coram Domino: pondus autem iustum acceptum ei.
2 Quocumque intrauerit contumelia; illuc & ignominia: os autem humilium meditatur sapientiam.
3
4 Moriens iustus reliquit pœnitentiam: facilis autem fit, & iucundus impiorum interitus.
5 Iustitia immaculatas dirigit vias: impietas autem incidit in iniustitiam.
6 Iustitia virorum rectorum liberat eos: sua autem perditione capiuntur iniqui.
7 Mortuo viro iusto non perit spes: gloriatio autem impiorum perit.
8 Iustus è captura exit: pro eo autem traditur impius.
9 In ore impiorum laqueus ciuibus: sensus autem iustorum prospere procedens.
10 In bonis iustorum bene se gessit ciuitas: ore autem impiorum diruta est.
11 Subsannat ciues indigens corde: vir autem prudens silentium ducit.
12
13 Vir bilinguis reuelat consilia in consessu: fidelis autem spiritu abscondit res.
14 Quibus non est gubernatio; cadunt tanquam folia: salus autem est in multo consilio.
15 Malus malefacit, cum commistus fuerit iusto: odit autem sonum securitatis.
16 Mulier gratiosa suscitat viro gloriam: thronus autem ignominiæ, mulier odio habens iusta. Diuitiarum pigri fiunt indigni; fortes autem nituntur diuitiis.
17 Animæ suæ bonum facit vir misericors: perdit autem suum ipsius corpus immisericors.
18 Impius facit opera iniusta: semen autem iustorum merces veritatis.
19 Filius iustus gignitur ad vitam, persequutio autem impij ad mortem.
20 Abominatio Domino peruersæ viæ: accepti autem ei omnes immaculati in viis suis.
21 Manu manus iniiciens iniuste, non impunitus erit: qui autem seminat iustitiam, accipiet mercedem fidelem.
22 Sicut inauris in naribus porcæ; sic mulieri maleprudenti pulchritudo.
23 Desiderium iustorum omne, bonum: spes autem impiorum peribit.
24 Sunt, qui propria seminantes, plura faciunt. Sunt autem, & qui congregantes minuuntur.
25 Anima benedicta, omnis simplex: vir autem animosus inhonestus est.
26 Qui continet frumentum; relinquat illud nationibus: benedictio autem in eius capite, qui communicat.
27 Fabricans bona, quærit gratiam bonam: exquirentem autem mala comprehendent eum.
28 Fidens in diuitiis, hic cadet: qui autem inhæret iustis; germinabit.
29 Qui non conuersatur domi suæ; hæreditabit ventum: seruiet autem imprudens prudenti.
30 De fructu iustitiæ nascitur arbor vitæ: auferuntur autem intempestiuæ animæ iniquorum.
31 Si iustus quidem vix saluatur: impius, & peccator vbi parebunt?

3. Perfectio rectorum diriget eos, & supplantatio preuaricatorum vastabit eos. Hæc quæ ver. 3. nostra vulgata continet in plerisque libris afferuntur & in vno sub asterisco habentur, & caret auctor huius translationis.

Quæ deberent respondere ver. 12. non habentur in hac translat. ex Sept.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAP. XI.

STatera dolosa est abominatio Iehouæ: & pondus perfectum voluntas eius.
Quum venit superbia, venit & ignominia: & cum humilibus sapientia.
Perfectio rectorum deducit eos: peruersitas autem præuaricatorum perdit eos.
Non proderunt diuitiæ in die iræ: iustitia vero eruet à morte.
Iustitia perfecti dirigit viam eius: & propter impietatem suam corruet impius.
Iustitia rectorum eruet eos: at propter prauitatem suam præuaricatores capientur.
Quum mortuus fuerit homo impius, perit spes: & expectatio iniquorum peribit.
Iustus de angustia liberatur, impius autem venit loco eius.
Ore hypocrita corrumpit amicum suum: scientia autem iusti eruuntur.
Fœlicitate iustorum lætatur ciuitas: & quum pereunt impij, erit exultatio.
Propter benedictionem rectorum exaltatur ciuitas, & ore impiorum subuertitur.
Despicit amicum suum carens corde: vir autem intelligens tacet.
Qui ambulat fraudulenter, reuelat secretum: fidelis autem spiritu, celat rem.
Quum non fuerint consilia, corruet populus: salus autem est in multitudine consultorum.
Contritione conteretur homo quum fideiusserit pro extraneo: & qui odit stipulantes, confidit.
Mulier gratiosa assequetur gloriam, & fortes assequentur diuitias.
Retribuit animæ suæ bonum vir misericors: turbat autem carnem suam crudelis.
Impius facit opus mendax: seminanti autem iustitiam erit merces stabilis.
Sic iustitia est ad vitam: qui vero sequitur malum, ad mortem suam.
Abominatio Iehouæ sunt peruersi corde: & perfecti via beneplacitum eius.
Etiamsi manus ad manum, non erit innocens malus: semen autem iustorum euadet periculum.
Sicut inauris aurea in naribus porci: ita est mulier pulchra & deficiens consilio.
Desiderium iustorum est tantummodo bonum: prastolatio impiorum, furor.
Est qui dispergit rem, & additur ei amplius: & est qui parcit rei suæ plus æquo, sed ad inopiam.
Anima quæ benedicit, impinguabitur: & qui satiat, etiam ipse satiabitur.
Prohibenti frumentum, maledicet populus: benedictio autem super caput vendentis frumentum.
Qui quærit bonum, inuestigat beneuolentiam: & qui quærit malum, eueniet ei.
Qui fidit diuitijs suis, corruet: at tanquam frons, iusti germinabunt.
Qui conturbat domum suam, hæreditate accipiet ventum: & stultus ille, erit seruus sapienti corde.
Fructus iusti est veluti arbor vitæ: & qui docet animas, est sapiens.
Ecce iusto in terra reddetur: quanto magis impio & peccanti?

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. XII.

1 QVi diligit disciplinam, diligit scientiam: qui
autem odit increpationes, insipiens est.
2 Qui bonus est, hauriet gratiam à Domino: qui
autem confidit in cogitationibus suis, impie agit.
3 Non roborabitur homo ex impietate: & radix
iustorum non commouebitur.
4 Mulier diligens, corona est viro suo: & putredo
in ossibus eius, quæ confusione res dignas gerit.
5 Cogitationes iustorum iudicia: & consilia im-
piorum fraudulenta:
6 Verba impiorum insidiantur sanguini: os iusto-
rum liberabit eos.
7 Verte impios, & non erunt: domus autem iu-
storum permanebit.
8 Doctrina sua noscetur vir: qui autem vanus &
excors est, patebit contemptui.
9 * Melior est pauper & sufficiens sibi, quam glo-
riosus & indigens pane.

* Eccl. 10.30.

10 Nouit iustus iumentorum suorum animas: visce-
ra autem impiorum crudelia.
11 * Qui operatur terram suam, satiabatur pani-
bus: qui autem sectatur otium, stultissimus est.

* Eccl. 20.30.

Qui suauis est in vini demorationibus, in suis
munitionibus relinquit contumeliam.
12 Desiderium impij munimentum est pessimorum:
radix autem iustorum proficiet.
13 Propter peccata labiorum ruina proximat malo:
effugiet autem iustus de angustia.
14 De fructu oris sui vnusquisque replebitur bonis,
& iuxta opera manuum suarum retribuetur ei.
15 Via stulti recta in oculis eius: qui autem sapiens
est, audit consilia.
16 Fatuus statim indicat iram suam: qui autem dis-
simulat iniuriam, callidus est.
17 Qui quod nouit loquitur, index iustitiæ est; qui
autem mentitur, testis est fraudulentus.
18 Est qui promittit, & quasi gladio pungitur con-
scientiæ: lingua autem sapientium sanitas est.
19 Labium veritatis firmum erit in perpetuum: qui
autem testis est repentinus, concinnat linguam
mendacij.
20 Dolus in corde cogitantium mala: qui autem pa-
cis ineunt consilia, sequitur eos gaudium.
21 Non contristabit iustum quidquid ei acciderit:
impij autem replebuntur malo.
22 Abominatio est Domino labia mendacia: qui au-
tem fideliter agunt, placent ei.
23 Homo versutus celat scientiam: & cor insipien-
tium prouocat stultitiam.
24 Manus fortium dominabitur: quæ autem remis-
sa est, tributis seruiet.
25 Mœror in corde viri humiliabit illum, & ser-
mone bono lætificabitur.
26 Qui negligit damnum propter amicum, iustus
est: iter autem impiorum decipiet eos.
27 Non inueniet fraudulentus lucrum: & substan-
tia hominis erit auri pretium.
28 In semita iustitiæ, vita: iter autem deuium du-
cit ad mortem.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. XII.

1 *QVi diligit correctionem, diligit scientiam: & qui odio habet increpationem, insipiens est.*
2 *Bonus educet quod placitum est à Domino, & virum malas habentem cogitationes condemnabit.*
3 *Non erit stabilis homo in impietate, radix autem iustorum non commouebitur.*
4 *Mulier fortis corona est viri sui: & velut putredo in ossibus eius, quæ suum virum pudore afficit.*
5 *Cogitationes iustorum* sunt ad faciendum *iudicium, consilia impiorum* ad faciendum *dolum.*
6 *Verba impiorum sunt ad insidiandum sanguini, & os rectorum eruet iustos.*
7 *Vertet Deus impios & non erunt, domus autem iustorum stabit.*
8 *Secundum intellectum suum laudabitur vir, & peruersus corde erit in contemptum.*
9 *Melior est qui flocci pendit se, & seruus est ei, quam qui glorificat se, & caret pane.*
10 *Cognoscit iustus appetitum iumenti sui: miserationes autem impiorum crudeles.*
11 *Qui colit terram suam saturabitur pane: & qui sequitur vacuos, deficiens est corde.*
12 *Desiderauit impius & rete malorum: & radix iustorum dabit* fructum suum.
13 *Propter præuaricationem labiorum laqueus* veniet super hominem *malum: & egredietur de angustia iustus.*
14 *De fructu oris viri, saturabitur bono, & retributionem manuum hominis reddet ei.*
15 *Via stulti recta est in oculis eius: & qui obtemperat consilio sapiens est.*
16 *Stulti in die cognoscetur ira: & qui operit ignominiam, callidus est.*
17 Iustus *loquetur veritatem, annunciabit iustitiam: & testis mendax dolum.*
18 *Est qui profert verba* quæ sunt veluti *confessiones gladij, lingua autem sapientum est sanitas.*
19 *Labium veracis firmum erit in perpetuum: & ad momentum lingua mendacij.*
20 *Dolus est in corde cogitantium malum: & in corde consulentium pacem erit lætitia.*
21 *Non causabitur à iusto omnis iniquitas: impij autem repleti sunt malo.*
22 *Abominatio Domini sunt labia mendacia: & in facientibus veritatem est voluntas eius.*
23 *Homo callidus operit scientiam: & cor stultorum prædicat stultitiam.*
24 *Manus mercatorum sollicitorum dominabitur: & dolosa erit tributaria.*
25 *Pauor in corde viri humiliabit illud, & verbum bonum lætificabit illud.*
26 *Abundantior est amico suo iustus: & via impiorum errare faciet eos.*
27 *Non aduret vir dolosus venationem suam: & diuitiæ hominis, preciosa est sollicitudo.*
28 *In semita iustitiæ est vita: & in via semitæ eius non est mors.*

Transl. ex Septuag.

CAP. XII.

1 QVi diligit disciplinam; diligit sensum: qui au-
tem odit increpationes; insipiens.
2 Melior, qui inuenit gratiam à Domino: vir au-
tem iniquus tacebitur.
3 Non prosperabitur homo ex iniquo: radices au-
tem iustorum non auferentur.
4 Mulier fortis, corona viro suo: sicut autem in
ligno vermis, sic virum disperdit mulier malefica.
5 Cogitationes iustorum iudicia: gubernant au-
tem impij dolos.
6 Verba impiorum dolosa: os autem rectorum li-
berabit eos.
7 Quocumque se verterit impius; deletur: domus
autem iustorum permanent.
8 Os intelligentis laudatur à viro: socors autem
subsannatur.
9 Melior vir in vilitate seruiens sibi, quàm hono-
rem sibi circumponens, & egens pane.
10 Iustus miseratur animas iumentorum suorum:
viscera autem impiorum immisericordia.
11 Qui operatur suam terram; replebitur panibus:
qui autem sequũtur varia, indigentes corde.* Qui
est iucundus in vinorum conuersationibus; in suis
munitionibus relinquet ignominiam.
12 Cupiditates impiorum malæ: radices autem pio-
rum in munitionibus:
13 Propter peccatum labiorum incidit in laqueos
peccator: effugit autem ex eis iustus. Qui videt le-
uia; misericordia dignus habebitur: qui autem
occurrit in portis; vexabit animas.
14 De fructibus oris anima viri implebitur bonis: &
retributio labiorum eius dabitur ei.
15 Viæ insipientum rectæ coram ipsis; exaudit au-
tem consilia sapiens.
16 Imprudens eadem die enunciat iram suam: abs-
condit autem inhonorationem vir astutus.
17 Planam fidem annunciat iustus: testis autem in-
iustorum dolosus.
18 Sunt, qui dicentes vulnerant, enses; linguæ au-
tem sapientum sanant.
19 Labia veracia dirigunt testimonium testis autem
citus linguam habet iniustam.
20 Dolus in corde fabricantis mala: qui autem vo-
lunt pacem: lætabuntur.
21 Non placebit iusto quicquam iniustum: impij
autem implebuntur malis.
22 Abominatio Domino labia mendacia: qui autem
facit fides; acceptus apud eum.
23 Vir intelligens thronus sensus: cor autem insi-
pientum occurret execrationibus.
24 Manus electorum dominabitur facile: dolosi au-
tem erunt in direptionem.
25 Terribilis sermo cor turbat viri iusti: nunciatio
autem bona lætificat eum.
26 Cognitor iustus, sui ipsius amicus erit: eos autem
qui peccant, persequentur mala: & via impiorum
seducet eos.
27 Non consequetur dolosus venationes: possessio
autem preciosa vir mundus.
28 In viis iustitiæ vita: viæ autem eorum, qui memo-
res sunt iniuriarum, in mortem.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAP. XII.

1 *QVi diligit castigationem, diligit scientiam: & qui odio
habet increpationem, insipiens est.*
2 *Bonus haurit beneplacitum à Iehoua, & virum mala-
rum cogitationum condemnabit Deus.*
3 *Non erit stabilis homo in impietate: radix autem iusto-
rum non dimouebitur.*
4 *Mulier fortis corona est viri sui: & veluti putredo est
in ossibus illius quæ suum virum pudore afficit.*
5 *Cogitationes iustorum sunt iudicium, consilia vero im-
piorum, dolus.*
6 *Verba impiorum sunt ad insidiandum sanguini: & os
rectorum eruet eos.*
7 *Euertet Deus impios, & non erunt: domus autem iusto-
rum stabit.*
8 *Iuxta intellectum suum laudatur vir, peruersus autem
corde erit in contemptum.*
9 *Præstantior est ignobilis, cui est seruus, quam iactabun-
dus carens pane.*
10 *Cognoscit iustus animam iumenti sui: miserationes au-
tem impiorum crudeles.*
11 *Qui colit terram suam, saturabitur pane: & qui se-
quitur vacuos, deficiens est corde.*
12 *Desiderat impius rete malorum: radix autem iustorum
dabit fructum suum.*
13 *In prævaricatione labiorum laqueus hominis mali:
egredietur autem de angustia iustus.*
14 *De fructu oris sui vir saturabitur bono: & retributionem
manuum hominis reddet ei Deus.*
15 *Via stulti recta est in oculis eius: & qui obtemperat
consilio, sapiens est.*
16 *Stulti in ipsa die cognoscetur ira: & qui operit ignomi-
niam sibi factam, callidus est.*
17 *Qui loquitur veritatem, annuntiat iustitiam: & testis
mendax, dolosus est.*
18 *Est qui profert verba quæ sunt veluti confossiones gladij:
lingua autem sapientum est sanitas.*
19 *Labium veracis firmum erit in perpetuum: & ad mo-
mentum stabilis erit lingua mendacis.*
20 *Dolus est in corde cogitantium malum: at in corde
consulentium pacem, est lætitia.*
21 *Non accidet iusto vlla iniquitas: impij autem repleti sunt
malo.*
22 *Abominatio Iehouæ sunt labia mendacia: & in facien-
tibus veritatem est beneplacitum eius.*
23 *Homo callidus operit scientiam: & cor stultorum prædi-
cat stultitiam.*
24 *Manus solicitorum dominabitur: dolosa vero erit tribu-
taria.*
25 *Solicitudo anxia in corde viri, humiliat illud: sed ver-
bum bonum lætificabit illud.*
26 *Abundantior est proximo suo iustus: via autem impio-
rum errare faciet eos.*
27 *Non adurit vir dolosus venationem suam: diuitiæ autem
hominis pretiosæ, est solicitudo.*
28 *In semita iustitiæ est vita: & via semitæ eius non est
mors.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. XIII.

1 Filius sapiens, doctrina patris, qui autem illusor est, non audit cum arguitur.

2 De fructu oris sui homo satiabitur bonis: anima autem praeuaricatorum iniqua.

3 Qui custodit os suum, custodit animam suam: qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala.

4 Vult & non vult piger: anima autem operantium impinguabitur.

5 Verbum mendax iustus detestabitur: impius autem confundit, & confundetur.

6 Iustitia custodit innocentis viam: impietas autem peccatorem supplantat.

7 Est quasi diues cum nihil habeat: & est quasi pauper, cum in multis diuitiis sit.

8 Redemptio animae viri, diuitiae suae: qui autem pauper est, increpationem non sustinet.

9 Lux iustorum laetificat: lucerna autem impiorum extinguetur.

10 Inter superbos semper iurgia sunt: qui autem agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia.

11 Substantia festinata minuetur: quae autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur.

12 Spes, quae differtur, affligit animam: lignum vitae desiderium veniens.

13 Qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat: qui auté timet praeceptum, in pace versabitur.
Animae dolosae errant in peccatis: iusti autem misericordes sunt, & miserantur.

14 Lex sapientis fons vitae, vt declinet à ruina mortis.

15 Doctrina bona dabit gratiam: in itinere contemptorum vorago.

16 Astutus omnia agit cum consilio: qui autem fatuus est aperit stultitiam.

17 Nuncius impij cadet in malum: legatus autem fidelis, sanitas.

18 Egestas, & ignominia ei, qui deserit disciplinam: qui autem acquiescit arguenti, glorificabitur.

19 Desiderium si compleatur, delectat animam: detestantur stulti eos, qui fugiunt mala.

20 Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus stultorum similis efficietur.

21 Peccatores persequitur malum: & iustis retribuentur bona.

22 Bonus relinquit haeredes filios, & nepotes: & custoditur iusto substantia peccatoris.

23 Multi cibi in noualibus patrum: & aliis congregantur absque iudicio.

24 Qui parcit virgae, odit filium suum: qui autem diligit illum, instanter erudit.

25 Iustus comedit, & replet animam suam: venter autem impiorum insaturabilis.

CAP. XIV.

1 Sapiens mulier aedificat domum suam: insipiens extructam quoque manibus destruet.

2 Ambulans recto itinere, & timens Deum, despicitur ab eo, qui infami graditur via.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. XIII.

1 *Filius sapiens audit eruditionem patris: & delusor non audit increpationem.*

2 *De fructu oris viri comedet bonus vir: & de fructu animae praeuaricatorum, comedet vir iniquus.*

3 *Qui custodit os suum, custodit animam suam: aperienti labia sua erit contritio.*

4 *Concupiscit anima pigri: & non est ei quod optat, anima autem sollicitorum impinguabitur.*

5 *Verbum mendax odio habebit iustus: impius autem putrescere faciet opera sua, & pudore afficiet animum suum.*

6 *Iustitia custodiet perfectum via, impietas autem peruertet viam peccantis.*

7 *Est qui se diuitem ostendit, & non est ei quicquam: est qui pauperem se ostendit, & diuitiae multae* sunt ei.

8 *Redemptio animae viri sunt diuitiae eius, & pauper non audiuit increpationem.*

9 *Lux iustorum laetabitur, & lucerna impiorum extinguetur.*

10 *Vere vir superbus dabit litem: & cum consiliarijs erit sapientia.*

11 *Diuitiae, quae veniunt ex vanitate minuentur, & qui congregat diuitias manu, multiplicabit eas.*

12 *Spes, quae protrahitur infirmitas est cordis: & vt lignum vitae est desiderium veniens.*

13 *Contemnens aliquod corrumpetur propter contemptum ipsum: & timenti praeceptum reddetur merces.*

14 *Lex sapientis est, vt vena vitae, ad recedendum à laqueis mortis.*

15 *Intellectus bonus dabit gratiam: & via contemptorum est dura.*

16 *Omnis callidus res suas faciet cum scientia: stultus autem manifestabit stultitiam.*

17 *Nuncius impius cadet in malum: legatus autem verax, est sanitas.*

18 *Paupertas, & ignominia erit elonganti se ab correctione: sed qui custodit increpationem, glorificabitur.*

19 *Desiderium factum dulcescet animae: & abominatio stultorum, est recedere à malo.*

20 *Qui graditur cum sapientibus sapiens erit: sed qui est amicus stultis conteretur.*

21 *Peccatores sequetur malum: iustis autem Deus reddet bonum.*

22 *Bonus haereditare faciet filios filiorum: & reseruatur iusto, substantia peccantis.*

23 *Multus cibus in agro magnatorum: & est qui perit eo quod non est ei iudicium.*

24 *Qui prohibet virgam suam, odit filium suum, sed qui diligit eum, quaerere facit eum correctionem.*

25 *Iustus comedit ad saturitatem animae suae, venter autem impiorum deficiet.*

CAP. XIV.

1 *Sapiens mulier aedificauit domum suam, stulta autem manibus suis destruet eam.*

2 *Qui ambulat in rectitudine sua, timet Dominum, sed peruersus vijs suis, despicit eum.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

CAP. XIII.

Filius astutus, obediens patri: filius autem inobediens in perditione.
De fructibus iustitiæ comedet bonus: animæ autem iniquorum peribunt immaturæ.
Qui custodit suum os, seruat suam animam: & qui temerarius est labiis, terrebit seipsum.

In desideriis est omnis ociosus: manus autem fortium in sedulitate.
Verbum iniustum odit iustus: impius autem confunditur, & non habebit libertatem loquendi.

Sunt qui dicant, se nihil habentes; & sunt qui humiliant se in multis diuitiis.

Redemptio viri propriæ diuitiæ inops autem non sustinet comminationem.
Lux iustis perpetuo: lux autem impiorum extinguitur. Animæ dolosæ errant in peccatis; iusti autem miserantur, & miserentur.
Malus cum contumelia agit mala: qui autem sui ipsorum cognitores, sapientes.
Substantia festinata cum iniquitate, minor fit: Congregans autem sibi cum pietate multiplicabitur. Iustus miseretur, & commodat.
Melior, qui incipit auxiliari corde, eo, qui promittit, & in spem adducit: arbor enim vitæ desiderium bonum.
Contemnens rem contemnetur ex ea: timens autem mandatum, hic sanus est. Filio doloso nullum erit bonum: famulo autem sapienti prospere procedent actiones, & dirigetur via eius.
Lex sapientis fons vitæ: demens autem sub laqueo morietur.
Intellectus bonus dat gratiam: noscere autem legem, mentis est bonæ: viæ autem contemnentium, in perditione.
Omnis astutus agit cum scientia: insipiens autem expandit suam nequitiam.
Rex audax incidit in mala: nuncius autem sapiens liberabit eum.
Paupertatem, & ignominiam aufert disciplinam: qui autem custodit increpationes, glorificabitur.

Desideria piorum delectant animam; opera autem impiorum longe à scientia.
Ambulans cum sapientibus sapiens erit: & qui ambulat cum insipientibus; agnoscetur.
Eos, qui peccant, persequentur mala: iustos autem comprehendent bona.
Bonus vir hæreditare faciet filios filiorum; thesaurizantur autem iustis, diuitiæ impiorum.
Iusti facient in diuitiis annos multos: iniusti autem peribunt breui.
Qui parcit baculo, odit filium suum: qui autem diligit, diligenter erudit.
Iustus comedens implet animam suam: animæ autem impiorum egenæ.

6. iustitia custodit innocentes: impios autem nequaquam facit peccata. Hæc quæ respondent numer. 6. nostra vulgata in plerisque habent codicibus affirmat author huius translationis & cum in vno sub asterisco posita sunt in alio sunt sub scholion.

CAP. XIV.

Sapientes mulieres ædificarunt domos: imprudens autem demolita est suis manibus.
Qui ambulat recte: timet Dominum: qui autem tortuose incedit viis suis, afficietur ignominia.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAP. XIII.

1 *Filius sapiens audit eruditionem patris: & derisor non audit increpationem.*
2 *De fructu oris sui quisque comedet bonum: & de fructu animæ præuaricatorum comedent viri iniquitatis.*
3 *Qui custodit os suum, custodit animam suam: aperienti temere labia sua erit contritio.*
4 *Concupiscit, & non est, anima pigri: anima autem solicitorum impinguabitur.*
5 *Verbum mendax odio habet iustus: impius autem fœtere facit, & pudore afficit.*
6 *Iustitia custodit perfectum via: impietas autem peruertet peccatorem.*
7 *Est qui se diuitem ostentat, & non est ei quicquam: est qui pauperem se ostentat, & diuitiæ multæ sunt ei.*
8 *Redemptio animæ viri sunt diuitiæ eius: pauper autem non audit increpationem.*
9 *Lux iustorum exhilarat: lucerna autem impiorum extinguetur.*
10 *Vere in superbia dabit superbus litem: at cum consultis est sapientia.*
11 *Diuitiæ quæ proueniunt ex vanitate, minuentur: & qui congregat diuitias manu sua, multiplicabit eas.*
12 *Expectatio quæ protrahitur, infirmitas est cordis: & velignum vitæ est desiderium veniens.*
13 *Contemnens verbum, peribit propter ipsum: & timenti præceptum, reddetur merces.*
14 *Lex sapientis est vt vena vitæ, vt recedatur à laqueis mortis.*
15 *Intelligentia bona dat gratiam: at via contemptorum est dura.*
16 *Omnis callidus res suas facit cum scientia: stultus autem expandit stultitiam.*
17 *Nuntius impius cadet in malum: legatus autem verax, est velut sanitas.*
18 *Paupertas & ignominia erit deserenti correctionem: sed qui custodit increpationem, honore afficitur.*
19 *Desiderium factum dulce est animæ: & abominatio stultorum est recedere à malo.*
20 *Qui graditur cum sapientibus, sapiens erit: sed qui est amicus stultis, conteretur.*
21 *Peccatores insectatur afflictio: iustis autem Deus reddet bonum.*
22 *Bonus hæreditare faciet opes suas filios filiorum: & reseruatur iusto substantia peccatoris.*
23 *Multus cibus in agro pauperum: & est qui perit, quod non sit ei ius.*
24 *Qui subtrahit virgam suam, odit filium suum: sed qui diligit eum, quærit ei correctionem.*
25 *Iustus comedit ad saturitatem animæ suæ: venter autem impiorum egebit.*

CAP. XIV.

1 *Sapiens mulier ædificat domum suam: stulta autem manibus suis destruit eam.*
2 *Qui ambulat in rectitudine sua, timet Iehouam: sed peruertens vias suas, despicit eum.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
In ore stulti virga superbiæ : labia autem sapientium custodiunt eos.	3	*In ore stulti est baculus superbiæ: labia autem sapientum custodient eos.*
Vbi non sunt boues, præsepe vacuum est : vbi autem plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis.	4	*Cum non fuerint boues præsepe est vacuum, & multitudo frugum est in potentia bouis.*
Testis fidelis non mentitur : profert autem mendacium dolosus testis.	5	*Testis verax non mentietur, loquetur autem mendacia testis mendax.*
Quærit, derisor sapientiam, & non inuenit : doctrina prudentium facilis.	6	*Quæsiuit derisor sapientiam, & non fuit : & scientia intelligenti est lenis.*
Vade contra virum stultum, & nescit labia prudentiæ.	7	*Vade à longe cum viro stulto, & nescies labia mendacia.*
Sapientia callidi est intelligere viam suam : & imprudentia stultorum errans.	8	*Sapientia callidi est intelligere viam suam: & stultorum dolus.*
Stultus illudet peccatum, & inter iustos morabitur gratia.	9	*Stultus loquetur verba delicti, & inter rectos erunt verba dilectionis.*
Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus.	10	*Cor cognoscit amaritudinem animæ suæ, & in lætitia ipsius non miscebitur alienus.*
Domus impiorum delebitur : tabernacula vero iustorum germinabunt.	11	*Domus impiorum delebitur, sed tabernaculum rectorum* Deus *germinare faciet.*
Est via, quæ videtur homini iusta : nouissima autem eius deducunt ad mortem.	12	*Est via recta coram viro, & nouissimum eius via mortis.*
Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat.	13	*Etiam in risu dolebit cor, & nouissimum lætitiæ tristitia.*
Viis suis replebitur stultus, & super eum erit vir bonus.	14	*Vijs suis saturabitur auersus cor, & ab eo recedet vir bonus.*
Innocens credit omni verbo : astutus considerat gressus suos.	15	*Simplex credet omni verbo, callidus autem intelliget gressum suum.*
Filio doloso nihil erit boni : seruo autem sapienti prosperi erunt actus, & dirigetur via eius.		
Sapiens timet, & declinet à malo ; stultus transilit, & confidit.	16	*Sapiens timet, & recedit à malo: sed irascitur & fidit.*
Impatiens operabitur stultitiam : & vir versutus odiosus est.	17	*Qui cito irascitur faciet stultitiam, & vir cogitatiuus odio habetur ab eo.*
Possidebunt paruuli stultitiam, & expectabunt astuti scientiam.	18	*Hæreditate acceperunt simplices stultitiam, callidi autem coronabuntur scientia.*
Iacebunt mali ante bonos : & impij ante portas iustorum.	19	*Incuruabunt se mali coram bonis, & impij ad portas iusti venient.*
Etiam proximo suo pauper odiosus erit : amici vero diuitum multi.	20	*Etiam amico suo odiosus erit pauper : sed qui diligunt diuitem, multi sunt.*
Qui despicit proximum suum, peccat : qui autem miseretur pauperis, beatus erit.	21	*Qui contemnit amicum suum peccat: sed qui miseretur pauperum beatus erit.*
Qui credit in Domino, misericordiam diligit.		
Errant qui operantur malum : misericordia & veritas præparant bona.	22	*Nonne errant cogitantes malum: & misericordia & veritas erit cogitantibus bonum.*
In omni opere erit abundantia : vbi autem verba sunt plurima, ibi frequenter egestas.	23	*In omnibus quibus homo laborat est dignitas: sed verbum labiorum superfluum vere imputatur ad defectum.*
Corona sapientium, diuitiæ eorum : fatuitas stultorum, imprudentia.	24	*Corona sapientum diuitiæ eorum : stultitia stultorum stultitia.*
Liberat animas testis fidelis : & profert mendacia versipellis.	25	*Eruit animas testis verax : loquatur autem men[illegible] dolosus.*
In timore Domini fiducia fortitudinis, & filiis eius erit spes.	26	*In timore Domini est fiducia fortitudinis, & filijs eius Dominus erit spes.*
Timor Domini fons vitæ, vt declinent à ruina mortis.	27	*Timor Domini vena vitæ : ad recedendum à laqueis mortis.*
In multitudine populi dignitas regis : & in paucitate plebis ignominia principis.	28	*In multitudine populi est gloria regis : & cum non fuerit populus est contritio principis.*
Qui patiens est, multa gubernatur prudentia; qui autem impatiens est, exaltat stultitiam suam.	29	*Tardus ira est multus intelligentia : & velox spiritu exaltat stultitiam.*
Vita carnium, sanitas cordis : putredo ossium, inuidia.	30	*Vita carnium, est cor lene: & putredo ossium, inuidia.*
[* Inf. 17. 5] * Qui calumniatur egentem, exprobrat factori eius : honorat autem eum, qui miseretur pauperis.	31	*Qui vi aufert quippiam à paupere, probris afficit factorem eius : & honorat eum qui miseretur pauperis.*
In malitia sua expelletur impius : sperat autem iustus in morte sua.	32	*Propter malitiam suam expelletur impius è mundo, sperat autem in morte sua iustus.*

Transl. ex Septuag.		Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
Ex ore imprudentum baculi: contumeliæ: labia autem sapientum custodiunt ipsos.	3	*In ore stulti est baculus superbia: labia autem sapientium custodiunt eos.*
Vbi non sunt boues, præsepia munda: vbi autem multa genimina; manifesta bouis virtus.	4	*Quum non fuerint boues, præsepe est vacuum: & copia frugum est in fortitudine bouis.*
Testis fidelis non mentitur: accendit autem falsa testis iniustus.	5	*Testis verax non mentitur, loquitur autem mendacia testis mendax.*
Quæres sapientiam apud malos, & non inuenies: sensus autem apud prudentes facilis.	6	*Quærit derisor sapientiam, & non inuenit: at scientia intelligenti est facilis inuentu.*
Omnia contraria viro imprudenti: arma autem sensus, labia sapientia.	7	*Vade à conspectu viri stulti: quum non noueris in eo labia scientiæ.*
Sapientia astutorum cognoscet vias ipsorum: dementia autem imprudentum in errore.	8	*Sapientia callidi, est intelligere viam suam: & stultitia stultorum dolus.*
Domus iniquorum debebunt mundationem: domus autem iustorum acceptabiles.	9	*Stulti loquuntur delictum: & inter rectos est beneuolentia.*
Cor viri sensitiuum, tristis anima eius: quando autem lætabitur; non miscetur contumeliæ.	10	*Cor cognoscit amaritudinem animæ suæ: & in lætitia ipsius non miscebitur alienus.*
Domus impiorum delebuntur: tabernacula autem recte agentium stabunt.	11	*Domus impiorum delebitur: sed tabernaculum rectorum florebit.*
Est via, quæ videtur apud homines recta esse nouissima autem eius vadunt in fundum inferni.	12	*Est via recta coram viro: & exitus eius, via mortis.*
In lætitiis non admiscetur tristitia: nouissime autem gaudium in luctum vadit.	13	*Etiam in risu dolet cor: & exitus lætitiæ, tristitia.*
Suis itineribus saturabitur temerarius: & de cogitationibus suis vir bonus.	14	*Vijs suis saturabitur auersus corde: & ab eo auertetur vir bonus.*
Simplex credit omni verbo: astutus autem vadit in pœnitentiam.	15	*Simplex credit omni verbo: callidus autem intelligit gressum suum.*
Sapiens timens declinauit à malo: imprudens autem sibi fidens miscetur iniquo.	16	*Sapiens timet, & recedit à malo: sed stultus irascitur, & confidit.*
Impatiens agit cum temeritate: vir autem prudens multa suffert.	17	*Qui cito irascitur, facit stultitiam: & vir cogitationum odio habetur.*
Diuident imprudentes malum: astuti autem tenebunt sensum.	18	*Hæreditate accipient simplices stultitiam: callidi autem coronabuntur scientia.*
Labentur mali coram bonis: & impij colent portas iustorum.	19	*Incuruant se mali coram bonis: & impij sunt ad portas iusti.*
Amici odio habebunt amicos mendicos: amici autem diuitum multi.	20	*Etiam amico suo odiosus est pauper: sed qui diligunt diuitem, multi sunt.*
Qui inhonorat pauperes peccat: qui autem miseretur mendicorum; beatissimus.	21	*Contemnit proximum suum peccator: sed qui miseretur pauperum, beatus est.*
Errantes fabricantur mala: misericordiam autem & veritatem fabricantur boni. Non sciunt misericordiam, & fidem fabricatores malorum: eleemosynæ autem, & fides apud fabricatores bonos.	22	*Nonne errant cogitantes malum? misericordia autem & veritas cogitantibus bonum.*
In omni solicito inest abundantia: dulcis autem, & carens dolore in egestate erit.	23	*In omni labore est abundantia: sed verbum labiorum tantum est ad inopiam.*
Corona sapientum astutus: conuersatio autem imprudentum mala.	24	*Corona sapientum, diuitiæ eorum: stultitia stultorum, stultitia.*
Liberabit de malis animam testis fidelis: accendit autem falsa dolosus.	25	*Eruit animas testis verax: loquitur autem mendacia dolosus.*
In timore Domini spes fortitudinis: filiis autem suis relinquet firmamentum.	26	*In timore Iehouæ est fiducia fortitudinis, & filijs eius erit spes.*
Præceptum Domini fons vitæ: facit autem declinare de laqueo mortis.	27	*Timor Iehouæ velut vena vitæ, vt recedatur à laqueis mortis.*
In multa gente gloria regis: in defectu autem populi contritio principis.	28	*In multitudine populi est gloria Regis, & quum non fuerit populus est attritio principis.*
Longanimis vir, multus in prudentia: pusillanimis autem valde imprudens.	29	*Tardus ira, est multus intelligentia: & breuis spiritu exaltat stultitiam.*
Mansuetus vir, cordis medicus: tinea autem ossium cor sensitiuum.	30	*Vita carnium, est cor lene: at putredo ossium, inuidia.*
Qui calumniatur pauperem; irritat eum, qui fecit illum: qui autem honorat illum; miseretur inops.	31	*Qui opprimit pauperem, probris afficit factorem eius: & honorat eum, qui miseretur pauperis.*
In malitia sua repelletur impius: qui autem fidit suæ sanctitati, iustus.	32	*Propter malitiam suam expelletur impius: sperat autem in morte sua iustus.*

Vulgat. Editio.

In corde prudentis requiescit sapientia: & indo- 33
ctos quosque erudiet.
Iustitia eleuat gentem: miseros autem facit po- 34
pulos peccatum.
Acceptus est regi minister intelligens: iracundiam 35
eius inutilis sustinebit.

CAP. XV.

Inf. 15. 15. RESponsio mollis frangit iram: sermo durus su- 1
scitat furorem.
Lingua sapientium ornat scientiam: os fatuo- 2
rum ebullit stultitiam.
In omni loco oculi Domini contemplantur bo- 3
nos & malos.
Lingua placabilis, lignum vitæ: quæ autem im- 4
moderata est, conteret spiritum.
Stultus irridet disciplinam patris sui: qui autem 5
custodit increpationes, astutior fiet.
In abundanti iustitia virtus maxima est: cogita-
tiones autem impiorum eradicabuntur.
Domus iusti plurima fortitudo: & in fructibus 6
impij conturbatio.
Labia sapientium disseminabunt scientiam: cor 7
stultorum dissimile erit.
* Eccli. 34. 21. * Victimę impiorum abominabiles Domino: vo- 8
ta iustorum placabilia:
Abominatio est Domino via impij; qui sequitur 9
iustitiam, diligitur ab eo.
Doctrina mala deserenti viam vitæ: qui incre- 10
pationes odit morietur.
Infernus, & perditio coram Domino: quanto 11
magis corda filiorum hominum?
Non amat pestilens eum, qui se corripit: nec ad 12
sapientes graditur.
* Inf. 17. 22. * Cor gaudens exhilarat faciem: in mœrore ani 13
mi deijcitur spiritus.
Cor sapientis quærit doctrinam: & os stultorum 14
pascitur imperitia.
Omnes dies pauperis, mali: secura mens quasi 15
iuge conuiuium.
Melius est parum cum timore Domini: quam 16
thesauri magni & insatiabiles.
Melius est vocari ad olera cum charitate: quam 17
ad vitulum saginatum cum odio.
Vir iracundus prouocat rixas: qui patiens est, mi- 18
tigat suscitatas.
Iter pigrorum quasi sepes spinarum: via iusto- 19
rum absque offendiculo.
Filius sapiens lætificat patrem: & stultus homo 20
despicit matrem suam.
Stultitia gaudium stulto: & vir prudens dirigit 21
gressus suos.
Dissipantur cogitationes vbi non est consilium: 22
vbi vero sunt plures consiliarij, confirmantur.
Lætatur homo in sententia oris sui: & sermo op- 23
portunus est optimus.
Semita vitæ super eruditum, vt declinet de in- 24
ferno nouissimo.
Domum superborum demolietur Dominus: & 25
firmos faciet terminos viduæ.
Abominatio Domini cogitationes malæ: & pu- 26
rus sermo pulcherrimus firmabitur ab eo.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

33 *In corde intelligentis requiescit sapientia: & in medio
stultorum cognoscetur.*
34 *Iustitia exaltabit gentem: & ignominia erit populis pec-
catum.*
35 *Amor regis est ad seruum intelligentem: & ira eius erit
contra eum qui pudore eum afficit.*

CAP. XV.

1 *RESponsio mollis retrahere facit iram: & verbum dolo-
re afficiens ascendere faciet furorem.*
2 *Lingua sapientum decorabit scientiam: & os stultorum
loquetur stultitiam.*
3 *In omni loco oculi Domini contemplantur malos, & bo-
nos.*
4 *Sanitas linguæ est vt lignum vitæ: & peruersitas in ea
est contritio in spiritu.*
5 *Stultus contemnet correctionem patris sui: sed qui custo-
dit increpationem efficietur astutus.*
6 *In Domo iusti est fortitudo magna: & in fructu impij
conturbatur.*
7 *Labia sapientum spargent scientiam: cor autem stulto-
rum non erit rectum.*
8 *Sacrificium impiorum est abominatio Domini: oratio
autem rectorum voluntas eius.*
9 *Abominatio Domini est via impij, sequentem autem iu-
stitiam diliget.*
10 *Flagellum malum est relinquenti semitam* Domini: *&
qui odio habet increpationem, morietur.*
11 *Infernus, & perditio sunt coram Domino: quanto magis
corda filiorum hominum?*
12 *Non amabit illusor increpantem se: ad sapientes non ibit.*
13 *Cor lætum decorabit faciem: & propter dolorem cordis
spiritus erit tristis.*
14 *Cor intelligens quæret scientiam: & os stultorum pasce-
tur verbis stultitiæ.*
15 *Omnes dies pauperis mali: sed iocundus corde, est ac si
esset in conuiuio iugi.*
16 *Melius est parum cum timore Domini, quam thesaurus
magnus, & contritio in eo.*
17 *Melius est conuiuium oleris vbi sit dilectio, quam bos
qui diu fuit in præsepio in quo sit odium.*
18 *Vir iracundus miscebit lites: & tardus ad iram quiesce-
re faciet lites.*
19 *Via pigri videtur sibi ac si esset septa spinis: semita au-
tem rectorum est, ac si esset eleuata.*
20 *Filius sapiens lætificabit patrem: & stultus homo despi-
cit matrem suam.*
21 *Stultitia est lætitia deficienti corde: & vir intelligens
seipsum diriget ad ambulandum.*
22 *Dissipabuntur cogitationes, quando non erit consilium:
sed multitudine consiliariorum firmabuntur.*
23 *Lætitia est viro in responsione oris sui: sed verbum dictum
in tempore suo valde bonum est.*
24 *Via vitæ est desuper intelligentem, vt declinet ab inferno
inferiori.*
25 *Domum superborum demolietur Dominus, & statuet
terminum viduæ.*
26 *Abominatio Domini sunt cogitationes viri mali: & mun-
da sunt eloquia pulchra.*

Transl. ex Septuag.

33 In corde bono viri sapientia: in corde autem imprudentum non dignoscitur.

34 Iustitia exaltat gentem: minuunt autem tribus peccata.

35 Acceptus regi minister intelligens: sua autem agilitate aufert ignominiam.

CAP. XV.

1 IRa perdit & prudentes: responsio autem submissa auertit furorem: sermo autem tristis suscitat iras.

2 Lingua sapientum bona nouit, & os stultorum pronunciat mala.

3 In omni loco oculi Domini speculantur & bonos, & malos.

4 Sanitas linguæ arbor vitæ: qui autem conseruat eam, implebitur spiritu.

5 Imprudens subsannat disciplinam patris: qui autem custodit mandata, astutior. * In abundanti iustitia fortitudo multa: impij autem radicitus de terra peribunt.

6 Domibus iustorum fortitudo multa: fructus autem impiorum peribunt.

7 Labia sapientum alligata sunt sensu: corda autem imprudentum non secura.

8 Sacrificia impiorum abominatio Domino: vota autem recte ambulantium accepta apud eum.

9 Abominatio Domino viæ impij: sequentes autem iustitiam diligit.

10 Disciplina innocentis cognoscitur à prætereuntibus: qui autem oderunt correptiones: moriuntur turpiter.

11 Infernus, & perditio manifesta apud Dominum: quomodo non & corda hominum.

12 Non diliget indisciplinatus castigantem se, cum sapientibus autem non conuersabitur.

13 Cordis læti facies floret: in tristitiis autem positi mæsta est.

14 Correctum quærit sensum: os autem indisciplinatorum cognoscet mala.

15 Omni tempore oculi malorum suscipiunt mala: boni autem quiescunt semper.

16 Melius parua pars cum timore Domini, quam thesauri magni sine timore.

17 Melior hospitalitas cum oleribus ad amicitiam, & gratiam, quàm appositio vitulorum cum inimicitia.

18 Vir animosus parat rixas; longanimis autem & eam, quæ futura erat, mitigat. Longanimis vir extinguet iudicia: impius autem suscitat magis.

19 Viæ ociosorum stratæ spinis: fortium vero tritæ.

20 Filius sapiens lætificat patrem: filius autem imprudens subsannat matrem suam.

21 Dementis semitæ, indigentes corde: vir autem prudens recta tendens vadit.

22 Differunt cogitationes, qui non honorant consessus.

23 In cordibus autem consultantium manet consilium. Non obediet malus illi: neque dicet opportunum quid, & bonum communi.

24 Viæ vitæ, excogitationes intelligentis; vt declinans ex inferno saluetur.

25 Domos contumeliosorum diruit Dominus: firmauit autem terminum viduæ.

26 Abominatio Domino, cogitatio iniusta: purorum autem eloquia honesta.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

33 *In corde intelligentis requiescit sapientia: at in medio stultorum ipsa cognoscitur.*

34 *Iustitia exaltat gentem: at ignominia est populis peccatum.*

35 *Beneplacitum Regis est erga seruum intelligentem: & ira eius est seruus qui pudore eum afficit.*

CAP. XV.

1 *REsponsio mollis auertit iram: & sermo dolore afficiens, ascendere facit furorem.*

2 *Lingua sapientum decorabit scientiam: & os stultorum loquitur stultitiam.*

3 *In omni loco oculi Iehoua contemplantes malos & bonos.*

4 *Sanitas linguæ est vt lignum vitæ: at peruersitas in ea, est contritio in spiritu.*

5 *Stultus contemnit correctionem patris sui: sed qui obseruat increpationem, efficietur astutus:*

6 *In domo iusti est thesaurus magnus: & in fructu impij conturbatio.*

7 *Labia sapientum spargunt scientiam: cor autem stultorum non sic.*

8 *Sacrificium impiorum est abominatio Iehoua: oratio autem rectorum beneplacitum eius.*

9 *Abominatio Iehoua est via impij: sectantem autem iustitiam diligit.*

10 *Correctio molesta est relinquenti semitam: & qui odio habet increpationem, morietur.*

11 *Infernus & perditio sunt coram Iehoua, quanto magis corda filiorum hominum.*

12 *Non amat illusor increpantem se: ad sapientes non accedit.*

13 *Cor lætum decorat faciem: at propter dolorem cordis, spiritus erit tristis.*

14 *Cor intelligens quærit scientiam: & os stultorum pascetur stultitia.*

15 *Omnes dies pauperis, mali: sed iucundus corde est, ac si esset in conuiuio iugi.*

16 *Melius parum cum timore Iehoua, quam thesaurus magnus, & contritio in eo.*

17 *Melius conuiuium oleris vbi sit dilectio, quam esca bouis saginati in quo sit odium.*

18 *Vir iracundus miscet lites: sed tardus ad iram sedat litem.*

19 *Via pigri est quasi sepes spinosa: semita autem rectorum est eleuata.*

20 *Filius sapiens lætificat patrem: & stultus homo despicit matrem suam.*

21 *Stultitia, est lætitia deficienti corde: & vir intelligens dirigit viam suam ad ambulandum.*

22 *Dissipantur cogitationes quando non est consilium: sed multitudine consiliariorum firmantur.*

23 *Lætitia est viro in responsione oris sui: & verbum dictum in tempore suo, quam bonum est!*

24 *Via vitæ sursum versus est, quæ est intelligenti vt declinet ab inferiori quæ est deorsum.*

25 *Domum superborum demolitur Iehouah: statuit autem terminum viduæ.*

26 *Abominatio Iehouæ sunt cogitationes viri mali: at mundis sunt eloquia pulchra.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

27 Conturbat domum suam qui sectatur auaritiam: qui autem odit munera, viuet.
★ Per misericordiam & fidem purgantur peccata: per timorem autem Domini declinat omnis à malo.
28 Mens iusti meditatur obedientiam: os impiorum redundat malis.
29 Longe est Dominus ab impiis: & orationes iustorum exaudiet.
30 Lux oculorum lætificat animam: fama bona impinguat ossa.
31 Auris, quæ audit increpationes vitæ, in medio sapientium commorabitur.
32 Qui abiicit disciplinam, despicit animam suam: qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis.
33 Timor Domini, disciplina sapientiæ: & gloriam præcedit humilitas.

CAP. XVI.

1 Hominis est animam præparare: & Domini gubernare linguam.
2 Omnes viæ hominis patent oculis eius: spirituum ponderator est Dominus.
3 Reuela Domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ.
4 Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus: impium quoque ad diem malum.
5 Abominatio Domini est omnis arrogans: etiam si manus ad manum fuerit, non est innocens.
Initium viæ bonæ, facere iustitiam: accepta est autem apud Deum magis, quàm immolare hostias.
6 ★ Misericordia & veritate redimitur iniquitas: & in timore Domini declinatur à malo.
7 Cum placuerint Domino viæ hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem.
8 Melius est parum cum iustitia, quàm multi fructus cum iniquitate.
9 Cor hominis disponit viam suam: sed Domini est dirigere gressus eius.
10 Diuinatio in labiis regis, in iudicio non errabit os eius.
11 Pondus & statera iudicia Domini sunt: & opera eius omnes lapides sacculi.
12 Abominabiles regi qui agunt impie: quoniam iustitia firmatur solium.
13 Voluntas regum labia iusta: qui recta loquitur, diligetur.
14 Indignatio regis, nuncij mortis: & vir sapiens placabit eam.
15 In hilaritate vultus regis, vita: & clementia eius quasi imber serotinus.
16 Posside sapientiam, quia auro melior est: & acquire prudentiam, quia pretiosior est argento.
17 Semita iustorum declinat mala: custos animæ suæ seruat viam suam.
18 Contritionem præcedit superbia: & ante ruinam exaltatur spiritus.
19 Melius est humiliari cum mitibus, quam diuidere spolia cum superbis.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

27 *Turbat domum suam qui auare sectatur auaritiam, sed qui odio habet dona, viuet.*
Desunt ista ab hebræo.
28 *Cor iusti meditabitur quum respondendum fuerit, & os impiorum loquetur mala.*
29 *Longinquus est Dominus ab impijs, & orationem iustorum audiet.*
30 *Lux oculorum letificabit cor, fama bona impinguabit corpus.*
31 *Auris que audit increpationem vitæ, in medio sapientum commorabitur.*
32 *Qui deserit correctionem, spernit animam suam, sed qui audit increpationem, possidet cor.*
33 *Timor Domini, eruditio sapientiæ: & ante gloriam humilitas.*

CAP. XVI.

1 *Domini sunt præparationes cordis: & à Domino est responsio linguæ.*
2 *Omnes viæ viri mundæ sunt in oculis suis, sed qui ponderat spiritus est Dominus.*
3 *Volue ad Dominum opera tua, & firmabuntur cogitationes tuæ.*
4 *Omnia operatus est Dominus propter seipsum, & etiam impium, quem adducet ad diem malam.*
5 *Abominatio Domini est omnis elatus corde, mox non erit impunis.*
6 *Misericordia, & veritate redimetur iniquitas, & timore Domini declinatur à malo.*
7 *Cum placuerint Domino viæ viri, etiam inimicos eius pacabit cum eo.*
8 *Melius est parum cum iustitia, quam multitudo frugum absque iudicio.*
9 *Cor hominis cogitabit viam suam, Dominus autem diriget gressum eius.*
10 *Vt diuinatio est in labijs regis, quum in iudicio non præuaricatur os eius.*
11 *Statera & bilances iudicij Domino, opus eius omnia pondera crumenæ.*
12 *Abominatio regum est facere impietatem, quia iustitia firmabitur solium.*
13 *Beneuolentia regum erit in homine habentem labia iusta: & loquentem recta diliget.*
14 *Ira regis est nuncius mortis: & vir sapiens expiabit eam.*
15 *Cum luce illuxerit facies regis erit vita: & beneuolentia eius erit veluti nubes serotinæ pluuiæ.*
16 *Acquirere sapientiam multo melius est quam acquirere aurum pretiosum: & acquirere intelligentiam multo melius est, quam acquirere electum argentum.*
17 *Via rectorum est declinare à malo: custodit animam suam qui custodit viam suam.*
18 *Ante contritionem est superbia: & ante ruinam elatio spiritus.*
19 *Melius est humiliari spiritu cum humilibus: quam diuidere spolia cum superbis.*

Tranſl. ex Septuag.

27 Diſperdit ſeipſum acceptor munerum : qui au-
tem odit munerum acceptiones ; ſaluatur.* Elee-
moſynis, & fide purgantur peccata : timore autem
Domini declinat omnis à malo.

28 Corda iuſtorum meditantur fides : os autem im-
piorum reſpondet mala. Acceptæ apud Dominum
viæ hominum iuſtorum: per ipſos autem & inimi-
ci fiunt amici.
29 Longe abeſt Deus ab impiis : preces autem iuſto-
rum exaudiet. Melior parua acceptio cum iuſtitia,
quàm multa genimina cum iniuſtitia.
30 Spectans oculus pulchra lætificat cor : fama au-
tem bona impinguat oſſa.
31

32 qui expellit diſciplinam odit ſeipſum : qui au-
tem ſeruat correptionem diligit animam ſuam.

33 Timor Domini diſciplina & ſapientia, & princi-
pium gloriæ reſpondebit ei.

CAP. XVI.

1 Homini applicationes cordis & à Domino reſponſa
lingua.
2 Omnia opera humilis manifeſta apud Deum:
impij autem in die mala peribunt.
3 *Deuolue ſuper Dominum opera tua , & firmabuntur*
cogitationes tua.
4 *Omnia opera operatus eſt Dominus propter ſeipſum:*
impij autem in die mala peribunt.
5 Immundus apud Deum omnis ſublimis corde:
manu autem manus inferens iniuſte , non erit in-
nocens.* Initium viæ bonæ facere iuſta : accepta
autem ſunt apud Deum magis , quàm immolare
6 hoſtias.

7 Qui quærit Dominum; inueniet ſcientiam cum
iuſtitia : & qui recte quærunt eum ; inuenient pa-
8 cem. Omnia opera Domini cum iuſtitia : ſeruatur
autem impius in diem malam.
9 Cor viri cogitet iuſta vt à Deo dirigantur greſ-
ſus eius.
10 Diuinatio in labiis regis : in iudicio autem non
errabit os eius.
11 Momentum ſtateræ iuſtitia apud Dominum:
opera autem eius pondera iuſta.
12 Abominatio regi, is qui facit mala : nam cum
iuſtitia paratur ſolium principatus.
13 Accepta regi labia iuſta : ſermones autem rectos
diligit.
14 Furor regis , nuncius mortis : vir autem ſapiens
placabit eum.
15 In lumine vitæ filius regis : qui autem valde ac-
cepti ſunt ei ; tanquam nubilum ſerotinum.

16 Nidi ſapientiæ magis eligendi auro : & nidi pru-
dentiæ ſunt magis eligendi ſuper argentum.

17 Semitæ vitæ declinant à malis : longitudo autem
vitæ, viæ iuſtitiæ. Qui ſuſcipit diſciplinam; in bonis
erit : qui autem cuſtodit correptiones ; ſapiens fiet.
Qui cuſtodit vias ſuas; ſeruat ſuam animam: & qui
diligit vitam ſuam; parcet ori ſuo.
18 Ante contritionem præcedit contumelia: & ante
ruinam mala cogitatio.
19 Melior manſuetus cum humiliatione, quàm qui
diuidit ſpolia cum contumelioſis.

31. Qui audit increpationes vitæ, in medio ſapientum commorabitur. Hæc quæ eſt, eadem vulgata haberi in aliquibus codicibus affirmat autor huius tranſlat. quæ hic ponuntur nu. 30. 32. & 33 in tranſlat. ex Sept. Romana habentur capitulo ſequenti ſtatim poſt numerum 1. loco notato aſteriſco. Hæc quæ nu. 2. 3. & 4. diuerſo charactere ſubdedimus quæ complectitur [illegible] nequibat [illegible] non ſunt de textu Septuag. ſed reſpondent noſtræ vulgatæ & haberi in quodam codice ſub aſteriſco affirmat autor huius tranſlationis, & partem eius habentur apud Hier. adu. Pelag. Quæ hic nu. 9. ponuntur in tranſlat. ex Sept. Romana habentur ſtatim in principio huius capituli.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

27 *Turbat domum ſuam qui auare ſectatur auaritiam: ſed qui odio habet dona, viuet.*

28 *Cor iuſti meditatur quod reſpondeat : os autem impiorum loquetur mala.*

29 *Longinquus eſt Iehouah ab impijs: ſed orationem iuſtorum exaudit.*

30 *Lumen oculorum lætificat cor : fama bona impinguat oſſa.*

31 *Auris quæ audit increpationem vitæ , in medio ſapientum commorabitur.*

32 *Qui negligit diſciplinam , ſpernit animam ſuam : ſed qui audit increpationem poſſidet cor.*

33 *Timor Iehouæ, eruditio ſapientiæ : & ante gloriam humilitas.*

CAP. XVI.

1 *Hominis ſunt præparationes cordis : ſed à Iehoua eſt reſponſio linguæ.*

2 *Omnes viæ viri mundæ ſunt in oculis ſuis: ſed qui ponderat ſpiritus, eſt Iehouah.*

3 *Deuolue ad Iehouam opera tua : & firmabuntur cogitationes tuæ.*

4 *Omnia operatus eſt Iehouah propter ſeipſum : & etiam impium ad diem malum.*

5 *Abominatio Iehouæ eſt omnis elatus corde : manus ad manum non erit innocens.*

6 *Miſericordia & veritate redimetur iniquitas: & in timore Iehouæ receditur à malo.*

7 *Quum placuerint Iehouæ viæ viri, etiam inimicos eius pacatos reddet ei.*

8 *Melius eſt parum cum iuſtitia , quam multitudo prouentuum abſque iure.*

9 *Cor hominis excogitat viam ſuam: Iehouah autem dirigit greſſum eius.*

10 *Diuinatio eſt in labijs Regis : in iudicio non præuaricatur os eius.*

11 *Statera & bilances iudicij, Iehouæ: opus eius ſunt omnia pondera crumenæ.*

12 *Abominatio Regibus eſt facere impietatem : quia in iuſtitia confirmabitur ſolium.*

13 *Beneplacitum Regum labia iuſta : & loquentem recta diligunt.*

14 *Ira Regis eſt vt nuntius mortis : at vir ſapiens remouebit eam.*

15 *Quum illuxerit facies Regis, erit vita, & beneuolentia eius erit veluti nubes effundens ſerotinam pluuiam.*

16 *Acquirere ſapientiam multo præſtantius eſt , quam acquirere aurũ pretioſum: & acquirere intelligentiam multo præſtantius eſt, quam acquirere electum argentum.*

17 *Via rectorum eſt declinare à malo : cuſtodit animam ſuam qui cuſtodit viam ſuam.*

18 *Ante contritionem eſt ſuperbia , & ante ruinam elatio ſpiritus.*

19 *Melius eſt humiliari ſpiritu cum humilibus , quàm diuidere ſpolia cum ſuperbis.*

	Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
	Eruditus in verbo reperiet bona: & qui sperat in Domino, beatus est.	20	*Intelligens rem, inueniet bonum: & confidens in Domino beatus erit.*
	Qui sapiens est corde, appellabitur prudens: & qui dulcis eloquio, maiora percipiet.	21	*Sapiens corde vocabitur intelligens: & dulcedo labiorum addet doctrinam.*
	Fons vitæ eruditio possidentis: doctrina stultorum, fatuitas.	22	*Vena vitæ est intelligentia Domini sui: & eruditio stultorum stultitia est.*
	Cor sapientis erudiet os eius: & labiis eius addet gratiam.	23	*Cor sapientis intelliget os suum: & labijs suis addet doctrinam.*
	Fauus mellis, composita verba: dulcedo animæ, sanitas ossium.	24	*Vt fauus mellis sunt eloquia dulcia, dulcedo animæ: & sanitas corpori.*
	Est via quæ videtur homini recta: & nouissima eius ducunt ad mortem.	25	*Est via recta coram viro: & nouissimum eius viæ mortis.*
	Anima laborantis laborat sibi ,, quia compulit eum os suum:	26	*Anima laborantis laborauit sibi, quia incuruauit se ei os suum.*
	Vir impius fodit malum, & in labiis eius ignis ardescit.	27	*Vir impius fodit malum, & labijs suis est vt ignis ardens.*
	Homo peruersus suscitat lites: & verbosus separat principes.	28	*Vir volubilis mittet litem: & susurrator diuidit duces.*
	Vir iniquus lactat amicum suum: & ducit eum per viam non bonam.	29	*Vir iniquus seducet amicum suum: & ambulare faciet eum per viam non bonam.*
	Qui attonitis oculis cogitat praua, mordens labia sua perficit malum.	30	*Qui claudit oculos suos ad cogitandum peruersitates, annuens labijs suis perfecit malum.*
	Corona dignitatis senectus, quæ in viis iustitiæ reperietur.	31	*Corona gloriæ est canities, in via iustitiæ inuenietur.*
	Melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium.	32	*Melior est tardus ad iram, quam fortis: & qui dominatur spiritui suo, quam is qui capit vrbem.*
	Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur.	33	*In sinum proijcitur sors, & à Domino est omne iudicium eius.*
	CAP XVII.		*CAP. XVII.*
	MElior est buccella sicca cum gaudio; quam domus plena victimis cum iurgio.	1	*MElior est buccella sicca, & pax in ea, quam domus plena victimis iurgij.*
Eccl.10. 21.	* Seruus sapiens dominabitur filiis stultis, & inter fratres hæreditatem diuidet.	2	*Seruus intelligens dominabitur filio stulto, pudore afficienti* patrem suum, *& inter fratres diuidet hæreditatẽ.*
	Sicut igne probatur argentum, & aurum camino: ita corda probat Dominus.	3	*Sicut conflatorium argentum, & caminus aurum, sic probat corda Dominus.*
	Malus obedit linguæ iniquæ, & fallax obtemperat labiis mendacibus.	4	*Malus attendit sermoni iniquo, mendax auscultat linguam prauam.*
Sup.14. 31.	* Qui despicit pauperem, exprobrat factori eius: & qui ruina lætatur alterius, non erit impunitus.	5	*Qui subsannat pauperem, probris affecit factorem eius: qui lætatur in contritione, non erit impunis.*
	Corona senum filij filiorum: & gloria filiorum patres eorum.	6	*Corona senum filij filiorum: & gloria filiorum patres eorum.*
	Non decent stultum verba composita: nec principem labium mentiens.	7	*Non est decora auaro lingua excellens: quanto magis liberali non est decora lingua mendax?*
	Gemma gratissima, expectatio præstolantis: quocumque se vertit, prudenter intelligit.	8	*Vt lapis gratiosus est munus in oculis Domini eius: ad omnem locum ad quem se verterit* qui munera tribuit *prosperabitur.*
	Qui celat delictum, quærit amicitias: qui altero sermone repetit, separat fœderatos.	9	*Qui tegit præuaricationes cuiuspiam, quærit eius amorem: qui vero improperat aliquid, diuidit duces.*
	Plus proficit correptio apud prudentem, quam centum plagæ apud stultum.	10	*Magis prodest increpatio vna intelligenti, quam percutere stultum centies.*
	Semper iurgia quærit malus: angelus autem crudelis mittetur contra eum.	11	*Profecto vir rebellis quæret malum suum: & nuncius crudelis mittetur contra eum.*
	Expedit magis vrsæ occurrere raptis fœtibus, quam fatuo confidenti in stultitia sua.	12	*Occurrere vrso orbato melius est viro, non stulto in stultitia sua.*
*Ro.12. 17 1.Pet.3.9. 1.Thess.5 15.	* Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius.	13	*Reddens malum pro bono, non recedet malum de domo eius.*
	Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum: & antequam patiatur contumeliam, iudicium deserit.	14	*Qui aperit aquam principium est contentionis: & antequam misceatur lis dimitte eam.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.		Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
Intelligens in negotiis, inuentor bonorum: & qui fidit in Deo; beatissimus.	20	*Intelligens rem, inueniet bonum: & confidens in Iehoua, beatus est.*
Sapientes, & intelligentes vocant malos: dulces autem in sermone plura audient.	21	*Sapiens corde vocatur intelligens: & dulcedo labiorum addit doctrinam.*
Fons vitæ, cogitatio possidentibus: disciplina autem imprudentum mala.	22	*Vena vitæ est intelligentia domino suo: at eruditio stultorum, stultitia est.*
Cor sapientis cogitabit, quæ ab ore proprio: & in labiis portabit doctrinam.	23	*Cor sapientis prudens reddit os suum: & labijs suis addit doctrinam.*
Faui mellis sermones boni: dulcedo autem eius sanitas animæ.	24	*Vt fauus mellis sunt eloquia dulcia: dulcedo animæ, & sanitas ossibus.*
Sunt viæ, quæ videntur esse rectæ homini: attamen nouissima eorum spectant in fundum inferni.	25	*Est via recta coram viro: & nouissimum eius, viæ mortis.*
Vir in laboribus laborat sibi, & vim facit in interitum suum.	26	*Anima laborantis laborat sibi: quia incuruat se ei os suum.*
Peruersus in ore suo portat perditionem: vir imprudens fodit sibi mala: & in labiis suis ignem condit.	27	*Vir impius fodit malum: & labijs suis est vt ignis ardens.*
Vir peruersus transmittit mala: & facem doli accendet malis, & disiungit amicos.	28	*Vir peruersus immittit litem: & susurro separat principes.*
Vir iniquus palpat amicos: & abducit eos per vias non bonas.	29	*Vir iniquus seducit proximum suum, & ambulare facit eum per viam non bonam:.*
Qui autem obfirmat oculos suos; cogitat peruersa: & statuit labiis suis omnia mala: hic fornax est mali.	30	*Claudens oculos suos ad excogitandum peruersitates, mouet labia sua, perficit malum.*
Corona gloriationis senectus: & in viis iustitiæ inuenitur.	31	*Corona gloriæ est canities: in via iustitiæ inuenietur.*
Melior vir longanimis, forti: & qui continet iracundiam, melior est, quàm qui vrbem capit.	32	*Melior est tardus ad iram, quam fortis: & qui dominatur spiritui suo, quam is qui capit vrbem.*
In sinus veniunt omnia iniustis: à Domino autem omnia iusta.	33	*In sinum proijcitur sors, & à Iehoua est omne iudicium eius.*
CAP XVII.		***CAP. XVII.***
MElior buccella cum voluptate in pace, quàm domus multorum bonorum, & iniustarum victimarum cum iurgio,	1	*MElior est buccella sicca, & pax in ea, quam domus plena victimis iurgij.*
Seruus intelligens reget dominos stultos: in fratribus autem diuidet partes.	2	*Seruus intelligens dominabitur filio pudore afficienti patrem suum, & inter fratres diuidet hæreditatem.*
Sicut probatur in camino argentum, & aurum; ita electa corda apud Dominum.	3	*Est conflatorium argento, & caminus auro, at probat corda Iehouah.*
Malus obedit linguæ iniquorum: iustus autem non intendit labiis mendacibus.	4	*Malus attendit labio iniquo: mendax auscultat linguæ prauæ.*
Qui irridet inopem, irritat eum qui fecit illum: qui autem lætatur pereunte; non erit innocens; ille autem, cuius viscera commouetur, misericordiam consequetur.	5	*Qui subsannat pauperem, probris afficit factorem eius: qui lætatur in contritione alterius, non erit impunitus.*
Corona senum filij filiorum; gloriatio autem filiorum patres eorum. Eius, qui fidelis est, totus mundus diuitiarum: illius autem, qui infidelis est, neque obolus.	6	*Corona senum, filij filiorum: & gloria filiorum patres eorum.*
Non congruent imprudenti labia fidelia, neque iusto labia mendacia.	7	*Non est decorum stulto labium excellens: quanto magis principi non est decorum labium mendax?*
Merces gratiarum, disciplina iis, qui vtuntur; quocumque se verterit; prosperabitur.	8	*Vt lapis pretiosus est munus in oculis domini sui: ad omnem locum ad quem se vertit munus illud, prosperabitur.*
Qui celat iniuste facta; quærit amicitiam: qui autem odit celare; diuidit amicos, & domesticos.	9	*Qui tegit præuaricationem cuiuspiam, quærit eius amicitiam: qui vero iterat rem, separat principem.*
Conterunt minæ cor prudentis: imprudens autem flagellatus non sentit.	10	*Descendit increpatio in intelligentem, magis quam si percutias stultum centies.*
Contradictiones suscitat omnis malus: Dominus autem angelum immisericordem emittet ei.	11	*Profecto rebellis quærit malum, & nuntius crudelis mittetur contra eum.*
Incidet sollicitudo viro intelligenti: imprudentes autem excogitabunt mala.	12	*Occurrere vrsæ orbatæ satius est viro, quam stulto in stultitia sua.*
Qui reddit mala pro bonis; non mouebuntur mala è domo eius.	13	*Reddens malum pro bono, non recedet malum de domo eius.*
Potestatem dat sermonibus principium iustitiæ: præcedit autem egestatem contentio, & iurgium.	14	*Velut is qui aperit viam aquis, est principium contentionis: antequam igitur misceatur, litem dimitte.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

15 [* Isa.5. 23.] * Qui iustificat impium, & qui condemnat iu-
stum abominabilis est vterque apud Deum.
16 Quid prodest stulto habere diuitias, cum sapien-
tiam emere non possit?
Qui altam facit domum suam, quærit ruinam:
& qui euitat discere, incidet in mala.
17 Omni tempore diligit qui amicus est; & frater
in angustiis comprobatur.
18 Stultus homo plaudet manibus cum spoponde-
rit pro amico suo.
19 Qui meditatur discordias: diligit rixas: & qui
exaltat ostium, quærit ruinam.
20 Qui peruersi cordis est, non inueniet bonum: &
qui vertit linguam, incidet in malum.
21 Natus est stultus in ignominiam suam: sed nec
pater in fatuo lætabitur.
22 [* Sup.15. 13.] Animus gaudens ætatem floridam facit: spiritus
tristis exiccat ossa,
23 Munera de sinu impius accipit, vt peruertat se-
mitas iudicij.
24 [Eccle.2. 14.& 8.1.] * In facie prudentis lucet sapientia: oculi stulto-
rum in finibus terræ.
25 Ira patris, filius stultus: & dolor matris quæ ge-
nuit eum.
26 Non est bonum, damnum inferre iusto: nec per-
cutere principem, qui recta iudicat.
27 [* Iac.1. 19.] * Qui moderatur sermones suos, doctus & pru-
dens est: & pretiosi spiritus vir eruditus.
28 Stultus quoque si tacuerit, sapiens reputabitur:
& si compresserit labia sua, intelligens.

CAP. XVIII.

1 OCcasiones quærit qui vult recedere ab amico:
omni tempore erit exprobrabilis.
2 Non recipit stultus verba prudentiæ: nisi ea di-
xeris quæ versantur in corde eius.
3 Impius, cum in profundum venerit peccatorum,
contemnit: sed sequitur eum ignominia & oppro-
brium.
4 Aqua profunda verba ex ore viri: & torrens re-
dundans fons sapientiæ.
5 Accipere personam impij non est bonum, vt de-
clines à veritate iudicij.
6 Labia stulti miscent se rixis: & os eius iurgia
prouocat.
7 Os stulti contritio eius: & labia ipsius, ruina
animæ eius,
8 Verba bilinguis, quasi simplicia: & ipsa perue-
niunt vsque ad interiora ventris.
Pigrum deiicit timor: animæ autem effæmina-
torum esurient.
9 Qui mollis & dissolutus est in opere suo, frater
est sua opera dissipantis.
10 Turris fortissima, nomen Domini: ad ipsum
currit iustus, & exaltabitur.
11 Substantia diuitis vrbs roboris eius, & quasi mu-
rus validus circumdans eum.
12 Antequam conteratur, exaltatur cor hominis: &
antequam glorificetur, humiliatur.
13 [* Eccli. 11.8.] * Qui prius respondet quàm audiat, stultum se
esse demonstrat, & confusione dignum.
14 Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam: spi-
ritum vero ad irascendum facilem, quis poterit
sustinere?
15 Cor prudens possidebit scientiam: & auris sa-
pientium quærit doctrinam.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

15 *Iustificans impium, & impium faciens iustum, abomi-*
natio Domini sunt etiam ambo.
16 *Vt quid est precium in manu stulti, vt emat sapientiam,*
& cor non est ei?
17 *Omni tempore diligit amicus: & frater propter angu-*
stiam nascitur remouendam.
18 *Homo deficiens corde percutit manum, spondens sponsio-*
nem coram amico suo.
19 *Diligit præuaricationem, qui diligit litem: qui eleuat*
ostium suum, quærit contritionem.
20 *Peruersus corde non inueniet bonum: & qui verterit se*
lingua sua, cadet in malum.
21 *Qui generat stultum ad tristitiam suam* generauit il-
lum: *& non lætabitur pater stulti.*
22 *Cor lætum benefaciet vt medicina: & spiritus tristis*
exiccabit ossa.
23 *Munus è sinu impius capiet ad peruertendum semitas*
iudicij.
24 *Coram intelligente erit sapientia: & oculi stulti erunt*
in extremo terræ.
25 *Ira est patri filius stultus: & amaritudo genitrici eius.*
26 *Etiam condemnare iustum non est bonum, percutere*
principes propter rectitudinem non est bonum.
27 *Prohibet eloquia sua qui scit scientiam: preciosus spiritu*
est vir intelligentiæ.
28 *Etiam stultus cum tacuerit sapiens reputabitur: qui*
claudit labia sua intelligens reputabitur.

CAP. XVIII.

1 *SEcundum desiderium suum quæret sapientiam qui se ab*
alijs diuidit: in omni sapientia miscebit se.
2 *Non volet stultus intelligentiam: nisi vt manifestetur*
cor eius.
3 *Quando venit impius, venit etiam contemptus: & cum*
viro ignominioso venit opprobrium.
4 *Vt aqua profunda sunt verba oris viri: vt torrens redun-*
dans est vena sapientiæ.
5 *Accipere personam impij non est bonum: nec declinare*
facere iustum in iudicio.
6 *Verba stulti venient cum lite: & os eius ad percussiones*
vocabit.
7 *Os stulti erit contritio sibi: & labia eius laqueus animæ*
suæ.
8 *Verba susurratoris sunt vt vulnera: & ipsa descendunt*
ad interiora ventris.
9 *Etiam qui remissus est in opere suo: frater est viro dissi-*
panti quidpiam.
10 *Vt turris fortis est nomen Domini: ad ipsam curret iu-*
stus, & exaltabitur.
11 *Opes diuitis sunt vt vrbs fortitudinis eius, & sicut*
murus eleuatus in imaginatione eius.
12 *Ante contritionem eleuabitur cor viri, & ante gloriam*
erit humilitas.
13 *Respondens verbum antequam audiat, stultitia est ei,*
& pudor.
14 *Spiritus viri sufferet infirmitatem eius, spiritum autem*
percussum quis feret?
15 *Cor intelligens acquiret scientiam, & auris sapientum*
quæret scientiam.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

15 Qui iustum iudicat eum, qui iniustus, iniustum
autem eum, qui iustus; immundus, & abominabilis apud Deum.
16 Vt quid sunt diuitiæ imprudenti? acquirere
enim sapientiam excors non poterit. Qui excelsam
facit suam domum; quærit contritionem: qui autem tortuose accedit ad discedum, incidet in mala.
17 In omne tempus amicus sit tibi: fratres autem
in necessitatibus vtiles sint; huius enim rei gratia
nascuntur.
18 Vir imprudens plaudit, & congaudet sibi, cum
etiam spondens spoponderit suos ipsius amicos.
19 Amans peccata gaudet rixis: & durus corde non
occurrit bonis.
20 Vir facile mutabilis lingua, incidet in mala: cor
autem imprudentis, dolor possidenti illud.
21 Non lætatur pater super filio indisciplinato; filius autem prudens lætificat matrem suam.
22 Cor lætum facit bene habere: viri autem tristis
siccantur ossa.
23 Accipientis munera iniuste in finibus non prosperantur viæ: impius autem declinat vias iustitiæ.
24 Vultus intelligens viri sapientis: oculi autem
imprudentis ad extrema terræ.
25 Ira patri filius imprudens: & dolor ei, quæ peperit ipsum.
26 Damnum inferre viro iusto non bonum: neque
fas insidiari principibus iustis.
27 Qui parcit verbum promere durum; bene sentiens: longanimis autem vir imprudens.
28 Dementi interroganti sapientiam sapientia reputabitur: mutum autem quis se faciens, videbitur
prudens esse.

CAP. XVIII.

1 OCcasiones quęrit vir, qui vult recedere ab amicis: in omni autem tempore erit exprobrabilis.
2 Non opus habet sapientia is, qui indiget corde:
magis enim ducitur insipientia.
3 Cum venerit impius in profundum malorum;
contemnit: superuenit autem ei inhonoratio, &
opprobrium.
4 Aqua profunda, sermo in corde viri: flumen
autem scaturit, & fons vitæ.
5 Mirari personam impij non bonum: neque sanctum declinare iustum in iudicio.
6 Labia stulti ducunt eum in mala: & os eius audax mortem inuocat.
7 Os imprudentis, contritio ei: labia autem eius
laqueus animæ eius.
8 Pigros deiicit timor: animæ autem effœminatorum esurient.
9 Qui non medetur sibi in operibus suis; frater est
perdentis seipsum.
10 Ex magnificentia fortitudinis, nomen domini:
ei autem accurrentes iusti exaltantur.
11 Substantia diuitis viri, vrbs munita: gloria autem eius magnopere obumbrat.
12 Ante contritionem exaltatur cor viri: & ante
gloriam humiliatur.
13 Qui respondet verbum, priusquam audiat; imprudentia ei est, & opprobrium.
14 Furorem viri mitigat seruus prudens: pusillanimem autem virum quis sustinebit?
15 Cor prudentis possidet sensum: aures autem sapientum quærunt cogitationem.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

15 *Iustificans impium, & qui iustum facit impium, abominatio Iehouæ sunt etiam ambo ipsi.*
16 *Vtquid est pretium in manu stulti, vt emat sapientiam, & cor non est ei?*
17 *Omni tempore diligit amicus, & frater ad angustiam nascetur.*
18 *Homo deficiens corde percutit manum, spondens sponsionem coram amico suo.*
19 *Diligit prauaricationem, qui diligit litem: qui eleuat ostium suum, quærit contritionem.*
20 *Peruersus corde non inuenit bonum: & qui vertitur in lingua sua, cadet in malum.*
21 *Qui generat stultum, ad tristitiam suam gignit: nec lætabitur pater stulti.*
22 *Cor lætum, benefacit vt medicina: & spiritus tristis exiccat ossa.*
23 *Munus è sinu impius accipit, ad peruertendum semitas iudicij.*
24 *In conspectu intelligentis apparet sapientia: & oculi stulti sunt in extremo terræ.*
25 *Ira est patri suo filius stultus, & amaritudo genitrici suæ.*
26 *Etiam condemnare iustum non est bonum: percutere principes propter rectitudinem.*
27 *Cohibet eloquia sua qui scit scientiam: pretiosus spiritu est vir intelligens.*
28 *Etiam stultus quum tacet, sapiens reputatur: & qui obturat labia sua, intelligens.*

CAP. XVIII.

1 *OB desiderium eius quæret separatus, in omni sapientia miscebit se.*
2 *At non complacebit sibi stultus in intelligentia, nisi quum manifestabitur cor eius.*
3 *Quando venit ad nos impius, venit etiam contemptus: & cum viro ignominioso opprobrium.*
4 *Vt aqua profundæ sunt verba oris viri: vt torrens redundans est vena sapientiæ.*
5 *Accipere personam impij non est bonum, vt declinare faciant iustum in iudicio.*
6 *Labia stulti veniunt cum lite: & os eius ad percussiones vocabit.*
7 *Os stulti erit contritio sibi: & labia ipsius laqueus animæ suæ.*
8 *Verba susurronis sunt velut blanda, sed ipsa descendunt ad interiora ventris.*
9 *Etiam qui remissus est in opere suo, frater est domino dissipanti.*
10 *Vt turris fortis est nomen Iehouæ: ad ipsum curret iustus, & exaltabitur.*
11 *Opes diuitis sunt vt vrbs fortitudinis suæ, & sicut murus eleuatus in imaginatione sua.*
12 *Ante attritionem eleuatur cor viri: & ante gloriam erit humilitas.*
13 *Respondens verbum antequam audiat, stultitia est ei & pudor.*
14 *Spiritus viri feret infirmitatem eius: spiritum autem percussum quis feret?*
15 *Cor intelligens acquirit scientiam: & auris sapientum quærit scientiam.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

16 Donum hominis dilatat viam eius, & ante principes spatium ei facit.

17 Iustus, prior est accusator sui: venit amicus eius, & inuestigabit eum.

18 Contradictiones comprimit sors, & inter potentes quoque diiudicat.

19 Frater, qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma: & iudicia quasi vectes vrbium.

20 De fructu oris viri replebitur venter eius; & genimina labiorum ipsius saturabunt eum.

21 Mors, & vita in manu linguæ: qui diligunt eam, comedent fructus eius.

22 Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum: & hauriet iucunditatem à Domino.

Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum: qui autem tenet adulteram, stultus est & impius.

23 Cum obsecrationibus loquetur pauper: & diues effabitur rigide.

24 Vir amabilis ad societatem, magis amicus erit, quàm frater.

CAP. XIX.

1 MElior est pauper, qui ambulat in simplicitate sua, quàm diues torquens labia sua, & insipiens.

2 Vbi non est scientia animæ, non est bonum: & qui festinus est pedibus, offendet.

3 Stultitia hominis supplantat gressus eius: & contra Deum feruet animo suo.

4 Diuitiæ addunt amicos plurimos: à paupere autem & hi, quos habuit, separantur.

5 * Testis falsus non erit impunitus: & qui mendacia loquitur, non effugiet.

* Dan. 13. 61.

6 Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis.

7 Fratres hominis pauperis oderunt eum: insuper & amici procul recesserunt ab eo.

8 Qui tantum verba sectatur, nihil habebit: * qui autem possessor est mentis, diligit animam suam, & custos prudentiæ inueniet bona.

9 Falsus testis non erit impunitus: & qui loquitur mendacia, peribit.

10 Non decent stultum delitiæ: nec seruum dominari principibus.

11 Doctrina viri per patientiam noscitur: & gloria eius est iniqua prætergredi.

12 Sicut fremitus leonis, ita & regis ira: & sicut ros super herbam, ita & hilaritas eius.

13 Dolor patris, filius stultus: & tecta iugiter perstillantia, litigiosa mulier.

14 Domus, & diuitiæ dantur à parentibus: à Domino autem propriè vxor prudens.

15 Pigredo immittit soporem, & anima dissoluta esuriet.

16 Qui custodit mandatum, custodit animam suam: qui autem negligit viam suam, mortificabitur.

17 Fœneratur Domino qui miseretur pauperis: & vicissitudinem suam reddet ei.

18 Erudi filium tuum, ne desperes: ad interfectionem autem eius ne ponas animam tuam.

19 Qui impatiens est, sustinebit damnum: & cum rapuerit, aliud apponet.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

16 *Donum hominis dilatare faciet ei locum, & ante magnates ducet eum.*

17 *Iustus primus est in causa sua, veniet amicus eius, & inuestigabit eum.*

18 *Lites cessare faciet sors, & inter lites fortes diuidet.*

19 *Frater durior est ciuitate forti, & lites sunt sicut vectis palatij.*

20 *De fructu oris viri saturabitur venter eius, fructu labiorum suorum saturabitur.*

21 *Mors, & vita in manu lingua, & qui diligit eam comedet fructum eius.*

22 *Qui inuenit vxorem bonam, inuenit bonum, & educet beneuolentiam à Domino.*

23 *Cum deprecationibus loquetur pauper, diues autem respondebit dura verba.*

24 *Vir diligit amicos, vt sit amicus, & est amicus magis coniunctus quam frater.*

CAP. XIX.

1 *MElior est pauper qui ambulat in perfectione sua, quam peruersus propter labia sua qui est stultus.*

2 *Etiam absq; scientia anima non est bonum, & festinus pedibus peccat.*

3 *Stultitia hominis peruertet viam eius, & contra Dominum irascetur cor eius.*

4 *Opes addent amicos multos, & pauper ab amico suo separabitur.*

5 *Testis mendax non erit impunis, & qui loquitur mendacia, non euadet.*

6 *Multi precabuntur faciem liberalis, & quiuis est amicus viro dona tribuenti.*

7 *Omnes fratres pauperis oderunt eum, quanto magis amici eius elongauerunt se ab eo.*

8 *Qui sequitur eloquia quæ non probant ipsi: * possidens cor diligit animam suam, custodit intelligentiam ad inueniendum bonum.*

9 *Testis mendax non erit impunis: & qui loquitur mendacia, peribit.*

10 *Non est decora stulto delectatio: quanto magis non est decorum seruum dominari principibus?*

11 *Intellectus hominis est prolongare furorem suum: & gloria eius est pertransire præuaricationem.*

12 *Rugitus veluti catuli leonis est ira regis: & sicut ros super herbam beneuolentia eius.*

13 *Contritio est patri suo filius stultus: & sicut stillatio continuans, sunt contentiones mulieris.*

14 *Domus, & diuitiæ hæreditas patrum est: & à Domino est mulier intelligens.*

15 *Pigredo cadere faciet soporem, & anima remissa famescet.*

16 *Qui custodit mandatum, custodit animam suam: qui contemnit viam suam, morietur.*

17 *Mutuat Domino qui largitur pauperi: & retributionem eius reddet ei.*

18 *Castiga filium tuum, quia est spes: ad interficiendum eum, ne eleues animam tuam.*

19 *Magnus ira sustinet pœnam, quia si erueris eum: adhuc addes castigare eum.*

Audi

Audi

Transl. ex Septuag.

Donum hominis dilatat eum: & apud principes sedere facit eum.

Iustus sui est accusator in principio sermonis: cum vero adiecerit aduersarius, arguitur.

Contradictiones sedat taciturnus; & in potentatibus definit.

Frater à fratre adiutus, tanquam vrbs munita, & excelsa: inualescit autem, tanquam fundatum regnum.

De fructibus oris vir implet ventrem suum, & de fructibus labiorum suorum implebitur.

Mors, & vita in manu linguæ: qui autem continent eam; comedent fructus eius.

Qui inuenit mulierem bonam; inuenit gratias, & accepit à Deo hilaritatem. Qui eiicit mulierem bonam; eiicit bona: qui autem tenet adulteram; stultus & impius. Imprudentia viri vastat vias eius: Deum autem accusat corde suo.

23 Preces loquitur pauper: diues autem loquitur dura. 24. Vir amicorum ad amicitiam, & est amicus adhærens super fratrem. Hæc quæ respondent nu. 23 & 24. nostræ vulgatæ in hoc cap. & nu. 1. 2. & 3. cap. seq. nos hic posuimus quia habentur in exemplaribus, & ponuntur ab autore nostræ translat. in annotationibus variarum lectionum licet desint à contextu Septuag. Romano. 1. Melior est inops ambulans in simplicitate sua, quam peruersus labiis suis & ipse insipiens. 2. etiam sine scientia anima non est bona & qui festinat pedibus peccat. Quæ hic ponuntur num. 3. vulgatæ respondeamus in transl. ex Sept. Rom. habentur in fine superioris capituli post nu. 22.

CAP. XIX.

IMprudentia nisi vastat vias eius Deum autem accusat corde suo.

Diuitiæ addunt amicos multos: inops autem & ab amico, qui erat, deseritur.

Testis falsus non impunitus erit: & qui accusat inique; non effugiet.

Multi colunt facies regum: omnis autem malus fit opprobrium viro.

Omnis qui fratrem inopem odit; etiam ab amicitia longe erit. Cogitatio bona scientibus eam appropinquabit: & vir prudens inueniet eam. Multa malefaciens, perficit malitiam: * qui autem contendit verbis; non saluabitur.

Qui possidet prudentiam; diligit seipsum; qui autem custodit prudentiam, inueniet bona.

Testis falsus non impunitus erit: qui autem accenderit malum: peribit ab eo.

Non conferunt imprudenti deliciæ, & si famulus incipiat cum contumelia dominari.

Misericors vir, longanimis est; gloriatio autem eius superuenit iniquus.

Regis comminatio similis fremitui leonis: tanquam autem ros super herbam, sic hilaritas eius.

Confusio patri filius imprudens; non pura vota de mercede meretricis.

Domum, & substantiam diuidunt patres pueris; à Domino autem aptatur mulier viro.

Pauor detinet effœminatum: anima autem ociosi esuriet.

Qui custodit mandatum; seruat suam animam: qui autem negligit suas vias; peribit.

Fænerat Deo qui miseretur pauperis: secundum datum autem eius retribuet ei.

Erudi filium tuum: sic enim erit bonæ spei: ad contumeliam autem, ne eleueris animo tuo.

Male cogitans vir multa damna patietur si autem corruperit: & animam suam addet.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

16 *Donum hominis dilatare facit ei locum, & ante magnates deducit eum.*

17 *Iustus, prior est in causa sua: venit amicus socius eius, & inuestigat eum.*

18 *Lites cessare facit sors: & inter fortes diuidet.*

19 *Frater læsus durior est ciuitate forti: & lites fratrum sunt velut vectis palatij.*

20 *De fructu oris viri satiatur venter ipsius: prouentu labiorum suorum saturabitur.*

21 *Mors & vita in manu linguæ: & qui diligit eam, comedet fructum eius.*

22 *Qui inuenit mulierem, inuenit bonum, & hausit beneuolentiam à Iehoua.*

23 *Deprecationes loquitur pauper: diues autem respondet dura verba.*

24 *Vir amicorum par est vt præstet se amicum, quum sit amicus magis coniunctus quam frater.*

CAP. XIX.

1 *MElior est pauper qui ambulat in integritate sua, quam peruersus labijs suis, & est stultus.*

2 *Etiam absque scientia, desiderium non est bonum: & festinus pedibus, peccat.*

3 *Stultitia hominis peruertet viam eius: & contra Iehouam indignatur cor eius.*

4 *Opes adiungunt amicos multos: at pauper ab amico suo separatur.*

5 *Testis mendax non erit impunitus: & qui loquitur mendacia, non euadet.*

6 *Multi precantur faciem principis: & omnis amicus est viro dona tribuenti.*

7 *Omnes fratres pauperis oderunt eum: quanto magis amici illius elongabunt se ab eo? persequitur verba, & non sunt.*

8 *Possidens cor, diligit animam suam, & custodit intelligentiam vt inueniat bonum.*

9 *Testis mendax non erit impunitus: & qui loquitur mendacia, peribit.*

10 *Non est decora stulto delectatio: quanto minus decet seruum dominari principibus?*

11 *Intelligentia hominis retardat furorem ipsius: & gloria eius est præterire præuaricationem.*

12 *Veluti rugitus catuli leonis est ira Regis: & sicut ros super herbam beneuolentia eius.*

13 *Contritiones patri suo est filius stultus: & sicut stillatio continua, sunt contentiones mulieris.*

14 *Domus & diuitiæ hereditas patrum est: à Iehoua autem accipitur mulier intelligens.*

15 *Pigredo cadere facit soporem: & anima remissa esuriet.*

16 *Qui custodit mandatum, custodit animam suam: sed qui contemnit vias suas morietur.*

17 *Mutuat Iehoua qui largitur pauperi, & retributionem suam reddet ei.*

18 *Castiga filium tuum, quum est adhuc spes: & ad interficiendum eum ne eleues animam tuam.*

19 *Magnus ira sustinet pœnam: quia si erueris eum, adhuc tamen addes castigare eum.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

20 Audi consilium, & suscipe disciplinam, vt sis sa-
piens in nouissimis tuis.
21 Multæ cogitationes in corde viri: voluntas autem
Domini permanebit.
22 Homo indigens misericors est: & melior est pau-
per quàm vir mendax.
23 Timor Domini ad vitam: & in plenitudine com-
morabitur, absque visitatione pessima.
24 Abscondit piger manum suam sub ascella, nec
ad os suum applicat eam.
25 ★ Pestilente flagellato stultus sapientior erit: si autem corripueris sapientem, intelliget disci-
plinam.
26 Qui affligit patrem, & fugat matrem, ignomi-
niosus est & infelix.
27 Non cesses fili audire doctrinam, nec ignores ser-
mones scientiæ.
28 Testis iniquus deridet iudicium: & os impiorum
deuorat iniquitatem.
29 Parata sunt derisoribus iudicia: & mallei percu-
tientes stultorum corporibus.

* Infr. 21. 11.

CAP. XX.

1 LVxuriosa res, vinum, & tumultuosa ebrietas:
quicumque his delectatur, non erit sapiens.
2 Sicut rugitus leonis, ita & terror regis: qui pro-
uocat eum, peccat in animam suam.
3 Honor est homini, qui separat se à contentioni-
bus: omnes autem stulti miscentur contumeliis.
4 Propter frigus piger arare noluit: mendicabit
ergo æstate, & non dabitur illi.
5 Sicut aqua profunda, sic consilium in corde vi-
ri: sed homo sapiens exhauriet illud.
6 Multi homines misericordes vocantur: virum
autem fidelem quis inueniet?
7 Iustus, qui ambulat in simplicitate sua, beatos
post se filios derelinquet.
8 Rex, qui sedet in solio iudicij, dissipat omne ma-
lum intuitu suo.
9 ★ Quis potest dicere: Mundum est cor meum,
purus sum à peccato?
10 Pondus & pondus, mensura & mensura: vtrum-
que abominabile est apud Deum.
11 Ex studiis suis intelligitur puer, si munda & re-
cta sint opera eius.
12 Aurem audientem, & oculum videntem, Do-
minus fecit vtrumque.
13 Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat:
aperi oculos tuos, & saturare panibus.
14 Malum est, malum est, dicit omnis emptor: &
cum recesserit, tunc gloriabitur.
15 Est aurum, & multitudo gemmarum: & vas pre-
tiosum labia scientiæ.
16 ★ Tolle vestimentum eius, qui fideiussor extitit
alieni, & pro extraneis aufer pignus ab eo.
17 Suauis est homini panis mendacij: & postea im-
plebitur os eius calculo.
18 Cogitationes consiliis roborantur: & gubernacu-
lis tractanda sunt bella.
19 Ei, qui reuelat mysteria, & ambulat fraudulen-
ter, & dilatat labia sua, ne commiscearis.
20 ★ Qui maledicit patri suo, & matri, extinguetur
lucerna eius in mediis tenebris.

* 1. Ioan. 1. 8. 3 Reg. 8. 46. 2. Par. 6. 36.
* Inf. 27. 13.
* Ex. 21. 17. Leu. 20. 9. Mat. 15. 4.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

20 *Audi consilium, & suscipe correctionem, vt sis sapiens in*
nouissimo tuo.
21 *Multæ cogitationes sunt in corde viri: consilium autem*
Domini permanebit.
22 *Desiderium hominis misericordia eius: & melior est*
pauper, quam vir mendax.
23 *Timor Domini ad vitam: & saturus commorabitur, non*
visitabitur malo.
24 *Abscondit piger manum suam in sinu, etiam ad os suum*
non reducet eam.
25 *Derisorem si percusseris, simplex efficietur astutus: & si*
increpauerit quispiam intelligentem: intelliget scientiam.
26 *Qui destruit paterna bona, fugabit matrem, filius pu-*
dore afficiens, & erubescere faciens.
27 *Cessa fili mi audire eruditionem, quæ adducit te vt erres*
ab eloquijs scientiæ.
28 *Testis impius, deridebit iudicium: & os impiorum ab-*
scondet iniquitatem.
29 *Parata sunt delusoribus iudicia: & percussiones corpori*
stultorum.

CAP. XX.

1 *DErisorem efficit vinum, tumultuantem efficit sechar,*
& omnis qui oblectatur in eo, non erit sapiens.
2 *Rugitus tanquam leunculi est terror regis: qui irascitur*
cum eo peccat contra animam suam.
3 *Gloria est viro quiescere à lite: & omnis stultus miscebit*
se.
4 *Propter hyemem piger non arabit: mendicabit æstate, &*
non erit qui det ei.
5 *Vt aqua profunda est consilium in corde viri: & homo*
intelligens hauriet illud.
6 *Magni hominis prædicabit vnusquisque misericordiam:*
virum autem veracem quis inueniet?
7 *Ambulantis in perfectione sua iusti, beati erunt filij post*
eum.
8 *Rex qui sedet super solium iudicij, dispergit oculis suis*
omne malum.
9 *Quis potest dicere: Mundaui cor meum, mundus sum à*
peccato meo?
10 *Duplex pondus, & duplex mensura abominatio Domini*
sunt etiam ambo.
11 *Etiam in operibus suis cognoscetur puer, vtrum mun-*
dum, & vtrum rectum sit opus eius.
12 *Aurem audientem, & oculum videntem, Dominus fe-*
cit etiam vtrumque.
13 *Ne diligas somnum, ne forte efficiaris pauper, aperi ocu-*
los tuos, satura te ipsum pane.
14 *Malum est malum est dicet emptor: & vadens tunc ia-*
ctabit sese.
15 *Est aurum: & multitudo margaritarum: & vt vas*
pretiosum sunt labia scientiæ.
16 *Tolle vestimentum eius quia fideiussit pro extraneo, &*
pro extraneis in pignus tolle illud.
17 *Suauis est viro panis mendax: & postea implebitur os*
eius calculo.
18 *Cogitationes in consilio firmantur: & consilijs fac bel-*
lum.
19 *Qui reuelat secretum, incedit fraudulenter, & dilatan-*
ti labia sua non miscearis te.
20 *Maledicentis patrem suum, & matrem suam, extingue-*
tur lucerna in obscuritate tenebrarum.

Transl. ex Septuag.

20 Audi fili disciplinam patris tui; vt sapiens sis in nouissimis tuis.

21 Multæ cogitationes in corde viri: consilium autem Domini in sæculum manet.

22 Fructus viro misericordia: melior autem pauper iustus, quam mendax diues.

23 Timor Domini ad vitam viro: carens autē timore, morabitur in locis, vbi nō cōsideratur scientia.

24 Qui abscondit in sinum suum manus iniuste; neque ori quidem admouebit eas.

25 Pestilente flagellato stultus astutior fit: si autem corripueris virum prudentem; cogitabit sensum.

26 Qui inhonorat patrem, & expellit matrem suam; confundetur, & exprobrabilis erit.

27 Filius omittens custodire disciplinam patris, meditabitur eloquia mala.

28 Qui spondet puerum imprudentem, & contumelia afficiet iustificationem. Os autem impiorum deuorabit iudicia.

29 Parantur intemperantibus flagella, & supplicia similiter imprudentibus.

CAP. XX.

1 PRodigium est vinum, & contumeliosa ebrietas: omnis autem imprudens talibus complicatur.

2 Non differt comminatio regis à furore leonis: qui autem irritat eum, peccat in suam ipsius animam.

3 Gloria viro auersari contumeliam: omnis autem imprudens talibus complicatur.

4 Exprobratus piger non confunditur: similiter & qui fœnore accipit frumentum in messe.

5 Aqua profunda consilium in corde viri: vir autem prudens exhauriet illud.

6 Magnum homo, & preciosum vir misericors: hominem autem fidelem opus est inuenire.

7 Qui conuersatur sine vituperatione in iustitia, beatos filios suos relinquet.

8 Cum rex iustus sederit super thronum; non aduersatur in oculis eius omne malum.

9 Quis gloriatur castum se habere cor? aut quis gloriabitur mundum se esse à peccatis?

10 Pondus magnum & pusillum & mensuræ duplices immunda sunt apud Dominum, & vtraque & qui facit ea.

11 In adinuentionibus suis compedietur adolescens: cum sancto, & recta via eius.

12 Auris audit, & oculus videt: Domini opera & vtraque.

13 Noli diligere detrahere: ne extollaris: Aperi oculos tuos, & implere panibus.

14 *Malum malum dicet qui emit, & cum recesserit tunc gloriabitur.*

15 *Est aurum, & multitudo pretiosissimorum & vas preciosum labia scientiæ.*

16 *Tolle vestimentum eius qui fidei iussor extitit alieni & pro extranea oppignorauit se.*

17 *Suauis est homini panis mendax, & postea implebitur os eius calculo.*

18 *Cogitationes in consilio roborabuntur & in rationibus gubernandi fac bellum.*

19 *Reuelans mysterium ambulat fraudulenter, & seducenti labiis suis ne commisceatis.* *

20 Maledicentis patrem, aut matrem extinguetur fax: pupillæ autem oculorum eius videbunt tenebras.

Quæ hic ponuntur [illegible] 14. & 15. [illegible] vulgatæ sequamur in hac Translat. ex Sept. Rom. habentur loco notato asterisco post num. 22. Hæc quæ respondent illis [illegible] vulgatæ & diuerso charactere notata sunt de sumta ex [illegible] Translat. ex Sept. Romana: [illegible]

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

20 *Audi consilium, & suscipe correctionem [illegible] sapiens in nouissimo tuo.*

21 *Multæ cogitationes sunt in corde viri: consilium autem Iehouæ permanet.*

22 *Desiderium hominis misericordia eius: & præstantior est pauper quam vir mendax.*

23 *Timor Iehouæ ad vitam, & satur commorabitur: non visitabitur malo.*

24 *Abscondit piger manum suam in [illegible] ad os suum non adducet eam.*

25 *Derisorem si percusseris, [illegible] & si increpauerit quispiam intelligentem, intelliget scientiam.*

26 *Destruit patrem, fugat matrem, filius pudore & probris afficiens parentes.*

27 *Cessa fili mi audire institutionem quæ est vt aberres ab eloquiis scientiæ.*

28 *Testis impius deridet iudicium, & os impiorum tegit iniquitatem.*

29 *Parata sunt derisoribus iudicia, & contritiones corpori stultorum.*

CAP. XX.

1 *DErisorem efficit vinum, tumultuantem efficit sicera: & omnis qui se oblectat in ea, non erit sapiens.*

2 *Rugitus tanquam leunculi est terror Regis: qui irascitur illi, peccat contra animam suam.*

3 *Gloria est viro quiescere à lite: & omnis stultus admiscet se liti.*

4 *Propter hyemem piger non arabit, idcirco mendicabit æstate, & non erit pani.*

5 *Vt aqua profunda est consilium in corde viri: & homo intelligens hauriet illud.*

6 *Multitudo hominum prædicat vnusquisq. misericordiam: virum autem veracem quis inueniet?*

7 *Ambulantis in perfectione sua iusti, beati erunt filij eius post eum.*

8 *Rex qui sedet super solium iudicij, dispergit oculis suis omne malum.*

9 *Quis potest dicere, Mundaui cor meum, mundatus sum à peccato meo?*

10 *Duplex pondus & duplex mensura, abominatio Iehouæ sunt etiam ambo ipsa.*

11 *Etiam operibus suis cognoscitur puer, an mundum & an rectum sit opus eius.*

12 *Aurem audientem, & oculum videntem, Iehouah fecit etiam ambo ista.*

13 *Ne diligas somnum, ne forte efficiaris pauper, aperi oculos tuos, satura teipsum pane.*

14 *Malum est, malum est, dicit emptor: & discedens tunc iactabit sese.*

15 *Est aurum, & multitudo gemmarum: at vt vas pretiosum sunt labia scientiæ.*

16 *Tolle vestimentum eius, qui fideiussit pro extraneo: & quia pro extranea fideiussit, pignus ab eo accipe.*

17 *Suauis est viro panis mendax: & postea implebitur os eius arena.*

18 *Cogitationes consilio firmantur: & consilijs fac bellum.*

19 *Qui reuelat secretum, incedit fraudulenter: & cum eo qui allicit labijs suis, ne misceas te.*

20 *Maledicentis patri suo & matri suæ extinguetur lucerna in obscuritate tenebrarum.*

Vulgat. Editio.

21 Hæreditas, ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit.

22 * Ne dicas: Reddam malum: expecta Dominum, & liberabit te.

Rom. 12. 17. 1 Pet. 3. 9. 1 Thess. 5. 15.

23 Abominatio est apud Dominum pondus & pondus: statera dolosa non est bona.

24 A Domino diriguntur gressus viri: quis autem hominum intelligere potest viam suam?

25 Ruina est homini deuorare sanctos, & post vota retractare.

26 Dissipat impios rex sapiens, & incuruat super eos fornicem.

27 Lucerna Domini spiraculum hominis, quæ inuestigat omnia secreta ventris.

28 Misericordia, & veritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius.

29 Exultatio iuuenum, fortitudo eorum: & dignitas senum canities.

30 Liuor vulneris absterget mala: & plagæ in secretioribus ventris.

CAP. XXI.

1 Sicut diuisiones aquarum, ita cor regis in manu Domini: quocumque voluerit, inclinabit illud.

2 Omnis via viri recta sibi videtur: appendit autem corda Dominus.

3 Facere misericordiam & iudicium, magis placet Domino, quàm victimæ.

4 Exaltatio oculorum est dilatatio cordis: lucerna impiorum peccatum.

5 Cogitationes robusti semper in abundantia: omnis autem piger semper in egestate est.

6 Qui congregat thesauros lingua mendacij, vanus & excors est, & impingetur ad laqueos mortis.

7 Rapinæ impiorum detrahent eos, quia noluerunt facere iudicium.

8 Peruersa via viri, aliena est: qui autem mundus est, rectum opus eius.

9 Melius est sedere in angulo domatis, quam cum muliere litigiosa, & in domo communi.

10 Anima impij desiderat malum, non miserebitur proximo suo.

11 Mulctato pestilente sapientior erit paruulus: & si sectetur sapientem, sumet scientiam.

12 Excogitat iustus de domo impij, vt detrahat impios à malo.

13 Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur.

14 Munus absconditum extinguit iras: & donum in sinu indignationem maximam.

15 Gaudium iusto est facere iudicium: & pauor operantibus iniquitatem.

16 Vir, qui errauerit à via doctrinæ, in cætu gigantum commorabitur.

17 Qui diligit epulas, in egestate erit: qui amat vinum, & pinguia, non ditabitur.

18 Pro iusto datur impius: & pro rectis iniquus.

19 * Melius est habitare in terra deserta, quam cum muliere rixosa & iracunda.

* Eccl. 25. 20. Infr. 25. 24.

20 Thesaurus desiderabilis, & oleum in habitaculo iusti: & imprudens homo dissipabit illud.

21 Qui sequitur iustitiam & misericordiam, inueniet vitam, iustitiam, & gloriam.

Ciuitatem

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

21 *Hæreditas festinanter acquisita in principio, in nouissimo eius, non erit benedicta.*

22 *Ne dicas reddam malum: expecta Dominum, & saluum faciet te.*

23 *Abominatio Domini est duplex pondo, & bilanx dolosa non est bona.*

24 *A Domino gressus viri diriguntur, homo autem quomodo intelliget viam suam?*

25 *Laqueus est homini deglutire sanctificatum, & post vota inquirere.*

26 *Dispergit impios rex sapiens, & redire faciet super eos rotam.*

27 *Lucerna Domini est animus hominis, qua inuestigat omnia interiora ventris.*

28 *Misericordia & veritas custodient regem, & fulcit misericordia solium suum.*

29 *Gloria iuuenum fortitudo eorum, & decor senum canicies.*

30 *Liuores vulneris sunt medicina in malo homine, & plagæ in interioribus ventris.*

CAP. XXI.

1 *Vt riuuli aquarum est cor regis in manu Domini, ad omne quod voluerit inclinauit illud.*

2 *Omnis via viri recta est in oculis eius, ponderat autem corda Dominus.*

3 *Facere iustitiam, & iudicium magis est electum Domino, quam sacrificium.*

4 *Exaltatio oculorum, & latitudo cordis, cogitatio impiorum peccatum sunt.*

5 *Cogitationes* viri *solliciti vere* tendunt *ad superabundantiam, & omnis qui est præceps tendit vere ad defectum.*

6 *Congregatio thesaurorum, lingua mendax est vt stipula propulsata, quærunt mortem, qui eos congregant.*

7 *Rapinam impiorum adducet Dominus super eos, quia renuerunt facere iudicium.*

8 *Peruersa est via viri impij, & alieni, mundi autem viri rectum est opus.*

9 *Melius est habitare in angulo tecti, quam cum muliere contentiosa, & in domo ampla.*

10 *Anima impij desiderauit malum, non erit gratus in oculis eius amicus eius.*

11 *Quum iudex mulctauerit derisorem sapiens efficietur simplex, & cum intellexerit* sapiens alterum *sapientem, accipiet scientiam.*

12 *Considerat iustus* finem *domus impij, & videt quod Dominus peruertit impios ad malum* ipsorum.

13 *Qui obturat aurem suam à clamore pauperis, etiam ipse clamabit, & non exaudietur.*

14 *Donum in abscondito datum reget furorem: & munus in sinu iram fortem teget.*

15 *Lætitia est iusto facere iudicium: & contritio erit operantibus iniquitatem.*

16 *Homo qui errat de via intellectus, in cœtu mortuorum requiescet.*

17 *Vir egenus erit qui diligit lætitiam, qui diligit vinum: & pinguia non ditabitur.*

18 *Pro redemptione iusti* dabitur *impius: & pro rectis præuaricator.*

19 *Melius est habitare in terra deserti, quam cum muliere contentiosa, & iracunda.*

20 *Thesaurus desiderabilis & pinguedo est in habitaculo sapientis: & stultus homo dissipabit illum.*

21 *Qui sequitur iustitiam, & misericordiam, inueniet vitam, iustitiam, & gloriam.*

Ciuitatem

Transl. ex Septuag.

Pars festinata in primis in nouissimis non benedicetur.

Ne dixeris: vlciscar inimicum: sed sustine Dominum, vt tibi auxilio sit.*

Abominatio Domino duplex pondus: & statera dolosa non bonum coram eo.

A Domino diriguntur gressus viro: mortalis autem quomodo cogitauerit vias suas?

Laqueus viro cito quid ex propriis sanctificare: postea enim, quàm vouerit, euenerit pœnitere.

Ventilator impiorum rex sapiens: & immittet illis rotam.

Lux Domini, spiraculum hominum, qui scrutatur secreta ventris.

Misericordia, & veritas, tutela regi, & circuibunt in iustitia sedem eius.

Ornatus adolescentibus sapientia: gloria autem seniorum canicies.

Liuores, & contritiones occurrunt malis: plagæ autem in secreta ventris.

CAP. XXI.

Sicut impetus aquæ; ita cor regis in manu Dei: quocunque voluerit innuere; illuc inclinauit illud.

Omnis vir videtur sibi iustus: dirigit autem corda Dominus.

Facere iusta, & veracem esse, placita apud Deum magis, quàm hostiarum sanguis.

Magnanimus sapiens, in contumelia audax corde: fax autem impiorum, peccatum.

5. Cogita[illegible] ad abundan[illegible] & omnis festinans [illegible] ad inopiam. Hæc quæ [illegible]

Qui operatur thesauros lingua mendaci; vana sectatur in laqueos mortis.

Perditio impiis hospitio suscipietur: non enim volunt agere iusta.

Ad peruersos peruersas vias mittit Deus: munda enim & recta opera eius.

Melius habitare super angulum sub diuo, quàm in calce litis cum iniquitate, & in domo communi.

Anima impij non consequetur misericordiam ab vllo hominum.

Mulctato intemperante astutior fit simplex: intelligens autem sapiens, suscipiet scientiam.

Intelligit iustus corda impiorum: & vilipendit impios in malis.

Qui obturat aures suas, ne audiat imbecillum; & ipse inuocabit, & non erit qui exaudiat.

Munus occultum auertit iras: muneribus autem qui parcit, furorem suscitat fortem.

Lætitia iustorum facere iudicium: sanctus autem immundus est apud malos.

Vir errans à via iustitiæ, in synagoga gigantum requiescet.

Vir egenus amat lætitiam, diligens vinum, & oleum, ad diuitias:

Circumpurgatio autem iusti iniquus.

Melius habitare in deserto, quàm cum muliere rixosa, & linguosa, iracunda.

Thesaurus desiderabilis requiescet super os sapientis: imprudentes autem viri deuorabunt illum.

Via iustitiæ, & misericordiæ inueniet vitam, & gloriam.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

21 *Hæreditas festinanter acquisita in principio, etiam nouissimum eius non benedicetur.*

22 *Ne dicas, Reddam malum: expecta Iehouam, & saluum faciet te.*

23 *Abominatio Iehouæ sunt diuersa pondera, & bilanx dolosa non est bona.*

24 *A Iehoua gressus viri diriguntur: homo autem quomodo intelliget viam suam?*

25 *Laqueus est homini deglutire sanctificatum: & post vota, quærere.*

26 *Dispergit impios Rex sapiens: & reducit super eos rotam.*

27 *Lucerna Iehouæ est animus hominis, quæ inuestigat omnia interiora ventris.*

28 *Misericordia & veritas custodiunt Regem: & fulciet per misericordiam solium suum.*

29 *Gloria iuuenum, fortitudo eorum: & decor senum, canicies.*

30 *Liuores vulneris sunt medicina in malo homine: & plagæ in interioribus ventris.*

CAP. XXI.

1 *Velut riuuli aquarum est cor Regis in manu Iehouæ: ad omne quod vult, inclinat illud.*

2 *Omnis via recta est in oculis eius: ponderat autem corda Iehouah.*

3 *Facere iustitiam & iudicium magis est electum Iehouæ, quam sacrificium.*

4 *Exaltatio oculorum, & latitudo cordis, lucerna impiorum, peccatum sunt.*

5 *Cogitationes viri soliciti profecto tendunt ad abundantiam: omnis autem qui est festinus, tendit profecto ad inopiam.*

6 *Congregatio thesaurorum in lingua mendaci, est vanitas & res quæ propulsatur, & quærentium mortem.*

7 *Rapina impiorum perdet eos: quia renuunt facere iudicium.*

8 *Inuersa est via viri, & aliena: mundi autem viri rectum est opus.*

9 *Melius est habitare in angulo tecti, quam cum muliere contentiosa, & in domo ampla.*

10 *Anima impij desiderat malum: non est gratus in oculis eius amicus eius.*

11 *Quum iudex mulctat derisorem, simplex efficitur sapiens: & quum instituunt sapientem, accipit scientiam.*

12 *Considerat iustus domum impij: subuertit Iehouah impios propter malum.*

13 *Qui claudit aurem suam ad clamorem pauperis, etiam ipse clamabit, & non exaudietur.*

14 *Donum in abscondito datum sedat furorem: & munus in sinum coniectum, iram fortem.*

15 *Lætitia est iusto facere iudicium: at contritio est operantibus iniquitatem.*

16 *Homo qui aberrat à via intelligentiæ, in cœtu mortuorū requiescet.*

17 *Vir egenus erit qui diligit lætitiam: qui diligit vinum & pinguia, non ditabitur.*

18 *Pro redemptione iusti dabitur impius, & pro rectis præuaricator.*

19 *Melius est habitare in terra deserti, quam cum muliere contentiosa & iracunda.*

20 *Thesaurus desiderabilis & oleum est in habitaculo sapientis: at stultus homo dissipabit illum.*

21 *Qui sectatur iustitiam & misericordiam, inueniet vitam, iustitiam, & gloriam.*

Vulgat. Editio.

Ciuitatem fortium ascendit sapiens, & destru-
xit robur fiduciæ eius.
Qui custodit os suum,& linguam suam,custodit
ab angustiis animam suam.
Superbus & arrogans vocatur indoctus,qui in ira
operatur superbiam.
Desideria occidunt pigrũ: noluerunt enim quid-
quam manus eius operari : ⋆ tota die concupiscit
& desiderat:qui autem iustus est,tribuet,& non ces-
sabit.
Hostiæ impiorum abominabiles,quia offeruntur
ex scelere.
Testis mendax peribit : vir obediens loquetur
victoriam.
Vir impius procaciter obfirmat vultum suum:
qui autem rectus est,corrigit viam suam.
Non est sapientia,non est prudentia,non est con-
silium contra Dominum.
Equus paratur ad diem belli : Dominus autem
salutem tribuit.

CAP. XXII.

Eccl. 7. a. MElius est nomen bonum, quam diuitiæ mul-
tæ : super argentum & aurum, gratia bona.

Diues,& pauper obuiauerunt sibi:vtriusque ope-
rator est Dominus.
Callidus vidit malum,& abscondit se : innocens
pertransiit, & afflictus est damno.

Finis modestiæ timor Domini, diuitiæ, & glo-
ria,& vita.
Arma & gladij in via peruersi: custos autem ani-
mæ suæ longe recedit ab eis.
Prouerbium est: Adolescens iuxta viam suam,
etiam cum senuerit,non recedet ab ea.
Diues pauperibus imperat:&qui accipit mutuum
seruus est fœnerantis.
Qui seminat iniquitatem, metet mala, & virga
iræ suæ consummabitur.

* Eccli. 31. 28. ⋆ Qui pronus est ad misericordiam,benedicetur:
de panibus enim suis dedit pauperi.
Victoriam & honorem acquiret qui dat munera:
animam autem aufert accipientium.
Eiice derisorem, & exibit cum eo iurgium, ces-
sabuntque causæ & contumeliæ.

Qui diligit cordis munditiam propter gratiam
labiorum suorum habebit amicum regem.
Oculi Domini custodiunt scientiam: & supplan-
tantur verba iniqui.
Dicit piger : Leo est foris, in medio platearum
occidendus sum.
Fouea profunda, os alienæ : cui iratus est Domi-
nus,incidet in eam.

Stultitia colligata est in corde pueri, & virga di-
sciplinæ fugabit eam.
Qui calumniatur pauperem, vt augeat diuitias
suas,dabit ipse ditiori,& egebit:
Inclina aurem tuam, & audi verba sapientium:
appone autem cor ad doctrinam meam. ⋆ quæ pul-
chra erit tibi, cum seruaueris eam in ventre tuo,&
redundabit in labiis tuis:

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

22 *Ciuitatem fortium ascendit sapiens, & descendere facit*
robur fiduciæ eius.
23 *Qui custodit os suum, & linguam suam; custodit ab*
angustijs animam suam.
24 *Superbus, elatus, derisor est nomen eius qui facit* opera
sua *in ira superbia.*
25 *Desiderium pigri interficiet eum: quia renuerunt manus*
26 *eius facere quicquam : ⋆ tota die piger concupiscit concu-*
piscentiam: iustus autem tribuet, & non prohibebit.

27 *Sacrificium impiorum est abominatio, quanto magis si*
mala intentione attulerit illud?
28 *Testis mendax peribit: & vir qui testificatur, quod audi-*
uit semper loquetur idem.
29 *Roborauit contra eum vir impius faciem suam, rectus*
autem ipse disponet viam suam.
30 *Non est sapientia, non est intelligentia, non est consilium*
contra Dominum.
31 *Equus paratus est ad diem belli, sed Domini est salus.*

CAP. XXII.

1 *ELigibilius est nomen bonum, quam diuitiæ multæ : &*
quam argentum, & quam aurum eligibilior est gratia
bona.
2 *Diues, & pauper obuiauerunt sibi : faciens omnes ipsos*
Dominus.
3 *Callidus vidit malum, & abscondit se : simplices autem*
transgressi sunt, & pœnis afficientur.

4 *Propter humilitatem veniunt homini timor Domini,*
diuitiæ, & gloria, & vita.
5 *Spinæ, laquei sunt in via peruersi, qui custodit animam*
suam, elongabit se ab eis.
6 *Imbue puerum secundum modum eius : etiam cum se-*
nuerit non recedet ab ea.
7 *Diues pauperibus dominabitur : & seruus erit mutuum*
accipiens viro mutuanti.
8 *Qui seminat iniquitatem, metet iniquitatem: & virga*
iræ eius consumet eum.

9 *Benignus oculo ipse benedicetur : quia dedit de pane suo*
pauperi.

10 *Eijce derisorem & egredietur contentio, & cessabit iudi-*
cium, & ignominia.

11 *Qui diligit munditiam cordis propter gratiam labio-*
rum eius, amicus eius erit rex.
12 *Oculi Domini custodierunt scientiam; & peruertet ver-*
ba præuaricatoris.
13 *Dixit piger: Leo est foris, in medio platearum occidar.*

14 *Vt fouea profunda est os mulierum alienarum: is contra*
quem iratus est Dominus, cadet illuc.

15 *Stultitia colligata est in corde pueri, virga correctionis*
elongare faciet eam ab eo.
16 *Qui vi aufert à paupere, vt augeat sua, qui dat diuiti*
vere erit sibi *ad defectum.*
17 *Inclina aurem tuam, & audi verba sapientum : & cor*
18 *tuum pone ad scientiam meam. ⋆ quia delectabilis est, si*
custodieris ea in corde tuo, dirigentur pariter in labijs
tuis.

Transl. ex Septuag.

22 Ciuitates munitas ingressus est sapiens: & diruit munitionem, in qua confidebant impij.

23 Qui custodit os suum, & linguam; conseruat de tribulatione animam suam.

24 Audax, & arrogans, & ostentator, pestilens vocatur: qui autem iniuriarum memor est, iniquus.

25 Desideria pigrum interficiunt; non enim eligunt manus eius facere quicquam.

26 Impius concupiscit tota die concupiscentias malas: iustus autem miseretur, & miseratur non parce.

27 Hostiæ impiorum abominatio Domino: etenim inique offerunt eas.

28 Testis falsus peribit: vir autem obediens custoditus loquetur.

29 Impius vir imprudenter subsistit facie: rectus autem ipse intelliget vias suas.

30 Non est sapientia, non est fortitudo, non est consilium apud impium.

31 Equus paratur ad diem belli: à Domino autem auxilium.

CAP. XXII.

1 ELigibilius nomen bonum, quam diuitiæ multæ: super argentum vero, & aurum gratia bona.

2 Diues, & pauper obuiauerunt sibi: vtrosque autem Dominus fecit.

3 Callidus videns malignum punitum valde ipse eruditur: imprudentes autem prætereuntes damno affecti sunt.

4 Progenies sapientiæ timor Domini, & diuitiæ, & gloria, & vita.

5 Tribuli, & laquei in viis peruersis: qui autem custodit animam suam; abstinebit ab eis.

6

a deflexio iuuenis secundum viam eius; etiam cum senuerit nō recedet ab ea. Hæc quæ respondent nostræ vulgatæ variarum lectionū obseruatione in hac Translat. ex Sept. haberi in vno peruetusto codice testatur.

7 Diuites pauperibus imperabunt: & famuli propriis dominis fænerabunt.

8 Qui seminat mala; metet mala: plagam autem operum suorum consummabit. Virum hilarem, & datorem benedicit Deus: vanitatem vero operum eius consummabit.

9 Qui miseretur pauperis; ipse enutrietur: de suis enim panibus dedit pauperi. Victoriam, & honorem acquirit, qui dat munera, & animam quidem aufert possidentium.

10 Eiice è consessu pestilentem: & exibit simul cum eo iurgium: nam cum sederit in consessu: omnes inhonorat.

11 Diligit Dominus sancta corda: accepti autem sunt ei omnes immaculati. Labiis pascit rex:

12 Oculi autem Domini conseruant sensum; vilipendit autem verba iniquus.

13 Excusationem affert, & dicit piger: leo in viis, & in plateis sicarij.

14 Fouea profunda os iniqui: qui autem odio habetur à Deo; incidet in illam. Sunt viæ malæ coram viro: & non diligit reuerti ab eis: auertere autem se oportet à via peruersa, & mala.

15 Dementia pendet è corde iuuenis: virga autem, & disciplina longe ab eo.

16 Qui calumniatur pauperem; multa facit sua: dat autem diuiti ad minus.

17 Sermonibus sapientum admoue aurem tuam, & audi meum sermonem, & cor tuum firma, vt cognoscas, quia boni sunt.

18 Et si immiseris eos in cor tuum, ædificabunt te simul in tuis labiis.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

22 *In ciuitatem fortium ascendit sapiens, & deyciet robur fiduciæ eius.*

23 *Qui custodit os suum, & linguam suam, custodit ab angustijs animam suam.*

24 *Superbus arrogans, derisor est nomen eius, qui facit opera sua in ira superbia.*

25 *Desiderium pigri interficit eum: quia renuerunt manus eius facere quicquam.*

26 *Est qui tota die concupiscit concupiscentiam: iustus autem tribuit nec parcit.*

27 *Sacrificium impiorum est abominatio: quanto magis si cum scelere obtulerint illud?*

28 *Testis mendax peribit: at vir qui audit, semper loquetur.*

29 *Roborat vir impius faciem suam: rectus autem, ipse disponit viam suam.*

30 *Non est sapientia, neque intelligentia, neque consilium contra Iehouam.*

31 *Equus paratus est ad diem belli: sed Iehoua est ipsa salus.*

CAP. XXII.

1 *ELigibilius est nomen bonum, quam diuitiæ multæ: & quam argentum & quam aurum eligibilior est gratia bona.*

2 *Diues & pauper obuiauerunt sibi: faciens omnes ipsos Iehouah.*

3 *Callidus videt malum, & abscondit se: simplices autem transeunt, & mulctantur.*

4 *Propter humilitatem & timorem Iehoua, diuitiæ, & gloria, & vita.*

5 *Spinæ & laquei sunt in via peruersi: qui custodit animam suam, elongabit se ab illis.*

6 *Imbue puerum iuxta viam suam: etiam quum senuerit, non recedet ab ea.*

7 *Diues pauperibus dominatur, & seruus erit mutuum accipiens, viro mutuanti.*

8 *Qui seminat iniquitatem, metet iniquitatem: & virga iræ eius consummabitur.*

9 *Benignus oculus ipse benedicetur: quia dedit de pane suo pauperi.*

10 *Eiice derisorem, & simul egredietur contentio, cessabitque lis & ignominia.*

11 *Qui diligit munditiam cordis, propter gratiam labiorum eius, amicus eius erit Rex:*

12 *Oculi Iehoua custodiunt scientiam, & peruertit res præuaricatoris.*

13 *Dicit piger, Leo est foris: in medio platearum occidar.*

14 *Vt fouea profunda est os mulierum alienarum: is contra quem iratus est Iehouah, cadet illuc.*

15 *Stultitia colligata est in corde pueri: virga correctionis elongare faciet eam ab eo.*

16 *Qui vi aufert à paupere, vt augeat sua, & qui dat diuiti, profecto ad egestatem id facit.*

17 *Inclina aurem tuam, & audi verba sapientum: & cor tuum appone scientiæ meæ.*

18 *Quia delectabile est si custodieris ea verba in ventre tuo, & dirigantur pariter in labijs tuis.*

Vulgat. Editio.

Vt sit in Domino fiducia tua, vnde & ostendi eam 19
tibi hodie.
Ecce descripsi eam tibi tripliciter, in cogitatio- 20
nibus & scientia: * vt ostenderem tibi firmitatem, 21
& eloquia veritatis, respondere ex his illis, qui mi-
serunt te.

Non facias violentiam pauperi, quia pauper est: 22
neque conteras egenum in porta: * quia iudicabit 23
Dominus causam eius, & configet eos, qui confixe-
runt animam eius.
Noli esse amicus homini iracundo, neque ambu- 24
les cum viro furioso: * ne forte discas semitas eius, 25
& sumas scandalum animæ tuæ.

Noli esse cum his, qui defigunt manus suas, & 26
qui vades se offerunt pro debitis: * si enim non 27
habes vnde restituas, quid causæ est vt tollat operi-
mentum de cubili tuo?
Ne transgrediaris terminos antiquos, quos po- 28
suerunt patres tui.
Vidisti virum velocem in opere suo? coram regi- 29
bus stabit, nec erit ante ignobiles.

CAP. XXIII.

QVando sederis vt comedas cum principe, dili- 1
genter attende quæ apposita sunt ante faciem
tuam: * & statue cultrum in gutture tuo, si tamen 2
habes in potestate animam tuam, * ne desideres de 3
cibis eius, in quo est panis mendacij.

Noli laborare vt diteris: sed prudentiæ tuæ pone 4
modum.
Ne erigas oculos tuos ad opes, quas non potes 5
habere: quia facient sibi pennas quasi aquilæ, &
volabunt in cælum.
Ne comedas cum homine & inuido, & ne desi- 6
deres cibos eius: * quoniam in similitudinem ario- 7
li, & coniectoris, æstimat quod ignorat.
Comede & bibe, dicet tibi: & mens eius non est
tecum.
Cibos, quos comederas, euomes: & perdes pul- 8
chros sermones tuos.

In auribus insipientium ne loquaris: quia despi- 9
cient doctrinam eloquij tui.
Ne attingas paruulorum terminos: & agrum pu- 10
pillorum ne introeas:
Propinquus enim illorum fortis est: & ipse iudi- 11
cabit contra te causam illorum.
Ingrediatur ad doctrinam cor tuum: & aures tuæ 12
ad verba scientiæ.
Sup. 13. 24. Eccli. 30. 1. Noli subtrahere à puero disciplinam: si enim per- 13
cusseris eum virga non morietur.
Tu virga percuties eum: & animam eius de in- 14
ferno liberabis.
Fili mi, si sapiens fuerit animus tuus, gaudebit te- 15
cum cor meum: * & exultabunt renes mei, cum lo- 16
cuta fuerint rectum labia tua.

Non æmuletur cor tuum peccatores: sed in ti- 17
Sup. 24. 1. more Domini esto tota die: * quia habebis spem in 18
nouissimo, & præstolatio tua non auferetur.

Audi fili mi, & esto sapiens: & dirige in via ani- 19
mum tuum.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Vt sit in Domino fiducia tua scire te feci hæc *hodie, etiam tu* custodi.
*Nonne scripsi tibi perfecta in consilijs, & scientia: * Vt scire facerem te rectitudinem, eloquiorum veritatis, ad respondendum eloquia veritatis timentibus te?*

*Ne diripias pauperem quia pauper est, & ne conteras egenum in porta: * quia Dominus iudicabit causam eorum, & rapiet à rapientibus eos, animam.*
*Ne sis amicus furibundo, & cum viro iracundo ne eas: * ne forte discas semitas eius, & capias laqueum animæ tuæ.*

*Ne sis inter percutiens manum fideiubendo, inter fideiubentes pro debitis: * si non est tibi ad reddendum, vt quid tollet lectum tuum quod est subter te?*
Ne transferas terminum antiquum, quem fecerunt patres tui.
Vidisti virum velocem in odore suo? Coram regibus stabit, non stabit coram tenebrosis.

CAP. XXIII.

*CVm sederis ad comedendum cum Domino, te considerando considera quod erit coram te * & pones cultrum in gutture tuo, si habueris animum comedendi ex omnibus. * ne concupiscas pulmenta eius quæ sunt cibus fallax.*

Ne labores, vt diteris, ne ab intelligentia tua desinas.
Nunquid illustrabit oculos tuos vt diuitias aspicias? Sed non erunt, quia faciendo facient sibi alas similes aquilæ, & volabunt in cælum.
*Ne comedas panem malum oculum habentis, & ne concupiscas pulmenta eius: * quoniam sicut æstimauit animo suo, sic est sermo eius.*
Comede, & bibe dicet tibi: & cor eius non erit tecum.
Buccellam tuam quam comedisti, euomas, & corrumpas verba tua dulcia.

In auribus stulti ne loquaris quia contemnet intellectum eloquiorum tuorum.
Ne transferas terminum antiquum, & in agrum pupillorum, ne introeas.
Quia redemptor illorum fortis est, ipse iudicabit causam eorum tecum.
Ingredi fac eruditionem cor tuum, & aures tuas ad eloquia scientiæ.
Ne prohibeas à puero correctionem, si percusseris eum virga, non morietur.
Tu virga percuties eum, & animam eius ab inferno erues.
Fili mi si sapiens fuerit cor tuum, lætabitur cor meum, etiam ego lætabor: * *& exultabunt renes mei cum locuta fuerint labia tua quæ recta sunt.*

*Ne æmuletur cor tuum peccatores, sed in timore Domini sis tota die: * quia vere est merces, & spes tua non succidetur.*

Audi tu fili mi, & sapiens eris, & ambulare fac per viam cor tuum.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

19 Vt tua fiat ſuper Dominum ſpes, & notam tibi
faciat viam tuam.
20 Et tu vero deſcribe ea tibi tripliciter in conſilio,
& ſcientia ſuper latitudinem cordis tui.
21 Doceo igitur te verum ſermonem, & ſcientiam
obaudire; vt reſpondeas ſermones veritatis his qui
proponunt tibi.
22 Non facias violentiam pauperi, inops enim eſt:
neque inhonores imbecillum in portis:
23 Dominus enim iudicabit eius iudicium:& erues
tuam animam tutam:
24 Noli eſſe ſodalis viro furioſo: neque cum amico
iracundo cohabites:
25 Ne forte diſcas vias eius,& accipias laqueos ani-
mæ tuæ.
26 Ne dederis te in fideiuſſionem, reueritus faciem:
27 Si enim non habueris, vnde ſoluas; tollent ſtra-
tum, quod ſub coſtis tuis.
28 Noli transferre terminos æternos, quos poſuerunt
patres tui.
29 Peruidentem virum, & acutum in operibus ſuis
oportet regibus aſſiſtere, & non aſſiſtere viris ſo-
cordibus.

CAP. XXIII.

1 SI ſederis cænare ad menſam potentis; ſapienter
intellige, quæ apponuntur tibi.
2 Et mitte manum tuam, ſciens, quòd oportet te
talia præparare.
3 Si autem inſatiabilis es; noli concupiſcere eſcas
eius: hæc enim obtinent vitam falſam.
4 Ne extendas te, cum ſis pauper, ad diuitem: tua
autem conſideratione abſtine.
5 Si intenderis oculum tuum erga eum; nuſquam
apparebit: paratæ enim ſunt ei alæ, tanquam aqui-
læ,& reuertit in domum præſidis ſui.
6 Ne cænes vnà cum viro inuido, neque concu-
piſcas eſcas eius:
7 Quemadmodum enim ſi quis deglutiat pilum;
ſic comedit,& bibit.
8 Neque ad te introducas eum, & comedas buccel-
lam tuam cum eo: euomet enim illam, & conta-
minabit ſermones tuos bonos.
9 In aures imprudentis noli quicquam dicere: ne
forte irrideat ſapientes ſermones tuos.
10 Ne tranſponas terminos æternos: & in poſſeſſio-
nem orphanorum ne ingrediaris.
11 Qui enim redimit eos Dominus, validus eſt, &
iudicabit iudicium eorum tecum.
12 Da in diſciplinam cor tuum: aures autem tuas
adhibe ſermonibus ſenſus.
13 Ne deſtiteris paruulum emendare: quoniam, ſi
percuſſeris eum virga; non morietur.
14 Nam tu quidem percutis eum virga: animam
autem eius è morte erues.
15 Fili, ſi ſapiens fuerit tuum cor: lætificabis &
meum cor.
16 Et immorabuntur ſermonibus tua labia ad ſmea
labia: ſi recta fuerint.
17 Non æmuletur cor tuum peccatores: ſed in ti-
more Domini eſto tota die.
18 Nam ſi ſeruaueris ea: erunt tibi nepotes: ſpes au-
tem tua non recedet.
19 Audi fili,& ſapiens eſto & dirige cogitationes cor-
dis tui,

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

19 *Vt ſit in Iehoua fiducia tua, ſcire te feci hac hodie: etiam
tu cuſtodi ea.*
20 *Nonne ſcripſi tibi ter, in conſilijs & ſcientia:*
21 *Vt notam facerem tibi veritatem eloquiorum veracium,
ad reſpondendum eloquia veritatis mittentibus ad te?*
22 *Ne diripias pauperem, quia pauper eſt: neq; conteras ege-
num in porta:*
23 *Quia Iehouah iudicabit cauſam illorum, & rapiet à
rapientibus eos, animam.*
24 *Ne ſis amicus iracundo, & cum viro furibundo ne eas.*
25 *Ne forte diſcas ſemitas eius, & accipias laqueum in ani-
mam tuam.*
26 *Ne ſis inter percutientes manum fideiubendo, neq; inter
fideiubentes pro debitis.*
27 *Si non ſit tibi ad reddendum, vtquid tollet creditor le-
ctum tuum qui eſt ſubter te?*
28 *Ne transferas terminum antiquum, quem fecerunt pa-
tres tui.*
29 *Vidiſti virum velocem in opere ſuo? coram regibus ſtabit,
non ſtabit coram obſcuris.*

CAP. XXIII.

1 *QVum ſederis vt edas cum dominante, conſiderando
conſidera quod erit coram te.*
2 *Et pone cultrum in gutture tuo, ſi præditus cupiditate
ſis.*
3 *Ne concupiſcas pulmenta eius, quum ſit cibus fallax.*
4 *Ne labores vt diteris: ſed à conſideratione tua deſine.*
5 *Num conijcies oculos tuos in eas, quum nullæ ſint? quo-
niam faciendo faciunt ſibi alas ſimiles aquilæ, & euolant
in cælum.*
6 *Ne comedas panem malum oculum habentis, & ne con-
cupiſcas pulmenta eius.*
7 *Quoniam vt æſtimauit animo ſuo, ſic eſt: Comede, &
bibe, dicet tibi: cor autem eius non eſt tecum.*
8 *Buccellam tuam quam comediſti, euomes, & perdes
verba tua dulcia.*
9 *In auribus ſtulti ne loquaris: quia contemnet pruden-
tiam eloquiorum tuorum.*
10 *Ne transferas terminum antiquum, & in agrum pupil-
lorum ne introeas.*
11 *Quia redemptor illorum fortis eſt, ipſe iudicabit cauſam
eorum contra te.*
12 *Applica eruditioni cor tuum, & aures tuas admoue
eloquijs ſcientiæ.*
13 *Ne ſubtrahas à puero correctionem; nam ſi percuſſeris
eum virga, non morietur:*
14 *Tu virga percuties eum, & animam eius ab inferno
erues.*
15 *Fili mi, ſi ſapiens fuerit cor tuum, lætabitur cor meum,
etiam ego lætabor:*
16 *Exultabunt etiam renes mei, quum labia tua loquentur
quæ recta ſunt.*
17 *Ne æmuletur cor tuum peccatores, imo potius in timore
Iehouæ eſto tota die:*
18 *Quia re vera eſt merces: & ſpes tua non ſuccidetur.*
19 *Audi tu fili mi, & ſapiens eris: & ambulare fac per
viam regiam cor tuum.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Noli esse in conuiuiis potatorum, nec in comes- 20
sationibus eorum, qui carnes ad vescendum con-
ferunt: * quia vacantes potibus, & dantes symbo- 21
la consumentur, & vestietur pannis dormitatio.
Aue patrem tuum, qui genuit te: & ne contem- 22
nas cum senuerit mater tua.
Veritatem eme, & noli vendere sapientiam, & 23
doctrinam, & intelligentiam.
Exultat gaudio pater iusti: qui sapientem ge- 24
nuit, lætabitur in eo.
Gaudeat pater tuus, & mater tua, & exultet quæ 25
genuit te.
Præbe fili mi cor tuum mihi: & oculi tui vias 26
meas custodiant.
Fouea enim profunda est meretrix: & puteus 27
angustus, aliena.
Insidiatur in via quasi latro, & quos incautos 28
viderit, interficiet.
Cui væ? cuius patri væ? cui rixæ? cui foueæ? cui 29
sine causa vulnera? cui suffusio oculorum?

Nonne his, qui commorantur in vino, & student 30
calicibus epotandis?

Ne intuearis vinum quando flauescit, cum splen- 31
duerit in vitro color eius: ingreditur blande, * sed 32
in nouissimo mordebit vt coluber, & sicut regulus
venena diffundet.

Oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum lo- 33
quetur peruersa.
Et eris sicut dormiens in medio mari, & quasi so- 34
pitus gubernator, amisso clauo: * & dices: Verbera- 35
uerunt me, sed nō dolui: traxerunt me, & ego non
sensi: quando euigilabo, & rursus vina reperiam?

CAP. XXIV.

Sup. 23. 17 NE æmuleris viros malos, nec desideres esse cum 1
eis: * quia rapinas meditatur mens eorum, & 2
fraudes labia eorum loquuntur.

Sapientia ædificabitur domus, & prudentia ro- 3
borabitur.
In doctrina replebuntur cellaria, vniuersa sub- 4
stantia pretiosa & pulcherrima.
Vir sapiens, fortis est: & vir doctus, robustus & 5
validus.
Quia cum dispositione initur bellum: & erit sa- 6
lus vbi multa consilia sunt.
Excelsa stulto sapientia, in porta non aperiet os 7
suum.
Qui cogitat mala facere, stultus vocabitur. 8

Cogitatio stulti peccatum est: & abominatio ho- 9
minum detractor.
Si desperaueris lassus in die angustiæ: imminue- 10
tur fortitudo tua.

* Erue eos, qui ducuntur ad mortem: & qui tra- 11
huntur ad interitum liberare ne cesses.
Si dixeris: Vires non suppetunt: qui inspector 12
est cordis, ipse intelligit, & seruatorem animæ tuæ
nihil fallit, reddetque homini iuxta opera sua.

Comede, fili mi, mel, quia bonum est, & fauum 13
dulcissimum gutturi tuo:

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Ne sis cum potatoribus vini, cum commessatoribus carnis
*sibi, * quia bibax, & edax pauperes efficientur, & vestibus*
scissis induere faciet dormitatio.

Obtempera patri tuo, ipse genuit te, & ne contemnas,
quum senuerit matrem tuam.
Veritatem eme, & ne vendas sapientiam, & eruditionem,
& intelligentiam.
Exultando exultabit pater iusti, generans sapientem
lætabitur in eo.
Lætabitur pater tuus, & mater tua, & exultabit ge-
nitrix tua.
Præbe fili mi cor tuum mihi, & oculi tui vias meas cu-
stodiant.
Quia sicut fouea profunda est meretrix, & veluti pu-
teus angustus est aliena.
Etiam ipsa tanquam prædæ insidiabitur, & præuari-
catores in hominibus addet.
Cui væ, cui anxietas, cui rixa, cui loquacitas, cui vulne-
ra frustra, cui rubor oculorum erit?

Morantibus in vino, euntibus ad quærendum vinum
mixtum.

Ne intuearis vinum quando rubescit, quum dederit in
*calice colorem suum, ambulabit directe: * in nouissimo suo*
sicut serpens mordebit, & sicut regulus dolore afficiet.

Oculi tui videbunt visiones *extraneas, & cor tuum co-*
gitabit peruersa.
Et eris veluti dormiens in corde maris, & sicut dormiens
*in capite mali nauis: * verberauerunt inquiet me, non*
ægrotaui, concusserunt me, non cognoui eum qui me per-
cussit, *quando euigilabo, addam, quæram illud adhuc.*

CAP. XXIV.

NE æmuleris homines qui faciunt malum, & ne desi-
*deres esse cum eis: * quia rapinam meditabitur cor*
eorum, & iniquitatem labia eorum loquentur.

Sapientia ædificabitur domus, & intelligentia stabilietur.

Et scientia interiora replebuntur omnibus opibus precio-
sis, & iocundis.
Vir sapiens est in fortitudine, & vir peritus roborat vi-
res.
Quia consilijs facies bellum, & salus in multitudine
consiliariorum.
Excelsa sunt stulto sapientia, in porta non aperiet os
suum.
Cogitantem malefacere: eum virum malas habentem
cogitationes vocabunt.
Cogitatio mala hominis stulti est peccatum, & abomi-
natio est homini derisor.
Remissus fuisti in die angustiæ, angusta erit fortitudo
tua.

Erue eos qui capti sunt ad mortem: & eos qui labuntur
ad occisionem, nonne prohibebis?
Si dixeris: En non nouimus hunc: nonne qui ponderat
corda, ipse intelliget, & qui custodit animam tuam, ipse
cognoscet, reddetque homini secundum opus suum:

Comede fili mi mel, quia bonum est, & fauum dulce est
palato tuo.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

20 Ne fueris bibax vini,neque extendas te ad sym-
bola,& carnium emptiones.
21 Omnis enim ebrius , & scortator mendicabit ; &
induetur disruptis,& laceris omnis somnolentus.
22 Audi fili patrem , qui genuit te : & non contem-
nas,quoniam senuit mater tua.*
23
24 Bene educat pater iustus: & in filio sapiente læta-
tur anima eius.
25 Lætetur pater,& mater super te , & gaudeat, quæ
peperit te.
26 Da mihi fili cor tuum;& oculi tui meas vias ser-
uent.
27 Dolium enim perforatum est aliena domus , &
puteus angustus , alienus.
28 Hic enim breui peribit, & omnis iniquus absu-
metur.
29 Cui væ ? cui tumultus ? cui iudicia ? cui autem
molestiæ, & tricæ ? cui contritiones supervacuæ?
cui lucidi oculi?
30 Nonne immorantium in vinis? nonne vestigan-
tium,vbi compotationes fiant ? Nolite inebriari in
vinis ; sed conuersamini cum hominibus iustis,&
conuersamini in locis deambulationis.
31 Nam si in phialas , & pocula dederis oculos tuos;
postea ambulabis nudior pistillo:
32 Nouissime autem tanquam à serpente percussus
extenditur , & tanquam à ceraste diffunditur ei
venenum.
33 Oculi tui cum viderint alienam ; os tuum tunc
loquetur peruersa,
34 Et iacebis tanquam in corde maris , & tanquam
gubernator in multa tempestate.
35 Dices autem : feriunt me , & non dolui, & illu-
serunt mihi , ego autem non sensi: quando erit di-
luculum , vt vadens quæram quibuscum conue-
niam?

*In plerisque libris obseruatur versus 23. in hac transl. ex sept. Romana, testatur ista sequentia quæ respondent 23. nostræ vulgatæ. *23 Veritatem acquire, & ne expellas sapientiam, & disciplinam & intellectum.*

CAP. XXIV.

1 Fili, ne æmuleris malos viros : nec desideres esse
cum eis.
2 Falsa meditatur cor eorum : & labores labia eo-
rum loquuntur.
3 Cum sapientia ædificatur domus : & cum intel-
lectu erigitur.
4 Cum sensu implentur cellaria ex omnibus diui-
tiis preciosis,& bonis.
5 Melior sapiens forti , & vir prudentiam habens
agro magno.
6 Cum ratione gubernandi fit bellum : auxilium
autem cum corde consilium habente.
7 Sapientia, & cogitatio bona in portis sapientum.
8 Sapientes non declinant ab ore Domini sed cogi-
tant in consessibus.
9 Indisciplinatis occurrit mors : moritur autem
imprudens in peccatis.
10 Immunditia autem viro pestilenti,inquinabitur
in die mala,& in die tribulationis, quoadusque de-
ficiat.
11 Libera eos , qui ducuntur ad mortem , & redime
eos,qui interficiuntur,ne parcas.
12 Si autem dixeris , nescio hunc ; scito , quoniam
Dominus corda omnium noscit : & qui figurauit
spiritum omnibus , ipse nouit omnia , qui reddit
vnicuique secundum opera eius.
13 Comede mel fili:bonus enim est fauus,vt dulces-
cat guttur tuum.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

Ne sis cũ potatoribus vini, neq; cum voratoribus carnis:

*Quia bibax, & epulo pauperes efficientur : & vestibus
laceris induet hominem dormitatio.*

*Obtempera patri tuo,ipsi qui genuit te : & ne contem-
nas, quum senuerit mater tua.*

*Veritatem eme,&,ne vendas : eme sapientiam,& erudi-
tionem,& intelligentiam.*

*Exultando exultabit pater iusti : & generans sapientem
lætabitur in eo.*

*Fac vt lætetur pater tuus & mater tua, & exultet ge-
nitrix tua.*

*Præbe fili mi cor tuum mihi, & oculi tui vias meas ob-
seruent:*

*Quia velut fouea profunda est meretrix, & veluti pu-
teus angustus est aliena.*

*Etiam ipsa, tanquam prædator insidiatur, & præuari-
catores in hominibus addet.*

*Cuinam væ ? cui inquam væ?cui rixæ?cui murmur? cui
vulnera sine causa?cui rubor oculorum erit?*

*His qui immorantur circa vinum , euntibus ad disqui-
rendum mistum.*

*Ne igitur intuearis vinum quod rubrum sit,quod det in
calice colorem suum, agitet sese probe:*

*In fine velut serpens mordebit & velut regulus dolore
afficiet :*

*Oculi tui videbunt visiones extraneas, & cor tuum lo-
quetur peruersa:*

*Et eris veluti dormiens in corde maris,& sicut dormiens
in capite mali nauis :*

*Verberauerunt (inquies) me,& non ægrotaui : concusse-
runt me,nec sensi : quando euigilabo, addam quærere illud
adhuc.*

CAP. XXIV.

Ne æmuleris homines malos,neq; desideres esse cum eis:

*Quia rapinam meditatur cor eorum , & iniquitatem
labia eorum loquuntur.*

Sapientia ædificabitur domus,& intelligentia stabilietur:

*Et scientia interiora domus replebuntur omnibus opibus
pretiosis & iucundis.*

*Vir sapiens est in fortitudine:& vir peritus roborat vi-
res:*

*Quia consiliis facies bellum : & salus sita est in multi-
tudine consiliariorum.*

*Excelsa sunt stulto sapientia : in porta non aperiet os
suum.*

*Cogitantem malefacere, eum, virum cogitationum ma-
larum vocabunt.*

*Cogitatio mala stulti,est peccatum : & abominatio ho-
minum est derisor.*

*Si remissus fueris in die angustiæ, angusta erit fortitudo
tua.*

*Eruere eos qui raptantur ad mortem , & eos qui diuer-
tunt ad occisionem,num continebis te?*

*Si dixeris, Profecto ignorauimus istud:nonne qui ponde-
rat corda,ipse intelliget:& qui custodit animam tuam,ip-
se cognoscet, reddetq; homini secundum opus suum?*

*Comede fili mi mel,quia bonum est:& fauum, qui dul-
cis est palato tuo:*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Sic & doctrina sapientiæ animæ tuæ: quam cum 14
inueneris, habebis in nouissimis spem, & spes tua
non peribit.
Ne insidieris, & quæras impietatem in domo iu- 15
sti, neque vastes requiem eius.
Septies enim cadet iustus, & resurget: impij au- 16
tem corruent in malum.
Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in 17
ruina eius ne exultet cor tuum: * ne forte videat 18
Dominus, & displiceat ei, & auferat ab eo iram
suam.
Ne contendas cum pessimis, nec æmuleris im- 19
pios: * quoniam non habent futurorum spem ma- 20
li, & lucerna impiorum extinguetur.

Time Dominum, fili mi, & regem: & cum detra- 21
ctoribus non commiscearis: * quoniam repente 22
consurget perditio eorum: & ruinam vtriusque quis
nouit?
* Lev. 19. 15. Deut 1. 17 & 16. 19 Eccl. 42. 1.
Hæc quoque sapientibus. * Cognoscere personam 23
in iudicio non est bonum.
Qui dicunt impio: Iustus es: maledicent eis po- 24
puli, & detestabuntur eos tribus.
Qui arguunt eum, laudabuntur: & super ipsos 25
veniet benedictio.
Labia deosculabitur, qui recta verba respondet. 26
Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce 27
agrum tuum: vt postea ædifices domum tuam.

Ne sis testis frustra contra proximum tuum: nec 28
lactes quemquam labiis tuis.
* Sap. 20. 22.
* Ne dicas: Quomodo fecit mihi, sic faciam ei: 29
reddam vnicuique secundum opus suum.
Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam 30
viri stulti: * & ecce totum repleuerant vrticæ, & 31
operuerant superficiem eius spinæ, & maceria la-
pidum destructa erat.

Quod cum vidissem, posui in corde meo, & exem- 32
plo didici disciplinam.
Parum, inquam, dormies, modicum dormitabis, 33
pauxillum manus conseres, vt quiescas: * & veniet 34
tibi quasi cursor egestas, & mendicitas quasi vir ar-
matus.

CAP. XXV.

HAE quoque parabolæ Salomonis, quas trans- 1
tulerunt viri Ezechiæ regis Iuda.
Gloria Dei est cælare verbum, & gloria regum 2
inuestigare sermonem.
Cælum sursum, & terra deorsum, & cor regum 3
inscrutabile.
Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas 4
purissimum:
Aufer impietatem de vultu regis, & firmabitur 5
iustitia thronus eius.
Ne gloriosus appareas coram rege, & in loco 6
magnorum ne steteris.
Melius est enim vt dicatur tibi: Ascende huc; 7
quàm vt humilieris coram principe.
Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in iurgio 8
cito; ne postea emendare non possis, cũ dehonesta-
ueris amicum tuum.
Causam tuam tracta cum amico tuo, & secretum 9
extraneo ne reueles: * ne forte insultet tibi cum 10
audierit, & exprobrare non cesset.
Gratia & amicitia liberant: quas tibi serua, ne
exprobrabilis fias.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

*Sit scientia sapientiæ dulcescat animæ tuæ. Nonne inue-
nies, & erit merces, & expectatio tua non excidetur?*

*Ne insidieris ô impie habitaculo iusti, nec rapias accu-
bitum eius.*
*Quia septies cadet iustus, & surget, impij autem cor-
ruent in malum.*
*Cum ceciderit inimicus tuus, ne læteris, & cum impege-
rit, ne exultet cor tuum. * ne forte conuersus videat Do-
minus, & quod displicet in oculis eius, & auertat Deus ab
eo furorem suum.*
*Ne commercium habeas cum malignis, & ne æmuleris
impio: * quia non erit finis bonus homini malo, lucerna
impiorum extinguetur.*

*Time Dominum fili mi, & regem, & cum iterantibus
suas iniquitates ne misceas te: * quoniam repente consur-
get contritio eorum, & contritionem amborum quis scit?*

Etiam hæc sapientibus dicuntur, *cognoscere faciem in
iudicio, non est bonum.*
*Dicenti impio: Iustus es: maledicent populi: detestabun-
tur eum populi.*
*Sed increpantibus impios dulcescet Dominus, & super
eos veniet benedictio bona.*
Labia osculabitur qui respondit verba recta.
*Præpara foris opus tuum, & præpara illud in agro tuo
postea ædificabis domum tuam.*

*Ne sis testis mendax contra amicum tuum, & ne conte-
ras eum labijs tuis.*
*Ne dicas quemadmodum fecit mihi sic faciam ei: reddam
viro secundum opus suum.*
*Iuxta agrum hominis pigri transiui, & iuxta vineam
hominis deficientis corde: * & ecce ascenderant per totum
ipsum spinæ, operuerant superficiem eius vrticæ, & maceria
lapidum eius destructa erat.*

Et vidi ego, posui cor meum: vidi, accepi eruditionem.

*Paruis somnis, paruis dormitationibus, paruo amplexu
manuum ad dormiendum cum vxore sua opus est: * &
veniet tanquam viator paupertas tua, & defectus tuus
tanquam vir scutatus.*

CAP. XXV.

*ETiam hæ sunt parabolæ Selomoh quas transtulerunt
viri Chizkiiah regis Iehudah.*
*Gloria Dei est celare verbum, & gloria regum inuesti-
gare verbum.*
*Cælorum in altitudinem, & terræ in profunditate, &
cordis regum non est inuestigatio.*
Remoue scorias de argento, & egredietur argentario vas.

*Remoue impium coram rege, & firmabitur in iustitia
solium eius.*
*Ne magnifices te coram rege, & in loco magnorum ne
steteris.*
*Quia melius est vt dicat tibi, ascende huc; quam quod
humiliet te coram principe, quem viderunt oculi tui.*
*Ne egrediaris ad litigandum cito, ne forte aliquid facias
in nouissimo eius, quando pudore affecerit te amicus tuus.*

*Litigium tuum litiga cum amico tuo, & secretum alte-
rius ne reueles: * ne forte probris afficiat te audiens, &
infamia tua non reuertatur.*

Transl. ex Septuag.

14 Sic senties sapientiam animo tuo: si enim inue-
neris; erit bonus obitus tuus, & spes te non deseret.
15 Noli applicare impium ad pascua iustorum: neq;
seducaris saturitate ventris.
16 Septies enim cadet iustus, & resurget: impij autem
infirmabuntur in malis.
17 Si ceciderit inimicus tuus; ne gaudeas super eum:
& in supplantatione eius ne extollaris:
18 Quoniam videbit Dominus, & non placebit ei:
& auertet indignationem suam ab eo.
19 Ne gaudeas in malefactoribus, neque æmuleris
peccatores.
20 Non enim fient posteri maligno: fax autem im-
piorum extinguetur.
21 Time Deum fili, & regem: & neutri eorum sis
inobediens:
22 Subito enim vlciscentur impios: supplicia autem
vtrorumque quis cognoscet?
23 Hæc autem dico vobis sapientibus cognoscere:
erubescere personam in iudicio non est bonum:
24 Qui dicit impium, iustus est; maledictus populis
erit, & odibilis in gentibus:
25 Qui autem arguunt; meliores parebunt: in ipsos
autem veniet benedictio.
26 Labia autem deosculabuntur, quæ respondent
verba bona.
27 Præpara in egressu opera tua, & præparare in agro,
& vade post me, & ædificabis domum tuam.
28 Non sis falsus testis in tuum ciuem, neque dilate-
ris tuis labiis.
29 Ne dixeris, quemamodum vsus est me; vtar eo:
vlciscar autem eum de iniuriis, quibus me affecit.
30 Tanquam ager, vir imprudens, & tanquam vi-
nea, homo egens sensu.
31 Si dimiseris eum; desertus fiet, & syluescet totus,
& fit derelictus: sepes autem lapidum eius defodien-
tur.
32 Nouissime ego egi pœnitentiam: respexi vt eli-
gerem disciplinam.
33 Paululum dormito, paululum autem somnum
capio: paululum vero amplexor manibus pectora.
34 Si autem hoc feceris; veniet procedens paupertas
tua, & egestas tua tanquam bonus cursor.

CAP. XXV.

1 HAE sunt disciplinæ Salomonis indistinctæ, quas
descripserunt amici Ezeciæ regis Iudææ.
2 Gloria Dei celat verbum: gloria autem regis ho-
norat res.
3 Cælum excelsum, terra autem profunda. Cor au-
tem regis quod redargui non potest.
4 Percute argentum improbatum, & mundabitur
mundum totum.
5 Interfice impios à facie regis; & recta procedet
in iustitia thronus eius.
6 Ne gloriose te ostentes coram rege: neque in lo-
cis principum steteris.
7 Melius enim tibi dici, ascende ad me, quàm hu-
miliare te in facie potentis.
8 Quæ viderunt oculi tui; dic, ne procurras ad iur-
gium cito: vt non te pœniteat in nouissimis.
9 Cum te exprobrauerit amicus tuus; recede in
posteriora: ne contemnas:
10 Ne te quidem exprobret amicus, rixa autem tua,
& inimicitia tua non aberit, sed erit tibi æqualis
morti. Gratia, & amicitia liberat: quas serua tibi, ne
exprobrabilis fias: sed custodi vias tuas composite.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

14 *Sic cognitio sapientiæ suauis erit animæ tuæ, si inueneris
eam: & erit merces: & expectatio tua non excidetur.*
15 *Ne insidieris, ô impie, habitaculo iusti, nec diripias accu-
bitum eius:*
16 *Quia septies cadit iustus, & resurgit: impij autem cor-
ruunt in malum.*
17 *Quum ceciderit inimicus tuus, ne læteris: & quum im-
pegerit, ne exultet cor tuum:*
18 *Ne forte videat Iehouah, & displiceat in oculis eius, &
auertat ab eo furorem suum, & in te conuertat.*
19 *Ne commercium habeas cum malignis: & ne æmuleris
impios:*
20 *Quia non erit finis homini malo: lucerna impiorum ex-
tinguetur.*
21 *Time Iehouam, fili mi, & Regem: cum mutantibus sese
ne admisceas te:*
22 *Quoniam repente consurget contritio eorum: & con-
tritionem amborum quis scit?*
23 *Etiam hæc ad sapientes pertinent. Agnoscere faciem in
iudicio, non est bonum.*
24 *Dicenti impio, Iustus es: maledicent populi, detestabun-
tur eum nationes:*
25 *Sed increpantibus impium suauis erit Iehouah: & super
eos veniet benedictio boni.*
26 *Labia deosculabitur qui respondet verba recta.*
27 *Præpara foris opus tuum, & præpara illud in agro tuo:
& postea ædificabis domum tuam.*
28 *Ne sis testis mendax contra proximum tuum, & ne alli-
cias labiis tuis.*
29 *Ne dicas, Quemadmodum fecit mihi, sic faciam ei: red-
dam ipsi viro secundum opus suum.*
30 *Iuxta agrum hominis pigri transiui, & iuxta vineam
hominis carentis corde:*
31 *Et ecce ascenderant per totum ipsum spinæ, operuerant
superficiem eius vrticæ, & clausura lapidum eius destru-
cta erat.*
32 *Et vidi ego, & posui cor meum: vidi inquam, & accepi
eruditionem.*
33 *Pusillum somni, pusillum dormitationum, pusillum com
plicationis manuum ad dormiendum.*
34 *Et veniet tanquam viator paupertas tua, & penuria
tua tanquam vir scutatus.*

CAP. XXV.

1 *ETiam hæ sunt parabolæ Salomoh, quas transcripserunt
viri Hizcyah Regis Iehudah.*
2 *Gloria Dei est celare verbum: & gloria Regum scrutari
verbum.*
3 *Cælorum altitudinis, & terræ profunditatis, & cordis
Regum non est inuestigatio.*
4 *Aufer scorias de argento, & prodibit argentario vas
pretiosum:*
5 *Remoue impium à conspectu Regis, & firmabitur in iu-
stitia solium eius.*
6 *Ne magnifices te coram Rege, & in loco magnorum ne
steteris:*
7 *Quia melius est vt dicatur tibi, Ascende huc: quam vt
humiliet te aliquis corā principe, quem viderunt oculi tui.*
8 *Ne egrediaris in contentionem cito: ne forte nescias quid
agas in nouissimo eius litis, quando pudore affecerit te pro-
ximus tuus.*
9 *Causam tuam age cum proximo tuo, & secretum alteri
ne reueles:*
10 *Ne forte probris afficiat te audiens, & infamia tua non
auertatur.*

Vulgat. Editio.

Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo.

Inauris aurea, & margaritum fulgens, qui arguit sapientem, & aurem obedientem.

Sicut frigus niuis in die messis, ita legatus fidelis ei, qui misit eum, animam ipsius requiescere facit.

Nubes, & ventus & pluuiæ non sequentes, vir gloriosus, & promissa non complens.

* Sup. 15. 1. ★ Patientia lenietur princeps, & lingua mollis confringet duritiam.

Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi, ne forte satiatus euomas illud.

Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, nequando satiatus oderit te.

Iaculum, & gladius, & sagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium.

Dens putridus, & pes lassus, qui sperat super infideli in die angustiæ, ★ & amittit pallium in die frigoris.

Acetum in nitro, qui cantat carmina cordi pessimo.

Sicut tinea vestimento, & vermis ligno: ita tristitia viri nocet cordi.

Ro. 12. 20. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitierit, da ei aquam bibere: ★ prunas enim congregabis super caput eius, & Dominus reddet tibi.

Ventus Aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahentem.

Sup. 21. 9. Melius est sedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigiosa, & in domo communi.

Aqua frigida animæ sitienti, & nuncius bonus de terra longinqua.

Fons turbatus pede, & vena corrupta, iustus cadens coram impio.

* Eccli. 3. 22. Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum: ★ sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria.

Sicut vrbs patens & absque murorum ambitu, ita vir, qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum.

CAP. XXVI.

QVomodo nix in æstate, & pluuiæ in messe: sic indecens est stulto gloria.

Sicut auis ad alia transuolans, & passer quò libet vadens: sic maledictum frustra prolatum in quempiam superueniet.

Flagellum equo, & camus asino, & virga in dorso imprudentium.

Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis.

Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur.

Claudus pedibus, & iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuncium stultum.

Quomodo pulchras frustra habet claudus tibias: sic indecens est in ore stultorum parabola.

Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij: ita qui tribuit insipienti honorem.

Quomodo si spina nascatur in manu temulenti: sic parabola in ore stultorum.

Iudicium determinat causas: & qui imponit stulto silentium, iras mitigat.

2. Pet. 2. 22. Sicut canis, qui reuertitur ad vomitum suum, sic imprudens, qui iterat stultitiam suam.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

11 *Sicut mala aurea cum figuris argenteis est verbum dictum cum modis suis.*

12 *Vt inauris aurea, & ornamentum obrizi est qui arguunt sapientem, cui est auris obtemperans.*

13 *Sicut frigus niuis in die messis, sic legatus fidelis mittentibus illum, & animum Domini sui requiescere faciet.*

14 *Vt nubes, & ventus, & pluuia non est sic est vir qui se iactat de dono mendaci.*

15 *Longanimitate flectetur princeps, & lingua mollis confringet ossa.*

16 *Mel inuenisti, comede quantum sufficit tibi, ne forte saturus euomas illud.*

17 *Prolabe pedem tuum à domo proximi tui, ne forte satiatus de te, odio habeat te.*

18 *Vt malleus, & gladius, & sagitta acuta est vir qui testificatur contra proximum suum testimonium falsum.*

19 *Sicut dens confractus, & pes labens,* sic est *fiducia præ-*
20 *uaricatoris in die angustiæ: ★ sicut qui remouet vestimentum à se in die frigoris.*

Sicut acetum super nether, sic & cantans in canticis cordi afflicto.

21 *Si esurierit odio habens te, ciba illum pane, & si sitiuerit*
22 *propina ei aquam: * quia prunas tu accipis super caput eius, etiam Dominus reddet tibi.*

23 *Sicut ventus aquilo fugat pluuiam: sic & facies iracunda linguam occulte detrahentem.*

24 *Melius est sedere in angulo tecti, quam cum muliere contentiosa & in domo ampla.*

25 *Sicut aqua frigida animæ sitienti, sic auditus bonus è terra longinqua.*

26 *Sicut fons conculcatus, & vena corrupta, sic est iustus inclinans se coram impio.*

27 *Sicut comedere mel multum non est bonum, sic inuestigatio diuersarum scientiarum non est gloria.*

28 *Sicut vrbs dirupta absque muro est, vir cuius non est prohibitio spiritui.*

CAP. XXVI.

1 S*icut nix in æstate, & sicut pluuia in messe* non est conueniens: *sic nec conueniens est stulto gloria.*

2 *Sicut auis est vagari, sicut hirundinis est volare, sic maledictio gratis non veniet.*

3 *Flagellum equo, & camus asino, & virga necessaria est corpori stultorum.*

4 *Ne respondeas stulto secundum stultitiam eius, ne forte adæqueris ei etiam tu.*

5 *Responde stulto secundum stultitiam eius, ne forte sit sapiens in oculis suis.*

6 *Sicut succisus pedes, sic iniquitatem bibens est qui mittit verba per manum stulti.*

7 *Sicut inæquales sunt tibiæ claudi, sic & parabola in ore stultorum.*

8 *Sicut qui ligat lapidem in funda, sic est qui dat stulto gloriam.*

9 *Sicut spina quæ ascendit in manu ebrij, sic est, & parabola in ore stultorum.*

10 *Magnus Dominus creat omnia, & mercedem dat stulto, & mercedem dat transgressoribus.*

11 *Sicut canis reuertitur ad vomitum suum, sic stultus iterat stultitiam suam.*

	Transl. ex Septuag.	Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
11	Malum aureum in monili sardij, sic dicere verbum.	*Sicut mala aurea cum figuris argenteis, est verbum dictum quibus modis dici debet.*
12	In auream inaurem etiam sardium preciosum ligatum est; sermo sapiens in aurem obedientem.	*Vt inauris aurea: & ornamentum obrizi, est qui arguit sapientem cui est auris obtemperans.*
13	Sicut exitus niuis in messe per æstum prodest; sic nuncius fidelis iis, qui miserunt eum: animas enim eorum, qui ipso vtuntur, iuuat.	*Sicut frigus niuis in die messis, sic legatus fidelis mittentibus illum, & animam domini sui requiescere facit.*
14	Sicut venti, & nubes, & pluuiæ clarissima; sic qui gloriatur super dono falso.	*Vt nubes & ventus, & pluuia non est: sic est vir qui se iactat de dono mendaci.*
15	In longanimitate prosperitas regibus: lingua autem mollis conterit ossa.	*Longanimitate flectitur princeps, & lingua mollis confringit ossa.*
16	Mel inueniens comede, quod sufficit; ne forte repletus euomas.	*Si mel inueneris, comede quantum sufficit tibi: ne forte satieris eo, & euomas illud.*
17	Rarum introduc pedem tuum ad tuum amicum: ne forte satiatus te, oderit te.	*Prohibe pedem tuum à domo proximi tui: ne forte satiatus te, odio habeat te.*
18	Claua, & gladius, & sagitta acuta: sic & vir, qui contra amicum suum dicit falsum testimonium.	*Vt malleus, & gladius, & sagitta acuta, est vir qui loquitur contra proximum suum testimonium falsum.*
19	Via mali, & pes iniqui peribit in die mala.	*Vt dens confractus, & pes labens, sic est fiducia præuaricatoris in die angustiæ.*
20	Sicut acetum trahit inutile; sic accidens passio in corpore cor contristat. Sicut tinea vestimento, & vermis ligno; ita tristitia viri lædit cor.	*Vt qui remouet vestimentum à se in die frigoris, & vt acetum superfusum nitro: sic qui canit cantilenas cordi afflicto.*
21	Si esurierit inimicus tuus; ciba illum: Si sitit; potum da illi: hoc enim faciens,	*Si esurierit odio habens te, ciba illum pane: & si sitiuerit, propina ei aquam:*
22	Carbones ignis congeres super caput eius: Dominus autem retribuet tibi bona.	*Quia prunas tu congeris super caput eius: & Iehouah reddet tibi.*
23	Ventus Aquilo suscitat nubes: facies autem imprudens linguam irritat.	*Vt ventus Aquilo fugat pluuiam, sic & facies iracunda linguam occulte detrahentem.*
24	Melius habitare super angulum domatis, quàm cum muliere contumeliosa, in domo communi.	*Melius est sedere in angulo tecti, quam cum muliere contentiosa, & in domo ampla.*
25	Sicut aqua frigida animæ sitienti blanda, sic nuncius bonus de terra longinqua.	*Vt aquæ frigidæ animæ sitienti: sic nuntium bonum è terra longinqua.*
26	Sicut, si quis fontem obstruat, & aquæ exitum disperdat; sic indecens est iustum cecidisse coram impio.	*Vt fons conculcatus, & vena corrupta est iustus inclinans sese coram impio.*
27	Comedere mel multum, non bonum: honorare autem oportet sermones gloriosos:	*Vt comedere mel multum, non est bonum: sic inuestigatio gloriæ eorum non est gloria.*
28	Sicut vrbs muros deiectos habens, & non murata; sic vir, qui non cum consilio quid agit.	*Vt vrbs dirupta & absque muro, est vir cuius spiritui non est cohibitio.*
	CAP. XXVI.	*CAP. XXVI.*
1	Quomodo ros in messe, & quomodo pluuia in æstate; sic non est insipienti honor.	*Sicut nix in æstate, & vt pluuia in messe est intempestiua, sic nec conueniens est stulto gloria.*
2	Sicut aues auolant, & passeres; sic maledictum vanum non superueniet vlli.	*Sicut passeris est vagari, & vt hirundinis est volare, sic maledictio sine causa prolata non veniet.*
3	Sicut flagellum equo, & stimulus asino; sic virga genti iniquæ.	*Vt flagellum equo, & capistrum asino conuenit: sic virga necessaria est tergo stultorum.*
4	Noli respondere imprudenti ad imprudentiam eius; ne similis ei fias:	*Ne respondeas stulto iuxta stultitiam eius, ne adæqueris ei etiam tu.*
5	Sed responde stulto ad stultitiam eius: vt non videatur sapiens apud se.	*Responde stulto secundum stultitiam suam, ne forte sit sapiens in oculis suis.*
6	Ex viis suis opprobrium facit, qui misit verbum per nuncium imprudentem.	*Sicut is qui præcidit pedes eius quem aliquo mittit, iniquitatem bibit: sic qui mittit quippiam per manum stulti.*
7	Aufer gressum crurum, & iniquitatem ex ore imprudentum.	*Sicut inæquales sunt tibiæ claudi, sic & parabola in ore stultorum.*
8	Qui alligat lapidem in funda; similis est ei, qui dat imprudenti gloriam.	*Sicut inclusio lapilli in aceruo lapidum, sic qui dat stulto gloriam.*
9	Spinæ nascuntur in manu temulenti, seruitus autem in manu imprudentum.	*Sicut spina quæ ascendit in manu ebrij, sic & parabola in ore stultorum.*
10	Multis procellis iactatur omnis caro imprudentum: conteritur enim ecstasis eorum.	*Magnus creat omnia, & mercedem dat stulto, & mercedem dat transgressoribus.*
11	Sicut canis cum redierit ad suum vomitum, & odibilis efficitur; sic imprudens sua malitia reuertens ad peccatum suum. Est confusio adducens peccatum, & est confusio, gloria, & gratia.	*Vt canis reuertitur ad vomitum suum, sic stultus iterans stultitiam suam.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
Vidisti hominem sapientem sibi videri? magis illo spem habebit insipiens.	12	*Vidisti virum sapientem in oculis suis, spes* est de *stulto* magis *quam de eo.*
Dicit piger: Leo est in via, & leæna in itineribus:	13	*Dixit piger, leo est in via, leo inter plateas:*
★ sicut ostium vertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo.	14	*★ sicut ostium vertitur in cardine suo, sic & piger in lectulo suo.*
Sup. 19. 24. Abscondit piger manum sub ascella sua, & laborat si ad os suum eam conuerterit.	15	*Abscondit piger manum suam in sinu, laborat reducere eam ad os suum.*
Sapientior sibi piger videtur septem viris loquentibus sententias.	16	*Sapientior est piger in oculis suis, septem respondentibus consilium.*
Sicut qui apprehendit auribus canem, sic qui transit impatiens, & commiscetur rixæ alterius.	17	*Sicut qui apprehendit aures canis, sic est qui transit, qui irascitur in lite quæ non est sua.*
Sicut noxius est qui mittit sagittas, & lanceas in mortem:	18	*Sicut abscondit se qui iacit scintillas sagittas, & mortẽ:*
★ ita vir, qui fraudulẽter nocet amico suo: & cum fuerit deprehensus, dicit: Ludens feci.	19	*★ sic vir qui fraudauit amicum suum, & dicet, nõne ludo?*
Cum defecerint ligna, extinguetur ignis: & susurrone subtracto, iurgia conquiescent.	20	*Quum non fuerint ligna, extinguetur ignis: & quum non fuerit susurro, silebit contentio.*
Sup. 16. 21. Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem, ★ sic homo iracundus suscitat rixas.	21	Sicut *carbo est dispositus ad prunas, & lingua ad ignem, sic & vir contentiosus ad succedendum litem.*
Verba susurronis quasi simplicia, & ipsa perueniunt ad intima ventris.	22	*Verba susurronis sunt veluti blanda, & ipsa descendunt ad interiora ventris.*
Quomodo si argento sordido ornare velis vas fictile, sic labia turgentia cum pessimo corde sociata.	23	*Sicut argentum plenum scoriis obductum super testam, sic sunt labia succendentia lites, & cor malum.*
Labiis suis intelligitur inimicus, cum in corde tractauerit dolos.	24	*In labiis suis alium se præferet qui odio habet, & in interioribus suis ponet dolum.*
Quando submiserit vocem suam, ne credideris ei: quoniam septem nequitiæ sunt in corde illius.	25	*Cum extulerit vocem suam orando ne credideris ei, quoniam septem abominationes sunt in corde illius.*
Qui operit odium fraudulenter, reuelabitur malitia eius in concilio.	26	*Operiet se odium in deceptionem, manifesta erit malitia eius in congregatione.*
Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui voluit lapidem, reuertetur ad eum.	27	*Qui alteri fodit foueam, in eam cadet, & qui voluit lapidem contra alium ad eum reuertetur.*
Lingua fallax non amat veritatem: & os lubricum operatur ruinas.	28	*Linguam mendacem odio habebit contritus corde, & os blandum faciet expulsionem* à via vitæ.
CAP. XXVII.		*CAP. XXVII.*
NE glorieris in crastinum, ignorans quid superuentura pariat dies.	1	NE *laudes te* de his quæ facturus es *in die crastino, quia nescis quid parturus sit dies.*
Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua.	2	*Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua.*
Eccl. 22. 17. Graue est saxum, & onerosa arena: sed ira stulti vtroque grauior.	3	*Grauitas est saxo, & pondus est arenæ: sed ira stulti grauior est vtroq;.*
Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor: & impetum concitati ferre quis poterit?	4	*Crudelitas est in ira, & impetus in furore, & quis stabit coram inuidia?*
Melior est manifesta correptio, quàm amor absconditus.	5	*Melior est increpatio manifesta, quam amor absconditus.*
Meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula odientis.	6	*Fidelia sunt vulnera diligentis, & multa oscula odio habentis.*
Iob 6. 7. Anima saturata calcabit fauum: & anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet.	7	*Anima saturata calcabit fauum, & animæ famelicæ omne amarum erit dulce.*
Sicut auis transmigrans de nido suo, sic vir qui derelinquit locum suum.	8	*Sicut auis vagatur à nido suo, sic vir vagatur à loco suo.*
Vnguento & variis odoribus delectatur cor: & bonis amici consiliis anima dulcoratur.	9	*Sicut vnguentum & suffimentum lætificat cor, sic & dulcedo amici sui propter consilium animæ.*
Amicum tuum, & amicum patris tui ne dimiseris: & domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuæ. Melior est vicinus iuxta, quam frater procul.	10	*Amicum tuum, & amicum patris tui ne derelinquas, & domum fratris tui ne ingrediaris in die contritionis tui. Melior est vicinus propinquus, quam frater longinquus.*
Stude sapientiæ fili mi, & lætifica cor meum, vt possis exprobranti respondere sermonem.	11	*Sis sapiens fili mi, & lætifica cor meum, & respondebo probris afficienti me verbum.*
Astutus videns malum, absconditus est: paruuli transeuntes sustinuerunt dispendia.	12	*Callidus vidit malum, abscondit se, simplices transierunt puniti sunt.*
Sup. 20. 16. Tolle vestimentum eius, qui spopondit pro extraneo: & pro alienis aufer ei pignus.	13	*Tolle vestimentum eius, qui fideiussit pro extraneo: & pro extranea cape pignus eius.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

12 Vidi virum, qui videtur apud se sapiens esse; spem
quidem habet magis insipiens eo.
13 Dicit piger missus ad viam: leo in viis, & in
platæis sicarij:
14 Sicut ianua vertitur super cardinem; ita piger
super lectum suum.
15 Abscondens piger manum in sinu suo, non pote-
rit mittere ad os.
16 Sapientior sibi piger videtur eo, qui in saturitate
refert nuncium:
17 Sicut qui tenet caudam canis; sic qui præsidet
alieno iudicio.
18 Sicut qui curantur, proiiciunt verba in homines,
qui autem occurrit verbo, primus supplantabitur;
19 Sic omnes, qui insidiantur suis amicis: cum au-
tem visi fuerint; dicunt, quia ludens feci.
20 In multis lignis germinat ignis: vbi autem non
est dissentiens; quiescit rixa.
21 Craticula carbonibus, & ligna igni: vir autem
maledicus ad tumultum rixæ.
22 Sermones assentatorum molles: hi vero percutiũt
in penetralia viscerum.
23 Argentum datum cum dolo, tanquam testa repu-
tandum. Labia læuigata cor occultant triste.
24 Labiis omnia annuit deplorans inimicus: in cor-
de autem fabricatur dolos.
25 Si te rogauerit inimicus magna voce; ne credi-
deris; septem enim sunt nequitiæ in anima eius.
26 Qui occultat inimicitiam; componit dolum: re-
uelat autem sua peccata bene notus in consessibus.
27 Qui fodit foueam proximo; incidet in eam: qui
autem voluit lapidem: super seipsum voluit.
28 Lingua mendax odit veritatem: os autem non
tectum facit ruinas.

CAP. XXVII.

1 NE glorieris in iis, quæ in crastinum: non enim
cognoscis, quid pariet superueniens dies.
2 Laudet te vicinus, & non os tuum, alienus, & non
tua labia.
3 Grauis est lapis, & vix portabilis arena: sed stulti
ira grauior vtroque.
4 Crudelis est indignatio, & acuta ira, sed nihil
sustinet zelus.
5 Meliores correptiones manifestæ, abscondita ami-
citia.
6 Fideliora sunt vulnera amici, quàm spontanea
oscula inimici.
7 Anima, quæ in saturitate est, fauis illudit: animæ
autem egenti etiam amara dulcia videntur.
8 Sicut cum auis deuolauerit è proprio nido; sic
homo seruus fit, cum peregrinatus fuerit è propriis
locis.
9 Vnguentis, & vinis, & odoramentis delectatur cor:
disrumpitur autem à calamitatibus anima.
10 Amicum tuum, vel amicum paternum ne dere-
liqueris: in domum autem fratris tui ne ingredia-
ris improspere agens. Melior amicus, qui prope,
quàm frater procul habitans.
11 Sapiens esto fili, vt lætetur cor tuum, & auerte à
te exprobrabiles sermones.
12 Astutus malis superuenientibus abscondit se:
imprudentes autem superuenientes damnum pa-
tientur.
13 Aufer vestimentum eius: præteriit enim iniurio-
sus, qui quidem aliena vastat.

Qui

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

12 *Vidisti virum sapientem in oculis suis? spes est de stulto
magis quam de eo.*
13 *Dicit piger, Leo est in via, leo est in plateis.*
14 *Sicut fores vertuntur in cardine suo, & piger in lectulo
suo.*
15 *Abscondit piger manum suam in sinu, fatigatur redu-
cere eam ad os suum.*
16 *Sapientior est piger in oculis suis, septem respondentibus
consilium.*
17 *Sicut qui apprehendit auribus canem, sic est transiens
qui irascitur in lite non sua.*
18 *Sicut abscondit se qui emittit scintillas, sagittas, &
mortem:*
19 *Sic vir qui fraudat amicum suum, & dicit, Nonne ludo
ego?*
20 *Quum non fuerint ligna, extinguitur ignis: sic quum
non fuerit susurro, silebit contentio.*
21 *Vt carbo est aptus ad prunas, & ligna ad ignem, sic &
vir contentiosus ad succendendum litem.*
22 *Verba susurronis sunt tanquam blandientia, & ipsa de-
scendunt ad penetralia ventris.*
23 *Vt est argentum plenum scorijs superinductum testa, sic
sunt labia succendentia lites, & cor malum.*
24 *Labijs suis alium præ se fert qui odio habet: at in in-
terioribus suis ponet dolum.*
25 *Quum gratiose alloquetur te, ne credideris ei: quoniam
septem abominationes sunt in corde illius.*
26 *Operit se odium in deceptionem: manifesta erit malitia
eius in congregatione.*
27 *Qui alteri fodit foueam, in eam cadet: & qui voluit
lapidem contra alium, ad eum reuertetur.*
28 *Lingua mendax odio habet contritum, & os blandum
facit impulsionem.*

CAP. XXVII.

1 *NE glorieris de die crastino: quia nescis quid paritura
sit dies.*
2 *Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non
labia tua.*
3 *Grauitas est saxo, & pondus est arenæ, sed ira stulti gra-
uior vtroq;.*
4 *Crudelitas est in ira, & impetus in furore: at quis sta-
bit coram inuidia?*
5 *Melior est increpatio manifesta quam amor absconditus.*
6 *Fidelia sunt vulnera diligentis: & dulcia oscula odio
habentis.*
7 *Anima saturata calcat fauum: at animæ famelicæ omne
amarum erit dulce.*
8 *Vt auis vagatur à nido suo, sic vir vagatur à loco suo.*
9 *Vt vnguentum & suffimentum lætificat cor, sic dulcedo
amici sui propter consilium animæ.*
10 *Amicum tuum & amicum patris tui ne derelinquas, &
domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuæ: nã
melior est vicinus propinquus, quam frater longinquus.*
11 *Sis sapiens fili mi, & lætifica cor meum, & respondebo
exprobranti mihi verbum.*
12 *Callidus videt malum, & abscondit se: simplices trans-
eunt, & mulctantur.*
13 *Tolle vestimentum eius, quia fideiussit pro extraneo: &
quia spopondit pro extranea, accipe pignus ab eo.*

Qui

Digitized by Google

	Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
	Qui benedicit proxi[illegible] suo voce grandi, de nocte consurgens maledicenti similis erit.	14	*Qui benedixit amico suo voce grandi, mane surgendo maledictio reputabitur ei.*
Sup. 19. 13.	Tecta perstillantia in die frigoris, & litigiosa mulier comparantur:	15	*Stillatio assidua in die pluuia, & mulier contentiosa aquauerunt se:*
	* qui retinet eam, quasi qui ventum teneat, & oleum dexteræ suæ vocabit.	16	** absco[illegible]s eam, abscondit ventum, & sicut vnguentum quod est in dextera sua, clamabit.*
	Ferrum ferro exacuitur, & homo exacuit faciem amici sui.	17	*Ferrum ferro acuetur, & vir acuet faciem amici sui.*
	Qui seruat ficum, comedet fructus eius: & qui custos est domini sui, glorificabitur.	18	*Qui seruat ficum, comedet fructum eius, & qui custodit dominum suum, glorificabitur.*
	Quomodo in aquis resplendent vultus prospicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus.	19	*Sicut in aqua facies faciei apparet, sic cor hominis homini.*
Eccli. 14. 9.	Infernus & perditio nunquam implentur: similiter & oculi hominum insatiabiles:	20	*Sepulchrum, & perditio non saturabuntur: & oculi hominum non saturabuntur.*
Sup. 17. 3.	Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum: sic probatur homo ore laudantis. Cor iniqui inquirit mala, cor autem rectum inquirit scientiam.	21	*Conflatorium argentum, & caminus aurum & virum os laudantis eum probat.*
	Si contuderis stultum in pila quasi ptisanas feriente desuper pito, non auferetur ab eo stultitia eius.	22	*Si contuderis stultum in mortario in medio farri contusi pistillo, non recedet ab eo stultitia eius.*
	Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera:	23	*Agnoscendo agnoscas vultum pecoris tui, pone cor tuum ad greges.*
	Non enim habebis iugiter potestatem: sed corona tribuetur in generationem & generationem,	24	*Quia non in sæculum diuitiæ sunt duraturæ, & num corona erit in generatione, & generationem?*
	Aperta sunt prata, & apparuerunt herbæ virentes, & collecta sunt fœna de montibus.	25	*Apparuit herba, & apparebit germen, & colligentur herbæ montium.*
1 Tim. 6. 8.	Agni ad vestimentum tuum: & hœdi, ad agri pretium.	26	** Ouium lanæ erunt pro indumentis tuis, & precium agri erunt hirci.*
	Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, & in necessaria domus tuæ: & ad victum ancillis tuis.	27	*Et sufficiet precium lactis caprarum in cibum tuum, & cibum domus tuæ, & victum puellis tuis.*

CAP. XXVIII.

	Fugit impius, nemine persequente: iustus autem quasi leo confidens, absque terrore erit.	1	*Fugerunt, & non erat persequens, impij: & iusti veluti leunculus fident.*
	Propter peccata terræ multi principes eius: & propter hominis sapientiam, & horum scientiam quæ dicuntur, vita ducis longior erit.	2	*Propter præuaricationem populi terræ multi principes eius, & propter hominem intelligentem scientem, sic prolongabitur regnum.*
	Vir pauper calumnians pauperes, similis est imbri vehementi, in quo paratur fames.	3	*Vir pauper, & rapiens pauperes est vt pluuia inundans, & non est panis.*
	Qui derelinquunt legem, laudant impium: qui custodiunt, succenduntur contra eum.	4	*Derelinquentes legem laudabunt impium, & custodientes legem litigabunt cum eis.*
	Viri mali non cogitant iudicium: qui autem inquirunt Dominum, animaduertunt omnia.	5	*Viri mali non intelligent iudicium, quærentes autem Dominum, intelligent omnia.*
Sup. 19. 1.	Melior est pauper ambulans in simplicitate sua, quàm diues in prauis itineribus.	6	*Melior est pauper, qui ambulat in perfectione sua, quam peruersus vijs, & ipse diues.*
	Qui custodit legem filius sapiens est: qui autem commessatores pascit, confundit patrem suum.	7	*Qui custodit legem, filius est intelligens: qui autem pascit comedones pudore afficiet patrem suum.*
	Qui coaceruat diuitias vsuris & fœnore, liberali in pauperes congregat eas.	8	*Qui multiplicat diuitias suas vsura, & augmento, ad largiendum pauperibus, congregabit eas.*
	Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.	9	*Qui remouet aurem suam, ne audiat legem, etiam oratio eius est abominatio.*
	Qui decipit iustos in via mala, in interitu suo corruet: & simplices possidebunt bona eius.	10	*Qui errare facit rectos per viam malam, in foueam eius ipse corruet, & perfecti hæreditate accipient bonum.*
	Sapiens sibi videtur vir diues: pauper autem prudens scrutabitur eum.	11	*Sapiens in oculis suis est vir diues, pauper autem intelligens scrutabitur eum.*
	In exultatione iustorum multa gloria est: regnantibus impiis ruina hominum.	12	*Cum exultauerint iusti multa gloria, & cum surrexerint impij, inuestigabitur homo.*
	Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur.	13	*Qui tegit scelera sua, non prosperabitur, confitentis autem, & relinquentis miserebitur.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

14 Qui benedixerit amicum mane grandi voce; à maledicente nihil differre videbitur.

15 Stillicidia eiiciunt hominem in die hiemali de domo sua: similiter & mulier maledica de propria domo.

16 Aquilo durus ventus, nomine autem dexter vocatur.

17 Ferrum acuit ferrum: vir autem exacuit faciem amici.

18 Qui plantat ficum; comedet fructus eius: qui autem custodit suum dominum; honorificabitur.

19 Sicut non similes facies faciebus; ita neque cogitationes hominum.

20 Infernus, & perditio non implentur: similiter & oculi hominum insatiabiles. Abominatio Domino obfirmans oculos, & indisciplinati incontinentes linguam.

21 Probatio argento, & auro ignitio: vir autem probatur per os laudantium eum.* Cor iniqui exquirit mala: cor autem rectum quærit scientiam.

22 Si flagellaueris imprudentem in medio consessus inhonorans; non auferes imprudentiam eius.

23 Euidenter cognosces animas gregis tui: & applicabis cor tuum tuis armentis:

24 Quoniam non in sæculum viro robur, & fortitudo: neque tradit ex generatione in generationem.

25 Adhibe curam his, quæ in campo sunt, viriditus, & attondebis herbam, & congrega fœnum æstiuũ,

26 Vt habeas oues in vestimentum: cole campum, vt sint tibi agni.

27 Fili à me habes verba fortia ad vitam tuam, & ad vitam ministrorum tuorum.

CAP. XXVIII.

1 FVgit impius nemine persequente: iustus autem tanquam leo, confidit.

2 Propter peccata impiorum iudicia suscitantur: vir autem astutus extinguet ea.

3 Fortis in impietatibus calumniatur pauperes: tanquam pluuia vehemens, & inutilis,

4 Sic qui derelinquentes legem, laudant impietatem: qui autẽ diligunt legem; circundãt sibi murũ.

5 Viri mali non intelligent iudicium: quærentes autem Dominum intelligent in omni.

6 Melior est pauper vadens in veritate, diuite mendaci.

7 Custodit legem filius intelligens: qui autem pascit luxuriam; inhonorat patrem.

8 Qui multiplicat diuitias suas cum vsuris, & excrescentiis; ei qui miseretur inopum, congregat eas.

9 Qui declinat aurem suam, ne exaudiat legem; & ipse orationem suam abominabilem fecit.

10 Qui seducit rectos in viam malam; in corruptionem ipse incidet: iniqui autem transibunt bona, & non ingredientur in ea.

11 Sapiens apud se vir diues: pauper autem intelligens condemnabit eum.

12 Per auxilium iustorum multa fit gloria: in locis autem impiorum capiuntur homines.

13 Qui cooperit impietatem suam; non prosperabitur: qui autem narrat redargutiones; diligetur.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

14 *Qui benedicit amico suo voce magna, & mane surgendo maledictio reputabitur ei.*

15 *Stillatio assidua in die pluuiæ, & mulier contentiosa æquantur.*

16 *Abscondens eam, abscondit ventum: & vt vnguentum quod est in dextera sua, clamabit.*

17 *Ferrum ferro acuitur, ita vir exacuit faciem amici sui.*

18 *Qui custodit ficum, comedit fructum eius: sic qui custodit dominum suum, honore afficietur.*

19 *Sicut in aqua facies faciei respondet, sic cor hominis homini.*

20 *Sepulchrum & perditio non saturantur: sic oculi hominum non saturantur.*

21 *Vt conflatorium argento, & fornax auro: sic est viro os laudantis eum.*

22 *Ac si contuderis stultum in mortario in medio triticorum contusorum pistillo, non recedet ab eo stultitia eius.*

23 *Considerando considera vultum pecoris tui, pone cor tuum ad greges.*

24 *Quia non in seculum diuitiæ sunt duraturæ, & num corona erit in generatione & generatione?*

25 *Prodit gramen, & apparet herba, & colliguntur herbæ montium.*

26 *Ouium lanæ sunt pro indumentis tuis: & pretium agri sunt hirci:*

27 *Et sufficientia lactis caprarum in cibum tuum, & in cibum domus tuæ, & ad victum puellarum tuarum.*

CAP. XXVIII.

1 *FVgiunt, tametsi nemo persequatur, impij: iusti autem instar leunculi confidunt.*

2 *Propter præuaricationem regionis, multi principes eius: at propter hominem intelligentem & scientem, sic prolongabitur regnum.*

3 *Vir pauper, & vir spolians pauperes, est vt pluuia inundans, & nullus est postea panis.*

4 *Derelinquentes Legem, laudant impium: at custodientes Legem, contendunt cum eis.*

5 *Viri mali non intelligunt iudicium: quærentes autem Iehouam, intelligunt omnia.*

6 *Præstantior est pauper qui ambulat in perfectione sua, quam peruersus vijs, & ipse diues.*

7 *Qui custodit Legem, filius est intelligens: qui autem pascit comedones, pudore afficit patrem suum.*

8 *Qui multiplicat diuitias suas vsura & fænore, ad largiendum pauperibus congregat eas.*

9 *Qui remouet aurem suam, ne audiat Legem, etiam oratio eius erit abominatio.*

10 *Qui errare facit rectos per viam malã, in foueam suam ipse corruet: at perfecti hæreditate accipient bonum.*

11 *Sapiens in oculis suis est vir diues: pauper autem intelligens scrutatur eum.*

12 *Quum exultant iusti, multa est gloria: & quum eueh untur impij, abscondit se homo.*

13 *Qui tegit scelera sua, nunquam aget prospere: qui vero confitetur, & derelinquit, misericordiam consequetur.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

14 Beatus homo qui ſemper eſt pauidus: qui vero mentis eſt duræ, corruet in malum.

15 Leo rugiens, & vrſus eſuriens, princeps impius ſuper populum pauperem.

16 Dux indigens prudentia, multos opprimet per calumniam: qui autem odit auaritiam, longi fient dies eius.

17 Hominem, qui calumniatur animæ ſanguinem, ſi vſque ad lucem fugerit, nemo ſuſtinet.

18 Qui ambulat ſimpliciter, ſaluus erit: qui peruerſis graditur viis, concidet ſemel.

19 * Qui operatur terram ſuam, ſatiabitur panibus: qui autem ſectatur otium, replebitur egeſtate.

20 Vir fidelis multum laudabitur: * qui autem feſtinat ditari, non erit innocens.

21 Qui cognoſcit in iudicio faciem, non benefacit: iſte & pro buccella panis deſerit veritatem.

22 Vir, qui feſtinat ditari, & aliis inuidet, ignorat quòd egeſtas ſuperueniet ei.

23 Qui corripit hominem, gratiam poſtea inueniet apud eum magis quàm ille, qui per linguæ blandimenta decipit.

24 Qui ſubtrahit aliquid à patre ſuo, & à matre: & dicit hoc non eſſe peccatum, particeps homicidæ eſt.

25 Qui ſe iactat, & dilatat, iurgia concitat: qui vero ſperat in Domino, ſanabitur.

26 Qui confidit in corde ſuo, ſtultus eſt: qui autem graditur ſapienter, ipſe ſaluabitur.

27 Qui dat pauperi, non indigebit: qui deſpicit deprecantem, ſuſtinebit penuriam.

28 Cum ſurrexerint impij, abſcondentur homines: cum illi perierint, multiplicabuntur iuſti.

* Sup. 12. 11. Eccli. 20. 30.
* Sup. 13. 11. & 20. 21.

CAP. XXIX.

1 VIro, qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus ei ſuperueniet interitus: & eum ſanitas non ſequetur.

2 In multiplicatione iuſtorum lætabitur vulgus: cum impij ſumpſerint principatum, gemet populus.

3 Vir, qui amat ſapientiam, lætificat patrem ſuum: * qui autem nutrit ſcorta, perdet ſubſtantiam.

4 Rex iuſtus erigit terram, vir auarus deſtruet eam.

5 Homo, qui blandis, fictiſque ſermonibus loquitur amico ſuo, rete expandit greſſibus eius.

6 Peccantem virum iniquum inuoluet laqueus: & iuſtus laudabit atque gaudebit.

7 Nouit iuſtus cauſam pauperum: impius ignorat ſcientiam.

8 Homines peſtilentes diſſipant ciuitatem, ſapientes vero auertunt furorem.

9 Vir ſapiens, ſi cum ſtulto contenderit, ſiue iraſcatur, ſiue rideat, non inueniet requiem.

10 Viri ſanguinum oderunt ſimplicem: iuſti autem quærunt animam eius.

11 Totum ſpiritum ſuum profert ſtultus: ſapiens differt, & reſeruat in poſterum.

12 Princeps, qui libenter audit verba mendacij, omnes miniſtros habet impios.

13 Pauper, & creditor obuiauerunt ſibi: vtriuſque illuminator eſt Dominus.

14 Rex, qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur.

* Luc. 15. 13.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

14 *Beatus homo qui pauet ſemper: ſed qui indurat cor ſuum, corruet in malum.*

15 *Vt leo rugiens, & vrſus auidus dominatur impius populo pauperi.*

16 *Dux deficiens intelligentijs multiplicabit rapinas, ſed qui odio habet auaritiam, prolongabit dies.*

17 *Homo raptor propter ſanguinem animæ vſq; ad ſepulchrum fugiet, ne teneant eum.*

18 *Qui ambulat perfectè, ſaluus erit: peruerſus vijs, cadet ſemel.*

19 *Qui colit terram ſuam, ſaturabitur pane: ſed qui ſectatur viros inanes, ſaturabitur egeſtate.*

20 *Vir fidelis multiplicat benedictiones, & qui feſtinat ditari, non erit impunis.*

21 *Cognoſcere faciem in iudicio, non eſt bonum, & propter buccellam panis præuaricabitur vir.*

22 *Feſtinat ad diuitias vir mali oculi, & non cognoſcit quòd defectus veniet ei.*

23 *Qui increpat hominem, qui retrocedit, gratiam inueniet magis quam is qui blanditur lingua.*

24 *Qui rapit bona patris ſui, & matris ſuæ, & dicit: non eſt præuaricatio, particeps eſt viri diſſipantis* bona ſua.

25 *Latus animo, miſcebit litem: ſed qui fidit Domino, impinguabitur.*

26 *Qui fidit cordi ſuo eſt ſtultus: & qui ambulat ſapienter ipſe euadet.*

27 *Danti pauperi, non erit defectus: & abſcondenti oculos ſuos erit multitudo maledictionum.*

28 *Cum ſurrexerint impij abſcondet ſe homo, & cum perierint, multi erunt iuſti.*

CAP. XXIX.

1 *VIr increpatus qui indurat ceruicem, repente conteretur, & non erit ſanitas.*

2 *Cum dominati fuerint iuſti, lætabitur populus, & cum dominatus fuerit impius, gemet populus.*

3 *Vir qui amat ſapientiam lætificabit patrem ſuum, ſed qui paſcit ſcorta, perdet ſubſtantiam.*

4 *Rex in iudicio ſtare faciet terram, vir autem qui ſuſcipit dona, diruet eam.*

5 *Vir qui blanditur amico ſuo, rete expandit pedibus eius.*

6 *Propter præuaricationem viri veniet ei malus laqueus, iuſtus autem laudabit, & lætabitur.*

7 *Cognoſcit iuſtus iudicium pauperum, impius non intelliget ſcientiam.*

8 *Homines deriſores illaqueabunt ciuitatem: ſapientes vero auertent furorem.*

9 *Vir ſapiens in iudicio erit cum ſtulto, & iraſcetur, & ridebit, & non erit requies.*

10 *Viri ſanguinolenti odio habebunt perfectum, recti autem quærent animam eius.*

11 *Totum ſpiritum ſuum proferet ſtultus: ſapiens autem in poſterum quieſcere faciet eum.*

12 *Quando dominatur qui attendit verbo mendaci, omnes miniſtri eius ſunt impij.*

13 *Pauper, & vir fraudulentus obuiauerunt ſibi, illuminans oculos amborum eſt Dominus.*

14 *Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur.*

Virga

Virga

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

14 Beatus vir, qui veretur omnia per metum: durus
autem corde incidet malis.
15 Leo esuriens, & lupus sitiens, qui cum inops sit,
tyrannide dominatur genti pauperi.
16 Rex egens prouentuum, magnus sycophanta: qui
autem odit iniustitiam; longum tempus viuet.

17 Virum, qui in causa mortis, spondens, profugus
erit, & non in securitate. Erudi filium, & diliget te,
& dabit ornatum animæ tuæ, non obediet genti
iniquæ.
18 Qui ambulat iuste; adiutus est: qui autem per-
uersis viis vadit; implicabitur.
19 Qui operatur suam terram; implebitur panibus:
qui autem sectatur ocium; implebitur paupertate.
20 Vir fidelis multa benedicetur: malus autem non
impunitus erit.
21 Qui non reueretur facies iustorum; non bonus:
qui talis est; buccella panis vendet virum.
22 Festinat ditescere vir inuidus: & non nouit, quia
misericors obtinebit eum.
23 Qui corripit hominis vias; gratias reportabit
magis eo, qui lingua gratificatur.

24 Qui abiicit patrem, vel matrem, & videtur non
peccare; hic consors est viri impij.

25 Infidelis vir iudicat temere: qui autem confidit
super Dominum; in cura diligenti erit.
26 Qui confidit audacia cordis; talis est imprudens:
qui autem ambulat sapientia; saluabitur.
27 Qui dat pauperibus, non egebit: qui autem auer-
tit oculum suum; in multa penuria erit.
28 In locis impiorum gemunt iusti: in illorum au-
tem perditione abundant iusti.

C A P. XXIX.

1 MElior vir correptionum, viro duræ ceruicis: re-
pente enim ardente eo non est medela.

2 Dum laudantur iusti; lætabuntur populi: impe-
rantibus autem impiis, gemunt viri.

3 Viri amantis sapientiam lætatur pater eius; qui
autem pascit meretrices; disperdet diuitias.
4 Rex iustus erigit regionem: vir autem iniquus
destruit.
5 Qui præparat ad faciem sui amici rete; illud cir-
cundat suis pedibus.
6 Peccanti viro magnus laqueus: iustus autem in
gaudio, & in lætitia erit.
7 Nouit iustus iudicare pauperibus: impius autem
non cogitat scientiam, & inopi non inest mens cog-
noscens.
8 Viri iniqui exusserunt ciuitatem: sapientes au-
tem auerterunt iram.
9 Vir sapiens iudicabit gentes: vir autem nequam
succensens deridetur, & non terret.
10 Viri sanguinum participes odio habent sanctum:
recti autem exquirent animam eius.
11 Totam iram suam profert insipiens: sapiens au-
tem dispensat per partem.
12 Rege exaudiente verbum iniustum, omnes, qui
sub eo, iniqui.
13 Fœneratore, & debitore inuicem concurrentibus,
visitationem vtriusque facit Dominus.
14 Regis in veritate iudicantis pauperes, sedes eius
in testimonium constituetur.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

14 *Beatus homo qui pauet semper: sed qui indurat cor suum,
corruet in malum.*
15 *Vt leo rugiens, & vrsus esuriens, est princeps impius su-
per populum pauperem.*
16 *Dux carens intelligentijs, multiplicat rapinas: sed qui
odio habet auaritiam, prolongabit dies.*

17 *Homo qui opprimit in sanguine animæ: vsq; ad sepul-
chrum fugiet, nec retinebunt eum.*

18 *Qui ambulat integre, saluus erit: peruersus autem
vijs cadet semel.*
19 *Qui colit terram suam, saturabitur pane: sed qui se-
ctatur otiosos saturabitur egestate.*
20 *Vir fidelis multiplicabit benedictiones: at qui festinat di-
tari, non erit innocens.*
21 *Agnoscere faciem in iudicio, non est bonum: & ob buc-
cellam panis præuaricatur vir.*
22 *Festinat ad diuitias vir mali oculi, nec cognoscit quod
inopia eueniet ei.*
23 *Qui increpat hominem retrocedentem, gratiam inue-
niet magis quam is qui blanditur lingua.*

24 *Qui diripit bona patris sui & matris suæ, & dicit non
esse præuaricationem, is socius est viri exterminationis.*

25 *Latus animo, miscet litem: sed qui fidit Iehouæ, impin-
guabitur.*
26 *Qui fidit cordi suo, est stultus, qui vero ambulat in sa-
pientia, ipse euadet.*
27 *Et qui dat pauperi, non erit inopia: & auertenti oculos
suos, erit multitudo maledictionum.*
28 *Dum euehuntur impij, abscondit se homo: quum vero
pereunt, multiplicantur iusti.*

C A P. XXIX.

1 *VIr increpatus qui indurat ceruicem, repente contere-
tur, nec erit illi sanitas.*

2 *Quando dominantur iusti, lætatur populus: & quum
dominatur impius, gemit populus.*

3 *Vir qui amat sapientiam, lætificat patrem suum: sed qui
pascit scorta, perdit substantiam.*
4 *Rex in iudicio stabilem reddit terram: vir autem qui
suscipit dona, diruet eam.*
5 *Vir qui blanditur amico suo, rete expandit ante gressus
eius.*
6 *In præuaricatione viri mali est laqueus: iustus autem
cantabit & lætabitur.*
7 *Cognoscit iustus causam pauperum: impius non intelli-
git scientiam.*

8 *Homines derisores illaqueant ciuitatem: sapientes vero
auertunt furorem.*
9 *Vir sapiens contendat cum stulto, siue irascatur, siue ri-
deat, non erit requies.*
10 *Viri sanguinolenti oderunt integrum: recti autem quæ-
runt animam eius.*
11 *Totum spiritum suum profert stultus: sapiens autem in
posterum quiescere facit eum.*
12 *Dominatoris attendentis verbo mendaci, omnes ministri
sunt impij.*
13 *Pauper & vir vsurarum occurrerunt sibi: illuminat ocu-
los amborum Iehouah.*
14 *Regis qui iudicat in veritate pauperes thronus in æter-
num firmabitur.*

Vulgat. Editio.

Virga atque correptio tribuit sapientiam: puer 15
autem qui dimittitur voluntati suæ, confundit
matrem suam.
In multiplicatione impiorum multiplicabuntur 16
scelera: & iusti ruinas eorum videbunt.
Erudi filium tuum, & refrigerabit te, & dabit 17
delicias animæ tuæ.
Cum prophetia defecerit, dissipabitur populus: 18
qui vero custodit legem, beatus est.
Seruus verbis non potest erudiri: quia quod di- 19
cis intelligit, & respondere contemnit.
Vidisti hominem velocem ad loquendum? stul- 20
titia magis speranda est, quàm illius correptio.
Qui delicate à pueritia nutrit seruum suum, 21
postea sentiet eum contumacem.
Vir iracundus prouocat rixas: & qui ad indig- 22
nandum facilis est, erit ad peccandum procliuior.
* Iob 22. * Superbum sequitur humilitas: & humilem spi- 23
ritu suscipiet gloria.
Qui cum fure participat, odit animam suam: 24
adiurantem audit, & non indicat.
Qui timet hominem, cito corruet: qui sperat 25
in Domino, subleuabitur.
Multi requirunt faciem principis: & iudicium à 26
Domino egreditur singulorum.
Abominantur iusti virum impium: & abomi- 27
nantur impij eos, qui in recta sunt via.
Verbum custodiens filius, extra perditionem
erit.

CAP. XXX.

VErba Congregantis filij Vomentis. 1
Visio, quam locutus est vir, cum quo est Deus,
& qui Deo secum morante confortatus, ait:
Stultissimus sum virorum, & sapientia homi- 2
num non est mecum.
Non didici sapientiam, & non noui scientiam 3
sanctorum.
Quis ascendit in cælum atque descendit? quis 4
continuit spiritum in manibus suis? quis colliga-
uit aquas quasi in vestimento? quis suscitauit om-
nes terminos terræ? quod nomen est eius, & quod
nomen filij eius, si nosti?
* Psal. 18. 31. * Deut. 4. 2 & 12. 32. * Omnis sermo Dei ignitus, clypeus est speranti- 5
bus in se: * ne addas quidquam verbis illius, & ar- 6
guaris, inueniarisque mendax.
Duo rogaui te, ne deneges mihi antequam mo- 7
riar.
Vanitatem, & verba mendacia longe fac à me. 8
Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi: tribue
tantum victui meo necessaria: * ne forte satiatus 9
illiciar ad negandum, & dicam: Quis est Domi-
nus? aut egestate compulsus furer, & periurem no-
men Dei mei.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

*Virga, & increpatio tribuet sapientiam: puer autem di-
missus pudorem afficit matrem suam.*
*Cum multiplicati fuerint impij, multiplicabitur praua-
ricatio, iusti autem ruinam eorum videbunt.*
*Corripe filium tuum, & requiescere faciet te, & dabit
delitias animæ tuæ.*
*Cum non fuerit visio, rebellis erit populus, custodiens
autem legem beatus erit.*
*Verbis non erudietur seruus: quia intelliget, & non erit
responsio.*
*Vidisti virum velocem in verbis suis, spes est stulto ma-
gis quam de illo.*
*Qui delicate nutrit à pueritia seruum suum, in nouissi-
mo suo erit superbus perinde ac filius.*
*Vir furibundus miscebit litem: & iracundus multiplicat
praeuaricationem.*
*Superbia hominis humiliabit eum: & humilem spiritus
sustentabit gloria.*
*Qui participat cum fure, odio habet animam suam:
maledictionem audiet, & non annunciabit.*
*Timor hominis ponet laqueum: qui fidit Domino eleua-
bitur.*
*Multi quærunt faciem dominantis: & à Domino est iu-
dicium uniuscuiusque.*
*Abominatio iustorum est vir iniquus: & abominatio
impij, est rectus via.*

CAP. XXX.

VErba Aghur filij Iache.
Prophetiam dixit vir ad Ithiel, ad Ithiel, & Vcbal.
*Quia stultior sum quolibet, & non est intelligentia ho-
minum mihi.*
Et non didici sapientiam, nec scientiam sanctorum noui.
*Quis ascendit in cælum & descendit? Quis congrega-
uit ventum in pugillis suis? Quis ligauit aquas in vesti-
mento? Quis statuit omnes terminos terræ? Quod nomen
eius, & quod nomen filij eius, num nosti?*
*Omnis sermo Dei purgatus, clypeus est sperantibus in
eo. * ne addas verbis eius, ne forte increpet te, & mendax
inueniaris.*
Duo postulaui à te, ne prohibeas à me, antequam moriar.
Verbum otiosum, & verba mendacia elonga à me.
*Paupertatem, & diuitias ne dederis mihi: ale me cibo,
qui conuenit mihi. * Ne forte satier, & negem, & dicam:
Quis est Dominus? & ne forte efficiar pauper, & furer, &
assumam in vanum nomen Dei mei.*

Ne

Ne

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

15 Plagæ,& correptiones dant sapientiam: puer autem errans confundit parentes suos.

16 Cum multi sunt impij; multa fiunt peccata: iusti autem illis cadentibus timidi fiunt.

17 Erudi filium tuum:& requiem dabit tibi,& dabit ornatum animæ tuæ.

18 Non erit enarrator genti iniquæ: custodientes autem legem beatissimus.

19 Verbis non erudietur famulus durus: nam etsi intellexerit: sed non obediet.

20 Si videas virum velocem in verbis: cognosce, quia spem habet magis insipiens eo.

21 Qui delicatur à puero; famulus erit: nouissime autem dolebit super se.

22 Vir indignabundus suscitat contentionem:& vir iracundus effodit peccatum.

23 Contumelia virum humiliat: humiliter autem sentientes firmat gloria Dominus.

24 Qui participat furi; odit suam animam: si autem iuramentum propositum audientes non annunciauerint,

25 Timentes, & reueriti homines supplantati sunt: qui autem confidit in Domino; lætabitur. Impietas viro dat prolapsionem: qui autem confidit in Domino; saluabitur.

26 Multi colunt facies Ducum: à Domino autem fit iustum viro.

27 Abominatio iustus vir viro iniusto: abominatio autē iniquo recte pergens via. ⋆Verbum custodiens filius extra perditionem erit excipiens autem excepit illud. Nihil falsi de ore regi dicatur, & nihil falsi ex lingua ipsius exeat, gladius lingua regis & non carnea quicumque autem traditus fuerit conteretur: si enim irritatus fuerit furor eius, cum neruis homines absumit & ossa hominum deuorat, & cōburet tanquam flamma, ita vt sint inepta esui pullis aquilarum. Mea verba fili timeto & suscipiens ea pœnitentiam age.

Hæc quæ ponuntur ab asterisco vsque ad finem capituli, quia in principio respon- e nt non sæ vulgatæ, & reliqua non habent quibus accōmodentur nos hic posuimus contextū vulgata sequentes cum tamen in translat. ex Sept. Romanā habeantur ca. 24. post nu. 22. vbi posuimus asteriscū ad hoc indicādum.

CAP. XXX.

1 HÆc dicit vir credentibus Deo,& quiesco.

2 Insipientissimus enim sum omnium hominum: & prudentia hominum non est in me.

3 Deus docuit me sapientiam, & scientiam sanctorum cognoui.

4 Quis ascendit in cælum, & descendit? quis congregauit ventos in sinu? quis conuertit aquam in vestimento? quis tenuit omnia extrema terræ? quod nomen ei? aut quod nomen filiis eius?

5 Omnia enim verba Dei ignita: protegit autem ipse eos, qui reuerentur ipsum.

6 Ne addas verbis eius, vt non arguat te, & fias mendax.

7 Duo peto à te; ne auferas à me gratiam, antequam ego moriar.

8 Vanum verbum,& mendax longe fac à me: diuitias autem, & paupertatem ne dederis mihi: constitue autem mihi, quæ sunt necessaria,& sufficientia:

9 Ne saturatus mendax fiam,& dicam, quis me videt? aut egens furer,& periurem nomen Dei.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

15 *Virga & increpatio tribuit sapientiam: puer autem sibi derelictus, pudore afficit matrem suam.*

16 *Quum multiplicati fuerint impij, multiplicabitur præuaricatio: iusti autem ruinam eorum videbunt.*

17 *Corripe filium tuum, & requiescere faciet te, dabitq́ delicias animæ tuæ.*

18 *Quum non est visio, dissipatur populus: custodiens autem Legem, beatus.*

19 *Verbis non erudietur seruus: quamuis intelligat, non est tamen responsio.*

20 *Vides virum velocem in verbis suis? spes est de stulto magis quam de illo.*

21 *Qui delicate nutrit à pueritia seruum suum, in nouissimo suo erit tanquam filius.*

22 *Vir iracundus miscet litem,& furibundus multiplicat præuaricationem.*

23 *Superbia hominis humiliat eum: & humilem spiritu sustentat gloria.*

24 *Qui participat cum fure, odio habet animam suam: maledictionem audit,& non annuntiat.*

25 *Timor hominis ponit laqueum: & qui fidit Iehoua, exaltabitur.*

26 *Multi quærunt faciem dominantis: & à Iehoua proficiscitur iudicium vniuscuiusq́.*

27 *Abominatio iustorum est vir iniquus: abominatio autem impij est rectus via.*

CAP. XXX.

1 *VErba Agur filij Iace.*
Prophetia quam dixit vir ad Ithiel, ad Ithiel inquam & Vcbal.

2 *Sane stultior sum quolibet, nec est intelligentia hominis mihi:*

3 *Neq́ didici sapientiam, nec scientiam sanctorum noui.*

4 *Quis ascendit in celum,& descendit? quis collegit ventum in pugillis suis? quis congregauit aquas in vestimento? quis stabiliuit omnes terminos terræ: quod nomen eius, & quod nomen filij eius, si nosti?*

5 *Omnis sermo Dei velut igne purgatus; clypeus est sperantibus in se:*

6 *Ne addas verbis eius, ne forte increpet te, & mendax deprehendaris.*

7 *Duo postulaui à te, ne prohibeas à me, antequam moriar:*

8 *Vanitatem & verbum mendax remoue à me: paupertatem & diuitias ne dederis mihi: ale me cibo qui conuenit mihi:*

9 *Ne forte satier,& abnegem, dicamq́, Quis est Iehoua? & ne forte efficiar pauper,& furer, assumamq́ in vanum nomen Dei mei.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Ne accuses seruum ad Dominum suum, ne forte 10
maledicat tibi, & corruas.
Generatio, quæ patri suo maledicit, & quæ matri 11
suæ non benedicit.
Generatio, quæ sibi munda videtur, & tamen 12
non est lota à sordibus suis.
Generatio, cuius excelsi sunt oculi, & palpebræ 13
eius in alta surrectæ.
Generatio, quæ pro dentibus gladios habet, & 14
commandit molaribus suis, vt comedat inopes de
terra, & pauperes ex hominibus.
Sanguisugæ duæ sunt filiæ, dicentes: Affer, Affer. 15
Tria sunt insaturabilia, & quartum, quod numquam dicit: Sufficit.
Infernus, & os vuluæ, & terra, quæ non satiatur 16
aqua: ignis vero numquam dicit: Sufficit.

Oculum, qui subsannat patrem, & qui dispicit 17
partum matris suę, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ.
Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus 18
ignoro:
Viam aquilæ in cælo, viam colubri super petram, 19
viam nauis in medio mari, & viam viri in adolescentia.
Talis est & via mulieris adulteræ, quæ comedit, 20
& tergens os suum dicit: Non sum operata malum.

Per tria mouetur terra, & quartum non potest 21
sustinere:
Per seruum cum regnauerit: per stultum cum sa- 22
turatus fuerit cibo: * per odiosam mulierem cum 23
in matrimonio fuerit assumpta: & per ancillam
cum fuerit hæres dominæ suæ.
Quatuor sunt minima terræ, & ipsa sunt sapien- 24
tiora sapientibus.
Formicæ, populus infirmus, qui pręparat in mes- 25
se cibum sibi: * lepusculus, plebs inualida, qui col- 26
locat in petra cubile suum: * regem locusta non 27
habet, & egreditur vniuersa per turmas suas:
* stellio manibus nititur, & moratur in ædibus 28
regis.

Tria sunt, quæ bene gradiuntur, & quartum, 29
quod incedit feliciter:
Leo fortissimus bestiarum, ad nullius pauebit oc- 30
cursum: * gallus succinctus lumbos: & aries: nec est 31
rex, qui resistat ei.

Est qui stultus apparuit postquam eleuatus est in 32
sublime: si enim intellexisset, ori suo imposuisset
manum.
Qui autem fortiter premit vbera ad eliciendum 33
lac, exprimit butyrum: & qui vehementer emungit, elicit sanguinem: & qui prouocat iras, producit
discordias.

CAP. XXXI.

1 VErba Lamuelis regis. Visio, qua erudiuit eum
mater sua.
2 Quid dilecte mi, quid dilecte vteri mei, quid dilecte votorum meorum?

3 Ne dederis mulieribus substantiam tuam, & diuitias tuas ad delendos reges.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

10 *Ne accuses seruum Domino suo, ne forte maledicat tibi, & delinquas.*
11 *Est generatio quæ patri suo maledicet, & matri suæ non benedicet.*
12 *Est, & generatio quæ munda est in oculis suis, & à sorde sua non est lota.*
13 *Est generatio quædam cuius excelsi sunt oculi, & palpebræ eleuatæ sunt.*
14 *Est generatio cuius dentes sunt vt gladij, & vt cultri molares eius, vt consumant pauperes è terra, & egenos ab hominibus.*
15 *Sanguisugę duæ sunt filię quæ dicunt affer, affer.*
Tria sunt quæ non saturabuntur, quatuor non dixerunt, sufficit.
16 *Sepulchrum, & sterilis vulua, terra non est satiata aquis, & ignis non dixit, sufficit.*

17 *Oculum qui subsannauerit patrem, & contempserit obedientiam matris, effodiant corui torrentis, & comedant eum filij aquilæ.*
18 *Tria sunt abscondita à me, & quatuor quæ non noui.*
19 *Viam aquilæ in cælo, viam serpentis super petram, viam nauis in corde maris, & viam viri in virgine.*
20 *Sic est via mulieris, quæ adulterium committit, comedit, & tersit os suum, & dixit. Non operata sum iniquitatem.*

21 *Propter tria mouet se terra, & propter quatuor non potest sustinere.*
22 *Propter seruum, quum regnauerit, & stultum quum sa-*
23 *turatus fuerit pane. * Propter exosam quum maritata fuerit: & ancillam quum hæres fuerit Dominæ suæ.*
24 *Quattuor sunt minima terræ, & ipsa sunt sapientia per seipsa, ac si sapientiam fuissent edocta.*
25 *Formicæ populus non fortis, & præparant in æstate ci-*
26 *bum suum: * Cuniculi populus non fortis, & ponunt in pe-*
27 *tra domum suam. * Rex non est locustæ, & egreditur adu-*
*nata omnis ipsa: * Simia in manibus capiet, & est in edi-*
28 *bus regis.*

29 *Tria sunt optimi incessus, & quattuor optimæ itinerationis.*
30 *Leo fortis inter animalia, & non reuertetur, à facie*
31 *omnium. * Lelaps accinctus lumbos vel hircus, & rex Alcum cum eo.*

32 *Si stulte egisti quum te efferres, & si inique cogitasti manum ad os* pone.
33 *Quia emulsor lactis, eliciet butyrum, & emunctor naris, eliciet sanguinem, & emunctor furorum, eliciet litem.*

CAP. XXXI.

1 *VErba Lemuel regis prophetia quæ erudiuit eum mater sua,*
2 *Quid fili mi, & quid fili vteri mei, & quid fili votorum meorum facies?*

3 *Ne dederis mulieribus substantiam tuam, & vias tuas ad delendum reges.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.		Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
Ne tradas famulum in manus Domini, ne quando maledicat te, & delearis.	10	*Ne accuses seruum apud dominum suum: ne forte maledicat tibi, & delinquas.*
Filius malus patrem maledicit, & matrem non benedicit.	11	*Est generatio quæ patri suo maledicit, & matri suæ non benedicit.*
Filius malus iustum se iudicat: exitum vero suum non lauit.	12	*Est & generatio quæ munda est in oculis suis, & à sorde sua non est abluta.*
Filius malus sublimes oculos habet, palpebris autem suis extollitur.	13	*Est generatio quædam cuius excelsi sunt oculi, & palpebræ eius eleuatæ sunt.*
Filius malus gladios dentes habet, & cultros molas, vt consumat, & comedat humiles de terra, & pauperes eorum ex hominibus.	14	*Est generatio cuius dentes sunt vt gladij, & vt cultri molares eius, vt deuorent pauperes è terra, & egenos ex hominibus.*
Sanguisugæ tres filiæ erant dilectione dilectæ,	15	*Sanguisugæ duæ sunt filiæ quæ dicunt, Affer, affer. Tria sunt quæ non satiantur: imo quatuor sunt quæ non dicunt, Sufficit.*
Et tres ipsæ non saturauerunt eam, & quarta nō suffecit dicere, satis est: infernus, & amor mulieris, & terra quæ non satiatur aqua; & aqua, & ignis non dicent, satis est.	16	*Sepulchrum, & sterilis vulua, & terra quæ non est satiata aquis, & ignis qui non dicit, Sufficit.*
Oculum, qui irridet patrem, & qui despicit senectutem matris, effodiant eum corui de conuallibus, & comedant eum pulli aquilarum.	17	*Oculum qui subsannat patrem, & contemnit obedientiam matris, effodiant corui torrentis, & deuorent eum filij aquilæ.*
Tria sunt impossibilia mihi intelligere, & quartum non agnosco:	18	*Tria sunt abscondita à me, imo quatuor sunt quæ ignoro:*
Vestigia aquilæ volantis, & vias serpentis in petra, & semitas nauis nauigantis, & vias viri in iuuentute.	19	*Vestigium aquilæ in cælo, vestigium serpentis super petram, vestigium nauis in corde maris, & vestigium viri in virgine:*
Talis est via mulieris adulteræ; quandocumque egerit, lota nihil inquit fecisse absurdum.	20	*Sic est via mulieris adulteræ, comedit, & tergit os suum, & dicit, Non sum operata iniquitatem.*
Per tria concutitur terra, quartum autem ferre non potest:	21	*Propter tria commouet se terra, imo propter quatuor non potest sustinere:*
Si famulus regnet, & imprudens saturatus fuerit cibis,	22	*Propter seruum, quum regnauerit: & stultum quum saturatus fuerit pane:*
Et famula si eiecerit suam ipsius dominam, & odibilis mulier si sortita fuerit virum bonum.	23	*Propter exosam, quum maritata fuerit: & ancillam quum hæres fuerit dominæ suæ.*
Quatuor autem minima super terram: hæc autem sunt sapientiora sapientibus:	24	*Quatuor sunt parua terræ, & tamen sunt sapientiora sapientibus:*
Formicæ, quibus non est fortitudo, & parant æstate cibum:	25	*Formicæ sunt populus non fortis, attamen præparant in æstate cibum suum:*
Et chœrogrylli gens non fortis, qui fecerunt in petris domos suas:	26	*Cuniculi sunt populus non fortis, attamen ponunt in petra domum suam:*
Sine rege est locusta, & pergit in acie ab vna iussione ordinate.	27	*Rex non est locustæ, attamen egreditur vniuersa ipsa cum turma:*
Et calabotes manibus innitens, & captu facilis, habitat in munitionibus regum.	28	*Aranea manibus apprehendit, quum tamen sit in ædibus Regijs.*
Tria autem sunt, quæ prospere vadunt, & quartum quod bene incedit:	29	*Tria sunt optimi incessus, imo quatuor quæ bene gradiuntur:*
Catulus leonis fortior bestiis, qui non auertitur, neque horret bestiam:	30	*Leo fortissimus inter animalia, nec conuertitur retrorsum propter vllum animal:*
Et gallus conscendens fœminas alacer: & hircus ducens gregem: & rex, qui concionatur in gente.	31	*Lelaps præcinctus lumbis, siue hircus, & Rex in quem nemo insurgit.*
Si profuderis te in lætitia, & extenderis manum tuam cum rixa, inhonoraberis.	32	*Si cecidisti quum te efferres, & si malum cogitasti, manum ad os pone:*
Mulge lac, & erit butyrum: si autem expresseris nares exibit sanguis: si autem extraxeris sermones; exibunt lites, & rixæ.	33	*Quemadmodum expressor lactis, educit butyrum, & vehemens emunctor naris, educit sanguinem, sic expressor furorum, educit litem.*

Hæc quæ hic habentur à initio v. C. quæ ad nunc usq; 10. huius capituli, & in hoc ordine posita respondent nostræ vulgatæ: in translat. sept. Romana habentur ad hoc cap. 24.

CAP. XXXI.		CAP. XXXI.
VErba mea dicta sunt à Deo, regis admonitio quę erudiuit mater sua.	1	*VErba Lemuel Regis, & Prophetia quâ erudiuit eum mater sua.*
Quid fili seruabis? quid? dictiones Dei primogenite tibi dico fili: quid fili mei ventris? quid fili mearum orationum?	2	*Quid fili mi? & quid fili vteri mei? & quid fili votorum meorum?*
Ne dederis mulieribus tuas diuitias, & mentem tuam & vitam in seram consilij mutationem.	3	*Ne dederis mulieribus fortitudinem tuam, & vias tuas, quod satis est ad delendum Reges.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
Noli regibus, ô Lamuel, noli regibus dare vinum: quia nullum secretum est vbi regnat ebrietas.* & ne forte bibant, & obliuiscantur iudiciorum, & mu- tent causam filiorum pauperis.	4 5	*Non est regum Lemuel, non est regum bibere vinum, &* *principum non est sechar.* Ne forte bibat, & obliuiscatur* *statuti, & mutet iudicium omnium filiorum pauperis.*
Date siceram mœrentibus, & vinum his, qui ama- ro sunt animo: * bibant, & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur amplius.	6 7	*Date sechar pereunti, & vinum ijs qui amaro animo* *sunt * bibat, & obliuiscatur egestatis suæ, & laboris sui* *non recordetur amplius.*
Aperi os tuum muto, & causis omnium filiorum qui pertranseunt:* aperi os tuum, decerne quod iu- stum est, & iudica inopem & pauperem.	8 9	*Aperi os tuum muto, ad iudicium omnium filiorum* *mundi. * aperi os tuum, iudica iudicium, & iustitiam* *pauperis, & egeni.*
Mulierem fortem quis inueniet? procul, & de vltimis finibus pretium eius.	10	*Mulierem fortem quis inueniet? Et distans à margaritis est pretium eius.*
Confidit in ea cor viri sui, & spoliis non indigebit.	11	*Confidit in ea cor viri sui, & spolijs non indigebit.*
Reddet ei bonum, & non malum, omnibus diebus vitæ suæ.	12	*Retribuit ei bonum, & non malum, omnibus diebus vitæ suæ.*
Quæsiuit lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum.	13	*Quæsiuit lanam, & linum, & fecit secundum voluntatem manibus suis.*
Facta est quasi nauis institoris, de longe portans panem suum.	14	*Fuit velut nauis mercatoris quæ de longe adducet panem suum.*
Et de nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis.	15	*Et surrexit existente adhuc nocte, deditque cibum familiæ suæ, & quod conueniebat puellis suis.*
Considerauit agrum, & emit eum; de fructu manuum suarum plantauit vineam.	16	*Cogitauit agrum, & accepit eum, de fructu manuum suarum plantauit vineam.*
Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum.	17	*Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachia sua.*
Gustauit, & vidit quia bona est negotiatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius.	18	*Gustauit quòd bona est negociatio eius, non extinguetur in nocte lucerna eius.*
Manum suam misit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fusum.	19	*Manus suas misit ad vertibulum, & manus eius apprehenderunt colum.*
Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem.	20	*Manum suam extendit ad pauperem, & manus suas extendit ad egenum.*
Non timebit domui suæ à frigoribus niuis: omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus.	21	*Non timebit familiæ suæ à niue, quia omnis familia eius vestita est duplicibus.*
Stragulatam vestem fecit sibi: byssus, & purpura indumentum eius.	22	*Torques fecit sibi, byssus, & purpura indumentum eius.*
Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terræ.	23	*Notus in portis vir eius, quum sederit ipse cum senioribus terræ.*
Sindonem fecit, & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo.	24	*Lintheum fecit, & vendidit, & cingulum tradidit negociatori.*
Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo.	25	*Fortitudo, & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo.*
Os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius.	26	*Os suum aperuit sapienter, & lex clementiæ fuit in lingua eius.*
Considerauit semitas domus suæ, & panem otiosa non comedit.	27	*Speculata est vias domus suæ, & panem pigritiæ non comedit.*
Surrexerunt filij eius, & beatissimam prædicauerunt: vir eius, & laudauit eam.	28	*Surrexerunt filij eius, & beatam dixerunt eam, vir eius, & laudauit eam.*
Multæ filiæ congregauerunt diuitias: tu supergressa es vniuersas.	29	*Multæ filiæ fecerunt diuitias, tu autem ascendisti super vniuersas.*
Fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier timens Dominum ipsa laudabitur.	30	*Fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier* cui est *timor Domini, ipsa laudabitur.*
Date ei de fructu manuum suarum: & laudent eam in portis opera eius.	31	*Date ei de fructu manuum suarum: & laudent eam in portis opera eius.*

FINIS LIBRI PROVERBIORVM.

Digitized by Google

Tranſl. ex Septuag.		Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
Cum conſilio omnia fac: cum conſilio vinum pota. Potentes iracundi ſunt, vinum autem non bibant;	4	*Non eſt Regum, ô Lemuel, non eſt Regum bibere vinum: & principum non eſt ſechar.*
Ne bibentes obliuiſcantur ſapientiæ, & recta iudicare non poſſint imbecillos.	5	*Ne forte bibat, & obliuiſcatur ſtatuti, & mutuet iudicium omnium filiorum afflictorum.*
Date inebriamentum iis, qui in mæroribus, & vinum bibere iis, qui in doloribus;	6	*Date ſechar pereunti, & vinum ijs qui amaro animo ſunt.*
Vt obliuiſcantur paupertatis, & laborum non recordentur vltra.	7	*Vt bibat, & obliuiſcatur egeſtatis ſuæ, & calamitatis ſuæ non recordetur amplius.*
Aperi os tuum verbo Dei, & iudica omnes integre.	8	*Aperi os tuum muto, ad iudicium omnium filiorum tranſitus.*
Aperi os tuum, & iudica iuſte: diiudica autem pauperem, & imbecillum.	9	*Aperi os tuum, iudica iuſtitiam, & iudicium pauperis & egeni.*
Mulierem fortem quis inueniet? precioſior autem eſt lapidibus precioſis, quæ talis eſt.	10	*Mulierem fortem quis inueniet? nam procul eſt à margaritis pretium eius.*
Confidit ſuper eam cor viri eius, quæ talis eſt, pulchris ſpoliis non egebit.	11	*Confidit in ea cor viri ſui, & ſpolijs non indigebit.*
Operatur enim viro ad bona omni vita:	12	*Reddit ei bonum, & non malum, omnibus diebus vitæ ſuæ.*
Filans lanas, & linum, fecit, quod vtile eſt, manibus ſuis.	13	*Perquirit lanam & linum, & operatur ſecundum voluntatem manibus ſuis.*
Facta eſt tanquam nauis mercaturam exercens de longe congregat autem hæc vitam.	14	*Eſt velut nauis mercatoris quæ ex longinquo adducit panem ſuum.*
Et ſurrexit de noctibus, & dedit eſcas domui & opera ancillis.	15	*Et ſurgit dum eſt adhuc nox, datq; cibum familiæ ſuæ, & portionem puellis ſuis.*
Conſiderans agrum emit: & de fructibus manuũ ſuarum plantauit poſſeſſionem.	16	*Conſiderat agrum, & emit eum: de fructu manuum ſuarum plantat vineam.*
Præcincta fortiter lumbum ſuum, firmauit brachia ſua ad opus.	17	*Accingit fortitudine lumbos ſuos, & roborat brachia ſua.*
Et guſtauit, quia bonum eſt operari, & non extinguitur lucerna eius totam noctem.	18	*Guſtat quod bona ſit negotiatio ſua: non extinguitur in nocte lucerna eius.*
Cubitos ſuos extendit ad vtilia, & manus ſuas firmat ad fuſum.	19	*Manus ſuas admouet ad verticulum, & manus eius tractant fuſum.*
Manus autem ſuas aperuit pauperi, & palmam extendit inopi.	20	*Manum ſuam extendit ad pauperem, & manus ſuas extendit ad egenum.*
Non eſt ſolicitus de iis, quæ in domo vir eius, ſicubi moratus fuerit. Omnes enim qui ab ea, induti ſunt.	21	*Non timet familiæ ſuæ à niue, quia tota familia eius veſtita eſt coccino.*
Duplices veſtes fecit viro ſuo, de byſſo autem, & purpura ſibi indumenta:	22	*Tapetia facit ſibi: byſſus & purpura indumentum eius.*
Conſpicuus autem fit vir eius in portis; quandocumque ſederit in conſeſſu cum ſenibus habitatoribus terræ.	23	*Notus in portis vir eius, quum ſedet ipſe cum Senioribus terræ.*
Sindonas fecit, & vendidit cingula Chananæis.	24	*Linteum facit, & tradit: & cingulum tradit negotiatori.*
	25	*Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouiſſimo.*
Os ſuum aperuit attente, & legitime, & ordinem poſuit linguæ ſuę. Fortitudinem, & decorem induit, & lætata eſt in diebus nouiſſimis.	26	*Os ſuum aperit ſapienter, & lex clementiæ verſatur in lingua eius.*
Conſtrictæ manſiones domorum eius: cibos autem pigros non manducauit. Os autem aperit ſapienter, & congruenter legibus:	27	*Speculatur vias domus ſuæ, & panem pigritiæ non comedit.*
Eleemoſyna autem eius ſuſcitauit filios eius, & ditati ſunt, & vir eius laudauit eam.	28	*Surgunt filij eius, & beatam dicunt eam: etiam vir eius ſurgit, & laudat eam.*
Multæ filiæ acquiſierunt diuitias, multæ fecerunt virtutem: tu autem emines, ſupergreſſa es vniuerſas.	29	*Multæ filiæ parauerunt ſibi diuitias, tu autem ſuperas vniuerſas.*
Fallaces gratiæ, & vana pulchritudo mulieris: mulier enim intelligens benedicitur: timorem autem Domini iſta laudet.	30	*Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo: mulier cui eſt timor Iehouæ, ipſa laudabitur.*
Date ei de fructibus labiorum eius, & laudetur in portis vir eius.	31	*Date illi de fructu manuum ſuarum, & laudent eam in portis facta eius.*

FINIS LIBRI PROVERBIORVM.

Digitized by Google

LIBRI ECCLESIASTES.

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM.

VErba Ecclesiastæ, filij Dauid regis Ierusa- 1
lem.
Vanitas vanitatum,dixit Ecclesiastes, va- 2
nitas vanitatum,& omnia vanitas.
Quid habet amplius homo de vniuerso labore 3
suo,quo laborat sub sole?
Generatio preterit,& generatio aduenit:terra au- 4
tem in æternum stat.
Oritur sol, & occidit,& ad locum suum reuerti- 5
tur:ibique renascens,
Gyrat per Meridiem, & flectitur ad Aquilonem: 6
lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus, & in
circulos suos reuertitur.
Omnia flumina intrant in mare,& mare non re 7
dundat:ad locum,vnde exeunt flumina, reuertun-
tur vt iterum fluant.
Cunctæ res difficiles: non potest eas homo expli 8
care sermone.Non saturatur oculus visu, nec auris
auditu impletur.
Quid est quod fuit? ipsum quod futurum est. 9
Quid est quod factum est? ipsum quod faciendum
est.
Nihil sub sole nouum,nec valet quisquam dice- 10
re:Ecce hoc recens est: iam enim præcessit in sæcu-
lis,quæ fuerunt ante nos.
Non est priorum memoria: sed nec eorum qui- 11
dem, quæ postea futura sunt, erit recordatio apud
eos,qui futuri sunt in nouissimo.
Ego Ecclesiastes fui rex Israel in Ierusalem, 12
Et proposui in animo meo quærere & inuestiga- 13
re sapienter de omnibus, quæ fiunt sub sole. Hanc
occupationem pessimam dedit Deus filiis homi-
num,vt occuparentur in ea.
Vidi cuncta, quæ fiunt sub sole, & ecce vniuersa 14
vanitas,& afflictio spiritus.
Peruersi difficile corriguntur,& stultorum infini- 15
tus est numerus.
Locutus sum in corde meo,dicens: Ecce magnus 16
effectus sum, & præcessi omnes sapientia, qui fue-
runt ante me in Ierusalem: & mens mea contem-
plata est multa sapienter,& didici.
Dedique cor meum vt scirem prudentiam,atque 17
doctrinam,erroresque & stultitiam:& agnoui quòd
in his quoque esset labor,& afflictio spiritus,
Eo quòd in multa sapientia multa sit indignatio: 18
& qui addit scientiam,addit & laborem.

CAP II.

DIxi ego in corde meo: Vadam,& affluam deli- 1
ciis,& fruar bonis. Et vidi quòd hoc quoque
esset vanitas.
Risum reputaui errorem: & gaudio dixi: Quid 2
frustra deciperis?

Cogitaui

LIBRI COHELETH.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAPVT PRIMVM.

VErba Choheleth filij Dauid regis in Ierusalaim.
**Vanitas vanitatum dixit Choheleth: Vanitas*
vanitatum,omnia vanitas.
Quid vtilitatis est homini de vniuerso labore suo, quo
laborat sub sole?
Generatio vadit, & generatio venit, terra autem in sæ-
culum stat.
Et orietur sol,& occidet sol,& ad locum suum transit,
vbi oritur.
Vadit ad Meridiem, & circuit ad Aquilonem circuiens
circuiens, pergit spiritus, & ad circuitus suos reuertitur
spiritus.
Omnia flumina pergunt ad mare,& mare non impletur:
ad locum ad quem pergunt flumina reuertuntur vt per-
gant.
Cunctæ res laboriosæ:non potest vir eloqui. Non satiatur
oculus videndo,nec impletur auris audiendo.
Quod fuit erit,& quod factum est, fiet,
Et nouum nihil est sub sole,est quidpiam de quo dici possit
vide hoc nouum est? Iam fuit in seculis,quod fuit ante nos.
Non est memoria priorum, & etiam posteriorum, qui
erunt,non erit memoria, cum his qui erunt postea.
Ego Choheleth fui rex super Israel in Ierusalaim.
Et dedi cor meum ad quærendum, & inuestigandum in
sapientia, omne quod factum est sub cœlo. Hanc occupatio-
nem malam dedit Deus filijs Adam,vt occupent se in ea.
Vidi omnia opera quæ fiunt sub sole, & ecce vniuersa
sunt vanitas, & cogitatio spiritus.
Peruersum non potest dirigi, & defectus non potest nu-
merari.
Locutus sum cum corde meo, dicendo. Ego magnificare
feci, & addidi sapientiam super omnem qui fuit ante me
in Ierusalaim: & cor meum vidit multitudinem sapientiæ
& scientiæ.
Et dedi cor meum ad sciendum sapientiam, & scien-
tiam,& insanias,& stultitiam. Agnoui quòd etiam hoc es-
set cogitatio spiritus.
Quia in multitudine sapientiæ multa ira,& qui addit
scientiam, addit dolorem.

CAP. II.

DIxi in corde meo.Vade nūc probabo te propter lætitiam,
& vide bonum, & ecce etiam hoc vanitas.
Risui dixi,insanire facis, & lætitiæ:quid boni facis?

Inuestigaui

LIBRI ECCLESIASTES.

Transl. ex Septuag.

CAPVT PRIMVM.

VErba Ecclesiastæ filij Dauid regis Israel in 1
Hierusalem.
Vanitas vanitatum,dixit Ecclesiastes , va- 2
nitas vanitatum,& omnia vanitas.
Quid superest homini in omni labore suo , quo 3
laborat sub sole?
Generatio vadit , & generatio venit , & terra in 4
sæculum stat.
Et oritur Sol , & occidit Sol , & ad locum suum 5
ducit,oriens ipse ibi.
Vadit ad Austrum,& gyrat ad Aquilonem: gyrat 6
gyrans vadit spiritus,& in circulos suos reuertitur
spiritus.
Omnes torrentes vadunt in mare , & mare non 7
est impletum.Ad locum,quo torrentes erunt, illuc
ipsi reuertuntur ad eundum.
Omnes sermones graues , non poterit vir loqui. 8
Et non satiabitur oculus videndo : & non implebi-
tur auris ex auditu.
Quid est,quod fuit?ipsum quod futurum est. Et 9
quid est,quod factum est? ipsum, quod faciendum
est.
Et non est omne recens sub Sole. Quis loquetur 10
ac dicet , vide , hoc nouum est?iam fuit in sæculis,
quæ fuerunt ante nos.
Non est memoria primis : & quidem nouissimis, 11
cum facta fuerint , non erit eorum memoria cum
eis,qui futuri sunt in nouissimo.
Ego Ecclesiastes fui rex super Israel in Hierusa- 12
lem:
Et dedi cor meum ad inquirendum , & conside- 13
randum in sapientia de omnibus,quę fiunt sub So-
le. Quoniam distentionem malam dedit Deus filiis
hominum:vt distendantur in ea.
Vidi vniuersa opera , quæ facta sunt sub Sole : & 14
ecce omnia vanitas,& præsumptio spiritus.
Peruersum non poterit adornari: & imminutio 15
non poterit numerari.
Loquutus sum ego in corde meo , dicens : Ecce 16
ego magnificatus sum , & adieci sapientiam super
omnes,qui fuerunt ante me in Hierusalem:
Et dedi cor meum , vt noscerem sapientiam , & 17
scientiam.Et cor meum vidit multa,sapientiam,&
scientiam,parabolas,& sciētiam.Cognoui ego, quia
& hoc est præsumptio spiritus.
Quia in multitudine sapientiæ multitudo cog- 18
nitionis : & qui apponit scientiam ; apponit dolo-
rem.

CAP II.

DIxi ego in corde meo: Veni nunc, tentabo te in 1
lætitia , & vide in bono : & ecce etiam hoc va-
nitas.
Risui dixi circumlationem,& iucunditati, quid 2
hoc facis?

LIBRI COHELETH.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAPVT PRIMVM.

VErba Ecclesiastæ filij Dauid regis in Ierusalaim.

Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes : vanitas vanitatum, omnia vanitas.

Quid vtilitas est homini de vniuerso labore suo , quo laborat sub sole ?

Generatio vna labitur, & altera generatio aduenit: terra autem in seculum stat.

Et oritur sol, & occidit sol, & ad locum suum regreditur vbi oritur.

Vadit ad Meridiem, & circuit ad Aquilonem : subinde circumeundo pergit ventus, & ad circuitus suos reuertitur ventus.

Omnia flumina pergunt ad mare, & mare non impletur: ad locum vnde pergunt flumina, illuc reuertuntur vt rursus redeant.

Cunctæ res laboriosæ, nec potest vir eloqui : non satiatur oculus videndo, nec expletur auris audiendo.

Quid est quod fuit? idipsum quod erit : & quid est quod factum est ? idipsum quod fiet : & non est quippiam nouum sub sole.

Est quippiam de quo dici possit, Vide istud, nouum est? iam fuit in seculis quæ fuerunt ante nos.

Non est memoria priorum : & etiam posteriorum quæ erunt, non erit de illis memoria apud eos qui erunt postea.

Ego Ecclesiastes fui Rex super Israel in Ierusalaim.

Et dedi cor meum ad disquirendum & inuestigandum cum sapientia, omne quod fit sub cælo: (hanc occupationem malam dedit Deus filijs hominum, vt occupent se in ea.)

Vidi omnia opera quæ fiunt sub ipso sole, & ecce vniuersa sunt vanitas, & afflictio spiritus.

Peruersum non potest dirigi , & defectus non potest numerari.

Loquebar ego cum corde meo, dicendo, Ecce ego magnus factus sum, & addidi sapientiam supra omnes qui fuerunt ante me in Ierusalaim , & cor meum vidit multitudinem sapientiæ & scientiæ.

Et dedi cor meum vt cognoscerem sapientiam & scientiam, & insanias & stultitiam. agnoui quod hoc etiam esset afflictio spiritus:

Quia in multitudine sapientiæ multa ira: & qui addit scientiam, addit dolorem.

CAP. II.

DIxi ego in corde meo, Veni nunc, probabo te in lætitia, & vide bonum. & ecce etiam hoc vanitas.

De risu dixi, Insanis: & de lætitia, Quid hoc facit?

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

3 Cogitaui in corde meo abstrahere à vino carnem meam, vt animum meum transferrem ad sapientiam, deuitaremq; stultitiam, donec viderem quid esset vtile filiis hominum: quo facto opus est sub sole numero dierum vitæ suæ.

4 Magnificaui opera mea, ædificaui mihi domos, & plantaui vineas,

5 Feci hortos, & pomaria, & conseui ea cuncti generis arboribus,

6 Et extruxi mihi piscinas aquarum, vt irrigarem siluam lignorum germinantium,

7 Possedi seruos & ancillas, multamque familiam habui: armenta quoque, & magnos ouium greges vltra omnes qui fuerunt ante me in Ierusalem:

8 Coaceruaui mihi argentum, & aurum, & substantias regum, ac prouinciarum: feci mihi cantores, & cantatrices, & delicias filiorum hominum, scyphos, & vrceos in ministerio ad vina fundenda.

9 Et supergressus sum opibus omnes, qui ante me fuerunt in Ierusalem: sapientia quoque perseuerauit mecum.

10 Et omnia, quæ desiderauerunt oculi mei, non negaui eis: nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur, & oblectaret se in his, quæ præparaueram: & hanc ratus sum partem meam, si vterer labore meo.

11 Cumque me conuertissem ad vniuersa opera, quę fecerant manus meæ, & ad labores, in quibus frustra sudaueram, vidi in omnibus vanitatem & afflictionem animi, & nihil permanere sub sole.

12 Transiui ad contemplandam sapientiam, erroresque & stultitiam (quid est, inquam, homo, vt sequi possit regem Factorem suum?)

13 Et vidi quòd tantum præcederet sapientia stultitiam, quantum differt lux à tenebris.

14 Sapientis oculi in capite eius: stultus in tenebris ambulat: & didici quòd vnus vtriusque esset interitus.

15 Et dixi in corde meo: Si vnus & stulti & meus occasus erit, quid mihi prodest quòd maiorem sapientię dedi operam? Locutusque cum mente mea, animaduerti quòd hoc quoque esset vanitas.

16 Non enim erit memoria sapientis similiter vt stulti in perpetuum, & futura tempora obliuione cuncta pariter operient: moritur doctus similiter vt indoctus.

17 Et idcirco tæduit me vitæ meæ videntem mala vniuersa esse sub sole, & cuncta vanitatem & afflictionem spiritus.

18 Rursus detestatus sum omnem industriam meã, qua sub sole studiosissime laboraui, habiturus hęredem post me,

19 Quem ignoro, vtrum sapiens an stultus futurus sit, & dominabitur in laboribus meis quibus desudaui & solicitus fui: & est quidquam tam vanum?

20 Vnde cessaui, renunciauitque cor meum vltra laborare sub sole.

21 Nam cum alius laboret in sapientia, & doctrina, & solicitudine, homini otioso quæsita dimittit: & hoc ergo vanitas, & magnum malum.

22 Quid enim proderit homini de vniuerso labore suo, & afflictione spiritus, qua sub sole cruciatus est?

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

3 *Inuestigaui in corde meo vt traherem in vinum carnem meam, & cor meum assuescere facerem in sapientia, & tenerem stultitiam donec viderem quale est bonum filiorum Adam, quod faciant sub cœlo, numero dierum vitæ eorum.*

4 *Magnificaui opera mea, ædificaui mihi domos, plantaui mihi vineas.*

5 *Feci mihi hortos, & paradisos, & plantaui in eis arbores omnis fructus.*

6 *Feci mihi piscinas aquarum vt irrigare facerem cum illis syluam germinantem arbores.*

7 *Acquisiui seruos, & ancillas, & filij domus erant mihi, grex, boues, & pecora multa erant mihi præ omnibus qui fuerunt ante me in Ierusalaim.*

8 *Coaceruaui mihi etiam argentum & aurum, & peculiaria regum, & prouinciarum, feci mihi diuersa musica instrumenta, & delitias filiorum hominum electas mulieres ex præda habui.*

9 *Et magnificatus sum, & auctus sum præ omnibus qui fuerunt ante me in Ierusalaim, insuper sapientia mea stetit mecum.*

10 *Et omnia quæ postulauerunt oculi mei non prohibui eis, nec prohibui cor meum ab omni lætitia, cor enim meum lætatum est de omni labore meo. Et hoc fuit pars mea de omni labore meo.*

11 *Et respexi ad omnia opera mea, quæ fecerant manus meæ, & ad laborem quo laboraui ad faciendum, & ecce vniuersa vanitas, & cogitatio spiritus, & non est vtilitas sub sole.*

12 *Et respexi vt viderem sapientiam, & insanias, & stultitiam. Quid enim est homo qui venturus est post me regem, qui non sit facturus quod iam fecerunt alij?*

13 *Et vidi quòd vtilior est sapientia quam stultitia, sicut vtilior lux quam tenebræ.*

14 *Sapientis oculi sunt in capite eius, stultus autem in tenebris ambulat. Et cognoui etiam quòd euentus vnus eueniet omnibus ipsis.*

15 *Dixiq; in corde meo, Si vt euenit stulto, etiam eueniet mihi, vt quid laboraui vt sapiens essem tunc magis? Et locutus sum in corde meo quòd etiam hoc est vanitas.*

16 *Non enim erit memoria sapientis cum stulto in sæculum, quum iam dies qui venturi sunt omnes obliuioni tradendi sint, & quomodo morietur sapiens cum stulto.*

17 *Odi autem vitam, quia malum est mihi opus quod fit sub sole, omnia enim vanitas & cogitatio spiritus.*

18 *Et odi omnem laborem meum, quo laboro sub sole, quia dimittam illum homini qui erit post me.*

19 *Et quis scit vtrum sapiens futurus sit vel stultus? Et dominabitur omni labori meo quo laboraui, vt sapiens essem sub sole, etiam hoc vanitas est.*

20 *Et versus sum vt desperare facerem cor meum super omnem laborem quo laboraui sub sole.*

21 *Est enim homo cuius labor est in sapientia, & scientia, & rectitudine, & homine qui non laborauit in ea, dabit partem suam: Etiam hoc est vanitas, & malum magnum.*

22 *Quid enim est homini de vniuerso labore suo, & cogitatione cordis sui, quo laborauit sub sole?*

Transl. ex Septuag.

3 Et consideraui, si cor meum trahet tanquam vinum carnem meam: & cor meum deduxit in sapientia,& vt obtinerem lætitiam; donec viderem, quid sit bonum filiis hominum, quod facient sub Sole,numero dierum vitæ suæ.

4 Magnificaui opus meum,ædificaui mihi domos, plantaui mihi vineas,

5 Feci mihi hortos,& pomaria, & plantaui in illis lignum omne fructus.

6 Feci mihi piscinas aquarum ad irrigandum ex eis saltum germinantem ligna.

7 Mercatus sum mihi seruos,& ancillas: & vernaculi fuerunt mihi;& quidem possessio armenti, & ouium multa fuit mihi super omnes, qui fuerunt ante me in Hierusalem.

8 Congregaui mihi etiam argentum,etiam aurum & opes regum,& prouinciarum. Feci mihi cãtores, & cantatrices,& delicias filiorum hominum,ministrum vini,& ministras.

9 Et magnificatus sum,& adieci super omnes, qui fuerunt ab ante me in Hierusalem: & quidem sapientia mea adstitit mihi.

10 Et omne,quod postulauerunt oculi mei;non abstuli ab eis. Non prohibui cor meum ab omni lætitia mea:quia cor meum lætatum est in omni labore meo.Et hoc fuit portio mea ex omni labore meo.

11 Et respexi ego ad omnia opera mea,quæ fecerunt manus meæ, & in laborem, quo laboraueram faciendo.Et ecce omnia vanitas, & voluntas,& spiritus & non est abundantia sub sole.

12 Et respexi ego, vt viderem sapientiam, & errorem,& stultitiam;quia quis est homo,qui ingredietur post consilium?ea,quæ fecerunt ipsum.

13 Et vidi ego, quia abundantia est sapientiæ super stultitiam,sicut abundantia lucis super tenebras.

14 Sapientis oculi eius in capite eius:& stultus in tenebris ambulat.Et cognoui etiam ego, quia euētus vnus eueniet omnibus eis.

15 Et dixi ego in corde meo;sicut euentus stulti; ita & mihi eueniet: & vt quid sapiens factus sum ego? Abundanter locutus sum in corde meo: quoniam hoc quoque vanitas: quoniam insipiens ex abundantia loquitur:

16 Quia non est memoria sapientis cum stulto in æternum,eo quòd iam dies superuenientes,vniuersa obliuio operuit: & quomodo morietur sapiens cum stulto?

17 Et odiui quidem vitam; quia malum super me opus,quod factum est sub sole,quia omnia vanitas, & præsumptio spiritus.

18 Et odiui ego omnem laborem meum, quem ego laboro sub sole:quia dimitto illum homini, qui fit post me.

19 Et quis nouit, vtrum sapiens sit,vel stultus?& an potestatem habeat in omni labore meo, quo laboraui,& quo sapiens factus sum sub sole? Etiam hoc vanitas.

20 Et conuersus sum ego,vt renunciarem cordi meo in omni labore meo,quo laboraui sub sole:

21 Quia est homo,qui labor eius est in sapientia, & in scientia,& in virtute:& homo,cui non laborauit in eo,dabit illi partem suam. Et quidem hoc vanitas,& nequitia magna.

22 Quoniam fit in homine in omni labore suo, & in voluntate cordis sui,quo ipse laborat sub sole:

Quia

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

3 *Inuestigaui in corde meo vt abstraherem à vino carnem meam, & cor meum inducerem in sapientiam, & retinerem à stultitia: donec viderem quodnam esset bonum filiorum hominum qui operantur sub cælo, numero dierum vitæ suæ.*

4 *Magnificaui opera mea: ædificaui mihi domos, plantaui mihi vineas.*

5 *Feci mihi hortos, & paradisos, & plantaui in eis arbores omnium fructuum.*

6 *Feci mihi piscinas aquarum, vt irrigarem ex illis syluam germinantem arbores.*

7 *Acquisiui seruos & ancillas, & filij domus fuerunt mihi: etiam possessio boum & pecorum, multa fuit mihi præ omnibus qui fuerunt ante me in Ierusalaim.*

8 *Coaceruaui mihi etiam argentum & aurum, & thesaurum desiderabilem Regum & prouinciarum: comparaui mihi cantores & cantatrices, & delicias filiorum hominum, electas mulieres ex præda.*

9 *Et magnificatus sum, & auctus sum præ omnibus qui fuerunt ante me in Ierusalaim: insuper sapientia mea perstitit apud me.*

10 *Et omnia quæ expetiuerunt oculi mei, non prohibui eis: nec prohibui cor meum ab omni lætitia: cor enim meum lætatum est de omni labore meo: & hoc fuit pars mea de omni labore meo.*

11 *Et respexi ego ad omnia opera mea quæ fecerant manus meæ, & ad laborem quo laboraui ad operandum, & ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus, nullaq; præcipua vtilitas sub sole.*

12 *Et respexi ego vt viderem sapientiam, & insanias & stultitiam, (quid ènim est homo vt veniat post Regem, vt cognoscat quæ iam fecerunt alij?)*

13 *Et vidi ego quod vtilior est sapientia quam stultitia, sicut vtilior est lux quam tenebræ.*

14 *Sapientis oculi sunt in capite eius: stultus autem in tenebris ambulat: & cognoui ego etiam quod euentus idem eueniat omnibus ipsis.*

15 *Propterea dixi ego in corde meo, Si vt euenit stulto, etiam eueniat mihi: vtquid ego operam dedi vt sapiens essem tunc magis? itaq; loquutus sum in corde meo, quod etiam hoc est vanitas.*

16 *Non enim erit memoria sapientis cum stulto in seculum: quum iam dies qui venturi sunt, omnes obliuioni tradendi sint: & quomodo moritur sapiens, sic & stultus.*

17 *Itaq; odi vitam ipsam, quia displicuit mihi opus quod fiebat sub sole: omnia enim vanitas & afflictio spiritus.*

18 *Odi quoq; ego omnem laborem meum quo ego laboro sub sole: quia relinquam illum homini qui erit post me:*

19 *Et quis scit an sapiens futurus sit, vel stultus? dominabitur tamen omni labori meo quo laboraui, & quo sapiens fui sub sole. etiam hoc vanitas est.*

20 *Et ego verti me vt auocarem cor meum ab omni labore quo laboraui & quo sapiens fui sub sole.*

21 *Quia est homo cuius labor fit in sapientia & in scientia, atq; in animi rectitudine: homini tamen qui non laborauit in eo, dabit partem suam: etiam hoc est vanitas, & malum magnum.*

22 *Quid enim contingit homini pro vniuerso labore suo, & afflictione cordis sui, quo ipse laborauit sub sole?*

Quia

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Cuncti dies eius doloribus, & ærumnis pleni sunt, nec per noctem mente requiescit: & hoc nonne vanitas est?

Nonne melius est comedere & bibere, & ostendere animæ suæ bona de laboribus suis? & hoc de manu Dei est.

Quis ita deuorabit, & deliciis affluet vt ego?

Homini bono in conspectu suo dedit Deus sapientiam, & scientiam, & lætitiam: peccatori autem dedit afflictionem, & curam superfluam, vt addat, & congreget, & tradat ei qui placuit Deo: sed & hoc vanitas est, & cassa solicitudo mentis.

CAP. III.

Omnia tempus habent, & suis spatiis transeunt vniuersa sub cælo.
Tempus nascendi, & tempus moriendi.
Tempus plantandi, & tempus euellendi quod plantatum est.
Tempus occidendi, & tempus sanandi:
Tempus destruendi, & tempus ædificandi.
Tempus flendi, & tempus ridendi.
Tempus plangendi, & tempus saltandi.
Tempus spargendi lapides, & tempus colligendi.
Tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus.
Tempus acquirendi, & tempus perdendi.
Tempus custodiendi, & tempus abiiciendi.
Tempus scindendi, & tempus consuendi.
Tempus tacendi, & tempus loquendi.
Tempus dilectionis, & tempus odij.
Tempus belli, & tempus pacis.
Quid habet amplius homo de labore suo?

Vidi afflictionem, quam dedit Deus filiis hominum, vt distendantur in ea.

Cuncta fecit bona in tempore suo, & mundum tradidit disputationi eorum, vt non inueniat homo opus, quod operatus est Deus ab initio vsque ad finem.

Et cognoui quòd non esset melius nisi lætari, & facere bene in vita sua.

Omnis enim homo, qui comedit & bibit, & videt bonum de labore suo, hoc donum Dei est.

Didici quòd omnia opera, quæ fecit Deus, perseuerent in perpetuum: non possumus eis quidquam addere, nec auferre, quæ fecit Deus vt timeatur.

Quod factum est, ipsum permanet: quæ futura sunt, iam fuerunt: & Deus instaurat quod abiit.

Vidi sub sole in loco iudicij impietatem, & in loco iustitiæ iniquitatem.

Et dixi in corde meo: Iustum, & impium iudicabit Deus, & tempus omnis rei tunc erit.

Dixi in corde meo de filiis hominum, vt probaret eos Deus, & ostenderet similes esse bestiis.

Idcirco vnus interitus est hominis, & iumentorum, & æqua vtriusque conditio: sicut moritur homo, sic & illa moriuntur: similiter spirant omnia, & nihil habet homo iumento amplius: cuncta subiacent vanitati.

Et omnia pergunt ad vnum locum: de terra facta sunt, & in terram pariter reuertuntur.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

23 *Quia omnes dies eius sunt dolores, & ira occupatio eius: etiam nocte non dormit cor eius: etiam hoc vanitas est.*

24 *Non est bonum in homine nisi quòd comedat, & bibat, & ostendat animæ suæ bonum de labore suo: etiam hoc vidi quòd de manu Dei est.*

25 *Quis enim comedet, & quis sensibus fruetur vt ego?*

26 *Quia homini qui est bonus coram eo dedit sapientiam, & scientiam, & lætitiam, peccatori autem dedit occupationem, vt congreget ad dandum bono coram Deo: etiam hoc est vanitas, & cogitatio spiritus.*

CAP. III.

1 *Omnibus est tempus determinatum, & tempus omni quod volueris sub cælo.*
2 *Tempus nascendi, & tempus moriendi.*
Tempus plantandi, & tempus euellendi plantatum.
3 *Tempus occidendi, & tempus medendi.*
Tempus destruendi, & tempus ædificandi.
4 *Tempus flendi, & tempus ridendi.*
Tempus lamentandi, & tempus saltandi.
5 *Tempus proiiciendi lapides, & tempus colligendi lapides.*
Tempus amplexandi, & tempus elongandi se ab amplectendo.
6 *Tempus quærendi, & tempus perdendi.*
Tempus custodiendi, & tempus proiiciendi.
7 *Tempus scindendi, & tempus suendi.*
Tempus tacendi, & tempus loquendi.
8 *Tempus diligendi, & tempus odio habendi.*
Tempus belli, & tempus pacis.
9 *Quid vtilitatis facienti in quo ipse laborat?*

10 *Vidi occupationem quam dedit Deus filijs hominum, vt occupent se in ea.*

11 *Omne fecit pulchrum in tempore suo. Etiam perpetuitatis desiderium dedit in corde eorum, vt non inueniret homo opus quod fecit Deus à principio vsq; ad finem.*

12 *Noui quòd non est melius in eis nisi lætari, & facere bonum in vita sua.*

13 *Et etiam quòd omnis homo comedat, & bibat, & videat bonum de omni labore suo, donum Dei est.*

14 *Noui quòd omne quod faciet Deus, ipsum erit imperpetuum. Super illud non est addendum, nec ab eo diminuendum, & Deus fecit vt timeant à facie eius.*

15 *Quod fuit iam est, & quod futurum est iam fuit, & Deus requiret tempus præsens.*

16 *Et adhuc vidi sub sole, in loco iudicij ibi impietas, & in loco iustitiæ, ibi impietas.*

17 *Dixi in corde meo: Iustum, & impium iudicabit Deus, quia tempus omni est quod volueris, & super omne opus ibi.*

18 *Dixi in corde meo propter filios hominum, vt eligeret eos, & ostenderet quòd sunt veluti animalia ipsis.*

19 *Quia euentus filiorum hominum, & euentus vnus est eis, sicut moritur istud, sic moritur illud: & spiritus vnus omnibus, & amplius homini quam iumento non est, quia omnia sunt vanitas.*

20 *Omnia pergunt ad locum vnum: omnia fuerunt ex puluere, & omnia reuertuntur in puluerem.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

23 Quia omnes dies eius dolorum, & iracundiæ distentio eius: & quidem in nocte non dormit cor eius. Sed & hoc vanitas est.

24 Non est bonum homini, quod comedet, & quod bibet, & quod ostendet animæ suæ bonum in labore suo. Et quidem hoc vidi ego, quia de manu Dei est.

25 Quis enim comedet, & quis bibet sine illo?

26 Quoniam homini bono coram se dedit sapientiam, & scientiam, & lætitiam: & peccanti dedit sollicitudinem, vt augeat & congreget ad dandum bono ante faciem Dei. Quoniam & hoc vanitas, & præsumptio spiritus.

CAP. III.

1 Omnibus tempus est, & tempus omni rei sub cælo.

2 Tempus pariendi, & tempus moriendi: * tempus plantandi, & tempus euellendi, quod plantatum est.

3 Tempus occidendi, & tempus sanandi: * tempus destruendi, & tempus ædificandi:

4 Tempus flendi, & tempus ridendi: * tempus plangendi, & tempus saltandi,

5 Tempus mittendi lapides, & tempus colligendi lapides: * tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexu.

6 Tempus acquirendi, & tempus perdendi: * tempus custodiendi, & tempus proiiciendi.

7 Tempus scindendi, & tempus consuendi: * tempus tacendi, & tempus loquendi.

8 Tempus amandi, & tempus odiendi: * tempus belli, & tempus pacis.

9 Quæ abundantia est facientis, in quibus ipse laborat?

10 Vidi omnem distentionem, quam dedit Deus filiis hominum, vt distendantur in ea.

11 Vniuersa, quæ fecit bona in tempore suo. Et quidem omne seculum dedit in corde eorum, vt non inueniat homo opus, quod fecit, Deus ab initio, & vsque in finem.

12 Cognoui, quia non est bonum in eis, nisi lętari, & facere bonum in vita sua.

13 Et quidem omnis homo, qui comedet, & bibet, & viderit bonum in omni labore suo, donum Dei est.

14 Cognoui, quia omnia, quæ fecit Deus, ipsa erunt in æternum. Super illud non potest adiici & ab illo non potest auferri. Et Deus fecit, vt timeant à facie eius.

15 Quod fuit, iam est: & quæ futura sunt; iam fuerunt. Et Deus quæret eum, qui persequutionem patitur.

16 Et adhuc vidi sub sole locũ iudicij, illic impius: & locum iusti, illic pius.

17 Et dixi ego in corde meo: iustum, & impium iudicabit Deus; quia tempus est omni rei, & super omne factum ibi.

18 Dixi ego in corde meo de loquela filiorum hominis: quia separabit illos Deus, & vt ostendat, quia ipsi iumenta sunt.

19 Et quidem eis euentus filiorum hominis, & euentus pecoris, euentus vnus eis. Sicut mors huius, ita & mors illius: & spiritus vnus omnibus: & quid abundauit homo à pecore? nihil: quia omnia vanitas.

20 Omnia ad locum vnum: omnia facta sunt de puluere, & omnia reuertentur in puluerem.

Et

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

Quia omnes dies eius sunt dolores: & indignatio, occupatio eius: etiam noctu non quiescit cor eius. etiam hoc vanitas est.

Non est igitur bonum in homine, nisi quod edat & bibat, & ostendat animæ suæ bonum de labore suo. etiam hoc vidi ego quod de manu ipsius Dei est.

Quis enim comedat, & quis curet affluere delitijs potius quam ego?

Quia homini qui est bonus coram eo, dat sapientiam, & scientiam, & lætitiam: peccatori autem dat occupationem vt congreget & coaceruet, vt det bono coram Deo. Etiam hoc est vanitas, & afflictio spiritus.

CAP. III.

Omni rei est tempus determinatum, & tempus est omni voluntati sub cælo.

Tempus nascendi, & tempus moriendi: tempus plantandi, & tempus euellendi plantatum.

Tempus occidendi, & tempus curandi: tempus destruendi, & tempus ædificandi.

Tempus flendi, & tempus ridendi: tempus plangendi, & tempus saltandi:

Tempus dispergendi lapides, & tempus colligendi lapides: tempus amplexandi, & tempus recedendi ab amplectando.

Tempus quærendi, & tempus perdendi: tempus custodiendi, & tempus abijciendi.

Tempus scindendi, & tempus consuendi: tempus tacendi, & tempus loquendi.

Tempus amandi, & tempus odio habendi: tempus belli, & tempus pacis.

Quid vtilitatis facienti ex eo circa quod ipse laborat?

Vidi enim occupationem quam tradidit Deus filijs hominum, vt occupent se in ea.

Omnia fecit pulchra in tempore suo: quinetiam ipsum mundum posuit in corde eorum, vt non inueniret homo opus quod facit Deus à principio vsque ad finem.

Noui quod nihil est melius in eis quam lætari, & facere bonum in vita sua.

Et etiam quod omnis homo comedat & bibat, & videat bonum de omni labore suo: donum Dei est.

Noui quod quicquid facit Deus, ipsum erit in perpetuum: super illud non est addendum, nec ab eo detrahendum: Deus autem facit illud vt timeant à facie eius.

Illud quod fuit, iam est: & quod futurum est, iam fuit: & Deus requirit tempus præteritum.

Et præterea vidi sub sole locum iudicij, ibi impietas: & locum iustitiæ, ibi impietas.

Tunc dixi in corde meo, Iustum & impium iudicabit Deus: quia tempus omni voluntati, & super omne opus illic.

Dixi ego in corde meo super negotio filiorum hominum, quod purificauerit eos Deus, & ostenderit quod sint veluti animalia sibi.

Quia accidens filiorum hominum, & accidens animalis, accidens idem est eis: sicut moritur istud, sic moritur iste: & spiritus idem omnibus: & amplius homini quam iumento non est, quia omnia sunt vanitas.

Omnia pergunt ad locum vnum: omnia sunt ex puluere, & omnia reuertuntur in ipsum puluerem.

Quia

Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
Quis nouit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, & si spiritus iumentorum descendat deorsum?	21	*Quis scit an spiritus filiorum hominum ascendat sursum, & spiritus iumenti descendat subtus terram?*
Et deprehendi nihil esse melius quam lætari hominem in opere suo, & hanc esse partem illius. Quis enim eum adducet, vt post se futura cognoscat?	22	*Et vidi quod non est melius quam quod lætetur homo in operibus suis, hoc enim est pars eius. Quis enim adducet eum ad videndum quod erit post eum?*
CAP. IV.		*CAP. IV.*
VErti me ad alia, & vidi calumnias, quæ sub sole geruntur, & lacrymas innocentium, & neminem consolatorem: nec posse resistere eorum violentiæ, cunctorum auxilio destitutos.	1	*ET conuersus sum, & vidi omnes oppressiones quæ fiunt sub sole, & ecce lachrymæ oppressorum, & non erat eis consolator: & de manu opprimentium eos viribus, & non erat eis consolator.*
Et laudaui magis mortuos, quam viuentes:	2	*Et laudaui mortuos qui iam mortui sunt, magis quam viuos, qui sunt viui huc usque.*
Et feliciorem vtroque iudicaui, qui necdum natus est, nec vidit mala quæ sub sole fiunt.	3	*Et melior vtroque qui usque adhuc non fuit, qui non vidit opus malum quod fit sub sole.*
Rursum contemplatus sum omnes labores hominum, & industrias animaduerti patere inuidiæ proximi: & in hoc ergo vanitas, & cura superflua est.	4	*Et vidi omnem laborem, & omnem congruentiam operis quod esset inuidia vnusquisque ad proximum suum: etiam hoc est vanitas, & cogitatio spiritus.*
Stultus complicat manus suas, & comedit carnes suas, dicens:	5	*Stultus complectitur manus suas, & comedit carnem suam.*
Melior est pugillus cum requie, quam plena vtraque manus cum labore, & afflictione animi.	6	*Melior est plenitudo volæ cum requie, quam plenitudo volarum cum labore & cogitatione spiritus.*
Considerans reperi & aliam vanitatem sub sole:	7	*Et conuersus sum, & vidi vanitatem sub sole:*
Vnus est, & secundum non habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare non cessat, nec satiantur oculi eius diuitiis: nec recogitat, dicens: Cui laboro & fraudo animam meam bonis? in hoc quoque vanitas est, & afflictio pessima.	8	*Est vnus, & non est secundus, etiam filius, & frater non est ei, & non est finis laboris eius, etiam oculi eius non satiantur diuitiis: Et cui ego laboro & deficere facio animam meam à bono? & hoc est vanitas, & cogitatio spiritus.*
Melius est ergo duos esse simul, quam vnum: habent enim emolumentum societatis suæ:	9	*Meliores sunt duo quam vnus: quia est eis merces bona propter laborem eorum.*
Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. væ soli: quia cum ceciderit, non habet subleuantem se.	10	*Quia si ceciderint, vnus stare faciet socium suum, & væ vni: cum ceciderit non erit secundus ad subleuandum eum.*
Et si dormierint duo, fouebuntur mutuo: vnus quomodo calefiet.	11	*Etiam si dormierint duo, calor erit eis, vni vero quomodo erit calor?*
Et si quispiam præualuerit contra vnum, duo resistunt ei: funiculus triplex difficile rumpitur.	12	*Et si præualuerit ei vnus, duo stabunt contra eum: & filum triplicatum non cito rumpetur.*
Melior est puer pauper & sapiens rege sene & stulto, qui nescit præuidere in posterum.	13	*Melior est puer pauper, & sapiens rege sene, & stulto qui nescit admonitionem recipere adhuc.*
Quod de carcere, catenisque interdum quis egrediatur ad regnum: & alius natus in regno, inopia consumatur.	14	*Quia è domo vinctorum egressus est ad regnandum, quia etiam in regno suo natus est pauper.*
Vidi cunctos viuentes, qui ambulant sub sole cum adolescente secundo, qui consurget pro eo.	15	*Vidi cunctos viuentes ambulantes sub sole cum puero secundo qui stabit pro eo.*
Infinitus numerus est populi omnium, qui fuerunt ante eum: & qui postea futuri sunt, non lætabuntur in eo. sed & hoc, vanitas & afflictio spiritus	16	*Non est finis omnis populi, omnium qui fuerunt ante eos: etiam posteri non lætabuntur in eo, quia etiam hoc est vanitas, & cogitatio spiritus.*
Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei, & appropinqua vt audias. * Multo enim melior est obedientia, quàm stultorum victimæ, qui nesciunt quid faciunt mali. [* 1. Reg. 15. 22. Osee. 6. 6.]	17	*Custodi pedem tuum, quando vadis ad domum Dei, quia propinquior est ad audiendum verbum tuum Deus quam ad suscipiendum quod dant stulti sacrificium, quia nesciunt facere voluntatem eius.*
CAP. V.		*CAP. V.*
NE temere quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram Deo. Deus enim in cælo, & tu super terram: idcirco sint pauci sermones tui.	1	*NE festines ore tuo, & cor tuum ne acceleret proferre verbum ante Deum, quia Deus est in cælo, & tu super terram, idcirco sint verba tua pauca.*

Transl. ex Septuag.

21 Et quis nouit spiritus filiorum hominis, si ascendat ipse sursum? & spiritus pecoris, si descendat ipse deorsum in terram.

22 Et vidi, quia non est bonum, nisi quod lætetur homo in operibus suis: quia hæc est pars eius. Quis enim adducet eum, vt videat in illud, quod futurum est post ipsum?

C A P. IV.

1 ET conuerti me ego, & vidi vniuersas calumnias, quæ factæ sunt sub sole. Et ecce lachryma eorum, qui calumnias sustinent: & non est, qui cõsoletur eos: & de manu calumniantium eos fortitudo, & non est eis consolator.

2 Et laudaui ego omnes mortuos, qui iam mortui sunt, super viuentes, quicumque ipsi viuunt vsq; nunc.

3 Et bonus super hos duos, qui nondum factus est, qui non vidit omne opus malum, quod factum est sub sole.

4 Et vidi ego vniuersum laborem, & simul omnem virtutem operis: quia ipsum æmulatio viri à sodali eius. Et quidem hoc vanitas, & præsumptio spiritus.

5 Stultus complexus est manus suas, & comedit carnes suas.

6 Bona plenitudo pugilli requietis super plenitudines duorum pugillorum laboris, & præsumptionis spiritus.

7 Et conuersus sum ego, & vidi vanitatem sub sole.

8 Est vnus & non est secundus: & quidem filius, & frater non est ei: nec est finis omni labori eius. Et quidem oculus eius non satiatur diuitiis. Et cui ego laboro, & fraudo animã meam bonitate? Sed & hoc vanitas, & distentio pessima est.

9 Boni duo super vnum, quibus est eis merces bona in labore suo:

10 Quia si ceciderint; vnus eriget participem suum. Et væ ipsi vni, cum ceciderit, & non fuerit secundus, qui erigat eum.

11 Et quidem, si dormient duo; etiam calor erit illis: & vnus quomodo calefiet?

12 Et si inualuerit vnus, duo stabunt aduersus eum: & funiculus triplex non cito rumpetur.

13 Bonus est puer pauper, & sapiens super regem seniorem, & stultum qui nescit prouidere in posterum.

14 Quoniam de domo vinctorum egredietur, vt regnet: quia etiam in regno suo factus est pauper.

15 Vidi vniuersos viuentes, qui ambulant sub sole, cum adolescente secundo, qui stabit pro illo.

16 Non est finis omni populo, vniuersis, qui fuerunt ante illos. Et quidem nouissimi non lætabuntur in eo. Sed & hoc vanitas, & præsumptio spiritus.

17 Custodi pedem tuum, cum vadis in domum Dei, & propinquus ad audiendum. Super donum insipientium, sacrificium tuum: quia nesciunt, quod faciunt malum.

C A P. V.

1 NOli festinare in ore tuo: & cor tuum non festinet ad proferendum verbum in conspectu Dei: quia Deus in cælo sursum, & tu super terram. Propter hoc sint verba tua pauca:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

Quis scit an spiritus filiorum hominum sit is qui ascendat sursum, & an spiritus animalis sit is qui descendit subtus terram?

Itaq; vidi quod nihil sit melius quam vt lætetur homo in operibus suis: quia hæc est pars eius. quis enim adducat eum vt videat id quod futurum sit post ipsum?

C A P. IV.

ET conuersus sum ego, & vidi omnes oppressiones quæ fiunt sub sole: & ecce lachrymæ oppressorum, nec est eis consolator: & in manu opprimentium eos est potentia, nec est illis consolator.

Itaq; laudaui ego mortuos qui iam mortui sunt, magis quam viuos qui sunt viui hucusq;.

Imo melior vtrisq; illis, qui necdum fuit: quia non vidit opus malum quod fit sub sole.

Vidi quoq; ego omnem laborem, & omnem rectitudinem operis, quod esset inuidia viri in proximum suum. etiam hoc est vanitas & afflictio spiritus.

Stultus complicat manus suas, & comedit carnem suam.

Melior est plenitudo volæ vnius cum requie, quam plenitudo vtriusq; volæ cum labore & afflictione spiritus.

Rursum conuersus sum ego, & vidi vanitatem sub sole:

Est homo vnicus, nec est secundus ei, etiam filius & frater non est ei, & tamen non est finis omnis laboris eius, etiam oculi eius non satiantur diuitijs, nec recogitat, Cui laboro ego, & deficere facio animam meam à bono? etiam istud est vanitas, & occupatio mala est,

Meliores sunt duo quam vnicus, quia est eis merces melior ex labore suo:

Quia si ceciderint, vnus eriget socium suum: væ ergo illi vni: quia quum ceciderit, non erit secundus ad subleuandum eum.

Si etiam dormierint duo, plus caloris erit eis: vnico vero quomodo erit calor?

Quod si præualuerit ei vnus, duo stabunt contra eum: imo plura triplicatum non cito rumpitur.

Melior est puer pauper, & sapiens, Rege sene & stulto, qui nescit admonitionem recipere amplius:

Quoniam è domo vinctorum egreditur aliquis ad regnandum: quia etiam in regno suo natus est pauper.

Vidi cunctos viuentes ambulantes sub sole cum puero secundo qui stabit pro eo.

Nullus est finis vniuerso populo, vniuerso inquam qui fuit ante eos: etiam posteri nõ lætabuntur in eo: quia etiam istud est vanitas & afflictio spiritus.

Custodi pedem tuum quando ibis ad domum Dei: & propinquior sis ad audiendum, quam ad dandum stultorum sacrificium: quia nesciunt facere voluntatem eius.

C A P. V.

NE festines ore tuo, neq; cor tuum acceleret proferre verbum ante Deum: quia Deus est in cælo, & tu super terram, idcirco sint verba tua pauca.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

2 Multas curas sequuntur somnia, & in multis sermonibus inuenietur stultitia.

3 Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis & stulta promissio. sed quodcumque voueris, redde:

4 Multoque melius est non vouere, quàm post votum promissa non reddere.

5 Ne dederis os tuum vt peccare facias carnem tuam: neque dicas coram angelo: Non est prouidentia: ne forte iratus Deus contra sermones tuos, dissipet cuncta opera manuum tuarum.

6 Vbi multa sunt somnia, plurimæ sunt vanitates, & sermones innumeri; tu vero Deum time.

7 Si videris calumnias egenorum, & violenta iudicia, & subuerti iustitiam in prouincia, non mireris super hoc negotio: quia excelso excelsior est alius, & super hos quoque eminentiores sunt alij,

8 Et insuper vniuersæ terræ rex imperat seruienti.

9 Auarus non implebitur pecunia: & qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis: & hoc ergo vanitas.

10 Vbi multæ sunt opes, multi & qui comedunt eas. Et quid prodest possessori, nisi quod cernit diuitias oculis suis?

11 Dulcis est somnus operanti, siue parum, siue multum comedat: saturitas autem diuitis non sinit eum dormire.

12 * Est & alia infirmitas pessima, quam vidi sub sole: diuitiæ conseruatæ in malum Domini sui. [*[illegible]]

13 Pereunt enim in afflictione pessima: generauit filium, qui in summa egestate erit.

14 Sicut egressus est nudus de vtero matris suæ, sic reuertetur, & nihil auferet secum de labore suo. [Iob 1.21 1.Tim.6.7.]

15 Miserabilis prorsus infirmitas: quomodo venit, sic reuertetur. Quid ergo prodest ei quod laborauit in ventum?

16 Cunctis diebus vitæ suæ comedit in tenebris & in curis multis, & in ærumna atque tristitia.

17 Hoc itaque visum est mihi bonum vt comedat quis, & bibat & fruatur lætitia ex labore suo, quo laborauit ipse sub sole numero dierum vitæ suæ, quos dedit ei Deus, & hæc est pars illius.

18 Et omni homini, cui dedit Deus diuitias, atque substantiam, potestatemque ei tribuit vt comedat ex eis, & fruatur parte sua, & lætetur de labore suo: hoc est donum Dei.

19 Non enim satis recordabitur dierum vitæ suæ, eo quòd Deus occupet deliciis cor eius.

CAP. VI.

1 EST & aliud malum, quod vidi sub sole, & quidē frequens apud homines:

2 Vir, cui dedit Deus diuitias, & substantiam, & honorem, & nihil deest animæ suę ex omnibus, quę desiderat: nec tribuit ei potestatem Deus vt comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud, hoc vanitas, & miseria magna est.

3 Si genuerit quispiam centum liberos, & vixerit multos annos, & plures dies ætatis habuerit, & anima illius non vtatur bonis substantiæ suæ, sepulturaque careat: de hoc ego pronuncio quòd melior illo sit abortiuus.

4 Frustra enim venit, & pergit ad tenebras, & obliuione delebitur nomen eius.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Quia venit somnium in multitudine occupationis, & vox stulti in multitudine verborum.

Quum voueris votum Deo, ne tardes reddere illud, quia non est voluntas in stultis. Quæ voueris redde.

Melius est quòd non voueas, quam quòd voueas, & non reddas.

Ne des os tuum, vt peccare facias carnem tuam, & ne dicas ante angelum quòd ignorantia sit. Vt quid irascetur Deus propter vocem tuam, & dissipabit opus manuum tuarum?

Quia in multitudine somniorum & vanitates, & verba sunt multa, sed Deum time.

Si oppressionem pauperis, & rapinam iudicij, & iustitiæ videris in prouincia, ne mireris de voluntate diuina, quia excelsus qui est super excelsum custodit, & excelsi sunt super eos.

Et vtilitas culturæ terræ in omnibus est. Rex propter agrorum vtilitatem est seruus.

Qui diligit argentum, non satiabitur argento: & qui amat habere multitudinem, est sine fructu. Etiam hoc est vanitas.

Quum multiplicantur bona multiplicantur comedentes illa. Et quod bonum est Dominis suis, nisi vt videant oculis suis?

Dulcis somnus operantis, siue parum, siue multum comedat, saturitas autem diuitis non sinit eum dormire.

Est mala infirmitas quam vidi sub sole, diuitiæ conseruatæ Dominis suis in malum suum.

Peribuntq; diuitiæ ipsæ in occupatione mala, & genuit filium, & non est in manu eius quicquam.

Quemadmodum egressus est ex vtero matris suæ, nudus, reuertetur vt vadat secundum quod venit, & quicquam non portabit de labore suo, quod ducat manu sua.

Et etiam hæc est mala infirmitas: quemadmodum venit, sic ibit. Et quid vtilitatis est ei quod laborauit in ventum?

Etiam cunctis diebus vitæ suæ in tenebris comedet, & ira multa, & infirmitate, & furore.

Ecce quod vidi bonum: quod pulchrum est, comedere & bibere, & videre bonum de omni labore suo, quo laborauit sub sole, numero dierum vitæ suæ, quos dedit ei Deus, quia hæc est pars eius.

Etiam omnis homo cui dedit Dominus diuitias, & substantias, & facultatem dedit ei, vt comedat ex eis & sumat partem suam, & lætetur de labore suo, hoc donum Dei est.

Non enim multum recordabitur dierum vitæ suæ, quia Deus exaudit propter lætitiam cordis eius.

CAP. VI.

EST malum quod vidi sub sole, & frequens homini.

Vir cui dedit Deus diuitias, & substantias, & gloriam, & non deficit animæ eius ex omnibus quæ desiderat, & non dedit ei potestatem Deus comedendi ex eis, sed vir extraneus comedet ea. Hoc vanitas est, & infirmitas mala est.

Si genuerit vir centum, & annos multos vixerit, & multiplicati fuerint dies annorum eius, & anima eius non fuerit saturata bono, & etiam sepultura non fuerit ei: dixi quod melior est illo abortiuus.

Quia in vanum venit, & in tenebras ibit, & tenebris nomen eius teget.

Transl. ex Septuag.

2 Quia aduenit somnium, in multitudine solicitudinis: & vox stulti in multiplicatione sermonum.

3 Prout voueris votum Deo; ne moreris reddere illud: quia non est voluntas in insipientibus. Tu igitur quæcumque voueris, redde.

4 Bonum est non vouere te, quàm vouere te, & non reddere.

5 Non des os tuum, vt peccare facias carnem tuam: & ne dixeris in conspectu Dei, quia ignorantia est; ne irascatur Deus super vocem tuam, & disperdat opera manuum tuarum.

6 Quia in multitudine somniorum, & vanitatum, & verborum plurimorum: quare tu Deum time.

7 Si calumniam pauperis, & direptionem iudicij, & iustitiæ videris in regione; ne mireris super negocio: quia excelsus super excelsum ad custodiẽdum, & excelsi super eos:

8 Et præstantia terræ in omni est, rex agri culti.

9 Qui diligit argentum, non implebitur argento: & quis dilexit in multitudine eorum fructum? sed & hoc vanitas.

10 In multitudine bonitatis multiplicati sunt, qui comedunt eam. Et quid fortitudo ei, qui ab ea? quia principium videre oculis suis.

11 Dulcis somnus serui, siue paululum, & siue multum comederit: & ei, qui saturatus est ditescendo; non est dimittens eum dormire.

12 Est languor, quem vidi sub Sole, diuitias custoditas ei, qui ab eis, in malum ei:

13 Et peribunt diuitiæ illæ in distentione pessima. Et genuit filium, & non est in manu eius quicquã.

14 Sicut exiuit de vtero matris suæ nudus: reuertetur, vt eat, sicut venit: & nihil accipiet in labore suo, vt eat in manu sua.

15 Sed & hoc languor pessimus. Sicut enim aduenit; ita & abibit. Et quæ abundantia eius, qua laborat in ventum?

16 Et quidem omnes dies eius in tenebris, & in luctu, & iracundia multa, & languore, & insania.

17 Ecce ego vidi bonum, quod est pulchrum, comedere, & bibere, & cernere bonitatem in omni labore suo, quocumque laborauerit sub Sole, numero Dierum vitæ suæ, quos dedit ei Deus: hoc quippe est pars eius.

18 Et quidem omnis homo, cui dedit ei Deus diuitias, & substantiam, concessitque ei, vt vesceretur ex eis, & tolleret partem suam, & lætaretur in labore suo; hoc Dei donum est.

19 Non enim multum recordabitur dierum vitæ suæ, quia Deus occupat eum in lætitia cordis eius.

CAP. VI.

1 Est malum quod vidi sub Sole: & multum est sub homine:

2 Vir, cui dabit ei Deus diuitias, & substantiam, & gloriam: & non est deficiens anima sua ex omnibus, quæ desiderabit: & non dabit ei Deus potestatem, vt manducaret ex eo: quia vir alienus comedet illud. Hoc vanitas est, & languor pessimus.

3 Si genuerit vir centum, & annis multis vixerit, & multitudo quæcumque fuerint dies annorum eius, & anima eius non repleatur ex bonitate, nec sepulchrum fuerit illi; dixi bonum super eum abortiuum.

4 In vanitate quippe venit, & in tenebris vadit, & in tenebris nomen eius abscondetur.

Et

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

2 *Quia sicut venit somnium ex multitudine occupationis, sic vox stulti ex multitudine verborum.*

3 *Quum voueris votum Deo, ne tardes reddere illud: quia non est beneplacitum Deo in stultis: quæ igitur voueris, redde.*

4 *Melius est vt non voueas, quam vt voueas & non reddas.*

5 *Ne des os tuum vt peccare facias carnem tuam: neq; dicas coram Angelo ipso quod error sit. vt quid irascetur Deus propter vocem tuam, & dissipabit opus manuum tuarum?*

6 *Quia in multitudine somniorum, & vanitates, & verba sunt multa: sed Deum time.*

7 *Si calumniosam oppressionem pauperis, & subreptionem iudicij & iustitiæ videris in prouincia, ne mireris de voluntate diuina: quia Excelsus qui est super excelsum obseruat, & excelsi sunt super eos.*

8 *Porro vtilitas culturæ terræ in omnibus est: Rex agro seruit.*

9 *Qui diligit argentum, non satiatur argento: & qui amat habere multitudinem, est sine fructu. etiam hoc est vanitas.*

10 *Quum multiplicantur bona, multiplicantur comedentes illa: quod ergo bonum est domino suo, nisi aspectus oculorum eius?*

11 *Dulcis somnus operantis, siue parum, siue multum comedat: saturitas autem diuitis non sinit eum dormire.*

12 *Est mala infirmitas quam vidi sub sole: diuitiæ conseruatæ dominis suis in malum suum:*

13 *Pereuntq; diuitiæ ipsæ in occupatione mala: & genuit filium, & non est in manu eius quicquam.*

14 *Quemadmodum egressus est ex vtero matris suæ, nudus reuertitur: vt discedat quemadmodum venit, nec quicquam reportat de labore suo quod venire fecerit in manum suam.*

15 *Ista etiam est mala infirmitas: quemadmodum venit, sic abiturus est: & quid vtilitas erit ei quod laborauit in ventum?*

16 *Etiam cunctis diebus vitæ suæ in tenebris comedet, & ira multa, & infirmitas ei, & furor.*

17 * *Ecce igitur quod vidi ego bonum: pulchrum est comedere & bibere, & videre bonum ex omni labore suo quo laborat sub sole, numero dierum vitæ suæ, quos dedit ei Deus: quia hæc est portio eius.*

18 *Etiam quod omni homini dedit Deus diuitias & opes, & potestatem fecit ei vt comedat ex eis, & sumat portionem suam, & lætetur de labore suo, hoc donum Dei est.*

19 *Non enim multum recordatur dierum vitæ suæ, quia Deus exaudit eum in lætitia cordis sui.*

CAP. VI.

1 *Est malum quod vidi sub sole, & frequens homini:*

2 *Vir cui dedit Deus diuitias, & opes & gloriam, nec deficit anima eius quicquam ex omnibus quæ desiderat: at non facit ei potestatem Deus comedendi ex eis, sed vir extraneus comedet ea: hoc vanitas, & infirmitas mala est.*

3 *Si genuerit vir centum liberos, & annos multos vixerit, & multiplicati fuerint dies annorum eius, & anima eius non fuerit saturata bono ipso, & etiam sepultura non fuerit ei, dixi, Melior est illo abortiuus.*

4 *Nam in vanum venit, & in tenebras abiturus est, & tenebris nomen eius tegetur.*

Etiam

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

5 Non vidit solem, neque cognouit distantiam boni & mali.

6 Etiam si duobus millibus annis vixerit, & non fuerit perfruitus bonis: nonne ad vnum locum properant omnia?

7 Omnis labor hominis in ore eius: sed anima eius non implebitur.

8 Quid habet amplius sapiens à stulto? & quid pauper nisi vt pergat illuc, vbi est vita?

9 Melius est videre quod cupias, quàm desiderare quod nescias: sed & hoc vanitas est, & præsumptio spiritus.

10 Qui futurus est, iam vocatum est nomen eius: & scitur quod homo sit; & non possit contra fortiorem se in iudicio contendere.

11 Verba sunt plurima, multamque in disputando habentia vanitatem.

CAP. VII.

1 QVid necesse est homini maiora se quærere, cum ignoret quid conducat sibi in vita sua numero dierum peregrinationis suæ, & tempore, quod velut vmbra præterit? Aut quis ei poterit indicare quid post eum futurum sub sole sit?

Pro. 22.1. 2 Melius est nomen bonum, quàm vnguenta pretiosa: & dies mortis, die natiuitatis.

3 Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij: in illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & viuens cogitat quid futurum sit.

4 Melior est ira risu: quia per tristitiam vultus, corrigitur animus delinquentis.

5 Cor sapientium vbi tristitia est, & cor stultorum vbi lætitia.

6 Melius est à sapiente corripi, quam stultorum adulatione decipi.

7 Quia sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti: sed & hoc vanitas.

8 Calumnia conturbat sapientem, & perdet robur cordis illius.

9 Melior est finis orationis, quàm principium. Melior est patiens arrogante.

10 Ne sis velox ad irascendum: quia ira in sinu stulti requiescit.

11 Ne dicas. Quid putas causæ est quòd priora tempora meliora fuere quàm nunc sunt? stulta enim est huiuscemodi interrogatio.

12 Vtilior est sapientia cum diuitiis, & magis prodest videntibus solem.

13 Sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia. hoc autem plus habet eruditio & sapiētia, quòd vitam tribuunt possessori suo.

14 Considera opera Dei, quòd nemo possit corrigere quem ille despexerit.

15 In die bona fruere bonis, & malam diem præcaue: sicut enim hanc, sic & illam fecit Deus, vt non inueniat homo contra eum iustas querimonias.

16 Hæc quoque vidi in diebus vanitatis meæ: Iustus perit in iustitia sua, & impius multo viuit tempore in malitia sua.

17 Noli esse iustus multum: neque plus sapias quàm necesse est, ne obstupescas.

18 Ne impie agas multum & noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo.

19 Bonum est te sustentare iustum, sed & ab illo ne subtrahas manum tuam: quia qui timet Deum, nihil negligit.

Sapientia

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

5 *Etiam quod solem non viderit, & non cognouerit requies est huic magis quam illi.*

6 *Et si vixerit mille annos duabus vicibus, & bonum non viderit: nonne ad locum vnum omnia vadit?*

7 *Omnis labor hominis pro ore eius: & etiam anima non implebitur.*

8 *Quid enim amplius est sapienti quam stulto? quid pauperi scienti pergere ante vitam?*

9 *Melior est visio oculorum quam quod eat anima per viam stultorum. etiam hoc vanitas, & cogitatio spiritus.*

10 *Quicquid fuerit iam vocatum est nomen eius, & scitur quòd fuit homo, & quod non potest iudicare cum eo qui fortior est se.*

11 *Sunt enim verba multa multiplicantia vanitatem.*

CAP. VII.

1 *QVid amplius est homini? Quia quis scit quid sit bonum homini in vita, in numero dierum vanitatis suæ, & fecit eos tanquam vmbram, quoniam quis indicabit homini quid erit post eum sub sole?*

Quæ no. 1. notantur in Bibl. Sanct. pagnini habentur in hoc cap. superiori.

2 *Melius est nomen bonum quam vnguentum bonum, & dies mortis, quam dies quo natus est.*

3 *Melius est ire ad domum luctus, quam ire ad domum conuiuij: eo quod est finis omnis hominis, & viuens ponet super cor suum.*

4 *Melior est ira risu: quia per tristitiam vultus, iucundum erit cor.*

5 *Cor sapientum in domo luctus, & cor stultorum in domo lætitiæ.*

6 *Melius est audire increpationem sapientis, quam quod vir audiat canticum stultorum.*

7 *Quia sicut sonitus spinarum sub olla, sic est risus stulti, & etiam hoc vanitas.*

8 *Quia oppressio insanire faciet sapientem, & perdet cor donum.*

9 *Melior est finis rei quam principium eius. Melior est longanimis spiritu quam elatus spiritu.*

10 *Ne festines in spiritu tuo ad irascendum, quia ira in sinu stultorum requiescet.*

11 *Ne dicas quid causæ fuit quod dies primi fuerunt meliores istis, quia non ex sapientia interrogasti super hoc.*

12 *Bona est sapientia cum hæreditate, & magis videntibus solem.*

13 *Quia in vmbra sapientia: in vmbra argenti* requiescet homo, *sed celsior est scientia sapientia, quia viuificabit habentes eam.*

14 *Vide opus Dei, quis enim poterit dirigere, quem curuauerit ipse?*

15 *In die bono esto in bono, & in die mala vide: etiam hoc contra hoc fecit Deus, vt non inueniret homo post eum quicquam.*

16 *Omnia vidi in diebus vanitatis meæ. Est iustus qui perit in iustitia sua, & est impius prolongans dies in malitia sua.*

17 *Ne sis iustus multum: & ne sis sapiens nimium: vt quid desolaberis?*

18 *Ne paueas multum, & ne sis stultus: vt quid morieris non in tempore tuo?*

19 *Bonum est quòd apprehendas hoc, & etiam ab hoc ne quiescere facias manum tuam. Qui enim timet Deum, egredietur de omnibus his.*

Sapientia

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

5 Et quidem Solem non vidit, nec cognouit requietes huic super hunc,

6 Et vixit mille annorum reditus, & bonitatem non vidit; nonne ad locum vnum vadunt omnia?

7 Omnis labor hominis in ore ipsius: & quidem anima non implebitur.

8 Quoniam abundantia sapienti super insipientem, eo quod pauper nouit ire ad faciem vitæ.

9 Bonum est aspectus oculorum super ambulantem anima. Hoc etiam vanitas, & præsumptio spiritus.

10 Si quid fuit, iam vocatum est nomen eius, & cognitum, quod est homo, & non poterit iudicari cum fortiore super se.

11 Quia sunt verba multa multiplicantia vanitatem.

CAP. VII.

1 QVid plus homini? Quis enim cognouit bonum homini in vita? numerum dierum vanitatis eius, & fecit ea in vmbra? Quia, quis annunciabit homini, quid erit post eum sub Sole?

2 Bonum est nomen super oleum bonum, & dies mortis super diem natiuitatis.

3 Bonum ire ad domum luctus, quàm ire ad domum conuiuij, eo quòd hic est finis omnis hominis; & qui viuit, dabit bonum ad cor suum.

4 Bonum est ira super risum; quia in malo vultus fiet bonum cor.

5 Cor sapientum in domo luctus, & cor insipientum in domo lætitiæ.

6 Bonum est audire increpationem sapientis super virum audientem carmen stultorum.

7 Sicut vox spinarum sub olla, ita risus stultorum. Etiam hoc vanitas:

8 Quoniam calumnia circumfert sapientem, & perdit cor vigoris eius.

9 Bonum est nouissimum sermonum super principium. Bonũ est lõganimis super excelsum spiritu.

10 Ne festines in spiritu tuo irasci: quia furor in sinu stultorum requiescet.

11 Ne dixeris, quid factum est; quia dies priores erãt boni super hos? quia non in sapientia interrogasti de hoc.

12 Bona est sapientia cum hæreditate, & amplius videntibus Solem:

13 Quia in vmbra eius sapientia, sicut vmbra argenti: & abundantia scientiæ sapientiæ viuificabit eum, qui ab ea.

14 Vide opera Dei: quoniam quis poterit adornare, quem Deus peruerterit eum?

15 In die bonitatis viue in bono, & vide in die mali, vide. Et quidem huic congruenter istud fecit Deus de loquela, vt non inueniat homo post eum quicquam.

16 Omnia vidi in diebus vanitatis meæ. Est iustus periens in iusto suo: & est impius manens in malitia sua.

17 Noli esse iustus multum, & noli argumentari plusquam oportet: nequando obstupescas.

18 Ne impie agas multum, & noli esse durus; ne moriaris in tempore non tuo.

19 Bonum est inhærere te in hoc: & quidem ab hoc ne contamines manum tuam: quoniam timentibus Deum egredientur omnia.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

5 *Etiam quod solem non viderit, nec cognouerit quicquam: requies est huic magis quam illi.*

6 *Quod si vixerit mille annos duabus vicibus, & bonum non viderit, nonne ad locum vnum omnes pergunt?*

7 *Vniuersus labor hominis pro ore eius, & tamen anima non expletur.*

8 *Quid enim amplius est sapienti quam stulto? quid profuerit pauperi scienti ambulare ante viuos?*

9 *Melior est visio oculorum, quam anima quæ abit: etiam hoc vanitas, & afflictio spiritus.*

10 *Id quod est, iam nominatum est nomen eius, & notum est quod est homo: nec potest disceptare cum eo qui se fortior est.*

11 *Sane verba multa multiplicant vanitatem, quid amplius homini?*

CAP. VII.

1 *QVis enim nouit quid sit bonum homini in vita, numero dierum vitæ vanitatis suæ, & fecit eos tanquam vmbram? quoniam quis indicabit homini quid erit post ipsum sub sole?*

2 *Melius est nomen bonum quam vnguentum bonum: & dies mortis quam dies quo quis natus est.*

3 *Melius est ire ad domum luctus, quam ire ad domum conuiuij: eo quod est finis omnium hominum, & viuens ponet illud super cor suum.*

4 *Melior est ira risu: quia per tristitiam vultus, exhilarabitur cor.*

5 *Cor sapientum in domo luctus, & cor stultorum in domo lætitiæ.*

6 *Melius est audire increpationem sapientis, quam vt quis audiat canticum stultorum:*

7 *Nam sicut crepitus spinarum sub olla, sic est risus stulti. & etiam hoc vanitas.*

8 *Sane oppressio insanire facit sapientem, & labefactat cor munus.*

9 *Melior est finis rei quam principium eius: melior est longanimis spiritu, quam elatus spiritu.*

10 *Ne festines in spiritu tuo ad irascendum: quia ira in sinu stultorum requiescit.*

11 *Ne dixeris, Quid causæ est quod dies priores fuerunt meliores istis? quia non ex sapientia interrogaueris super hoc.*

12 *Bona est sapientia cum hæreditate, & est excellentia videntium solem:*

13 *Quia in vmbra sapientiæ, & in vmbra argenti requiescet homo: sed excellentior cognitio sapientiæ, quæ vitam affert dominis suis.*

14 *Vide opus Dei: quis enim poterit dirigere quem curuauerit?*

15 *In die bono esto in bono: & in die mala, vide: etiam hoc est è regione istius fecit Deus, in hoc ne inueniret homo post ipsum quicquam.*

16 *Omnia vidi in diebus vanitatis meæ: est iustus qui perit per iustitiam suam, & est impius prolongans dies per malitiam suam.*

17 *Ne sis iustus multum, & ne sis sapiens nimium: vtquid desolaberis?*

18 *Ne sis impius multum, & ne sis stultus: vt quid morieris non in tempore tuo?*

19 *Bonum est vt apprehendas istud, & etiam ab hoc ne subtrahas manum tuam: qui enim timet Deum, egreditur ab omnibus his.*

Vulgat. Editio.

20 Sapientia confortauit sapienté super decem principes ciuitatis.

21 ⁎ Non est enim homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet.

⁎ 3 Reg. 8 a. 46. 2. Par. 7. 36. Prou. 20. 9. 1. Ioan. 1.

22 Sed & cunctis sermonibus, qui dicuntur, ne accommodes cor tuum: ne forte audias seruum tuum maledicentem tibi.

23 Scit enim conscientia tua, quia & tu crebro maledixisti aliis.

24 Cuncta tentaui in sapientia. Dixi: Sapiens efficiar: & ipsa longius recessit à me.

25 Multo magis quàm erat: & alta profunditas, quis inueniet eam?

26 Lustraui vniuersa animo meo, vt scirem, & considerarem, & quærerem sapientiam, & rationem: & vt cognoscerem impietatem stulti, & errorem imprudentium:

27 Et inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est, & sagena cor eius, vincula sunt manus illius. qui placet Deo, effugiet illam: qui autem peccator est, capietur ab illa.

28 Ecce hoc inueni, dixit Ecclesiastes, vnum & alterum, vt inuenirem rationem,

29 Quam adhuc quærit anima mea, & non inueni. Virum de mille vnum reperi, mulierem ex omnibus non inueni.

30 Solummodo hoc inueni, quod fecerit Deus hominem rectum, & ipse se infinitis miscuerit quæstionibus. Quis talis vt sapiens est? & quis cognouit solutionem verbi?

CAP. VIII.

Sap. 2. 24.

1 Sapientia hominis lucet in vultu eius, & potentissimus faciem illius commutabit.

2 Ego os regis obseruo, & præcepta iuramenti Dei.

3 Ne festines recedere à facie eius, neque permaneas in opere malo: quia omne, quod voluerit, faciet:

4 Et sermo illius potestate plenus est: nec dicere ei quisquam potest: Quare ita facis?

5 Qui custodit præceptum, non experietur quidquam mali. Tempus & responsionem cor sapientis intelligit.

6 Omni negotio tempus est, & opportunitas, & multa hominis afflictio:

7 Quia ignorat præterita, & futura nullo scire potest nuncio.

8 Non est in hominis potestate prohibere spiritum, nec habet potestatem in die mortis, nec sinitur quiescere ingruente bello, neque saluabit impietas impium.

9 Omnia hæc consideraui, & dedi cor meum in cunctis operibus, quæ fiunt sub sole. Interdum dominatur homo homini in malum suum.

10 Vidi impios sepultos: qui etiam cum adhuc viuerent, in loco sancto erant, & laudabantur in ciuitate quasi iustorum operum: sed & hoc vanitas est.

11 Etenim quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore vllo filij hominum perpetrant mala.

12 Attamen peccator ex eo quòd centies facit malum, & per patientiam sustentatur, ego cognoui quòd erit bonum timentibus Deum, qui verentur faciem eius.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

20 *Sapientia roborabit sapientem, magis quam decem potentes, qui fuerunt in ciuitate.*

21 *Quia homo non est iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet.*

22 *Etiam omnibus verbis quæ loquuntur ne ponas cor tuum, vt non audias seruum tuum maledicentem tibi.*

23 *Quia etiam vicibus multis nouit cor tuum, quòd etiam tu maledixisti alijs.*

24 *Omnia hæc tentaui in sapientia, & dixi: Sapiens ero: & ipsa elongata est à me.*

25 *Procul magis quam erat. Et profundum profundum quis inueniet?*

26 *Circuiui ego & cor meum vt scirem, & vt inuestigarem, & quærerem sapientiam & rationem, & vt scirem impietatem stultitiæ, & fatuitatem erroris.*

27 *Et inuenio ego amariorem morte mulierem, quia est sicut hami, & sagena, cor eius: vt vincula manus eius. bonus coram Deo euadet ab illa, peccans autem, capietur ab ea.*

28 *Vide, hoc inueni dixit Choheleth, Vnam post alteram, vt inuenirem numerum quæsiui.*

29 *Quam adhuc quæsiuit anima mea, & non inueni. Hominem vnum rectum ex mille inueni, mulierem autem rectam in omnibus his non inueni.*

30 *Tantummodo ecce hoc inueni: quòd fecit Deus hominem rectum, ipsi autem inquisierunt cogitationes multas. Quis est vt sapiens, & quis est vt cognoscens interpretationem verbi?*

CAP. VIII.

1 *Sapientia hominis lucere faciet vultum eius, & fortitudo faciei eius mutabitur.*

Quæ vers. 1 comprehenduntur in Biblijs Sancti Pag. sunt in hoc præcedentis capituli.

2 *Ego* moneo te vt *os regis obserues, & verbum iuramenti Dei.*

3 *Ne sis festinus, vt putes à facie eius abire. Ne stes in re mala, quia omne quod voluerit faciet.*

4 *Secundum verbum regis est potestas. Et quis dicet ei quid facis?*

5 *Qui custodit præceptum, non cognoscet rem malam. Et tempus, & iudicium cognoscet cor sapientis.*

6 *Quia omni volito est tempus, & iudicium, quia malum hominis multum super eum.*

7 *Quia nescit quid futurum est. Quando enim erit, quis indicabit ei?*

8 *Nullus homo est qui potestatem habeat in spiritum vt prohibeat spiritum, nec est potestas in die mortis nec est dimissio in prælio, neq; eruet impietas habentem illam.*

9 *Omne hoc vidi, & posui cor meum ad omne opus quod fit sub sole. Tempore quo dominatus est homo in hominem in malum sibi.*

10 *Et tunc vidi impios, sepultos, & qui venerunt post eos & qui in loco sancto ambulauerunt, obliuioni tradentur in ciuitate in qua rectum fecerunt. Etiam hoc vanitas est.*

11 *Quia non fit sententia de opere malo cito, ideo plenum est cor hominis in eis ad faciendum malum.*

12 *Quoniam peccans facit malum centies, & prolongat ei Deus dies, quia etiam scio quod erit bonum timentibus Deum, qui timent à facie eius.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.		Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
Sapientia adiuuabit sapientem super decem potestatem habentes, qui sint in ciuitate:	20	*Sapientia roborat sapientem, magis quàm decem potentes principes qui sunt in vrbe.*
Quia homo non est iustus in terra, qui faciet bonum, & non peccabit.	21	*Profecto non est quisquam iustus in terra qui faciat bonum, & non peccet.*
Et quidem in omnes sermones, quos loquentur impij, ne posueris cor tuum; vt non audias seruum tuum maledicentem tibi.	22	*Etiam omnibus verbis quæ loquentur homines, ne des cor tuum, ne audias seruum tuum maledicentem tibi.*
Etenim frequenter malignabitur in te, & multis modis male afficiet cor tuum, nempe quia etiam tu maledixisti alijs.	23	*Nam etiam vicibus multis nouit cor tuum quod tu quoq; maledixisti alijs.*
Omnia hæc tentaui in sapientia. Dixi sapiens efficiar: & ipsa elongata est à me.	24	*Omnia hæc tentaui in sapientia: dixi, Sapiens ero: & ipsa elongata est à me.*
Longe super id, quod eram: & alta profunditas: quis inueniet eam?	25	*Procul abest, quid inde erit? & quod maxime profundum est quis inueniet?*
Circuiui ego, & cor meum, vt cognoscerem, & considerarem, & quærerem sapientiam, & numerum, & vt cognoscerem impij stultitiam, & turbulentiam, & circumlationem.	26	*Circuiui ego & cor meum vt scirem, & explorarem, & quærerem sapientiam, & rationem: & vt scirem impietatem stultitia, & fatuitatem erroris.*
Et inuenio ego eam, & dicam amariorem super mortem mulierem, quæ laqueus venatorum est, & sagænæ cor eius, vinculum in manibus eius. Bonus coram Deo, eruetur ab ea: & qui peccat, capietur in illa.	27	*Et inueni ego rem amariorem morte, nempe mulierem: quia est sicut retia & laquei cor eius: vt vincula, manus eius. bonus coram Deo, euadet ab illa: peccans autem, capietur ab ea.*
Ecce hoc inueni, dixit Ecclesiastes: vna ad vnam vt inuenirem rationem,	28	*Vide, hoc inueni (dicit Ecclesiastes) vnum post alterum, vt inuenirem rationem:*
Quam quæsiuit anima mea: & inueni. Et hominem vnum de mille inueni: & mulierem in omnibus his non inueni.	29	*Quod adhuc quæsiuit anima mea, & non inueni: Hominem vnum rectum ex mille inueni: mulierem autem rectam inter omnes istas non inueni.*
Solummodo ecce hoc inueni; quod fecit Deus hominem rectum: & ipsi quæsierunt cogitationes multas. Quis nouit sapientes, & quis nouit solutionem verbi?	30	*Tantummodo vide, hoc inueni, quod fecit Deus hominem rectum: ipsi autem inquisierunt cogitationes multas. Quis est vt sapiens? & quis est vt cognoscens interpretationem rei?*
CAP. VIII.		***CAP. VIII.***
Sapientia hominis illuminabit vultum eius: & imprudens vultu suo odietur.	1	*Sapientia hominis illustrat vultum eius, & fortitudo faciei eius mutabitur.*
Os regis custodi; & de verbo iuramenti Dei.	2	*Ego moneo te vt os Regis obserues, & super verbo iuramenti Dei.*
Ne festines, à facie eius ambulabis: ne stes in verbo malo: quoniam omne, quod voluerit, faciet,	3	*Ne sis festinus à facie eius abire: ne stes in re mala: quia quicquid voluerit efficiet.*
Sicut rex potestatem habens: & quis dicet ei, quid facis?	4	*Secundum verbum regis est potestas: & quis dicet ei, Quid facis?*
Qui custodit mandatum; non cognoscet verbum malum: & tempus iudicij cognoscit cor sapientis:	5	*Qui custodit præceptum, non cognoscet rem malam: & tempus & iudicium cognoscit cor sapientis.*
Quia omni negotio est tempus, & iudicium: quia scientia hominis multa super eum:	6	*Quia omni voluntati est tempus & iudicium: quia malum hominis multum super eum.*
Quia non est, qui cognoscat, quid futurum sit: sicut enim erit: quis annunciabit ei?	7	*Quia nescit quid futurum sit: nam quando id erit, quis indicabit ei.*
Non est homo potestatem habens in spiritum, vt prohibeat spiritum: & non est potestas in die mortis: & non est emissio in die belli: & non saluabit impietas eum, qui ab ea.	8	*Nullus homo est qui potestatem habeat in spiritum, vt retineat spiritum: neq; est potestas ei in diem mortis: nec illius est emissio telorum in prælio: neq; eruet impietas possessorem suum.*
Et omne hoc vidi, & dedi cor meum in omne opus, quod factum est sub Sole, quæ pro potestate fecit homo in hominem, vt affligeret eum.	9	*Omne hoc vidi, & dedi cor meum ad omne opus quod fit sub sole, & vidi adesse tempus quo dominatur homo in hominem malum sibi.*
Et tunc vidi impios in sepulchra introductos, & de sancto: & ierunt, & laudati sunt in ciuitate, quia sic fecerant. Etiam hoc vanitas.	10	*Et tunc vidi impios sepultos, & redierunt: & eos qui de loco sancto ambulauerunt obliuioni traditi sunt in ea vrbe in qua rectum fecerunt. etiam hoc vanitas est.*
Quia non est facta contradictio à facientibus malum cito: ideo repletum est cor filiorum hominum in eis, vt faciant malum.	11	*Quia non fit sententia iudicum de opere malo cito, ideo totum in hoc est cor filiorum hominum vt faciat malum.*
Qui peccauit, fecit malum ex tunc, & ex longitudine eorum. Quare, & cognosco ego quia est bonum timentibus Deum, vt timeant à facie eius.	12	*Quamuis peccans faciat malum centies, & prolonget ei Deus dies, scio nihilominus quod erit bonum timentibus Deum, qui timuerint à facie eius:*

Vulgat. Editio.

13 Non sit bonum impio, nec prolongẽtur dies eius, sed quasi vmbra transeant qui non timent faciem Domini.

14 Est & alia vanitas, quæ fit super terram. sunt iusti, quibus mala proueniunt, quasi opera egerint impiorum: & sunt impij, qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeant. sed & hoc vanissimum iudico.

15 Laudaui igitur lætitiam quòd non esset homini bonum sub sole, nisi quòd comederet, & biberet, atque gauderet: & hoc solum secum auferret de labore suo in diebus vitæ suæ, quos dedit ei Deus sub sole.

16 Et apposui cor meum vt scirem sapientiam, & intelligerem distentionem, quæ versatur in terra: est homo, qui diebus & noctibus somnum non capit oculis.

17 Et intellexi quòd omnium operum Dei nullam possit homo inuenire rationem eorum, quæ fiunt sub sole: & quanto plus laborauerit ad quærendum, tanto minus inueniat: etiam si dixerit sapiens se nosse, non poterit reperire.

CAP. IX.

1 Omnia hæc tractaui in corde meo, vt curiose intelligerem: Sunt iusti atque sapientes, & opera eorum in manu Dei: & tamen nescit homo vtrum amore, an odio dignus sit:

2 Sed omnia in futurum seruãtur incerta, eo quòd vniuersa æque eueniant iusto & impio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti victimas, & sacrificia contemnenti. sicut bonus, sic & peccator: vt periurus, ita & ille qui verum deierat.

3 Hoc est pessimum inter omnia, quæ sub sole fiunt, quia eadem cunctis eueniunt. vnde & corda filiorum hominum implentur malitia, & contemptu in vita sua, & post hæc ad inferos deducentur.

4 Nemo est qui semper viuat, & qui huius rei habeat fiduciam: melior est canis viuus leone mortuo.

5 Viuentes enim sciunt se esse morituros, mortui vero nihil nouerunt amplius, nec habent vltra mercedem: quia obliuioni tradita est memoria eorum.

6 Amor quoque, & odium, & inuidiæ simul perierunt, nec habent partem in hoc sæculo, & in opere, quod sub sole geritur.

7 Vade ergo & comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum: quia Deo placent opera tua.

8 Omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat.

9 Perfruere vita cum vxore, quam diligis, cunctis diebus vitæ instabilitatis tuæ, qui dati sunt tibi sub sole omni tempore vanitatis tuæ: hæc est enim pars in vita, & in labore tuo, quo laboras sub sole.

10 Quodcumque facere potest manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas.

11 Verti me ad aliud, & vidi sub sole, nec velocium esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium panem, nec doctorum diuitias, nec artificum gratiam: sed tempus, casumque in omnibus.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

13 *Et bonum non erit impio, & non prolongabit dies, tanquam vmbra erit qui non timet à facie Dei.*

14 *Est vanitas quæ fit super terram, quia sunt iusti quibus vsu venit, ac si haberent opus impiorum, & sunt impij quibus vsu venit, ac si haberent opus iustorum, dixi quod etiam hoc est vanitas.*

15 *Et laudaui ego lætitiam quod non esset bonum homini sub sole nisi vt comedat & bibat, & lætetur, & hoc adhærebit sibi, de labore suo, diebus vitæ suæ, quos dedit ei Deus sub sole.*

16 *Quando dedi cor meum, vt scirem sapientiam, & viderem occupationem quæ fit super terram quod etiam die ac nocte somnum oculus suus non videt.*

17 *Et vidi omne opus Dei, quod non possit homo inuenire opus quod fit sub sole, propter quod laborauit homo, vt quæreret, & non inueniet. Et etiam si dixerit sapiens se scire, non poterit inuenire.*

CAP. IX.

1 *Quia omne hoc posui in corde meo, & ad declarandum omne hoc. Quia iusti, & sapientes, & opera eorum in manu Dei, etiam amorem, etiam odium nescit homo quæ omnia ante eos sunt.*

Quæ in principio capituli huius n. 1. comprehenduntur in Hebræo. Pagn. sunt in hoc capitulo superiora.

2 *Omnia eueniunt quemadmodum omnibus euenit. Euentus vnus est iusto, & impio, bono, & malo: & mundo, & immundo, & sacrificanti, & ei qui non sacrificat, sicut bonus, sic qui peccat, qui iurat; sicut qui iuramentum timet.*

3 *Hoc malum est inter omnia quæ fiunt sub sole, quod euentus vnus sit omnibus & etiam cor filiorum hominum plenum est malo, & insania in corde eorum, in vita eorum, & post hoc ad mortuos.*

4 *Quia cuicunque electio inter omnes viuentes, est spes, quia canis viuus est melior leone mortuo.*

5 *Viuentes enim sciunt quod morituri sunt, mortui autem nesciunt quicquam, & non est eis vltra merces, quia obliuioni tradita est memoria eorum.*

6 *Etiam amor eorum, etiam odium eorum, etiam inuidia eorum iam perijt, & pars non est eis vltra in sæculum in omni quod fit sub sole.*

7 *Vade comede in gaudio panem tuum, & bibe corde iucũdo vinum tuum, quia iam complacet Deus operibus tuis.*

8 *Omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum super caput tuum non deficiat.*

9 *Vide vitam, cum vxore quam dilexisti omnibus diebus vitæ vanitatis tuæ, quos dedit tibi sub sole omnibus diebus vanitatis tuæ, quia hæc est pars tua in vita, & de labore tuo quo tu laboras sub sole.*

10 *Omne quod inuenerit manus tua ad faciendum secundum vires tuas fac, quia non est opus, nec cogitatio, nec scientia, nec sapientia in sepulchro, quo tu vadis.*

11 *Conuersus sum, & vidi sub sole quòd non est leuium cursus, nec est fortium bellum, & etiam non est sapientium panis, & etiam non sunt rectorum diuitiæ, & etiam non est scientium gratia, sed tempus, & casus accidit omnibus.*

Transl. ex Septuag.		Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
Et bonum non erit impio, & non prolongabit dies in vmbra, qui non est timens à facie Dei.	13	*Et bonum non erit impio, neq; prolongabit dies, tanquam vmbra erit: quia non timet à facie Dei.*
Est vanitas, quæ facta est super terram, quia sunt iusti, quia venit super eos, quasi factum impiorum: & sunt impij, quia venit ad eos quasi factum iustorum: Dixi, quia hoc etiam vanitas est.	14	*Est vanitas quæ fit super terram, quia sunt iusti quibus vsu venit ac si fecissent opus impiorum: & sunt impij quibus vsu venit ac si haberent opus iustorum: vnde dixi quod etiam hoc est vanitas.*
Et laudaui ego lætitiam: quia non est bonum homini sub sole, nisi comedere, & bibere, & lætari. Et ipsum simul aderit ei in labore eius diebus vitæ eius, quos dedit ei Deus sub Sole.	15	*Et laudaui ego letitiam, reputans nihil esse melius homini sub sole, nisi vt comedat & bibat, & lætetur: & quod saltem hoc adhærebit ei de labore suo, diebus vitæ suæ quos dedit ei Deus sub sole.*
In quibus dedi cor meum, vt cognoscerem sapientiam, & viderem distentionem, quæ facta est super terram: quia & in die, & in nocte somnum oculis suis non est videns.	16	*Propterea, dedi cor meum ad cognoscendam sapientiam, & vt viderem occupationem quæ fit super terram, quod etiam die ac nocte somnum oculis suis non videt.*
Et vidi omnia opera Dei, quia non poterit homo inuenire opus, quod factum est sub Sole: quæcumque laborabit homo quærere, & non inueniet. Etiã quæcumque dixerit sapiens cognoscere, non poterit inuenire.	17	*Et vidi de omni opere Dei, quod non possit homo inuenire opus quod fit sub sole, propter quod laborat homo vt inuestiget, nec adinueniet: quinetiam si dixerit sapiens se dare operam vt sciat, non poterit inuenire.*
CAP IX.		*CAP. IX.*
QVare omne hoc dedi in corde meo: & cor meũ omne vidit hoc.* Quomodo iusti, & sapientes, & operationes eorum in manu Dei, & quidem charitatem, & quidem odium non est cognoscens homo:	1	*SAne totum hoc posui in corde meo, & vt declararem totum hoc, Quod iusti & sapientes, & opera eorum sunt in manu Dei: etiam amorem, etiam odium nescit homo omnium quæ ante eos sunt.*
Omnia ante faciem eorum. Vanitas in omnibus. Euentus vnus iusto, & impio, bono, & malo, & mũdo, & immundo, & sacrificanti, & non sacrificanti. Sic bonus, vt peccator: sic iurans, sicut iuramentum timens.	2	*Omnia eueniunt consimiliter omnibus: euentus vnus est iusto & impio, bono & mundo & immundo, sacrificanti quoq; & ei qui non sacrificat: sicut bonus, sic qui peccat: & is qui iurat, est sicut is qui iuramentum timet.*
Hoc est pessimum in omni, quod factum est sub Sole; quia euentus vnus omnibus. Et quidem cor filiorum hominis repletum est malo: & circumlatio in corde eorum in vita eorum: & post hæc ad mortuos.	3	*Hoc malum est inter omnia quæ fiunt sub sole, quod euentus vnus sit omnibus: & etiam cor filiorum hominum plenum est malo, & insania in corde eorum in vita sua: & post hoc ad mortuos.*
Quia quis est, qui communicet in omnes viuentes? Est spes, quoniam canis viuens ipse bonus super leonem mortuum:	4	*Quia cuicunq; consociato cum omnibus viuentibus est spes: quia canis viuus est melior leone mortuo.*
Quia viuentes scient, quòd morientur & mortui non sunt cognoscentes quicquam: & non est eis amplius merces: in obliuionem enim venit memoria eorum.	5	*Viuentes enim sciunt quod morituri sunt: mortui autem nesciunt quicquam, nec est eis vltra merces, quia obliuioni tradita est memoria eorum.*
Etiam dilectio eorum, etiam odium eorum, etiam zelus eorum iam periit: etiam pars non est eis, vltra in sæculum in omni, quod factum est sub Sole.	6	*Etiam amor eorum, etiam odium eorum, etiam inuidia eorum iam perijt, & portio non est eis vltra in seculum in omni quod fit sub sole.*
Veni, comede in lætitia panem tuum, & bibe in corde bono vinum tuum: quoniam iam complacuerunt Deo opera tua.	7	*Vade, comede in gaudio panem tuum, & bibe hilari corde vinum tuum: quia iam grata sunt Deo opera tua.*
In omni tempore sint vestimenta tua candida: & oleum super caput tuum non desit.	8	*Omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum super caput tuum ne deficiat.*
Et vide vitam cum muliere, quam dilexisti omnibus diebus vitæ vanitatis tuæ, qui dati sunt tibi sub Sole; quia hæc est pars tua in vita tua, & in labore tuo, quo tu laboras sub Sole.	9	*Vide vitam cum vxore quam dilexisti, omnibus diebus vitæ vanitatis tuæ, quos dedit tibi Deus sub sole omnibus diebus vanitatis tuæ: quia hæc est pars tua in vita hac, & de labore tuo quo tu laboras sub sole.*
Omnia, quæ inuenerit manus tua facere; prout virtus tua, fac: quia non est opus, & cogitatio, & scientia, & sapientia in inferno, quo tu vadis illuc.	10	*Omne quod inuenerit manus tua ad faciendum, secundum vires tuas fac: quia non est opus, nec cogitatio, nec scientia, nec sapientia in sepulchro, quo tu pergis.*
Conuerti me, & vidi sub Sole; quoniam non est velocibus cursus, nec potentibus prælium, nec quidem sapienti panis, nec quidem intelligentibus diuitiæ, nec quidem scientibus gratia: quoniam tempus & euentus occurret omnibus illis.	11	*Conuersus sum, & vidi sub sole quod non est velocium cursus, nec fortium bellum: sed nec est sapientum panis, neq; prudentium diuitiæ, neq; etiam scientium est gratia: sed tempus & casus accidit omnibus.*

Quæ duobus clauduntur asteriscis hic in principio capitis: in translat. ex Sept. habentur in hoc superiori capit.

Vulgat. Editio.

Nescit homo finem suum: sed sicut pisces capiun-
tur hamo, & sicut aues laqueo comprehenduntur,
sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis
extemplo superuenerit.

Hanc quoque sub sole vidi sapientiam, & proba-
ui maximam:
Ciuitas parua, & pauci in ea viri: venit contra
eam rex magnus, & vallauit eam, extruxitque mu-
nitiones per gyrum, & perfecta est obsidio.
Inuentusque est in ea vir pauper & sapiens, & li-
berauit vrbem per sapiētiam suam, & nullus dein-
ceps recordatus est hominis illius pauperis.
Et dicebam ego, meliorem esse sapientiam forti-
tudine: quomodo ergo sapientia pauperis contem-
pta est, & verba eius non sunt audita?
Verba sapientium audiuntur in silentio plus
quàm clamor principis inter stultos.
Melior est sapientia, quàm arma bellica: & qui in
vno peccauerit, multa bona perdet.

CAP. X.

MVscæ morientes perdunt suauitatem vnguen-
ti. Pretiosior est sapientia & gloria parua & ad
tempus stultitia.
Cor sapientis in dextera eius, & cor stulti in sini-
stra illius.
Sed & in via stultus ambulans, cum ipse insipiens
sit, omnes stultos æstimat.
Si spiritus potestatem habentis ascenderit super
te, locum tuum ne dimiseris: quia curatio faciet
cessare peccata maxima.
Est malum quod vidi sub sole, quasi per errorem
egrediens à facie principis:
Positum stultum in dignitate sublimi, & diuites
sedere deorsum.
Vidi seruos in equis: & principes ambulantes su-
per terram quasi seruos.
* Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui dissipat
sepem, mordebit eum coluber.

* Prou. 26. 27. Eccli. 27. 29.

Qui transfert lapides, affligetur in eis; & qui scin-
dit ligna, vulnerabitur ab eis.
Si retusum fuerit ferrum, & hoc non vt prius,
sed hebetatum fuerit, multo labore exacuetur, &
post industriam sequetur sapientia.

Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus ha-
bet qui occulte detrahit.
Verba oris sapientis gratia: & labia insipientis
præcipitabunt eum:
Initium verborum eius stultitia, & nouissimum
oris illius error pessimus.
Stultus verba multiplicat. Ignorat homo quid
ante se fuerit: & quid post se futurum sit, quis ei po-
terit indicare?
Labor stultorum affliget eos, qui nesciunt in vr-
bem pergere.
Væ tibi terra, cuius rex puer est, & cuius principes
mane comedunt.
Beata terra, cuius rex nobilis est, & cuius princi-
pes vescuntur in tempore suo ad reficiendum, &
non ad luxuriam.
In pigritiis humiliabitur contignatio, & in infir-
mitate manuum perstillabit domus.

In risum faciunt panem, & vinum vt epulentur
viuentes: & pecuniæ obediunt omnia.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

12 *Quia etiam nescit homo tempus suum. Sicut pisces qui*
capiuntur reti malo, & sicut aues quæ capiuntur laqueo,
sic capiuntur filij hominum in tempore malo, cum ceciderit
super eos repente.

13 *Etiam hanc vidi sapientiam sub sole: & magna est mihi.*

14 *Ciuitas parua, & viri in ea pauci: & venit aduersus*
eam rex magnus, & circumdedit eam, & extruxit contra
eam munitiones magnas.
15 *Et inuentus est in ea vir pauper sapiens, & eruit ipse*
vrbem sapientia sua, & homo non est recordatus viri pau-
peris illius.
16 *Et dixi ego quòd melior est sapientia quam fortitudo, &*
sapientia pauperis contempta est, & verba eius non sunt
audita.
17 *Verba sapientum in quiete audiuntur, plus quam cla-*
mor Domini inter stultos.
18 *Melior est sapientia quam instrumenta bellica. Et pecca-*
tor vnus perdet bonum multum.

CAP. X.

1 SIcut *muscæ* mortuæ *fœtere faciunt, emanare faciunt*
fœtorem vnguentum aromatarij, sic hominem pretio-
sum sapientia, & gloria, stultitia parua.
2 *Cor sapientis ad dexteram eius, & cor stulti ad sinistram*
ipsius.
3 *Et etiam per viam cum stultus ambulat, cor eius deficit,*
& dicit omnibus, stultus est.
4 *Si spiritus iræ dominantis ascenderit contra te, locum*
tuum ne dimittas, quia lenitas quiescere faciet peccata
magna.
5 *Est malum quod vidi sub sole sicut error qui egreditur*
à facie dominantis.
6 *Positus est stultus in excellentijs magnis, diuites vero in*
humilitate sedebunt.
7 *Vidi seruos super equos, & principes ambulantes tan-*
quam serui super terram.
8 *Fodiens foueam in eam incidet, & dissipans sepem mor-*
debit eum serpens.
9 *Transferens lapides dolore afficietur in eis, scindens ligna*
discrimini se exponit propter illa.
10 *Si hebetatum fuerit ferrum, & huius aciem non terse-*
rit, vires roborabit scindens, *excellentia; at sapientia est*
super alia quòd absque dolore rectum faciat.

11 *Si mordeat serpens absque susurro, & non est vtilis ha-*
benti linguam.
12 *Verba oris sapientis gratiosa, labia autem stulti perdent*
eum.
13 *Initium verborum oris eius stultitia, & nouissimum oris*
eius insania mala.
14 *Et stultus multiplicabit verba. Nescit homo quid erit:*
& quod erit post se quis annuntiabit sibi?

15 *Labor stultorum, laborare faciet eum, qui nescit pergere*
ad ciuitatem.
16 *Væ tibi terra, cum rex tuus puer est, & principes tui*
mane comedunt.
17 *Beata tu terra, quum rex tuus filius est nobilium. &*
principes tui in tempore comedunt, propter fortitudinem,
& non propter potationem.
18 *Propter pigritias manuum inclinabit se* vt cadat *con-*
tignatio, & propter paupertatem manuum distillabit do-
mus.
19 *Propter risum faciunt panem, & vinum lætificabit viuos,*
& argentum iuuat omnia.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Quia etiam nescit homo tempus suum, quasi 12
pisces, qui tenentur in retiaculo malo; & sicut volucres, quę capiuntur in laqueo. Sicut ea, illaqueantur filij hominis in tempore malo: cum ceciderit super ipsos subito.
Etiam hoc vidi sapientiam sub Sole, & magna est 13
ad me:
Ciuitas parua, & viri pauci in ea; & venit super 14
eam rex magnus, & circundedit eam, & ædificauit aduersus ea aggeres magnos:
Et inuenit in ea virum pauperem sapientem: & 15
saluauit hic ciuitatem in sapientia sua: & homo non recordatus est viri pauperis illius.
Et dixi ego, bona sapientia super potentiam: & 16
sapientia pauperis pro nihilo habita, & verba eius non exaudita.
Verba sapientum, in quiete audiuntur super cla- 17
morem eorum, qui potestatem habent in stultitiis.
Bona sapientia super vasa belli: & peccans vnus 18
perdet bonitatem multam.

C A P. X.

MVscæ morientes putrefaciunt compositionem 1
olei suauitatis. Preciosum paululum sapientiæ super gloriam insipientiæ magnam.
Cor sapientis in dextro eius: & cor stulti in sini- 2
stro eius.
Etiam in via, cum stultus ambulat; cor eius defi- 3
ciet: & quæ cogitabit; omnia stultitia sunt.
Si spiritus potestatem habentis ascenderit super 4
te; locum tuum ne dimiseris; quia sanitas requiescere faciet peccata magna.
Est malum, quod vidi sub Sole: quasi non sponta- 5
neum exiuit à facie potestatem habentis.
Datus est stultus in sublimitatibus magnis: & di- 6
uites in humili sedebunt.
Vidi seruos in equis, & principes ambulantes qua- 7
si super seruos super terram.
Qui fodit foueam; in ipsam incidet: & qui dissipat 8
sepem; mordebit eum serpens.
Qui subtrahit lapides; dolebit in eis; scindens lig- 9
na, periclitabitur in eis,
Si exciderit ferrum, & ipse faciem turbauit. Et 10
fortitudines confortabit, & abundantia viro non sapientia.

Si momorderit serpens in non susurro; & non est 11
amplius incantanti.
Verba oris sapientis gratia: & labia insipientis de- 12
glutient eum.
Initium verborum eius insipientia, & nouissimū 13
oris eius circumlatio pessima:
Et stultus multiplicat verba. Ignorat homo quid 14
sit quod factum est; & quid, quod futurum est, quod post eum, quis annunciabit ei?
Labor stultuorum affliget eos, qui nescit ire in ci- 15
uitatem.
Væ tibi ciuitas, cuius rex tuus iunior, & princi- 16
pes tui mane comedunt.
Beata tu terra, cuius rex tuus, filius ingenuorum, 17
& principes tui ad tempus comedent in fortitudine, & non confundentur.
In pigritiis humiliabitur contignatio: & in segni- 18
tie manuum stillabit domus.

In risu faciunt panem, & vinum, & oleum ad læ- 19
tificandum viuentes. & argento humiliatione obedient omnia.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

Quia etiam nescit homo tempus suum: sicut pisces qui capiuntur reti malo, & vt aues quæ capiuntur laqueo, sic capientur filij hominum in tempore malo, quum irruerit super eos repente.

Etiam hanc vidi sapientiam sub sole, & magna est mihi.

Ciuitas parua, & viri in ea pauci, & venit aduersus eam Rex magnus, & circundedit eam, & extruxit contra eam munitiones magnas:

Et inuentus est in ea vir pauper sapiens, & eruit ipse vrbem sapientia sua, & nemo est recordatus viri illius pauperis.

Tunc dixi ego, Præstantior est sapientia quam fortitudo: quamuis sapientia pauperis contempta sit, & verba eius non fuerint audita.

Verba sapientum in quiete audiuntur, potius quam clamor dominantis inter stultos.

Melior est sapientia quam instrumenta bellica: at peccator vnus perdit bonum multum.

C A P. X.

SIcut muscæ mortuæ fœtere faciunt & emanare fœtorem vnguentum aromatarij: sic hominem pretiosum ob sapientiam, & gloriam, stultitia modica fœtere facit.

Cor sapientis, ad dexteram eius, & cor stulti ad sinistram ipsius.

Et etiam per viam quum stultus ambulat, cor eius deficit: & dicit de omnibus, Stultus est.

Si spiritus dominantis ascenderit contra te, locum tuum ne deseras: quia lenitas quiescere facit peccata magna.

Est malum quod vidi sub sole simile errori qui egreditur à facie dominantis:

Constitutus est stultus in excellentijs magnis: diuites vero in humilitate sedent.

Vidi seruos super equos, & principes ambulantes velut seruos super terram.

Fodiens foueam, in eam incidet: & dissipans sepem, mordebit eum serpens.

Transferens lapides, dolore afficietur in eis: scindens ligna, discrimini se exponit per illa.

Si hebetatum fuerit ferrum, & huius aciem non terserit, vires roborauit scindens: at excellentia rectificationis est sapientia.

Si mordeat serpens non incantatus, sic non est excellentia linguaci.

Verba oris sapientis, gratia: labia autem stulti perdunt eum.

Initium verborum eius, stultitia: & finis oris eius insania mala.

Et ipse stultus multiplicat verba: dicitq., Nescit homo id quod futurum est: & id quod erit post illum quis annunciabit illi?

Labor stultorum defatigat eos: qui tamen nesciunt pergere ad vrbem.

Væ tibi terra, quando Rex tuus puer est, & principes tui mane comedunt.

Beata tu terra quum Rex tuus filius est nobilium, & principes tui in ipso tempore comedunt propter fortitudinem & non propter potationem.

Propter pigritias inclinat se vt cadat contignatio: & propter desidiationem manuum perstillat domus.

Propter risum faciunt pistores panem, & vinum lætificat viuos, & argentum respondet omnibus.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

In cogitatione tua regi ne detrahas, & in secreto 20
cubiculi tui ne maledixeris diuiti: quia & aues cæli
portabunt vocem tuam, & qui habet pennas annũ-
ciabit sententiam.

CAP. XI.

Mitte panem tuum super transeuntes aquas: 1
quia post tempora multa inuenies illum.

Da partem septem, necnon & octo: quia ignoras 2
quid futurum sit mali super terram.

Si repletæ fuerint nubes, imbrem super terram 3
effundent. Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad
Aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit.

Qui obseruat ventum, non seminat: & qui consi- 4
derat nubes, nunquam metet.

Quomodo ignoras quæ sit via spiritus, & qua ra- 5
tione compingantur ossa in ventre prægnantis: sic
nescis opera Dei, qui fabricator est omnium.

Mane semina semen tuum, & vespere ne cesset 6
manus tua: quia nescis quid magis oriatur, hoc aut
illud: & si vtrumque simul, melius erit.

Dulce lumen, & delectabile est oculis videre so- 7
lem.

Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus 8
lætatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis,
& dierum multorum: qui cum venerint, vanitatis
arguentur præterita.

Lætare ergo iuuenis in adolescentia tua, & in bo- 9
no sit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambu-
la in viis cordis tui, & in intuitu oculorum tuo-
rum: & scito quod pro omnibus his adducet te
Deus in iudicium.

Aufer iram à corde tuo, & amoue malitiam à 10
carne tua. Adolescentia enim & voluptas vana
sunt.

CAP. XII.

Memento creatoris tui in diebus iuuentutis 1
tuæ: antequam veniat tempus afflictionis, &
appropinquent anni, de quibus dicas: Non mihi
placent.

Antequam tenebrescat sol, & lumen, & luna, & 2
stellæ, & reuertantur nubes post pluuiam:

Quando commouebuntur custodes domus, & nu- 3
tabunt viri fortissimi, & otiosæ erunt molentes in
minuto numero, & tenebrescent videntes per fora-
mina:

Et claudent ostia in platea, in humilitate vocis 4
molentis, & consurgent ad vocem volucris, & ob-
surdescent omnes filiæ carminis.

Excelsa quoque timebunt, & formidabunt in via, 5
florebit amygdalus, impinguabitur locusta, & dissi-
pabitur capparis: quoniam ibit homo in domum
æternitatis suæ, & circuibunt in platea plangen-
tes.

Antequam rumpatur funiculus argenteus, & re- 6
currat vitta aurea, & conteratur hydria super fon-
tem, & confringatur rota super cisternam.

Et reuertatur puluis in terram suam vnde erat, & 7
spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.

Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes, & omnia 8
vanitas.

Cumque esset sapientissimus Ecclesiastes, docuit 9
populum, & enarrauit quæ fecerat: & inuestigans
composuit parabolas multas.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

*Etiam in cogitatione tua, regem ne vilipendas, & in pe-
netralibus cubilis tui, ne vilipendas diuitem, quia auis cæ-
li ire faciet vocem, & habens alas annunciabit verbum.*

CAP. XI.

*Mitte panem tuum etiam ignotis ac si proijceres super
faciem aquarum quia in multitudinem dierum in-
uenies illum.*

*Da partem panis septem indigentibus, & etiam octo: non
enim scis quid erit mali super terram.*

*Si repletæ fuerint nubes, pluuiam super terram euacua-
bunt, Et si ceciderit lignum ad Austrum, & si ad Aquilo-
nem, in loco in quo ceciderit lignum, ibi erit.*

*Qui obseruat ventum, non seminabit: & qui respicit
nubes, non metet.*

*Quemadmodum non cognoscis quæ sit via venti, sicut
nec ossa in ventre prægnantis, sic nescis opus Dei, qui facit
omnia.*

*Mane semina semen tuum & vesperi ne quiescere facias
manum tuam, quia nescis quod magis rectum sit, vtrum
hoc, vel illud, & an ambo pariter sint bona.*

Et dulcis est lux, & iucundum est oculis videre solem.

*Si enim annis multis vixerit homo, & in omnibus his læ-
tatus fuerit, & recordetur dierum tenebrarum quanquam
multi sunt dies lucis, quicquid euenit, iudicabit esse vani-
tatem.*

*Lætare iuuenis in adolescentia tua, & iucundetur tibi
cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in vijs cor-
dis tui, & secundum aspectum oculorum tuorum: sed scito
quòd propter omnia hæc adducet te Deus in iudicium.*

*Amoue autem iram à corde tuo, & transire fac mali-
tiam à carne tua, quia adolescentia, & iuuentus vanitas
sunt.*

Quæ au. 10. citantur in translat. Sanctẽ Pag. habentur statim in initio capituli sequentis.

CAP. XII.

*Et memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, vs-
quequo non veniant dies mali, & attingant anni de
quibus dicas, non est mihi in eis voluntas.*

*Antequam obtenebrescat sol, & lux, & luna, & stellæ,
& reuertantur nubes post pluuiam.*

*In die qua commouebunt se custodes domus, & incurua-
bunt se homines robusti, & cessabunt molares, quia tene-
brescent videntes per fenestras.*

*Et claudentur ostia in platea, in humilitate sonitus mo-
læ, & consurget ad vocem volucris, & humiliabuntur om-
nes filiæ cantici.*

*Etiam de excelso timebunt, & pauebunt in via, & re-
probabitur coitus, & onerabitur dorsum, & dissipabitur
concupiscentia: quoniam vadit homo ad domum sæculi sui,
& circuibunt in platea plangentes.*

*Vsquequo non elonget funem argenteum, & confringetur
lenticula aurea, & conteretur hydria super fontem, &
confringetur rota ad cisternam.*

*Et reuertetur puluis in terra, quemadmodum fuit, &
spiritus reuertetur ad Deum, qui dedit illum.*

Vanitas vanitatum dixit Choheleth omnia vanitas.

*Et amplius quia fuit Choheleth sapiens, adhuc docuit
scientiam populum, & auscultare fecit, & inuestigauit, di-
rexit parabolas multas.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Etiam in conscientia tua regi ne maledixeris & 20
in penetralibus cubilium tuorum ne maledixeris
diuiti: quia volucris cæli auferet vocem tuam: &
habens pennas annunciabit verbum tuum.

CAP XI.

Mitte panem tuum super faciem aquæ: quia in 1
multitudine dierum inuenies illum.

Da partem ipsis septem, & quidem ipsius octo: 2
quia non scis, quid futurum malum sit super terrã.
Si repletæ fuerint nubes pluuia; super terram ef- 3
fundunt. Et si ceciderit lignum ad Austrum, & si ad
Aquilonem; loco, vbi ceciderit lignum; ibi erit.

Qui obseruat ventum; non seminat: & qui aspicit 4
nubes; non metet.
In quibus non est cognoscens, quæ sit via spiritus 5
sicut ossa in vtero prægnantis; sic non cognosces
opera Dei, quæ faciet omnia.
In matutino semina semen tuum: & ad vesperum 6
ne remittat manus tua: quoniam nescis, quid recte
procedet, aut hoc, an illud: &, si duo in idipsũ: bona.

Et dulce lumen, & bonum oculis videre Solem; 7

Quia etsi annis multis vixerit homo; in omnibus 8
his lætabitur, & recordabitur dierum tenebrarum,
quia multi erunt. Omne veniens est vanitas.

Lætare adolescens in iuuentute tua: & bonum 9
faciat te cor tuum in diebus adolescentiæ tuæ: &
ambula in viis cordis tui immaculatus, & non in
intuitu oculorum tuorum. Et scito, quia super om-
nibus his adducet te Deus in iudicium.
Et repelle iram à corde tuo: & aufer malitiam à 10
carne tua; quia adolescentia, & stultitia vanitas est

CAP. XII.

ET memento creatoris tui in diebus iuuentutis 1
tuæ; vsquequo non veniant dies malitiæ, & ap-
propinquent anni, in quibus dices, non est mihi in
illis voluntas:
Vsquequo non obtenebrescat Sol, & lumen, & 2
Luna, & stellæ: & reuertentur nubes post pluuiam.
In die quo commoti fuerint custodes domus, & 3
peruersi fuerint viri fortitudinis: & cessauerunt
molentes, quoniam imminutę sunt: & contenebres-
cent, quæ vident in foraminibus;
Et claudent ostia in platæa, in infirmitate vocis 4
molentis. Et consurget ad vocem passeris: & humi-
liabuntur omnes filiæ carminis.
Et in sublime aspicient; & terrores in via. Et flore- 5
bit amygdalum, & impinguabitur locusta, & dissi-
pabitur capparis: quoniam iuit homo in domum
æternitatis suæ, & circumierunt in platæa plan-
gentes.
Vsquequo non euertatur funiculus argenti, & 6
conteratur vitta auri, & conteratur hydria super
fontem, & conuoluatur rota ad cisternam,
Et reuertatur puluis in terram, sicut erat, & spiri- 7
tus redeat ad Deum, qui dedit illum.
Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes, omnia va- 8
nitas.
Et amplius, quia factus est Ecclesiastes sapiens, 9
quia docuit scientiam hominem; & auris scruta-
bitur ornatum parabolarum.

Multum

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

*Etiam in cogitatione tua, Regi ne maledicas: & in pene
tralibus cubilis tui ne maledicas diuiti: quia auis cæli de
feret vocem ipsam, & habens alas annuntiabit verbum.*

CAP. XI.

1 *Mitte panem tuum super faciem aquarum: quia in
multitudine dierum inuenies illum.*

2 *Da partem panis septem indigentibus, aut etiam octo: non
enim scis quid erit mali super terram.*
3 *Si repleta fuerint nubes, pluuiam super terram effun-
dent: & si ceciderit arbor ad Austrum, aut si ad Aquilo-
nem, in locum in quem ceciderit ipsa arbor, ibi erit.*

4 *Qui obseruat ventum, nunquam seminabit: & qui res-
picit nubes, nunquam metet.*
5 *Quemadmodum tu ignoras quæ sit via spiritus, & quo-
modo concrescant ossa in ventre prægnantis: sic nescis opus
Dei qui facit omnia.*
6 *Mane semina semen tuum, & vesperi ne quiescere fa-
cias manum tuam: quia nescis utrum magis conueniat, hoc
an illud, & an ambo pariter sint bona.*

7 *Dulcis quidem est lux, & iucundum est oculis intueri
solem.*
8 *Sane si annis multis vixerit homo, & in omnibus illis
lætatus fuerit, recordetur vero dierum tenebrarum, qui
multi sunt: quicquid euenit, indicabit esse vanitatem.*

9 *Lætare iuuenis in adolescentia tua, & exhilaret te cor
tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in vijs cordis
tui, & secundum aspectum oculorum tuorum: sed scito
quod propter omnia hæc adducet te Deus in iudicium.*

10 *Aufer autem iram à corde tuo, & remoue malitiam à
carne tua: quia adolescentia & iuuentus vanitas sunt.*

CAP. XII.

1 *ET memento Creatoris tui in diebus iuuẽtutis tuæ, prius
quam veniant dies mali, & accedant anni de quibus
dicas, Non est mihi in eis beneplacitum:*

2 *Prius quam obtenebrescat sol, & lux, & luna, & stellæ:
& reuertantur ipsæ nubes post ipsam pluuiam:*
3 *In die qua commouebunt se custodes domus, & incurua-
bunt se homines robusti, & cessabunt molares, quia dimi-
nuent, & obtenebrescent facultates illæ videntes per fene-
stras.*
4 *Et claudentur ostia extrinsecus, propter remissionem so-
ni ipsius molæ: & consurget ad vocem volucris, & humi-
liabuntur omnes filiæ cantici.*
5 *Etiam à re alta timebunt, & pauebunt in via, & flore-
bit amygdalus, & oneri erit illi locusta: & dissipabitur
concupiscentia: quoniam vadit homo ad domum seculi sui,
& circuibunt in platea plangentes.*

6 *Prius quam prolongetur funis argenteus, & confringa-
tur lenticula aurea, & conteratur hydria super fontem, &
dissipetur rota super cisternam:*
7 *Et reuertatur puluis in terram, quemadmodum erat: &
spiritus reuertatur ad Deum qui dedit illum.*
8 *Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes: omnia vanitas.*

9 *Et quo magis fuit Ecclesiastes sapiens, eo magis docuit
scientiam populum, & auscultare fecit, & inuestigauit,
concinnauit parabolas multas.*

Perquisiuit

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Quæsiuit verba vtilia, & conscripsit sermones 10
rectissimos, ac veritate plenos.
Verba sapientium sicut stimuli, & quasi claui in 11
altum defixi, quæ per magistrorum consilium data
sunt à pastore vno.
His amplius fili mi ne requiras. Faciendi plures 12
libros nullus est finis: frequensque meditatio, car-
nis afflictio est.
Finem loquendi pariter omnes audiamus: Deum 13
time, & mandata eius obserua: hoc est enim omnis
homo:
Et cuncta, quæ fiunt, adducet Deus in iudicium 14
pro omni errato, siue bonum, siue malum illud
sit.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

10 *Quæsiuit Choeleth inuenire verba placita, & scriptu-*
ram rectam, verba veritatis.
11 *Verba sapientum sunt tanquam stimuli, & tanquam*
claui plantati, auctores congregationum, qui dati sunt à
pastore vno.
12 *Et amplius his fili mi sis monitus. Faciendi libros plures*
non est finis, & doctrina multa afflictio carnis est.
13 *Finis verbi omnis auditus est: Deum time, & mandata*
eius custodi, quia hoc est omnis homo.
14 *Quia omne opus Deus adducet in iudicium super omne*
occultum siue bonum siue malum sit.

FINIS LIBRI ECCLESIASTES.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.		Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
Multum quæsiuit Ecclesiastes, vt inueniret verba voluntatis, scriptum rectitudinis, verba veritatis.	10	*Perquisiuit Ecclesiastes inuenire verba quæ placerent, & scripturam rectam, verba veritatis.*
Sermones sapientum tanquam stimuli, & quasi claui plantati. Qui à conciliis, dati sunt à pastore vno.	11	*Verba sapientum sunt tanquam stimuli, & tanquam claui infixi, authorum collectionum, quæ data sunt à pastore vno.*
Et amplius ab ipsis fili mi caue, faciendi libros multos, non est finis, & meditatio plurima, labor est carnis.	12	*Et amplius his, fili mi, caue quæras: faciendi libros plures non est finis: & doctrina multa, afflictio est carnis.*
Finis verbi, omne audi: Deum time, & mandata eius custodi: hoc est enim omnis homo:	13	*Finis verbi totius auditus est: Deum time, & mandata eius custodi, quia hoc est omnis homo.*
Quia omne factum Deus adducet in iudicium in omni contempto, siue bonum, & siue malum.	14	*Quia omne opus Deus adducet in iudicium, quod erit super omni occulto, siue bonum sit, siue malum.*

FINIS LIBRI ECCLESIASTES.

Digitized by Google

LIBRI CANTICI CANTICORVM.

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM.

1 OSculetur me osculo oris sui: quia meliora
sunt vbera tua vino.

2 Fragrantia vnguentis optimis. Oleum effusum
nomen tuum: ideo adolescentulæ dilexerunt te.

3 Trahe me: post te curremus in odorem vnguen-
torum tuorum. Introduxit me rex in cellaria sua:
exultabimus & lætabimur in te, memores vberum
tuorum super vinum: recti diligunt te.

4 Nigra sum, sed formosa, filiæ Ierusalem, sicut ta-
bernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.

5 Nolite me considerare quòd fusca sim, quia deco-
lorauit me sol: filij matris meæ pugnauerunt con-
tra me, posuerunt me custodem in vineis: vineam
meam non custodiui.

6 Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas,
vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post gre-
ges sodalium tuorum.

7 Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres, egre-
dere, & abi post vestigia gregum, & pasce hœdos
tuos iuxta tabernacula pastorum.

8 Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui
te amica mea.

9 Pulchræ sunt genæ tuę sicut turturis: collum tuũ
sicut monilia.

10 Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas
argento.

11 Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea de-
dit odorem suum.

12 Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter
vbera mea commorabitur.

13 Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis En-
gaddi.

14 Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es,
oculi tui columbarum.

15 Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Lectulus
noster floridus.

16 Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia
nostra cypressina.

CAP. II.

1 EGo flos campi, & lilium conuallium.

2 Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter
filias.

3 Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus
inter filios. Sub vmbra illius, quem desideraueram,
sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo.

4 Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in
me charitatem.

5 Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amo-
re langueo.

6 Læua eius sub capite meo, & dextera illius am-
plexabitur me.

LIBRI SIR HASIRIM.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAPVT PRIMVM.

1 *CAnticum canticorum quod Selomoh osculetur me*
ille osculis oris sui, quia meliores sunt amores tui
vino.

2 *Propter odorem vnguentorum tuorum optimorum vt*
oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentulæ dilexerunt
te.

3 *Trahe me post te, curremus introduxit me rex in cubicula*
sua, exultabimus, & lætabimur in te, recordabimur amo-
rum tuorum, magis quam vini optimi, dilexerunt te.

4 *Nigra sum & desiderabilis filia Ierusalaim sicut taber-*
nacula Chedar, sicut cortina Selomoh.

5 *Ne respiciatis me quòd paululum denigrata sim, quia*
aspexit me sol, filij matris meæ irati sunt in me, posuerunt
me custodem vinearum, vineam meam quæ est mihi non
custodiui.

6 *Nuncia mihi, quem dilexit anima mea, vbi pascas, vbi*
cubare facias in meridie, vt quid enim ero veluti decli-
nans ad greges sodalium tuorum.

7 *Nisi cognoueris te, ô pulchra inter mulieres, egredere tibi*
in vestigia pecudum, & pasce capellas tuas iuxta taberna-
cula pastorum.

8 *Equa mea in curribus Parhoh assimilaui te amica mea.*

9 *Pulchræ sunt maxillæ tuæ propter margaritas, collum*
tuum propter torques.

10 *Margaritas aureas faciemus tibi cum punctis argenteis.*

11 *Dum rex esset in accubitu suo, nardus mea dedit odorem*
suum.

12 *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea*
commorabitur.

13 *Botrus Copher dilectus meus mihi, in vineis Henghedi.*

14 *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui*
columbarum.

15 *Ecce tu pulcher es dilecte mi, etiam dulcis, etiam lectus*
noster floridus.

16 *Ligna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra*
abiegna.

CAP. II.

1 *EGo rosa campi, & lilium conuallium.*

2 *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.*

3 *Sicut malus inter ligna syluæ, sic dilectus meus inter fi-*
lios. In vmbra eius concupiui, & sedi, & fructus eius dul-
cis palato meo.

4 *Introduxit me in domum vini, & vexillum eius super*
me amor.

5 *Fulcite me phialis vitreis, stipate me malis, quia languens*
amore sum.

6 *Læua eius sub capite meo, & dextera eius amplexabitur*
me.

Digitized by Google

LIBRI CANTICI.

Transl. ex Septuag.

CAPVT PRIMVM.

CAnticum canticorum, quod est Salomon. Os- 1
culetur me ab osculis oris sui: quoniam bona
vbera tua super vinum:
Odor vnguentorum tuorum super omnia aro- 2
mata: oleum effusum est nomen tuum. Propterea
adolescentulæ dilexerunt te,
Traxerunt te: post te in odorem vnguentorum 3
tuorum curremus. Introduxit me rex in cubicu-
lum suum. Exultemus, & lætemur in te: diligemus
vbera tua super vinum; rectitudo dilexit te.
Nigra sum ego, & formosa filiæ Hierusalem, vt 4
tabernacula Cedar, vt pelles Salomonis.

Nolite aspicere me, quia ego denigrata sum: quia 5
despexit me Sol. Filij matris meæ pugnauerunt in
me. Posuerūt me custodem in vineis: vineam meam
non custodiui:
Annuncia mihi, quem dilexit anima mea, vbi 6
pascis, vbi cubas in meridie: ne forte efficiar sicut
ad operta super greges sodalium tuorum.

Nisi cognoueris te ô pulchra inter mulieres; egre- 7
dere tu in vestigiis gregum, & pasce hœdos tuos in
tabernaculis pastorum.
Equæ meæ in curribus Pharaonis assimilaui te 8
proxima mea.

Quàm speciosæ factæ sunt genæ tuæ, tanquam 9
turturis; ceruix tua, sicut redimicula.
Similitudines auri faciemus tibi cum distinctio- 10
nibus argenti,
Quoadusque rex sit in recubitu suo. Nardus mea 11
dedit odorem suum.
Alligamentum guttæ fratruelis meus mihi: in 12
medio vberum meorum demorabitur.
Botrus cyperi fratruelis meus mihi in vineis En- 13
gaddi.
Ecce es speciosa proxima mea, ecce es speciosa. 14
Oculi tui columbæ.
Ecce es bonus fraternus meus, & quidem es spe- 15
ciosus ad cubile nostrum vmbrosus.
Trabes domorum nostrarum, cedri, lacunaria no- 16
stra cypressi.
17

CAP. II.

EGo flos campi, lilium conuallium: 1
Sicut lilium in medio spinarum; ita proxima 2
mea in medio filiarum.
Tanquam malum in lignis syluæ; ita fraternus 3
meus inter medium filiorum. In vmbra eius, con-
cupiui, & sedi: & fructus eius dulcis faucibus meis.

Introducite me in domum vini: ordinate in me 4
charitatem:
Confirmate me in vnguentis: stipate me in ma- 5
lis: quia vulnerata charitatis ego sum.
Læua eius sub capite meo, & dextera eius ample- 6
ctetur me.

LIBRI SIR HASIRIM.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAPVT PRIMVM.

1 *CAnticum canticorum, quod est Selomoh.*

2 *Osculetur me osculis oris sui: quia gratiores sunt amores*
tui vino.

3 *Propter odorem vnguentorum tuorum optimorum, vt*
vnguentum effusum est nomen tuum, ideo adolescentulæ di-
lexerunt te.

4 *Trahe me, post te curremus. Introduxit me Rex in cubi-*
cula sua: exultabimus, & lætabimur in te, recordabimur
amorum tuorum magic quam vini: recti diligunt te.
5 *Nigra sum, at desiderabilis, filiæ Ierusalem, sicut ta-*
bernacula Cedar, sicut cortinæ Selomoh.

6 *Ne contemplemini me quod subnigra sim: quia aspexit me*
sol: filij matris meæ irati sunt in me, posuerunt me custodem
vinearum: vineam meam quæ erat mihi, non custodini.

7 *Renuntia mihi, quem diligit anima mea, vbinam pascas,*
vbi accubare facias in meridie: vt quid enim ero veluti de-
clinans ad greges sodalium tuorum?
8 *Si nescias, ô pulchra inter mulieres, egredere per vestigia*
ipsius gregis, & pasce capellas tuas iuxta tabernacula pa-
storum.
9 *Equæ in vno è curribus Paroh assimilaui te, ô amica mea.*

10 *Pulchræ sunt maxillæ tuæ inter murenulas, collum tuum*
inter torques.
11 *Murenulas aureas faciemus tibi cum clauis argenteis.*

12 *Dum Rex esset in accubitu suo, nardus mea dedit odorem*
suum.
13 *Fasciculus myrrhæ est dilectus meus mihi, quod inter*
vbera mea commorabitur.
14 *Racemus chopher est dilectus meus mihi, in vineis En-*
gedi.
15 *Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra: oculi tui*
sunt veluti columbarum.
16 *Ecce tu pulcher es, dilecte mi: etiam dulcis, etiam lectus*
noster virens.
17 *Trabes domorum nostrarum cedrinæ, laquearia nostra*
abiegna.

CAP. II.

1 *EGo rosa campi, & lilium conuallium.*
2 *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.*

3 *Sicut malus inter arbores syluestres, sic dilectus meus*
inter filios: in vmbra eius desideraui sedere, & sedi: & fru-
ctus eius fuit dulcis palato meo.

4 *Introduxit me in cellam vinariam: & vexillum eius su-*
per me, amor.
5 *Fulcite me phialis vitreis, stipate me malis, quia languens*
amore sum.
6 *Læua eius sit sub capite meo, & dextera eius amplexata*
est me.

Vulgat. Editio.

Adiuro vos filiæ Ierusalem per capreas, ceruosque 7
camporum, ne suscitetis, neque euigilare faciatis
dilectam, quoadusque ipsa velit.
Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens in monti- 8
bus, transiliens colles:
Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque cer- 9
uorum: en ipse stat post parietem nostrum respiciẽs
per fenestras, prospiciens per cancellos.
En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera 10
amica mea, columba mea, formosa mea, & veni.
Iam enim hiems transiit, imber abiit, & recessit. 11
Flores apparuerunt in terra nostra, tempus puta- 12
tionis aduenit: vox turturis audita est in terra no-
stra.
Ficus protulit grossos suos: vineæ florentes dede- 13
rũt odorem suum. Surge, amica mea, speciosa mea,
& veni:
Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna 14
maceriæ ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua
in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua
decora.
Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur 15
vineas: nam vinea nostra floruit.
Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter 16
lilia.
Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ. Reuer- 17
tere similis esto, dilecte mi, capreæ, hinnuloque cer-
uorum super montes Bether.

CAP. III.

IN lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit 1
anima mea: quæsiui illum, & non inueni.
Surgam, & circuibo ciuitatem: per vicos & pla- 2
teas quæram quem diligit anima mea; quæsiui illũ,
& non inueni.
Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem. 3
Num quem diligit anima mea, vidistis?
Paululum cum pertransissem eos, inueni quem 4
diligit anima mea: tenui eum: nec dimittam donec
introducam illum in domum matris meæ, & in cu-
biculum genitricis meæ.
Adiuro vos filiæ Ierusalem per capreas, ceruosque 5
camporum, ne suscitetis, neque euigilare faciatis
dilectam donec ipsa velit.
Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut 6
virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, &
vniuersi pulueris pigmentarij?
En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt 7
ex fortissimis Israel:
Omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi: 8
vniuscuiusque ensis super femur suum propter ti-
mores nocturnos.
Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Liba- 9
ni:
Columnas eius fecit argenteas, reclinatorium 10
aureum, ascensum purpureum: media charitate
constrauit propter filias Ierusalem:
Egredimini & videte filiæ Sion regem Salomo- 11
nem in diademate, quo coronauit illum mater sua
in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis
eius.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Adiuro vos filiæ Ierusalaim per capreas, vel ceruos agri si suscitaueritis, & si euigilare feceritis amorem donec voluerit.

Vox dilecti mei, ecce venit transiliens super montes, subsiliens super colles.

Similis est dilectus meus capreæ, vel hinnulo ceruorum: En iste stat post parietem nostrum, prospiciens è fenestris, prospiciens è cancellis.

Locutus est dilectus meus, & dixit mihi: Surge tibi amica, speciosa mea, & veni tibi.

Quia ecce hyems transijt, hymber pertransiuit, abijt sibi.

Flores apparuerunt in terra, tempus putationis aduenit, & vox turturis audita est in terra nostra.

Ficus dulcescere fecit grossos suos, & vites vuæ minutæ dederunt odorem. Surge tibi amica mea formosa mea, & veni tibi.

Columba mea in scissuris petræ, in abscondito gradus: ostende mihi aspectum tuum, fac me audire vocem tuam: vox enim tua dulcis, & aspectus tuus desiderabilis.

Capite nobis vulpes, vulpes paruas, corrumpentes vineas, & vineæ nostræ vuæ minutæ.

Dilectus meus est meus, & ego sum illius qui pascit inter lilia.

Donec aspiret dies, & fugiant vmbræ. Verte te, similis esto dilecto mi capreæ, vel hinnulo ceruorum super montes Bether.

CAP. III.

IN cubili meo in noctibus quæsiui quem diligit anima mea: quæsiui eum & non inueni eum.

Surgam nunc, & circuibo per ciuitatem, per plateas & per loca lata quæram, quem diligit anima mea. Quæsiui eum, & non inueni eum.

Inuenerunt me custodes, qui circumeunt ciuitatem. Num quem diligit anima vidistis?

Quum paululum transijssem ab eis, donec inuenirem quem diligit anima mea, apprehendi eum, & non dimittam eum, donec introducam eum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.

Adiuraui vos filiæ Ierusalaim per capreas, vel per ceruos campi, si suscitaueritis, & si euigilare feceritis amorem, donec voluerit.

Quæ est ista, quæ ascendit è deserto, sicut columnæ fumi, suffita myrrha, & thure, ex omni puluere pigmentarij.

En lectus ipse qui est ipsi Selomoh sexaginta potentes in circuitu eius ex potentibus Israel.

Omnes ipsi tenent gladium, docti bellatores: vniuscuiusq; gladius super femur suum, propter timorem in noctibus.

Ædificium fecit sibi rex Selomoh ex lignis Lebanon.

Columnas eius fecit argenteas, stratum eius aureum, sellam eius purpuream, medium eius stratum amore, propter filias Ierusalaim.

Egredimini, & videte filiæ Sijon regem Selomoh cum corona, qua coronauit eum mater eius in die desponsationis suæ, & in die lætitiæ cordis eius.

CAP.

Transl. ex Septuag.

Adiuraui vos filiæ Hierusalem in virtutibus, & 7
in viribus agri; si suscitaueritis, & resuscitaueritis
charitatem, quoadusque velit.
Vox fraterni mei: ecce hic venit saliens su- 8
per montes, transiliens super colles.
Similis est fraternus meus capreæ vel hinnulo 9
ceruorum in montibus Bæthel. Ecce hic post parie-
tem nostrum, incumbens per fenestras, prospiciens
per retia.
Respondet fraternus meus, & dicit mihi: Surge, 10
veni proxima mea, formosa mea, columba mea.
Quoniam ecce hiems transiit, pluuia abiit, recess- 11
sit sibi.
Flores visi sunt in terra: tempus sectionis aduenit: 12
vox turturis audita est in terra nostra.

Arbor fici produxit germina sua; vites florent, de- 13
derunt odorem. Surge, veni, proxima mea, formosa
mea, columba mea, & veni,
Tu columba mea in tegimento petræ iuxta pro 14
murale. Ostende mihi faciem tuam, & auditam fac
mihi vocem tuam: quia vox tua suauis, & facies
tua speciosa.
Capite nobis vulpes pusillas exterminantes vi- 15
neas: & vineæ nostræ florentes.
Fraternus meus mihi, & ego ei: qui pascit in liliis. 16

Donec respiret dies, & amoueantur vmbræ. Re- 17
uertere, similis efficere fraterne mi capræ, vel hin-
nulo ceruorum super montes ciuitatum.

CAP. III.

IN cubili meo, in noctibus quæsiui, quem dilexit 1
anima mea: quæsiui eum, & non inueni eum: vo-
caui eum, & non obaudiuit me.
Exurgam nunc: & circuibo in ciuitate, in foris, 2
& in plateis, & quæram, quem dilexit anima mea
quæsiui eum, & non inueni eum.
Inuenerunt me custodes, qui circumeunt in ci- 3
uitate. Nunquid, quem dilexit anima mea, vidistis?
Quam modicum fuit, cum transiui ab ipsis, quo- 4
adusque inueni, quem dilexit anima mea. Tenui
eum, & non dimisi eum; donec introduxi eum in
domum matris meæ, & in cubiculum eius, quæ cō-
cepit me.
Adiuraui vos filiæ Hierusalem in virtutibus, & 5
in viribus agri: si suscitaueritis, & exuscitaueritis
charitatem, quoadusque velit.
Quæ est ista, quæ ascendit è deserto, tanquam 6
truncus fumi incensus myrrham, & thus ex omni-
bus pulueribus vnguentarij?
Ecce lectus Salomonis: sexaginta potentes in cir- 7
cuitu eius ex potentibus Israel,
Omnes tenentes gladium, docti bellum: vir, gla- 8
dius eius super fœmur eius à pauore in noctibus.

Lectum fecit sibi rex Salomon ex lignis Libani; 9

Columnas eius fecit argenteum, & acclinatorium 10
eius aureum: ascensus eius purpura: intimum eius
lapidibus constratum, charitatem à filiabus Israel.
Filiæ Sion egredimini, & intuemini in regem Sa- 11
lomon in corona, qua coronauit eum mater eius in
die sponsalium eius, & in die iucunditatis cordis
eius.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

Adiuro vos filiæ Ierusalaim, per capreas, vel ceruas agri ne suscitetis, & ne euigilare faciatis amorem ipsum, donec velit.

Vox dilecti mei: ecce iste venit saliens super montes, subsiliens super colles.

Similis est dilectus meus capreæ, vel hinnulo ceruorum: en iste stat post parietem nostrum, prospiciens è fenestris, ostendens sese per cancellos.

Loquutus est dilectus meus, & dixit mihi, Surge amica mea, formosa mea, & veni.

Ecce enim hyems transiit, imber mutatus est, & abijt.

Flores apparuerunt in terra, tempus cantionis aduenit, & vox turturis audita est in terra nostra.

Ficus protulit grossos suos, & vites vuam minutam habentes dederunt odorem: surge amica mea, formosa mea, & veni.

Columba mea quæ habitas in scissuris petræ, in abscondito gradus, ostende mihi aspectum tuum, fac me audire vocē tuam: vox enim tua dulcis, & aspectus tuus decorus.

Capite nobis vulpes, vulpes inquam paruas, corrumpentes vineas, dum vineæ nostræ vuam minutam habent.

Dilectus meus est meus, & ego sum illius, qui pascit inter lilia.

Donec aspiret dies, & fugiant vmbræ, reuertere, similis esto, dilecte mi, capreæ, vel hinnulo ceruorum, super montes Bether.

CAP. III.

IN cubili meo in noctibus quæsiui quem diligit anima mea: quæsiui eum, nec inueni eum.

Surgam igitur nunc, & circuibo per ciuitatem, per plateas & per loca lata quæram quem diligit anima mea: quæsiui eum, & non inueni ipsum.

Inuenerunt me custodes, qui circumeunt ciuitatem, quibus dixi, Num quem diligit anima mea vidistis?

Quum paululum transissem ab eis, tunc inueni quem diligit anima mea: apprehendi eum, nec dimisi eum, donec introduxi eum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.

Adiuraui vos filiæ Ierusalaim, per capreas, vel per ceruas campi, ne suscitetis, neue euigilare faciatis amorem, donec voluerit.

Quæ est ista quæ ascendit è deserto, sicut columna fumi, suffita myrrha & thure, & omni puluere aromatarij?

En lectus ipsius Selomoh, sexaginta fortes sunt in circuitu eius ex fortibus Israel.

Omnes ipsi tenent gladium, docti bellatores: vniuscuiusque gladius est super femur suum, propter timorem in noctibus.

Ædificium fecit sibi Rex Selomoh ex lignis Lebanon.

Columnas eius fecit ex argento, stratum eius ex auro, cælum eius ex purpura: medium eius stratum est amore filiarum Ierusalaim.

Egredimini, & videte filiæ Sijon Regem Selomoh, in corona qua coronauit eum mater sua in die desponsationis suæ, & in die lætitiæ cordis sui.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. IV.

QVàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es! 1
Oculi tui columbarum, absque eo, quod in-
trinsecus latet. Capilli tui sicut greges caprarum,
quæ ascenderunt de monte Galaad.
Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascende- 2
runt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & steri-
lis non est inter eas.
Sicut vitta coccinea,labia tua:& eloquium tuum, 3
dulce. Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ,
absque eo,quod intrinsecus latet.
Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata 4
est cum propugnaculis:mille clypei pendent ex ea,
omnis armatura fortium.
Duo vbera tua,sicut duo hinnuli capreæ gemelli, 5
qui pascuntur in liliis,
Donec aspiret dies,& inclinentur vmbræ,vadam 6
ad montem myrrhæ,& ad collem thuris.
Tota pulchra es amica mea, & macula non est 7
in te.
Veni de Libano sponsa mea,veni de Libano,veni: 8
coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir &
Hermon,de cubilibus leonum,de montibus pardo-
rum.
Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulne- 9
rasti cor meum in vno oculorum tuorũ, & in vno
crine colli tui.
Quam pulchræ sunt mammæ tuæ soror mea spõ- 10
sa!pulchriora sunt vbera tua vino,& odor vnguen
torum tuorum super omnia aromata.
Fauus distillans labia tua sponsa, mel & lac sub 11
lingua tua: & odor vestimentorum tuorum sicut
odor thuris.
Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus con- 12
clusus,fons signatus.
Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum 13
cum pomorum fructibus.Cypri cum nardo,
Nardus & crocus, fistula & cinnamomum cum 14
vniuersis lignis Libani, myrrha & aloe cum omni-
bus primis vnguentis.
Fons hortorum:puteus aquarum viuentium,quę 15
fluunt impetu de Libano.
Surge Aquilo,& veni Auster,persla hortum meũ, 16
& fluant aromata illius.

CAP. V.

VEniat dilectus meus in hortum suum,& come- 1
dat fructus pomorum suorum. Veni in hortum
meum soror mea sponsa, messui myrrham meam
cum aromatibus meis: comedi fauum cum melle
meo,bibi vinum meum cum lacte meo: comedite
amici, & bibite,& inebriamini charissimi.
Ego dormio,& cor meum vigilat:vox dilecti mei 2
pulsantis:Aperi mihi soror mea,amica mea, colũba
mea, immaculata mea: quia caput meum plenum
est rore,& cincinni mei guttis noctium.
Expoliaui me tunica mea,quomodo induar illa? 3
laui pedes meos,quomodo inquinabo illos?
Dilectus meus misit manum suam per foramen, 4
& venter meus intremuit ad tactum eius.
Surrexi, vt aperirem dilecto meo: manus meæ 5
stillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha
probatissima.
Pessulum ostij mei aperui dilecto meo:at ille de- 6
clinauerat,atque transierat: Anima mea liquefacta
est,vt locutus est:quæsiui,& non inueni illum: vo-
caui,& non respondit mihi.

Inuenerunt

Transl.ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. IV.

Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui columbarum intra cincinnos tuos, capillus tuus, vt grex caprarum, quæ aspiciunt de monte Ghilhad.

Dentes tui, vt grex ouium tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, quæ omnes faciunt gemellos, & sterilis non est inter eas.

Sicut filum coccineum labia tua, & eloquium tuum decorum, sicut fragmen mali punici tempora tua intra cincinnos tuos.

Sicut turris Dauid collum tuum, ædificata ad docendum transeuntes, mille clypei suspensi sunt in ea, omnes clypei potentium.

Duo vbera tua, sicut duo hinnuli gemelli capreæ, qui pascuntur inter lilia.

Donec aspiret dies, & fugiant vmbræ, ibo mihi ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.

Tota tu pulchra es amica mea, & macula non est in te.

Mecum de Lebanon sponsa, mecum de Lebanon venies, prospicies de vertice Amanah, de vertice Senir, & Chermon, de habitaculis leonum, de montibus leopardorum.

Abstulisti cor meum soror mea sponsa abstulisti cor meum vno ex oculis tuis, & vna torque colli tui.

Quàm pulchri sunt amores tui soror mea sponsa, quam boni sunt amores tui, quam vinum; & odor vnguentorum tuorum præ cunctis aromatibus.

Fauum stillant labia tua sponsa mel, & lac est in lingua tua, & odor vestimentorum tuorum, sicut odor Lebanon.

Hortus obfirmatus soror mea sponsa, fons signatus.

Plantationes tuæ paradisus malorum punicorum, cum fructibus dulcibus, cyperi cum nardis.

Nardus, & crocus, calamus odoratus, & cinnamomum cum cæteris arboribus thuriferis: Myrrha, & aloes cum omnibus præcipuis aromatibus.

Fons hortorum puteus aquarum viuentium, & fluentium ad Lebanon.

Surge Aquilo, & veni Auster, persla hortum meum, fluant aromata illius.

CAP. V.

**Veniat dilectus meus ad hortum suum, & comedat fructum pomorum delicatorum suorum. * Veni in hortum meum soror mea sponsa, collegi myrrham meam, cum aromate meo. Comedi fauum meum cum melle meo. Bibi vinum meum cum lacte meo. Comedite amici: bibite, & inebriate vos charissimi.*

Quæ hic asteris clauduntur in transl. Sanct. Pagn. secundum hebræo habentur con... superiori capitulo.

Ego dormio, & cor meum vigilat. Vox dilecti mei pulsantis. Aperi mihi soror mea, & amica mea, columba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum est rore, cincinni mei guttis noctis.

Expoliaui me tunicam meam, quomodo induam me illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?

Dilectus meus misit manum suam per foramen ostij, & viscera mea sonuerunt in me.

Surrexi ad aperiendum dilecto meo, & manus meæ stillauerunt myrrham, & digiti mei myrrham transeuntem ad cardines pessuli.

Aperui ego dilecto meo, & dilectus meus verterat se, transierat. Anima mea egressa est, dum loqueretur ipse: quæsiui eum & non inueni eum: vocaui eum, & non respondit mihi.

Inuenerunt

Transl. ex Septuag.

C A P. IV.

ECce es pulchra proxima mea, ecce es pulchra: Oculi tui columbæ extra taciturnitatem tuam. Capillamentum tuum sicut greges caprarum, quæ reuelatæ sunt de Galaad.

Dentes tui, sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, [illegible] cuncta non est [illegible].

Sicut [illegible] coccineum labia tua, [illegible] tuum decorum: sicut cortex [illegible] extra taciturnitatem tuam.

Sicut turris Dauid [illegible] est in Talpioth: mille clypei [illegible] omnia iacula potentium.

Duo ubera tua [illegible] quæ pascuntur in liliis.

Donec aspiret dies [illegible] mihi ad montem myrrhæ [illegible]

Tota pulchra [illegible] non est in te.

Veni a Libano sponsa, veni [illegible] venies, & transibis a principio fidei, [illegible] Hermon, à lustris leonum, à montibus [illegible];

Cor abstulisti nobis soror mea sponsa, cor abstulisti nobis [illegible] oculorum tuorum, in [illegible] ceruicum tuarum.

Quam pulchræ factæ sunt [illegible], soror mea sponsa, quam pulchra facta sunt ubera tua [illegible] odor vestimentorum tuorum [illegible].

Fauum distillant labia tua, sponsa: mel [illegible] sub lingua tua [illegible] sicut odor thuris.

Hortus conclusus soror mea sponsa, [illegible] conclusus, fons signatus.

Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum [illegible] cum fructu nucum: Cypri cum nardis,

Nardus & crocus, calamus & cinnamomum, cum omnibus lignis Libani, myrrha, aloë cum omnibus primis unguentis.

Fons horti & puteus aquæ viuentis, & cum strepitu fluentis è Libano. 15

Exurge Aquilo & veni Auster, & aspira hortum meum, & fluant aromata [illegible].

C A P. [illegible]

DEscendat fraternus meus in hortum suum, & comedat fructum [illegible]. Intraui in hortum meum soror [illegible] myrrham meam cum aromatibus [illegible] panem meum cum melle meo: bibi vinum meum cum lacte meo. Comedite proximi, & bibite, & inebriamini fratres.

Ego dormio, & cor meum vigilat: Vox fraterni mei pulsat ad ostium: Aperi mihi, soror mea, proxima mea, columba mea, perfecta mea: quia caput meum impletum est rore, & cincinni mei guttis noctis.

Exui tunicam meam, quomodo induam illam? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?

Fraternus meus emisit manum suam per foramen, & venter meus conturbatus est super ipsum.

Surrexi ego aperire fraterno meo: manus meæ stillauerunt myrrham, digiti mei myrrham plenam [illegible].

Aperui ego fraterno meo: fraternus meus [illegible] anima mea egressa est in sermone eius. [illegible] eum, & non inueni eum: vocaui eum, & non obaudiuit me.

Noua ex Hebr. [illegible]

[illegible]

Vulgat. Editio.

CAP. IV.

1 QVàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es! Oculi tui columbarum, absque eo, quod intrinsecus latet. Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad.

2 Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas.

3 Sicut vitta coccinea, labia tua: & eloquium tuum, dulce. Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, absque eo, quod intrinsecus latet.

4 Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.

5 Duo vbera tua, sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in liliis,

6 Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ, vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.

7 Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.

8 Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.

9 Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorũ, & in vno crine colli tui.

10 Quam pulchræ sunt mammæ tuæ soror mea spõsa! pulchriora sunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.

11 Fauus distillans labia tua sponsa, mel & lac sub lingua tua: & odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris.

12 Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus.

13 Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus. Cypri cum nardo,

14 Nardus & crocus, fistula & cinnamomum cum vniuersis lignis Libani, myrrha & aloe cum omnibus primis vnguentis.

15 Fons hortorum: puteus aquarum viuentium, quę fluunt impetu de Libano.

16 Surge Aquilo, & veni Auster, persla hortum meũ, & fluant aromata illius.

CAP. V.

1 VEniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructus pomorum suorum. Veni in hortum meum soror mea sponsa, messui myrrham meam cum aromatibus meis: comedi fauum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo: comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.

2 Ego dormio, & cor meum vigilat: vox dilecti mei pulsantis: Aperi mihi soror mea, amica mea, colũba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium.

3 Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?

4 Dilectus meus misit manum suam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius.

5 Surrexi, vt aperirem dilecto meo: manus meæ stillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatissima.

6 Pessulum ostij mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat, atque transierat: Anima mea liquefacta est, vt locutus est: quæsiui, & non inueni illum: vocaui, & non respondit mihi.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. IV.

1 *ECce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui columbarum intra cincinnos tuos, capillus tuus, vt grex caprarum, quæ aspiciunt de monte Ghilhad.*

2 *Dentes tui, vt grex ouium tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, quæ omnes faciunt gemellos, & sterilis non est inter eas.*

3 *Sicut filum coccineum labia tua, & eloquium tuum decorum, sicut fragmen mali punici tempora tua intra cincinnos tuos.*

4 *Sicut turris Dauid collum tuum, ædificata ad docendum transeuntes, mille clypei suspensi sunt in ea, omnes clypei potentium.*

5 *Duo vbera tua, sicut duo hinnuli gemelli capreæ, qui pascuntur inter lilia.*

6 *Donec aspiret dies, & fugiant vmbræ, ibo mihi ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.*

7 *Tota tu pulchra es amica mea, & macula non est in te.*

8 *Mecum de Lebanon sponsa, mecum de Lebanon venies, prospicies de vertice Amanah, de vertice Senir, & Chermon, de habitaculis leonum, de montibus leopardorum.*

9 *Abstulisti cor meum soror mea sponsa abstulisti cor meum vno ex oculis tuis, & vna torque colli tui.*

10 *Quàm pulchri sunt amores tui soror mea sponsa, quam boni sunt amores tui, quam vinum; & odor vnguentorum tuorum præ cunctis aromatibus.*

11 *Fauum stillant labia tua sponsa mel, & lac est in lingua tua, & odor vestimentorum tuorum, sicut odor Lebanon.*

12 *Hortus obfirmatus soror mea sponsa, fons signatus.*

13 *Plantationes tuæ paradisus malorum punicorum, cum fructibus dulcibus, cyperi cum nardis.*

14 *Nardus, & crocus, calamus odoratus, & cinnamomum cum cæteris arboribus thuriferis: Myrrha, & aloes cum omnibus præcipuis aromatibus.*

15 *Fons hortorum puteus aquarum viuentium, & fluentium ad Lebanon.*

16 *Surge Aquilo, & veni Auster, persla hortum meum, fluant aromata illius.*

CAP. V.

1 **VEniat dilectus meus ad hortum suum, & comedat fructum pomorum delicatorum suorum. * Veni in hortum meum soror mea sponsa, collegi myrrham meam, cum aromate meo. Comedi fauum meum cum melle meo. Bibi vinum meum cum lacte meo. Comedite amici: bibite, & inebriate vos charissimi.*

Quæ hic asteris clauduntur in transl. Sanct. Pagn. fere in hebræo habentur [illegible] s. petito capitulo.

2 *Ego dormio, & cor meum vigilat. Vox dilecti mei pulsantis. Aperi mihi soror mea, & amica mea, columba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum est rore, cincinni mei guttis noctis.*

3 *Expoliaui me tunicam meam, quomodo induam me illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?*

4 *Dilectus meus misit manum suam per foramen ostij, & viscera mea sonuerunt in me.*

5 *Surrexi ad aperiendum dilecto meo, & manus meæ stillauerunt myrrham, & digiti mei myrrham transeuntem ad cardines pessuli.*

6 *Aperui ego dilecto meo, & dilectus meus verterat se, transierat. Anima mea egressa est, dum loqueretur ipse: quæsiui eum & non inueni eum: vocaui eum, & non respondit mihi.*

Transl. ex Septuag.

C A P. I V.

ECce es pulchra proxima mea, ecce es pulchra. Oculi tui columbæ extra taciturnitatem tuam. Capillamentum tuum, sicut greges caprarum, quæ reuelatæ sunt de Galaad.

Dentes tui, sicut greges tonsarum, [illegible] de lauacro, [illegible] cunda non est [illegible].

Sicut [illegible] coccineum, labia tua, [illegible] tuum decorum. Sicut cortex [illegible] extra taciturnitatem tuam.

Sicut turris Dauid collum tuum, quæ [illegible] est in Talpioth: mille [illegible] omnia iacula potentium.

Duo vbera tua, [illegible] qui pascuntur in liliis.

Donec aspiret dies, [illegible] mihi ad montem myrrhæ, [illegible]

Tota pulchra es proxima mea, [illegible] macula non est in te.

Veni a Libano sponsa, veni [illegible] venies, & transibis a principio fidei, [illegible] a latibulis leonum, a montibus [illegible];

Cor [illegible] soror [illegible] nobis vno ex oculis tuis, [illegible] ceruicem tuam.

Quam pulchræ [illegible] pulchra facta sunt [illegible] mentorum [illegible]

Fauum [illegible] sub lingua tua [illegible] [illegible] sicut odor thuris.

Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus.

Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum cum fructu pomorum, cypri cum nardo,

Nardus & crocus, calamus & cinnamomum cum omnibus lignis Libani: myrrha, aloëth cum omnibus primis vnguentis.

Fons horti & puteus aquæ viuentis, & cum strepitu fluentis e Libano.

Exurge Aquilo, & veni Auster, & aspira in hortum meum & fluant aromata [illegible]

C A P. V.

DEscendat fraternus [illegible] meum, & comedat fructum [illegible] hortum meum soror [illegible] myrrham meam cum [illegible] cavi panem meum cum [illegible] meum cum lacte meo. Comedite [illegible] te, & inebriamini fratres.

Ego dormio & cor meum [illegible] Vox fraterni mei pulsat ad ostium: [illegible] mea, columba mea, perfecta mea: [illegible] impletum est rore, & cincinni [illegible]

Exui tunicam meam, quomodo [illegible] Laui pedes meos, quomodo inquinabo [illegible]

Fraternus meus emisit manum [illegible] & venter meus conturbatus est super [illegible]

Exurrexi ego aperire fraterno meo: [illegible] stillauerunt myrrham: digiti mei myrrha [illegible] [illegible]

Aperui ego fraterno meo: fraternus meus [illegible] anima mea egressa est in sermone eius: [illegible] eum, & non inueni eum: vocaui eum, & non obaudiuit me.

Noua ex Hebr. [illegible]

[illegible]

Vulgat. Editio.

7 Inuenerunt me custodes, qui circumeunt ciuitatem: percusserunt me, & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum mihi custodes murorum.

8 Adiuro vos filiæ Ierusalem, si inueneritis dilectum meum, vt nuncietis ei quia amore langueo.

9 Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierum? qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos?

10 Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus.

11 Caput eius aurum optimum: comæ eius sicut elatæ palmarum, nigræ quasi coruus.

12 Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & resident iuxta fluenta plenissima.

13 Genæ illius sicut areolæ aromatum consitæ à pigmentariis. Labia eius lilia distillantia myrrham primam.

14 Manus illius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis. Venter eius eburneus, distinctus sapphiris.

15 Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas. Species eius vt Libani, electus vt cedri.

16 Guttur illius suauissimum, & totus desiderabilis: talis est dilectus meus, & iste est amicus meus, filiæ Ierusalem.

17 Quo abiit dilectus tuus, ô pulcherrima mulierum? quo declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum?

CAP. VI.

1 Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum, vt pascatur in hortis, & lilia colligat.

2 Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia.

3 Pulchra es amica mea, suauis, & decora sicut Ierusalem: terribilis vt castrorum acies ordinata.

4 Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt. Capilli tui sicut grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad.

5 Dentes tui sicut grex ouium, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est in eis.

6 Sicut cortex mali punici, sic genæ tuæ, absque occultis tuis.

7 Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus.

8 Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matris suæ, electa genitrici suæ. Viderunt eam filiæ, & beatissimam prædicauerunt: reginæ & concubinæ, & laudauerunt eam.

9 Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata?

10 Descendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium, & inspicerem si floruisset vinea, & germinassent mala punica.

11 Nesciui: anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab.

12 Reuertere, reuertere Sulamitis: reuertere, reuertere vt intueamur te.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

[illegible]

[illegible] quia amore [illegible].

[illegible] pulcherrima inter mulieres? Quid [illegible] dilectus tuus præ dilecto, quia sic [illegible]

[illegible] candidus & rubicundus, insignis [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] eius: vt Lebanon, electus vt [illegible]

[illegible] desideria: iste [illegible]

[illegible] pulcherrima inter mulieres? [illegible] quæremus eum tecum?

CAP. VI.

D[illegible] ad hortum suum ad lineas [illegible], ad pascendum in hortis, & [illegible]

[illegible] & dilectus meus mihi, qui pascit inter [illegible]

[illegible] sicut Tirsa, decora sicut Ierusalem, [illegible] vt castra cum [illegible].

[illegible] quia [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] & [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] me vt sint [illegible]

[illegible]

Transl. ex Septuag.		Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
Inuenerunt me custodes, qui circumeunt in ciuitate; percusserunt me, vulnerauerunt me: tulerunt theristrum meum à me custodes murorum.	7	*Inuenerunt me custodes qui circumeunt ciuitatem: percusserunt me, vulnerauerunt me: abstulerunt peplum meum à me custodes murorum.*
Adiuraui vos filiæ Hierusalem in virtutibus, & viribus agri: si inueneritis fraternum meum; quid annnnciabitis ei? Quoniam vulnerata charitatis ego sum.	8	*Adiuro vos, ô filiæ Ierusalaim, si inueneritis dilectum meum, quid renunciabitis illi? Quod langueo amore.*
Quid fraternus tuus à fraterno, pulchra in mulieribus? Quid fraternus tuus à fraterno; quia sic adiurasti nos?	9	*Quid habet dilectus tuus præ dilectis, ô pulcherrima inter mulieres? quid inquam dilectus tuus præ dilectis, quod sic adiurasti nos?*
Fraternus meus candidus,& rubicundus electus è decem millibus.	10	*Dilectus meus candidus, & rubicundus, insignis præ decem millibus.*
Caput eius aurum Cephaz: cincinni eius elatæ nigri tanquam currus;	11	*Caput eius vt aurum obrizum, cincinni eius crispi, nigri velut coruus.*
Oculi eius, sicut columbæ super plenitudines aquarum lotæ in lacte, sedentes super plenitudines:	12	*Oculi eius vt columbarum iuxta riuos aquarum, lauantes se lacte, manentes iuxta plenitudinem.*
Maxillæ eius, sicut phialæ aromatis germinantes vnguentaria: labia eius lilia stillantia myrrham plenam:	13	*Maxillæ eius velut areola aromatis, vt flores aromatum: labia eius, vt lilia distillantia myrrham transeuntem.*
Manus eius tornatæ aureæ impletæ Tharsis: venter eius pixis eburnea super lapidem sapphirum:	14	*Manus eius vt annuli aurei, repleti lapidibus pretiosis instar hyacinthi: venter eius vt candidum ebur, obductus sapphiris.*
Crura eius columnæ marmoreæ fundatæ super bases aureas; species eius, vt Libanus, electus sicut cedri:	15	*Crura illius vt columnæ marmoreæ fundatæ super bases auri: aspectus eius vt Lebanon, electus vt cedri.*
Guttur eius dulcedines: & totus desiderium. Hic fraternus meus, & hic proximus meus, filiæ Hierusalem.	16	*Palatum eius dulcedines, imo totus ipse desideria: iste est dilectus meus, iste inquam est amicus meus, ô filiæ Ierusalaim.*
Quò abiit fraternus tuus, pulchra in mulieribus? quò respexit fraternus tuus? & quæremus eum tecum.	17	*Quò abiit dilectus tuus, ô pulcherrima inter mulieres? quò declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum?*
CAP. VI.		*CAP. VI.*
FRaternus meus descendit in hortum suum ad phialas aromatis, pascere in hortis, & colligere lilia.	1	*DIlectus meus descendit in hortum suum ad areolas aromatis, vt pascat in hortis, & vt colligat lilia.*
Ego fraterno meo, & fraternus meus mihi, qui pascit in liliis.	2	*Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascit inter lilia.*
Pulchra es proxima mea, sicut beneplacitum, decora, sicut Hierusalem, pauor, vt ordinatæ.	3	*Pulchra es amica mea velut Thirsah, decora vt Ierusalaim, formidabilis vt castra cum vexillis.*
Auerte oculos tuos è regione mei: quia ipsi auolare fecerunt me. Capillamentum tuum, sicut greges caprarum, quæ apparuerunt è Galaad.	4	*Auerte oculos tuos à conspectu meo, quia ipsi fortiores me sunt: capillus tuus est vt grex caprarum, quæ aspiciunt de Gilad.*
Dentes tui, sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, omnes germinantes, & infœcunda non est in eis.	5	*Dentes tui vt grex agnarum quæ ascendunt de lauacro, quæ omnes gemellos pariunt, & sterilis non est inter eas.*
Sicut funiculus coccineus, labia tua & eloquium tuum decorum. Sicut cortex mali punici; gena tua extra taciturnitatem tuam.	6	*Sicut fragmen mali punici sunt tempora tua inter cincinnos tuos.*
Sexaginta sunt reginæ, & octuaginta concubinæ, & adolescentulæ, quarum non est numerus.	7	*Sexaginta sunt reginæ & octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus.*
Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri suæ, electa est ei, quæ peperit ipsam. Viderunt eam filiæ, & beatificabunt eam reginæ, & concubinæ, & laudabunt eam.	8	*Verum vna est columba mea, immaculata mea: vnica est matri suæ, electa est genitrici suæ: viderunt eam filiæ, & beatam dixerunt eam: reginæ & concubinæ, & laudauerunt eam.*
Quæ est ista, quæ progreditur, sicut aurora, pulchra vt Luna, electa vt Sol, pauor, vt ordinatæ?	9	*Quæ est ista quæ videtur velut aurora, pulchra vt luna, munda vt sol, terribilis velut castra cum vexillis?*
In hortum nucis descendi videre in genimina torrentis, videre si floruit vitis, effloruerunt mala punica. Ibi dabo vbera mea tibi.	10	*Ad hortum nucum descenderam vt viderem fructus conuallis, vt viderem an floruisset vitis, & an floruissent mala punica.*
Non nouit anima mea. Posuit me currus Aminadab;	11	*Non noui, anima mea posuit me velut quadrigas populi mei nobilis.*
Conuertere, conuertere Sunamitis, conuertere, conuertere, & videbimus in te.	12	*Reuertere, reuertere, ô Sulamith, reuertere, reuertere, & intuebimur te.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. VII.

1 QVid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum? Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia principis! Iuncturæ femorum tuorum, sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis.

2 Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis. Venter tuus sicut aceruus tritici, vallatus liliis.

3 Duo vbera tua, sicut duo hinnuli gemelli capreæ.

4 Collum tuum sicut turris eburnea. Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis. Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum.

5 Caput tuum vt Carmelus: & comæ capitis tui, sicut purpura regis vincta canalibus:

6 Quam pulchra es, & quam decora charissima, in deliciis!

7 Statura tua assimilata est palmæ, & vbera tua botris.

8 Dixi: Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius; & erunt vbera tua sicut botri vineæ, & odor oris tui sicut malorum.

9 Guttur tuum sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labiisque & dentibus illius ad ruminandum,

10 Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius.

11 Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.

12 Mane surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica: ibi dabo tibi vbera mea.

13 Mandragoræ dederunt odorem. In portis nostris omnia poma: noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi.

CAP. VIII.

1 QVis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meę, vt inueniam te foris, & deosculer te, & iam me nemo despiciat?

2 Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ: ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum.

3 Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

4 Adiuro vos filiæ Ierusalem, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam donec ipsa velit.

5 Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum? Sub arbore malo suscitaui te: ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.

6 Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum: quia fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio, lampades eius, lampades ignis atque flammarum.

7 Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam: si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. VII.

1 * *QVid videbitis in Sulamith? Chorum castrorum. * Quam pulchri sunt pedes tui in calciamentis filia principis? Vertebra femorum tuorum sunt sicut monilia, opus manuum artificis.*

Quæ duobus asteris claudũtur in transl. S. Pagn. ex Hebræo hſr in fine capituli superioris.

2 *Vmbiculus tuus vt crater rotundus non indigebit temperamento: Venter tuus vt aceruus triticorum septus liliis.*

3 *Duo vbera tua sicut duo hinnuli gemelli capreæ.*

4 *Collum tuum sicut turris eburnea. Oculi tui vt piscinæ in Chesbon, iuxta portam filiæ nobilium: facies tua, sicut turris Lebanon speculans faciem Damesec.*

5 *Caput tuum super te veluti coccinum, & coma capitis tui sicut purpura: rex ligatus in canalibus.*

6 *Quam pulchruisti, & quam dulcuisti, ô dilecta in deliciis?*

7 *Ista statura tua assimilata est palmæ, & vbera tua botris.*

8 *Dixi: Ascendam in palmam, apprehendam ramos eius, & erunt nunc vbera tua sicut botri vitis, & odor narium tuarum sicut malorum.*

9 *Et palatum tuum sicut vinum optimum vadens ad dilectum meum, propter bonitatem faciens loqui labia dormientium.*

10 *Ego dilecti mei sum, & ad me est desiderium eius.*

11 *Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.*

12 *Maturemus ad vineas, videamus an floruerit vitis, aperuerit se vua parua, an faciant flores mala punica, ibi dabo amores meos tibi.*

13 *Mandragoræ dederunt odorem. Et in portis nostris omnia dulcia, noua, & vetera, dilecte mi abscondi tibi.*

CAP. VIII.

1 *QVis det te vti fratrem mihi, sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, osculer te etiam non contemnent me.*

2 *Ducam te, venire faciam te ad domum matris meæ: docebis me, bibere faciam te de vino aromatico, de vino dulci malo granati mei.*

3 *Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.*

4 *Adiuraui vos filiæ Ierusalaim, cur suscitatis, & cur euigilare facitis amorem donec voluerit?*

5 *Quæ est ista quæ ascendit de deserto innixa super dilectum suum, sub malo suscitaui te, ibi peperit te mater tua, ibi concepit, genuit te.*

6 *Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum, quia fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio: pruna eius, pruna ignitæ flammæ vehementissimæ.*

7 *Aquæ multæ non potuerunt extinguere dilectionem, & flumina non inundabunt illam. Si dederit vir omnem substantiam domus suæ pro amore contemnendo contemnent eam.*

Transl. ex Septuag.

CAP. VII.

1 QVid videbitis in Sunamitide, quæ venit, ficut chori castrorum? Speciosi facti sunt gressus tui in calceamentis tuis filia Nadabi moduli femorum similes torquibus, opus artificis.

2 Vmbilicus tuus crater tornatilis, non deficiens misto venter tuus aceruus frumenti vallatus in liliis:

3 Duo vbera tua, ficut duo hinnuli gemelli capreæ:

4 Collum tuum, ficut turris eburnea: oculi tui, tanquam stagna in Esebon in portis filiæ multorum. Naris tua, ficut turris Libani prospiciens faciem Damasci.

5 Caput tuum super te, ficut Carmelus, & plexus capitis tui, ficut purpura. Rex ligatus in transcursibus.

6 Quam pulchra, & quam suauis facta es charitas in deliciis tuis?

7 Hæc magnitudo tua, similis facta es palmæ; & vbera tua botris.

8 Dixi, ascendam in palmam, tenebo cacumina eius: & erunt nunc vbera tua, ficut botri vitis: & odor nasi tui, ficut poma:

9 Et guttur tuum, ficut vinum bonum vadens fraterno meo in rectitudinem, sufficiens labiis meis, & dentibus.

10 Ego fraterno meo, & super me conuersio eius.

11 Veni fraterne mi, exeamus in agrum, requiescamus in castellis,

12 Diluculo surgamus in vineas. Videamus, si floruit vitis, floruit propago, floruerunt mala punica. Ibi dabo vbera mea tibi:

13 Mandragoræ dederunt odorem. Et in ostiis nostris omnes nuces nouas ad veteres fraterne mi seruaui tibi.

CAP. VIII.

1 QVis det te fraterne mi lactentem vbera matris tuæ? Inueniens te foris osculabor te: & quidem non spernent me.

2 Assumam te, introducam te in domum matris meæ, & in cubiculum eius, quæ concepit me. Potabo te de vino vnguentato, de latice malorum punicorum meorum.

3 Læua eius sub capite meo; & dextera illius amplexabitur me.

4 Adiuraui vos filiæ Hierusalem in viribus agri, si suscitaueritis, & si exuscitaueritis charitatem, quoadusque voluerit.

5 Quæ est ista, quæ ascendit dealbata, innitens super fraternum. Sub malo exuscitaui: Ibi peperit te mater tua, ibi peperit te, quæ genuit te.

6 Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum. Quia valida, vt mors charitas, durus ficut infernus zelus: alæ eius, alæ ignis, flammæ eius.

7 Aqua multa non poterit extinguere charitatem, & flumina non vndabunt eam. Si dederit vir omnem vitam suam in charitate, contemptu contemnent eum.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAP. VII.

QVid videbitis in Sulamith? Velut chorum castrorum. Quam pulchri sunt pedes tui in calceamentis, filia principis! iunctura feminum tuorum sunt velut monilia: opus manuum egregij artificis.

Vmbilicus tuus vt crater rotundus qui non caret temperamento: venter tuus vt aceruus triticorum septus liliis.

Duo vbera tua velut duo hinnuli gemelli capreæ.

Collum tuum velut turris eburnea: oculi tui vt piscina in Esbon, iuxta portam Bath-rabbim: nasus tuus, sicut turris Lebanon respiciens faciem Damasec.

Caput tuum super te veluti coccinum, & coma capitis tui sicut purpura, Rex ligatus in tignis.

Quam pulchra facta es, & quam dulcis, ô amor in deliciis!

Ipsa statura tua similis est palmæ: & vbera tua botris.

Dixi, Ascendam in palmam, apprehendam ramos eius: & erunt nunc vbera tua sicut racemi vitis, & odor narium tuarum sicut malorum.

Et palatum tuum velut vinum optimum vadens ad dilectum meum directe, faciens loqui labia veterum.

Ego dilecti mei sum, & erga me est desiderium eius.

Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.

Mane surgamus ad vineas, videamus an floruerit vitis, & an aperuerit sese vua parua, & an floruerint mala punica: ibi dabo amores meos tibi.

Mandragoræ dederunt odorem suum, & in portis nostris omnia dulcia: noua & vetera, dilecte mi, reseruaui tibi.

CAP. VIII.

QVis det te vti fratrem mihi, sugentem vbera matris meæ: vt inueniam te foris, osculer te, atque non contemnant te?

Deducam te, introducam te in domum matris meæ, illic docebis me: bibere faciam te vinum aromaticum, & vinum mustum malogranati mei.

Læua eius erit sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Adiuro vos filiæ Ierusalaim, cur excitabitis, & cur euigilare facietis amorem ipsum, donec voluerit?

(Quæ est ista quæ ascendit de deserto, innixa super dilectum suum?) sub malo suscitaui te, ibi concepit te mater tua, ibi concepit quæ te peperit.

Pone me vt sigillum super cor tuum, & vt signaculum super brachium tuum: quia fortis est vt mors dilectio, dura sicut sepulchrum æmulatio: prunæ eius, prunæ ignitæ, vtque flamma vehementissima.

Aquæ multæ non possent extinguere charitatem, neque flumina obruent illam: si daret vir omnem substantiam domus suæ pro illo amore, contemnendo contemnent eam.

Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
Soror nostra parua, & vbera non habet. quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est?	8	*Soror est nobis paruula, & vbera non sunt ei. Quid faciemus sorori nostræ in die qua fiet sermo cum ea?*
Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea: si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis.	9	*Si murus est, ædificemus super eam palatium argenteum: & si ostium est, muniamus eam tabula cedrina.*
Ego murus: & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens.	10	*Ego sum murus, & vbera mea sunt sicut turres. Tunc fui in oculis eius sicut reperiens pacem.*
Vinea fuit pacifico in ea, quæ habet populos: tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos.	11	*Vinea fuit ipsi Selomoh in Bahalhamon, tradidit vineam custodibus, vt quisque adduceret pro fructu eius mille argenteos.*
Vinea mea coram me est. Mille tui pacifici, & ducenti his, qui custodiunt fructus eius.	12	*Vinea mea quæ est mihi coram me, mille tibi, ô Selomoh, & ducenti custodientibus fructum eius.*
Quæ habitas in hortis, amici auscultant: fac me audire vocem tuam.	13	*O quæ habitas in hortis, socij attendunt vocem tuam: fac me audire.*
Fuge dilecte mi, & assimilare capreæ, hinnuloq; ceruorum super montes aromatum.	14	*Fuge dilecte mi, & assimilare capreæ, vel hinnulo ceruorum super montes aromatum.*

FINIS LIBRI CANTIC. CANTICORVM.

Transl. ex Septuag.		Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
Soror nostra parua, & vbera non habet. Quid faciemus sorori nostræ in die, qua loquetur in ea?	8	*Soror est nobis paruula, & vbera non sunt ei: quid faciemus sorori nostræ in die qua fiet sermo de ea?*
Si murus est; ædificemus super eam propugnacula argentea: & si ianua est; sculpamus super eam tabulam cedrinam.	9	*Si murus sit, ædificemus super eum palatium argenteum: & si ostium sit, muniamus illud tabula cedrina.*
Ego murus, & vbera mea sicut turres. Ego eram in oculis eorum tanquam inueniens pacem.	10	*Ego sum murus: & vbera mea sunt velut turres: tunc fui in oculis eius vt reperiens pacem.*
Vinea facta est Salomoni in Beelamon: dedit vineam suam iis, qui seruant. Vir feret in fructu eius mille argenti.	11	*Vinea fuit ipsi Selomoh in Baal-hamon: tradidit vineam ipsam custodibus, singuli adducunt pro fructu eius mille argenteos.*
Vinea mihi mea in conspectu meo: mille Salomoni, & ducenti seruantibus fructum eius.	12	*At vinea mea quæ est mihi, coram me est: mille argentei tibi sint, ô Selomoh, & ducenti custodientibus fructum eius.*
Qui sedes in hortis, amici sunt intendentes voci tuæ: vocem tuam insinua mihi.	13	*O quæ habitas in hortis, socij auscultant vocem tuam: fac me audire.*
Fuge fraterne mi, & similis esto capreolæ, aut hinnulo ceruorum super montes aromatum.	14	*Fuge dilecte mi, & assimilare capreæ, vel hinnulo ceruorum, super montes aromatum.*

FINIS LIBRI CANTIC. CANTICORVM.

Digitized by Google

LIBER SAPIENTIÆ.

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM.

3. Reg. DIligite * iustitiam, qui iudicatis terram.
3.9. *Sentite de Domino in bonitate, & in sim-
Isa. 56. 1. plicitate cordis quærite illum:
2. Par. 15.2. 2 * Quoniam inuenitur ab his, qui non
tentant illum: apparet autem eis, qui fidem habent
in illum:
3 Peruersæ enim cogitationes separant à Deo: pro-
bata autem virtus corripit insipientes.
4 Quoniam in maleuolam animam non introibit
sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.
5 Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum,
& auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intelle-
ctu, & corripietur à superueniente iniquitate.
Gal. 5. 6 Benignus est enim spiritus sapientiæ & non libe-
22. rabit maledicum à labiis suis: * quoniam renum il-
Ier. 17. 10. lius testis est Deus, & cordis illius scrutator est ve-
rus, & linguæ eius auditor.
Isa. 6. 3. 7 * Quoniam spiritus Domini repleuit orbem ter-
rarum: & hoc, quod continet omnia, scientiam ha-
bet vocis.
8 Propter hoc qui loquitur iniqua, non potest la-
tere, nec præteriet illum corripiens iudicium.
9 In cogitationibus enim impij interrogatio erit:
sermonum autem illius auditio ad Deum veniet, ad
correptionem iniquitatum illius.
10 Quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus
murmurationum non abscondetur.
11 Custodite ergo vos à murmuratione, quæ nihil
prodest, & à detractione parcite linguæ, quoniam
sermo obscurus in vacuum non ibit: os autem,
quod mentitur, occidit animam.
12 Nolite zelare mortem in errore vitæ vestræ, ne-
que acquiratis perditionem in operibus manuum
vestrarum.
Eze. 18. 13 * Quoniam Deus mortem non fecit, nec læta-
32. & 33. 11. tur in perditione viuorum.
14 Creauit enim, vt essent omnia: & sanabiles fe-
cit nationes orbis terrarum: & non est in illis medi-
camentũ exterminij, nec inferorũ regnum in terra.
15 Iustitia enim perpetua est, & immortalis.
16 Impij autem manibus & verbis accersierunt il-
lam: & æstimantes illam amicam, defluxerunt, &
sponsiones posuerunt ad illam: quoniam digni sunt
qui sint ex parte illius.

CAP. II.

DIxerunt enim cogitantes apud se non recte:
Iob 7.1 * Exiguum, & cum tædio est tempus vitæ no-
& 14.1. stræ, & non est refrigerium in fine hominis, & non
1 Cor. est qui agnitus sit reuersus ab inferis:
15.32. 2 Quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus
tamquam non fuerimus: quoniam fumus flatus
est in naribus nostris: & sermo scintilla ad commo-
uendum cor nostrum:
3 Qua extincta, cinis erit corpus nostrum, & spiri-
tus diffundetur tamquam mollis aer, & transibit
vita nostra tamquam vestigium nubis, & sicut ne-
bula dissoluetur, quæ fugata est à radiis solis, & à ca-
lore illius aggrauata:
4 Et nomen nostrum obliuionem accipiet per tem
pus, & nemo memoriam habebit operũ nostrorum.

5 Vmbræ enim transitus est tempus nostrum, & 1 Par.
non est reuersio finis nostri: quoniam consignata 29.15.
est, & nemo reuertitur.
6 * Venite ergo, & fruamur bonis quæ sunt, & vta- Isa. 22.
mur creatura tamquam in iuuentute celeriter. 13. & 56
7 Vino pretioso & vnguentis nos impleamus: & 12.
non prætereat nos flos temporis,
8 Coronemus nos rosis, antequam marcescant:
nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria
nostra.
9 Nemo nostrum exors sit luxuriæ nostræ: vbique
relinquamus signa lætitiæ: quoniam hæc est pars
nostra, & hæc est sors.
10 Opprimamus pauperem iustum, & non parca-
mus viduæ, nec veterani reuereamur canos multi
temporis,
11 Sit autem fortitudo nostra lex iustitiæ: quod
enim infirmum est, inutile inuenitur.
12 Circumueniamus ergo iustum, quoniam inuti-
lis est nobis, & contrarius est operibus nostris, &
improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos
peccata disciplinæ nostræ.
13 Promittit se scientiam Dei habere, & filium Dei Mat. 27
se nominat. 43.
14 Factus est nobis in traductionem cogitationum Ioa. 7. 7
nostrarum.
15 Grauis est nobis etiam ad videndum, quoniam
dissimilis est aliis vita illius, & immutatæ sunt viæ
eius.
16 Tamquam nugaces æstimati sumus ab illo, &
abstinet se à viis nostris tamquam ab immunditiis,
& præfert nouissima iustorum, & gloriatur patrem
se habere Deum.
17 Videamus ergo si sermones illius veri sint, &
tentemus quæ ventura sunt illi, & sciemus quæ e-
runt nouissima illius.
18 Si enim est verus filius Dei suscipiet illum, & Ps. 21. 9
liberabit eum de manibus contrariorum. Ier. 11.
19 Contumelia & tormento interrogemus eum, vt 19.
sciamus reuerẽtiã eius, & probemus patientiã illius.
20 Morte turpissima condemnemus eum: erit enim
ei respectus ex sermonibus illius.
21 Hæc cogitauerunt, & errauerunt: excæcauit
enim illos malitia eorum.
22 Et nescierunt sacramenta Dei, neque mercedem
sperauerunt iustitiæ, nec iudicauerunt honorem
animarum sanctarum.
23 * Quoniã Deus creauit hominẽ inexterminabi- [illegible]n. 1.
lem, & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum. [illegible]. 2. 7.
24 Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem 5. 1.
terrarum: Eccli 17. 1.
25 Imitantur autem illum qui sunt ex parte illius. Ge. 3. 1.

CAP. III.

IVstorum autem animæ in manu Dei sunt, & non
tanget illos tormentum mortis. Deut.
2 Visi sunt oculis insipientium mori: & æstimata 33. 3.
est afflictio exitus illorum. Inf. 5. 4
3 Et quod à nobis est iter, exterminium: illi autem
sunt in pace.
4 Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes
illorum immortalitate plena est.
5 In paucis vexati, in multis bene disponẽtur: quo-
niam Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos se.
6 Tamquam aurum in fornace probauit illos, &
quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore
erit respectus illorum.
7 Fulgebunt iusti, & tamquam scintillæ in arundi
neto discurrent. Mat. 13
8 *Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, 43. 1 Cor. 6
& regnabit Dominus illorum in perpetuum. 2.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

9 Qui confidunt in illo, intelligent veritatem: & fideles in dilectione acquiescent illi: quoniam donum & pax est electis eius.
10 Impij autem secundum quæ cogitauerunt, correptionem habebunt: qui neglexerunt iustum, & à Domino recesserunt.
11 Sapientiam enim, & disciplinam qui abijcit, infelix est: & vacua est spes illorum, & labores sine fructu, & inutilia opera eorum.
12 Mulieres eorum insensatæ sunt, & nequissimi filij eorum.
13 Maledicta creatura eorum, quoniam fœlix est sterilis: & coinquinata, quę nesciuit thorum in delicto, habebit fructum in respectione animarũ sanctarum:
Isa. 56. 4. 14 * Et spado, qui non operatus est per manus suas iniquitatem, nec cogitauit aduersus Deum nequissima: dabitur enim illi fidei donum electum, & sors in templo Dei acceptissima.
15 Bonorum enim laborum gloriosus est fructus, & quæ non concidat radix sapientiæ.
16 Filij autem adulterorũ in cõsummatione erunt, & ab iniquo thoro semen exterminabitur.
17 Et si quidem longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur, & sine honore erit nouissima senectus illorum.
18 Et si celerius defuncti fuerint, non habebunt spem, nec in die agnitionis allocutionem.
19 Nationis enim iniquæ dirę sunt consũmationes.

CAP. IV.

O Quam pulchra est casta generatio cum claritate: immortalis est enim memoria illius: quoniam & apud Deum nota est, & apud homines.
2 Cum præsens est, imitantur illam: & desiderant eam cum se eduxerit, & in perpetuũ coronata triumphat incoinquinatorum certaminũ præmiũ vincẽs.
3 Multigena autem impiorum multitudo non erit vtilis, & spuria vitulamina non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt.
Iér. 17. 4. Mat. 7. 27. 4 *Si in ramis in tempore germinauerint, infirmiter posita, à vento commouebuntur, & à nimietate ventorum eradicabuntur.
5 Confringentur enim rami inconsummati, & fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti.
6 Ex iniquis enim somnis filij, qui nascuntur, testes sũt nequitię aduersus parẽtes in interrogatione sua.
7 Iustus autem si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.
8 Senectus enim venerabilis est non diuturna, neque annorum numero computata: cani autem sunt sensus hominis.
9 Et ætas senectutis vita immaculata.
Heb. 11. 5. 10 *Placens Deo factus est dilectus, & viuens inter peccatores translatus est.
11 Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius.
12 Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, & Inconstantia concupiscentię transuertit sensum sine malitia.
13 Consummatus in breui expleuit tẽpora multa:
14 Placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum: populi autem videntes, & non intelligentes, nec ponentes in præcordijs talia:
15 Quoniam gratia Dei, & misericordia est in sanctos eius, & respectus in electos illius.
16 Condemnat autem iustus mortuus viuos impios, & iuuentus celerius consummata, longam vitam iniusti.
17 Videbunt enim finem sapientis, & non intelligent quid cogitauerit de illo Deus, & quare munierit illum Dominus.
18 Videbunt & contemnent eum: illos autem Dominus irridebit.
19 Et erunt post hæc decidentes sine honore, & in contumelia inter mortuos in perpetuum: quoniam disrumpet illos inflatos sine voce, & commouebit illos à fundamentis & vsque ad supremum desolabuntur: & erunt gemẽtes, & memoria illorũ peribit.
20 Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, & traducent illos ex aduerso iniquitates ipsorum.

CAP. V.

TVnc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum.
2 Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis,
3 Dicentes intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. Hi sunt, quos habuimus aliquãdo in derisum, & in similitudinẽ improperij.
4 Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: Sup. 3. 2.
5 Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est.
6 Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen nõ luxit nobis, & Sol intelligẽtiæ nõ est ortus nobis.
7 Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus.
8 Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis?
9 Transierunt omnia illa tamquam vmbra, & tamquam nuncius percurrens. 1. Par. 29. 15. Sup. 2. 5.
10 Et tamquam nauis, quæ pertransit fluctuantem aquam: cuius, cum pręterierit, non est vestigium inuenire neque semitam carinę illius in fluctibus: Prou. 30. 19.
11 Aut tamquam auis, quę transuolat in aere, cuius nullum inuenitur argumentum itineris, sed tantum sonitus alarum verberans leuẽ ventum: & scindens per vim itineris aerem: commotis alis transuolauit, & post hoc nullum signum inuenitur itineris illius:
12 Aut tamquam sagitta emissa in locum destinatum, diuisus aer continuo in se reclusus est, vt ignoretur transitus illius:
13 Sic & nos nati continuo desiuimus esse: & virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere: in malignitate autem nostra consumpti sumus.
14 Talia dixerunt in inferno hi, qui peccauerunt:
15 *Quoniam spes impij tamquam lanugo est, quæ à vento tollitur: & tamquam spuma gracilis, quæ à procella dispergitur: & tamquam fumus, qui à vento diffusus est: & tanquam memoria hospitis vnius diei prætereuntis. Prou. 10. 28. & 11. 7. Psal. 1. 5.
16 Iusti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum est merces eorum, & cogitatio illorum apud Altissimum.
17 Ideo accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini: quoniam dextera sua teget eos, & brachio sancto suo defendet illos.
18 Accipiet armaturã zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Psal. 17 Eph. 6 13.
19 Induet pro thorace iustitiam, & accipiet pro galea iudicium certum.
20 Sumet scutum inexpugnabile ęquitatem:
21 Acuet autem duram iram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.
22 Ibunt directe emissiones fulgurum, & tamquam à bene curuato arcu nubium exterminabuntur, &

ad cer-

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

ad certum locum insilient.
23 Et à petrosa ira plenæ mittentur grandines. excandescet in illos aqua maris,& flumina concurrent duriter.
24 Contra illos stabit spiritus virtutis, & tamquam turbo venti diuidet illos: & ad eremum perducet omnem terram iniquitas illorum, & malignitas euertet sedes potentium.

CAP. VI.

Eccl. 9. 11. MElior est sapientia quam vires: & vir prudens quam fortis.
2 Audite ergo reges, & intelligite, discite iudices finium terræ.
3 Præbete aures vos,qui continetis multitudines,& placetis vobis in turbis nationum:
Ro. 13. 1. 4 *Quoniam data est à Domino potestas vobis, & virtus ab Altissimo,qui interrogabit opera vestra,& cogitationes scrutabitur:
5 Quoniam cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis nec custodistis legem iustitiæ, neque secundum voluntatem Dei ambulastis.
6 Horrende & cito apparebit vobis: quoniam iudicium durissimum his,qui præsunt,fiet.
7 Exiguo enim conceditur misericordia: potentes autem potenter tormenta patientur.
Deut. 10.17. 2. Par. 19.7. Eccli. 35.16. Ro. 2. 11. Gal. 2.6 Eph. 6. 9. Colo. 3 25. Act. 10. 34. 1. Pet. 1.17. 8 *Non enim subtrahet personam cuiusquam Deus, nec verebitur magnitudinem cuiusquam:quoniam pusillum & magnum ipse fecit,& æqualiter cura est illi de omnibus.
9 Fortioribus autem fortior instat cruciatio.
10 Ad vos ergo reges sunt hi sermones mei, vt discatis sapientiam, & non excidatis.
11 Qui enim custodierint iusta iuste,iustificabũtur: & qui didicerint ista,inuenient quid respondeant.
12 Concupiscite ergo sermones meos,diligite illos, & habebitis disciplinam.
13 Clara est,& quæ numquam marcescit sapientia, & facile videtur ab his qui diligunt eam, & inuenitur ab his qui quærunt illam.
14 Præoccupat qui se concupiscunt,vt illis se prior ostendat.
15 Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit: assidentem enim illam foribus suis inueniet.
16 Cogitare ergo de illa,sensus est consummatus:& qui vigilauerit propter illam,cito securus erit.
17 Quoniam dignos se ipsa circuit quærens, & in vijs ostendit se illis hilariter, & in omni prouidentia occurrit illis.
18 Initium enim illius verissima est disciplinę concupiscentia.
19 Cura ergo disciplinæ,dilectio est: & dilectio,custodia legum illius est:custoditio autem legum,consummatio incorruptionis est:
20 Incorruptio autem facit esse proximum Deo.
21 Concupiscentia itaque sapientiæ deducit ad regnum perpetuum.
22 Si ergo delectamini sedibus, & sceptris ô reges populi,diligite sapientiam,vt in perpetuũ regnetis.
23 Diligite lumen sapiẽtiæ oẽs qui præestis populis.
24 Quid est autem sapientia, & quemadmodum facta sit referam: & non abscondam à vobis sacramenta Dei,sed ab initio natiuitatis inuestigabo, & ponam in lucem scientiam illius, & non præteribo veritatem:
25 Neque cum inuidia tabescente iter habebo:quoniam talis homo non erit particeps sapientiæ.
26 Multitudo autem sapientium sanitas est orbis terrarum:& rex sapiens stabilimentum populi est.
27 Ergo accipite disciplinam per sermones meos,& proderit vobis.

Vulgat. Editio.

CAP. VII.

SVm quidem & ego mortalis homo, similis omnibus,& ex genere terreni illius, qui prior factus est,& in ventre matris figuratus sum caro,
2 Decem mensium tempore * coagulatus sum in sanguine ex semine hominis,& delectamento somni conueniente. Iob. 10. 10.
3 Et ego natus accepi communem aerem,& in similiter factam decidi terram, & primam vocem similem omnibus emisi plorans.
4 In inuolumentis nutritus sum, & curis magnis.
5 Nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis initium.
6 *Vnus ergo introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus: Iob 1. 21. 1. Tim. 6.
7 Propter hoc optaui,& datus est mihi sensus:& inuocaui,& venit in me spiritus sapientiæ:
8 Et præposui illam regnis,& sedibus,& diuitias nihil esse duxi in comparatione illius.
9 *Nec comparaui illi lapidem pretiosum:quoniam omne aurum in comparatione illius, arena est exigua, & tamquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius. Iob 28. 15. Prou. 8. 11.
10 Super salutem & speciem dilexi illam,& proposui pro luce habere illam: quoniam inextinguibile est lumen illius.
11 Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa & innumerabilis honestas per manus illius, 3. Re. 3. 13. Matt. 6. 33.
12 Et lætatus sum in omnibus:quoniam antecedebat me ista sapientia,& ignorabam quoniam horum omnium mater est.
13 Quam sine fictione didici, & sine inuidia communico,& honestatem illius non abscondo.
14 Infinitus enim thesaurus est hominibus:quo qui vsi sunt,participes facti sunt, amicitiæ Dei, propter disciplinæ dona commendati.
15 Mihi autem dedit Deus dicere ex sententia, & præsumere digna horum,quę mihi dantur:quoniam ipse sapientiæ dux est,& sapientium emendator:
16 In manu illius,& nos,& sermones nostri,& omnis sapientia,& operum scientia & disciplina.
17 Ipse enim dedit mihi horum quæ sunt, scientiam veram: vt sciam dispositionem orbis terrarum,& virtutes elementorum,
18 Initium, & consummationem, & medietatem temporum, vicissitudinum permutationes,& commutationes temporum,
19 Anni cursus, & stellarum dispositiones,
20 Naturas animalium,& iras bestiarum, vim ventorum, & cogitationes hominum, differentias virgultorum, & virtutes radicum,
21 Et quæcumque sunt absconsa & improuisa, didici:omnium enim artifex docuit me sapientia.
22 Est enim in illa spiritus intelligentiæ, sanctus, vnicus,multiplex,subtilis,disertus,mobilis,incoinquinatus,certus,suauis,amansbonum,acutus,quem nihil vetat,benefaciens,
23 Humanus,benignus,stabilis,certus, securus,omnem habens virtutem,omnia prospiciens,& qui capiat omnes spiritus:intelligibilis,mundus,subtilis.
24 Omnibus enim mobilibus mobilior est sapientia:attingit autẽ vbique propter suam munditiam.
25 Vapor est enim virtutis Dei, & emanatio quædam est claritatis omnipotentis Dei sincera: & ideo nihil inquinatum in eam incurrit.
26 * Candor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula Dei maiestatis,& imago bonitatis illius. Heb. 1. 3
27 Et cum sit vna, omnia potest:& in se permanens omnia innouat, & per nationes in animas sanctas se transfert,amicos Dei & prophetas constituit.

28 Ne-

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

28 Neminem enim diligit Deus, nisi eum, qui cum
ſapientia inhabitat.
29 Eſt enim hæc ſpecioſior ſole, & ſuper oẽm diſpo-
ſitionem ſtellarum, luci comparata inuenitur prior.
30 Illi enim ſuccedit nox, ſapientiam autem non
vincit malitia.

CAP. VIII.

ATtingit ergo à fine vſque ad finem fortiter, &
diſponit omnia ſuauiter:
2 Hanc amaui, & exquiſiui à iuuentute mea, & quę
ſiui ſponſam mihi eam aſſumere, & amator factus
ſum formæ illius.
3 Generoſitatem illius glorificat, contuberniũ ha-
bens Dei: ſed & omnium Dominus dilexit illam.
4 Doctrix enim eſt diſciplinæ Dei, & electrix ope-
rum illius.
5 Et ſi diuitiæ appetuntur in vita, quid ſapientia
locupletius, quæ operatur omnia?
6 Si autem ſenſus operatur: quis horum, quæ ſunt,
magis quam illa eſt artifex?
7 Et ſi iuſtitiam quis diligit: labores huius magnas
habent virtutes: ſobrietatem enim, & prudentiam
docet, & iuſtitiam, & virtutem, quibus vtilius ni-
hil eſt in vita hominibus.
8 Et ſi multitudinem ſcientiæ deſiderat quis, ſcit
præterita, & de futuris æſtimat: ſcit verſutias ſer-
monum, & diſſolutiones argumentorum: ſigna &
monſtra ſcit antequam fiant, & euentus temporum
& ſæculorum.
9 Propoſui ergo hanc adducere mihi ad conuiuen-
dum: ſciens quoniam mecum communicabit de
bonis, & erit allocutio cogitationis & tædij mei.
10 Habebo propter hanc claritatem ad turbas, & ho-
norem apud ſeniores iuuenis.
11 Et acutus inueniar in iudicio, & in conſpectu
potentium admirabilis ero, & facies principum mi-
rabuntur me:
12 Tacentem me ſuſtinebunt. & loquentem me re-
ſpicient, & ſermocinante me plura, manus ori ſuo
imponent.
13 Propterea habebo per hanc, immortalitatem: &
memoriam ęternam his, qui poſt me futuri ſunt, re-
linquam.
14 Diſponã populos: & nationes mihi erũt ſubditæ.
15 Timebunt me audientes reges horrendi: in mul-
titudine videbor bonus, & in bello fortis.
16 Intrans in domum meam, conquieſcam cum il-
la: non enim habet amaritudinẽ conuerſatio illius,
nec tædium conuictus illius, ſed lætitiã & gaudium.
17 Hæc cogitans apud me, & commemorans in cor-
de meo: quoniam immortalitas eſt in cognatione ſa-
pientiæ,
18 Et in amicitia illius delectatio bona, & in operi-
bus manuum illius honeſtas ſine defectione, & in
certamine loquelæ illius ſapientia. & præclaritas in
communicatione ſermonum ipſius: circuibam quę-
rens, vt mihi illam aſſumerem.
19 Puer autem eram ingenioſus, & ſortitus ſum
animam bonam.
20 Et cum eſſem magis bonus, veni ad corpus in-
coinquinatum.
21 Et vt ſciui quoniam aliter non poſſem eſſe con-
tinens, niſi Deus det, & hoc ipſum erat ſapientiæ,
ſcire cuius eſſet hoc donum: adij Dominum, & de-
precatus ſum illum, & dixi ex totis pręcordijs meis.

CAP. IX.

1. Reg. 3.9. DEus patrum meorum & Domine miſericordiæ,
qui feciſti omnia verbo tuo.
2 Et ſapientia tuà conſtituiſti hominem, vt domi-
naretur creaturæ, quæ à te facta eſt.
3 Vt diſponat orbem terrarum in æquitate & iuſti
tia, & in directione cordis iudicium iudicet:
4 Et da mihi ſedium tuarum aſſiſtricem ſapiẽtiam,
& noli me reprobare à pueris tuis:
5 *Quoniam ſeruus tuus ſum ego, & filius ancillæ Pſal.
tuæ, homo infirmus, & exigui temporis, & minor ad 115.16.
intellectum iudicij & legum.
6 Nam & ſi quis erit conſummatus inter filios ho-
minum, ſi ab illo abfuerit ſapientia tua, in nihilum
computabitur.
7 *Tu elegiſti me regem populo tuo, & iudicem fi- 1. Par.
liorum tuorum, & filiarum. 28.4.5.
8 Et dixiſti me ædificare templum in monte ſancto 2. Par. 1
tuo, & in ciuitate habitationis tuę altare ſimilitudi- 9.
nem tabernaculi ſãcti tui, quod pręparaſti ab initio:
9 Et tecum ſapientia tua quæ nouit opera tua, quæ
& affuit tunc cum orbem terrarum faceres, & ſcie- Pro. 8.
bat quid eſſet placitum oculis tuis & quid directum 22.27.
in præceptis tuis. Ioan. 1. 1.
10 Mitte illam de cœlis ſanctis tuis, & à ſede magni-
tudinis tuæ, vt mecum ſit & mecum laboret, vt
ſciam quid acceptum ſit apud te:
11 Scit enim illa omnia, & intelligit, & deducet me
in operibus meis ſobrie, & cuſtodiet me in ſua po-
tentia.
12 Et erunt accepta opera mea, & diſponam popu-
lum tuum iuſte, & ero dignus ſedium patris mei.
13 * Quis enim hominum poterit ſcire conſilium Iſa. 40.
Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus? 13.
14 Cogitationes enim mortalium timidę, & incer- Ro. 11.
tæ prouidentiæ noſtræ. 34.
15 Corpus enim, quod corrumpitur, aggrauat ani- 1. Cor. 2.16.
mam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa
cogitantem.
16 Et difficile æſtimamus quæ in terra ſunt: & quæ
in proſpectu ſunt, inuenimus cum labore. Quæ au-
tem in cælis ſunt quis inueſtigabit?
17 Senſum autem tuum quis ſciet, niſi tu dederis
ſapientiam, & miſeris ſpiritum ſanctum tuum de
altiſſimis:
18 Et ſic correctæ ſint ſemitæ eorum, qui ſunt in
terris, & quæ tibi placent didicerint homines?
19 Nam per ſapientiam ſanati ſunt quicumq; pla-
cuerunt tibi Domine à principio.

CAP. X.

HÆc illum, qui primus formatus eſt à Deo pa- Gen. 1.
ter orbis terrarum, cum ſolus eſſet creatus, cu- 27.
ſtodiuit.
2 * Et eduxit illum à delicto ſuo, & dedit illi vir- Gen. 2.
tutem continendi omnia. 7.
3 * Ab hac vt receſſit iniuſtus in ira ſua, per iram Gen. 4.
homicidij fraterni deperiit. 8.
4 * Propter quem, cum aqua deleret terram, ſana- Gen. 7.
uit iterum ſapientia, per incontemptibile lignum 6.
iuſtum gubernans.
5 * Hæc & in conſenſu nequitiæ cum ſe nationes Gen. 11
contuliſſent, ſciuit iuſtum, & conſeruauit ſine que 2.
rela Deo, & in filij miſericordia fortem cuſtodiuit.
6 * Hæc iuſtum à pereuntibus impiis liberauit fu- Gen. 19
gientem, deſcendente igne in pentapolim: 17.
7 Quibus in teſtimonium nequitiæ fumigabunda
conſtat deſerta terra, & incerto tempore fructus ha
bentes arbores, & incredibilis animæ memoria ſtans
figmentum ſalis.
8 Sapientiam enim prætereuntes non tantum in
hoc lapſi ſunt vt ignorarent bona, ſed & inſipientiæ
ſuæ reliquerunt hominibus memoriam, vt in his,
quæ peccauerunt, nec latere potuiſſent.
9 Sapientia autem hos, qui ſe obſeruant, à dolori-
bus liberauit.

Vulgat. Editio.

* Gen. 28.5.12 10 *Hæc profugum iræ fratris iustum deduxit per
vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi
scientiam sanctorum: honestauit illum in laboribus & compleuit labores illius.
11 In fraude circumuenientium illum affuit illi, &
honestum fecit illum.
12 Custodiuit illum ab inimicis, & à seductoribus
tutauit illum, & certamen forte dedit illi vt vinceret, & sciret quoniã omnium potentior est sapientia.
*Ge.37 28. 13 *Hæc venditum iustum non dereliquit, sed à
peccatoribus liberauit eum: descenditque cum illo
in foueam,
*Act. 7 7. Gen. 41 40. 14 *Et in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrũ regni, & potentiam aduersus eos,
qui eum deprimebant: & mendaces ostẽdit, qui maculauerunt illum, & dedit illi claritatem æternam.
Exo.1. 11. 15 *Hęc populum iustum & semen sine querela liberauit à nationibus, quæ illum deprimebant.
16 Intrauit in animam serui Dei, & stetit contra reges horrendos in portentis & signis.
17 Et reddidit iustis mercedem laborum suorum:
& deduxit illos in via mirabili: & fuit illis in velamento diei, & in luce stellarum per noctem:
Ex.14. 22. 18 *Transtulit illos per Mare rubrum, & transuexit
Psal. 77 14. illos per aquam nimiam.
19 Inimicos autem illorum demersit in Mare, & ab
altitudine inferorum eduxit illos. *Ideo iusti tulerunt spolia impiorum,
Ex.12. 35. Exo.15. 1. 20 *Et decantauerunt Domine nomen sanctum
tuum, & victricẽ manũ tuam laudauerunt pariter:
21 Quoniam sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas.

CAP. XI.

Exo. 16 1. DIrexit opera eorum in manibus prophetę sancti.
2 Iter fecerunt per deserta, quæ non habitabantur: & in locis desertis fixerunt casas.
Ex.17. 12. 3 *Steterunt contra hostes, & de inimicis se vindicauerunt.
Nu. 20. 11. 4 *Sitierunt, & inuocauerũt te, & data est illis aqua
de petra altissima, & requies sitis de lapide duro.
5 Per quæ enim pœnas passi sunt inimici illorum, à
defectione potus sui, & in eis, cum abundarent filij
Israel, lætati sunt:
6 Per hæc, cum illis deessent bene cum illis actũ est.
7 Nam pro fonte quidem sempiterni fluminis, humanum sanguinem dedisti iniustis.
8 Qui cum minuerentur in traductione infantium
occisorum dedisti illis abundantẽ aquam insperate,
9 Ostendens per sitim, quæ tunc fuit, quemadmodum tuos exaltares, & aduersarios illorum necares.
10 Cum enim tentati sunt, & quidem cum misericordia disciplinã accipientes, scierunt quemadmodum cum ira iudicati impij tormenta paterentur.
11 Hos quidem tamquam pater monens probasti:
illos autem tamquam durus rex interrogans condemnasti.
12 Absentes enim & præsentes similiter torquebantur.
13 Duplex enim illos acceperat tædium, & gemitus
cum memoria præteritorum.
14 Cum enim audirent per sua tormenta bene secum agi, commemorati sunt Dominum, admirantes in finem exitus.
15 Quem enim in expositione praua proiectum deriserunt, in finem euentus mirati sunt: non similiter
iustis sitientes.
16 Pro cogitationibus autem insensatis iniquitatis
Inf.12. 24. illorum, *quod quidam errantes colebant mutos
serpentes, & bestias superuacuas, immisisti illis multitudinem mutorum animalium in vindictam:

Vulgat. Editio.

17 Vt scirent quia per quæ peccat quis, per hæc &
torquetur.
18 *Non enim impossibilis erat omnipotens manus Leui.
tua, quæ creauit orbẽ terrarũ ex materia inuisa, im- 26.22.
mittere illis multitudinẽ vrsorũ, aut audaces leones, Inf.16. 1.
19 Aut noui generis ira plenas ignotas bestias, aut Ier.8.
vaporem ignium spirantes aut fumi odorem profe- 17.
rentes, aut horrẽdas ab oculis scintillas emittentes:
20 Quarum non solum læsura poterat illos exterminare, sed & aspectus per timorem occidere.
21 Sed & sine his vno spiritu poterant occidi persecutionem passi ab ipsis factis suis, & dispersi per
spiritum virtutis tuæ: sed omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti.
22 Multum enim valere, tibi soli supererat semper:
& virtuti brachij tui quis resistet?
23 Quoniam tamquam momentum stateræ, sic est
ante te orbis terrarum, & tamquam gutta roris antelucani, quæ descendit in terram.
24 Sed misereris omnium, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam.
25 Diligis enim omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti: nec enim odiens aliquid constituisti, aut fecisti.
26 Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi
tu voluisses? aut quod à te vocatum non esset, conseruaretur?
27 Parcis autem omnibus: quoniam tua sunt Domine, qui amas animas.

CAP. XII.

O Quam bonus, & suauis est Domine spiritus
tuus in omnibus!
2 Ideoque eos, qui exerrant, partibus corripis: & de
quibus peccant, admones & alloqueris: vt relicta
malitia, credant in te Domine.
3 Illos enim antiquos inhabitatores terræ sanctæ Deut.9
tuæ, quos exhorruisti, 5.12.29
4 Quoniam odibilia opera tibi faciebant per medi- 18.12.
camina, & sacrificia iniusta,
5 Et filiorum suorum necatores sine misericordia,
& comestores viscerum hominum, & deuoratores
sanguinis à medio sacramento tuo,
6 Et auctores parentes animarum inauxiliatarum
perdere voluisti per manus parentum nostrorum,
7 Vt dignam perciperent peregrinationem puerorum Dei, quæ tibi omnium charior est terra.
8 Sed & his tamquam hominibus pepercisti, & misisti antecessores exercitus tui vespas, vt illos paulatim exterminarent.
9 Non quia impotens eras in bello subijcere impios
iustis, aut bestijs sęuis, aut verbo duro simul exterminare.
10 *Sed partibus iudicans dabas locum pœniten- Ex.23.
tiæ, non ignorans, quoniam nequam est natio eo- 30.
rum, & naturalis malitia ipsorum, & quoniam non Deu.7. 22.
poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum.
11 Semen enim erat maledictum ab initio: nec timens aliquem, veniam dabas peccatis illorum.
12 Quis enim dicet tibi: Quid fecisti? aut quis stabit
contra iudicium tuum? aut quis in conspectu tuo
veniet vindex iniquorum hominum? aut quis tibi
imputabit, si perierint nationes, quas tu fecisti?
13 Non enim est alius Deus quam tu, cui cura est de 1. Pet.5
omnibus, vt ostendas quoniam non iniuste iudicas 7.
iudicium.
14 Neque rex, neque tyrannus in conspectu tuo
inquirent de his quos perdidisti.
15 Cum ergo sis iustus, iuste omnia disponis: ipsum
quoque, qui non debet puniri, condemnare, exterum æstimas à tua virtute.

Vulgat. Editio.

16 Virtus enim tua, iustitiæ initium est: & ob hoc
quod omniũ Dominus es, omnibus te parcere facis.
17 Virtutem enim ostendis tu, qui non crederis
esse in virtute consummatus, & horum, qui te ne-
sciunt, audaciam traducis.
18 Tu autem dominator virtutis, cum tranquilli-
tate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos:
subest enim tibi, cum volueris, posse.
19 Docuisti autem populum tuum per talia opera,
quoniam oportet iustum esse & humanum, & bonæ
spei fecisti filios tuos: quoniam iudicans das locum
in peccatis pœnitentiæ.
20 Si enim inimicos seruorum tuorum, & debitos
morti, cum tanta cruciasti attentione dans tempus
& locum, per quæ possent mutari à malitia;
21 Cum quanta diligentia iudicasti filios tuos, quo-
rum parentibus iuramenta & conuentiones dedisti
bonarum promissionum?
22 Cum ergo das nobis disciplinam, inimicos no-
stros multipliciter flagellas, vt bonitatem tuam co-
gitemus iudicantes: & cum de nobis iudicatur, spe-
remus misericordiam tuam.
23 Vnde & illis, qui in vita sua insensate & iniuste
vixerunt, per hæc, quæ coluerunt, dedisti summa
tormenta.
Sup. 11. 24. 24 *Etenim in erroris via diutius errauerunt, deos
Rom. 1. 23. æstimantes hæc, quæ in animalibus sunt superua-
cua, infantium insensatorum more viuentes.
25 Propter hoc tamquam pueris insensatis iudi-
cium in derisum dedisti.
26 Qui autem ludibrijs & increpationibus non sunt
correcti, dignum Dei iudicium experti sunt.
27 In quibus enim patientes indignabantur, per
hęc quos putabant deos, in ipsis cum exterminaren-
tur videntes, illum, quem olim negabant se nosse, ve-
rum Deum agnouerunt: propter quod & finis con-
demnationis eorum venit super illos.

CAP. XIII.

Rom. 1. 18. VAni autem sunt omnes homines, in quibus non
subest scientia Dei: & de his, quæ videntur bo-
na, non potuerunt intelligere eum, qui est, neque
operibus attendentes agnouerunt quis esset artifex:
Deut. 4. 15. 17. 3 2 *Sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aerem,
aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut solem
& lunam, rectores orbis terrarum deos putauerunt.
3 Quorum si specie delectati, deos putauerunt: sciant
quanto his dominator eorum speciosior est. speciei
enim generator hæc omnia constituit.
4 Aut si virtutem, & opera eorum mirati sunt, in-
telligant ab illis, quoniam qui hæc fecit, fortior est
illis:
5 A magnitudine enim speciei, & creaturę cognosci-
biliter poterit creator horum videri.
6 Sed tamen adhuc in his minor est querela. Et hi
enim fortasse errant, Deum quærentes, volentes in-
uenire.
Rom. 1. 21. 7 *Etenim cum in operibus illius conuersentur,
inquirunt: & persuasum habent quoniam bona sunt
quæ videntur.
8 Iterum autem nec his debet ignosci.
9 Si enim tantum potuerunt scire, vt possent æsti-
mare sæculum: quomodo huius Dominum non fa-
cilius inuenerunt?
10 Infelices autem sunt, & inter mortuos spes illo-
rum est, qui appellauerunt deos opera manuum ho-
minum, aurum & argentum, artis inuentionem, &
similitudines animalium, aut lapidem inutilem
Isa. 44. 9. opus manus antiquæ.
Iere. 10. 3. 11 *Aut si quis artifex faber de silua lignum rectum
secuerit, & huius docte eradat omnem corticem, &
arte sua vsus, diligenter fabricet vas vtile in con-
uersationem vitæ,
12 Reliquijs autem eius operis, ad præparationem
escæ abutatur:
13 Et reliquum horum, quod ad nullos vsus facit,
lignum curuum, & vorticibus plenum, sculpat dili-
genter per vacuitatem suam, & per scientiam suæ
artis figuret illud, & assimilet illud imagini ho-
minis.
14 Aut alicui ex animalibus illud comparet, perli-
niens rubrica, & rubicundum faciens fuco colorem
illius, & omnẽ maculam, quæ in illo est, perliniens:
15 Et faciat ei dignam habitationem, & in pariete
ponens illud, & confirmans ferro.
16 Ne forte cadat prospiciens illi, sciens quoniam
non potest adiuuare se: imago enim est, & opus est
illi adiutorium.
17 Et de substantia sua, & de filijs suis, & de nuptijs
votum faciens inquirit. Non erubescit loqui cum
illo, qui sine anima est:
18 Et pro sanitate quidem infirmum deprecatur, &
pro vita rogat mortuum, & in adiutorium inuti-
lem inuocat:
19 Et pro itinere petit ab eo, qui ambulare non po
test: & de acquirendo, & de operando, & de omnium
rerũ euentu petit ab eo, qui in omnibus est inutilis.

CAP. XIV.

ITerum alius nauigare cogitans, & per feros flu-
ctus iter facere incipiens, ligno portante se, fragi-
lius lignum inuocat.
2 Illud enim cupiditas acquirendi excogitauit, &
artifex sapientia fabricauit sua.
3 Tua autẽ, Pater, prouidentia gubernat: * quoniam Exo. 14.
dedisti & in mari viam, & inter fluctus semitam fir- 22.
missimam,
4 Et ostendens quoniam potens es ex omnibus sal-
uare, etiam si sine arte aliquis adeat mare.
5 Sed vt non essent vacua sapientiæ tuæ opera: pro-
pter hoc etiam & exiguo ligno credunt homines
animas suas, & transeuntes mare per ratem liberati
sunt:
6 *Sed ab initio cum perirent superbi gigantes, spes Gen. 6.
orbis terrarum ad ratem confugiens, remisit sæcu 4. 7. 7.
lo semen natiuitatis, quæ manu tua erat gubernata.
7 Benedictum est enim lignum, per quod fit iustitia.
8 *Per manus autem quod fit idolum, maledictum Psalm.
est & ipsum, & qui fecit illud: quia ille quidem ope- 113.
ratus est: illud autem cum esset fragile, Deus cogno- Baruch 6. 3.
minatus est.
9 Similiter autem odio sunt Deo impius, & impie-
tas eius.
10 Etenim quod factum est, cum illo, qui fecit, tor-
menta patietur.
11 Propter hoc & in idolis nationum non erit re-
spectus: quoniam creaturæ Dei in odium factæ sunt,
& in tentationem animabus hominum, & in musci-
pulam pedibus insipientium.
12 Initium enim fornicationis est exquisitio ido-
lorum: & adinuentio illorum corruptio vitæ est.
13 Neq; enim erãt ab initio, neq; erunt in perpetuũ.
14 Superuacuitas enim hominum hæc aduenit in
orbẽ terrarũ: & ideo breuis illorũ finis est inuentus.
15 Acerbo enim luctu dolens pater, cito sibi rapti fi-
lij fecit imaginem: & illum, qui tunc quasi homo
mortuus fuerat, nunc tãquam Deum colere cœpit,
& constituit inter seruos suos sacra & sacrificia.
16 Deinde interueniente tempore, conualescente
iniqua consuetudine, hic error tamquam lex custo-
ditus est, & tyrannorũ imperio colebantur figmẽta.
17 Et hos, quos in palã homines honorare non po-

Vulgat. Editio.

terant propter hoc quod longe essent, è longinquo
figura eorum allata, euidenté imaginem regis, quem
honorare volebant, fecerunt: vt illum, qui aberat,
tamquam præsentem colerent sua solicitudine.
18 Prouexit autem ad horum culturam & hos, qui
ignorabant, artificis eximia diligentia.
19 Ille enim volens placere illi, qui se assumpsit, ela-
borauit arte sua, vt similitudiné in melius figuraret.
20 Multitudo autem hominũ abducta per speciem
operis, eum, qui ante tempus tamquam homo hono-
ratus fuerat, nunc Deum æstimauerunt.
21 Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio: quoniam aut
affectui, aut regibus deseruientes homines, incom-
municabile nomé lapidibus & lignis imposuerunt.
22 Et non suffecerat errasse eos circa Dei scientiam,
sed & in magno viuentes inscientiæ bello, tot &
tam magna mala pacem appellant.
*Deut. 18.10. Ierem. 7.6. 23 *Aut enim filios suos sacrificantes, aut obscura
sacrificia facientes, aut insaniæ plenas vigilias ha-
bentes.
24 Neque vitam, neque nuptias mundas iam custo-
diunt, sed alius alium per inuidiam occidit, aut
adulterans contristat:
25 Et omnia commista sunt, sanguis homicidium,
furtum & fictio, corruptio & infidelitas, turbatio &
periurium, tumultus bonorum,
26 Dei immemoratio, animarum inquinatio, nati-
uitatis immutatio, nuptiarum inconstantia, inordi-
natio mœchiæ & impudicitiæ.
27 Infandorum enim idolorum cultura, omnis
mali causa est, & initium & finis.
28 Aut enim dum lætantur, insaniunt: aut certe va
ticinantur falsa, aut viuunt iniuste, aut peierãt cito.
29 Dum enim confidunt in idolis, quæ sine anima
sunt, male iurantes noceri se non sperant.
30 Vtraque ergo illis euenient digne, quoniã male
senserunt de Deo, attendentes idolis, & iurauerunt
iniuste, in dolo contemnentes iustitiam.
31 Non enim iuratorum virtus, sed peccantium
pœna perambulat semper iniustorum præuarica-
tionem.

CAP. XV.

TV autem Deus noster, suauis & verus es, patiens,
& in misericordia disponens omnia.
2 Etenim si peccauerimus, tui sumus, scientes ma-
gnitudinem tuam: & si non peccauerimus, scimus
quoniam apud te sumus computati.
3 Nosse enim te, consummata iustitia est: & scire
iustitiam & virtuté tuam, radix est immortalitatis.
4 Non enim in errorem induxit nos hominũ malæ
artis excogitatio, nec vmbra picturæ labor sine fru-
ctu, effigies sculpta per varios colores.
5 Cuius aspectus insensato dat concupiscentiam, &
diligit mortuæ imaginis effigiem sine anima.
6 Malorum amatores, digni sunt qui spem habeant
in talibus, & qui faciunt illos, & qui diligunt, & qui
colunt.
Ro.9.21. 7 Sed & figulus mollem terram premens laboriose
fingit ad vsus nostros vnumquodque vas, & de eo
dem luto fingit quæ munda sunt in vsum vasa, &
similiter quæ his sunt contraria: horum autem va-
sorum quis sit vsus, iudex est figulus.
8 Et cum labore vano Deum fingit de eodem luto:
ille qui paulo ante de terra factus fuerat, & post pu-
sillum reducit se vnde acceptus est, repetitus animæ
debitum quam habebat.
9 Sed cura est illi, non quia laboraturus est, nec quo-
niam breuis illi vita est, sed concertatur aurificibus
& argentarijs: sed & ærarios imitatur, & gloriam
præfert, quoniam res superuacuas fingit.

Vulgat. Editio.

10 Cinis est enim cor eius, & terra superuacua spes
illius, & luto vilior vita eius:
11 Quoniam ignorauit qui se finxit, & qui inspira-
uit illi animam, quæ operatur, & qui insufflauit ei
spiritum vitalem.
12 Sed & æstimauerunt lusum esse vitam nostram,
& conuersationem vitæ compositam ad lucrum, &
oportere vndecumque etiam ex malo acquirere.
13 Hic enim scit se super omnes delinquere, qui ex
terræ materia fragilia vasa, & sculptilia fingit.
14 Omnes enim insipientes, & infelices supra mo-
dum animæ superbi, sunt inimici populi tui, & im-
perantes illi:
15 Quoniam omnia idola nationum Deos æstima *Psal. 113.
uerunt, *quibus neque oculorum vsus est ad vi- 4. &
dendum, neque nares ad percipiendum spiritum, 134.15.
neque aures ad audiendum, neque digiti manuum
ad tractandum, sed & pedes eorum pigri ad ambu-
landum.
16 Homo enim fecit illos: & qui spiritum mutua-
tus est, is finxit illos. Nemo enim sibi similem homo
poterit Deum fingere.
17 Cum enim sit mortalis, mortuum fingit mani-
bus iniquis. Melior enim est ipse his, quos colit, quia
ipse quidem vixit, cum esset mortalis, illi autem
numquam.
18 Sed & animalia miserrima colunt: insensata
enim comparata his, illis sunt deteriora.
19 Sed nec aspectu aliquis ex his animalibus bona
potest conspicere. Effugerunt autem Dei laudem, &
benedictionem eius.

CAP. XVI.

PRopter hæc, & per his similia passi sunt digne
tormenta, & per multitudinem bestiarum ex-
terminati sunt.
2 Pro quibus tormentis bene disposuisti populum
tuum, *quibus dedisti concupiscentiam delecta- *Nu. 11.
menti sui nouum saporem, escam parans eis orty- 31.
gometram:
3 Vt illi quidem concupiscentes escam propter ea,
quæ illis ostensa & missa sunt, etiam à necessaria
concupiscentia auerterentur. Hi autem in breui
inopes facti, nouam gustauerunt escam.
4 Oportebat enim illis sine excusatione quidem su-
peruenire interitum exercentibus tyrannidem: his
autem tantum ostendere quemadmodum inimici
eorum exterminabantur.
5 *Etenim cum illis superuenit sæua bestiarum ira, Nu. 21.
morsibus peruersorũ colubrorũ exterminabantur. 6.
6 Sed non in perpetuum ira tua permansit, sed ad
correptionem in breui turbati sunt, signum haben-
tes salutis ad commemorationé mandati legis tuæ.
7 Qui enim conuersus est, non per hoc, quod vide-
bat, sanabatur, sed per te omnium saluatorem:
8 In hoc autem ostendisti inimicis nostris, quia tu
es, qui liberas ab omni malo.
9 *Illos enim locustarum, & muscarum occiderunt *Exo.
morsus, & non est inuenta sanitas animæ illorum: 10. 4. &
quia digni erant ab huiusmodi exterminari. 8.24.
10 Filios autem tuos, nec draconum venenatorum Apoc. 9.7.
vicerunt dentes: misericordia enim tua adueniens
sanabat illos.
11 In memoria enim sermonum tuorum examina-
bantur, & velociter saluabantur, ne in altam inci-
dentes obliuionem, non possent tuo vti adiutorio.
12 Etenim neque herba, neque malagma sanauit
eos, sed tuus, Domine, sermo, qui sanat omnia. Deut.
13 *Tu es enim, Domine, qui vitæ & mortis habes 32.39.
potestatem, & deducis ad portas mortis, & reducis: 1. Reg. 2. 6.
14 Homo autem occidit quidem per malitiam, & Tob. 13. 2.
cum

Vulgat. Editio.

cum exierit spiritus, non revertetur, nec revocabit animam quæ recepta est:

15 Sed tuam manum effugere impossibile est.

[Ex. 9. 23.] 16 *Negantes enim te nosse impii, per fortitudinem brachii tui flagellati sunt novis aquis, & grandinibus, & pluviis persecutionem passi, & per ignem consumpti.

17 Quod enim mirabile erat, in aqua, quæ omnia extinguit, plus ignis valebat: vindex est enim orbis iustorum.

18 Quodam enim tempore, mansuetabatur ignis, ne comburerentur quæ ad impios missa erant animalia: sed ut ipsi videntes scirent, quoniam Dei iudicio patiuntur persecutionem.

19 Et quodam tempore in aqua supra virtutem ignis exardescebat undique, ut iniquæ terræ nationem exterminaret.

[Ex. 16. 14. Num. 11. 7. Psal. 77. 25. Ioan. 6. 31.] 20 *Pro quibus Angelorum esca nutrivisti populum tuum, & paratum panem de cælo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suavitatem.

21 Substantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat: & deserviens uniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat, convertebatur.

[Exo. 9. 13.] 22 *Nix autem & glacies sustinebant vim ignis, & non tabescebant: ut scirent quoniam fructus inimicorum exterminabat ignis ardens in grandine & pluvia coruscans.

23 Hic autem iterum ut nutrirentur iusti, etiam suæ virtutis oblitus est.

24 Creatura enim tibi factori deserviens, exardescit in tormentum adversus iniustos: & lenior fit ad benefaciendum pro his, qui in te confidunt.

25 Propter hoc & tunc in omnia transfigurata, omnium nutrici gratiæ tuæ deserviebat, ad voluntatem eorum, qui à te desiderabant:

[Deu. 8. 3. Matth. 4. 4.] 26 Ut scirent filii tui quos dilexisti Domine, *quoniam non nativitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus hos, qui in te crediderint, conservat.

27 Quod enim ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo radio solis calefactum tabescebat:

28 Ut notum omnibus esset quoniam oportet prævenire solem ad benedictionem tuam, & ad ortum lucis te adorare.

29 Ingrati enim spes tamquam hybernalis glacies tabescet, & disperiet tamquam aqua supervacua.

CAP. XVII.

Magna sunt enim iudicia tua Domine, & inenarrabilia verba tua: propter hoc indisciplinatæ animæ erraverunt.

[Ex. 10. 22.] 2 *Dum enim persuasum habent iniqui posse dominari nationi sanctæ: vinculis tenebrarum & longæ noctis compediti, inclusi sub tectis, fugitivi perpetuæ providentiæ iacuerunt.

3 Et dum putant se latere in obscuris peccatis, tenebroso oblivionis velamento dispersi sunt, paventes horrende, & cum admiratione nimia perturbati.

4 Neque enim quæ continebat illos spelunca, sine timore custodiebat: quoniam sonitus descendens perturbabat illos: & personæ tristes illis apparentes pavorem illis præstabant.

5 Et ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere: nec siderum limpidæ flammæ illuminare poterant illam noctem horrendam.

[Exo. 7. 22. & 8. 7.] 6 *Apparebat autem illis subitaneus ignis, timore plenus: & timore percussi illius, quæ non videbatur, faciei, æstimabant deteriora esse quæ videbantur:

7 Et magicæ artis appositi erant derisus, & sapientiæ gloriæ correptio cum contumelia.

8 Illi enim qui promittebant timores & perturbationes expellere se ab anima languente, hi cum derisu pleni timore languebant.

9 Nam etsi nihil illos ex monstris perturbabat: transitu animalium & serpentium sibilatione commoti, tremebundi peribant: & aerem, quem nulla ratione quis effugere posset, negantes se videre.

10 Cum sit enim timida nequitia, dat testimonium condemnationis: semper enim præsumit sæva, perturbata conscientia.

11 Nihil enim est timor nisi proditio cogitationis auxiliorum.

12 Et dum ab intus minor est expectatio, maiorem computat inscientiam eius causæ, de qua tormentum præstat.

13 Illi autem qui impotentem vere noctem, & ab infimis & ab altissimis inferis supervenientem, eundem somnum dormientes,

14 Aliquando monstrorum exagitabantur timore, aliquando animæ deficiebant traductione: subitaneus enim illis & insperatus timor supervenerat.

15 Deinde si quisquam ex illis decidisset, custodiebatur in carcere sine ferro reclusus.

16 Si enim rusticus quis erat, aut pastor, aut agri laborum operarius præoccupatus esset, ineffugibilem sustinebat necessitatem.

17 Una enim catena tenebrarum omnes erant colligati. Sive spiritus sibilans, aut inter spissos arborum ramos avium sonus suavis, aut vis aquæ decurrentis nimium,

18 Aut sonus validus præcipitatarum petrarum, aut ludentium animalium cursus invisus, aut mugientium valida bestiarum vox, aut resonans de altissimis montibus echo: deficientes faciebant illos præ timore.

19 Omnis enim orbis terrarum limpido illuminabatur lumine, & non impeditis operibus continebatur.

20 Solis autem illis superposita erat gravis nox, imago tenebrarum, quæ superventura illis erat. Ipsi ergo sibi erant graviores tenebris.

CAP. XVIII.

Sanctis autem tuis maxima erat lux, & horum quidem vocem audiebant, sed figuram non videbant. Et quia non & ipsi eadem passi erant, magnificabant te: [Exo. 10. 23.]

2 Et qui ante læsi erant, quia non lædebantur, gratias agebant: & ut esset differentia, donum petebant.

3 Propter quod ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignotæ viæ, & solem sine læsura boni hospitii præstitisti. [Ex. 14. 24. Psal. 77. 14. & 104. 39.]

4 Digni quidem illi carere luce, & pati carcerem tenebrarum, qui inclusos custodiebant filios tuos, per quos incipiebat incorruptum legis lumen sæculo dari.

5 Cum cogitarent iustorum occidere infantes: & uno exposito filio, & liberato, in traductionem illorum, multitudinem filiorum abstulisti, & *pariter illos perdidisti in aqua valida. [Exo. 1. 16. & 22.]

6 Illa enim nox ante cognita est à patribus nostris, ut vere scientes quibus iuramentis crediderunt, animæquiores essent. [Ex. 14. 27.]

7 Suscepta est autem à populo tuo sanitas quidem iustorum, iniustorum autem exterminatio.

8 Sicut enim læsisti adversarios: sic & nos provocans magnificasti.

9 Absconse enim sacrificabant iusti pueri bonorum, & iustitiæ legem in concordia disposuerunt: similiter & bona & mala recepturos iustos, patrum iam decantantes laudes.

10 Resonabat autem inconveniens inimicorum

Vulgat. Editio.

vox, & flebilis audiebatur planctus ploratorum infantium.

Exo. 12. 29. 11 Simili autem pœna seruus cum Domino afflictus est, & popularis homo regi similia passus.

12 Similiter ergo omnes vno nomine mortis mortuos habebant innumerabiles. Nec enim ad sepeliendum viui sufficiebant: quoniam vno momento quæ erat præclarior natio illorum, exterminata est.

13 De omnibus enim non credentes propter veneficia, tunc vero primum cum fuit exterminium primogenitorum, spoponderunt populum Dei esse.

14 Cum enim quietum silentium contineret omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet,

15 Omnipotens sermo tuus de cælo à regalibus sedibus, durus debellator in mediam exterminij terram prosiliuit.

16 Gladius acutus insimulatum imperium tuum portans & stans repleuit omnia morte, & vsque ad cælum attingebat stans in terra.

17 Tunc continuo visus somniorum malorum turbauerunt illos, & timores superuenerunt insperati.

18 Et alius alibi proiectus semiuiuus, propter quam moriebatur, caussam demonstrabat mortis.

19 Visiones enim, quæ illos turbauerunt, hæc præmonebant, ne inscij, quare mala patiebantur, perirent.

20 Tetigit autem tunc & iustos tentatio mortis, & commotio in eremo facta est multitudinis: sed non diu permansit ira tua.

Num. 16. 21 Properans enim homo sine querela deprecari pro populis, proferens seruitutis suæ scutum, orationem & per incensum deprecationem allegans, restitit iræ, & finem imposuit necessitati, ostendens quoniam tuus est famulus.

22 Vicit autem turbas, non in virtute corporis nec armaturæ potentia, sed verbo illum, qui se vexabat, subiecit, iuramenta parentum, & testamentum commemorans.

23 Cum enim iam aceruatim cecidissent super alterutrum mortui, interstitit, & amputauit impetum, & diuisit illam, quæ ad viuos ducebat viam.

Exo. 28. 6. 24 In veste enim poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum: & parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta, & magnificentia tua in diademate capitis illius sculpta erat.

25 His autem cessit qui exterminabat, & hæc extimuit: erat enim sola tentatio iræ sufficiens.

CAP. XIX.

Impijs autem vsque in nouissimum sine misericordia ira superuenit. Præsciebat enim & futura illorum:

2 Quoniam cum ipsi permisissent vt se educerent, & cum magna solicitudine præmisissent illos, consequebantur illos pœnitentia acti.

Exo. 14. 5. 3 Adhuc enim inter manus habentes luctum, & deplorantes ad monumenta mortuorum, aliam sibi assumpserunt cogitationem inscientiæ: & quos rogantes proiecerant, hos tanquam fugitiuos persequebantur.

4 Ducebat enim illos ad hunc finem digna necessitas: & horum, quæ acciderant, commemorationem amittebant, vt quæ deerant tormentis, repleret punitio:

5 Et populus quidem tuus mirabiliter transiret, illi autem nouam mortem inuenirent.

6 Omnis enim creatura ad suum genus ab initio refigurabatur, deseruiens tuis præceptis, vt pueri tui custodirentur illæsi.

7 Nam nubes castra eorum obumbrabat, & ex aqua, quæ ante erat, terra arida apparuit, & in mari rubro via sine impedimento, & campus germinans de profundo nimio:

8 Per quem omnis natio transiuit, quæ tegebatur tua manu, videntes tua mirabilia & monstra.

9 Tanquam enim equi depauerunt escam, & tanquam agni exultauerunt, magnificantes te Domine, qui liberasti illos.

10 Memores enim erant adhuc eorum, quæ in incolatu illorum facta fuerant, quemadmodum pro natione animalium eduxit terra muscas, & pro piscibus eructauit fluuius multitudinem ranarum.

11 Nouissime autem viderunt nouam creaturam auium, cum adducti concupiscentia postulauerunt escas epulationis.

12 In allocutione enim desiderij ascendit illis de mari ortygometra: & vexationes peccatoribus superuenerunt, non sine illis quæ ante facta erant, argumentis per vim fulminum: iuste enim patiebantur secundum suas nequitias.

13 Etenim detestabiliorem inhospitalitatem instituerunt: alij quidem ignotos non recipiebant aduenas, alij autem bonos hospites in seruitutem redigebant.

14 Et non solum hæc, sed & alius quidam respectus illorum erat: quoniam inuiti recipiebant extraneos.

15 Qui autem cum lætitia receperunt hos, qui eisdem vsi erant iustitijs, sæuissimis afflixerunt doloribus.

16 Percussi sunt autem cæcitate: sicut illi in foribus iusti, cum subitaneis cooperti essent tenebris, vnusquisque transitum ostij sui quærebat.

17 In se enim elementa dum conuertuntur, sicut in organo qualitatis sonus immutatur, & omnia suum sonum custodiunt: vnde æstimari ex ipso visu certo potest.

18 Agrestia enim in aquatica conuertebantur: & quæcumque erant natantia, in terram transibant.

19 Ignis in aqua valebat supra suam virtutem, & aqua extinguentis naturæ obliuiscebatur.

20 Flammæ è contrario, corruptibilium animalium non vexauerunt carnes coambulantium, nec dissoluebant illam, quæ facile dissoluebatur sicut glacies, bonam escam. In omnibus enim magnificasti populum tuum Domine, & honorasti, & non despexisti, in omni tempore, & in omni loco assistens eis.

FINIS LIBRI SAPIENTIÆ.

IN ECCLESIASTICVM IESV FILII SIRACH

[illegible]

M[illegible]

Vulgat. Editio.

20 Qui timent Dominum, præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas.
21 Qui timent Dominũ custodiunt mandata illius, & patientiam habebunt vsque ad inspectionem illius.
22 Dicentes: Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, & non in manus hominum.
23 Secundum enim magnitudinem ipsius, sic & misericordia illius cum ipso est.

CAP. III.

Filij sapientiæ, ecclesia iustorum: & natio illorum, obedientia & dilectio.
2 Iudicium patris audite filij, & sic facite vt salui sitis.
3 Deus enim honorauit patrem in filiis: & iudicium matris exquirens, firmauit in filios.
4 Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, & continebit se ab illis, & in oratione dierum exaudietur.
5 Et sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suam.
6 Qui honorat patrem suum, iucundabitur in filiis, & in die orationis suæ exaudietur.
7 Qui honorat patrem suum, vita viuet longiore: & qui obedit patri, refrigerabit matrem.
8 Qui timet Dominum honorat parentes, & quasi Dominus seruiet his, qui se genuerunt.
Exo.20.12. Deu.5.16. Matt.15.4. Mar.7.10. Eph.6.2. Gen.27.27.& 49.3. 9 *In opere & sermone, & omni patientia honora patrem tuum,
10 Vt superueniat tibi benedictio ab eo, & benedictio illius in nouissimo maneat.
11 Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta.
12 Ne glorieris in contumelia patris tui: non enim est tibi gloria, eius confusio.
13 Gloria enim hominis ex honore patris sui, & dedecus filij pater sine honore.
14 Fili suscipe senectam patris tui, & non contristes eum in vita illius.
15 Et si defecerit sensu, veniam da, & ne spernas eum in virtute tua: eleemosyna enim patris non erit in obliuione.
16 Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum.
17 Et in iustitia ædificabitur tibi, & in die tribulationis commemorabitur tui: & sicut in sereno glacies soluentur peccata tua.
18 Quàm malæ famæ est, qui derelinquit patrem: & est maledictus à Deo, qui exasperat matrem.
19 Fili in mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriam diligeris.
Phil.2.3. 20 Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam: *
21 Quoniam magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur.
Pro.25.27. 22 Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus.
23 Non est enim tibi necessarium ea, quæ abscondita sunt, videre oculis tuis.
24 In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius non eris curiosus.
25 Plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi.
26 Multos quoque supplantauit suspicio illorum, & in vanitate detinuit sensus illorum.
27 Cor durum habebit male in nouissimo: & qui amat periculum, in illo peribit.
28 Cor ingrediens duas vias, non habebit successus, & prauus corde in illis scandalizabitur.

Vulgat. Editio.

29 Cor nequam grauabitur in doloribus, & peccator adiiciet ad peccandum.
30 Synagogæ superborum non erit sanitas: frutex enim peccati radicabitur in illis, & non intelligetur.
31 Cor sapientis intelligitur in sapientia, & auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam.
32 Sapiens cor, & intelligibile abstinebit se à peccatis, & in operibus iustitiæ successus habebit.
33 Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis: Dan.4.24.
34 Et Deus prospector est eius qui reddit gratiam: meminit eius in posterum, & in tempore casus sui inueniet firmamentum.

CAP. IV.

Fili eleemosynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne transuertas à paupere. Tob.4.7.
2 Animam esurientem ne despexeris: & non exasperes pauperem in inopia sua.
3 Cor inopis ne afflixeris, & non protrahas datum angustianti.
4 Rogationem contribulati ne abiicias: & non auertas faciem tuam ab egeno.
5 Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram: & non relinquas quærentibus tibi retro maledicere:
6 Maledicentis enim tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius: exaudiet autem eum, qui fecit illum.
7 Congregationi pauperum affabilem te facito, & presbytero humilia animam tuam, & magnato humilia caput tuum.
8 Declina pauperi sine tristitia aurem tuam & redde debitum tuum, & responde illi pacifica in mansuetudine.
9 Libera eum, qui iniuriam patitur de manu superbi: & non acidè feras in anima tua.
10 In iudicando esto pupillis misericors vt pater, & pro viro matri illorum.
11 Et eris tu velut filius Altissimi obediens, & miserebitur tui magis quàm mater.
12 Sapientia filijs suis vitam inspirat, & suscipit inquirentes se & præibit in via iustitiæ.
13 Et qui illam diligit, diligit vitam: & qui vigilauerint ad illam, complectentur placorem eius.
14 Qui tenuerint illam, vitam hęreditabunt: & quo introibit, benedicet Deus.
15 Qui seruiunt ei, obsequentes erunt sancto: & eos, qui diligunt illam, diligit Deus.
16 Qui audit illam, permanebit confidens.
17 Si crediderit ei hęreditabit illam & erunt in confirmatione creaturæ illius.
18 Quoniam in tentatione ambulat cum eo, & in primis eligit eum.
19 Timorem & metum, & probationem inducet super illum: & cruciabit illum in tribulatione doctrinæ suæ, donec tentet eum in cogitationibus suis, & credat animæ illius.
20 Et firmabit illum, & iter adducet directum ad illum, & lætificabit illum,
21 Et denudabit absconsa sua illi, & thesaurizabit super illum scientiam & intellectum iustitiæ.
22 Si autem oberrauerit derelinquet eum, & tradet eum in manus inimici sui.
23 Fili conserua tempus, & deuita à malo.
24 Pro anima tua ne confundaris dicere verum.
25 Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam.
26 Ne accipias faciem aduersus faciem tuam, nec aduersus animam tuam mendacium.
27 Ne reuerearis proximum tuum in casu suo.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

28 Nec retineas verbum in tempore salutis. Non abscondas sapientiam tuam in decore suo.
29 In lingua enim sapientia dignoscitur: & sensus, & scientia, & doctrina in verbo sensati, & firmamentum in operibus iustitiæ.
30 Non contradicas verbo veritatis vllo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere.
31 Non confundaris confiteri peccata tua, & ne subiicias te omni homini pro peccato.
32 Noli resistere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluuij.
33 Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos.
34 Noli citatus esse in lingua tua: & inutilis, & remissus in operibus tuis.
35 Noli esse sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos, & opprimens subiectos tibi.
36 Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta.

CAP. V.

NOli attendere ad possessiones iniquas, & ne dixeris: Est mihi sufficiens vita: nihil enim proderit in tempore vindictæ & obductionis.
2 Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui:
3 Et ne dixeris: Quomodo potui? aut quis me subiiciet propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit.
4 Ne dixeris: Peccaui, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor.
5 De propitiato peccato noli esse sine metu, neque adiicias peccatum super peccatum.
6 Et ne dicas: Miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur.
Pro.10.4. 7 Misericordia enim, & ira ab illo cito proximant, & in peccatores respicit ira illius.
8 Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem.
9 Subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te.
Prou.11.28. 10 Noli anxius esse in diuitiis iniustis: non enim proderunt tibi in die obductionis & vindictæ.
11 Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omnem viam; sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua.
12 Esto firmus in via Domini, & in veritate sensus tui & scientia, & prosequatur te verbum pacis & iustitiæ.
13 Esto mansuetus ad audiendum verbum, vt intelligas: & cum sapientia proferas responsum verũ.
14 Si est tibi intellectus, responde proximo: sin autem, sit manus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato, & confundaris.
15 Honor & gloria in sermone sensati, lingua vero imprudentis subuersio est ipsius.
16 Non appelleris susurro, & lingua tua ne capiaris, & confundaris.
17 Super furem enim est confusio & pœnitentia, & denotatio pessima super bilinguem: susurratori autem odium, & inimicitia, & contumelia.
18 Iustifica pusillum, & magnum similiter.

CAP. VI.

NOli fieri pro amico inimicus proximo: improperium enim & contumeliam malus hæreditabit, & omnis peccator inuidus & bilinguis.
Ro.12.16. Philip.2.3. 2 Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus: ne forte elidatur virtus tua per stultitiam,
3 Et folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquaris velut lignum aridum in eremo.

Vulgat. Editio.

4 Anima enim nequam disperdet qui se habet, & in gaudium inimicis dat illum, & deducet in sortem impiorum.
5 Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos, & lingua eucharis in bono homine abundat.
6 Multi pacifici sint tibi, & consiliarius sit tibi vnus de mille.
7 Si possides amicum, in tentatione posside eum, & ne facile credas ei.
8 Est enim amicus secundum tempus suum, & non permanebit in die tribulationis.
9 Et est amicus qui conuertitur ad inimicitiam: & est amicus qui odium & rixam, & conuitia denudabit.
10 Est autem amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis.
11 Amicus si permanserit fixus, erit tibi quasi coæqualis, & in domesticis tuis fiducialiter aget:
12 Si humiliauerit se contra te, & à facie tua absconderit se, vnanimem habebis amicitiam bonam.
13 Ab inimicis tuis separare, & ab amicis tuis attende.
14 Amicus fidelis, protectio fortis: qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum.
15 Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius.
16 Amicus fidelis, medicamentum vitæ & immortalitatis: & qui metuunt Dominum, inuenient illum.
17 Qui timet Deum, æque habebit amicitiam bonam: quoniam secundum illum erit amicus illius.
18 Fili à iuuentute tua excipe doctrinam, & vsque ad canos inuenies sapientiam.
19 Quasi is qui arat, & seminat, accede ad eam, & sustine bonos fructus illius.
20 In opere enim ipsius exiguum laborabis, & cito edes de generationibus illius.
21 Quam aspera est nimium sapientia indoctis hominibus, & non permanebit in illa excors,
22 Quasi lapidis virtus probatio erit in illis, & non demorabuntur proiicere illam.
23 Sapientia enim doctrinæ secundum nomen est eius, & non est multis manifesta: quibus autem cognita est, permanet vsque ad conspectum Dei.
24 Audi fili, & accipe consilium intellectus, & ne abiicias consilium meum.
25 Iniice pedem tuum in compedes illius, & in torques illius collum tuum:
26 Subiice humerum tuum, & porta illam, & ne acedieris vinculis eius.
27 In omni animo tuo accede ad illam, & in omni virtute tua conserua vias eius.
28 Inuestiga illam, & manifestabitur tibi, & continens factus ne derelinquas eam:
29 In nouissimis enim inuenies requiem in ea, & conuertetur tibi in oblectationem.
30 Et erunt tibi cõpedes eius in protectionem fortitudinis, & bases virtutis, & torques illius in stolam gloriæ:
31 Decor enim vitæ est illa, & vincula illius alligatura salutaris.
32 Stolam gloriæ indues eam, & coronam gratulationis superpones tibi.
33 Fili, si attenderis mihi, disces: & si accomodaueris animum tuum, sapiens eris.
34 Si inclinaueris aurem tuam, excipies doctrinam: & si dilexeris audire, sapiens eris.
35 In multitudine presbyterorum prudentium sta, & sapientiæ illorum ex corde coniungere, vt Infr.8.9.

omnem

Vulgat. Editio.

omnem narrationem Dei potius audire, & prouerbia laudis non effugiant à te.
36 Et si videris sensatum, euigila ad eum, & gradus ostiorum illius exterat pes tuus.
37 Cogitatum tuum habe in præceptis Dei, in mandatis illius maxime assiduus esto: & ipse dabit tibi cor, & concupiscentia sapientiæ dabitur tibi.

CAP. VII.

NOli facere mala, & non te apprehendent.
2 Discede ab iniquo, & deficient mala abs te.
3 Fili, non semines mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea in septuplum.
4 Noli quærere à Domino ducatum, neque à rege cathedram honoris.
5 Non te iustifices ante Deum, quoniam agnitor cordis ipse est: & penes regem noli velle videri sapiens.
6 Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in æquitate tua.
7 Non pecces in multitudinem ciuitatis, nec te immittas in populum,
8 Neque alliges duplicia peccata: nec enim in vno eris immunis.
9 Noli esse pusillanimis in animo tuo:
10 Exorare, & facere eleemosynam ne despicias.
11 Ne dicas: In multitudine munerum meorum respiciet Deus, & offerente me Deo altissimo, munera mea suscipiet.
12 Non irrideas hominem in amaritudine animæ: * est enim qui humiliat & exaltat, circumspector Deus.
13 Noli arare mendacium aduersus fratrem tuum: neque in amicum similiter facias.
14 Noli velle mentiri omne mendacium: assiduitas enim illius non est bona.
15 Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum, & non iteres verbum in oratione tua.
16 Non oderis laboriosa opera, & rusticationem creatam ab Altissimo.
17 Non te reputes in multitudine indisciplinatorũ.
18 Memento iræ, quoniam non tardabit.
19 Humilia valde spiritum tuum: quoniam vindicta carnis impij, ignis & vermis.
20 Noli præuaricari in amicum pecuniam differentem, neque fratrem charissimum auro spreueris.
21 Noli discedere à muliere sensata & bona, quam sortitus es in timore Domini: gratia enim verecundiæ illius super aurum.
22 Non lædas seruum in veritate operantem, neque mercenarium dantem animam suam.
23 Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua, non defraudes illum libertate, neque inopem derelinquas illum.
24 Pecora tibi sunt? attende illis: & si sunt vtilia, perseuerent apud te.
25 Filij tibi sunt? erudi illos, & curua illos à pueritia illorum.
26 Filiæ tibi sunt? serua corpus illarum, & non ostendas hilarem faciem tuam ad illas.
27 Trade filiam, & grande opus feceris, & homini sensato da illam.
28 Mulier si est tibi secundum animam tuam, non proiicias illam: & odibili non credas te. In toto corde tuo
29 Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris:
30 Memento, quoniam nisi per illos natus non fuisses: & retribue illis, quomodo & illi tibi.

Vulgat. Editio.

31 In tota anima tua time Dominum, & sacerdotes illius sanctifica.
32 In omni virtute tua dilige eum qui te fecit: & ministros eius ne derelinquas.
33 Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica sacerdotes, & propurga te cum brachiis. Deut. 12. 18.
34 Da illis partem, * sicut mandatum est tibi, primitiarum & purgationis: & de negligentia tua purga te cum paucis. Leu. 2. 3. Num. 18. 15.
35 Datum brachiorum tuorũ & sacrificium sanctificationis offeres Domino, & initia sanctorum:
36 Et pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur propitiatio, & benedictio tua.
37 Gratia dati in conspectu omnis viuentis, & mortuo non prohibeas gratiam.
38 Non desis plorantibus consolatione, & cum lugentibus ambula.
39 Non te pigeat visitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis. Ro. 12. 15. Mat. 25. 36.
40 In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.

CAP. VIII.

NOn litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus illius.
2 Non contendas cum viro locuplete, ne forte contra te constituat litem tibi. Mat. 5. 25.
3 Multos enim perdidit aurum & argentum, & vsque ad cor regum extendit, & conuertit. Inf. 31. 6.
4 Non litiges cum homine linguato, & non strues in ignem illius ligna.
5 Non communices homini indocto, ne male de progenie tua loquatur.
6 Ne despicias hominem auertentem se à peccato, Gal. 6. 1.
* neque improperes ei: memento quoniam omnes in correptione sumus. 1. Cor. 3. 6.
7 Ne spernas hominem in sua senectute: etenim ex nobis senescunt. Le. 19. 32.
8 Noli de mortuo inimico tuo gaudere: sciens quoniam omnes morimur, & in gaudium nolumus venire.
9 Ne despicias narrationem presbyterorum sapientium, & in prouerbiis eorum conuersare. Sup. 6. 34.
10 Ab ipsis enim disces sapientiam, & doctrinam intellectus, & seruire magnatis sine querela.
11 Non te prætereat narratio seniorum: ipsi enim didicerunt à patribus suis:
12 Quoniam ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis dare responsum.
13 Non incendas carbones peccatorum arguens eos, & ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum.
14 Ne contra faciem stes contumeliosi, ne sedeat quasi insidiator ori tuo.
15 Noli fœnerari homini fortiori te: quòd si fœneraueris, quasi perditum habe. Inf. 29. 4.
16 Non spondeas super virtutem tuam: quod si spoponderis, quasi restituens cogita.
17 Non iudices contra iudicem: quoniam secundũ quod iustum est iudicat.
18 Cum audace non eas in via, ne forte grauet mala sua in te: ipse enim secundum voluntatem suam vadit, & simul cum stultitia illius peries. Gen. 4. 8.
19 Cum iracundo non facies rixam, & cum audace non eas in desertum: quoniam quasi nihil est ante illum sanguis, & vbi non est adiutorium, elidet te. Prou. 22. 24.
20 Cum fatuis consilium non habeas: non enim poterunt diligere nisi quæ eis placent.
21 Coram extraneo ne facias consilium: nescis enim quid pariet.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

22 Non omni homini cor tuum manifestes:ne forte inferat tibi gratiam falsam,& conuitietur tibi.

CAP. IX.

NOn zeles mulierem finus tui,ne ostendat super te malitiam doctrinæ nequam.
2 Non des mulieri potestatem animæ tuæ,ne ingrediatur in virtutem tuam,& confundaris.
3 Ne respicias mulierem multiuolam:ne forte incidas in laqueos illius.
4 Cum saltatrice ne assiduus sis: nec audias illam, ne forte pereas in efficacia illius.
Gen. 6.2. 5 Virginem ne conspicias, ne forte scandalizeris in decore illius.
Prou.5.2. 6 Ne des fornicariis animam tuam in vllo: ne perdas te,& hæreditatem tuam.
7 Noli circumspicere in vicis ciuitatis,nec oberraueris in plateis illius.
Mat.5.28. Gen 34.2. 2.Reg 11. 4.& 13.1. 8 Auerte faciem tuam à muliere compta, & ne circumspicias speciem alienam.
9 Propter speciem mulieris multi perierunt: & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit.
10 Omnis mulier, quæ est fornicaria, quasi stercus in via conculcabitur.
11 Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti sunt. colloquium enim illius quasi ignis exardescit.
12 Cum aliena muliere ne sedeas omnino, nec accumbas cum ea super cubitum:
13 Et non alterceris cum illa in vino,ne forte declinet cor tuum in illam, & sanguine tuo labaris in perditionem.
14 Ne derelinquas amicum antiquum:nouus enim non erit similis illi.
15 Vinum nouum,amicus nouus:veterascet,& cum suauitate bibes illud.
Iudic.9.4 2.Reg.15. 10. 16 Non zeles gloriam,& opes peccatoris: non enim scis quæ futura sit illius subuersio.
17 Non placeat tibi iniuria iniustorum,sciens quoniam vsque ad inferos non placebit impius.
18 Longe abesto ab homine potestatem habente occidendi,& non suspicaberis timorem mortis.
19 Et si accesseris ad illum, noli aliquid committere,ne forte auferat vitam tuam.
20 Communionem mortis scito:quoniam in medio laqueorum ingredieris, & super dolentium arma ambulabis.
21 Secundum virtutem tuam caue te à proximo tuo,& cum sapientibus & prudentibus tracta.
22 Viri iusti sint tibi conuiuæ,& in timore Dei sit tibi gloriatio.
23 Et in sensu sit tibi cogitatus Dei, & omnis enarratio tua in præceptis Altissimi.
24 In manu artificum opera laudabuntur, & princeps populi in sapientia sermonis sui,in sensu vero seniorum verbum.
25 Terribilis est in ciuitate sua homo linguosus: & temerarius in verbo suo odibilis erit.

CAP. X.

IVdex sapiens iudicabit populum suum,& principatus sensati stabilis erit.
Prou. 29. 12. 2 Secundum iudicem populi,sic & ministri eius: & qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea.
3.Reg.12 13. 3 Rex insipiens perdet populum suum: & ciuitates inhabitabuntur per sensum potentium.
4 In manu Dei potestas terræ: & vtilem rectorem suscitabit in tempus super illam.
5 In manu Dei prosperitas hominis,& super faciem scribæ imponet honorem suum.
6 Omnis iniuriæ proximi ne memineris, * & nihil agas in operibus iniuriæ. Le.19.17.
7 Odibilis coram Deo est & hominibus superbia:& execrabilis omnis iniquitas gentium.
8 Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos. Dan.4.14.
9 Auaro autem nihil est scelestius. Quid superbit terra & cinis?
10 Nihil est iniquius quam amare pecuniam. hic enim & animam suam venalem habet: quoniam in vita sua proiecit intima sua.
11 Omnis potentatus breuis vita. Languor prolixior grauat medicum.
12 Breuem languorem præcidit medicus: sic & rex hodie est,& cras morietur.
13 Cum enim morietur homo, hæreditabit serpentes,& bestias,& vermes.
14 Initium superbiæ hominis apostatare à Deo:
15 Quoniam ab eo,qui fecit illum, recessit cor eius, quoniam initium omnis peccati est superbia: qui tenuerit illam,adimplebitur maledictis,& subuertet eum in finem.
16 Propterea exhonorauit Dominus conuentus malorum,& destruxit eos vsque in finem.
17 Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis.
18 Radices gentium superbarum arefecit Deus, & plantauit humiles ex ipsis gentibus:
19 Terras gentium euertit Dominus,& perdidit eas vsque ad fundamentum.
20 Arefecit ex ipsis,& disperdidit eos,& cessare fecit memoriam eorum à terra.
21 Memoriam superborum perdidit Deus, & reliquit memoriam humilium sensu.
22 Non est creata hominibus superbia: neque iracundia nationi mulierum.
23 Semen hominum honorabitur hoc, quod timet Deum:semen autem hoc exhonorabitur, quod præterit mandata Domini.
24 In medio fratrum rector illorum in honore: qui timent Dominum,erunt in oculis illius.
25 Gloria diuitum,honoratorum, & pauperum, timor Dei est:
26 Noli despicere hominem iustum pauperem, & noli magnificare virum peccatorem diuitem.
27 Magnus,& iudex,& potens est in honore:& non est maior illo,qui timet Deum.
28 Seruo sensato liberi seruient: * & vir prudens & disciplinatus non murmurabit,correptus,& inscius non honorabitur. Pro.17.2. * 4.Re.12. 13.
29 Noli extollere te in faciendo opere tuo, & noli cunctari in tempore angustiæ.
30 Melior est qui operatur,& abundat in omnibus, quam qui gloriatur:& eget pane. Pro.12.9.
31 Fili in mansuetudine serua animam tuam, & da illi honorem secundum meritum suum.
32 Peccantem in animam suam quis iustificabit? & quis honorificabit exhonorantem animam suam?
33 Pauper gloriatur per disciplinam & timorem suum: & est homo qui honorificatur propter substantiam suam.
34 Qui autem gloriatur in paupertate,quanto magis in substantia?& qui gloriatur in substantia,paupertatem vereatur.

CAP. XI.

SApientia humiliati exaltauit caput illius, & in medio magnatorum consedere illum faciet. Gen.41. 4. Dan.6.3.
2 Non laudes virum in specie sua, neque spernas hominem in visu suo, Ioan.7. 18.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

3 Breuis in volatilibus est apis, & initium dulcoris habet fructus illius.

Act. 12. 22. 4 In vestitu ne glorieris vnquam, nec in die honoris tui extollaris: quoniam mirabilia opera Altissimi solius, & gloriosa, & absconsa, & inuisa opera illius.

5 Multi tyranni sederunt in throno, & insuspicabilis portauit diadema.

1. Reg. 15. 28. Esth. 6. 7. 6 Multi potentes oppressi sunt valide, & gloriosi traditi sunt in manus alterorum.

7 Priusquam interroges, ne vituperes quemquam: & cum interrogaueris, corripe iuste.

Pro. 18. 13. 8 Priusquam audias, ne respondeas verbum: & in medio sermonum ne adiicias loqui.

9 De ea re, quæ te non molestat, ne certeris: & in iudicio peccantium ne consistas.

1. Tim. 6. 9. 10 Fili ne in multis sint actus tui: & * si diues fueris, non eris immunis à delicto. si enim secutus fueris, non apprehendes: & non effugies: si præcucurreris.

Pro. 10. 25. 11 Est homo laborans, & festinans, & dolens impius, & tanto magis non abundabit.

Iob 42. 10. 12 Est homo marcidus egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate:

13 Et oculus Dei respexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipsius, & exaltauit caput eius: & mirati sunt in illo multi, & honorauerunt Deum.

Iob 1. 21. 14 Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas à Deo sunt.

15 Sapientia & disciplina, & scientia legis apud Deum. Dilectio, & viæ bonorum apud ipsum.

16 Error & tenebræ peccatoribus concreata sunt: qui autem exultant in malis, consenescunt in malo.

17 Datio Dei permanet iustis, & profectus illius successus habebit in æternum.

18 Est qui locupletatur parce agendo, & hæc est pars mercedis illius.

Luc. 12. 19. 19 In eo quod dicit: * Inueni requiem mihi, & nunc manducabo de bonis meis solus:

20 Et nescit quod tempus præteriet, & mors appropinquet, & relinquat omnia aliis, & morietur.

21 Sta in testamento tuo, & in illo colloquere, & in opere mandatorum tuorum veterasce.

22 Ne manseris in operibus peccatorum. Confide autem in Deo, & mane in loco tuo.

23 Facile est enim in oculis Dei subito honestare pauperem.

24 Benedictio Dei in mercedem iusti festinat, & in hora veloci processus illius fructificat.

25 Ne dicas: Quid est mihi opus, & quæ erunt mihi ex hoc bona?

26 Ne dicas: Sufficiens mihi sum: & quid ex hoc pessimabor?

Inf. 18. 25. 27 In die bonorum ne immemor sis malorum: & in die malorum ne immemor sis bonorum:

28 Quoniam facile est coram Deo in die obitus retribuere vnicuique secundum vias suas.

29 Malitia horæ obliuionem facit luxuriæ magnæ, & in fine hominis denudatio operum illius.

30 Ante mortem ne laudes hominem quemquam, quoniam in filiis suis agnoscitur vir.

31 Non omnem hominem inducas in domum tuã: multæ enim sunt insidiæ dolosi.

32 Sicut enim eructant præcordia fœtentium, & sicut perdix inducitur in caueam, & vt caprea in laqueum: sic & cor superborum, & sicut prospector videns casum proximi sui.

33 Bona enim in mala conuertens, insidiatur, & in electis imponet maculam.

34 A scintilla vna augetur ignis, & ab vno doloso augetur sãguis: homo vero peccator sãguini insidiatur.

35 Attende tibi à pestifero, fabricat enim mala: ne forte inducat super te subsannationem in perpetuum.

36 Admitte ad te alienigenam, & subuertet te in turbine, & abalienabit te à tuis propriis.

CAP. XII.

SI benefeceris, scito cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa.

2 Benefac iusto, & inuenies retributionem magnã: & si non ab ipso, certe à Domino.

3 Non est enim ei bene qui assiduus est in malis, & eleemosynas non danti: quoniam & altissimus odio habet peccatores, & misertus est pœnitentibus.

4 Da misericordi, & ne suscipias peccatorem: & impiis & peccatoribus reddet vindictam, custodiens eos in diem vindictæ: Gal. 6. 10.

5 Da bono, & non receperis peccatorem.

6 Benefac humili, & non dederis impio: prohibe panes illi dari, ne in ipsis potentior te sit:

7 Nam duplicia mala inuenies in omnibus bonis, quæcumque feceris illi: quoniam & Altissimus odio habet peccatores, & impiis reddet vindictam.

8 Non agnoscetur in bonis amicus, & non abscondetur in malis inimicus.

9 In bonis viri, inimici illius in tristitia: & in malitia illius, amicus agnitus est.

10 Non credas inimico tuo in æternum: sicut enim æramentum æruginat nequitia illius:

11 Et si humiliatus vadat curuus, adiice animum tuum, & custodi te ab illo.

12 Non statuas illum penes te, nec sedeat ad dexteram tuam, ne forte conuersus in locum tuum, inquirat cathedram tuam: & in nouissimo agnoscas verba mea, & in sermonibus meis stimuleris.

13 Quis miserebitur incantatori à serpente percusso, & omnibus, qui appropiant bestiis? & sic qui comitatur cum viro iniquo, & obuolutus est in peccatis eius.

14 Vna hora tecum permanebit: si autem declinaueris, non supportabit.

15 In labiis suis indulcat inimicus, & in corde suo insidiatur vt subuertat te in foueam. Ier. 41.

16 In oculis suis lacrymatur inimicus: & si inuenerit tempus, non satiabitur sanguine:

17 Et si incurrerint tibi mala, inuenies eum illic priorem.

18 In oculis suis lachrymatur inimicus, & quasi adiuuans suffodiet plantas tuas.

19 Caput suum mouebit, & plaudet manu, & multa susurrans commutabit vultum suum.

CAP. XIII.

QVi tetigerit picem, inquinabitur ab ea: * & qui communicauerit superbo induet superbiam.

2 Pondus super se tollet qui honestiori se communicat. Et ditiori te ne socius fueris. Deut. 7. 2.

3 Quid communicabit cacabus ad ollam? quando enim se colliserint, confringetur.

4 Diues iniuste egit, & fremet: pauper autem læsus tacebit.

5 Si largitus fueris, assumet te: & si non habueris, derelinquet te.

6 Si habes, conuiuet tecum, & euacuabit te, & ipse non dolebit super te.

7 Si necessarius illi fueris, supplantabit te, & subridens spem dabit, narrans tibi bona, & dicet: Quid opus est tibi?

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

8 Et confundet te in cibis suis, donec te exinaniat bis, & ter: & in nouissimo deridebit te: & postéa videns derelinquet te, & caput suum mouebit ad te.
9 Humiliare Deo, & expecta manus eius.
10 Attende ne seductus in stultitiam humilieris.
11 Noli esse humilis in sapientia tua, ne humiliatus in stultitiam seducaris.
12 Aduocatus à potentiore discede; ex hoc enim magis te aduocabit.
13 Ne improbus sis, ne impingaris: & ne longe sis ab eo, ne eas in obliuione.
14 Ne retineas ex æquo loqui cum illo: nec credas multis verbis illius, ex multa enim loquela tentabit te, & subridens interrogabit te de absconditis tuis.
15 Immitis animus illius conseruabit verba tua: & non parcet de malitia, & de vinculis.
16 Caue tibi, & attende diligenter auditui tuo: quoniam cum subuersione tua ambulas.
17 Audiens vero illa quasi in somnis vide, & vigilabis.
18 Omni vita tua dilige Deum, & inuoca illum in salute tua.
19 Omne animal diligit simile sibi: sic & omnis homo proximum sibi.
20 Omnis caro ad similem sibi coniungetur, & omnis homo simili sui sociabitur.
2. Cor. 6. 14. 21 Si communicabit lupus agno aliquando, sic peccator iusto.
22 Quæ communicatio sancto homini ad canem? aut quæ pars diuiti ad pauperem?
23 Venatio leonis onager in eremo: sic & pascua diuitum, sunt pauperes.
24 Et sicut abominatio est superbo humilitas: sic & execratio diuitis pauper.
25 Diues commotus confirmatur ab amicis suis: humilis autem cum ceciderit expelletur & à notis.
26 Diuiti decepto multi recuperatores: locutus est superba, & iustificauerunt illum.
27 Humilis deceptus est, insuper & arguitur: locutus est sensate, & non est datus ei locus.
28 Diues locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius vsque ad nubes perducent.
29 Pauper locutus est, & dicunt: Quis est hic? & si offenderit, subuertent illum.
30 Bona est substantia, cui non est peccatum in cõscientia; & nequissima paupertas in ore impij.
31 Cor hominis immutat faciem illius, siue in bona, siue in mala.
32 Vestigium cordis boni, & faciem bonam difficile inuenies, & cum labore.

CAP. XIV.

Beatus vir, qui non est lapsus verbo ex ore suo, & non est stimulatus in tristitia delicti.
Infra 19. 16. 2 Felix, qui non habuit animi sui tristitiam, & non excidit à spe sua.
3 Viro cupido & tenaci sine ratione est substantia, & homini liuido ad quid aurum?
4 Qui aceruat ex animo suo iniuste, aliis congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur.
5 Qui sibi nequam est, cui alij bonus erit? & non iucundabitur in bonis suis.
6 Qui sibi inuidet, nihil est illo nequius, & hęc redditio est malitiæ illius.
7 Et si bene fecerit, ignoranter, & nõ volens facit: & in nouissimo manifestat malitiam suam.
8 Nequam est oculus liuidi, & auertens faciem suam, & despiciens animam suam.

Vulgat. Editio.

9 Insatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis: nõ satiabitur donec consumat arefaciens animam suã.
10 Oculus malus ad mala: & non satiabitur pane, sed indigens & in tristitia erit super mensam suam.
11 Fili si habes, benefac tecum, & Deo dignas oblationes offer.
12 Memor esto quoniam mors non tardat, & testamentum inferorum quia demonstratum est tibi: testamentum enim huius mundi morte morietur.
13 Ante mortem benefac amico tuo, & secundum vires tuas exporrigens da pauperi. Sup. 4. 1. Tob. 4. Luc. 14.
14 Non defraudéris à die bono, & particula boni doni non te prætereat.
15 Nonne aliis relinques dolores & labores tuos in diuisione sortis?
16 Da, & accipe, & iustifica animam tuam.
17 Ante obitum tuum operare iustitiam: quoniam non est apud inferos inuenire cibum.
18 Omnis caro sicut fœnum veterascet, & sicut folium fructificans in arbore viridi. Isa. 40. 6. Ia. 1. 10. 1. Pet. 1. 24.
19 Alia generantur, & alia deiiciuntur: sic generatio carnis & sanguinis, alia finitur, & alia nascitur.
20 Omne opus corruptibile in fine deficiet: & qui illud operatur, ibit cum illo.
21 Et omne opus electum iustificabitur: & qui operatur illud, honorabitur in illo.
22 Beatus vir, qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia sua meditabitur, & in sensu cogitabit circumspectionem Dei. Ps. 1. 2.
23 Qui excogitat vias illius in corde suo, & in absconditis suis intelligens, vadens post illam quasi inuestigator, & in viis illius consistens:
24 Qui respicit per fenestras illius, & in ianuis illius audiens:
25 Qui requiescit iuxta domum illius, & in parietibus illius figens palum statuet casulam suam ad manus illius, & requiescent in casula illius bona per æuum,
26 Statuet filios suos sub tegmine illius, & sub ramis eius morabitur.
27 Protegetur sub tegmine illius à feruore, & in gloria eius requiescet.

CAP. XV.

Qvi timet Deum, faciet bona: & qui continens est iustitiæ, apprehendet illam,
2 Et obuiabit illi quasi mater honorificata, & quasi mulier à virginitate suscipiet illum.
3 Cibabit illum pane vitæ, & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potabit illum: & firmabitur in illo, & non flectetur: Io. 4. 10.
4 Et continebit illum, & non confundetur: & exaltabit illum apud proximos suos,
5 Et in medio Ecclesiæ aperiet os eius, & adimplebit illum spiritu sapientiæ, & intellectus, & stola gloriæ vestiet illum.
6 Iucunditatem, & exultationem thesaurizabit super illum, & nomine æterno hæreditabit illum.
7 Homines stulti non apprehendent illam, & homines sensati obuiabunt illi, homines stulti non videbunt eam: longe enim abest à superbia, & dolo.
8 Viri mendaces non erunt illius memores: & viri veraces inuenientur in illa, & successum habebunt vsque ad inspectionem Dei.
9 Non est speciosa laus in ore peccatoris:
10 Quoniam à Deo profecta est sapientia: sapientiæ enim Dei astabit laus, & in ore fideli abundabit, & dominator dabit eam illi.

11 Non

Vulgat. Editio.

11 Non dixeris: Per Deum abest: quæ enim odit ne feceris.
12 Non dicas: Ille me implanauit: non enim necessarij sunt ei homines impij.
13 Omne execramentum erroris odit Dominus, & non erit amabile timentibus eum.
14 Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui.
15 Adiecit mandata, & præcepta sua.
Matt. 19. 17. 16 Si volueris mandata seruare, conseruabunt te, & in perpetuum fidem placitam facere.
17 Apposuit tibi aquam & ignem: ad quod volueris, porrige manum tuam.
Ier. 21. 7. 18 Ante hominem vita, & mors, bonum, & malum: quod placuerit ei, dabitur illi:
19 Quoniam multa sapientia Dei, & fortis in potentia, videns omnes sine intermissione.
Pr. 15. 3. Heb. 4. 13. 20 Oculi Domini ad timentes eum, & ipse agnoscit omnem operam hominis.
21 Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit spatium peccandi:
22 Non enim concupiscit multitudinem filiorum infidelium, & inutilium.

CAP. XVI.

NE iucunderis in filijs impijs, si multiplicentur: nec oblecteris super ipsos, si non est timor Dei in illis.
2 Non credas vitæ illorum, & ne respexeris in labores eorum.
3 Melior est enim vnus timens Deum, quàm mille filij impij.
4 Et vtile est mori sine filijs quàm relinquere filios impios.
5 Ab vno sensato inhabitabitur patria, tribus impiorum deseretur.
6 Multa talia vidit oculus meus, & fortiora horum audiuit auris mea.
Isa. 30. 10. 7 In synagoga peccantium exardebit ignis, & in gente incredibili exardescet ira.
Gen. 6. 4. 8 Non exorauerunt pro peccatis suis antiqui gigantes, qui destructi sunt confidentes suæ virtuti:
9 Et non pepercit peregrinationi Loth, & execratus est eos præ superbia verbi illorum.
10 Non misertus est illis, gentem totam perdens, & extollentem se in peccatis suis.
Num. 14. 16. & 26. 51. 11 Et sicut sexcenta millia peditum, qui congregati sunt in duritia cordis sui: & si vnus fuisset ceruicatus, mirum si fuisset immunis.
12 Misericordia enim & ira est cum illo. Potens exoratio, & effundens iram:
13 Secundum misericordiam suam, sic correptio illius hominem secundum opera sua iudicat.
14 Non effugiet in rapina peccator, & non retardabit sufferentia misericordiam facientis.
Rom. 2. 6. 15 Omnis misericordia faciet locum * vnicuique secundum meritum operum suorum, & secundum intellectum peregrinationis ipsius.
16 Non dicas: A Deo abscondar, & ex summo quis mei memorabitur?
17 In populo magno non agnoscar: quæ est enim anima mea in tam immensa creatura?
18 Ecce cœlum, & cœli cœlorum, abyssus, & vniuersa terra, & quæ in eis sunt, in conspectu illius commouebuntur,
19 Montes simul, & colles, & fundamenta terræ: cum conspexerit illa Deus, tremore concutientur.
20 Et in omnibus his insensatum est cor: & omne cor intelligitur ab illo:
21 Et vias illius quis intelligit, & procellam, quam nec oculus videbit hominis?

Vulgat. Editio.

22 Nam plurima illius opera sunt in absconsis: sed opera iustitiæ eius quis enunciabit? aut quis sustinebit? Longè enim est testamentum à quibusdam, & interrogatio omnium in consummatione est.
23 Qui minoratur corde, cogitat stulta.
24 Audi me fili, & disce disciplinam sensus, & in verbis meis attende in corde tuo,
25 Et dicam in æquitate disciplinam, & scrutabor enarrare sapientiam: & in verbis meis attende in corde tuo, & dico in æquitate spiritus virtutes, quas posuit Deus in opera sua ab initio, & in veritate enuncio scientiam eius.
26 In iudicio Dei opera eius ab initio, & ab institutione ipsorum distinxit partes illorum & initia eorum in gentibus suis.
27 Ornauit in æternum opera illorum, nec esurierunt, nec laborauerunt, & non destiterunt ab operibus suis.
28 Vnusquisque proximum sibi non angustiabit vsque in æternum.
29 Non sis incredibilis verbo illius.
30 Post hæc Deus in terram respexit, & impleuit illam bonis suis.
31 Anima omnis vitalis denunciauit ante faciem ipsius, & in ipsam iterum reuersio illorum.

CAP. XVII.

DEus creauit de terra hominem, & secũdum imaginem suam fecit illum. Gen. 1. 27.
2 Et iterum conuertit illum in ipsam, & secundum se vestiuit illum virtute.
3 Numerum dierum, & tempus dedit illi, & dedit illi potestatem eorum, quæ sunt super terram.
4 Posuit timorem illius super omnem carnem, & dominatus est bestiarum, & volatilium.
5 Creauit ex ipso adiutorium simile sibi: consilium, & linguam, & oculos, & aures, & cor dedit illis excogitandi: & disciplina intellectus repleuit illos. Gen. 2. 7. & 18.
6 Creauit illis scientiam spiritus, sensu impleuit cor illorum, & mala, & bona ostendit illis.
7 Posuit oculum suum super corda illorum ostendere illis magnalia operum suorum.
8 Vt nomen sanctificationis collaudent: & gloriari in mirabilibus illius, vt magnalia enarrent operum eius.
9 Addidit illis disciplinam, & legem vitæ hæreditauit illos.
10 Testamentum æternum constituit cum illis, & iustitiam, & iudicia sua ostendit illis.
11 Et magnalia honoris eius vidit oculus illorum, & honorem vocis audierunt aures illorum, & dixit illis: Attendite ab omni iniquo.
12 Et mandauit illis vnicuique de proximo suo.
13 Viæ illorum coram ipso sunt semper, non sunt absconsæ ab oculis ipsius.
14 In vnamquamque gentem præposuit rectorem: Rom. 13. 1.
15 Et pars Dei Israel facta est manifesta.
16 Et omnia opera illorum velut sol in conspectu Dei: & oculi eius sine intermissione inspicientes in vijs eorum.
17 Non sunt absconsa testamenta per iniquitatem illorum, & omnes iniquitates eorum in conspectu Dei.
18 Eleemosyna viri quasi signaculum cum ipso, & gratiam hominis quasi pupillam conseruabit: Tob. 4. 10.
19 Et postea resurget, & retribuet illis retributionem, vnicuique in caput ipsorum, & conuertet in interiores partes terræ. Matt. 25. 35.
20 Pœnitentibus autem dedit viam iustitiæ, & confirmauit deficientes sustinere, & destinauit illis sortem veritatis.

21 Conuertere

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

21 Conuertere ad Dominum, & relinque peccata tua:
22 Precare ante faciem Domini, & minue offendicula.
23 Reuertere ad Dominum, & auertere ab iniustitia tua, & nimis odito execrationem:
24 Et cognosce iustitias, & iudicia Dei, & sta in sorte propositionis, & orationis Altissimi Dei.
* Psal. 6. 6. Isa. 38. 19. 25 In partes vade sæculi sancti, * cum viuis, & dantibus confessionem Deo.
26 Non demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere. A mortuo quasi nihil, perit confessio.
27 Confiteberis viuens, viuus, & sanus confiteberis, & laudabis Deum, & gloriaberis in miserationibus illius.
28 Quàm magna misericordia Domini, & propitiatio illius conuertentibus ad se?
29 Nec enim omnia possunt esse in hominibus, quoniam non est immortalis filius hominis, & in vanitate malitiæ placuerunt.
30 Quid lucidius sole? & hic deficiet. Aut quid nequius, quam quod excogitauit caro, & sanguis? & hoc arguetur.
31 Virtutem altitudinis cœli ipse conspicit, & omnes homines terra, & cinis.

CAP. XVIII.

Gen. 1. 1. QVi viuit in æternum, creauit omnia simul. Deus solus iustificabitur, & manet inuictus rex in æternum.
2 Quis sufficit enarrare opera illius?
3 Quis enim inuestigabit magnalia eius?
4 Virtutem autem magnitudinis eius quis enunciabit? aut quis adijciet enarrare misericordiã eius?
5 Non est minuere, neque adijcere, nec est inuenire magnalia Dei.
6 Cum consummauerit homo, tunc incipiet: & cum quieuerit, aporiabitur.
7 Quid est homo, & quæ est gratia illius? & quid est bonum, aut quid nequam illius?
Psal. 89. 10. 8 Numerus dierum hominum, vt multum centum anni: quasi gutta aquæ maris deputati sunt: & sicut calculus arenæ, sic exigui anni in die æui.
9 Propter hoc patiens est Deus in illis, & effundit super eos misericordiam suam.
10 Vidit præsumptionem cordis eorum, quoniam mala est, & cognouit subuersionem illorum quoniam nequam est.
11 Ideo adimpleuit propitiationem suam in illis, & ostendit eis viam æquitatis.
12 Miseratio hominis circa proximum suum: misericordia autem Dei super omnem carnem.
13 Qui misericordiam habet, docet, & erudit quasi pastor gregem suum.
14 Miseretur excipientis doctrinam miserationis, & qui festinat in iudicijs eius.
15 Fili in bonis non des querelam, & in omni dato non des tristitiam verbi mali.
16 Nonne ardorem refrigerabit ros? sic & verbum melius quàm datum.
17 Nonne ecce verbum super datum bonum? sed vtraque cum homine iustificato.
18 Stultus acriter improperabit: & datus indisciplinati tabescere facit oculos.
19 Ante iudicium para iustitiam tibi, & antequam loquaris disce.
* 1. Cor. 11. 28. 20 Ante languorem adhibe medicinam, * & ante iudicium interroga teipsum, & in conspectu Dei inuenies propitiationem.
21 Ante languorem humilia te, & in tempore infirmitatis ostende conuersationem tuam.

Vulgat. Editio.

22 Non impediaris orare semper, & ne verearis vsque ad mortem iustificari: quoniam merces Dei manet in æternum. Luc. 18. 1. 1. Thess. 5. 17.
23 Ante orationem præpara animam tuam: & noli esse quasi homo qui tentat Deum.
24 Memento iræ in die consummationis, & tempus retributionis in conuersatione faciei. Sup. 7. 18.
25 Memento paupertatis in tempore abundantiæ, & necessitatum paupertatis in die diuitiarum. Sup. 11. 25.
26 A manè vsque ad vesperam immutabitur tempus, & hæc omnia citata in oculis Dei.
27 Homo sapiens in omnibus metuet, & in diebus delictorum attendet ab inertia.
28 Omnis astutus agnoscit sapientiam, & inuenienti eam dabit confessionem.
29 Sensati in verbis, & ipsi sapienter egerunt: & intellexerunt veritatem, & iustitiam, & impluerunt prouerbia, & iudicia.
30 Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Rom. 6. 12. & 13. 14.
31 Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis.
32 Ne oblecteris in turbis, nec in modicis: assidua enim est commissio illorum.
33 Ne fueris mediocris in contentione ex fœnore, & est tibi nihil in sacculo: eris enim inuidus vitæ tuæ.

CAP. XIX.

OPerarius ebriosus non locupletabitur: & qui spernit modica, paulatim decidet.
2 Vinum, & mulieres apostatare faciunt sapientes, & arguent sensatos: Gen. 19. 33. 3. Reg. 11. 1.
3 Et qui se iungit fornicarijs, erit nequam: putredo, & vermes hæreditabũt illum, & extolletur in exemplum maius, & tolletur de numero anima eius.
4 Qui credit cito, leuis corde est, & minorabitur: & qui delinquit in animam suam, insuper habebitur. Iosu. 22. 11.
5 Qui gaudet iniquitate, denotabitur: & qui odit correptionem, minuetur vita: & qui odit loquacitatem, extinguit malitiam.
6 Qui peccat in animam suam, pœnitebit: & qui iucundatur in malitia, denotabitur.
7 Ne iteres verbum nequam & durum, & non minoraberis.
8 Amico, & inimico noli narrare sensum tuum: & si est tibi delictum, noli denudare,
9 Audiet enim te, & custodiet te, & quasi defendens peccatum odiet te, & sic aderit tibi semper.
10 Audisti verbum aduersus proximum tuum? commoriatur in te fidẽs, quoniam non te dirumpet.
11 A facie verbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis.
12 Sagitta infixa femori carnis, sic verbum in corde stulti.
13 Corripe amicum, ne fortè non intellexerit, & dicat: Non feci: aut si fecerit, ne iterum addat facere. Leu. 19. 17. Matt. 18. 15. Luc. 17. 3.
14 Corripe proximum, ne fortè non dixerit: & si dixerit, ne fortè iteret.
15 Corripe amicum: sæpe enim fit commissio,
16 Et non omni verbo credas, est qui labitur lingua, sed non ex animo.
17 Quis est enim qui non deliquerit in lingua sua? Corripe proximum antequam commineris. Iac. 3. 2.
18 Et da locum timori Altissimi: quia omnis sapientia timor Dei, & in illa timere Deum, & in omni sapientia dispositio legis.
19 Et non est sapientia nequitiæ disciplina: & non est cogitatus peccatorum prudentia.
20 Est nequitia, & in ipsa execratio: & est insipiens, qui minuitur sapientia.

21 Melior

Vulgat. Editio.

21 Melior est homo, qui minuitur sapientia, & deficiens sensu in timore, quàm qui abundat sensu, & transgreditur legem Altissimi.
22 Est solertia certa, & ipsa iniqua.
23 Et est qui emittit verbum certum enarrans veritatem. Est qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo:
24 Et est qui se nimium submittit à multa humilitate: & est qui inclinat faciem suam, & fingit se non videre quod ignoratum est:
25 Et si ab imbecillitate virium vetetur peccare, si inuenerit tempus malefaciendi, malefaciet.
26 Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus.
27 Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis enunciant de illo.
28 Est correptio mendax in ira contumeliosi: & est iudicium, quod non probatur esse bonum: & est tacens, & ipse est prudens.

CAP. XX.

QVàm bonum est arguere, quàm irasci, & confitentem in oratione non prohibere!
2 Concupiscentia spadonis deuirginabit iuuenculam:
3 Sic qui facit per vim iudicium iniquum.
4 Quam bonum est correptum manifestare pœnitentiam! sic enim effugies voluntarium peccatum.
5 Est tacens, qui inuenitur sapiens: & est odibilis, qui procax est ad loquendum.
6 Est tacens non habens sensum loquelæ: & est tacens sciens tempus aptum.
7 Homo sapiens tacebit vsque ad tempus: lasciuum autem, & imprudens non seruabunt tempus.
8 Qui multis vtitur verbis, lædet animam suam: & qui potestatem sibi sumit iniustè, odietur.
9 Est processio in malis viro indisciplinato, & est inuentio in detrimentum.
10 Est datum, quod non est vtile: & est datum, cuius retributio duplex.
11 Est propter gloriam minoratio: & est qui ab humilitate leuabit caput.
12 Est qui multa redimat modico pretio, & restituens ea in septuplum.
13 Sapiens in verbis seipsum amabilem facit: gratiæ autem fatuorum effundentur.
14 Datus insipientis non erit vtilis tibi: oculi enim illius septemplices sunt.
15 Exigua dabit, & multa improperabit: & apertio oris illius inflammatio est.
16 Hodie fœneratur quis, & cras expetit: odibilis est homo huiusmodi.
17 Fatuo non erit amicus, & non erit gratia bonis illius.
18 Qui enim edunt panem illius falsæ linguæ sunt. Quoties, & quanti irridebunt eum?
19 Neque enim quod habendum erat, directo sensu distribuit: similiter & quod non erat habendum,
20 Lapsus falsæ linguæ, quasi qui in pauimento cadens: sic casus malorum festinanter veniet.
21 Homo acharis quasi fabula vana, in ore indisciplinatorum assidua erit.
22 Ex ore fatui reprobabitur parabola: non enim dicit illam in tempore suo.
23 Est qui vetatur peccare præ inopia, & in requie sua stimulabitur.
24 Est qui perdet animam suam præ confusione, & ab imprudenti persona perdet eam: personæ autem acceptione perdet se.

Vulgat. Editio.

25 Est qui præ confusione promittit amico, & lucratus est eum inimicum gratis.
26 Opprobrium nequam in homine mendacium, & in ore indisciplinatorum assiduè erit.
27 Potior fur quàm assiduitas viri mendacis: perditionem autem ambo hæreditabunt.
28 Mores hominum mēdacium sine honore: & confusio illorum cum ipsis sine intermissione.
29 Sapiens in verbis producet seipsum, & homo prudens placebit magnatis.
30 Qui operatur terram suam, inaltabit aceruum frugum: & qui operatur iustitiam, ipse exaltabitur: qui vero placet magnatis, effugiet iniquitatem.
31 Xenia, & dona excæcant oculos iudicum, & quasi mutus in ore auertit correptiones eorum. Exo. 23. 8 Deu. 16. 19. Iosu. 41. 18.
32 Sapientia absconsa, & thesaurus inuisus: quæ vtilitas in vtrisque?
33 Melior est qui celat insipientiam suam, quàm homo qui abscondit sapientiam suam.

CAP. XXI.

FIli peccasti? non adijcias iterum: sed & de pristinis deprecare, vt tibi dimittantur.
2 Quasi à facie colubri fuge peccata: & si accesseris ad illa, suscipient te.
3 Dentes leonis, dentes eius, interficientes animas hominum.
4 Quasi romphæa bis acuta omnis iniquitas, plagæ illius non est sanitas.
5 Obiurgatio, & iniuriæ annullabunt substantiam: & domus quæ nimis locuples est, annullabitur superbia: sic substantia superbi eradicabitur.
6 Deprecatio pauperis ex ore vsque ad aures eius perueniet, & iudicium festinatò adueniet illi.
7 Qui odit correptionem, vestigium est peccatoris: & qui timet Deum, conuertetur ad cor suum.
8 Notus à longè potens lingua audaci: & sensatus scit labi se ab ipso.
9 Qui ędificat domum suam impendijs alienis, quasi qui colligit lapides suos in hieme.
10 Stuppa collecta synagoga peccantium, & consummatio illorum flamma ignis. Sap. 16. 7.
11 Via peccantium complanata lapidibus, & in fine illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ.
12 Qui custodit iustitiam, continebit sensum eius.
13 Consummatio timoris Dei, sapientia, & sensus.
14 Non erudietur qui non est sapiens in bono.
15 Est autem sapientia, quę abundat in malo: & non est sensus vbi est amaritudo.
16 Scientia sapientis tamquam inundatio abundabit, & consilium illius sicut fons vitæ permanet.
17 Cor fatui quasi vas confractum, & omnem sapientiam non tenebit.
18 Verbum sapiens quodcumque audierit sciens laudabit, & ad se adijciet: audiuit luxuriosus, & displicebit illi, & projiciet illud post dorsum suum.
19 Narratio fatui quasi sarcina in via, nam in labijs sensati inuenietur gratia.
20 Os prudentis quæritur in ecclesia, & verba illius cogitabunt in cordibus suis.
21 Tamquam domus exterminata, sic fatuo sapientia: & scientia insensati inerrabilia verba.
22 Compedes in pedibus, stulto doctrina, & quasi vincula manuum super manum dextram.
23 Fatuus in risu exaltat vocem suam: vir autem sapiens vix tacitè ridebit.
24 Ornamentum aureum prudenti doctrina, & quasi brachiale in brachio dextro.
25 Pes fatui facilis in domum proximi: & homo peritus confundetur à persona potentis.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

26 Stultus à fenestra respiciet in domum: vir autem eruditus foris stabit.

27 Stultitia hominis auscultare per ostium: & prudens grauabitur contumelia.

28 Labia imprudentium stulta narrabunt: verba autem prudentium statera ponderabuntur.

29 In ore fatuorum cor illorum: & in corde sapientium os illorum.

30 Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam.

31 Susurro coinquinabit animam suam, & in omnibus odietur: & qui cum eo manserit, odiosus erit: tacitus, & sensatus honorabitur.

CAP. XXII.

IN lapide luteo lapidatus est piger, & omnes loquentur super aspernationem illius.

2 De stercore boum lapidatus est piger: & omnis, qui tetigerit eum, excutiet manus.

3 Confusio patris est de filio indisciplinato: filia autem in deminoratione fiet.

4 Filia prudens hæreditas viro suo: nam quæ confundit, in contumeliam fit genitoris.

5 Patrem, & virum confundit audax, & ab impijs non minorabitur: ab vtrisque autem inhonorabitur.

6 Musica in luctu importuna narratio: flagella, & doctrina in omni tempore sapientia.

7 Qui docet fatuum, quasi qui conglutinat testam.

8 Qui narrat verbum non audienti, quasi qui excitat dormientem de graui somno.

9 Cum dormiente loquitur qui enarrat stulto sapientiam: & in fine narrationis dicit: Quis est hic?

Isa. 38. 10. 10 Supra mortuum plora, defecit enim lux eius: & supra fatuum plora, deficit enim sensus.

11 Modicum plora supra mortuum, quoniam requieuit.

12 Nequissimi enim nequissima vita super mortem fatui.

Ge. 50. 10. 13 Luctus mortui septem dies: fatui autem & impij omnes dies vitæ illorum.

14 Cum stulto ne multum loquaris, & cum insensato ne abieris.

15 Serua te ab illo, vt non molestiam habeas, & non coinquinaberis peccato illius.

16 Deflecte ab illo, & inuenies requiem, & non acediaberis in stultitia illius.

17 Super plumbum quid grauabitur? & quod illi aliud nomen quam fatuus?

Pro. 27. 3. 18 Arenam, & salem, & massam ferri facilius est ferre, quam hominem imprudentem, & fatuum, & impium.

19 Loramentum ligneum colligatum in fundamento ædificij non dissoluetur: sic & cor confirmatum in cogitatione consilij.

20 Cogitatus sensati in omni tempore, metu non deprauabitur.

21 Sicut pali in excelsis, & cæmenta sine impensa posita contra faciem venti non permanebunt:

22 Sic & cor timidum in cogitatione stulti contra impetum timoris non resistet.

23 Sicut cor trepidum in cogitatione fatui, omni tempore non metuet, sic & qui in præceptis Dei permanet semper.

24 Pungens oculum deducit lachrymas: & qui pungit cor, profert sensum.

25 Mittens lapidem in volatilia, deijciet illa: sic & qui conuitiatur amico, dissoluit amicitiam.

26 Ad amicum etsi produxeris gladium, non desperes: est enim regressus. Ad amicum

Vulgat. Editio.

27 Si aperueris os triste non timeas, est enim concordatio: excepto conuitio, & improperio, & superbia, & mysterij reuelatione, & plaga dolosa: in his omnibus effugiet amicus.

28 Fidem posside cum amico in paupertate illius, vt & in bonis illius læteris.

29 In tempore tribulationis illius permane illi fidelis, vt & in hæreditate illius cohæres sis.

30 Ante ignem camini vapor, & fumus ignis inaltatur: sic & ante sanguinem maledicta, & contumeliæ, & minæ.

31 Amicum salutare non confundar, à facie illius non me abscondam: & si mala mihi euenerint per illum, sustinebo.

32 Omnis qui audiet, cauebit se ab eo.

33 Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea Ps. 140. 3.
signaculum certum, vt non cadam ab ipsis, & lingua mea perdat me?

CAP. XXIII.

DOmine pater, & dominator vitæ meæ ne derelinquas me in consilio eorum: nec sinas me cadere in illis.

2 Quis superponet in cogitatu meo flagella, & in corde meo doctrinam sapientiæ, vt ignorationibus eorum non parcant mihi, & non appareant delicta eorum,

3 Et ne adcrescant ignorantiæ meæ, & multiplicentur delicta mea, & peccata mea abundent, & incidam in conspectu aduersariorum meorum, & gaudeat super me inimicus meus?

4 Domine pater, & Deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu illorum.

5 Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, & omne desiderium auerte à me.

6 Aufer à me ventris concupiscentias, & concubitus concupiscentiæ ne apprehendant me, & animæ irreuerenti, & infrunitæ ne tradas me.

7 Doctrinam oris audite filij: & qui custodierit illam, non periet labijs, nec scandalizabitur in operibus nequissimis.

8 In vanitate sua apprehenditur peccator, & superbus, & maledicus scandalizabitur in illis.

9 Iurationi non assuescat os tuum, multi enim ca- Exo. 20. 7.
sus in illa. Matt. 5. 33.

10 Nominatio vero Dei non sit assidua in ore tuo, & nominibus Sanctorum ne admiscearis: quoniam non eris immunis ab eis.

11 Sicut enim seruus interrogatus assiduè, à liuore non minuitur: sic omnis iurans, & nominans, in toto à peccato non purgabitur.

12 Vir multum iurans implebitur iniquitate, & non discedet à domo illius plaga.

13 Et si frustrauerit, delictum illius super ipsum erit: & si dissimulauerit, delinquit dupliciter:

14 Et si in vacuum iurauerit, non iustificabitur: replebitur enim retributione domus illius.

15 Est & alia loquela contraria morti, non inueniatur in hæreditate Iacob.

16 Etenim à misericordibus omnia hæc auferentur, & in delictis non volutabuntur.

17 Indisciplinatæ loquelæ non assuescat os tuum: est enim in illa verbum peccati.

18 Memento patris, & matris tuæ, in medio enim magnatorum consistis:

19 Ne fortè obliuiscatur te Deus in conspectu illorum, & assiduitate tua infatuatus, improperium patiaris, & maluisses non nasci, & diem natiuitatis tuæ maledicas.

20 Homo assuetus in verbis improperij, in omnibus 2. Reg. 16. 7.
diebus suis non erudietur.

Vulgat. Editio.

21 Duo genera abundant in peccatis,& tertium adducit iram, & perditionem.
22 Anima calida quasi ignis ardens non extinguetur donec aliquid glutiat:
23 Et homo nequam in ore carnis suæ non desinet donec incendat ignem.
24 Homini fornicario omnis panis dulcis,non fatigabitur transgrediens vsque ad finem.
Isa. 29. 15. 25 Omnis homo qui transgreditur lectum suum, contemnens in animam suam, & dicens: Quis me videt?
26 Tenebræ circumdant me,& parietes cooperiunt me, & nemo circumspicit me:quem vereor? delictorum meorum non memorabitur Altissimus.
27 Et non intelligit quoniam omnia videt oculus illius,quoniam expellit à se timorem Dei huiusmodi hominis timor,& oculi hominum timētes illum:
28 Et non cognouit quoniam oculi Domini multo plus lucidiores sunt super solem, circumspicientes omnes vias hominum,& profundum abyssi, & hominum corda intuentes in absconditas partes.
29 Domino enim Deo antequam crearentur,omnia sunt agnita:sic & post perfectum respicit omnia.
30 Hic in plateis ciuitatis vindicabitur,& quasi pullus equinus fugabitur:& vbi non sperauit,apprehendetur.
31 Et erit dedecus omnibus,eo quòd non intellexerit timorem Domini.
Leu. 20. 10. Deut. 22. 28. 32 Sic & mulier omnis relinquens virum suum, & statuens hæreditatem ex alieno matrimonio:
33 Primo enim in lege Altissimi incredibilis fuit; secundo in virum suum deliquit:tertio in adulterio fornicata est,& ex alio viro filios statuit sibi.
34 Hæc in ecclesiam adducetur, & in filios eius respicietur.
35 Non tradent filij eius radices, & rami eius non dabunt fructum.
36 Derelinquet in maledictum memoriam eius, & dedecus illius non delebitur.
37 Et agnoscent qui derelicti sunt, quoniam nihil melius est quam timor Dei: & nihil dulcius, quàm respicere in mandatis Domini.
38 Gloria magna est sequi Dominum: longitudo enim dierum assumetur ab eo.

CAP. XXIV.

Sapientia laudabit animam suam,& in Deo honorabitur, & in medio populi sui gloriabitur.
2 Et in ecclesijs Altissimi aperiet os suum,& in conspectu virtutis illius gloriabitur,
3 Et in medio populi sui exaltabitur, & in plenitudine sancta admirabitur,
4 Et in multitudine electorum habebit laudem, & inter benedictos benedicetur,dicens:
5 Ego ex ore Altissimi prodiui primogenita ante omnem creaturam:
6 Ego feci in cœlis,vt oriretur lumen indeficiens,& sicut nebula texi omnem terram:
7 Ego in altissimis habitaui,& thronus meus in columna nubis.
8 Gyrum cœli circuiui sola, & profundum abyssi penetraui,in fluctibus maris ambulaui,
9 Et in omni terra steti:& in omni populo,
10 Et in omni gente primatum habui:
11 Et omnium excellentium, & humilium corda virtute calcaui:& in his omnibus requiem quæsiui, & in hæreditate Domini morabor.
12 Tunc præcepit, & dixit mihi Creator omnium & qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo,
13 Et dixit mihi:In Iacob inhabita, & in Israel hæreditare,& in electis meis mitte radices.

Vulgat. Editio.

14 Ab initio, & ante sæcula creata sum, & vsque ad futurum sæculum non desinam, & in habitatione sancta coram ipso ministraui. Prou. 8. 2.
15 Et sic in Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Ierusalem potestas mea.
16 Et radicaui in populo honorificato, & in parte Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea.
17 Quasi cedrus exaltata sum in Libano, & quasi cypressus in monte Sion:
18 Quasi palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio rosæ in Iericho:
19 Quasi oliua speciosa in campis, & quasi platanus exaltata sum iuxta aquam in plateis.
20 Sicut cinnamomum, & balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris:
21 Et quasi storax, & galbanus, & vngula, & gutta, & quasi Libanus non incisus vaporaui habitationem meam,& quasi balsamum non mistum odor meus.
22 Ego quasi terebinthus extendi ramos meos, & rami mei honoris, & gratiæ.
23 Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris:& flores mei fructus honoris,& honestatis.
24 Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei.
25 In me gratia omnis viæ,& veritatis,in me omnis spes vitæ, & virtutis.
26 Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini:
27 Spiritus enim meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel,& fauum:
28 Memoria mea in generationes sæculorum.
29 Qui edunt me,adhuc esurient:& qui bibunt me, adhuc sitient.
30 Qui audit me,non confundetur:& qui operantur in me,non peccabunt.
31 Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.
32 Hęc omnia liber vitæ,& testamentum Altissimi, & agnitio veritatis.
33 Legem mandauit Moyses in præceptis iustitiarum, & hæreditatem domui Iacob, & Israel promissiones.
34 Posuit Dauid puero suo excitare regem ex ipso fortissimum,& in throno honoris sedentem in sempiternum.
35 Qui implet quasi Phison sapientia,& sicut Tigris in diebus nouorum. Ge. 21. 11.
36 Qui adimplet quasi Euphrates sensum: * qui multiplicat quasi Iordanis in tempore messis. * Iof. 15.
37 Qui mittit disciplinam sicut lucem, & assistens quasi Gehon in die vindemiæ.
38 Qui perficit primus scire ipsam,& infirmior non inuestigabit eam.
39 A mari enim abundauit cogitatio eius, & consilium illius ab abysso magna.
40 Ego sapientia effudi flumina.
41 Ego quasi trames aquæ immensa de fluuio, ego quasi fluuij dyorix, & sicut aquæductus exiui de paradiso.
42 Dixi: Rigabo hortum meum plantationum, & inebriabo prati mei fructum.
43 Et ecce factus est mihi trames abundans, & fluuius meus appropinquauit ad mare:
44 Quoniam doctrinam quasi antelucanū illumino omnibus, & enarrabo illam vsque ad longinquum.
45 Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino.

46 Adhuc

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

46 Adhuc doctrinam quasi prophetiam effundam, & relinquam illam quærentibus sapientiam, & non desinam in progenies illorum vsque in æuum sanctum.

Inf. 33. 18. 47 Videte quoniam non soli mihi laboraui, sed omnibus exquirentibus veritatem.

CAP. XXV.

IN tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo, & hominibus:

2 Concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier bene sibi consentientes.

3 Tres species odiuit anima mea, & aggrauor valdè animæ illorum:

4 Pauperem superbum: diuitem mendacem: senem fatuum, & insensatum.

5 Quæ in iuuentute tua non congregasti, quomodo in senectute tua inuenies?

6 Quàm speciosum canitiei iudicium, & presbyteris cognoscere consilium!

7 Quàm speciosa veteranis sapientia, & gloriosis intellectus, & consilium!

8 Corona senum multa peritia, & gloria illorum timor Dei.

9 Nouem insuspicabilia cordis magnificaui, & decimum dicam in lingua hominibus:

10 Homo, qui iucundatur in filijs, viuens, & videns subuertionem inimicorum suorum.

Inf. 26. 1. Sup. 14. 1. 19. Iac. 3. 2. 11 Beatus, qui habitat cum muliere sensata, * & qui lingua sua non est lapsus, & qui non seruiuit indignis se.

12 Beatus, qui inuenit amicum verum, & qui enarrat iustitiam auri audienti.

13 Quam magnus, qui inuenit sapientiam, & scientiam! sed non est super timentem Dominum.

14 Timor Dei super omnia se superposuit:

15 Beatus homo, cui donatum est habere timorem Dei: qui tenet illum, cui assimilabitur?

16 Timor Dei initium dilectionis eius: fidei autem initium agglutinandum est ei.

17 Omnis plaga tristitia cordis est: & omnis malitia, nequitia mulieris.

18 Et omnem plagam, & non plagam videbit cordis:

19 Et omnem nequitiam, & non nequitiam mulieris:

20 Et omnem obductum, & non obductum odientium:

21 Et omnem vindictam, & non vindictam inimicorum.

22 Non est caput nequius super caput colubri:

* Prou. 21. 19. 23 Et non est ira super iram mulieris. * Commorari leoni, & draconi placebit, quàm habitare cum muliere nequam.

24 Nequitia mulieris immutat faciem eius: & obcæcat vultum suum tamquam vrsus: & quasi saccum ostendit. In medio proximorum eius.

25 Ingemuit vir eius, & audiens suspirauit modicum.

26 Breuis omnis malitia super malitiam mulieris, sors peccatorum cadat super illam.

27 Sicut ascensus arenosus in pedibus veterani, sic mulier linguata homini quieto.

Inf. 42. 2. 28 Ne respicias in mulieris speciem, & non concupiscas mulierem in specie.

29 Mulieris ira, & irreuerentia, & confusio magna.

30 Mulier si primatum habeat, contraria est viro suo.

31 Cor humile, & facies tristis, & plaga cordis, mulier nequam.

Vulgat. Editio.

32 Manus debiles, & genua dissoluta, mulier quæ non beatificat virum suum.

33 A muliere initium factum est peccati, & per illam omnes morimur. Gen. 3. 6.

34 Non des aquæ tuæ exitum, nec modicum: nec mulieri nequam veniam prodeundi.

35 Si non ambulauerit ad manum tuam, confundet te in conspectu inimicorum.

36 A carnibus tuis abscinde illam, ne semper te abutatur.

CAP. XXVI.

MVlieris bonæ beatus vir: numerus enim annorum illius duplex.

2 Mulier fortis oblectat virum suum, & annos vitæ illius in pace implebit.

3 Pars bona, mulier bona, in parte timentium Deum dabitur viro pro factis bonis:

4 Diuitis autem, & pauperis cor bonum, in omni tempore vultus illorum hilaris.

5 A tribus timuit cor meum, & in quarto facies mea metuit:

6 Delaturam ciuitatis: & collectionem populi:

7 Calumniam mendacem, super mortem, omnia grauia:

8 Dolor cordis, & luctus, mulier zelotypa.

9 In muliere zelotypa flagellum linguæ, omnibus communicans.

10 Sicut boum iugum, quod mouetur, ita & mulier nequam: qui tenet illam, quasi qui apprehendit scorpionem.

11 Mulier ebriosa ira magna: & contumelia, & turpitudo illius non tegetur.

12 Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius agnoscetur.

13 In filia non auertente se, firma custodiam: ne inuenta occasione vtatur se. Inf. 42. 11.

14 Ab omni irreuerentia oculorum eius caue, & ne mireris si te neglexerit.

15 Sicut viator sitiens, ad fontem os aperiet, & ab omni aqua proxima bibet, & contra omnem palum sedebit, & contra omnem sagittam aperiet pharetram donec deficiat.

16 Gratia mulieris sedulæ delectabit virum suum, & ossa illius impinguabit.

17 Disciplina illius datum Dei est.

18 Mulier sensata, & tacita, non est immutatio eruditæ animæ.

19 Gratia super gratiam mulier sancta, & pudorata.

20 Omnis autem ponderatio non est digna incontinentis animæ.

21 Sicut sol oriens mundo in altissimis Dei, sic mulieris bonæ species in ornamentum domus eius.

22 Lucerna splendens super candelabrum sanctum, & species faciei super ætatem stabilem.

23 Columnæ aureæ super bases argenteas, & pedes firmi super plantas stabilis mulieris.

24 Fundamenta æterna supra petram solidam, & mandata Dei in corde mulieris sanctæ.

25 In duobus contristatum est cor meum, & in tertio iracundia mihi aduenit:

26 Vir bellator deficiens per inopiam: & vir sensatus contemptus:

27 Et qui transgreditur à iustitia ad peccatum, Deus parauit eum ad romphæam.

28 Duæ species difficiles, & periculosæ mihi apparuerunt, difficile exuitur negotians à negligentia: & non iustificabitur caupo à peccatis labiorum.

CAP. XXVII.

PRopter inopiam multi deliquerunt: & qui quærit locupletari, auertit oculum suum.

2 Sicut

Digitized by Google

Vulgata Editio.

Versio ...

Vulgat. Latina.

[illegible]

Vulgat. Edit.

[illegible]

CAP. [illegible]

Vna spes, & menda[illegible] [illegible] extollunt [illegible]

2 [illegible] ventum [illegible]

3 Hoc [illegible] etem hominis [illegible]

[illegible]

Vulgat. Editio.

CAP. XXXV.

Ier. 7. 3. QVi conseruat legem, multiplicat oblationem.
2 Sacrificium salutare est attendere mandatis,
& discedere ab omni iniquitate.
3 Et propitiationem litare sacrificij super iniustitias,
& deprecatio pro peccatis, recedere ab iniustitia.
4 Retribuet gratiam qui offert similaginem: & qui
facit misericordiam, offert sacrificium.
5 Beneplacitum est Domino recedere ab iniquitate:
& deprecatio pro peccatis recedere ab iniustitia.
Exo. 23. 15 & 34. 20. Deu. 16. 16. 6 Non apparebis ante conspectum Domini vacuus.
7 Hæc enim omnia propter mandatum Dei fiunt.
8 Oblatio iusti impinguat altare, & odor suauitatis
est in conspectu Altissimi.
9 Sacrificium iusti acceptum est, & memoriam eius
non obliuiscetur Dominus.
10 Bono animo gloriam redde Deo: & non minuas
primitias manuum tuarum.
2. Cor. 9. 7. 11 In omni dato hilarem fac vultum tuum, & in
Tob. 4. 9. exultatione sanctifica decimas tuas.
Leuit. 23. 38. 12 Da Altissimo secundum datum eius, & in bono
Deu. 15. 4. oculo adinuentionem facito manuum tuarum:
1. Co. 10. 17. 13 Quoniam Dominus retribuens est, & septies ta-
2. Par. 19. 7. men reddet tibi.
Iob. 34. 19. 14 Noli offerre munera praua, non enim suscipiet
Sap. 6. 8. illa.
Rom. 2. 11. Gal. 2. 6. 15 Et noli inspicere sacrificium iniustum, quoniam
Col. 3. 25. Dominus iudex est, & * non est apud illum gloria
Act. 10. 34. 1. Pet. 1. 17. personæ.
16 Non accipiet Dominus personam in pauperem,
& deprecationem læsi exaudiet.
17 Non despiciet preces pupilli; nec viduam, si ef-
fundat loquelam gemitus.
18 Nonne lachrymæ viduæ ad maxillam descen-
dunt, & exclamatio eius super deducentem eas?
19 A maxilla enim ascendunt vsque ad cœlum, &
Dominus exauditor non delectabitur in illis.
20 Qui adorat Deum in oblectatione, suscipietur, &
deprecatio illius vsque ad nubes propinquabit.
21 Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec
propinquet non consolabitur: & non discedet donec
Altissimus aspiciat.
22 Et Dominus non elongabit, sed iudicabit iustos,
& faciet iudicium: & Fortissimus non habebit in il-
lis patientiam, vt contribulet dorsum ipsorum:
23 Et Gentibus reddet vindictam donec tollat ple-
nitudinem superborum: & sceptra iniquorum con-
tribulet.
24 Donec reddat hominibus secundum actus suos,
& secundum opera Adæ, & secundum præsumptio-
nem illius,
25 Donec iudicet iudicium plebis suæ, & oblectabit
iustos misericordia sua.
26 Speciosa misericordia Dei, in tempore tribula-
tionis, quasi nubes pluuiæ in tempore siccitatis.

CAP. XXXVI.

MIserere nostri Deus omnium, & respice nos, &
ostende nobis lucem miserationum tuarum:
2 Et immitte timorem tuum super Gentes, quę non
exquisierunt te, vt cognoscant, quia non est Deus ni-
si tu, & enarrent magnalia tua.
3 Alleua manum tuam super Gentes alienas, vt vi-
deant potentiam tuam.
4 Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in
nobis, sic in conspectu nostro magnificaberis in eis,
5 Vt cognoscant te, sicut & nos cognouimus; quo-
niam non est Deus præter te Domine.

Vulgat. Editio.

6 Innoua signa, & immuta mirabilia.
7 Glorifica manum, & brachium dextrum.
8 Excita furorem, & effunde iram.
9 Tolle aduersarium, & afflige inimicum.
10 Festina tempus, & memento finis, vt enarrent
mirabilia tua.
11 In ira flammæ deuoretur, qui saluatur: & qui pes-
simant plebem tuam, inueniant perditionem.
12 Contere caput principum inimicorum, dicen-
tium: Non est alius præter nos.
13 Congrega omnes tribus Iacob: vt cognoscant,
quia non est Deus nisi tu, & enarrent magnalia tua:
& hæreditabis eos, sicut ab initio.
14 Miserere plebi tuæ, super quam inuocatum est
nomen tuum: & Israel, * quem coæquasti primoge-
nito tuo.
15 Miserere ciuitati sanctificationis tuæ Ierusalem, Exo. 4. 22
ciuitati requiei tuæ.
16 Reple Sion inenarrabilibus verbis tuis, & gloria
tua populum tuum.
17 Da testimonium his, qui ab initio creaturæ tuæ
sunt, & suscita prędicationes, quas locuti sunt in no-
mine tuo prophetæ priores.
18 Da mercedem sustinentibus te, vt prophetæ tui
fideles inueniantur: & exaudi orationes seruorum
tuorum.
19 Secundum benedictionem Aaron de populo tuo, Nu. 6. 24.
& dirige nos in viam iustitiæ, & sciant omnes, qui
habitant terram, quia tu es Deus conspector sæcu-
lorum.
20 Omnem escam manducabit venter, & est cibus
cibo melior.
21 Fauces contingunt cibum feræ, & cor sensatum
verba mendacia.
22 Cor prauum dabit tristitiam, & homo peritus
resistet illi.
23 Omnem masculum excipiet mulier: & est filia
melior filia.
24 Species mulieris exhilarat faciem viri sui, & su-
per omnem concupiscentiam hominis superducit
desiderium.
25 Si est lingua curationis, est & mitigationis, & mi-
sericordiæ: non est vir illius secundum filios homi-
num.
26 Qui possidet mulierem bonam, inchoat possessio-
nem: adiutorium secundum illum est, & columna, vt
requies.
27 Vbi non est sepes, diripietur possessio: & vbi non
est mulier, ingemiscit egens.
28 Quis credit ei, qui non habet nidum, & deflectens
vbicumque obscurauerit, quasi succinctus latro exi-
liens de ciuitate in ciuitatem?

CAP. XXXVII.

OMnis amicus dicet: Et ego amicitiam copulaui:
sed est amicus solo nomine amicus. Nonne tri-
stitia inest vsque ad mortem?
2 Sodalis autem, & amicus ad inimicitiam conuer-
tentur.
3 O præsumptio nequissima, vnde creata es coope-
rire aridam malitia, & dolositate illius?
4 Sodalis amico coniucundatur in oblectationibus,
& in tempore tribulationis aduersarius erit.
5 Sodalis amico condolet causa ventris, & contra
hostem accipiet scutum.
6 Non obliuiscaris amici tui in animo tuo, & non
immemor sis illius in opibus tuis.
7 Noli consiliari cum eo, qui tibi insidiatur, & à ze-
lantibus te absconde consilium.
8 Omnis consiliarius prodit consilium, sed est con-
siliarius in semetipso.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

9 A consiliario serua animam tuam. prius scito quæ sit illius necessitas: & ipse enim animo suo cogitabit.

10 Ne fortè mittat sudem in terram, & dicat tibi.

11 Bona est via tua; & stet è contrario videre quid tibi eueniat.

12 Cum viro irreligioso tracta de sanctitate, & cum iniusto de iustitia, & cum muliere de ea, quæ æmulatur: cum timido de bello: cum negotiatore de traiectione, cum emptore de venditione, cum viro liuido de gratiis agendis,

13 Cum impio de pietate, cum inhonesto de honestate, cum operario agrario de omni opere,

14 Cum operario annuali de consummatione anni, cum seruo pigro de multa operatione: non attendas his in omni consilio.

15 Sed cum viro sancto assiduus esto, quemcumque cognoueris obseruantem timorem Dei,

16 Cuius anima est secundum animam tuam: & qui, cum titubaueris in tenebris, condolebit tibi.

17 Cor boni consilij statue tecum: non est enim tibi aliud pluris illo.

18 Anima viri sancti enunciat aliquando vera, quā septem circumspectores sedentes in excelso ad speculandum.

19 Et in his omnibus deprecare Altissimum, vt dirigat in veritate viam tuam.

20 Ante omnia opera verbum verax præcedat te, & ante omnem actum consilium stabile.

21 Verbum nequam immutabit cor: ex quo partes quatuor oriuntur, bonum & malum, vita & mors: & dominatrix illorum est assidua lingua. Est vir astutus multorum eruditor, & animæ suæ inutilis est.

22 Vir peritus multos erudiuit, & animæ suæ suauis est.

23 Qui sophistice loquitur, odibilis est: in omni re defraudabitur.

24 Non est illi data à Domino gratia: omni enim sapientia defraudatus est.

25 Est sapiens animæ suæ sapiens: & fructus sensus illius laudabilis.

26 Vir sapiens plebem suam erudit, & fructus sensus illius fideles sunt.

27 Vir sapiens implebitur benedictionibus, & videntes illum laudabunt.

28 Vita viri in numero dierum: dies autem Israel innumerabiles sunt.

29 Sapiens in populo hæreditabit honorem, & nomen illius erit viuens in æternum.

30 Fili in vita tua tenta animam tuam: & si fuerit nequam, non des illi potestatem:

31 Non enim omnia omnibus expediunt, & non omni animæ omne genus placet.

32 Noli auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam:

33 In multis enim escis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vsque ad choleram.

34 Propter crapulam multi obierūt: qui autem abstinens est, adiiciet vitam.

CAP. XXXVIII.

Honora medicum propter necessitatem: etenim illum creauit Altissimus.

2 A Deo est enim omnis medela, & à rege accipiet donationem.

3 Disciplina medici exaltabit caput illius, & in conspectu magnatorum collaudabitur.

4 Altissimus creauit de terra medicamenta, & vir prudens non abhorrebit illa.

Exod.15.25. 5 Nonne à ligno indulcata est aqua amara?

Vulgat. Editio.

6 Ad agnitionem hominum virtus illorum, & dedit hominibus scientiam Altissimus, honorari in mirabilibus suis.

7 In his curans mitigabit dolorem, & vnguentarius faciet pigmenta suauitatis, & vnctiones conficiet sanitatis, & non consummabuntur opera eius.

8 Pax enim Dei super faciem terræ. Isa.38.3.

9 Fili in tua infirmitate ne despicias te ipsum, sed ora Dominum, & ipse curabit te.

10 Auerte à delicto, & dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuum.

11 Da suauitatem, & memoriam similaginis, & impingua oblationem, & da locum medico:

12 Etenim illum Dominus creauit: & non discedat à te, quia opera eius sunt necessaria.

13 Est enim tempus quando in manus illorum incurras.

14 Ipsi vero Dominum deprecabuntur, vt dirigat requiem eorum, & sanitatem, propter conuersationem illorum.

15 Qui delinquit in conspectu eius, qui fecit eum, incidet in manus medici.

16 Fili in mortuum produc lachrymas, & quasi dira passus incipe plorare, & secundum iudicium contege corpus illius, & non despicias sepulturam illius.

17 Propter delaturam autem amare fer luctum illius vno die, & consolare propter tristitiam,

18 Et fac luctum secundum meritum eius vno die, vel duobus propter detractionem.

19 A tristitia enim festinat mors, & cooperit virtutem, & tristitia cordis flectit ceruicem. Prov.15.13. & 17.22.

20 In abductione permanet tristitia: & substantia inopis secundum cor eius.

21 Ne dederis in tristitia cor tuum, sed repelle eam à te: & memento nouissimorum,

22 Noli obliuisci: neque enim est conuersio, & huic nihil proderis, & te ipsum pessimabis.

23 Memor esto iudicij mei: sic enim erit, & tuum: mihi heri, & tibi hodie.

24 In requie mortui requiescere fac memoriam eius, & consolare illum in exitu spiritus sui. 2.Reg.12.23.

25 Sapientia scribæ in tempore vacuitatis: & qui minoratur actu, sapientiam percipiet: qua sapientia replebitur.

26 Qui tenet aratrum, & qui gloriatur in iaculo, stimulo boues agitat, & conuersatur in operibus eorum, & enarratio eius in filiis taurorum.

27 Cor suum dabit ad versandos sulcos, & vigilia eius in sagina vaccarum.

28 Sic omnis faber, & architectus, qui noctem tamquam diem transigit, qui sculpsit signacula sculptilia, & assiduitas eius variat picturam: cor suum dabit in similitudinem picturæ, & vigilia sua perficiet opus.

29 Sic faber ferrarius sedens iuxta incudem, & considerans opus ferri: Vapor ignis vret carnes eius, & in calore fornacis concertatur:

30 Vox mallei innouat aurem eius, & contra similitudinem vasis oculus eius:

31 Cor suum dabit in consummationem operum, & vigilia sua ornabit in perfectionem.

32 Sic figulus sedens ad opus suum, conuertens pedibus suis rotam, qui in solitudine positus est semper propter opus suum, & in numero est omnis operatio eius.

33 In brachio suo formabit lutum, & ante pedes suos curuabit virtutem suam.

34 Cor suum dabit, vt consummat linitionem, & vigilia sua mundabit fornacem.

35 Omnes

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

35 Omnes hi in manibus suis sperauerunt, & vnusquisque in arte sua sapiens est.

36 Sine his omnibus non ædificatur ciuitas.

37 Et non inhabitabunt, nec inambulabunt, & in ecclesiam non transilient.

38 Super sellam iudicis non sedebunt, & testamentum iudicij non intelligent, neque palam facient disciplinam, & iudicium, & in parabolis non inuenientur:

39 Sed creaturam æui confirmabunt, & deprecatio illorum in operatione artis, accommodantes animã suam, & conquirentes in lege Altissimi.

CAP. XXXIX.

SApientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, & in prophetis vocabit.

2 Narrationem virorum nominatorum conseruabit, & in versutias parabolarum simul introibit.

3 Occulta prouerbiorum exquiret, & in absconditis parabolarum conuersabitur.

4 In medio magnatorum ministrabit, & in conspectu præsidis apparebit.

5 In terram alienigenarum gentium pertransiet: bona enim & mala in hominibus tentabit.

6 Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum qui fecit illum, & in conspectu Altissimi deprecabitur.

7 Aperiet os suum in oratione, & pro delictis suis deprecabitur.

8 Si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiæ replebit illum:

9 Et ipse tamquam imbres mittet eloquia sapientiæ suæ, & in oratione confitebitur Domino:

10 Et ipse diriget consilium eius, & disciplinam, & in absconditis suis consiliabitur.

11 Ipse palam faciet disciplinam doctrinæ suę, & in lege testamenti Domini gloriabitur.

12 Collaudabunt multi sapientiam eius, & vsque in sæculum non delebitur.

13 Non recedet memoria eius, & nomen eius requiretur à generatione in generationem.

14 Sapientiam eius enarrabunt gentes, & laudem eius enunciabit ecclesia.

15 Si permanserit, nomen derelinquet plus quàm mille: & si requieuerit, proderit illi.

16 Adhuc consiliabor, vt enarrem: vt furore enim repletus sum.

17 In voce dicit: Obaudite me diuini fructus, & quasi rosa plantata super riuos aquarum fructificate.

18 Quasi Libanus odorem suauitatis habete.

19 Florete flores, quasi lilium, & date odorem, & frondete in gratiam, & collaudate canticum, & benedicite Dominum in operibus suis.

20 Date nomini eius magnificentiam, & confitemini illi in voce labiorum vestrorum, & in canticis labiorum, & citharis, & sic dicetis in confessione,

Gen.1.31. 21 Opera Domini vniuersa bona valdè.

Mat.7.37. Gen.1.9. 22 In verbo eius stetit aqua, sicut congeries: & in sermone oris illius sicut exceptoria aquarum:

23 Quoniam in præcepto ipsius placor fit, & non est minoratio in salute ipsius.

24 Opera omnis carnis coram illo, & non est quidquam absconditum ab oculis eius.

25 A sæculo vsque in sæculum respicit, & nihil est mirabile in conspectu eius.

26 Non est dicere: Quid est hoc, aut quid est istud? omnia enim in tempore suo quærentur.

27 Benedictio illius quasi fluuius inundauit.

Ge.7.17. 28 Quomodo cataclysmus aridam inebriauit, sic ira ipsius gentes, quæ non exquisierunt eum, hæreditabit.

Vulgat. Editio.

29 Quomodo conuertit aquas in siccitatem, & siccata est terra: & viæ illius vijs illorum directæ sunt: sic peccatoribus offensiones in ira eius. Exo.14.22.

30 Bona bonis creata sunt ab initio, sic nequissimis bona, & mala.

31 Initium necessariæ rei vitæ hominum, aqua, ignis, & ferrum, sal, lac, & panis similagineus, & mel, & botrus vuæ, & oleum, & vestimentum. Sup.29.28.

32 Hæc omnia sanctis in bona, sic & impiis, & peccatoribus in mala conuertentur.

33 Sunt spiritus, qui ad vindictam creati sunt, & in furore suo confirmauerunt tormenta sua:

34 In tempore consummationis effundent virtutem: & furorem eius, qui fecit illos, placabunt.

35 Ignis, grando, fames, & mors, omnia hæc ad vindictam creata sunt:

36 Bestiarum dentes, & scorpij: & serpentes, & romphæa vindicans in exterminium impios.

37 In mandatis eius epulabuntur, & super terram in necessitatem præparabuntur, & in temporibus suis non præterient verbum.

38 Propterea ab initio confirmatus sum, & consiliatus sum, & cogitaui, & scripta dimisi.

39 Omnia opera Domini bona, & omne opus hora sua subministrabit. Gen.1.31.

40 Non est dicere: Hoc illo nequius est: omnia enim in tempore suo comprobabuntur.

41 Et nunc in omni corde, & ore collaudate, & benedicite nomen Domini.

CAP. XL.

OCcupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturæ, in matrem omnium.

2 Cogitationes eorum, & timores cordis, adinuentio expectationis, & dies finitionis:

3 A residente super sedem gloriosam, vsque ad humiliatum in terra, & cinere:

4 Ab eo, qui vtitur hyacintho, & portat coronam, vsque ad eum, qui operitur lino crudo: furor, zelus, tumultus, fluctuatio, & timor mortis, iracundia perseuerans, & contentio,

5 Et in tempore refectionis in cubili somnus noctis immutat scientiam eius.

6 Modicum tamquam nihil in requie, & ab eo in somnis, quasi in die respectus.

7 Conturbatus est in visu cordis sui, tamquam qui euaserit in die belli. In tempore salutis suæ exurrexit, & admirans ad nullum timorem:

8 Cum omni carne, ab homine vsque ad pecus, & super peccatores septuplum.

9 Ad hæc mors, sanguis, contentio, & romphæa, oppressiones, fames, & contritio, & flagella: Sup.39.36

10 Super iniquos creata sunt hæc omnia, * & propter illos factus est cataclysmus.

11 Omnia, quæ de terra sunt, in terram conuertentur, * & omnes aquæ in mare reuertentur. Gen.7.10.

12 Omne munus, & iniquitas delebitur, & fides in sæculum stabit. Eccle.1.7.

13 Substantiæ iniustorum sicut fluuius siccabuntur, & sicut tonitruum magnum in pluuia personabunt.

14 In aperiendo manus suas lætabitur: sic præuaricatores in consummatione tabescent.

15 Nepotes impiorum non multiplicabunt ramos, & radices immundæ super cacumen petræ sonant.

16 Super omnem aquam viriditas, & ad oram fluminis ante omne fœnum euelletur.

17 Gratia sicut paradisus in benedictionibus, & misericordia in sæculum permanet.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

18 Vita sibi sufficientis operarij condulcabitur,& in
ea inuenies thesaurum.
19 Filij,& ædificatio ciuitatis confirmabit nomen,
& super hæc mulier immaculata computabitur.
20 Vinum & musica lætificant cor:& super vtraque
dilectio sapientiæ.
21 Tibiæ,& psalterium suauem faciunt melodiam,
& super vtraque lingua suauis.
22 Gratiam, & speciem desiderabit oculus tuus, &
super hæc virides sationes.
23 Amicus, & sodalis in tempore conuenientes, &
super vtrosque mulier cum viro.
24 Fratres in adiutorium in tempore tribulationis,
& super eos misericordia liberabit.
25 Aurum, & argentum est constitutio pedum: &
super vtrumque consilium beneplacitum.
26 Facultates,& virtutes exaltant cor, & super hæc
timor Domini.
27 Non est in timore Domini minoratio, & non est
in eo inquirere adiutorium.
28 Timor Domini sicut paradisus benedictionis, &
super omnem gloriam operuerunt illum.
29 Fili in tempore vitæ tuæ ne indigeas: melius est
enim mori,quam indigere.
30 Vir respiciens in mensam alienam, non est vita
eius in cogitatione victus. alit enim animam suam
cibis alienis.
31 Vir autem disciplinatus,& eruditus custodiet se.
32 In ore imprudentis conculcabitur inopia, & in
ventre eius ignis ardebit.

CAP. XLI.

O Mors, quàm amara est memoria tua homini
pacem habenti in substantiis suis:
2 Viro quieto, & cuius viæ directæ sunt in omni-
bus,& adhuc valenti accipere cibum!
3 O mors,bonum est iudicium tuum homini indi-
genti, & qui minoratur viribus,
4 Defecto ætate,& cui de omnibus cura est,& incre-
dibili,qui perdit patientiam!
5 Noli metuere iudicium mortis. Memento quæ
ante te fuerunt, & quæ superuentura sunt tibi: hoc
iudicium à Domino omni carni.
6 Et quid superueniet tibi in beneplacito Altissimi?
siue decem,siue centum,siue mille anni.
7 Non est enim in inferno accusatio vitæ.
8 Filij abominationum fiunt filij peccatorum,& qui
conuersantur secus domos impiorum.
9 Filiorum peccatorum periet hæreditas,& cum se-
mine illorum assiduitas opprobrij.
10 De patre impio queruntur filij, quoniam pro-
pter illum sunt in opprobrio.
11 Væ vobis viri impij,qui dereliquistis legem Do
mini Altissimi.
12 Et si nati fueritis,in maledictione nascemini:& si
mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra.
Sup.40.11. 13 Omnia,quæ de terra sunt in terram conuerten-
tur:sic impij à maledicto in perditionem.
14 Luctus hominum in corpore ipsorum, nomen
autem impiorum delebitur.
15 Curam habe de bono nomine: hoc enim magis
permanebit tibi, quam mille thesauri pretiosi, &
magni.
16 Bonæ vitæ numerus dierum:bonum autem no-
men permanebit in æuum.
Sup.20.32. 17 Disciplinam in pace conseruate filij, * sapientia
enim abscondita, & thesaurus inuisus, quæ vtilitas
in vtrisque?
18 Melior est homo,qui abscondit stultitiam suam,
quàm homo,qui abscondit sapientiam suam.

Vulgat. Editio.

19 Verumtamen reueremini in his,quæ procedunt
de ore meo.
20 Non est enim bonum omnem reuerentiam ob
seruare:& non omnia omnibus bene placent in fide.
21 Erubescite à patre, & à matre de fornicatione:&
à præsidente,& à potente de mendacio:
22 A principe,& à iudice de delicto: à synagoga, &
plebe de iniquitate:
23 A socio,& amico de iniustitia:& de loco, in quo
habitas,
24 de furto,de veritate Dei,& testamento:de discu-
bitu in panibus,& ab obfuscatione dati,& accepti:
25 A salutantibus de silentio:à respectu mulieris for-
nicariæ:& ab auersione vultus cognati.
26 Ne auertas faciem à proximo tuo, & ab auferen
do partem,& non restituendo.
27 Ne respicias mulierem alieni viri,& ne scruteris Mat.5.28.
ancillam eius,neque steteris ad lectum eius.
28 Ab amicis de sermonibus improperij: & cum de-
deris,ne improperes.

CAP. XLII.

NOn duplices sermonem auditus de reuelatione
sermonis absconditi, & eris vere sine confusio-
ne, & inuenies gratiam in conspectu omnium ho-
minū:ne pro his omnibus confundaris,* & ne acci- Lev.19.15.
pias personam,vt delinquas. Deut.1.17. & 16.19.
2 De lege Altissimi,& testamento,& de iudicio iusti- Pro.24.23.
ficare impium, Iac.2.1.
3 De verbo sociorum, & viatorum, & de datione
hæreditatis amicorum,
4 De æqualitate stateræ,& ponderum,de acquisitio-
ne multorum & paucorum.
5 De corruptione emptionis, & negotiatorum, &
multa disciplina filiorum, de seruo pessimo latus
sanguinare.
6 Super mulierem nequam bonum est signum.
7 Vbi manus multæ sunt, claude, & quodcumque
trades,numera,& appende:datum vero,& acceptum
omne describe:
8 De disciplina insensati, & fatui, & de senioribus,
qui iudicantur ab adolescentibus: & eris eruditus
in omnibus,& probabilis in conspectu omnium vi-
uorum.
9 Filia patris abscondita est vigilia, & sollicitudo
eius aufert somnum, ne fortè in adolescentia sua
adultera efficiatur, & cum viro cōmorata odibilis
fiat:
10 Ne quando polluatur in virginitate sua,& in pa-
ternis suis grauida inueniatur: ne fortè cum viro
cōmorata transgrediatur,aut certè sterilis efficiatur.
11 Super filiam luxuriosam confirma custodiam:ne
quando faciat te in opprobrium venire inimicis, à
detractione in ciuitate, & obiectione plebis, & con-
fundat te in multitudine populi.
12 Omni homini noli intendere in specie:& in me-
dio mulierum noli commorari:
13 De vestimentis enim procedit tinea,& à muliere
iniquitas viri.
14 Melior est enim iniquitas viri,quàm mulier be-
nefaciens,& mulier confundens in opprobrium.
15 Memor ero igitur operum Domini, & quæ vidi
annunciabo.In sermonibus Domini opera eius.
16 Sol illuminans per omnia respexit,& gloria Do-
mini plenum est opus eius.
17 Nonne Dominus fecit sanctos enarrare omnia
mirabilia sua, quæ confirmauit Dominus omnipo-
tens stabiliri in gloria sua?
18 Abyssum,& cor hominum inuestigauit:& in astu-
tia eorum excogitauit.

19 Cognouit

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

19 Cognouit enim Dominus omnem scientiam,& inspexit in signum æui,annuncians, quæ præterierunt, & quæ superuentura sunt, reuelans vestigia occultorum.
20 Non præterit illum omnis cogitatus,& non abscondit se ab eo vllus sermo.
21 Magnalia sapientiæ suæ decorauit: qui est ante sæculum,& vsque in sæculum, neque adiectum est,
22 Neque minuitur,& non eget alicuius consilio.
23 Quam desiderabilia omnia opera eius, & tamquam scintilla,quæ est considerare.
24 Omnia hæc viuunt,& manent in sæculum, & in omni necessitate omnia obaudiunt ei.
25 Omnia duplicia, vnum contra vnum,& non fecit quidquam deesse.
26 Vniuscuiusque confirmauit bona. Et quis satiabitur videns gloriam eius?

CAP. XLIII.

Altitudinis firmamentum pulchritudo eius est, species cœli in visione gloriæ.
2 Sol in aspectu annuncians in exitu, vas admirabile opus excelsi.
3 In meridiano exurit terram, & in conspectu ardoris eius quis poterit sustinere? Fornacem custodiens in operibus:
4 Tripliciter sol exurens montes, radios igneos exsufflans,& refulgens radiis suis obcæcat oculos.
5 Magnus Dominus qui fecit illum, & in sermonibus eius festinauit iter.
6 Et luna in omnibus in tempore suo,ostensio temporis,& signum æui.
7 A luna signum diei festi,luminare quod minuitur in consummatione.
8 Mensis secundum nomen eius est, crescens mirabiliter in consummatione.
9 Vas castrorum in excelsis,in firmamento cœli resplendens gloriose.
10 Species cœli gloria stellarum, mundum illuminans in excelsis Dominus.
11 In verbis sanctis stabunt ad iudicium,& non deficient in vigiliis suis.
12 Vide arcum, & benedic eum, qui fecit illum: valdè speciosus est in splendore suo.
13 Gyrauit cœlum in circuitu gloriæ suæ, manus Excelsi aperuerunt illum. Gen. 9. 11.
14 Imperio suo accelerauit niuem, & accelerat coruscationes emittere iudicij sui.
15 Propterea aperti sunt thesauri, & euolauerunt nebulæ sicut aues.
16 In magnitudine sua posuit nubes, & confracti sunt lapides grandinis.
17 In conspectu eius commouebuntur montes, & in voluntate eius aspirabit Notus.
18 Vox tonitrui eius verberabit terram, tempestas Aquilonis,& congregatio spiritus:
19 Et sicut auis deponens ad sedendum,aspergit niuem,& sicut locusta demergens descensus eius.
20 Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus,& super imbrem eius expauescet cor.
21 Gelu sicut salem effundet super terram: & dum gelauerit,fiet tamquam cacumina tribuli.
22 Frigidus ventus Aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aqua,super omnem cōgregationem aquarum requiescet,& sicut lorica induet se aquis.
23 Et deuorabit montes,& exuret desertum, & extinguet viride,sicut igne.
24 Medicina omnium in festinatione nebulæ & ros obuians ab ardore venienti humilem efficiet eum.

Vulgat. Editio.

25 In sermone eius siluit ventus, & cogitatione sua placauit abyssum,& plātauit in illa Dominus insulas.
26 Qui nauigant mare,enarrent pericula eius:& audientes auribus nostris admirabimur.
27 Illic præclara opera,& mirabilia:varia bestiarum genera,& omnium pecorum,& creatura belluarum.
28 Propter ipsum confirmatus est itineris finis,& in sermone eius composita sunt omnia.
29 Multa dicemus, & deficiemus in verbis; consummatio autem sermonum,ipse est in omnibus.
30 Gloriantes ad quid valebimus? ipse enim omnipotens super omnia opera sua.
31 Terribilis Dominus,& magnus vehementer, & mirabilis potentia ipsius.
32 Glorificantes Dominum quantumcumque potueritis, superualebit enim adhuc, & admirabilis magnificentia eius.
33 Benedicentes Dominum,exaltate illum quātum potestis:maior enim est omni laude.
34 Exaltantes eum replemini virtute. ne laboretis: non enim comprehendetis.
35 Quis videbit eum,& enarrabit? & quis magnificabit eum sicut est ab initio? Ps. 105. 2.
36 Multa abscondita sunt maiora his: pauca enim vidimus operum eius.
37 Omnia autem Dominus fecit, & pie agentibus dedit sapientiam.

CAP. XLIV.

Laudemus viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua.
2 Multam gloriam fecit Dominus magnificentia sua à sæculo.
3 Dominantes in potestatibus suis, homines magni virtute,& prudentia sua præditi, nunciantes in prophetis dignitatem prophetarum,
4 Et imperantes in præsenti populo,& virtute prudentiæ populis sanctissima verba.
5 In peritia sua requirentes modos musicos,& narrantes carmina scripturarum.
6 Homines diuites in virtute, pulchritudinis studium habentes:pacificantes in domibus suis.
7 Omnes isti in generationibus gentis suæ gloriam adepti sunt,& in diebus suis habentur in laudibus.
8 Qui de illis nati sunt,reliquerunt nomen narrandi laudes eorum:
9 Et sunt quorum non est memoria:perierunt quasi qui non fuerint:& nati sunt,quasi non nati, & filij ipsorum cum ipsis.
10 Sed illi viri misericordiæ sunt,quorum pietates non defuerunt:
11 Cum semine eorum permanent bona,
12 Hæreditas sancta nepotes eorum,& in testamentis stetit semen eorum:
13 Et filij eorum propter illos vsque in æternum manent:semen eorum & gloria eorum non derelinquetur.
14 Corpora ipsorum in pace sepulta sunt,& nomen eorum viuit in generationem,& generationem.
15 Sapientiam ipsorum narrent populi, & laudem eorum nunciet ecclesia.
16 Henoch placuit Deo, & translatus est in paradisum,vt det gentibus pœnitentiam. Gen. 5. 22. Heb. 11. 5.
17 Noe inuentus est perfectus,iustus, & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio.
18 Ideo dimissum est reliquum terræ, cum factum est diluuium. Gen. 6. 9. & 7. 1 Heb. 11. 7.
19 Testamenta sæculi posita sunt apud illum,ne deleri possit diluuio omnis caro.

Vulgat. Editio.

Gen.9.9. 20 Abraham magnus pater multitudinis gentium,
& non est inuentus similis illi in gloria: qui conser-
uauit legem Excelsi, & fuit in testamento cum illo.
Gen.12.2. & 15.5. 21 In carne eius stare fecit testamentum, & in ten-
Gen.22.10. tatione inuentus est fidelis.
Gen.22.16. 22 Ideo iureiurando dedit illi gloriam in gente sua,
Gal.3.6. crescere illum quasi terræ cumulum.
23 Et vt stellas exaltare semen eius, & hæreditare il-
los à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad ter-
minos terræ.
24 Et in Isaac eodem modo fecit propter Abraham
patrem eius.
25 Benedictionem omnium Gentium dedit illi Do-
minus, & testamentum confirmauit super caput Ia-
cob.
26 Agnouit eum in benedictionibus suis, & dedit
illi hæreditatem, & diuisit illi partem in tribubus
duodecim.
27 Et conseruauit illi homines misericordiæ, inue-
nientes gratiam in oculis omnis carnis.

CAP. XLV.

Exo.11.3. Dilectus Deo, & hominibus Moyses: cuius memo-
ria in benedictione est.
2 Similem illum fecit in gloria sanctorum, & ma-
gnificauit eum in timore inimicorum, & in verbis
suis monstra placauit.
Exo.4.8. 3 Glorificauit illum in conspectu regum, & iussit il-
li coram populo suo, & ostendit illi gloriam suam.
4 In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum, & ele-
git eum ex omni carne.
5 Audiuit enim eum, & vocem ipsius, & induxit il-
lum in nubem.
6 Et dedit illi corã præcepta, & legem vitæ, & disci-
plinæ, docere Iacob testamentum suum, & iudicia
sua Israel.
Nu.17.8. 7 Excelsum fecit Aaron fratrem eius, & similem sibi
de tribu Leui:
8 Statuit ei testamentum æternum, & dedit illi sa-
cerdotium gentis: & beatificauit illum in gloria,
9 Et circumcinxit eum zona gloriæ, & induit eum
stolam gloriæ, & coronauit eum in vasis virtutis.
Exo.28. 10 Circumpedes, & femoralia, & humerale posuit
ei, & cinxit illum tintinnabulis aureis plurimis in
gyro,
11 Dare sonitum in incessu suo, auditum facere so-
nitum in templo in memoriam filiis gentis suæ.
12 Stolam sanctam, auro, & hyacintho, & purpura,
opus textile, viri sapiẽtis, iudicio, & veritate præditi:
13 Torto cocco opus artificis, gemmis pretiosis figu-
ratis in ligatura auri, & opere lapidarij sculptis in
memoriam secundum numerum tribuum Israel.
14 Corona aurea super mitram eius expressa signo
sanctitatis, & gloria honoris: opus virtutis, & deside-
ria oculorum ornata.
15 Sic pulchra ante ipsum non fuerunt talia vsque
ad originem.
16 Non est indutus illa alienigena aliquis, sed tan-
tum filij ipsius soli, & nepotes eius per omne tẽpus.
17 Sacrificia ipsius consumpta sunt igne quotidie.
Leu.8.12. 18 Compleuit Moyses manus eius, & vnxit illum
oleo sancto.
19 Factum est illi in testamentum æternum, & se-
mini eius sicut dies cœli, fungi sacerdotio, & habere
laudem, & glorificare populum suum in nomine
eius.
20 Ipsum elegit ab omni viuente, offerre sacrificium
Deo, incensum, & bonum odorem, in memoriam
placare pro populo suo:

Vulgat. Editio.

21 Et dedit illi in præceptis suis potestatem, in te
stamentis iudiciorum, docere Iacob testimonia, & in
lege sua lucem dare Israel.
22 Quia contra illum steterunt alieni, & propter in- Nu.16.2
uidiam circumdederunt illum homines in deserto,
qui erant cum Dathan, & Abiron, & congregatio
Core in iracundia.
23 Vidit Dominus Deus, & non placuit illi, & con-
sumpti sunt in impetu iracundiæ.
24 Fecit illi monstra, & consumpsit illos in flamma
ignis.
25 Et addidit Aaron gloriam, & dedit illi hæredita-
tem, & primitias frugum terræ diuisit illi.
26 Panem ipsis in primis parauit in satietatem: nam
& sacrificia Domini edent, quæ dedit illi, & semini
eius.
27 Cæterum in terra gentes non hęreditabit, & pars
non est illi in gente: ipse est enim pars eius, & hære-
ditas.
28 Phinees filius Eleazari tertius in gloria est, imi- Nu.25.7. 1.Mach.2.54.
tando eum in timore Domini:
29 Et stare in reuerentia gentis: in bonitate, & ala-
critate animæ suæ placuit Deo pro Israel.
30 Ideo statuit illi testamentum pacis, principem
sanctorum, & gentis suæ, vt sit illi, & semini eius sa-
cerdotij dignitas in æternum.
31 Et testamentum Dauid regi filio Iessæ de tribu
Iuda, hæreditas ipsi & semini eius, vt daret sapien-
tiam in cor nostrum iudicare gentem suam in iusti-
tia, ne abolerentur bona ipsorum, & gloriam ipso-
rum in gentem eorum æternam fecit.

CAP. XLVI.

Fortis in bello Iesus Naue successor Moysi in pro-
phetis, qui fuit magnus secundum nomen suum.
2 Maximus in salutem electorum Dei, expugnare
insurgentes hostes, vt consequeretur hæreditatem
Israel.
3 Quam gloriam adeptus est in tollẽdo manus suas,
& iactando contra ciuitates romphæas?
4 Quis ante illum sic restitit? Nam hostes ipse Do-
minus perduxit.
5 An non in iracundia eius impeditus est sol, & vna Iosue.10.14.
dies facta est quasi duo?
6 Inuocauit Altissimum potentem in oppugnando
inimicos vndique, & audiuit illum magnus, & san-
ctus Deus in saxis grandinis virtutis valdè fortis.
7 Impetum fecit contra gentem hostilem, & in de-
scensu perdidit contrarios,
8 Vt cognoscant Gentes potentiam eius, quia con-
tra Deum pugnare non est facile. Et secutus est à ter-
go potentis:
9 Et in diebus Moysi misericordiam fecit ipse, & Nu.14.6
Caleb filius Iephone, stare contra hostem, & prohi-
bere gentem à peccatis, & perfringere murmur ma-
litiæ.
10 Et ipsi duo constituti, à periculo liberati sunt à
numero sexcentorum millium peditum, inducere
illos in hæreditatẽ, in terram quæ manat lac, & mel.
11 Et dedit Dominus ipsi Caleb fortitudinem, &
vsque in senectutem permansit illi virtus, vt ascen-
deret in excelsum terræ locum, & semen ipsius obti-
nuit hæreditatem:
12 Vt viderent omnes filij Israel, quia bonum est
obsequi sancto Deo.
13 Et iudices singuli suo nomini, quorum non est
corruptum cor: qui non auersi sunt à Domino.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

14 Vt sit memoria illorum in benedictione, & ossa
eorum pullulent de loco suo,
15 Et nomen eorum permaneat in æternum, per-
manens ad filios illorum, sanctorum virorum glo-
ria.
16 Dilectus à Domino Deo suo Samuel propheta
Domini, renouauit imperium, & vnxit principes in
gente sua.
17 In lege Domini congregationem iudicauit, & vi-
dit Deus Iacob, & in fide sua probatus est propheta.
18 Et cognitus est in verbis suis fidelis, quia vidit
Deum lucis:
19 Et inuocauit Dominum omnipotentem, in op-
pugnando hostes circumstantes vndique in oblatio-
ne agni inuiolati.
20 Et intonuit de cœlo Dominus, & in sonitu mag-
no auditam fecit vocem suam,
21 Et contriuit principes Tyriorum, & omnes du-
ces Philisthijm:
22 Et ante tempus finis vitæ suæ, & sæculi, testimo-
nium præbuit in conspectu Domini, & Christi, pe-
cunias, & vsque ad calceamenta ab omni carne non
accepit, & non accusauit illum homo.
23 Et post hoc dormiuit, & notum fecit regi, &
ostendit illi finem vitæ suæ, & exaltauit vocem suam
de terra in prophetia delere impietatem gentis.

CAP. XLVII.

2. Reg. 12. 1. POst hæc surrexit Nathan propheta in diebus Da-
uid.
2 Et quasi adeps separatus à carne, sic Dauid à filijs
Israel.
1. Reg. 17. 34. 3 Cum leonibus lusit quasi cum agnis: & in vrsis
similiter fecit sicut in agnis ouium in iuuentute
sua.
1. Reg. 17. 49. 4 Numquid non occidit gigantem, & abstulit op-
probrium de gente?
5 In tollendo manum, saxo fundę deiecit exultatio-
nem Goliæ:
6 Nam inuocauit Dominum omnipotentem, & de-
dit in dextera eius tollere hominem fortem in bello,
& exaltare cornu gentis suæ.
1. Reg. 18. 7. 7 Sic in decem millibus glorificauit eum, & lauda-
uit eum in benedictionibus Domini in offerendo illi
coronam gloriæ:
8 Contriuit enim inimicos vndique, & extirpauit
Philisthijm contrarios vsque in hodiernum diem:
contriuit cornu ipsorum vsque in æternum.
9 In omni opere dedit confessionem Sancto, & Ex-
celso in verbo gloriæ.
10 De omni corde suo laudauit Dominum, & dile-
xit Deum, qui fecit illum: & dedit illi contra inimi-
cos potentiam:
11 Et stare fecit cantores contra altare, & in sono
eorum dulces fecit modos.
12 Et dedit in celebrationibus decus, & ornauit
tempora vsque ad consummationem vitæ, vt lauda-
rent nomen sanctum Domini, & amplificarent ma-
ne Dei sanctitatem.
2. Reg. 12. 13. 13 Dominus purgauit peccata ipsius, & exaltauit in
æternum cornu eius: & dedit illi testamentum regni,
& sedem gloriæ in Israel.
14 Post ipsum surrexit filius sensatus, & propter il-
lum deiecit omnem potentiam inimicorum.
3. Reg. 1. 1. 15 Salomon imperauit in diebus pacis, cui subiecit
Deus omnes hostes, vt conderet domum in nomine

Vulgat. Editio.

suo, & pararet sanctitatem in sempiternum: quem-
admodum eruditus es in iuuentute tua,
16 Et impletus es, quasi flumen, sapientia, & terram 3. Reg. 4. 31.
retexit anima tua.
17 Et replesti in comparationibus ænigmata: ad in-
sulas longè diuulgatum est nomen tuum, & dilectus
es in pace tua.
18 In cãtilenis, & prouerbijs, & comparationibus, &
interpretationibus miratæ sunt terræ,
19 Et in nomine Domini Dei, cui est cognomen,
Deus Israel.
20 Collegisti quasi aurichalcum aurum, & vt plum- 3. Reg. 10. 27.
bum complesti argentum,
21 Et inclinasti femora tua mulieribus: potestatem
habuisti in corpore tuo,
22 Dedisti maculam in gloria tua, & profanasti se-
men tuum inducere iracundiam ad liberos tuos, &
incitari stultitiam tuam,
23 Vt faceres imperium bipartitũ, * & ex Ephraim 3. Reg. 12. 16.
imperare imperium durum.
24 Deus autem non derelinquet misericordiam
suam, & non corrumpet, nec delebit opera sua, ne-
que perdet à stirpe nepotes electi sui: & semen eius,
qui diligit Dominum, non corrumpet.
25 Dedit autem reliquum Iacob, & Dauid de ipsa
stirpe.
26 Et finem habuit Salomon cum patribus suis.
27 Et dereliquit post se de semine suo, gentis stulti-
tiam,
28 Et imminutum à prudentia, Roboam, qui auer- 3. Reg. 12. 28.
tit gentem consilio suo:
29 Et Ieroboam filium Nabat, qui peccare fecit Is-
rael, & dedit viam peccandi Ephraim, & plurima
redundauerunt peccata ipsorum.
30 Valdè auerterunt illos à terra sua.
31 Et quæsiuit omnes nequitias vsque dum perue-
niret ad illos defensio, & ab omnibus peccatis libe-
rauit eos.

CAP. XLVIII.

ET surrexit Elias Propheta, quasi ignis, & verbum 3. Reg. 17. 1.
ipsius quasi facula ardebat.
2 Qui induxit in illos famem, & irritantes illum
inuidia sua pauci facti sunt, non enim poterant sus-
tinere præcepta Domini.
3 Verbo Domini continuit cœlum, & deiecit de 3. Reg. 18.
cœlo ignem ter. 4. Reg. 1.
4 Sic amplificatus est Elias in mirabilibus suis. Et
quis potest similiter sic gloriari tibi?
5 Qui sustulisti mortuum ab inferis de sorte mortis 3. Reg. 17. 22.
in verbo Domini Dei.
6 Qui deiecisti reges ad perniciem, & confregisti
facilè potentiam ipsorum, & gloriosos de lecto suo.
7 Qui audis in Sina iudicium, & in Horeb iudicia
defensionis.
8 Qui vngis reges ad pœnitentiam, & prophetas fa-
cis successores post te.
9 Qui receptus es in turbine ignis, in curru equo- 4. Reg. 2. 11.
rum igneorum. Mal. 4. 6.
10 Qui scriptus es in iudicijs temporum lenire ira-
cundiam Domini: conciliare cor patris ad filium, &
restituere tribus Iacob,
11 Beati sunt, qui te viderunt, & in amicitia tua de-
corati sunt.
12 Nam nos vita viuimus tantum, post mortem
autem non erit tale nomen nostrum.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

4. Reg. 2. 11. 13 Elias quidem in turbine tectus est, & in Eliseo completus est spiritus eius: in diebus suis non pertimuit principem, & potentia nemo vicit illum.

* 4. Reg. 13. 21. 14 Nec superauit illum verbum aliquod * & mortuum prophetauit corpus eius.

15 In vita sua fecit monstra, & in morte mirabilia operatus est.

16 In omnibus istis non pœnituit populus, & non recesserunt à peccatis suis vsque dum eiecti sunt de terra sua, & dispersi sunt in omnem terram:

17 Et relicta est gens perpauca, & princeps in domo Dauid.

18 Quidam ipsorum fecerunt quod placeret Deo: alij autem multa commiserunt peccata.

19 Ezechias muniuit ciuitatem suam, & induxit in medium ipsius aquam, & fodit ferro rupem, & ædificauit ad aquam puteum.

4. Reg. 18. 13. 20 In diebus ipsius ascendit Sennacherib, & misit Rabsacen, & sustulit manum suam contra illos, & extulit manum suam in Sion, & superbus factus est potentia sua.

21 Tunc mota sunt corda, & manus ipsorum: & doluerunt quasi parturientes mulieres.

22 Et inuocauerunt Dominum misericordem, & expandentes manus suas, extulerunt ad cœlum: & sanctus Dominus Deus audiuit cito vocem ipsorum.

23 Non est commemoratus peccatorum illorum, neque dedit illos inimicis suis, sed purgauit eos in manu Isaiæ sancti prophetæ.

4. Reg. 19. 35. Tob. 1. 21. Isa. 37. 36. 1. Mac. 7. 41. 2. Mach. 8. 19. 24 Deiecit castra Assyriorum, & contriuit illos Angelus Domini.

25 Nam fecit Ezechias, quod placuit Deo, & fortiter iuit in via Dauid patris sui, quam mandauit illi Isaias propheta magnus, & fidelis in conspectu Dei.

4. Reg. 20. 1. Isa. 38. 1. 26 In diebus ipsius retro redijt Sol, & addidit regi vitam.

27 Spiritu magno vidit vltima, & consolatus est lugentes in Sion. Vsque in sempiternum.

28 Ostendit futura, & abscondita antequam euenirent.

CAP. XLIX.

MEmoria Iosiæ in compositionem odoris facta opus pigmentarij.

4. Reg. 22. 1. 2 In omni ore quasi mel indulcabitur eius memoria, & vt musica in conuiuio vini.

3 Ipse est directus diuinitus in pœnitentiam gentis, & tulit abominationes impietatis.

4 Et gubernauit ad Dominum cor ipsius, & in diebus peccatorum corroborauit pietatem.

5 Præter Dauid, & Ezechiam, & Iosiam, omnes peccatum commiserunt:

6 Nam reliquerunt legem Altissimi reges Iuda, & contempserunt timorem Dei.

7 Dederunt enim regnum suum alijs, & gloriam suam alienigenæ genti.

4. Reg. 25. 9. 8 Incenderunt electam sanctitatis ciuitatem, & desertas fecerunt vias ipsius in manu Ieremiæ.

9 Nam male tractauerunt illum, qui à ventre matris consecratus est propheta, euertere, & eruere, & perdere, & iterum ædificare, & renouare.

Ezec. 1. 4. 10 Ezechiel qui vidit conspectum gloriæ, quam ostendit illi in curru Cherubim.

11 Nam commemoratus est inimicorum in imbre, benefacere illis, qui ostenderunt rectas vias.

12 Et duodecim prophetarum ossa pullulent de loco suo: nam corroborauerunt Iacob, & redemerunt se in fide virtutis.

Vulgat. Editio.

13 Quomodo amplificemus Zorobabel? nam & ipse quasi signum in dextera manu, 1. Esd. 3. 2. Agg. 1. 2.

14 Sic & Iesum filium Iosedec? qui in diebus suis ædificauerunt domum, & exaltauerunt templum sanctum Domino, paratum in gloriam sempiternam.

15 Et Nehemias in memoria multi temporis, qui erexit nobis muros euersos, & stare fecit portas, & seras, qui erexit domos nostras. Zach. 3. 1.

16 Nemo natus est in terra qualis Henoch: nam & ipse receptus est à terra.

17 Neque vt Ioseph, qui natus est homo, princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, stabilimentum populi: Gen. 41. 40. 42 & 49. 5. 50. 20.

18 Et ossa ipsius visitata sunt, & post mortem prophetauerunt.

19 Seth, & Sem apud homines gloriam adepti sunt: & super omnem animam in origine Adam. Gen. 4. Gen. 5. 32.

CAP. L.

SImon Oniæ filius, sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsit domum, & in diebus suis corroborauit templum.

2 Templi etiam altitudo ab ipso fundata est, duplex ædificatio & excelsi parietes templi.

3 In diebus ipsius emanauerunt putei aquarum, & quasi mare adimpleti sunt supra modum.

4 Qui curauit gentem suam, & liberauit eam à perditione.

5 Qui præualuit amplificare ciuitatem, qui adeptus est gloriam in conuersatione gentis: & ingressum domus, & atrij amplificauit.

6 Quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi luna plena in diebus suis lucet.

7 Et quasi Sol refulgens, sic ille effulsit in templo Dei.

8 Quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, & quasi flos rosarum in diebus vernis, & quasi lilia quæ sunt in transitu aquæ, & quasi thus redolens in diebus æstatis.

9 Quasi ignis effulgens, & thus ardens in igne.

10 Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso.

11 Quasi oliua pullulans, & cypressus in altitudinem se extollens, in accipiendo ipsum stolam gloriæ, & vestiri eum in consummationem virtutis.

12 In ascensu altaris sancti, gloriam dedit sanctitatis amictum.

13 In accipiendo autem partes de manu sacerdotum, & ipse stans iuxta aram. Et circa illum corona fratrum: quasi plantatio cedri in monte Libano,

14 Sic circa illum steterunt quasi rami palmæ, & omnes filij Aaron in gloria sua.

15 Oblatio autem Domini in manibus ipsorum, coram omni synagoga Israel: & consummatione fungens in ara, amplificare oblationem excelsi regis.

16 Porrexit manum suam in libatione, & libauit de sanguine vuæ.

17 Effudit in fundamento altaris odorem diuinum excelso principi.

18 Tunc exclamauerunt filij Aaron, in tubis productilibus sonuerunt, & auditam fecerunt vocem magnam in memoriam coram Deo.

19 Tunc omnis populus simul properauerunt, & ceciderunt in faciem super terram, adorare Dominum Deum suum, & dare preces omnipotenti Deo excelso.

20 Et amplificauerunt psallentes in vocibus suis, & in magna domo auctus est sonus suauitatis plenus.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

21 Et rogauit populus Dominum excelsum in prece, vsquedum perfectus est honor Domini, & munus suum perfecerunt.
22 Tunc descendens, manus tua extulit in omnem congregationem filiorum Israel dare gloriam Deo à labijs suis, & in nomine ipsius gloriari:
23 Et iterauit orationem suam, volens ostendere virtutem Dei.
24 Et nunc orate Deum omnium, qui magna fecit in omni terra, qui auxit dies nostros à ventre matris nostræ, & fecit nobiscum secundum suam misericordiam:
25 Det nobis iucunditatem cordis, & fieri pacem in diebus nostris in Israel per dies sempiternos:
26 Credere Israel nobiscum esse Dei misericordiam, vt liberet nos in diebus suis.
27 Duas gentes odit anima mea: tertia autem non est gens, quam oderim:
28 Qui sedent in monte Seir, & Philisthijm, & stultus populus, qui habitat in Sichimis.
29 Doctrinam sapientiæ & disciplinæ scripsit in codice isto Iesus filius Sirach Ierosolymita, qui renouauit sapientiam de corde suo.
30 Beatus, qui in istis versatur bonis: qui ponit illa in corde suo, sapiens erit semper.
31 Si enim hæc fecerit, ad omnia valebit: quia lux Dei, vestigium eius est.

CAP. LI.

ORatio Iesu filij Sirach: Confitebor tibi Domine rex, & collaudabo te Deum saluatorem meum.
2 Confitebor nomini tuo: quoniam adiutor & protector factus es mihi,
3 Et liberasti corpus meum à perditione, à laqueo linguæ iniquæ, & à labijs operantium mendacium, & in conspectu astantium factus es mihi adiutor.
4 Et liberasti me secundum multitudinem misericordiæ nominis tui à rugientibus, præparatis ad escam,
5 De manibus quærentium animam meam, & de portis tribulationum quæ circumdederunt me:
6 A pressura flammæ, quæ circumdedit me, & in medio ignis non sum æstuatus:
7 De altitudine ventris inferi, & à linqua coinquinata, & à verbo mendacij, à rege iniquo, & à lingua iniusta:
8 Laudabit vsque ad mortem anima mea Dominum,
9 Et vita mea appropinquans erat in inferno deorsum.
10 Circumdederunt me vndique, & non erat qui adiuuaret. Respiciens eram ad adiutorium hominum, & non erat.
11 Memoratus sum misericordiæ tuæ Domine, & operationis tuæ, quæ à sæculo sunt.

Vulgat. Editio.

12 Quoniam eruis sustinentes te Domine, & liberas eos de manibus gentium.
13 Exaltasti super terram habitationem meam, & pro morte defluente deprecatus sum.
14 Inuocaui Dominum patrem Domini mei, vt nō derelinquat me in die tribulationis meæ & in tempore superborum sine adiutorio.
15 Laudabo nomen tuum assidue, & collaudabo illud in confessione, & exaudita est oratio mea.
16 Et liberasti me de perditione, & eripuisti me de tempore iniquo.
17 Propterea confitebor, & laudem dicam tibi, & benedicam nomini Domini.
18 Cum adhuc iunior essem, priusquam oberrarem, quæsiui sapientiam palam in oratione mea.
19 Ante templum postulabam pro illa, & vsque in nouissimis inquiram eam. Et effloruit tamquam præcox vua,
20 Lætatum est cor meum in ea. Ambulauit pes meus iter rectum, à iuuentute mea inuestigabam eam.
21 Inclinaui modice aurem meam, & excepi illam.
22 Multam inueni in meipso sapientiam, & multum profeci in ea.
23 Danti mihi sapientiam, dabo gloriam.
24 Consiliatus sum enim vt facerem illam: zelatus sum bonum, & non confundar.
25 Colluctata est anima mea in illa, & in faciendo eam confirmatus sum.
26 Manus meas extendi in altum, & insipientiam eius luxi.
27 Animam meam direxi ad illam, & in agnitione inueni eam.
28 Possedi cum ipsa cor ab initio: propter hoc non derelinquar,
29 Venter meus conturbatus est quærendo illam: propterea bonam possidebo possessionem.
30 Dedit mihi Dominus linguam mercedem meam: & in ipsa laudabo eum.
31 Appropiate ad me indocti, & congregate vos in domum disciplinæ.
32 Quid adhuc retardatis? & quid dicitis in his? animæ vestræ sitiunt vehementer.
33 Aperui os meum, & locutus sum: Comparate vobis sine argento,
34 Et collum vestrum subijcite iugo, & suscipiat anima vestra disciplinam: in proximo est enim inuenire eam.
35 Videte oculis vestris quia modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem.
36 Assumite disciplinam in multo numero argenti, & copiosum aurum possidete in ea.
37 Lætetur anima vestra in misericordia eius, & non confundemini in laude ipsius.
38 Operamini opus vestrum ante tempus, & dabit vobis mercedem vestram in tempore suo.

FINIS LIBRI ECCLESIASTICI.

Digitized by Google

PROPHETIÆ ISAIÆ.

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM.

1 VISIO Isaię filij Amos, quam vidit super Iudam & Ierusalem in diebus Oziæ, Ioathan, Achaz, & Ezechiæ regum Iuda.

2 Audite cœli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est. Filios enutriui, & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me.

3 Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit.

4 Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis: dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum.

5 Super quo percutiam vos vltra, addentes præuaricationem? omne caput languidum, & omne cor mærens.

6 A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas: vulnus, & liuor, & plaga tumens, non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo.

* Isa. 5. 6. — 7 * Terra vestra deserta, ciuitates vestræ succensæ igni: regionem vestram coram vobis alieni deuorant, & desolabitur sicut in vastitate hostili.

8 Et derelinquetur filia Sion vt vmbraculum in vinea & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas, quæ vastatur.

* Ro. 9. 29. * Ge. 19. 24. — 9 * Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, * quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrha similes essemus.

10 Audite verbum Domini principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei nostri populus Gomorræ.

* Ier. 6. 20. Amo. 5. 21. — 11 * Quò mihi multitudinem victimarum vestrarum, dicit Dominus? plenus sum: holocausta arietum, & adipem pinguium, & sãguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui.

12 Cum veniretis ante conspectum meum, quis quæsiuit hæc de manibus vestris, vt ambularetis in atrijs meis?

13 Ne offeratis vltra sacrificium frustra: incensum abominatio est mihi. Neomeniam, & sabbatum, & festiuitates alias non feram, iniqui sunt cœtus vestri:

14 Calendas vestras, & solemnitates vestras odiuit anima mea: facta sunt mihi molesta, laboraui sustinens.

* Isa. 59. 3. — 15 Et cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis: & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam: * manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.

* 1. Pet. 3. 3. — 16 * Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis: quiescite agere peruerse,

17 Discite benefacere: quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam.

PROPHETIÆ IESAHIAHV.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAPVT PRIMVM.

1 *VISIO Iesahaiahu filij Amos, quam vidit super Iehudah, & Ierusalaim in diebus Huzziahu, Iotham, Achaz, Iechezkiahu regum Iehudah.*

2 *Audite cœli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est. Filios enutriui, & exaltaui: ipsi autẽ præuaricati sunt contra me.*

3 *Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, Israel non cognouit, populus meus non intellexit.*

4 *Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini malorum, filijs corruptoribus: dereliquerunt Dominum, traiecerunt sanctum Israel, alienauerunt se retrorsum.*

5 *Propter quid percutiemini, adhuc additis prauitatem? omne caput ad languorem, & omne cor infirmum.*

6 *A planta pedis vsq; ad verticem non est in eo perfectio: vulnus, & liuor, & plaga saniosa non sunt constricta, nec sunt alligata, nec lenita oleo:*

7 *Terra vestra desolata, ciuitates vestræ succensæ igni: terram vestram coram vobis alieni comedunt, & desolatio est sicut euersio alienorum.*

8 *Et derelinquetur filia Sion sicut vmbraculum in vinea, sicut tugurium in cucumerario, sicut ciuitas desolata.*

9 *Nisi dominus exercituum reliquisset nobis superstites paucos, sicut Sedom fuissemus, ipsi Hamorah similes fuissemus.*

10 *Audite verbum Domini principes Sedom, auribus percipite legem Dei nostri populus Hamorah.*

11 *Vt quid mihi offertis multitudinem victimarum vestrarum, dicit Dominus? satur sum: holocausta arietum, & adipem bubalorum, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum non volui.*

12 *Cum veniretis, vt conspiceremini coram me, quis quæsiuit hoc de manu vestra, vt conculcaretis atria mea?*

13 *Ne addatis afferre sacrificium mendax: suffimentum abominatio est mihi. Kalendas, & sabbatum, quod conuocetis conuocationem, non possum ferre iniquitatem, cum cœtu.*

14 *Kalendas vestras, & solemnitates vestras odio habet anima mea, sunt mihi oneri, laboraui ad sustinendum.*

15 *Et quando extendetis manus vestras, occultabo oculos meos à vobis: etiam quando multiplicabitis orationem non audiam: manus vestræ sanguine plenæ sunt.*

16 *Lauate vos, mundi estote, remouete malum operum vestrorum de conspectu oculorum meorum: desinite malefacere.*

17 *Discite benefacere, quærite iudicium, dirigite oppressum, iudicate pupillo, iudicate viduæ.*

Digitized by Google

PROPHETIÆ
ESAIÆ.
Transl. ex Septuag.

CAPVT PRIMVM.

VISIO, quam vidit Esaias filius Amos, quam 1
vidit contra Iudæam, & contra Ierusalem,
in regno Oziæ, & Ioatham, & Achaz, & Eze-
ciæ qui regnauerunt in Iudęa.
Audi cęlum, & auribus percipe terra: quia Domi- 2
nus loquutus est: Filios genui, & exaltaui: ipsi autem
spreuerunt me.
Cognouit bos possessorem, & asinus præsepe do- 3
mini sui: Israel autem me non cognouit: & populus
me non intellexit.
Væ gens peccatrix, populus plenus peccatis, se- 4
men nequam, filij scelesti: dereliquistis Dominum,
& ad iracundiam concitastis Sanctum Israel.
Quid adhuc percutiamini addentes iniquitatem? 5
Omne caput in labore, & omne cor in mærore.
A pedibus vsque ad caput non est in eo integri- 6
tas, neque vulnus, neque liuor, neque plaga tumens.
Non est malagma imponere, neque oleum, neque
alligaturas.
Terra vestra deserta, ciuitates vestræ igne succen- 7
sæ. Regionem vestram in conspectu vestro alieni
deuorant eam: & desolata est, subuersa à populis
alienis.
Derelinquetur filia Sion, sicut tabernaculum in 8
vinea, & sicut pomorum custodia in cucumerario,
sicut ciuitas expugnata.
Et, nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen; 9
quasi Sodoma, facti essemus, & quasi Gomorra, simi-
les essemus.
Audite verbum Domini principes Sodomorum: 10
attendite legi Dei populus Gomorræ.
Quò mihi multitudinem sacrificiorum vestro- 11
rum, dicit Dominus? plenus sum holocaustis arie-
tum: & adipem agnorum, & sanguinem taurorum,
& hircorum nolo:
Neque veniatis, vt appareatis mihi. Quis enim 12
quæsiuit hæc de manibus vestris? Calcare atrium
meum non apponetis.
Si afferatis similam; vanum incensum, abomina- 13
tio mihi est. Neomenias vestras, & sabbata, & diem
magnum non fero: ieiunium, & ocium,
Et neomenias vestras, & solemnitates vestras odit 14
anima mea. Facti estis mihi in satietatem: nequa-
quam vltra dimittam peccata vestra.
Cum extenderitis manus: auertam oculos meos 15
à vobis: &, si multiplicetis orationem; non exau-
diam vos. Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.
Lauamini, mundi estote, auferte mala ex anima- 16
bus vestris ab oculis meis, quiescite à malitijs ve-
stris,
Discite facere bonum, quærite iudicium, liberate 17
oppressum, iudicate pupillo, & iustificate viduam:

PROPHETIÆ
IESAHIAHV.
Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAPVT PRIMVM.

VISIO Iesaiahu filij Amos, quam vidit super Ie-
hudah, & Ierusalaim in diebus Vzziahu, Iotham,
Ahaz, & Iehizciahu Regum Iehudah.
Audite cæli, & auribus percipe terra, quoniam Domi-
nus locutus est, Filios enutriui, & exaltaui: ipsi autē præ-
uaricati sunt contra me.
Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domi-
ni sui: Israel non cognouit, populus meus non intellexit.
Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini ma
lorum, filijs corruptoribus: dereliquerunt Iehouam, irasci
fecerunt Sanctum Israel, alienauerunt se retrorsum.
Propter quid percutiamini adhuc? addetis peruersitatem.
omne caput dispositum est ad infirmitatem, & omne cor in-
firmum:
A planta pedis vsq; ad verticem non est in eo perfectio:
sed vulnus, & liuor, & plaga recens: non sunt constricta,
neq; alligata, nec emollita oleo.
Terra vestra desolatio, ciuitates vestræ succensæ igni: ter-
ram vestram coram vobis alieni comedunt: desolatio inquā
erit sicut subuersio alienorum:
Et derelinquetur filia Sijon sicut vmbraculum in vinea,
velut tugurium in cucumerario, & vt ciuitas desolata.
Nisi Iehouah exercituum reliquisset nobis superstites
paucos, sicut Sedom fuissemus, ipsi Amorah similes fuisse-
mus.
Audite verbum Iehouæ, principes Sedom, auribus perci-
pite Legem Dei nostri, populus Amorah.
Vt quid mihi offertis multitudinem victimarum vestra-
rum, dicit Iehouah? satur sum: holocausta arietum, &
adipem bubalorum, & sanguinem vitulorum, & agnorum,
& hircorum nolui.
Quum veniretis vt conspiceremini coram me, quis quæ-
siuit hoc de manu vestra, vt conculcaretis atria mea?
Ne addatis offerre sacrificium mendax: suffimentum
abominatio est mihi: calendas & sabbathum, quod conuo-
cetis conuocationem, non possum ferre iniquitatem cum
cœtu.
Calendas vestras & solemnitates vestras odio habuit
anima mea, sunt mihi oneri, fatigatus sum sustinendo.
Et quum extendatis manus vestras, occultabo oculos
meos à vobis: etiam quum multiplicabitis orationem, non
audiam: nam manus vestræ sanguine plenæ sunt.
Lauate vos, mundi estote, remouete malum operum ve-
strorum à conspectu oculorum meorum: desinite malefa-
cere.
Discite benefacere, quærite iudicium, dirigite oppressum,
iudicate pupillo, iudicate viduæ.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Et venite,& arguite me,dicit Dominus:ſi fuerint
peccata veſtra, vt coccinum, quaſi nix dealbabun-
tur & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus,velut lana
alba erunt.
Si volueritis,& audieritis me, bona terræ come-
detis.
Quòd ſi nolueritis,& me ad iracundiam prouo-
caueritis : gladius deuorabit vos , quia os Domini
locutum eſt.
Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis,plena
iudicij ? iuſtitia habitauit in ea,nunc autem homi-
cidæ.
Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam : vinum
tuum mixtum eſt aqua.
Principes tui infideles, ſocij furum : omnes dili-
gunt munera, ſequuntur retributiones. * Pupillo
non iudicant : & cauſa viduæ non ingreditur ad il-
los.

* Ier. 5. 28.

Propter hoc ait Dominus Deus exercituum for-
tis Iſrael : Heu, conſolabor ſuper hoſtibus meis, &
vindicabor de inimicis meis.

Et conuertam manum meam ad te,& excoquam
ad purum ſcoriam tuam , & auferam omne ſtan-
num tuum.
Et reſtituam iudices tuos vt fuerunt prius , &
conſiliarios tuos ſicut antiquitus:poſt hæc vocabe-
ris ciuitas iuſti, vrbs fidelis.
Sion in iudicio redimetur , & reducent eam in
iuſtitia:
Et conteret ſceleſtos,& peccatores ſimul : & qui
dereliquerunt Dominum, conſumentur.
Confundentur enim ab idolis, quibus ſacrifica-
uerunt:& erubeſcetis ſuper hortis, quos elegeratis,

Cum fueritis velut quercus defluentibus folijs,
& velut hortus abſque aqua.
Et erit fortitudo veſtra, vt fauilla ſtuppæ, & opus
veſtrum quaſi ſcintilla : & ſuccendetur vtrumque
ſimul,& non erit qui extinguat.

CAP. II.

Mich. 4.

VErbum,quod vidit Iſaias,filius Amos, ſuper Iu-
da & Ieruſalem.
Et erit in nouiſſimis diebus præparatus mons
domus Domini in vertice montium, & eleuabitur
ſuper colles, & fluent ad eum omnes gentes.

Et ibunt populi multi,& dicent:Venite & aſcen-
damus ad montem Domini , & ad domum Dei Ia-
cob,& docebit nos vias ſuas,& ambulabimus in ſe-
mitis eius : quia de Sion exibit lex, & verbum Do-
mini de Ieruſalem.
Et iudicabit Gentes,& arguet populos multos:&
conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas
in falces:non leuabit gens contra gentem gladium,
nec exercebuntur vltra ad prælium.
Domus Iacob venite , & ambulemus in lumine
Domini.
Proiecisti enim populum tuum, domum Iacob:
quia repleti ſunt vt olim, & augures habuerunt vt
Philiſthijm,& pueris alienis adhæſerunt.

Repleta eſt terra argento & auro : & non eſt finis
theſaurorum eius :
Et repleta eſt terra eius equis : & innumerabiles
quadrigæ eius. Et repleta eſt terra eius idolis : opus
manuum ſuarum adorauerunt, quod fecerunt di
giti eorum.

Tranſl. ex Heb. Sanct. Pagn.

18 *Venite nunc, & increpemus nos, dicit Dominus : Si fue-
rint peccata veſtra, tamquam coccinum veluti nix albeſ
cent:ſi fuerint rubra tamquam vermiculus,velut lana al-
ba erunt.*
19 *Si volueritis,& audieritis,bonum terra comedetis.*

20 *Si autem renueritis , & irritaueritis, gladio deuorabi-
mini, quia os Domini locutum eſt.*

21 *Quomodo fuit,vt meretrix ciuitas fidelis,plena iudicij?
iuſtitia morata eſt in ea,nunc autem homicida.*

22 *Argentum tuum verſum eſt in ſcorias , vinum tuum
mixtum eſt aqua.*
23 *Principes tui declinantes,& ſocij furum,omnes diligunt
munera, ſequuntur retributiones:Pupillo non iudicant, &
cauſa vidua non ingredietur ad eos.*

24 *Propterea dicit Dominus Deus exercituum fortis Iſrael:
Heu conſolabor de hoſtibus meis , & vindicabo me de ini-
micis meis.*

25 *Et conuertam manum meam ſuper te , & repurgabo,
quaſi fornax ſcorias tuas,& auferam omnia ſtanna tua.*

26 *Et reſtituam iudices tuos ſicut* erant *in principio , &
conſiliarios tuos ſicut* erant *in initio : poſt hæc vocaberis
ciuitas iuſtitia,ciuitas fidelis.*
27 *Sijon in iudicio redimetur , & qui conuerſi fuerint ad
eam in iuſtitia.*
28 *Contritio praeuaricatorum, & peccatorum erit pariter:
derelinquenteſq; Dominum conſumentur.*
29 *Pudore enim afficiemini ab arboribus , quas concupiui-
ſtis,& pudore afficiemini ab hortis quos elegiſtis.*

30 *Quando eritis velut quercus defluens folijs ſuis,& vel-
ut hortus cui aqua non eſt.*
31 *Et erit fortis vt ſtuppa , & operator eius ſcintilla , &
ſuccendentur ambo pariter,& non erit qui extinguat.*

CAP. II.

1 *VErbum quod vidit Ieſahiahu filius Amos ſuper Iehu-
dah, & Ieruſalaim.*
2 *Et erit, in nouiſſimis diebus praeparatus erit mons domus
Domini in vertice montium, & eleuabit ſe prae collibus, &
confluent ad eum omnes gentes.*

3 *Et ibunt populi multi,& dicent : Venite,& aſcendemus
ad montem Domini,ad domum Dei Iahacob,& docebit nos
vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis eius , quia de Sijon
exibit lex & verbum Domini de Ieruſalaim.*

4 *Et iudicabit inter gentes, & arguet populos multos, &
contundent gladios ſuos in ligones, & lanceas ſuas in fal-
ces , & non leuabit gens contra gentem gladium , & non
diſcent vltra bellum.*
5 *Domus Iahacob venite , & ambulemus in lumine Do-
mini.*
6 *Dimiſiſti enim populum tuum , domum Iahacob, quia*
ſuperſtitione *repleti ſunt* præ Aramæis qui ſunt *ad*
Orientem Iſraeli *, & augures ſicut Peliſthim, & in filijs
alienis ſufficientes fuerunt.*
7 *Et repleta eſt terra eius argento,& auro,& non eſt finis
theſauris eius,*
8 *Et repleta eſt terra eius equis, & non eſt finis quadrigis
eius. Et repleta eſt terra eius idolis:operi manuum ſuarum
incuruauerunt ſe,quod fecerunt digiti eorum.*

Digitized by Google

[illegible]

Notæ ex Hebr. Fratr. Fr. Vatabli.

[illegible]

... non attendentes.

Propterea hæc dicit Dominus ... [illegible]

... Va fortes Israel ... [illegible]

[illegible]

CAP. II.

V [illegible]

[illegible]

Vulgat. Editio.

Et incuruauit se homo, & humiliatus est vir: ne ergo dimittas eis.

Ingredere in petram, & abscondere in fossa humo, a facie timoris Domini, & a gloria maiestatis eius.

Oculi sublimes hominis humiliati sunt, & incuruabitur altitudo virorum: exaltabitur autem Dominus solus in die illa.

Quia dies Domini exercituum super omnem superbum & excelsum, & super omnem arrogantem, & humiliabitur.

Et super omnes cedros Libani sublimes & erectas, & super omnes quercus Basan.

Et super omnes montes excelsos, & super omnes colles eleuatos.

Et super omnem turrim excelsam, & super omnem murum munitum.

Et super omnes naues Tharsis, & super omne quod visu pulchrum est.

17 Et incuruabitur sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum, & eleuabitur Dominus solus in die illa.

18 Et idola penitus conterentur.

Et introibunt in speluncas petrarum, & in voragines terrae a facie formidinis Domini, & a gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram.

20 In die illa proiiciet homo idola argenti sui, & simulachra auri sui, quae fecerat sibi vt adoraret, talpas & vespertiliones.

Et ingredietur fissuras petrarum, & in cauernas saxorum a facie formidinis Domini, & a gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram.

Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius est, quia excelsus reputatus est ipse.

CAP. III.

Ecce enim dominator Dominus exercituum auferet a Ierusalem, & a Iuda validum & fortem, omne robur panis, & omne robur aquae.

Fortem, & virum bellatorem, iudicem, & prophetam, & ariolum, & senem.

Transl. ex Septuag.

9 Et procubuit homo, & humiliatus est vir:& non dimittam eos.
10 Et nunc ingredimini in petras, & occultamini in terram à facie timoris Domini, & à gloria fortitudinis eius,quando surrexerit quassare terram.
11 Oculi enim Domini sublimes: homo autem humilis.Et humiliabitur altitudo hominum: & exaltabitur Dominus solus in die illa.
12 Dies enim Domini Sabaoth super omnem contumeliosum, & superbum, & super omnem excelsum,& sublimem:& humiliabuntur:
13 Et super omnem cedrum Libani excelsarum, & sublimium,& super omnem arborem glādis Basan:
14 Et super omnem excelsum montem, & super omnem collem excelsum,
15 Et super omnem turrim excelsam, & super omnem murum excelsum,
16 Et super omne nauigium maris,& super omnem aspectum pulchritudinis nauium.
17 Et humiliabitur omnis homo, & cadet contumelia hominum, & exaltabitur Dominus solus in die illa.
18 Et manufacta omnia abscondent, inferentes in speluncas,
19 Et in scissuras petrarum,& in cauernas terræ à facie timoris Domini, & à gloria fortitudinis eius, cum surrexerit frangere terram.
20 Die enim illa eijciet homo abominationes suas argenteas, & aureas, quas fecerunt, ad adorandum vana & vespertiliones,
21 Ad intrandum in cauernas firmę petræ,& in scissuras petrarum à facie timoris Domini, & à gloriā fortitudinis eius, cum surrexerit frangere terram.

C A P. III.

1 Ecce itaque dominator Dominus Sabaoth auferet ab Hierusalem,& de Iudæa validum,& validam,robur panis,& robur aquæ,
2 Gigantem,& fortem,& hominem bellatorem, & iudicem,& prophetam,& coniectorem,
3 Et presbyterum,& quinquagenarium,& admirabilem consiliarium, & sapientem architectum, & prudentem auditorem.
4 Et imponam adolescentes principes eorum:& illusores dominabuntur eis:
5 Et corruet populus,homo ad hominem,& homo ad proximum suum: impinget puer ad senem, & inhonoratus ad honoratum:
6 Quia apprehendet homo fratrem suum, vel domesticum patris sui, dicens: Vestimentum habes: princeps esto nostrum:& cibus meus sub te sit.
7 Et respondens in die illa dicet:Non ero tuus princeps: non enim est in domo mea panis, neque vestimentum;non ero princeps populi huius:
8 Quia dissoluta est Hierusalem, & Iudæa concidit, & linguæ eorum cum iniquitate,in his,quæ ad Dominum,increduli.Quare nunc humiliata est gloria eorum:
9 Et confusio vultus eorum restitit eis:& peccatum suum,quasi Sodomorum,annunciauerunt,& ostenderunt. Væ animæ eorum, quoniam consiliati sunt consilium pessimum contra semetipsos,dicentes.
10 Alligemus iustum quoniam inutilis est nobis. Itaque fructus operum suorum comedent.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

9 *Et incuruauit se homo,& humiliauit se vir: & non parces eis.*
10 *Ingredere in petram, & abscondе te in puluere à facie formidinis Iehouæ,& à decore altitudinis eius.*
11 *Oculi elati hominis humiliabuntur, & incuruabitur altitudo hominum: exaltabitur autem Iehouah solus in die illa.*
12 *Dies enim Iehouæ exercituum veniet super omnem superbum,& excelsum,& super omnem elatum, & humiliabitur:*
13 *Et super omnes cedros Lebanon sublimes & eleuatas, & super omnes quercus Basan:*
14 *Et super omnes montes excelsos, & super omnes colles eleuatos,*
15 *Et super omnem turrim excelsam,& super omnem murum munitum:*
16 *Et super omnes naues Tharsis,& super omnes picturas concupiscibiles.*
17 *Et incuruabitur elatio hominis, & humiliabitur altitudo hominum,& eleuabitur Dominus solus in die illa.*
18 *Et idola penitus concidet:*
19 *Et introibunt in speluncas petrarum,& in foueas subterraneas à facie formidinis Iehouæ, & à gloria altitudinis eius: quum surrexerit vt conterat terram.*
20 *In die illa proijciet homo idola argentea sua, & idola aurea sua, quæ fecerunt sibi, vt incuruarent se imaginibus talparum & vespertilionum.*
21 *Vt ingrediatur in foramina petrarum, & in cauernas saxorum a facie formidinis Domini,& à gloria altitudinis eius,quum surrexerit vt conterat terram.*
22 *Desinite timere vobis ab homine cuius anima in naribus est: quid enim reputationis est ipse?*

C A P. III.

1 *Ecce enim dominator Iehouah exercituum aufert à Ierusalaim & à Iehudah fulcimentum & fulcimentum, hoc est omne fulcimentum panis, & omne fulcimentum aquæ,*
2 *Fortem & virum bellicosum, iudicem & Prophetam, & diuinum & senem,*
3 *Quinquagenarium, & honorabilem vultu, & consiliarium,& sapientem artificum, & intelligentem incantationis.*
4 *Et dabo pueros principes eorum, & pueri dominabuntur eis.*
5 *Et opprimetur populus, vir in virum, & vir in amicum suum: inualescent puer in senem, & ignobilis in nobilem.*
6 *Apprehendet enim quisque fratrem suum familiæ patris sui,dicens, Vestimentum tibi est, princeps eris noster, ruinaque hæc sub manu tua erit.*
7 *Et ille iurabit in die illa,dicens,Non ero dominus:nam in domo mea non est panis, nec vestimentum: ne igitur constituatis me principem populi.*
8 *Ruit enim Ierusalaim & Iehudah concidit: quia lingua eorum & opera eorum contra Iehouam ad irritandum oculos gloriæ eius.*
9 *Agnitio vultus eorum testificabitur contra eos,& peccatum suum sicut Sedom annunciauerunt, & non absconderunt: væ animæ eorum, quoniam retribuerunt sibi ipsis malum.*
10 *Dicite iusto quum fuerit bonus, quod fructum operum suorum comedent.*

Vulgat. Editio.

11 Væ impio in malum: retributio enim manuum eius fiet ei.

12 Populum meum exactores sui spoliauerunt, & mulieres dominatæ sunt eis. Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant.

13 Stat ad iudicandum Dominus, & stat ad iudicandos populos.

14 Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui, & principibus eius: vos enim depasti estis vineam, & rapina pauperis in domo vestra.

15 Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis, dicit Dominus Deus exercituum?

16 Et dixit Dominus: Pro eo quod eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, ambulabant pedibus suis, & composito gradu incedebant:

17 Decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit.

18 In die illa auferet Dominus ornamentum calceamentorum, & lunulas,

19 Et torques, & monilia, & armillas, & mitras,

20 Et discriminalia, & periscelidas, & murenulas, & olfactoriola, & inaures,

21 Et annulos, & gemmas in fronte pendentes,

22 Et mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus,

23 Et specula, & sindones, & vittas, & theristra.

24 Et erit pro suaui odore fœtor, & pro zona funiculus & pro crispanti crine caluitium, & pro fascia pectorali cilicium.

25 Pulcherrimi quoque viri tui gladio cadent, & fortes tui in prælio.

26 Et mœrebunt atque lugebunt portæ eius, & desolata in terra sedebit.

CAP. IV.

1 ET apprehendent septem mulieres virum vnum in die illa, dicentes: Panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur: tantummodo inuocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum.

2 In die illa erit germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis, & exultatio his, qui saluati fuerint de Israel.

3 Et erit: Omnis qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Ierusalem sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est in vita in Ierusalem.

4 Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Ierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicij, & spiritu ardoris.

5 Et creabit Dominus super omnem locum Montis Sion, & vbi inuocatus est, nubem per diem, & fumum & splendorem ignis flammantis in nocte: super omnem enim gloriam protectio.

6 Et tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æstu, & in securitatem, & absconsionem à turbine, & à pluuia.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

11 *Væ impio in malum, retributio enim manuum eius fiet ei.*

12 *Populi mei oppressores paruulus, & mulieres dominatæ sunt ei. Popule mi, qui beatificant te, errant, & via semitarum tuarum perdunt.*

13 *Stat ad iudicandum Dominus, & stat ad iudicandum populos.*

14 *Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui, & principibus suis: Vos autem depasti estis vineam, rapinam pauperis est in domibus vestris.*

15 *Quid vobis vt atteratis populum meum, & facies pauperum commoliatis? dicit Dominus Deus exercituum?*

16 *Et dixit Dominus: Pro eo quod eleuatæ sunt filiæ Sijon, & ambulauerunt extento gutture, & nutibus oculorum, ambulando, & tripudiando ibant, & in pedibus suis calceamenta habebant cum crepitaculis.*

17 *Decaluabit Dominus verticem filiarum Sijon, & Dominus nates earum nudabit.*

18 *In die illa recedere faciet Dominus gloriam ornamentorum pedum, & vittas instar retis, & lunulas.*

19 *Et torquens, & armillas, & mitras.*

20 *Pileos, & periscelides, & murenulas, & pectoralia, & inaures,*

21 *Anulos, & circulos naris,*

22 *Mutatoria, & vela, & linteamina, & crumenas.*

23 *Et specula & sindones, & vittas, & theristra.*

24 *Et erit, pro aromate fœtor erit, & pro cingulo excisio, & pro crinium dispositione æquali caluitium, & pro fascia pectorali cingulum sacci,*

25 *Adustio pro pulchritudine, viri tui gladio cadent, & fortitudo tua in prælium.*

26 *Et plangent, & lugebunt portæ eius, & mundæ, in terra sedebit.*

CAP. IV.

1 *ET apprehendent septem mulieres virum vnum in die illa, dicendo: Panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris induemur, tantummodo inuocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum.*

2 *In die illa erit germen Domini in decore & gloria, & fructum terræ in sublimitate, & gloriam, euasori Israel.*

3 *Et erit, qui relictus fuerit in Sijon, & residuus in Ierusalaim, sanctus dicetur: omnis qui scriptus est in vita in Ierusalaim.*

4 *Quando abluet Dominus sordem filiarum Sijon, & sanguinem Ierusalaim lauabit de medio eius, in spiritu iudicij, & spiritu excisionis.*

5 *Et creabit Dominus super omnem locum montis Sijon, & super loca eius nubem per diem, & fumum, & splendorem ignis flamantis per noctem: super omnem enim gloriam protectio.*

6 *Et tabernaculum erit pro vmbraculo per diem ab æstu, & pro tegmine, & absconsione à turbine & à pluuia.*

Transl. ex Septuag.

11 Væ iniquos mala secundum opera manuum eius
accident ei.
12 Popule meus, exactores vestri spoliant vos, & exi-
gentes dominantur vobis. Popule meus, qui beatos
vos dicunt; decipiunt vos, & semitam pedum ve-
strorum turbant.
13 Sed nunc stabit in iudicio Dominus, & statuet ad
iudicium populum suum.
14 Ipse Dominus ad iudicium veniet cum seniori
bus populi, & cum principibus eius. Vos autem qua-
re incendistis vineam meam? & rapina pauperis in
domibus vestris?
15 Quare vos iniuriis afficitis populum meum, &
faciem pauperum confunditis?
16 Hæc dicit Dominus: Pro eo, quod exaltatæ sunt
filiæ Sion, & ambulauerunt collo excelso, & in nu-
tibus oculorum, & incessu pedum simul trahentes
tunicas, & pedibus simul ludentes;
17 Et humiliabit Deus principales filias Sion: & Do-
minus denudabit habitum earum
18 In die illa: & auferet Dominus gloriam vestimen-
ti earum, & reticulos, & cincinnos,
19 Et lunulas, & monile demissum, & ornatum
faciei eorum, & compositionem ornatus gloriæ, &
20 brachialia & armillas, & reticulum, & annulos, &
dextralia, & inaures, & prætextas purpureas, & pur-
21 puras eleuatas, & indumenta, quæ per domum, &
perspicua laconica, & byssina, & hyacinthina, & coc-
22 cinea, & byssum cum auro, & hyacintho contexta, &
23 theristra accubitoria.
24 Et erit pro odore suaui puluis: & pro zona, funi-
culo cingeris: & pro ornamento capitis aureo calui-
tium habebis propter opera tua: & pro tunica clauatæ
purpuræ circumcingeris sacco.
25 Et filius tuus pulcherrimus, quem diligis gladio
cadet & fortes vestri gladio cadent.
26 Et humiliabuntur atque lugebunt thecæ ornatus
vestri: & relinqueris sola, & ad terram allideris.

C A P. IV.

1 ET apprehendent septem mulieres hominum v-
num, dicentes: Panem nostrum comedemus, &
vestimentis nostris operiemur: tantummodo no-
men tuum vocetur super nos: aufer opprobrium
nostrum.
2 Die autem illa illucescet Deus in consilio cum
gloria super terram; vt exaltet, & glorificet resi-
duum Israel.
3 Et erit, quod reliquum fuerit in Sion, & quod
remanserit in Hierusalem, sancti vocabuntur om-
nes scripti ad vitam in Hierusalem.
4 Abluet enim Dominus sordem filiorum, & filia-
rum Sion: & sanguinem emundabit de medio eo-
rum in spiritu iudicij, & spiritu combustionis.
5 Et veniet, & erit, omnis locus montis Sion, &
omnia, quæ in circuitu eius sunt, obumbrabit nu-
bes per diem, & tamquam fumo, & luce ignis ar-
dent per noctem: & omni gloria protegetur.
6 Et erit in vmbram ab æstu, & in protectionem, &
absconsionem ab asperitate, & pluuia.

Adeo diuersa, & diuersimode enarrantur quæ ad ornatum mulieris spectant in hac transl. ex Sept. à nostra vulgata, vt numeris respondentibus ista ordinare nequiuimus.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

11 *Væ impio in malum: retributio enim manuum eius fiet
ei.*
12 *Populi mei oppressores eius paruulus: & mulieres do-
minatæ sunt ei: popule mi, qui beatum dicunt te, errant,
& viam semitarum tuarum perdunt.*
13 *Stat ad iudicandum Iehouah, & stat ad iudicandum
populos.*
14 *Iehouah ad iudicium veniet cum senibus populi sui, &
principibus suis, diceté eis, Et vos depasti estis vineam:
rapina pauperis est in domibus vestris.*
15 *Quid vobis accidit quod atteritis populum meum, &
facies pauperum commolitis? dicit Dominus Iehouah
exercituum.*
16 *Et dixit Iehouah, Pro eo quod eleuatæ sunt filiæ Sijon,
& ambulauerunt extento gutture, & innuentes oculis,
ambulando, & tripudiando ierunt, & pedibus suis stre-
pitum crepitaculorum excitant.*
17 *Et decalcabit Dominus verticem filiarum Sijon, & Ie-
houah nates earum nudabit.*
18 *In die illa auferet Dominus gloriam ornamentorum
pedum instar squamarum, & vittas instar retis, & lu-
nulas,*
19 *Torques, & armillas, & mitras.*
20 *Pileos, & periscelides, & murenulas, & pectoralia, &
inaures,*
21 *Annulos, & circulos naris,*
22 *Mutatoria, & vela, & linteamina, & crumenas,*
23 *Et specula & sindones, & vittas, & theristra.*
24 *Eueniet́ vt pro aromate putredo sit, & pro cingulo
excisio, & pro crinium dispositione æquali caluitium, &
pro fascia pectorali cingulum sacci, adustio pro pulchritu-
dine.*
25 *Viri tui gladio cadent, & fortitudo tua in prælio con-
cidet.*
26 *Et plangent, & lugebunt portæ eius: & mundata, in
terra sedebit.*

C A P. IV.

1 *ET apprehendent septem mulieres virum vnum in die
illa, dicendo, Panem nostrum comedemus, & vestimen-
tis nostris induemur: tantummodo inuocetur nomen tuum
super nos, aufer opprobrium nostrum.*
2 *In die illa erit germen Iehouæ in decorem & gloriam,
& fructus terræ in sublimitatem & gloriam, euasori
Israel.*
3 *Et erit, qui relictus fuerit in Sijon, & residuus in Ieru-
salaim, sanctus dicetur illi: omnis qui scriptus fuerit in
vita, erit in Ierusalaim.*
4 *Quando abluerit Dominus sordem filiarum Sijon, &
sanguinem Ierusalaim lauerit de medio eius, in spiritu
iudicij & spiritu excisionis.*
5 *Et creabit Iehouah super omnem locum montis Sijon,
& super loca conuocationis eius, nubem per diem, & fu-
mum, & splendorem ignis flammantis per noctem: super
omnem enim gloriam erit protectio.*
6 *Et tabernaculum erit in vmbram per diem ab æstu, &
in tegmen & absconsionem, à turbine & à pluuia.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. V.

Ier. 2. 21. Mat. 21. 33.

CAntabo dilecto meo canticum patruelis mei
vineæ suæ. Vinea facta est dilecto meo in cornu
filio olei.

Et sepiuit eam, & lapides elegit ex illa, & planta-
uit eam electam, & ædificauit turrim in medio eius,
& torcular extruxit in ea: & expectauit vt faceret
vuas & fecit labruscas.

Nunc ergo habitatores Ierusalem, & viri Iuda, iu-
dicate inter me & vineam meam.

Quid est quod debui vltra facere vineæ meæ, &
non feci ei? an quòd expectaui vt faceret vuas, & fe-
cit labruscas?

Et nunc ostendam vobis quid ego faciam vineæ
meæ, auferam sepem eius, & erit in direptionem: di-
ruam maceriam eius, & erit in conculcationem.

Et ponam eam desertam: non putabitur, & non
fodietur: & ascendent vepres & spinæ: & nubibus
mandabo ne pluant super eam imbrem.

Vinea enim Domini exercituum domus Israel
est: & vir Iuda germen eius delectabile: & expectaui
vt faceret iudicium, & ecce iniquitas: & iustitiam,
& ecce clamor.

Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum
agro copulatis vsque ad terminum loci: numquid
habitabitis vos soli in medio terræ?

In auribus meis sunt hæc, dicit Dominus exerci-
tuum. Nisi domus multæ desertæ fuerint grandes,
& pulchræ absque habitatore.

Decem enim iugera vinearum facient laguncu-
lam vnam, & triginta modij sementis facient mo-
dios tres.

Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectan-
dam, & potandum vsque ad vesperam, vt vino æ-
stuetis.

Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum
in conuiuiis vestris: & opus Domini non respicitis,
nec opera manuum eius consideratis.

Propterea captiuus ductus est populus meus, quia
non habuit scientiam, & nobiles eius interierunt
fame, & multitudo eius siti exaruit.

Propterea dilatauit infernus animam suam, &
aperuit os suum absque vllo termino: & descendent
fortes eius, & populus eius, & sublimes, gloriosique
eius ad eum.

Et incuruabitur homo, & humiliabitur vir, & o-
culi sublimium deprimentur.

Et exaltabitur Dominus exercituum in iudicio,
& Deus sanctus sanctificabitur in iustitia.

Et pascentur agni iuxta ordinem suum, & deser-
ta in vbertatem versa aduenæ comedent.

Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanita-
tis, & quasi vinculum plaustri peccatum.

Qui dicitis: Festinet, & cito veniat opus eius, vt
videamus: & appropiet, & veniat consilium sancti
Israel, & sciemus illud.

Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum:
ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: po-
nentes amarum in dulce, & dulce in amarum.

* Pro. 3. 7. Ro. 12. 16.

* Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram
vobismetipsis prudentes.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. V.

1 *CAntabo nunc propter dilectum meum canticum dile-*
cti mei, propter vineam eius. Vinea fuit dilecto meo
in colle loco pingui.

2 *Et sepiuit eam, & lapidibus purgauit eam, & planta-*
uit eam plantis vitis optimæ, & ædificauit turrim in me-
dio eius, & etiam torcular excidit in ea, & expectauit, vt
faceret vuas, & fecit labruscas.

3 *Et nunc habitator Ierusalaim, & vir Iehudah iudi-*
cate nunc inter me, & vineam meam:

4 *Quid boni poteram facere vltra vineæ meæ, & non*
feci in ea? cur expectaui vt faceret vuas, & fecit labrus-
cas?

5 *Et nunc scire faciam nunc vos, quod ego facio vineæ*
meæ: remouebo sepem eius, & erit ad pascendum; diruam
maceriam eius, & erit in conculcationem.

6 *Et ponam eam in desolationem: non putabitur, & non*
fodietur, & ascendet vepris, & spina, & nubibus mandabo
vt non pluant super eam pluuiam.

7 *Vinea enim Domini exercituum domus Israel est, &*
vir Iehudah plantatio lætitiarum eius: & expectauit
Deus, vt facerent iudicium, & ecce plaga, iustitiam, &
ecce clamor.

8 *Væ iis qui coniungunt domum domui, agrum agro ap-*
propinquare faciunt adeo, vt non sit locus alijs: & num
habitabitis vos soli in medio terræ?

9 *In auribus meis sunt, dicit Dominus exercituum: Si*
non domus multæ in desolationem erunt, grandes, & pul-
chræ absque habitatore.

10 *Decem enim iugera vineæ facient batum vnum: &*
sementis corus faciet Ephah.

11 *Væ iis qui surgunt mane vt ebrietatem sectentur, qui*
morantur vsque ad crepusculum donec vinum æstuare fa-
ciat eos.

12 *Et erit cithara, & nebel, & tympanum, & tibia, &*
vinum in conuiuiis eorum, & opus Domini non respexe-
runt, & opus manuum eius non viderunt.

13 *Propterea captiuus ductus est populus meus, eo quod*
non fuit ei scientia, & populus gloriæ eius, populus famelic-
cus, & multitudo eius, populus aridus siti.

14 *Propterea dilatauit infernus anhelitum suum, & ape-*
ruit os suum præter morem, & descendet decorus eius,
& multitudo eius, & turba eius, & lætus eius ad eum.

15 *Et incuruabit se homo, & humiliabit se vir, & oculi*
sublimium humiliabunt se.

16 *Et sublimis apparebit Dominus exercituum propter iu-*
diciū, & Deus sanctus apparebit sanctus propter iustitiā.

17 *Et pascentur agni iuxta morem suum, deserta terræ*
pinguia aduenæ comedent.

18 *Væ iis qui trahunt iniquitatem funibus mendacij, &*
velut funibus plaustri trahunt peccatum.

19 *Qui dicunt, acceleret, festinet opus suum, vt videa-*
mus: & appropinquet, & veniat consilium sancti Israel,
& sciemus.

20 *Væ dicentibus malum bonum, & bonum malum, qui*
ponunt tenebras lucem, & lucem tenebras, qui ponunt
amarum dulce, & dulce amarum.

21 *Væ sapientibus in oculis suis, & coram facie sua pru-*
dentibus.

Transl. ex Septuag.

CAP. V.

1 CAntabo nunc dilecto canticum dilecti mei vi-
neæ meæ. Vinea facta est dilecto in cornu in lo-
co pingui.
2 Et sepem circumposui, & vallaui, & plantaui vi-
neam Sorec, & ædificaui turrim in medio eius, &
torcular fodi in ea, & expectaui, vt faceret vuam, &
fecit spinas.
3 Et nunc habitatores Hierusalem, & homo Iuda
iudicate inter me, & inter vineam meam.
4 Quid faciam vltra vineæ meæ, & non feci ei? Quo-
niam expectaui, vt faceret vuam, fecit autem spi-
nas.
5 Nunc autem annunciabo vobis, quid ego faciam
vineæ meæ. Auferam sepem eius, & erit in direptio-
nem: & diruam murum eius, & erit in conculcatio-
nem.
6 Et dimittam vineam meam, & non putabitur,
neque fodietur: & ascendent in eam tamquam in
terram incultam spinæ: & nubibus mandabo, ne
pluant in eam imbrem.
7 Vinea enim Domini Sabaoth, domus Israel, & ho-
mo Iuda, nouella plantatio dilecta. Expectaui, vt fa-
ceret iudicium: fecit autem iniquitatem, & non iu-
stitiam, sed clamorem.
8 Væ, qui coniungunt domum ad domum, & a-
grum ad agrum appropinquant, vt à proximo au-
ferant aliquid. Numquid habitabitis soli super ter-
ram?
9 Audita enim sunt hæc in auribus Domini Sa-
baoth. Nam si fuerint domus multæ; in desertum
erunt magnæ, & pulchræ, & non erunt, qui habitent
in eis.
10 Vbi enim operantur decem iuga boum; faciet la-
gunculam vnam & qui seminat artabas sex; faciet
mensuras tres.
11 Væ, qui surgunt mane, & siceram sequuntur, qui
expectant vesperam. Vinum enim comburet eos.
12 Nam cum cithara, & psalterio, & tympanis, & ti-
biis vinum bibunt, opera autem Domini non re-
spiciunt, & opera manuum eius non considerant.
13 Ergo captiuus populus meus factus est: eo quod
ipsi non cognouerunt Dominum: & facta est mul-
titudo mortuorum propter famem & sitim aquæ.
14 Et dilatauit infernus animam suam, & aperuit os
suum, vt non cesset. Et descendent inclyti, & ma-
gni, & diuites, & pestilentes eius:
15 Et humiliabitur homo, & dehonorabitur vir: &
oculi sublimes humiliabuntur.
16 Et exaltabitur Dominus Sabaoth in iudicio, &
Deus sanctus glorificabitur in iustitia:
17 Et pascentur direpti, quasi tauri: & deserta eo-
rum, qui capti sunt, agni comedent.
15 Væ, qui trahunt peccata quasi funiculo longo, &
quasi iugi corrigia vitulæ iniquitates:
19 Qui dicunt: cito appropinquent, quæ faciet; vt vi-
deamus: & veniat consilium sancti Israel, vt cogno-
scamus.
20 Væ, qui dicunt malum bonum, & bonum ma-
lum; qui ponunt tenebras lucem, & lucem tenebras;
qui ponunt amarum dulce, & dulce amarum.
21 Væ, qui sunt arguti in semetipsis, & coram semet-
ipsis scientes.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAP. V.

*CAntabo nunc dilecto meo canticum eius vineæ suæ:
vinea fuit dilecto meo in colle loco pingui.*
*Et sepsuit eam & lapides collegit ex ea, & plantauit
eam plantis vitis optimæ, & ædificauit turrim in medio
eius, & etiam torcular excidit in ea: & expectauit vt fa-
ceret vuas, at fecit labruscas.*
*Nunc igitur habitator Ierusalaim, & vir Iehudah
iudicate iam inter me & vineam meam:*
*Quid faciendum erat vltra vineæ meæ, & non feci
in ea? cur expectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas?*
*Et nunc indicabo vobis quid ego facturus sim vineæ
meæ: remouebo sepem eius, & erit ad pascendum: diruam
maceriam eius, & erit in conculcationem,*
*Ponamque eam in desolationem: non putabitur, neque fo-
dietur, & ascendet vepris, & spina: nubibus quoque man-
dabo ne pluant super eam pluuiam.*
*Vinea enim Iehouæ exercituum, domus Israel est: &
vir Iehudah, plantatio lætitiarum eius: expectauit autem
Deus vt facerent iudicium, & ecce plaga lepræ: iusti-
tiam, & ecce clamor.*
*Væ iis qui coniungunt domum domui, agrum agro ap-
propinquare faciunt, adeo vt non sit locus pauperi: & pu-
tatis quod habitabitis vos soli in medio terræ?*
*In auribus meis sunt, dicit Iehouah exercituum, Si
non domus multæ in desolationem erunt: grandes, & pul-
chræ absque habitatore.*
*Decem enim iugera vineæ facient bathum vnum: &
sementis corus faciet ephah.*
*Væ iis qui summo mane surgunt vt inebriatiua sectien-
tur, & qui immorantur vsque ad crepusculum, donec vi-
num æstuare faciat eos:*
*Estque cithara, & nebel, & tympanum, & tibia, & vi-
num in conuiuiis eorum: opus autem Iehouæ non respi-
ciunt, nec opus manuum eius vident.*
*Propterea captiuus ductus est populus meus, eo quod
non habuerit scientiam, & viri gloriæ eius, sunt viri fa-
mis: & multitudo eius, arida siti.*
*Propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit
os suum præter morem: & descendet decorus eius, &
multitudo eius, & turba eius, & lætus in ea.*
*Et incuruabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi
sublimium humiliabuntur.*
*Et exaltabitur Iehouah exercituum propter iudicium,
& Deus sanctus apparebit sanctus propter iustitiam.*
*Et pascentur agni iuxta morem suum, & in desertis
terræ pingues agni incolentes comedent.*
*Væ iis qui attrahunt ad se iniquitatem funibus men-
dacij, & veluti funibus plaustri trahunt peccatum.*
*Qui dicunt, Acceleret, festinet opus suum, vt videa-
mus: & appropinquet, ac veniat consilium Sancti Israel,
& sciamus.*
*Væ dicentibus malum bonum, & bonum malum: qui
ponunt tenebras lucem, & lucem tenebras: qui ponunt
amarum dulce, & dulce amarum.*
*Væ sapientibus in oculis suis, & coram facie sua pru-
dentibus.*

Vulgat. Editio.

22 Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & vi-
ri fortes ad miscendam ebrietatem.
23 Qui iustificatis impium pro muneribus, & iusti-
tiam iusti aufertis ab eo.
24 Propter hoc, sicut deuorat stipulam lingua ignis,
& calor flammæ exurit; sic radix eorum quasi fauil-
la erit, & germen eorum vt puluis ascendet. Abiece-
runt enim legem Domini exercituum, & eloquium
sancti Israel blasphemauerunt.
25 Ideo iratus est furor Domini in populum suum,
& extendit manum suam super eum, & percussit
eum: & conturbati sunt montes, & facta sunt mor-
ticina eorum quasi stercus in medio platearum. In
his omnibus non est auersus furor eius, sed adhuc
manus eius extenta.
26 Et eleuabit signum in nationibus procul, & sibi-
labit ad eum de finibus terræ: & ecce festinus velo-
citer veniet:
27 Non est deficiens, neque laborans in eo: non dor-
mitabit, neque dormiet, neque soluetur cingulum
renum eius, nec rumpetur corrigia calceamenti
eius.
28 Sagittæ eius acutæ, & omnes arcus eius extenti.
Vngulæ equorum eius vt silex, & rotæ eius quasi
impetus tempestatis.
29 Rugitus eius vt leonis, rugiet vt catuli leonum: &
frendet, & tenebit prædam: & amplexabitur, & non
erit qui eruat.
30 Et sonabit super eum in die illa sicut sonitus ma-
ris: aspiciemus in terram, & ecce tenebræ tribula-
tionis, & lux obtenebrata est in caligine eius.

C A P. VI.

1 IN anno, quo mortuus est rex Ozias, vidi Domi-
num sedentem super solium excelsum & eleua-
tum: & ea, quæ sub ipso erant, replebant templum:
2 Seraphim stabant super illud: sex alæ vni, & sex
alæ alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus
velabant pedes eius, & duabus volabant.
3 Et clamabant alter ad alterum, & dicebant: * San-
ctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum,
plena est omnis terra gloria eius.

* Apo. 4. 8.

4 Et commota sunt superliminaria cardinum à vo-
ce clamantis, & domus repleta est fumo.
5 Et dixi: Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus la-
biis ego sum, & in medio populi polluta labia ha-
bentis ego habito, & regem Dominum exercituum
vidi oculis meis.
6 Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu
eius calculus, quem forcipe tulerat de altari.
7 Et tetigit os meum, & dixit: Ecce tetigit hoc la-
bia tua & auferetur iniquitas tua, & peccatum
tuum mundabitur.
8 Et audiui vocem Domini dicentis: Quem mit-
tam? & quis ibit nobis? Et dixi: Ecce ego, mitte
me.
9 Et dixit: Vade, & dices populo huic: * Audite au-
dientes, & nolite intelligere: & videre visionem, &
nolite cognoscere.
10 Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua: &
oculos eius claude: ne forte videat oculis suis, & au-
ribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuer-
tatur, & sanem eum,

* Mat. 13. 14. Mar. 4. 12. Luc. 8. 10. Io. 12. 40. Act. 28. 26. Ro. 11. 8.

Et

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

*Væ his qui sunt potentes ad bibendum vinum, & homi-
nibus robustis ad miscendum inebriatiua.*
*Qui iustificant impium propter munera, & iustitiam
iustorum mutant ab eis.*
*Propterea sicut consumit stipulam lingua ignis, &
quisquilias flamma debilitat: sic radix eorum velut pu-
tredo erit, & germen eorum sicut puluis terræ ascendet.
Spreuerunt enim legem Domini exercituum, & eloquium
Sancti Israel contempserunt.*
*Ideo iratus est furor Domini in populum suum, & ex-
tendit manum suam super eum, & percussit eum, & con-
tremuerunt montes, & fuit morticinum eorum excisum
in medio platearum. In omni hoc non est auersus furor
eius, & adhuc manus eius extenta.*
*Et eleuabit vexillum in nationes à longe, & sibilabit
ei ab extremo terræ, & ecce cito leuis veniet.*
*Non erit deficiens, & non erit laborans in eo: non dor-
mitabit, neque dormiet, nec erit solutum cingulum lum-
borum eius, nec rumpetur corrigia calceamenti eius.*
*Quia sagittæ eius acutæ, & omnes arcus eius extenti.
Vngulæ equorum eius, vt silex reputatæ sunt, & rotæ eius
tanquam tempestas.*
*Rugitus eius vt leonis: rugietque vt catuli leonum, & fre-
met, & tenebit prædam, & rapiet, & non erit qui eruat.*
*Et fremet super eum in die illa sicut fremit mare, &
aspiciet in terram, & ecce tenebræ, angustia, & lux obte-
nebrata est in cœlis eius.*

C A P. VI.

*IN anno quo mortuus est rex Huzziahu, & vidi Dominũ
sedentem super solium excelsum, & eleuatum, & fim-
bria eius replebant templum,*
*Seraphim stabant super illud: sex alæ erant vnicui-
que, duabus velabat vnusquisque faciem suam, & dua-
bus velabat pedes suos, & duabus volabat.*
*Et clamabat alter ad alterum, & dicebat, Sanctus,
sanctus, sanctus, Dominus exercituum, plena est omnis ter-
ra gloria eius.*
*Et mouerunt se super liminaria cardinum propter vo-
cem clamantis, & domus repleta est fumo.*
*Et dixi: Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis
sum, & in medio populi polluti labiis habito. Quia re-
gem Dominum exercituum viderunt oculi mei.*
*Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius
erat carbo quem forcipibus tulerat de altari.*
*Et tetigit os meum, & dixit. Ecce tetigit hic labia
tua, & auferet iniquitatem tuam, & peccatum tuum
expiabitur.*
*Et audiui vocem Domini dicentis. Quem mittam, &
quis ibit nobis? Et dixi. Ecce ego mitte me.*
*Et dixit. Vade, & dices populo huic. Audite audiendo,
& ne intelligatis, & videte videndo, & ne cognoscatis.*
*Impingua cor populi huius, & aures eius aggraua: &
oculos eius claude, ne forte videat oculis suis, & auribus
suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur, &
sanet eum.*

Et

Digitized by Google

Tranſl. ex Septuag.

Væ valentes veſtri, qui bibunt vinum, & potentes qui miſcent ſiceram,

Qui iuſtificant impium propter munera, & iuſtum iuſti tollunt.

Propter hoc, ſicut vretur ſtipula à carbone ignis, & comburetur à flamma reſoluta; radix eorum quaſi lanugo erit, & flos eorum quaſi puluis aſcendet. Non enim voluerunt legem Domini Sabaoth, ſed eloquium ſancti Iſrael irritauerunt.

Et indignatus eſt ira Dominus Sabaoth ſuper populum ſuum, & immiſit manum ſuam ſuper eos, & percuſſit eos. Et acerbati ſunt montes: & facta ſunt morticina eorum, ſicut ſtercus in medio viæ.

Et in omnibus his non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus excelſa.

Ergo leuabit ſignum in nationibus, quæ procul, & ſibilabit eos ab extremo terræ. Et ecce cito leuiter venient.

Non eſurient, neque laborabunt, neque dormitabunt, neque dormient, neque ſoluent zonas ſuas à lumbo ſuo: neque rumpentur corrigiæ calceamentorum eorum.

Quorum ſagittæ acutæ ſunt, & arcus eorum intenti: pedes equorum eorum, quaſi ſolida petra reputati ſunt: rotæ curruum eorum quaſi tempeſtas:

Fremunt vt leones, & aſtiterunt ſicut catuli leonum. Et apprehendet, & clamabit quaſi fera: & eiiciet; & non erit, qui liberet eos.

Et clamabit propter eos die illa, ſicut vox maris fluctuantis. Et reſpicient in terram: & ecce tenebræ duræ in indigentia eorum.

CAP. VI.

Et factum eſt anno, quo mortuus eſt Ozias rex, vidi Dominum ſedentem ſuper thronum excelſum, & eleuatum: & plena domus gloria eius.

Et Seraphim ſtabant in circuitu eius: ſex alæ vni, & ſex alæ vni: & duabus quidem operiebant faciem, duabus autem operiebant pedes, & duabus volabant.

Et clamabant alter ad alterum, & dicebant, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth: plena eſt omnis terra gloria eius.

Et eleuatum eſt ſuperliminare à voce, qua clamabant: & domus impleta eſt fumo.

Et dixi: O miſer ego, quia compunctus ſum: quia homo cum ſim, & immunda labia habens, in medio populi immunda labia habentis ego habito: & regem Dominum Sabaoth vidi oculis meis:

Et miſſus eſt ad me vnus de Seraphim: & in manu habebat carbonem, quem forcipe ſumpſit de altari,

Et tetigit os meum, & dixit: Ecce tetigit hoc labia tua: & auferet iniquitates tuas, & peccata tua circumpurgabit.

Et audiui vocem Domini dicentis: Quem mittam, & quis ibit ad populum hunc? Et dixi: Ecce ego ſum: mitte me.

Et dixit: Vade, & dic populo huic: A me audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non perſpicietis.

Incraſſatum eſt enim cor populi huius: & auribus ſuis grauiter audierunt: & oculos compreſſerunt: ne forte videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertant ſe, & ſanabo illos.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

22 *Væ iis qui ſunt potentes ad bibendum vinum, & hominibus robuſtis ad miſcendum inebriatiua.*

23 *Qui iuſtificant impium propter munera: iuſtitiam autem iuſtorum auferunt ab eis.*

24 *Propterea ſicut aſſumpſit ſtipulam lingua ignis, & quiſquilias flamma deuolitat: ſic radix eorum veluti putredo erit, & germen eorum velut puluis aſcendet: ſpreuerunt enim legem Iehouæ exercituum, & eloquium Sancti Iſrael contempſerunt.*

25 *Ideo iratus eſt furor Iehouæ in populum ſuum, & extendit manum ſuam ſuper eum, & percuſſit eum: & contremuerunt montes, & fuit morticinum eorum exciſum in medio platearum. in omni hoc non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta.*

26 *Eleuabit enim vexillum in nationes à longe, & ſibilabit ei ab extremo terræ, & ecce cito leuis veniet.*

27 *Non erit deficiens, nec erit laborans in eo: non dormitabit, neque dormiet: neque ſoluetur cingulum lumborum eius, nec rumpetur corrigia calceamentorum eius.*

28 *Quia ſagittæ eius acutæ, & omnes arcus eius extenti: vngulæ equorum eius vt ſilex reputatæ ſunt, & rotæ eius tanquam tempeſtas.*

29 *Rugitus ei vt leonis, rugietq́ue vt catuli leonum, & fremet, & apprehendet prædam: & rapiet, & non erit qui eruat.*

30 *Et fremet ſuper illum in die illa ſicut fremit mare: & aſpiciet in terram, & ecce tenebræ, anguſtia, & lux obtenebrata eſt in cælis eius.*

CAP. VI.

1 *ANno quo mortuus eſt rex Vzziiahu, vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum, & fimbriæ eius replebant templum.*

2 *Seraphim ſtabant ſuper illud: ſex alæ erant vnicuique, duabus velabat vnuſquiſque faciem ſuam, & duabus velabat pedes ſuos, & duabus volabat.*

3 *Et clamabat alter ad alterum, & dicebat, Sanctus, ſanctus, ſanctus Iehouah exercituum: plena eſt omnis terra gloria eius.*

4 *Et mouerunt ſe ſuperliminaria poſtium à voce clamantis, & domus repleta eſt fumo.*

5 *Et dixi, Væ mihi, quia tacui: nam vir pollutus labiis ſum, & in medio populi polluti labiis habito: ſiquidem regem Iehouam exercituum viderunt oculi mei.*

6 *Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius erat carbo ignitus, quem forcipibus tulerat de altari.*

7 *Et tetigit os meum, & dixit, Ecce tetigit hic carbo labia tua, & auferet iniquitatem tuam, ac peccatum tuum expiabitur.*

8 *Et audiui vocem Domini dicentis, Quem mittam? & quis ibit nobis? Tunc dixi, Ecce ego, mitte me.*

9 *Et dixit, Vade, & dicas populo huic, Audite audiendo, & ne intelligatis: & videte videndo, & ne cognoſcatis.*

10 *Impingua cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude: ne forte videat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, & conuertatur, & ſanet eum.*

Vulgat. Editio.

11 Et dixi: Vſquequo Domine? Et dixit: Donec deſo-
lentur ciuitates abſque habitatore, & domus ſine
homine, & terra relinquetur deſerta.

12 Et longe faciet Dominus homines, & multiplica-
bitur quæ derelicta fuerat in medio terræ.

13 Et adhuc in ea decimatio, & conuertetur, & erit
in oſtenſionem ſicut terebinthus, & ſicut quercus,
quæ expandit ramos ſuos: ſemen ſanctum erit id,
quod ſteterit in ea.

CAP. VII.

4. Reg. 16.5.

1 ET factum eſt in diebus Achaz filij Ioathan, filij
Oziæ regis Iuda, aſcendit Raſin rex Syriæ, &
Phacee filius Romeliæ rex Iſrael, in Ieruſalem, ad
prœliandum contra eam: & non potuerunt debella-
re eam.

2 Et nunciauerunt domui Dauid, dicentes: Requie-
uit Syria ſuper Ephraim, & commotum eſt cor
eius, & cor populi eius, ſicut mouentur ligna ſiluа-
rum à facie venti.

3 Et dixit Dominus ad Iſaiam: Egredere in occur-
ſum Achaz tu, & qui derelictus eſt Iaſub filius tuus,
ad extremum aquæ ductus piſcinæ ſuperioris in via
Agri fullonis.

4 Et dices ad eum: Vide vt ſileas: noli timere & cor
tuum ne formidet à duabus caudis titionum fumi-
gantium iſtorum in ira furoris Raſin regis Syriæ, &
filij Romeliæ:

5 Eo quod conſilium inierit contra te Syria in ma-
lum Ephraim, & filius Romeliæ, dicentes:

6 Aſcendamus ad Iudam, & ſuſcitemus eum, &
auellamus eum ad nos, & ponamus regem in me-
dio eius filium Tabeel.

7 Hæc dicit Dominus Deus: Non ſtabit, & non erit
iſtud:

8 Sed caput Syriæ Damaſcus, & caput Damaſci Ra-
ſin: & adhuc ſexaginta & quinque anni, & deſinet
Ephraim eſſe populus:

9 Et caput Ephraim Samaria, & caput Samariæ fi-
lius Romeliæ. Si non credideritis, non permanebi-
tis.

10 Et adiecit Dominus loqui ad Achaz, dicens:

11 Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo in profun-
dum inferni, ſiue in excelſum ſupra.

12 Et dixit Achaz: Non petam, & non tentabo Do-
minum.

13 Et dixit: Audite ergo domus Dauid: Numquid
parum vobis eſt, moleſtos eſſe hominibus, quia mo-
leſti eſtis & Deo meo?

14 Propter hoc dabit Dominus ipſe vobis ſignum.
* Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabi-
tur nomen eius Emmanuel.

* Mat. 1.23. Luc. 1.31.

15 Butyrum & mel comedet, vt ſciat reprobare ma-
lum, & eligere bonum.

16 Quia antequam ſciat puer reprobare malum, &
eligere bonum, derelinquetur terra, quam tu dete-
ſtaris à facie duorum regum ſuorum.

17 Adducet Dominus ſuper te, & ſuper populum
tuum, & ſuper domum patris tui dies, qui non ve-
nerunt à diebus ſeparationis Ephraim à Iuda cum
rege Aſſyriorum.

18 Et erit in die illa: Sibilabit Dominus muſcæ, quæ
eſt in extremo fluminum Ægypti, & api, quæ eſt in
terra Aſſur,

Tranſl. ex Heb. Sanct. Pagn.

11 *Et dixi. Vſquequo Domine? Et dixit. Donec deſolentur*
ciuitates abſque habitatore, & domus ſine homine, &
terra deſoletur deſolatione.

12 *Et elongabit Dominus hominem, & multiplicabit dies*
quæ derelicta eſt in medio terræ.

13 *Et adhuc in ea erit, & conuertetur, & erit decima in*
exciſionem ſicut terebinthus, & ſicut quercus quæ eſt in
Salkeceth ſtans in eis ſemen ſanctitatis ſtatio eius.

CAP. VII.

1 *FVit autem in diebus Achaz filij Iotham, filij Huzijahu*
regis Iehudah, aſcendit Reſin rex Aram, & Pecach
filius Remaliahu rex Iſrael, Ieruſalaim in prælium con-
tra eam, & non potuit bellare contra eam.

2 *Et nunciatum eſt domui Dauid, dicendo: Requieuit*
Aram cum Ephraim, & commouit ſe cor eius, & cor po-
puli eius, ſicut mouentur ligna ſyluæ à facie venti.

3 *Dixit autem Dominus ad Ieſahiahu. Egredere nunc in*
occurſum Achaz tu, & Sear Iaſub filius tuus ad extre-
mum aquæductus piſcinæ ſuperioris in via agri fullonis.

4 *Et dices ad eum: Caue tibi, & quieſce. Ne timeas, &*
cor tuum ne molleſcat à duabus caudis titionum fumi-
gantium iſtorum, in ira furoris Reſin, & Aram, & filij
Remaliahu.

5 *Eo quod conſilium inierit contra te Aram in malum,*
Ephraim, & filius Remaliahu dicendo.

6 *Aſcendamus in Iehudah, & obſideamus eam, & ſcin-*
damus eam nobis, & regnare faciamus regem in medio
eius filium Thabal.

7 *Sic dixit Dominus Deus. Non ſtabit, & non erit.*

8 *Etenim caput Aram Dammeſec, & caput Dammeſec*
Reſin: & adhuc remanent *ſexaginta, & quinque anni,*
frangetur Ephraim ne ſit populus.

9 *Et caput Ephraim Someron, & caput Someron filius*
Remaliahu, ſi non credatis verbis meis, eſt quia non eritis
ſtabiles.

10 *Adiecit autem Dominus loqui ad Achaz, dicendo.*

11 *Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo, profunda teipſum*
petendo, vel eleua teipſum in excelſum.

12 *Et dixit Achaz: Non petam, & non tentabo Dominum.*

13 *Et dixit: Audite nunc domus Dauid. Numquid parum*
eſt vobis labore afficere homines, quia labore afficitis, &
Deum meum?

14 *Ideo dabit Dominus ipſe vobis ſignum. Ecce virgo præ-*
gnans, & pariens filium, & vocabit nomen eius Himma-
nuel.

15 *Butyrum, & mel comedet, vt ſciat reprobare malum,*
& eligere bonum.

16 *Quia antequam ſciat puer reprobare malum, & eli-*
gere bonum, derelinquetur terra, quam tu deteſtaris à
facie duorum regum ſuorum.

17 *Adducet Dominus ſuper te, & ſuper populum tuum, &*
ſuper domum patris tui, dies, qui non venerunt à die qua
ſeparauit ſe Ephraim à Iehudah, regem Aſſur.

18 *Et erit in die illa: Sibilabit Dominus muſcæ quæ eſt in*
extremo fluminum Ægypti, & api quæ eſt in terra Aſſur.

Digitized by Google

Tranfl. ex Septuag.

11 Et dixi: Vfquequo Domine? Et dixit: Donec defolatæ fuerint ciuitates eo quod non habitentur, & domus, eo quod non fint homines: & terra derelinquetur deferta.

12 Et poft hæc longe faciet Deus homines: & multiplicabuntur derelicti fuper terram:

13 Et adhuc fuper ipfam erit decimatio: & rurfum erit in deprecationem: Sicut terebinthus, & ficut glans, cum exciderit è theca fua.

C A P. VII.

1 ET factum eft in diebus Achaz filij Ioathan filij Oziæ regis Iuda, afcendit Rafin rex Aram, & Phacee filius Romeliæ rex Ifrael fuper Hierufalem ad oppugnandam eam: & non potuerunt expugnare eam.

2 Et annunciatum eft in domum Dauid, dicendo: Confenfit Aram cum Ephræm. Et expauit anima eius, & anima populi fui: quomodo in fylua lignum à fpiritu commoueatur.

3 Et dixit Dominus ad Efaiam: Egredere in occurfum Achaz, tu, & qui derelictus eft Iafub filius tuus ad pifcinam fuperioris viæ agri fullonis.

4 Et dices ei: Obferua, vt fileas: & noli timere: neque anima tua infirmetur à duobus lignis titionum fumigantium iftorum. Cum enim ira furoris mei exstiterit; rurfus fanabo. Et filius Aram, & filius Romeliæ,

5 Quoniam inierunt confilium peffimum

6 (Afcendamus in Iudæam, & colloquentes eis auertemus eos ad nos, & faciemus regem eius filium Tabeel:)

7 Hæc dicit Dominus Sabaoth: Non ftabit confilium hoc, neque erit:

8 Sed caput Aram Damafcus, & caput Damafci Rafin. Sed adhuc fexaginta & quinque annis, deficiet regnum Ephræm de populo,

9 Et caput Ephræm Somoron, & caput Somoron filius Romeliæ. Et nifi credideritis; non intelligetis.

10 Et adiecit Dominus loqui ad Achaz, dicens:

11 Pete tibi fignum à Domino Deo tuo in profundum, fiue in excelfum.

12 Et dixit Achaz: Non petam, neque tentabo Dominum.

13 Et dixit: Audite nunc domus Dauid. Nunquid parum vobis eft certamen præbere hominibus? & quomodo Domino præbetis certamen?

14 Propterea dabit Dominus ipfe vobis fignum. Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium, & vocabis nomen eius Emmanuel:

15 Butyrum, & mel comedet; antequam fciat, aut præeligere mala eligere bonum.

16 Quoniam antequam cognofcat puer bonum, vel malum: reprobat malitiam, eligendo bonum. Et derelinquetur terra, quam tu times, à facie duorum regum.

17 Sed adducet Dominus fuper te & fuper populum tuum, & fuper domum patris tui dies qui necdum venerunt; ex qua die abftulit Ephræm à Iuda regem Affyriorum.

18 Et erit, in die illa fibilabit Dominus mufcis, qui dominabitur parti fluminis Aegypti, & api, quæ eft in regione Affyriorum.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

11 *Et dixi, Vfquequo Domine? Et dixit, Donec defolentur ciuitates abfque vllo habitatore, & domus fine homine, & terra defoletur defolatione.*

12 *Et elongauerit Iehouah hominem, & multiplicauerit dies eius quæ d relicta eft in medio terræ.*

13 *Verum adhuc in ea erit decima: & reuertetur, & erit in excifionem, ficut therebinthus & ficut quercus, quibus ftatio eft in Sallecheth, femen fanctitatis ftatio eius.*

C A P. VII.

1 *FVit autem in diebus Ahaz filij Iotham filij Vzziiahu regis Iehudah, afcendit Refin rex Aram, & Pecah filius Remaliahu, rex Ifrael, in Ierufalaim ad prælium contra eam: & non potuit expugnare eam.*

2 *Nuntiatumq́; eft domui Dauid, dicendo, Requieuit Aram cum Ephraim, & commouit fe cor eius, & cor populi eius, ficut mouentur arbores fyluæ à facie venti.*

3 *Dixit autem Iehouah ad Iefaiahu, Egredere nunc in occurfum Ahaz tu, & Sear Iafub filius tuus ad extremum aquæductus pifcinæ fuperioris ad viam Agri fullonis:*

4 *Et dices ad eum, Caue, & quiefce: ne timeas, & cor tuum ne mollefcat à duabus caudis titionum fumigantium iftorum, in ira furoris Refin, & Aram, & filij Remaliahu:*

5 *Eo quod confilium malum inierit contra te Aram, Ephraim, & filius Remaliahu, dicendo,*

6 *Afcendamus in Iehudah, & obfideamus eam, & fcindamus eam nobis; & regnare faciamus regem in medio eius filium Thabeal.*

7 *Sic dixit Iehouah Dominus, Non ftabit, & non erit.*

8 *Nam caput Aram eft Dammefec, & caput Dammefec eft Refin: & adhuc fexaginta quinque anni, frangetur cum Ephraim ne fit populus.*

9 *Et caput Ephraim, Somron: & caput Somron, filius Remaliahu: fi non credatis verbis meis, id fit quia non eftis ftabiles.*

10 *Adiecit autem Iehouah loqui ad Ahaz, dicendo,*

11 *Pete tibi fignum à Iehoua Deo tuo, demitte teipfum petendo, vel eleua teipfum defuper.*

12 *Et dixit Ahaz, Non petam, nec tentabo Iehouam.*

13 *Et dixit, Audite nunc domus Dauid: nunquid parum eft vobis labore afficere homines, quod labore afficitis & Deum meum?*

14 *Ideo dabit Dominus ipfe vobis fignum, Ecce virgo erit prægnans, & pariens filium: & vocabit nomen eius Immanuel.*

15 *Butyrum & mel comedet: vt fciat reprobare malum, & eligere bonum.*

16 *Quia antequam fciat puer ille reprobare malum, & eligere bonum, derelinquetur terra quam tu deteftaris à facie duorum Regum fuorum.*

17 *Adducet Dominus fuper te, & fuper populum tuum, & fuper domum patris tui, dies qui non venerunt à die qua feparauit fe Ephraim à Iehudah, nempe Regem Affur.*

18 *Et erit, in die illa fibilabit Iehouah mufcæ quæ eft in extremo fluminum Aegypti, & api quæ eft in terra Affur.*

Vulgat. Editio.

19 Et venient, & requiescent omnes in torrentibus vallium, & in cauernis petrarum, & in omnibus frutetis, & in vniuersis foraminibus.

20 In die illa radet Dominus in nouacula conducta in his, qui trans flumen sunt, in rege Assyriorum, caput & pilos pedum, & barbam vniuersam.

21 Et erit in die illa: Nutriet homo vaccam boum, & duas oues,

22 Et præ vbertate lactis comedet butyrum: butyrum enim & mel manducabit omnis qui relictus fuerit in medio terræ.

23 Et erit in die illa: Omnis locus vbi fuerint mille vites, mille argenteis, in spinas & in vepres erunt.

24 Cum sagittis & arcu ingredientur illuc: vepres enim & spinæ erunt in vniuersa terra.

25 Et omnes montes, qui in sarculo sarrientur, non veniet illuc terror spinarum & veprium, & erit in pascua bouis, & in conculcationem pecoris.

CAP. VIII.

1 ET dixit Dominus ad me: Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis: Velociter spolia detrahe, cito prædare.

2 Et adhibui mihi testes fideles, Vriam sacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ:

3 Et accessi ad prophetissam, & concepit & peperit filium. Et dixit Dominus ad me: Voca nomen eius, Accelera spolia detrahere: Festina prædari.

4 Quia antequam sciat puer vocare patrem suum & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ coram rege Assyriorum.

5 Et adiecit Dominus loqui ad me adhuc, dicens:

6 Pro eo quod abiecit populus iste aquas Siloe, quæ vadunt cum silentio, & assumpsit magis Rasin, & filium Romeliæ:

7 Propter hoc ecce Dominus adducet super eos aquas fluminis fortes & multas, regem Assyriorum, & omnem gloriam eius: & ascendet super omnes riuos eius, & fluet super vniuersas ripas eius,

8 Et ibit per Iudam, inundans, & transiens vsque ad collum veniet. Et erit extensio alarum eius, implens latitudinem terræ tuæ ô Emmanuel.

9 Congregamini populi, & vincimini, & audite vniuersæ procul terræ: confortamini & vincimini, accingite vos & vincimini:

10 Inite consilium, & dissipabitur: loquimini verbum, & non fiet: quia nobiscum Deus.

11 Hæc enim ait Dominus ad me: Sicut in manu forti erudiuit me, ne irem in via populi huius, dicens:

12 Non dicatis, coniuratio: omnia enim quæ loquitur populus iste, coniuratio est: & timorem eius ne timeatis, neque paueatis.

13 Dominum exercituum ipsum sanctificate: ipse pauor vester, & ipse terror vester.

14 Et erit vobis in sanctificationem. * In lapidem autem offensionis, & in petram scandali duabus domibus Israel, in laqueum & in ruinam habitantibus Ierusalem.

* Luc. 2.34. Ro. 9. 33. 1. Pet. 2. 6.

15 Et offendent ex eis plurimi, & cadent, & conterentur, & irretientur, & capientur.

16 Liga testimonium, signa legem in discipulis meis.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

19 *Et venient, & requiescent omnes ipsi in torrentibus desertorum, & in cauernis petrarum, & in omnibus spinis, & in vniuersis arboribus vilibus.*

20 *In die illa radet Dominus nouacula mercedis in ijs qui venient de regionibus quæ sunt trans flumen in rege Assur, caput, & pilos pedum, & etiam barbam consumet.*

21 *Et erit, in die illa viuificabit vir vitulam bouis, & duas oues.*

22 *Et erit præ multitudine lactis quod faciet, comedet butyrum, butyrum enim, & mel comedet omnis qui remanserit in medio terræ.*

23 *Et erit, in die illa erit omnis locus in quo fuerunt mille vites, pro mille argenteis, in veprem, & in spinam erit.*

24 *Cum sagittis, & arcu ingredietur illuc: quia vepris, & spina erit omnis terra.*

25 *Et omnes montes qui sarculo sarrientur, non veniet illuc timor vepris & spinæ, sed erunt in pascuam bouis & in conculcationem pecoris.*

CAP. VIII.

1 *ET dixit Dominus ad me. Tolle tibi volumen grande & scribe in eo stilo hominis ad festinandum spolium, accelerauit prædam.*

2 *Et testificari faciam mihi testes fideles Vrijah sacerdotum, & Zechariahu filium Iebere chiahu.*

3 *Et accessi ad prophetissam, & concepit, & peperit filium: & dixit Dominus ad me, voca nomen eius ad festinandum spolium, accelerauit prædam.*

4 *Quia antequam sciat puer vocare patrem meum, & matrem meam, tollet opes Dammesec, & spolia Someron coram rege Assur.*

5 *Et adiecit Dominus loqui ad me adhuc dicendo.*

6 *Pro eo quod abiecit populus iste aquas Silloach, quæ vadunt quiete, & gaudium Resin, & filij Remaliahu.*

7 *Ideo ecce Dominus ascendere faciet super eos aquas fluminis fortes, & multas, regem Assur, & omnem gloriam eius: & ascendet super omnes torrentes eius, & ibit super omnes ripas eius.*

8 *Et transibit per Iehudah, inundabit, & transibit, vsque ad collum pertinget. Et erit extensio alarum eius plenitudo latitudinis terræ tuæ Himmanuel.*

9 *Confringimini populi, & conteramini, & auribus percipite vniuersi longinqui terræ: accingite vos, & conteramini, accingite vos, & conteramini.*

10 *Consiliamini consilium, & dissipabitur: loquimini verbum, & non stabit, quia nobiscum Deus.*

11 *Sic enim dixit Dominus ad me in fortitudine prophetiæ, & erudiuit me ne irem in via populi huius dicendo.*

12 *Non dicatis, coniuratio est: omnia quæ dicit populus iste, coniuratio est: & timorem eius non timebitis, & non pauebitis.*

13 *Dominum exercituum sanctificabitis, & ipse timor vester, & ipse pauor videtur.*

14 *Et erit in palatium, & in lapidem percussionis, & in petram offensionis duabus domibus Israel in laqueum, & in rete habitanti Ierusalaim.*

15 *Et impingent in eos plurimi, & cadent, & conterentur & irretientur, & capientur.*

16 *Liga testimonium, signa legem in discipulis meis.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Et venient omnes in conualles regionis, & in cauernas petrarum, & in speluncas, & in omnem fissuram.

In die illa radet Dominus in nouacula conducta trans flumen regis Assyriorum caput & pilos pedum, & barbam auferet.

Et erit, in die illa nutriet homo vaccam boum, & duas oues.

Et erit, ex plurima potione lactis butyrum, & mel comedet omnis relictus super terram.

Et erit in die illa, omnis locus, vbi fuerint mille vites mille siclorum, in desertum erunt, & in spinam.

Cum sagitta, & arcu ingredientur illuc: quoniam desertum, & spina erit omnis terra:

Et omnis mons arando arabitur. Non superueniet illuc timor. Erit enim præ solitudine, & spina in pastum ouis, & conculcationem bouis.

CAP. VIII.

ET dixit Dominus ad me: Sume tibi tomum noui magni: & scribe in eo, hominis stylo, vt velociter deprædationem faciat spoliorum.

Adest enim: & testes mihi fac fideles homines, Vriam, & Zachariam filium Barachiæ.

Et accessi ad prophetissam: & in vtero concepit, & peperit filium. Et dixit Dominus mihi: Voca nomen eius, cito spolia, velociter deprædare:

Quia antequam sciat puer vocare patrem, aut matrem, tollet virtutem Damasci, & spolia Samariæ coram rege Assyriorum.

Et adiecit Dominus loqui mihi adhuc:

Eo quod populus hic non vult aquam Siloam, quæ vadit cum silentio, sed vult habere Rasin, & filium Romeliæ regem super vos;

Propterea ecce Dominus adducit super vos aquam fluminis fortem, & multam, regem Assyriorum, & gloriam eius. Et ascendet super omnem conuallem vestram, & ambulabit super omnem murum vestrum:

Et auferet de Iudæa hominem, qui possit caput leuare, aut forte aliquid facere. Et erunt castra eius, vt impleant latitudinẽ regionis tuæ. Nobiscũ Deus.

Cognoscite gentes, & vincimini: exaudite vsque ad extremum terræ: qui præualuistis, vincimini. Nam si rursus præualueritis, rursus vincemini:

Et quodcumq; consilium consultaueritis, dissipabit Dominus: & verbum quodcunque loquuti fueritis, non manebit in vobis, quia nobiscum Deus.

Sic dicit Dominus: Forti manu recedunt ab itinere viæ populi huius, dicentes:

Ne forte dicant, Durum. Omne enim quicquid dixerit populus iste, durum est. Timorem autem eius ne timueritis, neque conturbemini.

Dominum ipsum sanctificate: & ipse erit timor tuus: & si in ipso confisus fueris;

Erit tibi in sanctificationem, & non, vt lapidi offensionis occurretis, neque vt petræ ruinæ. Domus autem Iacob in laqueo, & in conualle sedentes in Hierusalem:

Ideo infirmi erunt in ipsis plurimi, & cadent, & conterentur: & appropinquabunt, & capientur homines in tuitione.

Tunc manifesti erunt, qui signantur, vt non discant legem.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

19 Veniento, & requiescent omnes ipsi in torrentibus desertorum, & in cauernis petrarum, & in omnibus spinetis, & in arboribus vilibus.

20 In die illa radet Dominus nouacula conductitia in ijs qui venient de regionibus quæ sunt trans flumen cum rege Assur, caput, & pilos pedum, & etiam barba absumetur.

21 Et erit, in die illa nutriet quispiam vitulam filiam bouis, & duas oues.

22 Eritq́ præ copia lactis quod faciet, comedet butyrum: butyrum enim & mel comedet quicunque remanserit in medio terræ.

23 Erit quoque in die illa, erit inquam, vt omnis locus in quo fuerant mille vites, pro mille argenteis, in veprem & in spinam erit.

24 Cum sagittis & arcu ingredietur illuc: vepris enim & spina erit tota terra.

25 Et omnes montes qui sarculo sarrientur, non veniet illuc timor vepris & spinæ, sed erunt in pascuum bouis, & in conculcationem pecoris.

CAP. VIII.

1 ET dixit Iehouah ad me, Sume tibi volumen grande, & scribe in eo stilo hominis ad festinandum spolium, accelerauit prædam.

2 Et testificavi mihi faciam testes fideles, Vrijah sacerdotem, & Zechariahu filium Iebere chiahu.

3 Accessi autem ad Prophetissam, quæ concepit, & peperit filium: & dixit Iehouah ad me, Voca nomen eius, Ad festinandum spolium, accelerauit prædam.

4 Quia antequam sciat puer vocare pater mi, & mater mea, tollet miles Dammesec, & spolia Somron coram rege Assur.

5 Et adiecit Iehouah loqui ad me adhuc, dicendo.

6 Eo quod abiecit populus iste aquas Siloah, quæ vadunt quiete, & gaudium est illi cum Resin, & filio Remaliahu.

7 Ideo ecce Dominus ascendere facit super eos aquas fluminis fortes, & multas, regem Assur, & vniuersam gloriam eius: ascendetq́ super omnes riuos suos, & ibit supra omnes ripas suas.

8 Transibitq́ per Iehudah, inundabit, & transibit, vsque ad collum pertinget: & erit extensio alarum eius plenitudo latitudinis terræ tuæ, ô Immanuel.

9 Confringite populi, & conteramini: & auribus percipite vniuersi longinqui terræ: accingite vos, & conteramini: accingite inquam vos, & conteramini.

10 Consultate consilium, & dissipabitur: loquimini verbum, & non stabit, quia nobiscum Deus.

11 Sic enim dixit Iehouah ad me in fortitudine prophetiæ: & erudiuit me ne irem in viam populi huius, dicendo,

12 Ne dicatis, Coniuratio est: omnia quæ dicit populus iste, coniuratio est: & timorem eius ne timeatis, neque formidetis.

13 Iehouam exercituum sanctificabitis: & ipse sit timor vester, & ipse pauor vester.

14 Et erit in palatium, & in lapidem offensionis, & in petram ruinæ duabus domibus Israel: in laqueum, & in tendiculam habitanti Ierusalaim:

15 Impingentq́ in ea plurimi, & cadent, & conterentur: irretienturq́, & capientur.

16 Liga testimonium, obsigna legem in discipulis meis.

Vulgat. Editio.

17 Et expectabo Dominum, qui abscondit faciem suam à domo Iacob, & præstolabor eum.

18 Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signum, & in portentum Israel à Domino exercituum qui habitat in monte Sion.

19 Et cum dixerint ad vos: Quærite à pythonibus, & à diuinis, qui strident in incantationibus suis: Numquid non populus à Deo suo requiret pro viuis à mortuis?

20 Ad legem magis, & ad testimonium. Quod si non dixerint iuxta verbum hoc, non erit eis matutina lux.

21 Et transibit per eam, corruet, & esuriet: & cum esurierit, irascetur, & maledicet regi suo, & Deo suo, & suspiciet sursum.

22 Et ad terram intuebitur, & ecce tribulatio & tenebræ dissolutio & angustia, & caligo persequens, & non poterit auolare de angustia sua.

CAP. IX.

1 PRimo tempore alleuiata est Terra Zabulon, & Terra Nephthali: & nouissimo aggrauata est via maris trans Iordanem Galilææ Gentium.

2 Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis.

3 Multiplicasti Gentem, & non magnificasti lætitiam. Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia.

4 Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti * sicut in die Madian.

* Iu. 7. 22.

5 Quia omnis violenta prædatio cum tumultu, & vestimentum mistum sanguine, erit in combustionem, & cibus ignis.

6 PARVVLVS enim NATVS est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius: & vocabitur nomen eius, Admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis.

7 Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis super solium Dauid, & super regnum eius sedebit: vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia, amodo & vsque in sempiternum: zelus Domini exercituum faciet hoc.

8 Verbum misit Dominus in Iacob, & cecidit in Israel.

9 Et sciet omnis populus Ephraim, & habitantes Samariam in superbia & magnitudine cordis dicentes:

10 Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus: sycomoros succiderunt, sed cedros immutabimus.

11 Et eleuabit Dominus hostes Rasin super eum, & inimicos eius in tumultum vertet:

12 Syriam ab Oriente, & Philisthijm ab Occidente: & deuorabunt Israel toto ore. In omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta:

13 Et populus non est reuersus ad percutientem se, & Dominum exercituum non inquisierunt.

14 Et disperdet Dominus ab Israel caput & caudam, incuruantem, & refrenantem die vna.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Et præstolabor Dominum qui abscondit faciem suam à domo Iahacob, & expectabo eum.

Ecce ego, & pueri quos dedit mihi Dominus vt sint signa, & portenta in Israel à Domino exercituum, qui habitat in monte Sijon.

Et cum dixerint ad vos: Quærite à pytonibus, & à diuinis, qui garriunt, & loquuntur: Num populus à Deo suo requiret pro viuis à mortuis?

Per legem, & ad testificationem Deum testor si non dicturi sunt iuxta verbum hoc, cui non est aurora.

Et transibit per terram ipsam induratus, & esuriens. Et erit cum esurierit, irascetur, & maledicet regi suo, & Deo suo, & respiciet sursum.

Et terram intuebitur, & ecce tribulatio, & tenebræ, obscuratio angustiæ, & caliginis impulsæ: quia non erit ei obscuratio secundum angustiam quæ fuit ei.

CAP. IX.

**TEmpore primo ab eo qui alleuiare fecit terram Zebulun, & terram Naphtali, & vltimo ab eo qui aggrauari fecit, via maris trans Iarden Ghelil gentium. **

Quæ hic nu. 1. notãtur in Bibl. Sanct. Pagn. habentur in fine superioris cap.

Populus qui ambulat in tenebris, vidit lucem magnam, habitantibus in terra vmbra mortis lux splenduit super eos.

Multiplicasti Gentem, non magnificasti lætitiam, lætati sunt coram te secundum lætitiam quæ est in messe, quemadmodum exultant, quando diuidunt spolia.

Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, sceptrum exactoris in eo confregisti, secundum diem Midian.

Quia omnis qui pugnat, pugnat cum commotione, & vestimentum inuolutum sanguine erit ad combustionem, cibus ignis.

Paruulus enim natus est nobis, filius datus est nobis, & fuit principatus super humerum eius: & vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius, Deus, fortis, pater in perpetuum, princeps pacis.

Ad multiplicandum principatum, & pacis non erit finis. Super solium Dauid, & super regnum eius: vt confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iustitia, ex hoc tempore, & vsque in sæculum: Zelus Domini exercituum faciet hoc.

Verbum misit Dominus in Iahacob, & cecidit in Israel.

Et scient populus omnis ipse Ephraim, & qui habitat Someron in superbia, & in magnitudine cordis dicendo.

Lateres ceciderunt, sed leuigato lapide ædificabimus: sycomori succisi sunt, sed cedros immutabimus.

Et eleuabit Dominus hostes Resin super eum, & inimicos eius commiscebit.

Aram ab Oriente, & Pelistim ab Occidente, & deuorabunt Israel in toto ore. In omni hoc non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.

Et populus non est reuersus ad percutientem eum, & Dominum exercituum non quæsierunt,

Et excidit Dominus ab Israel caput, & caudam, ramum, & iuncum die vna.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

17 Et dicet: Expectabo Deum, qui auertit faciem
suam à domo Iacob: & fidens ero super eum.
18 Ecce ego, & pueri, quos dedit mihi Deus. Et
erunt signa, & portenta in domo Israel à Domino
Sabaoth, qui habitat in monte Sion.
19 Et, si dixerint ad vos, quærite ventriloquos. &
eos, qui de terra loquuntur, vana loquentes, qui de
ventre clamitant; nonne gens ad Deum suum exquirent? Quid exquirunt de viuis mortuos?
20 Legem enim in auxilium dedit, vt dicant: non
sicut verbum hoc, pro quo non est dare munera
pro eo.
21 Et veniet super vos dura fames: & erit, vt esurietis, contristabimini, & maledicetis principem, & paterna. Et suspicient in cælum sursum;
22 Et in terram deorsum inspicient: & ecce egestas
angusta, & tenebræ, tribulatio, & angustia, & tenebræ, ita vt non sit videre: & non deficiet, qui in angustia fuerit, vsque ad tempus.

CAP. IX.

1 HOc primum bibe, velociter fac: regio Zabulon,
terra Nephthalim, & reliqui, qui iuxta mare, &
trans Iordanem, Galilæa gentium.
2 Populus, qui ambulabat in tenebris, videte lumen
magnum: qui habitatis in regione, vmbra mortis,
lumen lucebit super vos:
3 Plurima pars populi, quam deduxisti in lætitia tua:
& lætabuntur in conspectu tuo, sicut qui lætantur
in messe, & sicut hi, qui diuidunt spolia:
4 Quia ablatum est iugum, quod supra ipsos erat
positum, & virga, quæ super collum eorum. Virgam
enim exigentium dissipauit sicut die, quæ super
Madiam:
5 Quia omnem stolam congregatam dolo, & vestimentum cum commutatione restituent, & cupient, si fiant igne combusti.
6 Quia paruulus natus est nobis filius & datus est
nobis, cuius principatus factus est super humerum
eius, & vocatur nomen eius, magni consilij angelus.
Adducam enim pacem super principes, & sanitatem ei.
7 Magnus principatus illius, & pacis eius non est
terminus: super thronum Dauid, & regnum eius, vt
corrigat illud & auxilietur in iudicio, & in iustitia
ex hoc nunc, & in sæculum. Zelus Domini Sabaoth
faciet hæc.
8 Mortem misit Dominus super Iacob: & venit super Israel.
9 Et cognoscent omnis populus Ephræm, & sedentes in Samaria in contumelia, & excelso corde, dicentes:
10 Lateres ceciderunt: sed venite, dolemus lapides, &
succidamus sycomoros, & cedros, & ædificemus nobis turrim.
11 Et allidet Deus eos, qui consurgunt contra montem Sion, super eum, & inimicos dissipabit:
12 Syriam à Solis ortu, & Græcos à Solis occasu, deuorantes Israel toto ore. In omnibus his non est
auersus furor: sed adhuc manus excelsa.
13 Et populus non est reuersus; donec percussus est:
& Dominum non quæsierunt.
14 Et abstulit Dominus ab Israel caput, & caudam,
magnum, & paruum in vna die,

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

17 *Præstolabor igitur Iehouam qui abscondit faciem suam
à domo Iaacob, & expectabo eum.*
18 *Ecce ego, & pueri quos dedit mihi Iehouah in signa,
& portenta in Israel à Iehoua exercituum, qui habitat
in monte Syon.*
19 *Quum autem dixerint ad vos, Quærite à pythonibus,
& à diuinis, qui garriunt, & loquuntur: dicite illis, Num
populus à Deo suo requiret? pro viuis à mortuis?*
20 *Ad legem, & ad testimonium. si non dixerint iuxta
verbum hoc, quia non est ei aurora.*
21 *Et transibit per terram ipsam induratus, & famelicus: eritque, quum premetur fame, irascetur, & maledicet
regi suo, & Deo suo. & suspiciet sursum.*
22 *Et terram intuebitur, & ecce tribulatio, & tenebræ,
obscuratio angustiæ, & ad caliginem impulsum se videbit.*

CAP. IX.

1 *QVia non erit ei obscuratio secundum angustiam quæ
fuit ei tempore primo ab eo qui alleuiare fecit
terram Zebulun, & terram Naphtali: & vltimo ab eo qui
aggrauari fecit, via maris trans Iarden Gelil gentium.*
2 *Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in terra vmbræ mortis lux splenduit
super eos.*
3 *Multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiam: lætati
enim sunt coram te iuxta lætitiam quæ est in messe, &
quemadmodum exultant milites quando diuidunt spolia,*
4 *Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, sceptrum exactoris in eo confregisti secundum diem Midian.*
5 *Nam omnis qui pugnat, pugnat cum commotione: &
vestimentum volutatum in sanguine, erit ad combustionem, cibus ignis.*
6 *Paruulus enim natus est nobis, filius datus est nobis, &
fuit principatus super humerum eius: & vocabit nomen eius Admirabilis Consiliarius, Deus fortis, Pater
æternitatis, Princeps pacis.*
7 *Ad multiplicandum principatum, & pacis non erit finis. super solium Dauid, & super regnum eius: vt confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iustitia, ex hoc
tempore, & vsque in sæculum: Zelus Iehouæ exercituum
faciet hoc.*
8 *Verbum misit Dominus in Iaacob, & cecidit in Israel.*
9 *Et scient populus vniuersus, Ephraim, & qui habitant
Somron, in superbia, & in magnitudine cordis dicentes,*
10 *Lateres ceciderunt, sed leuigato lapide ædificabimus:
sycomori succisæ sunt, sed cedros immutabimus.*
11 *Eleuabit autem Iehouah hostes Resin super eum, &
inimicos eius confundet.*
12 *Aram ab Oriente, & Pelistim ab Occidente, & deuorabunt Israel in toto ore, in omni hoc non est auersus furor
eius, sed adhuc manus eius est extenta.*
13 *Et populus non est reuersus ad percutientem se, &
Iehouam exercituum non requisierunt.*
14 *Exciditque Iehouah ab Israele caput & caudam, ramum, & iuncum die vna.*

Vulgat. Editio.

Longæuus & honorabilis, ipse est caput: & pro-
pheta docens mendacium, ipse est cauda.

Et erunt qui beatificant populum istum, seducen-
tes, & qui beatificantur, præcipitati.

Propter hoc super adolescentulis eius non læta-
bitur Dominus: & pupillorum eius, & viduarum
non miserebitur: quia omnis hypocrita est & ne-
quam, & vniuersum os locutum est stultitiam. In
omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc
manus eius extenta.

Succensa est enim quasi ignis impietas, veprem
& spinam vorabit: & succendetur in densitate sal-
tus, & conuoluetur superbia fumi.

In ira Domini exercituum conturbata est terra, &
erit populus quasi esca ignis: vir fratri suo non par-
cet.

Et declinabit ad dexteram & esuriet: & comedet
ad sinistram, & non saturabitur: vnusquisque car-
nem brachij sui vorabit: Manasses Ephraim, & E-
phraim Manassen, simul ipsi contra Iudam.

In omnibus his non est auersus furor eius, sed
adhuc manus eius extenta.

CAP. X.

VÆ qui condunt leges iniquas: & scribentes, in-
iustitiam scripserunt:

Vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim face-
rent causæ humilium populi mei: vt essent viduæ
præda eorum, & pupillos diriperent.

Quid facietis in die visitationis, & calamitatis de
longe venientis? ad cuius confugietis auxilium? &
vbi derelinquetis gloriam vestram,

Ne incuruemini sub vinculo: & cum interfectis
cadatis? Super omnibus his non est auersus furor
eius, sed adhuc manus eius extenta.

Væ Assur, virga furoris mei & baculus ipse est, in
manu eorum indignatio mea.

Ad gentem fallacem mittam eum, & contra po-
pulum furoris mei mandabo illi, vt auferat spolia,
& diripiat prædam, & ponat illum in conculcatio-
nem quasi lutum platearum.

Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius non
ita existimabit: sed ad conterendum erit cor eius, &
ad internecionem gentium non paucarum.

Dicet enim:

Numquid non principes mei simul reges sunt?
numquid non vt Charcamis, sic Calano: & vt Ar-
phad, sic Emath? numquid non vt Damascus, sic
Samaria?

Quomodo inuenit manus mea regna idoli, sic &
simulachra eorum de Ierusalem, & de Samaria.

Numquid non sicut feci Samariæ & idolis eius,
sic faciam Ierusalem & simulachris eius?

Et erit: cum impleuerit Dominus cuncta opera
sua in monte Sion, & in Ierusalem, visitabo super
fructum magnifici cordis regis * Assur, & super glo-
riam altitudinis oculorum eius.

* 4. Reg 19 35. Inf. 37. 36.

Dixit enim: In fortitudine manus meæ feci, & in
sapientia mea intellexi: & abstuli terminos populo-
rum, & principes eorum deprædatus sum, & detraxi
quasi potens in sublimi residentes.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

15 *Senex, & honorabilis vultum, ipse est caput: & prophe-
ta qui docet mendacium, ipse est cauda.*

16 *Et erunt beatificantes populum istum errare facientes,
& beatificati eius perditi.*

17 *Ideo super adolescentulis eius non lætabitur Dominus:
& pupillorum eius, & viduarum eius non miserebitur:
quia vniuersi sunt impij, & maligni, & omne os loquitur
stultitiam. In omni hoc non est auersus furor eius, sed
adhuc manus eius extenta*

18 *Quia succensa est tanquam ignis impietas, veprem, &
spinam vorabit, & succendetur in densitatibus syluæ, &
eleuauerunt se sicut eleuatur fumus.*

19 *Propter iram Domini exercituum obscurata est terra,
& fuit populus tanquam esca ignis vnusquisque fratri
suo non parcet.*

20 *Et trahet se ad dexteram, & esuriet, & comedet ad si-
nistram, & non saturabitur: vnusquisque carnem brachij
sui comedit: Menasseh, Ephraim, & Ephraim Menasseh,
simul ipsi contra Iehudah.*

21 *In omni hoc non est auersus furor eius, sed adhuc ma-
nus eius extenta.*

CAP. X.

1 *VAE frilentibus decreta iniqua, & scribere facienti-
bus qui mendacium scribere sec: runt.*

2 *Vt peruertant iudicium pauperum, & rapiant in iudi-
cio pauperes populi mei, vt sint viduæ præda eorum, &
pupillos diripiant.*

3 *Et quid facietis in die visitationis, & desolationis quæ
à longinquo veniet? Ad quem fugietis pro auxilio? Et
vbi derelinquetis gloriam vestram?*

4 *Non euadet quispiam, nisi qui incuruauerint se inter
vinctos, & inter interfectos se prostrauerint. In omni hoc
non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.*

5 *O Assur virga furoris mei, & virga ipsa in manu eo-
rum est ira mea.*

6 *Ad gentem impiam mittam eum, & super populum
furoris mei mandabo ei, vt spoliet spolia, & prædetur
prædam, & ponat eum in conculcationem sicut lutum pla-
tearum.*

7 *Ipse autem non sic existimabit, & cor eius non ita pu-
tabit, S d ad perdendum sit missum putabit in corde suo,
& ad excidendum gentes non paucas.*

8 *Siquidem dicet.*

9 *Nonne principes mei simul reges sunt. Nonne sicut
Charchemis erit Chalno? Nonne sicut Arphad erit Cha-
math? Nonne sicut Dammesec erit Someron?*

10 *Quemadmodum inuenit manus mea regnis idoli, &
simulachra eorum de Ierusalaim, & de Someron.*

11 *Nonne quemadmodum feci Someron & idolis eius, sic
faciam Ierusalaim, & simulachris eius?*

12 *Et erit cum compleuerit Dominus omne opus suum in
monte Sijon, & in Ierusalaim visitabo super fructum ma-
gnitudinis cordis regis Assur, & super gloriam altitudi-
nis oculorum eius.*

13 *Nam dixit, in fortitudine manus meæ feci, & in sa-
pientia mea, quia intellexi, & remouere feci terminos
populorum, & thesauros eorum deprædatus sum, & de-
scendere feci tanquam potens habitantes.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

15 Senem,& eos,qui facies admirantur:(hoc est prin-
cipium:) & prophetam docentem iniqua: hic est
cauda.
16 Et erunt,qui beatum dicunt populum istum, se-
ducentes:& seducunt vt deuorent eos.
17 Propter hoc super adolescentulis eorum non læ-
tabitur Dominus: & pupillorum eorum, & vidua-
rum eorum non miserebitur: quoniam omnes ini-
qui,& nequam:& omne os loquitur iniusta.In om-
nibus his non est auersus furor, sed adhuc manus
excelsa.
18 Et succendetur quasi ignis, iniquitas: & tam-
quam gramen siccum, vorabitur ab igne:& succen-
dentur in densitatibus saltus: & deuorabit quæ in
circuitu collium omnia.
19 Propter furorem iræ Domini combusta est tota
terra, & erit populus tanquam combustus ab igne.
Homo fratris sui non miserebitur:
20 Sed declinabit ad dexteram,quia esuriet;& come-
det à sinistris: & non saturabitur; homo comedens
carnes brachij sui. Comedet enim Manasses E-
phræm,& Ephræm Manassem: quoniam simul op-
pugnabunt Iudam.
21 In his omnibus non est auersus furor, sed adhuc
manus excelsa.

CAP. X.

1 VÆ scribentibus iniquitatem: scribentes enim,
iniquitatem scribunt:
2 Declinantes iudicium inopum,rapientes causam
pauperum populi mei;vt sit ipsis vidua in direptio-
nem,& pupillus in prædam.
3 Et quid facient in die visitationis? Tribulatio
enim vobis de longe veniet: Et ad quem confugie-
tis,vt auxilium consequamini?Et vbi derelinquetis
gloriam vestram,
4 Vt non incidatis in abductionem? In omnibus
his non est auersa ira, sed adhuc manus excelsa.
5 Væ Assyriis:virga furoris mei,& ira est in manibus
eorum.
6 Iram meam in gentem iniquam mittam; & po-
pulo meo præcipiam,vt faciat spolia,& prædam, &
conculcet ciuitates,& ponat eas in puluerem.
7 Ipse autem non sic cogitauit, & animo non ita
arbitratus est;sed abscedet mens eius etiam, vt dis-
perdat gentes plurimas.
8 Quod si dixerint ei
9 Tu solus es princeps;& dicet Non cepi regionem,
quæ est supra Babylonem, & Chalanen, vbi turris
ædificata est.Cepi autem Arabiam,& Damascum, &
Samariam.
10 Sicut has cepi:sic omnes principatus capiam. Vlu-
late sculptilia in Hierusalem,& in Samaria.
11 Sicut enim feci Samariæ, & manufactis eius; sic
faciam & Hierusalem & idolis eius.
12 Et erit,cum consummauerit Dominus omnia fa-
ciens in monte Sion,& Hierusalem; visitabo super
sensum magnum,super principem Assyriorum, &
super altitudinem gloriæ oculorum eius.
13 Dixit enim: in fortitudine faciam, & in sapientia
intellectus auferam terminos gentium, & fortitu-
dinem eorum deprædabor: & concutiam ciuitates
habitatas,& orbem terræ totum

Et

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

15 *Senex,& honorabilis vultu,ipse est caput: & prophet a*
qui docet mendacium,ipse est cauda.
16 *Et erunt beatificantes populum istum,errare facientes:*
& beatificati eius,perditi.
17 *Ideo super adolescentulis eius non letabitur Dominus,*
& pupillorum eius, & viduarum eius non miserebitur:
quia vniuersi sunt hypocritæ& maligni.& omne os loqui
tur stultitiam. in toto hoc non est auersus furor eius, sed
adhuc manus eius extenta.
18 *Succensa est enim tanquam ignis impietas. veprem &*
spinam deuorabit, succendeturq; in densitatibus sylue,
& eleuauerunt se sicut eleuatur fumus.
19 *Propter iram Iehoue exercituum obscurata est terra,*
& fuit populus tanquam esca ignis: quisque fratri suo
non parcet.
20 *Et retrahet se ad dexteram,& esuriet: & comedet ad*
sinistram,& non saturabitur: vnusquisque carnem bra-
chij sui comedet.
21 *Menasseh comedet Ephraim, & Ephraim Menasseh,*
simul ipsi contra Iehudah. in toto hoc tamen non est
auersus furor eius,sed adhuc manus eius extenta.

CAP. X.

1 *VAE scribentibus decreta iniqua, & qui scribentes,*
mendacium scribere fecerunt.
2 *Vt peruertant iudicium pauperum, & rapiant in iudi-*
cio pauperes populi mei: vt sint viduæ preda eorum, &
pupillos diripiant.
3 *Et quid facietis in die visitationis, & desolationis quæ*
à longinquo veniet? Ad quem fugietis pro auxilio? &
vbi derelinquetis gloriam vestram?
4 *Non euadet quispiam, nisi qui incuruauerit se inter*
vinctos, & inter interfectos se prostrauerit. in toto hoc
non est auersus furor eius,sed adhuc manus eius extenta.
5 *O Assur,virga furoris mei: & virga quæ est in manu*
eorum est ira mea.
6 *Ad gentem impiam mittam eum, & super populum*
furoris mei mandabo ei, vt spoliet spolia, & predetur
predam,& ponat eum in conculcationem sicut lutum pla-
tearum.
7 *Ipse autem non sic existimabit, nec cor eius ita reputa-*
bit, sed ad perdendum se missum putabit in corde suo, &
ad excidendum gentes non paucas.
8 *Dicet enim. Nonne principes mei simul reges sunt?*
9 *Nonne sicut Charchemis,Chalno?nonne sicut Arphad,*
Hamath? nonne sicut Dammesec Somron?
10 *Quemadmodum inuenit manus mea regna idoli, &*
simulachra eorum,de Ierusalaim, & de Somron.
11 *Nonne quemadmodum feci Somron & idolis eius, sic*
faciam Ierusalaim, & simulachris eius?
12 *Et erit quum compleuerit Dominus omne opus suum*
in monte Syon, & in Ierusalaim visitabo super fructum
magnitudinis cordis regis Assur, & super gloriam alti-
tudinis oculorum eius.
13 *Dixit enim, In fortitudine manus meæ feci, & in sa-*
pientia mea: quia intellexi, & amoui terminos populo-
rum, & thesauros eorum deprædatus sum, & descendere
feci tanquam potens habitantes.

Et

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Et inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum:& sicut colliguntur oua, quæ derelicta sunt,sic vniuersam terram ego congregaui : & non fuit qui moueret pennam, & aperiret os, & ganniret.

Numquid gloriabitur securis contra eum,qui secat in ea? aut exaltabitur serra contra eum, à quo trahitur? quomodo si eleuetur virga contra eleuantem se, & exaltetur baculus, qui vtique lignum est.

Propter hoc mittet dominator Dominus exercituum in pinguibus eius tenuitatem : & subtus gloriam eius succensa ardebit quasi combustio ignis.

Et erit lumen Israel in igne, & Sanctus eius in flamma: & succendetur,& deuorabitur spina eius, & vepres in die vna.

Et gloria saltus eius,& carmeli eius ab anima vsque ad carnem consumetur, & erit terrore profugus.

Et reliquiæ ligni saltus eius præ paucitate numerabuntur,& puer scribet eos.

Et erit in die illa non adiciet residuum Israel, & hi,qui fugerint de domo Iacob, inniti super eo, qui percutit eos : sed innitetur super Dominum sanctum Israel in veritate.

Reliquiæ conuertentur,reliquiæ inquam Iacob ad Deum fortem.

* Ro. 9 27. Inf. 11. 11. * Si enim fuerit populus tuus Israel quasi arena maris, reliquiæ conuertentur ex eo: consummatio abbreuiata inundabit iustitiam.

Consummationem enim & abbreuiationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ.

Propter hoc, hæc dicit Dominus Deus exercituum:Noli timere populus meus habitator Sion, ab Assur:in virga percutiet te,& baculum suum leuabit super te in via Aegypti.

Adhuc enim paululum modicumque & consummabitur indignatio & furor meus super scelus eorum.

* Inf. 37.36. * Iud. 7.25. * Et suscitabit super eum Dominus exercituum flagellum * iuxta plagam Madian in Petra Oreb, & virgam suam super mare, & leuabit eam in via Aegypti.

Et erit in die illa:Auferetur onus eius de humero tuo,& iugum eius de collo tuo,& computrescet iugum à facie olei.

Veniet in Aiath, transibit in Magron : apud Machmas commendabit vasa sua.

Transierunt cursim Gaba sedes nostra: obstupuit Rama,Gabaath Saulis fugit.

Hinni voce tua filia Gallim, attende Laisa, paupercula Anathoth.

Migrauit Medemena:habitatores Gabim confortamini.

Adhuc dies est,vt in Nobe stetur:agitabit manum suam super montem filiæ Sion,collem Ierusalem.

Ecce dominator Dominus exercituum confringet lagunculam in terrore, & excelsi statura succidentur,& sublimes humiliabuntur.

Et subuertentur condensa saltus ferro: Et Libanus cum excelsis cadet.

CAP. XI.

Act. 13. 23. ET egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.

Transl.ex Heb. Sanct. Pagn.

14 *Et inuenit veluti nidum manus mea substantiam populorum,& sicut colliguntur oua derelicta, omnem terram ego congregaui, & non fuit qui moueret alam, & aperiret os, & garriret.*

15 *Nunquid gloriabitur securis contra incidentem eum ea? Nunquid se magnificabit serra contra eleuantem eam sicut eleuauit virgam,& exaltantem eam,sicut exaltauit virgam quæ non est lignum, quoniam eleuat virgam non lignum.*

16 *Ideo mittet dominator Dominus exercituum in pinguibus eius maciem & pro gloria eius ardebit ardendo secundum combustionem ignis.*

17 *Et erit lux Israel in igne, & sanctus eius in flamma. & ardebit, & deuorabit spinam eius, & veprem eius in die vna.*

18 *Et gloriam syluæ eius,& Charmeli eius,ab anima vsque ad carnem consumet,& erit dissolutus vt vexillifer.*

19 *Et residua ligna syluæ eius pauca numero erunt,& puer scribet ea.*

20 *Et erit,in die illa non adiciet vltra residuum Israel, & euasor domus Iahacob,inniti super percutientem eum, sed innitetur super Dominum sanctum Israel in veritate.*

21 *Residuum conuertetur, residuum Iahacob ad Deum fortem.*

22 *Quia si fuerit populus tuus Israel veluti arena maris,residuum conuertetur ex eo:consummatio decisa inundat* propter *iustitiam.*

23 *Quia consummationem & decisam Dominus Deus exercituum facit in medio terræ.*

24 *Idcirco sic dixit Dominus Deus exercituum : Ne timeas populus mi habitator Syon ab Assur. In virga percutiet te,& baculum suum leuabit super te in via Aegypti.*

25 *Adhuc enim paululum paululum, & consummabitur ira,& furor meus ad consumptionem eorum.*

26 *Et suscitabit super eum Dominus exercituum flagellum iuxta plagam Midian in petra Horeb, & virgam suam super mare & eleuabit eam* super eum *in via Aegypti.*

27 *Et erit in die illa remouebitur onus eius ab humero tuo,& iugum eius à collo tuo, & corrumpetur iugum à facie olei.*

28 *Venit ad Haiath,transiuit in Migron in Michmas commendabit instrumenta sua.*

29 *Transierunt vadum, in Ghebah diuersorio pernoctarunt,obstupuit Ramah,Ghibhah Saul fugit.*

30 *Exalta vocem tuam filia Ghallim,attende Laisah pauper Hanathoth.*

31 *Elongauit se Madmenah, habitatores Ghebim congregauerunt seipsos.*

32 *Adhuc dies in Nob ad standum:eleuabit manum suam mons Syon,collis Ierusalaim.*

33 *Ecce dominator Dominus exercituum excidit ramum in robore,& excelsi statura succisi,& sublimes humiliabunt se.*

34 *Et succidet arbores perplexas syluæ in ferro, & arbores Lebanon in ferro forti cadent.*

CAP. XI.

1 ET *egredietur virga de semine Isai, & ramus de radicibus eius crescet.*

Transl. ex Septuag.

[illegible]

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

[illegible]

Tranſl. ex Septuag.

2 Et requieſcet ſuper eum ſpiritus Dei, ſpiritus ſapientiæ,& intellectus,ſpiritus conſilij ,& fortitudinis:ſpiritus ſcientiæ,& pietatis

3 Replebit eum ſpiritus timoris Domini. Non ſecundum gloriam iudicabit, neque iuxta ſermonem arguet:

4 Sed iudicabit humili iudicium,& arguet humiles terræ:& percutiet terram verbo oris ſui:& in ſpiritu per labia interficiet impium.

5 Et erit iuſtitia cinctus lumbum ſuum, & veritate inuolutus coſtas.

6 Et ſimul paſcetur lupus cum agno:& pardus ſimul accubabit cum hœdo:& vitulus , & taurus,& leo ſimul paſcentur,& puer paruus ducet eos:

7 Et bos , & vrſus paſcentur ſimul : & erunt ſimul catuli eorum:& leo,quaſi bos,comedet paleas.

8 Et puer infans ſuper foramina aſpidum, & in cubile fœtuum aſpidum manum mittet.

9 Et non nocebunt,neque poterunt perdere quemquam in monte ſancto meo : quia repleta eſt terra cognitione Domini , quaſi aqua multa cooperiat maria.

10 Et erit in die illa,radix Ieſſe,& qui conſurgit , vt princeps ſit gentium : in ipſo gentes ſperabunt : & erit requies eius honor.

11 Et erit die illa adiiciet Dominus oſtendere manum ſuam ad zelandum relictum reſiduum populi,quod relictum fuerit ab Aſſyrus,& ab Aegypto, & à Babylonia,& ab Aethiopia,& ab Elamitis,& à Solis ortu,& ex Arabia.

12 Et leuabit ſignum in nationes , & congregabit perditos Iſrael : & diſperſos Iuda colliget à quatuor alis terræ.

13 Et auferetur zelus Ephræm : & hoſtes Iuda peribunt. Ephræm non æmulabitur Iudam : & Iudas non tribulabit Ephræm

14 Et volabunt in nauibus alienigenarum : mare ſimul prædabuntur , & eos , qui à Solis ortu , & Idumæam:& ſuper Moab primum manus mittent.Filij autem Ammon primi obedient.

15 Et deſolabit Dominus mare Aegypti ; & mittet manum ſuam ſuper flumen ſpiritu violento;& percutiet ſeptem valles , ita vt tranſeat illud in calceamentis.

16 Et erit via reſiduo populo meo in Aegypto. Et erit ipſi Iſrael,ſicut dies, quando egreſſus eſt de terra Aegypti.

CAP. XII.

1 ET dices in die illa : Benedico te Domine , quoniam iratus es mihi,&auertiſti furorem tuum, & miſertus es mei,

2 Ecce Deus meus , ſaluator meus, fidens ero in eo, & non timebo:quoniam gloria mei,& laus mea Dominus:& factus eſt mihi in ſalutem.

3 Et haurite aquam cum lætitia de fontibus ſalutaris.

4 Et dices in illa die : hymnis celebrate Dominum, clamate nomeneius,annunciate in gentibus glorioſa eius:mementote , quoniam exaltatum eſt nomen eius.

5 Laudate nomen Domini ; quoniam excelſa fecit; annunciate hæc in omni terra:

6 Exultate , & lætamini , qui habitatis Sion : quia exaltatus eſt ſanctus Iſrael in medio eius.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

2 *Et requieſcet ſuper eum Spiritus Iehouæ. Spiritus ſapientiæ & intelligentiæ , Spiritus conſilij & fortitudinis,Spiritus ſcientiæ & timoris Iehouæ.*

3 *Et odorari faciet eum in timore Iehouæ:& non ſecundum viſionem oculorum ſuorum iudicabit, neque ſecundum auditum aurium ſuarum arguet:*

4 *Sed iudicabit in iuſtitia pauperes,& arguet in rectitudine propter manſuetos terræ : percutietq́ terram virga oris ſui, & ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium.*

5 *Eritq́ iuſtitia cingulum lumborum eius , & fides cingulum renum eius.*

6 *Et habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit , & vitulus & catulus leonis & bubalus ſimul, & puer paruus ducet eos.*

7 *Et vacca & vrſa paſcentur,ſimul accubabunt nati earum:& leo ſicut bos comedet paleam.*

8 *Delectabiturq́ lactens ſuper foramen aſpidis,& ſuper cauernam reguli ablactatus manum ſuam extendet.*

9 *Non nocebunt, neque perdent in vniuerſo monte ſanctitatis meæ:quia repleta eſt terra cognitione Iehouæ, ſicut aquæ mare operientes.*

10 *Et erit in die illa eum qui egredietur de radice Iſai, qui ſtabit in vexillum populorum , ipſum Gentes requirent,eritq́ requies eius in gloria.*

11 *Erit denique in die illa , adijciet Dominus ſecundo mittere manum ſuam ad poſſidendum reſiduum populi ſui,quod remanebit ab Aſſur , & ab Aegypto , & à Pathros,& à Chus,& ab Elam,& à Sinar,& ab Hemath, & ab inſulis maris.*

12 *Et eleuabit vexillum in nationibus , congregabitque profugos Iſrael,& diſperſas animas Iehudah congregabit à quatuor angulis terræ.*

13 *Et recedet zelus Ephraim,& hoſtes Iehudah excidentur:Ephraim non æmulabitur Iehudah, & Iehudah non anguſtiabit Ephraim.*

14 *Et volabunt in humerum Peliſthim ad Occidentem, ſimul prædabuntur filios Orientis:Edom & Moab immiſſio manus eorum,filij Ammon obedientia ipſorum.*

15 *Et excidet Iehouah ſcopulum maris Aegypti , & leuabit manum ſuam ſuper flumen in fortitudine ſpiritus ſui, percutietq́ illud diuidendo in ſeptem flumina, & ambulare faciet tranſeuntes in calceamentis.*

16 *Eritq́ via reſiduo populi eius qui relinquetur ab Aſſur,ſicut fuit Iſraeli in die qua aſcendit è terra Aegypti.*

CAP. XII.

1 *ET dices in die illa, Confitebor tibi Iehoua , quoniam iratus fuiſti contra me , auerſus eſt furor tuus , & conſolatus es me.*

2 *Ecce Deus ſalus mea,confidam,& non pauebo : quia fortitudo mea, & laus mea Deus Iehouah , fuitq́ mihi ſalus.*

3 *Et haurietis aquas in gaudio è fontibus ſalutis:*

4 *Et dicetis in die illa , Confitemini Iehouæ , inuocate nomen eius : nota facite in populis opera eius, mementote quod excelſum eſt nomen eius.*

5 *Cantate Iehouæ , quoniam magnifica fecit:notum eſt hoc in vniuerſa terra.*

6 *Exalta vocem,& lauda habitatrix Sijon,quia magnus in medio tui ſanctus Iſrael.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. XIII.

ONus Babylonis,quod vidit Isaias filius Amos.

Super montem caliginosum leuate signum, exaltate vocem, leuate manum, & ingrediantur portas duces.

Ego mandaui sanctificatis meis, & vocaui fortes meos in ira mea,exultantes in gloria mea.

Vox multitudinis in montibus, quasi populorum frequentium: vox sonitus regum gentium congregatarum: Dominus exercituum, præcepit militæ belli.

Venientibus de terra procul, à summitate cæli Dominus, & vasa furoris eius, vt disperdat omnem terram.

Vlulate: quia prope est dies Domini: quasi vastitas à Domino veniet.

Propter hoc omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis contabescet,

Et conteretur. Torsiones, & dolores tenebunt, quasi parturiens, dolebunt: vnusquisque ad proximum suum stupebit, facies combustæ vultus eorum.

Ecce dies Domini veniet crudelis, & indignationis plenus,& iræ, furorisque ad ponendam terram in solitudinē, & peccatores eius conterendos de ea.

Eze. 32. 7. Iocl. 3. 15. Mat. 24. 29. Mat. 13 24. Luc. 21. 25. Quoniam stellæ cæli, & splendor earum non expandent lumen suum: obtenebratus est sol in ortu suo,& luna non splendebit in lumine suo.

Et visitabo super orbis mala,& contra impios iniquitatem eorum:& quiescere faciam superbiam infidelium,& arrogantiam fortium humiliabo.

Pretiosior erit vir auro,& homo mundo obrizo.

Super hoc cælum turbabo:& mouebitur terra de loco suo propter indignationem Domini exercituum,& propter diem iræ furoris eius.

Et erit quasi damula fugiens, & quasi ouis:& non erit,qui congreget:vnusquisque ad populum suum conuertetur: & singuli ad terram suam fugient.

Omnis,qui inuentus fuerit, occidetur:& omnis, qui superuenerit,cadet in gladio.

Ps. 136. 9. Infantes eorum allidentur in oculis eorum: diripientur domus eorum, & vxores eorum violabuntur.

Ecce ego suscitabo super eos Medos, qui argentum non quærant, nec aurum velint:

Sed sagittis paruulos interficient, & lactantibus vteris non miserebuntur, & super filios non parcet oculus eorum.

* Ge. 19. 24. Et erit Babylon illa gloriosa in regnis inclyta superbia Chaldæorum.* sicut subuertit Dominus Sodomam,&Gomorrham.

Non habitabitur vsque in finem, & non fundabitur vsque ad generationem & generationem: nec ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi.

Sed requiescent ibi bestiæ, & replebuntur domus eorum draconibus: & habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi:

Et respondebunt ibi vlulæ in ædibus eius, & sirenes in delubris voluptatis.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. XIII.

1 *PRophetia Babylonis quam vidit Iesahiahu filius Amos.*

2 *Super montem eleuatum, eleuate vexillum, exaltate vocem contra eos: leuate manum, & ingrediantur portas duces.*

3 *Ego præcepi sanctificatis meis, etiam vocaui fortes meos in ira mea,exultantes in gloria mea.*

4 *Vox multitudinis in montibus ad similitudinem populi multi: vox sonitus regnorum gentium congregatarum. Dominus exercituum numerat exercitum prælij.*

5 *Venientes de terra procul ab extremo cœli: Dominus & vasa furoris eius ad disperdendum omnem terram.*

6 *Vlulate quia prope est dies Domini: veluti præda ab Omnipotente veniet.*

7 *Idcirco omnes manus debiles erunt, & omne cor hominis liquescet,*

8 *Et terrebuntur.angustiæ,& dolores tenebunt eos,veluti parturiens dolebunt: vnusquisque ad proximum suum stupebunt,facies flammarum facies eorum.*

9 *Ecce dies Domini venit crudelis, & indignatio, & ira furoris, vt ponat terram in solitudinem & peccatores eius disperdat ex ea.*

10 *Quoniam stellæ cœlorum,& oriones eorum, non lucere facient lumen suum: obscurabitur sol quando egredietur, & luna non splendere faciet lumen suum.*

11 *Et visitabo super orbem malum, & super impios iniquitatem eorum: & cessare faciam superbiam superborum,& superbiam fortium humiliare faciam.*

12 *Pretiosiorem faciam hominem magis quàm obrizum, & hominem magis quam aurum Ophir.*

13 *Idcirco cœlum mouere faciam, & contremiscet terra de loco suo propter iram Domini exercituum, & propter diem iræ furoris eius.*

14 *Et erit tanquam ceruus eiectus,& sicut pecus: & non erit qui congreget: vnusquisque ad populum suum reuertentur,& vnusquisque ad terram suam fugient.*

15 *Omnis qui inuentus fuerit perfodietur: & omnis qui se adiungit cadet gladio.*

16 *Et paruuli eorum allidentur in oculis eorum: diripientur domus eorum,& vxores eorum violabuntur.*

17 *Ecce ego suscito contra eos Madai, qui argentum non æstimabunt,& aurum non volent.*

18 *Et arcubus pueros allident, & fructui ventris non miserebuntur, & filiis non parcet oculus eorum.*

19 *Et erit Babel gloria regnorum, gloria superbia Chaldeorum secundum subuersionem qua subuertit Deus Sedom & Hamorah.*

20 *Non habitabitur in sæculum. Non habitabitur vsque in generationem & generationem: & non tendet tentorium ibi Harabs,& pastores non accubare facient ibi pecudes.*

21 *Sed accubabunt ibi bestiæ syluestres, & replebuntur domus eorum furunculis,& habitabunt ibi filiæ struthionis, & dæmones saltabunt ibi.*

22 *Et cantabunt vlulæ in ædibus eius, & dracones in palatijs deliciarum.*

Transl. ex Septuag.

C A P. XIII.

1 VIsio, quam vidit Esaias filius Amos contra Babylonem.

2 Super montem campestrem leuate signum, exaltate vocem eis, consolamini manu, aperite principes.

3 Ego præcipio, & ego adduco eos. Gigantes veniunt implere furorem meum, gaudentes simul, & contumeliam facientes.

4 Vox gentium multarum super montes, similis gentium multarum, vox regum, & gentium congregatarum. Dominus Sabaoth mandauit genti bellicosæ,

5 Vt veniat de terra longinqua à summo fundamento cæli, Dominus, & armati bellatores eius ad corrumpendum vniuersum orbem terræ.

6 Vlulate: prope enim dies Domini: & contritio à Deo veniet.

7 Propter hoc omnis manus dissoluetur, & omnis anima hominis formidabit.

8 Turbabuntur legati, & dolores eos tenebunt, quasi mulieris parturientis: & condolebunt alter ad alterum, & stupebunt, & faciem suam, quasi flammam, mutabunt.

9 Ecce enim dies Domini venit insanabilis, furoris, & iræ, ad ponendum orbem terræ desertum, & peccatores perdendos ex eo.

10 Stellæ enim cæli, & Orion, & omnis ornatus cæli non dabunt lumen: & obtenebrabuntur oriente Sole: & Luna non dabit lumen suum.

11 Et mandabo vniuerso orbi terræ mala, & impiis peccata eorum: & perdam superbiam iniquorum, & contumeliam superborum humiliabo.

12 Et erunt, qui derelicti fuerint, honorati magis, quàm aurum incoctum: & homo magis honoratus erit, quam lapis, qui de Suphir.

13 Cælum enim indignabitur: & terra concutietur à fundamentis suis, propter furorem iræ Domini Sabaoth, in die illa, qua superuenerit furor eius.

14 Et erunt residui, quasi damula fugiens, & quasi ouis errans: & non erit, qui congreget: ita vt homo ad populum suum reuertatur: & homo ad regionem suam expelletur.

15 Quicumque enim deprehensus fuerit: opprimetur: &, qui congregati fuerint: cadent gladio.

16 Et filios eorum allident coram eis, & domos eorum deprædabuntur, & vxores eorum habebunt.

17 Ecce suscito vobis Medos, qui argentum non reputant, neque auro opus habent.

18 Arcus adolescentium conterent, & filiorum vestrorum non miserebuntur, neque super filiis vestris parcent oculi eorum.

19 Et erit Babylon, quæ vocatur inclyta à rege Chaldæorum, sicut subuertit Deus Sodomam, & Gomorram:

20 Non habitabitur in æternum tempus: neque ingredientur in eam per multas generationes: neque permeabunt eam Arabes, neque pastores requiescent in ea.

21 Et requiescent illic bestiæ: & implebuntur domus sonitu: & accubabunt ibi sirenes, & dæmonia illic saltabunt:

22 Et onocentauri illic habitabunt: & nidificabunt hericij in domibus eorum.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

C A P. XIII.

PRophetia Babel quam vidit Iesaiahu filius Amos.

Super montem excelsum eleuate vexillum, exaltate vocem contra eos, leuate manum, & ingrediantur portas ducum.

Ego precepi preparatis à me, etiam vocaui fortes meos in ira mea, exultantes in gloria mea.

Vox multitudinis in montibus ad similitudinem populi multi: vox sonitus regnorum gentium congregatarum: Iehouah exercituum numerat exercitum prælij.

Veniunt de terra longinqua ab extremo cæli, Iehouah & vasa furoris eius ad disperdendum vniuersam terram.

Vlulate, quia prope est dies Iehouæ: quasi vastitas ab Omnipotente veniet.

Idcirco omnes manus debiles erunt, & omne cor hominis liquescet.

Et terrebuntur: angustiæ & dolores apprehendent eos, instar parturientis dolebunt: vnusquisque ad proximum suum stupebunt, facies flammarum facies eorum.

Ecce dies Iehouæ venit, crudelis, & indignatio, & ira furoris: vt ponat terram in solitudinem, & peccatores eius disperdat ex ea.

Quoniam stellæ cælorum & Orion eorum nequaquam splendere facient lumen suum: obscurabitur sol quando egredietur, & luna nequaquam splendere faciet lumen suum.

Et visitabo super orbem terrarum, malum, & super impios iniquitatem eorum, & cessare faciam superbiam superborum, & superbiam fortium humiliare faciam.

Pretiosiorem faciam hominem magis quàm obrizum, & hominem quam aurum Ophir.

Idcirco celum commouere faciam, & mouebitur terra de loco suo, propter iram Iehouæ exercituum, & propter diem iræ furoris eius.

Et erit tanquam ceruus eiectus, & sicut oues dispersa, & non est qui congreget: vnusquisque ad populum suum reuertentur, & vnusquisque ad terram suam fugiens.

Omnis qui inuentus fuerit, confodietur: & omnis additus cadet gladio.

Et paruuli eorum allidentur in oculis eorum: diripientur domus eorum, & vxores eorum violabuntur.

Ecce ego suscito contra eos Madai, qui argentum non æstimabunt, & aurum non volent:

Et arcus illorum pueros allident, neque fructus ventris miserebuntur, neque filiis parcet oculus eorum.

Et erit Babel gloria regnorum, decus superbiæ Chaldæorum, secundum subuersionem qua subuertit Deus Sedom & Amorah.

Non incoletur in seculum, neque habitabitur vsque in generationem & generationem: sed neque tendet tentorium ibi Arabs, & pastores non accubare facient ibi pecudes.

Sed accubabunt ibi bestiæ syluestres, & replebuntur domus eorum furunculis, & habitabunt ibi filiæ struthionis, dæmones quoque saltabunt ibi.

Et cantabunt vlulæ in ædibus eius, & dracones in palatiis deliciarum. prope est autem vt veniat tempus eius, neque dies eius protrahentur.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. XIV.

PRope est vt veniat tempus eius, & dies eius
non elongabuntur. Miserebitur enim Dominus
Iacob,& eliget adhuc de Israel,& requiescere eos fa-
ciet super humum suam: adiungetur aduena ad
eos,& adhærebit domui Iacob.
Et tenebunt eos populi, & adducent eos in locũ
suum: & possidebit eos domus Israel super terram
Domini in seruos & ancillas:& erunt capientes eos,
qui se ceperant,& subiicient exactores suos.

Et erit in die illa: cum requiem dederit tibi Deus
à labore tuo,& à concussione tua, & à seruitute du-
ra,qua ante seruisti:
Sumes parabolam istam contra regem Babylonis,
& dices: Quomodo cessauit exactor, quieuit tribu-
tum?
Contriuit Dominus baculum impiorum,virgam
dominantium,
Cædentem populos in indignatione, plaga insa-
nabili,subiicientem in furore gentes, persequentem
crudeliter.
Conquieuit & siluit omnis terra, gauisa est &
exultauit:
Abietes quoque lætatæ sunt super te, & cedri Li-
bani: ex quo dormisti, non ascendet qui succidat
nos.
Infernus subter conturbatus est in occursum ad-
uentus tui, suscitauit tibi gigantes. Omnes princi-
pes terræ surrexerunt de solus suis,omnes principes
nationum.
Vniuersi respondebunt, & dicent tibi: Et tu vul-
neratus es sicut & nos,nostri similis effectus es.
Detracta est ad inferos superbia tua, concidit ca-
dauer tuum:subter te sternetur tinea, & operimen-
tum tuum erunt vermes.
Quomodo cecidisti de cælo lucifer,qui mane orie-
baris?corruisti in terram,qui vulnerabas gentes?

Qui dicebas in corde tuo: In cælum conscendam,
super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in
monte testamenti,in lateribus Aquilonis.

Ascendam super altitudinem nubium,similis ero
Altissimo.
Verumtamen ad infernum detraheris in profun-
dum laci:
Qui te viderint,ad te inclinabuntur,teque prospi-
cient. Numquid iste est vir,qui conturbauit terram,
qui concussit regna,
Qui posuit orbem desertum, & vrbes eius destru-
xit,vinctis eius non aperuit carcerem?

Omnes reges gentium vniuersi dormierunt in
gloria,vir in domo sua.
Tu autem proiectus es de sepulchro tuo, quasi
stirps inutilis pollutus, & obuolutus cum his, qui
interfecti sunt gladio, & descenderunt ad funda-
menta laci, quasi cadauer putridum.
Non habebis consortium,neque cum eis in sepul-
tura: tu enim terram tuam disperdidisti, tu popu-
lum tuum occidisti: non vocabitur in æternum se-
men pessimorum.

Præparate filios eius occisioni in iniquitate pa-
trum suorum: non consurgent, nec hæreditabunt
terram,neque implebunt faciem orbis ciuitatum.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. XIV.

1 * *PRope est autem vt veniat tempus eius, & dies eius*
*non protrahentur. * Miserebitur enim Dominus*
Iahacob, & eliget adhuc in Israel, & requiescere faciet
eos super humum suam, & copulabit se peregrinus eis,
& adhærebunt domui Iahacob.
2 *Et tollent eos populi, & adducent eos ad locum suum:*
& erunt possidentes ex eis domus Israel, super terram
Domini in seruos & ancillas: & capient eos qui cepe-
rant eos, & dominabuntur oppressoribus suis.

3 *Et erit, in die qua requiem dederit Dominus tibi à la-*
bore tuo, & à timore tuo, & à seruitute dura qua serui-
tum fuit à te
4 *Sumes parabolam istam contra regem Babel, & dices:*
Quomodo cessauit oppressor, quieuit tributum?

5 *Contriuit Dominus baculum impiorum, virgam domi-*
nantium.
6 *Percutientem populos in ira percussione indeclinabili,*
dominantem in furore gentibus, persecutionem pessum
non prohibuit.
7 *Quieuit, requieuit omnis terra, cecinerunt laudem.*

8 *Etiam abietes lætatæ sunt de te, cedri Lebanon: ex*
eo tempore quo dormiuisti non ascendit qui succidat
nos.
9 *Infernus deorsum expauit propter te in occursum ad-*
uentus tui, suscitauit tibi mortuos, & omnes principes
terræ surgere fecit de soliis eorum, omnes reges Gentium.

10 *Omnes isti vociferabunt tibi: etiam tu infirmatus es si-*
cut nos, nobis assimilatus es.
11 *Detracta est ad inferos superbia tua, sonitus nablorum*
tuorum: subter te sternetur vermis, & operit te vermis.

12 *Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer fili auroræ, suc-*
cisus es ad terram qui debilitabas gentes?

13 *Tu autem dixisti in corde tuo: Cœlum ascendam, super*
stellas Dei exaltabo solium meum, & sedebo in monte
Ecclesiæ in lateribus Aquilonis:

14 *Ascendam super altitudinem nubis, assimilabo me*
Altissimo.
15 *Veruntamen ad infernum detraheris, ad latera sepul-*
chri.
16 *Videntes te, te prospicient, te contemplabuntur: Num*
hic est vir qui conturbabat terram, concutiebat regna?

17 *Posuit orbem sicut desertum, & vrbes eius destruxit*
vinctis eius non aperuit carcerem.

18 *Omnes reges gentium, vniuersi ipsi dormierunt in glo-*
ria, vir in domo sua.
19 *Tu autem proiectus es de sepulchro tuo tanquam stirps*
abominabilis, vt vestimentum occisorum qui confossi sunt
gladio, qui descenderunt ad lapides sepulchri, veluti
cadauer conculcatum.
20 *Non vnies tecum eis in sepultura. Quia terram tuam*
disperdidisti, populum tuum occidisti, non vocabitur in
æternum semen pessimorum.

21 *Præparate filios eius occisioni propter iniquitatem pa-*
trum eorum. Non consurgeant, nec hæreditate accipient
terram, neque implebunt superficies orbis inimicis.

Quæ duobus alteris clauduntur hic: in trãsl. Sancti Pagn. habentur in fine superioris capituli.

Transl. ex Septuag.

CAP. XIV.

Cito venit, & non tardabit. Et miserebitur Dominus Iacob, & eliget adhuc Israel: & requiescent super terram suam: & aduena apponetur ad eos: & apponetur ad domum Iacob.

Et assument eos gentes, & introducent in locum eorum: & possidebunt, & multiplicabuntur super terram, in seruos, & seruas: & erunt captiui, qui captiuauerant eos, & subiicientur dominationi, qui dominati fuerant eis.

Et erit, in die illa requiescere te faciet Dominus à dolore, & furore tuo, à seruitute tua dura quam seruiuisti eis.

Et sumes lamentationem hanc super regem Babylonis: Quomodo cessauit solicitator?

Contriuit Dominus iugum peccatorum, iugum principum.

Percutiens gentem furore, plaga insanabili, percutiens gentem plaga furoris, quæ non pepercit:

Requieuit confidenter omnis terra, clamat cum lætitia:

Et ligna Libani lætata sunt super te: & cedrus Libani, ex quo tu dormiuisti, non ascendit, qui cædat nos.

Infernus subter exacerbatus est occurrens tibi: consurrexerunt tibi omnes gigantes, qui principabantur terræ, qui excitabant de soliis eorum omnes reges gentium.

Omnes respondebunt, & dicent tibi: Et tu captus es, sicut & nos, & in nobis reputatus es:

Descendit ad infernum gloria tua, multa lætitia tua: subter te sternent putredinem: & operculum tuum vermis.

Quomodo cecidit de cælo Lucifer, qui mane oriebatur? Contritus est ad terram, qui mittebat ad omnes gentes.

Tu autem dixeras in mente tua, in cælum ascendam, super sydera cæli ponam thronum meum, sedebo in monte excelso super montes excelsos, qui ad Aquilonem:

Ascendam super nubes: ero similis altissimo.

Nunc autem in infernum descendes, & ad fundamenta terræ.

Qui vident te mirabuntur super te, & dicent: Iste homo, qui irritabat terram, qui concutiebat reges,

Qui ponebat orbem totum desertum, & ciuitates eius destruxit, & qui in obductione erant, non soluit.

Omnes reges gentium dormierunt in honore, homo in domo sua.

Tu autem proiectus eris in montibus, sicut mortuus abominatus,

Cum multis mortuis confossis gladio descendentibus ad infernum. Quemadmodum vestimentum in sanguine conspersum non erit mundum; ita neque tu eris mundus. Quoniam terram meam perdidisti, & populum meum interfecisti: non manebis in æternum tempus semen pessimum.

Præpara filios tuos, vt occidantur pro peccatis patris eorum vt non resurgant, neque hæreditent terram, & impleant terram bellis.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAP. XIV.

1 *Miserebitur enim Iehouah Iaacob, & eliget adhuc Israelem, & requiescere faciet eos super humum suam, & copulabit se peregrinus eis, adhærebuntque domui Iaacob.*

2 *Et tollent eos populi, & adducent eos ad locum suum: & hæreditabunt eos domus Israel super terram Iehouæ in seruos & ancillas: & capient eos qui se ceperant, dominabunturque oppressoribus suis.*

3 *Et erit in die qua requiem dederit Iehouah tibi à labore tuo, & à timore tuo, & à seruitute dura quam seruiisti:*

4 *Tunc sumes parabolam istam contra regem Babel, & dices, Quomodo cessauit oppressor, quieuit cupida auri.*

5 *Contriuit Iehouah baculum impiorum, virgam dominantium,*

6 *Percutientem populos in ira percussione indesinente, dominantem in furore gentibus, persequutionem passum non prohibuit.*

7 *Quieuit, requieuit vniuersa terra, cecinerunt laudem.*

8 *Etiam abietes lætatæ sunt de te, & cedri Lebanon: ex eo tempore quo obdormiuisti, non ascendit qui succideret nos.*

9 *Infernus deorsum expauit propter te: in occursum aduentus tui, suscitauit tibi mortuos, omnes principes terræ surgere fecit de soliis suis, omnes reges Gentium.*

10 *Omnes isti vociferabuntur, & dicent tibi, Etiam tu infirmatus es sicut nos, nobis similis factus es.*

11 *Detracta est ad inferos superbia tua, sonitus nablorum tuorum, subter te sternitur vermis, & operit te vermis.*

12 *Quomodo cecidisti de cælo Lucifer fili auroræ? & succisus es ad terram qui debilitabas gentes.*

13 *Tu autem dixisti in corde tuo, Cælum ascendam, super stellas Dei exaltabo solium meum, & sedebo in monte congregationis in lateribus Aquilonis:*

14 *Ascendam supra altitudines nubis, similis fiam Altissimo.*

15 *Veruntamen ad infernum detraheris, ad latera sepulchri.*

16 *Videntes te, te prospicient, te contemplabuntur, dicentes, Num hic est vir ille qui conturbabat terram, concutiebat regna?*

17 *Qui posuit orbem tanquam desertum, & vrbes eius destruxit, & vinctis suis non aperuit carcerem?*

18 *Omnes reges gentium, vniuersi ipsi dormierunt cum gloria, quisque in sepulchro suo.*

19 *Tu autem proiectus es de sepulchro tuo tanquam stirps abominabilis, & vestimentum occisorum qui confossi sunt gladio, aut qui descenderunt ad lapides sepulcri, ac veluti cadauer conculcatum.*

20 *Non vnies te cum eis in sepultura, quia terram tuam disperdidisti, populum tuum occidisti: non vocabitur in æternum semen pessimorum,*

21 *Præparate filios eius occisioni propter iniquitatem patrum ipsorum ne consurgant, neque hæreditate accipiant terram, atque impleant superficiem orbis inimicis.*

Vulgat. Editio.

Et consurgam super eos, dicit Dominus exercituum: & perdam Babylonis nomen, & reliquias, & germen, & progeniem, dicit Dominus.

Et ponam eam in possessionem ericij, & in paludes aquarum, & scopabo eam in scopa terens, dicit Dominus exercituum.

Iurauit Dominus exercituum, dicens: Si non, vt putaui, ita erit: & quomodo mente tractaui,

Sic eueniet: Vt conteram Assyrium in terra mea, & in montibus meis conculcem eum: & auferetur ab eis iugum eius, & onus illius ab humero eorum tolletur,

Hoc consilium, quod cogitaui super omnem terram: & hæc est manus extenta super vniuersas gentes.

Dominus enim exercituum decreuit: & quis poterit infirmare? & manus eius extenta, & quis auertet eam?

In anno, quo mortuus est rex Achaz, factum est onus istud:

Ne læteris Philisthæa omnis tu, quoniam comminuta est virga percussoris tui: de radice enim colubri egredietur regulus, & semen eius absorbens volucrem.

Et pascentur primogeniti pauperum, & pauperes fiducialiter requiescent: & interire faciam in fame radicem tuam, & reliquias tuas interficiam.

Vlula porta, clama ciuitas: prostrata est Philisthæa omnis: ab Aquilone enim fumus veniet, & non est qui effugiet agmen eius.

Et quid respondebitur nuncijs gentis? quia Dominus fundauit Sion, & in ipso sperabunt pauperes populi eius.

C A P. XV.

ONus Moab. Quia nocte vastata est Ar Moab, conticuit: quia nocte vastatus est murus Moab, conticuit.

* Ascendit domus, & Dibon ad excelsa in planctum super Nabo, & super Medaba, Moab vlulauit: * in cunctis capitibus eius caluitium, & omnis barba radetur.

* Ier. 48. 3.
* Ezec. 7. 13.

In triuiis eius accincti sunt sacco: super tecta eius, & in plateis eius omnis vlulatus descendit in fletum:

Clamabit Hesebon, & Eleale, vsque Iasa audita est vox eorum: super hoc expediti Moab vlulabunt, anima eius vlulabit sibi.

Cor meum ad Moab clamabit, vectes eius vsque ad Segor vitulam conternantem: per ascensum enim Luith flens ascendet, & in via Oronaim clamorem contritionis leuabunt.

Aquæ enim Nemrim desertæ erunt: quia aruit herba, defecit germen, viror omnis interiit.

Secundum magnitudinem operis & visitatio eorum: ad torrentem salicum ducent eos.

Quoniam circuiuit clamor terminum Moab: vsque ad Gallim vlulatus eius, & vsque ad Puteum Elim clamor eius.

Quia aquæ Dibon repletæ sunt sanguine: ponam enim super Dibon additamenta: his qui fugerint de Moab leonem, & reliquiis terræ.

C A P. XVI.

EMitte agnum Domine dominatorem terræ, de Petra deserti ad montem filiæ Sion.

Et erit: Sicut auis fugiens, & pulli de nido auolantes, sic erunt filiæ Moab in transcensu Arnon.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

22 *Et consurgam contra eos, dicit Dominus exercituum, & perdam Babel nomen, & propinquum filium, & nepotem dicit Dominus.*

23 *Et ponam eam in possessionem ericij, & paludes aquarum, & scopabo eam scopis dissipationis dicit Dominus exercituum.*

24 *Iurauit Dominus exercituum dicendo. Si non secũdum quod cogitaui, & secundum quod decreui consurget.*

25 *Vt conteram Assur in terra mea, & in montibus meis conculcabo eum, & remouebitur ab eis iugum eius, & onus illius ab humero eius remouebitur.*

26 *Hoc consilium quod decretum est super omnem terram: & hæc manus extenta super omnes gentes.*

27 *Dominus enim Deus exercituum decreuit, & quis irritabit, & manus eius extenta, & quis redire faciet eam?*

28 *In anno quo mortuus est Achaz fuit prophetia ista.*

29 *Ne læteris Peleseth omnis tu, quod confracta sit virga percussionis tuæ: de radice enim serpentis egredietur regulus, & fructus eius cerastes volans.*

30 *Et pascentur primogeniti pauperum, & mendici fiducialiter requiescent: & interire faciam fame radicem tuam, & reliquias tuas interficiet.*

31 *Vlula ô porta, clama ô ciuitas: Defluxit Peleseth omnis tu: Ab aquilone enim fumus venit, & non erit solitarius in temporibus suis.*

32 *Et quid respondebit nuncijs gentis? Quia Dominus fundauit Syon, & in ea sperabunt pauperes populi eius.*

C A P. XV.

1 *PRophetia Moab. Quia nocte populatus fuit Har, Moab succisus est, quia nocte populatus fuit, Chir Moab succisus fuit.*

2 *Ascendit adem, & Dibon excelsa in planctum super Nebo, & super Medba, Moab vlulauit, in cunctis capitibus eius erit caluitium, & in omni barba erit abscisio.*

3 *In plateis eius accingent se saccis in tectis eius, & in plateis eius tota ipsa vlulabit descendens in fletum.*

4 *Et clamauit Chesbon, Elhaleh, vsque ad Iahas audietur vox eorum, ideo armati Moab clamabunt, anima eius vociferabit sibi.*

5 *Cor meum ad Moab clamabit, vectes eius vsque ad Sohar vitulam triennem qui in ascensu Luchith in fletu ascendet in eam: quia in via Choronaim clamorem contritionis suscitabunt.*

6 *Aquæ enim Nimrim in desolationes erunt, quia aruit herba, defecit germen, viride non fuit.*

7 *Ideo diuitias fecit, & substantias suas iuxta torrentem salicum deferent.*

8 *Quia circuiuit clamor terminum Moab: vsque ad Eglaim vlulatus eius, & Beerlim vlulatus eius.*

9 *Quia aquæ Dimon repletæ sunt sanguine, ponam enim super Dimon addita superstiti Moab leonem, & residuo terræ.*

C A P. XVI.

1 *MIttite agnum dominatoris terræ de petra ad desertum ad montem filiæ Syon.*

2 *Et erit sicut auis fugiens de nido dimissa erunt villæ Moab vada Arnon.*

Transl. ex Septuag.

22 Et consurgam super eos, dicit Dominus Sabaoth,
& perdam eorum nomen, & reliquias, & semen: Hæc
dicit Dominus.
23 Et ponam Babyloniam desertum, vt inhabitent
hericij, & erit in nihilum: & ponam eam luti vora-
ginem in perditionem:
24 Hæc dicit Dominus Sabaoth: Sicut dixi, ita erit, &
sicut consilium cepi;
25 Sic manebit ad perdendum Assyrios super terram
meam, & super montes meos. Et erunt in conculca-
tionem: & auferetur ab eis iugum eorum: & gloria
eorum ab humeris auferetur.
26 Hoc est consilium, quod decreuit Dominus super
totum terræ orbem:
27 Et hæc manus excelsa super omnes gentes. Quæ
enim Deus sanctus decreuit; quis dissipabit? & ma-
num eius excelsam quis auertet?
28 Anno, quo mortuus est rex Achaz; factum est ver-
bum hoc.
29 Nolite lætari alienigenæ omnes: contritum est
enim iugum percutientis vos. Nam ex semine ser-
pentis egredientur fœtus aspidum: & fœtus eorum
egredientur serpentes volantes;
30 Et pascentur inopes per eum: inopes autem ho-
mines super pacem requiescent, interficiet autem
in fame semen tuum, & reliquias tuas interficiet.
31 Vlulate portæ ciuitatum: clament vrbes turba-
tæ, alienigenæ omnes: quoniam ab Aquilone fumus
venit: & non est, vt sit.
32 Et quid respondebunt reges gentium? Quoniam
Dominus fundauit Sion: & per ipsum saluabuntur
humiles plebis.

CAP. XV.

1 VERBVM, QVOD CONTRA MOABITIDEM.
Nocte peribit Moabitis: nocte enim peribit mu-
rus Moabitidis. Contristamini super vos ipsos:
2 Peribit enim & Debon, vbi est ara vestra. Illuc
ascendetis plorare super Nabay Moabitidis. Vlulate:
super omne caput caluitium, omnia brachia dis-
secta:
3 In plateis eius circumcingimini saccis, & plan-
gite super domos eius, & in plateis eius, & in vicis
eius: omnes vlulate cum ploratu.
4 Quoniam clamauit Esebon, & Eleale: vsque Iassa
audita est vox eorum. Propter hoc lumbus Moabi-
tidis clamat: anima eius cognoscet:
5 Cor Moabitidis clamat in se vsque Segor: vitula
enim triennis est. Super ascensum autem Luith ad
te flentes ascendent via Aronijm: clamat: contritio,
& concussio.
6 Aqua Nemetim deserta erit, & herba eius defi-
ciet: herba enim viridis non erit.
7 Numquid & sic saluanda est? Inducam enim su-
per vallem Arabas: & capient eam.
8 Pertigit enim clamor terminum Moabitidis ip-
sius Agalim, & vlulatus eius vsque ad puteum Elim.
9 Aqua autem Dimon implebitur sanguine. Indu-
cam enim super Dimon Arabas: & tollam semen
Moab, & Ariel, & residuum Adama.

CAP. XVI.

1 Mittam quasi reptilia super terram. Nunquid
petra deserta est mons filiæ Sion?
2 Eris enim velut auis auolantis pullus ablatus,
eris filia Moab. Deinde vero Amon

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

22 *Et consurgam contra eos, dicit Iehouah exercituum, &*
succidam ipsi Babel nomen, & propinquum filium, & ne-
potem, dicit Iehouah.
23 *Ponamq́ eam in possessionem ericij, & in paludes aqua-*
rum, & scopabo eam scopis dissipationis, dicit Iehouah
exercituum.
24 *Iurauit Iehouah exercituum, dicendo, Si non secun-*
dum quod cogitaui, sic fiet: & secundum quod decreui,
consurget,
25 *Vt conteram Assur in terra mea, & in montibus meis*
conculcem eum, recedetq́ ab illis iugum eius, & onus ip-
sius ab humero eorum recedet.
26 *Hoc est consilium quod decretum est à me super vniuer-*
sam terram, & hæc manus illa extenta super oēs gentes.
27 *Iehouah enim exercituum decreuit, & quis irritabit?*
& manus eius est manus illa extenta, & quis redire fa-
ciet eam?
28 *In anno quo mortuus est rex Ahaz fuit prophe in ista'*
29 *Ne læteris Peleseth omnis tu, quod confracta sit virga*
percussionis tuæ: de radice enim serpentis egredietur regu-
lus, & fructus eius cerastes volans.
30 *Et pascentur primogeniti pauperum, & mendici confi-*
denter accubabunt: & interire faciam fame radicem
tuam, & reliquias tuas interficiet.
31 *Vlula, ó porta, clama ó ciuitas, defluxit Peleseth om-*
nis tu: ab Aquilone enim fumus venit, & non erit solita-
rius in temporibus illius.
32 *Et quid respondebit quisque nuntiorum gentis? Quod*
Iehouah fundauit Sijon, & in ea sperabunt Sijon, & in
ea sperabunt pauperes populi eius.

CAP. XV.

1 *PRophetia Moab, Quia nocte vastatus est Ar Moab,*
& succisus est, quia inquam nocte vastatus est Cir
Moab, & succisus est.
2 *Ascendit in ædem, & in Dibon, & ad excelsa, & in*
planctum: super Nebo, & super Medba, Moab vlulabit, in
cunctis capitibus eius erit caluitium, & omnis barba erit
rasa.
3 *In plateis eius accingent se saccis: in tectis eius, & in*
plateis eius tota ipsa vlulabit, descendens in fletum.
4 *Et vociferabitur Hesbon & Elealeh, vsque ad Iahas*
exaudietur vox eorum: ideo armati Moab vociferabun-
tur, anima eius vociferabit sibi.
5 *Cor meum ad Moab vociferabitur, profugi eius fugiēt*
vsque ad Soar vitulam triennem, quia per ascensum Lu-
hith in fletu ascendent, quia in via Horonaim clamorem
contritionis suscitabunt.
6 *Aquæ enim Nimrim in desolationes erunt: quia aruit*
herba, defecit gramen, viride non fuit.
7 *Ideo diuitias quas quisque fecit, & substantias eorum,*
iuxta torrentem salicum deferent.
8 *Quia circuiuit clamor terminum Moab, vsque ad*
Eglaim vlulatus eius, & vsque Beer Elim vlulatus eius.
9 *Quia aquæ Dimon replebuntur sanguine: ponam enim*
super Dimon addita: euasori Moab leonem, & residuo
terræ.

CAP. XVI.

1 *MIttite agnum Dominatoris terræ de Petra deserti*
ad montem filiæ Sijon.
2 *Et erit Moab sicut auis fugiens, & velut nidus di-*
missus erunt filiæ Moab ad vada Arnon.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

3 Ini consilium, coge concilium: pone quasi noctem
vmbram tuam in meridie: absconde fugientes, &
vagos ne prodas.
4 Habitabunt apud te profugi mei: Moab esto lati-
bulum eorum à facie vastatoris, finitus est enim
puluis, consummatus est miser: defecit qui concul-
cabat terram,
5 Et præparabitur in misericordia solium, & sede-
bit super illud in veritate in tabernaculo Dauid, iu-
dicans & quærens iudicium, & velociter reddens
quod iustum est.
Ier. 48. 26. 6 ✶ Audiuimus superbiam Moab, superbus est val-
de superbia eius & arrogantia eius, & indignatio
eius plusquam fortitudo eius.
7 Idcirco vlulabit Moab ad Moab, vniuersus vlula-
bit: his, qui lætantur super muros cocti lateris, lo-
quimini plagas suas.
8 Quoniam suburbana Hesebon deserta sunt, & vi-
neam Sabama domini Gentium exciderunt: flagella
eius vsque ad Iazer peruenerunt: errauerunt in de-
serto, propagines eius relictæ sunt, transierunt ma-
re.
9 Super hoc plorabo in fletu Iazer vineam Saba-
ma: inebriabo te lacryma mea Hesebon, & Eleale:
quoniam super vindemiam tuam, & super messem
tuam vox calcantium irruit.
10 Et auferetur lætitia & exultatio de Carmelo, & in
vineis non exultabit neque iubilabit. vinum in tor-
culari non calcabit qui calcare consueuerat: vocem
calcantium abstuli.
11 Super hoc venter meus ad Moab, quasi cithara
sonabit, & viscera mea ad murum cocti lateris.
12 Et erit: cum apparuerit quod laborauit Moab su-
per excelsis suis, ingredietur ad sancta sua vt obse-
cret & non valebit.
13 Hoc verbum, quod locutus est Dominus ad
Moab ex tunc:
14 Et nunc locutus est Dominus, dicens; In tribus
annis quasi anni mercenarij auferetur gloria Moab
super omni populo multo, & relinquetur paruus &
modicus, nequaquam multus.

CAP. XVII.

1 ONus Damasci. Ecce Damascus desinet esse ciui-
tas, & erit sicut aceruus lapidum in ruina.
2 Derelictæ ciuitates Aroer gregibus erunt, & re-
quiescent ibi, & non erit qui exterreat,
3 Et cessabit adiutorium ab Ephraim, & regnum à
Damasco: & reliquiæ Syriæ sicut gloria filiorum Is-
rael erunt: dicit Dominus exercituum.
4 Et erit in die illa: attenuabitur gloria Iacob, & pin-
guedo carnis eius marcescet,
5 Et erit sicut congregans in messe quod restiterit,
& brachium eius spicas leget: & erit sicut quærens
spicas in valle Raphaim.
6 Et relinquetur in eo sicut racemus, & sicut ex-
cussio oleæ duarum vel trium oliuarum in summi-
tate rami, siue quattuor aut quinque in cacumini-
bus eius fructus eius: dicit Dominus Deus Israel.
7 In die illa inclinabitur homo ad Factorem suum,
& oculi eius ad sanctum Israel respicient:
8 Et non inclinabitur ad altaria, quæ fecerunt ma-
nus eius: & quæ operati sunt digiti eius non respi-
ciet, lucos & delubra.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

3 *Affer consilium fac iudicium: pone sicut in nocte um-
bram tuam in medio meridiei absconde expulsos, fugien-
tem ne prodas.*
4 *Habitent in te expulsi mei: Moab esto latibulum eis à
facie populatoris. Defecit enim expressor, defecit expres-
sor, defecit populator, consumpta sunt epulia de terra.*
5 *Et preparabitur in misericordia solium, & sedebit su-
per illud in veritate in tabernaculo Dauid, iudicans &
quærens iudicium, & festinans ad iustitiam.*
6 *Audiuimus superbiam Moab, superbus est valde, su-
perbia eius & extollentia eius, & indignatio eius non
sunt recta verba eius.*
7 *Idcirco vlulabit Moab, super Moab totus ipse vlulabit
super dolia Chirchareseth loquimini verumtamen per-
cussi.*
8 *Quia vites Chesbon desolatæ sunt plantationes opti-
mas vitium Sibmah Domini gentium quassauerunt vs-
que ad Iahazer peruenerunt: errauerunt in desertum
propagines eius extenderunt se, transierunt mare.*
9 *Idcirco plorabo in fletu Iahazer, in fletu vitis Si-
mah: inebriabo te lachryma mea Chesbon, & Elaleh:
quoniam super fructus æstatis tuæ, & super messem tuam
celeusma cecidit.*
10 *Et deficiet lætitia & exultatio de Carmel: & in vineis
non cantabunt, & non iubilabunt. vinum in torcularibus
non calcabit calcans, iubilationem cessare feci.*
11 *Ideo viscera mea ad Moab veluti cithara sonabunt, &
intima mea ad Chirchares.*
12 *Et erit: cum apparuerit quod laborauit Moab super ex-
celsum ingredietur sanctuarium suum, vt oret, & non
poterit.*
13 *Hoc est verbum quod locutus est Dominus ad Moab ex
eo tempore:*
14 *Et nunc loquutus est Dominus dicendo: In tribus annis
tanquam annis mercenarij allenuabitur gloria Moab,
in omni populo multo & residuus paucus pusillus non
multus.*

CAP. XVII.

1 *PRophetia Dammesec. Ecce Dammesec remouebit ne
sit ciuitas & erit desertum ruinæ.*
2 *Derelictæ ciuitates Haroher gregibus erunt, & accu-
babunt & non erit exterrens.*
3 *Et cessabit munitio ab Ephraim, & regnum à Dam-
mesech: & residuo Aram, sicut gloria filiorum Israel
erunt dixit Dominus exercituum.*
4 *Et erit in die illa: attenuabitur gloria Iahacob, &
pinguedo carnis eius macrescet:*
5 *Et erit, quando colliget messor segetem, & brachium
eius spicas metet: erit sicut qui colligit spicas in valle
Rephaim.*
6 *Et relinquentur in eo racemi sicut excussio oleæ duo-
rum vel trium granorum in summitate rami quatuor
aut quinque in ramis eius fructiferis dixit Dominus
Deus Israel.*
7 *In die illa aspiciet homo ad Factorem suum, & oculi
eius ad sanctum Israel respicient.*
8 *Et non aspiciet ad altaria opus manuum eius: &
quod fecerunt digiti eius non respiciet, & lucos, & ima-
gines.*

Digitized by Google

Tranfl. ex Septuag.

3 Plura confulta : & ac tegmen luctus ipfa femper,
in meridianis tenebris fugiunt, obftupuerant. Ne
abducaris:
4 Accolent tibi profugi Moab: erunt tegmen vobis
à facie perfequentis : quia fublatum eft auxilium
tuum,& princeps periit,qui conculcabat de terra.
5 Et dirigetur cum mifericordia thronus,& fedebit
fuper illum cum veritate in tabernaculo Dauid,iudicans, & exquirens iudicium, & accelerans iuftitiam,
6 Audiuimus fuperbiam Moab: contumeliofus valde fuperbiam fuftuli.Non fic diuinatio tua, non fic.
7 Vlulabit Moab : in Moabitide enim omnes plorabunt: habitatoribus autem Deleth meditationes : &
non confunderis.
8 Campi Efebon lugebunt: vinea Sebama : Qui abforbetis gentes, conculcate vites eius vfque ad Iazer: Nolite contingere,oberrate defertum, qui miffi
eftis.Derelicti funt,tranfierunt enim ad mare.
9 Propter hoc plorabo,quafi ploratum Iazer,vineam
Sebama.Arbores tuas deiecit Efebon & Eleale : quoniam fuper meffem,& fuper vindemiam tuam conculcabo: & omnia cadent.
10 Et tolletur lætitia,& exultatio de vineis: & in vineis tuis non lætabuntur : & non calcabunt vinum
in torcularibus: nam ceffauit.
11 Propter hoc venter meus fuper Moab, velut cithara,fonabit: & interiora mea quafi murum renouafti;
12 Et erit in confufionem tuam,quia laborauit Moab
in aris,& ingredietur in manufacta fua, vt deprecetur: & non poterunt eximere eum.
13 Hoc verbũ, quod loquutus eft fuper Moab,quando loquutus eft.
14 Et nunc dico.In tribus annis annorum mercenarij inhonorabitur gloria Moab omnibus diuitiis
multis: & relinquetur paucus,& non honoratus.

C A P. XVII.

VERBVM, QVOD CONTRA DAMASCVM.

1 Ecce Damafcus tolletur de ciuitatibus: & erit in
ruinam,
2 Derelicta in feculum in cubile gregum, & requiem,& non erit perfequens:
3 Et non erit vltra munita ad confugiendum Ephræm : & non vltra regnum in Damafco, & reliquum Syrorum.Non enim tu melior es filius Ifrael,
gloria eorum.Hæc dicit Dominus Sabaoth:
4 Erit in die illa defectio gloriæ Iacob : & pinguia
gloriæ eius concutientur.
5 Et erit, quomodo fiquis congreget meffem ftantem,& femen fpicarum metat : & erit,quomodo fiquis congreget fpicam in valle dura.
6 Et relicta in ea fuerit ftipula: vel ficut grana oliuæ
duo vel tria in fummitate excelfa, vel quatuor,aut
quinque fuper ramos earum fint relicta. Hæc dicit
Dominus Ifrael:
7 Die illa fidens erit homo in eo,qui fecit eum: oculi autem eius in fanctum Ifrael intuebuntur:
8 Et non erunt fidentes in aris, neque in operibus
manuum fuarum, quæ fecerunt digiti ipforum : &
non afpicient arbores, neque abominationes eorum.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

*Affer confilium,fac iudicium : pone ficut noctem vmbram tuam in medio meridiei, abfconde expulfos patria,
fugientem ne prodas.*
*Habitent in te expulfi mei,Moab efto latibulum eis à
facie populatoris: defecit enim expreffor, defecit populator,confumpta funt reptilia de terra.*
*Et preparabitur in mifericordia folium,& fedebit fuper illud in veritate in tabernaculo Dauid, iudicans &
quærens iudicium,& feftinans ad iuftitiam.*
Audiuimus fuperbiam Moab(fuperbus erat valde)fuperbiam inquam eius & extollentiam eius,& indignationem eius: non erant recta verba eius.
Idcirco vlulabit Moab fuper Moab, vniuerfus ipfe vlulabit: fuper fundamenta Cir-harefeth loquemini, veruntamen percuffi.
*Quia vites Hesbon defolatæ funt: & vitis Sibmah,
domini gentium contriuerunt optimas vites eius : vfque
ad Iaazer peruenerunt,errauerunt in deferto, propagines
eius extenderunt fe, tranfierunt mare.*
*Idcirco plorabo in fletu Iaazer,in fletu vitis Sibmah,
inebriabo te lachrymis meis Hesbon & Eleale : quoniam
fuper fructus tuos æftiuos,& fuper meffem tuam celeufma
cecidit.*
*Et deficiet lætitia & exultatio de agro fertili, & in
vineis non cantabitur, neque iubilabitur : vinum in torcularibus non calcabit calcator,celeufma ceffare feci.*
*Ideo vifcera mea ad Moab veluti cithara refonabunt,
& intima mea ad Chir-hares.*
*Et erit,quum apparuerit quod fatigatus fuerit Moab
fuper excelfum, tunc ingredietur fanctuarium fuum vt
oret & non poterit.*
*Hoc itaque eft verbum quod loquutus eft Iehouah de
Moab ex eo tempore.*
*Nunc autem loquutus eft Iehouah, dicendo, In tribus
annis tanquam annis mercenarij vilipendetur gloria
Moab,in omni populo multo : & refiduum paucum, pufillum,non forte.*

C A P. XVII.

*Prophetia Dammefec. Ecce Dammefec remouetur ne
fit ciuitas,eritq́; cumulus ruinæ.*
Derelictæ ciuitates Aroher gregibus erunt, & accubabunt,neque erit qui exterreat.
*Et ceffabit munitio ab Ephraim, & regnum Dammefec,& refiduum Aram,ficut gloria filiorum Ifraelis erunt
dixit Iehouah exercituum.*
*Et erit, in die illa : attenuabitur gloria Iaacob, &
pinguedo carnis eius macrefcet.*
*Et erit, ficut colligit meffor fegetem, & brachio fuo
fpicas demetit : erit quoque ficut qui colligit fpicas in
valle Rephaim.*
*Et relinquentur in eo racemi,& ficut excuffio oleæ,duo
vel tria grana in fummitate rami : aut quatuor vel
quinque racemi in cacuminibus eius fructus, dixit Iehouah Deus Ifrael.*
*In die illa afpiciet homo ad factorem fuum, & oculi
eius ad fanctum Ifrael refpicient.*
*Et non afpiciet ad altaria, opus manuum eius : &
quod fecerunt digiti eius non refpiciet : & lucos,& imagines folis.*

Vulgat. Editio.

In die illa erunt ciuitates fortitudinis eius dereli-
ctæ sicut aratra, & segetes quæ derelictæ sunt à facie
filiorum Israel, & eris deserta.

Quia oblita es Dei saluatoris tui, & fortis adiu-
toris tui non es recordata: propterea plantabis
plantationem fidelem, & germen alienum semina-
bis.

In die plantationis tuæ labrusca, & mane semen
tuum florebit: ablata est messis in die hæreditatis, &
dolebit grauiter.

Væ multitudini populorum multorum, vt multi-
tudo maris sonantis: & tumultus turbarum, sicut
sonitus aquarum multarum.

Sonabunt populi sicut sonitus aquarum inun-
dantium, & increpabit eum, & fugiet procul, & ra-
pietur sicut puluis montium à facie venti, & sicut
turbo coram tempestate.

In tempore vespere, & ecce turbatio: in matuti-
no, & non subsistet. hæc est pars eorum, qui vastaue-
runt nos, & sors diripientium nos.

CAP. XVIII.

VÆ terræ cymbalo alarum, quæ est trans flumi-
na Aethiopiæ,

Qui mittit in mare legatos, & in vasis papyri su-
per aquas. Ite Angeli veloces ad gentem conuulsam,
& dilaceratam: ad populum terribilem, post quem
non est alius: ad gentem expectantem & conculca-
tam, cuius diripuerunt flumina terram eius:

Omnes habitatores orbis, qui moramini in terra,
cum eleuatum fuerit signum in montibus videbi-
tis, & clangorem tubæ audietis:

Quia hæc dicit Dominus ad me: Quiescam, &
considerabo in loco meo sicut meridiana lux clara
est, & sicut nubes roris in die messis.

Ante messem enim totus effloruit, & immatura
perfectio germinabit, & præcidentur ramusculi eius
falcibus: & quæ derelicta fuerint, abscindentur, &
excutientur.

Et relinquentur simul auibus montium, & bestiis
terræ: & æstate perpetua erunt super eum volucres:
& omnes bestiæ terræ super illum hiemabunt.

In tempore illo deferetur munus Domino exerci-
tuum à populo diuulso & dilacerato: à populo terri-
bili, post quem non fuit alius, à gente expectante,
expectante & conculcata, cuius diripuerunt flumi-
na terram eius, ad locum nominis Domini exerci-
tuum montem Sion.

CAP XIX.

ONus Aegypti. Ecce Dominus ascendet super
nubem leuem, & ingredietur Aegyptum, &
commouebuntur simulachra Aegypti à facie eius,
& cor Aegypti tabescet in medio eius.

Et concurrere faciam Aegyptios aduersus Aegy-
ptios: & pugnabit vir contra fratrem suum, & vir
contra amicum suum, ciuitas aduersus ciuitatem,
regnum aduersus regnum.

Et dirumpetur spiritus Aegypti in visceribus
eius, & consilium eius præcipitabo: & interroga-
bunt simulachra sua, & diuinos suos, & pythones, &
ariolos.

Et tradam Aegyptum in manu dominorum cru-
delium, & rex fortis dominabitur eorum, ait Do-
minus Deus exercituum.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

9 *In die illa erunt ciuitates fortitudinis eius sicut dere-*
lictio rami, & rami qui derelicti sunt à facie filiorum Is-
rael, & erit desertum.

10 *Quia oblita es Dei salutis tuæ, & petræ fortitudinis*
tuæ non es recordata, propterea plantabis plantationes
pulchras, & germen alieni seminabis.

11 *In die plantationis tuæ crescet, & mane semen*
tuum germinare facies. Commotio rami in die percussio-
nis infirmantis & doloris desperati.

12 *Væ multitudini populorum multorum, sicut fremitus*
marium sonabunt, & tumultus populorum sicut sonitus
aquarum multiplicium sonabunt.

13 *Populi sicut sonitus aquarum multarum sonabunt,*
& increpabit eum, & fugiet de longe, & persecutionem
patientur sicut gluma montium à facie venti, & sicut
stipula coram tempestate.

14 *In tempore vespertino ecce turbatio, antequam sit ma-*
ne non erit, hæc est pars prædantium nos, & sors diripien-
tium nos.

CAP. XVIII.

1 *VÆ terræ umbra alarum quæ est trans flumina*
Ethiopiæ.

2 *Qui mittit per mare legatos & in naui iuncea super*
faciem aquarum. Ite nuncij leues ad gentem tractam &
expilatam ad populum terribilem ex quo fuit, & vltra
gentem lineatim, & conculcata cuius diripuerunt flumi-
na terram.

3 *Omnes habitatores orbis & habitatores terræ, quum*
eleuauerit vexillum in montibus, videbitis, & quum
clanxerit tuba, audietis.

4 *Sic enim dixit Dominus ad me. Quiescam, & consi de-*
rabo in loco meo, sicut aer serenus propter solem, sicut nu-
bes rorida in æstu messis.

5 *Nam ante messem vt consummatus fuerit flos, & vua*
acerba maturuerit, erit flos eius, & præcidet ramusculos
falcibus, & propagines auferat succidens.

6 *Relinquentur simul auibus montium, & bestijs terræ*
& æstuabit super eum auis, & omnis bestia terræ super
eum hyemabit.

7 *In tempore illo deferetur munus Domino exercituum*
populi tracti, & depilati & à populo terribili ex quo fuit,
& vltra gente lineatim conculcata, cuius diripuerunt
flumina terram ad locum nominis Domini exercituum
montem Syon.

CAP. XIX.

1 *ONus Aegypti. Ecce Dominus equitans super nubem*
leuem, & ingredietur Aegyptum, & mouebuntur se si-
mulachra Aegypti à facie eius, & cor Aegypti liquefiet in
medio eius.

2 *Et confundam Aegyptum cum Aegypto, & pugnabunt*
vir in fratrem suum, & vir in amicum suum, ciuitas in
ciuitatem, regnum in regnum.

3 *Et euacuabitur spiritus Aegypti in medio eius, &*
consilium eius destruam, & interrogabunt simulachra,
& diuinos, & pytones, & ariolos.

4 *Et tradam Aegyptum in manu dominorum durorum,*
& rex fortis dominabitur eis, dixit dominator Dominus
exercituum.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Die illa erunt ciuitates tuæ derelictæ sicut dereliquerunt Amorræi, & Euæi à facie filiorum Israel: & erunt desertæ,

Quia dereliquisti Deum saluatorem tuum, & Domini adiutoris tui non es recordata.

Ideo plantabis plantationem infidelem, & semen infidele: quacumque die plantaueris; errabis. Mane autem si seminaueris; florebit in messem, quacumque die hæreditaueris: & tanquam pater hominis, hæreditatem distribues filiis tuis.

Væ multitudo gentium plurimarum: tanquam mare fluctuans sic turbabimini: & dorsum gentium multarum, tanquam aqua, sonabit:

Tanquam aqua multa, gentes multæ quasi aqua multa per vim impulsa. Et exterminabit eum, & longe eum persequetur, tanquam puluerem paleæ ventilantium coram vento, & quasi puluerem rotæ tempestas impellens.

Ad vesperam & erit luctus, priusquam mane: & non erit. Hæc est pars eorum, qui deprædati sunt vos, & hæreditas iis, qui hæreditarunt vos.

C A P. XVIII.

VÆ terræ nauium alis trans flumina Aethiopiæ,

Qui mittit in mari obsides, & epistolas biblinas super aquam. Ibunt enim nuncij leues ad gentem excelsam, & peregrinum populum, & penitum. Quis vltra illum? Gens absque spe, & conculcata.

Nunc fluuij terræ omnes tanquam regio habitata, habitabitur regio eorum. Quasi signum de monte leuabitur: quasi tubæ vox, audibile erit.

Quia sic dixit Dominus mihi: securitas erit in ciuitate mea, sicut lux æstus in meridie, & sicut nubes roris in die messis erit ante messem;

Quando consummatus fuerit flos & vua immatura effloruerit, immature florem germinans; & auferet racemulos paruos falcibus & sarmenta auferet, & abscidet:

Et relinquet simul volatilibus cæli, & bestiis terræ. Et congregabuntur super eos volatilia cæli: & omnes bestiæ terræ super eum venient.

In tempore illo afferentur munera Domino Sabaoth de populo tribulato, & auulso, & à populo magno ex hoc nunc, & vsque in æternum tempus: Gens sperans, & conculcata, quæ est in parte fluuij regionis eius, in locum, vbi nomen Domini Sabaoth, montem Sion.

CAP XIX.

VISIO AEGYPTI.

ECce Dominus sedet super nubem leuem, & veniet in Aegyptum, & concutientur manufacta Aegypti à facie eius, & cor eorum deficiet in ipsis.

Et incitabuntur Aegyptij super Aegyptios: & oppugnabit homo fratrem suum, & homo proximum suum, ciuitas super ciuitatem, & lex super legem.

Et turbabitur spiritus Aegyptiorum in ipsis: & consilium eorum dissipabo. Et interrogabunt Deos suos, & simulachra sua, & eos qui de terra vocem edunt & ventriloquos.

Et tradam Aegyptum in manus hominum dominorum durorum: & reges duri dominabuntur eorum. Hæc dicit Dominus Sabaoth.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

9 *In die illa erunt ciuitates fortitudinis eius sicut dere-*
lictio rami, & id quod dereliquerunt à facie filiorum Is-
rael, & erit desolatio.
10 *Quia oblita es Dei salutis tuæ, & petræ fortitudinis*
tuæ non es recordata: propterea plantabis plantationes
pulchras, & palmitem alienum seminabis.
11 *In die plantationis tuæ crescere facies, & mane semen*
tuum germinare facies: at commotio rami in die plagæ
ægritudinem efficientis, & doloris desperati.
12 *Væ multitudini populorum multorum, qui velut fre-*
mitus marium sonabunt: & tumultus populorum sicut
sonitus aquarum multarum sonabunt.
13 *Populi inquam sicut sonitus aquarum multarum so-*
nabunt, at increpabit eum Deus, & fugiet de longe, &
persequutionem patietur sicut gluma montium à facie
venti, & sicut stipula coram turbine.
14 *Tempore vespertino ecce turbatio, antequam sit mane*
non erit, hæc est pars prædantium nos, & sors diripien-
tium nos.

C A P. XVIII.

1 *VAE terræ inumbranti alis, quæ est trans flumina*
Aethiopiæ.
2 *Quæ mittit per mare legatos, & in nauibus iunceis*
super faciem aquarum dicendo, Ite nuncij leues ad gen-
tem distractam & expilatam, ad populum terribilem ex
quo fuit & vltra: gentem inquam lineæ lineæ, & con-
culcatam, cuius diripuerunt flumina terram.
3 *Omnes habitatores orbis, & habitatores terræ, quum*
eleuauerit vexillum in montibus, videbitis: & quum
clanxerit tuba, audietis.
4 *Sic enim dixit Iehouah ad me, Quiescam, & consi-*
derabo in loco meo, sicut aer serenus propter solem, sicut nu-
bes rorida in æstu messis.
5 *Nam ante messem quum consummatus fuerit flos, &*
vua acerba maturescens fuerit flos eius, præcidet ra-
musculos falcibus, & propagines auferet & succidet.
6 *Relinquentur simul auibus montium & bestijs terræ:*
& æstiuabit super eum auis, & omnis bestia terræ super
eum hyemabit.
7 *In tempore illo deferetur munus Iehouæ exercituum*
à populo distracto & depilato, à populo inquam terribili
ex quo fuit, & vltra gente lineæ lineæ conculcata,
cuius terram diripuerunt flumina, ad locum nominis
Iehouæ exercituum montem Syon.

C A P. XIX.

1 *ONus Aegypti. Ecce Iehouah vehitur super nubem*
leuem, & ingredietur Aegyptum, & mouebuntur si-
mulachra Aegypti à facie eius, & cor Aegypti liquefiet in
medio eius.
2 *Et confundam Aegyptum cum Aegypto, pugnabuntq́;*
vir in fratrem suum & vir in amicum suum, ciuitas in
ciuitatem, regnum in regnum.
3 *Et euacuabitur spiritus Aegypti in medio eius, &*
consilium eius destruam: interrogabuntq́; simulachra,
& diuinos, & pythones, & ariolos.
4 *Et tradam Aegyptum in manum dominorum duro-*
rum, & rex fortis dominabitur eis, dixit dominator Ie-
houah exercituum.

Vulgat. Editio.

5 Et areſcet aqua de mari, & fluuius deſolabitur, atque ſiccabitur.

6 Et deficient flumina: attenuabuntur, & ſiccabuntur riui aggerum. Calamus & iuncus marceſcet:

7 Nudabitur alueus riui à fonte ſuo; & omnis ſementis irrigua ſiccabitur, areſcet, & non erit.

8 Et mœrebunt piſcatores, & lugebunt omnes mittentes in flumen hamum, & expandentes rete ſuper faciem aquarum emarceſcent.

9 Confundentur qui operabantur linum, pectentes, & texentes ſubtilia.

10 Et erunt irrigua eius flaccentia: omnes qui faciebant lacunas ad capiendos piſces.

11 Stulti principes Taneos, ſapientes conſiliarij Pharaonis dederunt conſilium inſipiens: quomodo dicetis Pharaoni: Filius ſapientium ego, filius regum antiquorum?

12 Vbi nunc ſunt ſapientes tui? annuncient tibi, & indicent quid cogitauerit Dominus exercituum ſuper Aegyptum.

13 Stulti facti ſunt principes Taneos, emarcuerunt principes Mempheos, deceperunt Aegyptum, angulum populorum eius.

14 Dominus miſcuit in medio eius ſpiritum vertiginis: & errare fecerunt Aegyptum in omni opere ſuo, ſicut errat ebrius & vomens.

15 Et non erit Aegypto opus, quod faciat caput & caudam incuruantem, & refrenantem.

16 In die illa erit Aegyptus quaſi mulieres, & ſtupebunt, & timebunt à facie commotionis manus Domini exercituum, quam ipſe mouebit ſuper eam.

17 Et erit terra Iuda Aegypto in pauorem: omnis, qui illius fuerit recordatus, pauebit à facie conſilij Domini exercituum, quod ipſe cogitauit ſuper eam.

18 In die illa erunt quinque ciuitates in terra Aegypti, loquentes lingua Chanaan, & iurantes per Dominum exercituum: Ciuitas ſolis vocabitur vna.

19 In die illa erit altare Domini in medio Terræ Aegypti, & titulus Domini iuxta terminum eius.

20 Erit in ſignum, & in teſtimonium Domino exercituum in terra Aegypti. Clamabunt enim ad Dominum à facie tribulantis, & mittet eis ſaluatorem & propugnatorem, qui liberet eos.

21 Et cognoſcetur Dominus ab Aegypto, & cognoſcent Aegyptij Dominum in die illa, & colent eum in hoſtiis & in muneribus: & vota vouebunt Domino, & ſoluent.

22 Et percutiet Dominus Aegyptum plaga, & ſanabit eam, & reuertentur ad Dominum, & placabitur eis, & ſanabit eos.

23 In die illa erit via de Aegypto in Aſſyrios, & intrabit Aſſyrius Aegyptum, & Aegyptius in Aſſyrios, & ſeruient Aegyptij Aſſur.

24 In die illa erit Iſrael tertius Aegyptio & Aſſyrio: benedictio in medio terræ,

25 Cui benedixit Dominus exercituum, dicens: Benedictus populus meus Aegypti, & opus manuum mearum Aſſyrio: hæreditas autem mea Iſrael.

CAP. XX.

1 IN anno, quo ingreſſus eſt Tharthan in Azotum, cum miſiſſet eum Sargon rex Aſſyriorum, & pugnaſſet contra Azotum, & cepiſſet eam:

Tranſl. ex Heb. Sanct. Pagn.

5 *Et deperdentur aquæ de mari, & fluuius exſiccabitur, & areſcet.*

6 *Et elongare facient flumina, attenuabuntur, & ſiccabuntur flumina Aegypti, calamus, & iuncus excidentur.*

7 *Gramineta quæ ſunt iuxta riuum, iuxta ripā fluminis, & omnis ſementis riui areſcet, propulſabitur, & non erit.*

8 *Et mœrebunt piſcatores, & lugebunt omnes proyicientes in riuum hamum, & expandentes rete in ſuperficie aquarum infirmabuntur.*

9 *Et pudore afficientur operantes lina pectinata, & texentes retia.*

10 *Et erunt retia eius contrita, omnes facientes clauſuram ſtagnorum pro piſcibus.*

11 *Veruntamen ſtulti principes Sohan, ſapientes Parhoh, conſiliarij Parhoh quorum conſilium eſt infatuatum. Quomodo dicetis pro Parhoh? filius ſapientum ego ſum, filius regum antiquorum?*

12 *Vbi ſunt nunc ſapientes tui, annuncient nunc tibi, & notificent quid decreuerit Dominus exercituum ſuper Aegyptum.*

13 *Infatuati ſunt principes Sohan, errauerunt principes Noph, errare fecerunt Aegyptum anguli tribuum eius.*

14 *Dominus miſcuit in medio eius ſpiritum peruerſitatum, & errare fecerunt Aegyptum in omni opere ſuo, ſicut errat ebrius in vomitu ſuo.*

15 *Et non erit Aegypto opus, quod fecerit, caput, & cauda, ramus, & iuncus.*

16 *In die illa erit Aegyptus ſicut mulieres, & ſtupebit, & timebit à facie eleuationis manus Domini exercituum, quam ipſe eleuat ſuper eam.*

17 *Et erit terra Iehudah Aegypto in pauorem. Omnis qui recordatus fuerit illius, ſibi timebit à facie conſilij Domini exercituum, quod ipſe decreuit ſuper eum.*

18 *In die illa erunt quinque ciuitates in terra Aegypti loquentes lingua Chenahanitide, & iurantes per Dominum exercituum, ciuitas Heres dicetur vni.*

19 *In die illa erit altare Domino in medio terræ Aegypti, & titulus iuxta terminum eius Domino.*

20 *Et erit in ſignum, & in teſtem Domino exercituum in terra Aegypti. Clamabunt enim ad Dominum à facie opprimentium, & mittet eis ſeruatorem, & magnatem, & liberabit eos.*

21 *Et cognoſcetur Dominus ab Aegypto, & cognoſcent Aegyptij Dominum in die illa, & facient ſacrificium, & oblationem, & vouebunt votum Domino, & reddent.*

22 *Et percutiet Dominus Aegyptum percutiendo, & ſanando & reuertentur ad Dominum, & placabitur eis, & ſanabit eos.*

23 *In die illa erit via ab Aegypto ad Aſſur, & intrabit Aſſur Aegyptum, & Aegyptus in Aſſur, & ſeruient Aegyptij, ipſi Aſſur.*

24 *In die illa erit Iſrael tertius Aegyptio, & Aſſur benedictio in medio terræ,*

25 *Cui benedixit Dominus exercituum, dicendo. Benedictus populus meus Aegypti, & opus manuum mearum Aſſur: Hæreditas autem mea Iſrael.*

CAP. XX.

1 *IN anno quo ingreſſus eſt Tarthan in Aſdod, cum miſiſſet eum Sargon rex Aſſur, & pugnaſſet cum Aſdod cepit eum.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

2 In tempore illo locutus eſt Dominus in manu
Iſaiæ filij Amos, dicens: Vade, & ſolue ſaccum de
lumbis tuis, & calceamenta tua tolle de pedibus
tuis. Et fecit ſic vadens nudus, & diſcalceatus.
3 Et dixit Dominus: Sicut ambulauit ſeruus meus
Iſaias nudus, & diſcalceatus, trium annorum ſi-
gnum & portentum erit ſuper Aegyptum, & ſuper
Aethiopiam,
4 Sic minabit rex Aſſyriorum captiuitatem Aegy-
pti, & tranſmigrationem Aethiopiæ, iuuenum & ſe-
num, nudam & diſcalceatam, diſcoopertis natibus
ad ignominiam Aegypti.
5 Et timebunt, & confundentur ab Aethiopia ſpe
ſua, & ab Aegypto gloria ſua.
6 Et dicet habitator inſulæ huius in die illa: Ecce
hæc erat ſpes noſtra, ad quos confugimus in auxi-
lium, vt liberarent nos à facie regis Aſſyriorum: &
quomodo effugere poterimus nos?

CAP. XXI.

1 ONus deſerti maris. Sicut turbines ab Aphrico
veniunt, de deſerto venit, de terra horribili.

2 Viſio dura nunciata eſt mihi: qui incredulus eſt,
infideliter agit: & qui depopulator eſt, vaſtat. Aſcen-
de Aelam, obſide Mede: omnem gemitum eius ceſ-
ſare feci.
3 Propterea repleti ſunt lumbi mei dolore, anguſtia
poſſedit me ſicut anguſtia parturientis: corrui cum
audirem, conturbatus ſum cum viderem.

4 Emarcuit cor meum, tenebræ ſtupefecerunt me
Babylon dilecta mea poſita eſt mihi in miraculum.

5 Pone menſam, contemplare in ſpecula comeden-
tes & bibentes: ſurgite principes, arripite clypeum.

6 Hæc enim dixit mihi Dominus: Vade, & pone
ſpeculatorem: & quodcumque viderit, annunciet.

7 Et vidit currum duorum equitum, aſcenſorem
aſini, & aſcenſorem cameli: & contemplatus eſt dili-
genter multo intuitu.
8 Et clamauit leo: Super ſpeculam Domini ego
ſum, ſtans iugiter per diem: & * ſuper cuſtodiam
meam ego ſum ſtans totis noctibus.
9 Ecce iſte venit aſcenſor vir bigæ equitum, & re-
ſpondit, & dixit * Cecidit, cecidit Babylon, & om-
nia ſculptilia deorum eius contrita ſunt in terram.

* Hab. 2.1.

* Ier. 51.1. Apo. 14.8.

10 Tritura mea, & filij areæ meæ, quæ audiui à Do
mino exercituum Deo Iſrael annunciaui vobis.
11 Onus Duma ad me clamat ex Seir: Cuſtos quid
de nocte? cuſtos quid de nocte?

12 Dixit cuſtos: Venit mane & nox: ſi quæritis, quæ-
rite: conuertimini, venite.
13 Onus in Arabia. In ſaltu ad veſperam dormietis,
in ſemitis Dedanim.
14 Occurrentes ſitienti ferte aquam, qui habitatis
terram Auſtri, cum panibus occurrite fugienti.

15 A facie enim gladiorum fugerunt, à facie gladij
imminentis, a facie arcus extenti, à facie grauis
prælij.
16 Quoniam hæc dicit Dominus ad me: Adhuc in
vno anno, quaſi in anno mercenarij, & auferetur
omnis gloria Cedar.

Tranſl. ex Heb. Sanct. Pagn.

2 *In tempore illo locutus eſt Dominus per manum Ieſa-
hiahu filij Amos, dicendo. Vade & ſolue ſaccum de lum-
bis tuis, & calceamentum tuum ſolue de pedibus tuis. Et
fecit ſic eundo nudus, & diſcalceatus.*
3 *Dixit autem Dominus: Quemadmodum ambulauit
ſeruus meus Ieſahiahu nudus, & diſcalceatus trium an-
norum ſignum, & portentum erit ſuper Aegyptum, &
ſuper Aethiopiam.*
4 *Sic ducet rex Aſſur captiuitatem Aegypti & tranſmi-
grationem Aethiopiæ, pueros & ſenes, nudum, & diſ-
calceatum, & diſcoopertos nates in pudorem Aegypti.*

5 *Conſtringentur, & pudore conficientur ab Aethiopia
aſpectu ſuo, & ab Aegypto gloria ſua.*
6 *Et dicet habitator inſulæ huius in die illa. Ecce talis
eſt aſpectus noſter, quo confugimus pro auxilio vt libera-
remur à facie regis Aſſur, & quomodo euademus nos?*

CAP. XXI.

1 *PRophetia deſerti maris. Sicut turbines in Auſtro ad
tranſeundum è deſerto venit è terra formidabili.*

2 *Viſio dura nunciata eſt mihi. Ecce tergiuerſator præua-
ricator, & ecce vaſtator vaſtator. Aſcende Helam, obſide
Madai, omnem gemitum eius ceſſare feci.*

3 *Propterea repleti ſunt lumbi mei dolore, anguſtiæ ap-
prehenderunt me, ſicut anguſtiæ parturientis, incuruaui
me quando audiui, territus ſum quando vidi.*

4 *Errauit cor meum, horror terruit me. Noctem amabi-
lem mihi poſuit mihi in pauorem.*

5 *Diſponendo menſam ſpeculando ſpeculam, Comedendo,
bibendo. ſurgite principes, vngite clypeum.*

6 *Sic enim dixit ad me Dominus. Vade, ſtatue ſpeculato-
rem, quod viderit annunciet.*

7 *Et vidit currum par equitum, currum aſini, & cur-
rum cameli. Et attendit attentione multa attentionis.*

8 *Et clamauit leo quaſi ſuper ſpeculam. Domine ego ſto
iugiter per diem, & ſuper cuſtodiam meam ego ſto totis
noctibus.*
9 *Et ecce hic venit currus viri par equitum, & reſpon-
dit & dixit. Cecidit, cecidit Babel, & omnia ſculptilia
deorum eius contriuit in terram.*

10 *Tritura mea, & filij areæ meæ, quæ audiui à Domino
exercituum Deo Iſrael, annunciaui vobis.*
11 *Prophetia Dumah. Ad me clamat è Sehir. Cuſtos quid
de nocte? cuſtos quid de nocte?*

12 *Dixit cuſtos. Venit mane, & etiam nox. Si quæritis,
quærite reuerſi mini, venite.*
13 *Prophetia in Harab. In ſaltu in Harab morabimini, ô
ſemitæ Dedanim.*
14 *In occurſum ſitienti venite aquas habitatores terræ
Temah cum pane ſuo præuenite fugientem.*

15 *A facie enim gladiorum fugerunt, à facie gladij nudati,
à facie arcus extenti, & à facie grauitatis prælij.*

16 *Sic enim dixit Dominus ad me. In termino anni, ſicut
anni mercenarij, & conſumetur omnis gloria Cedar.*

Transl. ex Septuag.

2 Tunc loquutus est Dominus ad Esaiam filium
Amos,dicens:Vade,& aufer saccum à lumbo tuo,&
calceamenta tua solue de pedibus tuis,& fac ita, va-
dens nudus,& discalceatus.
3 Et dixit Dominus : Quomodo iuit puer meus
Esaias nudus , & discalciatus tres annos ; tres anni
erunt in signa , & prodigia Aegyptus , & Aethiopi-
bus:
4 Quoniam sic ducet rex Assyriorum captiuitatem
Aegyptij,& Aethiopum,iuuenes,& senes, nudos , &
discalceatos,discoopertos,confusionem Aegypti.
5 Et confundentur iusti super Eethiopibus,in qui-
bus erant fidentes Aegyptij:erant enim eis gloria.
6 Et dicent habitatores insulæ huius in die illa:Ec-
ce nos fuimus fidentes ad fugiendum ad eos in auxi-
lium;qui non potuerunt saluari à rege Assyriorum:
& quomodo nos saluabimur?

CAP. XXI.

VISIO DESERTI.

1 Sicut tempestas per desertum transeat , è deserto
veniens de terra,
2 Terribilis visio,& dura annunciata est mihi.Præ-
uaricans præuaricatur , iniquus inique agit. Super
me Elamitæ, & legati Persarum super me veniunt:
Nunc gemam, & consolabor meipsum.
3 Propter hoc impletus est lumbus meus dissolu-
tione : & dolores apprehenderunt me , sicut partu-
rientem : iniuste egi non audiendo:studiose egi , ne
viderem.
4 Cor meum errat:& iniquitas me demergit : ani-
ma mea incubuit in timorem.
5 Para mensam,comedite,bibite:Surgentes princi-
pes parate clypeos:
6 Quia sic dixit ad me Dominus : Vadens tibi sta-
tue speculatorem : & quodcumque videris annun-
cia.
7 Et vidi ascensores equites duos , & ascensorem
asini,& ascensorem cameli.
8 Ausculta auscultatione multa : & voca Vriam in
speculam,Dominus dixit : Steti semper die,& super
castra ego steti tota nocte:
9 Et ecce ipse venit ascensor bigæ. Et respondens
dixit : Cecidit, cecidit Babylon,& omnia simulacra
eius, & manufacta eius contrita sunt in terram.
10 Audite,qui derelicti estis , & qui doletis , audite,
quæ audiui à Domino Sabaoth: Deus Israel annun-
ciauit nobis.

VISIO IDVMAEAE.

11 Ad me voca de Seir:custodite propugnacula.
12 Custodio mane , & noctu. Si quæsieris,quære , &
apud me habita,
13 In saltu vespere dormies,aut in via Dædan.
14 In occursum sitienti aquam ferte , qui habi-
tatis in regione Thæman ; panes obuiam ferte fu-
gientibus,
15 Propter multitudinem occisorũ , & propter tur-
bam errantium, & propter multitudinem gladii ,&
propter multitudinem arcuum intentorum,& pro-
pter multitudinem eorumqui ceciderunt in bello.
16 Quia sic dixit mihi Dominus:Adhuc annus,qua-
si annus mercenarij deficiet gloria filiorum Cedar:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

2 *Tempore inquam illo loquutus est Iehouah per manum
Iesahiahu filij Amos, dicendo. Vade, & solue saccum de
lumbis tuis, & calciamentum tuum solue de pedibus tuis.
& fecit sic, eundo nudus & discalceatus.*
3 *Dixit autem Iehouah , Quemadmodum ambulauit
seruus meus Iesahiahu nudus & discalceatus,trium an-
norum signum , & portentum erit super Aegyptum &
super Aethiopiam.*
4 *Sic ducet rex Assur captiuitatem Aegypti,& transmi-
grationem Aethiopicam, pueros & senes, nudum & dis-
calceatum, & discoopertos natibus turpitudine Aegypti.*
5 *Et confringentur , & pudore afficientur ab Aethiopia
aspectu suo, & ab Aegypto gloria sua.*
6 *Et dicet habitator insule huius in die illa , Ecce sic
aspectus noster,quo confugimus pro auxilio , vt liberare-
mur à facie regis Assur : quomodo ergo euademus nos?*

CAP. XXI.

1 *Prophetia deserti maris. Sicut turbines in Austro ad
transeundum,ita è deserto venit, è terra formidabili.*
2 *Visio dura nuntiata est mihi,Præuaricatori erit præua-
ricator, & populatori erit populator:ascende Elam,obside
Media,omnem gemitum eius cessare feci.*
3 *Propterea repleti sunt lumbi mei dolore, angustie ap-
prehenderunt me, sicut angustie parturientis : incuruaui
me quando audiui,territus fui quando vidi.*
4 *Errauit cor meum, horror terruit me : noctem amabi-
lem mihi,posuit mihi in pauorem.*
5 *Dispone mensam , speculare in specula : comede, bibe:
surgite principes, vngite clypeum.*
6 *Sic enim dixit ad me Dominus , Vade,constitue specu-
latorem, & quod viderit annuntiet.*
7 *Et vidit currum,paris equitum, currum asini, & cur-
rum cameli: & attendit attentione,multa attentione.*
8 *Et clamauit leo super speculam. Domine ego sto iugi-
ter per diem, & super custodiam meam ego sto totis no-
ctibus.*
9 *Et ecce iste venit currus vniuscuiusque paris equitum,
loquutusque est.& dixit, Cecidit, cecidit Babel , & omnia
sculptilia deorum eius contriuit in terram.*
10 *Tritura mea erit , & filius area mee , que audiui à
Iehoua exercituum Deo Israel annuntiaui vobis.*
11 *Prophetia Dumah. Ad me clamat è Seir, Custos quid
de nocte?custos qui loquitur?*
12 *Dixit custos, Venit mane , & etiam nox : si queritis,
querite:reuertimini,venite.*
13 *Prophetia in Arab. In nemore in Arab morabimini , ô
semite Dedanim.*
14 *In occursum sitienti venite aque , habitatores terre
Thema cum pane eius præuenite fugientem.*
15 *A facie enim gladiorum fugerunt,à facie gladij nudati,
à facie arcus extenti,& à facie grauitatis prælij.*
16 *Sic enim dixit Dominus ad me. In termino anni , sicut
anni mercenarij,deficiet omnis gloria Chedar.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio

Et reliquiæ numeri sagittariorum fortium de fi-
liis Cedar imminuentur: Dominus enim Deus If-
rael locutus eſt.

CAP. XXII.

ONus vallis viſionis. Quidnam quoque tibi eſt,
quia aſcendiſti & tu omnis in tecta?
Clamoris plena, vrbs frequens, ciuitas exultans:
interfecti tui, non interfecti gladio, nec mortui in
bello.
Cuncti principes tui fugerunt ſimul, dureque li-
gati ſunt: omnes, qui inuenti ſunt, vincti ſunt pari-
ter, procul fugerunt.
Propterea dixi: Recedite à me, amare flebo: nolite
incumbere vt conſolemini me ſuper vaſtitate filiæ
populi mei.
Dies enim interfectionis, & conculcationis, & fle-
tuum Domino Deo exercituum in valle viſionis
ſcrutans murum, & magnificus ſuper montem.
Et Aelam ſumpſit pharetram, currum hominis
equitis, & parietem nudauit clypeus.
Et erunt electæ valles tuæ plenæ quadrigarum, &
equites ponent ſedes ſuas in porta.
Et reuelabitur operimentum Iudæ, & videbis in
die illa armamentarium domus ſaltus.
Et ſciſſuras ciuitatis Dauid videbitis, quia multi-
plicatæ ſunt: & congregaſtis aquas piſcinæ inferio-
ris,
Et domos Ieruſalem numeraſtis, & deſtruxiſtis
domos ad muniendum murum.
Et lacum feciſtis inter duos muros ad aquam pi-
ſcinæ veteris: & non ſuſpexiſtis ad eum, qui fecerat
eam, & operatorem eius de longe non vidiſtis.
Et vocabit Dominus Deus exercituum in die illa
ad fletum, & ad planctum, ad caluitium, & ad cin-
gulum ſacci:
Et ecce gaudium & lætitia occidere vitulos, & iu-
gulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum:
Comedamus, & bibamus: cras enim moriemur.

Sap. 2. b. 6. 1. Co. 15. d. 32

Et reuelata eſt in auribus meis vox Domini exer-
cituum. Si dimittetur iniquitas hæc vobis donec
moriamini, dicit Dominus Deus exercituum.
Hæc dicit Dominus Deus exercituum: Vade, in-
gredere ad eum, qui habitat in tabernaculo, ad Sob-
nam præpoſitum templi, & dices ad eum:
Quid tu hic, aut quaſi quis hic? quia excidiſti tibi
hic ſepulchrum, excidiſti in excelſo memoriale di-
ligenter, in petra tabernaculum tibi.
Ecce Dominus aſportari te faciet, ſicut aſporta-
tur gallus gallinaceus, & quaſi amictum ſic ſuble-
uabit te.
Coronans coronabit te tribulatione, quaſi pilam
mittet te in terram latam & ſpatioſam: ibi morie-
ris, & ibi erit currus gloriæ tuæ, ignominia domus
Domini tui.
Et expellam te de ſtatione tua, & de miniſterio
tuo deponam te.
Et erit in die illa: Vocabo ſeruum meum Eliacim
filium Helciæ,
Et induam illum tunica tua, & cingulo tuo con-
fortabo eum, & poteſtatem tuam dabo in manu
eius: & erit quaſi pater habitantibus Ieruſalem, &
domui Iuda.

Tranſl. ex Heb. Sanct. Pagn.

17 *Et reſiduum pauci erunt numero, iaculatores fortium*
filiorum Chedar imminuentur. Dominus enim Deus Iſrael
locutus eſt.

CAP. XXII.

1 *PRophetia vallis viſionis. Quid tibi nunc, quia aſcen-*
diſti omnis tu in tecta?
2 *Tumultus plena, vrbs tumultuans, ciuitas læta: inter-*
fecti in te non interfecti gladio, neque mortui bello.
3 *Cuncti principes tui fugerunt ſimul, à iaculatoribus*
ligati ſunt. Omnes qui inuenti ſunt in te vincti pariter,
& ſic qui procul fugerant.
4 *Propterea dixi. Ceſſate à me, amaritudine afficiam me*
in fletu: ne feſtinetis conſolari me ſuper populatione filiæ
populi mei.
5 *Dies enim contritionis & conculcationis, & coartatio-*
nis Domino Deo exercituum in valle viſionis, diruens
parietem, & clamor ad montem.
6 *Et Helam ſumpſit pharetram in curru hominis, &*
equitum, & Chir manifeſtauit clypeos.
7 *Et fuit: electæ valles tuæ repletæ ſunt curribus, &*
equites bellando bellauerunt in porta.
8 *Et diſcooperuit inimicus operimentum Iehudah, & re-*
ſpexiſti in die illa ad arma domus ſyluæ.
9 *Et ſciſſuras ciuitatis Dauid vidiſtis, quia multipli-*
catæ ſunt, & congregaſtis aquas piſcinæ inferioris.
10 *Et domos Ieruſalaim numeraſtis, & deſtruxiſtis domos*
ad muniendum murum.
11 *Et congregationem feciſtis inter duos muros aquæ piſ-*
cinæ veteris, & non ſuſpexiſtis ad factorem eius, & plaſ-
matorem eius de longe, non vidiſtis.
12 *Et vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad*
fletum, & ad planctum, & ad caluicium, & ad cingu-
lum ſacci.
13 *Et ecce gaudium, & letitia, occidendo boues, & iugu-*
lando pecudes, comedendo carnem, & bibendo vinum,
comedendo, bibendo: quia cras moriemur.
14 *Et reuelabitur in auribus meis Dominus exercituum,*
ſi expiabitur iniquitas hæc vobis, donec moriamini, dixit
Dominus exercituum.
15 *Sic dixit Dominus Deus exercituum: Vade, ingredere*
ad theſaurarium iſtum, ad Sebnah qui eſt ſuper domum,
& dic ei.
16 *Quid tibi* negotij *hic, & quis eſt tibi hic, quia excidi-*
ſti hic ſepulchrum? ſicut qui excidit in excelſo ſepulchrum
ſuum, qui ſtatuit in petra tabernaculum ſuum?
17 *Ecce Dominus migrando migrare facit te migratione*
viri, & amiciet te amiciendo.
18 *Circumdando circumdabit te circuitu, ſicut pilam ad*
terram latam locis: ibi morieris, & ibi erit currus gloriæ
tuæ ignominia domus Domini tui.
19 *Et expellam te de ſtatione tua, & de ſtatu tuo diruet*
te.
20 *Et erit, in die illa vocabo ſeruum meum Eliachim fi-*
lium Chilchiahu.
21 *Et induam eum tunica tua, & cingulo tuo confortabo*
eum, & poteſtatem tuam dabo in manu eius, & erit in
patrem habitatori Ieruſalaim, & domui Iehudah.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Et residuum arcuum fortium filiorum Cedar erit paucum:quia Dominus Deus Israel loquutus est.

C A P. XXII.

VERBVM VALLIS SION.

QVid factum est tibi,quia nunc ascendistis omnes in tecta vana?

Impleta est ciuitas clamantium, vulnerati tui non vulnerati in gladiis, neque mortui tui mortui præliorum;

Omnes principes tui fugerunt,& capti dure ligati sunt,& fortes in te longe fugerunt.

Propter hoc dixi:dimittite me,amare plorabo:nolite contendere,vt consolemini me super contritione filiæ generis mei,

Quoniam dies tumultus,& perditionis, & conculcationis: & error à Domino Sabaoth. In valle Sion errant,à paruo vsque ad magnum errant super montes,

Elamitæ autem sumpserunt pharetras,& ascensores homines super equos,& congregatio aciei:

Et erunt electæ valles tuæ, implebuntur curribus, & equites stipabunt portas tuas,

Et reuelabunt portas Iuda: & inspicient die illa in electas domos ciuitatis,

Et reuelabunt occulta domorum arcis Dauid. Et viderunt, quia plures sunt, & quia auertit aquam veteris piscinæ in ciuitatem,

Et quia destruxerunt domos Hierusalem in munitiones muri ciuitati.

Et fecistis vobis aquam inter duos muros intra piscinam antiquam,& non aspexistis in eum, qui à principio fecit eam, & creatorem illius, non vidistis.

Et vocauit Dominus,Dominus Sabaoth in die illa ploratum,& planctum, & rasuram, & cincturam saccorum.

Ipsi autem fecerunt lætitiam,& exultationem,iugulantes vitulos, & immolantes oues ad comedendas carnes,& bibendum vinum,dicentes: Edamus, & bibamus:cras enim morimur.

Et reuelata hæc sunt in auribus Domini Sabaoth: quia non auferetur vobis hoc peccatum, donec mortui sitis.

Hæc dicit Dominus Sabaoth: Vade in pastophorium ad Somnam quæstorem:& dic ei:

Quid tu hic?& quid tibi est hic?quia excidisti tibi hic monumentum, & fecisti tibi ipsi in excelso monumentũ, & scripsisti tibi in petra tabernaculũ?

Ecce nunc Dominus Sabaoth eijcit, & conteret virum, & auferet stolam tuam, & coronam tuam gloriosam:

Et proijciet te in regionem magnam, & immensam; & ibi morieris: & ponet currum tuum optimum in ignominiam, & domum principis tui in conculcationem:

Et tolleris de dispensatione tua,& de gradu tuo.

Et erit in die illa,& vocabo puerum meum Eliacim filium Chelciæ,

Et induam illum stola tua, & coronam tuam dabo ei per imperium, & dispensationem tuam dabo in manus eius. Et erit velut pater habitatoribus Hierusalem,& inhabitantibus in Iuda. Et dabo gloriam Dauid ei:& principabitur, & non erit qui contradicat:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

17 *Et reliquiæ numeri arcu iaculantium fortium filiorum*
Cedar imminuentur: Iehouah enim Deus Israel loquutus
est.

C A P. XXII.

1 *PRophetia Vallis visionis. Quid tibi nunc, quod ad-*
scendisti vniuersa tu in tecta?
2 *Tumultibus plena vrbs tumultuans, ciuitas lætabun-*
da:interfecti tui non erunt interfecti gladio: neque mor-
tui,bello.
3 *Cuncti principes tui fugerunt simul, à iaculatoribus*
ligati sunt: quotquot inuenti sunt in te, vincti sunt pari-
ter,& sic qui procul fugerant.
4 *Propterea dixi, Cessate à me, vt amaritudine afficiam*
me fletu:ne festinetis consolari me super populatione fi-
liæ populi mei.
5 *Dies enim contritionis & conculcationis,& coartatio-*
nis à Domino Iehoua exercituum in Valle visionis: di-
ruentis parietem,& clamor ad montem.
6 *Elam quoque sumpsit pharetram in curru hominis &*
equi um,& Cir manifestabit clypeos.
7 *Et fuit,electæ valles tuæ repletæ sunt curribus, &*
equites locando locauerunt se in porta.
8 *Et discooperuit hostis operimentum Iehudah, & respe-*
xisti in die illa ad arma domus saltus.
9 *Et fracturas ciuitatis Dauid vidistis, quod multipli-*
catæ sint,& congregastis aquas piscinæ inferioris:
10 *Domos quoque Ierusalaim numerastis, & diruistis do-*
mos ad muniendum murum:
11 *Et lacum fecistis inter duos muros aquis piscinæ vete-*
ris,nec suspexistis ad Factorem eius, & Formatorem eius
delonge,non vidistis.
12 *Et vocauit Dominus Iehouah exercituum in die illa*
ad fletum,& ad planctum,& ad caluitium, & ad cin-
gulum facci.
13 *Et ecce gaudium & lætitia,occidere boues, & iugulare*
pecudes, comedere carnem, & bibere vinum; comedere
inquam & bibere: cras enim moriemur.
14 *Et reuelabitur id in auribus meis, qui sum Iehouah*
exercituum. Si expiabitur iniquitas hæc vobis, donec mo-
riamini,dixit Dominus Iehouah exercituum.
15 *Sic dixit Dominus Iehouah exercituum, Vade, ingre-*
dere ad thesaurarium istum,nempe ad Sebna qui est super
domum,& dic ei.
16 *Quid tibi negotij est hic? & quis est tibi hic,quod exci-*
disti tibi hic sepulchrum,sicut qui excidit in excelso se-
pulchrum suum,& qui sculpit in petra tabernaculũ sibi?
17 *Ecce Iehouah migrare facit te migratione viri,& ami-*
cit te amiciendo.
18 *Conuoluendo conuoluet te conuolutione tanquam pi-*
lam in terram latam locis:ibi morieris, & ibi currus glo-
riæ tuæ erunt,ignominia domus domini tui.
19 *Et pellam te de statione tua,de statu quoque tuo diruet*
te.
20 *Et erit, in die illa vocabo seruum meum Eliacim fi-*
lium Hilciahu.
21 *Et induam eum tunica tua, & cingulo tuo roborabo*
eum: potestatem quoque tuam tradam in manum eius,&
erit in patrem habitatori Ierusalaim, & domui Iehu-
dah.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Ap 3. b. 14. Iob 12. b. 14.

Et dabo clauem domus Dauid super humerum eius: & aperiet, & non erit, qui claudat: & claudet, & non erit, qui aperiat.

Et figam illum paxillum in loco fideli: & erit in solium gloriæ domui patris eius:

Et suspendent super eum omnem gloriam domus patris eius, vasorum diuersa genera, omne vas paruulum: à vasis craterarum vsque ad omne vas musicorum.

In die illa dicit Dominus exercituum: Auferetur paxillus, qui fixus fuerat in loco fideli: & frangetur, & cadet, & peribit quod pependerat in eo, quia Dominus loquutus est.

CAP. XXIII.

ONus Tyri. Vlulate naues maris: quia vastata est domus vnde venire consueuerant: de Terra Cethim reuelatum est eis.

Tacete qui habitatis in insula, negotiatores Sidonis transfretantes mare, repleuerunt te.

In aquis multis semen Nili, messis fluminis fruges eius: & facta est negotiatio gentium.

Erubesce Sidon. ait enim mare: fortitudo maris dicens: Non parturiui, & non peperi, & non enutriui iuuenes, nec ad incrementum perduxi virgines.

Cum auditum fuerit in Aegypto, dolebunt cum audierint de Tyro.

Transite maria, vlulate, qui habitatis in insula:

Numquid non vestra hæc est, quæ gloriabatur à diebus pristinis in antiquitate sua? ducent eam pedes sui longe ad peregrinandum.

Quis cogitauit hoc super Tyrum quondam coronatam, cuius negotiatores principes, institores eius inclyti terræ?

Dominus exercituum cogitauit hoc, vt detraheret superbiam omnis gloriæ, & ad ignominiam deduceret vniuersos inclytos terræ.

Transi terram tuam quasi flumen filia maris, non est cingulum vltra tibi.

Manum suam extendit super mare, conturbauit regna: Dominus mandauit aduersus Chanaan, vt contereret fortes eius,

Et dixit: Non adjicies vltra vt glorieris, calumniam sustinens virgo filia Sidonis: in Cethin consurgens transfreta, ibi quoque non erit requies tibi.

Ecce terra Chaldæorum talis populus non fuit, Assur fundauit eam: in captiuitatem traduxerunt robustos eius, suffoderunt domos eius, posuerunt eam in ruinam.

Vlulate naues maris, quia deuastata est fortitudo vestra.

Et erit in die illa: In obliuione eris ô Tyre septuaginta annis, sicut dies regis vnius: post septuaginta autem annos, erit Tyro quasi canticum meretricis.

Sume citharam, circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita: bene cane, frequenta canticum, vt memoria tui sit.

Et erit post septuaginta annos: Visitabit Dominus Tyrum, & reducet eam ad mercedes suas: & rursum fornicabitur cum vniuersis regnis terræ super faciem terræ.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

22 *Et dabo clauem domus Dauid super humerum eius: & aperiet, & non erit qui claudat: & claudet, & non erit qui aperiat.*

23 *Et figam illum vt clauum in loco stabili, & erit in solium gloriæ domus patris sui.*

24 *Et suspendetur super illum omnis gloria domus patris sui, filij, & nepotes: omne vas paruum à vasis craterarum vsque ad omnia instrumenta Nebelim.*

25 *In die illa dixit Dominus exercituum remouebitur clauus qui fixus fuerat in loco stabili: & excidetur, & cadet, & excidetur onus quod fuerat super illum, quia Dominus locutus est.*

CAP. XXIII.

1 *PRophetia Sor. Vlulate naues Tarsis, quia vastatio facta est vt non sit domus introitus de terra Chittim reuelatum est eis.*

2 *Silete habitatores insulæ, negociator Sidon, transfretans mare repleuerunt te.*

3 *Et in aquis multis semen Sichor, messis fluminis prouentus eius, & fuit negotiatio gentium.*

4 *Erubesce Sidon: dixit enim mare, fortitudo maris, dicendo: Non parturiui, & non peperi, & non enutriui iuuenes, nec exaltaui virgines.*

5 *Quando auditus erit Aegyptiis, dolebunt secundum auditum Sor.*

6 *Transite in Tarsis, vlulate habitatores insulæ.*

7 *Nunquid hæc erit vobis, quæ fuit exultans à diebus antiquis antiquitas eius? ducent eam pedes eius longe ad peregrinandum.*

8 *Quis consuluit hoc super Sor coronantem viros suos, cuius negociatores principes, institores eius inclyti terræ?*

9 *Dominus exercituum consuluit hoc, vt prophanaret superbiam omnis gloriæ, vt vilipenderet vniuersos inclytos terræ.*

10 *Transi terram tuam tanquam fluuium ad filiam Tarsis, non est fortitudo vltra.*

11 *Manum suam extendit super mare, commouit regna: Dominus præcepit super negociatorem ad disperdendum fortitudines eius.*

12 *Et dixit: Non adjicies vltra vt exultes, oppressa virgo filia Sidon: Chittim surge, transi, etiam ibi non erit requies tibi.*

13 *Ecce terra Chasdim iste populus non fuit Assur fundauit eam nauibus, erexerunt arces eius, contriuerunt ædes eius, posuit eam in ruinam.*

14 *Vlulate naues Tarsis, quia vastata est fortitudo vestra.*

15 *Et erit, in die illa: Obliuioni tradetur Sor septuaginta annis sicut dies regis vnius: in fine septuaginta annorum erit Sor veluti canticum meretricis.*

16 *Sume citharam, circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita, fac: bene cane, frequenta canticum, vt sis in memoriam.*

17 *Et erit, in fine septuaginta annorum: Visitabit Dominus Sor, & reuertetur ad merces suas: & fortificabitur cum vniuersis regnis terræ super faciem terræ.*

Transl. ex Septuag.

22 Et dabo ei clauem domus Dauid super humerum eius & aperiet, & non erit, qui claudat & claudet, & non erit, qui aperiat.

23 Et statuam eum principem in loco fideli: & erit in solium gloriæ domus patris eius:

24 Et erit confidens super eum omnis gloriosus in domo patris sui à paruo vsque ad magnum: & erunt pendentes ab eo die illa.

25 Hæc dicit Dominus Sabaoth: Mouebitur homo, qui stabilitus fuerat in loco fideli, & tolletur, & cadet, & disperibit gloria, quæ erat super eum: quoniam Dominus loquutus est.

C A P. XXIII.

V E R B V M T Y R I.

1 VLulate naues Carthaginis, quia periit: & non vltra veniunt de terra Citiæorum: ducta est captiua.

2 Cui similes facti sunt habitantes in insula, negociatores Phœniciæ transmittentes mare

3 In aqua multa semen negociatorum? quasi messis inferatur negociatores gentium?

4 Erubesce Sidon, dixit mare: fortitudo autem maris dixit: non parturiui neque peperi, neque enutriui iuuenes, neque exaltaui virgines.

5 Quando autem auditum fuerit Aegypto; capiet eos dolor pro Tyro.

6 Abite in Carthaginem, vlulate, qui habitatis in insula hac.

7 Nonne hæc erat superbia vestra à principio, priusquam ipsa traderetur?

8 Quis hæc decreuit super Tyrum? Nunquid imbecillior est, aut non valet? Mercatores eius gloriosi, principes terræ.

9 Dominus Sabaoth decreuit dissoluere vniuersam superbiam gloriosorum, & inhonorare omne gloriosum super terram.

10 Operare terram tuam: etenim naues non vltra veniunt de Carthagine:

11 Manus autem tua non vltra valet per mare, irritans reges. Dominus Sabaoth mandauit de Chanaan, perdere eius fortitudinem.

12 Et dicent: non vltra adiicietis contumeliosi esse, & afficere iniuria filiam Sidonis. Quod, si abieris ad Citiæos; neque ibi requies erit tibi.

13 Et in terram Chaldæorum; & hæc desolata est ab Assyriis: quoniam murus eius corruit.

14 Vlulate naues Carthaginis; quoniam periit munitio vestra.

15 Et erit in die illa derelinquetur Tyrus annos septuaginta, sicut tempora regis, sicut tempus hominis. Et erit post septuaginta annos, erit Tyrus quasi canticum meretricis.

16 Sume citharam, vagare ciuitas meretrix obliuioni tradita bene citharisa, multum cane, vt tui memoria sit.

17 Et erit post septuaginta annos, visitationem faciet Deus Tyri: & rursus restituetur in antiquum: & erit emporium omnibus regnis orbis super faciem terræ.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

22 *Et ponam clauem domus Dauid super humerum eius: & aperiet, nec erit qui claudat: & claudet, nec erit qui aperiat.*

23 *Et figam illum vt clauum in loco stabili, eritq; in solium gloriæ domui patris sui.*

24 *Et suspendent super illum omnem gloriam domus patris sui, nepotes & nepotes: omnia vasa paruula, à vasis craterarum vsque ad omnia instrumenta nabliorum.*

25 *In die illa dixit Iehouah exercituum, remouebitur clauus qui fixus fuerat in loco stabili, & excindetur, & corruet, excindeturq; onus impositum illi, quia Iehouah loquutus est.*

C A P. XXIII.

1 *PRophetia Sor. Vlulate naues Tharsis, quia vastata est domus, ita vt nulla sit domus, nullus introitus: de terra Chittim reuelatum est eis.*

2 *Silete habitatores insulæ, negotiator Sidon, transfretans mare repleuerunt te.*

3 *Et in aquis multis semen Sihor, messis fluminis erat prouentus eius, eratq; negotiatio Gentium.*

4 *Erubesce Sidon: dixit enim mare, fortitudo maris, dicens, non parturiui, & non peperi, nec enutriui iuuenes, neque exaltaui virgines.*

5 *Sicut ad quem rumor, peruenerit ad Aegyptios, dolebunt secundum rumorem Sor.*

6 *Transite in Tharsis, vlulate habitatores insulæ.*

7 *Nunquid hæc est vobis vrbs exultans à diebus antiquis antiquitas eius: ducent eam pedes sui longe ad peregrinandum.*

8 *Quis consuluit hoc super Sor coronantem vrbem, cuius negotiatores, principes, institores eius inclyti terræ?*

9 *Iehouah exercituum consuluit hoc, vt prophanaret superbiam omnis gloriæ, vt vilipenderet vniuersos inclytos terræ.*

10 *Transi terram tuam instar fluminis ad filiam Tharsis, non est tibi fortitudo vltra.*

11 *Manum suam extendit Deus super mare, commouit regna: Iehouah præcepit super Chanaan ad disperdendum fortitudinem eius.*

12 *Et dixit: Non adiicies vltra vt exultes, oppressa virgo filia Sidon, ad Chittim surge, transi, etiam ibi non erit requies tibi.*

13 *Ecce terra Chasdim, iste populus non erat illic olim: nam Assur fundauit eam nauibus, erexerunt arces illius, contriuerunt ædes eius, posuit eam in ruinam.*

14 *Vlulate ergo naues Tharsis, quia vastata est fortitudo vestra.*

15 *Et erit in die illa obliuioni tradetur Sor septuaginta annis, sicut dies regis vnius: in fine septuaginta annorum erit ipsi Sor veluti canticum meretricis.*

16 *Sume citharam, circui ciuitatem ô meretrix obliuioni tradita: stude bene canere, multiplica canticum, vt sis in memoriam.*

17 *Et erit, in fine septuaginta annorum visitabit Iehouah Sor, & illa reuertetur ad mercedes suas: fornicabiturq; cum vniuersis regnis terræ quæ sunt super faciem terræ.*

Vulgat. Editio.

Et erunt negociationes eius,& mercedes eius sanctificatæ Domino:non condentur, neque reponentur:quia his, qui habitauerint coram Domino, erit negociatio eius, vt manducent in saturitatem, & vestiantur vsque ad vetustatem.

CAP. XXIV.

ECce Dominus dissipabit terram, & nudabit eam, & affliget faciem eius, & disperget habitatores eius.

Osee 4. 8. Et erit sicut populus,sic sacerdos, & sicut seruus, sic Dominus eius: sicut ancilla, sic Domina eius: sicut emens,sic ille qui vendit:sicut fœnerator,sic is qui mutuum accipit: sicut qui repetit, sic qui debet.

Dissipatione dissipabitur terra: & direptione prædabitur.Dominus enim loquutus est verbum hoc.

Luxit & defluxit terra, & infirmata est: defluxit orbis,infirmata est altitudo populi terræ.

Et terra infecta est ab habitatoribus suis: quia transgressi sunt leges,mutauerunt ius,dissipauerunt fœdus sempiternum.

Propter hoc maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores eius: ideoque insanient cultores eius,& relinquentur homines pauci.

Luxit vindemia, infirmata est vitis, ingemuerunt omnes qui lætabantur corde.

Cessauit gaudium tympanorum, quieuit sonitus lætantium, conticuit dulcedo citharæ:

Cum cantico non bibent vinum: amara erit potio bibentibus illam.

Attrita est ciuitas vanitatis, clausa est omnis domus nullo introeunte.

Clamor erit super vino in plateis: deserta est omnis lætitia:translatum est gaudium terræ.

Relicta est in vrbe solitudo,& calamitas opprimet portas.

Quia hæc erunt in medio terræ, in medio populorum: quomodo si paucæ oliuæ,quæ remanserunt, excutiantur ex olea: & racemi, cum fuerit finita vindemia.

Hi leuabunt vocem suam,atque laudabunt:cum glorificatus fuerit Dominus, hinnient de mari.

Propter hoc in doctrinis glorificate Dominum:in insulis maris nomen Domini Dei Israel.

A finibus terræ laudes audiuimus, gloriam iusti. Et dixi: Secretum meum mihi, secretum meum mihi,væ mihi: præuaricantes præuaricati sunt, & præuaricatione transgressorum præuaricati sunt.

Formido,& fouea,& laqueus super te, qui habitator es terræ.

Ier. 48. 44. Et erit: Qui fugerit à voce formidinis, cadet in foueam:& qui se explicauerit de fouea,tenebitur laqueo: quia cataractæ de excelsis apertæ sunt: & concutientur fundamenta terræ:

Confractione confringetur terra,contritione conteretur terra,commotione commouebitur terra.

Agitatione agitabitur terra sicut ebrius, & auferetur quasi tabernaculum vnius noctis: & grauabit eam iniquitas sua, & corruet, & non adjciet vt resurgat.

Et erit: In die illa visitabit Dominus super militiam cæli in excelso: & super reges terræ, qui sunt super terram.

Et congregabuntur in congregatione vnius fascis in lacum & claudentur ibi in carcere: & post multos dies visitabuntur.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

18 *Et erit negociatio eius, & merces eius sanctitas Domino: non recondetur,& neque reponetur:quia habitantibus coram Domino,erit negotiatio eius, ad comedendum ad saturitatem,& in operimentum vetus.*

CAP. XXIV.

1 *ECce Dominus euacuat terram, & desolatè facit eam & subuertet faciem eius,& dispergere faciet habitatores eius.*

2 *Et erit sicut populus,sic sacerdos:sicut seruus, sic dominus eius:sicut ancilla,sic domina eius:sicut emens,sic vendens: sicut mutuans,sic accipiens mutuum: quemadmodum fœnerator, sic qui fœnus accipit.*

3 *Et euacuando euacuabitur terra,& diripiendo diripietur.Dominus enim locutus est verbum hoc.*

4 *Et destructa est, ruit terra,desolata est, ruit orbis, infirmati sunt excelsi populi terræ.*

5 *Et terra impie egit propter habitatores eius,quia transgressi sunt leges, mutauerunt præceptum, dissipauerunt fœdus sempiternum.*

6 *Ideo per iurium desolauit terram,& desolati sunt habitantes in ea:ideo combusti sunt habitatores terræ,& relinquentur homines pauci.*

7 *Desolatum est vinum, desolata est vitis, ingemuerunt omnes læti corde.*

8 *Cessauit gaudium tympanorum, quieuit sonitus exultantium quieuit gaudium citharæ.*

9 *Cum canticis non bibent vinum,amara erit sicheræ bibentibus illam.*

10 *Attrita est ciuitas vanitatis, clausa est omnis domus introire secus.*

11 *Clamor propter vinum erit in plateis, obtenebrata est omnis lætitia:migrauit gaudium terræ.*

12 *Remansit in vrbe solitudo,& in desolatione conteretur porta.*

13 *Sic enim erit in medio terræ, in medio populorum sicut excussio oleæ, sicut racemi quando finita fuerit vindemia.*

14 *Hi eleuabunt vocem suam, laudabunt,propter gloriam Domini:exultauerunt hi qui erant ab Occidente.*

15 *Ideo in vallibus glorificate Dominum,in insulis maris nomen Domini Dei Israel.*

16 *Ab extremo terræ laudes, audiuimus gloriam iusto,& dixi.Secretum meum mihi,secretum meum mihi.Væ mihi, præuaricantes præuaricati sunt, & præuaricatione præuaricantium præuaricati sunt.*

17 *Formido,& fouea,& laqueus super te,habitator terræ.*

18 *Et erit qui fugerit à voce formidinis,cadet in foueam, Et qui ascenderit de medio foueæ, capietur laqueo, Quia cataractæ de excelso aperuerunt se, & contremiscent fundamenta terræ.*

19 *Confringendo confregit se terra, dissipando dissipauit se terra,mouendo mouit se terra,*

20 *Agitando agitauit se terra sicut ebrius,& mouebit se, sicut tugurium & aggrauabit super eam impietatem eius,& corruet,& non adjciet vt surgat.*

21 *Et erit, in die illa visitabit Dominus exercituum excelsi in excelso, & reges terræ in terra.*

22 *Et congregabuntur congregatione vinctorum in carcere,& claudentur in carcere, & post multos dies visitabuntur.*

Transl. ex Septuag.

18 Et erit eius negociatio, & merces sanctum Domino: non ipsis congregabitur, sed habitantibus ante Dominum: omnis negociatio eius, edere, & bibere, & implere, & in Symbolum, memoriale coram Domino.

CAP. XXIV.

1 ECce Dominus disperdit orbem terræ, & desolabit eum, & reuelabit faciem eius, & disseminabit inhabitantes in eo:

2 Et erit populus, sicut Sacerdos, & puer sicut Dominus, & ancilla, sicut domina: erit emens, sicut vendens, fœnerator, sicut qui mutuum accipit, & qui debet, sicut cui debet.

3 Dissipatione dissipabitur terra: & direptione diripietur terra: Os enim Domini loquutum est hæc.

4 Luxit terra, & corruptus est orbis: luxerunt excelsi terræ:

5 Ipsa vero impie egit propter habitatores suos: quia præuaricati sunt legem, & mutauerunt præcepta testamentum æternum.

6 Propter hoc maledictio deuorabit terram; quia peccauerunt habitatores eius. Ideo pauperes erunt habitatores terræ, & derelinquentur homines pauci.

7 Lugebit vinum, lugebit vitis, gement omnes lætantes animo:

8 Cessauit lætitia tympanorum cessauit arrogantia, & opulentia impiorum: cessauit vox citharæ:

9 Confusi sunt, non biberunt vinum: amara facta est sicera bibentibus:

10 Desolata est vniuersa ciuitas: claudet domum ad non ingrediendum.

11 Vlulate pro vino vbique: cessauit omnis lætitia terræ: abiit omnis lætitia terræ.

12 Et derelinquentur ciuitates desolatæ: & domus derelictæ peribunt.

13 Hæc omnia erunt in terra in medio gentium. Quomodo siquis excutiat oliuam: sic excutient eos; &, si quiescat vindemia; isti clamore vociferabuntur.

14 Qui autem relicti fuerint super terram, lætabuntur simul cum gloria Domini: conturbabitur aqua maris.

15 Propterea gloria Domini in insulis erit maris nomen Domini gloriosum erit. Domine Deus Israel

16 Ab alis terræ portenta audiuimus: spes pio. Et dicent: Væ præuaricatoribus, qui præuaricantur legem:

17 Timor, & fouea, & laqueus super vos, qui habitatis terram.

18 Et erit, qui fugerit timorem; incidet in foueam; & qui exierit de fouea; capietur à laqueo. Quia fenestræ de cælo apertæ sunt: & concutientur fundamenta terræ:

19 Turbatione turbabitur terra, & egestate egebit terra.

20 Declinauit, sicut ebrius, & plenus crapulæ. Et concutietur, quasi pomorum custodia, terra: inualuit enim super eam iniquitas: & cadet, & non poterit resurgere:

21 Et inducet Dominus super ornatum cæli manum, & super reges terræ.

22 Et congregabunt congregationem eius in carcerem, & claudent in munitionem: per multas generationes visitatio erit eorum.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

18 *Et erit negotiatio eius, & mercedes eius sanctitas ipsi Iehouæ: non recondetur, neque reponetur: quia habitantibus coram Iehoua erit negotiatio eius, vt comedant ad saturitatem, & in operimentum vetus.*

CAP. XXIV.

1 *ECce Dominus euacuat terram, & desolare facit eam, & subuertet faciem eius, & dispergere faciet habitatores eius.*

2 *Eritque sicut populus sic sacerdos, sicut seruus sic dominus eius, sicut ancilla sic domina eius, sicut emens sic vendens, sicut mutuans sic accipiens mutuum, sicut qui fœnerat sic qui fœneratur.*

3 *Euacuando euacuabitur terra, & diripiendo diripietur: Iehouah enim loquutus est verbum hoc.*

4 *Destructa est, ruit terra: desolata est, ruit orbis: infirmati sunt excelsi populi terræ.*

5 *Et terra impie egit propter habitatores suos, quia transgressi sunt leges, mutauerunt præceptum, dissipauerunt fœdus sempiternum.*

6 *Ideo periurium desolauit terram, & desolati sunt habitantes in ea: ideo exusti sunt habitatores terræ, & derelinquentur homines pauci.*

7 *Desolatum est vinum, desolata est vitis, ingemuerunt omnes læti corde.*

8 *Cessauit gaudium tympanorum, quieuit sonitus exultantium, quieuit gaudium citharæ.*

9 *Cum canticis non bibent vinum, amara erit sechar bibentibus illam.*

10 *Attrita est ciuitas vanitatis: clausa est omnis domus ne quis ingrediatur.*

11 *Clamor propter vinum erit in plateis, obtenebrata est omnis lætitia, migrauit gaudium terræ.*

12 *Remansit in vrbe solitudo, & desolatione conteretur porta.*

13 *Sic enim erit in medio terræ, in medio populorum sicut excussio oleæ, & sicut racemi quando finita fuerit vindemia.*

14 *Hi eleuabunt vocem suam, & laudabunt, propter gloriam Iehouæ exultabunt à Mari.*

15 *Ideo in vallibus glorificate Iehouam, in insulis maris nomen Iehouæ Dei Israelis.*

16 *Ab extremo terræ laudes audiuimus, gloriam Iusto, & dixi, Secretum meum mihi, secretum meum mihi: væ mihi: præuaricatores præuaricati sunt, & præuaricatione præuaricantium præuaricati sunt.*

17 *Formido, & fouea, & laqueus erit super te, ô habitator terræ.*

18 *Et erit, qui fugerit à voce formidinis, cadet in foueam: & qui ascenderit de medio foueæ, capietur laqueo: quia cataractæ de excelso aperientur, & contremiscent fundamenta terræ.*

19 *Confringendo confracta est terra, dissipando dissipata est terra, mouendo mouit sese terra:*

20 *Agitando agitabit sese terra sicut ebrius, & mouebitur sicut tugurium, & aggrauabitur super eam impietas eius, corruetque, & non adjciet vt resurgat.*

21 *Erit præterea, in die illa visitabit Iehouah exercituum excelsi in excelso, & reges terræ super terram.*

22 *Et congregabuntur congregatione vinctorum in carcere, claudunturque in carcere, & post multos dies visitabuntur.*

Vulgat. Editio.

23 Et erubescet luna, & confundetur sol cum regna-
uerit Dominus exercituum in monte Sion, & in Ie-
rusalem, & in conspectu senum suorum fuerit glo-
rificatus.

CAP. XXV.

1 DOmine Deus meus es tu, exaltabo te, & confite-
bor nomini tuo: quoniam fecisti mirabilia, co-
gitationes antiquas fideles, amen.
2 Quia posuisti ciuitatem in tumulum, vrbem
fortem in ruinam, domum alienorum: vt non sit
ciuitas, & in sempiternum non ædificetur.
3 Super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas gen-
tium robustarum timebit te.
4 Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno
in tribulatione sua: spes à turbine, vmbraculum ab
æstu. spiritus enim robustorum quasi turbo impel-
lens parietem.
5 Sicut æstus in siti, tumultum alienorum humi-
liabis: & quasi calore sub nube torrente propaginem
fortium marcescere facies.
6 Et faciet Dominus exercituum omnibus populis
in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium
vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ de-
fæcatæ.
7 Et præcipitabit in monte isto faciem vinculi col-
ligati super omnes populos, & telam quam orditus
est super omnes nationes.
8 Præcipitabit mortem in sempiternum: * & aufe-
ret Dominus Deus lacrymam ab omni facie, & op-
probrium populi sui auferet de vniuersa terra: quia
Dominus locutus est.

* Apo. 7. 27. & 21. 4.

9 Et dicet in die illa: Ecce Deus noster iste, expecta-
uimus eum, & saluabit nos: iste Dominus, sustinui-
mus eum, exultabimus, & lætabimur in salutari
eius.
10 Quia requiescet manus Domini in monte isto: &
triturabitur Moab sub eo, sicuti teruntur paleæ in
plaustro.
11 Et extendit manus suas sub eo, sicut extendit na-
tans ad natandum: & humiliabit gloriam eius cum
allisione manuum eius.
12 Et munimenta sublimium murorum tuorum
concident, & humiliabuntur, & detrahentur in ter-
ram vsque ad puluerem.

CAP. XXVI.

1 IN die illa cantabitur canticum istud in terra Iu-
da:
Vrbs fortitudinis nostræ Sion saluator, ponetur
in ea murus & antemurale.
2 Aperite portas, & ingrediatur gens iusta, custo-
diens veritatem.
3 Vetus error abiit: seruabis pacem: pacem, quia in
te sperauimus.
4 Sperastis in Domino in sæculis æternis, in Domi-
no Deo forti in perpetuum.
5 Quia incuruabit habitantes in excelso, ciuitatem
sublimem humiliabit.
Humiliabit eam vsque ad terram, detrahet eam
vsque ad puluerem.
6 Conculcabit eam pes, pedes pauperis, gressus ege-
norum.
7 Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambu
landum.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

23 *Et erubescet luna, & pudore afficietur sol, quia regna-*
nit Dominus exercituum in monte Sijon & in Ierusa-
laim, & coram senibus suis gloria.

CAP. XXV.

1 *DOmine Deus meus es tu, exaltabo te, confitebor no-*
mini tuo, quoniam fecisti mirabilia. Consilia quæ
dixisti à longe firma, firma sunt.
2 *Quia posuisti ciuitatem in tumulum, vrbem munitam*
in ruinam, palatium alienorum vt non sit ciuitas, in sem-
piternum non ædificabitur.
3 *Ideo glorificabunt te populus fortis, ciuitas gentium*
fortium timebunt te.
4 *Quia fuisti fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tri-*
bulatione eius tegmen à turbine, vmbraculum ab æstu.
Spiritus enim robustorum sicut turbo ruere faciens parie-
tem.
5 *Sicut æstus in loco sicco sonitum alienorum humilia-*
bis, sicut æstus in vmbra nubis, propago robustorum humi-
liabitur.
6 *Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in*
monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium defæcatorum
pinguium medullatorum, defæcatorum purgatorum.
7 *Et perdet in monte hoc faciem operimenti operti super*
omnes populos, & tegmen opertum super omnes gentes.
8 *Perdet mortem in sempiternum, & delebit Dominus*
Deus lachrymam ab omni facie, & opprobrium populi sui
auferet ab vniuersa terra, quia Dominus locutus est.
9 *Et dicet in die illa: Ecce Deus noster iste, expectauimus*
eum, & seruabit nos: Iste Dominus expectauimus eum,
exultabimus & lætabimur in salute eius.
10 *Quia requiescet percussio Domini in monte isto, &*
triturabitur Moab sicut trituratur palea in sterquilinio.
11 *Et extendet manus suas in medio eius, quemadmodum*
extendit natans ad natandum, & humiliabit altitudi-
nem eius cum cubitis manuum eius.
12 *Et munitione sublimitatis murorum tuorum incurua-*
bit, humiliabit, peruenire faciet terram vsque ad pulue-
rem.

CAP. XXVI.

1 *IN die illa cantabitur canticum istud in terra Iehudah.*
Vrbs fortitudinis nobis salutem ponet vt muros, &
antemurale.
2 *Aperite portas, & ingrediatur gens iusta, custodiens ve-*
ritates.
3 *Eum cuius desiderium est coniunctum tibi, custodies in*
pace, in pace, quia tibi fidit.
4 *Fidite Domino vsque in seculum, quia fidendum est*
Domino Deo forti in secula.
5 *Quia incuruabit habitatores excelsi, ciuitatem subli-*
mem humiliabit.
Humiliabit eam vsque ad terram, peruenire faciet
eam vsque ad puluerem.
6 *Conculcabit eam pes, pedes pauperis, gressus egenorum.*
7 *Semita est iusto recta, ô Deus recte callem iusti ponde-*
rabis.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Et liquefiet later, & cadet murus. Quoniam regnabit Dominus è Sion,& de Hierusalem:& in conspectu seniorum glorificabitur.

CAP XXV.

DOmine Deus glorificabo te, laudabo nomen tuum, quoniam fecisti admirabiles res, consilium antiquum verum.Fiat.

Quia posuisti ciuitates in tumulum, ciuitates munitas,vt non caderent fundamenta earum: impiorum ciuitas in æternum non ædificabitur.

Propterea benedicet tibi populus pauper:& ciuitates hominū iniuriam sustinentium benedicent tibi.

Fuisti enim omni ciuitati humili auxiliator, & tristibus propter inopiam protectio: ab hominibus pessimis liberabis eos:

Vmbraculum sitientium, & spiritus hominum iniquitatem sustinentium,quasi homines pusillanimes sitientes in Sion ab hominibus impiis, quibus nos tradidisti.

Et faciet Dominus Sabaoth omnibus gentibus: super montem istum bibent lætitiam, bibent vinum:vngentur vnguento in monte isto.

Trade hæc omnia gentibus. Consilium enim hoc super omnes gentes.

Deuorauit mors præualens: & rursum abstulit Dominus Deus omnem lachrymam ab omni facie: opprobrium populi abstulit ab omni terra. Os enim Do ini loquutum est.

Et dicent die illa:Ecce Deus noster, in quo sperabamus, & saluabit nos.Iste Dominus: sustinuimus eum:& exultauimus, & lætati sumus in salute nostra.

Requiem dabit Dominus in monte isto: & conculcabitur Moabitis,quemadmodum calcant aream in plaustris:

Et remittet manus suas; quomodo & ipse humiliauit ad perdendum:& humiliabit superbiam eius, super quæ manus iniecit.

Et altitudinem refugij muri humiliabit: & descendet vsque ad pauimentum.

CAP. XXVI.

DIe ill cantabunt canticum istud super terram Iudæam.* Ecce ciuitas fortis: & salutare ponet murum,& circummurale.

Aperite portas: ingrediatur populus custodiens iustitiam,

Et custodiens veritatem,apprehendens veritatem, & custodiens pacem; quoniam in te sperauerunt Domine

Vsque in sempiternum,Deus magne,æterne,

Qui humilians detraxisti eos,qui habitant in excelsis.Ciuitates munitas destrues, & sternes vsque ad pauimentum.

Et conculcabunt eos pedes mansuetorum, & humilium.

Via piorum recta facta est, & præparata via piorum.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

23 *Itaque erubescet luna,pudoreq́; afficietur sol: quia regnauit Dominus exercituum in monte Syon & in Ierusalem,& coram senibus suis erit in gloria.*

CAP. XXV.

1 *IEhoua Deus meus es tu, exaltabo te confitebor nomini tuo,quoniam fecisti mirabilia:consilia quæ iussisti alonge firma, firma sunt.*

2 *Quia posuisti ciuitatem in tumulum,vrbem munitam in ruinam,palatium alienorum fecisti, vt non sit ciuitas: in sempiternum non ædificabitur.*

3 *Ideo glorificabunt te populus fortis, ciuitas gentium fortium timebunt te.*

4 *Quia fuisti fortitudo pauperi,fortitudo inquam egeno in tribulatione eius,tegmen à turbine, vmbraculum a' æstu: spiritus enim robustorum sicut turbo ruere faciens parietem.*

5 *More æstus in loco sicco strepitum alienorum humiliabis:sicut æstus in vmbra nubis,excisio fortes humiliabit.*

6 *Faciet quoque Iehouah exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium defæcatorum,pinguium item medullatorum, & defæcatorum purgatorum.*

7 *Et perdet in monte hoc faciem operimenti expansi super omnes populos,& tegmen expansum super omnes gentes.*

8 *Perdet mortem in sempiternum,& absterget Dominus Iehouah lachrymam ab omni facie,& opprobrium populi sui auferet ab vniuersa terra,quia Iehouah loquutus est.*

9 *Et dicet populus in die illa, Ecce Deus noster iste est, expectauimus eum,& seruabit nos: iste Iehouah,expectauimus eum: exultabimus & lætabimur in salute eius,*

10 *Quia requiescet manus Iehouæ in monte isto,& triturabitur Moab subter eum, sicut trituratur palea in sterquilinio.*

11 *Extendetq́; manus suas in medio eius, quemadmodum extendit natans ad natandum: & humiliabit superbiam eius cum cubitis manuum suarum.*

12 *Et munitionem sublimitatis murorum tuorum incuruabit,humiliabit,& peruenire faciet in terram vsque ad puluerem.*

CAP. XXVI.

1 *IN die illa cantabitur canticum istud in terra Iehudah,Vrbs fortitudinis nobis:salutem ponet Deus muros & antemurale.*

2 *Aperite portas, & ingrediatur gens iusta, custodiens veritates.*

3 *Eum cuius desiderium est coniunctum tibi custodies in pace,in pace,quia tibi fidit.*

4 *Fidite Iehouæ vsque in sæculum: quia fidendum est Deo Iehouæ forti in sæcula.*

5 *Quia incuruabit habitatores excelsi, ciuitatem sublimem, humiliabit, humiliabit inquam eam vsque ad terram,peruenire faciet eam vsque ad puluerem.*

6 *Conculcabit eam pes, pedes pauperis, gressus egenorum.*

7 *Semita iusto recta, ô Deus recte callem iusti ponderabis.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

8 Et in femita iudiciorum tuorum Domine sustinuimus te: nomen tuum,& memoriale tuum in desiderio animæ.
9 Anima mea desiderauit te in nocte: sed & spiritu meo in præcordiis meis de mane vigilabo ad te.
Cum feceris iudicia tua in terra, iustitiam discent habitatores orbis.
10 Misereamur impio,& non discet iustitiam: in terra sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam Domini.
11 Domine exaltetur manus tua,& non videant: videant,& confundantur zelantes populi: & ignis hostes tuos deuoret.
12 Domine dabis pacem nobis: omnia enim opera nostra operatus es nobis.
13 Domine Deus noster, possederunt nos domini absque te, tantum in te recordemur nominis tui.
14 Morientes non viuant, gigantes non resurgant: propterea visitasti & contriuisti eos, & perdidisti omnem memoriam eorum.
15 Indulsisti genti Domine, indulsisti genti: numquid glorificatus es? elongasti omnes terminos terræ.
16 Domine in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis.
17 Sicut quæ concipit, cum appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus suis: sic facti sumus à facie tua Domine.
18 Concepimus,& quasi parturiuimus,& peperimus spiritum: salutes non fecimus in terra, ideo non ceciderunt habitatores terræ.
19 Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent: expergiscimini,& laudate qui habitatis in puluere: quia ros lucis ros tuus, & terram gigantum detrahes in ruinam.
20 Vade populus meus, intra in cubicula tua, claude ostia tua super te, abscondere modicum ad momentum donec pertranseat indignatio.
Mic.1.3 21 ✶ Ecce enim Dominus egredietur de loco suo, vt visitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum: & reuelabit terra sanguinem suum,& non operiet vltra interfectos suos.

CAP. XXVII.

1 IN die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi,& forti, super Leuiathan serpentem vectem, & super Leuiathan serpentem tortuosum, & occidet cetum, qui in mari est.
2 In die illa vinea meri cantabit ei.
3 Ego Dominus, qui seruo eam, repente propinabo ei ne forte visitetur contra eam: nocte & die seruo eam.
4 Indignatio non est mihi: quis dabit me spinam & vepren in prælio: gradiar super eam, succendam eam pariter?
5 An potius tenebit fortitudinem meam, faciet pacem mihi, pacem faciet mihi?
6 Qui ingrediuntur impetu ad Iacob, florebit & germinabit Israel,& implebunt faciem orbis semine.
7 Numquid iuxta plagam percutientis se percussit eum? aut sicut occidit interfectos eius, sic occisus est?

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

8 *Etiam viam iudiciorum tuorum Domine sustinuimus te, eo quod nomen tuum, & memoria tui est desiderium animæ nostræ.*
9 *Animo meo desideraui te in nocte, etiam spiritu meo in medio mei quæram te.*
Nam quando iudicia tua fuerunt in terra, iustitiam didicerunt habitatores orbis.
10 *Gratia fiat impio, & non discet iustitiam in terra vbi debet recta facere, iniquè aget, & non videbit sublimitatem Domini.*
11 *Domine excelsa est manus tua ne videant, videbunt, & pudore afficientur inuidentes populo tuo. Etiam ignis hostes tuos consumet.*
12 *Domine dispones pacem nobis, quia etiam omnia opera nostra operatus es nobis.*
13 *Domine Deus noster dominati sunt nobis Domini absque te. Tantum tibi fidimus, ideo memorabimus nomen tuum.*
14 *Mortui non viuent, mortui qui dominati sunt nobis non resurgent, propterea visitasti & dissipasti eos, & perdidisti omnem memoriam eorum.*
15 *Addidisti genti Domine, addidisti genti, glorificasti te. Elongasti vsque ad omnes terminos terræ.*
16 *Domine in angustia visitauerunt te, effuderunt orationem quando correctio tua fuit eis.*
17 *Sicut prægnans quum appropinquat partum dolet, clamat in doloribus suis, sic fuimus a facie tua Domine.*
18 *Concepimus, parturiuimus, quasi peperimus spiritum: salutes non sunt factæ in terra, nec ceciderunt habitatores orbis.*
19 *Viuent mortui, sicut cadauer meum resurgent: expergiscimini & laudate habitatores pulueris quia vt ros olerum ros tuus, & terra mortuos proijciet.*
20 *Vade popule mi ingredere in cubicula tua, & claude ostium tuum pro te, absconde teipsum paululum ad momentum donec transeat ira.*
21 *Ecce enim Dominus egreditur de loco suo, vt visitet iniquitatem habitationis terræ super eum, & reuelabit terra sanguinem suum & non operiet vltra interfectos suos.*

CAP. XXVII.

1 *IN die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti Leuiathan serpentem transeuntem mare instar vectis ab extremo ad extremum, & Leuiathan serpentem tortuosum, & occidet cetum qui est in mari.*
2 *In die illa vinea bonum cantando vinum faciens cantate ei.*
3 *Ego Dominus custodio eam ad momenta rigare faciam eam, ne forte visitet eam hostis, nocte & die custodio eam.*
4 *Ira non est mihi: quis det mihi, vt contra spinas & vepres in prælium gradiar succendam eas pariter?*
5 *Vel tenebit fortitudinem meam, faciet pacem mihi, pacem faciet mihi.*
6 *In diebus qui veniunt radicabit Iahacob, florebit & germinabit Israel, & implebunt faciem orbis fructu.*
7 *Nunquid iuxta plagam percussi ab eo, percussit eum, num secundum occisionem occisorum ab eo occisus est?*

Transl. ex Septuag.

8 Via enim Domini, iudicium. Speramus in nomine tuo,

9 Et in memoria, qua desiderat anima nostra de nocte: mane consurgit spiritus meus ad te Deus, quia lux praecepta tua super terram. Iustitiam discite qui habitatis super terram.

10 Cessauit enim impius. Omnis, qui non didicerit iustitiam super terram; veritatem non faciet. Auferatur impius; vt non videat gloriam Domini.

11 Domine excelsum est brachium tuum, & nesciebant. Scientes autem confundentur. Zelus apprehendet populum ineruditum: & ignis aduersarios comedet.

12 Domine Deus noster pacem da nobis: omnia enim reddidisti nobis.

13 Domine Deus noster, posside nos Domine extra te alium nescimus: nomen tuum nominamus.

14 Mortui autem non videbunt, neque medici suscitabunt. Idcirco induxisti, & perdidisti: & tulisti omne masculum eorum.

15 Adde eis mala Domine, adde mala gloriosis terrae.

16 Domine in tribulatione recordatus sum tui: in tribulatione parua, disciplina tua nobis.

17 Et sicut parturiens appropinquat ad pariendum, in dolore suo clamauit, sic facti sumus dilecto tuo.

18 Propter timorem tuum Domine in vtero accepimus, & parturiuimus, & peperimus spiritum salutis tuae, quem fecimus super terram. Non cademus, sed cadent omnes habitantes terram.

19 Resurgent mortui, & exsuscitabuntur, qui in monumentis, & laetabuntur, qui sunt in terra. Ros enim, qui a te, sanatio eis est: terra autem impiorum cadet.

20 Vade populus meus, ingredere in cubicula tua, claude ostium tuum: abscondere paululum quantulumcunque: donec pertranseat ira Domini.

21 Ecce enim Dominus de sancto inducit iram super habitatores terrae: & reuelabit terra sanguinem suum, & non abscondet interfectos.

CAP. XXVII.

1 IN die illa inducet Deus gladium sanctum, & magnum, & fortem super draconem colubrum fugientem, super draconem colubrum tortuosum: occidet draconem.

2 Die illo vinea bona, desiderium cantare super eam.

3 Ego ciuitas munita, ciuitas quae oppugnatur frustra: potum dabo illi. Capietur enim nocte, die autem cadet murus.

4 Non est quae non apprehenderit eam. Quis ponet me custodem stipulae in agro? Propter aduersariam hanc repuli eam. Idcirco igitur fecit Dominus omnia, quae disposuit.

5 Combusta sum: clamabunt habitatores eius: faciamus pacem illi, faciamus pacem,

6 Venientes filii Iacob: germinabit & florebit Israel & implebitur orbis terrarum fructu eius.

7 Non sicut ipse percussit, & ipse sic percutietur: & sicut ipse interfecit, sic interficietur.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

8 *[illegible] ad nomen tuum, & ad memoriam tui est desiderium animae nostrae.*

9 *Animo meo desideraui te in nocte, [illegible]*

10 *[illegible]*

11 *[illegible]*

12 *[illegible]*

13 *[illegible]*

14 *[illegible]*

15 *[illegible]*

16 *[illegible]*

17 *[illegible]*

18 *[illegible]*

19 *[illegible]*

20 *[illegible]*

21 *[illegible]*

CAP. XXVII.

1 *IN die illa [illegible] in gladio suo duro, & magno, & forti [illegible]*

2 *[illegible]*

3 *[illegible]*

4 *[illegible]*

5 *[illegible] fortitudinem meam, vt faciat pacem [illegible]*

6 *[illegible]*

7 *[illegible]*

Vulgat. Editio.

8 In mensura contra mensuram, cum abiecta fuerit, iudicabis eam: meditatus est in spiritu suo duro per diem æstus.

9 Idcirco super hoc dimittetur iniquitas domui Iacob: & iste omnis fructus vt auferatur peccatum eius, cum posuerit omnes lapides altaris sicut lapides cineris allisos, non stabunt luci & delubra.

10 Ciuitas enim munita desolata erit, speciosa relinquetur, & dimittetur quasi desertum: ibi pascetur vitulus, & ibi accubabit, & consumet summitates eius.

11 In siccitate messes illius conterentur, mulieres venientes, & docentes eam: non est enim populus sapiens, propterea non miserebitur eius, qui fecit eum: & qui formauit eum, non parcet ei.

12 Et erit: In die illa percutiet Dominus ab alueo fluminis vsque ad torrentem Aegypti, & vos congregabimini vnus & vnus filij Israel.

13 Et erit in die illa clangetur in tuba magna, & venient qui perditi fuerant de terra Assyriorum, & qui eiecti erant in terra Aegypti, & adorabunt Dominum in monte sancto in Ierusalem.

CAP. XXVIII.

1 VÆ coronæ superbiæ, ebriis Ephraim, & flori decidenti, gloriæ exultationis eius, qui erant in vertice vallis pinguissimæ, errantes à vino.

2 Ecce validus & fortis Dominus sicut impetus grandinis: turbo confringens, sicut impetus aquarum multarum inundantium, & emissarum super terram spatiosam.

3 Pedibus conculcabitur corona superbiæ ebriorum Ephraim.

4 Et erit flos decidens gloriæ exultationis eius, qui est super verticem vallis pinguium, quasi temporaneum ante maturitatem autumni: quod cum aspexerit videns, statim vt manu tenuerit, deuorabit illud.

5 In die illa erit Dominus exercituum corona gloriæ, & sertum exultationis residuo populi sui:

6 Et spiritus iudicij sedenti super iudicium, & fortitudo reuertentibus de bello ad portam.

7 Verum hi quoque præ vino nescierunt, & præ ebrietate errauerunt: sacerdos & propheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt à vino, errauerunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignorauerunt iudicium.

8 Omnes enim mensæ repletæ sunt vomitu sordiumque, ita vt non esset vltra locus.

9 Quem docebit scientiam? & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus.

10 Quia manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi.

1. Cor. 14.21.

11 In loquela enim labij, & lingua altera loquetur ad populum istum.

12 Cui dixit: Hæc est requies mea, reficite lassum, & hoc est meum refrigerium: & noluerunt audire.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

In mensura, in plantationibus eius iudicabis eam, remouit vento suo duro tempore quo flat eurus.

Iccirco in hoc propitiabitur iniquitas Iahacob & hoc erit omnis fructus vt remoueat peccatum suum cum posuerit ipse omnes lapides altaris sicut lapides calcis dirutos, non stabunt luci & idola.

Ciuitas enim munita solitaria habitaculum dimissum, & derelictum veluti desertum: ibi pascetur vitulus, & ibi accubabit, & consumet ramos eius.

Dum aruerit rami eius contarentur, mulieres venientes succendunt eos: non enim populus intelligentiarum est, ideo non miserebitur eius, qui fecit eum: & qui formauit eum, non miserebitur eius.

Et erit: In die illa excutient Dominus ab alueo fluminis vsque ad torrentem Aegypti, & vos colligemini singillatim filij Israel.

Et erit: In die illa clanget tuba magna, & venient qui perditi fuerant in terram Assur, & expulsi in terram Aegypti, & incuruabunt se Domino in monte sanctitatis Ierusalaim.

CAP. XXVIII.

VAE coronæ superbiæ, ebrijs Ephraim, & flori decidenti, desiderio gloriæ eius, qui erant super verticem vallis pinguium concussi vino.

Ecce dñs validus & fortis Domino sicut tempestas grandinis vt turbo excisionis, sicut tempestas aquarum multarum inundantium, in terra in fortitudine.

Pedibus calcabuntur corona superbiæ, ebrij Ephraim.

Et erit flos decidens, desiderium decoris eius, qui est super verticem vallis pinguium, sicut præcox ficus quæ venit ante fructus æstatis quam quum viderit videns mox existente in manu eius deglutiet.

In die illa erit Dominus exercituum vt corona desiderij & sertum gloriæ residuo populi sui.

Et erit spiritus iudicij sedenti supernum iudicij, & fortitudo quum retrahere fecerint eos in bello vsque ad portam.

Et etiam isti propter vinum errauerunt, & propter sechar errauerunt, sacerdos & propheta errauerunt propter sechar perierunt, propter vinum, errauerunt propter sechar, errauerunt in visione, impegerunt in iudicio.

Omnes enim mensæ repletæ sunt vomitu, & sorde, vt non sit locus absque sorde.

Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet quod audiuit? vt pueri sunt ablactati à lacte, auulsi ab vberibus.

Nam vt mos est pueris datur eis præceptum post præceptum, præceptum post præceptum, linea post lineam, linea post lineam, parum ibi, parum ibi.

Quia balbutientibus labijs, & lingua altera loquetur propheta *ad populum istum*

Ad quos dixit propheta: Hæc requies est, requiem præstate lasso, & hæc requies: & noluerunt audire.

Transl. ex Septuag.

8 Rixans,& exprobrans emittet eos.Nonne tu eras,
qui meditabaris spiritu duro interficere eos spiritu
furoris?
9 Propterea auferetur iniquitas Iacob, & hoc erit
benedictio eius;cum abstulero peccatum eius:quan-
do posuerint omnes lapides ararum contritos,quasi
cinerem minutum: & non perseuerabunt arbores
eorum:& idola eorum succisa, quasi lucus longe:
10 Habitans grex dimittetur, sicut grex derelictus:
& erit multo tempore in pastionem: & ibi requies-
cent greges:
11 Et post tempus non erit in ea omne viride; quia
exiccatum est. Mulieres venientes à spectaculo ve-
nite:non est enim populus habens intelligentiam.
Propterea non miserebitur eorum,qui fecit: & qui
formauit eos,non parcet.
12 Et erit in die illa concludet Deus à fossa fluminis
vsque ad Rhinocoruram.Vos autem congregate sin-
gulos filios Israel.
13 Et erit in die illa canent tuba magna: & venient,
qui perierant in regione Assyriorum, &,qui perie-
rant in Aegypto: & adorabunt Dominum super
montem sanctum in Hierusalem.

CAP. XXVIII.

1 VÆ coronæ iniuriæ, mercenarij Ephræm: flos
cadens de gloria super verticem montis pin-
guis,qui ebrij estis absque vino.
2 Ecce forte,& durum furor,sicut grando,quæ fer-
tur in pronum,non habens tegmen, quæ violenter
decidit sicut aquæ magna multitudo trahens regio-
nem,terræ faciet requiem,
3 Manibus, & pedibus conculcabitur corona iniu-
riæ mercenarij Ephræm.
4 Et erit flos,qui decidit de spe gloriæ,in summita-
te montis excelsi,sicut præmatura ficus, quam qui
viderit,antequam sumat manu, cupiet eam deuo-
rare.
5 Die illa erit Dominus Sabaoth corona gloriæ,
quæ compacta est gloriæ,reliquiis populi.
6 Relinquentur in spiritu iudicij super iudicium,
& fortitudinem vetantium interficere.
7 Isti enim vino deliquerunt, errarunt propter si-
ceram:sacerdos,& propheta exciderunt mente pro-
pter siceram, absorpti sunt propter vinum, vacilla-
uerunt propter ebrietatem, errauerunt: hoc est
phasma.
8 Maledictio comedet hoc consilium:siquidem istud
consilium propter auaritiam est.
9 Cui annunciauimus mala, & cui annunciauimus
nuncium?qui ablactati sunt à lacte, qui abstracti ab
vbere.
10 Tribulationem super tribulationem expecta,spem
super spem:adhuc parum,adhuc parum.
11 Propter irrisionem labiorum,propter linguam al-
teram:quia loquentur populo huic,
12 Dicentes eis:hæc est requies esurienti,& hæc con-
tritio:& noluerunt audire.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

8 *In mensura,in plantatione eius iudicabis eam,remo-
uebit Deus vento suo duro tempore quo flat Eurus.*
9 *Idcirco hoc pacto remouebitur iniquitas Iaacob,& iste
erit vniuersus fructus,vt remoueat peccatum eius:quum
posuerit ipse omnes lapides altaris,sicut lapides calcis di-
rutos,& non stent luci & idola.*
10 *Ciuitas enim munita, solitaria erit, habitaculum di-
missum erit,& derelictum veluti desertum: ibi pascetur
vitulus, ibiq; accubabit,& consumet ramos eius.*
11 *Quum aruerint ramusculi eius,conterentur: mulieres
venient, succendent eos: non enim populus intelligentia-
rum est,ideo non miserebitur eius qui fecit eum, & qui
formauit eum non miserebitur eius.*
12 *Et erit,in die illa excutiet suos Iehouah ab alueo flu-
minis vsque ad torrentem Aegypti: & vos colligemini si-
gillatim filij Israel.*
13 *Et erit,in die illa clangetur tuba magna, & venient
qui perierant in terra Assur, & expulsi fuerant in
terram Aegypti,& incuruabunt se Iehouae in monte san-
ctitatis Ierusalem.*

CAP. XXVIII.

1 *VAE coronæ superbiæ,& ebrijs Ephraim,& flori deci-
denti, gloriæ decoris eius, quæ est super verticem
vallis pinguium,qui sunt concussi vino.*
2 *Ecce dominus validus & fortis Domino tanquam tempestas
grandinis, & turbo exscindens, velut tempestas aquarum
multarum inundantium,quæ deijcit in terram in forti-
tudine.*
3 *Pedibus conculcabuntur corona superbiæ, & ebrij E-
phraim:*
4 *Eritq; flos decidens gloria decoris eius, quæ est super
verticem vallis pinguium, sicut præcox ficus quæ venit
ante fructus æstatis:quam quum viderit videns,dum ad-
huc fuerit in manu eius, deglutiet eam.*
5 *In die illa erit Iehouah exercituum corona gloriæ &
cidaris gloriæ residuo populi sui.*
6 *Et erit spiritus iudicij sedenti super thronum iudicij,
& fortitudo vertentibus prælium vsque ad portam.*
7 *Et isti quoque propter vinum errauerunt, & propter
Sechar errauerunt sacerdos & propheta errauerunt pro-
pter Sechar, absorpti sunt præ vino, errauerunt propter
Sechar,errauerunt in visione,impegerunt in iudicio.*
8 *Omnes enim mensæ repletæ sunt vomitu & sorde, ita
vt non sit locus absque sorde.*
9 *Quem docebit vltra Propheta scientiam, & quem
intelligere faciet quod audiuit? sunt vt pueri ablactati à
lacte, auulsi ab vberibus.*
10 *Nam vt pueris, datur eis præceptum post præceptum,
præceptum post præceptum: linea post lineam, linea post
lineam:parum ibi, parum ibi.*
11 *Quia balbutientibus labijs, & lingua altera loquetur
propheta ad populum istum.*
12 *Ad quos dixit propheta, Hæc requies est,requiem præ-
state lasso, & hæc requies: & noluerunt audire.*

Vulgat. Editio.

13 Et erit eis verbum Domini: Manda, remanda, manda remanda; expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi: vt vadant, & cadant retrorsum, & conterantur, & illaqueentur, & capiantur.

14 Propter hoc audite verbum Domini viri illusores, qui dominamini super populum meum, qui est in Ierusalem.

15 Dixistis enim: Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Flagellum inundans cum transierit, non veniet super nos: quia posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus.

16 Idcirco hæc dicit Dominus Deus: * Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum, qui crediderit non festinet.

*Ps. 117 22. Mat. 24 42. Act. 4. 11. 1. Pet. 2. 6. Ro. 9. 33.

17 Et ponam in pondere iudicium, & iustitiam in mensura & subuertet grando spem mendacij: & protectionem aquæ inundabunt.

18 Et delebitur fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit: flagellum inundans cum transierit, eritis ei in conculcationem.

19 Quandocumque pertransierit, tollet vos: quoniam mane diluculo pertransibit in die & in nocte, & tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui.

20 Coangustatum est enim stratum, ita vt alter decidat: & pallium breue vtrumque operire non potest.

21 Sicut enim in monte diuisionum stabit Dominus: * sicut in valle, quæ est in Gabaon, irascetur: vt faciat opus suum, alienum opus eius: vt operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo.

2. Reg. 5. 20. 1. Par. 14. 11. * Ios. 10. 10.

22 Et nunc nolite illudere, ne forte constringantur vincula vestra. consummationem enim & abbreuiationem audiui à Domino Deo exercituum super vniuersam terram.

23 Auribus percipite. & audite vocem meam, attendite, & audite eloquium meum.

24 Numquid tota die arabit arans vt serat, proscindet & sarriet humum suam?

25 Nonne cum adæquauerit faciem eius, seret gith, & cyminum sparget, & ponet triticum per ordinem, & hordeum, & milium, & viciam in finibus suis?

26 Et erudiet illum in iudicio: Deus suus docebit illum.

27 Non enim in serris triturabitur gith, nec rota plaustri super cyminum circuibit: sed in virga excutietur gith & cyminum in baculo.

28 Panis autem comminuetur: verum non in perpetuum triturans triturabit illum, neque vexabit eum rota plaustri, nec vngulis suis comminuet eum.

29 Et hoc à Domino Deo exercituum, exiuit, vt mirabile faceret consilium, & magnificaret iustitiam.

CAP. XXIX.

1 VAe Ariel, Ariel ciuitas, quam expugnauit Dauid: additus est annus ad annum: sollemnitates euolutæ sunt.

2 Et circumuallabo Ariel, & erit tristis & mœrens, & erit mihi quasi Ariel.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

13 *Et erit eis verbum Domini præceptum post præceptum, præceptum post præceptum, regula post regulam, regula post regulam, parum ibi, parum ibi: vt vadant & cadant retrorsum, & conterantur, & illaqueentur, & capiantur.*

14 *Propter hoc audite verbum Domini viri illusores, dominatores populi huius, qui est in Ierusalaim.*

15 *Dixistis enim. Percussimus fœdus cum morte & cum sepulchro fecimus pactum prophetæ. Flagellum inundans cum transierit non veniet nobis, quia posuimus mendacium spem nostram, & mendacio occultati erimus.*

16 *Iccirco sic dixit Dominus Deus: Ecce ego fundo in Sijon lapidem, lapidem munitionis, Anguli precio: fundamenti fundati. Qui credit, non festinet,* vt videat hoc.

17 *Et ponam iudicium lineæ, & iustitia mensuræ & vertet grando spem mendacij, & occultationem aquæ inundabunt.*

18 *Et remouebitur fœdus vestrum cum morte, & visio vestra cum sepulchro non stabit: flagello inundanti cum transierit, eritis in conculcationem.*

19 *A tempore quo transierit ipse tollet nos, quoniam singulo mane transibit die, & nocte. Et erit tantum pauor intelligere famam eorum, quæ vobis contigerunt.*

20 *Breuis est enim stratus vt non possint se extendere in eo, & operimentum angustum est, vt seipsos non possint colligere sub eo.*

21 *Quia sicut in monte Perasim surget Dominus, sicut in valle in Ghibhon irascetur vt faciat opus suum. Extraneum est opus eius: & faciet iniquum opus suum, & erit res stupenda.*

22 *Et nunc ne deludatis vos, ne forte fortificentur vincula vestra, quia consumptionem & rem decisam audiui à Domino Deo exercituum super omnem terram.*

23 *Auribus percipite & audite vocem meam, attendite & audite eloquium meum.*

24 *Nunquid tota die arabit arans, vt serat? proscindet, & colet humum suam?*

25 *Nonne si adequauerit faciem eius, disperget nigellam, & cyminum sparget, & ponet triticum in mensuratum, & hordeum signatum, & speltam in termino eius?*

26 *Et erudiet satorem illum ad iudicium, Deus eius docebit eum.*

27 *Quia non in tribula triturabitur nigella, & rota plaustri super cyminum circumdabitur, sed virga excutietur nigella, & cyminum baculo.*

28 *Panis comminuetur, quia non in perpetuum triturando triturabit illum, nec conteret rotam plaustri eius, & dentibus eius non comminuet eum.*

29 *Etiam hoc à Domino exercituum exiuit, mirificauit consilium, magnificauit sapientiam.*

CAP. XXIX.

1 *VAE Ariel, Ariel ciuitas* in qua *mansit Dauid. Addite annum super annum, & agnos iugulent.*

2 *Et coangustaui Ariel, & erit planctus, & luctus, & erit mihi sicut Ariel.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

13 Et erit eis ſermo Domini tribulatio ſuper tribulationem:adhuc parum,adhuc parum,vt vadant, & cadant retrorſum : & conterentur , & periclitabantur,& capientur.

14 Propterea audite verbum Domini viri tribulati, & principes populi huius,qui eſt in Hieruſalem:

15 Quia dixiſtis : Fecimus teſtamentum cum inferno,& cum morte pacta ; tempeſtas irruens ſi pertranſierit, non veniet ſuper nos : poſuimus mendacium ſpem noſtram:& mendacio protegemur.

16 Propterea ſic dicit Dominus Dominus : Ecce ego immittam in fundamenta Sion lapidem precioſum electum ſummum angularem honorabilem in fundamenta eius:& qui crediderit,non confundetur.

17 Et ponam iudicium in ſpem:miſericordia autem mea in pondera : & qui confiderunt fruſtra mendacio:quoniam non tranſibit per vos tempeſtas:

18 Nonne etiam auferet teſtamentum mortis,& ſpes veſtra,quæ erga infernum, non permanebit ? Tempeſtas ruens ſi ſuperuenerit;eritis ei in conculcationem.

19 Cum pertranſierit;tollet vos, mane mane tranſibit,die, & in nocte erit ſpes peſſima. Diſcite audire, qui eſtis in tribulatione:

20 Non poſſumus pugnare : ipſi autem infirmi ſumus,vt vos congregemini.

21 Sicut mons impiorum conſurget Dominus, & erit in valle Gabaon : cum furore faciet opera ſua, amaritudinis opus : & furor eius aliene vtetur , & perditio eius aliena.

22 Et vos nolite lætari : neque confortentur vincula veſtra:quia conſummatas,& abbreuiatas res audiui à Domino Sabaoth,quas facturus eſt ſuper omnem terram.

23 Auribus percipite,& audite vocem meam : attendite,& audite ſermones meos.

24 Nunquid tota die arabit,qui arat? aut ſementem præparabit,antequam operetur terram?

25 Nonne,cum adæquauerit faciem eius,tunc ſeminat paruum melanthium,aut cyminum , & rurſus ſeminat triticum,& hordeum , & milium , & ſpeltam in finibus tuis?

26 Et erudieris iudicio Dei tui,& lætaberis.

27 Non enim cum duritia mundatur melanthium, neque rota plauſtri circuit ſuper cyminum:ſed virga excutitur melanthium ; cyminum autem cum pane comedetur.

28 Neque enim in ſempiternum equidem iraſcar vobis:nec vox amaritudinis meæ conculcabit vos.

29 Et hæc à Domino Sabaoth ſunt egreſſa portenta. Inite conſilium:exaltate vanam conſolationem.

CAP. XXIX.

1 VAe Ariel ciuitas , quam expugnauit Dauid. Congregate genimina, annum ſuper annum : comedite:comedetis enim cum Moab:

2 Coanguſtabo enim Ariel : & erit fortitudo illius, & diuitiæ mihi:

Noua ex Heb. Tralat.Fr.Vatabli.

13 *Et erit eis verbum Iehoue, præceptum poſt præceptum, præceptum poſt præceptum : linea poſt lineam , linea poſt lineam:parum ibi , parum ibi : vt vadant , & corruant retrorſum,& conterantur , & illaqueentur , & capiantur.*

14 *Propter hoc audite verbum Iehoue viri illuſores , dominatores populi huius,qui eſt in Ieruſalaim.*

15 *Dixiſtis enim, Percuſſimus fœdus cum morte, & cum ſepulchro fecimus pactum : flagellum inundans quum tranſierit non eueniet nobis : quia poſuimus mendacium ſpem noſtram , & in mendacio occultati erimus.*

16 *Propterea inquam,ſic dixit Dominus Iehouah,Ecce ego fundo in Sijon lapidem,lapidem munitionis , anguli pretioſi,fundamenti fundati:qui credit,ne feſtinet.*

17 *Et ponam iudicium ad lineam, & iuſtitiam ad trutinam,& vertet grando ſpem mendacij , & occultationem aquæ inundabunt.*

18 *Et remouebitur fœdus veſtrum cum morte, & viſio veſtra cum ſepulchro non ſtabit : flagello inundanti quum tranſierit,eritis in conculcationem.*

19 *Ex quo tempore tranſire cœperit , ipſe tollet vos:quoniam ſingulis diebus tranſibit diu & noctu, & erit tantum pauor intelligere famam eorum quæ vobis contigerunt.*

20 *Breuius enim erit ſtratum quam vt poſſint ſe extendere in eo,& operimentum erit anguſtius,quam vt ſeipſos poſſint colligere ſub eo.*

21 *Sicut enim in monte Peraſim,conſurget Iehouah, ſicut in valle quæ eſt in Gibon iraſcetur, vt faciat opus ſuum, extraneum opus ſuum:& vt operetur operationem ſuam, extraneam operationem ſuam.*

22 *Nunc igitur ne illudatis , ne inualeſcant vincula veſtra : quia conſumptionem & quidem deciſam audiui à Domino Iehoua exercituum ſuper vniuerſam terram*

23 *Auribus percipite,& audite vocem meam:attendite,& audite eloquium meum.*

24 *Nunquid tota die arabit arans,vt ferat?proſcindet , & contundet glebas terræ ſuæ?*

25 *Nonne quum adæquauerit faciem eius , tunc diſperdet nigellam,& cyminum ſparget,ponetq́ triticum menſuratum,& hordeum ſignatum,atque ſpeltam in termino ſuo?*

26 *Erudit enim ſatorem illum ad iudicium , Deus ſuus docet eum.*

27 *Non enim tribula trituratur nigella , nec rota plauſtri ſuper cyminum circunducitur, ſed virga excutitur nigella,& cyminum baculo.*

28 *Panis comminuetur , ſed non in perpetuum triturando triturabit illum,nec conteret rota plauſtri eius, & dentibus illius non comminuet eum.*

29 *Etiam hoc à Iehouah exercituum egreſſum eſt , qui mirificauit conſilium, magnificauit ſapientiam.*

C A P. X X I X.

1 *VAE Ariel,Ariel ciuitas in qua manſit Dauid : addite annum ſuper annum , agni deficient.*

2 *Et coanguſtabo Ariel , eritq́ in vrbe planctus , & luctus:& erit mihi tanquam Ariel.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Et circumdabo quasi sphæram in circuitu tuo,& iaciam contra te aggerem, & munimenta ponam in obsidionem tuam.

Humiliaberis, de terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum: & erit quasi pythonis de terra vox tua, & de humo eloquium tuum mussitabit.

Et erit sicut puluis tenuis multitudo ventilantium te: & sicut fauilla pertransiens multitudo eorum,qui contra te præualuerunt:

Eritque repente confestim. A Domino exercituum visitabitur in tonitruo,& commotione terræ, & voce magna turbinis & tempestatis, & flammæ ignis deuorantis.

Et erit sicut somnium visionis nocturnæ multitudo omnium Gentium,quæ dimicauerunt contra Ariel,& omnes qui militauerunt & obsederunt, & præualuerunt aduersus eam.

Et sicut somniat esuriens,& comedit,cum autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius: & sicut somniat sitiens, & bibit, & postquam fuerit expergefactus, lassus adhuc sitit, & anima eius vacua est: sic erit multitudo omnium Gentium, quæ dimicauerunt contra montem Sion.

Obstupescite,& admiramini, fluctuate,& vacillate:inebriamini,& non à vino: mouemini, & non ab ebrietate.

Quoniam miscuit vobis Dominus spiritum soporis,claudet oculos vestros, prophetas & principes vestros,qui vident visiones,operiet.

Et erit vobis visio omnium sicut verba libri signati, quem cum dederint scienti litteras, dicent: Lege istum:& respondebit:Non possum; signatus est enim.

Et dabitur liber nescienti litteras, diceturque ei: Lege,& respondebit.Nescio litteras.

Et dixit Dominus: * Eo quod appropinquat populus iste ore suo,& labiis suis glorificat me,cor autem eius longe est à me, & timuerunt me mandato hominum & doctrinis:

* Mat. 15. 8. Mar. 7. 6.

Ideo ecce ego addam vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi & stupendo: * peribit enim sapientia à sapientibus eius, & intellectus prudentium eius abscondetur,

* 1. Cor. 1. 19. Abd. 1. 8.

Væ, qui profundi estis corde, vt à Domino absconditis consilium: quorum sunt in tenebris opera,& dicunt: Quis videt nos,& quis nouit nos?

Peruersa est hæc vestra cogitatio: quasi si lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori suo: Non fecisti me:& figmentum dicat fictori suo: Non intelligis.

Nonne adhuc in modico & in breui conuertetur Libanus in charmel, & charmel in saltum reputabitur?

Et audient in die illa surdi verba libri,& de tenebris & caligine oculi cæcorum videbunt.

Et addent mites in Domino lætitiam, & pauperes homines in sancto Israel exultabunt:

Quoniam defecit,qui præualebat, consummatus est illusor,& succisi sunt omnes qui vigilabant super iniquitatem:

Qui peccare faciebant homines in verbo, & arguentem in porta supplantabant, & declinauerunt frustra à iusto.

Transl.ex Heb.Sanct.Pagn.

3 *Et castrametabor in circuitu tuo sicut pila rotunda contra te, & obsidebo te turri lignea & statuam contra te munitiones.*

4 *Et humiliabis te,*& humili voce ac si exiret *de terra, loqueris, & è puluere humile erit eloquium tuum.Et erit* tenuis *sicut pytonis de terra vox tua, &* ac si exiret *de puluere eloquium tuum,garriet.*

5 *Et erit sicut puluis tenuis multitudo dispergentium te, & sicut gluma transiens multitudo fortium.*

6 *Eritq́; statim subito à Domino exercituum visitabitur in tonitruo,& in concussione, & voce magna. Turbine, tempestate, & flamma ignis consumente.*

7. *Et erit sicut somnium visionis nocturnæ, multitudo omnium gentium quæ dimicabunt contra Ariel,& omnes militantes contra eam, & munitiones facientes contra eam,& angustiis afficientes eam.*

8 *Et erit sicut qui somniat esuriens,& ecce comedit, & expergiscetur,& vacua erit anima eius, & quemadmodum somniat sitiens, & ecce bibit, & expergiscetur, & ecce erit lassus, & anima eius appetit,sic erit multitudo omnium gentium, quæ dimicabunt contra montem Syon.*

9 *Tardi estote,& admiramini, excecati sunt,& alios excæcauerunt. Ebrij fuerunt,& non vino,moti sunt & non potu inebriatiuo.*

10 *Quoniam operuit vos Dominus spiritu soporis, & clausit oculos vestros, prophetas, & principes vestros qui vident, operuit.*

11 *Et erit vobis visio omnium prophetarum, sicut verba epistolæ signatæ quam dabunt scienti literas dicendo,lege nunc istam,& dicet,non possum,quia signata est.*

12 *Et dabitur epistola ei qui non sciuit literas dicendo, lege nunc istam,& dicet,non noui literas.*

13 *Et dixit Dominus.Pro eo quod appropinquauit populus iste ore suo, & labijs suis honorauerunt me. Cor autem eius elongauit se à me,& fuit timor eorum* quo timuerunt *me,sicut mandatum hominum edoctum.*

14 *Ideo ecce ego addo vt mira faciam in populo isto, vt mira faciam,& miraculum,& peribit sapientia sapientium eius,& intelligentia intelligentium eius abscondet se*

15 *Væ ijs qui profundi sunt à Domino vt abscondant consilium, & sunt in tenebris opera eorum, & dixerunt. Quis videt nos,& quis cognoscit nos?*

16 *Subuersio vestra vere sicut lutum figuli reputabitur. Num dicet opus factori suo, non fecit me, & figmentum dicet fictori suo,non intellexit?*

17 *Nonne adhuc breuissimo tempore conuertetur Lebanon in Charmel,& Charmel, vt sylua reputabitur?*

18 *Et audient in die illa* qui modo sunt *surdi verba libri, & de caligine, & de tenebris oculi cæcorum videbunt.*

19 *Et addent mites in Domino lætitiam, & mendici hominum in sancto Israel exultabunt.*

20 *Quum defecerit fortis,& defecerit illusor & succidentur omnes qui perseuerant in iniquitate,*

21 *Peccare facientes hominem in verbo,& increpanti in porta laqueos tendent,& declinare fecerunt inaniter iustum.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

3 Et circundabo, ficut Dauid, fuper te: & mittam vallum in circuitu tuo: & ponam per gyrum tui turres:

4 Et humiliabuntur in terram fermones tui: & in terram occident verba tua. Et erunt, ficut loquentium de terra vox tua: & ad pauimentum vox tua infirmabitur.

5 Et erunt ficut puluis de rota, diuitiæ impiorum, & ficut lanugo, quæ rumpitur, multitudo opprimentium te: eritque, quafi punctus repente

6 A Domino Sabaoth. Vifitatio enim erit cum tonitru, & commotione, & voce magna tempeitas ruens, & flamma ignis deuorans.

7 Et erunt, ficut fomnians per fomnos noctis, diuitiæ omnium gentium, quæ militauerunt contra Ariel, & omnes, qui pugnabant contra Hierufalem, & vniuerfi, qui congregati funt fuper eam, & qui affligebant eam.

8 Et ficut qui in fomno bibunt, & comedunt, cumque furrexerint, vanum eft fomnium: & ficut fomniat, qui fitit, quafi bibens, & cum furrexerit, adhuc fitit, & anima eius fruftra fperauit: fic erunt diuitiæ omnium gentium, quicumque militauerunt contra montem Sion.

9 Diffoluimini, & obftupefcite, & crapulamini non à ficera, neque à vino:

10 Quoniam potauit vos Dominus fpiritu compunctionis: & claudet oculos eorum, & prophetarum eorum, & principū eorum, qui vident occulta.

11 Et erunt vobis omnia verba hæc, ficut verba libri fignati huius; quē fi dederint ipfum homini fcienti litteras, dicentes, lege hæc, & dicet: non poffum legere: fignatus enim eft.

12 Et dabitur liber hic in manus hominis nefcientis litteras, & dicet ei, lege hunc: & dicet, nefcio litteras.

13 Et ait Dominus: Approinquat mihi populus ifte ore fuo, & in labiis fuis honorant me: cor autem eorum longe abeft à me. Fruftra autem colunt me, docentes hominum præcepta, atque doctrinas.

14 Propterea ecce adijciam, vt transferam populum iftum. Et transferam eos: & perdam fapientiam fapientum: & prudentiam prudentium abfcondam.

15 Væ, qui profundum confilium faciunt, & non per Dominum. Væ, qui in occulto confilium faciunt, & erunt in tenebris opera eorum: & dicent: quis vidit nos? & quis fciet nos, vel, quæ nos fecimus?

16 Nonne vt lutum figuli reputabimini? Nunquid dicet figmentum fictori fuo, non tu me formafti? aut factura factori, non fapienter me fecifti?

17 Nonne adhuc modicum; & transferetur Libanus, ficut mons Chermel, & Chermel in faltum reputabitur?

18 Et audient in die illa furdi verba libri: & qui in tenebris, & qui in nebula, oculi cœcorum videbunt:

19 Et lætabuntur inopes propter Dominum in lætitia: & defperati homines implebuntur lætitia.

20 Defecit iniquus, & periit fuperbus: & exterminati funt, qui inique agunt in malitia,

21 Et qui faciunt peccare homines in verbo: omnes autem arguentes in portis, offenfionem ponent; quia obliquauerunt pro iniuftis iuftum.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

3 *Et caftrametabor in circuitu tuo inftar pilæ rotundæ contra te, & obfidebo te turri lignea & erigam contra te munitiones.*

4 *Et humiliaberis, & quafi de terra loqueris, & velut è puluere humile erit eloquium tuum: eritq́ vt pytonis, quafi de terra vox tua, & ac fi exiret de puluere eloquium tuum garriet.*

5 *Eritq́ velut puluis tenuis multitudo difpergentium te, & ficut gluma tranfiens multitudo fortium: eritq́ repente ac fubito.*

6 *A Iehoua exercituum vifitabitur in tonitru, & in concuffione, & voce magna, turbine, & tempeftate, & flamma ignis confumente eam.*

7 *Eritq́ ficut fomnium vifionis nocturnæ multitudo omnium gentium quæ dimicabunt contra Ariel, & omnes militantes contra eam, & munitiones extruentes contra eam, & anguftiis afficientes ipfam.*

8 *Et erit, ficut qui fomniat efuriens, & ecce comedit: quumq́ expergifcitur, vacua eft anima eius: & vt fomniat fitiens, & ecce bibit, expergifcitur vero, & ecce eft laffus, & anima eius appetit: fic erit multitudo omnium gentium quæ dimicabunt contra montem Syon.*

9 *Tardate, & admiramini: excæcati funt prophetæ, & vos excæcauerunt: inebriati funt, & non vino: nutauerunt, & non fichera.*

10 *Quoniam operuit vos Iehouah fpiritu foporis, & claufit oculos veftros: prophetas, & principes veftros qui vident, operuit.*

11 *Eritq́ vobis vifio omnium verorum prophetarum ficut verba epiftolæ obfignatæ, quam dabunt fcienti literas, dicendo, Lege nunc iftam: & dicet, Non poffum, quia obfignata eft.*

12 *Et dabitur epiftola ei qui non nouit literas, dicendo, Lege nunc iftam: & dicet, Non noui literas.*

13 *Dixit itaque Dominus, Propterea quod appropinquauit populus ifte ore fuo, & labijs fuis honorauerunt me: cor autem eius elongauit fe à me, fuitq́ timor eorum quo timuerunt me, mandatum hominum edoctum.*

14 *Propterea inquam ecce ego addam vt mira faciam in populo ifto: mira inquam & miraculum: peribitq́ fapientia fapientum eius, & intelligentia intelligentium eius abfcondet fefe*

15 *Væ ijs qui profundi funt vt à Iehoua abfcondant confilium, & funt in tenebris opera eorum, & dixerunt, Quis videt nos? & quinam cognofcunt nos?*

16 *Subuerfio veftra vere ficut lutum figuli reputabitur. num dicet opus de factore fuo, Non fecit me, & figmentum dicet de fictore fuo, Non intelligit?*

17 *Nonne adhuc paululum paululum, & conuertetur Lebanon in Charmel, & Charmel vt fylua reputabitur?*

18 *Audientq́ in die illa qui modo funt furdi verba libri: & de caligine & tenebris oculi cæcorum videbunt.*

19 *Et addent mites in Iehoua lætitiam, & mendici hominum in fancto Ifraël exultabunt.*

20 *Quum defecerit fortis, & confumptus fuerit illufor, fuccidenturq́ omnes qui perfeuerant in iniquitate,*

21 *Peccare facientes hominem in verbo, & ei qui increpat eos in porta laqueos tendunt, declinareq́ faciunt fruftra iuftum.*

Vulgat. Editio.		Transſl. ex Heb. Sanct. Pagn.
Propterea expectat Dominus vt miſereatur veſtri: & ideo exaltabitur parcens vobis: quia Deus iudicij Dominus: beati omnes qui expectant eum.	18	*Et propterea expectat Dominus, vt miſereatur veſtri, & propterea exaltabit ſe, vt miſereatur veſtri, quia Deus iudicij Dominus, beati omnes qui expectant eum.*
Populus enim Sion habitabit in Ieruſalem: plorans nequaquam plorabis; miſerans miſerebitur tui: ad vocem clamoris tui ſtatim vt audierit, reſpondebit tibi.	19	*Populus enim in Sijon habitabit in Ieruſalaim, plorando non plorabis, miſerendo miſerebitur tui. Ad vocem clamoris tui, cum audierit, reſpondebit tibi.*
Et dabit vobis Dominus panem arctum, & aquam breuem: & non faciet auolare à te vltra doctorem tuum: & erunt oculi tui videntes præceptorem tuum.	20	*Et dabit vobis Dominus panem anguſtiæ, & aquam oppreſſionis, & non elongabitur vltra doctor tuus: & erunt oculi tui videntes doctorem tuum.*
Et aures tuæ audient verbum poſt tergum monentis: Hæc eſt via, ambulate in ea: & non declinetis neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram.	21	*Et aures tuæ audient verbum eius qui eſt poſt te, dicendo. Hæc via, ambulate in ea quando declinabitis ad dexteram, vel ad ſiniſtram.*
Et contaminabis laminas ſculptilium argenti tui, & veſtimentum conflatilis auri tui, & diſperges ea ſicut immunditiam menſtruatæ. Egredere, dices ei:	22	*Et contaminabis operimentum ſculptilium argenti tui, & operimentum precioſum conflatilis auri tui, diſperges ea ſicut menſtruum: Egredere dices ei.*
Et dabitur pluuia ſemini tuo, vbicumque ſeminaueris in terra: & panis frugum terræ erit vberrimus, & pinguis: Paſcetur in poſſeſſione tua in die illo agnus ſpatioſe:	23	*Et dabit pluuiam ſeminis tui, quando ſeminabis terram, & panis fructus terræ erit pinguis, & vberrimus. Paſcet pecus tuum in die illa paſcuum latum.*
Et tauri tui, & pulli aſinorum, qui operantur terram, commiſtum migma comedent ſicut in area ventilatum eſt.	24	*Et boues & pulli operantes terram migma mundum comedent, quod ventilatur pala, & ventilabro.*
Et erunt ſuper omnem montem excelſum, & ſuper omnem collem eleuatum riui currentium aquarum in die interfectionis multorum cum ceciderint turres.	25	*Et erunt ſuper omnem montem excelſum, & ſuper omnem collem eleuatum, riui aquarum in die interfectionis multitudinis, cum ceciderint turres.*
Et erit lux lunæ ſicut lux ſolis, & lux ſolis erit ſeptempliciter ſicut lux ſeptem dierum in die, qua alligauerit Dominus vulnus populi ſui, & percuſſuram plagæ eius ſanauerit.	26	*Et erit lux lunæ ſicut lux ſolis, & lux ſolis erit ſeptempliciter, ſicut lux ſeptem dierum, in die qua alligauerit Dominus contritionem populi ſui, & percuſſuram plagæ eius ſanauerit.*
Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius, & grauis ad portandum: labia eius repleta ſunt indignatione, & lingua eius quaſi ignis deuorans.	27	*Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius, & grauitas oneris: labia eius repleta ſunt ira, & lingua eius tanquam ignis conſumens.*
Spiritus eius velut torrens inundans vſque ad medium colli ad perdendas gentes in nihilum, & frenum erroris, quod erat in maxillis populorum.	28	*Et ſpiritus eius erit veluti torrens inundans, vſque ad collum dimidiabit, & veniet ad eleuandum gentes in cribro vanitatis, & frenum errare faciens in maxillis populorum.*
Canticum erit vobis ſicut nox ſanctificatæ ſolemnitatis, & lætitia cordis ſicut qui pergit cum tibia, vt intret in montem Domini ad fortem Iſrael.	29	*Canticum erit vobis ſicut in nocte ſanctificata ſolennitatis, & lætitia cordis ſicut eſt pergenti cum tibia, vt intres in montem Domini ad fortem Iſrael.*
Et auditam faciet Dominus gloriam vocis ſuæ, & terrorem brachij ſui oſtendet in comminatione furoris & flamma ignis deuorantis: allidet in turbine, & in lapide grandinis.	30	*Et audire faciet Dominus potentiam vocis ſuæ, & deſcenſionem brachii ſui oſtendet in ira furoris, & flamma ignis conſumentis, diſperſione, & turbine, & lapidibus grandinis.*
A voce enim Domini pauebit Aſſur virga percuſſus.	31	*Quia à voce Domini conteretur Aſſur, virga percutietur.*
Et erit tranſitus virgæ fundatus, quam requieſcere faciet Dominus ſuper eum in tympanis & citharis: & in bellis præcipuis expugnabit eos.	32	*Et erit omnis tranſitus virgæ fundatæ, ſuper quam requieſcere faciet Dominus in tympanis, & citharis, & in bellis eleuationis pugnabit cum eo.*
Præparata eſt enim ab heri Topheth, à rege præparata, profunda, & dilatata. Nutrimenta eius, ignis & ligna multa: flatus Domini ſicut torrens ſulphuris ſuccendens eam.	33	*Præparata eſt enim ab heri Topheth, etiam ipſi regi præparata eſt, profundam fecit eam Deus, dilatauit. In pyra eius ignis, & ligna multa erunt, flatus Domini ſicut torrens ſulphuris ardentis in ea.*
CAP. XXXI.		***CAP. XXXI.***
VAE qui deſcendunt in Aegyptum ad auxilium, in equis ſperantes, & habentes fiduciam ſuper quadrigis, quia multæ ſunt: & ſuper equitibus, quia prævalidi nimis: & non ſunt confiſi ſuper Sanctum Iſrael, & Dominum non requiſierunt.	1	*VAE deſcendentibus in Aegyptum pro auxilio. Equis innixi ſunt, & ſperauerunt in curribus, quia multi, & in equitibus, quia præualidi ſunt valde, & non reſpexerunt ad ſanctum Iſrael, & Dominum non quæſierunt.*

Transl. ex Septuag.

18 Et rursus expectabit Deus, vt misereatur vestri:
& propterea exaltabitur, vt parcat vobis: quia iudex
Dominus Deus vester. Beati qui immanent in eo:

19 Quia populus sanctus in Sion habitabit: & Hie-
rusalem ploratu plorauit, miserere mei. Miserebitur
tui: vocem clamoris tui quando vidit; exaudiuit te.

20 Et dabit Dominus vobis panem tribulationis, &
aquam angustam: & nequaquam vltra appropin-
quabunt tibi, qui decipiant te: quia oculi tui vide-
bunt eos, qui te seducebant:

21 Et aures tuæ audient verba post te decipientium,
qui dicebant: hæc via, ambulemus in ea, siue ad dex-
tram, siue ad sinistram.

22 Et contaminabis idola deargentata, & deaurata:
comminues ea, & disperges, sicut aquam menstrua-
tæ: & sicut stercus, abiicies ea.

23 Tunc erit pluuia semini terræ tuæ: & panis fru-
gum terræ tuæ erit abundans, & pinguis. Et pascen-
tur iumenta tua in die illa locum pinguem, & spa-
ciosum.

24 Tauri vestri, & boues, qui operantur terram,
comedent paleas commistas in hordeo ventilato.

25 Et erit super omnem montem excelsum, & super
omnem collem eleuatum aqua transiens in die illa,
cum perierint multi, & cum ceciderint turres.

26 Et erit lumen Lunæ, sicut lumen Solis, & lumen
Solis erit septuplum in die, quando sanauerit Domi-
nus contritionem populi sui, & dolorem plagæ tuæ
curabit.

27 Ecce nomen Domini venit post tempus: ardens
furor cum gloria: eloquium labiorum eius, elo-
quium iræ plenum: & ira furoris, sicut ignis, deuo-
rabit.

28 Et spiritus eius sicut aqua in valle trahens veniet
vsque ad collum, & diuidetur, vt conturbet gentes
super errore vano: & persequetur eos error, & capiet
eos ad faciem ipsorum.

29 Nunquid semper oportet vos lætari, & ingredi in
sancta mea iugiter, quasi festa celebrantes, & quasi
gaudentes ingredi cum tibia in montem Domini
ad Deum Israel;

30 Et auditam faciet Dominus gloriam vocis suæ, &
furorem brachij sui ostendere: cum furore, & ira, &
flamma deuorante fulminabit vehementer, & sicut
aqua, & grando descendet cum vi.

31 Per vocem enim Domini superabuntur Assyrij
plaga qua percutiet eos: & erit ei per circuitum, vn-
de erat eorum spes auxilij, in qua ipse confidebat;
ipsi cum tympanis, & cithara pugnabunt contra
eum ex commutatione.

32 Tu enim ante dies exigeris.

33 Numquid & tibi paratum est regnare? vallem
profundam, ligna posita, ignem, & ligna multa, fu-
ror Domini sicut vallis sulphure succensa.

C A P. XXXI.

1 VAE, qui descẽdunt in Aegyptum ad auxilium,
qui in equis fidentes sunt, & in curribus: quia
multi sunt, & in equis multitudo magna. Et non
fuerunt fidentes super Sanctum Israel: & Dominum
non requisierunt.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

18 *Et propterea expectat Iehouah, vt misereatur vestri, &*
propterea exaltabit sese, vt inquam misereatur vestri:
quia Deus iudicij Iehouah: beati omnes qui expectant
eum.

19 *Populus enim in Sijon habitabit & in Ierusalaim, plo-*
rando non plorabis, miserando miserebitur tui: ad vocem
clamoris tui, simulac audierit, respondebit tibi.

20 *Dabitq́ vobis Dominus panem angustiæ, & aquam op-*
pressionis, sed non elongabitur vltra doctor tuus: vide-
buntq́ oculi tui doctorem tuum.

21 *Et aures tuæ audient verbum eius qui erit post te, di-*
cendo, Hæc est via, ambulate in ea: quando declinabitis ad
dexteram, vel ad sinistram.

22 *Contaminabitisq́ operimentum sculptilium argenti*
tui, & operimentum pretiosum conflatilis auri tui: dis-
perges ea sicut menstruum, Egredere, dices ei.

23 *Et dabit Deus pluuiam seminis tui, quando semina-*
ueris terram, & panem fructus terræ: eritq́ fructus pin-
guis & vberrimus: pascet etiam pecus tuum in die illa
pascuum spatiosum.

24 *Boues quoque & pulli asinorum operantes terram far-*
raginem mundam comedent, quæ ventilatur pala &
ventilabro.

25 *Et erunt super omnem montem excelsum, & super*
omnem collem eleuatum, riui, riui aquarum in die in-
terfectionis multitudinis, quum ceciderint turres.

26 *Eritq́ lux lunæ sicut lux solis, & lux solis erit septem-*
pliciter, sicut lux septem dierum, in die qua alligauerit
Iehouah contritionem populi sui, & percussuram plagæ
eius sanauerit.

27 *Ecce nomen Iehouæ venit è longinquo, ardens furor*
eius, & graue onus eius, labia eius repleta sunt ira, &
lingua eius tanquam ignis consumens.

28 *Estque spiritus eius torrens inundans, qui vsque ad col-*
lum diuidit: ad ventilandum gentes in ventilabro vani-
tatis, & frænum errare faciens in maxillis populorum.

29 *Canticum erit vobis sicut in nocte qua sanctificatur so-*
lennitas: & lætitia cordis sicut est pergentis cum tibia, vt
veniat in montem Iehouæ ad fortem Israelis.

30 *Audireq́ faciet Iehouah potentiam vocis suæ, & de-*
scensionem brachii sui ostendet in ira furoris, & flamma
ignis consumentis, cum dispersione, & turbine, & lapide
grandinis.

31 *Nam à voce Iehouæ conteretur Assur, acsi virga percu-*
teretur.

32 *Et erit omnis transitus virgæ fundatæ quum requies-*
cere faciet Iehouah super eum, in tympanis & citharis:
& prælijs eleuationis pugnabit contra illam.

33 *Præparata est enim ab heri Thophtheh, etiam ipsi regi*
præparata est, profundam fecit eam Deus, dilatauit: pyra
eius ignis & ligna multa erunt: flatus Iehouæ sicut tor-
rens sulphuris ardet in ea.

C A P. XXXI.

1 *VAE descendentibus in Aegyptum pro auxilio: & equis*
innituntur, & sperant in curribus, quod multi
sint: & in equitibus, quod præualidi sint valde: & non
respexerunt ad Sanctum Israelis, & Iehouam ipsum non
requisierunt.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Et erubescet luna,& confundetur sol cum regna-
uerit Dominus exercituum in monte Sion, & in Ie-
rusalem , & in conspectu senum suorum fuerit glo-
rificatus.

CAP. XXV.

DOmine Deus meus es tu,exaltabo te,& confite-
bor nomini tuo : quoniam fecisti mirabilia,co-
gitationes antiquas fideles,amen.
Quia posuisti ciuitatem in tumulum , vrbem
fortem in ruinam , domum alienorum : vt non sit
ciuitas,& in sempiternum non ædificetur.
Super hoc laudabit te populus fortis,ciuitas gen-
tium robustarum timebit te.
Quia factus es fortitudo pauperi,fortitudo egeno
in tribulatione sua:spes à turbine, vmbraculum ab
æstu. spiritus enim robustorum quasi turbo impel-
lens parietem.
Sicut æstus in siti , tumultum alienorum humi-
liabis:& quasi calore sub nube torrente propaginem
fortium marcescere facies.

Et faciet Dominus exercituum omnibus populis
in monte hoc conuiuium pinguium , conuiuium
vindemiæ,pinguium medullatorum, vindemiæ de-
fæcatæ.
Et præcipitabit in monte isto faciem vinculi col-
ligati super omnes populos, & telam quam orditus
est super omnes nationes.
Apo. 7.27. & 21.4. Præcipitabit mortem in sempiternum: & aufe-
ret Dominus Deus lacrymam ab omni facie , & op-
probrium populi sui auferet de vniuersa terra: quia
Dominus locutus est.
Et dicet in die illa:Ecce Deus noster iste, expecta-
uimus eum,& saluabit nos:iste Dominus , sustinui-
mus eum , exultabimus , & lætabimur in salutari
eius.
Quia requiescet manus Domini in monte isto: &
triturabitur Moab sub eo , sicuti teruntur paleæ in
plaustro.
Et extendit manus suas sub eo,sicut extendit na-
tans ad natandum: & humiliabit gloriam eius cum
allisione manuum eius.
Et munimenta sublimium murorum tuorum
concident,& humiliabuntur,& detrahentur in ter-
ram vsque ad puluerem.

CAP. XXVI.

IN die illa cantabitur canticum istud in terra Iu-
da:
Vrbs fortitudinis nostræ Sion saluator,ponetur
in ea murus & antemurale.
Aperite portas , & ingrediatur gens iusta , custo-
diens veritatem.
Vetus error abiit:seruabis pacem : pacem,quia in
te sperauimus.

Sperastis in Domino in sæculis æternis, in Domi-
no Deo forti in perpetuum.
Quia incuruabit habitantes in excelso, ciuitatem
sublimem humiliabit.
Humiliabit eam vsque ad terram , detrahet eam
vsque ad puluerem.
Conculcabit eam pes, pedes pauperis,gressus ege-
norum.
Semita iusti recta est , rectus callis iusti ad ambu
landum.

Transl.ex Heb. Sanct. Pagn.

23 *Et erubescet luna,& pudore afficietur sol,quia regna-*
uit Dominus exercituum in monte Sijon & in Ierusa-
laim,& coram senibus suis gloria.

CAP. XXV.

1 *DOmine Deus meus es tu,exaltabo te , confitebor no-*
mini tuo, quoniam fecisti mirabilia. Consilia quæ
dixisti à longe firma,firma sunt.
2 *Quia posuisti ciuitatem in tumulum,vrbem munitam*
in ruinam,palatium alienorum vt non sit ciuitas,in sem-
piternum non ædificabitur.
3 *Ideo glorificabunt te populus fortis , ciuitas gentium*
fortium timebunt te.
4 *Quia fuisti fortitudo pauperi. fortitudo egeno in tri-*
bulatione eius tegmen à turbine , vmbraculum ab æstu.
Spiritus enim robustorum sicut turbo ruere faciens parie-
tem.
5 *Sicut æstus in loco sicco sonitum alienorum humilia-*
bis,sicut æstus in vmbra nubis,propago robustorum humi-
liabitur.

6 *Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in*
monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium defæcatorum
pinguium medullatorum, defæcatorum purgatorum.

7 *Et perdet in monte hoc faciem operimenti operti super*
omnes populos,& tegmen opertum super omnes gentes.

8 *Perdet mortem in sempiternum , & delebit Dominus*
Deus lachrymam ab omni facie,& opprobrium populi sui
auferet ab vniuersa terra, quia Dominus locutus est.

9 *Et dicet in die illa:Ecce Deus noster iste, expectauimus*
eum,& seruabit nos : Iste Dominus expectauimus eum,
exultabimus & lætabimur in salute eius.

10 *Quia requiescet percussio Domini in monte isto , &*
triturabitur Moab sicut trituratur palea in sterquilinio.

11 *Et extendet manus suas in medio eius, quemadmodum*
extendit natans ad natandum , & humiliabit altitudi-
nem eius cum cubitis manuum eius.
12 *Et munitione sublimitatis murorum tuorum incurua-*
bit,humiliabit,peruenire faciet terram vsque ad pulue-
rem.

CAP. XXVI.

1 *IN die illa cantabitur canticum istud in terra Iehudah.*

Vrbs fortitudinis nobis salutem ponet vt muros , &
antemurale.
2 *Aperite portas,& ingrediatur gens iusta,custodiens ve-*
ritates.
3 *Eum cuius desiderium est coniunctum tibi,custodies in*
pace,in pace,quia tibi fidit.

4 *Fidite Domino vsque in seculum , quia fidendum est*
Domino Deo forti in secula.
5 *Quia incuruabit habitatores excelsi,ciuitatem subli-*
mem humiliabit.
Humiliabit eam vsque ad terram , peruenire faciet
eam vsque ad puluerem.
6 *Conculcabit eam pes,pedes pauperis, gressus egenorum.*

7 *Semita est iusto recta, ô Deus recte callem iusti ponde-*
rabis.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Et liquefiet later, & cadet murus. Quoniam regnabit Dominus è Sion,& de Hierusalem:& in conspectu seniorum glorificabitur.

CAP XXV.

DOmine Deus glorificabo te, laudabo nomen tuum, quoniam fecisti admirabiles res, consilium antiquum verum.Fiat.

Quia posuisti ciuitates in tumulum, ciuitates munitas,vt non caderent fundamenta earum: impiorum ciuitas in æternum non ædificabitur.

Propterea benedicet tibi populus pauper:& ciuitates hominũ iniuriam sustinentium benedicent tibi.

Fuisti enim omni ciuitati humili auxiliator, & tristibus propter inopiam protectio: ab hominibus pessimis liberabis eos:

Vmbraculum sitientium, & spiritus hominum iniquitatem sustinentium,quasi homines pusillanimes sitientes in Sion ab hominibus impiis, quibus nos tradidisti.

Et faciet Dominus Sabaoth omnibus gentibus: super montem istum bibent lætitiam, bibent vinum:vngentur vnguento in monte isto.

Trade hæc omnia gentibus. Consilium enim hoc super omnes gentes.

Deuorauit mors præualens: & rursum abstulit Dominus Deus omnem lachrymam ab omni facie: opprobrium populi abstulit ab omni terra. Os enim Do ini loquutum est.

Et dicent die illa:Ecce Deus noster, in quo sperabamus, & saluabit nos.Iste Dominus: sustinuimus eum:& exultauimus, & læti sumus in salute nostra.

Requiem dabit Dominus in monte isto: & conculcabitur Moabitis,quemadmodum calcant aream in plaustris:

Et remittet manus suas; quomodo & ipse humiliauit ad perdendum:& humiliabit superbiam eius, super quæ manus iniecit.

Et altitudinem refugij muri humiliabit: & descendet vsque ad pauimentum.

CAP. XXVI.

DIe illa cantabunt canticum istud super terram Iudæam.* Ecce ciuitas fortis: & salutare ponet murum,& circummurale.

Aperite portas: ingrediatur populus custodiens iustitiam,

Et custodiens veritatem,apprehendens veritatem, & custodiens pacem; quoniam in te sperauerunt Domine

Vsque in sempiternum,Deus magne,æterne,

Qui humilians detraxisti eos,qui habitant in excelsis.Ciuitates munitas destrues, & sternes vsque ad pauimentum.

Et conculcabunt eos pedes mansuetorum, & humilium.

Via piorum recta facta est, & præparata via piorum.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

23 *Itaque erubescet luna,pudoreq; afficietur sol: quia re-*
gnauit Dominus exercituum in monte Syon & in Ierusa-
laim,& coram senibus suis erit in gloria.

CAP. XXV.

1 *IEhoua Deus meus es tu, exaltabo te confitebor nomini*
tuo,quoniam fecisti mirabilia:consilia quæ iussisti alonge
firma, firma sunt.
2 *Quia posuisti ciuitatem in tumulum,vrbem munitam*
in ruinam,palatium alienorum fecisti, vt non sit ciuitas:
in sempiternum non ædificabitur.
3 *Ideo glorificabunt te populus fortis, ciuitas gentium*
fortium timebunt te.
4 *Quia fuisti fortitudo pauperi,fortitudo inquam egeno*
in tribulatione eius,tegmen à turbine, vmbraculum ab
æstu: spiritus enim robustorum sicut turbo ruere faciens
parietem.
5 *More æstus in loco sicco strepitum alienorum humilia-*
bis:sicut æstus in vmbra nubis,excisio fortes humiliabit.

6 *Faciet quoque Iehouah exercituum omnibus populis*
in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium defæcato-
rum,pinguium item medullatorum, & defæcatorum pur-
gatorum.
7 *Et perdet in monte hoc faciem operimenti expansi su-*
per omnes populos,& tegmen expansum super omnes gen-
tes.
8 *Perdet mortem in sempiternum,& absterget Dominus*
Iehouah lachrymam ab omni facie,& opprobrium populi
sui auferet ab vniuersa terra,quia Iehouah loquutus est.

9 *Et dicet populus in die illa, Ecce Deus noster iste est,*
expectauimus eum,& seruabit nos: iste Iehouah,expecta-
uimus eum: exultabimus & lætabimur in salute eius,

10 *Quia requiescet manus Iehouæ in monte isto,& tritu-*
rabitur Moab subter eum, sicut trituratur palea in ster-
quilinio.
11 *Extendetq; manus suas in medio eius, quemadmodum*
extendit natans ad natandum: & humiliabit superbiam
eius cum cubitis manuum suarum.
12 *Et munitionem sublimitatis murorum tuorum incur-*
uabit,humiliabit,& peruenire faciet in terram vsque ad
puluerem.

CAP. XXVI.

1 *IN die illa cantabitur canticum istud in terra Iehu-*
dah,Vrbs fortitudinis nobis:salutem ponet Deus muros
& antemurale.

2 *Aperite portas, & ingrediatur gens iusta, custodiens*
veritates.
3 *Eum cuius desiderium est coniunctum tibi custodies in*
pace,in pace,quia tibi fidit.

4 *Fidite Iehouæ vsque in seculum: quia fidendum est Deo*
Iehouæ forti in secula.
5 *Quia incuruabit habitatores excelsi, ciuitatem su-*
blimem, humiliabit, humiliabit inquam eam vsque ad
terram,peruenire faciet eam vsque ad puluerem.

6 *Conculcabit eam pes, pedes pauperis, gressus egeno-*
rum.
7 *Semita iusto recta, ô Deus recte callem iusti pondera-*
bis.

Vulgat. Editio.

8 Et in semita iudiciorum tuorum Domine susti-
nuimus te:nomen tuum,& memoriale tuum in de-
siderio animæ.
9 Anima mea desiderauit te in nocte: sed & spiritu
meo in præcordiis meis de mane vigilabo ad te.
Cum feceris iudicia tua in terra,iustitiam discent
habitatores orbis.
10 Misereamur impio,& non discet iustitiam:in ter-
ra sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam
Domini.
11 Domine exaltetur manus tua,& non videant: vi-
deant,& confundantur zelantes populi:& ignis ho-
stes tuos deuoret.
12 Domine dabis pacem nobis: omnia enim opera
nostra operatus es nobis.
13 Domine Deus noster,possederunt nos domini abs-
que te,tantum in te recordemur nominis tui.
14 Morientes non viuant, gigantes non resurgant:
propterea visitasti & contriuisti eos, & perdidisti
omnem memoriam eorum.
15 Indulsisti genti Domine, indulsisti genti: num-
quid glorificatus es? elongasti omnes terminos
terræ.
16 Domine in angustia requisierunt te, in tribula-
tione murmuris doctrina tua eis.
17 Sicut quæ concipit, cum appropinquauerit ad
partum,dolens clamat in doloribus suis:sic facti su-
mus à facie tua Domine.
18 Concepimus,& quasi parturiuimus,& peperimus
spiritum:salutes non fecimus in terra, ideo non ce-
ciderunt habitatores terræ.
19 Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent: ex-
pergiscimini, & laudate qui habitatis in puluere:
quia ros lucis ros tuus, & terram gigantum detra-
hes in ruinam.
20 Vade populus meus,intra in cubicula tua,claude
ostia tua super te,abscondere modicum ad momen-
tum donec pertranseat indignatio.
21 Mic. 1. 1 ☆ Ecce enim Dominus egredietur de loco suo, vt
visitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum:&
reuelabit terra sanguinem suum,& non operiet vl-
tra interfectos suos.

CAP. XXVII.

1 IN die illa visitabit Dominus in gladio suo duro,
& grandi,& forti,super Leuiathan serpentem ve-
ctem, & super Leuiathan serpentem tortuosum, &
occidet cetum,qui in mari est.
2 In die illa vinea meri cantabit ei.
3 Ego Dominus,qui seruo eam, repente propinabo
ei ne forte visitetur contra eam: nocte & die seruo
eam.
4 Indignatio non est mihi:quis dabit me spinam &
veprem in prælio: gradiar super eam, succendam
eam pariter?
5 An potius tenebit fortitudinem meam,faciet pa-
cem mihi,pacem faciet mihi?
6 Qui ingrediuntur impetu ad Iacob, florebit &
germinabit Israel,& implebunt faciem orbis semi-
ne.
7 Numquid iuxta plagam percutientis se percussit
eum? aut sicut occidit interfectos eius, sic occisus
est?

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Etiam viam iudiciorum tuorum Domine sustinuimus
te,eo quod nomen tuum, & memoria tui est desiderium
animæ nostræ.
Animo meo desideraui te in nocte,etiam spiritu meo in
medio mei quæram te.
Nam quando iudicia tua fuerunt in terra, iustitiam
didicerunt habitatores orbis.
Gratia fiat impio,& non discet iustitiam in terra vbi
debet recta facere,inique aget, & non videbit sublimita-
tem Domini.
Domine excelsa est manus tua ne videant, videbunt,
& pudore afficientur inuidentes populo tuo. Etiam ignis
hostes tuos consumet.
Domine dispones pacem nobis,quia etiam omnia opera
nostra operatus es nobis.
Domine Deus noster dominati sunt nobis Domini abs-
que te. Tantum tibi fidimus, ideo memorabimus nomen
tuum.
Mortui non viuent, mortui qui dominati sunt nobis
non resurgent,propterea visitasti & dissipasti eos, & per-
didisti omnem memoriam eorum.
Addidisti genti Domine,addidisti genti, glorificasti te.
Elongasti vsque ad omnes terminos terræ.
Domine in angustia visitauerunt te,effuderunt oratio-
nem quando correctio tua fuit eis.
Sicut prægnans quum appropinquat partum dolet, cla-
mat in doloribus suis,sic fuimus a facie tua Domine.
Concepimus,parturiuimus,quasi peperimus spiritum:
salutes non sunt factæ in terra,nec ceciderunt habitato-
res orbis.
Viuent mortui, sicut cadauer meum resurgent: exper-
giscimini & laudate habitatores pulueris quia vt ros ole-
rum ros tuus,& terra mortuos proyciet.
Vade popule mi ingredere in cubicula tua, & claude
ostium tuum pro te,absconde teipsum paululum ad mo-
mentum donec transeat ira.
Ecce enim Dominus egreditur de loco suo, vt visitet
iniquitatem habitationis terræ super eum, & reuelabit
terra sanguinem suum & non operiet vltra interfectos
suos.

CAP. XXVII.

IN die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, &
grandi, & forti Leuiathan serpentem transeuntem ma-
re instar vectis ab extremo ad extremum, & Leuiathan
serpentem tortuosum,& occidet cetum qui est in mari.
In die illa vinea bonum cantando vinum faciens can-
tate ei.
Ego Dominus custodio eam ad momenta rigare faciam
eam, ne forte visitet eam hostis, nocte & die custodio
eam.
Ira non est mihi: quis det mihi,vt contra spinas & ve-
pres in prælium gradiar succendam eas pariter?
Vel tenebit fortitudinem meam, faciet pacem mihi,
pacem faciet mihi.
In diebus qui veniunt radicabit Iaacob, florebit &
germinabit Israel,& implebunt faciem orbis fructu.
Nunquid iuxta plagam percussi ab eo,percussit eum,
num secundum occisionem occisorum ab eo occisus est?

Transl. ex Septuag.

8 Via enim Domini, iudicium: sperauimus in nomine tuo,

9 Et in memoria, qua desiderat anima nostra de nocte: mane consurgit spiritus meus ad te Deus: quia lux praecepta tua super terram. Iustitiam discite, qui habitatis super terram.

10 Cessauit enim impius. Omnis, qui non didicerit iustitiam super terram; veritatem non faciet. Auferatur impius, vt non videat gloriam Domini.

11 Domine excelsum est brachium tuum, & nesciebant. Scientes autem confundentur. Zelus apprehendet populum ineruditum, & ignis aduersarios comedet.

12 Domine Deus noster pacem da nobis: omnia enim reddidisti nobis.

13 Domine Deus noster, posside nos Domine extra te alium nescimus: nomen tuum nominamus.

14 Mortui autem non videbunt, neque medici suscitabunt. Idcirco induxisti, & perdidisti & tulisti omne masculum eorum.

15 Adde eis mala Domine, adde mala gloriosis terrae.

16 Domine in tribulatione recordatus sum tui: in tribulatione parua, disciplina tua nobis.

17 Et sicut parturiens appropinquat ad pariendum, & in dolore suo clamauit, sic facti sumus dilecto tuo.

18 Propter timorem tuum Domine in vtero accepimus, & parturiuimus, & peperimus spiritum salutis tuae, quem fecimus super terram. Non cademus, sed cadent omnes habitantes terram.

19 Resurgent mortui, & expergiscentur, qui in monumentis, & laetabuntur, qui sunt in terra. Ros enim, qui a te, sanatio eis est: terra autem impiorum cadet.

20 Vade populus meus, ingredere in cubicula tua, claude ostium tuum, abscondere pusillum quantulumcumque: donec pertranseat ira Domini.

21 Ecce enim Dominus a sancto inducet iram super habitatores terrae, & reuelabit terra sanguinem suum, & non abscondet interfectos.

C A P. XXVII.

1 IN die illa inducet Deus gladium sanctum & magnum, & fortem super draconem colubrum fugientem, super draconem colubrum tortuosum: occidet draconem.

2 Die illo vinea bona, desiderium cantare super eam.

3 Ego ciuitas munita, ciuitas quae oppugnatur: frustra potum dabo illi. Capietur enim nocte: die autem cadet murus.

4 Non est quae non apprehenderit eam. Quis ponet me custodem stipulae in agro? Propter aduersarios hanc repuli eam. Idcirco igitur fecit Dominus omnia, quae disposuit.

5 Combusta sunt, clamabunt habitatores eius: faciamus pacem illi, faciamus pacem,

6 Venientes filii Iacob germinabit & florebit Israel & implebitur orbis terrarum fructu eius.

7 Non sicut ipse percussit, & ipse sic percutietur: & sicut ipse interfecit, sic interficietur.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

8 *[illegible] animae nostrae.*

9 *[illegible]*

10 *Fiat misericordia impio, & non discet iustitiam [illegible]*

11 *[illegible]*

12 *[illegible]*

13 *[illegible]*

14 *[illegible] & perdidisti omnem [illegible]*

15 *[illegible]*

16 *[illegible]*

17 *[illegible]*

18 *[illegible]*

19 *[illegible]*

20 *[illegible]*

21 *[illegible]*

C A P. XXVII.

1 *IN die illa [illegible] in gladio suo duro, & magno, & forti [illegible]*

2 *[illegible]*

3 *[illegible]*

4 *[illegible] simul?*

5 *[illegible] fortitudinem meam, vt faciat pacem mecum [illegible]*

6 *[illegible]*

7 *[illegible]*

Vulgat. Editio.

8 In mensura contra mensuram, cum abiecta fuerit, iudicabis eam: meditatus est in spiritu suo duro per diem æstus.

9 Idcirco super hoc dimittetur iniquitas domui Iacob: & iste omnis fructus vt auferatur peccatum eius, cum posuerit omnes lapides altaris sicut lapides cineris allisos, non stabunt luci & delubra.

10 Ciuitas enim munita desolata erit, speciosa relinquetur, & dimittetur quasi desertum: ibi pascetur vitulus, & ibi accubabit, & consumet summitates eius.

11 In siccitate messes illius conterentur, mulieres venientes, & docentes eam: non est enim populus sapiens, propterea non miserebitur eius, qui fecit eum: & qui formauit eum, non parcet ei.

12 Et erit: In die illa percutiet Dominus ab alueo fluminis vsque ad torrentem Aegypti, & vos congregabimini vnus & vnus filij Israel.

13 Et erit in die illa clangetur in tuba magna, & venient qui perditi fuerant de terra Assyriorum, & qui eiecti erant in terra Aegypti, & adorabunt Dominum in monte sancto in Ierusalem.

CAP. XXVIII.

1 VÆ coronæ superbiæ, ebriis Ephraim, & flori decidenti, gloriæ exultationis eius, qui erant in vertice vallis pinguissimæ, errantes à vino.

2 Ecce validus & fortis Dominus sicut impetus grandinis: turbo confringens, sicut impetus aquarum multarum inundantium, & emissarum super terram spatiosam.

3 Pedibus conculcabitur corona superbiæ ebriorum Ephraim.

4 Et erit flos decidens gloriæ exultationis eius, qui est super verticem vallis pinguium, quasi temporaneum ante maturitatem autumni: quod cum aspexerit videns, statim vt manu tenuerit, deuorabit illud.

5 In die illa erit Dominus exercituum corona gloriæ, & sertum exultationis residuo populi sui:

6 Et spiritus iudicij sedenti super iudicium, & fortitudo reuertentibus de bello ad portam.

7 Verum hi quoque præ vino nescierunt, & præ ebrietate errauerunt: sacerdos & propheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt à vino, errauerunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignorauerunt iudicium.

8 Omnes enim mensæ repletæ sunt vomitu sordiumque, ita vt non esset vltra locus.

9 Quem docebit scientiam? & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus.

10 Quia manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi.

1. Cor. 14. 21.

11 In loquela enim labij, & lingua altera loquetur ad populum istum.

12 Cui dixit: Hæc est requies mea, reficite lassum, & hoc est meum refrigerium: & noluerunt audire.

Et

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

8 *In mensura, in plantationibus eius iudicabis eam, remouit vento suo duro tempore quo flat eurus.*

9 *Iccirco in hoc propitiabitur iniquitas Iahacob & hoc erit omnis fructus vt remoueat peccatum suum cum posuerit ipse omnes lapides altaris sicut lapides calcis dirutos, non stabunt luci & idola.*

10 *Ciuitas enim munita solitaria habitaculum dimissum, & derelictum veluti desertum: ibi pascetur vitulus, & ibi accubabit, & consumet ramos eius.*

11 *Dum aruerit rami eius conterentur, mulieres venientes succendunt eos: non enim populus intelligentiarum est, ideo non miserebitur eius, qui fecit eum: & qui formauit eum, non miserebitur eius.*

12 *Et erit: In die illa excutient Dominus ab alueo fluminis vsque ad torrentem Aegypti, & vos colligemini singillatim filij Israel.*

13 *Et erit: In die illa clanget tuba magna, & venient qui perditi fuerant in terram Assur, & expulsi in terram Aegypti, & incuruabunt se Domino in monte sanctitatis Ierusalaim.*

CAP. XXVIII.

1 *VAE coronæ superbiæ, ebrijs Ephraim, & flori decidenti, desiderio gloriæ eius, quæ erant super verticem vallis pinguium concussi vino.*

2 *Ecce dies validus & fortis Domino sicut tempestas grandinis vt turbo excisionis, sicut tempestas aquarum multarum inundantium, in terra in fortitudine.*

3 *Pedibus calcabuntur corona superbiæ, ebrij Ephraim.*

4 *Et erit flos decidens, desiderium decoris eius, qui est super verticem vallis pinguium, sicut præcox ficus quæ venit ante fructus æstatis quam quum viderit videns mox existente in manu eius deglutiet.*

5 *In die illa erit Dominus exercituum vt corona desiderij & sertum gloriæ residuo populi sui.*

6 *Et erit spiritus iudicij sedenti supernum iudicij, & fortitudo quum retrahere fecerint eos in bello vsque ad portam.*

7 *Et etiam isti propter vinum errauerunt, & propter sechar errauerunt, sacerdos & propheta errauerunt propter sechar perierunt, propter vinum, errauerunt propter sechar, errauerunt in visione, impegerunt in iudicio.*

8 *Omnes enim mensæ repletæ sunt vomitu, & sorde, vt non sit locus absque sorde.*

9 *Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet quod audiuit? vt pueri sunt ablactati à lacte, auulsi ab vberibus.*

10 *Nam vt mos est pueris datur eis præceptum post præceptum, præceptum post præceptum, linea post lineam, linea post lineam, parum ibi, parum ibi.*

11 *Quia balbutientibus labijs, & lingua altera loquetur* propheta *ad populum istum*

12 *Ad quos dixit propheta: Hæc requies est, requiem præstate lasso, & hæc requies: & noluerunt audire.*

Et

Transl. ex Septuag.

8 Rixans,& exprobrans emittet eos. Nonne tu eras, qui meditabaris spiritu duro interficere eos spiritu furoris?

9 Propterea auferetur iniquitas Iacob, & hoc erit benedictio eius;cum abstulero peccatum eius:quando posuerint omnes lapides ararum contritos,quasi cinerem minutum: & non perseuerabunt arbores eorum: & idola eorum succisa, quasi lucus longe:

10 Habitans grex dimittetur, sicut grex derelictus: & erit multo tempore in pastionem: & ibi requiescent greges:

11 Et post tempus non erit in ea omne viride; quia exiccatum est. Mulieres venientes à spectaculo venite:non est enim populus habens intelligentiam. Propterea non miserebitur eorum,qui fecit: & qui formauit eos,non parcet.

12 Et erit in die illa concludet Deus à fossa fluminis vsque adRhinocoruram. Vos autem congregate singulos filios Israel.

13 Et erit in die illa canent tuba magna: & venient, qui perierant in regione Assyriorum, &,qui perierant in Aegypto: & adorabunt Dominum super montem sanctum in Hierusalem.

CAP. XXVIII.

1 VÆ coronæ iniuriæ, mercenarij Ephræm: flos cadens de gloria super verticem montis pinguis,qui ebrij estis absque vino.

2 Ecce forte,& durum furor,sicut grando,quæ fertur in pronum,non habens tegmen, quæ violenter decidit:sicut aquæ magna multitudo trahens regionem,terræ faciet requiem,

3 Manibus, & pedibus conculcabitur corona iniuriæ mercenarij Ephræm.

4 Et erit flos,qui decidit de spe gloriæ,in summitate montis excelsi,sicut præmatura ficus, quam qui viderit,antequam sumat manu, cupiet eam deuorare.

5 Die illa erit Dominus Sabaoth corona gloriæ, quæ compacta est gloriæ,reliquiis populi.

6 Relinquentur in spiritu iudicij super iudicium, & fortitudinem vetantium interficere.

7 Isti enim vino deliquerunt, errarunt propter siceram:sacerdos,& propheta exciderunt mente propter siceram, absorpti sunt propter vinum, vacillauerunt propter ebrietatem, errauerunt: hoc est phasma.

8 Maledictio comedet hoc consil um:siquidem istud consilium propter auaritiam est.

9 Cui annunciauimus mala, & cui annunciauimus nuncium?qui ablactati sunt à lacte, qui abstracti ab vbere.

10 Tribulationem super tribulationem expecta,spem super spem:adhuc parum,adhuc parum.

11 Propter irrisionem labiorum,propter linguam alteram:quia loquentur populo huic,

12 Dicentes eis:hæc est requies esurienti,& hæc contritio:& noluerunt audire.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

8 *In mensura,in plantatione eius iudicabis eam, remouebit Deus vento suo duro tempore quo flat Eurus.*

9 *Idcirco hoc pacto remouebitur iniquitas Iaacob & iste erit vniuersus fructus, vt remoueat peccatum eius. quum posuerit ipse omnes lapides altaris, sicut lapides calcis dirutos, & non stent luci & idola.*

10 *Ciuitas enim munita, solitaria erit, habitaculum dimissum erit, & derelictum velut desertum: ibi pascetur vitulus, ibique accubabit, & consumet ramos eius.*

11 *Quum aruerint ramusculi eius, conterentur: mulieres venient, succendent eos: non enim populus intelligentiarum est, ideo non miserebitur eius qui fecit eum, & qui formauit eum non miserebitur eius.*

12 *Et erit,in die illa excutiet suos Iehouah ab alueo fluminis vsque ad torrentem Aegypti: & vos colligemini singillatim filij Israel.*

13 *Et erit,in die illa clangetur tuba magna, & venient qui perierant in terra Assur, & expulsi fuerant in terram Aegypti, & incuruabunt se Iehouæ in monte sanctitatis Ierusalaim.*

CAP. XXVIII.

1 *VAE coronæ superbiæ, & ebrijs Ephraim, & flori decidenti, gloriæ decoris eius, quæ est super verticem vallis pinguium, qui sunt concussi vino.*

2 *Ecce deus validus & fortis Domino tanquam tempestas grandinis, & turbo excidens, velut tempestas aquarum multarum inundantium, quæ deijcit in terram in fortitudine.*

3 *Pedibus conculcabuntur corona superbiæ, & ebrij Ephraim:*

4 *Eritque flos decidens gloria decoris eius, quæ est super verticem vallis pinguium, sicut præcox ficus quæ venit ante fructus æstatis: quam quum viderit videns, dum adhuc fuerit in manu eius, deglutit eam.*

5 *In die illa erit Iehouah exercituum corona gloriæ & cidaris gloriæ residuo populi sui.*

6 *Et erit spiritus iudicij sedenti super thronum iudicij, & fortitudo vertentibus prælium vsque ad portam.*

7 *Et isti quoque propter vinum errauerunt, & propter Sechar errauerunt:sacerdos & propheta errauerunt propter Sechar, absorpti sunt præ vino, errauerunt propter Sechar, errauerunt in visione, impegerunt in iudicio.*

8 *Omnes enim mensæ repletæ sunt vomitu & sorde, ita vt non sit locus absque sorde.*

9 *Quem docebit vltra Propheta scientiam, & quem intelligere faciet quod audiuit? sunt vt pueri ablactati à lacte, auulsi ab vberibus.*

10 *Nam vt pueris, datur eis præceptum post præceptum, præceptum post præceptum: linea post lineam, linea post lineam: parum ibi, parum ibi.*

11 *Quia balbutientibus labijs, & lingua altera loquetur propheta ad populum istum.*

12 *Ad quos dixit propheta, Hæc requies est, requiem præstate lasso, & hæc requies: & noluerunt audire.*

Vulgat. Editio.

13 Et erit eis verbum Domini: Manda, remanda,
manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpe-
cta, modicum ibi, modicum ibi: vt vadant, & cadant
retrorsum, & conterantur, & illaqueentur, & ca-
piantur.
14 Propter hoc audite verbum Domini viri illuso-
res, qui dominamini super populum meum, qui est
in Ierusalem.
15 Dixistis enim: Percussimus fœdus cum morte, &
cum inferno fecimus pactum. Flagellum inundans
cum transierit, non veniet super nos: quia posuimus
mendacium spem nostram, & mendacio protecti
sumus.
16 Idcirco hæc dicit Dominus Deus: * Ecce ego mit-
tam in fundamentis Sion lapidem, lapidem proba-
tum, angularem, pretiosum, in fundamento funda-
tum, qui crediderit non festinet.
17 Et ponam in pondere iudicium, & iustitiam in
mensura & subuertet grando spem mendacij: &
protectionem aquæ inundabunt.
18 Et delebitur fœdus vestrum cum morte, & pa-
ctum vestrum cum inferno non stabit: flagellum
inundans cum transierit, eritis ei in conculcatio
nem.
19 Quandocumque pertransierit, tollet vos: quo-
niam mane diluculo pertransibit in die & in nocte,
& tantummodo sola vexatio intellectum dabit au-
ditui.
20 Coangustatum est enim stratum, ita vt alter deci-
dat: & pallium breue vtrumque operire non po-
test.
21 Sicut enim in monte diuisionum stabit Domi-
nus: * sicut in valle, quæ est in Gabaon, irascetur: vt
faciat opus suum, alienum opus eius: vt operetur
opus suum, peregrinum est opus eius ab eo.
22 Et nunc nolite illudere, ne forte constringantur
vincula vestra, consummationem enim & abbreuia-
tionem audiui à Domino Deo exercituum super
vniuersam terram.
23 Auribus percipite, & audite vocem meam, atten-
dite, & audite eloquium meum.
24 Numquid tota die arabit arans vt serat, proscin-
det & sarriet humum suam?
25 Nonne cum adæquauerit faciem eius, seret gith,
& cyminum sparget, & ponet triticum per ordi-
nem, & hordeum, & milium, & viciam in finibus
suis?
26 Et erudiet illum in iudicio: Deus suus docebit
illum.
27 Non enim in serris triturabitur gith, nec rota
plaustri super cyminum circuibit: sed in virga ex-
cutietur gith & cyminum in baculo.
28 Panis autem comminuetur: verum non in per-
petuum triturans triturabit illum, neque vexabit
eum rota plaustri, nec vngulis suis comminuet
eum.
29 Et hoc à Domino Deo exercituum, exiuit, vt
mirabile faceret consilium, & magnificaret iusti-
tiam.

*Ps. 117. 22. Mat. 24. 42. Act. 4. 11. 1. Pet. 2. 6. Ro. 9. 33.

2. Reg. 5. 20. 1. Par. 14. 11. * Ios. 10. 10.

CAP. XXIX.

1 VAe Ariel, Ariel ciuitas, quam expugnauit Da-
uid: additus est annus ad annum: sollemnitates
euolutæ sunt.
2 Et circumuallabo Ariel, & erit tristis & mœrens,
& erit mihi quasi Ariel.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

13 *Et erit eis verbum Domini præceptum post præceptum,*
præceptum post præceptum, regula post regulam, regula
post regulam, parum ibi, parum ibi: vt vadant & cadant
retrorsum, & conterantur, & illaqueentur, & capian-
tur.
14 *Propter hoc audite verbum Domini viri illusores, do-*
minatores populi huius, qui est in Ierusalaim.
15 *Dixistis enim. Percussimus fœdus cum morte & cum*
sepulchro fecimus pactum propheta. Flagellum inundans
cum transierit non veniet nobis, quia posuimus menda-
cium spem nostram, & mendacio occultati erimus.
16 *Iccirco sic dixit Dominus Deus: Ecce ego fundo in Sijon*
lapidem, lapidem munitionis, Anguli pretiosi: fundamenti
fundati. Qui credit, non festinet, vt videat hoc.
17 *Et ponam iudicium lineæ, & iustitia mensuræ & ver-*
tet grando spem mendacij, & occultationem aquæ inun-
dabunt.
18 *Et remouebitur fœdus vestrum cum morte, & visio ve-*
stra cum sepulchro non stabit: flagello inundanti cum
transierit, eritis in conculcationem.
19 *A tempore quo transierit ipse tollet vos, quoniam sin-*
gulo mane transiet die, & nocte. Et erit tantum pauor
intelligere famam eorum, quæ vobis contigerunt.
20 *Breuis est enim stratus vt non possint se extendere in*
eo, & operimentum angustum est, vt seipsos non possint
colligere sub eo.
21 *Quia sicut in monte Perasim surget Dominus, sicut*
in valle in Ghibhon irascetur vt faciat opus suum. Ex-
traneum est opus eius: & faciet inquam opus suum, &
erit res stupenda.
22 *Et nunc ne deludatis vos, ne forte fortificentur vincula*
vestra, quia consumptionem & rem decisam audiui à Do-
mino Deo exercituum super omnem terram.
23 *Auribus percipite & audite vocem meam, attendite &*
audite eloquium meum.
24 *Nunquid tota die arabit arans, vt serat? proscindet, &*
colet humum suam?
25 *Nonne si adæquauerit faciem eius, disperget nigel-*
lam, & cyminum sparget, & ponet triticum mensuratum,
& hordeum signatum, & speltam in termino eius?
26 *Et erudiet satorem illum ad iudicium, Deus eius doce-*
bit eum.
27 *Quia non in tribula triturabitur nigella, & rota plau-*
stri super cyminum circumdabitur, sed virga excutietur
nigella, & cyminum baculo.
28 *Panis comminuetur, quia non in perpetuum triturando*
triturabit illum, nec conteret rotam plaustri eius, & den-
tibus eius non comminuet eum.
29 *Etiam hoc à Domino exercituum exiuit, mirificauit*
consilium, magnificauit sapientiam.

CAP. XXIX.

1 V*AE Ariel, Ariel ciuitas* in qua *mansit David. Addite*
annum super annum, & agnos iugulent.
2 *Et coangustaui Ariel, & erit planctus, & luctus, &*
erit mihi sicut Ariel.

Transl. ex Septuag.

Et erit eis sermo Domini tribulatio super tribulationem: adhuc parum, adhuc parum, vt vadant, & cadant retrorsum: & conterentur, & periclitabantur, & capientur.

Propterea audite verbum Domini viri tribulati, & principes populi huius, qui est in Hierusalem:

Quia dixistis: Fecimus testamentum cum inferno, & cum morte pacta; tempestas irruens si pertransierit, non veniet super nos: posuimus mendacium spem nostram: & mendacio protegemur.

Propterea sic dicit Dominus Dominus: Ecce ego immittam in fundamenta Sion lapidem preciosum electum summum angularem honorabilem in fundamenta eius: & qui crediderit, non confundetur.

Et ponam iudicium in spem: misericordia autem mea in pondera: & qui confiderunt frustra mendacio: quoniam non transibit per vos tempestas:

Nonne etiam auferet testamentum mortis, & spes vestra, quæ erga infernum, non permanebit? Tempestas ruens si superuenerit; eritis ei in conculcationem.

Cum pertransierit; tollet vos, manè mane transibit, die, & in nocte erit spes pessima. Discite audire, qui estis in tribulatione:

Non possumus pugnare: ipsi autem infirmi sumus, vt vos congregemini.

Sicut mons impiorum consurget Dominus, & erit in valle Gabaon: cum furore faciet opera sua, amaritudinis opus: & furor eius aliene vtetur, & perditio eius aliena.

Et vos nolite lætari: neque confortentur vincula vestra: quia consummatas, & abbreuiatas res audiui à Domino Sabaoth, quas facturus est super omnem terram.

Auribus percipite, & audite vocem meam: attendite, & audite sermones meos.

Nunquid tota die arabit, qui arat? aut sementem præparabit, antequam operetur terram?

Nonne, cum adæquauerit faciem eius, tunc seminat paruum melanthium, aut cyminum, & rursus seminat triticum, & hordeum, & milium, & speltam in finibus tuis?

Et erudieris iudicio Dei tui, & lætaberis.

Non enim cum duritia mundatur melanthium, neque rota plaustri circuit super cyminum: sed virga excutitur melanthium; cyminum autem cum pane comedetur.

Neque enim in sempiternum equidem irascar vobis: nec vox amaritudinis meæ conculcabit vos.

Et hæc à Domino Sabaoth sunt egressa portenta. Inite consilium: exaltate vanam consolationem.

CAP. XXIX.

VAe Ariel ciuitas, quam expugnauit David. Congregate genimina, annum super annum: comedite: comedetis enim cum Moab:

Coangustabo enim Ariel: & erit fortitudo illius, & diuitiæ mihi:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

13 *Et erit eis verbum Iehouæ, præceptum post præceptum, præceptum post præceptum: linea post lineam, linea post lineam: parum ibi, parum ibi: vt vadant, & corruant retrorsum, & conterantur, & illaqueentur, & capiantur.*

14 *Propter hoc audite verbum Iehouæ viri illusores, dominatores populi huius, qui est in Ierusalaim.*

15 *Dixistis enim, Percussimus fœdus cum morte, & cum sepulchro fecimus pactum: flagellum inundans quum transierit non eueniet nobis: quia posuimus mendacium spem nostram, & in mendacio occultati erimus.*

16 *Propterea inquam, sic dixit Dominus Iehouah, Ecce ego fundo in Sijon lapidem, lapidem munitionis, anguli pretiosi, fundamenti fundati: qui credit, ne festinet.*

17 *Et ponam iudicium ad lineam, & iustitiam ad trutinam, & vertet grando spem mendacij, & occultationem aquæ inundabunt.*

18 *Et remouebitur fœdus vestrum cum morte, & visio vestra cum sepulchro non stabit: flagello inundanti quum transierit, eritis in conculcationem.*

19 *Ex quo tempore transire cœperit, ipse tollet vos: quoniam singulis diebus transibit diu & noctu, & erit tantum pauor intelligere famam eorum quæ vobis contigerunt.*

20 *Breuius enim erit stratum quam vt possint se extendere in eo, & operimentum erit angustius, quam vt seipsos possint colligere sub eo.*

21 *Sicut enim in monte Perasim, consurget Iehouah, sicut in valle quæ est in Gibon irascetur, vt faciat opus suum, extraneum opus suum: & vt operetur operationem suam, extraneam operationem suam.*

22 *Nunc igitur ne illudatis, ne inualescant vincula vestra: quia consumptionem & quidem decisam audiui à Domino Iehoua exercituum super vniuersam terram*

23 *Auribus percipite, & audite vocem meam: attendite, & audite eloquium meum.*

24 *Nunquid tota die arabit arans, vt serat? proscindet, & contundet glebas terræ suæ?*

25 *Nonne quum adæquauerit faciem eius, tunc disperdet nigellam, & cyminum sparget, ponetq́; triticum mensuratum, & hordeum signatum, atque speltam in termino suo?*

26 *Erudit enim satorem illum ad iudicium, Deus suus docet eum.*

27 *Non enim tribula trituratur nigella, nec rota plaustri super cyminum circunducitur, sed virga excutitur nigella, & cyminum baculo.*

28 *Panis comminuetur, sed non in perpetuum triturando triturabit illum, nec conteret rota plaustri eius, & dentibus illius non comminuet eum.*

29 *Etiam hoc à Iehouah exercituum egressum est, qui mirificauit consilium, magnificauit sapientiam.*

CAP. XXIX.

1 *VAE Ariel, Ariel ciuitas in qua mansit Dauid: addite annum super annum, agni deficient.*

2 *Et coangustabo Ariel, eritq́; in vrbe planctus, & luctus: & erit mihi tanquam Ariel.*

Vulgat. Editio.

Et circumdabo quaſi ſphæram in circuitu tuo,& iaciam contra te aggerem, & unimenta ponam in obſidionem tuam.

Humiliaberis, de terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum: & erit quaſi pythonis de terra vox tua, & de humo eloquium tuum muſſitabit.

Et erit ſicut puluis tenuis multitudo ventilantium te: & ſicut fauilla pertranſiens multitudo eorum,qui contra te præualuerunt:

Eritque repente confeſtim. A Domino exercituum viſitabitur in tonitruo,& commotione terræ, & voce magna turbinis & tempeſtatis, & flammæ ignis deuorantis.

Et erit ſicut ſomnium viſionis nocturnæ multitudo omnium Gentium,quæ dimicauerunt contra Ariel,& omnes qui militauerunt & obſederunt,& præualuerunt aduerſus eam.

Et ſicut ſomniat eſuriens,& comedit,cum autem fuerit expergefactus, vacua eſt anima eius: & ſicut ſomniat ſitiens, & bibit, & poſtquam fuerit expergefactus, laſſus adhuc ſitit, & anima eius vacua eſt: ſic erit multitudo omnium Gentium, quæ dimicauerunt contra montem Sion.

Obſtupeſcite,& admiramini, fluctuate,& vacillate:inebriamini,& non à vino: mouemini, & non ab ebrietate.

Quoniam miſcuit vobis Dominus ſpiritum ſoporis,claudet oculos veſtros, prophetas & principes veſtros,qui vident viſiones,operiet.

Et erit vobis viſio omnium ſicut verba libri ſignati, quem cum dederint ſcienti litteras, dicent: Lege iſtum:& reſpondebit:Non poſſum; ſignatus eſt enim.

Et dabitur liber neſcienti litteras, diceturque ei: Lege,& reſpondebit.Neſcio litteras.

* Mat. 15. 8. Mar. 7. 6.

Et dixit Dominus: * Eo quod appropinquat populus iſte ore ſuo,& labiis ſuis glorificat me,cor autem eius longe eſt à me, & timuerunt me mandato hominum & doctrinis:

* 1. Cor. 1. 19. Abd. 1. 8.

Ideo ecce ego addam vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi & ſtupendo: * peribit enim ſapientia à ſapientibus eius, & intellectus prudentium eius abſcondetur,

Væ, qui profundi eſtis corde, vt à Domino abſcondatis conſilium: quorum ſunt in tenebris opera,& dicunt: Quis videt nos,& quis nouit nos?

Peruerſa eſt hæc veſtra cogitatio: quaſi ſi lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori ſuo: Non feciſti me:& figmentum dicat fictori ſuo: Non intelligis.

Nonne adhuc in modico & in breui conuertetur Libanus in charmel, & charmel in ſaltum reputabitur?

Et audient in die illa ſurdi verba libri,& de tenebris & caligine oculi cæcorum videbunt.

Et addent mites in Domino lætitiam, & pauperes homines in ſancto Iſrael exultabunt:

Quoniam defecit,qui præualebat, conſummatus eſt illuſor,& ſucciſi ſunt omnes qui vigilabant ſuper iniquitatem:

Qui peccare faciebant homines in verbo, & arguentem in porta ſupplantabant, & declinauerunt fruſtra à iuſto.

Tranſl.ex Heb.Sanct,Pagn.

3 *Et caſtrametabor in circuitu tuo ſicut pilus rotunda contra te, & obſidebo te turri lignea & ſtatuam contra te munitiones.*

4 *Et humiliabis te,*& humili voce ac ſi exiret *de terra, loqueris, & è puluere humile erit eloquium tuum.Et erit* tenuis *ſicut pytonis de terra vox tua, &* ac ſi exiret *de puluere eloquium tuum,garriet.*

5 *Et erit ſicut puluis tenuis multitudo diſpergentium te, & ſicut gluma tranſiens multitudo fortium.*

6 *Eritq́; ſtatim ſubito à Domino exercituum viſitabitur in tonitruo,& in concuſſione, & voce magna. Turbine, tempeſtate, & flamma ignis conſumente.*

7. *Et erit ſicut ſomnium viſionis nocturnæ, multitudo omnium gentium quæ dimicabunt contra Ariel,& omnes militantes contra eam, & munitiones facientes contra eam,& anguſtiis afficientes eam.*

8 *Et erit ſicut qui ſomniat eſuriens,& ecce comedit, & expergiſcetur,& vacua erit anima eius, & qui madmodum ſomniat ſitiens, & ecce bibit, & expergiſcetur, & ecce erit laſſus, & anima eius appetit,ſic erit multitudo omnium gentium, quæ dimicabunt contra montem Syon.*

9 *Tardi eſtote,& admiramini, excæcati ſunt,& alios excæcauerunt. ebrij fuerunt,& non vino,moti ſunt & non potu inebriatiuo.*

10 *Quoniam operuit vos Dominus ſpiritu ſoporis, & clauſit oculos veſtros, prophetas, & principes veſtros qui vident, operuit.*

11 *Et erit vobis viſio omnium prophetarum, ſicut verba epiſtolæ ſignatæ quam dabunt ſcienti literas dicendo, lege nunc iſtam,& dicet,non poſſum,quia ſignata eſt.*

12 *Et dabitur epiſtola ei qui non ſciuit literas dicendo, lege nunc iſtam,& dicet,non noui literas.*

13 *Et dixit Dominus. Pro eo quod appropinquauit populus iſte ore ſuo, & labiis ſuis honorauerunt me. Cor autem eius elongauit ſe à me,& fuit timor eorum* quo timuerunt *me,ſicut mandatum hominum edoctum.*

14 *Ideo ecce ego addo vt mira faciam in populo iſto, vt mira faciam,& miraculum,& peribit ſapientia ſapientium eius,& intelligentia intelligentium eius abſcondet ſe*

15 *Væ ijs qui profundi ſunt à Domino vt abſcondant conſilium, & ſunt in tenebris opera eorum, & dixerunt. Quis videt nos,& quis cognoſcit nos?*

16 *Subuerſio veſtra vere ſicut lutum figuli reputabitur. Num dicet opus factori ſuo, non fecit me, & figmentum dicet fictori ſuo,non intellexit?*

17 *Nonne adhuc breuiſſimo tempore conuertetur Lebanon in Charmel,& Charmel, vt ſylua reputabitur?*

18 *Et audient in die illa* qui modo ſunt *ſurdi verba libri, & de caligine, & de tenebris oculi cæcorum videbunt.*

19 *Et addent mites in Domino lætitiam, & mendici hominum in ſancto Iſrael exultabunt.*

20 *Quum defecerit fortis,& defecerit illuſor & ſuccidentur omnes qui perſeuerant in iniquitate,*

21 *Peccare facientes hominem in verbo,& increpanti in porta laqueos tendent,& declinare fecerunt inaniter iuſtum.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

3 Et circundabo, ficut Dauid, fuper te : & mittam vallum in circuitu tuo : & ponam per gyrum tui turres:

4 Et humiliabuntur in terram fermones tui : & in terram occident verba tua. Et erunt, ficut loquentium de terra.vox tua : & ad pauimentum vox tua infirmabitur.

5 Et erunt ficut puluis de rota, diuitiæ impiorum, & ficut lanugo, quæ rumpitur, multitudo opprimentium te:eritque,quafi punctus repente

6 A Domino Sabaoth. Vifitatio enim erit cum tonitru, & commotione, & voce magna tempeftas ruens,& flamma ignis deuorans.

7 Et erunt,ficut fomnians per fomnos noctis,diuitiæ omnium gentium, quæ militauerunt contra Ariel,& omnes,qui pugnabant contra Hierufalem, & vniuerfi, qui congregati funt fuper eam, & qui affligebant eam.

8 Et ficut qui in fomno bibunt,& comedunt,cumque furrexerint, vanum eft fomnium:& ficut fomniat,qui fitit,quafi bibens,& cum furrexerit, adhuc fitit,& anima eius fruftra fperauit: fic erunt diuitiæ omnium gentium,quicumque militauerunt contra montem Sion.

9 Diffoluimini,& obftupefcite,& crapulamini non à ficera,neque à vino:

10 Quoniam potauit vos Dominus fpiritu compunctionis : & claudet oculos eorum, & prophetarum eorum,& principū eorum,qui vident occulta.

11 Et erunt vobis omnia verba hæc,ficut verba libri fignati huius; quē fi dederint ipfum homini fcienti litteras,dicentes,lege hæc;& dicet:non poffum legere:fignatus enim eft.

12 Et dabitur liber hic in manus hominis nefcientis litteras, & dicet ei,lege hunc: & dicet,nefcio litteras.

13 Et ait Dominus: Approinquat mihi populus ifte ore fuo,& in labiis fuis honorant me: cor autem eorum longe abeft à me.Fruftra autem colunt me,docentes hominum præcepta,atque doctrinas.

14 Propterea ecce adijciam, vt transferam populum iftum.Et transferam eos : & perdam fapientiam fapientum:& prudentiam prudentium abfcondam.

15 Væ, qui profundum confilium faciunt, & non per Dominum. Væ, qui in occulto confilium faciunt, & erunt in tenebris opera eorum : & dicent: quis vidit nos? & quis fciet nos, vel, quæ nos fecimus?

16 Nonne vt lutum figuli reputabimini? Nunquid dicet figmentum fictori fuo, non tu me formafti? aut factum factori,non fapienter me fecifti?

17 Nonne adhuc modicum;& transferetur Libanus, ficut mons Chermel,& Chermel in faltum reputabitur?

18 Et audient in die illa furdi verba libri : & qui in tenebris, & qui in nebula, oculi cæcorum videbunt:

19 Et lætabuntur inopes propter Dominum in lætitia:& defperati homines implebuntur lætitia.

20 Defecit iniquus,& periit fuperbus: & exterminati funt,qui inique agunt in malitia,

21 Et qui faciunt peccare homines in verbo : omnes autem arguentes in portis, offenfionem ponent; quia obliquauerunt pro iniuftis iuftum.

Noua ex Heb. Tralat.Fr.Vatabli.

3 *Et caftrametabor in circuitu tuo inftar pilæ rotundæ contra te, & obfidebo te turri lignea & erigam contra te munitiones.*

4 *Et humiliaberis, & quafi de terra loqueris, & velut è puluere humile erit eloquium tuum : eritq́ vt pytonis, quafi de terra vox tua, & ac fi exiret de puluere eloquium tuum garriet.*

5 *Eritq́ velut puluis tenuis multitudo difpergentium te, & ficut gluma tranfiens multitudo fortium : eritq́ repente ac fubito.*

6 *A Iehoua exercituum vifitabitur in tonitru, & in concuffione, & voce magna turbine, & tempeftate, & flamma ignis confumente eam.*

7 *Eritq́ ficut fomnium vifionis nocturnæ multitudo omnium gentium quæ dimicabunt contra Ariel, & omnes militantes contra eam, & munitiones extruentes contra eam, & anguftiis afficientes ipfam.*

8 *Et erit, ficut qui fomniat efuriens, & ecce comedit : quumq́ expergifcitur, vacua eft anima eius: & vt fomniat fitiens, & ecce bibit, expergifcitur vero, & ecce eft laffus, & anima eius appetit: fic erit multitudo omnium gentium quæ dimicabunt contra montem Syon.*

9 *Tardate, & admiramini : excæcati funt prophetæ, & vos excæcauerunt : inebriati funt, & non vino: nutauerunt, & non fichera.*

10 *Quoniam operuit vos Iehouah fpiritu foporis, & claufit oculos veftros: prophetas, & principes veftros qui vident, operuit.*

11 *Eritq́ vobis vifio omnium verorum prophetarum, ficut verba epiftolæ obfignatæ, quam dabunt fcienti literas, dicendo, Lege nunc iftam: & dicet, Non poffum, quia obfignata eft.*

12 *Et dabitur epiftola ei qui non nouit literas, dicendo, Lege nunc iftam: & dicet, Non noui literas.*

13 *Dixit itaque Dominus, Propterea quod appropinquauit populus ifte ore fuo, & labiis fuis honorauerunt me: cor autem eius elongauit fe à me, fuitq́ timor eorum quo timuerunt me, mandatum hominum edoctum.*

14 *Propterea inquam ecce ego addam vt mira faciam in populo ifto : mira inquam & miraculum : peribitq́ fapientia fapientum eius, & intelligentia intelligentium eius abfcondet fefe*

15 *Væ iis qui profundi funt vt à Iehoua abfcondant confilium, & funt in tenebris opera eorum, & dixerunt, Quis videt nos? & quinam cognofcunt nos?*

16 *Subuerfio veftra vere ficut lutum figuli reputabitur. num dicet opus de factore fuo, Non fecit me, & figmentum dicet de fictore fuo, Non intelligit?*

17 *Nonne adhuc paululum paululum, & conuertetur Lebanon in Charmel, & Charmel vt fyluæ reputabitur?*

18 *Audientq́ in die illa qui modo funt furdi verba libri: & de caligine & tenebris oculi cæcorum videbunt.*

19 *Et addent mites in Iehoua lætitiam, & mendici hominum in fancto Ifraël exultabunt.*

20 *Quum defecerit fortis, & confumptus fuerit illufor, fuccidenturq́ omnes qui perfeuerant in iniquitate,*

21 *Peccare facientes hominem in verbo, & ei qui increpat eos in porta laqueos tendunt, declinareq́ faciunt fruftra iuftum.*

Vulgat. Editio.

22 Propter hoc, hæc dicit Dominus ad domum Iacob, qui redemit Abraham: Non modo confundetur Iacob, nec modo vultus eius erubescet.

23 Sed, cum viderit filios suos, opera manuum mearum in medio sui sanctificantes nomen meum, & sanctificabunt sanctum Iacob, & Deum Israel prædicabunt,

24 Et scient errantes spiritu, intellectum: & mussitatores discent legem.

CAP. XXX.

1 VÆ filij desertores, dicit Dominus, vt faceretis consilium, & non ex me: & ordiremini telam, & non per spiritum meum, vt adderetis peccatum super peccatum:

2 Qui ambulatis vt descendatis in Aegyptum, & os meum non interrogastis, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in vmbra Aegypti.

3 Et erit vobis fortitudo Pharaonis in confusionem, & fiducia vmbræ Aegypti in ignominiam.

4 Erant enim in Tani principes tui, & nuncij tui vsque ad Hanes peruenerunt.

5 Omnes confusi sunt super populo, qui eis prodesse non potuit: non fuerunt in auxilium & in aliquam vtilitatem, sed in confusionem & in opprobrium.

6 Onus iumentorum Austri. In terra tribulationis & angustiæ leæna & leo ex eis, vipera & regulus volans, portantes super humeros iumentorum diuitias suas, & super gibbum camelorum thesauros suos ad populum, qui eis prodesse non poterit.

7 Aegyptus enim frustra & vane auxiliabitur: ideo clamaui super hoc: Superbia tantum est, quiesce.

8 Nunc ergo ingressus scribe ei super buxum, & in libro diligenter exara illud, & erit in die nouissimo in testimonium vsque in æternum.

9 Populus enim ad iracundiam prouocans est, & filij mendaces, filij nolentes audire legem Dei.

10 Qui dicunt videntibus: Nolite videre: & aspicientibus; Nolite aspicere nobis ea, quæ recta sunt: loquimini nobis placentia, videte nobis errores.

11 Auferte à me viam, declinate à me semitam, cesset à facie nostra Sanctus Israel.

12 Propterea hæc dicit sanctus Israel: Pro eo quod reprobastis verbum hoc, & sperastis in calumnia & in tumultu, & innixi estis super eo:

13 Propterea erit vobis iniquitas hæc sicut interruptio cadens, & requisita in muro excelso, quoniam subito, dum non speratur, veniet contritio eius.

14 Et comminuetur sicut conteritur lagena figuli contritione perualida: & non inuenietur de fragmentis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea.

15 Quia hæc dicit Dominus Deus Sanctus Israel: Si reuertamini & quiescatis, salui eritis: in silentio, & in spe erit fortitudo vestra. Et noluistis:

16 Et dixistis: Nequaquam, sed ad equos fugiemus: ideo fugietis. Et super veloces ascendemus: ideo velociores erunt, qui persequentur vos.

17 Mille homines à facie terroris vnius: & à facie terroris quinque fugietis, donec relinquamini quasi malus nauis in vertice montis, & quasi signum super collem.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Idcirco sic dixit Dominus ad domum Iahacob, qui redemit Abraham. Non modo pudore afficietur Iahacob, & non modo facies eius albescet.

Quinimo cum viderit ipse natos suos, opus manuum mearum in medio eius, sanctificabunt nomen meum, & sanctificabunt sanctum Iahacob, & Deum Israel timebunt.

Et scient qui errabant spiritu, intelligentiam, & qui murmurabant discent legem.

CAP. XXX.

VAE filiis declinantibus dixit Dominus vt facerent consilium, & non ex me: & tegerent tegmentum, & non ex Spiritu meo, vt adderent peccatum super peccatum.

Qui ambulant, vt descendant in Aegyptum, & os meum non interrogauerunt, vt seipsos roborent in fortitudine Parhoh, & sperent in vmbra Aegypti.

Et erit vobis fortitudo Parhoh ad pudorem, & spes in vmbra Aegypti ad ignominiam.

Fuerunt enim in Sohan principes eius, & nuncij eius Canes attingent.

Omnis pudore affectus est super populum. Non proderunt eis, nec ad auxilium, nec ad faciendum vtilitatem, sed ad pudorem, & etiam ad opprobrium.

Prophetia animalium Aegypti, quæ est ad Meridiem Israel. *In terra angustiæ, & tribulationis leo, & tigris* egredientur *ex eis vipera, & serpens volans, ferent, super humerum pullorum diuitias suas, & super gibbum camelorum thesauros suos, populo qui non proderit.*

Et Aegyptij vane, & inaniter auxiliabuntur. Ideo vocaui hanc: Fortitudo eorum mansio.

Et nunc ingredere, scribe in tabula cum eis, & in libro scribe illud, & erit in die nouissimo in testimonium vsque in sæculum.

Populus enim rebellis est, filij mendaces, filij qui noluerunt audire Legem Domini.

Qui dixerunt videntibus non videbitis: & aspicientibus, non aspicietis nobis recta: loquimini nobis blanda, videte illusiones.

Recedite de via, declinate de semita, cessare facit à facie nostra Sanctum Israel.

Propterea sic dixit Sanctus Israel: Pro eo quod spreuistis verbum hoc, & sperastis in diuitiis ex rapina congregatis, & peruersitate, & innixi estis ei.

Propterea erit vobis iniquitas hæc sicut ædificium cadens, locus tumens in muro excelso, cuius mox repente veniet contritio.

Et conteret eum secundum contritionem lagenæ figulorum, conterendo. Non parcet, & non inuenietur de fragmento eius testa ad capiendum ignem de incendio & ad hauriendum aquam de fouea.

Quia sic dixit Dominus Deus Sanctus Israel. In quiete, & requie salui eritis. In quiete, & spe erit fortitudo vestra. Et noluistis.

Sed dixistis, Nequaquam, sed super equum fugiemus: ideo fugietis. Et super leuem equitabimus: ideo leues erunt persequentes vos.

Millenarius vnus à facie increpationis vnius: à facie increpationis quinque fugietis, donec relinquamini sicut malus in vertice montis, & veluti signum super collem.

Pro-

Et

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Propterea hæc dicit Dominus super domum Iacob, quam separauit ex Abraam: Non confundetur modo Iacob, neque nunc faciem mutabit:

Sed, cum viderint filij eorum opera mea; propter me sanctificabunt nomen meum, & sanctificabunt sanctum ipsius Iacob, & Deum Israel timebunt:

Et scient, qui errant spiritu, intelligentiam: & mussitatores discent obedire, & linguæ balbutientes discent loqui pacem.

C A P. XXX.

VÆ filij desertores, dicit Dominus. Fecistis consilium, non per me, & pacta non per spiritum meum, vt adderetis peccata peccatis:

Qui vadunt descendere in Aegyptum (me autem non interrogauerunt;) vt acciperent auxilium à Pharaone, & protegerentur ab Aegyptiis.

Erit enim vobis protectio Pharaonis in confusionem, & his, qui confidunt in Aegypto, opprobrium.

Sunt enim in Tani principes, nuncij pessimi.

Frustra laborabunt ad populum, qui eis non proderit ad auxilium, sed ad confusionem, & opprobrium.

VISIO QVADRVPEDVM IN DESERTO.

IN tribulatione, & angustia leo, & catulus leonis: inde etiam aspides, & genimina aspidum volantium: qui ferebant super asinos, & camelos diuitias suas ad gentem, quæ eis non proderit.

Aegyptij inania, & vacua proderunt vobis? Annuncia eis, quia vana consolatio vestra hæc.

Nunc igitur sedens scribe super buxum hæc, & in libro: quoniam erunt in dies hæc tempore, & vsque in æternum.

Quia populus inobediens est filij mendaces, qui nolunt audire legem Dei:

Qui dicunt prophetis, nolite annunciare nobis: & videntibus visiones, nolite loqui nobis: sed nobis loquimini, & annunciate nobis alteram seductionem;

Et auertite nos à via hac: auferte à nobis semitam hanc, & auferte à nobis eloquium Israel.

Propterea hæc dicit Sanctus Israel: Quia increduli fuistis verbis his, & sperastis in mendacio, & quia murmurastis, & fidens fuistis in verbo isto;

Propterea erit vobis peccatum hoc, sicut murus decidens subito ciuitatis munitæ captæ, cuius repente adest ruina:

Et ruina eius erit, sicut contritio vasis testacei ex figuli officina, comminuta, ita vt non inueniatur in eis testa, in qua ignem tollas, & in qua extrahas aquam pusillam.

Sic dicit Dominus, Dominus sanctus Israel. Cum reuersus ingemueris; tunc saluus eris, & scies, vbi fueris: quia confidebas super vanis; vana facta est fortitudo vestra. Et noluistis audire,

Sed dixistis: super equos fugiemus: (propterea fugietis) & super leuibus ascensoribus erimus? ideo leues erunt, qui persequuntur vos.

Mille ad vocem vnius fugient: & ad vocem quinque fugient multi: donec relinquamini, quasi malus nauis super montem, & quasi lignum ferens super collem.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

22 *Idcirco sic dicit Iehouah ad domum Iaacob, qui redemit Abraham, Iam non pudore afficietur Iaacob, neque iam facies eius albescet.*

23 *Quia quum viderit ipse natos suos, opus manuum mearum in medio sui, sanctificabunt nomen meum, sanctificabunt inquam sanctum Iaacob, & Deum Israel timebunt.*

24 *Scientq́ qui errabant spiritu, intelligentiam: & qui murmurabant, discent legem.*

C A P. XXX.

1 *VAE filiis declinantibus, dixit Iehouah, vt faciant consilium, & non ex me: & tegant se tegumento, & non ex Spiritu meo vt addant peccatum super peccatum.*

2 *Qui proficiscuntur vt descendant in Aegyptum, & os meum non interrogauerunt, vt seipsos roborent in fortitudine Paroh, & sperent in vmbra Aegypti.*

3 *Erit autem vobis fortitudo Paroh in pudorem, & spes in vmbra Aegypti in ignominiam.*

4 *Fuerunt enim in Soan principes eius, & nuntij eius in Hanes peruenerunt.*

5 *Omnes pudore affecti sunt super populo qui non proderunt eis, nec ad auxilium, neque ad afferendum vtilitatem, sed in confusionem & etiam in opprobrium.*

6 *Prophetia animalium Meridiei. In terra tribulationis & angustiæ, leo & tigris egredientur ex illis partibus, vipera, & serpens ignitus volans ad eos qui deferunt super humerum pullorum diuitias suas, & super gibbum camelorum thesauros suos, populo qui non proderit.*

7 *Et Aegyptij vane & inaniter auxiliabuntur: ideo clamaui ad hanc Ierusalaim, Fortitudo eorum est manere.*

8 *Nunc ergo ingredere ad eos, & scribe ipsam in tabula apud eos, & in libro scribe eam: vt sit in die nouissimo in testimonium vsque in seculum.*

9 *Populus enim rebellis est, filij mendaces, filij inquam qui noluerunt audire Legem Iehouæ.*

10 *Qui dicunt videntibus, Ne videatis: & prospicientibus, Ne prospiciatis nobis recta: sed loquimini nobis blanda, videte illusiones.*

11 *Recedite de via hac, declinate de semita ista, cessare facite à facie nostra Sanctum Israelis.*

12 *Propterea sic dixit Sanctus Israelis, Eo quod spreuistis verbum hoc, & sperastis in calumnia & peruersitate, & innixi estis ei:*

13 *Propterea erit vobis iniquitas hæc velut ruptura cadens, aut tumor in muro excelso, cuius subito & repente veniet contritio.*

14 *Et conteret eum contritione lagenæ figulorum, conterendo non parcet, nec inuenietur de fragmento eius testa vlla ad capiendum ignem de incendio, aut ad hauriendam aquam è fouea.*

15 *Sic enim dixit Dominus Iehouah Sanctus Israelis, In quiete & requie salui eritis: in tranquillitate & spe erit fortitudo vestra: & noluistis.*

16 *Sed dixistis, Nequaquam, sed super equum fugiemus: ideo fugietis. Et super leuem equitabimus: ideo leues erunt persequentes vos.*

17 *Mille vnum fugiet à facie increpationis vnius: à facie increpationis quinque fugietis: donec relinquamini sicut malus nauis in vertice montis, & veluti vexillum super collem.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Propterea expectat Dominus vt misereatur vestri:& ideo exaltabitur parcens vobis: quia Deus iudicij Dominus:beati omnes qui expectant eum.

Populus enim Sion habitabit in Ierusalem: plorans nequaquam plorabis; miserans miserebitur tui:ad vocem clamoris tui statim vt audierit, respondebit tibi.

Et dabit vobis Dominus panem arctum,& aquam breuem: & non faciet auolare à te vltra doctorem tuum: & erunt oculi tui videntes præceptorem tuum.

Et aures tuæ audient verbum post tergum monentis:Hæc est via,ambulate in ea:& non declinetis neque ad dexteram,neque ad sinistram.

Et contaminabis laminas sculptilium argenti tui,& vestimentum conflatilis auri tui, & disperges ea sicut immunditiam menstruatæ. Egredere, dices ei:

Et dabitur pluuia semini tuo, vbicumque seminaueris in terra: & panis frugum terræ erit vberrimus,& pinguis:Pascetur in possessione tua in die illo agnus spatiose:

Et tauri tui,& pulli asinorum,qui operantur terram, commistum migma comedent sicut in area ventilatum est.

Et erunt super omnem montem excelsum,& super omnem collem eleuatum riui currentium aquarum in die interfectionis multorum cum ceciderint turres.

Et erit lux lunæ sicut lux solis,& lux solis erit septempliciter sicut lux septem dierum in die,qua alligauerit Dominus vulnus populi sui, & percussuram plagæ eius sanauerit.

Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius,& grauis ad portandum:labia eius repleta sunt indignatione, & lingua eius quasi ignis deuorans.

Spiritus eius velut torrens inundans vsque ad medium colli ad perdendas gentes in nihilum, & frenum erroris,quod erat in maxillis populorum.

Canticum erit vobis sicut nox sanctificatæ solemnitatis, & lætitia cordis sicut qui pergit cum tibia,vt intret in montem Domini ad fortem Israel.

Et auditam faciet Dominus gloriam vocis suæ,& terrorem brachij sui ostendet in comminatione furoris & flamma ignis deuorantis:allidet in turbine, & in lapide grandinis.

A voce enim Domini pauebit Assur virga percussus.

Et erit transitus virgæ fundatus,quam requiescere faciet Dominus super eum in tympanis & citharis:& in bellis præcipuis expugnabit eos.

Præparata est enim ab heri Topheth, à rege præparata,profunda, & dilatata. Nutrimenta eius,ignis & ligna multa:flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam.

CAP. XXXI.

VAE qui descendunt in Aegyptum ad auxilium, in equis sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis,quia multæ sunt:& super equitibus, quia prævalidi nimis: & non sunt confisi super Sanctum Israel,& Dominum non requisierunt.

Transl.ex Heb. Sanct. Pagn.

18 *Et propterea expectat Dominus, vt misereatur vestri, & propterea exaltabit se, vt misereatur vestri, quia Deus iudicij Dominus, beati omnes qui expectant eum.*

19 *Populus enim in Sijon habitabit in Ierusalaim,plorando non plorabis, miserendo miserebitur tui. Ad vocem clamoris tui,cum audierit, respondebit tibi.*

20 *Et dabit vobis Dominus panem angustiæ,& aquam oppressionis,& non elongabitur vltra doctor tuus:& erunt oculi tui videntes doctorem tuum.*

21 *Et aures tuæ audient verbum eius qui est post te, dicendo. Hæc via, ambulate in ea quando declinabitis ad dexteram,vel ad sinistram.*

22 *Et contaminabis operimentum sculptilium argenti tui, & operimentum pretiosum conflatilis auri tui,disperges ea sicut menstruum: Egredere dices ei.*

23 *Et dabit pluuiam seminis tui, quando seminabis terram, & panis fructus terræ erit pinguis, & vberrimus. Pascet pecus tuum in die illa pascuum latum.*

24 *Et boues & pulli operantes terram migma mundum comedent, quod ventilatur pala,& ventilabro.*

25 *Et erunt super omnem montem excelsum, & super omnem collem eleuatum, riui aquarum in die interfectionis multitudinis, cum ceciderint turres.*

26 *Et erit lux lunæ sicut lux solis,& lux solis erit septempliciter,sicut lux septem dierum, in die qua alligauerit Dominus contritionem populi sui, & percussuram plagæ eius sanauerit.*

27 *Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius,& grauitas oneris: labia eius repleta sunt ira, & lingua eius tanquam ignis consumens.*

28 *Et spiritus eius erit veluti torrens inundans, vsque ad collum dimidiabit, & veniet ad eleuandum gentes in cribro vanitatis, & frenum errare faciens in maxillis populorum.*

29 *Canticum erit vobis sicut in nocte sanctificatæ solennitatis,& lætitia cordis sicut est pergenti cum tibia, vt intret in montem Domini ad fortem Israel.*

30 *Et audire faciet Dominus potentiam vocis suæ, & descensionem brachii sui ostendet in ira furoris,& flamma ignis consumentis, dispersione, & turbine, & lapidibus grandinis.*

31 *Quia à voce Domini conteretur Assur, virga percutietur.*

32 *Et erit omnis transitus virgæ fundatæ,super quam requiescere faciet Dominus in tympanis, & citharis, & in bellis eleuationis pugnabit cum eo.*

33 *Præparata est enim ab heri Tophteh, etiam ipsi regi præparata est,profundam fecit eam D̃ns, dilatauit. In pyra eius ignis,& ligna multa erunt, flatus Domini sicut torrens sulphuris ardentis in ea.*

CAP. XXXI.

1 *VAE descendentibus in Aegyptum pro auxilio. Equis innixi sunt,& sperauerunt in curribus,quia multi, & in equitibus,quia prævalidi sunt valde,& non respexerunt ad sanctum Israel, & Dominum non quæsierunt.*

Transl. ex Septuag.

18 Et rursus expectabit Deus, vt misereatur vestri: & propterea exaltabitur, vt parcat vobis: quia iudex Dominus Deus vester. Beati qui immanent in eo:

19 Quia populus sanctus in Sion habitabit: & Hierusalem ploratu plorauit, miserere mei. Miserebitur tui: vocem clamoris tui quando vidit, exaudiuit te.

20 Et dabit Dominus vobis panem tribulationis, & aquam angustam: & nequaquam vltra appropinquabunt tibi, qui decipiant te: quia oculi tui videbunt eos, qui te seducebant:

21 Et aures tuæ audient verba post te decipientium, qui dicebant: hæc via, ambulemus in ea, siue ad dextram, siue ad sinistram.

22 Et contaminabis idola deargentata, & deaurata: comminues ea, & disperges, sicut aquam menstruatæ: & sicut stercus, abiicies ea.

23 Tunc erit pluuia semini terræ tuæ: & panis frugum terræ tuæ erit abundans, & pinguis. Et pascentur iumenta tua in die illa locum pinguem, & spatiosum.

24 Tauri vestri, & boues, qui operantur terram, comedent paleas commistas in hordeo ventilato.

25 Et erit super omnem montem excelsum, & super omnem collem eleuatum aqua transiens in die illa, cum perierint multi, & cum ceciderint turres.

26 Et erit lumen Lunæ, sicut lumen Solis, & lumen Solis erit septuplum in die, quando sanauerit Dominus contritionem populi sui, & dolorem plagæ tuæ curabit.

27 Ecce nomen Domini venit post tempus: ardens furor cum gloria: eloquium labiorum eius, eloquium iræ plenum: & ira furoris, sicut ignis, deuorabit.

28 Et spiritus eius sicut aqua in valle trahens veniet vsque ad collum, & diuidetur, vt conturbet gentes super errore vano: & persequetur eos error, & capiet eos ad faciem ipsorum.

29 Nunquid semper oportet vos lætari, & ingredi in sancta mea iugiter, quasi festa celebrantes, & quasi gaudentes ingredi cum tibia in montem Domini ad Deum Israel;

30 Et auditam faciet Dominus gloriam vocis suæ, & furorem brachij sui ostendere cum furore, & ira, & flamma deuorante fulminabit vehementer, & sicut aqua, & grando descendet cum vi.

31 Per vocem enim Domini superabuntur Assyrij plaga qua percutiet eos: & erit ei per circuitum, vnde erat eorum spes auxilij, in qua ipse confidebat: ipsi cum tympanis, & cithara pugnabunt contra eum ex commutatione.

32 Tu enim ante dies exigeris.

33 Numquid & tibi paratum est regnare? vallem profundam, ligna posita, ignem, & ligna multa, furor Domini sicut vallis sulphure succensa.

C A P. XXXI.

1 VAE, qui descēdunt in Aegyptum ad auxilium, qui in equis fidentes sunt, & in currubus: quia multi sunt, & in equis multitudo magna. Et non fuerunt fidentes super Sanctum Israel: & Dominum non requisierunt.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

18 *Et propterea expectat Iehouah, vt misereatur vestri, & propterea exaltabit sese, vt inquam misereatur vestri: quia Deus iudicij Iehouah: beati omnes qui expectant eum.*

19 *Populus enim in Sijon habitabit & in Ierusalaim, plorando non plorabis, miserando miserebitur tui: ad vocem clamoris tui, simulac audierit, respondebit tibi.*

20 *Dabitq́; vobis Dominus panem angustiæ, & aquam oppressionis, sed non elongabitur vltra doctor tuus: videbuntq́; oculi tui doctorem tuum.*

21 *Et aures tuæ audient verbum eius qui erit post te, dicendo, Hæc est via, ambulate in ea: quando declinabitis ad dexteram, vel ad sinistram.*

22 *Contaminabitisq́; operimentum sculptilium argenti tui, & operimentum pretiosum conflatilis auri tui: disperges ea sicut menstruum, Egredere, dices ei.*

23 *Et dabit Deus pluuiam seminis tui, quando seminaueris terram, & panem fructus terræ: eritq́; fructus pinguis & vberrimus: pascet etiam pecus tuum in die illa pascuum spatiosum.*

24 *Boues quoque & pulli asinorum operantes terram farraginem mundam comedent, quæ ventilatur pala & ventilabro.*

25 *Et erunt super omnem montem excelsum, & super omnem collem eleuatum, riui, riui aquarum in die interfectionis multitudinis, quum ceciderint turres.*

26 *Eritq́; lux lunæ sicut lux solis, & lux solis erit septemplíciter, sicut lux septem dierum, in die qua alligauerit Iehouah contritionem populi sui, & percussuram plagæ eius sanauerit.*

27 *Ecce nomen Iehouæ venit è longinquo, ardens furor eius, & graue onus eius, labia eius repleta sunt ira, & lingua eius tanquam ignis consumens.*

28 *Estque spiritus eius torrens inundans, qui vsque ad collum diuidit: ad ventilandum gentes in ventilabro vanitatis, & frenum errare faciens in maxillis populorum.*

29 *Canticum erit vobis sicut in nocte qua sanctificatur solennitas: & lætitia cordis sicut est pergentis cum tibia, vt veniat in montem Iehouæ ad fortem Israelis.*

30 *Audireq́; faciet Iehouah potentiam vocis suæ, & descensionem brachii sui ostendet in ira furoris, & flamma ignis consumentis, cum dispersione, & turbine, & lapide grandinis.*

31 *Nam à voce Iehouæ conteretur Assur, acsi virga percuteretur.*

32 *Et erit omnis transitus virgæ fundatæ quum requiescere faciet Iehouah super eum, in tympanis & citharis: & prælijs eleuationis pugnabit contra illam.*

33 *Præparata est enim ab heri Thophteh, etiam ipsi regi præparata est, profundam fecit eam Deus, dilatauit: pyra eius ignis, & ligna multa erunt: flatus Iehouæ sicut torrens sulphuris ardet in ea.*

C A P. XXXI.

1 *VAE descendentibus in Aegyptum pro auxilio: & equis innituntur, & sperant in curribus, quod multi sint: & in equitibus, quod præualidi sint valde: & non respexerunt ad Sanctum Israelis, & Iehouam ipsum non requisierunt.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

2 Ipse autem sapiens adduxit malum, & verba sua
non abstulit: & consurget contra domum pessimo-
rum, & contra auxilium operantium iniquitatem.

3 Aegyptus, homo, & non Deus: & equi eorum, ca-
ro, & non spiritus: & Dominus inclinabit manum
suam: & corruet auxiliator, & cadet cui præstatur
auxilium, simulque omnes consumentur.
4 Quia hæc dicit Dominus ad me. Quomodo si ru-
giat leo, & catulus leonis super prædam suam, &
cum occurrerit ei multitudo pastorum, à voce eo-
rum non formidabit, & à multitudine eorum non
pauebit: sic descendet Dominus exercituum vt præ-
lietur super montem Sion, & super collem eius.

5 Sicut aues volantes, sic proteget Dominus exerci-
tuum Ierusalem, protegens & liberans, transiens &
saluans.
6 Conuertimini sicut in profundum recesseratis fi-
lij Israel.
7 In die enim illa abijciet vir idola argenti sui, &
idola auri sui, quæ fecerunt vobis manus vestræ in
peccatum.
8 Et cadet Assur in gladio non viri, & gladius non
hominis vorabit eum, & fugiet non à facie gladij:
& iuuenes eius vectigales erunt:
9 Et fortitudo eius à terrore transibit, & pauebunt
fugientes principes eius: dixit Dominus, cuius ignis
est in Sion, & caminus eius in Ierusalem.

CAP. XXXII.

1 ECce in iustitia regnabit rex, & principes in iu-
dicio præerunt.
2 Et erit vir sicut qui absconditur à vento, & celat
se à tempestate, sicut riui aquarum in siti, & vmbra
petræ prominentis in terra deserta.
3 Non caligabunt oculi videntium, & aures au-
dientium diligenter auscultabunt.
4 Et cor stultorum intelliget scientiam, & lingua
balborum velociter loquetur, & plane.
5 Non vocabitur vltra is, qui insipiens est, princeps:
neque fraudulentus appellabitur maior:
6 Stultus enim fatua loquetur, & cor eius faciet
iniquitatem, vt perficiat simulationem, & loquatur
ad Dominum fraudulenter, & vacuam faciat ani-
mam esurientis, & potum sitienti auferat.
7 Fraudulenti vasa pessima sunt: ipse enim cogita-
tiones concinnauit ad perdendos mites in sermone
mendaci, cum loqueretur pauper iudicium.

8 Princeps vero ea, quæ digna sunt principe, cogita-
bit, & ipse super duces stabit.
9 Mulieres opulentæ surgite, & audite vocem
meam: filiæ confidentes percipite auribus eloquium
meum.
10 Post dies enim, & annum vos conturbabimini
confidentes: consummata est enim vindemia, col-
lectio vltra non veniet.
11 Obstupescite opulentæ, conturbamini confiden-
tes: exuite vos, & confundimini, accingite lumbos
vestros.
12 Super vbera plangite, super regione desiderabili,
super vinea fertili:
13 Super humum populi mei spinæ & vepres ascen-
dent: quanto magis super omnes domos gaudij ci-
uitatis exultantis?

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

2 *Et etiam ipse sapiens, & adduxit malum, & verba
sua non remouit, & stetit contra domum pessimorum, &
contra auxilium operantium iniquitatem.*

3 *Et Aegyptij homines sunt, & non Deus, & equi eorum
caro sunt, & non spiritus. Et Dominus inclinabit ma-
num suam, & corruet auxiliator, & cadet is cui est auxi-
lio, & simul omnes ipsi deficient.*
4 *Sic enim dixit Dominus ad me: Quemadmodum ru-
giet leo, & catulus leonis super prædam suam: contra
quem clamatur à congregatione pastorum. A voce eorum
non formidabit, & à multitudine eorum nō humiliabitur.
Sic descendet Dominus exercituum ad præliandum con-
tra montem Sion, & contra collem eius.*

5 *Sicut aues volantes, sic proteget Dominus exercituum
Ierusalaim, protegendo & liberando, transiliendo & ser-
uando.*
6 *Conuertimini ad eum contra quem profundauerunt
declinationem filij Israel.*
7 *In die enim illa abijcient vnusquisque idola argentea
sua, & idola aurea sua, quæ fecerunt vobis manus vestræ
in peccatum.*
8 *Et cadet Assur gladio, non viri, & gladius non hominis
consumet eum, & fugiet à facie gladij, & iuuenes eius
tributarij erunt.*
9 *Et ab arce sua præ timore transibit, & pauebunt à ve-
xillo principes eius, dixit Dominus cui est ignis in Sion,
& clibanus in Ierusalaim.*

CAP. XXXII.

1 *ECce ad iustitiam faciendam regnabit rex, & princi-
pes ad iudicium præerunt.*
2 *Et erit vir sicut locus in quo quis se abscondit à vento,
& sicut latibulum à turbine sicut riui aquarum in de-
serto, sicut vmbra petræ grauis in terra sitienti,*
3 *Et non caligabunt oculi videntium, & aures audien-
tium attendent.*
4 *Et cor stultorum intelliget scientiam, & lingua bal-
borum festinabit loqui nitida.*
5 *Non vocabitur vltra stultus liberalis, & auaro non
dicetur diues.*
6 *Stultus enim stultitiam loquetur, & cor eius faciet
iniquitatem, vt faciat impietatem, & loquatur contra
Dominum errorem, vt vacuam faciat animam esurien-
tis, & potum sitientis deficere faciat.*
7 *Et auari vasa mensuræ mala sunt: ipse cogitationes
malas cogitauit ad perdendum pauperes in eloquijs men-
dacij, & dum alloquetur pauperem in iudicio.*

8 *Et liberalis liberalia consuluit, & ipse propter libera-
lia stabit.*
9 *Mulieres opulentæ surgite, audite vocem meam filiæ
confidentes, percipite auribus eloquium meum.*

10 *Annum cum anno pauebitis, confidentes: defecit enim
vindemia, collectio non veniet.*

11 *Pauete opulentæ, mouete vos confidentes: exuite vos,
& nudate vos, & accingite vos saccis super lumbos.*

12 *Super vbera plangentes, super agros desiderabiles, su-
per vitem fructificantem.*
13 *Super humum populi mei spinæ & vepres ascendet,
quia super omnes domos gaudij, & ciuitatem exultantem
ascendent.*

Transl. ex Septuag.

2 Et ipse sapienter adduxit super eos mala: & verbum eius non frustrabitur: & insurget super domos hominum pessimorum, & super spem eorum vanam.

3 Aegyptium, hominem, & non Deum, equorum carnes, & non est auxilium. Dominus autem inducet manum suam super eos. Et laborabunt auxiliatores: & simul omnes peribunt.

4 Quia sic dixit mihi Dominus. Quomodo clamabit leo, aut catulus leonis super venatione, quam cepit, & vociferabitur super ea, donec impleantur montes voce eius, & victi fuerint, & multitudinem furoris expauerint; sic descendet Dominus Sabaoth, vt prælietur super montem Sion, super montes eius.

5 Sicut aues volantes, sic proteget Dominus Sabaoth super Hierusalem, proteget, & eruet, & conseruabit, & saluabit.

6 Conuertimini, qui profundum consilium consultabatis, & iniquum, filij Israel.

7 In die enim illa abijcient homines manufacta sua argentea, & manufacta aurea, quæ fecerant manus eorum:

8 Et cadet Assur: non gladius viri, neque gladius hominis vorabit eum: & fugiet non à facie gladij. Iuuenes autem erunt in cladem.

9 Petra enim circundabuntur, quasi vallo, & vincentur: qui autem fugerit, capietur. Hæc dicit Dominus Beatus, qui habet in Sion semen, & domesticos in Hierusalem.

C A P. XXXII.

1 Ecce enim rex iustus regnabit: & principes cum iudicio præerunt.

2 Et erit homo occultans sermones suos, & abscondetur, quasi ab aqua, quæ fertur: & apparebit in Sion, sicut fluuius currens inclytus in terra sitienti:

3 Et nequaquam vltra erunt confidentes in hominibus: sed aures ad audiendum dabunt:

4 Et cor infirmorum attendet auditui: & linguæ balbutientes cito discent loqui pacem,

5 Et nequaquam vltra dicent stulto, vt princeps sit, nec vltra dicent ministri tui, tace.

6 Fatuus enim fatua loquetur, & cor eius vana intelliget ad perficiendum iniqua, & loquendum ad Dominum errorem, vt dispergat animas esurientes, & animas sitientes vacuas faciet.

7 Consilium enim pessimorum iniqua cogitabit, interficere humiles in sermonibus iniquis, & dissipare verba humilium in iudicio.

8 Pij autem sapientia cogitarunt: & hoc consilium permanet.

9 Mulieres diuites surgite, & audite vocem meam: filiæ in spe audite verba mea:

10 Diei anni memoriam facite in dolore cum spe. Consumpta est vindemia, cessauit, non vltra veniet:

11 Obstupescite, tristamini confidentes, exuimini, nudæ fiamini, accingite lumbos,

12 Et super vbera plangite, de agro desiderij, & vite geniminis.

13 Terra populi mei, spina, & fœnum ascendet: & ex omni domo lætitia tolletur: ciuitas opulenta, domus derelictæ:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

2 *Atqui ipse quoque sapiens est, & adducet malum, & verba sua non auertet, sed insurget contra domum pessimorum, & contra auxilium operantium iniquitatem.*

3 *Porro Aegyptij homines sunt, & non Deus: & equi eorum caro sunt, & non spiritus: Iehouah autem extendet manum suam, & corruet auxiliator, cadetque is cui est auxilio, atque simul omnes ipsi deficient.*

4 *Sic enim dixit Iehouah ad me. Quemadmodum rugit leo, & catulus leonis super prædam suam: contra quem si conuocetur congregatio pastorum, à clamore eorum non reformidat, neque à multitudine eorum humiliatur: sic descendet Iehouah exercituum ad præliandum pro monte Sion, & pro colle eius.*

5 *Sicut aues volantes, sic proteget Iehouah exercituum Ierusalaim, protegendo & liberando, transiliendo, & seruando.*

6 *Reuertimini ad eum contra quem multiplicauerunt peruersum filii Israel.*

7 *In die enim illa abiicient quisque idola argenti sui, & idola auri sui, quæ fecerunt vobis manus vestræ in peccatum.*

8 *Et cadet Assur gladio, non viri, & gladius non hominis consumet eum, sed fugiet à facie gladii, & iuuenes eius tributarii erunt.*

9 *Et ad arcem suam præ formidine transibit, & pauebunt à vexillo principes eius. dixit Iehouah cui est ignis in Sion, & clibanus in Ierusalaim.*

C A P. XXXII.

1 *Ecce ad iustitiam faciendam regnabit rex, & principes ad iudicium faciendum præerunt.*

2 *Eritque vir sicut absconsio à vento, & vt latibulum à turbine, vt riui aquarum in deserto, & vt vmbra petræ ingentis in terra sitiente.*

3 *Et non caligabunt oculi videntium, & aures audientium attendent.*

4 *Cor quoque stultorum intentum erit ad scientiam, & lingua balborum festinabit loqui nitida.*

5 *Non vocabitur vltra stultus liberalis, & auarus non dicetur diues.*

6 *Stultus enim stultitiam loquitur, & cor eius facit iniquitatem, vt faciat impietatem, & loquatur contra Iehouam errorem, vt vacuam reddat animam esurientis, & potum sitientis deficere faciat.*

7 *Porro auari vasa mensuræ mala sunt, ipse cogitationes malas cogitat, ad perdendum pauperes verbis mendacibus, & loquatur contra pauperem in iudicio.*

8 *At liberalis liberalia consulit, & ipse propter liberalitates consurget.*

9 *Mulieres opulentæ surgite, audite vocem meam: filiæ confidentes, percipite auribus eloquium meum.*

10 *Dies super annum pauebitis, ô confidentes! defecit enim vindemia, & collectio frugum non veniet.*

11 *Pauete opulentæ, commouete vos ô confidentes: exuite vos, & accingite vos saccis super lumbos.*

12 *Super vbera plangent, super agros desiderabiles, super vitem fructificantem.*

13 *Super humum populi mei spina & vepris ascendet, quia super omnes domos gaudii, & ciuitatem exultantem ascendent*

Vulgat. Editio.

Domus enim dimissa est, multitudo vrbis relicta
est, tenebræ & palpatio factæ sunt super speluncas
vsque in æternum : gaudium onagrorum pascua
gregum.
Donec effundatur super nos spiritus de excelso: &
erit desertum in charmel, & charmel in saltum re-
putabitur.
Et habitabit in solitudine iudicium, & iustitia in
charmel sedebit.
Et erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silen-
tium, & securitas vsque in sempiternum.
Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis,
& in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta.
Grando autem in descensione saltus, & humilita-
te humiliabitur ciuitas.

Beati qui seminatis super omnes aquas, immit-
tentes pedem bouis & asini.

CAP. XXXIII.

VÆ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? &
qui spernis, nonne & ipse sperneris? cum con-
summaueris deprædationem, deprædaberis: cum fa-
tigatus desi..ris contemnere, contemneris.
Domine miserere nostri: te enim expectauimus:
esto brachium nostrum in mane, & salus nostra in
tempore tribulationis.
A voce angeli fugerunt populi, & ab exaltatione
tua dispersæ sunt gentes.
Et congregabuntur spolia vestra sicut colligitur
bruchus, velut cum fossæ plenæ fuerint de eo.
Magnificatus est Dominus, quoniam habitauit
in excelso: impleuit Sion iudicio & iustitia.
Et erit fides in temporibus tuis: diuitiæ salutis sa-
pientia & scientia: timor Domini ipse est thesaurus
eius.
Ecce videntes clamabunt foris, angeli pacis amare
flebunt:
Dissipatæ sunt viæ, cessauit transiens per semi-
tam, irritum factum est pactum, proiecit ciuitates,
non reputauit homines.
Luxit, & elanguit terra: confusus est Libanus, &
obsorduit, & factus est Saron sicut desertum: & con-
cussa est Basan, & Carmelus.
Nunc consurgam, dicit Dominus: nunc exalta-
bor, nunc subleuabor.
Concipietis ardorem, parietis stipulam: spiritus
vester, vt ignis vorabit vos.
Et erunt populi quasi de incendio cinis, spinæ
congregatæ igni comburentur.
Audite qui longe estis, quæ fecerim, & cognoscite
vicini fortitudinem meam.
Conterriti sunt in Sion peccatores, possedit tremor
hypocritas: quis poterit habitare de vobis cum igne
deuorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus
sempiternis?
Ps. 14. 1 Qui ambulat in iustitiis, & loquitur veritatem,
qui proiicit auaritiam ex calumnia, & excutit ma-
nus suas ab omni munere: qui obturat aures suas ne
audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne videat
malum.
Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum su-
blimitas eius: panis ei datus est, aquæ eius fideles
sunt.
Regem in decore suo videbunt oculi eius, cernent
terram de longe.
1. Cor. 10. 1. Cor tuum meditabitur timorem: * vbi est litte-
ratus? vbi legis verba ponderans? vbi doctor paruu-
lorum?

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

14 *Palatium enim dimissum est, multitudo vrbis relicta*
est, & arx, & munitio fuerunt in speluncas vsque in se-
culum: gaudium onagrorum pascua fuerunt gregum.

15 *Donec effundatur super nos spiritus de excelso: & erit*
desertum vt Charmel, & Charmel vt sylua reputabitur.

16 *Et habitabit in solitudine iudicium, & iustitia in*
Charmel habitabit.
17 *Et erit opus iustitiæ pax, & opus iustitiæ requies vsque*
in sæculum.
18 *Et habitabit populus meus in tabernaculo pacis, & in*
tabernaculis fiduciarum, & in requietibus opulentis.
19 *Grandinabit autem grando in sylua, & in loco humili,*
humiliabit se ciuitas.

20 *Beati estis, qui seritis super omnem locum aquosum,*
mittentes pedem bouis, & asini ad pascendum in eum.

CAP. XXXIII.

1 *VAE prædanti, & tu non prædam passus, & sperne-*
nti, & non spreuerunt eum. Cum consummaueris præ-
dans prædam patieris, cum consummaueris contemnere,
contemnent te.
2 *Domine miserere nostri. Te expectauimus, esto brachium*
eorum singulo mane, etiam salus nostra in tempore angu-
stiæ.
3 *A voce multitudinis fugerunt populi, ab exaltationi-*
bus tuis dispersæ sunt gen: s.
4 *Et colligetur præda vestra vt colliguntur bruci, sicut*
incessus locustarum incedens per -um.
5 *Eleuatus est Dominus, quoniam habitat in excelso,*
impleuit Siion iudicio, & iustitia.
6 *Et erit firmitas temporis tui fortitudo salutum, sapien-*
tia & scientia: timor Domini ipse est thesaurus eius.

7 *Ecce nuncii eorum clamabunt foris, nuncii pacis amare*
flebunt.
8 *Desolatæ sunt viæ, cessauit transiens semitam, irrita-*
uit pactum, proiecit ciuitates, non reputauit hominem.

9 *Destructa est, desolata est terra: pudore affectus est, Le-*
banon excisus fuit, & erit planities sicut desertum, & ex-
cussa est Basan, & Charmel.
10 *Nunc surgam dicit Dominus, nunc exaltabo me, nunc*
eleuabo me.
11 *Concipietis quisquilias, parietis stipulam. Spiritus ve-*
ster erit ignis qui consumet vos.
12 *Et erunt populi vt incendia calcis, vt spinæ excisæ, igni*
comburentur.
13 *Audite longinqui quæ fecerim, & cognoscite vicini for-*
titudinem meam.
14 *Formidauerunt in Siion peccatores, possedit tremor*
impios. Quis habitabit ex nobis cum igne deuorante?
Quis habitabit ex nobis cum ardoribus perpetuis?

15 *Qui ambulat in iustitiis, & loquitur æquitates, qui*
reprobat auaritiam oppressionum, qui excutit manus suas,
ne suscipiat munera: qui obturat aurem suam, ne audiat
sanguinem, & claudit oculos suos, ne videat malum.

16 *Ipse in excelsis habitabit, munimenta saxorum subli-*
mitas eius, panis eius datus est, aqua eius stabiles.

17 *Regem in decore suo videbunt oculi tui, videbunt ter-*
ram longinquam.
18 *Cor tuum meditabitur timorem: vbi est scriba? vbi*
ponderator? vbi numerans turres?

Tranſl. ex Septuag.

Diuitias ciuitatis dimittent, domos deſiderij. Et
erunt villæ, ſpeluncæ vſque in ſæculum, lætitia aſinorum agreſtium, paſcua paſtorum;
Donec venerit ſuper vos ſpirit⁹ ab excelſo. Et Chermel erit deſertũ, & Chermel in ſaltum deputabitur.
Et requieſcet in deſerto iudicium: & iuſtitia in
Charmelo habitabit.
Et erunt opera iuſtitiæ, pax: & obtinebit iuſtitia
requiem: & confidentes vſque in ſæculum.
Et habitabit populus eius in ciuitate pacis, & inhabitabit confidenter, & requieſcent cum diuitiis.
Grando autem ſi deſcenderit; non veniet ſuper
vos. Et erunt qui inhabitant in ſyluis, fidentes, ſicut
qui in campeſtri.
Beati ſeminantes ſuper omnem aquam, vbi bos,
& aſinus calcat.

C A P. XXXIII.

VAe, qui vos miſeros faciunt: vos autem nemo
facit miſeros: & qui reprobat vos non reprobat.
Capientur reprobantes, & tradentur: & quaſi tinea
in veſtimento, ſic ſuperabuntur.

Domine miſerere noſtri: in te enim confidimus.
Factum eſt ſemen incredulorum in perditionem: ſalus autem noſtra in tempore tribulationis.
Propter vocem timoris obſtupuerunt populi à
timore tuo, & diſperſæ ſunt gentes.
Nunc autem congregabuntur ſpolia veſtra parui, & magni: quomodo ſiquis congreget locuſtas, ſic
illudent vobis.
Sanctus Deus, qui habitat in excelſo. Repleta eſt
Sion iudicio, & iuſtitia:
In lege tradentur: in theſauris ſalus noſtra: illic
ſapientia & ſcientia, & pietas erga Dominum: iſti
ſunt theſauri ſapientiæ.
Ecce nunc in timore veſtro ipſi timebunt: quos
timebatis, clamabunt à vobis angeli: mittentur amare flentes obſecrantes pacem.
Deſolabuntur enim iſtorum viæ: ceſſauit timor
gentium, & teſtamentum, quod erga iſtos, tollitur:
& non reputabitis iſtos homines.
Luxit terra, confuſus eſt Libanus, paludes factus
eſt Saron. Manifeſta erit Galilæa, & Chermel.

Nunc exurgam, dicit Dominus, nunc glorificabor, nunc exaltabor.
Nunc videbitis, nunc ſentietis. Vana erit fortitudo ſpiritus veſtri: ignis deuorabit vos:
Et erunt gentes combuſtæ, ſicut ſpina in agro proiecta, & combuſta.
Audient, qui longe ſunt, quæ feci: Scient, qui appropinquant, fortitudinem meam.
Receſſerunt qui erant in Sion iniqui: apprehendet tremor impios. Quis annunciabit vobis, quia
ignis ardet? Quis annunciabit vobis locum æternum?
Qui ambulat in iuſtitia, qui loquitur rectam
viam, odit impietatem, & iniquitatem, & manus excutit à muneribus, qui obturat aures, vt non audiat iudicium ſanguinis, claudit oculos, ne videat
iniquitatem,
Iſte habitabit in excelſa ſpelunca petræ fortiſſimæ. Panis ei dabitur, & aqua eius fidelis.
Regem cum gloria videbitis: oculi veſtri videbunt terram de longe:
Anima veſtra meditabitur timorem. Vbi ſunt
grammatici? vbi conſiliatores? vbi eſt, qui numerat
eos, qui nutriuntur? paruum,

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

14 *Palatium enim derelinquetur, multitudo vrbis deſeretur: arx & munitio erunt in ſpeluncas vſque in ſeculum, gaudium onagrorum, paſcua gregum.*
15 *Donec effundatur ſuper nos ſpiritus de excelſo, ſitque deſertum vt Charmel, & Charmel vt ſylua reputetur.*
16 *Et habitabit in ſolitudine iudicium, & iuſtitia in Charmel habitabit.*
17 *Et erit opus iuſtitiæ pax, & opus iuſtitiæ tranquillitas & ſecuritas vſque in ſeculum.*
18 *Et habitabit populus meus in tabernaculo pacis, & in tabernaculis fiduciarum, & in requiebus opulentis.*
Grandinabit autem grando in ſyluam, & in humili-
19 *tate humiliabit ſe ciuitas ipſa.*

20 *Beati eſtis qui ſeritis ſuper omnem locum aquoſum, qui immittitis pedem bouis & aſini in agrum veſtrum.*

C A P. XXXIII.

1 *VAE qui prædaris, & tu non es prædationem paſſus: & qui præuaricaris, & non ſunt præuaricati in te: quum conſummaueris eſſe prædator, prædationem patieris: quum conſummaueris præuaricari, alij præuaricabuntur in te.*
2 *Iehoua, miſerere noſtri, te expectauimus: eſto brachium eorum in matutinis, etiam ſalus noſtra in tempore anguſtiæ.*
3 *A voce tumultus fugerunt populi, ab exaltationibus tuis diſperſæ ſunt gentes.*
4 *Colligeturq́; præda veſtra vt colliguntur bruchi: ſicut inceſſus locuſtarum incedens per illum.*

5 *Exaltabitur Iehouah, quoniam habitat in excelſo, impleuit Sijon iudicio & iuſtitia.*
6 *Eritq́; firmitas temporis tui fortitudo ſalutum, ſapientia & ſcientia: timor Iehouæ ipſe eſt theſaurus eius.*

7 *Ecce nuntij eorum clamabunt foris, nuntij inquam pacis amare flebunt.*

8 *Deſolatæ ſunt viæ, ceſſauit tranſiens ſemitam: irritum fecit Deus pactum, abiecit vrbes, non reputauit hominem.*

9 *Deſtructa eſt, deſolata eſt terra, pudore affectus eſt Lebanon, ſucciſus eſt: eritq́; planities ſicut deſertum, & excuſſus eſt Baſan & Charmel.*
10 *Nunc ſurgam, dicit Iehouah, nunc exaltabo meipſum, nunc eleuabo me.*
11 *Concipietis quiſquilias, parietis ſtipulam: ſpiritus veſter erit ignis qui conſumet vos.*
12 *Eruntq́; populi vt incendia calcis, vt ſpinæ exciſæ, igni comburentur.*
13 *Audite longinqui quæ fecerim, & cognoſcite vicini fortitudinem meam.*
14 *Formidauerunt in Sijon peccatores, apprehendit tremor impios: dicunt enim, Quis habitabit ex nobis cum igne deuorante? quis habitabit ex nobis cum ardoribus perpetuis?*
15 *Qui ambulat in iuſtitiis, & loquitur æquitates: qui reprobat auaritiam oppreſſionum, qui excutit manus ſuas ne ſuſcipiat munera: qui obturat aurem ſuam ne audiat ſanguinem, & claudit oculos ſuos ne videat malum:*

16 *Is in excelſis habitabit, munitiones rupiũ erunt ſublimitas illius: panis eius dabitur illi, aquæ eius ſtabiles.*
17 *Regem in decore ſuo videbunt oculi tui, videbunt terram longinquam.*
18 *Cor tuum meditabitur timorem: vbi eſt ſcriba? vbi ponderator? vbi numerans turres?*

Vulgat. Editio.

19 Populum impudentem non videbis,populum alti sermonis: ita vt non possis intelligere disertitudinem linguæ eius,in quo nulla est sapientia.

20 Respice Sion ciuitatem sollemnitatis nostræ: oculi tui videbunt Hierusalem, habitationem opulentam, tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit: nec auferentur claui eius in sempiternum, & omnes funiculi eius non rumpentur:

21 Quia sollummodo ibi magnificus est Dominus noster: locus fluuiorum riui latissimi & patentes: non transibit per eum nauis remigum,neque trieris magna transgredietur eum.

22 Dominus enim iudex noster, Dominus legifer noster,Dominus rex noster:ipse saluabit nos.

23 Laxati sunt funiculi tui: & non præualebunt: sic erit malus tuus vt dilatare signum non queas. Tunc diuidentur spolia prædarum multarum: claudi diripient rapinam.

24 Nec dicet vicinus: Elangui: populus qui habitat in ea,auferetur ab eo iniquitas.

C A P. XXXIV.

1 ACcedite Gentes, & audite, & populi attendite: audiat terra,& plenitudo eius,orbis,& omne germen eius.

2 Quia indignatio Domini super omnes Gentes, & furor super vniuersam militiam eorum: interfecit eos,& dedit eos in occisionem.

3 Interfecti eorum proijcientur, & de cadaueribus eorum ascendet fœtor:tabescent montes à sanguine eorum.

4 Et tabescet omnis militia cœlorum, & complicabuntur sicut liber cœli: & omnis militia eorum defluet sicut defluit folium de vinea & de ficu.

5 Quoniam inebriatus est in cœlo gladius meus:ecce super Idumæam descendet,& super populum interfectionis meæ ad iudicium.

6 Gladius Domini repletus est sanguine,incrassatus est adipe, de sanguine agnorum, & hircorum, de sanguine medullatorum arietum: victima enim Domini in Bosra, & interfectio magna in Terra Edom.

7 Et descendent vnicornes cum eis, & tauri cum potentibus: inebriabitur terra eorum sanguine, & humus eorum adipe pinguium:

8 Quia dies vltionis Domini,annus retributionum iudicij Sion.

9 Et conuertentur torrentes eius in picem & humus eius in sulphur: & erit terra eius in picem ardentem.

10 Nocte & die non extinguetur, in sempiternum ascendet fumus eius:à generatione in generationem desolabitur,in sæcula sæculorum non erit transiens per eam.

11 Et possidebunt illam onocrotalus,& ericius: ibis, & coruus habitabunt in ea:& extendetur super eam mensura, vt redigatur ad nihilum, & perpendiculum in desolationem.

12 Nobiles eius non erunt ibi: regem potius inuocabunt,& omnes principes eius erunt in nihilum.

13 Et orientur in domibus eius spinæ, & vrticæ, & paliurus in munitionibus eius: & erit cubile draconum & pascua struthionum.

14 Et occurrent dæmonia onocentauris, & pilosus clamabit alter ad alterum: ibi cubauit lamia, & inuenit sibi requiem.

Ibi

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

19 *Populum barbarum non videbis, populum profunde lingua vt non percipias,ridiculum lingua cuius non est intelligentia.*

20 *Respice Siion ciuitatem solennitatis nostræ: oculi tui videbunt Ierusalaim habitationem quietam, tabernaculum quod non transferetur, nec proficiscentur claui eius in sæculum,& omnes funes eius non rumpentur.*

21 *Quia vere ibi fortis Dominus nobis erit vt locus fluuiorum,& riuorum latorum. Locus vt non possit ire per eum nauis remigii, & nauis magna non transeat per eum.*

22 *Dominus enim iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster,ipse seruabit nos.*

23 *Extensi sunt funes tui,non potuerunt roborare, sic in malo suo non extenderunt velum, tunc diuisa est præda, & spolia multa: claudi diripuerunt prædam.*

24 *Et non dicet habitator: Aegrotaui: populo qui habitat in eo,dimissa est iniquitas.*

C A P. XXXIV.

1 *ACcedite gentes ad audiendum, & populi attendite. Audiat terra,& plenitudo eius,orbis,& omnia germina eius.*

2 *Quia ira est Domino super omnes gentes, & furor super vniuersum exercitum eorum, interfecit eos, dedit eos iugulationi.*

3 *Et interfecti eorum proijcientur, & de cadaueribus eorum ascendet fœtor eorum, & liquescent montes propter sanguinem eorum.*

4 *Et liquescet omnis exercitus cœli, & complicabunt se sicut liber cœli:& omnis exercitus eorum decidet sicut decidit folium de vite, & sicut decidit de ficu:*

5 *Quoniam inebriatus est in cœlo gladius meus,ecce super Edom descendet, & super populum interfectionis meæ ad iudicium.*

6 *Gladius Domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe,sanguine agnorum,& hircorum,adipe renum arietum,sacrificium enim Domini in Bosrah, & interfectio magna in terra Edom.*

7 *Et descendent vnicornes cum eis, & iuuenci cum tauris,& inebriabitur terra eorum sanguine, & puluis eorum adipe impinguabitur.*

8 *Quia dies vltionis Domini, annus retributionum ad iudicandum Sion.*

9 *Et conuertentur torrentes eius in picem, & puluis eius in sulphur,& erit terra eius in picem ardentem.*

10 *Nocte,& die non extinguetur, in sæculum ascendet fumus eius,à generatione in generationem desolabitur, in sæculum sæculorum non erit transiens per eam.*

11 *Et possidebunt eam pelicanus,& ericius, & vlula, & coruus habitabunt in ea, & extendet super eam lineam desolationis,& lapides vacuitatis.*

12 *Principes eius, & non ibi regnum vocabunt, & omnes principes eius erunt nihil.*

13 *Et ascendent in palatijs eius spinæ,vrtica, & paliurus in munitionibus eius, & erit habitaculum draconum, atrium filiabus struthionis:*

14 *Et occurrent bestiæ syluestres cum vlulis, & dæmon ad socium suum clamabit: veruntamen ibi quieuit strix, & inuenit sibi requiem.*

Ibi

Transl. ex Septuag.

19 Et magnum populum, cui non dedit consilium, neque sciebat profundam vocem habentem; ita vt non audiret populus contemptus:& non est audienti intelligentia.

20 Ecce Sion ciuitas, salutare nostrum oculi tui videbunt Hierusalem: ciuitas diues, tabernacula, quæ non commouebuntur, neque mouebuntur paxilli tabernaculi eius in sempiternum tempus,& funiculi eius non disrumpentur:

21 Quia nomen Domini magnum vobis. Locus vobis erit, flumina,& riui lati,& spatiosi. Non ibis hanc viam: neque ibit nauis impellens remigio. Deus enim meus magnus est.

22 Non transibit me Dominus iudex noster, Dominus princeps noster, Dominus rex noster: Dominus ipse saluabit nos.

23 Disrupti sunt funiculi tui: quia non præualuerunt. Malus tuus inclinatus est: non demittet vela, non eleuabit signum: donec tradatur in direptionem. Multi igitur claudi prædam facient,

Et non dicent, laborabo, populus, qui habitat in eis: dimittetur enim eis delictum.

C A P. XXXIV.

1 ACcedite gentes,& audite principes. Audiat terra,& qui in ea, orbis terræ,& populus, qui in ea.

2 Quia furor Domini super omnes gentes,& ira super numerum earum, ad perdendos eos,& tradendos eos in occisionem.

3 Vulnerati autem eorum proiicientur, etiam mortui:& ascendet eorum odor:& rigabuntur montes à sanguine eorum.

4 Et tabescent omnes virtutes cælorum,& complicabitur cælum, sicut liber:& omnes stellæ cadent, sicut folia ex vite,& sicut cadunt folia de ficu.

5 Inebriatus est gladius meus in cælo: ecce super Idumæam descendet,& super populum perditionis cum iudicio.

6 Gladius Domini impletus est sanguine: incrassatus est de adipe, de sanguine hircorum & agnorum,& de adipe hircorum,& arietum. Sacrificium enim Domino in Bosor,& mactatio magna in Idumæa:

7 Et concident robusti cum eis,& arietes,& tauri,& inebriabitur terra ex sanguine;& ex adipe eorum implebitur.

8 Dies enim iudicij Domini:& annus retributionis iudicij Sion.

9 Et vertentur valles eius in picem,& terra eius in sulphur:& erit terra eius, quasi pix ardens.

10 Nocte,& die,& non extinguetur in sempiternum tempus:& ascendet fumus eius sursum: in generationes suas desolabitur:& in tempus multum

11 Aues,& hericij,& ibes,& corui habitabunt in ea. Et immittetur super eam funiculus geometriæ deserti:& onocentauri habitabunt in ea.

12 Principes eius non erunt: reges enim & magnates eius erunt in perditionem.

13 Et pullulabunt in ciuitatibus eorum spinea ligna,& in munitionibus eius:& erit caulæ sirenum,& atrium struthionum:

14 Et occurrent dæmonia onocentauris:& clamabunt alter ad alterum: illic requiescent onocentauri, inuenientes sibi requiem:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

19 *Populum fortem non videbis, [populum] profundæ linguæ vt non intelligas, blæsum lingua quem non possis intelligere.*

20 *Respice Sion ciuitatem solennitatis nostræ: oculi tui videbunt Ierusalaim habitationem quietam, tabernaculum quod non transferetur, nec migrabunt claui eius in sæculum,& cuncti funes eius non rumpentur.*

21 *Quia vere ibi fortis Iehouah nobis erit velut locus fluuiorum,& riuorum latorum, per quem non possit ire nauis remigij, neque nauis magna transibit per eum.*

22 *Iehouah enim iudex noster est, Iehouah Legifer noster. Iehouah rex noster est, ipse seruabit nos.*

23 *Laxati sunt funes tui, non potuerunt bene roborare malum suum, nec expanderunt velum: tunc diuisa est præda,& spolia multa: etiam claudi diripuerunt prædam.*

Et non dicet habitator, Aegrotus sum: populo qui habitat in ea, remissa est iniquitas.

C A P. XXXIV.

1 *ACcedite gentes ad audiendum,& populi attendite: audiat terra,& plenitudo eius, orbis,& omnia germina eius.*

2 *Quia ira est ipsi Iehouæ super omnes gentes,& furor super vniuersum exercitum eorum: interfecit eos, dedit eos iugulationi.*

3 *Et interfecti eorum proijcientur,& de cadaueribus eorum ascendet fœtor eorum,& liquescent montes propter sanguinem eorum.*

4 *Liquescet quoque vniuersus exercitus cœli, complicabunturq́ue cœli sicut liber,& vniuersus exercitus eorum decidet sicut decidit foliũ de vite,& sicut decidit de ficu.*

5 *Quoniam inebriatus est in cœlo gladius meus, ecce super Edom descendet,& super populum interfectionis meæ ad iudicium.*

6 *Gladius Iehouæ repletus est sanguine, impinguatus est adipe, sanguine agnorum & hircorum, adipe renum arietum: sacrificium enim Iehouæ in Bosrah,& mactatio magna in terra Edom.*

7 *Descendentq́ue vnicornes cum eis,& iuuenci cum tauris,& inebriabitur terra eorum sanguine,& puluis eorum adipe impinguabitur.*

8 *Quia dies vltionis Iehouæ, annus retributionum ad iudicium Syon.*

9 *Et conuertentur torrentes in picem,& puluis eius in sulphur, verteturq́ue terra eius in picem ardentem.*

10 *Nocte & die non extinguetur, in sæculum ascendet fumus eius: à generatione in generationem desolabitur, in sæculum sæculorum non erit transiens per eam.*

11 *Et possidebunt eam pelicanus & ericius, vlula quoque & coruus habitabunt in ea: extendetq́ue super eam lineam desolationis & lapides vacuitatis.*

12 *Principes eius,& non ibi ad regnum vocabunt:& omnes principes eius erunt nihil.*

13 *Et ascendent in palatijs eius spinæ, vrtica & paliurus in munitionibus eius, eritq́ue habitaculum draconum, atrium filiabus struthionis:*

14 *Occurrentq́ue bestiæ syluestres cum vlulis,& dæmon ad socium suum clamabit: quin ibi quiescet lamia,& inueniet sibi requiem.*

Vulgat. Editio.

Populum impudentem non videbis, populum alti sermonis: ita vt non possis intelligere disertitudinem linguæ eius, in quo nulla est sapientia.

Respice Sion ciuitatem sollemnitatis nostræ: oculi tui videbunt Hierusalem, habitationem opulentam, tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit: nec auferentur claui eius in sempiternum, & omnes funiculi eius non rumpentur:

Quia solummodo ibi magnificus est Dominus noster: locus fluuiorum riui latissimi & patentes: non transibit per eum nauis remigum, neque trieris magna transgredietur eum.

Dominus enim iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster: ipse saluabit nos.

Laxati sunt funiculi tui: & non præualebunt: sic erit malus tuus vt dilatare signum non queas. Tunc diuidentur spolia prædarum multarum: claudi diripient rapinam.

Nec dicet vicinus: Elangui: populus qui habitat in ea, auferetur ab eo iniquitas.

C A P. XXXIV.

Accedite Gentes, & audite, & populi attendite: audiat terra, & plenitudo eius, orbis, & omne germen eius.

Quia indignatio Domini super omnes Gentes, & furor super vniuersam militiam eorum: interfecit eos, & dedit eos in occisionem.

Interfecti eorum proijcientur, & de cadaueribus eorum ascendet fœtor: tabescent montes à sanguine eorum.

Et tabescet omnis militia cœlorum, & complicabuntur sicut liber cæli: & omnis militia eorum defluet sicut defluit folium de vinea & de ficu.

Quoniam inebriatus est in cælo gladius meus: ecce super Idumæam descendet, & super populum interfectionis meæ ad iudicium.

Gladius Domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe, de sanguine agnorum, & hircorum, de sanguine medullatorum arietum: victima enim Domini in Bosra, & interfectio magna in Terra Edom.

Et descendent vnicornes cum eis, & tauri cum potentibus: inebriabitur terra eorum sanguine, & humus eorum adipe pinguium:

Quia dies vltionis Domini, annus retributionum iudicij Sion.

Et conuertentur torrentes eius in picem & humus eius in sulphur: & erit terra eius in picem ardentem.

Nocte & die non extinguetur, in sempiternum ascendet fumus eius: à generatione in generationem desolabitur, in sæcula sæculorum non erit transiens per eam.

Et possidebunt illam onocrotalus, & ericius: ibis, & coruus habitabunt in ea: & extendetur super eam mensura, vt redigatur ad nihilum, & perpendiculum in desolationem.

Nobiles eius non erunt ibi: regem potius inuocabunt, & omnes principes eius erunt in nihilum.

Et orientur in domibus eius spinæ, & vrticæ, & paliurus in munitionibus eius: & erit cubile draconum & pascua struthionum.

Et occurrent dæmonia onocentauris, & pilosus clamabit alter ad alterum: ibi cubauit lamia, & inuenit sibi requiem.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

19 *Populum barbarum non videbis, populum profundæ lingua vt non percipias, ridiculum lingua cuius non est intelligentia.*

20 *Respice Siion ciuitatem solennitatis nostræ: oculi tui videbunt Ierusalaim habitationem quietam, tabernaculum quod non transferetur, nec proficiscentur claui eius in sæculum, & omnes funes eius non rumpentur.*

21 *Quia vere ibi fortis Dominus nobis erit vt locus fluuiorum, & riuorum latorum. Locus vt non possit ire per eum nauis remigii, & nauis magna non transeat per eum.*

22 *Dominus enim iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster, ipse seruabit nos.*

23 *Extensi sunt funes tui, non potuerunt roborare, sic in malo suo non extenderunt velum, tunc diuisa est præda, & spolia multa: claudi diripuerunt prædam.*

24 *Et non dicet habitator: Aegrotaui: populo qui habitat in eo, dimissa est iniquitas.*

C A P. XXXIV.

1 *Accedite gentes ad audiendum, & populi attendite. Audiat terra, & plenitudo eius, orbis, & omnia germina eius.*

2 *Quia ira est Domino super omnes gentes, & furor super vniuersum exercitum eorum, interfecit eos, dedit eos iugulationi.*

3 *Et interfecti eorum proijcientur, & de cadaueribus eorum ascendet fœtor eorum, & liquescent montes propter sanguinem eorum.*

4 *Et liquescet omnis exercitus cœli, & complicabunt se sicut liber cæli: & omnis exercitus eorum decidet sicut decidit folium de vite, & sicut decidit de ficu.*

5 *Quoniam inebriatus est in cœlo gladius meus, ecce super Edom descendet, & super populum interfectionis meæ ad iudicium.*

6 *Gladius Domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe sanguine agnorum, & hircorum, adipe renum arietum, sacrificium enim Domini in Bosrah, & interfectio magna in terra Edom.*

7 *Et descendent vnicornes cum eis, & iuuenci cum tauris, & inebriabitur terra eorum sanguine, & puluis eorum adipe impinguabitur.*

8 *Quia dies vltionis Domini, annus retributionum ad iudicandum Siion.*

9 *Et conuertentur torrentes eius in picem, & puluis eius in sulphur, & erit terra eius in picem ardentem.*

10 *Nocte, & die non extinguetur, in sæculum ascendet fumus eius, à generatione in generationem desolabitur, in sæculum sæculorum non erit transiens per eam.*

11 *Et possidebunt eam pelicanus, & ericius, & vlula, & coruus habitabunt in ea, & extendet super eam lineam desolationis, & lapides vacuitatis.*

12 *Principes eius, & non ibi regnum vocabunt, & omnes principes eius erunt nihil.*

13 *Et ascendent in palatijs eius spinæ, vrtica, & paliurus in munitionibus eius, & erit habitaculum draconum, atrium filiabus struthionis:*

14 *Et occurrent bestiæ syluestres cum vlulis, & dæmon ad socium suum clamabit: veruntamen ibi quieuit strix, & inuenit sibi requiem.*

Transl. ex Septuag.

Et magnum populum, cui non dedit consilium,
neque sciebat profundam vocem habentem; ita vt
non audiret populus contemptus:& non est audien-
ti intelligentia.
Ecce Sion ciuitas, salutare nostrum oculi tui vi-
debunt Hierusalem: ciuitas diues, tabernacula, quæ
non commouebuntur, neque mouebuntur paxilli
tabernaculi eius in sempiternum tempus,& funicu-
li eius non disrumpentur:
Quia nomen Domini magnum vobis. Locus vo-
bis erit, flumina,& riui lati,& spatiosi. Non ibis hanc
viam: neque ibit nauis impellens rèmigio. Deus
enim meus magnus est.
Non transibit me Dominus iudex noster, Domi-
nus princeps noster, Dominus rex noster: Dominus
ipse saluabit nos.
Disrupti sunt funiculi tui: quia non præualue-
runt. Malus tuus inclinatus est: non demittet vela,
non eleuabit signum: donec tradatur in direptio-
nem. Multi igitur claudi prædam facient,
Et non dicent, laborabo, populus, qui habitat in
eis: dimittetur enim eis delictum.

CAP. XXXIV.

ACcedite gentes, & audite principes. Audiat ter-
ra,& qui in ea, orbis terræ,& populus, qui in ea.
Quia furor Domini super omnes gentes,& ira su-
per numerum earum, ad perdendos eos, & traden-
dos eos in occisionem.
Vulnerati autem eorum proiicientur, etiam mor-
tui:& ascendet eorum odor:& rigabuntur montes à
sanguine eorum.
Et tabescent omnes virtutes cælorum,& compli-
cabitur cælum, sicut liber: & omnes stellæ cadent,
sicut folia ex vite,& sicut cadunt folia de ficu.
Inebriatus est gladius meus in cælo: ecce super
Idumæam descendet, & super populum perditionis
cum iudicio.
Gladius Domini impletus est sanguine: incras-
satus est de adipe, de sanguine hircorum & agno-
rum, & de adipe hircorum,& arietum. Sacrificium
enim Domino in Bosor, & mactatio magna in Idu-
mæa:
Et concident robusti cum eis,& arietes,& tauri.&
inebriabitur terra ex sanguine; & ex adipe eorum
implebitur.
Dies enim iudicij Domini:& annus retributionis
iudicij Sion.
Et vertentur valles eius in picem, & terra eius in
sulphur:& erit terra eius, quasi pix ardens.
Nocte,& die,& non extinguetur in sempiternum
tempus: & ascendet fumus eius sursum: in genera-
tiones suas desolabitur:& in tempus multum
Aues, & hericij, & ibes, & corui habitabunt in
ea. Et immittetur super eam funiculus geometriæ
deserti:& onocentauri habitabunt in ea,
Principes eius non erunt: reges enim & magnates
eius erunt in perditionem.
Et pullulabunt in ciuitatibus eorum spinea li-
gna,& in munitionibus eius:& erit caulæ sirenum,
& atrium struthionum:
Et occurrent dæmonia onocentauris: & clama-
bunt alter ad alterum: illic requiescent onocentau
ri, inuenientes sibi requiem:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

19 *Populum fortem non videbis, populum profundæ*
linguæ vt non intelligas, blæsum lingua quem non possis
intelligere.

20 *Respice Sion ciuitatem solennitatis nostræ: oculi tui*
videbunt Ierusalaim habitationem quietam, tabernacu-
lum quod non transferetur, nec migrabunt claui eius in
sæculum,& cuncti funes eius non rumpentur.

21 *Quia vere ibi fortis Iehouah nobis erit velut locus*
fluuiorum,& riuorum latorum, per quem non possit ire
nauis remigij, neque nauis magna transibit per eum.

22 *Iehouah enim iudex noster est, Iehouah Legifer noster:*
Iehouah rex noster est, ipse seruabit nos.

23 *Laxati sunt funes tui, non potuerunt bene roborare ma-*
lum suum, nec expanderunt velum: tunc diuisa est præ-
da,& spolia multa: etiam claudi diripuerunt prædam.

Et non dicet habitator, Aegrotus sum: populo qui
habitat in ea, remissa est iniquitas.

CAP. XXXIV.

1 *ACcedite gentes ad audiendum, & populi attendite;*
audiat terra,& plenitudo eius, orbis, & omnia ger-
mina eius.
2 *Quia ira est ipsi Iehouæ super omnes gentes, & furor*
super vniuersum exercitum eorum: interfecit eos, dedit
eos iugulationi.
3 *Et interfecti eorum proijcientur,& de cadaueribus eo-*
rum ascendet fœtor eorum, & liquescent montes propter
sanguinem eorum.
4 *Liquescet quoque vniuersus exercitus cœli, complica-*
bunturque cœli sicut liber, & vniuersus exercitus eorum
decidet sicut decidit foliũ de vite,& sicut decidit de ficu.
5 *Quoniam inebriatus est in cœlo gladius meus, ecce su-*
per Edom descendet,& super populum interfectionis meæ
ad iudicium.
6 *Gladius Iehouæ repletus est sanguine, impinguatus est*
adipe, sanguine agnorum & hircorum, adipe renum arie-
tum: sacrificium enim Iehouæ in Bosrah, & mactatio
magna in terra Edom.
7 *Descendentque vnicornes cum eis, & iuuenci cum tau-*
ris,& inebriabitur terra eorum sanguine, & puluis eo-
rum adipe impinguabitur.
8 *Quia dies vltionis Iehouæ, annus retributionum ad*
iudicium Syon.
9 *Et conuertentur torrentes in picem, & puluis eius in*
sulphur, verteturque terra eius in picem ardentem.
10 *Nocte & die non extinguetur, in sæculum ascendet fu-*
mus eius: à generatione in generationem desolabitur, in
sæculum sæculorum non erit transiens per eam.
11 *Et possidebunt eam pelicanus & ericius, vlula quoque*
& coruus habitabunt in ea: extendetque super eam lineam
desolationis & lapides vacuitatis.
12 *Principes eius,& non ibi ad regnum vocabunt:& om-*
nes principes eius erunt nihil.
13 *Et ascendent in palatijs eius spinæ, vrticæ & paliurus*
in munitionibus eius, eritque habitaculum draconum,
atrium filiabus struthionis:
14 *Occurrentque bestiæ syluestres cum vlulis, & dæmon ad*
socium suum clamabit: quin ibi quiescet lamia, & inue-
niet sibi requiem.

Vulgat. Editio.

Ibi habuit foueam ericius,& enutriuit catulos, & circumfodit,& fouit in vmbra eius:illuc congregati sunt milui,alter ad alterum.

Requirite diligenter in libro Domini, & legite: vnum ex eis non defuit,alter alterum non quæsiuit: quia quod ex ore meo procedit, ille mandauit, & spiritus eius ipse congregauit ea.

Et ipse misit eis sortem, & manus eius diuisit eam illis in mensuram: vsque in æternum possidebunt eam, in generationem & generationem habitabunt in ea.

CAP. XXXV.

LAetabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium.

Germinans germinabit, & exultabit lætabunda & laudans:gloria Libani data est ei:decor Carmeli,& Saron,ipsi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei nostri.

Confortate manus dissolutas,& genua debilia roborate.

Dicite pusillanimis: Confortamini, & nolite timere: ecce Deus vester vltionem adducet retributionis:Deus ipse veniet,& saluabit vos.

Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt.

Tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum:quia scissæ sunt in deserto aquæ,& torrentes in solitudine.

Et quæ erat arida erit in stagnum, & sitiens in fontes aquarum. In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant,orietur viror calami & iunci.

Et erit ibi semita & via, & via sancta vocabitur: non transibit per eam pollutus,& hæc erit vobis directa via,ita vt stulti non errent per eam.

Non erit ibi leo, & mala bestia non ascendet per eam,nec inuenietur ibi: & ambulabunt qui liberati fuerint.

Et redempti à Domino conuertentur, & venient in Sion cum laude: & lætitia sempiterna super caput eorum:gaudium & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus.

CAP. XXXVI.

4. Reg. 18.13. 2. Par. 32.1.

ET factum est in quartodecimo anno regis Ezechiæ,ascendit Sennacherib rex Assyriorum super omnes ciuitates Iuda munitas,& cepit eas.

Et misit rex Assyriorum Rabsacen de Lachis in Ierusalem, ad regem Ezechiam in manu graui, & stetit in aquæ ductu piscinæ superioris in via Agri fullonis.

Et egressus est ad eum Eliacim filius Helciæ, qui erat super domum,&Sobna scriba,& Ioahe filius Asaph à commentariis.

Et dixit ad eos Rabsaces:Dicite Ezechiæ: Hæc dicit rex magnus,rex Assyriorum: Quæ est ista fiducia,qua confidis?

Aut quo consilio vel fortitudine rebellare disponis? super quem habes fiduciam, quia recessisti à me?

Ecce confidis super baculum arundineum confractum istum,super Aegyptum:cui si innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit eam:sic Pharao rex Aegypti omnibus, qui confidunt in eo.

Quod

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

15 *Ibi nidificauit ericius,& peperit, & scindet oua postquam collegerit in vmbra eius: verumtamen ibi congregati sunt vultures vnusquisque ad socium suum.*

16 *Requirite in libro Domini & legite, vnum ex eis non defuit, vnumquodque cum socio suo non defuit, quia os meum ipsum præcepit ea,& spiritus eius ipse congregauit ea.*

17 *Et ipse cadere fecit eis sortem. Et manus eius diuisit eam eis in linea vsque in seculum possidebunt eam in generatione,& generatione habitabunt in ea.*

CAP. XXXV.

1 *LAEtabuntur desertum, & inuia, & exultabit solitudo,& florebit veluti rosa.*

2 *Germinando germinabit, & exultabit etiam exultatione, & laudando. Gloria Lebanon data est eis, decor Charmel,& planiciei,ipsi videbunt gloriam Domini, decorem Dei nostri.*

Confortate manus remissas,& genua debilia roborate.

4 *Dicite stultis corde, confortamini, ne timeatis, ecce Deus vester cum vltione veniet, & videbitis retributionem Dei:ipse veniet,& saluos faciet vos.*

5 *Tunc aperientur oculi cæcorum,& aures surdorum patebunt.*

6 *Tunc saliet sicut ceruus, claudus, & laudabit lingua muti,quia scissæ sunt in deserto aquæ,& torrentes in solitudin·.*

7 *Et erit locus aridus in stagnum, & sitiens in fontes aquarum,in habitaculo draconum accubitus eius,atrium calamo,& iunco.*

8 *Et erit ibi semita & via, & via sanctitatis vocabitur ipsa. Non transibit per eam pollutus,& hæc erit ipsis tam assuetus ambulare per viam, quam stulti non errabunt in ea.*

9 *Non erit ibi leo, & lædens inter bestias non ascendent per eam, nec inuenietur ibi, & ambulabunt per eam redempti.*

10 *Et redempti Domini reuertentur, & venient in Sijon cum laude, & lætitia perpetua erit super caput eorum: gaudium,& lætitiam apprehendent, & fugient dolor, & gemitus.*

CAP. XXXVI.

1 *ET fuit in quartodecimo anno regis Chizchijahu adscendit Sancherib rex Assur contra omnes ciuitates Iehudah munitas,& cepit eas.*

2 *Et misit rex Assur Rabsacheh de Lachis in Ierusalaim ad regem Chizchijahu cum exercitu graui, & stetit in aquæductu piscinæ superioris in via agri fullonis.*

3 *Et egressus est ad eum Eliachim filius Chizchijahu, qui erat super domum, & Sebnah scriba,& Ioach filius Asaph à commentarijs.*

4 *Et dixit ad eos Rabsacheh. Dicite nunc ad Chizchijahu. Sic dixit rex magnus rex Assur, Quæ est fiducia hæc cui fidistit*

5 *Dixi profecto in corde meo.* Hic cogitat posse liberari oratione *labiorum,sed consilio, & fortitudine* opus est *ad prælium. Nunc cui fidisti, quia rebellasti contra me?*

6 *Ecce fidisti super baculo arundineo confracto isto, Aegypto,cui si quispiam innixus fuerit intrabit in manum eius, & perforabit eam. Sic est Parhoh rex Aegypti omnibus fidentibus ei.*

Et

Transl. ex Septuag.

15 Illic nidificauit hericius:& saluauit terra filios eius
cum securitate: ibi occurrerunt cerui, & viderunt
facies inter se:

16 Numero transierunt, & vna ipsarum non periit:
altera alteram non requisierunt: quia Dominus eis
mandauit,& spiritus ipsius congregauit ea.

17 Et ipse mittet eis sortes,& manus eius distribuit,
vt pascantur:in æternum tempus possidebitis:gene-
rationes generationum requiescent super eam.

C A P. XXXV.

1 LAetare desertum sitiens: exultet solitudo, & flo-
reat quasi lilium.
2 Et efflorebunt, & exultabunt deserta Iordanis:
gloria Libani data est ei,& honor Carmeli. Et popu-
lus meus videbit gloriam Domini, & altitudinem
Dei.
3 Confortamini manus remissæ,& genua dissoluta.
4 Consolamini vos, pusillanimes mente, conforta-
mini,nolite timere. Ecce Deus noster iudicium re-
tribuit,& retribuet:ipse veniet,& saluabit nos.
5 Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdo-
rum audient:
6 Tunc saliet, sicut ceruus, claudus: expedita autem
erit lingua balborum:quia scissa est in deserto aqua,
& vallis in terra sitienti:
7 Et erit inaquosa in paludes: & in sitiente terra
fons erit;ibi lætitia auium, & caulæ arundinis, &
paludes:
8 Erit ibi via munda, & via sancta vocabitur: &
non transibit illic immundus:neque erit ibi via im-
munda:qui autem dispersi sunt;ibunt super eam, &
non errabunt.
9 Et non erit ibi leo:& mala bestia non ascendet in
eam,neque inuenietur ibi:sed ambulabunt in ea re-
dempti,
10 Et congregati per Dominum. Et reuertentur, &
venient in Sion cum lætitia: & lætitia sempiterna
super caput eorum. Super caput enim eorum laus,&
exultatio,& lætitia apprehendet eos: fugit dolor,&
tristitia,& gemitus.

C A P. XXXVI.

1 ET factum est in quarto & decimo anno regnan-
te Ezecia,ascendit Sennacherim rex Assyriorum
super ciuitates Iudææ munitas,& cepit eas.
2 Et misit rex Assyriorum Rabsacen de Laches in
Hierusalem ad regem Ezeciam cum virtute multa.
Et stetit in aquæductu piscinæ superioris in via,
agri fullonis:
3 Et egressus est ad eum Eliacim filius Chelciæ œ-
conomus, & Somnas scriba, & Ioach filius Asaph à
commentariis.
4 Et dixit eis Rabsaces. Dicite Ezeciæ: Hæc dicit rex
magnus,rex Assyriorum. Quid fidens es?
5 Numquid in consilio, & sermonibus labiorum
prælium fit? Et nunc super quem confidisti, quia
inobediens es mihi?
6 Ecce fidens es super virgam arundineam confra-
ctam istam, super Aegyptum: sicut si innitatur vir
super eam; intrabit in manum eius, & perforabit
eam;sic erit Pharao rex Aegypti,& omnes, qui con
fidunt in eo.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

15 *Ibi nidificabit ericius, & pariet: rumpetq; oua, post-*
quam collegerit in umbra sua: quinetiam ibi congrega-
buntur vultures, alter cum altero.

16 *Requirite ex libro Iehouæ, & legite, vnum ex eis non*
defuit, nulla defuerunt: quia os meum ipsum est quod
præcepit ea, & spiritus eius ipse est qui congregabit ea.

17 *Et idem proiecit eis sortem, manusq; eius diuisit eam*
illis in linea: vsque in sæculum possidebunt eam, in ge-
neratione & generatione habitabunt in ea.

C A P. XXXV.

1 *LÆtabuntur desertum & inuia, & exultabit solitu-*
do, florebitq; veluti rosa.
2 *Germinando germinabit, & exultabit etiam exulta-*
tione, & laude: gloria Lebanon dabitur ei, decor Charmel,
& planitiei: ipsi videbunt gloriam Iehouæ, decorem Dei
nostri.
3 *Confortate manus remissas, & genua debilia roborate.*
4 *Dicite festinis corde, Confortamini, ne timeatis, ecce*
Deus vester cum vltione veniet, cum retributione Dei:
ipse veniet, & saluos faciet vos.
5 *Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum pa-*
tebunt.
6 *Tunc saliet vt ceruus, claudus, & laudabit lingua*
muti: quia eruperunt in deserto aquæ, & torrentes in soli-
tudine.
7 *Eritq; locus aridus in stagnum, & sitiens terra in*
scaturigines aquarum: in habitaculo draconum, in accu-
bitu eius, locus calamo & iunco.
8 *Erit quoque ibi semita & via, viaque sanctitatis vo-*
cabitur: non transibit per eam pollutus, & hæc erit ipsis:
ambulans per viam, & stulti non errabunt in ea.
9 *Non erit ibi leo, & lædens inter bestias non ascendet*
per eam, nec inuenietur ibi: incedent autem per eam re-
dempti.
10 *Redempti enim à Iehoua reuertentur, & venient in*
Syon cum laude, lætitia quoque perpetua erit super caput
eorum: gaudium & lætitiam apprehendent, fugientque
tristitia & gemitus.

C A P. XXXVI.

1 *ET fuit, quartodecimo anno regis Hizcijahu ascen-*
dit Sancherib rex Assur contra omnes ciuitates Ie-
hudah munitas, & cepit eas.
2 *Misitque rex Assur Rabsaceh de Lachis in Ierusalaim*
ad regem Hizcijahu cum exercitu graui, & stetit in
aquæductu piscinæ superioris quæ est in via agri-fullonis.
3 *Et egressus est ad eum Eliacim filius Hilcijahu, qui*
erat super domum, & Sebnah scriba, & Ioah filius Asaph
à commentarijs:
4 *Et dixit ad eos Rabsaceh, Dicite nunc ad Hizcijahu,*
Sic dixit rex magnus rex Assur, Quæ est fiducia hæc qua
confisus es?
5 *Dixi, Certe verbum labiorum, consilium, & fortitudo*
ad prælium. nunc igitur cui fidisti, quod rebellasti contra
me?
6 *Ecce confisus es in baculo arundineo confracto isto, nem-*
pe Aegypto: cui si innixus fuerit quispiam, intrabit in
manum eius, & perforabit eam: sic est Paroh rex Aegy-
pti omnibus fiduciam habentibus in eo.

Quod

Vulgat. Editio.

Quod si responderis mihi: In Domino Deo nostro 7
confidimus: nonne ipse est, cuius abstulit Ezechias
excelsa & altaria, & dixit Iudæ, & Ierusalem: Coram
altari isto adorabitis?
Et nunc trade te Domino meo regi Assyriorum, 8
& dabo tibi duo millia equorum, nec poteris ex te
præbere ascensores eorum.
Et quomodo sustinebis faciem iudicis vnius loci 9
ex seruis Domini mei minoribus? Quod si confidis
in Aegypto, in quadrigis, & in equitibus:
Et nunc numquid sine Domino ascendi ad ter- 10
ram istam vt disperderem eam? Dominus dixit ad
me: Ascende super terram istam, & disperde eam.
Et dixit Eliacim, & Sobna, & Ioahe ad Rabsacen: 11
Loquere ad seruos tuos Syra lingua: intelligimus
enim: ne loquaris ad nos Iudaice in auribus populi,
qui est super murum.
Et dixit ad eos Rabsaces: Numquid ad dominum 12
tuum & ad te misit me Dominus meus, vt loquerer
omnia verba ista; & non potius ad viros, qui sedent
in muro, vt comedant stercora sua, & bibant vri-
nam pedum suorum vobiscum?
Et stetit Rabsaces, & clamauit voce magna Iudai- 13
ce, & dixit: Audite verba regis magni, regis Assyrio-
rum.
Hæc dicit rex: Non seducat vos Ezechias, quia 14
non poterit eruere vos.
Et non vobis tribuat fiduciam Ezechias super 15
Domino, dicens; Eruens liberabit nos Dominus,
non dabitur ciuitas ista in manu regis Assyrio-
rum.
Nolite audire Ezechiam: hæc enim dicit rex Assy- 16
riorum: Facite mecum benedictionem, & egredimi-
ni ad me, & comedite vnusquisque vineam suam,
& vnusquisque ficum suam: & bibite vnusquisque
aquam cisternæ suæ,
Donec veniam, & tollam vos ad terram, quæ est 17
vt terra vestra, terram frumenti & vini, terram pa-
num & vinearum.
Nec conturbet vos Ezechias, dicens: Dominus li- 18
berabit nos. Numquid liberauerunt dij gentium
vnusquisque terram suam de manu regis Assyrio-
rum?
Vbi est Deus Emath, & Arphad? vbi est Deus Se- 19
pharuaim? numquid liberauerunt Samariam dc
manu mea?
Quis est ex omnibus diis terrarum istarum, qui 20
eruerit terram suam de manu mea, vt eruat Domi-
nus Ierusalem de manu mea?
Et siluerunt, & non responderunt ei verbum. 21
Mandauerat enim rex, dicens: Ne respondeatis ei.
Et ingressus est Eliacim filius Helciæ, qui erat su- 22
per domum, & Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph à
commentariis ad Ezechiam scissis vestibus, & nun-
ciauerunt ei verba Rabsacis.

CAP. XXXVII.

ET factum est, cum audisset rex Ezechias, scidit 1
vestimenta sua, & obuolutus est sacco, & intra-
uit in domum Domini.
Et misit Eliacim, qui erat super domum, & Sob- 2
nam scribam, & seniores de sacerdotibus opertos
saccis ad Isaiam filium Amos prophetam,
Et dixerunt ad eum: Hæc dicit Ezechias: Dies tri- 3
bulationis, & correptionis, & blasphemiæ dies hæc:
quia venerunt filij vsque ad partum, & virtus non
est pariendi.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

*Et si dixeris ad me in Domino Deo nostro fidimus: non-
ne iste est, cuius remouere fecit Chizchijahu, excelsa, &
altaria, dixitq; ad Iehudah, & Ierusalaim: Coram altari
isto incuruabitis vos?*
*Et nunc fideiube obsecro Domino meo regi Assur, &
dabo tibi duo millia equorum, si potueris dare equitantes
super eos.*
*Et quomodo vertere facies faciem ducis vnius seruo-
rum Domini mei minorum: vt confidas tibi in Aegypto
propter currus, & equites?*
*Et nunc nunquid absque Domino ascendi contra ter-
ram istam, vt disperdam eam? Dominus dixit mihi, ascen-
de contra terram istam, & disperde eam.*
*Et dixit Eliachim, & Sebnah, & Ioach ad Rabsacheh.
Loquere obsecro seruis tuis Syriace, quia intelligimus: &
& ne loquaris nobis Iehudaice in auribus populi, qui est
super murum.*
*Et dixit Rabsacheh: Nunquid ad Dominum tuum, &
ad te misit me Dominus meus, vt loquerer verba ista?
Nonne ad homines sedentes super muro, vt comedant ster-
cus suum, & bibant aquas pedum suorum vobiscum?*
*Et stetit Rabsacheh, & clamauit voce magna Iehudai-
ce, & dixit: Audite verba regis magni regis Assur.*
*Sic dixit rex, ne seducat vos Chizchijahu, quia non po-
terit eruere vos.*
*Et ne confidere faciat vos Chizchijahu, in Domino di-
cendo: eruendo eruet nos Dominus, & non dabitur ciuitas
hæc in manu regis Assur.*
*Ne audiatis Chizchijahu. Sic enim dixit rex Assur:
Facite mecum benedictionem, & egredimini ad me, &
comedite vnusquisque vitem suam, & vnusquisque ficum
suam, & bibite vnusquisque aquam cisternæ suæ.*
*Donec veniam, & tollam vos ad terram sicut terram
vestram, terram frumenti, & vini, terram panis, & vi-
nearum.*
*Ne forte persuadeat vobis Chizchijahu dicendo: Do-
minus eruet nos. Nunquid eruerunt dij gentium vnus-
quisque terram suam de manu regis Assur?*
*Vbi est Deus Chamath, & Arphad: & vbi est Deus Se-
pharuaim? Et num eruerunt Someron de manu mea,*
*Quis est inter omnes Deos terrarum istarum qui erue-
rit terram suam de manu mea, quia eruet Dominus Ie-
rusalaim de manu mea?*
*Et siluerunt, & non responderunt ei verbum, præce-
ptum enim regis erat dicendo. Non respondebitis ei.*
*Et ingressus est Eliachim filius Chizchijahu, qui erat
super domum, & Sebna scriba, & Ioach filius Asaph, à
commentariis, ad Chizchijahu scissis vestibus, & nuncia-
uerunt ei verba Rabsacheh.*

CAP. XXXVII.

*ET fuit, cum audisset rex Chizchijahu, scidit vesti-
menta sua, & operuit se sacco, & intrauit in domum
Domini.*
*Et misit Eliachim, qui erat super domum & Sebna scri-
bam, & seniores sacerdotum opertos saccis, ad Iesahiahu
filium Amos prophetæ.*
*Et dixerunt ad cum. Sic dixit Chizchijahu. Dies an-
gustiæ, increpationis, & blasphemiæ, dies hæc, quia vene-
runt filii vsque ad matricem, & virtus non est ad pa-
riendum.*

Transl. ex Septuag.

7 Sin autem dicitis, super Dominum Deum no-
strum confidimus;

8 Nunc admiscemini Domino meo regi Assyriorum:
& dabo vobis duo millia equorum, si poteritis præ-
bere ascensores super eos.

9 Et quomodo potestis auertere in faciem Topar-
charum? Serui sunt, qui confiderunt in Aegyptiis,
in equum, & ascensorem.

10 Et nunc non sine Domino ascendimus super re-
gionem hanc ad oppugnandam eam. Dominus di-
xit ad me: Ascende super terram istam, & disperde
eam.

11 Et dixit ad eum Eliacim, & Somnas, & Ioach: Lo-
quere ad seruos tuos Syriace: audiuimus enim nos:
& ne loquaris ad nos Iudaice. Et vtquid loqueris in
aures hominum super murum?

12 Et dixit ad eos Rabsaces: Nunquid ad dominum
vestrum, vel ad vos misit me dominus meus loqui
verba hæc? nonne ad homines, qui sedent super mu-
rum? vt comedant stercus, & bibant vrinam vobis-
cum simul?

13 Et stetit Rabsaces, & exclamauit voce magna Iu-
daice, & dixit: Audite verba regis magni, regis Assy-
riorum:

14 Hæc dicit rex: Non seducat vos Ezecias sermoni-
bus: non poterit eruere vos:

15 Neque dicat vobis Ezecias, quia eruet vos Deus,
& non tradetur ciuitas hæc in manu regis Assyrio-
rum.

16 Nolite audire Ezeciam. Hæc dicit rex Assyrio-
rum: Si vultis benedici; egredimini ad me, & come-
dite vnusquisque vitem suam, & ficus, & bibite
aquam de cisterna vestra;

17 Donec veniam, & tollam vos ad terram, sicut ter-
ra vestra, terra frumenti, & vini, & panum, & vinea-
rum.

18 Ne seducat vos Ezecias, dicens: Deus liberabit nos.
Nunquid liberauerunt Dij gentium, vnusquisque
regionem suam de manu regis Assyriorum?

19 Vbi est Deus Emath, & Arphath? & vbi Deus ci-
uitatis Eppharuæm? Nunquid potuerunt eruere Sa-
mariam de manu mea?

20 Quis est ex omnibus Diis gentium istarum; qui
eruerit terram suam de manu mea; quia eruet Deus
Hierusalem de manu mea?

21 Et siluerunt: & nemo respondit ei verbum: quia
mandauerat rex, neminem respondere.

22 Et ingressus est Eliacim, filius Chelciæ œconomus
& Somnas, scriba virtutis, & Ioach filius Asaph à
commentariis ad Ezeciam, scissis tunicis: & nun-
ciauerunt ei verba Rabsacis.

CAP. XXXVII.

1 Et factum est, cum audisset rex Ezecias; scidit ve-
stimenta, & obuolutus est sacco, & ascendit in do-
mum Domini.

2 Et misit Eliacim œconomum, & Somnam scri-
bam, & seniores sacerdotum opertos saccis ad Esa-
iam filium Amos prophetam.

3 Et dixerunt ei: Hæc dicit Ezecias: Dies tribulatio-
nis, & opprobrij, & correptionis, & iræ hodierna
dies: quia venit dolor parturienti: virtutem autem
non habet pariendi.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

7 *Quod si dixeris mihi, In Iehoua Deo nostro confidi-
mus: nonne iste est cuius abstulit Hizcijahu excelsa &
altaria: dixitq; ad Iehudah & Ierusalaim, Coram altari
isto incuruabitis vos?*

8 *Nunc igitur fideiube obsecro domino meo regi Assur, &
dabo tibi duo millia equorum, si modo possis dare equitan-
tes super eos.*

9 *Et quomodo vertere facies faciem ducis vnius è seruis
domini mei minoribus: vt confidas in Aegypto propter
currus, & equites?*

10 *Et nunc nunquid absque Iehoua ascendi ad terram
istam, vt disperdam eam? Iehouah dixit mihi, Ascende ad
terram istam, & disperde eam.*

11 *Et dixit Eliacim, & Sebna, & Ioah ad Rabsaceh, Lo-
quere obsecro seruis tuis Syriace, quia nos intelligimus:
& ne loquaris nobis Iehudaice in auribus populi qui est
super murum.*

12 *Et dixit Rabsaceh, Nunquid ad dominum tuum & ad
te misit me Dominus meus, vt loquerer verba ista? annon
magis ad homines sedentes super muro, vt comedant ster-
cora sua, & bibant aquas pedum suorum vobiscum?*

13 *Stans igitur Rabsaceh, clamauit voce magna Iehudai-
ce, & dixit, Audite verba regis magni regis Assur.*

14 *Sic dixit rex, Ne seducat vos Hizcijahu: quia non pote-
rit eruere vos.*

15 *Neque confidere faciat vos Hizcijahu in Iehoua, di-
cendo, Eruendo eruet nos Iehouah, nec tradetur ciuitas
hæc in manu regis Assur.*

16 *Ne audiatis Hizcijahu: sic enim dixit rex Assur, Facite
mecum benedictionem, & egredimini ad me, & comedite
vnusquisque de vite sua, & vnusquisque de ficu sua, &
bibite vnusquisque aquam cisternæ suæ:*

17 *Donec veniam & tollam vos in terram similem terræ
vestræ, in terram frumenti & vini, terram panis & vi-
nearum.*

18 *Ne forte persuadeat vobis Hizcijahu dicendo, Iehouah
eruet nos. nunquid eruerunt dij gentium vnusquisque
terram suam de manu regis Assur?*

19 *Vbi est Deus Hamath, & Arphad? vbi est Deus Se-
pharuaim? & num eruerunt Somron de manu mea?*

20 *Quis est inter omnes deos terrarum istarum qui erue-
rit terram suam de manu mea, vt eruat Iehouah Ieru-
salaim de manu mea?*

21 *Siluerunt autem & non responderunt ei verbum, præ-
ceptum enim regis erat, qui dixerat, Ne respondeatis ei.*

22 *Venit autem Eliacim filius Hilcijahu, qui erat super
domum, & Sebna scriba, & Ioah filius Asaph, à com-
mentariis, ad Hizcijahu scissis vestibus, & nuntiauerunt
ei verba Rabsaceh.*

CAP. XXXVII.

1 *Et fuit, quum audisset rex Hizcijahu, scidit vestimenta
sua: & operuit se sacco, intrauitq; in domo Iehouæ.*

2 *Et misit Eliacim, qui erat super domum & Sebna scri-
bam, atque seniores sacerdotum opertos saccis, ad Iesaia-
hu filium Amos prophetam.*

3 *Qui dixerunt ad eum, Sic dixit Hizcijahu, dies an-
gustiæ, & increpationis, atque blasphemiæ, dies hæc: quia
venerunt filii vsque ad matricem, & virtus non est ad
pariendum.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

4 Si quomodo audiat Dominus Deus tuus verba Rabsacis, quem misit rex Assyriorum Dominus suus ad blasphemandum Deum viuentem, & exprobrandum sermonibus, quos audiuit Dominus Deus tuus: leua ergo orationem pro reliquiis, quæ repertæ sunt.

5 Et venerunt serui regis Ezechiæ ad Isaiam.

6 Et dixit ad eos Isaias: Hæc dicetis Domino vestro: Hæc dicit Dominus: Ne timeas à facie verborum, quæ audisti, quibus blasphemauerunt pueri regis Assyriorum me.

7 Ecce ego dabo ei spiritum, & audiet nuncium, & reuertetur ad terram suam, & corruere eum faciam gladio in terra sua.

8 Reuersus est autem Rabsaces, & inuenit regem Assyriorum prælíantem aduersus Lobnam. Audierat enim quia profectus esset de Lachis,

9 Et audiuit de Tharaca rege Aethiopiæ, dicentes: Egressus est vt pugnet contra te. Quod cum audisset, misit nuncios ad Ezechiam, dicens:

10 Hæc dicetis Ezechiæ regi Iudæ, loquentes: Non te decipiat Deus tuus, in quo tu confidis, dicens: Non dabitur Ierusalem in manu regis Assyriorum.

11 Ecce tu audisti omnia, quæ fecerunt reges Assyriorum omnibus terris, quas subuerterunt, & tu poteris liberari?

12 Numquid eruerunt eos dij Gentium, quos subuerterunt patres mei Gozam, & Haram, & Reseph, & filios Eden, qui erant in Thalassar?

13 Vbi est rex Emath, & rex Arphad, & rex vrbis Sepharuaim, Ana, & Aua?

14 Et tulit Ezechias libros de manu nunciorum, & legit eos, & ascendit in domum Domini, & expandit eos Ezechias coram Domino.

15 Et orauit Ezechias ad Dominum, dicens:

16 Domine exercituum Deus Israel, qui sedes super cherubim: tu es Deus solus omnium regnorum terræ, tu fecisti cælum & terram.

17 Inclina Domine aurem tuam, & audi: aperi Domine oculos tuos, & vide, & audi omnia verba Sennacherib, quæ misit ad blasphemandum Deum viuentem.

18 Vere enim Domine desertas fecerunt reges Assyriorum terras, & regiones earum.

19 Et dederunt Deos earum igni: non enim erant dij, sed opera manuum hominum, lignum & lapis: & comminuerunt eos.

20 Et nunc Domine Deus noster salua nos de manu eius: & cognoscant omnia regna terræ, quia tu es Dominus solus.

21 Et misit Isaias filius Amos ad Ezechiam, dicens: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Pro quibus rogasti me de Sennacherib rege Assyriorum:

22 Hoc est verbum, quod locutus est Dominus super eum: Despexit te, & subsannauit te virgo filia Sion: post te caput mouit filia Ierusalem.

23 Cui exprobrasti, & quem blasphemasti, & super quem exaltasti vocem, & leuasti altitudinem oculorum tuorum? Ad Sanctum Israel.

24 In manu seruorum tuorum exprobrasti Domino: & dixisti: In multitudine quadrigarum mearum ego ascendi altitudinem montium, iuga Libani: & succidam excelsa cedrorum eius, & electas abietes illius, & introibo altitudinem summitatis eius, saltum Carmeli eius.

25 Ego fodi, & bibi aquam, & exiccaui vestigio pedis mei omnes riuos aggerum.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Si forte audiat Dominus Deus tuus verba Rabsacheh, quem misit rex Assur Dominus suus vt probris afficiat Deum viuentem, & arguat verbis, quæ audiuit Dominus Deus tuus, & leua orationem pro residuo quod inuenitur.

Et venerunt serui regis Chizchijahu, ad Iesahiahu,

Et dixit ad eos, Iesahiahu. Sic dicetis Domino vestro, sic dixit Dominus. Ne timeas à facie verborum quæ audisti quibus contempserunt pueri regis Assur me.

Ecce ego do in eo spiritum, & audiet auditum, & reuertetur in terram suam, & cadere faciam eum gladio in terra sua.

Et reuersus est Rabsacheh, & inuenit regem Assur prælíantem aduersus Libnah. Audierat enim quod profectus erat de Lachis.

Et audiuit de Tirhacah rege Aethiopiæ dicendo. Egressus est, vt pugnet tecum. Et audiuit, & misit nuncios ad Chizchijahu dicendo.

Sic dicetis ad Chizchiiahu regem Iehudah dicendo. Ne seducat te Deus tuus cui tu fidis dicendo. Non dabitur Ierusalaim in manu regis Assur.

Ecce audisti, quæ fecerunt reges Assur omnibus terris delendo eas, & tu erueris?

Nunquid eruerunt eas dii gentium, quos subuerterunt patres mei Gozan, & Charan, & Reseph, & filios Heden qui erant in Telasar?

Vbi est rex Chamath, & rex Arphad, & rex ciuitatis Sepharuaim, Henah & Hiuuah?

Et tulit Chizchyahu literas de manu nunciorum, & legit eas Chizchyahu coram Domino.

Orauit autem Chizchyahu ad Dominum dicendo.

Domine exercituum Deus Israel, sedens super Cherubim, tu es Deus solus omnium regnorum terræ. Tu fecisti, cælum, & terram.

Inclina Domine aurem tuam, & audi: aperi Domine oculos tuos, & vide, & audi omnia verba Sancherib, quæ misit vt probris afficeret Deum viuentem.

Vere Domine vastauerunt reges Assur omnes terras, & terram eorum.

Et tradidit deos eorum igni: non enim dij erant, sed opus manuum hominum, lignum, & lapis, & perdiderunt eos.

Et nunc Domine Deus noster saluos fac nos de manu eius, vt cognoscant omnia regna terræ, quod tu es Dominus solus.

Et misit Iesahiahu filius Amos ad Chizchijahu dicendo. Sic dixit Dominus Deus Israel pro quibus supplicasti mihi pro Sancherib rege Assur.

Hoc est verbum, quod locutus est Dominus super eum. Despexit te, subsannauit te virgo filia Sion, post te caput mouit filia Ierusalaim.

Quem probris affecisti, & contumeliis affecisti, & contra quem exaltasti vocem, & leuasti in altitudinem oculos tuos? Contra Sanctum Israel.

Per manum seruorum tuorum probris affecisti Dominum, & dixisti. In multitudine curruum meorum ascendi altitudinem montium, latera Lebanon, & succidam altitudinem cedrorum eius, electas abietes eius, & introibo altitudinem summitatis eius saltum Carmeli eius.

Ego fodi, & bibi aquas alienas, & siccaui planta pedum meorum omnes riuos munitos.

Numquid

Nonne

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

4 Exaudiat Dominus Deus tuus verba Rabsacis, quæ misit rex Assyriorum, ad exprobrandum Deum viuentem, & exprobrandum sermonibus, quos audiuit Dominus Deus tuus. Et orabis ad Dominum tuum pro derelictis his.

5 Et venerunt pueri regis Ezeciæ ad Esaiam.

6 Et dixit eis Esaias: Sic dicetis ad dominum vestrum: Hæc dicit Dominus. Ne timeas à verbis, quæ audisti; quibus exprobrauerunt me legati regis Assyriorum.

7 Ecce ego immitto in eum spiritum: & audiens nuncium reuertetur in regionem suam; & cadet gladio in terra sua.

8 Et reuertit Rabsaces, & inuenit regem Assyriorum oppugnantem Lobnam: & audiuerat, quia promouerat de Lachis.

9 Et egressus est Tharaca rex Aethiopum ad oppugnandum eum.

10 Et audiens reuertit, & misit nuncios ad Ezeciam dicens: Sic dicetis Ezeciæ regi Iudææ. Non te decipiat Deus tuus, in quo confidisti in eo, dicens: non tradetur Hierusalem in manu regis Assyriorum.

11 Tu non audisti, quæ fecerunt reges Assyriorum, vniuersam terram quomodo disperdiderunt? & tu liberaberis?

12 Nunquid eruerunt eos Dij gentium, quos disperdiderunt patres mei, Gozan, & Charran, & Rapheth, quæ sunt in regione Theemath.

13 Vbi sunt reges Emath? & vbi Arthath, & vbi ciuitatis Eppharuæm Anagugana?

14 Et accepit Ezecias librum à nunciis, & legit illum: & ascendit in domum Domini, & aperuit illum ante Dominum.

15 Et orauit Ezecias ad Dominum, dicens:

16 Dominus Sabaoth Deus Israel, qui sedes super Cherubim, tu es Deus solus omnis regni orbis terrarum: tu fecisti cælum, & terram.

17 Inclina Domine aurem tuam, exaudi Domine, aperi Domine oculos tuos: inspice Domine, & vide verba Sennacherim, quæ misit ad exprobrandum Deum viuentem.

18 In veritate enim Domine desolauerunt reges Assyriorum totum orbem terræ, & regionem eorum,

19 Et iniecerunt idola eorum in ignem. Non enim Dij erant, sed opera manuum hominum, ligna, & lapides: & abiecerunt eos.

20 Nunc autem Domine Deus noster salua nos de manu eius: vt cognoscat omne regnum terræ, quia tu es Deus solus.

21 Et missus est Esaias filius Amos ad Ezeciam, & dixit ei: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Audiui, quæ orasti ad me de Sennacherim rege Assyriorum.

22 Hoc est verbum, quod loquutus est de eo Deus. Vilipendit te, & subsannauit te, virgo filia Sion: super te caput mouit, filia Hierusalem.

23 Quem exprobrasti, & irritasti? aut erga quem exaltasti vocem tuam? Et non eleuasti in altitudinem oculos tuos ad sanctum Israel;

24 Quia per nuncios exprobrasti Dominum. Tu enim dixisti: multitudine curruum ego ascendi in altitudinem montium, & in vltima Libani, & succidi altitudinem cedri eius, & pulchritudinem cupressi, & intraui in altitudinem partis syluæ:

25 Et posui pontem: & desolaui aquas, & omnem congregationem aquæ:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

4 *Si forte audiat Iehouah Deus tuus verba Rabsaceh, quem misit rex Assur dominus eius, vt probris afficiat Deum viuentem, & arguat verbis, quæ audiuit Iehouah Deus tuus: leua ergo orationem pro residuo quod inuenitur.*

5 *Venerunt itaque serui regis Hizcijahu ad Iesaiahu,*

6 *Et dixit ad eos Iesaiahu, Sic dicetis domino vestro, Sic dixit Iehouah, Ne timeas à facie verborum quæ audisti, quibus contempserunt pueri regis Assur me.*

7 *Ecce ego do in eo spiritum, & audiet rumorem, reuertetur que in terram suam, & cadere faciam eum gladio in terra sua.*

8 *Reuersus autem Rabsaceh, inuenit regem Assur oppugnantem Libnah: audierat enim quod profectus erat a Lachis.*

9 *Audiuit preterea de Tirhacah rege Aethiopiæ, dicendo, Egressus est vt pugnet tecum: audiuit inquam, & misit nuntios ad Hizc... ahu, dicendo,*

10 *Sic dicetis ad Hizkiahu regem Iehudah, dicentes, Ne seducat te Deus tuus, cui tu confidis dicendo, Non dabitur Ierusalaim in manum regis Assur.*

11 *Ecce audisti quæ fecerunt reges Assur vniuersis terris, delendo eas, & tu erueris?*

12 *Nunquid eruerunt eas dii gentium, quos subuerterunt patres mei Gozan, & Haran, & Reseph, & filios Eden qui erant in Thelasar?*

13 *Vbi est rex Hamath, & rex Arphad, & rex ciuitatis Sepharuaim, Hena, & Iuah?*

14 *Et tulit Hizcijahu literas de manu nuntiorum, legitque eas: & ascendens in domum Iehoua, expandit illas Hizcijahu coram Iehoua.*

15 *Orauit autem Hizcijahu ad Iehouam, dicendo,*

16 *Iehoua exercituum Deus Israel sedens super Cherubim, tu es Deus solus omnium regnorum terræ, tu fecisti cælum, & terram.*

17 *Inclina Iehoua aurem tuam, & audi: aperi Iehoua oculos tuos, & vide: & audi omnia verba Sanherib, qui misit vt probris afficeret Deum viuentem.*

18 *Vere Iehoua vastauerunt reges Assur omnes terras, & terram eorum:*

19 *Et tradiderunt deos eorum igni: non enim dij erant, sed opus manuum hominum, lignum & lapis, ideo perdiderunt eos.*

20 *Et nunc Iehoua Deus noster saluos fac nos de manu eius, vt cognoscant omnia regna terræ quod tu es Iehouah solus.*

21 *Tunc misit Iesaiahu filius Amos ad Hizcijahu, dicendo, Sic dixit Iehouah Deus Israel, Pro quibus precatus es me super Sanherib rege Assur, audiui.*

22 *Hoc est verbum quod loquutus est Iehouah super eum, Despexit te, subsannauit te, virgo filia Siion, post te caput mouit filia Ierusalaim.*

23 *Quem probris affecisti, & cui conuitiatus es, & contra quem exaltasti vocem, & eleuasti in excelsum oculos tuos? contra Sanctum Israelis.*

24 *Per manum seruorum tuorum probris affecisti Dominum, & dixisti, In multitudine curruum meorum ascendi altitudinem montium, latera Lebanon: & succidam altitudinem cedrorum eius, electas abietes eius, & introibo altitudinem summitatis eius, syluam Carmeli eius.*

25 *Ego fodi, & bibi aquas alienas, & siccaui planta pedum meorum omnes riuos munitionis.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

26 Numquid non audisti, quæ olim fecerim ei? ex
diebus antiquis ego plasmaui illud: & nunc adduxi:
& factum est in eradicationem collium compu-
gnantium, & ciuitatum munitarum.
27 Habitatores earum breuiata manu contremue-
runt, & confusi sunt: facti sunt sicut fœnum agri, &
gramen pascuæ, & herba tectorum, quæ exaruit an-
tequam maturesceret.
28 Habitationem tuam, & egressum tuum, & introi-
tum tuum cognoui, & insaniam tuam contra me.
29 Cum fureres aduersum me, superbia tua ascendit
in aures meas: ponam ergo circulum in naribus
tuis, & frenum in labiis tuis, & reducam te in viam,
per quam venisti.
30 Tibi autem hoc erit signum: Comede hoc anno
quæ sponte nascuntur, & in anno secundo pomis
vescere: in anno autem tertio seminate, & metite, &
plantate vineas, & comedite fructum earum.
31 Et mittet id, quod saluatum fuerit de domo Iu-
da, & quod reliquum est, radicem deorsum, & faciet
fructum sursum:
32 Quia de Ierusalem exibunt reliquiæ, & saluatio
de monte Sion: zelus Domini exercituum faciet
istud.
33 Propterea hæc dicit Dominus de rege Assyrio-
rum: Non intrabit ciuitatem hanc, & non iaciet ibi
sagittam, & non occupabit eam clypeus, & non mit-
tet in circuitu eius aggerem.
34 In via, qua venit, per eam reuertetur, & ciuita-
tem hanc non ingredietur, dicit Dominus:
35 Et protegam ciuitatem istam, vt saluem eam pro-
pter me, & propter Dauid seruum meum.
36 Egressus est autem Angelus Domini, & percussit
in castris Assyriorum centum octogintaquinque
millia. Et surrexerunt mane, & ecce omnes, cadaue-
ra mortuorum.
37 Et egressus est, & abiit, & reuersus est Sennache-
rib rex Assyriorum, & habitauit in Niniue.
38 Et factum est, cum adoraret in templo Nesroch
Deum suum, Adramelech, & Sarasar filij eius per-
cusserunt eum gladio: fugeruntque in terram Ara-
rat, & regnauit Asarhaddon filius eius pro eo.

4. Reg. 19.35. Tob. 1. 21. Ecclef. 48. 24. 1. Mac. 7. 4. 2. Mac. 8. 19.

CAP. XXXVIII.

4. Reg. 20. 1. 2. Para 32. 49.

1 IN diebus illis ægrotauit Ezechias vsque ad mor-
tem: & introiuit ad eum Isaias filius Amos pro-
pheta, & dixit ei: Hæc dicit Dominus: Dispone do-
mui tuæ, quia morieris tu, & non viues.
2 Et conuertit Ezechias faciem suam ad parietem,
& orauit ad Dominum,
3 Et dixit: Obsecro Domine, memento quæso quo-
modo ambulauerim coram te in veritate, & in cor-
de perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fece-
rim. Et fleuit Ezechias fletu magno.
4 Et factum est verbum Domini ad Isaiam dicens:
5 Vade, & dic Ezechiæ: Hæc dicit Dominus Deus
Dauid patris tui: Audiui orationem tuam, & vidi
lacrymas tuas: ecce ego adijciam super dies tuos
quindecim annos:
6 Et de manu regis Assyriorum eruam te, & ciuita-
tem istam, & protegam eam.
7 Hoc autem tibi erit signum à Domino, quia fa-
ciet Dominus verbum hoc, quod locutus est:

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

26 *Nonne audisti à longe illud quod feci à diebus anti-
quis quod plasmaui: Nunc adduxi illud, & erit ad deso-
landum in aceruos destructionum, ciuitates munitas.*
27 *Habitatoresque earum abbreuiati manu, contriti sunt,
& pudore affecti sunt. Fuerunt vt herba agri, & olus
germinis, vt herba tectorum, & exaruit ante segetem.*
28 *Habitationem autem tuam, & egressum tuum, & in-
troitum tuum noui, & furorem tuum in me.*
29 *Eo quod iratus es contra me, & tumultus tuus ascen-
dit in aures meas, & ponam hamum meum in naribus
tuis, & camum meum in labiis tuis, & redire faciam te
per viam, per quam venisti.*
30 *Et hoc tibi signum: Comede anno hoc radiuum, & anno
secundo sponte nascens, & in anno tertio seminate, &
metite, & plantate vineas, & comedite fructum earum.*
31 *Et addiciet euasio domus Iehudah, quæ remansit, radi-
cem deorsum, & faciet fructum sursum.*
32 *Quia de Ierusalaim egredientur reliquiæ, & quæ eua-
sit de monte Sijon. Zelus Domini exercituum faciet hoc.*
33 *Propterea sic dixit Dominus pro rege Assur. Non intra-
bit ciuitatem hanc, & non iaciet ibi sagittam, & non
preoccupabit eam clypeo, & non effundet iuxta eam agge-
rem.*
34 *Per viam per quam venit, reuertetur, & ciuitatem
hanc non ingredietur, dixit Dominus.*
35 *Et protegam ciuitatem hanc, vt seruem eam propter
me, & propter Dauid seruum meum.*
36 *Egressus est autem Angelus Domini, & percussit in
castris Assur centum, & octoginta, & quinque millia. Et
maturauerunt mane, & ecce omnes erant cadauera mor-
tuorum.*
37 *Et profectus est, & abiit, & reuersus est Sancherib rex
Assur, & habitauit in Nineueh.*
38 *Et fuit, eo adorante in domo Nisroch Deum suum,
Adramelech, & Sareser filij eius percusserunt eum gla-
dio: & ipsi euaserunt in terram Ararath, & regnauit
Esarchadon filius eius pro eo.*

CAP. XXXVIII.

1 *IN diebus illis ægrotauit Chizchijahu ad moriendum,
& venit ad eum Iesahiahu filius Amos Prophetæ, di-
xitque ad eum. Sic dixit Dominus: Præcipe domui tuæ,
quia morieris tu, & non viues.*
2 *Et conuertit Chizchiiahu faciem suam ad parietem,
& orauit ad Dominum.*
3 *Et dixit: Obsecro Domine: Memento quæso quod ambu-
lauerim coram te in veritate, & corde perfecto, & quod
bonum est in oculis tuis fecerim. Et fleuit Chizchiiahu
fletu magno.*
4 *Et fuit verbum Domini ad Iesahiahu, dicendo:*
5 *Vade, & dic ad Chizchiiahu. Sic dixit Dominus Deus
Dauid patris tui. Audiui orationem tuam, vidi lachry-
mas tuas. Ecce ego addo diebus tuis quindecim annos.*
6 *Et de manu regis Assur eruam te, & ciuitatem hanc,
& protegam ciuitatem hanc.*
7 *Et hoc tibi signum à Domino, quod facturus sit Domi-
nus verbum hoc quod locutus est.*

Transl. ex Septuag.

26 Non hæc audisti, olim quæ ego feci? Ex diebus
antiquis constitui: nunc autem ostendi, desolare
gentes in munitionibus,

27 Et habitantes in ciuitatibus munitis: remisi ma-
nus: & exaruerunt, & facti sunt quasi fœnum ari-
dum super tecta,& quasi gramen.

28 Nunc autem requiem tuam,& exitum tuum, &
introitum tuum ego scio:
29 Furor autem tuus, quo furis, & amaritudo tua
ascendit ad me: & immittam circulum in nasum
tuum,& frænum in labia tua:& auertam te via,qua
venisti in ea.
30 Hoc autem tibi signum. Comede hoc anno, quæ
seminasti,anno autem secundo reliquias, tertio au-
tem seminantes metite, & plantate vineas, &
comedite fructum earum.

31 Et erunt derelicti in Iudæa, pullulabunt radicem
deorsum,& facient semen sursum.

32 Quoniam de Hierusalem erunt relicti, & saluati
de monte Sion.Zelus Domini Sabaoth faciet hæc.

33 Propterea sic dicit Dominus super regem Assy-
riorum:Non ingredietur in ciuitatem hanc; neque
iaciet in eam sagittam, neque immittet super eam
scutum,neque circundabit super eam vallum:
34 Sed via, qua venit, in ea reuertetur: & in ciuita-
tem hanc non ingredietur.Hæc dicit Dominus:
35 Protegam pro ciuitate hac ad saluandam eam
propter me,& propter Dauid puerum meum.
36 Et egressus est Angelus Domini, & occidit de ca-
stris Assyriorum centum octuaginta quinque mil-
lia.Et surgentes mane, inuenerunt omnia corpora
mortua.
37 Et abiit reuersus Sennacherim rex Assyriorum,
& habitauit in Nineue:
38 Et cum ipse adoraret in domo Nasarach patriar-
chum suum; Adramelech, & Sarasar filij eius per-
cusserunt eum gladiis: ipsi autem saluati sunt in
Armeniam:& regnauit Asordan filius eius pro eo.

C A P. XXXVIII.

1 FActum est autem in tempore illo ægrotauit
Ezecias vsque ad mortem. Et venit ad eum
Esaias filius Amos propheta, & dixit ad eum. Hæc
dicit Dominus:dispone de domo tua:morieris enim
tu,& non viues.
2 Et conuertit Ezecias faciem suam ad parietem,
& orauit ad Dominum,
3 Dicens:Memento Domine, quomodo ambulaue-
rim coram te cum veritate,in corde vero, & placita
coram te fecerim. Et plorauit Ezecias ploratione
magna.
4 Et factum est verbum Domini ad Esaiam, di-
cens.
5 Vade,& dic Ezeciæ: Hæc dicit Dominus Deus
Dauid patris tui: Audiui orationem tuam, & vidi
lachrymas tuas:ecce adiicio ad tempus tuum quin-
decim annos:
6 Et de manu regis Assyriorum eruam te,& ciuita
tem hanc:& protegam super ciuitatem hanc.
7 Hoc autem tibi signum à Domino: quia faciet
Deus verbum hoc.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

*Annon audisti quod à longinquo tempore fecerim eam.
à diebus antiquis etiam formauerim ipsam? nunc vero
adduxi ipsam vt sit in desolationem, in aceruos ruina-
rum,ciuitates munitas.*

*Nam habitatores earum abbreuiati manu, contriti
sunt, & pudore affecti sunt: fuerunt vt herba agri &
olus germinis,imo vt herba tectorum, & tanquam herba
percussa ariditate antequam sit seges.*

*Habitationem autem tuam, & egressum tuum,& in-
troitum tuum noui,& furorem tuum in me.*

*Quoniam iratus es contra me, & tumultus tuus ad-
scendit in aures meas,ideo ponam hamum meum in nari-
bus tuis,& camum meum in labiis tuis,& redire faciam
te per viam qua venisti.*

*Et hoc tibi signum:comede anno hoc per se germinan-
tia,& anno secundo sponte etiam nascentia: anno vero
tertio seminate, & metite, & plantate vineas,& come-
dite fructum earum.*

*Et addet superstes domus Iehudah, qui remansit mit-
tere radicem deorsum:& facere fructum sursum.*

*Quia de Ierusalaim egredientur reliquiæ,& superstes
de monte Sijon:zelus Iehouæ exercituum faciet hoc.*

*Propterea sic dicit Iehouah de rege Assur, Non intra-
bit ciuitatem istam,nec iaciet illuc sagittam, neque præ-
occupabit eam clypeo munitus,& non effundet iuxta eam
aggerem.*

*Per viam qua venit, reuertetur, & ciuitatem hanc
non ingredietur, dixit Iehouah.*

*Et protegam ciuitatem hanc, vt seruem eam propter
me,& propter Dauid seruum meum.*

*Egressus est autem Angelus Iehouah, & percussit in
castris Assur centum & octoginta quinque millia:& sur-
rexerunt summo mane, & ecce omnes erant cadauera
mortuarum.*

*Tum profectus est, & abiit, reuersusque est Sanherib rex
Assur,& habitauit in Niueueh.*

*Et accidit, eo adorante in domo Nisroch deum suum,
Adramelech & Sareser filij eius percusserunt eum gla-
dio, euaseruntque in terram Ararat: & regnauit Esar-
haddon filius eius pro eo.*

C A P. XXXVIII.

*IN diebus illis ægrotauit Hizcijahu vsque ad mortem:
& venit ad eum Iesaiahu filius Amos Propheta,dixit-
que ad eum,Sic dixit Iehouah, Præcipe domui tuæ, quia
morieris tu,& non viues.*

*Et conuertit Hizciiahu faciem suam ad parietem, &
orauit ad Iehouam,*

*Et dixit, Obsecro Iehoua, recordare quæso quod ambu-
lauerim coram te in veritate, & corde perfecto, & quod
bonum est in oculis tuis,fecerim. & fleuit Hizciiahu fletu
magno.*

Et fuit verbum Iehouæ ad Iesaiahu, dicendo,

*Vade, & dic ad Hizciiahu, Sic dixit Iehouah Deus
Dauid patris tui. Audiui orationem tuam, vidi lachry-
mas tuas:ecce addo diebus tuis quindecim annos.*

*Et de manu regis Assur eruam te & ciuitatem hanc,
protegamque ciuitatem hanc.*

*Et hoc tibi signum à Iehoua,quod facturus sit Iehouah
verbum hoc quod loquutus est.*

Vulgat. Editio.

8 Ecce ego reuerti faciam vmbram linearum, per quas descenderat in horologio Achaz in sole, retrorsum decem lineis. Et reuersus est sol decem lineis per gradus, quos descenderat.

9 Scriptura Ezechiæ regis Iuda cum ægrotasset, & conualuisset de infirmitate sua.

10 Ego dixi: In dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi.

11 Quæsiui residuum annorum meorum. * dixi: Non videbo Dominum Deum in terra viuentium.

Non aspiciam hominem vltra, & habitatorem quietis.

12 Generatio mea ablata est; & conuoluta est à me, quasi tabernaculum pastorum:

Præcisa est velut à texente, vita mea: dum adhuc ordirer, succidit me: de mane vsque ad vesperam finies me.

13 Sperabam vsque ad mane, quasi leo sic contriuit omnia ossa mea:

14 De mane vsque ad vesperam finies me: * sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor vt columba:

Attenuati sunt oculi mei, suspicientes in excelsum:

Domine vim patior, responde pro me.

15 Quid dicam, aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerit?

Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.

16 Domine si sic viuitur, & in talibus vita spiritus
17 mei, corripies me, & viuificabis me.* Ecce in pace
amaritudo mea amarissima:

Tu autem eruisti animam meam vt non periret, proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

18 Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: non expectabunt qui descendunt in lacum, veritatem tuam.

19 Viuens viuens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie: pater filiis notam faciet veritatem tuam.

20 Domine saluum me fac, & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini.

21 Et iussit Isaias vt tollerent massam de ficis, & cataplasmarent super vulnus, & sanaretur.

22 Et dixit Ezechias: Quod erit signum quia ascendam in domum Domini?

CAP. XXXIX.

4. Reg. 20.12.

1 IN tempore illo misit Merodach Baladan filius Baladan rex Babylonis, libros & munera ad Ezechiam: audierat enim quod ægrotasset, & conualuisset.

2 Lætatus est autem super eis Ezechias, & ostendit eis cellam aromatum, & argenti, & auri, & odoramentorum, & vnguenti optimi, & omnes apothecas supellectilis suæ, & vniuersa quæ inuenta sunt in thesauris eius. Non fuit verbum quod non ostenderet eis Ezechias in domo sua, & in omni potestate sua.

3 Introiuit autem Isaias propheta ad Ezechiam regem, & dixit ei: Quid dixerunt viri isti, & vnde venerunt ad te? Et dixit Ezechias: de terra longinqua venerunt ad me, de Babylone.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

8 *Ecce reuerti facio vmbram graduum quæ descendit per gradus Achaz in sole retrorsum decem gradibus. Et reuersus est sol decem gradibus secundum gradus quos descenderat.*

9 *Scriptura Chizchijahu regis Iehudah cum ægrotasset, & conualuisset de infirmitate sua.*

10 *Ego dixi: In excisione dierum meorum vadam ad portas sepulchri,*

11 *Carebo residuo annorum meorum.* * *Dixi, non videbo Dominum, in terra viuentium.*

Non aspiciam hominem vltra cum habitatoribus orbis.

12 *Habitatio mea recessit, & migrauit à me, veluti tabernaculum pastoris.*

Præcidi velut texens vitam meam, ægritudine Deus concidet me: à die vsque ad noctem consumes me.

13 *Posui vsque ad mane, veluti leo, sic conteret omnia ossa mea.*

14 *A die vsque ad noctem consumes me.* * *Sicut grus, & hirundo, sic garriebam, garriebam vt columba.*

Eleuati erant oculi mei in excelsum.

Domine infirmitas vim fecit mihi, quiescere fac me.

15 *Quid loquar? Et dixit mihi, & ipse fecit* quod dixit.

Incedam omnibus annis meis cum amaritudine animæ meæ.

16 *Domine vltra eos viuent, & omnibus, quod in eis*
17 *est vita spiritus mei, & sanabis me, & viuificabis me.*
* *Ecce* dum essem *in pace amaritudo mihi amaritudo fuit.*

Et tu desiderasti eruere animam meam à fouea consumptiua: quia proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

18 *Quia non corpus in sepulchro confitebitur tibi, neque corpus mortuum laudabit te, nec sperabunt corpora descendentia in sepulchrum in veritate tua.*

19 *Viuens viuens confitebitur tibi, sicut ego hodie: pater filiis notam faciet veritatem tuam.*

20 *Dominus dixit quod saluum me faceret, & ideo psalmos vestros psallemus omnibus diebus vitæ nostræ in domo Domini.*

21 *Dixitque Iesahiahu. Tollant massam ficuum, & alligent super vlcus, & sanabitur.*

22 *Et dixit Chizchijahu. Quod signum quod ascendam in domum Domini?*

CAP. XXXIX.

1 *IN tempore illo misit Merodach Baladan filius Baladan rex Babel litteras & munus ad Chizchijahu. Audierat enim quod ægrotasset, & conualuisset.*

2 *Lætatus est autem super eis Chizchijahu, & ostendit eis domum aromatum suorum, argentum, & aurum, & aromata, & vnguentum optimum, & omnem domum vasorum suorum, & omne quod inuentum est in thesauris suis. Non fuit quicquam quod non ostenderit eis Chizchijahu in domo sua, & in omni potestate sua.*

3 *Introiuit autem Iesahiahu propheta ad Chizchijahu, & dixit ei. Quid dixerunt viri isti, & vnde venerunt ad te? Et dixit Chizchijahu. De terra longinqua venerunt ad me de Babel.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

8 Ecce ego vertam vmbram graduum, quos de-
scendit decem gradus domus patris tui Sol: redire
faciam Solem decem gradus. Et ascendit Sol decem
gradus, quos descenderat vmbra.

9 ORATIO EZECIAE REGIS IVDAEAE,
quando languit, & surrexit de infirmitate sua.

10 EGo dixi in excelso dierum meorum: vadam ad
portas inferi: ★ relinquam annos residuos.
11 Dixi: Nequaquam vltra videbo salutare Dei in
terra viuentium, ★ nec videbo vltra hominem.

12 Defecit ex cognatione mea: dereliqui residuum
vitæ meæ. Exiuit, & recessit à me: sicut tabernacu-
lum soluens, qui fixerat: ★ sicut tela, spiritus meus
apud me factus est, texente appropinquante ad suc-
cidendum.
13 In illa die traditus sum vsque mane, sicut leoni:
sic contriuit omnia ossa mea. ★ A die enim vsque ad
noctem traditus sum.
14 Quasi hirundo, sic clamabo; & quasi columba, sic
meditor. ★ Defecerunt enim oculi mei aspiciendo
in excelsum cæli

15 Ad Dominum, qui eruit me; & abstulit à me do-
lorem animæ.

16 Domine: de ipsa enim annunciatum est tibi: &
suscitasti spiritum meum:

17 Et consolationem accipiens vixi. ★ Eruisti enim
animam meam, vt non periret; & proiecisti post me
omnia peccata.

18 Non enim qui in inferno, laudabunt te, neq; mor-
tui benedicent te, neque sperabunt, qui apud inferos
sunt, misericordiam tuam.
19 Viuentes benedicent tibi, sicut & ego. Ab hodie
enim filios faciam, qui annunciabunt iustitiam
tuam.
20 Deo salutis meæ, & non cessabo benedicens tibi,
cum psalterio omnibus diebus vitæ meæ in con-
spectu domus Dei.
21 Et dixit Esaias ad Ezeciam: Sume massam de ficis,
& tere, & cataplasma, & sanus eris.
22 Et dixit Ezecias: Hoc signum ad Ezeciam, quia
ascendam in domum Dei?

C A P. XXXIX.

1 IN tempore illo misit Marodach Baladan filius Ba-
ladan rex Babyloniæ epistolas, & legatos, & mu-
nera Ezeciæ: audierat enim quod ægrotasset vsque
ad mortem, & surrexisset.
2 Lætatusque est super eis Ezecias, & ostendit eis
domum Nechotha, & argenti & auri, & stactes, &
thymiamatum, & vnguenti, & omnes domos vaso-
rum gazæ, & omnia, quæcumque erant in thesauris
ipsius. Et non fuit quicquam, quod non ostenderit
Ezecias, in domo sua, & in omni potestate sua.
3 Et venit Esaias propheta ad regem Eseciam, &
dixit ad eum: Quid dicunt homines isti? & vnde
venerunt ad te? Et dixit Ezecias. De terra longin-
qua venerunt ad me de Babylone.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

8 *Ecce reuerti facio vmbram graduum quibus descendit
in horologio Achaz in sole retrorsum decem gradibus. re-
uersusq; est sol decem gradibus quibus iam descenderat.*

9 *Scriptura Hizcijahu regis Iehudah, quum ægrotasset,
& conualuisset ab infirmitate sua.*

10 *Ego dixi in excisione dierum meorum, Vadam ad por-
tas sepulchri: priuatus sum residuo annorum meorum.*
11 *Dixi, Non videbo, Iah Iah in terra viuentium: non
aspiciam hominem vltra cum habitatoribus orbis.*

12 *Habitatio mea recessit, & migrauit à me veluti
tabernaculum pastoris: præcidi more textoris vitam
meam, ægritudine Deus succidet me. à die vsque ad no-
ctem consummabis me.*

13 *Tunc posui vitam meam vsque ad mane: veluti leo,
sic contriuit omnia ossa mea: à die vsque ad noctem con-
summabis me.*
14 *Sicut grus & hirundo sic garriebam, gemebam vt co-
lumba: eleuabantur oculi mei in excelsum: Domine infir-
mitas vim facit mihi, requiescere fac me.*

15 *Quid loquar? Et dixit mihi per Prophetam, & fecit
quod dixit: leniter incedam omnibus annis meis in ama-
ritudine animæ meæ.*

16 *Domine vltra eos viuent, & omnibus dicam quod in
ipsis est vita spiritus mei: itaque sana me, & viuifica me.*

17 *Ecce, dum essem in pace, amaritudo mihi amara: tu
autem desiderasti eruere animam meam à fouea consum-
ptionis: quia proiecisti post tergum tuum omnia peccata
mea.*
18 *Non enim sepulchrum confitebitur tibi, neque mors
laudabit te, nec sperabunt qui descendunt in sepulchrum,
in veritate tua.*
19 *Viuens, viuens ipse confitebitur tibi, sicut ego hodie: pa-
ter filiis notam faciet veritatem tuam.*

20 *Iehouah ad seruandum me adfuit, ideo psalmos meos
psallemus omnibus diebus vitæ nostræ in domo Iehouæ.*

21 *Dixerat autem Iesaiahu, Tollant massam ficuum, &
alligent super vlcus, & sanabitur.*
22 *Dixeratq; Hizcijahu, Quod signum erit quod ascen-
dam in domum Iehouæ?*

C A P. XXXIX.

1 *IN tempore illo misit Merodach Baladan filius Bala-
dan rex Babel literas, & munus ad Hizcijahu: audie-
rat enim quod ægrotasset & conualuisset:*

2 *Lætatus est autem Hizcijahu, & ostendit eis domum
aromatum suorum, argentum, & aurum, atque aromata
& vnguentum optimum, & omnem domum vasorum
suorum, & quicquid inuentum est in thesauris suis: non
fuit quicquam quod non ostenderet eis Hizcijahu in domo
sua, & in vniuersa ditione sua.*
3 *Introiuit autem Iesaiahu propheta ad regem Hizcija-
hu, & dixit ei, Quid dixerunt viri isti, & vnde vene-
runt ad te? Et dixit Hizcijahu, De terra longinqua ve-
nerunt ad me de Babel.*

Vulgat. Editio.

4 Et dixit Quid viderunt in domo tua? Et dixit
Ezecias: Omnia, quæ in domo mea sunt, viderunt:
non fuit res, quam non ostenderim eis in thesauris
meis.
5 Et dixit Isaias ad Ezechiam: Audi verbum Domi-
ni exercituum.
6 Ecce dies venient, & offerentur omnia, quæ in
domo tua sunt, & quæ thesaurizauerunt patres tui
vsque ad diem hanc, in Babylonem: non relinque-
tur quidquam, dicit Dominus.
7 Et de filiis tuis, qui exibunt de te, quos genueris,
tollent, & erunt eunuchi in palatio regis Babylo-
nis.
8 Et dixit Ezechias ad Isaiam: Bonum verbum Do-
mini quod locutus est. Et dixit: Fiat tantum pax, &
veritas in diebus meis.

CAP. XL.

1 COnsolamini, consolamini, popule meus, dicit
Deus vester.
2 Loquimini ad cor Ierusalē, & aduocate eam: quo-
niam completa est malitia eius, dimissa est iniqui-
tas illius: suscepit de manu Domini duplicia pro
omnibus peccatis suis.
Matth. 3.3. Mar. 1. 3. Luc. 3. 4. Io. 1. 23. 3 Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini,
rectas facite in solitudine semitas Dei nostri.
4 Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons, & col-
lis humiliabitur: & erunt praua in directa, & aspera
in vias planas.
5 Et reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis
caro pariter quod os Domini locutum est.
6 Vox dicentis: Clama. Et dixi: Quid clamabo?
★ Ecc. 14.18. Iac. 1. 10. 1. Pet. 1.24. ★ Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius, quasi
flos agri.
7 Exiccatum est fœnum, & cecidit flos, quia spiri-
tus Domini sufflauit in eo. Vere fœnum est popu-
lus:
8 Exiccatum est fœnum, & cecidit flos. Verbum au-
tem Domini nostri manet in æternum.
9 Super montem excelsum ascende tu, qui euan-
gelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam,
qui euangelizas Ierusalem: exalta, noli timere. Dic
ciuitatibus Iuda: Ecce Deus vester:
10 Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, &
brachium eius dominabitur: ecce merces eius cum
eo: & opus illius coram illo.
11 Sicut pastor gregem suum pascet: in brachio suo
Io. 10. 11. Eze. 34. 23. & 37. 24. congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipse
portabit.
12 Quis mensus est pugillo aquas, & cælos palmo
ponderauit? quis appendit tribus digitis molem
terræ, & librauit in pondere montes, & colles in
statera?
13 Quis adiuuit spiritum Domini? aut quis consi-
Ro. 11. 34. 1. Cor. 2. 16. Sap. 9. 13. liarius eius fuit, & ostendit illi?
14 Cum quo iniit consilium, & instruxit eum, &
docuit eum semitam iustitiæ, & erudiuit eum scien-
tiam, & viam prudentiæ ostendit illi?
15 Ecce gentes, quasi stilla situlæ, & quasi momen-
tum stateræ reputatæ sunt: ecce insulæ quasi puluis
exiguus.
16 Et Libanus non sufficiet ad succendendum, & a-
nimalia eius non sufficient ad holocaustum.
17 Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo,
& quasi nihilum, & inane reputatæ sunt ei.
18 Cui ergo similem fecistis Deum? aut quam ima-
Act. 17. 29. ginem ponetis ei?

Nunquid

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

4 *Et dixit. Quid viderunt in domo tua? Et dixit Chiz-
chijahu. Omnia quæ erant in domo mea, viderunt. Non
fuit aliquid quod non ostenderim eis in thesauris meis.*
5 *Et dixit Iesahiahu ad Chizchijahu. Audi verbum Do-
mini exercituum.*
6 *Ecce dies veniunt, & auferetur omne quod est in domo
tua, & quæ reconderunt patres tui vsque ad diem hanc
in Babel: non relinquetur aliquid, dixit Dominus.*
7 *Et de filiis tuis qui exibunt de te, quos genueris, tol-
lent, & erunt eunuchi in palatio regis Babel.*
8 *Et dixit Chizchijahu ad Iesahiahu. Bonum verbum
Domini, quod locutus es. Et dixit fiat pax & veritas in
diebus meis.*

CAP. XL.

1 *COnsolamini: consolamini populum meum dicet Deus
vester.*
2 *Loquimini ad cor Ierusalaim, & vocate eam, quo-
niam completum est tempus eius, quoniam perfecta est
punitio eius, quoniam suscepit de manu Domini duplicia
propter omnia peccata sua.*
3 *Vox clamantis in deserto, expurgate viam Domini, re-
ctam facite in solitudine viam Dei nostri.*
4 *Omnis vallis exaltabit se, & omnis mons & collis hu-
miliabunt se, & erit prauum in directionem, & altitu-
dines in planiciem.*
5 *Et reuelabit se gloria Domini, & videbit omnis caro
pariter quod os Domini locutum est.*
6 *Vox dicentis. Clama. Et dixit. Quid clamabo? Omnis
caro vt herba, & omnis pietas eius tanquam flos agri.*
7 *Et aruit herba, cecidit flos, quia spiritus Domini suf-
flauit in eum, Vere herba est populus.*
8 *Et aruit herba, cecidit flos, verbum autem Dei nostri
stabit in seculum.*
9 *Super montem excelsum ascende euangelizatrix Sijon,
exalta in fortitudine vocem tuam, euangelizatrix Ieru-
salaim, exalta, ne timeas. Dic ciuitatibus Iehudah. Ecce
Deus vester.*
10 *Ecce Dominus Deus cum forti veniet, & brachium
eius dominatur sibi, ecce merces eius cum eo, & opus illius
coram illo.*
11 *Sicut pastor gregem suum pascet: brachio suo congre-
gabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ducet.*
12 *Quis mensus est pugillo suo aquas, & cælos palmo di-
rexit, & ponderauit mensura puluerem terræ, & librauit
in regula montes & colles in statera?*
13 *Quis direxit spiritum Domini, & quis vir consilium
eius scire fecit eum?*
14 *Cum quo consiliatus est, & quis instruxit eum, &
docuit eum in semita iudicium, & erudiuit eum scien-
tia, & viam intelligentiarum ostendit illi?*
15 *Ecce gentes sicut stilla situlæ, & sicut puluis tenuis
stateræ reputata sunt: ecce insulas tanquam puluerem
proyciet.*
16 *Et Lebanon non est sufficiens ad accendendum, & bestia
eius non est sufficiens ad holocaustum.*
17 *Omnes gentes sicut nihil sunt coram eo, pro nihilo, &
inani reputata sunt ei.*
18 *Cui assimilabitis Deum, & quid similitudinis pone-
tis ei?*

Nonne

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

4 Et dixit Esaias: Quid viderunt in domo tua? Et
dixit Ezecias: Omnia, quæ in domo mea sunt, vide-
runt: & non est in domo mea quod non viderint,
sed etiam, quæ in thesauris meis.
5 Et dixit Esaias ei: Audi verbum Domini Sabaoth:
6 Ecce dies veniunt, & tollent omnia, quæ in domo
tua sunt, & quæcunque congregauerunt patres tui
vsque ad diem hanc, in Babylonem venient: & nihil
relinquent. Dixit autem Deus;
7 Quia & de filiis tuis, quos genueris, tollent, & fa-
cient spadones in domo regis Babyloniorum.
8 Et dixit Ezecias Esaiæ: Bonum verbum Domini,
quod locutus est: Fiat nunc pax, & iustitia in diebus
meis.

CAP. XL.

1 Consolamini, consolamini populum meum,
dicit Deus:
2 Sacerdotes loquimini ad cor Hierusalem, conso-
lamini eam: quia repleta est humilitas eius. Solu-
tum est peccatum illius; quia recepit de manu Do-
mini duplicia peccata sua.
3 Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini:
rectas facite semitas Dei nostri.
4 Omnis vallis implebitur: & omnis mons, & col-
lis humiliabitur: & erunt omnia praua in directam:
& aspera in campos.
5 Et apparebit gloria Domini: & videbit omnis ca-
ro salutare Dei: quia Dominus loquutus est.
6 Vox dicentis. Clama. Et dixi: Quid clamabo? Om-
nis caro fœnum, & omnis gloria hominis, quasi flos
fœni.
7 7 & 8 Aruit fœnum, & flos cecidit: verbum autem
Dei nostri manet in sempiternum.
8
9 Super montem excelsum ascende, qui euangeli-
zas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam, qui
euangelizas Hierusalem: exaltate, nolite timere: dic
ciuitatibus Iuda: Ecce Deus vester,
10 Ecce Dominus, Dominus cum virtute venit, &
brachium cum dominatione. Ecce merces eius cum
eo: & opus in conspectu illius.
11 Sicut pastor pascet gregem suum, & brachio suo
congregabit agnos, & prægnantes consolabitur.
12 Quis mensus est manu aquam, & cælum palmo,
& omnem terram pugillo? Quis statuit montes
pondere, & rupes stathera?
13 Quis cognouit mentem Domini; aut quis consi-
liarius eius fuit, qui doceat eum?
14 Aut cum quo consilium iniit, & instruxit illum?
Vel quis ostendit ei iudicium? vel viam intelligen-
tiæ quis ostendit illi?
15 Si omnes gentes, sicut stilla de situla, & quasi mo-
mentum statheræ reputatæ sunt, quasi saliua repu-
tabuntur?
16 Libanus autem non sufficit ad comburendum: &
omnia quadrupedia non sufficiũt ad holocaustum:
17 Et cunctæ gentes quasi nihilum sunt, & in ni-
hilum reputatæ sunt.
18 Cui similem fecistis Dominum? & cui simula-
chro assimilastis eum?

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

4 *Rursum ait, Quid viderunt in domo tua? Et dixit
Hizcijahu, Cuncta quæ erant in domo mea, viderunt:
non fuit aliquid quod non ostenderim eis in thesauris
meis.*
5 *Tunc dixit Iesaiahu ad Hizcijahu, Audi verbum Ie-
houæ exercituum:*
6 *Ecce dies veniunt, & auferetur quicquid est in domo
tua, & quæ recondiderunt patres tui ad hunc vsque diem,
in Babel: non relinquetur aliquid, dixit Iehouah.*
7 *De filiis quoque tuis qui egredientur de te, quos genue-
ris, tollent, & erunt eunuchi in palatio regis Babel.*
8 *Et dixit Hizcijahu ad Iesaiahu, bonum verbum Iehouæ
quod loquutus es. Et adiecit, Saltem fiat pax & veritas
in diebus meis.*

CAP. XL.

1 *Consolamini, ô Propheta, consolamini populum meum,
dixit Deus vester.*
2 *Loquimini ad cor Ierusalaim, & clamate ad eam:
quod completum est tempus eius, quod remissa est iniqui-
tas eius: quod susceperit de manu Iehouæ duplicia pro om-
nibus peccatis suis.*
3 *Vox clamantis in deserto, Repurgate viam Iehouæ, re-
ctam facite in solitudine viam Dei nostri.*
4 *Omnis vallis exaltabit sese, & omnis mons & collis
humiliabunt se: eritque curuum in directionem, & excelsa
in planitiem.*
5 *Reuelabitque se gloria Iehouæ, & videbit omnis caro
pariter quod os Iehouæ loquutum sit.*
6 *Vox dicentis, Clama. Et dixit, Quid clamabo? Omnis
caro vt herba, & omnis misericordia eius tanquam flos
agri.*
7 *Exaruit herba, cecidit flos: quia spiritus Iehouæ suffla-
uit in eum: vere herba est populus.*
8 *Exaruit inquam herba, cecidit flos: verbum autem
Dei nostri stabit in sæculum.*
9 *Super montem excelsum ascende euangelizatrix Sijon,
exalta cum fortitudine vocem tuam euangelizatrix Ie-
rusalaim, exalta, ne timeas: dic vrbibus Iehudah, Ecce
Deus vester.*
10 *Ecce Dominus Iehouah cum forti exercitu veniet, &
brachium eius dominatur sibi: ecce merces eius cum eo,
& opus illius coram ipso.*
11 *Sicut pastor, gregem suum pascet; brachio suo congre-
gabit agnos, & in sinu suo portabit, fœtas ducet.*
12 *Quis mensus est pugillo suo aquas, & cœlos palmo di-
rexit, mensusque est mensura puluerem terræ, & librauit in
statera montes & colles in bilance?*
13 *Quis direxit Spiritum Iehouæ, & quis vir consilij eius
indicauitque illi?*
14 *A quo petiit consilium, & instruxit eum, docuitque eum
semitam iudicij, atque erudiuit eum scientia, & viam in-
telligentiarum ostendit illi?*
15 *En Gentes sicut stilla situlæ, & vt puluis tenuis sta-
teræ reputantur: en insulas tanquam puluerem proijcit.*
16 *Nec Lebanon sufficit ad accendendum, & feræ eius non
sufficiunt ad holocaustum.*
17 *Omnes gentes tanquam nihilum sunt coram eo, minus
quam nihilum & inane reputantur præ ipso.*
18 *Cui igitur assimilabitis Deum? & quam similitudi-
nem disponetis ei?*

Vulgat. Editio.

19 Numquid sculptile conflauit faber? aut aurifex auro figurauit illud, & laminis argenteis argentarius,

20 Forte lignum, & imputribile elegit: artifex sapiens quærit quomodo statuat simulachrum, quod non moueatur.

21 Numquid non scitis? numquid non audistis? numquid non annunciatum est vobis ab initio? numquid non intellexistis fundamenta terræ?

22 Qui sedet super gyrum terræ, & habitatores eius sunt quasi locustæ: qui extendit velut nihilum cælos, & expandit eos sicut tabernaculum ad inhabitandum.

23 Qui dat secretorum scrutatores quasi non sint, iudices terræ velut inane fecit:

24 Et quidem neque plantatus, neque satus, neque radicatus in terra truncus eorum: repente flauit in eos, & aruerunt, & turbo quasi stipulam auferet eos.

25 Et cui assimilastis me, & adæquastis, dicit Sanctus?

26 Leuate in excelsum oculos vestros, & videte quis creauit hæc: qui educit in numero militiam eorum: & omnes ex nomine vocat: præ multitudine fortitudinis & roboris, virtutisque eius, neque vnum reliquum fuit.

27 Quare dicis Iacob, & loqueris Israel: Abscondita est via mea à Domino, & à Deo meo iudicium meum transiuit?

28 Numquid nescis, aut non audisti? Deus sempiternus Dominus, qui creauit terminos terræ non deficiet, neque laborabit, nec est inuestigatio sapientiæ eius.

29 Qui dat lasso virtutem: & his, qui non sunt, fortitudinem & robur multiplicat.

30 Deficient pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent.

31 Qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.

CAP. XLI.

1 TAceant ad me insulæ, & Gentes mutent fortitudinem: accedant, & tunc loquantur, simul ad iudicium propinquemus.

2 Quis suscitauit ab Oriente iustum, vocauit eum vt sequeretur se? dabit in conspectu eius Gentes, & reges obtinebit: dabit quasi puluerem gladio eius, sicut stipulam vento raptam arcui eius.

3 Persequetur eos, transibit in pace, semita in pedibus eius non apparebit.

4 Quis hæc operatus est, & fecit, vocans generationes ab exordio? Ego Dominus, * primus & nouissimus ego sum.

5 Viderunt insulæ, & timuerunt, extrema terræ obstupuerunt, appropinquauerunt, & accesserunt.

6 Vnusquisque proximo suo auxiliabitur, & fratri suo dicet: Confortare.

7 Confortauit faber ærarius percutiens malleo eum, qui cudebat tunc temporis, dicens: Glutino bonum est: & confortauit eum clauis, vt non moueretur.

8 Et tu Israel serue meus, Iacob, quem elegi, semen Abraham amici mei.

9 In quo apprehendi te ab extremis terræ, & à longinquis eius vocaui te, & dixi tibi: Seruus meus es tu, elegi te, & non abieci te.

* Inf. 44.6. & 48.12. Apoc. 1.11. & 22.13.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

19 *Nonne sculptile conflabit faber, & aurifex ex auro expandet illud, & catenas argenteas ponet in eo aurifex?*

20 *Thesaurarius qui est super oblationes lignum quod non putrescat eliget: artifex sapiens, quæret ei ad præparandum sculptile, quod non mouebit se?*

21 *Nonne scietis? Nonne audietis? Nonne annunciatum est à principio vobis? Nonne intelligetis fundamenta terræ?*

22 *Qui sedet super sphæram terræ, & habitatores eius sunt vt locustæ: qui extendit velut telam cælos, & expandit eos sicut tabernaculum ad habitandum.*

23 *Qui ponit principes in nihilum, iudices terræ velut inane fecit.*

24 *Etiam non sunt plantati, etiam neque sati sunt, etiam non radicare fecit in terra truncum eorum: & insuper flauit in eos, & aruerunt, & turbo velut stipulam auferet eos*

25 *Et cui assimilastis me, & æquabor dicit Sanctus?*

26 *Leuate in excelsum oculos vestros, & videte quis creauerit hæc, qui educit in numero exercitum eorum: omnes ipsas per nomen vocat præ multitudine fortitudinum, & fortis potentia est, vnaquæque non deficiet.*

27 *Vt quid dicis Iahacob, & loqueris Israel. Abscondita est via mea à Domino, & à Deo meo iudicium meum transiuit.*

28 *Nonne nosti, aut non audisti? Deus æternus Dominus, qui creat terminos terræ, non deficiet, nec laborabit, & non est inuestigatio intelligentiæ eius.*

29 *Qui dat lasso fortitudinem, & cui non sunt vires robur multiplicat,*

30 *Lassabuntur pueri, & laborabunt, & iuuenes cadendo cadent.*

31 *Sperantes autem in Domino mutabunt robur, ascendent alæ sicut aquilæ, current, & non laborabunt, ambulabunt, & non lassabuntur.*

CAP. XLI.

1 *TAcete & attendite mihi insulares, & populi mutent fortitudinem. Accedant, tunc loquantur, pariter ad iudicium accedamus.*

2 *Quis suscitauit ab Oriente iustitiam, vocabit ad pedem suum, dabit in conspectu eius Gentes, & regibus dominari faciet. dabit veluti puluerem gladium eius, sicut stipulam protectam arcum eius.*

3 *Persequetur eos, transibit in pace, semitam pedibus suis non ingredietur.*

4 *Quis operatus est, & fecit, vocans generationes ab exordio? Ego Dominus primus, & cum nouissimis ego ipse.*

5 *Viderunt insulares & timuerunt, extrema terræ obstupuerunt, appropinquauerunt, & venerunt.*

6 *Vnusquisque proximo suo auxiliabitur, & fratri suo dicet confortare.*

7 *Et confortauit faber* lignarius *aurificem mollificantem malleum ad percussionem* bractearum *super incudem: coniunctio bractearum bona est, & formauit idolum ipsum in clauis, ne moueatur.*

8 *Et tu Israel serue mi, Iahacob, quia elegi te semen Abraham amici mei.*

9 *Quia apprehendi te, ab extremis terræ, & à principiis eius vocaui te, & dixi tibi: Seruus meus es tu, elegi te, & non abieci te.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

19 Nunquid imaginem fecit faber? aut aurifex fun-
dens aurum circumaurauit illum, simulachrum ap-
parauit eum?
20 Lignum enim imputribile eligit faber, & sapien-
ter quæret, quomodo statuat imaginem eius, & vt
non moueatur.
21 Nonne scietis? nonne audietis? nonne annuncia-
tum est vobis à principio? non cognouistis funda-
menta terræ?
22 Qui tenet gyrum terræ: & habitatores eius quasi
locustæ. Qui statuit, quasi cameram, cælum, & ex-
tendit quasi tabernaculum ad habitandum.
23 Qui dat principes quasi nihil præesse; terram au-
tem quasi nihil fecit.
24 Siquidem non plantabunt, neque serent, nec ra-
dicabitur in terram radix eorum. Flauit super eos:
& arefacti sunt: & tempestas tanquam stipulas tol-
let eos.
25 Nunc ergo, cui assimilastis me, & exaltabor dixit
Sanctus?
26 Eleuate in excelsum oculos vestros, & videte, quis
ostendit hæc omnia. Qui educit iuxta numerum
ornatum suum; omnes in nomine vocabit à multa
gloria, & in robore fortitudinis suæ: nihil te latuit.
27 Non enim dicas Iacob, & quid loquutus es Israel?
Abscondita est via mea à Deo: & Deus meum iudi-
cium abstulit, & recessit.
28 Et nunc nescis, & non audisti? Deus æternus,
Deus, qui apparauit terminos terræ, non esuriet, nec
laborabit: nec est inuentio prudentiæ eius.
29 Qui dat esurientibus fortitudinem, & non dolen-
tibus mærorem.
30 Esurient enim iuuenes, & laborabunt adolescen-
tes, & electi infirmi erunt.
31 Qui autem expectant Deum; mutabunt fortitu-
dinem: assument alas, quasi aquilæ: current, & non
laborabunt: gradientur, & non esurient.

C A P. XLI.

1 INnouamini ad me insulæ: principes enim muta-
bunt fortitudinem. Appropinquent, & loquantur
simul: tunc iudicium annuncient.
2 Quis suscitauit de Oriente iustitiam, vocauit eam
ad pedes suos; vadit? Dabit in conspectu gentium, &
reges obstupefaciet: & dabit in terram gladios eo-
rum, & sicut stipulas proiectas, arcus eorum:
3 Et persequetur eos: transibit in pace via pedum
eius.
4 Quis operatus est, & fecit hæc? vocauit eam, qui
vocat eam à generationum principio. Ego Deus
primus, & in ea, quæ ventura sunt, ego sum.
5 Viderunt gentes, & timuerunt: termini terræ ac-
cesserunt, & venerunt simul,
6 Iudicans vnusquisque proximo, & fratri ad au-
xiliandum: & dicet:
7 Præualuit vir artifex, & ærarius percutiens mal-
leo, simul producens: aliquando quidem dicet: sol-
datio bona est? confortauerunt est, in clauis ponent
ea, & non mouebuntur.
8 Tu autem Israel puer meus Iacob & quem elegi,
semen Abraam, quem dilexi,
9 Quem assumpsi ab extremis terræ, & à summita-
tibus eius vocaui te: & dixi tibi: Puer meus es: elegi
te, & non dereliqui te.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

Nonne sculptile conflat faber, & aurifaber ex auro expandit illud, catenasque argenteas conflat pro eo aurifex?

Nonne pauper oblationi lignum quod non putrescat eligit: artificem peritum quærit sibi ad præparandum sculptile quod non dimoueatur?

Annon scitis? nonne audistis? annon vobis annuntiatum est à principio? annon intellexistis fundamenta terræ?

Is sedet super sphæram terræ, & habitatores eius sunt vt locustæ: qui extendit velut telam cælos, & expandit eos tanquam tabernaculum ad habitandum.

Qui ponit principes in nihilum, iudices terræ velut inane facit.

Etiam non sunt plantati neque sati sunt, neque etiam radices egit in terra truncus eorum: & etiam flat in eos, & arescunt, turboque velut stipulam auferet eos.

Cui inquam assimilabitis me, & æquabor illi, dicit Sanctus?

Leuate in excelsum oculos vestros, & videte quis creauerit illa: Dominus est qui educit in numero exercitum illarum: omnes illas ex nomine vocat: præ multa fortitudine & forti potentia ne vnum quidem deest.

Vtquid dicis Iaacob, & loqueris Israel, Abscondita est via mea à Iehoua, & à Deo meo iudicium meum transiuit?

Annon nosti? annon audisti quod Deus æternus Iehouah qui creauit terminos terræ, non lassatur, nec defatigatur, & non est inuestigatio intelligentiæ eius?

Qui dat lasso fortitudinem, & cui non sunt vires, robur multiplicat.

Lassantur quidem adolescentes, & fatigantur, & iuuenes cadendo cadunt:

At sperantes in Iehoua mutabunt robur, ascendent ala sicut aquilæ: current, & non lassabuntur: ambulabunt, & non fatigabuntur.

C A P. XLI.

TAcete mihi, ô insulares, & populi mutent fortitudinem: accedant, tunc loquantur, pariter ad iudicium accedamus.

Quis suscitauit ab Oriente iustitiam, vocauit eum ad pedem suum, dedit in conspectu eius Gentes, & regibus dominari fecit, dedit veluti puluerem gladio eius, ac veluti stipulam propulsatam arcui eius?

Persequutus est illos, transiuit in pace, per semitam quam pedibus suis non ingressus fuerat.

Quis operatus est, & fecit, vocans generationes ab exordio? Ego Iehouah primus, & cum nouissimis ego sum.

Viderunt insulares, & timuerunt: extrema terræ obstupuerunt, appropinquauerunt, & venerunt.

Quisque proximo suo auxiliatus est, & fratri suo dixit, Confortare.

Et confortauit faber aurificem polientem malleum ad percussionem incudis, dicens aurifici, Ad coniunctionem bractearum bonum est, & corroborauit illud clauis, ne moueatur.

At tu Israel seruus meus es, Iaacob quem elegi, semen Abraham qui dilexit me.

Quia apprehendi te ab extremis terræ, & à maioribus eius vocaui te: dixique tibi, Seruus meus es tu, elegi te, & non abieci te.

Vulgat. Editio.

10 Ne timeas,quia ego tecum sum:ne declines, quia
ego Deus tuus:confortaui te,& auxiliatus sum tibi,
& suscepit te dextera iusti mei.
11 Ecce confundentur & erubescent omnes, qui pu-
gnant aduersum te: erunt quasi non sint, & peri-
bunt viri,qui contradicunt tibi.
12 Quæres eos,& non inuenies, viros rebelles tuos.
erunt quasi non sint:& veluti consumptio homines
bellantes aduersum te.
13 Quia ego Dominus Deus tuus apprehendens ma-
num tuam,dicensque tibi:Ne timeas,ego adiuui te.

14 Noli timere vermis Iacob, qui mortui estis ex
Israel:ego auxiliatus sum tibi,dicit Dominus: & re-
demptor tuus Sanctus Israel.
15 Ego posui te quasi plaustrum triturans nouum,
habens rostra serrantia:triturabis montes, & com
minues: & colles quasi puluerem pones.
16 Ventilabis eos,& ventus tollet,& turbo disperdet
eos:& tu exultabis in Domino, in sancto Israel læta-
beris.
17 Egeni, & pauperes quærunt aquas, & non sunt:
lingua eorum siti aruit. Ego Dominus exaudiam
eos,Deus Israel non derelinquam eos.

18 Aperiam in supinis collibus flumina, & in medio
camporum fontes: ponam desertum in stagna a-
quarum,& terram inuiam in riuos aquarum.
19 Dabo in solitudinem cedrum, & spinam & myr-
tum,& lignum oliuæ:ponam in deserto abietem,vl-
mum,& buxum simul:
20 Vt videant, & sciant, & recogitent & intelligant
pariter quia manus Domini fecit hoc, & Sanctus
Israel creauit illud.
21 Prope facite iudicium vestrum, dicit Dominus:
afferte, si quid forte habetis,dixit rex Iacob.
22 Accedant,& nuncient nobis quæcumque ventura
sunt:priora quæ fuerunt nunciate: & ponemus cor
nostrum, & sciemus nouissima eorum,& quæ ven-
tura sunt indicate nobis.
23 Annunciate quæ ventura sunt in futurum, &
sciemus quia dij estis vos:bene quoque aut male, si
potestis,facite:& loquamur,& videamus simul,

24 Ecce, vos estis ex nihilo, & opus vestrum ex eo,
quod non est:abominatio est qui elegit vos.
25 Suscitaui ab Aquilone, & veniet ab Ortu solis:
vocabit nomen meum,& adducet magistratus qua-
si lutum,& velut plastes conculcans humum.

26 Quis annunciauit ab exordio vt sciamus: & à
principio vt dicamus: Iustus es? non est neque an-
nuncians,neque prædicens,neque audiens sermones
vestros.
27 Primus ad Sion dicet: Ecce adsunt, & Ierusalem
euangelistam dabo.
28 Et vidi, & non erat neque ex istis quisquam qui
iniret consilium, & interrogatus responderet ver-
bum.
29 Ecce omnes iniusti, & vana opera eorum:ventus
& inane simulachra eorum.

CAP. XLII.

Mat. 12 18.

1 Ecce seruus meus, suscipiam eum:electus meus,
complacuit sibi in illo anima mea, dedi spiri-
tum meum super eum,iudicium Gentibus proferet.
2 Non clamabit,neque accipiet personam, nec au-
dietur vox eius foris.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Ne timeas,quia tecum sum:ne terrearis,quia ego Deus tuus roboraui te, insuper auxiliatus sum tibi,insuper sustentaui te in dextera iustitiæ meæ.

Ecce pudore afficientur,& erubescent omnes, qui irascuntur contra te erunt tanquam nihil, & peribunt viri contendentes tecum.

Quæres eos,& non inuenies eos, viri qui contendunt tecum erunt tanquam nihil, & veluti nihil viri bellantes contra te.

Ego Dominus Deus tuus apprehendens dexteram tuam dicensque tibi. Ne timeas,ego adiuui te.

Ne timeas vermis Iahacob,viri Israel: ego auxiliatus sum tibi dixit Dominus, & redemptor tuus Sanctus Israel.

Ecce posui te vt traham, vt tribula noua habens ora, triturabis montes, & comminues colles sicut quisquilias pones.

Ventilabis eos & ventus tollet eos, & turbo disperget eos:& tu exultabis in Domino, in sancto Israel laudabis te.

Egeni,& pauperes quærunt aquas,& non sunt, lingua eorum siti perijt ego Dominus exaudiam eos, Deus Israel non derelinquam eos.

Aperiam in excelsis flumina, & in medio camporum fontes. Ponam desertum in stagnum aquarum,& terram solitudinis in exitus aquarum.

Dabo in solitudine cedrum,& sittah genus cedri optimæ,& myrthum & arborem pinum: ponam in deserto abietem,vlmum,& buxum pariter.

Vt videant,& sciant,& ponant,& intelligant pariter, quia manus Domini fecit hoc, & Sanctus Israel creauit illud.

Appropinquate iudicium vestrum dicit Dominus: accedere facite fortes vestros,dicit rex Iahacob.

Accedant,& nuncient nobis accidentia futura:priora quæ fuerunt nunciate:& ponemus cor nostrum, & sciemus nouissima eorum, vel quæ futura sunt facite audire nos.

Annunciate quæ ventura sunt in posterum, & sciemus quod dij estis: amplius benefaciatis & malefaciatis, & narrabimus,& videbimus simul.

Ecce estis ex nihilo,& opus vestrum ex nihilo,vir abominabilis eliget vos.

Suscitaui ab Aquilone,& veniet ab Ortu solis vocabit nomen meum & veniet super principes sicut lutum, & sicut figulus conculcabit lutum.

Quis annunciauit ab exordio,& sciemus, & à principio,& dicemus quod est iustus? Etiam non est qui annunciet, etiam non est qui audire faciat, etiam non est qui audiat sermones vestros.

Primus qui veniet ad Sijon dicet,ecce,ecce ipsi, & Ierusalaim euangelistam dabo.

Et videbo,& non erit quispiam, qui sciat aliquid, & ex istis non erit consiliator, & interrogabo eos,& non respondebunt verbum.

Ecce omnes sunt vanitas,nihil opera eorum, ventus & inane conflatilia eorum.

CAP. XLII.

Ecce seruus meus innitar ei, electus meus complacuit animæ meæ,dedi spiritum meum super eum,iudicium Gentibus exire faciet in lucem.

Non clamabit,& non eleuabit,neque audire faciet foris vocem suam.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Noli timere: tecum enim sum: non fallo. Ecce enim sum Deus tuus, qui confortaui te, & auxiliatus sum tibi, & roboraui te dextera iusta mea.

Ecce confundentur, & erubescent omnes aduersarij tui: erunt enim quasi non sint: & peribunt omnes inimici tui.

Quæres eos, & non inuenies, homines, qui insanient in te. Erunt enim quasi non sint: & non erunt, pugnantes aduersus te:

Quia ego Deus tuus, qui teneo dexteram tuam, qui dico tibi:

Ne timeas Iacob paruule Israel: ego auxiliatus sum tibi, dicit Deus tuus, qui redimo te Israel.

Ecce feci te, quasi rotas plaustri triturantes nouas in serrarum modum: & triturabis montes, & comminues colles, & vt puluerem pones,

Et ventilabis: & ventus auferet eos: & tempestas disperget illos. Tu autem lætaberis in sanctis Israel:

Et exultabunt pauperes, & inopes. Quærent enim aquam: & non erit: lingua eorum præ siti exaruit. Ego Dominus Deus, ego exaudiam Deus Israel: & non derelinquam eos:

Sed aperiam in montibus flumina, & in medio camporum fontes: faciam desertum in paludes aquarum, & sitientem terram in aquæductus.

Ponam in terram absque aqua cedrum, & buxum, myrtum, & cyparissimum, & populum:

Vt videant, & sciant, & cogitent, & nouerint simul; quia manus Domini fecit hæc, & Sanctus Israel ostendit.

Iuxta est iudicium vestrum, dicit Dominus Deus: appropinquauerunt consilia vestra, dicit rex Iacob:

Appropinquent, & annuncient vobis, quæ ventura sunt, aut priora, quæ erant: dicite, & apponemus sensum: & sciemus, quæ sint nouissima: & ventura dicite nobis,

Nunciate nobis, quæ ventura in nouissimo: & sciemus, quoniam Dij estis: Benefacite, & malefacite: & admirabimur: & videbimus simul,

Vnde sitis vos, & vnde sit opus vestrum. De terra abominationem elegerunt vos.

Ego autem suscitaui eum, qui ab Aquilone est, & qui ab ortu Solis vocabuntur nomine meo. Veniant principes; & sicut lutum figuli, & sicut figulus conculcans lutum; sic conculcabimini.

Quis enim annunciabit ea, quæ à principio sunt; vt cognoscamus ea, quæ ad faciem sunt? & dicemus, quia vera sunt? Non est qui prædicat, neque qui audiat verba vestra.

Principium Sion dabo, & Hierusalem consolabor in via.

Nam de gentibus ecce nullus est; & de idolis ipsorum non erat, qui annunciaret: &, si interrogauero eos, vnde estis; non respondebunt mihi.

Sunt enim factores vestri, & frustra, qui seducunt vos.

CAP. XLII.

IAcob puer meus, assumam eum: Israel electus meus: suscepit eum anima mea. Dedi spiritum meum super eum: iudicium gentibus proferet:

Non clamabit, neque dimittet, nec audietur foris vox eius.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

10 *Ne timeas, quoniam tecum sum ego: ne terrearis, quia ego Deus tuus sum: roboraui te, insuper auxiliatus sum tibi, atque suscepi te dextera iustitiæ mea.*

11 *Ecce pudore afficientur, & erubescent omnes qui irascuntur contra te: erunt tanquam nihilum, & peribunt viri contendentes tecum.*

12 *Quæres eos, & non inuenies eos, viros scilicet qui contendunt tecum: erunt tanquam nihil, & veluti nihilum viri bellantes contra te.*

13 *Nam ego Iehouah Deus tuus apprehendens dexteram tuam, dicensque tibi, Ne timeas, ego adiuuabo te.*

14 *Ne timeas vermis Iaacob, viri Israel: ego auxiliabor tibi, dixit Iehouah, & redemptor tuus Sanctus Israelis.*

15 *Ecce ponam te in trabam, & tribulam nouam habentem ora: triturabis montes, & comminues, colles quoque sicut quisquilias pones.*

16 *Ventilabis eos, & ventus tollet eos, turboq; disperget eos: tu vero exultabis in Iehoua, in sancto Israelis gloriaberis.*

17 *Egeni & pauperes quærunt aquas, & non sunt, lingua eorum siti perijt: ego Iehouah exaudiam eos, Deus Israelis non derelinquam eos.*

18 *Aperiam in excelsis flumina, & in medio camporum fontes: ponam desertum in stagnum aquarum, & terram solitudinis in scaturigines aquarum.*

19 *Dabo in deserto cedrum, & sittah, & myrtum & arborem pinum: ponam in deserto abietem, vlmum & buxum pariter:*

20 *Vt videant, & cognoscant, & ponant super cor, & intelligant pariter quod manus Iehouæ fecit istud, & Sanctus Israelis creauit ipsum.*

21 *Appropinquare facit litem vestram dicit Iehouah: accedere facite fortia vestra, dicit rex Iaacob.*

22 *Accedere faciant, & annuntient nobis quæ euentura sunt, priora quæ fuerunt annuntiate: & ponemus cor nostrum, & sciemus nouissima eorum: aut quæ futura sunt narrate nobis.*

23 *Annuntiate quæ ventura sunt in posterum, & cognoscemus quod dij estis: quinetiam benefaciatis, aut malefaciatis, & narrabimus, & videbimus simul.*

24 *Ecce estis ex nihilo, & opus vestrum ex nihilo: vir abominabilis eligit vos.*

25 *Suscitabo ab Aquilone, & veniet, ab Ortu solis vocabit nomen meum: venietq; super principes veluti super lutum, & vt figulus conculcabit lutum.*

26 *Quis annuntiauit ab initio, & sciemus: & à principio, & dicemus quod iustus sit? utique non est qui annuntiet, etiam non est qui narret, etiam non est qui audiat sermones vestros.*

27 *Primus qui veniet, ad Sijon dicet, Ecce, ecce adsunt: & ipsi Ierusalaim euangelistam dabo.*

28 *Videbo autem, & non erit quispiam, etiam ex illis, & non erit consiliarius: interrogabo præterea eos, & non respondebunt quicquam.*

29 *Ecce omnes sunt vanitas, nihili sunt opera eorum, ventus & inane conflatilia eorum.*

CAP. XLII.

1 *ECce seruus meus, innitar ei: electus meus in quo sibi complacuit anima mea: dedi spiritum meum super eum, iudicium Gentibus proferet.*

2 *Non clamabit, neque exaltabit, neque audire faciet in platea vocem suam.*

Vulgat. Editio.		Transfl. ex Heb. Sanct. Pagn.
Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet: in veritate educet iudicium,	3	*Calamum* fere *quassatum, non conteret & linum* fere *extinctum non extinguet: ad veritatem educet iudicium.*
Non erit tristis, neque turbulentus, donec ponat in terra iudicium: & legem eius insulæ expectabunt.	4	*Non obscurabitur, & non conquassabit donec ponat habitatoribus terræ iudicium, & legem eius insulares expectabunt.*
Hæc dicit Dominus Deus creans cælos, & extendens eos: firmans terram: & quæ germinant ex ea: dans flatum populo, qui est super eam, & spiritum calcantibus eam.	5	*Sic dixit Deus Dominus creans cælos, & extendens eos, expandens terram, & germina eius, dans flatum populo qui est super eam, & spiritum ambulantibus per eam.*
Inf. 6. Ego Dominus vocaui te in iustitia, & apprehendi manum tuam, & seruaui te. * Et dedi te in fœdus populi, in lucem Gentium:	6	*Ego Dominus vocaui te in iustitia, & apprehendam manum tuam, & custodiam te, & dabo te in fœdus populi in lucem Gentibus.*
Vt aperires oculos cæcorum, & educeres de conclusione vinctum, de domo carceris sedentes in tenebris.	7	*Vt aperias oculos cæcos, vt educas è carcere vinctum, è domo carceris sedentes in tenebris.*
f.48. Ego Dominus: hoc est nomen meum: gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus.	8	*Ego Dominus. Hoc est nomen meum, & gloriam meam alteri non dabo: & laudem meam sculptilibus.*
Quæ prima fuerunt ecce venerunt: noua quoque ego annuncio: antequam oriantur, audita vobis faciam.	9	*Priora ecce venerunt, & noua ego annuncio, antequam oriantur, audire faciam vos.*
Cantate Domino canticum nouum, laus eius ab extremis terræ: qui descenditis in mare, & plenitudo eius, insulæ, & habitatores earum.	10	*Cantate Domino canticum nouum, laus eius ab extremo terræ: descendentes in mare, & plenitudo eius, insulæ, & habitatores earum.*
Subleuetur desertum, & ciuitates eius: in domibus habitabit Cedar: laudate habitatores Petræ, de vertice montium clamabunt.	11	*Leuabunt* vocem *desertum, & ciuitates eius, villæ in quibus habitabit congregatio Cedar: laudabunt habitatores arcium, de vertice montium clamabunt.*
Ponent Domino gloriam, & laudem eius in insulis nunciabunt.	12	*Ponent Domino gloriam, & laudem eius in insulis nunciabunt.*
Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir prælia tor suscitabit zelum: vociferabitur, & clamabit: super inimicos suos confortabitur.	13	*Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir bellicosus suscitabit zelum, clamabit insuper, exclamabit, super inimicos suos roborabit se.*
Tacui semper, silui, patiens fui, sicut parturiens loquar: dissipabo, & absorbebo simul.	14	*Tacui à seculo, silui, continebo me, sicut parturiens clamabo: desolabo, & absorbebo simul.*
Desertos faciam montes, & colles, & omne gramen eorum exiccabo: & ponam flumina in insulas, & stagna arefaciam.	15	*Desolare faciam montes, & colles, & omnem herbam eorum siccare faciam: & ponam flumina in insulas, & stagna siccare faciam.*
Et ducam cæcos in viam, quam nesciunt, & in semitis, quas ignorauerunt, ambulare eos faciam: ponam tenebras coram eis in lucem, & praua in recta: hæc verba feci eis, & non dereliqui eos.	16	*Et ambulare faciam cæcos per viam, quam non nouerunt, per semitas quas non cognouerunt calcare faciam eos: ponam tenebras ante eos in lucem, & praua in rectum: hæc verba feci eis, & non dereliqui eos.*
Conuersi sunt retrorsum: confundantur confusione qui confidunt in sculptili, qui dicunt conflatili: Vos dij nostri.	17	*Conuersi sunt retrorsum, pudore afficiantur, pudore qui fidunt sculptili, qui dicunt conflatili: Estis dij nostri.*
Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum.	18	*Surdi audite, & cæci visum recipite ad videndum.*
Quis cæcus, nisi seruus meus? & surdus, nisi ad quem nuncios meos misi? quis cæcus, nisi qui venundatus est? & quis cæcus, nisi seruus Domini?	19	*Quis est cæcus nisi seruus meus, & surdus nisi quem sicut Angelum meum mittam? Quis cæcus sicut perfectus, & cæcus sicut seruus Domini?*
Qui vides multa, nonne custodies? qui apertas habes aures, nonne audies?	20	*Non prodest videre multa nisi custodias: nec aperire aures nisi sit qui audiat.*
Et Dominus voluit vt sanctificaret eum, & magnificaret legem, & extolleret.	21	*Dominus voluit propter iustitiam suam: magnificabit legem, & roborabit.*
Ipse autem populus direptus, & vastatus: laqueus iuuenum omnes, & in domibus carcerum absconditi sunt: facti sunt in rapinam, nec est qui eruat: in direptionem, nec est qui dicat: Redde.	22	*Et ipse populus prædam passus, & direptus, quos eorum inimici capere faciebant in speluncis omnes, & in domibus carcerum in quibus latitabant fuerunt in rapinam, & non erat qui erueret: in direptionem, & non erat qui diceret: Redde.*
Quis est in vobis qui audiat hoc, attendat & auscultet futura?	23	*Quis in vobis auribus percipiet hoc, attendere faciet, & audiet quod erit in posterum?*
Quis dedit in direptionem Iacob, & Israel vastantibus? nonne Dominus ipse, cui peccauimus? Et noluerunt in viis eius ambulare, & non audierunt legem eius.	24	*Quis dedit in direptionem Iahacob, & Israel prædantibus? Nonne Dominus, cui peccauimus? Noluerunt in vijs eius ambulare, & non paruerunt legi eius.*

Et Et

Transl. ex Septuag.		Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
Calamum fractum non conteret: & linum fumigans non extinguet: sed in veritate proferet iudicium:	3	*Calamum quassatum non conteret, & linum fere extinctum non extinguet: in veritate proferet iudicium.*
Splendebit, & non conteretur; donec ponat super terram iudicium. Et in nomine eius gentes sperabunt.	4	*Non remissus erit, nec frangetur animo, donec ponat in terra iudicium: & legem eius insulares expectabunt.*
Sic dicit Dominus Deus, qui fecit cælum, & defixit illud, qui firmauit terram, & quæ in ea, & qui dat spirationem populo, qui super eam, & spiritum calcantibus eam.	5	*Sic dixit Deus Iehouah creator cælorum, & extendens eos, expandens terram & germina eius, dans flatum populo qui est super eam, & spiritum ambulantibus per eam.*
Ego Dominus Deus vocaui te in iustitia: & tenebo dexteram tuam, & confortabo te: & dedi te in testamentum generis, in lucem gentium.	6	*Ego Iehouah vocaui te in iustitia, & apprehendam manum tuam, & custodiam te: & dabo te in fœdus populi, & in lucem Gentium.*
Ad aperiendum oculos cæcorum, ad educendum de vinculis vinctos, & de domo carceris, & sedentes in tenebris.	7	*Vt aperias oculos cæcorum, vt educas è carcere vinctum, & è domo carceris sedentes in tenebris.*
Ego Dominus Deus: hoc meum est nomen: gloriam meam alteri non dabo, neque virtutes meas sculptilibus.	8	*Ego Iehouah, hoc est nomen meum: & gloriam meam alteri non dabo, nec laudem meam sculptilibus.*
Quæ à principio, ecce venerunt, & noua, quæ ego annuncio: & antequam annuncientur, manifestata sunt vobis.	9	*Priora ecce venerunt, & noua ego annuntio: antequam oriantur, nota faciam vobis.*
Canite Domino canticum nouum: principatus eius: glorificate nomen eius à summitate terræ; qui descendunt in mare, & nauigant illud, insulæ, & habitatores earum.	10	*Cantate Iehouæ canticum nouum, laudem eius canant ab extremo terræ: descendentes in mare, & plenitudo eius, insulæ, & habitatores earum.*
Lætare desertum, & vici eius, villæ, & habitatores Cedar. Lætabuntur, qui habitant in petra: de summitate montium clamabunt;	11	*Attollant vocem desertum & ciuitates eius, & villæ in quibus habitat Cedar: cantent habitatores arcium, de vertice montium clament.*
Dabunt Deo gloriam, virtutes eius in insulis nunciabunt.	12	*Ponant Iehouæ gloriam, & laudem eius in insulis annuntient.*
Dominus Deus virtutum egredietur, & conteret bellum: suscitabit zelum, & clamabit super inimicos suos cum fortitudine.	13	*Iehouah sicut fortis egredietur, & vt vir bellicosus excitabit zelum, vociferabitur, insuper, exclamabit: contra inimicos suos roborabitur.*
Tacui: num & semper tacebo, & sustinebo? Sicut pariens, patienter egi: erumpam, & arefaciam simul:	14	*Tacui à sæculo, siui, continui me: tandem velut parturiens clamabo, desolabo, & degluttiam simul.*
Vastabo montes, & colles, & omne fœnum eorum arefaciam. Et ponam flumina in insulas, & paludes siccabo.	15	*Desolabo montes & colles, & omnem herbam eorum siccabo: ponamque flumina in insulas, & stagna siccabo.*
Et adducam cæcos in via, quam nesciunt, & semitas, quas ignorauerunt, calcare eos faciam: faciam eis tenebras in lucem, & praua in directum Hæc verba faciam, & non derelinquam eos.	16	*Et ambulare faciam cæcos per viam quam non nouerant, & per semitas quas non cognouerant incedere faciam eos: ponam tenebras coram eis in lucem & obliqua in rectum: hæc faciam eis, & non derelinquam eos.*
Ipsi vero conuersi sunt retrorsum. Confundamini confusione, qui confiditis super sculptilibus: qui dicitis conflatis: vos estis Dij nostri.	17	*Conuertentur retrorsum, pudore afficientur qui fidunt sculptili: qui dicunt conflatili, Estis dij nostri.*
Surdi audite, & cæci suspicite, vt videatis.	18	*Surdi audite, & cæci visum recipite vt videatis.*
Et quis est cæcus, nisi pueri mei? & surdi, nisi, qui dominantur eorum? Et excæcati sunt serui Dei.	19	*Quis est cæcus, nisi seruus meus: aut surdus sicut nuntius meus quem mittam? quis cæcus, sicut est perfectus: & cæcus vt seruus Iehouæ?*
Vidistis sæpe, & non custodistis: apertæ sunt aures, & non audistis.	20	*Vidisti multa, & non obseruasti: aperuisti aures, & non audiuisti.*
Dominus Deus cogitauit, vt iustificaretur, & magnificaret laudem.	21	*Iehouah autem voluit propter iustitiam suam: magnificabit legem, & corroborabit:*
Et vidi; & erat populus vastatus, atque direptus. Laqueus enim in cubilibus vbique, & in domibus simul, in quibus absconderunt eos. Facti sunt in direptionem: & non erat, qui erueret prædam: & non erat, qui diceret: Redde.	22	*At hic populus direptus, & expilatus, quos omnes eorum inimici capere facient in speluncis, & in domibus carcerum in quibus latitabunt erunt in rapinam, & non erit qui eruat: in direptionem, nec erit qui dicat, Redde.*
Quis est in vobis, qui hæc auribus percipiat? Exaudite in futura.	23	*Quis in vobis auribus percipiet hoc, aduertet, & audiet in posterum?*
Quibus dedit in direptionem Iacob, & Israel vastantibus eum? Nonne Deus, cui peccauerunt ei, & noluerunt in viis illius ambulare, neque audire legem eius?	24	*Quis dedit in direptionem Iaacob, & Israelem prædantibus? nonne Iehouah, cui peccauimus? nec voluerunt in vijs eius ambulare, neque paruerunt legi eius:*

Et

Itaque

Vulgat. Editio.

Et effudit super eum indignationem furoris sui, & forte bellum, & combussit eum in circuitu, & non cognouit: & succendit eum, & non intellexit.

CAP. XLIII.

ET nunc hæc dicit Dominus creans te Iacob, & formans te Israel: Noli timere, quia redemi te, & vocaui te nomine tuo: meus es tu.

Cum transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te: cum ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te:

Quia ego Dominus Deus tuus Sanctus Israel saluator tuus, dedi propitiationem tuam Aegyptum, Aethiopiam, & Saba pro te.

Ex quo honorabilis factus es in oculis meis, & gloriosus: ego dilexi te, & dabo homines pro te, & populos pro anima tua.

Noli timere, quia ego tecum sum: ab Oriente adducam semen tuum, & ab Occidente congregabo te.

Dicam Aquiloni: Da: & Austro: Noli prohibere: affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ.

Et omnem, qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum, formaui eum, & feci eum.

Educ foras populum cæcum, & oculos habentem: surdum, & aures ei sunt.

Omnes gentes congregatæ sunt simul, & collectæ sunt tribus: quis in vobis annunciet illud, & quæ prima sunt audire nos faciet? dent testes eorum, iustificentur, & audiant, & dicant: Vere.

Vos testes mei, dicit Dominus, & seruus meus, quem elegi: vt sciatis, & credatis mihi, & intelligatis quia ego ipse sum. Ante me non est formatus Deus, & post me non erit.

Ose. 13. 4. Ego sum, ego sum Dominus, & non est absque me saluator.

Ego annunciaui, & saluaui: auditum feci, & non fuit in vobis alienus: vos testes mei, dicit Dominus, & ego Deus.

Et ab initio ego ipse, & non est qui de manu mea eruat: operabor, & quis auertet illud?

Hæc dicit Dominus redemptor vester, Sanctus Israel: Propter vos misi in Babylonem, & detraxi vectes vniuersos, & Chaldæos in nauibus suis gloriantes.

Ego Dominus Sanctus vester, creans Israel rex vester,

Hæc dicit Dominus, qui dedit in mari viam, & in aquis torrentibus semitam.

Qui eduxit quadrigam & equum: agmen & robustum, simul obdormierunt, nec resurgent: contriti sunt quasi linum, & extincti sunt.

Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini.

2. Cor. 5. 17. Apo. 21. 5. Ecce ego facio noua, & nunc orientur, vtique cognoscetis ea: ponam in deserto viam, & in inuio flumina.

Glorificabit me bestia agri, dracones & struthiones: quia dedi in deserto aquas, flumina in inuio, vt darem potum populo meo, electo meo.

Populum istum formaui mihi, laudem meam narrabit.

Non me inuocasti Iacob, nec laborasti in me Israel.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

25 *Et effudit super eum iram furoris sui, & fortitudinem belli, & inflammauit illum in circuitu, & non cognouit, & succendit eum, & non posuit super cor.*

CAP. XLIII.

1 *ET nunc sic dixit Dominus, creans te Iahacob, & formans te Israel, Ne timeas, quia redemi te vocaui nomen tuum, meus es tu.*

2 *Cum transieris per aquas tecum ero, & flumina non operient te. Cum ambulaueris per ignem, non combureris, & flamma non ardebit in te.*

3 *Quia ego Dominus Deus tuus Sanctus Israel seruator tuus, dedi precium tuum Aegyptum, Chus, & Seba pro te.*

4 *Ex quo preciosus fuisti in oculis meis, gloriosus fuisti; & ego dilexi te, dabo hominem pro te, & populos pro anima tua.*

5 *Ne timeas, quia ego tecum sum: ab Oriente adducam semen tuum, & ab Occidente congregabo te.*

6 *Dicam Aquiloni, da: & Austro, ne prohibeas. Affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremo terræ.*

7 *Omnis qui vocatur nomine meo ad gloriam meam creaui eum, formaui eum, etiam aptaui.*

8 *Dixi quod educerem populum cæcum, & oculi sunt ei: & surdos, & aures eis sunt.*

9 *Omnes gentes congregauerunt se pariter, & collegerunt se populi: quis inter eos annunciabit hoc, & prima audire facient nos? Dent testes eorum, & iustificent se, & audiant, & dicant veritatem.*

10 *Vos testes mei dixit Dominus, & seruus meus quem elegi, vt sciatis, & credatis mihi, & intelligatis quod ego ipse sum. Ante me non est formatum quidpiam à Deo alio, etiam post me non erit.*

11 *Ego ego Dominus, & non est præter me seruator.*

12 *Ego annunciaui, & seruaui, & auditum feci, & non fuit in vobis alienus: & vos testes mei dixit Dominus, & ego Deus.*

13 *Etiam à die ego ipse sum, & non est qui de manu mea eruat. Operabor, & quis redire faciet illud?*

14 *Sicut dixit Dominus redemptor vester Sanctus Israel propter vos missus sum in Babel, & descendere faciam fugitiuos vniuersos ipsos, & Chasdim quorum in nauibus est clamor.*

15 *Ego Dominus sanctus vester, creans Israel rex vester.*

16 *Sic dixit Dominus, qui dat in mari viam, & in aquis vehementibus semitam.*

17 *Qui educit currum & equum, exercitum, & robustum, pariter obdormient, nec surgent, extinxerunt se, sicut linum extinxerunt se.*

18 *Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini.*

19 *Ecce ego facio nouum, nunc orietur. Nonne cognoscetis illud? Insuper ponam in deserto viam, in solitudine flumina.*

20 *Glorificabit me bestia agri, dracones & filiæ struthionis, quia dedi in deserto aquas: flumina in solitudine: vt potum darem populo meo, electo meo.*

21 *Populum istum formaui mihi, laudem meam narrabunt.*

22 *Et non me inuocasti Iahacob, quia laborasti in me Israel.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Et induxit super eos iram furoris sui: & præualuit aduersus eos bellum, & qui comburebant eos per circuitum. Et non cognouerunt vnusquisque eorum, nec posuerunt super animam.

CAP. XLIII.

ET nunc sic dicit Dominus Deus, qui fecit te Iacob, & qui formauit te Israel: Noli timere, quoniam redemi te: vocaui te nomine tuo. Meus es tu:

Et si transieris per aquam; tecum sum, & flumina non cooperient te. Et, si transieris per ignem; non combureris: flamma non exuret te:

Quia ego Dominus Deus tuus, Sanctus Israel, saluator tuus. Feci commutationem tuam Aegyptum, & Aethiopiam, & Soenem pro te:

Ex quo honorabilis factus es in conspectu meo; glorificatus es, & ego dilexi te: & dabo homines pro te, & principes pro capite tuo.

Noli timere, quoniam tecum sum. Ab Oriente adducam semen tuum: & ab Occidente congregabo te.

Dicam Aquiloni, adduc: & Africo, noli prohibere: adduc filios meos de terra longinqua, & filias meas à terminis terræ;

Omnes, qui vocantur nomine meo. In gloria enim mea creaui illum, & plasmaui eum, & feci illum,

Et eduxi populum cæcum: & oculi sunt cæci similiter: & surdi, qui aures habent:

Omnes gentes congregatæ sunt simul: & conuenient principes ex eis. Quis annunciabit hæc? aut, quæ à principio sunt quis annunciabit vobis? Adducant testes suos, & iustificentur: & audiant, & loquantur vera.

Estote mihi testes, & ego testis, dicit Dominus Deus, & puer meus, quem elegi; vt sciatis, & credatis, & intelligatis, quia ego sum. Ante me non fuit alius Deus: & post me non erit.

Ego Deus: & non est præter me saluator.

Ego annunciaui, & saluaui: exprobraui, & non erat in vobis alienus. Vos mei testes; & ego Dominus Deus

Vsque à principio: & non est, qui de manibus meis eruat. Faciam: & quis auertet illud?

Sic dicit Dominus Deus, qui redimit vos, Sanctus Israel. Propter vos mittam in Babylonem: & suscitabo fugientes vniuersos: & Chaldæi in nauibus vincientur.

Ego Dominus Deus sanctus vester, qui ostendi Israel regem vestrum.

Sic dicit Dominus, qui dat in mari viam, & in aqua vehementi semitam:

Qui educit currus, & equum & multitudinem robustam. Sed dormierunt, & non resurgent: extincti sunt, quasi linum extinctum.

Nolite meminisse priorum: & vetera ne recogitetis.

Ecce ego facio noua, quæ non orientur: & cognoscetis ea: & faciam in deserto viam, & in inaquoso flumina.

Benedicent me bestiæ agri, Sirenes, & filiæ struthionum: quia dedi in deserto aquam, & flumina in inaquoso: vt bibere faciam genus meum electum,

Populum meum, quem acquisiui, vt virtutes meas narret.

Non nunc vocaui te Iacob: neque laborare te feci Israel:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

25 *Itaque effudit super eum iram furoris sui, & robur belli: inflammauitque illum in circuitu, & non cognouit: succenditque eum, nec posuit super cor.*

C A P. XLIII.

1 *ET nunc sic dixit Iehouah, creator tuus, ô Iaacob, & Formator tuus ô Israel, Ne timeas, quia redemi te: vocaui nomen tuum, meus es tu.*

2 *Quum transieris per aquas, tecum ero. & flumina non operient te: quum ambulaueris per ignem, non combureris, neque flamma ardebit in te.*

3 *Quia ego Iehouah Deus tuus, Sanctus Israelis Seruator tuus: dedi pretium tuum Aegyptum, Chus, & Seba pro te.*

4 *Ex quo pretiosus fuisti in oculis meis, gloriosus fuisti, & ego dilexi te: propterea dabo hominem pro te, & populos pro anima tua.*

5 *Ne timeas inquam, quia ego tecum sum: ab Oriente adducam semen tuum, & ab Occidente congregabo te.*

6 *Dicam Aquiloni, Da: & Austro, Ne prohibeas: adducito filios meos de longinquo, & filias meas ab extremo terræ.*

7 *Omnis qui vocatur in nomine meo, & ad gloriam meam creaui eum formaui eum, etiam feci eum.*

8 *Vt educam populum cæcum, & oculi sunt ei: & surdos, & aures sunt eis.*

9 *Omnes gentes congregentur simul, & colligantur populi: quis inter illos annuntiabit istud, & priora indicabunt nobis? dent testes suos, & iustificentur: sed audiant, & dicent, Verum est.*

10 *Vos testes mei dicit Iehouah, & seruus meus quem elegi: vt sciatis, & credatis mihi, ac intelligatis quod ego sum, ante me non est formatum quippiam à Deo, & post me non erit.*

11 *Ego, ego Iehouah, & non est præter me seruator.*

12 *Ego annuntiaui, & seruaui, audire quoque feci, & non fuit in vobis Deus alienus: vos autem testes mei, dixit Iehouah, & ego Deus.*

13 *Etiam à die ego ipse sum, & non est qui de manu mea eruat: operabor, & quis reuocabit illud?*

14 *Sic dixit Iehouah redemptor vester, Sanctus Israelis: Propter vos misi in Babel, & descendere feci: fugitiui vniuersi ipsi, & Chasdim, quorum in nauibus est clamor.*

15 *Ego Iehouah sanctus vester, Creator Israelis, rex vester.*

16 *Sic dixit Iehouah, qui dat in mari viam, & in aquis vehementibus semitam.*

17 *Quum educit populum suum, currus & equus, exercitus & robustus pariter obdormierunt, nec surgent: extincti sunt, sicut linum extincti sunt.*

18 *Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini.*

19 *Ecce ego facio nouum, iamiam orietur: annon cognoscetis illud? insuper ponam in deserto viam, in solitudine flumina.*

20 *Glorificabit me bestia agri, dracones, & filiæ struthionis: quod dederim in deserto aquas, flumina in solitudine, vt potum darem populo meo, electo meo.*

21 *Populum istum formaui mihi, laudem meam narrabunt:*

22 *Et me non inuocasti ô Iaacob, quin fatigatus es in me ô Israel.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Non obtulisti mihi arietem holocausti tui, & victimis tuis non glorificasti me: non te seruire feci in oblatione, nec laborem tibi præbui in thure.

Non emisti mihi argento calamum, & adipe victimarum tuarum non inebriasti me. Verumtamen seruire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis.

Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor:

Reduc me in memoriam, & iudicemur simul: narra si quid habes vt iustificeris.

Pater tuus primus peccauit, & interpretes tui præuaricati sunt in me.

Et contaminaui principes sanctos, dedi ad internecionem Iacob, & Israel in blasphemiam.

CAP. XLIV.

Ier. 30. 10. & 46.27.

ET nunc audi Iacob serue meus, & Israel quem elegi:

Hæc dicit Dominus faciens & formans te, ab vtero auxiliator tuus: noli timere serue meus Iacob, & rectissime, quem elegi.

Effundam enim aquas super sitientem, & fluenta super aridam: effundam spiritum meum super semen tuum & benedictionem meam super stirpem tuam.

Et germinabunt inter herbas quasi salices iuxta præterfluentes aquas.

Iste dicet: Domini ego sum: & ille vocabit in nomine Iacob, & hic scribet manu sua: Domino: & in nomine Israel assimilabitur.

Sup. 41. 4. Inf. 48. 12. Apo. 1. 18. & 22.13.

Hæc dicit Dominus rex Israel, & redemptor eius Dominus exercituum: Ego primus, & ego nouissimus, & absque me non est Deus.

Quis similis mei? vocet, & annunciet: & ordinem exponat mihi, ex quo constitui populum antiquum: ventura & quæ futura sunt annuncient eis.

Nolite timere, neque conturbemini: ex tunc audire te feci, & annunciaui: vos estis testes mei: numquid est Deus absque me, & formator quem ego non nouerim?

Plastæ idoli omnes nihil sunt, & amantissima eorum non proderunt eis. ipsi sunt testes eorum, quia non vident, neque intelligunt, vt confundantur.

Quis formauit Deum, & sculptile conflauit: ad nihil vtile?

Ecce omnes participes eius confundentur: fabri enim sunt ex hominibus: conuenient omnes, stabunt & pauebunt, & confundentur simul.

Sap. 13. 11.

Faber ferrarius lima operatus est: in prunis, & in malleis formauit illud, & operatus est in brachio fortitudinis suæ: esuriet & deficiet, non bibet aquam, & lassescet.

Artifex lignarius extendit normam, formauit illud in runcina: fecit illud in angularibus, & in circino tornauit illud: & fecit imaginem viri quasi speciosum hominem habitantem in domo.

Succidit cedros, tulit ilicem, & quercum, quæ steterat inter ligna saltus: plantauit pinum, quam pluuia nutriuit.

Et facta est hominibus in focum: sumpsit ex eis, & calefactus est: & succendit, & coxit panes: de reliquo autem operatus est Deum, & adorauit: fecit sculptile, & curuatus est ante illud.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

23 *Non adduxisti mihi pecus holocaustorum tuorum, & victimis tuis non glorificasti me : non seruire feci te in oblatione, nec laborare feci te in suffimento.*

24 *Non emisti mihi argento calamum* aromaticum, *& adipe victimarum tuarum non inebriare fecisti me. Verumtamen seruire fecisti me propter peccata tua, laborare fecisti me propter iniquitates tuas.*

25 *Ego ego ipse deleo præuaricationes tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor.*

26 *Memorare fac mihi, simus in iudicio simul. Narra tu, vt iustifices te.*

27 *Pater tuus primus peccauit; & principes tui præuaricati sunt contra me.*

28 *Et occidam principes sanctitatis, & dabo occisioni Iahacob, & Israel in opprobria.*

CAP. XLIV.

1 *ET nunc audi Iahacob serue mi, & Israel quem elegi*

2 *Sic dixit Dominus magnificans te, & formans te ab vtero, auxiliabitur tibi: ne timeas serue mi Iahacob, & ô recte quem elegi.*

3 *Quia effundam aquas super sitientem, & fluenta super aridam. Effundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super germina tua.*

4 *Et germinabunt inter herbam, sicut salices iuxta riuulos aquarum.*

5 *Iste dicet: Domini ego sum, & iste inuocabit in nomine Iahacob: & iste scribet manu sua Domino, & nomine Israel cognominabit seipsum.*

6 *Sic dixit Dominus rex Israel, & redemptor eius Dominus exercituum: Ego primus, & ego nouissimus, & præter me non est Deus.*

7 *Et quis est sicut ego, vocabit, & annunciabit hoc, & ordinabit illud mihi tempore, quo constitui mihi populum seculi. & quæ breui futura, & quæ postea futura sunt annuncient eis.*

8 *Ne timeatis, & ne formidetis. Nonne ex eo tempore audire feci te, & annunciaui, & vos testes mei : an sit Deus præter me, & non est fortis, quem non nouerim?*

9 *Artifices sculptilis, omnes ipsi vanitas & concupiscibilia eorum, non proderunt. Et testes eorum sunt, quod non videbunt, neque cognoscent, vt pudore afficiantur.*

10 *Quis formauit Deum, & sculptile conflauit, non proderit?*

11 *Ecce omnes socij eius pudore afficientur, & artifices ipsi sunt ex hominibus, conuenient omnes ipsi, stabunt, pauebunt, pudore afficientur simul.*

12 *Faber ferrarius dolabra operabitur prunis, & malleis figurabit illud, & operabitur brachio, in fortitudine sua etiam famelicus, & donec sint vires, non bibet aquam, & lassus erit.*

13 *Faber lignarius extendit lineam; formabit illud filo phœnicio, faciet illud dolabris, & circino figurabit, & faciet illud ad imaginem viri secundum gloriam hominis ad inhabitandum domum.*

14 *Ibit ad succidendum sibi cedros, & tollet ilicem, & quercum, & roborabit se, vt quærat meliora inter ligna syluæ, plantabit pinum, & pluuia nutriet eum.*

15 *Et erit homini ad comburendum, & sumet ex eis, & calefaciet se etiam succendet, & coquet panem, etiam operabitur Deum, & incuruabit se, faciet illud sculptile, & incuruabit se ei.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

23 Non attulisti mihi oues tuas holocausti tui: ne-
que in victimis tuis magnificasti me: nec seruire te
feci in hostiis: nec laborem tibi præbui in thure:

24 Nec emisti mihi argento thymiama: nec adipem
hostiarum tuarum concupiui. Sed in peccatis tuis
ante me stetisti, & in iniquitatibus tuis.

25 Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates tuas pro-
pter me, & peccata tua: & non recordabor.

26 Tu vero memento, & iudicemur. Dic tu iniquita-
tes tuas primus, vt iustificeris.
27 Patres vestri primi, & principes vestri inique ege-
runt in me:
28 Et contaminauerunt principes sancta mea dedi.
Et dedi vt perderem Iacob, & Israel in opprobrium.

CAP. XLIV.

1 NVnc autem audi Iacob puer meus, & Israel,
quem elegi.
2 Sic dicit Dominus Deus, qui fecit te, & qui plas-
mauit te de ventre: adhuc habebis auxilium. Noli
timere puer meus Iacob, & dilecte Israel, quem elegi.

3 Quia ego dabo aquam in siti, iis qui ambulant in
inaquosa: imponam spiritum meum super semen
tuum, & benedictiones meas super filios tuos.

4 Et orientur, vt in medio aquæ fœnum, & sicut sa-
lix super præterfluentem aquam.
5 Iste dicet, Dei sum: & iste clamabit in nomine Ia-
cob: & alius scribet in manu sua, Dei sum: & in no-
mine Israel clamabit.
6 Sic dicit Deus rex Israel, & qui eruit eum, Deus
Sabaoth. Ego primus, & ego post hæc: præter me
non est Deus.
7 Quis, sicut ego? Stet, & vocet, & annunciet, & pa-
ret mihi, ex quo feci hominem in sæculum: & futu-
ra, antequam veniant, annuncient vobis.

8 Ne abscondamini, neque erretis. Nonne à princi-
pio auribus percepistis, & annunciaui vobis? Testes
vos estis, si est Deus præter me.

9 Et non audierunt tunc, qui formabant, & sculpe-
bant, omnes vani, facientes desideria sua, quæ non
proderunt ipsis: sed confundentur,
10 Qui plasmant Deum, & omnes sculpentes inu-
tilia:
11 Et omnes, vnde facti sunt, exaruerunt, & surdi ex
hominibus. Congregentur omnes, & stent simul, &
confundantur, & erubescant simul:
12 Quoniam acuit faber ferrum, lima operatus est
illud, & in terebro statuit illud, & operatus est illud
in brachio fortitudinis suæ: & esuriet, & infirmus
erit, & non bibet aquam.
13 Eligens faber lignum, statuit illud in mensura, &
in glutine composuit illud, & fecit ipsum quasi for-
mam viri, & tanquam speciem hominis, ad statuen-
dum illud in domo.
14 Succidit lignum de sylua, quod plantauit Domi-
nus, pinum, & pluuia produxit in longitudinem,

15 Vt sit hominibus ad accendendum: & sumens ex
eo, calefactus est; & succendentes coxerunt panes su-
per ea. Residuum autem fabricati sunt Deos, & ado-
rant eos:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

23 *Non adduxisti mihi pecus holocaustorum tuorum, nec
victimis tuis glorificasti me: non feci te seruire in
oblatione, nec fatigaui te in suffimento.*

24 *Non emisti mihi argento calamum aromaticum, nec
adipe victimarum tuarum inebriasti me: sed seruire fe-
cisti me in peccatis tuis, laborare fecisti me in iniquita-
tibus tuis.*
25 *Ego, ego sum qui deleo præuaricationes tuas propter
me, & peccatorum tuorum non recordabor.*

26 *Fac me recordari, contendamus iudicio simul: narra
tu, vt iustificeris.*
27 *Pater tuus primus peccauit, & interpretes tui præua-
ricati sunt contra me:*
28 *Ideo contaminaui principes sanctitatis, & dedi occi-
sioni Iaacob, & Israel in opprobria.*

CAP. XLIV.

1 *ET nunc audi Iaacob serue mi, & Israel quem elegi.*

2 *Sic dixit Iehouah factor tuus, formatorque tuus ab vte-
ro, qui auxiliabitur tibi, Ne timeas serue mi Iaacob, & ô
recte quem elegi:*

3 *Quia effundam aquas super sitientem, & fluenta su-
per aridam: effundam spiritum meum super semen tuum,
& benedictionem meam super germina tua:*

4 *Et germinabunt quasi inter herbam, & sicut salices
iuxta riuulos aquarum.*
5 *Hic dicet, Iehouæ ego sum, & ille inuocabit in nomine
Iaacob: & alius scribet manu sua, Iehouæ sum, & nomi-
ne Israelis cognominabit seipsum.*
6 *Sic dixit Iehouah rex Israelis, & redemptor eius Ie-
houah exercituum: ego primus, & ego nouissimus, & præ-
ter me non est Deus.*
7 *Et quis sicut ego, qui vocet quod præteriit, annun-
tietque illud, & ordinet illud mihi, ex quo posui mihi po-
pulum mundi, & ea quæ paulo post sunt ventura, & quæ
futura sunt longo post tempore, nuntient illis.*
8 *Ne timeatis, neque formidetis: nonne ex eo tempore
indicaui tibi, & annuntiaui? itaque vos testes mei an sit
Deus præter me, & quod non sit fortis, quem non noue-
rim.*
9 *Fictores sculptilis omnes ipsi vanitas, & concupiscibi-
lia eorum non proderunt: & testes eorum ipsi, quod non
vident, neque cognoscunt, vt pudore afficiantur.*
10 *Quis formauit Deum, & sculptile conflauit, vt non
prosit?*
11 *Ecce omnes socij eius pudore suffundentur, artificesque
ipsi sunt ex hominibus: congregabuntur omnes ipsi, &
stabunt, pauebunt, ac pudore afficientur simul.*
12 *Faber ferrarius dolabram faciet, & operabitur cum
prunis, & malleis qua figuret illud: operabitur inquam
illam brachio fortitudinis suæ, etiam famelicus, ita vt
deficiant vires, non bibat aquam, & lassus sit.*
13 *Faber vero lignarius extendit lineam, delineabit illud
filo phœnicio, faciet illud dolabris, & circino figurabit
illud, facietque illud ad imaginem viri, iuxta gloriam
hominis, vt habitet in domo.*
14 *Ibit vt succidat sibi cedros, & tollet ilicem, & quer-
cum, & roborauit se, vt quærat meliora inter ligna syluæ:
plantabit pinum, nam pluuia nutriet.*
15 *Tum erit homini ad comburendum: nam sumet ex eis,
& calefaciet se: præterea furnum accendet, & coquet pa-
nem: etiam efficiet deum, & adorabit, faciet illud scul-
ptile, & incuruabit se ei.*

Vulgat. Editio.

16 Medium eius combussit igni, & de medio eius carnes comedit: coxit pulmentum, & saturatus est, & calefactus est, & dixit: Vah, calefactus sum, vidi focum.

17 Reliquum autem eius Deum fecit, & sculptile sibi: curuatur ante illud, & adorat illud, & obsecrat, dicens: Libera me, quia Deus meus es tu.

18 Nescierunt, neque intellexerunt: obliti enim sunt ne videant oculi eorum, & ne intelligant corde suo.

19 Non recogitant in mente sua, neque cognoscunt, neque sentiunt, vt dicant: Medietatem eius combussi igni, & coxi super carbones eius panes: coxi carnes & comedi, & de reliquo eius idolum faciam? ante truncum ligni procidam?

20 Pars eius cinis est: cor insipiens adorauit illud, & non liberabit animam suam, neque dicet: Forte mendacium est in dextera mea.

21 Memento horum Iacob, & Israel, quoniam seruus meus es tu: formaui te, seruus meus es tu Israel, ne obliuiscaris mei.

22 Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua: reuertere ad me, quoniam redemi te.

23 Laudate cæli, quoniam misericordiam fecit Dominus: iubilate extrema terræ, resonate montes laudationem, saltus & omne lignum eius: quoniam redemit Dominus Iacob, & Israel gloriabitur.

24 Hæc dicit Dominus redemptor tuus, & formator tuus ex vtero: Ego sum Dominus, faciens omnia, extendens cælos solus, stabiliens terram, & nullus mecum.

25 Irrita faciens signa diuinorum, & ariolos in furorem vertens. Conuertens sapientes retrorsum: & scientiam eorum stultam faciens.

26 Suscitans verbum serui sui, & consilium nunciorum suorum complens. Qui dico Ierusalem: Habitaberis; & ciuitatibus Iuda: Aedificabimini, & deserta eius suscitabo.

27 Qui dico profundo: Desolare, & flumina tua arefaciam.

28 Qui dico Cyro: Pastor meus es, & omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Ierusalem: Aedificaberis; & templo: Fundaberis.

CAP. XLV.

1 HAEc dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subijciam ante faciem eius Gentes, & dorsa regum vertam, & aperiam coram eo ianuas, & portæ non claudentur.

2 Ego ante te ibo, & gloriosos terræ humiliabo: portas æreas conteram, & vectes ferreos cōfringam.

3 Et dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum: vt scias, quia ego Dominus, qui voco nomen tuum, Deus Israel.

4 Propter seruum meum Iacob, & Israel electum meum, & vocaui te nomine tuo: assimilaui te, & non cognouisti me.

5 Ego Dominus, & non est amplius: extra me non est Deus: accinxi te, & non cognouisti me.

6 Vt sciant hi, qui ab Ortu solis, & qui ab Occidente, quoniam absque me non est: Ego Dominus, & non est alter.

7 Formans lucem, & creans tenebras: faciens pacem, & creans malum: ego Dominus faciens omnia hæc,

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

16 *Medium eius comburet igni, & super medium eius carnem comedet. Assabit assaturam, & saturabitur, etiam calefaciet se, & dicet euge. Calefeci me, vidi focum.*

17 *Residuum autem eius in Deum faciet, in sculptile suum, incuruabit se ei, & adorabit, & orabit eum, & dicet, libera me quia Deus meus es tu.*

18 *Non cognouerunt neque intellexerunt, quia Deus complanauit, vt non videant, oculos eorum, non intelligant corda eorum.*

19 *Et non reducet* prædicta *ad cor suum nec scientiam, neque intelligentiam habet dicendo. Dimidium eius combussi igni, & etiam coxi super carbones eius panem. Assaui carnem, & comedi, & reliquum eius pro abominatione faciam, trunco ligni, incuruabo me.*

20 *Pascit cinerem, cor seductum declinare fecit eum, & non liberabit animam suam, nec dicet. Nonne feci mendacium dextera mea?*

21 *Memento horum Iahacob, & Israel, quoniam seruus meus es tu, formaui te, seruus meus es tu Israel, ne obliuiscaris mei,*

22 *Deleui vt nubem præuaricationes tuas, & veluti nubem peccata tua: reuertere ad me, quia redemi te.*

23 *Laudate cæli, quoniam fecit Dominus: iubilate inferiora terræ, clamate montes laudationem, sylua, & omnis arbor quæ est in ea, quoniam redemit Dominus Iahacob, & in Israel gloriabitur.*

24 *Sic dixit Dominus redemptor tuus, & plasmator tuus ex vtero: Ego Dominus faciens omnia, extendens cælos solus, expandens terram, mea potentia.*

25 *Dissipat Deus signa mendacium, & diuinos insanire facit. Conuertit sapientes retrorsum, & scientiam eorum stultam facit.*

26 *Suscitat verbum serui sui, & consilium Angelorum suorum complet. Qui dicit ad Ierusalaim, habitabitur: ad ciuitates Iehudah, ædificabuntur, & deserta eius suscitabo.*

27 *Qui dicit profundo: Siccare, & flumina tua siccare faciam.*

28 *Qui dicit ad Chores. Pastor meus, & omnem voluntatem meam complebit: & dicendo ipsi Ierusalaim, ædificabitur, & templo, fundabitur.*

CAP. XLV.

1 *SIc dixit Dominus Christo suo Chores, cuius apprehendi dexteram, vt expandam coram eo gentes, & lumbos regum dissoluam, vt aperiam coram eo ianuas, & portæ non claudentur.*

2 *Ego ante te ibo, & tortuosa dirigam: ianuas æreas conteram, & vectes ferreos concidam.*

3 *Et dabo tibi thesauros qui sunt in locis tenebrosis, & thesauros absconditos: vt scias quod sum Dominus, qui voco nomen tuum, Deus Israel.*

4 *Propter seruum meum Iahacob, & Israel electum meum, vocaui te nomine tuo: cognominaui te, & non cognouisti me.*

5 *Ego Dominus, & non est amplius, præter me non est Deus: accinxi te, & non cognouisti me.*

6 *Vt sciant ab Ortu solis, & ab Occidente quod non est præter me. Ego Dominus, & non est amplius.*

7 *Formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum. Ego Dominus faciens omnia hæc.*

Transl. ex Septuag.

16 Cuius dimidium eius combussit in igni, & super
dimidium eius coxit in carbonibus panes, & super
illud assans carnes comedit,& saturatus est,& calefa-
ctus dixit: Suaue mihi,quia calefactus sum, & vidi
ignem.
17 Residuum vero fecit in Deum sculptum: & ado-
rat,& orat dicens:Erue me,quia Deus meus es tu.
18 Nescierunt sapere quia obscurati sunt,ne videant
oculis suis,& intelligant corde suo.
19 Et non cogitauit animo suo, neque cognouit per
prudentiam;quia dimidium eius combussit in igni,
& combussit super carbones eius panes, & assatas
carnes comedit, & residuum eius in abominatio-
nem fecit;& adorant eum.
20 Scito, quia cinis cor eorum, & errant, & nemo
potest liberare animam suam. Videte: non dicetis,
quia mendacium in dextera mea.
21 Memento horum Iacob, & Israel: quoniam puer
meus es tu: formaui te puerum meum: & tu Israel
ne obliuiscaris mei.
22 Ecce enim deleui,sicut nubem, iniquitates tuas,
& sicut caliginem, peccata tua.Reuertere ad me, &
redimam te.
23 Lætamini cæli quoniam misertus est Deus Israe-
lis.Canite tuba fundamenta terræ: clamate montes
lætitiam,colles,& omnia ligna,quæ in eis sunt: quo-
niam redemit Deus Iacob & Israel glorificabitur.
24 Sic dicit Dominus, qui redimit te, & formans te
ex vtero.Ego Dominus, qui compleo omnia:exten-
di cęlum solus,& firmaui terram.
25 Quis alius dissipabit signa pythonum, & diuina-
tiones de corde? auertens prudentes retrorsum, &
consilium eorum stultum faciens,
26 Et statuens verbum pueri sui, & consilium An-
gelorum suorum verum probans: dicens ad Hieru-
salem,habitaberis,& ciuitatibus Idumææ,habitabi-
mini,& deserta illius germinabunt:
27 Dicens abysso, desolaberis, & flumina tua arefa-
ciam:
28 Dicens Cyro,vt sapiat;& omnes voluntates meas
faciet:dicens ad Hierusalem,ædificaberis,& domum
sanctam meam fundabo.

C A P. XLV.

1 SIc dicit Dominus Deus Christo meo Cyro,
cuius apprehendi dexteram, vt obediant ante
faciem eius gentes: & fortitudinem regum dis-
rumpam:aperiam ante eum ianuas:& ciuitates non
claudentur.
2 Ego ante te ibo, & montes complanabo, portas
æreas conteram,& vectes ferreos confringam.
3 Et dabo tibi thesauros tenebrosos, absconditos,
inuisibiles aperiam tibi:vt scias, quia ego Dominus
Deus tuus,qui voco nomen tuum,Deus Israel:
4 Propter puerum meum Iacob, & Israel electum
meum, ego vocabo te nomine tuo & suscipiam te.
Tu autem non cognouisti me:
5 Quia ego Dominus Deus:& non est amplius præ-
ter me Deus.Confortaui te,& non nouisti me.
6 Vt sciant hi, qui ab ortu Solis,& qui ab occiden-
te,quoniam non est Deus præter me. Ego Dominus
Deus: & non est amplius.
7 Ego qui fabricaui lucem, & feci tenebras:faciens
pacem, & creans mala: ego Dominus Deus,faciens
omnia hæc,

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

Dimidium eius comburet igni,& ex altera parte eius
carnes comedet:assabit assaturam, & saturabitur: præ-
terea calefaciet se, & dicet, Euge, calefeci me,vidi fo-
cum.
Ex reliqua autem eius parte deum faciet,id est scul-
ptile suum:incuruabit se ei,& adorabit, & orabit eum,
& dicet,Libera me:nam deus meus es tu.
Nihil norunt, neque intellexerunt, quia Deus obleuit
oculos eorum ne videant,& corda eorum ne intelligant.
Et non redit ad cor suum,non est scientia,neque intel-
ligentia,vt dicat, Dimidium eius combussi igni, & etiam
coxi super carbones eius panem,assaui carnes, & comedi:
& residuum eius in abominationem faciam,trunco arbo-
ris incuruabo me?
Pascit cinerem, cor seductum declinare fecit eum, &
non liberabit animam suam, nec dicet, Nonne menda-
cium est in dextera mea?
Memento horum Iaacob & Israel, quoniam seruus
meus es tu:formaui te,seruus meus es tu Israel, ne obli-
uiscaris mei.
Deleui vt nubem præuaricationes tuas, & veluti nu-
bem peccata tua:reuertere ad me,quia redemi te.
Laudate cœli,quoniam fecit Iehouah: iubilate infe-
riora terræ,edite montes clamorem, sylua, & omnis arbor
quæ est in ea: quoniam redemit Iehouah Iaacob, & in
Israel glorificabitur.
Sic dixit Iehouah redemptor tuus, & plasmator tuus
ex vtero:Ego Iehouah faciens omnia, extendens cœlos so-
lus,expandens terram mea potentia.
Dissipat Deus signa mendacium, & diuinos insanire
facit:conuertit sapientes retrorsum, & scientiam eorum
stultam facit.
Suscitat verbum serui sui, & consilium nuntiorum
suorum complet: ille est qui dicit ad Ierusalaim, Habita-
beris:& ad ciuitates Iehudah,Aedificabimini, & desola-
tiones eius erigam.
Qui dicit profundo, Exsicca te, & flumina tua arefa-
ciam.
Qui dicit de Chores, Pastor meus: & omnem volun-
tatem meam perficiet : dicendo etiam ipsi Ierusalaim,
Aedificaberis:& templo,Fundaberis.

C A P. XLV.

SIc dixit Iehouah de Christo suo de Chores, cuius ap-
prehendi dexteram,vt expandam coram eo Gentes, &
lumbos Regum dissoluam, vt aperiam coram eo fores,
& portæ non claudentur.
Ego ante te ibo,& tortuosa dirigam: ianuas æreas con-
teram, & vectes ferreos concidam.
Daboq; tibi thesauros qui sunt in locis tenebrosis, &
thesauros absconditos:vt scias quod ego sum Iehouah,qui
voco nomen tuum, Deus Israelis.
Propter seruum meum Iaacob, & Israel in electum
meum,vocaui te nomine tuo:cognominaui te,& non nosti
me.
Ego Iehouah, & non est amplius, præter me non est
Deus:accinxi te,& non nouisti me.
Vt sciant ab Ortu solis, & ab Occidente quod non est
præter me:ego Iehouah,& nullus est vltra:
Formans lucem, & creans tenebras,faciens pacem,&
creans malum:ego Iehouah faciens omnia hæc.

Vulgat. Editio.

8 Rorate cæli desuper,& nubes pluant iustum: ape-
riatur terra,& germinet Saluatorem:& iustitia oria-
tur simul:ego Dominus creaui eum.

9 Væ qui contradicit fictori suo,testa de samiis ter-
ræ: * numquid dicet lutum figulo suo: Quid facis,
& opus tuum absque manibus est?

* Ro. 9. 20. Ier. 18. 6.

10 Væ qui dicit patri: Quid generas? & mulieri
Quid parturis?
11 Hæc dicit Dominus Sanctus Israel plastes eius:
Ventura interrogate me, super filios meos, & super
opus manuum mearum mandate mihi.
12 Ego feci terram, & hominem super eam creaui
ego:manus meæ tetenderunt cælos,& omni militiæ
eorum mandaui.
13 Ego suscitaui eum ad iustitiam, & omnes vias
eius dirigam:ipse ædificabit ciuitatem meam, & ca-
ptiuitatem meam dimittet,non in pretio, neque in
muneribus,dicit Dominus Deus exercituum.
14 Hæc dicit Dominus:Labor Ægypti, & negotiatio
Aethiopiæ,&Sabaim viri sublimes ad te transibunt,
& tui erunt: Post te ambulabunt, vincti manicis
pergent:& te adorabunt,teque deprecabuntur:Tan-
tum in te est Deus, & non est absque te Deus.

15 Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel Salua-
tor.
16 Confusi sunt, & erubuerunt omnes: simul abie-
runt in confusionem fabricatores errorum.

17 Israel saluatus est in Domino salute æterna: non
confundemini, & non erubescetis vsque in sæcu-
lum sæculi.
18 Quia hæc dicit Dominus creans cælos, ipse Deus
formans terram,& faciens eam,ipse plastes eius:non
in vanum creauit eam, vt habitaretur, formauit
eam:ego Dominus, & non est alius.
19 Non in abscondito locutus sum in loco terræ te-
nebroso:non dixi semini Iacob:Frustra quærite me:
ego Dominus, loquens iustitiam,annuncians recta.

20 Congregamini, & venite, & accedite simul qui
saluati estis ex Gentibus: nescierunt qui leuant li-
gnum sculpturæ suæ, & rogant Deum non saluan-
tem.
21 Annunciate,& venite,& consiliamini simul:quis
auditum fecit hoc ab initio,ex tunc prædixit illud?
numquid non ego Dominus, & non est vltra Deus
absq; me? Deus iustus,& saluans non est præter me.
22 Conuertimini ad me; & salui eritis omnes fines
terræ:quia ego Deus & non est alius.
23 In memetipso iuraui,egredietur de ore meo iusti-
tiæ verbum,& non reuertetur:
24 Quia mihi curuabitur omne genu,& iurabit om-
nis lingua.
25 Ergo in Domino,dicet,meæ sunt iustitiæ & impe-
rium:ad eum venient, & confundentur omnes qui
repugnant ei.
26 In Domino iustificabitur, & laudabitur omne se-
men Israel.

Ro. 14. 11. Phil. 2. 10.

CAP. XLVI.

1 CONfractus est Bel, contritus est Nabo:facta sunt
simulachra eorum bestiis, & iumentis, onera
vestra graui pondere vsque ad lassitudinem.
2 Contabuerunt,& contrita sunt simul:non potue-
runt saluare portantem,& anima eorum in captiui-
tatem ibit.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

*Stillate cæli desuper,& cæli stillent iustitiam. Aperiat
se terra,& fructificent salus: & iustitia,quas germinare
faciet terra simul:ego Dominus creaui eum.*

*Væ contendenti cum plasmatore suo, teste cum testis
terræ? Nunquid dicet lutum figulo suo, quid facis, &
operi tuo non sunt manus?*

*Væ qui dicit patri, quid generas, & mulieri,quid par-
turis?*
*Sic dixit Dominus Sanctus Israel, & plasmator eius:
Quæ ventura sunt interrogate me: super filios meos, &
super opus manuum mearum præcipietis mihi?*
*Ego feci terram, & hominem super eam creaui ego:
Manus meæ tetenderunt cœlos, & omni exercitui eorum
præcepi.*
*Ego suscitaui eum in iustitia, & omnes vias eius diri-
gam: ipse ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem
meam dimittet, non precio, nec munere, dixit Dominus
exercituum.*
*Sic dixit Dominus:Labor Aegypti,& negotiatio Chus,
& Sebaim,viri mensuræ magnæ super te transibunt, &
tui erunt,post te ambulabunt. In compedibus transibunt,
& tibi incuruabunt se,teq; deprecabuntur. Tantum in te
est Deus,& non est amplius,non est Deus.*

Vere tu es Deus abscondens te,Deus Israel saluator.

*Pudore afficientur, & etiam erubescent omnes ipsi
simul:abierunt cum pudore fabricatores sculptilium.*

*Israel saluatus est in Domino salute sæculorum: non
pudore afficiemini, neque erubescetis vsque in sæcula sæ-
culi.*
*Quia sic dixit Dominus creans cœlos. Ipse Deus for-
mans terram,& faciens eam. ipse præparauit eam: non
inuanum creauit eam, ad habitandum formauit eam:
Ego Dominus, & non est amplius.*
*Non in abscondito locutus sum, in loco terræ tenebra-
rum:non dixi semini Iahacob in vanum quærunt me: ego
Dominus loquens iustitiam, annuncians recta.*

*Congregate vos, & venite, & accedite simul abiecti
gentium: non cognouerunt qui ferunt lignum sculptilis
sui, & orant Deum qui non seruat.*

*Annunciate, & accedere facite insuper consiliamini
simul. Quis audire fecit hoc ab initio, ex eo tempore quo
nunciauit illud? Nonne ego Dominus, & non est vltra
Deus præter me? Deus iustus & saluas non est præter me.*
*Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ,
quia ego Deus, & non est amplius.*
*Per me iuraui. Quod egressum est de ore meo in iusti-
tia verbum, non reuertetur.*
*Quod mihi curuabitur omne genu, iurabit omnis
lingua.*
*Vtique in Domino est mihi inquiet iustitia, & fortitu-
do,vsque ad eum perueniet, & pudore afficientur omnes
qui irascuntur ei.*
*In Domino iustificabunt se, & laudabunt se omne se-
men Israel.*

CAP. XLVI.

*CVruauit se Bel,incuruauit se Nebo: fuerunt simula-
chra eorum super bestias, & iumenta. Quæ portan-
do grauata erant onere vsque ad lassitudinem.*
*Curuauerunt se,incuruauerunt se simul,non potuerunt
saluare onus, & anima eorum in captiuitatem iuit.*

Transl. ex Septuag.

Lætetur cælum desuper, & nubes spargant iustitiam. Germinet terra, & proferat misericordiam, & iustitiam germinet simul. Ego sum Dominus, qui creaui te.

Quid melius feci, quam lutum figuli? Nunquid arans arabit terram tota die? Numquid dicet lutum figulo, quid facis, quoniam non operaris, nec habes manus? Nunquid respondebit figmentum ad fictorem suum?

Qui dicit patri, quid generabis? & matri, quid parturis?

Sic enim dicit Dominus Deus Sanctus Israel, qui fecit ventura: Interrogate me de filiis meis, & de operibus manuum mearum mandate mihi.

Ego feci terram, & hominem super eam: ego manu mea firmaui cælum: ego omnibus stellis mandaui.

Ego suscitaui eum cum iustitia regem: & omnes viæ illius rectæ. Ipse ædificabit ciuitatem meam: & captiuitatem populi mei conuertet, non cum precio, neque cum muneribus, dixit Dominus Sabaoth.

Sic dicit Dominus Sabaoth: Laborauit Ægyptus, & negociatio Aethiopum, & Sabaim viri excelsi ad te transibunt, & tui erunt serui, & post te sequentur vincti manicis, & transibunt ad te, & adorabunt te, & in te orabunt: quoniam in te Deus est, & non est Deus absque te.

Tu enim Deus es, & nesciebamus, Deus Israel Saluator.

Confundentur, & erubescent omnes aduersarij eius, & ambulabunt in confusione. Innouamini ad me insulæ:

Israel saluatur à Domino salute æterna: non confundentur, neque erubescent vsque in æternum amplius.

Sic dicit Dominus, qui fecit cælum: iste Deus, qui ostendit terram, & fecit eam, ipse distinxit eam: non in vacuum fecit eam, sed vt habitaretur, plasmauit eam. Ego sum Dominus, & non est vltra.

Non in abscondito loquutus sum, neque in loco terræ tenebroso. Non dixi semini Iacob: vanum quærite. Ego sum, ego sum Dominus, qui loquor iustitiam, & annuncio veritatem.

Congregamini, & venite: consulite simul, qui saluamini de gentibus. Non cognouerunt, qui portant lignum sculpturam suam, & orant Deos non saluantes.

Si annunciant, appropinquent: vt sciât simul quis audita fecit hæc ab initio: tunc annunciatum est vobis. Ego Deus, & non est alius absque me: iustus, & saluator non est præter me.

Conuertimini ad me, & salui eritis, qui ab extremis terræ. Ego sum Deus, & non est alius.

Per memetipsum iuro, nisi egredietur de ore meo iustitia; sermones mei non auertentur:

Quia mihi incuruabit omne genu, & iurabit omnis lingua

Deum, dicens: iustitia, & gloria ad eum veniet, & confundêtur omnes, qui separant se à Domino: iustificabuntur,

Et in Deo glorificabitur omne semen filiorum Israel.

CAP. XLVI.

Cecidit Bel, contritus est Nabo: facta sunt sculptilia eorum in bestias, & iumenta: portatis ea colligata, quasi onus laboranti deficienti,

Et esurienti, nec præualenti simul: qui non poterunt saluari à bello: ipsi autem captiui ducti sunt.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

8 *Rorate cœli desuper, & cœli stillent iustitiam: aperiat sese terra, & proueniat salus & iustitia, quas germinare faciet terra simul: ego Iehouah creaui eum.*

9 *Væ contendenti cum plasmatore suo, testa cum testis terræ, nunquid dicet lutum fictori suo, Quid facis? & operi tuo non fuerunt manus.*

10 *Væ qui dicit patri, Quid generas? & mulieri, quid parturis?*

11 *Sic dixit Iehouah Sanctus Israelis, & plasmator eius: quæ ventura sunt interrogate me: super filios meos, & super opus manuum mearum præcipite mihi.*

12 *Ego feci terram, & hominem super eam creaui: ego, manus meæ tetenderunt cœlos, & omni exercitui eorum præcepi.*

13 *Ego suscitaui eum in iustitia, & omnes vias eius dirigam: ipse ædificabit vrbem meam, & captiuitatem meam dimittet non pretio, nec munere, dixit Iehouah exercituum.*

14 *Sic dixit Iehouah, Labor Aegypti, & negotiatio Chus, & Sebaim, viri mensuræ super te transibunt, & tui erũt: post te ambulabunt, in compedibus transibunt & tibiq; incuruabunt se, teq; deprecabuntur: tantum in te est Deus, & nullus est vltra, non est Deus.*

15 *Vere tu es Deus abscondens te, Deus Israel saluator.*

16 *Pudore afficientur atque etiam erubescent omnes ipsi: simul abierunt cum ignominia fabricatores sculptilium.*

17 *At Israel saluatus est in Iehoua salute æterna: non pudore afficiemini, neque erubescetis vsque in sæcula sæculi.*

18 *Quia sic dixit Iehouah creator cœlorum (ipse Deus formator terræ, & factor eius, ipse inquam qui præparauit eam: non in vanum creauit eam, sed ad inhabitandum formauit eam) Ego Iehouah, & nullus præterea.*

19 *Non in abscondito loquutus sum, in loco terræ tenebrarum: non dixi semini Iaacob, In vanum quærite me: ego Iehouah loquens iustitiam, & qui annuntio recta.*

20 *Congregate vos, & venite, accedite simul abiecti Gentium: nihil nouerunt qui ferunt lignum sculptilis sui, & orant Deum qui non seruat.*

21 *Annuntiate, & accedere facite, insuper consilium ineant simul: quis audire fecit hoc ab initio, & extunc annuntiauit illud? annon ego Iehouah, & non est vltra Deus præter me? Deus iustus & saluãs non est præter me.*

22 *Respicite ad me, & salui eritis omnes fines terræ: quoniam ego sum Deus, & non est amplius.*

23 *Per me iuraui, egressum est de ore meo in iustitia verbum, & non reuertetur,*

24 *Quod mihi curuabitur omne genu, per me iurabit omnis lingua.*

25 *Veruntamen per Iehouã mihi (dixit electus) iustitia & fortitudo, vsque ad eum veniet: pudore autem afficientur omnes qui irascuntur in eum.*

26 *In Iehoua iustificabunt sese, & laudabunt sese omne semen Israel.*

CAP. XLVI.

1 *Curuauit se Bel, incuruauit se Nebo: fuerunt simulacra eorum bestijs & iumentis: quæ vos ferebant, onerata erant onere nimio ad lassitudinem.*

2 *Curuauerunt sese, incuruauerũt se simul, nec potuerunt eruere se ab onere, & anima eorum in captiuitatem abij*

Vulgat. Editio.

3 Audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israel, qui portamini à meo vtero, qui gestamini à mea vulua.

4 Vsque ad senectam ego ipse, & vsque ad canos ego portabo: ego feci, & ego feram: ego portabo & saluabo.

5 Cui assimilastis me, & adæquastis, & comparastis me, & fecistis similem?

6 Qui confertis aurum de sacculo, & argentum statera ponderatis: conducentes aurificem, vt faciat Deum, & procidunt, & adorant.

Bar. 6. 25.

7 Portant illum in humeris gestantes, & ponentes in loco suo: & stabit, ac de loco suo non mouebitur. sed & cum clamauerint ad eum, non audiet: de tribulatione non saluabit eos.

8 Mementote istud, & confundamini: redite præuaricatores ad cor.

9 Recordamini prioris sæculi, quoniam ego sum Deus, & non est vltra Deus, nec est similis mei:

10 Annuncians ab exordio nouissimum, & ab initio quæ necdum facta sunt, dicens: Consilium meum stabit: & omnis voluntas mea fiet:

11 Vocans ab oriente auem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ, & locutus sum, & adducam illud: creaui, & faciam illud.

12 Audite me duro corde, qui longe estis à iustitia.

13 Prope feci iustitiam meam, non elongabitur, & salus mea non morabitur. Dabo in Sion salutem, & in Israel gloriam meam.

CAP. XLVII.

1 DEscende, sede in puluere virgo filia Babylon, sede in terra: non est solium filiæ Chaldæorum, quia vltra non vocaberis mollis, & tenera.

2 Tolle molam: & mole farinam: denuda turpitudinem tuam: discooperi humerum, reuela crura, transi flumina:

3 Reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum: vltionem capiam, & non resistet mihi homo.

4 Redemptor noster, Dominus exercituum nomen illius, Sanctus Israel.

5 Sede tacens, & intra in tenebras filia Chaldæorum: quia non vocaberis vltra domina regnorum.

6 Iratus sum super populum meum: contaminaui hæreditatem meam, & dedi eos in manu tua: non posuisti eis misericordias: super senem aggrauasti iugum tuum valde.

7 Et dixisti: In sempiternum ero domina: non posuisti hæc super cor tuum, neque recordata es nouissimi tui.

8 Et nũc audi hæc, delicata, & habitans cõfidenter, quæ dicis in corde tuo: * Ego sum, & non est præter me amplius: non sedebo vidua, & ignorabo sterilitatem.

* Apo. 18. 7.

9 Venient tibi duo hæc subito in die vna, sterilitas & viduitas: vniuersa venerunt super te, propter multitudinem maleficiorum tuorum, & propter duritiam incantatorum tuorum vehementem.

Inf. 51. 19.

10 Et fiduciam habuisti in malitia tua, & dixisti: non est qui videat me: Sapientia tua & scientia tua hæc decepit te. Et dixisti in corde tuo: Ego sum, & præter me non est altera.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

3 *Audite me domus Iahacob, & omne residuum domus Israel, qui portamini ab vtero, & qui gestamini à vidua.*

4 *Et vsque ad senectam ego ipse, & vsque ad caniciem ego portabo. Ego feci, & ego feram, & ego portabo & eruam.*

5 *Cui assimilabitis me, & adæquabitis, & comparabitis me, & assimilabor?*

6 *Qui auire faciunt aurum de loculo, & argentum calamo ponderant, mercede conducent aurificem, & facient ex illo deum, procident, etiam incuruabunt se.*

7 *Portabunt illum super humerum, gestabunt eum, & deponent eum in loco suo, & stabit, de loco suo non mouebit se. Insuper clamabit ad eum, & non respondebit, de tribulatione eius non seruabit eum.*

8 *Mementote huius, & roborate vos, reducite præuaricatores super cor.*

9 *Recordamini priorum quæ sunt à seculo, quoniam ego Deus, & non est vltra Deus, & non est sicut ego.*

10 *Annuncians ab exordio nouissimum, & ab initio, quæ non sunt facta, dicens, consilium meum stabit, vt omnem voluntatem meam faciam.*

11 *Vocans ab Oriente auem de terra longinqua virum consilij mei, etiam locutus sum, etiam adducam illud, formaui, etiam faciam illud.*

12 ** Audite me duri corde, qui longe estis à iustitia.*

* Hic incipit c. 47 in Bibl. Sanct. Pag.

13 *Appropinquare feci iustitiam meam, non elongabit se, & salus mea non moram faciet: & dabo in Syon salutem, & Israeli gloriam meam.*

CAP. XLVII.

1 *DEscende, & sede super puluerem virgo filia Babel, sede in terra, non erit solium ò filia Chasdim, quia non addicies vt vocent te teneram, & delicatam.*

2 *Tolle molam, & mole farinam. Denuda cincinnos tuos, discooperi plantas, detege crura, transi flumina.*

3 *Reuelabitur turpitudo tua, etiam videbitur opprobrium tuum: vltionem capiam, & non occurram tibi sicut homines alij.*

4 *Redemptor noster Dominus exercituum nomen eius, Sanctus Israel.*

5 *Sede, tace, & intra in tenebras filia Chasdim: quia non addent vt vocent te dominam regnorum.*

6 *Iratus sum contra populum meum, contaminaui hæreditatem meam & dedi eos in manu tua, non posuisti eis minas: super senem aggrauasti iugum tuum valde.*

7 *Et dixisti, in sæculum ero Domina: adeo vt non poneres hæc super cor tuum, neque recordareris nouissimi tui.*

8 *Et nunc audi hæc delicata quæ habitas confidenter, quæ dicis in corde tuo. Ego sum, & non est præter me amplius. Non sedebo vidua, nec cognoscam orbitatem.*

9 *Et venient tibi duo hæc subito eodem tempore sterilitas, & orbitas: cum perfecta fuerint ipsa mala venient super te propter multitudinem maleficiorum tuorum propter fortitudinem incantatorum tuorum vehementem.*

10 *Et fidisti malitiæ tuæ, dixisti: non est qui videat me. Sapientia tua, & scientia tua hæc rebellare fecit te. Et dixisti in corde tuo. Ego sum, & non est præter me vltra.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Audite me domus Iacob,& omnes reliquiæ Israel, qui portamini de vtero,& erudimini à paruulo

Vsque ad senectutem. Ego sum: & donec senescatis, ego sum: ego sublineo vos: ego feci,& ego portabo: ego suscipiam,& saluos vos faciam.

Cui assimilastis me? Videte, excogitate, qui erratis,

Qui confertis aurum de sacculo, & argentum in statera: statuent in pondere, & conducentes aurifi cem fecerunt opera manuum, & incuruati adorant ea:

Portant illud super humerum, & vadunt: si autem posuerint illud in loco suo, manet, non mouebitur: & quisquis clamauerit ad ipsum; non exaudiet, de malis non saluabit eum.

Mementote horum,& ingemiscite: agite pænitentiam, qui errastis: reuertimini corde,

Et mementote priorum à seculo: quoniam ego sum Deus: & non est vltra præter me:

Qui annuncio prius nouissima, antequam fiant: & simul completa sunt. Et dixi: omne consilium meum stabit: & cuncta, quæ deliberaui, faciam:

Qui voco ab oriente auem, & de terra longinqua ea, de quibus cogitaui: loquutus sum,& adduxi: creaui,& feci.

Audite me, qui perdidistis cor, qui longe estis à iustitia.

Prope feci iustitiam meam: & salutem, quæ à me est, tardare non faciam. Dedi in Sion salutem Israeli in gloriam.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

3 *Audite me domus Iaacob, & omnes reliquiæ domus Israelis, qui portamini à me ab vtero, & qui gestamini à vulua.*

4 *Et vsque ad senectam ego sum vobiscum, & vsque ad canitiem ego portabo: ego feci, & ego feram, ego quoque portabo & eruam.*

5 *Cui assimilabitis me, & adequabitis, aut comparabitis me, & similitudo erit?*

6 *Qui depromunt aurum de loculo, & argentum in statera ponderantes, mercede conducent aurifabrum, facientque ex illo deum cui incuruabunt sese, etiam adorabunt.*

7 *Portabunt illum super humerum, gestabunt eum, & ponent illum in loco suo, & stabit, de loco suo non mouebit se: insuper clamabit ad eum, & non respondebit, nec de tribulatione eius seruabit eum.*

8 *Mementote huius, & roborate vos, reducite præuaricatores super cor*

9 *Recordamini priorum quæ à seculo contigerunt: quoniam ego Deus, & non est vltra Deus, neque est sicut ego:*

10 *Annuntians ab exordio nouissimum, & ab initio ea quæ nondum facta sunt, dicens, Consilium meum stabit, & omnem voluntatem meam faciam.*

11 *Vocans ab Oriente auem, de terra longinqua virum consilij mei: etiam loquutus sum, etiam adducam illud: formaui, etiam faciam illud.*

12 *Audite me duri corde, qui procul estis à iustitia:*

13 *Appropinquare faciam iustitiam meam, non elongabit se, nec salus mea moram faciet: & dabo in Syon salutem, & Israeli gloriam meam.*

CAP. XLVII.

DEscende, sede super terram virgo filia Babylonis: sede in terram filia Chaldæorum: quoniam nequaquam vltra apponeris vocari mollis, & tenera.

Tolle molam: mole farinam: reuela operimentum tuum: denuda canos: discooperi tibias, transi flumina:

Reuelabitur ignominia tua: apparebunt opprobria tua. Quod iustum est, de te auferam: nequaquam vltra tradam hominibus.

Qui eruit te, Dominus sabaoth: nomen ei Sanctus Israel.

Sede compuncta, ingredere in tenebras filia Chaldæorum: nequaquã vltra vocaberis fortitudo regni.

Iratus sum contra populum meum: contaminasti hæreditatem meam. Ego dedi eos in manum tuam: tu vero non dedisti eis misericordiam: seni aggrauasti iugum valde:

Et dixisti in æternum ero domina. Non intellexisti hæc in corde tuo, neque recordata es nouissimorum.

Nunc autem audi hæc, delicata, quæ sedes, quæ confidis, quæ dicis in corde tuo: ego sum, & non est altera: non sedebo vidua, neque cognoscam orbitatem.

Nunc autem venient super te duo hæc subito in die vna: orbitas, & viduitas venient repente super te, in maleficio tuo, in fortitudine incantatorum tuorum valde,

Spe malitiæ tuę. Tu enim dixisti: ego sum,& non est altera. Scito: intelligentia horum erit, & fornicatio tua tibi confusio. Et dixisti corde tuo: ego sum, & non est altera.

CAP. XLVII.

1 *DEscende, & sede in puluere virgo filia Babel, sede in terra, non est vltra solium tibi ò filia Chasdim, quia non addes vt vocent te teneram & delicatam.*

2 *Tolle molas, & mole farinam: denuda cincinnos tuos, discooperi plantas, detege crura, transi flumina.*

3 *Reuelabitur turpitudo tua, etiam videbitur opprobrium tuum, vltionem capiam, & non occurram tibi sicut homines.*

4 *Redemptor noster, Iehouah exercituum nomen eius, Sanctus Israelis.*

5 *Sede, tace, & intra in tenebras filia Chasdim: quia non addes vt vocent te Dominam regnorum.*

6 *Iratus fui contra populum meum, contaminaui hereditatem meam: tradidique eos in manum tuam, nec præstitisti eis misericordias: super senem aggrauasti iugum tuum valde.*

7 *Et dixisti, In æternum ero domina: adeo vt non posueris hæc super cor tuum, neque recordata fueris nouissimi tui.*

8 *Nunc ergo audi istud ò delicata, quæ habitas confidenter: quæ dicis in corde tuo, Ego sum, & non est præter me vltra: non sedebo vidua, nec cognoscam orbitatem.*

9 *Euenient autem tibi duo hæc subito eodem tempore, orbitas & viduitas, quũ perfecta fuerint ipsa mala: venient nquam super te propter multitudinem maleficiorũ tuorũ, propter fortitudinem incantatorum tuorum vehementem.*

10 *Fidisti quoque malitiæ tuæ: & dixisti, Non est qui videat me: sapientia tua & scientia tua ipsa rebellare fecit te, dixistique in corde tuo, Ego sum, nulla est præter me vltra.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Veniet super te malum, & nescies ortum eius: & irruet super te calamitas, quam non poteris expiare: veniet super te repente miseria, quam nescies.

Sta cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficiorum tuorum, in quibus laborasti ab adolescentia tua, si forte quid prosit tibi, aut si possis fieri fortior.

Defecisti in multitudine consiliorum tuorum: stent, & saluent te augures cæli, qui contemplabantur sidera, & supputabant menses, vt ex eis annunciarent ventura tibi.

Ecce facti sunt quasi stipula, ignis combussit eos: non liberabunt animam suam de manu flammæ: non sunt prunæ, quibus calefiant, nec focus, vt sedeant ad eum.

Sic facta sunt tibi in quibuscumque laboraueras: negotiatores tui ab adolescentia tua, vnusquisque in via sua errauerunt: non est qui saluet te.

CAP. XLVIII.

AVdite hæc domus Iacob, qui vocamini nomine Israel, & de aquis Iuda exiistis, qui iuratis in nomine Domini, & Dei Israel recordamini non in veritate, neque in iustitia.

De ciuitate enim sancta vocati sunt, & super Deum Israel constabiliti sunt: Dominus exercituum nomen eius.

Priora ex tunc annunciaui, & ex ore meo exierunt, & audita feci ea: repente operatus sum, & venerunt.

Sciui enim quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea.

Prædixi tibi ex tunc: antequam venirent indicaui tibi, ne forte diceres: Idola mea fecerunt hæc, & sculptilia mea, & conflatilia mandauerunt ista.

Quæ audisti, vide omnia: vos autem non annunciastis? Audita feci tibi noua ex tunc, & conseruata sunt quæ nescis:

Nunc creata sunt, & non ex tunc: & ante diem, & non audisti ea, ne forte dicas: Ecce ego cognoui ea.

Neque audisti, neque cognouisti, neque ex tunc aperta est auris tua: scio enim quia præuaricans præuaricaberis, & transgressorem ex vtero vocaui te.

Propter nomen meum longe faciam furorem meum: & laude mea infrænabo te, ne intereas.

Ecce excoxi te, sed non quasi argentum, elegi te in camino paupertatis.

Propter me, propter me faciam, vt non blasphemer: * & gloriam meam alteri non dabo.

* Sup. 42. 8. * Sup. 41. 4. & 44. 6.

Audi me Iacob, & Israel quem ego voco: * ego ipse, ego primus & ego nouissimus.

Manus quoque mea fundauit terram, & dextera mea mensa est cælos: ego vocabo eos, & stabunt simul.

Congregamini omnes vos, & audite: quis de eis annunciauit hæc? Dominus dilexit eum, faciet voluntatem suam in Babylone, & brachium suum in Chaldæis.

Ego ego locutus sum, & vocaui eum: adduxi eum, & directa est via eius.

Accedite ad me, & audite hoc: non à principio in abscondito locutus sum: ex tempore antequam fieret ibi eram: & nunc Dominus Deus misit me, & spiritus eius.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

11 *Et veniet super te dies mala: non scies lucem eius: & cadet super te contritio, quam non poteris remouere: & veniet super te repente desolatio, & non scies.*

12 *Sta nunc cum incantationibus tuis, & cum multitudine maleficiorum tuorum in quibus laborasti ab adolescentia tua, si forte possis proficere, si forte robores te.*

13 *Laborasti, fatigata es in multitudine consiliorum tuorum. Stent nunc, & seruent te speculantes cœlum, qui contemplantur stellas, cognoscere faciunt menses, ab ijs quæ ventura sunt super te.*

14 *Ecce fuerunt tanquam stipula, ignis combussit eos: non liberabunt animam suam de manu flammæ: non est pruna ad calefaciendum se, nec ignis ad sedendum coram eo.*

15 *Sic fuerunt tibi ij, in quibus laborasti: negociatores tui ab adolescentia tua, vnusquisque ad latus suum errauerunt, non est qui seruet te.*

CAP. XLVIII.

1 *AVdite hoc domus Iahacob, qui vocatis vos nomine Israel, & de aquis Iehudah exierunt, qui iurant per nomen Domini, & per Deum Israel iurare faciunt, non in veritate, nec in iustitia.*

2 *De ciuitate enim sanctitatis vocauerunt se, & Deo Israel innixi sunt. Dominus exercituum nomen eius.*

3 *Priora ex eo tempore annunciaui, & ex ore meo exierunt, & audire feci ea: repente feci, & venerunt.*

4 *Iam noui quod durus es, & vt neruus ferreus ceruix tua, & frons tua vt æs.*

5 *Et annunciaui tibi ex eo tempore, antequam veniret audire feci te, ne forte diceres, idolum meum fecit ea, & sculptile meum, & conflatile meum præcepit ea.*

6 *Audisti, vide totum hoc: & vos nonne annunciabitis? Audire facite noua ex hoc tempore, & conseruata apud me: & non sciuisti ea.*

7 *Nunc creata sunt, & non ex eo tempore, & ante diem hunc non audisti ea. Ne forte diceres, ecce cognoui ea.*

8 *Etiam non audisti, etiam non cognouisti, etiam ex eo tempore non fuit aperta auris tua: noui enim quod præuaricando præuaricabis, & præuaricator ab vtero vocatus es.*

9 *Propter nomen meum elongabo furorem meum: & propter laudem meam prolongabo iram meam tibi, vt non succidere faciam te.*

10 *Et ecce purgaui te, & non tanquam argentum, elegi te in camino afflictionis.*

11 *Propter me, propter me faciam, alioquin esset pollutum* nomen meum, *& gloriam meam alteri non dabo?*

12 *Audi me Iahacob serue, & Israel vocatus à me. Ego ipse, ego primus, etiam ego nouissimus.*

13 *Manus quoque mea fundauit terram, & dextera mea mensa est cælos. Voco eos, stabunt simul.*

14 *Congregate vos omnes, & audite, quis inter eos annunciabit ista? Dominus dilexit eum, faciet voluntatem suam in Babel, & brachium eius erit in Chasdim.*

15 *Ego ego locutus sum, etiam vocaui eum, adduxi eum, & prosperabitur via eius.*

16 *Appropinquate ad me, audite hoc: non à principio in abscondito locutus sum. A tempore quo fuit ipsa prophetia, ibi eram: & nunc Dominus Deus misit me, & spiritus eius.*

Transl. ex Septuag.

11 Et veniet super te perditio,& nescies:fouea,& incides in eam.Et veniet super te miseria,& non poteris munda fieri:& veniet super te subito perditio, & nescies.

12 Sta nunc in incantationibus tuis,& in multo maleficio tuo,quæ discebas ab adolescentia tua: si poteris adiuuari.

13 Laborasti in consiliis tuis: stent nunc,& saluam te faciant astrologi cæli: qui contemplantur stellas, annuncient tibi,quid venturum sit super te.

14 Ecce omnes, quasi phrygana in igne comburentur: & non eruent animam suam de flamma: quia habes carbones ignis;sede super eos:

15 Hi erunt tibi adiutorium. Laborasti in commutatione ab adolescentia homo in semetipso errauit: tibi autem non erit salus.

C A P. XLVIII.

1 AVdite hæc domus Iacob, qui vocati estis in nomine Israel, & de Iuda exiistis, qui iuratis in nomine Domini Dei Israel, commemorantes non cum veritate, neque cum iustitia,

2 Et inhærentes nomini ciuitatis sanctæ, & super Deum Israel innitentes Dominus Sabaoth nomen ei.

3 Priora adhuc annunciaui, & de ore meo egressa sunt, & auditum factum est.Subito feci: & aduenerunt.

4 Scio, quia durus es, & neruus ferreus collum tuum,& frons tua ænea.

5 Et annunciaui tibi olim,quæ,antequam venirent super te.Auditũ tibi feci:ne forte diceres, quia idola mihi fecerunt,& dicas,quia sculptilia, & conflatilia mandauerunt mihi.

6 Audistis omnia,& vos non cognouistis.Sed audita tibi feci noua à nunc, quæ futura sunt. Et non dixisti:

7 Nunc fiunt,& non olim, & non prioribus diebus audisti ea.Ne dicas,etiam noui ea.

8 Neque nosti, neque scisti:neque à principio aperui aures tuas.Scio enim quoniam præuaricans præuaricaberis,& iniquus adhuc ex vtero vocaberis.

9 Propter nomen meum ostendam tibi furorem meum, & gloriosa mea inferam super te;vt non te interficiam.

10 Ecce vendidi te non propter argentum: erui autem te de fornace paupertatis.

11 Propter me faciam tibi: quia nomen meum polluitur:& gloriam meam alteri non dabo.

12 Audi me Iacob,& Israel,quem ego voco. Ego sum primus,& ego sum in sempiternum:

13 Et manus mea fundauit terram: & dextera mea firmauit cælum. Vocabo eos,& stabunt simul,

14 Et congregabuntur omnes, & audient. Quis ei nunciauit hæc? Diligens te feci voluntatem tuam super Babylonem; vt auferrem semen Chaldæorum.

15 Ego loquutus sum, ego vocaui: adduxi eum, & & prosperam feci viam eius.

16 Accedite ad me;& audite hæc.Non à principio in abscondito loquutus sum: quando fiebat; ibi eram: & nunc Dominus Dominus misit me, & spiritus eius.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

11 *Propterea veniet super te dies mala,nescies lucem eius: & cadet super te contritio quam non poteris remouere: venietq́ super te repente desolatio quam nescies.*

12 *Sta nunc cum incantationibus tuis, & cum multitudine maleficiorum tuorum in quibus laborasti ab adolescentia tua: si forte possis proficere, si forte robores te.*

13 *Fatigata es multitudine consiliorum tuorum: stent nunc,& seruent te speculantes cælum,qui contemplantur stellas:quiq́ cognoscere faciunt menses,ab iis quæ ventura sunt super te.*

14 *Ecce erunt tanquam stipula, ignis comburet eos: non liberabunt animam suam de manu flammæ:non erit pruna ad calefaciendum se, nec ignis ad sedendum coram eo.*

15 *Sic erunt tibi ii in quibus laborasti:negotiatores tui ab adolescentia tua:quisque ante se errabit,non erit qui seruet te.*

C A P. XLVIII.

1 *AVdite hoc domus Iaacob, qui vocamini ex nomine Israelis: & de aquis Iehudah exierunt, qui iurant per nomen Iehouæ,& Dei Israelis recordantur,non in veritate, neque in iustitia.*

2 *Quoniam ab vrbe sancta vocantur, & Deo Israelis innixi sunt:Iehouah exercituum nomen eius.*

3 *Priora extunc annuntiaui, & ex ore meo exierunt,& audire feci ea:repente feci,& euenerunt.*

4 *Iam noui quod durus es, & vt neruus ferreus ceruix tua,& frons tua vt æs.*

5 *Annuntiaui inquam tibi iam olim, antequam eueniret audire feci te: ne forte diceres, Idolum meum fecit hæc,& sculptile meum,& conflatile meum præcepit ea.*

6 *Audisti,vide totum hoc: & vos nonne annuntiabitis? audire feci te noua extunc,& conseruata apud me,& non noueras ea,*

7 *Nunc creata sunt,& non extunc,neque ante diem hunc audiueras ea:ne forte diceres, Ecce noueram ea.*

8 *Etiam non audisti,etiam non cognouisti, etiam extunc non fuit aperta auris tua: noui enim quod præuaricando præuaricaueris, quodq́ præuaricator ab vtero vocatus sis.*

9 *Propter nomen meum differam furorem meum,& propter laudem meam prolongabo iram meam tibi, vt non succidam te.*

10 *Ecce purificaui te, & non tanquam argentum: elegi te in fornace afflictionis.*

11 *Propter me propter me inquam,faciam:nam quomodo esset pollutũ nome meũ?gloriã quoq; meã alteri non dabo.*

12 *Audi me Iaacob, & Israel vocatus à me: ego sum,ego primus,etiam ego nouissimus.*

13 *Manus quoque mea fundauit terram, & dextera mea palmo mensa est cælos:voco ego eos,& astant simul.*

14 *Congregate vos omnes,& audite,quis inter eos annuntiauit ista? Iehouah dilexit eum, & faciet voluntatem eius in Babel,& brachium eius erit in Chasdim.*

15 *Ego,ego loquutus sum etiam vocaui eum:adduxi eum & etiam prosperabitur via eius.*

16 *Appropinquate ad me,audite hoc:nõ à principio in abscondito loquutus sum:à tempore quo fuit ipsa prophetia, ibi eram:& nunc Dominus Iehouah misit me, & Spiritus eius.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Hæc dicit Dominus redemptor tuus Sanctus
Israel: Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia, gu-
bernans te in via, qua ambulas.
Vtinam attendisses mandata mea: facta fuisset
sicut flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgites
maris.
Et fuisset quasi arena semen tuum, & stirps vteri
tui vt lapilli eius: non interiisset, & non fuisset attri-
tum nomen eius à facie mea.
Ier. 33. 6. Egredimini de Babylone, fugite à Chaldæis, in
voce exultationis annunciate: auditum facite hoc,
* Exo. 17. 6. & efferte illud vsque ad extrema terræ. Dicite: * Re-
demit Dominus seruum suum Iacob.
Nu. 20. 11. Non sitierunt in deserto, cum educeret eos: * a-
quam de petra produxit eis & scidit petram, & fluxe-
* Inf. 57. 21. runt aquæ.
Non est pax impiis, dicit Dominus.

CAP. XLIX.

AVdite insulæ, & attendite populi de longe: Do-
minus ab vtero vocauit me, de ventre matris
meæ recordatus est nominis mei.
Inf. 51. 16. Et posuit os meum quasi gladium acutum: in
vmbra manus suæ protexit me, & posuit me sicut
sagittam electam: in pharetra sua abscondit me.

Et dixit mihi: Seruus meus es tu Israel, quia in te
gloriabor.
Et ego dixi: In vacuum laboraui, sine causa, & va-
ne fortitudinem meam consumpsi: ergo iudicium
meum cum Domino, & opus meum cum Deo
meo.
Et nunc dicit Dominus, formans me ex vtero
seruum sibi, vt reducam Iacob ad eum, & Israel non
congregabitur. & glorificatus sum in oculis Domi-
ni, & Deus meus factus est fortitudo mea.

Et dixit: Parum est vt sis mihi seruus ad suscitan-
* Sup. 42. 6. das tribus Iacob, & fæces Israel conuertendas. * Ec-
Act. 13. 47. ce dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea vsque
ad extremum terræ.

Hæc dicit Dominus redemptor Israel, Sanctus
eius, ad contemptibilem animam, ad abominatam
gentem, ad seruum dominorum: Reges videbunt, &
consurgent principes, & adorabunt propter Do-
minum, quia fidelis est, & sanctum Israel qui ele-
git te.
2. Cor. 6. 2. Hæc dicit Dominus: In tempore placito exaudiui
te, & in die salutis auxiliatus sum tui: & seruaui te
& dedi te in fœdus populi, vt suscitares terram, &
possideres hæreditates dissipatas:
Vt diceres his, qui vincti sunt: Exite: & his, qui in
tenebris: Reuelamini. Super vias pascentur, & in
omnibus planis pascua eorum.
Apoc. 7. 16. Non esurient, neque sitient, & non percutiet eos
æstus & sol: quia miserator eorum reget eos, & ad
fontes aquarum potabit eos.
Et ponam omnes montes meos in viam, & semi-
tæ meæ exaltabuntur.
Ecce isti de longe venient, & ecce illi ab Aquilone
& mari, & isti de terra Australi.
Laudate cæli, & exulta terra, iubilate montes lau-
dem: quia consolatus est Dominus populum suum,
& pauperum suorum miserebitur.
Et dixit Sion: Dereliquit me Dominus, & Domi-
nus oblitus est mei.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

17 *Sic dixit Dominus redemptor tuus Sanctus Israel: Ego*
Dominus, Deus tuus docens te, vt prosim tibi, faciens am-
bulare te in via per quam ambulas.
18 *Vtinam attendisses ad mandata mea, & fuisset sicut*
flumen pax tua, & iustitia tua sicut fluctus maris.
19 *Et fuisset veluti arena semen tuum, & filij vteri tui*
sicut lapilli eius: non excidetur, & non dissipabitur no-
men eius à facie mea.
20 *Egredimini de Babel, fugite à Chasdim, in voce cla-*
moris annunciate, audire facite hoc, efferte illud vsque
ad extremum terræ. Dicite, redemit Dominus seruum
suum Iahacob.
21 *Non sitierunt, per deserta ambulare fecit eos, aquas de*
petra fluere fecit eis, & scidit petram, & fluxerunt aquæ.
22 *Non est pax (dixit Dominus) impijs.*

CAP. XLIX.

1 *AVdite insulares me, & attendite populi de longe.*
Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ
memorare fecit nomen meum.
2 *Et posuit os meum, sicut gladium acutum, in vmbra*
manus suæ abscondit me. Et posuit me vt sagittam ter-
sam, in pharetra sua abscondit me.
3 *Et dixit mihi: Seruus meus es tu Israel, quia in te glo-*
riabor.
4 *Et ego dixi: In vacuum laboraui, inaniter, & vane for-*
titudinem meam consumpsi: vere iudicium meum est cum
Domino, & opus meum cum Deo meo.
5 *Et nunc dixit Dominus, formans me ex vtero seruum*
sibi: vt reducam Iahacob ad eum & Israel non congrega-
bit se: & gloriosus ero in oculis Domini, & Deus meus
fuit fortitudo mea.
6 *Et dixit: Leue est, vt sis mihi seruus ad suscitandum*
tribus Iahacob & desolatos Israel ad conuertendum: Et
dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad ex-
tremum terræ.
7 *Sic dixit Dominus redemptor Israel, Sanctus eius, ad*
contemptibilem animam, ad abominatam gentem, ad ser-
uum Dominorum: Reges videbunt, & surgent principes,
& incuruabunt se propter Dominum, quia fidelis est, san-
ctum Israel, & elegit te.
8 *Sic dixit Dominus: In tempore placito exaudiui te, &*
in die salutis auxiliatus sum tibi, & conseruabo te, &
dabo te in fœdus populi ad suscitandum terram, ad hære-
ditare faciendum hæreditates desolatas.
9 *Ad dicendum vinctis: Exite: & his qui in tenebris sunt:*
Manifestate vos. Super vias pascentur, & in omnibus
locis excelsis erunt pascua eorum.
10 *Non esurient, neque sitient, & non percutiet eos æstus*
nec sol: quia miserator eorum ducet eos, & ad fontes
aquarum ducet eos.
11 *Et ponam in omnibus montibus meis viam, & semitæ*
meæ exaltabuntur.
12 *Ecce isti à longinquo venient, & ecce isti ab Aquilone,*
& Occidente, & isti de terra Sinim.
13 *Laudate cæli, & exulta terra, & cantate montes lau-*
dem: quia consolatus est Dominus populum suum, & pau
perum suorum miserebitur.
14 *Dixit Syon: Dereliquit me Dominus, & Dominus obli-*
tus est mei.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

17 Sic dicit Dominus, qui eruit te, Sanctus Israel:
Ego sum Deus tuus; docui te vt inuenires viam
in qua ambulabis in ea.
18 Quod, si audisses mandata mea; facta esset sicut
flumen pax tua,& iustitia tua,sicut gurges maris:
19 Et fuisset sicut arena semen tuum, & fœtus vteri
tui,quasi puluis terræ.Neque nunc exterminaberis,
neque peribit nomen tuum coram me.
20 Egredere de Babylone,fugiés à Chaldæis: vocem
lætitiæ annunciate:& auditum fiat hoc: annunciate
vsque ad extremum terræ: dicite: Liberauit Domi-
nus seruum suum Iacob.
21 Et si sitierint;per desertum ducet eos, aquam de
petra educet eis:scindetur petra,& fluet aqua,& bi-
bet populus meus.
22 Non est gaudere,dicit Dominus,impiis.

C A P. XLIX.

1 AVdite me insulæ,& attendite gentes. Post mul-
tum tempus stabit, dicit Dominus: Ex vtero
matris meæ vocauit nomen meum:
2 Et posuit os meum quasi gladium acutum: &
sub protectione manus suæ abscondit me. Posuit
me, quasi sagittam electam: & in pharetra sua abs-
condit me.
3 Et dixit mihi: Seruus meus es tu Israel: & in te
glorificabor.
4 Et ego dixi:In vacuum laboraui;in vanum, & in
nihilum dedi fortitudinem meam. Propterea iudi
cium meum apud Dominum: & labor meus co
ram Deo meo.
5 Et nunc sic dicit Dominus, qui formauit me ex
vtero seruum sibi,vt congregarem Iacob ad eum, &
Israel Congregabor,& glorificabor coram Domino
& Deus meus erit mihi fortitudo.
6 Et dixit:Magnum tibi est, vt voceris puer meus,
vt suscites tribus Iacob, & dispersionem Israel con
uertas.Ecce dedi te in testamẽtum generis in lucem
gentium: vt sis in salutem vsque ad extremum ter
ræ.
7 Sic dicit Dominus,qui eruit te, Deus Israel. San-
ctificate eum,qui despicit animam suam, qui abo-
minatur à gentibus seruis principum. Reges vide-
bunt eum: & consurgent principes, & adorabunt
eum propter Dominum: quia fidelis est Sanctus Il-
rael,& elegi te.
8 Sic dicit Dominus: Tempore accepto exaudiui
te, & in die salutis auxiliatus sum tui: & plasmaui
te,& dedi te in testamentum gentium;vt constitue-
res terram,& possideres hæreditates desertas,
9 Dicens his,qui in vinculis sunt, exite; & his,qui
in tenebris, vt reuelentur. In omnibus viis pascen-
tur:& in omnibus semitis pascua eorum.
10 Non esurient, neque sitient: neque percutiet eos
æstus,neque Sol: sed qui miseretur eorum,consola-
bitur eos,& per fontes aquarum ducet illos.
11 Ponamque omnem montem in viam, & omnem
semitam in pascuam eis.
12 Ecce isti de longe venient,isti ab Aquilone,& ma-
ri,alij autem de terra Persarum.
13 Lætamini cæli,& exultet terra:erumpant montes
lætitiam:quia misertus est Deus populi sui & humi-
les populi sui consolatus est.
14 Dixit autem Sion: dereliquit me Dominus, &
quia Dominus oblitus est mei.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

Sic dixit Iehouah redemptor tuus Sanctus Israelis, Ego
Iehouah Deus tuus docens te, vt prosim, dirigens te per
viam per quam ambules.
Vtinam attendisses ad mandata mea, tunc fuisset sic
ut flumen pax tua, & iustitia tua velut fluctus maris.
Fuisset quoque velut arena semen tuum, & germina
vteri tui sicut lapilli eius: non excideretur, neque dissi-
paretur nomen eius à facie mea.
Egredimini de Babel, fugite à Chasdim: in voce cla-
moris annuntiate, & audire facite hoc, efferte illud v-
que ad extremum terræ: dicite, Redemit Iehouah seruum
suum Iahacob.
Non sitierunt per deserta deduxit eos, aquas de petra
profluere fecit eis: sciditque petram, & fluxerunt aquæ.
Non est pax (dixit Iehouah) impijs.

C A P. XLIX.

AVdite insulares me, & attendite populi de longe:
Iehouah ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ
memorauit nomen meum.
Posuitque os meum tanquam gladium acutum, in vmbra
manus suæ abscondit me, & posuit me tanquam sagittam ter-
sam: in pharetra sua abdidit me.
Et dixit mihi, Seruus meus es tu Israel, quia in te glo
riabor.
Ego autem dixi, In vacuum laboraui, inaniter & vane
fortitudinem meam consumpsi: vere iudicium meum est
cum Iehoua, & opus meum cum Deo meo.
Et nunc dixit Iehouah qui formauit me ab vtero ser-
uum sibi, vt reducam ad se Iaacob & Israel ei congre-
gabit sese & gloriosus ero in oculis Iehouæ, & Deus meus
erit fortitudo mea.
Dixit inquam, Leue est vt sis mihi seruus ad suscitan-
das tribus Iaacob, & ad reducendam desolationem Is-
raelis: etiam dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea vs-
que ad extremum terræ.
Sic dixit Iehouah redemptor Israelis, Sanctus eius, ad
contemptibilem animam, ad abominatam gentem, ad ser-
uum dominorum, Reges videbunt, & surgent principes:
& adorabunt propter Iehouam, qui fidelis est, propter san-
ctum Israel, qui elegit te.
Sic dixit Iehouah, In tempore beneplaciti exaudiui te,
& in die salutis auxiliatus sum tibi, atque conseruabo
te, & dabo te in fœdus populi ad suscitandum terram,
vtque hæreditate potiantur hæreditate desolata,
Vt dicas vinctis, Exite: & his qui in tenebris sunt, Ma-
nifestate vos, in vijs pascentur, & in omnibus locis ex-
celsis erunt pascua eorum.
Non esurient neque sitient, neque percutiet eos æstus,
aut sol, quia miserator eorum diriget eos & ad fontes
aquarum deducet eos.
Ponam quoque omnes montes meos in viam, & semi-
tæ meæ exaltabuntur.
Ecce isti à longinquo venient, & ecce illi ab Aquilone,
& Occidente, alij vero de terra Sinim.
Laudate cæli, & exulta terra, & edite montes clamo-
rem: quia consolatus est Iehouah populum suum, & pau
perum suorum miserebitur.
Dixit autem Syon, Dereliquit me Iehouah, & Dom
nus oblitus est mei.

Vulgat. Editio.

Numquid obliuisci potest mulier infantem suum,
vt non misereatur filio vteri sui? & si illa oblita fuerit,ego tamen non obliuiscar tui.
Ecce in manibus meis descripsi te: muri tui coram oculis meis semper.
Venerunt structores tui: destruentes te, & dissipantes à te exibunt.
Inf. 60. 4. Leua in circuitu oculos tuos, & vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: viuo ego, dicit Dominus,quia omnibus his velut ornamento vestieris, & circumdabis tibi eos quasi sponsa.
Quia deserta tua, & solitudines tuæ, & terra ruinæ tuæ nunc angusta erunt præ habitatoribus, & longe fugabuntur qui absorbebant te.
Adhuc dicent in auribus tuis filii sterilitatis tuæ: angustus est mihi locus, fac spatium mihi vt habitem.
Et dices in corde tuo: Quis genuit mihi istos? ego sterilis,& non pariens, transmigrata,& captiua: & istos quis enutriuit? ego destituta & sola:& isti vbi erant?
Hæc dicit Dominus Deus: Ecce leuabo ad Gentes manum meam, & ad populos exaltabo signum meum. Et afferent filios tuos in vlnis, & filias tuas super humeros portabunt.
Et erunt reges nutritij tui,& reginæ nutrices tuæ: vultu in terram demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent. Et scies quia ego Dominus, super quo non confundentur qui expectant eum.
Numquid tolletur à forti præda? aut quod captum fuerit à robusto, saluum esse poterit?
Quia hæc dicit Dominus: Equidem & captiuitas, à forti tolletur: & quod ablatum fuerit à robusto, saluabitur. Eos vero, qui iudicauerunt te, ego iudicabo,& filios tuos ego saluabo.
Et cibabo hostes tuos carnibus suis: & quasi musto, sanguine suo inebriabuntur: & sciet omnis caro, quia ego Dominus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob.

C A P. L.

HAEc dicit Dominus: Quis est hic liber repudij matris vestræ, quo dimisi eam? aut quis est creditor meus, cui vendidi vos? ecce in iniquitatibus vestris venditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem vestram.
* Inf. 59. 1. Quia veni,& non erat vir: vocaui, & non erat qui audiret. * numquid abbreuiata & paruula facta est manus mea,vt non possim redimere? aut non est in me virtus ad liberandum? Ecce in increpatione mea desertum faciam mare, ponam flumina in siccum: computrescent pisces sine aqua,& morientur in siti.
Induam cælos tenebris, & saccum ponam operimentum eorum.
Dominus dedit mihi linguam eruditam vt sciam sustentare eum,qui lassus est verbo: erigit mane, mane erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrum.
Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico: retrorsum non abij.
Mat. 26. 67. Corpus meum dedi percutientibus,& genas meas vellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus,& conspuentibus in me.
Dominus Deus auxiliator meus, ideo non sum confusus: ideo posui faciem meam vt petram durissimam,& scio quoniam non confundar.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

15 *Nunquid obliuiscetur mulier infantis sui, vt non misereatur filij vteri sui? Etiam istæ obliuiscentur, sed ego non obliuiscar tui.*
16 *Ecce in manibus descripsi te: muri tui coram me sunt semper.*
17 *Festinabunt filij tui, dissipantes te, & destruentes te à te exibunt.*
18 *Leua in circuitu oculos tuos, & vide, omnes isti congregauerunt se, venerunt tibi: viuo ego, dixit Dominus, quia omnibus his velut ornamento vesties te, & ligabis eos vt torques collo tuo tanquam sponsa.*
19 *Quia deserta tua, & solitudines tuæ, & terra destructionis tuæ, quia nunc arcta eris propter multitudinem habitatorum, & elongabunt se perdentes te.*
20 *Adhuc dicent in auribus tuis filij orbitatum tuarum: angustus est mihi locus: appropinqua, vade vltra propter me, & habitabo.*
21 *Et dices in corde tuo. Quis genuit mihi istos? Et ego sum orbata, & solitaria, transmigrata, & recedens, & istos quis educauit? Ecce ego remansi sola, isti vnde sunt?*
22 *Sic dixit Dominus Deus. Ecce leuabo super gentes manum meam, & super populos exaltabo vexillum meum, & afferent filios tuos in vlna, & filiæ tuæ super humerum portabuntur.*
23 *Et erunt reges nutricij tui, & reginæ eorum nutrices tuæ. Proni in terra incuruabunt se tibi, & puluerem pedum tuorum lingent, & scies quod sum Dominus, quia non pudore afficientur sperantes in me.*
24 *Nunquid tolletur à forti præda: & num captiuitas iusta euadet?*
25 *Quia sic dixit Dominus. Etiam captiuitas fortis tolletur, & præda robusti euadet, & iudices tuos iudicabo, & filios tuos seruabo.*
26 *Et comedere faciam spoliantes te carnem suam, & tanquam musto sanguine suo inebriabunt se. Et scient omnis caro quod ego Dominus seruo te, & quod redemptor tuus est fortis Iahacob.*

C A P. L.

1 *SIc enim dixit Dominus. Quis est iste liber repudij matris vestræ, quam dimisi, aut qui sunt creditores mei quibus vendidi vos? Ecce propter iniquitates vestras venditi estis, & propter scelera vestra dimissa est mater vestra.*
2 *Cur veni, & non erat quispiam: vocaui, & non erat qui responderet? Nunquid abbreuiando abbreuiauit se manus mea à redemptione, & an non est in me potentia ad eruendum? Ecce in increpatione mea siccare faciam mare, ponam flumina in desertum: computrescent pisces eorum eo quod non est aqua, & morientur siti.*
3 *Induam cœlos tenebris, & saccum ponam operimentum eorum.*
4 *Dominus Deus dedit mihi linguam eruditorum, vt sciam dicere tempore suo sitibundo verbum: suscitare faciet singulo mane, suscitare faciet mihi aurem ad audiendum sicut doctis.*
5 *Dominus Deus aperuit mihi aurem, & ego non fui rebellis, retrorsum non sum reuersus.*
6 *Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. faciem meam non abscondi ab ignominijs sputo.*
7 *Dominus autem Deus auxiliabitur mihi: ideo non erubui, ideo posui faciem meam, vt silicem: & noui quod non pudore afficiar.*

Transl. ex Septuag.

15 Numquid obliuiscetur mulier paruuli sui;vt non
misereatur fœtuũ vteri sui? Sin autẽ & horũ oblita
fuerit mulier;sed ego non obliuiscar tui, dixit Dñs.
16 Ecce super manus meas depinxi muros tuos: &
coram me es semper.
17 Citoque ædificaberis,à quibus destructa fueras:&
qui te dissipauerant;egredientur ex te.
18 Leua in circuitu oculos tuos, & vide omnes:ecce
congregati sunt, & venerunt ad te. Viuo ego, dicit
Dominus, quia omnibus his quasi ornamento ve-
stieris, & circumdabis tibi eos sicut ornamentum
sponsa:
19 Quoniam deserta tua,& quæ dissipata & quæ cor-
ruerunt,quia nunc angustabuntur præ habitatori-
bus:& longe fient à te, qui te deuorabant.
20 Dicent enim in auribus tuis filij tui, quos perdi-
disti:angustus mihi locus est:fac mihi locum,vt ha-
bitem.
21 Et dices in corde tuo:Quis genuit mihi istos? ego
autem absque liberis,& vidua:& istos quis enutri-
uit mihi? ego autem derelicta sum sola:& isti mihi
vbi erant?
22 Sic dicit Dominus Dominus. Ecce eleuo ad gen
tes manum meam, & ad insulas leuabo signum
meum:& adducent filios tuos in sinu: & filias tuas
super humeros portabunt.
23 Et erunt reges nutritij tui, & principes fœminæ
eorum nutrices tuæ. Super faciem terræ adorabunt
te, & puluerem pedum tuorum lingent. Et scies,
quia ego Dominus, & non confundentur qui ex-
pectant me.
24 Numquid accipiet quis à gigante spolia? &, si ca-
ptiuum duxerit quis iniquè, saluabitur?
25 Quoniam sic dicit Dominus: si quis captiuauerit
gigantem;accipiet spolia: qui autem accipit à forti;
saluabitur. Ego autem iudicium tuum iudicabo:&
ego filios tuos eruam:
26 Et comedent,qui tribulauerunt te,carnes suas,&
bibent,quasi vinum nouum,sanguinẽ suum, & in-
ebriabuntur.Et sentiet omnis caro,quia ego Domi-
nus,qui erui te,& qui adiuuo fortitudinem Iacob.

CAP. L.

1 SIc dicit Dominus: Qualis est liber repudij matris
vestræ, quo dimisi eam? aut cui creditori ven-
didi vos?Ecce peccatis vestris venundati estis, & in
vestris iniquitatibus dimisi matrem vestram.
2 Quid,quia veni,& non erat homo;vocaui, & non
erat,qui obediret? Numquid non potest manus mea
liberare,aut non præualeo,vt eruam? Ecce increpa-
tione mea desertum faciam mare, & ponam flumi-
na deserta & arescent pisces eorum, eo quod non sit
aqua,& morientur in siti.
3 Induam cælum tenebris,& quasi cilicium ponam
operimentum eius.
4 Dominus Dominus dat mihi linguam discipli-
næ,vt sciam,quando oporteat loqui verbum.Posuit
mihi mane,addidit mihi aurem ad audiendum:
5 Et disciplina Domini Domini aperuit aures meas.
Ego autem non renuo neque contradico.
6 Dorsum meum dedi ad flagella, & genas meas ad
alapas:& faciem meam non auerti à confusione spu-
torum,
7 Et Dominus Dominus auxiliator meus factus
est. Propterea non sum confusus, sed posui faciem
meam sicut solidam petram: & noui quoniam non
confundar.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

15 *Nunquid obliuiscetur mulier infantis sui, ita vt non
misereatur filij vteri sui?etiam ista obliuiscentur, sed ego
non obliuiscar tui.*
16 *Ecce in manibus descripsi te, muri tui coram me sunt
semper.*
17 *Festinabunt filij tui: dissipantes te, & destruentes te, à
te exibunt.*
18 *Leua per circuitum oculos tuos, & vide, omnes isti
congregauerunt sese, venerunt tibi: viuo ego, dixit Iebo-
uah, quod omnibus illis velut ornamento vestiēs te, & li-
gabis eos vt torques collo tuo tanquam sponsa.*
19 *Quia in desertis tuis, & desolationibus tuis, & terra
destructionis tuæ: quia inquam nunc arcta eris præ ha-
bitatoribus, & elongabunt se perdentes te.*
20 *Adhuc dicent in auribus tuis filij orbitatum tuarum,
Angustus est mihi locus, secede alio propter me, vt habi-
tem.*
21 *Dicesq́ in corde tuo. Quis genuit mihi istos, quum ego
sim orbata & solitaria? captiua & recedens, & istos quis
educauit? ecce ego remanseram sola, & isti vnde sunt?*
22 *Sic dixit Dominus Iehouah, Ecce leuabo ad Gentes
manum meam, & ad populos exaltabo vexillum meum,
& afferent filios tuos in vlnis, & filiæ tuæ super hume-
rum portabuntur.*
23 *Et erunt reges nutritij tui, & reginæ eorum nutrices
tuæ: pronè in terram incuruabunt se tibi, & puluerem
pedum tuorum lingent, & scies quod sum Iehouah, quia
non pudefient sperantes in me.*
24 *Nunquid tolletur à potente præda? & num captiuitas
iusta euadet?*
25 *Atqui sic dixit Iehouah, Etiam captiuitas potentis tol-
letur, & præda robusti euadet, aduersarium quoque
tuum ego iudicabo, & filios tuos seruabo.*
26 *Et comedere faciam spoliatores tuos carnem suam, &
tanquam musto sanguine suo inebriabunt se: scientq́
omnis caro quod ego Iehouah seruator tuus sum, & re-
demptor tuus robustus Iacob.*

CAP. L.

1 *SIc dixit Iehouah, Quisnam est iste liber repu-
dij matris vestræ, quam dimisi? aut qui sunt credito-
res mei quibus vendidi vos? ecce propter iniquitates ve-
stras venditi estis, & propter scelera vestra dimissa est
mater vestra.*
2 *Cur veni, & nemo adfuit: vocaui, & non fuit qui re-
sponderet? nunquid abbreuiando abbreuiauit se manus
mea vt non redimat? an non in me potentia ad eruendum?
ecce, increpatione mea siccare facio mare, pono flumina
in desertum: ita vt computrescant pisces eorum eo quod
non est aqua, & moriantur siti.*
3 *Induo cælos tenebris, & quasi saccum pono operimen-
tum eorum.*
4 *Dominus Iehouah dedit mihi linguam eruditorum,
vt sciam dicere in tempore sitibundo verbum: excitabit
singulis matutinis, excitabit inquam mihi aurem ad au-
diendum sicut doctis.*
5 *Dominus Iehouah aperuit mihi aurem, & ego non fui
rebellis: retrorsum non sum conuersus.*
6 *Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vel-
lentibus: faciem meam non abscondi ab ignominijs &
sputo.*
7 *Dominus autem Iehouah auxiliabatur mihi, ideo non
fui confusus: propterea posui faciem meam vt silicem, &
scio quod non pudore afficiar.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Ro. 8. 33.
8 Iuxta eſt qui iuſtificat me, quis contradicet mi-
hi? ſtemus ſimul, quis eſt aduerſarius meus? accedat
ad me.
9 Ecce Dominus Deus auxiliator meus: quis eſt qui
condemnet me? Ecce omnes quaſi veſtimentum
conterentur, tinea comedet eos.
10 Quis ex vobis timens Dominum, audiens vocem
ſerui ſui? qui ambulauit in tenebris, & non eſt lu-
men ei, ſperet in nomine Domini, & innitatur ſuper
Deum ſuum.
11 Ecce vos omnes accendentes ignem accincti flam-
mis, ambulate in lumine ignis veſtri, & in flammis,
quas ſuccendiſtis: de manu mea factum eſt hoc vo-
bis, in doloribus dormietis.

CAP. LI.

1 AVdite me qui ſequimini quod iuſtum eſt, &
quæritis Dominum: attendite ad petram vnde
excisi eſtis, & ad cauernam laci, de qua præciſi eſtis.
2 Attendite ad Abraham patrem veſtrum, & ad Sa-
ram, quæ peperit vos: quia vnum vocaui eum, &
benedixi ei, & multiplicaui eum.
3 Conſolabitur ergo Dominus Sion, & conſolabi-
tur omnes ruinas eius: & ponet deſertum eius quaſi
delicias, & ſolitudinem eius quaſi hortum Domini.
Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum
actio, & vox laudis.
4 Attendite ad me popule meus, & tribus mea me
audite: quia lex à me exiet, & iudicium meum in
lucem populorum requieſcet.
5 Prope eſt iuſtus meus, egreſſus eſt ſaluator meus,
& brachia mea populos iudicabunt: me inſulæ ex-
pectabunt, & brachium meum ſuſtinebunt.
6 Leuate in cælum oculos veſtros, & videte ſub ter-
ra deorſum: quia cæli ſicut fumus liqueſcent, & ter-
ra ſicut veſtimentum atteretur, & habitatores eius
* Pſ. 36 19. ſicut hæc interibunt: * Salus autem mea in ſempi-
ternum erit, & iuſtitia mea non deficiet.
7 Audite me qui ſcitis iuſtum, populus meus lex
mea in corde eorum: nolite timere opprobrium ho-
minum, & blaſphemias eorum ne metuatis.
8 Sicut enim veſtimentum, ſic comedet eos vermis:
& ſicut lanam, ſic deuorabit eos tinea: Salus autem
mea in ſempiternum erit, & iuſtitia mea in genera-
tiones generationum.
9 Conſurge, conſurge, induere fortitudinem bra-
chium Domini: conſurge ſicut in diebus antiquis, in
generationibus ſæculorum. Numquid non tu per-
cuſſiſti ſuperbum, vulneraſti draconem?
Exo. 14. 21.
10 Numquid non tu ſiccaſti mare, aquam abyſſi ve-
hementis: qui poſuiſti profundum maris viam, vt
tranſirent liberati?
11 Et nunc qui redempti ſunt à Domino, reuerten-
tur, & venient in Sion laudantes, & lætitia ſempiter-
na ſuper capita eorum, gaudium & lætitiam tene-
bunt, fugiet dolor & gemitus.
12 Ego, ego ipſe conſolabor vos: quis tu vt timeres ab
homine mortali, & à filio hominis, qui quaſi fœnum
ita areſcet?
13 Et oblitus es Domini factoris tui, qui tetendit cæ-
los, & fundauit terram: & formidaſti iugiter tota die
à facie furoris eius, qui te tribulabat, & parauerat ad
perdendum: vbi nunc eſt furor tribulantis?

Tranſl. ex Heb. Sanct. Pagn.

8 *Iuxta eſt qui iuſtificat me, quis contendet mecum? ſte-
mus ſimul. quis habet iudicium meum? Accedat ad me.*
9 *Ecce Dominus Deus auxiliabitur mihi? Quis eſt qui
impium faciat me? Ecce omnes ipſi tanquam veſtimen-
tum veteraſcent, tinea comedet eos.*
10 *Quis inter vos timens Dominum, audiens vocem ſerui
ſui, qui ambulauit in tenebris, & non eſt ſplendor ei? Spe-
ret in nomine Domini, & innitatur Deo ſuo.*
11 *Ecce omnes vos accendiſtis ignem, accingitis vos ſcintil-
lis, ambulate in foco ignis veſtri, & in ſcintillis quas ſuc-
cendiſtis. De manu mea fuit hoc vobis, in dolore morie-
mini.*

CAP. LI.

1 *AVdite me ſequentes iuſtitiam: quærentes Dominum:
aſpicite ad petram, vnde exciſi eſtis, & ad perfora-
tionem ciſternæ vnde perforati eſtis.*
2 *Aſpicite ad Abraham patrem veſtrum, & ad Sarah
quæ concepit vos, quia vnum vocaui eum, & benedixi ei,
& multiplicaui eum.*
3 *Quia conſolatus eſt Dominus Sijon, conſolatus eſt om-
nes deſolationes eius, & poſuit deſertum eius tanquam
delitias, & ſolitudinem eius velut hortum Domini. Gau-
dium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio & vox
laudis.*
4 *Attendite ad me popule mi, & gens mea, me audite:
quia lex à me exiet, & iudicium meum in lucem popu-
lorum quieſcere faciam.*
5 *Propinqua eſt iuſtitia mea, egreſſa eſt ſalus mea, &
brachia mea populos iudicabunt. Me inſulares expecta-
bunt, & brachium meum expectabunt.*
6 *Leuate in cælum oculos veſtros, & videte terram deor-
ſum. Cæli enim ſicut fumus deficient, & terra ſicut ve-
ſtimentum veteraſcet, & habitatores eius ſimiliter inter-
ibunt, ſalus autem mea in ſempiternum erit, & iuſtitia
mea non conteretur.*
7 *Audite me ſcientes iuſtitiam, populus in quorum lex
mea eſt corde: ne timeatis opprobrium hominum, & op-
probria eorum ne metuatis.*
8 *Quia ſicut veſtimentum comedet eos tinea, & ſicut la-
nam deuorabit eos tinea. Iuſtitia autem mea in ſempi-
ternum erit, & ſalus mea in generatione generationum.*
9 *Suſcita te, ſuſcita te, indue te fortitudinem brachium
Domini. Suſcita te ſecundum dies antiquos, ſecundum ge-
nerationes ſæculorum: nonne tu es quæ excidere feciſti
Aegyptum, quæ dolore affeciſti Pharaonem qui erat vt
draco:*
10 *Nonne tu es quæ ſiccare feciſti mare, aquam voraginis
magnæ? Quæ ponere feciſti in profundo maris viam, vt
tranſirent redempti?*
11 *Et redempti Domini reuertentur, & venient in Sijon
cum laude, & lætitia ſempiterna erit ſuper caput eorum:
gaudium, & lætitiam tenebunt, & fugient dolor, & ge-
mitus.*
12 *Ego ego ipſe conſolabor vos: quæ es vt timeas ab homi-
ne qui morietur, & à filio hominis, qui ſicut herba dabi-
tur,*
13 *Et oblitus es Domini factoris tui qui tendit cælos, &
fundat terram, & formidaſti iugiter tota die à facie
furoris opprimentis, qui parat ſe ad corrumpendum. Et
vbi eſt furor opprimentis?*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

8 Quia iuxta est, qui iustificauit me. Quis est, qui iudicetur mecum? resistat mihi simul: & quis est, qui iudicium ineat aduersum me? appropinquet mihi.

9 Ecce Dominus Dominus adiuuabit me: quis affliget me? Ecce omnes vos, quasi vestimentum veterascetis: & tinea comedet vos.

10 Quis est in vobis, qui timeat Dominum? exaudiat vocem pueri eius. Qui ambulant in tenebris, & non est eis lux: confidite in nomine Domini, & innitimini super Deo.

11 Ecce omnes vos ignem accenditis, & confortatis flammam. Ambulate in lumine ignis vestri, & in flamma quam succendistis. Propter me facta sunt hæc vobis: in mærore dormietis.

CAP. LI.

1 AVdite me, qui persequimini, quod iustum est, & quæritis Dominum. Inspicite in solidam petram, quam excidistis, & in foueam laci, quam fodistis.

2 Respicite in Abraam patrem vestrum, & in Sarram, quæ peperit vos: quia vnus erat, & vocaui eũ, & benedixi eum, & dilexi illum, & multiplicaui eũ.

3 Et te nunc consolabor Sion. Et consolatus sum omnia deserta eius, quasi paradisum: & ponam deserta eius, quasi paradisum, & ea, quæ ad Occidentem eius sunt, quasi paradisum Domini lætitiam, & exultationem inuenient in ea, confessionem, & vocem laudis.

4 Audite me, audite me populus meus: & reges ad me auribus attendite: quia lex à me egredietur, & iudicium meum in lucem gentium.

5 Appropinquat cito iustitia mea: & egredietur, sicut lux, salutare meum: & in brachio meo gentes sperabunt. Me insulæ expectabunt, & in brachio meo sperabunt.

6 Leuate in cælum oculos vestros, & inspicite in terram deorsum: quoniam cælum, sicut fumus, firmatum est: terra autem, sicut vestimentum veterascet: & habitatores eius, sicut hæc, morientur. Salutare autem meum in sempiternum erit, & iustitia mea non deficiet.

7 Audite me, qui scitis iudicium, populus, cuius lex mea in corde vestro. Nolite timere opprobrium hominum: & contemptu eorum ne vincamini.

8 Sicut enim vestimentum, comedentur à tempore; & sicut lanæ, comedentur à tinea. Iustitia autem mea in æternum erit: & salus mea in generationes generationum.

9 Exurge, exurge Hierusalem, & induere fortitudine brachij tui: exurge, sicut in principium diei, sicut generatio sempiterna.

10 Nonne tu es, quæ desertum fecisti mare, aquam abyssi multam? quæ posuisti profunda maris viam transitus his, qui fuerant liberati,

11 Et redempti? A Domino enim reducentur, & venient in Sion cum lætitia, & exultatione æterna. Super caput enim eorum laus: & lætitia apprehendet eos: fugit dolor, & mæror, & gemitus.

12 Ego sum, ego sum, qui consolor te. Scito, quæ cum esses, timueris ab homine mortali, & à filio hominis, qui quasi fœnum, arefacti sunt.

13 Et oblita es Dei factoris tui, qui fecit cælum, & fundauit terram: & timebas semper cunctis diebus faciem furoris tribulantis te. Sicut enim cogitauit auferre te; & nunc vbi est furor tribulantis te?

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

8 *Iuxta est qui iustificat me, quis contendet mecum? consistamus simul, quis aduersarius meus? accedat ad me.*

9 *Ecce Dominus Iehouah auxiliabitur mihi, quis est qui condemnet me? ecce omnes ipsi tanquam vestimentum veterascent, tinea comedet eos.*

10 *Quis inter vos est timens Iehouam? audiat vocem serui eius: qui ambulauit in tenebris, nec fuit splendor ei, speret in nomine Iehouæ, & innitatur Deo suo.*

11 *Ecce omnes vos succenditis ignem, accincti estis scintillis: ambulate in foco ignis vestri, & in scintillis quas succendistis: de manu mea fuit hoc vobis, in dolore morsemini.*

CAP. LI.

1 *AVdite me qui sectamini iustitiam, quærentes Iehouam: aspicite ad petram vnde excisi estis, & ad perforationem cisternæ vnde eruti estis.*

2 *Aspicite ad Abraham patrem vestrum, & ad Sarah quæ parturiuit vos: quia vnicum vocaui eum, & benedixi ei, multiplicauiq; eum.*

3 *Vtique consolabitur Iehouah Sijon, consolatus est omnes desolationes eius: ponetq; desertum eius tanquam delitias, & solitudinem eius veluti hortum Iehouæ: gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis.*

4 *Attendite ad me popule mi, & gens mea aures arrige ad me: quia lex à me exibit, & iudicium meum in lucem populorum quiescere faciam.*

5 *Prope est iustitia mea, egressa est salus mea, & brachia mea populos iudicabunt: me insulares expectabunt: & brachium meum præstolabuntur.*

6 *Leuate in cælum oculos vestros, & aspicite terram deorsum: cœli enim vt fumus deficient, & terra velut vestimentum veterascet, habitatores quoque eius similiter interibunt: salus autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea non conteretur.*

7 *Audite me qui cognoscitis iustitiam, populus in quorum corde lex mea est: ne timeatis opprobrium hominum: & propter opprobria eorum ne frangamini animo.*

8 *Quia sicut vestimentum comedet eos tinea, & velut lanam deuorabit eos vermis: iustitia autem mea in sempiternum erit, & salus mea in generationem generationum.*

9 *Suscita te, suscita te, indue te fortitudinem ô brachium Iehouæ: suscita te inquam sicut in diebus antiquis, sicut in generationibus seculorum: annon tu es brachium illud quod excidit Aegyptum, quodque dolore affecit draconem?*

10 *Nonne tu es brachium illud quod exiccauit mare, & aquas voraginis magnæ? quod posuit profundum maris viam, vt transirent redempti?*

11 *Et redempti Iehouæ reuertantur, & veniant in Sijon cum laude, lætitia quoque sempiterna sit super caput eorum: gaudium & lætitiam assequantur, fugiantq; dolor & gemitus.*

12 *Ego ego sum consolator vester: quæ es tu vt timeas ab homine qui morietur, & à filio hominis, qui tanquam herba dabitur?*

13 *Et oblitus es Iehouæ factoris tui, qui extendit cœlos, & fundauit terram: & formidasti iugiter tota die à facie furoris opprimentis, qui comparat se vt perdat: sed vbinam est furor illius opprimentis?*

Vulgat. Editio.

Cito veniet gradiens ad aperiendum, & non in
terficiet vſque ad internecionem, nec deficiet panis
eius.
Ego autem ſum Dominus Deus tuus, qui con-
turbo mare, & intumeſcunt fluctus eius: Dominus
exercituum nomen meum.
Sup 49 2. Poſui verba mea in ore tuo, & in vmbra manus
meæ protexi te, vt plantes cælos, & fundes terram
& dicas ad Sion: Populus meus es tu.
Eleuare, eleuare, conſurge Ieruſalem, quæ bibiſti
de manu Domini calicem iræ eius: vſque ad fun-
dum calicis ſoporis bibiſti, & potaſti vſque ad fæ-
ces.
Non eſt qui ſuſtentet eam ex omnibus filiis, quos
genuit: & non eſt qui apprehendat manum eius ex
omnibus filiis, quos enutriuit.
Sup. 47 9. Duo ſunt quæ occurrerunt tibi: quis contriſtabi-
tur ſuper te? vaſtitas, & contritio, & fames, & gla-
dius, quis conſolabitur te?
Filij tui proiecti ſunt, dormierunt in capite om-
nium viarum, ſicut oryx illaqueatus: pleni indigna-
tione Domini, increpatione Dei tui.
Idcirco audi hoc paupercula, & ebria non à vino.
Hæc dicit dominator tuus Dominus, & Deus tuus,
qui pugnabit pro populo ſuo: Ecce tuli de manu tua
calicem ſoporis, fundum calicis indignationis meæ:
non adiicies vt bibas illum vltra.
Et ponam illum in manu eorum, qui te humi-
liauerunt, & dixerunt animæ tuæ: Incuruare, vt
tranſeamus: & poſuiſti vt terram corpus tuum, &
quaſi viam tranſeuntibus.

CAP. LII.

Conſurge, conſurge, induere fortitudine tua
Sion, induere veſtimentis gloriæ tuæ Ieruſalem
ciuitas ſancti: quia non adiiciet vltra vt pertranſeat
per te incircumciſus & immundus.
Excutere de puluere, conſurge; ſede Ieruſalem:
ſolue vincula colli tui captiua filia Sion.
Quia hæc dicit Dominus. Gratis venundati eſtis,
& ſine argento redimemini.
* Gen. 46 6. Quia hæc dicit Dominus Deus: * In Aegyptum
deſcendit populus meus in principio vt colonus eſ-
ſet ibi: & Aſſur abſque vlla cauſa calumniatus eſt
eum.
Et numquid mihi eſt hic, dicit Dominus, quo-
niam ablatus eſt populus meus gratis? Dominatores
eius inique agunt, dicit Dominus, * & iugiter tota
* Ro. 2 24. die nomen meum blaſphematur.
Ier. 36. 20. Propter hoc ſciet populus meus nomen meum
in die illa: quia ego ipſe qui loquebar, ecce adſum.
Ro. 10. 15. Quam pulchri ſuper montes pedes annunciantis
& prædicantis pacem: annunciantis bonum, prædi-
Nah. 1. 15. cantis ſalutem, dicentis Sion: Regnabit Deus tuus!
Vox ſpeculatorum tuorum: leuauerunt vocem, ſi-
mul laudabunt: quia oculo ad oculum videbunt
cum conuerterit Dominus Sion.
Gaudete, & laudate ſimul deſerta Ieruſalem: quia
conſolatus eſt Dominus populum ſuum, redemit
Ieruſalem.
Parauit Dominus brachium ſanctum ſuum in
* Pſ. 97 3. oculis omnium Gentium: * & videbunt omnes fi-
nes terræ ſalutare Dei noſtri.
* 2. Cor. 6. 17. Recedite, recedite, exite inde, * pollutum nolite
tangere: exite de medio eius, mundamini qui fertis
vaſa Domini.

Quoniam

Tranſl. ex Heb. Sanct. Pagn.

14 *Feſtinauit ligatus, vt ſolueretur, & non morietur in*
fouea, nec deficiet panis eius.
15 *Ego autem ſum Dominus Deus tuus qui diuiſi mare,*
& perſonuerunt fluctus eius. Dominus exercituum no-
men eius.
16 *Et poſui verba mea in ore tuo, & in vmbra manus*
meæ texi te, vt plantes cælos, & fundes terram, & dicas
ad Syon, populus meus es tu.
17 *Suſcita te, ſuſcita te, ſurge Ieruſalaim, quæ bibiſti de*
manu Domini calicem furoris eius, fæcem calicis tremoris
bibiſti, expreſſiſti.
18 *Non eſt ductor ei ex omnibus filiis quos genuit, & non*
eſt qui apprehendat manum eius ex omnibus filijs, quos
enutriuit.
19 *Duo hæc euenerunt tibi, quis condolebit tibi? Vaſtitas, &*
contritio, & fames, & gladius, in quo conſolabor te?
20 *Filij tui defecerunt, dormierunt in capite omnium pla-*
tearum, ſicut bos ſylueſtris in reti, pleni furore Domini,
increpatione Dei tui.
21 *Idcirco audi nunc hoc pauper, & ebria anguſtijs, &*
non vino.
22 *Sic dixit Dominus tuus Deus, & Deus tuus iudicari*
faciet populum ſuum. Ecce tuli de manu tua calicem tre-
moris fæcem calicis furoris mei: non adijcies vt bibas il-
lum vltra.
23 *Et ponam illum in manu depopulantium te, qui dixe-*
runt animæ tuæ: incurua te, & tranſibimus: & poſuiſti vt
terram corpus tuum, & ſicut plateam tranſeuntibus.

CAP. LII.

1 *Suſcita te, ſuſcita te, indue te fortitudinem tuam Syon.*
indue te veſtimenta gloriæ tuæ Ieruſalaim ciuitas
ſancta, quia non adijciet, vt veniat per te vltra incircun-
ciſus & immundus.
2 *Excute te de puluere, ſurge ſede Ieruſalaim. Solue te à*
vinculis colli tui captiua filia Syon.
3 *Sic enim dixit Dominus: Gratis venundati eſtis, & abſ-*
que argento eritis redempti.
4 *Quia ſic dixit Dominus Deus. In Aegyptum deſcendit*
populus meus in principio, vt peregrinaretur ibi, & Aſ-
ſur pro nihilo oppreſſit eum.
5 *Et nunc quid mihi hic dixit Dominus? quoniam abla-*
tus eſt populus meus gratis? Dominatores eius vlulare fa-
ciunt eum dixit Dominus, & iugiter tota die nomen
meum ſpernitur.
6 *Propterea cognoſcet populus meus nomen meum, pro-*
pterea in die illa: quia ego ipſe qui loquebar, ecce adſum.
7 *Quam pulchri ſunt ſuper montes pedes euangelizan-*
tis, audire facientis pacem: euangelizantis bonum, audire
facientis ſalutem dicentis ad Syon: Regnauit Deus tuus.
8 *Vox ſpeculatorum tuorum leuauerunt vocem, ſimul*
laudabunt, quia oculo ad oculum videbunt, cum conuer-
terit Dominus Syon.
9 *Cantate, laudate ſimul deſerta Ieruſalaim: quia con-*
ſolatus eſt Dominus populum ſuum, redemit Ieruſalaim.
10 *Denudauit Dominus brachium ſanctum ſuum in ocu-*
lis omnium gentium, & videbunt omnes fines terræ ſa-
lutem Dei noſtri.
11 *Recedite, recedite: exite inde, pollutum ne tangatis:*
exite de medio eius, purificate vos qui fertis vaſa Do-
mini.

Quia

Transl. ex Septuag.

Cum enim salua facta fueris; non stabit neque
permanebit;

Quia ego Deus tuus, qui conturbo mare, & sona-
re facio fluctus eius: Dominus Sabaoth nomen
mihi.
Ponam verba mea in ore tuo: & sub vmbra ma-
nus meæ protegam te, in qua statui cælum, & fun-
daui terram: & dicet Sion: populus meus es tu.
Exurge, exurge, eleuare Hierusalem, quæ bibisti
de manu Domini calicem furoris eius. Calicem
enim ruinæ, Condy furoris ebibisti, & euacuasti:
Et non erat, qui consolaretur te ex omnibus filiis
tuis, quos genuisti. & non erat, qui apprehenderet
manum tuam, neque ex omnibus filiis tuis, quos
exaltasti.
Quare hæc contraria tibi: quis contristabitur te
cum ruina, & contritio, fames, & gladius: quis con
solabitur te?
Filij tui, indigentes, dormientes in capite omnis
viæ, sicut beta semicocta, pleni furoris Domini, defi-
cientes per Dominum Deum.
Propterea audi humiliata, & ebria non à vino.

Sic dicit Dominus Deus, qui iudicat populum
suum: Ecce tuli de manu tua calicem ruinæ, Condy
furoris mei: & non adiicies bibere illum vltra.

Et dabo eum in manus eorum, qui te inique op-
presserunt, & humiliauerunt, qui dixerunt animæ
tuæ, inclinare, vt transeamus: & posuisti æqualia ter-
ræ media tua foris transeuntibus.

CAP. LII.

EXurge, exurge Sion: induere fortitudine tua
Sion: & tu induere gloria tua Hierusalem ciui-
tas sancta: nequaquam vltra adiiciet, vt pertranseat
per te incircuncisus, & immundus.
Excute puluerem, & surge sede Hierusalem, solue
vinculum colli tui, captiua filia Sion.
Quia hæc dicit Dominus. Gratis venundati estis:
& non cum argento redimemini.
Sic dicit Dominus: In Aegyptum descendit popu-
lus meus prius, vt peregrinaretur ibi; & in Assyrios
violenter abducti sunt.

Et nunc quid estis hic? Hæc dicit Dominus: Quia
ablatus est populus meus gratis; admiramini: & vlu-
late. Hæc dicit Dominus: Propter vos semper no-
men meum blasphematur in gentibus.
Propterea sciet populus meus nomen meum in
die illa: quia ego ipse, qui loquebar, adsum;
Sicut hora super montes, sicut pedes euangelizan-
tis auditum pacis, sicut euangelizans bona. Quia au-
ditam faciam salutem meam, dicens: Sion regnabit
Deus tuus:
Quia vox custodientium te exaltata est: & voce
simul lætabuntur: quia oculi ad oculos videbunt;
quando misertus fuerit Dominus Sion.
Erumpant lætitiam simul deserta Hierusalem:
quia misertus est Dominus eius, & eruit Hierusalē.
Et reuelabit Dominus brachium sanctum suum
in conspectu cunctarum gentium: & videbunt om-
nes fines terræ salutem, quæ à Deo nostro.
Recedite, recedite, egredimini inde: & immun-
dum nolite tangere exite de medio eius: separamini,
qui portatis vasa Domini:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

14 *Festinat ligatus vt soluatur, & non moriatur in fo-*
uea, nec deficiat panis eius.

15 *Ego autem sum Iehouah Deus tuus qui diuisit mare,*
& personuerunt fluctus eius: Iehouah exercituum nomen
eius.
16 *Et posui verba mea in ore tuo, & in vmbra manus*
meæ protexi te, vt plantes cælos, & fundes terram, &
dicas ad Sijon Populus meus es tu.
17 *Suscita te, suscita te, surge Ierusalaim, quæ bibisti de*
manu Iehouæ calicem furoris eius, fæces calicis tremoris
bibisti, & expressisti.
18 *Non est ductor ei ex omnibus filiis quos genuit: nec est*
qui apprehendat manum eius ex omnibus filijs quos
enutriuit.

19 *Duo hæc acciderunt tibi, quis condolebit tibi? vastitas,*
& contritio, & fames, & gladius, in quo consolabor te?

20 *Filij tui defecerunt, iacuerunt in capite omnium pla-*
tearum, velut bos syluestris in reti, pleni furore Iehouæ,
increpatione Dei tui.
21 *Idcirco audi nunc hoc paupercula, & ebria angustijs,*
& non vino:
22 *Sic dixit Dominus tuus Iehouah, ac Deus tuus qui*
aget causam populi sui. Ecce tuli de manu tua calicem
tremoris, fæcem calicis furoris mei, non adijcies vt bibas
illum vltra:
23 *Sed ponam illum in manu depopulantium te, qui dixe-*
runt animæ tuæ, incurua te, & transibimus super te: &
posuisti vt terram corpus tuum, & velut plateam tran-
seuntibus.

CAP. LII.

1 *SVscita te, suscita te, indue te fortitudine tua Sijon: in-*
due te vestimentis gloriæ tuæ Ierusalaim ciuitas
sancta: quia non adijciet vt veniat per te vltra incircun-
cisus & immundus.
2 *Excute te de puluere, surge sede Ierusalaim: solue te à*
vinculis colli tui captiua filia Sijon.
3 *Sic enim dixit Iehouah, Gratis venundati estis, & abs-*
que argento redimemini.
4 *Quia sic dixit Dominus Iehouah, In Aegyptum de-*
scendit populus meus initio, vt peregrinaretur ibi, & As-
sur pro nihilo oppressit eum.

5 *Et nunc quid mihi hic, dixit Iehouah? quoniam ablatus*
est populus meus gratis, dominatores eius vlulare faciunt
eum, dixit Iehouah, & iugiter tota die nomen meum
spernitur.
6 *Propterea cognoscet populus meus nomen meum, in*
die illa, quod ego ipse qui loquebar, ecce adsum.
7 *Quam speciosi sunt super montes pedes euangelizan-*
tis, publicantis pacem, euangelizantis bonum, prædicantis
salutem, dicentis ad Sijon, Regnat Deus tuus.
8 *Vox speculatorum tuorum tunc audietur, attollent*
vocem, simul clamabunt, quia oculo ad oculum videbunt,
quum reduxerit Iehouah Sijon.
9 *Cantate, laudate simul, deserta Ierusalaim: quia con-*
solatus est Iehouah populum suum, redemit Ierusalaim.

10 *Denudauit Iehouah brachium sanctum suum in oculis*
omnium Gentium, & videbunt omnes fines terræ salu-
tem Dei nostri.
11 *Recedite, recedite: exite inde: pollutum nolite con-*
tingere: exite de medio eius, purificate vos qui fertis vasa
Iehouæ.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Quoniam non in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis: præcedet enim vos Dominus, & congregabit vos Deus Israel.

Ecce intelliget seruus meus, & exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde.

Sicut obstupuerunt super te multi, sic inglorius erit inter viros aspectus eius, & forma eius inter filios hominum.

Ro. 15. 21. Iste asperget gentes multas, super ipsum continebunt reges os suum: * quia quibus non est narratum de eo, viderunt: & qui non audierunt, contemplati sunt.

CAP. LIII.

Io. 12. 38. Ro. 16. 16. QVis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est?

Et ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti: non est species ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum:

Mat. 9. 12. Despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem: & quasi absconditus vultus eius & despectus, vnde nec reputauimus eum.

Mat. 8. 17. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo & humiliatum.

1. Cor. 15. 3. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus.

Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit: & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum.

Oblatus est quia ipse voluit & non aperuit os suum: sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, * & non aperiet os suum.

* Mat. 26. 63. Act. 8. 32. De angustia, & de iudicio sublatus est: generationem eius quis enarrabit? quia abscissus est de terra viuentium: propter scelus populi mei percussi eum.

Et dabit impios pro sepultura, & diuitem pro morte sua: * eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius.

* 1. Pet. 2. 22. 1. Io. 3. 5. Et Dominus voluit conterere eum in infirmitate: si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur.

Pro eo quod laborauit anima eius, videbit & saturabitur: in scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos, & iniquitates eorum ipse portabit.

Ideo dispertiam ei plurimos: & fortium diuidet spolia: pro eo quod tradidit in mortem animam suam, * & cum sceleratis reputatus est: & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit.

* Mar. 15. 28. Luc. 22. 37.

CAP. LIV.

Luc. 23. 29. Gal. 4. 27. LAuda sterilis, quæ non paris: decanta laudem, & hinni quæ non pariebas: quoniam multi filij desertæ, magis quam eius, quæ habet virum, dicit Dominus.

Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas: longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

12 *Quia non cum festinatione exibitis, & cum fuga non ambulabitis: quia ambulat ante vos Dominus, & congregat vos Deus Israel.*

13 *Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde.*

14 *Quemadmodum admirati sunt super te multi, sic corruptus est præ viro aspectus eius, & forma eius præ filijs hominum.*

15 *Hic asperget gentes multas, super eum claudent reges os suum: quia ij (quibus non est narratum) viderunt: & qui non audierunt, intellexerunt.*

CAP. LIII.

1 *QVis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est?*

2 *Et ascendit sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra deserti: non est forma ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum.*

3 *Despectus est, & abiectus inter viros & vir dolorum, & expertus infirmitatem, & abscondebamus faciem ab eo, despectus, & non reputauimus eum.*

4 *Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros portauit, & nos reputauimus eum plagatum percussum à Deo, & humiliatum.*

5 *Ipse autem vulneratus est propter præuaricationes nostras, attritus est propter iniquitates nostras: castigatio pro pace nostra super eum, & liuor eius sanitas fuit nobis.*

6 *Omnes nos tanquam oues errauimus, vnusquisque ad viam suam conuersi sumus: & Dominus peruenire fecit ad eum pœnam omnium nostrum.*

7 *Oppressus est, & afflictus est, & non aperiet os suum: sicut agnus ad occisionem ducetur, & sicut ouis coram tondente se obmutuit, & non aperiet os suum.*

8 *De clausura, & iudicio sublatus est: Et generationem eius quis enarrabit? quia abscisus est à terra viuentium. Propter præuaricationem populi mei plaga fuit ei.*

9 *Et dedit cum impijs sepulturam eius, & cum diuite, inter mortuos suos, eo quod non iniquitatem fecerit, nec dolus fuerit in ore eius.*

10 *Et Dominus voluit conterere eum, ægrotare fecit: si posuerit seipsam pro delicto, anima eius, videbit semen, prolongabit dies, & voluntas Domini per manum eius prosperabitur.*

11 *Propter laborem animæ suæ, videbit, & saturabitur: scientia sua iustificabit iustus seruus meus multos, & iniquitates eorum ipse portabit.*

12 *Ideo partem dabo ei cum multis, & cum fortibus diuidet spolia, pro eo quod effudit in mortem animam suam, & cum præuaricatoribus numeratus est, & ipse peccatum multorum tulit, & pro præuaricatoribus orabit.*

CAP. LIIII.

1 *LAuda sterilis*, quæ es vt mulier quæ *non peperit, decanta laudem, & exulta*, quæ es, vt mulier quæ *non parturiuit, quia plures sunt filij desolatæ quam filij maritatæ, dixit Dominus.*

2 *Dilata locum tabernaculi tui, & cortinas tabernaculorum tuorum extendant, ne prohibeas: elonga funiculos tuos, & clauos tuos consolida.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

12 Quia non cum tumultu exibitis, neque cum fu-
ga ibitis. Præcedet enim prior vobis Dominus, &
qui congregat vos, Deus Israel.
13 Ecce intelliget puer meus, & exaltabitur, & glori-
ficabitur valde.
14 Sicut stupebunt super te multi; sic in gloria erit
ab hominibus species tua, & gloria tua à filiis ho-
minum.
15 Sic mirabuntur gentes multæ super eo: & conti-
nebunt reges os suum: quia quibus non est annun-
ciatum de eo, videbunt: & qui non audierunt, intel-
ligent.

CAP. LIII.

1 Domine, quis credidit auditui nostro? & bra-
chium Domini cui reuelatum est?
2 Annunciauimus, quasi paruulum in conspectu
eius: sicut radix in terra sitienti. Non est species ei,
neque gloria: & vidimus eum: & non habebat spe-
ciem, neque decorem:
3 Sed species eius inhonorata, & deficiens præ filiis
hominum. Homo in plaga positus, & sciens ferre
infirmitatem: quia auersa est facies eius, despecta, &
non reputata.
4 Iste peccata nostra portat, & pro nobis dolet: & nos
reputauimus eum esse in labore, & in plaga, & in af-
flictione.
5 Ipse autem vulneratus est propter peccata nostra:
& infirmatus est propter iniquitates nostras. Disci-
plina pacis nostræ super eum: liuore eius nos sanati
sumus
6 Omnes quasi oues errauimus: homo in via sua
errauit. Et Dominus tradidit eum propter iniqui-
tates nostras:
7 Et ipse propter afflictionem non aperit os suum.
Sicut ouis ad victimam ductus est: & sicut agnus co-
ram tondente, mutus, sic non aperit os.
8 In humilitate iudicium eius sublatum est. Gene-
rationem eius quis enarrabit? Quia tollitur de terra
vita eius: ab iniquitatibus, populi mei ductus est ad
mortem.
9 Et dabo pessimos pro sepultura eius, & diuites
pro morte illius. Quia iniquitatem non fecit, neque
dolum in ore suo:
10 Et Dominus vult mundare eum à plaga. Si dede-
ritis pro peccato; anima vestra videbit semen lon-
gæuum.
11 Et vult Dominus auferre de dolore animam
eius, ostendere ei lucem, & formare intelligentiam,
iustificare iustum bene seruientem multis; & pecca-
ta eorum ipse portabit.
12 Propterea ipse possidebit multos, & fortium diui-
det spolia: pro eo quod tradita est mortem anima
eius: & in iniquis reputatus est: & ipse peccata mul-
torum tulit, & propter iniquitates eorum traditus
est.

CAP. LIV.

1 LAEtare sterilis, quæ non paris: erumpe, & clama,
quæ non parturis: quia multi filij desertæ, quam
eius, quæ habet virum. Dixit enim Dominus.
2 Dilata locum tabernaculi tui, & aulæorum tuo-
rum: fige, ne parcas: protende funiculos tuos: & palos
tuos conforta.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

12 *Non enim cum festinatione exibitis, & cum fuga non
ambulabitis: quoniam præcedet vos Iehouah, & congre-
gabit vos Deus Israel.*
13 *Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur, & eleuabitur
sublimisque erit valde.*
14 *Quemadmodum admirati sunt super te multi, quod
adeo corruptus esset præ viro aspectus eius, & forma eius
præ filijs hominum:*
15 *Sic asperget gentes multas, super ipsum claudent reges
os suum: quia quod non fuerat antea narratum ipsis, vi-
debunt: & quod non audierant, intelligent.*

CAP. LIII.

1 *QVis credidit auditui nostro? & brachium Iehouæ cui
reuelatum est?*
2 *Et ascendit sicut virgultum coram eo, & velut radix
de terra deserti: non erat forma ei, neque decor: aspeximus
autem eum, & non erat aspectus, & non desiderauimus
eum videre.*
3 *Despectus fuit & reiectus inter viros vir dolorum, &
expertus infirmitatem, & veluti absconsio faciei ab eo:
despectus inquam, & non putauimus eum.*
4 *Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros por-
tauit, nos autem reputauimus eum plagis affectum, per-
cussum à Deo, & humiliatum.*
5 *Ipse autem vulneratus est propter præuaricationes no-
stras, attritus est propter iniquitates nostras: castigatio
pacis nostræ super eum, & liuor eius sanitas fuit nobis.*
6 *Omnes nos sicut oues errauimus, vnusquisque ad viam
suam declinauit, & Iehouah coniecit in illum iniquita-
tes omnium nostrum.*
7 *Oppressus fuit, & ipse afflictus, & non aperuit os suum:
sicut agnus ad mactationem ductus est, & velut ouis co-
ram tondente se obmutuit, nec aperuit os suum.*
8 *A carcere & iudicio sublatus est. & generationem eius
quis enarrabit? quia abscissus est è terra viuentium: pro-
pter præuaricationem populi mei plaga fuit ei.*
9 *Et dedit cum impijs sepulturam eius, & cum diuite
in morte sua: quamuis iniquitatem non fecerit, nec dolus
fuerit in ore eius.*
10 *Iehouah autem voluit conterere eum, & ægrotare fecit
eum: quum posuerit seipsum sacrificium pro delicto anima
eius, videbit semen quod prolongabit dies, & voluntas
Iehouæ in manu eius prosperabitur.*
11 *Propter laborē animæ suæ videbit fructum quo satura-
bitur: scientia sui iustificabit iustus seruus meus multos,
& iniquitates ipsorum ipse portabit.*
12 *Ideo partem dabo ei cum multis; & cum fortibus di-
uidet spolia: eo quod effudit in mortem animam suam, &
cum præuaricatoribus annumeratus est: ipse quoque pec-
catum multorum tulit, & pro præuaricatoribus orauit.*

CAP. LIIII.

1 *LAuda sterilis, quæ non pariebas, prorumpe in laudem,
& exulta, quæ non parturiebas: quia plures sunt filij
desolatæ quam filij maritatæ, dixit Iehouah.*
2 *Dilata locum tabernaculi tui, & cortinas tabernacu-
lorum tuorum extendant, ne prohibeas: prolonga funi-
culos tuos, & clauos tuos consolida.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Ad dexteram enim, & ad læuam penetrabis: & semen tuum Gentes hæreditabit, & ciuitates desertas inhabitabit.

Noli timere, quia non confunderis, neque erubesces: non enim te pudebit quia confusionis adolescentiæ tuæ obliuisceris: & opprobrij viduitatis tuæ non recordaberis amplius.

* Luc. 1. 31.

Quia dominabitur tui qui fecit te, Dominus exercituum nomen eius: & redemptor tuus sanctus Israel, Deus omnis terræ vocabitur.

Quia vt mulierem derelictam, & mœrentem spiritu vocauit te Dominus, & vxorem, ab adolescentia abiectam, dixit Deus tuus:

Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te.

In momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te: & in misericordia sempiterna misertus sum tui: dixit redemptor tuus Dominus.

Gen. 9. 15.

Sicut in diebus Noe istud mihi est, cui iuraui ne inducerem aquas Noe vltra supra terram: sic iuraui vt non irascar tibi, & non increpem te.

Montes enim commouebuntur, & colles contremiscent: misericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non mouebitur: dixit miserator tuus Dominus.

Paupercula tempestate conuulsa, absque vlla consolatione. Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos; & fundabo te in sapphiris,

Et ponam iaspidem propugnacula tua: & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles.

Io. 6. 41

Vniuersos filios tuos doctos à Domino: & multitudinem pacis filijs tuis.

Et in iustitia fundaberis: recede procul à calumnia, quia non timebis, & à pauore, quia non appropinquabit tibi.

Ecce accola veniet, qui non erat mecum, aduena quondam tuus adiungetur tibi.

Ecce ego creaui fabrum sufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus suum, & ego creaui interfectorem ad disperdendum.

Omne vas, quod fictum est contra te, non dirigetur: & omnem linguam resistentem tibi in iudicio, iudicabis. Hæc est hæreditas seruorum Domini: & iustitia eorum apud me, dicit Dominus.

CAP. LV.

Ecc. 51. 33.

OMnes sitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite: venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum, & lac.

Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate? Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra.

Inclinate aurem vestram, & venite ad me: audite, & viuet anima vestra, & feriam vobiscum pactum sempiternum, * misericordias Dauid fideles.

* Act. 13. 34.

Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem Gentibus.

Ecce gentem, quam nesciebas, vocabis: & gentes, quæ te non cognouerunt, ad te current propter Dominum Deum tuum, & sanctum Israel, quia glorificauit te.

Quærite Dominum, dum inueniri potest; inuocate eum, dum prope est.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

3 *Ad Meridiem enim, & Aquilonem dilatabis te, & semen tuum gentes hæreditate accipiet, & ciuitates desolatas inhabitare facient.*

4 *Ne timeas, quia non pudore afficieris, nec erubesces. Quia nec confunderis quia pudoris adolescentiæ tuæ obliuisceris, & opprobrij viduitatis tuæ, non recordaberis amplius.*

5 *Quia maritus tuus, factor tuus Dominus exercituum nomen eius & redemptor tuus Sanctus Israel, Deus omnis terræ vocabitur.*

6 *Quia sicut mulierem derelictam & dolore affectam spiritu vocauit te Dominus, & vxorem adolescentiæ, quia repulsa fuisti, dixit Deus tuus.*

7 *Momento paruo dereliqui te, & in miserationibus magnis, congregabo te.*

8 *In momento iræ abscondi faciem meam in momento à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui: dixit Redemptor tuus.*

9 *Quemadmodum in diebus Noach hoc mihi est, cui iuraui quod non transirent aquæ Noach vltra super terram, sic iuraui vt non irascar contra te, nec [illegible] te.*

10 *Montes enim mouebunt se, & colles nutabunt, misericordia autem mea à te non recedet, & fœdus pacis meæ non mouebit se: dixit miserator tuus Dominus.*

11 *Paupercula in turbine manens non est consolatione affecta, ecce iacere facio fundamenta. Ex carbunculis erunt lapides tui, & fundabo te in sapphiris.*

12 *Et ponam ex margaritis fenestras tuas, & portas tuas ex lapidibus carbunculis, & omnem terminum tuum ex lapidibus desiderabilibus.*

13 *Et vniuersi filij tui erunt docti à Domino: & multiplicabit pacem filiorum tuorum.*

14 *In iustitia fundaberis: elonga te ab oppressione, quia non timebis: & à contritione, quia non appropinquabit tibi.*

15 *Quia congregando congregabit se, non ex me: quisquis congregauerit se tecum contra te, cadet.*

16 *Ecce ego creaui fabrum sufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus suum. Et ego creaui interfectorem ad disperdendum.*

17 *Omne vas quod fictum est contra te, non prosperabitur, & omnem linguam quæ surget contra te in iudicio, condemnabis. Hæc est hæreditas seruorum Domini, & iustitia eorum mecum, dixit Dominus.*

CAP. LV.

1 *OMnes sitientes venite ad aquas, & vos quibus non est argentum, venite, emite, & comedite: & venite, emite absque argento & absque precio vinum & lac.*

2 *Quare appenditis argentum non in pane, & laborem vestrum non in saturitate? Audite audiendo me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra.*

3 *Inclinate aurem vestram, & venite ad me: audite, & viuet anima vestra: & feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias Dauid stabiles.*

4 *Ecce testem populis dedi eum ducem, & præcipientem populis.*

5 *Ecce gentem quam nesciens vocabis, & gentes quæ non cognouerunt te, ad te current propter Dominum Deum tuum, & Sanctum Israel, quia glorificauit te.*

6 *Quærite Dominum dum inuenitur, inuocate eum dum est propinquus.*

Derelin-

Derelin-

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

3 Adhuc in dextris,& sinistris dilata. Et semen tuum possidebit gentes: & ciuitates desertas habitare facies.

4 Noli timere, quia confusa es: neque confundaris, quia exprobratum tibi est. Confusionem enim æternam obliuisceris: & opprobrij viduitatis tuæ memor non eris vltra.

5 Quia Dominus, qui facit te, Dominus Sabaoth nomen illi: & qui eruit te, ipse Deus Israel, omni terræ vocabitur.

6 Non vt mulierem derelictam, & pusillanimem vocauit te Dominus, neque vt mulierem, quæ ab adolescentia odiosa est, dixit Deus tuus:

7 Tempore modico reliqui te: & cum misericordia magna miserebor tui.

8 In furore paruo auerti faciem meam à te: & in misericordia sempiterna miserebor tui, dixit, qui eruit te Dominus.

9 Ab aqua, quæ fuit sub Noe, hoc mihi est: sicut iuraui ei in tempore illo, terræ nequaquam vltra irasci super te,

10 Neque in comminatione tua montes transferre: neque colles tui transferentur: Sic neque, quæ à me tibi misericordia, deficiet: nec testamentum pacis tuæ auferetur. Dixit enim propitius tibi Dominus.

11 Humilis, & instabilis non habuisti consolationem. Ecce ego præparo tibi carbunculum lapidem tuum,& fundamenta tua Sapphirum:

12 Et ponam propugnacula tua Iaspin: & portas tuas lapides chrystalli: & ambitum murum tuum lapides electos,

13 Et omnes filios tuos discipulos Dei: & in multa pace filij tui:

14 Et in iustitia ædificaberis. Recede ab iniquo; & non timebis,& tremor non appropinquabit tibi.

15 Ecce proselyti accedent ad te per me: & coloni erunt tui,& ad te confugient.

16 Ecce ego creaui te; non vt ærarius sufflans prunas,& proferens vas in opus. Ego autem creaui te, non in perditionem interficere.

17 Omne vas, quod factum est contra te, non prosperabo: & omnis vox surget contra te in iudicium: omnes eos vinces: & obnoxij tui erunt in ea. Et hæreditas seruientibus Domino: & vos eritis mihi iusti, dicit Dominus.

CAP. LV.

1 QVi sititis, ite ad aquam: & quotquot non habetis pecuniam; euntes emite, & comedite sine argento,& precio vinum,& adipem.

2 Quare emitis pecunia, & laborem vestrum non in saturitatem? Audite me & comedite bona: & delectabitur in bonis anima vestra?

3 Attendite auribus vestris,& sequimini vias meas, exaudite me; & viuet in bonis anima vestra. Et constituam vobis testamentum æternum, sancta Dauid fidelia.

4 Ecce testimonium in gentibus dedi eum, principem,& præcipientem gentibus.

5 Gentes, quæ nesciebant te, inuocabunt te: & populi, qui ignorabant te, ad te confugient: propter Dominum Deum tuum sanctum Israel, quia glorificauit te.

6 Quærite Dominum,& in inueniendo eum, inuocate. Et postquam vobis appropinquauerit;

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

3 *Ad dexteram enim & sinistram dilataberis, semen quoque tuum Gentes hæreditate accipiet, & ciuitates desolatas inhabitabit.*

4 *Ne timeas, quia non afficieris pudore, nec erubesces, quia non afficieris ignominia: pudoris enim adolescentiæ tuæ obliuisceris, & opprobrij viduitatis tuæ non recordaberis amplius.*

5 *Nam maritus tuus, est factor tuus: Iehouah exercituum nomen eius: & redemptor tuus, Sanctus Israelis, Deus vniuersæ terræ vocatur.*

6 *Quia sicut mulierem derelictam & dolore affectam spiritu, vocauit te Iehouah, & vxorem adolescentiæ, quum repudiata fueris, dixit Deus tuus.*

7 *Momento paruo dereliqui te, at in miserationibus magnis congregabo te.*

8 *In momento iræ abscondi faciem meam ad momentum à te: at in misericordia sempiterna misertus sum tui, dixit Redemptor tuus Iehouah.*

9 *Nam vt aquæ Noah hoc mihi, cui iuraui quod non transirent aquæ Noah vltra super terram: sic iuraui quod non irascar contra te, nec increpabo te.*

10 *Montes enim mouebunt sese, & colles nutabunt: misericordia autem mea à te non recedet, & fœdus pacis meæ non nutabit, dixit miserator tuus Iehouah.*

11 *Paupercula in turbine versans non accepit consolationem: en ego iacere faciam in carbunculis lapides tuos; & fundabo te in sapphiris,*

12 *Et ponam ex margaritis fenestras tuas, & portas tuas ex lapidibus carbunculi, atque omnem terminum tuum ex lapidibus desiderabilibus.*

13 *Vniuersi quoque filij tui erunt docti à Iehoua, & multiplicabit pacem filiorum tuorum.*

14 *In iustitia fundaberis, longe aberis ab oppressione, quia non timebis eam: & à contritione, quia non appropinquabit tibi.*

15 *En congregando congregabit se populus contra te absque me: quisquis congregauerit se tecum, contra te cadet.*

16 *Ecce ego creaui fabrum ferrarium sufflantem in igne prunas, & proferentem instrumentum in opus suum: & ego inquam creaui vastatorem ad perdendum.*

17 *Omne instrumentum quod formabitur contra te, non prosperabitur: & omnem linguam quæ surget contra te in iudicium, condemnabis. hæc est hæreditas seruorum Iehouæ, & iustitia eorum à me est, dixit Iehouah.*

CAP. LV.

1 *OMnes sitientes venite ad aquas: etiam vos quibus non est argentum, venite, emite, & comedite: venite inquam, emite absque argento & absque vllo pretio vinum & lac.*

2 *Quare appenditis argentum in non panem, & laborem vestrum in id quod saturare non potest? audite audiendo me, & comedite bonum, delectabiturque in pinguedine anima vestra.*

3 *Inclinate aurem vestram, & venite ad me: audite, & viuet anima vestra: feriamque vobiscum pactum sempiternum, misericordias Dauid fideles.*

4 *Ecce testem populis dedi eum, ducem & præceptorem populis.*

5 *En gentem quam non nosti vocabis ad te: & gentes quæ non nouerunt te, ad te current propter Iehouam Deum tuum, & Sanctum Israelis, quia glorificabit te.*

6 *Quærite Dominum dum inuenitur, inuocate eum dum est propinquus.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

7 Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus co-
gitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & mi-
serebitur eius, & ad Deum nostrum: quoniam mul-
tus est ad ignoscendum.
8 Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ:
neque viæ vestræ, viæ meæ, dicit Dominus.
9 Quia sicut exaltantur cæli à terra, sic exaltatæ sunt
viæ meæ à viis vestris, & cogitationes meæ à cogi-
tationibus vestris.
10 Et quomodo descendit imber, & nix de cælo, &
illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terram, & in-
fundit eam, & germinare eam facit, & dat semen se-
renti, & panem comedenti:
11 Sic erit verbum meum, quod egredietur de ore
meo: non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæ-
cumque volui, & prosperabitur in his, ad quæ misi
illud.
12 Quia in lætitia egrediemini, & in pace deduce-
mini: montes & colles cantabunt coram vobis
laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu.
13 Pro saliunca ascendet abies, & pro vrtica crescet
myrtus: & erit Dominus nominatus in signum æ-
ternum, quod non auferetur.

CAP. LVI.

P.1.1 1 HAEc dicit Dominus: Custodite iudicium, & fa-
cite iustitiam: quia iuxta est salus mea, vt ve-
niat, & iustitia mea, vt reueletur.
2 Beatus vir, qui facit hoc, & filius hominis, qui ap-
prehendet istud: custodiens sabbatum ne polluat il-
lud, custodiens manus suas, ne faciat omne malum.
3 Et non dicat filius aduenæ, qui adhæret Domino,
dicens: Separatione diuidet me Dominus à populo
suo. Et non dicat Eunuchus: Ecce ego lignum ari-
dum.
4 Quia hæc dicit Dominus Eunuchis: Qui custo-
dierint sabbata mea, & elegerint, quæ ego volui, &
tenuerint fœdus meum:
5 Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum,
& nomen melius à filiis, & filiabus: nomen sempi-
ternum dabo eis, quod non peribit.
6 Et filios aduenæ, qui adhærent Domino, vt co-
lant eum, & diligant nomen eius, vt sint ei in ser-
uos: omnem custodientem sabbatum ne polluat il-
lud, & tenentem fœdus meum;
7 Adducam eos in montem sanctum meum, & læ-
tificabo eos in domo orationis meæ: holocausta eo-
rum, & victimæ eorum placebunt mihi super alta-
Mat. 21. ri meo: quia domus mea domus orationis vocabi-
Lu. 11. tur cunctis populis,
8 Ait Dominus Deus, qui congregat dispersos Is-
D.19. rael: Adhuc congregabo ad eum congregatos eius.
9 Omnes bestiæ agri venite, ad deuorandum, vni-
uersæ bestiæ saltus.
10 Speculatores eius cæci omnes, nescierunt vniuer-
si: canes muti non valentes latrare, videntes vana,
dormientes & amantes somnia.
11 Et canes impudentissimi nescierunt saturitatem:
ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam: omnes in
viam suam declinauerunt, vnusquisque ad auari-
tiam suam à summo vsque ad nouissimum.
12 Venite sumamus vinum, & impleamur ebrieta-
te: & erit sicut hodie, sic & cras, & multo amplius.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Derelinquat ipsius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius, & ad Deum nimium, quoniam multiplicabit vt parcat.

Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ: viæ meæ, dixit Dominus.

Quia sicut altiores sunt cæli quam terra, sic altiores sunt viæ meæ, quam viæ vestræ, & cogitationes meæ, quam cogitationes vestræ.

Et quemadmodum descendit imber, & nix de cælo, & illuc non reuertitur, sed inebriat terram, & generare facit eam, & germinare eam facit, & dabit semen serenti & panem comedenti.

Sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo: non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quod volui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud.

Quia in lætitia egrediemini, & in pace deducemini: montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu.

Pro spina alta ascendet abies, & pro vrtica ascendet myrthus: & erit Domino in nomen in signum æternum, non delebitur.

CAP. LVI.

SIc dixit Dominus: Custodite iudicium & facite iustitiam, quia propinqua est salus mea vt veniat, & iustitia mea, vt reuelet se.

Beatus homo qui fecerit hoc, & filius hominis qui apprehenderit hoc. qui custodit sabbatum ne polluat illud, qui custodit manum suam ne faciat omne malum.

Et ne dicat filius alienigenæ, qui adhæret Domino, dicendo. Diuidendo diuidet me Dominus à populo suo: & ne dicat Eunuchus, ecce sum lignum aridum.

Quia sic dixit Dominus Eunuchis: Qui seruabunt sabbata mea, & eligent quæ volui, & apprehendent fœdus meum:

Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius quam filiis, & filiabus, nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.

Filios autem alienigenas qui adhærent Domino, vt ministrent ei, & diligant nomen Domini, vt sint ei serui: omnem custodientem sabbatum, ne polluat illud, & tenentes fœdus meum.

Adducam ad montem sanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ: holocausta eorum & victimæ eorum erunt ad beneplacitum super altari meo: quia domus mea, domus orationis vocabitur omnibus populis.

Ait Dominus Deus, qui congregat dispersos Israel: Adhuc congregabo super eum congregatos eius.

Omnes bestiæ agri venite ad deuorandum, omnes bestiæ syluæ.

Speculatores eius cæci, vniuersi ipsi nescierunt, vniuersi ipsi canes muti qui non valent latrare, dormitantes, dormientes, diligentes dormitare.

Et canes fortes animo non cognouerunt saturitatem, & ipsi pastores nescierunt intelligere, vniuersi ipsi ad viam suam reuersi sunt, vnusquisque ad auaritiam suam, à summo eius.

Venite inquiunt sumamus vinum, & inebriemur sechar, & erit secundum hunc diem cras, vel maior erit valde.

Tranſl. ex Septuag.

Relinquat impius vias ſuas, & vir iniquus cogitationes ſuas, & conuertatur ad Dominum: & miſericordiam conſequetur: quia multum dimittet peccata veſtra.

Neque enim ſunt cogitationes meæ, ſicut cogitationes veſtræ; nec, ſicut viæ meæ, viæ veſtræ, dicit Dominus.

Sed ſicut diſtat cælum à terra; ſic diſtat via mea à viis veſtris, & cogitationes veſtræ à cogitatione mea.

Quomodo enim ſi deſcendat pluuia, aut nix de cælo, & non reuertatur, donec inebriet terram, & generet, & oriatur, & det ſemen ſeminanti, & panem ad comedendum,

Sic erit verbum meum, quod exierit de ore meo: non reuertetur, donec compleat, quæ volui: & proſperas faciam vias tuas, & præcepta mea.

In lætitia enim egrediemini, & in gaudio docebimini. Montes enim & colles exilient expectantes vos in gaudio: & omnia ligna agri applaudet ramis.

Et pro ſtœba aſcendet cypariſſus: & pro coniza aſcendet myrtus. Et erit Dominus in nomen, & in ſignum ſempiternum; & non deficiet.

C A P. LVI.

HAEc dicit Dominus: Cuſtodite iudicium, & facite iuſtitiam: quia iuxta eſt ſalutare meum; vt adueniat; & miſericordia mea, vt reueletur.

Beatus vir, qui facit hæc, & homo, qui retinet iſta, & cuſtodit ſabbata, vt non prophanet ea; & ſeruat manus ſuas, ne faciat iniqua.

Ne dicat alienigena, qui appoſitus eſt Domino: ſeparabit me vtique Dominus à populo ſuo. Et ne dicat eunuchus, quia ego ſum lignum aridum.

Hæc dicit Dominus Eunuchis: Quicumque cuſtodierint Sababata mea, & elegerint, quæ ego volo, & tenuerint teſtamentum meum;

Dabo eis in domo mea, & in muro meo locum nominatum, meliorem filiis, & filiabus: nomen ſempiternum dabo eis: & non deficiet:

Et alienigenis, qui additi ſunt Domino, ſeruire ei, & diligere nomen eius, vt ſint ei in ſeruos, & ancillas: & omnes, qui cuſtodiunt ſabbata mea, vt non violent ea, & tenent teſtamentum meum;

Inducam illos in montem ſanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ. Holocauſtomata eorum, & victimæ eorum erunt acceptabiles ſuper altare meum. Domus enim mea domus orationis vocabitur cunctis gentibus,

Dixit Dominus, qui congregat diſperſos Iſrael: quia congregabo ad eum congregationem.

Omnes beſtiæ feræ venite, comedite, omnes beſtiæ ſyluæ.

Videte, quoniam excæcati ſunt omnes: non cognouerunt: canes muti poterunt latrare: ſomniantes lectulum, amantes dormitationem.

Et canes impudentes animo ignorantes ſaturitatem: Et ſunt mali, neſcientes intelligentiam: omnes, vias ſuas ſequuti ſunt, vnuſquiſque iuxta ſuum. *

(·:·)

* Cæteræ quæ in fine huius capit. reſpondere deberent vulgatæ editioni non habentur apud Septu. quod ſi in aliquibus codicibus reperiuntur addita eſſe ex Hebr. notat S. Hier.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

7 *Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogi-*
tationes ſuas: reuertaturq́; ad Iehouam, & miſerebitur
eius: & ad Deum noſtrum, quoniam multus eſt ad remit-
tendum.

8 *Non enim cogitationes meæ, cogitationes veſtræ: nec via*
veſtræ, via mea, dixit Iehouah.

9 *Nam quanto altiores ſunt cœli quam terra, tanto al-*
tiores ſunt via mea quam via veſtra, & cogitationes meæ
quam cogitationes veſtræ.

10 *Certe quemadmodum deſcendit imber & nix de cœlo,*
& illuc non reuertitur, ſed inebriat terram, & gignere
facit eam, ac germinare eam facit, & dabit ſemen ſerenti
& panem comedenti:

11 *Sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo, non*
reuertetur ad me vacuum, ſed faciet quod volo, & proſpe-
ratur in his ad quæ miſi ipſum.

12 *In lætitia enim egrediemini, & in pace deducemini:*
montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & om-
nes arbores agri plaudent manu.

13 *Pro ſpina alba aſcendet abies, & pro vrtica aſcendet*
myrtus: eritq́; Iehoua in nomen, & in ſignum æternum,
non ae lebitur.

C A P. LVI.

1 *SIc dixit Iehouah, Cuſtodite iudicium, & facite iuſti-*
tiam: nam prope eſt ſalus mea vt veniat, & iuſtitia
mea vt reueletur.

2 *Beatus homo qui fecerit hoc, & filius hominis qui ap-*
prehenderit iſtud. & qui cuſtodit ſabbathum ne polluat
illud, quiq́; cuſtodit manum ſuam ne faciat vllum ma-
lum.

3 *Et ne dicat filius alienigenæ, qui adhæret Iehouæ, di-*
cendo, Separando ſeparabit me Iehouah à populo ſuo: nec
dicat eunuchus, Ecce ſum arbor arida.

4 *Quia ſic dixit Iehouah eunuchis, Qui ſeruauerint*
Sabbatha mea, & elegerint quæ volui, apprehenderintq́;
fœdus meum:

5 *Dabo eis in domo mea, & intra muros meos locum, &*
nomen melius quam filiis & filiabus: nomen ſempiternum
dabo eis quod non peribit.

6 *Filios autem alienigenas qui adhærent Iehouæ vt mi-*
niſtrent ei, diligantq́; nomen Iehouæ, vt ſint ei ſerui:
quemcunque cuſtodientem ſabbathum ne polluat illud, &
tenentes fœdus meum:

7 *Adducam eos ad montem ſanctum meum, & lætifica-*
bo eos in domo orationis meæ: holocauſta eorum & victi-
mæ eorum erunt mihi grata ſuper altari meo: quia do-
mus mea, domus orationis vocabitur omnibus populis.

8 *Ait Dominus Iehouah, qui congregat diſperſos Iſrae-*
lis, Adhuc congregabo ſuper eum congregatos eius.

9 *Omnes beſtiæ agri venite ad deuorandum, omnes quo-*
que beſtiæ ſyluæ.

10 *Speculatores eius cæci, vniuerſi ipſi nihil norunt: vni-*
uerſi ipſi canes muti qui non valent latrare, dormitan-
tes, iacentes, diligentes dormitare.

11 *Canes autem fortes anima non nouerunt ſaturari, &*
ipſi paſtores non norunt intelligere, vniuerſi in viam
ſuam reuerſi ſunt, quiſque ad auaritiam ſuam, in termi-
no ſuo.

12 *Venite inquiunt, accipiamus vinum, & inebriemur ſe-*
char: eritq́; ſicut hæc, dies craſtina, vel maior multo
cum excellentia.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. LVII.

IVstus perit, & non est qui recogitet in corde suo: 1
& viri misericordiæ colliguntur, quia non est qui
intelligat, à facie enim malitiæ collectus est iustus.

Veniat pax, requiescat in cubili suo qui ambula- 2
uit in directione sua.

Vos autem accedite huc filij auguratricis: semen 3
adulteri, & fornicariæ.

Super quem lusistis? super quem dilatastis os, & 4
eiecistis linguam? numquid non vos filij scelesti, se-
men mendax?

Qui consolamini in diis subter omne lignum 5
frondosum, immolantes paruulos in torrentibus,
subter eminentes petras?

In partibus torrentis pars tua, hæc est sors tua: & 6
ipsis effudisti libamen, obtulisti sacrificium. num-
quid super his non indignabor?

Super montem excelsum & sublimem posuisti 7
cubile tuum, & illuc ascendisti vt immolares ho-
stias.

Et post ostium, & retro postem posuisti memoria- 8
le tuum: quia iuxta me discooperuisti, & suscepisti
adulterum: dilatasti cubile tuum, & pepigisti
cum eis fœdus: dilexisti stratum eorum manu aper-
ta.

Et ornasti te regio vnguento, & multiplicasti pig- 9
menta tua. Misisti legatos tuos procul, & humiliata
es vsque ad inferos.

In multitudine viæ tuæ laborasti: non dixisti: 10
Quiescam: viam manus tuæ inuenisti, propterea
non rogasti.

Pro quo solicita timuisti, quia mentita es, & mei 11
non es recordata, neque cogitasti in corde tuo? quia
ego tacens, & quasi non videns, & mei oblita es.

Ego annunciabo iustitiam tuam, & opera tua 12
non proderunt tibi.

Cum clamaueris, liberent te congregati tui, & 13
omnes eos auferet ventus, tollet aura: Qui autem fi-
duciam habet mei, hæreditabit terram, & possi de-
bit montem sanctum meum.

* Inf. 62, 10. Et dicam: * Viam facite, præbete iter, declinate 14
de semita, auferte offendicula de via populi mei.

Quia hæc dicit Excelsus, & sublimis habitans 15
æternitatem: & sanctum nomen eius in excelso & in
sancto habitans, & cum contrito & humili spiritu:
vt viuificet spiritum humilium, & viuificet cor
contritorum.

Non enim in sempiternum litigabo, neque vsque 16
ad finem irascar: quia spiritus à facie mea egredie-
tur, & flatus ego faciam.

Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus sum, & 17
percussi eum: abscondi à te faciem meam, & indi-
gnatus sum: & abiit vagus in via cordis sui.

Vias eius vidi, vidi, & sanaui eum, & reduxi eum, 18
& reddidi consolationes ipsi, & lugentibus eius.

Creaui fructum labiorum pacem, pacem ei, qui 19
longe est, & qui prope, dixit Dominus, & sanaui
eum.

Impij autem quasi mare feruens, quod quiescere 20
non potest, & redundant fluctus eius in conculca-
tionem & lutum.

Sup. 48, 22. Non est pax impiis, dicit Dominus Deus. 21

CAP.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. LVII.

IVstus perijt, & non est quisquam qui ponat super cor,
& viri misericordes congregantur ad populum suum,
& non est qui intelligat: quia propter malum mundo
venturum congregatur iustus ad patres suos.

Ingredietur in pace, requiescent in cubilibus suis, qui
ambulauerit coram Deo.

Vos autem accedite huc filij auguratricis, semen adul-
teri, & mater vestra fornicata est.

Quo oblectati estis, contra quem dilatastis os, prolon-
gastis linguam? Nonne estis filij præuaricatores, semen
mendax?

Euntes cum dijs sub omni ligno viridi, immolantes
paruulos in torrentibus, subter eminentes petras.

In lenibus petris torrentis pars tua: ipsi sunt sors tua,
etiam ipsis effudisti libamen, obtulisti sacrificium: nunquid
super his consolationem accipiam?

Super montem excelsum & eleuatum posuisti cubile
tuum, etiam illuc ascendisti ad immolandum victimam.

Et post ostium, & postem posuisti suffitum tuum, quia à
me prohibita discooperuisti teipsam, & ascendisti excelsa,
dilatasti cubile tuum, & pepigisti pactum cum eis, dile-
xisti cubile eorum, in loco quem vidisti.

Et munera detulisti regi cum oleo, & multiplicasti pig-
menta tua, & misisti legatos tuos procul, & humiliasti
teipsam vsque ad inferos.

In multitudine viæ tuæ laborasti, nec dixisti, despera-
tum est: Requiem virium tuarum inuenisti, propterea
non ægrotasti.

Et quem formidasti & timuisti, quia mentita es, &
mei non es recordata, nec posuisti super cor tuum? Nonne
ego taceo, & à seculo, & me non timuisti?

Ego annunciabo iustitiam tuam, & opera tua non pro-
derunt tibi.

Cum clamaueris liberent te populi congregati à te, &
omnes eos tollet ventus, tollet vanitas. Qui autem sperat
in me hæreditate capiet terram, & possidebit montem san-
ctum meum.

Dicetque: Eleuate, eleuate viam, mundate viam, tollite
offendiculum de via populi mei.

Quia sic dixit Excelsus, & sublimis habitans in secu-
lum, & sanctum est nomen eius cum excelso, & sancto
habitabo, & cum contrito, & humili spiritu, vt viuifi-
cem spiritum humilium, & viuificem cor contritorum.

Non enim in sempiternum litigabo, nec in seculum ira-
scar: quia spiritus qui est à facie mea induet corpus, &
animas ego feci.

Propter iniquitates auaritiæ eius iratus sum, & per-
cussi eum abscondendo faciem meam, & iratus sum, &
abijt rebellis per viam cordis sui.

Vias eius vidi, & sanaui eum, & requiescere feci eum,
& reddidi consolationes ei, & lugentibus eius.

Creans sermonem labiorum, pacem, pacem longinquo,
& propinquo dixit Dominus: & sanaui eum.

Impij autem sunt veluti mare impulsum: nam quiesce-
re non potest, & impellunt se aquæ eius cœno, & luto.

Non est pax dixit Deus impijs.

CAP.

Transl. ex Septuag.

CAP. LVII.

VIdete quomodo iustus periit: & nemo suscipit corde: & viri iusti tolluntur: & nemo considerat. A facie enim iniquitatis oblatus est iustus:

Erit in pace sepultura eius: ablatus est de medio.

Vos autem accedite huc filij iniqui, semen adulterorum, & meretricis.

In quo oblectati estis? & super quem aperuistis os vestrum? & super quem eiecistis linguam vestram? Nonne vos estis filij perditionis, semen iniquum,

Qui vocatis idola subter frondosas arbores, immolantes filios vestros in vallibus in medio petrarum?

Illa est pars tua: hæc est sors tua: & illis effudisti libamina, & his obtulisti hostias. Super eis ergo non irascar.

Super montem excelsum, & sublimem; illic cubile tuum: & illuc ascendere fecisti hostias tuas:

Et post ostij tui postes posuisti memorialia tua. Putabas, quoniam si recessisses à me, plus aliquid haberes: dilexisti dormientes tecum.

Et multiplicasti fornicationem tuam cum eis: multosque fecisti eos, qui procul à te, & misisti legatos vltra terminos tuos: & humiliata es vsque ad inferos.

Multis itineribus tuis laborasti, & non dixisti, desinam: confortata, quia fecisti hæc: propterea non rogasti me.

Quem timens perterrita es? & mentita es mihi, nec recordata es mei, neque sumpsisti me in mentem, neque in cor tuum? Et ego te videns despicio: & me non timuisti.

Et ego annunciabo iustitiam tuam, & mala tua, quæ non prodrunt tibi:

Cum clamaueris; eruant te in tribulatione tua. Istos enim omnes tollet ventus, & auferet tempestas. Qui autem innituntur mihi; possidebunt terram, & hæreditate consequentur montem sanctum meum:

Et dicent: Mundas facite à facie eius vias, & auferte offendicula de via populi mei.

Hæc dicit excelsus, in excelsis habitans in æternum, sanctus in sanctis, nomen illi: excelsus in sanctis requiescens, & pusillanimis dans patientiam, & dans vitam his, qui corde contriti sunt.

Non in æternum vlciscar in vos: neq; semper irascar vobis. Spiritus enim à me egredietur: & flatum omnem ego feci.

Propter peccatum ad modicum quid contristaui eum, & percussi eum, & auerti faciem meam ab eo: & contristatus est, & ambulauit tristis in viis suis.

Vias eius vidi: & sanaui eum, & consolatus sum illum, & dedi ei consolationem veram,

Pacem super pacem his, qui longe, & qui prope sunt. Et dixit Dominus: Sanabo eos:

Qui autem iniqui sunt; fluctuabunt, & quiescere non poterunt.

Non est gaudium impiis, dixit Deus.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAP. LVII.

1 *IVstus perit, & non est quisquam qui ponat super cor: & viri misericordes congregantur ad populum suum, nec est qui intelligat quod propter malum venturum congregatur iustus ille.*

2 *Ingredietur in pace, requiescent in cubilibus suis, qui ambulauerit coram eo.*

3 *Vos autem accedite huc filij auguratricis, semen adulteri, & quorum mater fornicata est.*

4 *Super quo oblectati estis, contra quem dilatastis os, protraxistis linguam? annon estis filij præuaricatores, semen mendax?*

5 *Incalescentes cum dijs sub omni ligno viridi, immolantes paruulos in torrentibus subter eminentes petras.*

6 *In lenibus petris torrentis est pars tua, ipsi sunt sors tua: etiam ip[illegible]fudisti libamen, obtulisti sacrificium: nunquid super his consolationem accipiam.*

7 *Super montem excelsum & eleuatum posuisti cubile tuum: illuc etiam ascendisti ad immolandum victimam:*

8 *Et post ostium & postem posuisti suffitum tuum: quia à me discedens discooperuisti turpitudinem tuam, & ascendisti excelsa, dilatasti cubile tuum, & pepigisti pactum cum eis, dilexisti cubile eorum, in omni loco quem vidisti.*

9 *Munera quoque detulisti Regi cum oleo, & multiplicasti pigmenta tua misistiq́; legatos tuos procul, & deiecisti teipsam vsque ad inferos.*

10 *Multitudine viarum tuarum fatigasti te, nec dixisti, Desperatum est: vitam manus tuæ inuenisti, propterea non ægrotasti.*

11 *Et quem formidasti & timuisti, quod mentita es mihi, nec mei es recordata, neque posuisti super cor tuum? nonne quia ego tacui, & quidem à sæculo, ideo me non timuisti?*

12 *Ego annuntiabo iustitiam tuam, & opera tua quæ non proderunt tibi.*

13 *Quum clamaueris, liberent te milites congregati à te atque eos omnes tollet ventus, tollet vanitas: qui autem sperat in me, hæreditate capiet terram, & possidebit montem sanctum meum.*

14 *Dicetq́; Eleuate, eleuate, mundate viam: tollite offendiculum de via populi mei.*

15 *Quia sic dixit Excelsus & sublimis, habitans in sæculum, & cuius nomen est Sanctus: excelsum locum & sanctum habito, & cum contrito & humili spiritu, vt viuificem spiritum humilium, & vt viuificem cor contritorum.*

16 *Non enim in sempiternum litigabo, nec in sæculum irascar: quia spiritus qui est à facie mea induit corpus, & animas ego feci.*

17 *Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus sum, & percussi eum abscondendo faciem meam, & indignatus sum: & abijt rebellis per viam cordis sui.*

18 *Vias eius vidi, & sanabo eum: deducamq́; eum, & reddam consolationes ei, & lugentibus eius.*

19 *Creo fructum labiorum, pacem, pacem longinquo & propinquo dixit Iehouah, & sano eum.*

20 *Impij autem sunt veluti mare impulsum: nam quiescere non potest, propelluntq́; aquæ eius cœnum & lutum.*

21 *Non est pax (dixit Deus meus) impijs.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. LVIII.

1 Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.

2 Me etenim de die in diem quærunt, & scire vias meas volunt: quasi gens, quæ iustitiam fecerit, & iudicium Dei sui non dereliquerit: rogant me iudicia iustitiæ: appropinquare Deo volunt.

3 Quare ieiunauimus, & non aspexisti: humiliauimus animas nostras, & nescisti? Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis.

4 Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem, vt audiatur in excelso clamor vester.

Zac. 7. 3

5 Numquid tale est ieiunium, quod elegi, per diem affligere hominem animam suam? numquid contorquere quasi circulum caput suum, & saccum & cinerem sternere? numquid istud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem Domino?

6 Nonne hoc est magis ieiunium, quod elegi? dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos, qui confracti sunt, liberos, & omne onus dirumpe.

Ezec. 18. 16. Mat. 25. 35.

7 Frange esurienti panem tuum, & egenos, vagosque induc in domum tuam: cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris.

8 Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria Domini colliget te.

9 Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet: Ecce adsum. Si abstuleris de medio tui catenam, & desieris extendere digitum, & loqui quod non prodest.

10 Cum effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies.

11 Et requiem tibi dabit Dominus semper, & implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit, & erit quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ.

Inf. 61. 4.

12 Et ædificabuntur in te deserta sæculorum: fundamenta generationis & generationis suscitabis: & vocaberis ædificator sepium, auertens semitas in quietem.

13 Si auerteris à sabbato pedem tuum, facere voluntatem tuam in die sancto meo, & vocaueris sabbatum delicatum, & sanctum Domini gloriosum, & glorificaueris eum dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua, vt loquaris sermonem:

14 Tunc delectaberis super Domino, & sustollam te super altitudines terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui: os enim Domini locutum est.

CAP. LIX.

Nu. 11. 23. Sup. 50. 2.

1 Ecce non est abbreuiata manus Domini vt saluare nequeat, neque aggrauata est auris eius vt non exaudiat:

2 Sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis ne exaudiret.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. LVIII.

1 *Clama in gutture, ne prohibeas* clamorem, *tanquam tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo preuaricationem eorum, & domui Iahacob peccatum eorum.*

2 *Et me per singulos dies quærent, & scire vias meas volent, veluti gens, quæ iustitiam fecerit, & iudicium Dei sui non dereliquerit: interrogabunt me iudicia iustitiæ, appropinquationem Dei volent.*

3 *Vt quid inquiunt ieiunauimus, & non vidisti: afflictimus animas nostras, & nescisti? Ecce in die ieiunij vestri inuenietis quod vultis, & omnes substantias vestras repetitis.*

4 *Ecce ad lites, & contentionem ieiunatis, & ad percutiendum pugno impie, non ieiunetis sicut die hac, vt audire faciatis in excelso vocem vestram.*

5 *Nunquid tale est ieiunium quod elegi per diem, vt affligat homo animam suam? nunquid vt curuet sicut iuncum caput suum, & saccum, & cinerem sternat? nunquid istud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem Domino?*

6 *Nonne hoc est ieiunium quod elegi? Vt soluas colligationes impietatis, soluas fasciculos, iugum, & dimittatis confractos liberos, & omne iugum disrumpatis?*

7 *Nonne vt frangas esurienti panem tuum, & pauperes vagos introducas in domum? Cum videris nudum, operi eum, & à carne tua non abscondas te.*

8 *Tunc erumpet veluti aurora lumen tuum, & sanitas tua cito germinabit, & ibit coram te iustitia tua: gloria Domini colliget te.*

9 *Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet: Ecce adsum. Si remoueris de medio tui iugum, vt non mittas digitum* in rem alienam, *nec loquaris iniquitatem.*

10 *Et si protuleris famelico bonum animum tuum, & animam afflictam saturaueris, orietur in tenebris lux tua, & caligo tua erit sicut meridies.*

11 *Et ducet te Dominus semper, & saturari faciet in siccitatibus animam tuam, & ossa tua impinguabit, & eris veluti hortus irriguus, & sicut exitus aquarum cuius non deficiunt aquæ.*

12 *Et ædificabunt ex te deserta longi temporis, fundamenta generationis & generationis stare facies: & vocaberis sepium fracturam, reuerti faciens semitas ad habitandum.*

13 *Si redire feceris à sabbato pedes tuos, vt non facias voluntates tuas in die sancto meo, & vocaueris sabbatum delitias; sanctum Domini gloriosum, & glorificaueris eum, vt non facias vias tuas, vt non inueniatur voluntas tua, neque loquaris verbum secundum voluntatem tuam.*

14 *Tunc delectaberis in Domino, & equitare faciam te super excelsa terræ, & comedere faciam te hæreditatem Iahacob patris tui: quia os Domini locutum est.*

CAP. LIX.

1 *Ecce non est abbreuiata manus Domini, vt non seruare possit, nec aggrauauit se auris eius, vt non audiat.*

2 *Sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum vestrum, & peccata vestra abscondere fecerunt faciem à vobis, vt non audiat.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

CAP. LVIII.

1 Clama in fortitudine, & ne parcas: quasi tuba exalta vocem tuam: & annuncia populo meo peccata eorum, & domui Iacob iniquitates eorum.

2 Me de die in diem quærunt, & scire vias meas volunt: quasi gens, quę iustitiam fecerit, & iudicium Dei sui non dereliquerit. Petunt me nunc iudicium iustum: & appropinquare Deo cupiunt, dicentes.

3 Quare ieiunauimus, & non vidisti? humiliauimus animas nostras, & no cognouisti? In diebus enim ieiuniorum vestrorum inuenitis voluntates vestras, & omnes subiectos vobis affligitis.

4 Si ad iudicia, & iurgia ieiunatis, & percutitis pugnis humilem? Vt quid mihi ieiunatis, vt hodie audiatur in clamore vox vestra?

5 Non tale ieiunium elegi, & die humiliare hominem animam suam. Neque, si incuruaueris, quasi circulum collum tuum, & cilicium & cinerem substraueris; nec sic vocabitis ieiunium acceptabile.

6 Non hoc ieiunium elegi, dicit Dominus. Sed solue omnem colligaturam iniquitatis: dissolue obligationes violentorum contractuum: dimitte fractos in remissionem: & omnem scripturam iniquam conscinde:

7 Frange esurienti panem tuum, & pauperes sine tecto induc in domum tuam: si videris nudum, operi: & domesticos seminis tui ne despexeris.

8 Tunc erumpet matutinum lumen tuum, & sanitates tua cito orientur, & præibit in conspectu tuo iustitia tua: & gloria Dei circumdabit te.

9 Tunc clamabis, & Deus exaudiet te: adhuc loquente te dicet: ecce adsum. Si abstuleris à te colligationem, & ordinationem, & verbum murmurationis:

10 Et dederis esurienti panem ex anima tua, & animam humiliatam saturaueris; tunc orietur in tenebris lumen tuum: & tenebræ tuæ erunt sicut meridies:

11 Et erit Deus tuus tecum semper: & impleberis, sicut desiderat anima tua: & ossa tua pinguescent: & erunt sicut hortus ebrius, & sicut fons qui non defecit aqua.

12 Et ædificabuntur tibi deserta à sæculo: & erunt fundamenta tua sempiterna generationum generationibus: & vocaberis ædificator septum: & semitas tuas in medio quiescere facies.

13 Si auerteris pedem tuum à sabbatis; vt non facias voluntates tuas in die sancta; & vocabis Sabbata delicata, sancta Deo. Non tolles pedem tuum ad opus: neque loqueris verbum in ira de ore tuo:

14 Et eris confidens super Dominum. Et eleuabit te super bona terræ, & cibabit te hæreditate Iacob patris tui. Os enim Domini locutum est hæc.

CAP. LIX.

1 Nunquid non valet manus Domini saluos facere? aut grauauit aurem suam, vt non exaudiat?

2 Sed peccata vestra separant inter vos, & Deum: & peccata vestra auertit faciem à vobis, ne misereatur.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAP. LVIII.

1 *Clama gutture, ne prohibeas clamorem, tanquam tuba exalta vocem tuam. & annuntia populo meo præuaricationem suam, & domus Iaacob peccatum suum.*

2 *Me tamen per singulos dies quærunt: & scire vias meas volunt, veluti gens quæ iustitiam fecerit, & iudicium Dei sui non dereliquerit: interrogant me iudicia iustitiæ, appropinquationem Dei volunt.*

3 *Et quid inquiunt, ieiunauimus, & non aspexisti? afflximus animas nostras, & nescisti? ecce in die ieiunij vestri inuenitis quod vultis, & omnes facultates vestras exigitis.*

4 *Ecce ad litem, & contentionem ieiunatis, & vt percutiatis pugno impie: ne ieiunetis posthac sicut hodie, vt audire faciatis in excelso vocem vestram.*

5 *An tale est ieiunium quod elegi, per diem vt affligat homo animam suam? an vt incuruet sicut iuncus caput suum, & saccum & cinerem sternat? an istud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem Iehouæ?*

6 *Nonne hoc est ieiunium quod elegi, Vt dissoluas colligationes impietatis, soluas fasciculos graues, & dimittas confractos liberos, atque vt omne iugum disrumpatis?*

7 *Nonne vt frangas esurienti panem tuum, & pauperes vagos introducas in domum? quum videris nudum, operias eum, & à carne tua ne abscondas te.*

8 *Tunc erumpet veluti aurora lumen tuum, & sanitas tua cito germinabit, ibitque coram te iustitia tua, gloria Iehouæ colliget te.*

9 *Tunc inuocabis, & Iehouah exaudiet te: clamabis, & dicet, Ecce adsum. si abstuleris è medio tui iugum, desierisque emittere digitum, & loqui iniquitatem.*

10 *Et si protuleris famelico animam tuam, & animam afflictam saturaueris: orietur in tenebris lux tua, & caligo tua erit sicut meridies.*

11 *Deducetque te Iehouah semper, & saturabit in siccitatibus animam tuam, ossaque tua impinguabit: & eris veluti hortus irriguus, ac velut scaturigo aquarum, cuius aquæ non deficiunt.*

12 *Et erunt ex te qui ædificabunt deserta longi temporis, fundamenta generationis & generationis stare facies: vocaberisque Sepiens rupturam, reductor semitarum ad habitandum.*

13 *Si reuerti feceris à sabbatho pedem tuum, vt non facias voluntatem tuam in die sancto meo, & vocaueris sabbathum delitias; sanctum Iehouæ, gloriosum, & honore affeceris illud vt non facias vias tuas, neque inuenias voluntatem tuam, neque loquaris verbum:*

14 *Tunc delectaberis in Iehoua, & equitare faciam te super excelsa terræ, & comedere faciam te hæreditatem Iaacob patris tui: quia os Iehouæ loquutum est.*

CAP. LIX.

1 *Ecce non est abbreuiata manus Iehouæ, vt saluare non possit, nec aggrauata est auris eius vt non exaudiat.*

2 *Sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra abscondere fecerunt faciem à vobis ne exaudiat.*

Vulgat. Editio.

Sup. 1. 15. Manus enim vestræ pollutæ sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate: labia vestra locuta sunt mendacium, & lingua vestra iniquitatem fatur.

Non est qui inuocet iustitiam, neque est qui iudicet vere: sed confidunt in nihilo, & loquuntur vanitates: * conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem. (* Iob 15. 35.)

Oua aspidum ruperunt, & telas araneæ texuerunt: qui comederit de ouis eorum, morietur: & quod confotum est, erumpet in regulum.

Telæ eorum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis: opera eorum opera inutilia, & opus iniquitatibus in manibus eorum.

Pro. 1. 16. Ro. 3. 15. Pedes eorum ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem innocentem: cogitationes eorum cogitationes inutiles: vastitas & contritio in viis eorum.

Viam pacis nescierunt, & non est iudicium in gressibus eorum. semitæ eorum incuruatæ sunt eis: omnis qui calcat in eis, ignorat pacem.

Propter hoc elongatum est iudicium à nobis, & non apprehendet nos iustitia: expectauimus lucem, & ecce tenebræ: splendorem, & in tenebris ambulauimus.

Palpauimus sicut cæci parietem, & quasi absque oculis attrectauimus: impegimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui.

Rugiemus quasi vrsi omnes, & quasi columbæ meditantes gememus: expectauimus iudicium, & non est: salutem, & elongata est à nobis.

Multiplicatæ sunt enim iniquitates nostræ coram te, & peccata nostra responderunt nobis. quia scelera nostra nobiscum, & iniquitates nostras cognouimus,

Peccare, & mentiri contra Dominum: & auersi sumus ne iremus post tergum Dei nostri, vt loqueremur calumniam, & transgressionem: concepimus, & locuti sumus de corde verba mendacij.

Et conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia longe stetit: quia corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi.

Et facta est veritas in obliuionem: & qui recessit à malo prædæ patuit: & vidit Dominus, & malum apparuit in oculis eius, quia non est iudicium.

Et vidit quia non est vir: & aporiatus est, quia non est qui occurrat: & saluauit sibi brachium suum, & iustitia eius ipsa confirmauit eum.

Eph. 6. 17. 1. Thes. 5. 8. Indutus est iustitia vt lorica, & galea salutis in capite eius: indutus est vestimentis vltionis, & opertus est quasi pallio zeli.

Sicut ad vindictam, quasi ad retributionem indignationis hostibus suis, & vicissitudinem inimicis suis: insulis vicem reddet.

Et timebunt qui ab Occidente, nomen Domini: & qui ab Ortu solis, gloriam eius: cum venerit quasi fluuius violentus, quem spiritus Domini cogit:

Ro. 11. 26. Et venerit Sion redemptor, & eis, qui redeunt ab iniquitate in Iacob, dicit Dominus:

Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus: Spiritus meus, qui est in te, & verba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui, dicit Dominus, amodo & vsque in sempiternum.

CAP. LX.

Svrge illuminare Ierusalem: quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est.

Quia

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

3 *Manus enim vestræ pollutæ sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate, labia vestra locuta sunt mendacium, lingua vestra iniquitatem fatur.*

4 *Non est qui inuocet iustitiam, neque est iudex in veritate, confidendo super nihili, & loquendo vanitatem, concipiendo peruersitatem, & pariendo iniquitatem.*

5 *Oua aspidis ruperunt, & telas araneæ texuerunt: qui comederit de ouis eorum moritur: & quod fractum est, erumpet in regulum.*

6 *Telæ eorum non erunt pro vestimento, nec tegentur operibus suis: opera eorum opera iniquitatis, & opus iniquitatis in manibus eorum.*

7 *Pedes eorum ad malum current & festinabunt, vt effundant sanguinem innocentem: cogitationes eorum cogitationes iniquæ, vastitas, & contritio in vijs eorum.*

8 *Viam pacis non cognouerunt, & non est iudicium vijs eorum: semitæ eorum incuruatæ sunt eis: omnis qui calcat in ea, nesciet pacem.*

9 *Propterea elongauit se iudicium à nobis, & non apprehendit nos iustitia: expectauimus lucem, & ecce tenebræ: splendores, in tenebris ambulauimus.*

10 *Palpauimus sicut cæci parietem, & veluti absque oculis attrectauimus: impegimus meridie, vt in crepusculo, in sepulchris fuimus, sicut mortui.*

11 *Clamauimus sicut vrsi omnes nos, & tanquam columbæ gemendo gemuimus: expectauimus iudicium, & non est, salutem, & elongauit se à nobis.*

12 *Multiplicatæ sunt enim præuaricationes nostræ coram te, & peccata nostra testificata sunt contra nos, quia iniquitates nostræ nobiscum sunt, & iniquitates nostras cognouimus.*

13 *Præuaricari, & mentiri in Dominum, & retrocedere à Deo nostro, loqui calumniam, & peruersitatem, concipere, & loqui de corde verba mendacia.*

14 *Et reuersum est retrorsum iudicium, & iustitia à longe stetit, quia impegit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi.*

15 *Et veritas defecit, & recessit à malo, ac si fuisset direpta: & vidit Dominus, & displicuit in oculis eius, quia non erat iudicium.*

16 *Et vidit quod non esset quispiam, & admiratus est, quia non erat qui oraret, & seruauit sibi brachium eius, & iustitiam eius ipsa confirmauit eum.*

17 *Et induit se iustitiam, sicut loricam, & galeam salutis in capite eius: & induit se vestimenta vltionis vestem, & induit se sicut pallium zelum.*

18 *Sicut vir zelat retributiones, sicut zelat vt reddat iram hostibus suis, retributionem inimicis suis, insularibus retributionem reddet.*

19 *Et timebunt ab Occidente nomen Domini: & ab Ortu solis gloriam eius, cum venerit veluti fluuius hostis, spiritus Domini fugabit eum:*

20 *Et veniet ad Sion redemptor, & redeuntibus ab iniquitate in Iahacob dixit Dominus.*

21 *Et hoc pactum meum, quod ego pangam cum eis dixit Dominus: Spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui, dixit Dominus ex hoc tempore & vsque in sæculum.*

CAP. LX.

1 *Svrge illuminare, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est.*

Quia

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

3 Manus enim vestræ inquinatæ sunt sanguine, & digiti vestri in peccatis: labia autem vestra loquuta sunt iniquitatem: & lingua vestra iniustitiam meditatur.

4 Nemo loquitur iusta neque est iudicium verum. Fidunt in vanis, & loquuntur inania: quia parturiunt dolorem,& pariunt iniquitatem.

5 Oua aspidum fregerunt, & telam araneæ texunt: Et,qui de ouis eorum comedere voluerit, frangens putridum,reperit etiam in eo regulum.

6 Tela eorum non erit in vestimentum, neque operientur de operibus suis. Opera enim eorum, opera iniquitatis:

7 Et pedes eorum ad malitiam currunt, veloces ad effundendum sanguinem:&cogitationes eorum cogitationes de homicidiis. Contritio, & miseria in viis eorum.

8 Et viam pacis non cognouerunt: & non est iudicium in viis eorum. Semitæ enim eorum peruersæ, quas transeunt:& nesciunt pacem.

9 Propterea recessit iudicium ab eis: & non apprehendet eos iustitia. Cum expectarent lucem; factæ sunt eis tenebræ: præstolantes splendorem,in obscuritate ambularunt:

10 Palpabunt sicut cæci parietem, & quasi non habentes oculos attrectabunt: & cadent in meridie, quasi in nocte media:quasi morientes gement:

11 Quasi vrsus, & quasi columba, pariter ambulabunt. Expectauimus iudicium, & non est:salus longe recessit à nobis.

12 Multa enim est iniquitas nostra in conspectu tuo: & peccata nostra restiterunt nobis. Iniquitates enim nostræ in nobis sunt: & iniustitias nostras cognouimus,

13 Impie egimus, & mentiti sumus, & recessimus à Deo nostro: loquuti sumus iniqua, & inobedientes fuimus. Parturiuimus, & meditati sumus de cordibus nostris verba iniqua:

14 Et recessimus à iudicio. Et iustitia longe stetit: quia consumpta est in viis eorum veritas: & per rectum iter transire non poterant.

15 Et veritas sublata est: & transtulerunt mentem ab intelligendo. Et vidit Dominus, & non placuit ei: quoniam non erat iudicium.

16 Et vidit & non erat vir: & considerauit; & non erat qui defenderet. Et vltus est eos brachio suo, & misericordia sustinuit.

17 Et indutus est iustitiam,quasi loricam: & posuit galeam in capite:& circundatus est vestimento vindictæ, & pallio suo,

18 Quasi retributurus retributionem opprobrium aduersariis:

19 Et timebunt qui ab Occidente, nomen Domini; & qui ab ortu Solis, nomen inclytum. Veniet enim quasi fluuius violentus, ira à Domino: veniet cum furore.

20 •Et veniet propter Sion qui liberat: & auertet impietates à Iacob.

21 Et hoc erit eis à me testamentum,dixit Dominus. Spiritus meus, qui est in te, & verba, quæ dedi in ore tuo, non deficient de ore tuo, & ex ore seminis tui:ait enim Dominus ex nunc,& in æternum.

C A P. L X.

1 ILluminare, illuminare Hierusalem; venit enim lumen tuum:& gloria Domini super te orta est.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

3 *Manus enim vestra pollute sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate, labia vestra protulerunt mendacium, lingua vestra iniquitatem loquitur.*

4 *Non est qui clamet pro iustitia, neque est qui iudicet pro veritate, confidunt rebus nihili, & loquuntur vanitatem: concipiunt peruersitatem, & pariunt iniquitatem.*

5 *Oua aspidis rumpunt, & telas aranea texunt: qui comederit de ouis eorum morietur: & quod fractum est, erumpet in regulum.*

6 *Tele eorum non erunt pro vestimento, nec tegentur operibus suis: opera eorum, opera iniquitatis, & opus iniquitatis est in manibus eorum.*

7 *Pedes eorum ad malum currunt & festinant vt effundant sanguinem innocentem: cogitationes eorum cogitationes iniqua, vastitas, & contritio in vijs eorum.*

8 *Viam pacis non nouerunt, nec est iudicium in vijs eorum: semitas suas peruerterunt sibi: quisquis graditur per eas nesciet pacem.*

9 *Propterea elongauit sese iudicium à nobis, & non apprehendit nos iustitia: expectauimus lucem, & ecce tenebra: splendores, & ecce in tenebris ambulauimus.*

10 *Palpauimus sicut caci parietem, & veluti ij qui absq; oculis sunt, attrectauimus: impegimus in meridie, vt in crepusculo, in sepulchris sicut mortui.*

11 *Vociferati sumus velut vrsi omnes nos, & tanquam columbe gemendo gemuimus: expectauimus iudicium, & non est: salutem, & elongauit se à nobis.*

12 *Multiplicata sunt enim preuaricationes nostra coram te, & peccata nostra testificata sunt contra nos: quia iniquitates nostra nobiscum sunt, & iniquitates nostras agnouimus.*

13 *Preuaricati sumus, & mentiti sumus in Iehouam, & retrocessimus à Deo nostro: loquuti sumus calumniam & peruersitatem, concepimus, ac loquuti sumus de corde verba mendacia.*

14 *Propterea retrocessit à nobis iudicium, & iustitia à longe: quia impegit in platea veritas, & aequitas non potuit ingredi.*

15 *Veritas inquam defecit, & qui recessit à malo, prade fuit expositus: & vidit Iehouah, & displicuit in oculis eius quod non esset iudicium.*

16 *Vidit preterea quod non esset vir, & admiratus est, quod non esset qui intercederet: itaque salutem fecit ipsi brachium eius, & iustitia eius ipsa confirmauit eum.*

17 *Et induit se iustitia, vt lorica, & galea salutis in capite eius: induitq; sese vestimento vltionis tanquam veste, & amicuit se tanquam pallio, zelo.*

18 *Quasi propter retributiones, quasi ad reddendam vindictam hostibus suis, retributionem inimicis suis, insularibus retributionem reddet.*

19 *Et timebunt ab Occidente nomen Iehoue, & ab Ortu solis gloriam eius quum venerit sicut fluuius hostis, Spiritus Iehoue fugabit eum.*

20 *Venietq; ad Sion redemptor & redeuntibus ab iniquitate in Iaacob dixit Iehouah.*

21 *Hoc autem pactum meum quod ego pangam cum eis, dixit Iehouah, Spiritus meus qui est super te, & verba mea que posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui, dixit Iehouah, ex hoc tempore & vsque in seculum.*

C A P. L X.

1 *SVrge, illuminare: quia venit lumen tuum, & gloria Iehoue super te orta est.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo po-
pulos: super te autem orietur dominus, & gloria
eius in te videbitur.
Et ambulabunt Gentes in lumine tuo, & reges in
splendore ortus tui.
Sup.49 28. Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti
congregati sunt, venerunt tibi: filij tui de longe ve-
nient, & filiæ tuæ de latere surgent.
Tunc videbis, & afflues, & mirabitur & dilatabi-
tur cor tuum quando conuersa fuerit ad te multi-
tudo maris, fortitudo Gentium venerit tibi:

Inundatio camelorum operiet te, dromedarij Ma-
dian & Epha: omnes de Saba venient, aurum & thus
deferentes, & laudem Domino annunciantes.

Omne pecus Cedar congregabitur tibi, arietes Na-
baioth ministrabunt tibi: offerentur super placabili
altari meo, & domum maiestatis meæ glorificabo.

Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi colum-
bæ ad fenestras suas?
Me enim insulæ expectant, & naues maris in prin-
cipio, vt adducam filios tuos de longe: argentum eo-
rum, & aurum eorum cum eis nomini Domini Dei
tui, & Sancto Israel, quia glorificauit te.
Et ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, &
reges eorum ministrabunt tibi: in indignatione
enim mea percussi te: & in reconciliatione mea mi-
sertus sum tui.
Apo.21 25. Et aperientur portæ tuæ iugiter: die ac nocte non
claudentur, vt afferatur ad te fortitudo Gentium, &
reges earum adducantur.
Gens enim & regnum, quod non seruierit tibi,
peribit; & Gentes solitudine vastabuntur.
Gloria Libani ad te veniet, abies & buxus, & pi-
nus simul ad ornandum locum sanctificationis
meæ, & locum pedum meorum glorificabo.
Et venient ad te curui filij eorum, qui humiliaue-
runt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum om-
nes, qui detrahebant tibi, & vocabunt te Ciuitatem
Domini Sion Sancti Israel.
Pro eo quod fuisti derelicta, & odio habita, & non
erat qui per te transiret, ponam te in superbiam sæ-
culorum, gaudium in generationem: & generatio-
nem:
Et suges lac Gentium & mamilla regum lactabe-
ris: & scies quia ego Dominus saluans te, & redem-
ptor tuus fortis Iacob.
Pro ære afferam aurum, & pro ferro afferam ar-
gentum: & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum: &
ponam visitationem tuam pacem, & præpositos
tuos iustitiam.
Non audietur vltra iniquitas in terra tua, vastitas
& contritio in terminis tuis, & occupabit salus mu-
ros tuos, & portas tuas laudatio.

Apo.21 23. & 22.5. Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem,
nec splendor lunæ illuminabit te: sed erit tibi Do-
minus in lucem sempiternam, & Deus tuus in glo-
riam tuam.
Non occidet vltra sol tuus, & luna tua non mi-
nuetur: quia erit tibi Dominus in lucem sempiter-
nam, & complebuntur dies luctus tui.
Populus autem tuus omnes iusti, in perpetuum
hæreditabunt terram, germen plantationis meæ,
opus manus meæ ad glorificandum.
Minimus erit in mille, & paruulus in gentem
fortissimam: ego Dominus in tempore eius subito
faciam istud.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

2 *Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos:
super te autem orietur Dominus, & gloria eius super te
videbitur.*
3 *Et ambulabunt Gentes in lumine tuo, & reges in splen-
dore ortus tui.*
4 *Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes ipsi con-
gregauerunt se, venerunt tibi: filij tui de longe venient, &
filiæ tuæ iuxta latus nutrientur.*
5 *Tunc videbis, & illuminaberis, & timebit, & dilata-
bitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo
maris, fortitudo Gentium venerint tibi.*

6 *Multitudo camelorum operiet te, pupilli camelorum
Midian, & Ephah: omnes ipsi de Seba venient, aurum, &
thus deferent, & laudes Domini annunciabunt.*

7 *Omnia pecora Chedar congregabunt se tibi, & arietes
Nebaioth ministrabunt tibi: ascendent super bene gratum
altare meum, & domum gloriæ meæ glorificabo.*

8 *Quæ sunt congregationes istæ, quæ vt nubes volabunt,
& sicut columbæ ad fenestras suas?*
9 *Me enim insulares expectabunt, & sicut naues Tharsis
in principio, vt adducant filios tuos de longinquo: argen-
tum eorum, & aurum eorum cum eis, nomini Domini
Dei tui, & Sancto Israel, quia glorificauit te.*
10 *Et ædificabunt filia alienigenæ muros tuos, & reges eo-
rum ministrabunt tibi: in ira enim mea percussi te, &
voluntate mea misertus sum tui.*

11 *Et aperientur portæ tuæ iugiter: die ac nocte non clau-
dentur, vt afferat ad te fortitudinem gentium, & reges
eorum ducantur.*
12 *Nam Gens & regnum quæ non seruierint tibi, peribunt,
& gentes vastando vastabuntur.*
13 *Gloria Lebanon ad te veniet, abies, & buxus, & pinus
simul ad glorificandum locum sanctuarij mei, & locum
pedum meorum glorificabo.*
14 *Et pergent ad te curuando se filij affligentium te, &
incuruabunt se super plantas pedum tuorum: omnes qui
spernebant te, vocabunt te ciuitatem Domini Syon sancti
Israel.*
15 *Pro eo quod fuisti derelicta, & exosa, & non erat qui
transiret, ponam te in gloriam perpetuam, gaudium gene-
rationis, & generationis.*

16 *Et suges lac Gentium, & mamilla regum lactaberis, &
scies quod sum Dominus qui seruo te, & redemptor tuus
fortis Iahacob.*
17 *Pro ære afferam aurum, & pro ferro afferam argen-
tum, & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum, & ponam
pro præfectis tuis, qui capiunt à te tributa, pacem, & pro
exactoribus tuis, iustitiam.*
18 *Et non audietur vltra rapina in terra tua, vastitas, &
contritio in terminis tuis, & vocabis salutem muros tuos,
& portas tuas laudem.*

19 *Non erit tibi amplius sol in lucem per diem, & splen-
dor lunæ non illuminabit te, sed erit tibi Dominus in lu-
cem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam.*

20 *Non occidet vltra sol tuus, & luna tua non deficiet,
quia Dominus erit tibi in lucem sempiternam, & fi-
nientur dies luctus tui.*
21 *Populus autem tuus omnes erunt iusti, in sæculum hæ-
reditate accipient terram, virgultum plantationis meæ
opus manuum mearum vt glorificer.*
22 *Parua familia erit in mille, & parua familia erit in
gentem fortem: Ego Dominus in tempore suo accelerare
faciam illud.*

CAP. CAP.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

2 Ecce tenebræ operient terram, & caligo super gentes. Super te autem apparebit Dominus: & gloria illius in te videbitur:

3 Et ambulabunt reges in lumine tuo, & gentes in splendore tuo.

4 Leua in circuitu oculos tuos, & vide congregatos filios tuos. Venerunt omnes filij tui de longe, & filiæ tuæ super humeros portabuntur.

5 Tunc videbis, & timebis, & stupebis corde: quoniam transferentur in te diuitiæ maris, & gentium, & populorum.

6 Et venient tibi greges camelorum; & operient te cameli Madiam, & Gæpha. Omnes de Saba venient ferentes aurum, & thus deferent: & salutare Domini annunciabunt.

7 Et omnes oues Cedar congregabūtur: & arietes Nabaoth venient: & offerentur acceptabilia super altare meum: & domus orationis meæ glorificabitur.

8 Quinam isti, vt nubes volant, & sicut columbæ cum pullis ad me?

9 Me insulæ expectarunt, & naues Tharsis in primis, vt adducant filios tuos de longe, & argentum & aurum eorum cum eis: & propter nomen Domini sanctum: & quia sanctus Israel glorificatus est.

10 Et ædificabunt alienigenæ muros tuos, & reges eorum assistent tibi. Propter iram enim meam percussi te: & propter misericordiam dilexi te.

11 Et aperientur portæ tuæ semper: die, ac nocte non claudentur, vt introducant ad te fortitudinem gentium, & reges earum, qui adducendi sunt.

12 Gentes enim & reges, qui non seruient tibi, peribunt: & gentes solitudine desolabuntur.

13 Et gloria Libani ad te veniet in cyparisso, & pino, & cedro simul, vt glorificetur locus sanctus meus.

14 Et ibunt ad te timentes filij eorum, qui te humiliauerunt, & irritauerunt te: & vocaberis ciuitas Sion Sancti Israel:

15 Pro eo quod fuisti derelicta, & odio habita: & non erat qui auxiliaretur. Et ponam te exultationem æternam, gaudium generationum generationibus.

16 Et suges lac gentium & diuitias regum comedes. Et scies quia ego Dominus, qui saluabo te, & qui eruo te, Deus Israel.

17 Et pro ære afferam tibi aurum, & pro ferro afferam tibi argentum: & pro lignis afferam tibi æs, & pro lapidibus ferrum. Et dabo principes tuos in pace, & episcopos tuos in iustitia:

18 Et non audietur vltra iniquitas in terra tua: neque contritio, neque miseria in finibus tuis: sed vocabuntur salutare muri tui, & portæ tuæ sculptura.

19 Et non erit tibi Sol vltra in lucem diei, neque ortus Lunæ lumen præbebit tibi nocte: sed erit tibi Dominus lux æterna, & Deus gloria tua.

20 Non enim occidet Sol tibi: & Luna tibi non deficiet. Erit enim tibi Dominus lux sempiterna: & complebuntur dies luctus tui.

21 Et populus tuus omnis iustus, semper possidebunt terram, custodiens plantationem, opera manuum suarum in gloriam.

22 Qui paucus est, erit in millia: & qui minimus, in gentem magnam. Ego Dominus in tempore congregabo eos.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

2 *Quia tenebræ operient terram, & caligo populos: super te autem orietur Iehouah, & gloria eius super te videbitur.*

3 *Et ambulabunt Gentes ad lumen tuum, & reges ad splendorem ortus tui.*

4 *Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregauerunt se, venerunt tibi, filij tui de longe venient, & filiæ tuæ ad latus nutrientur.*

5 *Tunc videbis, & illuminaberis, timebisque, & dilatabitur cor tuum, quod conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gentium venerint tibi.*

6 *Multitudo camelorum operiet te, pulli camelorum Midian, & Ephah: omnes ipsi de Seba venient, aurum & thus deferent, & laudes Iehouæ annuntiabunt.*

7 *Omnia pecora Cedar congregabunt sese tibi, & arietes Nebaioth ministrabunt tibi: ascendent cum beneplacito super altare meum, & domum gloriæ meæ glorificabo.*

8 *Qui sunt isti qui vt nubes aduolant, & sicut columbæ ad fenestras suas?*

9 *Me enim insulæ expectabunt, & naues Tharsis vt ab initio, vt adducant filios tuos de longinquo: argentum eorum, & aurum eorum cum eis, nomini Iehouæ Dei tui, & Sancti Israel, quia glorificauit te.*

10 *Et ædificabunt filij alienigenæ muros tuos, & reges eorum ministrabunt tibi: in ira enim mea percussi te, & in beneplacito meo misertus sum tui.*

11 *Et aperientur portæ tuæ iugiter, die ac nocte non claudentur: vt afferant ad te fortitudinem tuam Gentium, & reges earum adducantur.*

12 *Gentes enim & regnum quæ non seruierint tibi, peribunt: Gentes inquam vastando vastabuntur.*

13 *Gloria Lebanon ad te veniet, abies, & buxus, & pinus simul: ad decorandum locum Sanctuarij mei, & locum pedum meorum glorificabo.*

14 *Venient autem ad te curuando se filij affligentium te, & incuruabunt sese super plantas pedum tuorum: omnes qui spernebant te: & vocabunt te ciuitatem Iehouæ, Sijon sancti Israel.*

15 *Pro eo quod fuisti derelicta & exosa, & non erat qui transiret per te, ponam te in gloriam perpetuam, & gaudium generationis & generationis.*

16 *Et suges lac Gentium, & mamillam regum suges, tunc cognosces quod sum Iehouah saluator tuus, & redemptor tuus fortis Iaacob.*

17 *Pro ære afferam aurum, & pro ferro afferam argentum, & pro arboribus æs, & pro lapidibus ferrum: ponamque pro præfectis tuis pacem, & pro exactoribus tuis iustitiam.*

18 *Non audietur vltra rapina in terra tua, vastitas & contritio in terminis tuis, & vocabis salutem muros tuos, & portas tuas laudem.*

19 *Non erit tibi amplius sol in lucem per diem, & splendor lunæ non illuminabit te, sed erit tibi Iehouah in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam.*

20 *Non occidet vltra sol tuus, & luna tua non deficiet, quia Iehouah erit tibi in lucem sempiternam, & finientur dies luctus tui.*

21 *Populus quoque tuus omnes erunt iusti, in seculum hereditate accipient terram eritque virgultum plantationis meæ opus manuum mearum, vt glorificer.*

22 *Parua familia erit in mille, & parua familia erit in gentem fortem: ego Iehouah in tempore suo accelerare faciam illud.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. LXI.

Luc. 4. 18.

1 SPiritus Domini super me, eo quod vnxerit Do-
minus me ad annunciandum mansuetis misit
me, vt mederer contritis corde, & prædicarem ca-
ptiuis indulgentiam, & clausis apertionem:
2 Vt prædicarem annum placabilem Domino, &
*Matt. 5. 5. diem vltionis Deo nostro: ⋆ vt consolarer omnes
lugentes:
3 Vt ponerem lugentibus Sion: & darem eis coro-
nam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium
laudis pro spiritu mœroris: & vocabuntur in ea
fortes iustitiæ, plantatio Domini ad glorificandum.

Sup. 58. 12.

4 Et ædificabunt deserta à sæculo, & ruinas antiquas
erigent, & instaurabunt ciuitates desertas, dissipatas
in generationem & generationem.
5 Et stabunt alieni, & pascent pecora vestra: & filij
peregrinorum agricolæ & vinitores vestri erunt.
6 Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini: Mini-
stri Dei nostri, dicetur vobis: Fortitudinem Gen-
tium comedetis, & in gloria earum superbietis.
7 Pro confusione vestra duplici, & rubore lauda-
bunt partem suam: propter hoc in terra sua dupli-
cia possidebunt, lætitia sempiterna erit eis.
8 Quia ego Dominus diligens iudicium, & odio
habens rapinam in holocausto: & dabo opus eorum
in veritate, & fœdus perpetuum feriam eis.
9 Et scient in Gentibus semen eorum, & germen
eorum in medio populorum: omnes, qui viderint
eos, cognoscent illos, quia isti sunt semen, cui bene-
dixit Dominus.
10 Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima
mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salu-
tis: & indumento iustitiæ circumdedit me, quasi
sponsum decoratum corona, & quasi sponsam or-
natam monilibus suis.
11 Sicut enim terra profert germen suum, & sicut
hortus semen suum germinat, sic Dominus Deus
germinabit iustitiam, & laudem coram vniuersis
Gentibus.

CAP. LXII.

1 PRopter Sion non tacebo, & propter Ierusalem
non quiescam, donec egrediatur vt splendor iu-
stus eius, & saluator eius vt lampas accendatur.
2 Et videbunt Gentes iustum tuum, & cuncti reges
inclytum tuum: & vocabitur tibi nomen nouum,
quod os Domini nominabit.
3 Et eris corona gloriæ in manu Domini, & diade-
ma regni in manu Dei tui.
4 Non vocaberis vltra Derelicta: & terra tua non
vocabitur amplius Desolata: sed vocaberis Voluntas
mea in ea, & terra tua Inhabitata; quia compla-
cuit Domino in te: & terra tua inhabitabitur.
5 Habitabit enim iuuenis cum virgine, & habita-
bunt in te filij tui. Et gaudebit sponsus super spon-
sam, gaudebit super te Deus tuus.
6 Super muros tuos Ierusalem constitui custodes,
tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt.
Qui reminiscimini Domini, ne taceatis,
7 Et ne detis silentium ei, donec stabiliat, & donec
ponat Ierusalem laudem in terra.

Iurabit

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. LXI.

*SPiritus Domini Dei super me, eo quod vnxerit Domi-
nus me. Ad annunciandum mansuetis misit me, vt al-
ligarem contritos corde, vt prædicarem captiuis liberta-
tem, & vinctis apertionem carceris.*
*Vt prædicarem annum voluntatis Domino, & diem
vltionis Deo nostro, vt consolarer omnes lugentes.*
*Vt ponerem lugentibus Siion, vt darem eis gloriam pro
cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro spiritu
stricto, & vocabuntur arbores iustitiæ, plantatio Domini
vt glorificer.*
*Et ædificabunt deserta longi temporis, solitudines anti-
quas erig. nt & innouabunt ciuitates solitudinis, deserta
generationis, & generationis.*
*Et stabunt alieni, & pascent pecora vestra, & filii alie-
nigenæ erunt agricolæ vestri, & vinitores vestri.*
*Et vos Sacerdotes Domini vocabimini, ministri Dei
nostri dicetur vobis. Opes gentium comedetis, & in gloria
eorum exaltabimini.*
*Pro pudore vestro dupliti, & ignominia laudabunt par-
tem eorum: Ideo in terra eorum duplicia possidebunt, læ-
titia sempiterna erit eis.*
*Quia ego Dominus diligo iudicium, odio habeo rapi-
nam in holocaustum: & dabo opus eorum in veritate, &
fœdus sempiternum feriam cum eis.*
*Et scietur in Gentibus semen eorum, & filii eorum in
medio populorum: Omnes qui viderint eos, cognoscent eos,
quia ipsi sunt semen, cui benedixit Dominus.*
*Gaudendo gaudebo in Domino, exultabit anima mea in
Deo meo, quia induere me fecit vestimentis salutis, pallio
iustitiæ induere fecit me, tanquam sponsum magnificabit
gloriam, & tanquam sponsam ornabit vasa sua.*
*Quia sicut terra proferet germen suum, & sicut hor-
tus semen suum germinare faciet, sic Dominus Deus ger-
minare faciet iustitiam, & laudem eorum vniuersis
Gentibus.*

CAP. LXII.

*PRopter Siion non tacebo, & propter Ierusalaim non
quiescam, donec egrediatur, vt splendor iustitia eius,
& salus eius, vt lampas accendat se.*
*Et videbunt Gentes iustitiam tuam, & cuncti reges
gloriam tuam: & vocabitur tibi nomen nouum, quod os
Domini declarabit.*
*Et eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema re-
gni in manu Dei tui.*
*Non dicetur tibi vltra Derelicta: & terra tua non di-
cetur amplius desolata: sed vocaberis voluntas mea in
ea, & terra tua Habitata, quia complacuit Dominus in
te: & terra tua erit habitata.*
*Habitabitur enim vt iuuenis cum virgine, inhabita-
bunt te filii tui, & vt est gaudium sponso super sponsam,
sic gaudebit super te Deus tuus.*
*Super muros tuos Ierusalaim constitui custodes, tota
die & tota nocte iugiter non tacebunt. Qui reminisci fa-
citis Domini, ne silentium sit vobis.*
*Ne detis silentium ei donec stabiliat, & donec ponat
Ierusalaim laudem in terra.*

Iurauit

Transl. ex Septuag.

CAP. LXI.

1 SPiritus Domini super me: propter quod vnxit
me: euangelizare pauperibus misit me, sanare
contritos corde, prædicare captiuis remissionem, &
cæcis visum.
2 Vocare annum Domini acceptabilem, & diem re-
tributionis, consolari omnes lugentes,
3 Vt detur lugentibus Sion gloria eis pro cinere, vn-
ctio lætitiæ lugentibus, secundum stolam gloriæ
pro spiritu mœroris. Et vocabuntur generationes
iustitiæ, plantatio Domini in gloriam.
4 Et ædificabunt deserta sempiterna; quæ desolata
fuerant prius, suscitabunt; & innouabunt ciuitates
desertas, desolatas in generationes.
5 Et venient alienigenę pascentes oues tuas, & alia-
rum gentium aratores, & vinitores.
6 Vos autem sacerdotes Domini vocabimini, mi-
nistri Dei: fortitudinem gentium comedetis, & in
diuitiis earum eritis admirabiles.
7 Sic terram secundo possidebunt: & gaudium sem-
piternum erit super caput eorum.
8 Ego enim sum Dominus, qui diligo iustitiam, &
odi rapinas ex iniquitate. Et dabo laborem eorum
iustis: & testamentum æternum disponam eis.
9 Et scietur in gentibus semen eorum, & nepotes
eorum in medio populorum. Omnis, qui viderit
eos, cognoscet illos: quia isti sunt semen benedictum
à Deo:
10 Et lætitia lætabuntur super Dominum. Exultet
anima mea in Domino: induit enim me vestimento
salutis, & tunica lætitiæ: sicut sponso, circumposuit
mihi mitram; & sicut sponsam ornauit me mundo
muliebri:
11 Et sicut terram efferentem florem suum, & sicut
hortus semina sua; sic germinare faciet Dominus
Dominus; iustitiam, & exultationem in conspectu
omnium gentium.

CAP. LXII.

1 PRopter Sion non tacebo & propter Hierusalem
non relinquam: donec egrediatur, sicut lumen
iustitia eius. Et salutare meum, sicut lampas arde-
bit:
2 Et videbunt gentes iustitiam tuam, & reges glo-
riam tuam: & vocabit te nomen nouum, quod Do-
minus nominabit illud.
3 Et eris corona decoris in manu Domini, & diade-
ma regni in manu Dei tui.
4 Et nequaquam vltra vocaberis derelicta: & terra
tua non vocabitur adhuc deserta. Tibi enim vocabi-
tur, voluntas mea, & terræ tuæ, habitata: quia com-
placuit Domino in te: & terra tua cohabitabitur.
5 Et sicut habitans iuuenis cum virgine; sic habi-
tabunt filij tui. Et erit quomodo lætabitur sponsus
super sponsa; sic lætabitur super te Dominus.
6 Et super muros tuos Hierusalem constitui custo-
des tota die, & tota nocte: qui nunquam tacebunt
recordantes Domini.
7 Non est enim vestri similis. Si correxerit, & fece-
rit Hierusalem gaudium super terram;

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAP. LXI.

1 *SPiritus Domini Iehoua super me, eo quod vnxerit Ie-*
houah me, ad annuntiandum mansuetis misit me, vt
alligarem contritos corde, vt prædicarem captiuis liber-
tatem, & vinctis apertionem carceris:
2 *Vt prædicarem annum beneplaciti Iehouæ, & diem*
vltionis Deo nostro, vt consolarer omnes lugentes:
3 *Vt ponerem lugentibus in Sion, daremq́ eis gloriam*
pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro spi-
ritu constricto: & vocabuntur in eis arbores iustitiæ, plan-
tatio Iehouæ, vt glorificer.
4 *Et ædificabunt deserta longi temporis, desolationes an-*
tiquorum erigent, & innouabunt ciuitates desolationis,
deserta generationis & generationis.
5 *Stabuntq́ alieni, & pascent pecora vestra: & filii alie-*
nigenæ erunt agricolæ vestri, ac vinitores vestri.
6 *Vos autem Sacerdotes Iehouæ vocabimini, Ministri*
Dei nostri, dicetur vobis: opes Gentium comedetis, & in
gloria eorum exaltabimini.
7 *Pro pudore vestro duplicia recipietis, & pro ignominia*
exultabunt de portione eorum: ideo in terra eorum dupli-
cia possidebunt, lætitia sempiterna erit eis.
8 *Nam ego Iehouah diligo iudicium, odio habeo rapi-*
nam in holocaustum: & dabo opus eorum in veritate, &
fœdus sempiternum feriam cum eis.
9 *Et notum erit in Gentibus semen eorum, & germina*
eorum in medio populorum: omnes qui viderint eos, cog-
noscent eos quod sint semen cui benedixit Iehouah.
10 *Gaudendo gaudebo in Iehoua, exultabit anima mea in*
Deo meo: quoniam induit me vestimentis salutis, pallio
iustitiæ induit me tanquam sponsus qui magnificat glo-
riam, & tanquam sponsa quæ ornat sese monilibus suis.
11 *Quia sicut terra profert germen suum, & sicut hor*
tus sata sua germinare facit, sic Dominus Iehouah ger
minare facit iustitiam & laudem coram vniuersis Gen-
tibus.

CAP. LXII.

1 *PRopter Sion non tacebo, & propter Ierusalaim non*
quiescam, donec egrediatur vt splendor Iustitia eius,
& salus eius vt lampas ardeat.
2 *Et videbunt Gentes iustitiam tuam, & cuncti reges*
gloriam tuam: vocabiturq́ tibi nomen nouum quod os
Domini imponet.
3 *Et eris tanquam corona gloriæ in manu Iehouæ, & vt*
diadema regni in manu Dei tui.
4 *Non dicetur tibi vltra Derelicta: & terra tua non di-*
cetur amplius Desolata: sed vocaberis, Voluntas mea in
ea: & terra tua Maritata: quia complacuit Iehouæ in
te, & terra tua nubet viro.
5 *Sicut enim duxit in vxorem iuuenis virginem, ita*
quasi ducent te in vxorem filii tui: & vt est gaudium
sponso super sponsam, sic gaudebit super te Deus tuus.
6 *Super muros tuos, ô Ierusalaim constitui custodes, tota*
die & tota nocte iugiter non tacebunt. Qui reminiscimi-
ni Iehouæ, ne silentium sit vobis.
7 *Neque detis silentium ei donec stabiliat, & donec po-*
nat Ierusalaim laudem in terra.

Vulgat. Editio.

8 Iurauit dominus in dextera sua, & in brachio
fortitudinis suæ: Si dedero triticum tuum vltra cibum inimicis tuis: & si biberint filij alieni vinum tuum, in quo laborasti.
9 Quia qui congregant illud, comedent, & laudabunt Dominum: & qui comportant illud, bibent in atriis sanctis meis.
Sup. 57.15. 10 Transite transite per portas, præparate viam populo, planum facite iter, eligite lapides, & eleuate signum ad populos.
Mat. 21. 5. Zach. 9. 9. 11 Ecce Dominus auditum fecit in extremis terræ, dicite filiæ Sion: Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo.
12 Et vocabunt eos, Populus sanctus, redempti à Domino. Tu autem vocaberis: Quæsita ciuitas, & non Derelicta.

CAP. LXIII.

1 QVis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ. Ego, qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum.
2 Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari?
3 Torcular calcaui solus, & de Gentibus non est vir mecum: calcaui eos in furore meo, & conculcaui
* Apo. 19.13. eos in ira mea: * & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinaui.
4 Dies enim vltionis in corde meo, annus redemptionis meæ venit.
5 Circumspexi, & non erat auxiliator: quæsiui & non fuit qui adiuuaret: & saluauit mihi brachium meum, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi.
6 Et conculcaui populos in furore meo, & inebriaui eos in indignatione mea, & detraxi in terram virtutem eorum.
7 Miserationum Domini recordabor, laudem Domini super omnibus, quæ reddidit nobis Dominus, & super multitudinem bonorum domui Israel, quæ largitus est eis secundum indulgentiam suam, & secundum multitudinem misericordiarum suarum.
8 Et dixit: Veruntamen populus meus est, filij non negantes: & factus est eis saluator.
9 In omni tribulatione eorum non est tribulatus, & Angelus faciei eius saluauit eos: in dilectione sua, & in indulgentia sua ipse redemit eos, & portauit eos, & eleuauit eos cunctis diebus sæculi.
10 Ipsi autem ad iracundiam prouocauerunt, & afflixerunt spiritum sancti eius: & conuersus est eis in inimicum, & ipse debellauit eos.
11 Et recordatus est dierum sæculi Moysi, & populi
* Ex. 14. 29. sui: * Vbi est qui eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui? vbi est qui posuit in medio eius spiritum sancti sui?
12 Qui eduxit ad dexteram Moysen brachio maiestatis suæ, qui scidit aquas ante eos, vt faceret sibi nomen sempiternum:
13 Qui eduxit eos per abyssos, quasi equum in deserto non impingentem.
14 Quasi animal in campo descendens, spiritus Domini ductor eius fuit: sic adduxisti populum tuum vt faceres tibi nomen gloriæ.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

8 *Iurauit Dominus per dexteram suam, & per brachium fortitudinis suæ, si dabo triticum tuum vltra in cibum inimicis tuis, & si bibent filij alieni vinum tuum in quo laborasti.*
9 *Sed congregantes illud, comedent illud, & laudabunt Dominum: & congregantes illud, bibent illud in atriis sanctitatis meæ.*
10 *Transite transite per portas, expurgate viam populi, eleuate, eleuate semitam, remouete lapides, eleuate vexillum super populos.*
11 *Ecce Dominus audire facit ad extremum terræ: dicite filiæ Sijon: Ecce salus tua venit, ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo.*
12 *Et vocabunt eos populum sanctitatis, redemptos à Domino: Et tu vocaberis, Quæsita ciuitas, non derelicta.*

CAP. LXIII.

1 *QVis iste, qui venit de Edom, rubeas vestes habens de Bosrah? iste formosus in stola sua, festinus in multitudine potentiæ suæ? Ego loquens iustitia, magnus ad seruandum.*
2 *Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantis in torculari?*
3 *Torcular calcaui solus, & de populis non est quisquam mecum: & calcabo eos in furore meo, & conculcabo eos in ira mea: & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinaui.*
4 *Dies enim vltionis in corde meo, annus redemptorum meorum venit.*
5 *Et aspexi, & non erat auxiliator, admiratus sum, & non erat qui fulciret: & saluauit mihi brachium meum, & iustitia mea ipsa fulciuit me.*
6 *Et conculcabo populos in furore meo, & inebriabo eos in ira mea, & descendere faciam in terram fortitudinem eorum.*
7 *Miserationes Domini memorare faciam, laudes Domini super omnibus quæ reddidit nobis Dominus, & multitudinis boni domui Israel, quod reddidit eis secundum misericordiam suam, & secundum multitudinem miserationum suarum.*
8 *Et dixit, Vere populus meus sunt, filij qui non mentientur: & fuit eis seruator.*
9 *In omni angustia eorum ei fuit angustia, & Angelus faciei eius saluos fecit eos: propter dilectionem suam, & indulgentiam suam redemit eos, & portauit eos, & tulit eos cunctis diebus sæculi.*
10 *Ipsi autem rebelles fuerunt, & irasci fecerunt Spiritum sanctitatis eius: & effectus est eis inimicus, ipse pugnauit contra eos.*
11 *Et recordatus est dierum longi temporis Moseh: & populi sui: Vbi est qui ascendere fecit eos de mari cum pastore pecorum suorum? Vbi est qui posuit in medio eius Spiritum sanctitatis suæ?*
12 *Qui ambulare fecit ad dexteram Moseh, brachium gloriæ suæ, qui scidit aquas ante eos, vt faceret sibi nomen sempiternum.*
13 *Qui ambulare fecit eos per voragines, sicut equus ambulat per desertum, non impegerunt.*
14 *Veluti animal per vallem descendens, Spiritus Domini ducet eos: sic duxisti populum tuum, vt faceres tibi nomen gloriæ.*

Transl. ex Septuag.

8 Iurauit Dominus per gloriam suam, & per fortitudinem brachij sui;si vltra dedero triticum tuum, & cibos tuos inimicis tuis & si vltra biberint filij alieni vinum tuum,in quo laborasti.

9 Et,qui congregauerint ; bibent ea in atriis sanctis meis.

10 Ite per portas mas,& viam facite populo meo , & lapides de via proijcite.Leu ate signum in gentes.

11 Ecce enim Dominus fecit auditum vsque ad extremum terræ. Dicite filiæ Sion: Ecce Saluator tuus venit habens mercedem suam , & opus suum ante faciem suam:

12 Et vocabit eum populum sanctum , redemptum à Domino. Tu autem vocaberis requisita ciuitas; & non derelicta.

CAP. LXIII.

1 QVis est iste,qui venit de Edom , rubor vestium de Bosor ? sic formosus in stola , violentia cum fortitudine ? Ego loquor iustitiam, & iudicium salutaris.

2 Quare rubra sunt vestimenta tua, sicut decalcato torcularis?

3 Plenus percalcato: & de gentibus non est vir mecum : & conculcaui eos in furore meo : & confregi eos , quasi terram : & deduxi sanguinem eorum in terram.

4 Dies enim retributionis venit eis:& annus redemptionis adest.

5 Et aspexi ; & non erat auxiliator : & consideraui; & nullus præbebat auxilium.Et eruit eos brachium meum:& furor meus aduenit:

6 Et conculcaui eos in ira mea:& deduxi in terram sanguinem eorum.

7 Misericordiæ Domini recordatus sum, virtutum Domini in omnibus,quæ retribuit nobis.Dominus iudex bonus domui Israel,adducit nobis secundum misericordiam suam , & secundum multitudinem iustitiæ suæ.

8 Et dixit:Nonne populus meus? filij non reprobabunt.Et factus est eis in salutem

9 Ex omni tribulatione eorum: non legatus,neque Angelus,sed ipse saluauit eos,quod diligeret eos, & parceret eis.Ipse redemit eos,& suscepit illos,& exaltauit eos omnibus diebus sæculi.

10 Ipsi auté non crediderunt,& exacerbauerunt spiritum sanctum eius.Et conuersus est eis in inimicitiam:ipse pugnauit contra eos.

11 Et recordatus est dierum antiquorum. Vbi est, qui eduxit è mari pastorem ouium? Vbi est, qui posuit in eis spiritum sanctum?

12 Qui eduxit dextra Moysem , brachium gloriæ suæ?superauit aquam à facie eius,vt faceret sibi nomen sempiternum.

13 Adduxit eos per abyssum,sicut equum per solitudinem;& non laborauerunt:

14 Et sicut iumenta per campum.Descendit spiritus à Domino , & dux eorum fuit. Sic adduxisti populum tuum;vt faceres tibi nomen gloriæ.

Conuer-

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

8 *Iurauit Iehouah per dexteram suam,& per brachium fortitudinis suæ,Si dedero triticum tuum vltra in cibum inimicis tuis:& si biberint filij alieni vinum tuum , in quo laborasti.*

9 *Sed qui congregauerint illud,comedent ipsum , & laudabunt Iehouam:& qui congregauerint hoc, bibent illud in atriis sanctitatis meæ.*

10 *Transite transite per portas , expurgate viam populi, sternite sternite viam lapidibus , purgate eam lapidibus, eleuate vexillum ad populos.*

11 *Ecce Iehouah audiri fecit ad extremum terræ, Dicite filiæ Sijon, Ecce salus tua venit, ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo.*

12 *Vocabuntq; eos populum sanctum, redemptos à Iehoua: tu autem vocaberis,Requisita ciuitas,non derelicta.*

CAP. LXIII.

1 *QVis iste qui venit de Edom , rubras vestes habens de Bosrah? iste inquam decorus in veste sua,demigrare faciens in multitudine potentiæ suæ? ego qui loquor in iustitia, magnus ad saluandum.*

2 *Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantis in torculari?*

3 *Torcular calcaui solus, & de Populis non fuit quisquam mecum:calcabo enim eos in furore meo , conculcabo inquam eos in ira mea:spargeturq; sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinabo.*

4 *Dies enim vltionis in corde meo , annus redemptorum meorum venit.*

5 *Aspexi itaque, & non erat auxiliator : & admiratus sum,& non erat qui fulciret : saluauit itaque me brachium meum,& ira mea ipsa fulciuit me.*

6 *Et conculcabo populos in ira mea,& inebriabo eos furore meo, & descendere faciam in terram fortitudinem eorum.*

7 *Miserationes Iehouæ memoria repetam , & laudes Iehouæ pro omnibus quæ contulit nobis Iehouah, & multiplex bonum domui Israel,quod contulit eis secundum misericordiam suam, & secundum multitudinem miserationum suarum.*

8 *Dixit autem , Vere populus meus sunt , filij qui non mentientur,& fuit eis seruator.*

9 *In omni angustia eorum fuit ei angustia , & Angelus faciei eius saluos fecit eos : propter amorem suum & indulgentiam suam redemit eos,portauitq; eos, & tulit eos cunctis diebus seculi.*

10 *Ipsi autem rebelles fuerunt , & irasci fecerunt Spiritum sanctum eius : ideo conuersus est eis in inimicum, & ipse pugnauit contra eos.*

11 *Et recordatus est dierum longi temporis , Moseh & populi sui:vbinam est qui ascendere fecit eos de mari cum pastore gregis sui?vbi est qui posuit in medio eius Spiritum sanctum suum?*

12 *Qui ambulare fecit ad dexteram Moseh , brachio gloriæ suæ : qui scidit aquas ante eos , vt faceret sibi nomen sempiternum.*

13 *Qui ambulare fecit eos per voragines : sicut equus non impingit per desertum, non impegerunt.*

14 *Veluti iumentum quod per vallem descendit , Spiritus Iehouæ deduxit eum:sic deduxisti populum tuum , vt faceres tibi nomen gloriæ.*

Aspice

Vulgat. Editio.

De. 26. 15. Baru. 2. 16. Attende de cælo,& vide de habitaculo ſancto tuo, & gloriæ tuæ: vbi eſt zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viſcerum tuorum, & miſerationum tuarum? ſuper me continuerunt ſe.

Tu enim pater noſter, & Abraham neſciuit nos, & Iſrael ignorauit nos: tu Domine pater noſter, redemptor noſter,à ſæculo nomen tuum.

Quare errare nos feciſti Domine de viis tuis:indurasti cor noſtrum ne timeremus te? conuertere propter ſeruos tuos,tribus hæreditatis tuæ.

Quaſi nihilum poſſederunt populum ſanctum tuum: hoſtes noſtri conculcauerunt ſanctificationem tuam.

Facti ſumus,quaſi in principio;cum non dominareris noſtri, neque inuocaretur nomen tuum ſuper nos.

CAP. LXIV.

VTinam diſrumperes cælos, & deſcenderes: à facie tua montes defluerent.

Sicut exuſtio ignis tabeſcerent, aquæ arderent igni,vt notum fieret nomen tuum inimicis tuis: à facie tua gentes turbarentur,

Cum feceris mirabilia,non ſuſtinebimus:deſcendiſti,& à facie tua montes defluxerunt.

1. Cor. 2.6. A ſæculo non audierunt, neque auribus perceperunt: oculus non vidit,Deus abſque te,quæ præparaſti expectantibus te.

Occurriſti lætanti, & facienti iuſtitiam: in viis tuis recordabuntur tui:ecce tu iratus es, & peccauimus:in ipſis fuimus ſemper,& ſaluabimur.

Et facti ſumus vt immundus omnes nos,& quaſi pannus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ: & cecidimus quaſi folium vniuerſi, & iniquitates noſtræ quaſi ventus abſtulerunt nos.

Non eſt qui inuocet nomen tuum:qui conſurgat, & teneat te: abſcondiſti faciem tuam à nobis, & alliſiſti nos in manu iniquitatis noſtræ.

Et nunc Domine pater noſter es tu, nos vero lutum: & fictor noſter tu, & opera manuum tuarum omnes nos.

Pſ.78.9. Ne iraſcaris Domine ſatis, & ne vltra memineris iniquitatis noſtræ: ecce reſpice, populus tuus omnes nos.

Ciuitas ſancti tui facta eſt deſerta,Sion deſerta facta eſt,Ieruſalem deſolata eſt.

Domus ſanctificationis noſtræ, & gloriæ noſtræ, vbi laudauerunt te patres noſtri, facta eſt in exuſtionem ignis, & omnia deſiderabilia noſtra verſa ſunt in ruinas.

Numquid ſuper his continebis te Domine, tacebis,& affliges nos vehementer?

CAP. LXV.

Ro. 10. 20. QVæſierunt me qui ante non interrogabant, inuenerunt qui non quæſierunt me. dixi: Ecce ego,ecce ego ad Gentem,quæ non inuocabat nomen meum.

Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona poſt cogitationes ſuas.

Populus qui ad iracundiam prouocat me ante faciem meam ſemper qui immolant in hortis, & ſacrificant ſuper lateres.

Tranſl. ex Heb. Sanct. Pagn.

15 *Aſpice è cælo,& vide de habitaculo ſanctitatis tuæ,& gloriæ tuæ,vbi eſt zelus tuus & fortitudo tua, multitudo viſcerum tuorum, & miſerationum tuarum? Mihi continuerunt ſe.*

16 *Tu enim pater noſter, quia Abraham neſciuit nos, & Iſrael non agnouit nos: tu Domine pater noſter, redemptor noſter, à ſæculo eſt nomen tuum.*

17 *Quare errare nos feciſti Domine de viis tuis,indurare feciſti cor noſtrum à timore tuo:reuertere propter ſeruos tuos, tribus hæreditatis tuæ.*

18 *A breui tempore poſſederunt terram populus ſanctitatis tuæ, hoſtes noſtri conculcauerunt ſanctificationem tuam.*

19 *Fuimus à ſæculo vt ij quibus non dominatus es, non inuocatum eſt nomen tuum ſuper eos.*

CAP. LXIV.

1 *VTinam diſrumperes cælos, & deſcenderes: à facie tua montes defluerent,*

2 *Sicut exurit ignis liquefacient, ſicut aquam bullire facit ignis,vt notum facias nomen tuum hoſtibus tuis: à facie tua gentes formidabunt.*

3 *Cum feceris terribilia quæ non ſperabamus, deſcendiſti,à facie tua montes defluxerunt.*

4 *Et à ſæculo non audierunt,neque auribus perceperunt: oculus non vidit (Deus præter te) quæ faciet expectanti eum.*

5 *Occurriſti gaudenti in te, & facienti iuſtitiam, in viis tuis recordabuntur tui: ecce iratus es poſtquam peccauimus, propter ipſos iuſtos in ſæculum ſalui fuimus.*

6 *Et fuimus,vt immundus omnes nos, & tanquam veſtimentum inquinatum omnes iuſtitiæ noſtræ, & decidimus veluti folium, omnes nos, & iniquitates noſtræ, tanquam ventus abſtulerunt nos.*

7 *Et non eſt qui inuocet nomen tuum, qui ſuſcitet ſe ad tenendum te: abſcondiſti enim faciem tuam à nobis, & diſſoluiſti nos, propter manum iniquitatum noſtrarum.*

8 *Et nunc Domine pater noſter es tu, nos lutum, & tu fictor noſter,& opus manus tuæ omnes nos.*

9 *Ne iraſcaris Domine vſque valde, & ne in ſæculum memineris iniquitatis: ecce, reſpice quæſo, populus tuus ſumus omnes nos.*

10 *Ciuitates ſanctitatis tuæ fuerunt vt deſertum,Sijon vt deſertum fuit,Ieruſalaim deſolata.*

11 *Domus ſanctificationis noſtræ,& gloria noſtræ, in qua laudauerunt te Patres noſtri,fuit in exuſtionem ignis,& omne deſiderabile noſtrum fuit in deſolationem.*

12 *Nunquid ſuper his continebis te Domine, tacebis, & affliges nos vſque valde?*

CAP. LXV.

1 *QVærere feci me abijs qui non interrogauerant: inuenire me feci ab his qui non quæſierunt me: dixi: Ecce ego,ecce ego ad gentem non vocatam nomine meo.*

2 *Expandi manus meas tota die ad populum declinantem,qui gradiuntur per viam non bonam poſt cogitationes ſuas:*

3 *Populum qui iraſci faciunt me, coram me ſemper: ſacrificant in hortis, & ſuffire faciunt ſuper lateres.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

15 Conuertere de cælo, & vide de domo sancta tua, & gloriæ tuæ. Vbi est zelus tuus, & fortitudo tua? Vbi est multitudo misericordiæ tuæ, & miserationum tuarum, quia sustinuisti nos?

16 Tu enim es pater noster, quia Abraam non cognouit nos: & Israel non cognouit nos. Sed tu Domine pater noster libera nos: à principio nomen tuum super nos est.

17 Quare seduxisti nos Domine de via tua? indurasti corda nostra, ne timeremus te? Conuertere propter seruos tuos, propter tribus hæreditatis tuæ.

18 Vt modicum possideamus montis sancti tui.

19 Facti sumus, quasi à principio; cum non dominareris nostri, neque inuocatum esset nomen tuum super nos.

C A P. LXIV.

1 SI aperueris cælum; tremor apprehendet ex te montes: & liquescent,

2 Sicut cera à facie ignis liquescit: & comburet ignis aduersarios: & manifestum erit nomen tuum in aduersariis. A facie tua gentes turbabuntur,

3 Cum feceris gloriosæ: tremor apprehendet ex te montes.

4 A sæculo non audiuimus: neque oculi nostri viderunt Deum præter te, & opera tua, quæ facies expectantibus misericordiam.

5 Occurret enim facientibus iustitiam: & viarum tuarum recordabuntur. Ecce tu iratus es: & nos peccauimus.

6 Idcirco errauimus, & facti sumus quasi immundi omnes nos: vt pannus sedentis, omnis iustitia nostra: & defluximus quasi folia propter iniquitates nostras. Sic ventus auferet nos.

7 Et non est qui inuocet nomen tuum, & qui recordatus apprehendat te. Quoniam auertisti faciem tuam à nobis: & tradidisti nos propter peccata nostra.

8 Et nunc Domine Pater noster tu: nos autem lutum: opera manuum tuarum omnes.

9 Ne irascaris nobis nimis: & ne in tempore memineris peccatorum nostrorum. Et nunc respice; quoniam populus tuus omnes nos.

10 Ciuitas sancti tui facta est deserta: Sion quasi solitudo facta est: Hierusalem in maledictionem.

11 Domus sanctuarium nostrum, & gloria, cui benedixerunt patres nostri, facta est igni combusta: & omnia gloriosa nostra conciderunt.

12 Et super omnibus his sustinuisti Domine, & tacuisti, & humiliasti nos valde.

C A P. LXV.

1 MAnifestus factus sum non interrogantibus me: inuentus sum ab his, qui me non quærebant. Dixi, Ecce ego genti, qui non vocauerunt nomen meum.

2 Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, & contradicentem, qui ambulabant in via non bona, sed post peccata sua:

3 Populus hic, qui exacerbat me in conspectu meo semper. Ipsi immolant in hortis, & adolent incensum super laterem dæmonibus, qui non sunt:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

Aspice è cælo, & vide de habitaculo sanctitatis tuæ & gloriæ tuæ: vbinam est zelus tuus & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum? mihi continent sese.

Tu enim pater noster es, etiamsi Abraham nesciat nos, & Israel non agnoscat nos: tu tamen Iehoua pater noster, redemptor noster, à sæculo est nomen tuum.

Quare errare nos fecisti ô Iehoua, de viis tuis, indurasti cor nostrum à timore tuo? conuertere propter seruos tuos, qui sunt tribus hereditatis tuæ.

Breui tempore possederunt hereditatem tuam populus sanctitatis tuæ, hostes nostri conculcauerunt sanctuarium tuum.

Fuimus vt ij quibus à sæculo non es dominatus, super quos non est inuocatum nomen tuum.

C A P. L X I V.

VTinam dirumperes cælos, ac descenderes, & à facie tua montes defluerent,

Sicut exurit ignis liquefaciens, aquam bullire facit ignis, vt notum facias nomen tuum hostibus tuis, à facie tua gentes formidabunt.

Quum faceres terribilia quæ non sperabamus, descendisti, a facie tua montes defluxerunt.

Et à sæculo non audierunt, neque auribus perceperunt: oculus non vidit Deum alium præter te, qui faciat sic expectanti ipsum.

Occurristi gaudenti in te, & facienti iustitiam, in viis tuis recordabantur tui: ecce autem iratus es, quia peccauimus, in ipsis fuimus in sæculum, & tamen salui facti sumus.

Eramus autem vt immundus omnes nos, & tanquam vestimentum inquinatum omnes iustitiæ nostræ: & decidimus velutis folium, omnes nos, & iniquitates nostræ, tanquam ventus, abstulerunt nos.

Et nemo est qui inuocet nomen tuum, qui excitet sese vt apprehendat te: abscondisti enim faciem tuam à nobis, & dissoluisti nos, in manu iniquitatum nostrarum.

Nunc igitur Iehoua pater noster es, nos lutum, & tu fictor noster, opusque manus tuæ omnes nos.

Ne irascaris Iehoua vsque valde, & ne in sæculum memineris iniquitatis: en respice quæso, populus tuus omnes nos.

Ciuitates sanctitatis tuæ fuerunt vt desertum, Sijon vt desertum fuit, Ierusalaim desolata.

Domus sanctificationis nostræ & gloriæ nostræ, in qua laudauerunt te Patres nostri, fuit in exustionem ignis, & omne desiderabile nostrum fuit in desolationem.

Nunquid super his continebis te Iehoua, tacebis, & affliges nos vsque valde?

C A P. L X V.

QVæsitus sum ab ijs qui antea non interrogabant, inuentus sum ab ijs qui non quærebant me: dixi, Ecce ego, ecce ego, ad gentem non vocatam nomine meo.

Expandi manus meas tota die ad populum peruersum qui gradiuntur per viam non bonam, post cogitationes suas:

Ad populum inquam qui irasci faciunt me, in faciem meam semper: qui sacrificant in hortis, & suffiunt super lateres.

Vulgat. Editio.

Qui habitant in sepulchris, & in delubris idolorum dormiunt: qui comedunt carnem suillam, & ius profanum in vasis eorum.

Qui dicunt: Recede à me, non appropinques mihi, quia immundus es: isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die.

Ecce scriptum est coram me: non tacebo, sed reddam & retribuam in sinum eorum.

Iniquitates vestras, & iniquitates patrum vestrorum simul, dicit Dominus, qui sacrificauerunt super montes, & super colles exprobrauerunt mihi, & remetiar opus eorum primum in sinu eorum.

Hęc dicit Dominus: Quomodo si inueniatur granum in botro, & dicatur: Ne dissipes illud, quoniam benedictio est: sic faciam propter seruos meos, vt non disperdam totum.

Et educam de Iacob semen, & de Iuda possidentem montes meos: & hæreditabunt eam electi mei, & serui mei habitabunt ibi.

Et erunt campestria in caulas gregum, & vallis Achor in cubile armentorum populo meo qui requisierunt me.

Et vos, qui dereliquistis Dominum, qui obliti estis montem sanctum meum, qui ponitis Fortunę mensam, & libatis super eam.

Numerabo vos in gladio, & omnes in cæde corruetis: * pro eo quod vocaui, & non respondistis: locutus sum, & non audistis, & faciebatis malum in oculis meis, & quæ nolui, elegistis.

* Pro. 1. 24. Ier. 7. 23. Inf. 66. 4.

Propter hoc hæc dicit Dominus Deus: Ecce serui mei comedent, & vos esurietis: ecce serui mei bibent, & vos sitietis.

Ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini: Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus vlulabitis.

Et dimittetis nomen vestrum in iuramentum electis meis: & interficiet te Dominus Deus, & seruos suos vocabit nomine alio.

In quo qui benedictus est super terram, benedicetur in Deo amen: & qui iurat in terra iurabit in Deo amen: quia obliuioni traditæ sunt angustiæ priores, & quia absconditæ sunt ab oculis meis.

Ecce enim ego creo cælos nouos, & terram nouam: & non erunt in memoria priora, & non ascendent super cor.

Inf. 66. 22. Apoc. 21. 1.

Sed gaudebitis & exultabitis vsque in sempiternum in his, quæ ego creo: quia ecce ego creo Ierusalem exultationem, & populum eius gaudium.

Et exultabo in Ierusalem & gaudebo in populo meo: & non audietur in eo vltra vox fletus, & vox clamoris.

Non erit ibi amplius infans dierum, & senex qui non impleat dies suos: quoniam puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit.

Et ædificabunt domos, & habitabunt: & plantabunt vineas, & comedent fructus earum.

Non ædificabunt, & alius habitabit: non plantabunt, & alius comedet: secundum enim dies ligni, erunt dies populi mei, & opera manuum eorum inueterabunt.

Electi mei non laborabunt frustra, neque generabunt in conturbatione: quia semen benedictorum Domini est, & nepotes eorum cum eis.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

4 *Qui manent in sepulchris, & in desertis pernoctant: qui comedunt carnem suillam, & ius prophanatorum est in vasis suis.*

5 *Qui dicunt, sta in teipso, ne appropinques mihi, quia sanctior sum te: isti fumus in furore meo, ignis ardens tota die.*

6 *Ecce scriptum est coram me: non tacebo, sed reddam in sinu eorum.*

7 *Iniquitates vestras, & iniquitates patrum vestrorum reddam simul, dixit Dominus, qui suffiuerunt super montes, & super colles, probris affecerunt me, & remetiar opus eorum primum in sinu eorum.*

8 *Sic dixit Dominus: Sicut cum inuenitur mustum in botro, & dicet: Ne dissipes illud, quoniam benedictio est in illo: sic faciam propter seruos meos, vt non disperdam totum.*

9 *Et educam de Iahacob semen, & de Iehudah hæreditate accipientem montes meos, & hereditate accipient eam electi mei, & serui mei habitabunt ibi.*

10 *Et erit planicies habitaculum pecorum, & vallis Nachor locus accubitus armentorum populo meo qui requisierunt me.*

11 *Vos autem qui derelinquitis Dominum, qui obliuiscimini montis sanctitatis meæ: qui paratis exercitui cœli mensam, qui impletis Planetis libamen.*

12 *Numeraboq; vos gladio & omnes vos iugulationi incuruabitis vos, eo quod vocaui, & non respondistis: locutus sum, & non audistis: & fecistis malum in oculis meis, & quæ nolui elegistis.*

13 *Propterea sic dixit Dominus Deus: Ecce serui mei comedent, & vos esurietis: Ecce serui mei bibent, & vos sitietis.*

14 *Ecce serui mei lætabuntur, & vos pudore afficiemini: Ecce serui mei clamabunt præ iucunditate cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus vlulabitis.*

15 *Et dimittetis nomen vestrum in iuramentum electis meis: & interficiet vos Dominus Deus, & seruos suos vocabit nomine alio.*

16 *Qui benedicit se in terra, benedicet se in Deo amen: & qui iurat in terra, iurabit in Deo amen: quia obliuioni traditæ sunt angustiæ priores, & quia abscondent se ab oculis meis.*

17 *Ecce enim ego creo cœlos nouos, & terram nouam, & non memorabuntur priores, nec ascendent super cor.*

18 *Sed gaudete, & exultate in sæculum sæculi in his quæ ego creo: quia ecce ego creo Ierusalaim exultationem, & populum eius gaudium.*

19 *Et exultabo in Ierusalaim, & gaudebo in populo meo: & non audietur in eo vltra vox fletus, & vox clamoris.*

20 *Non egredietur inde vltra ad sepulcrum infans dierum, & senex qui non impleuerit dies suos: quia puer centenarius morietur, & peccator centenarius maledicetur.*

21 *Et ædificabunt domos, & habitabunt: & plantabunt vineas & comedent fructum earum.*

22 *Non ædificabunt, & alius habitabit: non plantabunt, & alius comedet: secundum enim dies arborum quas plantabunt erunt dies populi mei, & opus manuum suarum inueterabunt.*

23 *Electi mei non laborabunt in vacuum, nec generabunt cum terrore: quia semen benedictorum à Domino sunt, & filij eorum cum eis.*

Transl. ex Septuag.

4 In sepulchris, & specubus dormiunt propter somnia: qui comedunt carnem suillam, & ius hostiarum: inquinata omnia vasa eorum,
5 Qui dicunt: longe à me: ne appropinques mihi, quoniam mundus sum. Iste est furnus furoris mei: ignis ardet in eo cunctis diebus.
6 Ecce scriptum est in conspectu meo: non tacebo, donec retribuam in sinum eorum
7 Peccata sua, & patrum suorum, dicit Dominus. Qui adolebant incensum super montes & super colles: exprobrauerunt mihi: reddam opera eorum in sinum eorum.
8 Sic dicit Dominus: quomodo inuenietur acinum in botro, & dicent, ne perdas illud, quia benedictio est in eo; sic faciam propter seruientem mihi: propter hunc non disperdam omnes.
9 Et educam, quod de Iacob, semen, & de Iuda: & hæreditabit montem sanctum meum: & hæreditabunt electi mei, & serui mei, & habitabunt ibi:
10 Et erunt in saltu ouilia gregum, & vallis Achor in requiem armentorum populo meo, qui requisierunt me.
11 Vos autem, qui dereliquistis me, & obliti estis montis sancti mei, & paratis dæmoni mensam, & impletis fortunæ potionem;
12 Ego tradam vos in gladium omnes in mactatione cadetis: Quia vocaui vos, & non obedistis: loquutus sum; & contempsistis, & fecistis malum in conspectu meo, & quæ nolebam, elegistis.
13 Propterea hæc dicit Dominus. Ecce, qui seruiunt mihi, manducabunt; vos autem esurietis: ecce, qui seruiunt mihi, bibent; vos autem sitietis:
14 Ecce, qui seruiunt mihi, lætabuntur; vos autem confundemini: ecce, qui seruiunt mihi, exultabunt in lætitia, vos autem clamabitis propter dolorem cordis vestri: & propter contritionem spiritus vestri vlulabitis.
15 Relinquetis enim nomen vestrum in saturitatem electis meis. Vos autem interficiet Dominus: seruientibus autem mihi vocabitur nomen nouum,
16 Cui benedicetur super terram. Benedicent enim Deum verum: & qui iurant super terram iurabunt Deum verum. Obliuiscentur enim tribulationis prioris & non ascendet super cor eorum.
17 Et erit cælum nouum, & terra noua: & non recordabuntur priorum: & non venient super cor eorum:
18 Sed gaudium, & exultationem inuenient in ea: Quia ecce ego facio exultationem Hierusalem, & populum meum lætitiam:
19 Et exultabo super Hierusalem: & lætabor super populo meo. Et non vltra audietur in ea vox fletus, & vox clamoris:
20 Neque fiet ibi vltra immaturus, & senex, qui non impleat tempus suum. Erit enim adolescens, centum annorum: qui autem moritur peccator centenarius, etiam maledictus erit.
21 Et ædificabunt domos, & ipsi inhabitabunt: & plantabunt vineas, & ipsi comedent genimina earum:
22 Non ædificabunt, & alij inhabitabunt: & non plantabunt, alij vero comedent. Etenim secundum dies ligni vitæ erunt dies populi mei: Opera enim laborum suorum inueterascere facient electi mei:
23 Non laborabunt in vacuum: neque filios generabunt in maledictionem: quia semen benedictum à Deo est, & nepotes eorum cum eis.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

4 *Qui manent in sepulchris, & in desertis pernoctant: qui comedunt carnem suillam, & ius prophanatorum est in vasis eorum.*
5 *Qui dicunt, Mane apud te, ne appropinques mihi, quia sanctior sum te. isti sunt fumus in furore meo, ignis ardens tota die.*
6 *Ecce peccatum istud scriptum est coram me, non tacebo, sed reddam & rependam in sinum eorum.*
7 *Iniquitates vestras, & iniquitates patrum vestrorum simul, dixit Iehouah: qui suffierunt super montes, & super colles probris affecerunt me: idcirco remetiar opus eorum primum in sinum eorum.*
8 *Sic dixit Iehouah, Quemadmodum inuenitur mustum in botro, & dicit quis, Ne perdas illud, nam benedictio est in illo: sic faciam propter seruos meos, vt non disperdam totum.*
9 *Et educam de Iaacob semen, & de Iehudah qui hæreditate accipiat montes meos, hæreditateq́ accipient eam electi mei, & serui mei habitabunt ibi.*
10 *Eritq́ planities habitaculum pecorum, & vallis Achor locus accubitus armentorum populo meo qui requisierunt me.*
11 *Vos autem qui derelinquitis Iehouam, qui obliuiscimini montis sanctitatis meæ, qui paratis exercitui cœli mensam, quique adimpletis numero stellarum libamen:*
12 *Numerabo certe vos gladio, & omnes vos iugulationi incuruabitis vosmet quod vocaui, & non respondistis: loquutus sum, & non audistis, fecistisq́ malum in oculis meis, & quæ nolui elegistis.*
13 *Propterea sic dixit Dominus Iehouah, Ecce serui mei comedent, & vos esurietis: ecce serui mei bibent, & vos sitietis: ecce serui mei lætabuntur, & vos pudore afficiemini.*
14 *Ecce serui mei lætabuntur præ iucunditate cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus vlulabitis:*
15 *Et relinquetis nomen vestrum in execrationem electis meis: interficietq́ te Dominus Iehouah, seruos autem suos vocabit nomine alio.*
16 *Qui benedicet se in terra, benedicet sese in Deo veraci: & qui iurauerit in terra, iurabit in Deo veraci: quoniam obliuioni traditæ sunt angustiæ priores, & abscondent sese ab oculis meis.*
17 *Ecce enim ego creo cœlos nouos & terram nouam, & non memorabuntur priores, nec ascendent super cor.*
18 *Sed gaudete & exultate in sæculum sæculi in his quæ ego creo: nam ecce ego creo Ierusalaim exultationem, & populum eius gaudio.*
19 *Et exultabo in Ierusalaim, gaudeboq́ in populo meo, nec audietur in ea vltra vox fletus, & vox clamoris.*
20 *Non erit inde vltra infans dierum, & senex qui non impleuerit dies suos: quoniam puer centenarius morietur, & peccator centenarius maledicetur.*
21 *Aedificabuntq́ domos, & habitabunt in illis: atque plantabunt vineas, & comedent fructum earum.*
22 *Non ædificabunt domos, & alius habitabit in illis: non plantabunt, & alius comedet: nam iuxta dies arboris erunt dies populi mei, & opus manuum suarum ad vetustatem perducent electi mei.*
23 *Non laborabunt in vanum, nec parient cum terrore: quia semen benedictorum à Iehoua sunt, & germina eorum cum eis viuent.*

Vulgat. Editio.

Psal. 11. 5. Sup. 11

Eritque antequam clament, ego exaudiam: adhuc illis loquentibus, ego audiam.

Lupus & agnus pascentur simul, leo & bos comedent paleas: & serpenti puluis panis eius: non nocebunt, neque occident in omni monte sancto meo, dicit Dominus.

CAP. LXVI.

Act. 7. 49.

HAEc dicit Dominus: Cælum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum: quæ est ista Domus, quam ædificabitis mihi? & quis est iste locus quietis meæ?

Omnia hæc manus mea fecit, & facta sunt vniuersa ista, dicit Dominus: ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu & trementem sermones meos?

Qui immolat bouem, quasi qui interficiat virum: qui mactat pecus, quasi qui excerebret canem: qui offert oblationem, quasi qui sanguinem suillum offerat: qui recordatur thuris, quasi qui benedicat idolo. Hæc omnia elegerunt in viis suis, & in abominationibus suis anima eorum delectata est.

* Pro. 1. 24. Ier. 7. 13. Sup. 65. 12.

Vnde & ego eligam illusiones eorum: & quæ timebant, adducam eis * quia vocaui, & non erat qui responderet: locutus sum, & non audierunt: feceruntque malum in oculis meis, & quæ nolui elegerunt.

Audite verbum Domini, qui tremitis ad verbum eius: dixerunt fratres vestri odientes vos, & abijcientes propter nomen meum: glorificetur Dominus, & videbimus in lætitia vestra: ipsi autem confundentur.

Vox populi de ciuitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionem inimicis suis.

Antequam parturiret, peperit: antequam veniret partus eius, peperit masculum.

Quis audiuit vmquam tale? & quis vidit huic simile? numquid parturiet terra in die vna? aut parietur gens simul, quia parturiuit & peperit Sion filios suos?

Numquid ego, qui alios parere facio ipse non pariam, dicit Dominus? si ego, qui generationem cæteris tribuo, sterilis ero, ait Dominus Deus tuus?

Lætamini cum Ierusalem, & exultate in ea omnes qui diligitis eam: gaudete cum ea gaudio vniuersi, qui lugetis super eam.

Vt sugatis, & repleamini ab vbere consolationis eius: vt mulgeatis, & deliciis affluatis ab omnimoda gloria eius.

Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego declinabo super eam quasi fluuium pacis, & quasi torrentem inundantem gloriam Gentium quam sugetis: ad vbera portabimini, & super genua blandientur vobis.

Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, & in Ierusalem consolabimini.

Videbitis, & gaudebit cor vestrum, & ossa vestra quasi herba germinabunt, & cognoscetur manus Domini seruis eius, & indignabitur inimicis suis.

Quia ecce Dominus in igne veniet, & quasi turbo quadrigæ eius: reddere in indignatione furorem suum, & increpationem suam in flamma ignis:

Quia in igne Dominus dijudicabit, & in gladio suo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti à Domino,

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

24 *Et erit, antequam clament, exaudiam: adhuc ipsis loquentibus, audiam.*

25 *Lupus & agnus pascentur simul, & leo sicut bos comedet paleam: & serpentis puluis panis erit: non nocebunt, nec occident in omni monte sanctitatis meæ dixit Dominus.*

CAP. LXVI.

1 *SIc dixit Dominus: Cælum est solium meum, & terra scabellum pedum meorum: quæ est ista Domus, quam ædificabitis mihi? & quis est locus quietis meæ?*

2 *Omnia hæc manus mea fecit, & fuerunt omnia hæc dixit Dominus: & cum toto hoc respiciam ad pauperem, & contritum spiritu, & trementem super verba mea.*

3 *Qui immolat bouem, est ac si interfecisset virum: qui immolat pecus, perinde est, ac si decervicasset canem: qui offert oblationem est, ac si offerret sanguinem suillum: qui suffire facit thus est, ac si benediceret idolo. Etiam hæc elegerunt in viis suis, & abominationibus suis anima eorum delectata est.*

4 *Etiam ego eligam illusiones eorum, & quæ timent adducam eis: eo quod vocaui, & non erat qui responderet: locutus sum, & non audierunt: feceruntque malum in oculis meis, & quæ nolui, elegerunt.*

5 *Audite verbum Domini, qui tremitis ad verbum eius: dixerunt fratres vestri odio habentes vos abominantes vos propter nomen tuum: glorificet Dominus, & conspiciatur in lætitia vestra: & ipsi pudore afficientur.*

6 *Vox sonitus de ciuitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionem inimicis suis.*

7 *Antequam parturiret, peperit: antequam veniret dolor ei, peperit masculum.*

8 *Quis audiuit simile, & quis vidit similia? numquid parta est terra die vna? num parietur gens vice vna, quia parturiuit, etiam peperit Tsion filios suos?*

9 *Num muliere venire faciam ad partum, & non parere faciam, dixit Dominus? num ego qui generare facio, ero prohibitus, dixit Deus tuus?*

10 *Lætamini cum Ierusalaim, & exultate in ea omnes qui diligitis eam: gaudete cum ea gaudio vniuersi, qui lugetis super eam.*

11 *Vt sugatis, & saturemini ab vbere consolationum eius: vt mulgeatis, & delectemini propter splendorem gloriæ eius.*

12 *Sic enim dixit Dominus: Ecce ego declino ad eam tanquam fluuium pacem, & tanquam torrentem inundantem gloriam Gentium, & sugetis, super latus portabimini, & super genua risu afficiemini.*

13 *Sicut vir quem mater sua consolatur, sic ego consolabor vos, & in Ierusalaim consolationem accipietis.*

14 *Et videbitis, & gaudebit cor vestrum, & ossa vestra tanquam herba germinabunt: & cognoscetur manus Domini à seruis suis, & irascetur inimicis suis.*

15 *Quia ecce Dominus in igne veniet, & tanquam turbo quadrigæ eius, vt reddat in ira furorem suum, & increpationem suam in flamma ignis.*

16 *Quia igne Dominus iudicat, & gladius eius est cum omni carne, & multi erunt interfecti à Domino.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Et erit antequam ipsi clament;ego exaudiam: adhuc loquentibus illis dicam,quid est?

Tunc lupi & agni pascentur simul, & leo, quasi bos,comedet paleas,& serpens terram, quasi panem. Non nocebunt, neque corrumpent in monte sancto meo,dicit Dominus.

CAP. LXVI.

SIc dicit Dominus.Cælum thronus meus: & terra suppedaneum pedum meorum. Quam mihi domum ædificabitis?aut quis locus requietis meæ?

Omnia enim ista fecit manus mea: & mea sunt omnia ista, dicit Dominus. Et super quem respiciam,nisi super humilem, & quietum, & trementem sermones meos:

Iniquus autem,qui immolat mihi vitulum;quasi qui occidat canem: qui autem offert similam; quasi sanguinem suillum: qui dat thus in memoriale; quasi blasphemus. Et ipsi elegerunt vias suas: & abominationes suas anima eorum voluit:

Et ego eligam illusiones eorum, & peccata retribuam eis. Quia vocaui eos;& non obedierunt mihi: loquutus sum;& non audierunt:& fecerunt malum in conspectu meo;& quæ nolebam,elegerunt.

Audite verba Domini, qui tremitis sermonem eius:dicite fratres nostri iis,qui oderunt vos,& abominantur;vt nomen Domini glorificetur, & appareat in lætitia eorum:& illi confundentur.

Vox clamoris de ciuitate, vox de templo, vox Domini retribuentis retributionem aduersariis.

Antequam parturiens pariat, antequam veniat labor parturiginum;effugit,& peperit masculum.

Quis audiuit tale, & quis vidit sic? Si parturiuit terra in die vna, aut etiam nata est gens tota simul; quia parturiuit, & peperit Sion paruulos suos? Ego autem dedi expectationem hanc: & non recordata es mei,dicit Dominus?

Nonne ego parientem,& sterilem feci, dixit Deus tuus?

Lætare Hierusalem; & conuentum facite in ea omnes,qui diligitis eam:gaudete simul cum ea gaudio,qui lugetis super eam;

Vt fugatis & impleamini ab vbere consolationis eius:vt postquam suxeritis, delectemini ab introitu gloriæ eius:

Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego declino ad eos quasi fluuius pacis, & quasi torrens inundans gloriam gentium. Paruuli eorum in humeris portabuntur,& super genua consolabuntur.

Quomodo, si quem mater consoletur; ita & ego consolabor.Et in Hierusalem consolabimini:

Et videbitis:& gaudebit cor vestrum: & ossa vestra,sicut herba, germinabunt. Et cognoscetur manus Domini timentibus eum, & minabitur contumacibus.

Ecce enim Dominus, sicut ignis veniet, & sicut procella currus eius, reddere in furore vltionem suam,& increpationem suam in flamma ignis.

In igne enim Domini iudicabitur omnis terra;& in gladio illius vniuersa caro:multi vulnerati erunt à Domino.

Qui

Noua ex Heb. Tralat. Fr.Vatabli.

24 *Erit præterea, antequam clament ego audiam: adhuc*
ipsis loquentibus ego audiam.
25 *Lupus & agnus pascentur simul, & leo sicut bos comedet paleam, & cibus serpentis erit puluis:non affligent*
neque nocebunt in toto monte sancto meo,dixit Iehouah.

C A P. LXVI.

1 *SIc dixit Iehouah,Cælum est solium meum, & terra*
scabellum pedum meorum: quæ est ista domus quam
ædificabitis mihi, & quis est locus quietis meæ?

2 *Omnia namque ista manus mea fecit, & verbo meo fa-*
cta sunt omnia hæc,dixit Iehouah: & cum hoc,respiciam
ad pauperem & contritum spiritu, & ad trementem ad
verba mea.
3 *Qui immolat bouem perinde peccat atque qui inter-*
ficit virum: qui immolat pecus,vt qui iugulat canem:
qui offert oblationem,est vt qui offert sanguinem suillum:
qui recordatur thuris, vt qui benedicit idolo. etiam ipsi
elegerunt vias suas, & abominationes eorum anima ip-
sorum dilexit.

4 *Etiam ego eligam illusiones eorum, & quæ timent ad-*
ducam eis,eo quod vocaui, & nemo respondit, loquutus
sum, & non audierunt:feceruntq́ malum in oculis meis,
& quæ nolui elegerunt.
5 *Audite verbum Iehouæ, qui tremitis ad verbum eius:*
dixerunt fratres vestri odio habentes vos, rebellantes vos
à se propter nomen meum,Glorificetur Iehouah, & con-
spiciatur in lætitia vestra: & ipsi pudore afficientur.

6 *Vox sonitus ex vrbe audietur, vox de templo, vox Ie-*
houæ reddentis retributionem inimicis suis.
7 *Antequam parturiret,peperit:antequam veniret dolor*
ei,peperit masculum.
8 *Quis vnquam audiuit simile, & quis vidit simile? an*
edita est in lucem terra die vna? an parietur gens vice
vna,quod parturiuit,etiam peperit Sijon filios suos?

9 *An ego venire faciam ad partum, & non parere fa-*
ciam, dixit Iehouah? aut ego qui generare facio,prohibe-
bo ne pariant, dixit Deus tuus?
10 *Lætamini cum Ierusalaim, & exultate in ea omnes*
qui diligitis eam:gaudete cum ea gaudio,vniuersi qui lu-
getis super eam:
11 *Vt sugatis, & saturemini vbere consolationum eius, vt*
mulgeatis, & delectemini splendore gloriæ eius.

12 *Sic enim dixit Iehouah, Ecce ego declino ad eam tan-*
quam fluuium,pacem: & tanquam torrentem inundan-
tem,gloriam Gentium, & sugetis: super latus portabimi-
ni, & super genua lætificabimini.

13 *Sicut vir quem mater sua consolatur, sic ego consola-*
bor vos, & in Ierusalaim consolationem accipietis.
14 *Videbitisq́, & gaudebit cor vestrum, ossaq́ vestra tan-*
quam herba germinabunt: & cognoscetur manus Domini
cum seruis suis, & irascetur inimicis suis.

15 *Ecce enim Iehouah in igne veniet, & tanquam turbo*
venient quadrigæ eius: vt reddat in ira furorem suum, &
increpationem suam in flammas ignis.

16 *Quoniam in igne Iehouah iudicabit, & in gladio suo*
cum omni carne: multiq́ erunt interfecti à Iehoua.

Qui

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Qui sanctificabantur, & mundos se putabant in
hortis post ianuam intrinsecus, qui comedebant
carnem suillam, & abominationem & murem: si-
mul consumentur, dicit Dominus.
Ego autem opera eorum, & cogitationes eorum:
venio vt congregem cum omnibus gentibus & lin-
guis: & venient & videbunt gloriam meam.
Et ponam in eis signum, & mittam ex eis, qui
saluati fuerint, ad Gentes in mare, in Africam, &
Lydiam tendentes sagittam: in Italiam & Græciam,
ad insulas longe, ad eos, qui non audierunt de me,
& non viderunt gloriam meam. Et annunciabunt
gloriam meam Gentibus,
Et adducent omnes fratres vestros de cunctis
Gentibus donum Domino in equis, & in quadrigis,
& in lecticis, & in mulis, & in carrucis, ad montem
sanctum meum Ierusalem, dicit Dominus: quomo-
do si inferant filij Israel munus in vase mundo in
domum Domini.
Et assumam ex eis in sacerdotes, & Leuitas, dicit
Dominus:
* Ma. 19. 4. Quia sicut cæli noui, & terra noua, quæ ego facio
stare coram me, dicit Dominus: sic stabit semen ve-
strum, & nomen vestrum.
Et erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato:
veniet omnis caro vt adoret coram facie mea, dicit
Dominus.
* Apo. 11. 1. Et egredientur, & videbunt cadauera virorum, qui
præuaricati sunt in me: * vermis eorum non mo-
rietur, & ignis eorum non extinguetur: & erunt v-
sque ad satietatem visionis omni carni.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

17 *Qui sanctificant se, & qui mundant se in hortis post*
piscinam peculiarem existentem in medio horti comeden-
tes carnem suillam abominationem, & murem: simul con-
sumentur dixit Dominus.
18 *Ego autem ero cum operibus eorum, & cogitationibus*
eorum: quando veniet tempus, veniet, vt congreget omnes
gentes, & linguas, & venient, & videbunt gloriam
meam.
19 *Et ponam in eis signum, & mittam ex eis euasores ad*
gentes Tarsis, Pul, & Lud trahentes arcum, Tubal, &
Iauan, ad insulas longinquas, quæ non audierunt famam
meam, & non viderunt gloriam meam. Et annuncia-
bunt gloriam meam in Gentibus.
20 *Et adducent omnes fratres vestros de cunctis Gentibus*
donum Domino in equis, & in quadrigis, & in lecticis &
in mulis: & in carrucis ad montem sanctum meum Ieru-
salaim dixit Dominus: quemadmodum adducent filij
Israel munus in vase mundo, in domum Domini.
21 *Et etiam ex eis assumam in sacerdotes, & in Leuitas*
dixit Dominus.
22 *Quia sicut cœli noui, & terra noua, quos ego facio*
stent coram me, dixit Dominus: sic stabit semen vestrum,
& nomen vestrum.
3 *Et erit de mense in mensem eius, & de sabbatho in*
sabbathum eius: veniet omnis caro, vt incuruet se coram
me dixit Dominus.
24 *Et egredientur, & videbunt cadauera virorum, qui*
præuaricantur in me: quoniam vermis eorum non morie-
tur, & ignis eorum non morietur, & ignis eorum non ex-
tinguetur: & erunt opprobrium omni carni.

FINIS PROPHETIÆ ISAIÆ.

PRO-

Transl. ex Septuag.

17 Qui purificantur, & mundantur in hortis, & in liminibus comedentes carnem porcinam, & abominationes, & murem; simul consumentur, dixit Dominus.

18 Et ego opera eorum & cogitationem eorum; venio congregare, omnes gentes, & linguas: & venient, & videbunt gloriam meam.

19 Et dimittam super eos signum: & emittam ex eis, qui saluati fuerint ad gentes in Tharsis, & Phud, & Lud, & Mosoch, & in Thobel, & in Græciam, & in insulas, quæ longe, qui non audierunt nomen meum, neque viderunt gloriam meam. Et annunciabunt gloriam meam in gentibus:

20 Et adducent fratres vestros de omnibus nationibus, donum Domino cum equis, & rhedis, in lampenis mulorum cum vmbraculis in sanctam ciuitatem Hierusalem, dixit Dominus; quasi afferant filij Israel victimas suas mihi cum psalmis in domum Domini.

21 Et ex eis sumam sacerdotes, & Leuitas, dixit Dominus.

22 Sicut enim cælum nouum, & terra noua, quæ ego facio, permanent in conspectu meo, dicit Dominus; sic stabit semen vestrum, & nomen vestrum.

23 Et erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato, veniet omnis caro, vt adoret in conspectu meo in Hierusalem dixit Dominus.

24 Et egredientur, & videbunt cadauera hominum, qui præuaricati sunt in me. Vermis enim eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: & erunt in visionem omni carni.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

Qui sanctificant se, & qui mundant se in hortis, post piscinam peculiarem quæ est in medio horti: comedentes carnem suillam, & abominationem, atque murem, simul consumentur, dixit Iehouah.

Ego autem ero cum operibus eorum, & cogitationibus eorum quando tempus veniet vt congregem omnes gentes, & linguas, venientq́; , & videbunt gloriam meam.

Ponamq́; in eis signum, & mittam ex illis euasores ad gentes in Tharsis, Pul, & Lud, & ad trahentes arcu, ad Iubal, & Iauan, atque ad insulas remotas, quæ non audierunt famam meam, & non viderunt gloriam meam, & annuntiabunt gloriam meam in Gentibus.

Et adducent omnes fratres vestros de cunctis Gentibus donum Iehouæ in equis, & in curribus, & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis, ad montem sanctum meum Ierusalaim, dixit Iehouah: quemadmodum inferunt filij Israel oblationem in vase mundo, in domum Iehouæ.

Et etiam ex eis assumam in sacerdotes, & in Leuitas, dixit Iehouah.

Nam sicut cœli noui & terra noua, quæ ego facio, stant coram me, dixit Iehouah: sic stabit semen vestrum, & nomen vestrum.

Et erit vt de mense in mensem eius, & de sabbatho in sabbathum eius, veniat omnis caro, vt incuruet se coram me, dixit Iehouah.

Et egredientur, videbuntq́; cadauera virorum qui preuaricati sunt in me: quoniam vermis eorum non morietur, & ignis ipsorum non extinguetur, eruntq́; opprobrium omni carni.

FINIS PROPHETIÆ ISAIÆ.

Digitized by Google

PROPHETIÆ IEREMIÆ.

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM.

1 VErba Ieremiæ filij Helciæ, de sacerdotibus, qui fuerunt in Anathoth, in terra Beniamin.

2 Quod factum est verbum Domini ad eum in diebus Iosiæ filij Amon regis Iuda, in tertiodecimo anno regni eius.

3 Et factum est in diebus Ioakim filij Iosiæ regis Iuda, vsque ad consummationem vndecimi anni Sedeciæ filij Iosiæ regis Iuda, vsque ad transmigrationem Ierusalem, in mense quinto.

4 Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

5 Priusquam te formarem in vtero, noui te: & antequam exires de vulua, sanctificaui te, & prophetam in Gentibus dedi te.

6 Et dixi, A a a, Domine Deus: ecce nescio loqui, quia puer ego sum.

7 Et dixit Dominus ad me: Noli dicere puer sum: quoniam ad omnia, quæ mittam te, ibis: & vniuersa, quæcumque mandauero tibi, loqueris.

8 Ne timeas à facie eorum: quia tecum ego sum vt eruam te, dicit Dominus.

9 Et misit Dominus manum suam, & tetigit os meum: & dixit Dominus ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo:

10 Ecce constitui te hodie super Gentes, & super regna ★ vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes.

★ Inf. 18.7.

11 Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Quid tu vides Ieremia? Et dixi: Virgam vigilantem ego video.

12 Et dixit Dominus ad me: Bene vidisti, quia vigilabo ego super verbo meo vt faciam illud.

13 Et factum est verbum Domini secundo ad me, dicens: Quid tu vides? Et dixi Ollam succensam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis.

14 Et dixit Dominus ad me: ★ Ab Aquilone pandetur malum super omnes habitatores terræ.

★ Inf. 46.

15 Quia ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorum Aquilonis, ait Dominus: & venient & ponent vnusquisque solium suum in introitu portarum Ierusalem, & super omnes muros eius in circuitu, & super vniuersas vrbes Iuda.

16 Et loquar iudicia mea cum eis super omnem malitiam eorum qui dereliquerunt me, & libauerunt diis alienis, & adorauerunt opus manuum suarum.

17 Tu ergo accinge lumbos tuos, & surge, & loquere ad eos omnia quæ ego præcipio tibi. Ne formides à facie eorum: nec enim timere te faciam vultum eorum.

18 Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum, super omnem terram, regibus Iuda, principibus eius, & sacerdotibus, & populo terræ.

Inf. 6. 27.

19 Et bellabunt aduersum te, & non præualebunt: quia ego tecum sum, ait Dominus, vt liberem te.

CAP.

PROPHETIÆ IRMEIAHV.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAPVT PRIMVM.

VErba Irmeiahu filij Chilchijahu de sacerdotibus qui fuerunt in Hanathoth in terra Biniamin.

Quod fuit verbum Domini ad eum in diebus Iosijahu filij Amon regis Iehudah tertio decimo anno quo regnauit.

Et fuit in diebus Iehoiachim filij Iosijahu regis Iehudah, vsque ad consummationem vndecimi anni Sidchijahu filij Iosijahu regis Iehudah vsque ad transmigrationem Ierusalaim mense quinto.

Et fuit verbum Domini ad me dicendo:

Priusquam te formarem in vtero, noui te: & antequam exires de vulua, sanctificaui te, prophetam Gentibus dedi te.

Et dixi Ahah Domine Deus: ecce non noui loqui, quia puer sum.

Et dixit Dominus ad me: Ne dicas: Puer sum: quia ad omnia quæ mittam te ibis: & vniuersa quæ præcipiam tibi loqueris.

Ne timeas à facie eorum: quia tecum sum, vt eripiam te dixit Dominus.

Et misit Dominus manum suam, & tetigit os meum: & dixit Dominus ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo.

Vide constitui te die hac super Gentes, & super regna, vt euellas, & diruas, & disperdas, & excutias, vt ædifices, & plantes.

Et fuit verbum Domini ad me dicendo: Quid tu vides Irmeiahu? Et dixi: Virgam ex amigdalo celeriter florente video.

Et dixit Dominus ad me: Bene fecisti videndo, quia accelerabo verbum meum, vt faciam illud.

Et fuit verbum Domini ad me secundo dicendo: Quid tu vides? Et dixi: Ollam bullientem video, & faciem eius à facie Aquilonis.

Et dixit Dominus ad me: Ab Aquilone soluetur malum super omnes habitatores terræ.

Quia ecce ego voco omnes familias regnorum Aquilonis, dixit Dominus: & venient & ponent vnusquisque solium suum in introitu portarum Ierusalaim, & super omnes muros eius in circuitu, & super vniuersas vrbes Iehudah.

Et loquar iudicia mea cum eis super omnem malitiam eorum qui dereliquerunt me, & sacrificauerunt dijs alienis, & incuruauerunt se operibus manuum suarum.

Tu autem accinges lumbos tuos, & surges, & loqueris ad eos omnia quæ ego præcipiam tibi. Ne paueas à facie eorum, ne forte conterere te faciam ante eos.

Et ego ecce dedi te hodie vt ciuitatem munitam, & columnam ferream, & murum æreum super omnem terram, regibus Iehudah, principibus eius, sacerdotibus eius, & populo terræ.

Et bellabunt contra te, & non præualebunt tibi: quia tecum sum, ait Dominus, vt liberem te.

CAP.

Digitized by Google

PROPHETIÆ HIEREMIÆ.

Transl. ex Septuag.

CAPVT PRIMVM.

1 VErbum Dei, quod factum est ad Hieremiam filium Chelciæ de sacerdotibus, qui habitabat in Anathoth in terra Beniamin:

2 Sicut factum est verbum Dei ad illum in diebus Iosiæ filij Amos regis Iuda, anno tertiodecimo in regno eius.

3 Et factum est in diebus Ioacim filij Iosiæ regis Iuda vsque ad vndecimum annum Sedeciæ filij Iosiæ regis Iuda, vsque ad captiuitatem Hierusalem in quinto mense.

4 Et factum est verbum Domini ad eum:

5 Antequam formarem te in vtero, noui te: & antequam exires de vulua; sanctificaui te: prophetam in gentes posui te.

6 Et dixi O On Dominator Domine: ecce nescio loqui; quia iunior ego sum.

7 Et dixit Dominus ad me: Noli dicere, quia iunior ego sum: quoniam ad omnes, ad quos misero te, ibis: & iuxta omnia, quæ mandauero tibi, loqueris.

8 Ne timeas à facie eorum: quia ego tecum sum, vt eruam te, dicit Dominus.

9 Et extendit Dominus manum suam ad me, & tetigit os meum, & dixit Dominus ad me, Ecce dedi verba mea in os tuum:

10 Ecce constitui te hodie super gentes, & super regna; vt eradices, & destruas, & disperdas, & reædifices, & plantes.

11 Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Quid tu vides? Et dixi: baculum nuceum.

12 Et dixit Dominus ad me: Bene vidisti, quia vigilaui ego super verba mea vt faciam illa.

13 Et factum est verbum Domini secundo ad me, dicens: Quid tu vides? Et dixi: Ollam succensam, & faciem eius à facie Aquilonis.

14 Et dixit Dominus ad me: A facie Aquilonis exardescent mala super omnes habitatores terræ.

15 Quia ecce ego conuoco omnia regna terræ ab Aquilone, ait Dominus. Et venient & ponent vnusquisque solium suum super vestibula portarum Hierusalem, & super omnes muros, qui in circuitu eius, & super vniuersas vrbes Iudæ.

16 Et loquar ad eos cum iudicio de omni malitia eorum, quomodo dereliquerunt me, & sacrificauerunt Dijs alienis, & adorauerunt opera manuum suarum:

17 Et tu accinge lumbum tuum, & surge, & dic omnia, quæcumque mandauero tibi. Ne timeas à facie eorum, neque exterrearis coram eis: quia tecum sum vt liberem te, dicit Dominus.

18 Ecce posui te in hodierna die in ciuitatem munitam, & in murum æneum munitum regibus Iuda, & principibus eius, & populo terræ.

19 Et bellabunt aduersum te, & non præualebunt aduersum te: quia tecum ego sum, vt liberem te, ait Dominus.

PROPHETIÆ IRMEIAHV.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAPVT PRIMVM.

VErba Irmeiahu filij Hilkijahu de sacerdotibus qui erant in Anathoth in terra Biniamin.

Ad quem factum est verbum Iehoua in diebus Iosijahu filij Amon regis Iehudah, decimotertio anno quo regnauit ipse:

Factum est præterea in diebus Iehoiachim filij Iosijahu regis Iehudah, vsque ad consummationem vndecimi anni Sidcijahu filij Iosijahu regis Iehudah, vsque ad transmigrationem Ierusalaim, mense quinto.

Et fuit verbum Iehoua ad me, dicendo,

Priusquam te formarem in vtero, noui te: & antequam exires de vulua, sanctificaui te, prophetam Gentibus dedi te:

Et dixi, Ahah Domine Iehoua, en nescio loqui, quia puer sum.

Et dixit Iehouah ad me, Ne dicas, Puer sum: quia ad omnia ad quæ mittam te, ibis: & vniuersa quæ præcipiam tibi loqueris.

Ne timeas à facie eorum, quia tecum sum vt eripiam te, dixit Iehouah.

Et misit Iehouah manum suam, tetigitque os meum: Iehouah inquam dixit ad me, Ecce posui verba mea in os tuum.

Vide, constitui te hodie super Gentes, & super regna: vt euellas, & diruas, & disperdas, & demoliaris, vt ædifices, & plantes.

Fuit præterea verbum Iehoua ad me, dicendo, Quid tu vides Irmeiahu? Et dixi, Virgam amygdalinam ego video.

Et dixit Iehouah ad me, Recte vidisti, quia accelero ego verbum meum vt faciam illud.

Et fuit verbum Iehoua ad me secundo, dicendo, Quid tu vides? Et dixi, Ollam bullientem ego video: & faciem eius à facie Aquilonis.

Et dixit Iehouah ad me, Ab Aquilone soluetur malum super omnes habitatores terræ.

Quoniam ecce ego aduoco omnes familias regnorum Aquilonis, dixit Iehouah: & venient, & ponent quisque solium suum in introitu portarum Ierusalaim, & iuxta omnes muros eius in circuitu, & iuxta vniuersas vrbes Iehudah.

Loquarque iudicia mea cum eis propter omnem malitiam eorum qui dereliquerunt me, & thus incenderunt dijs alienis, & incuruauerunt se operibus manuum suarum.

Tu autem accinge lumbos tuos, & surge, & loquere ad eos omnia quæ ego præcipiam tibi: ne paueas à facie eorum, ne forte conteram te in conspectu eorum,

Ecce enim ego dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & murum æreum super omnem terram, regibus Iehudah, principibus eius, sacerdotibus eius, & populo terræ.

Et ipsi quidem pugnabunt contra te, sed non præualebunt tibi: quia tecum sum, dicit Iehouah, vt liberem te.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. II.

ET factum est verbum Domini ad me, dicens.
Vade & clama in auribus Ierusalem, dicens:
Hæc dicit Dominus: Recordatus sum tui, miserans
adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis
tuæ, quando secuta es me in deserto, in terra, quæ
non seminatur.
Sanctus Israel Domino, primitiæ frugum eius: om-
nes, qui deuorant eum, delinquunt: mala venient
super eos, dicit Dominus.
Audite verbum Domini domus Iacob, & omnes
cognationes domus Israel.
*Mich. 6.3. Hæc dicit Dominus: * Quid inuenerunt patres
vestri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me,
& ambulauerunt post vanitatem, & vani facti
sunt?
Et non dixerunt: Vbi est Dominus, qui ascendere
nos fecit de Terra Aegypti: qui traduxit nos per de-
sertum, per terram inhabitabilem & inuiam, per
terram sitis, & imaginem mortis, per terram, in qua
non ambulauit vir, neque habitauit homo?
Et induxi vos in terram Carmeli, vt comederetis
fructum eius, & optima illius: & ingressi contami-
nastis terram meam, & hæreditatem meam posui-
stis in abominationem.
Sacerdotes non dixerunt: Vbi est Dominus? & te-
nentes legem nescierunt me, & pastores præuaricati
sunt in me: & prophetæ prophetauerunt in Baal, &
idola secuti sunt.
Propterea adhuc iudicio contendam vobiscum,
ait Dominus, & cum filiis vestris disceptabo.
Transite ad insulas Cethim, & videte: & in Cedar
mittite, & considerate vehementer: & videte si fa-
ctum est huiuscemodi.
Si mutauit gens deos suos, & certe ipsi non sunt
dij: populus vero meus mutauit gloriam suam in
idolum.
Obstupescite cæli super hoc, & portæ eius desola-
mini vehementer, dicit Dominus.
Duo enim mala fecit populus meus: Me dereli-
querunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi ci-
sternas, cisternas dissipatas, quæ continere non va-
lent aquas.
Numquid seruus est Israel, aut vernaculus? quare
ergo factus est in prædam?
Super eum rugierunt leones, & dederunt vocem
suam, posuerunt terram eius in solitudinem: ciui-
tates eius exustæ sunt, & non est qui habitet in eis.
Filij quoque Mempheos, & Taphnes constupra-
uerunt te vsque ad verticem.
Numquid non istud factum est tibi, quia dereli-
quisti Dominum Deum tuum eo tempore, quo du-
cebat te per viam?
Et nunc quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas
aquam turbidam? & quid tibi cum via Assyriorum,
vt bibas aquam fluminis?
Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te.
Scito, & vide quia malum & amarum est reliquisse
te Dominum Deum tuum, & non esse timorem
mei apud te, dicit Dominus Deus exercituum.
A sæculo confregisti iugum meum, rupisti vin-
*Ins. 36. cula mea, & dixisti: Non seruiam. * In omni enim
colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu pro-
Isa. 5.2. sternebaris meretrix.
Ego autem plantaui te vineam electam, omne se-
Mat. 21. 33. men verum: quomodo ergo conuersa es mihi in
prauum vinea aliena?

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. II.

1 *ET fuit verbum Domini ad me, dicendo.*
2 *Vade, & clama in auribus Ierusalaim, dicendo:*
Sic dixit Dominus: Recordatus sum tui misericordia ado-
lescentiæ tuæ, charitatis desponsationis tuæ, quando am-
bulabas post me in deserto in terra non sata.
3 *Sanctitas est Israel Domino, primitiæ frugum eius: om-*
nes deuorantes eum delinquent: mala venient super eos,
dixit Dominus.
4 *Audite verbum Domini domus Iahacob, & omnes co-*
gnationes domus Israel.
5 *Sic dixit Dominus: Quid inuenerunt patres vestri in*
me iniquitatis, quia elongauerunt se à me, & ambulaue-
runt post vanitatem, & vani facti sunt?
6 *Et non dixerũt: Vbi est Dominus qui ascendere fecit nos*
è terra Aegypti: qui ambulare fecit nos per desertum, per
terram desertam, & desolatam, per terram aridam, &
vmbra mortis, per terram, per quam non transiit vir, ne-
que habitauit homo ibi.
7 *Et induxi vos in terram Charmel, vt comederetis fru-*
ctum eius, & bonum eius, & ingressi estis, & contamina-
stis terram meam, & hæreditatem meam posuistis in abo-
minationem.
8 *Sacerdotes non dixerunt, vbi est Dominus, & tenentes*
legem, non nouerunt me, & pastores præuaricati sunt in
me, & prophetæ prophetauerunt in Bahal, & post ea quæ
non profuerunt ambulauerunt.
9 *Propterea adhuc iudicabo vos dixit Dominus, & filios*
filiorum vestrorum iudicabo.
10 *Sed transite in insulas Chittijm, & videte, & in Cedar*
mittite, & considerate vehementer, & videte si fuit si-
mile.
11 *Num mutauit gens deos? & ipsi non sunt dij: populus*
vero meus mutauit gloriam suam in id quod non prodest.
12 *Admiramini cæli super hoc, & timete, desolamini ve-*
hementer dixit Dominus.
13 *Duo enim mala fecit populus meus: Me dereliquerunt*
venam aquæ viuæ, vt effoderent sibi cisternas, cisternas
confractas quæ non continent aquas.
14 *Nunquid seruus est Israel, num est vernaculus? Quare*
fuit in prædam?
15 *Super eum rugierunt catuli, dederunt vocem suam, &*
posuerunt terram eius in solitudinem, ciuitates eius exu-
stæ sunt absque habitatore.
16 *Etiam filij Noph, & Tachpanches, confregerunt tibi*
verticem.
17 *Nonne hoc fecit tibi, eo quod dereliquistis Dominum*
Deum tuum in tempore quo ambulare faciebat te per
viam?
18 *Et nunc quid tibi in via Aegypti, vt bibas aquam*
Nili? Et quid tibi in via Assur, vt bibas aquam flumi-
nis?
19 *Corripiet te malitia tua, & auersio tua increpabit te:*
& scito, & vide, quod malum, & amarum est reliquisse
te Dominum Deum tuum, & non esse timorem meum in
te dicit Dominus Deus exercituum.
20 *Quia à seculo confregi iugum tuum, rupi vincula*
tua, & dixisti: Non seruiam. Super omnem enim collem
sublimem, & sub omni ligno viridi tu discurrebas mere-
trix.
21 *Ego autem plantaui te optimam vitem totam ipsam*
semen verum, & quomodo conuersa es mihi in sarmenta
vitis alienæ?

Transl. ex Septuag.

C A P. II.

1 ET dixit.
2 Hæc dicit Dominus:Recordatus sum misericordiæ adolescentiæ tuæ, & dilectionis perfectionis tuæ;quando tu sequuta es Sanctum Israel,

3 Dicit Dominus: Sanctus Israel Domino, principium genimmum eius:Omnes, qui comedent eum; delinquent:mala venient super eos,dicit Dominus.
4 Audite verbum Domini domus Iacob, & omnis cognatio domus Israel.
5 Hæc dicit Dominus: Quod inuenerunt patres vestri in me delictum;quia recesserunt longe à me, & ambulauerunt post vana, & vani facti sunt?

6 Et non dixerunt: Vbi est Dominus, qui eduxit nos de terra Aegypti,qui deduxit nos in deserto, in terra inusitata,& inuia, in terra inaquosa,& infructuosa, in terra, in qua non pertransiuit in ea vir vnquam,neque habitauit homo illic?
7 Et duxi vos in Carmelum, vt comederetis fructus eius,& bona eius. Et ingressi estis, & contaminastis terram meam; & hæreditatem meam posuistis in abominationem.
8 Sacerdotes non dixerunt;vbi est Dominus? & tenentes legem, nescierunt me. & pastores impie egerunt in me: & prophetæ prophetabant in Baal, & post inutile ambulauerunt.
9 Propterea adhuc iudicio contendam vobiscum, & cum filiis filiorum vestrorum iudicio cōtendam.
10 Idcirco venite ad insulas Chettiim,& videte:& in Cedar mittite,& considerate vehementer: & videte,si facta sunt huiusmodi;
11 Si mutauerint gentes Deos suos: & isti non sunt Dij. Populus vero meus mutauit gloriam suam in id,ex quo nihil iuuabuntur.
12 Obstupuit cælum super hoc: & inhorruit extra modum vehementer,dicit Dominus.
13 Duo enim,& mala fecit populus meus:me dereliquerunt fontem aquæ viuæ: & foderunt sibi cisternas contritas, quæ non poterunt continere aquam.

14 Nunquid seruus est Israel, aut vernaculus est? quare factus est in prædam?
15 Super eum rugierunt leones, & dederunt vocem suam;qui posuerunt terram eius in solitudinem: & ciuitates illius destructæ sunt, eo quod non habitentur.
16 Et filij Mempheos,& Taphnas cognouerunt te,& illuserunt tibi.
17 Nonne hæc fecit tibi illud, quod dereliquisti me, dicit Dominum Deus tuus?

18 Et nunc quid tibi,& viæ Aegypti,vt bibas aquam Geon? Et quid tibi, & viæ Assyriorum, vt bibas aquam fluminum?
19 Corripiet te rebellio tua, & malitia tua arguet te. Et scito,& vide,quia amarum tibi, quod dereliqueris me,dicit Dominus Deus tuus: & non complacui in te,dicit Dominus Deus tuus:
20 Quia à sæculo confregisti iugum tuum, & dirupisti vincula tua,& dixisti:non seruiam tibi;sed ibo ad omnem collem excelsum, & subter omne lignum vmbrosum:ibi diffundar in fornicatione mea.
21 Ego autem plantaui te vitem fructiferam omnem veram: quomodo conuersa es in amaritudinem vitis alienæ.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

C A P. II.

ET fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo.
Vade, & clama in auribus Ierusalaim,dicendo, Sic dixit Iehouah,Recordatus sum tui, misericordiæ adolescentiæ tuæ, charitatis desponsationis tuæ, quando ambulabas post me in deserto in terra non sata.

Sanctitas est Israel Iehouæ,primitiæ frugum eius: omnes deuorantes eum delinquent, malum veniet super eos, dixit Iehouah.
Audite verbum Iehouæ domus Iaacob, & omnes cognationes domus Israel.
Sic dixit Iehouah, Quid inuenerunt Patres vestri iniquitatis in me, quod elongauerunt se à me, & ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt?

Nec dixerunt, Vbi est Iehouah qui ascendere fecit nos è terra Aegypti, qui ambulare fecit nos per desertum, nempe per terram desertam, & desolatam, per terram aridam, & vmbræ mortis, per terram, per quam non transibat vir, neque habitabat homo ibi.
Et induxi vos in terram Charmel,vt comederetis fructum eius,& bonum eius:& ingressi estis, contaminastisq; terram meam,& hæreditatem meam posuistis in abominationem.
Sacerdotes non dixerunt,Vbinam est Iehouah?& tenentes legem,non nouerunt me. & pastores præuaricati sunt in me, & Prophetæ prophetauerunt in Baal, & ambulauerunt post ea quæ non profuerunt.
Propterea adhuc iudicabo vos, dixit Iehouah,& filios filiorum vestrorum iudicabo.
Sed transite ad insulas Chithijm,& videte: & in Cedar mittite,& considerate vehementer, & videte si factum sit sicut istud,
Num mutauit gens vlla deos, qui tamen non sunt dij? populus vero meus mutauit gloriam suam in id quod non prodest.
Admiramini cœli super hoc,& timete:desolamini vehementer,dixit Iehouah.
Duo enim mala fecit populus meus:me dereliquerunt venam aquæ viuæ, vt effoderent sibi cisternas, cisternas confractas quæ non continent aquas.

Nunquid seruus est Israel? num est vernaculus? quare ergo fuit in prædam?
Super eum rugierunt catuli leonum, & dederunt vocem suam,& posuerunt terram eius in solitudinem,ciuitates eius exustæ sunt absque habitatore.

Etiam filij Noph & Thahaphanhes, confringent tibi verticem.
Annon hoc fecit tibi, eo quod dereliquisti Iehouam Deum tuum tempore quo ambulare faciebat te per viam.
Nunc ergo quid tibi in via Aegypti? vt bibas aquam Nili? & quid tibi in via Assur? vt bibas aquam fluminis?
Corripiet te malitia tua,& auersio tua increpabit te: scito autem & vide quod malum & amarum est reliquisse te Iehouam Deum tuum, & non esse timorem mei in te, dicit Dominus Iehouah exercituum.
Nam à seculo confregi iugum tuum,rupi vincula tua: & dixisti,Non seruiam: nam super omnem collem sublimem,& sub omni ligno viridi tu discurrebas meretrix.

Ego autem plantaui te optimam vitem totam ipsam semen verum:& quomodo conuersa es mihi in sarmenta vitis alienæ?

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith, maculata es in iniquitate tua coram me, dicit Dominus Deus.

Quomodo dicis: Non sum polluta, post Baalim nõ ambulaui? vide vias tuas in conualle, scito quid feceris: cursor leuis explicans vias suas.

Onager assuetus in solitudine, in desiderio animæ suæ attraxit ventum amoris sui: nullus auertet eam: omnes, qui quærunt eam, non deficient: in menstruis eius inuenient eam.

Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à siti. Et dixisti: Desperaui, nequaquam faciam: adamaui quippe alienos, & post eos ambulo.

Quomodo confunditur fur quando deprehenditur, sic confusi sunt domus Israel, ipsi & reges eorum, principes, & sacerdotes, & prophetæ eorum.

Dicentes ligno: Pater meus es tu: & lapidi: Tu me genuisti. * verterunt ad me tergum, & non faciem, & in tempore afflictionis suæ dicent: Surge & libera nos.

* Inf. 31.33.

Vbi sunt dij tui, quos fecisti tibi? surgant & liberent te in tempore afflictionis tuæ: * secundum numerum quippe ciuitatum tuarum erant dij tui Iuda.

* Inf. 11.13.

Quid vultis mecum iudicio contendere? omnes dereliquistis me, dicit Dominus.

Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt: deuorauit gladius vester prophetas vestros, quasi leo vastator.

Generatio vestra. Videte verbum Domini: Numquid solitudo factus sum Israeli, aut terra serotina? quare ergo dixit populus meus: Recessimus, non veniemus vltra ad te?

Numquid obliuiscetur virgo ornamenti sui, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ? populus vero meus oblitus est mei diebus innumeris.

Quid niteris bonam ostendere viam tuam ad quærendam dilectionem, quæ insuper & malitias tuas docuisti vias tuas.

Et in alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum & innocentum? non in fossis inueni eos, sed in omnibus, quæ supra memoraui.

Et dixisti: Absque peccato & innocens ego sum: & propterea auertatur furor tuus à me. Ecce ego iudicio cõtendã tecũ, eo quod dixeris: Non peccaui.

Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas! & ab Aegypto confunderis, sicut confusa es ab Assur.

Nam & ab ista egredieris, & manus tuæ erunt super caput tuum: quoniam obtriuit Dominus confidentiam tuam, & nihil habebis prosperum in ea.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

22 *Quia si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi Borith, signata est iniquitas tua coram me dixit Dominus Deus.*

23 *Quomodo dices non sum polluta, & post Behalim non ambulaui? Vide viam tuam in valle: scito quid feceris Dromedaria leuis capiens vias suas.*

24 *Onager assuetus in deserto, in desiderio animæ suæ attraxit ventum occasionis suæ, quis auertet eam: omnes qui quærunt eam, non laborabunt in mense suo inuenient eam.*

25 *Prohibe pedem tuum, ne sit discalciatus, & guttur tuum à siti. Et dixisti. Desperatum est, nequaquam: adamaui quippe alienos, & post eos ibo.*

26 *Vt pudore afficitur fur, quando deprehenditur, sic pudore affecti sunt domus Israel, ipsi, reges eorum, principes eorum, & sacerdotes eorum, & prophetæ eorum.*

27 *Dicentes ligno: Pater meus es tu: & lapidi: Tu genuisti nos: quia verterunt à me ceruicem, & non faciem, & in tempore mali sui, dicent: Surge, & serua nos.*

28 *Et vbi sunt dij tui quos fecisti tibi? Surgant, num liberauerint te in tempore mali tui: secundum numerum quippe ciuitatum tuarum fuerunt dij tui Iehudah.*

29 *Vt quid litigatis contra me? omnes vos præuaricati estis contra me, dixit Dominus.*

30 *Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt: deuorauit gladius vester prophetas vestros, tanquam leo vastator.*

31 *O generatio vos: Videte verbum Domini: Numquid solitudo fui Israeli, num tenebrosa valde, vt quid dixerunt populus meus: Dominamur, non veniemus vltra ad te?*

32 *Numquid obliuiscetur virgo ornamenti sui, sponsa murenularum suarum? populus vero meus oblitus sunt mei diebus absque numero.*

33 *Cur dirigis viam tuam ad quærendum dilectionem, ideo etiam malitias docuisti vias tuas.*

34 *Etiam in oris vestimentorum tuorum inuenti sunt sanguines animarum pauperum innocentum? non cum perfossorio inuenisti eos, sed super omnibus his.*

35 *a Dixisti: Quia innocens sum: tantum auersus est furor eius à me. Ecce ego iudico te, eo quod dixeris: Non peccaui.*

36 *Cur discurris ita repetendo viam tuam etiam ab Aegypto pudore afficieris, quemadmodum pudore affecta es ab Assur.*

37 *Etiam hinc egredieris, & manus tuæ erunt super caput tuum: quia contempsit Dominus confidentias tuas, & non prosperaberis in eis.*

CAP. III.

VVlgo dicitur: Si dimiserit vir vxorem suam & recedens ab eo, duxerit virum alterum: numquid reuertetur ad eam vltra? numquid non polluta, & contaminata erit mulier illa? tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit Dominus, & ego suscipiam te.

Leua oculos tuos in directum, & vide vbi non prostrata sis: in viis sedebas, expectans eos quasi latro in solitudine: & polluisti terram in fornicationibus tuis, & in malitiis tuis.

CAP. III.

1 *DIcunt: Si dimiserit vir vxorem suam, & abierit ab eo: & fuerit viri alterius: numquid reuertetur ad eam amplius? nonne præuaricando præuaricata est terra hæc? tu autem fornicata es cum amatoribus multis: sed reuertere ad me dixit Dominus.*

2 *Leua oculos tuos ad excelsa loca, & vide: vbi non prostituta sis? In viis sedisti insidians eis, sicut Harabs in deserto, & præuaricare fecisti terram propter fornicationes tuas, & malitiam tuam.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

23 Vere in mendacium erant colles, & fortitudo montium: tantum per Dominum Deum nostrum salus Israel.

24 Confusio autem consumpsit labores patrum nostrorum ab adolescentia nostra, oues eorum, & vitulos eorum, & filios eorum, & filias eorum.

25 Dormiuimus in confusione nostra: & cooperuit nos ignominia nostra, quoniam coram Deo nostro peccauimus nos, & patres nostri ab adolescentia nostra, vsque in diem hanc: & non obediuimus voci Domini Dei nostri.

CAP. IV.

1 SI conuersus fuerit Israel, ait Dominus, ad me conuertetur: & si abstulerit abominationes suas de ore suo, & à facie mea reueritus fuerit.

2 Et iurauerit, viuit Dominus, cum veritate in iudicio, & iustitia: & benedicent in eo gentes, & in eo laudem dicent Deo in Hierusalem.

3 Hæc enim dicit Dominus viris Iuda, & habitatoribus Hierusalem: Nouate vobis noualia, & nolite serere super spinas.

4 Circuncidimini Deo vestro: & circuncidite duritiam cordis vestri viri Iuda, & habitatores Hierusalem: ne egrediatur vt ignis, indignatio mea; & succendetur (& non erit qui extinguat) à facie nequitiæ adinuentionum vestrarum.

5 Annunciate in Iuda, & audiatur in Hierusalem: dicite. Significate super terram tuba: Clamate fortiter: dicite: Congregamini; & ingrediamur in ciuitates muratas:

6 Assumentes fugite in Sion: festinate nolite stare: quia mala ego adduco ab Aquilone, & contritionem magnam.

7 Ascendit leo de cubili suo: exterminans gentes leuauit se, & egressus est de loco suo, vt ponat terram in solitudinem: & ciuitates destruentur, eo quod non habitentur.

8 Super his accingite vos ciliciis, & plangite, & vlulate; quia non est auersus furor Domini à vobis.

9 Et erit in die illa, dicit Dominus, peribit cor regis, & cor principum: & obstupescent sacerdotes & prophetæ mirabuntur.

10 Et dixi: O Dominator Domine: ergone decipiens decepisti populum istum, & Hierusalem, dicens, pax erit? & ecce tetigit gladius vsque ad animam eorum?

11 In tempore illo dicent populo huic, & Hierusalem: spiritus erroris in deserto: via filiæ populi mei non ad purum, neque ad sanctum:

12 Spiritus repletionis veniet mihi. Nunc autem ego loquor iudicia mea aduersus eos.

13 Ecce quasi nubes ascendet, & quasi tempestas, currus eius: leuiores aquilis equi eius. Væ nobis, quia misere vexamur.

14 Laua à malitia cor tuum Hierusalem, vt salua fias. Vsquequo subsistunt in te cogitationes laborum tuorum?

15 Vox enim annunciantis è Dan veniet: & audietur dolor de monte Ephræm.

16 Commonefacite gentes, ecce venerunt: annunciate in Hierusalem, cateruæ veniunt de terra longinqua: & dederunt super ciuitates Iuda vocem suam:

17 Quasi custodes agri facti sunt super eam in circuitu, quia me neglexisti, dicit Dominus.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

Vere mendacium est vt expectemus salutem à collibus, à multitudine, à montibus: vere in Iehoua Deo nostro est salus Israel.

Confusio autem consumpsit laborem Patrum nostrorum ab adolescentia nostra, oues eorum, & boues eorum, filios eorum, & filias eorum.

Dormiemus in confusione nostra, & operiet nos ignominia nostra, quoniam Iehoua Deo nostro peccauimus, nos & Patres nostri ab adolescentia nostra, & vsque ad diem hanc, neque obtemperauimus voci Iehoua Dei nostri.

CAP. IV.

SI reuersus fueris Israel, dixit Iehouah ad me, quiesces: & si abstuleris abominationes tuas à facie mea, non demigrabis.

Et iurabis, Viuit Iehouah, in veritate, & in iudicio, & in iustitia: & benedicent sese in eo Gentes, & in eo gloriabuntur.

Sic enim dixit Iehouah viro Iehudah & Ierusalaim, Arate vobis arruum, & ne seratis super spinas.

Circuncidite vos Iehoua, & auferte preputia cordis vestri viri Iehudah & habitatores Ierusalaim: ne forte egrediatur ut ignis ira mea, & succendatur, & non sit qui extinguat, propter malitiam operum vestrorum.

Annuntiate in Iehudah, & in Ierusalaim audiri facite, & dicite, Clangite tuba in terra, clamate, congregate, & dicite, Congregate vos, & ingrediamur ciuitates munitas.

Attollite vexillum in Syon, congregate vos, ne subsistatis: quia malum ego adduco ab Aquilone, & contritionem magnam.

Ascendit leo de vmbraculo suo, & interfector Gentium profectus est, & egressus est de loco suo: vt ponat terram tuam in solitudinem, ciuitates tuæ desolabuntur absque habitatore.

Super hoc accingite vos saccis, plangite & vlulate: quoniam non est auersa ira furoris Iehoua à nobis.

Et erit in die illa, dixit Iehouah, peribit cor regis, & cor Principum, & obstupescent Sacerdotes, & Prophetæ admirabuntur.

Et dixi, Ahah, Domine Iehoua, vere decipiendo decepisti populum istum & Ierusalaim, dicendo, Pax erit vobis, & peruenit gladius vsque ad animam.

In tempore illo dicetur populo huic, & Ierusalaim, Ventus siccus in excelsis locis, spirans in deserto, via filiæ populi mei: non ad ventilandum, neque ad repurgandum.

Ventus vehementior his veniet mihi: nunc etiam ego loquar iudicia cum illis.

Ecce tanquam nubes ascendet, & veluti turbo currus eius, leuiores sunt aquilis equi eius: væ nobis, quoniam in prædam dati sumus.

Laua à malitia cor tuum Ierusalaim, vt salua sis: vsquequo morari sines in medio tui cogitationes iniquitatis tuæ?

Vox enim annuntiantis veniet à Dan, & audire facientis vox iniquitatem de monte Ephraim.

Memorate de Gentibus, ecce audiri facite de Ierusalaim, quod custodes veniunt è terra longinqua, & dabunt super ciuitates Iehudah vocem suam.

Veluti custodes agrorum fuerunt iuxta eam in circuitu: quia me irritauit, dixit Iehouah.

Vulgat. Editio.

Sap. 3. 1.5. Viæ tuæ, & cogitationes tuæ fecerunt hæc tibi:
ista malitia tua, quia amara, quia tetigit cor tuum.

Ventrem meum, Ventrem meum doleo, sensus
cordis mei turbati sunt in me: non tacecebo, quo-
niam vocem buccinæ audiuit anima mea, clamo-
rem prælij.
Contritio super contritionem vocata est, & vasta-
ta est omnis terra: repente vastata sunt tabernacula
mea, subito pelles meæ.
Vsquequo videbo fugientem, audiam vocem
buccinæ?
Quia stultus populus meus me non cognouit: fi-
lij insipientes sunt, & vecordes: sapientes sunt vt fa-
ciant mala, bene autem facere nescierunt.
Aspexi terram, & ecce vacua erat, & nihili: & cæ-
los, & non erat lux in eis.
Vidi montes, & ecce mouebantur: & omnes col-
les conturbati sunt.
Intuitus sum, & non erat homo: & omne volatile
cæli recessit.
Aspexi, & ecce Carmelus desertus: & omnes vrbes
eius destructæ sunt à facie Domini, & à facie iræ fu-
roris eius.
Hæc enim dicit Dominus: Deserta erit omnis
terra, sed tamen consummationem non faciam.
Lugebit terra, & mœrebunt cæli desuper: eo quod
locutus sum, cogitaui, & non pœnituit me, nec
auersus sum ab eo.
A voce equitis, & mittentis sagittam fugit omnis
ciuitas: ingressi sunt ardua, & ascenderunt rupes:
vniuersæ vrbes derelictæ sunt, & non habitat in eis
homo.
Tu autem vastata quid facies? cum vestieris te
coccino, cum ornata fueris monili aureo, & pinxeris
stibio oculos tuos, frustra componeris: contempse-
runt te amatores tui, animam tuam quærent.
Vocem enim quasi parturientis audiui, angustias
vt puerperæ: Vox filiæ Sion intermorientis, expan-
dentisque manus suas: væ mihi, quia defecit anima
mea propter interfectos.

CAP. V.

CIrcuite vias Ierusalem, & aspicite, & considera-
te, & quærite in plateis eius, an inueniatis vi-
rum facientem iudicium, & quærentem fidem: &
propitius ero ei.
Quod si etiam viuit Dominus, dixerint: & hoc
falso iurabunt.
Domine oculi tui respiciunt fidem: percussisti
eos, & non doluerunt: attriuisti eos, & renuerunt ac-
cipere disciplinam: indurauerunt facies suas supra
petram, & noluerunt reuerti.
Ego autem dixi: Forsitan pauperes sunt & stulti,
ignorantes viam Domini, iudicium Dei sui.

Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: ipsi enim
cognouerunt viam Domini, iudicium Dei sui: & ec-
ce magis hi simul, confregerunt iugum, ruperunt
vincula.
Idcirco percussit eos leo de silua, lupus ad vespe-
ram vastauit eos, pardus vigilans super ciuitates eo-
rum: omnis qui egressus fuerit ex eis, capietur: quia
multiplicatæ sunt præuaricationes eorum, confor-
tatæ sunt auersiones eorum.
Super quo propitius tibi esse potero? filij tui dere
liquerunt me, & iurant in his, qui non sunt dij: sa-
turaui eos, & mœchati sunt, & in domo meretricis
luxuriabantur.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

18 *Via tua, & actus tui fecerunt hæc tibi, ista malitia*
tua, quia amara, quia peruenit vsque ad cor tuum:

19 *Ventrem meum, Ventrem meum doleo, parietes cordis*
mei doleo, resonat in me cor meum: non tacebo, quoniam
vocem tubæ audisti anima mea, clamorem belli.

20 *Contritio super contritionem vocata est, quia vastata*
est omnis terra, repente vastata sunt tabernacula mea,
subito cortinæ meæ.
21 *Vsquequo videbo vexillum, audiam vocem tubæ?*

22 *Quia stultus populus meus, me non cognouerunt: filij*
insipientes sunt, & non intelligentes sunt: sapientes sunt
ad malefaciendum, benefacere autem non nouerunt.
23 *Vidi terram, & ecce erat desolata, & vacua: & cælos,*
& non erat lux eorum.
24 *Vidi montes, & ecce tremebant: & omnes colles de-*
structi fuerunt.
25 *Vidi, & non erat homo, & omnia volatilia cæli inde*
recesserant.
26 *Vidi, & ecce locus fertilis erat vt desertum: & omnes*
vrbes eius destructæ erant à facie Domini, & à facie iræ
furoris eius.
27 *Sic enim dixit Dominus, Deserta erit omnis terra, &*
consummationem non faciam.
28 *Propter hoc desolabitur terra, & obscurati erunt cæli*
desuper: eo quod locutus sum, cogitaui, & non pœnituit
me, nec auertar ab eo.
29 *A voce equitum & iacientis sagittas arcu, fugit omnis*
habitator ciuitatis, ingressi sunt syluas densas, & ad ru-
pes ascenderunt: omnis ciuitas derelicta est, & non habi-
tat in eis quisquam.
30 *Tu autem vastata quid facies? quia modo induis te*
coccino quia ornas te ornamento aureo, quia pingis stibio
oculos tuos, frustra decoras te: contempserunt te amato-
res, animam tuam quærent.
31 *Vocem enim tanquam parturientis audiui, angustiam*
vt puerperæ: Vox filiæ Syon quæ lamentatur, expandet
manus suas, dicens: væ nunc mihi, quia defecit anima
mea propter interfectos.

CAP. V.

1 *SCrutamini in plateis Ierusalaim, & videte nunc, &*
scitote, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum,
an sit qui faciat iudicium, qui quærat veritatem: &
parcam ei.
2 *Et si viuit Dominus dixerint, vere mendacium iura-*
bunt.
3 *Domine oculi tui nonne sunt ad res stabiles? percussisti*
eos, & non doluerunt, consumpsisti eos, renuerunt accipere
disciplinam, duriores fuerunt facies eorum petra, renue-
runt reuerti.
4 *Ego autem dixi: Forsitan pauperes sunt, stulti facti*
sunt, quia non nouerunt viam Domini, iudicium Dei
sui.
5 *Ibo ad maiores, & alloquar eos, ipsi enim cognouerunt*
viam Domini, iudicium Dei sui: sed ipsi simul confre-
gerunt iugum, ruperunt vincula.

6 *Idcirco percussit eos leo de sylua, lupus deserta incolens*
vastabit eos, pardus festinans super ciuitates eorum: omnis
qui egressus fuerit ex eis rapietur, quia multiplicauerunt
se præuaricationes suas, multiplicarunt se rebelliones eo-
rum.
7 *O propter hoc parcam tibi. filij tui dereliquerunt me,*
& iurauerunt per eum qui non est Deus, saturaui eos,
& adulterium commiserunt, & in domo meretricis con
gregabant se in multitudinem tanquam exercitus.

Transl. ex Septuag.

18 Viæ tuæ, & adinuentiones tuæ fecerunt hæc tibi: ista malitia tua: quia amara, quia tetigit vsque ad cor tuum.

19 Ventrem meum, ventrem meum doleo, & sensoria cordis mei: fluctuat anima mea, dilaceratur cor meum: non tacebo; quoniam vocem tubæ audiuit anima mea, clamorem prælij, & miseriæ:

20 Contritionem aduocat; quia vastata est omnis terra: repente vastatum est tabernaculum, dilaceratæ sunt pelles meæ.

21 Vsquequo videbo fugientes, audiens vocem tubarum?

22 Quia duces populi mei me non cognouerunt. Filij insipientes sunt, & non intelligentes: sapientes sunt, vt faciant mala: bene autem facere nescierunt.

23 Aspexi super terram; & ecce nihil: & in cælum; & non erant lumina eius.

24 Vidi montes; & erant trementes: & omnes colles turbatos.

25 Inspexi, & ecce non erat homo: & omnia volatilia cæli pauebant.

26 Vidi; & ecce Carmelus desertus, & omnes ciuitates inflammatæ igni à facie Domini: & à facie iræ furoris eius deletæ erant.

27 Hęc dicit Dominus: Deserta erit omnis terra: consummationem autem non faciam.

28 Super his lugeat terra, & contenebrescat cælum desuper: eo quod loquutus sum, & non me pænitebit: aggressus sum, & non auertam me ab ea.

29 A voce equitis, & intenti arcus recessit omnis regio. Ingressi sunt in speluncas, & in nemora se absconderunt, & super petras ascenderunt: Omnis ciuitas derelicta est: non habitabat in eis homo.

30 Et tu, quid facies? si circundederis tibi coccinum, & ornaueris te ornatu aureo, si vnxeris stibio oculos tuos; in vanum pulchritudo tua. Repulerunt te amatores tui: animam tuam quærunt.

31 Quia vocem quasi parturientis audiui, gemitum tuum quasi primo parientis. Vox filiæ Sion dissoluetur: & dimittet manus suas. Heu mihi, quia deficit anima mea super interfectis.

C A P. V.

1 Circuncurrite in viis Hierusalem, & videte, & cognoscite, & quærite in plateis eius, si inueniatis: si est faciens iudicium, & quærens fidem: & propitius ero eis, dicit Dominus.

2 Viuit Dominus, dicunt: nihilominus in mendaciis iurant.

3 Domine oculi tui ad fidem: flagellasti eos, & non doluerunt: consummasti eos. & noluerunt recipere disciplinam: firmauerunt facies suas super petram: & noluerunt reuerti.

4 Et ego dixi: fortasse inopes sunt, quia non potuerunt, quia non cognouerunt viam Domini, & iudicium Dei:

5 Ibo ad optimates, & loquar eis, quia ipsi cognouerunt viam Domini, & iudicium Dei. Et ecce vnanimiter confregerunt iugum, diruperunt vincula.

6 Ideo, percussit eos leo de sylua: & lupus vsque ad domos vastauit eos: & pardus vigilauit super ciuitates eorum. Omnes egredientes ab eis capientur: quia multiplicauerunt impietates suas, confortati sunt in auersionibus suis.

7 Quanam harum propitius fiam tibi? Filij tui dereliquerunt me: & iurabant in Diis, qui non sunt: & satiaui, & mœchabantur, & in domibus meretricum diuersabantur:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

18 *Via tua, & actus tui fecerunt hæc tibi, ista malitia tua: quia amarum, quia perueniet vsque ad cor tuum.*

19 *Ventrem meum, ventrem meum doleo, & parietes cordis mei, resonat in me cor meum: non tacebo, quoniam vocem tubæ audisti anima mea, & clamorem belli.*

20 *Contritio post contritionem vocata est: siquidem vastata est tota terra, repente vastata sunt tabernacula mea, subito cortinæ meæ.*

21 *Vsquequo videbo vexillum, audiam vocem tubæ?*

22 *Quia stultus est populus meus, me non agnouerunt: filij insipientes sunt, & non intelligentes sunt: sapientes sunt ad malefaciendum, benefacere autem non nouerunt.*

23 *Vidi terram, & ecce erat desolata & vacua: & cælos, & non erat lux eorum.*

24 *Aspexi montes, & ecce tremebant: & omnes colles destructi fuerunt.*

25 *Vidi, & nullus erat homo: & omnes aues cæli recesserant.*

26 *Vidi, & ecce locus fertilis erat vt desertum, & omnes vrbes eius destructæ erant à facie Iehoua, & à facie iræ furoris eius.*

27 *Sic enim dixit Iehouah, Deserta erit tota terra: consummationem tamen non faciam.*

28 *Propter hoc desolabitur terra, & obscurabuntur cæli desuper: eo quod loquutus sum, cogitaui, & non pænituit me, nec auertar ab eo.*

29 *A strepitu equitum & sagittariorum, fugit omnis habitator ciuitatis, ingressi sunt syluas densas, & in rupes ascenderunt: omnes ciuitates derelictæ sunt, nec habitat in eis quisquam.*

30 *Tu autem vastata quid facies? quod modo induis te coccino, quod ornas te ornamento aureo, quod pingis stibio oculos tuos, frustra ornas te: contempserunt te amatores, animam tuam quærent.*

31 *Vocem enim tanquam parturientis audiui, vocem inquam angustiæ vt primogenitum parientis: vox filiæ Syon quæ lamentatur, expandit manus suas, dicendo, Væ nunc mihi, quia defecit anima mea propter interfectos.*

C A P. V.

1 *Scrutamini per plateas Ierusalaim, & videte nunc, & cognoscite, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum, & an sit qui faciat iudicium, & qui quærat veritatem, & parcam ei.*

2 *Et si viuit Iehouah, dixerint, vere mendacium iurabunt.*

3 *Iehoua oculi tui annon sunt ad veritatem? percussisti eos, & non doluerunt: consumpsisti eos, & renuerunt accipere disciplinam, duriores fuerunt facies eorum petra, renuerunt reuerti.*

4 *Ego autem dixi, Profecto pauperes sunt, stulti facti sunt: quia non nouerunt viam Iehoua, & iudicium Dei sui.*

5 *Ibo ergo ad maiores, & alloquar eos: ipsi enim nouerunt viam Iehouæ, iudicium Dei sui. verum ipsi omnes simul fregerunt iugum, ruperunt vincula.*

6 *Idcirco percutiet eos leo de sylua, lupus deserta incolens vastabit eos, pardus vigilabit super ciuitates eorum: quisquis egressus fuerit ex eis, rapietur, quia multiplicatæ sunt præuaricationes eorum, multiplicatæ sunt rebelliones eorum.*

7 *O propter hoc parcam tibi? filij tui dereliquerunt me, & iurauerunt per eos qui non sunt Deus: saturaui eos, & adulterium commiserunt, & in domum meretricis congregauerunt se turmatim.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
(* Eze. 22.) Equi amatores, & emissarij facti sunt: * Vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat.	8	*Et equi saturati singulo mane erant, vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebant.*
Numquid super his non visitabo, dicit Dominus? & in gente tali non vlciscetur anima mea?	9	*Nunquid super his non visitabo dixit Dominus? Nonne in gente quæ est sicut hæc non vlciscetur anima mea?*
Ascendite muros eius, & dissipate, consummationem autem nolite facere: auferte propagines eius, quia non sunt Domini.	10	*Ascendite muros eius, & dissipate, consummationem autem ne faciatis, auferte minas murorum eius, quia non sunt Domini.*
Præuaricatione enim præuaricata est in me domus Israel, & domus Iuda, ait Dominus.	11	*Quia præuaricando præuaricati sunt in me domus Israel, & domus Iehudah ait Dominus.*
Negauerunt Dominum, & dixerunt: Non est ipse neque veniet super nos malum: gladium & famem non videbimus.	12	*Negauerunt Dominum, & dixerunt. Non est, & non veniet super nos malum, & gladium, & famem non videbimus.*
Prophetæ fuerunt in ventum locuti, & responsum non fuit in eis: hæc ergo euenient illis.	13	*Prophetæ autem fuerunt vt gluma ante ventum, & nihil erat in eis: sic fiet eis.*
Hæc dicit Dominus Deus exercituum: Quia locuti estis verbum istud: ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem, & populum istum in ligna & vorabit eos.	14	*Propterea sic dixit Dominus Deus exercituum. Pro eo quod locuti estis verbum hoc: ecce ego do verba mea in ore tuo vt ignem, & populum hunc, vt ligna, & consumet eos.*
Ecce ego adducam super vos gentem de longinquo domus Israel, ait Dominus: gentem robustam, gentem antiquam, gentem, cuius ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur.	15	*Ecce ego adduco super vos gentem de longinquo domus Israel, ait Dominus: gens robusta est, gens quæ à seculo est, gens cuius ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur.*
Pharetra eius quasi sepulchrum patens, vniuersi fortes.	16	*Pharetra eius veluti sepulchrum patens, vniuersi ipsi fortes.*
Et comedet segetes tuas, & panem tuum, deuorabit filios tuos, & filias tuas: comedet gregem tuum, & armenta tua: comedet vineam tuam & ficum tuam: & conteret vrbes munitas tuas, in quibus tu habes fiduciam, gladio.	17	*Et comedet messem tuam, & panem tuum: comedens filios tuos, & filias tuas: comedet oues tuas, & boues tuos, comedet vitem tuam, & ficum tuam: conteret vrbes munitas tuas quibus tu fidis, gladio.*
Verumtamen in diebus illis, ait Dominus, non faciam vos in consummationem.	18	*Et etiam in diebus ipsis dixit Dominus, non faciam vobiscum consummationem.*
(Inf. 16. 10.) Quod si dixeritis: Quare fecit nobis Dominus Deus noster hæc omnia? dices ad eos: Sicut dereliquisti me, & seruisti Deo alieno in terra vestra, sic seruietis alienis in terra non vestra.	19	*Et erit, si dixeritis propter quid fecit Dominus Deus noster nobis omnia hæc, dices ad eos, Sicut dereliquistis me, & seruistis Deo alieno, in terra vestra, sic seruietis alienis in terra, quæ non est vestra.*
Annunciate hoc domui Iacob, & auditum facite in Iuda, dicentes:	20	*Annunciate hoc in domo Iahacob, & audire facite hoc in Iehudah dicendo.*
Audi popule stulte, qui non habes cor, qui habentes oculos non videtis: & aures, & non auditis.	21	*Audite nunc hoc populus stulte cui non est cor, oculi eis sunt, & non vident: aures eis sunt, & non audiunt.*
Me ergo non timebitis, ait Dominus: & à facie mea non dolebitis? Qui posui arenam terminum mari præceptum sempiternum, quod non præteribit: & commouebuntur, & non poterunt: & intumescent fluctus eius, & non transibunt illud:	22	*Nunquid me non timebitis ait Dominus? Num à facie mea non pauebitis? Qui posui arenam terminum mari, præceptum sempiternum, & non præteribit illud: & commouebunt se, & non præualebunt, & intumescent fluctus eius, & non transibunt illud.*
Populo autem huic factum est cor incredulum & exasperans, recesserunt & abierunt.	23	*Populo autem huic fuit cor declinans, & rebelle, declinauerunt, & abierunt.*
Et non dixerunt in corde suo: Metuamus Dominum Deum nostrum, qui dat nobis pluuiam temporaneam & serotinam in tempore suo: plenitudinem annuæ messis custodientem nobis.	24	*Et non dixerunt in corde suo: Metuamus nunc Dominum Deum nostrum, qui dat pluuiam temporaneam, & serotinam in tempore suo: septimanas præceptorum messis ne pluat, custodiet nobis.*
Iniquitates vestræ declinauerunt hæc: & peccata vestra prohibuerunt bonum à vobis:	25	*Iniquitates vestræ declinare fecerunt hæc, & peccata vestra prohibuerunt bonum à vobis.*
Quia inuenti sunt in populo meo impij insidiantes quasi aucupes, laqueos ponentes, & pedicas ad capiendos viros.	26	*Quia inuenti sunt in populo meo impij aspicient vt qui ponit laqueos, stare fecerunt laqueum, homines capient.*
Sicut decipula plena auibus, sic domus eorum plenæ dolo: ideo magnificati sunt & ditati.	27	*Sicut cauea plena auibus, sic domus eorum plenæ sunt dolo, ideo magnificati sunt, & ditati sunt.*
(* Isa. 1. 23. Zach. 7. 10.) Incrassati sunt & impinguati: & præterierunt sermones meos pessime. * Causam viduæ non iudicauerunt, causam pupilli non direxerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt.	28	*Impinguati sunt, candidi facti sunt, etiam superauerunt in malis alios viros malos Iudicium non iudicauerunt, nec iudicium pupilli, & prosperauerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt.*
Numquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut super gentem huiuscemodi non vlciscetur anima mea?	29	*Nunquid super his non visitabo dicit Dominus? Et nonne in gente quæ est sicut hæc non vlciscetur anima mea?*
Stupor & mirabilia facta sunt in terra:	30	*Res admiratione digna, & turpis facta est in terrà.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

8 Equi furentes in fœminas facti sunt: vnusquisque super vxorem proximi sui hinniebant.

9 Numquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut in gentem talem non vlciscetur anima mea?

10 Ascendite super propugnacula vestra, & destruite: consummationem autem ne faciatis; relinquite sustentacula eius, quia Domini sunt.

11 Præuaricans enim præuaricata est in me, dicit Dominus, domus Israel: & domus Iuda.

12 Mentita est Domino suo & dixerunt: non sunt hæc: non venient super nos mala: & gladium, & famem non videbimus:

13 Prophetæ nostri fuerunt in ventum: & verbum Domini non fuit in eis.

14 Ideo hæc dicit Dominus omnipotens: Pro eo, quod loquuti estis verbum istud; ecce ego dedi verba mea in os tuum ignem, & populum istum ligna; & deuorabit eos.

15 Ecce ego adduco super vos gentem de longe, domus Israel, dicit Dominus, gentem, cuius non audies vocem linguæ eius:

16 Vniuersi fortes.

17 Et deuorabunt messem vestram, & panes vestros, & deuorabunt filios vestros, & filias vestras: & deuorabunt oues vestras, & vitulos vestros: & deuorabunt vineas vestras, & ficeta vestra, & oliueta vestra: & triturabunt ciuitates munitas vestras, in quibus vos fidistis in eis, in gladio.

18 Et erit in diebus illis, dicit Dominus Deus tuus, non faciam vos in consummationem.

19 Et erit quando dixeritis, cur fecit Dominus Deus noster nobis omnia hæc? & dices eis: Pro eo quod seruistis Diis alienis in terra vestra, sic seruietis alienis in terra non vestra.

20 Annunciate hæc in domum Iacob: & audiatur in domo Iuda.

21 Audite nunc hæc populus stultus, & sine corde: oculi eis; & non vident: aures eis: & non audiunt.

22 Numquid me non timebitis, dicit Dominus? aut à facie mea non verebimini? qui posui arenam terminum mari, præceptum æternum; & non supergredietur illud: & turbabitur; & non poterit: & sonabunt fluctus eius: & non supergredientur illud.

23 Populo autem huic factum est cor non audiens, & contumax: & declinauerunt, & abierunt,

24 Et non dixerunt in corde suo: timeamus nunc Dominum Deum nostrum, qui dat nobis pluuiam temporaneam, & serotinam, secundum tempus impletionis præcepti messis, & custodiuit nobis.

25 Iniquitates vestræ declinauerunt hæc: & peccata vestra repulerunt bona à vobis.

26 Quia inuenti sunt in populo meo impij: & laqueos statuerunt ad perdendos viros, & ceperunt.

27 Sicut laqueus superpositus plenus auium; sic domus eorum plenæ dolo.

28 Ideo magnificati sunt, & ditati, & transgressi sunt iudicium: non iudicauerunt iudicium pupilli: & iudicium viduæ non iudicauerunt.

29 Nunquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut in gentem talem non vlciscetur anima mea?

30 Stupor, & horribilia facta sunt super terra.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

Vt equi saturati mane fuerunt: quisque ad vxorem proximi sui hinniunt.

Numquid super his non visitabo? dixit Iehouah, annon de Gente quæ est sicut hæc; non vlciscetur se anima mea?

Ascendite muros eius, & dissipate, consummationem autem ne feceritis: auferte pinnas murorum eius, quia non sunt Iehouæ.

Nam præuaricando præuaricati sunt in me domus Israel, & domus Iehudah, ait Iehouah.

Negauerunt Iehouam, & dixerunt, Non est ipse: neque veniet super nos malum, nec gladium, nec famem videbimus.

Prophetæ autem erunt in ventum, & sermo non in illis: sic fiet eis.

Propterea sic dixit Iehouah Deus exercituum, Eo quod loquuti estis verbum hoc, ecce ego ponam verba mea in ore tuo vt ignem, & populum istum vt ligna, deuorabitque eos.

Ecce ego adducam super vos gentem de longinquo, ô domus Israel, ait Iehouah, gens robusta est, gens quæ à seculo est, gens cuius ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur.

Pharetra eius veluti sepulchrum patens vniuersi sunt fortes.

Et comedet messem tuam & panem tuum, comedent filios tuos & filias tuas, comedet oues tuas & boues tuos, comedet vitem tuam, & ficum tuam, ad extremam paupertatem rediget vrbes munitas tuas quibus tu fidis, idque gladio.

Et etiam in diebus illis, dixit Iehouah, non faciam vobiscum consummationem.

Et erit, quum dicetis, Propter quid fecit Iehouah Deus noster nobis omnia hæc? tum dices ad eos, Quemadmodum dereliquistis me, & seruistis diis peregrinis in terra vestra, sic seruietis alienis in terra non vestra.

Annuntiate istud in domo Iaacob, & audiri facite istud in Iehudah, dicendo,

Audite nunc istud popule stulte, & excors, quibus oculi sunt, & non vident: quibus aures sunt, & non audiunt.

An me non timebitis, ait Iehouah? annon à facie mea pauebitis? quia posui arenam terminum mari, statutum sempiternum, nec præteribit illud: commouebuntur quidem, & non praualebunt: & intumescent fluctus eius, & non transibunt illud.

Populo autem huic est cor declinans, & rebelle, declinauerunt, & abierunt:

Neque dixerunt in corde suo, Metuamus nunc Iehouam Deum nostrum, qui dat pluuiam temporaneam & serotinam in tempore suo: hebdomadas statutorum messis custodit nobis.

Iniquitates vestræ declinare fecerunt hæc, & peccata vestra prohibuerunt bonum à vobis.

Inueniuntur enim in populo meo impij: aspicient ad vias vt qui ponit laqueos, statuerunt laqueum, homines capient.

Vt cauea plena auibus, sic domus eorum plenæ sunt dolo: ideo magni facti sunt, & ditati sunt.

Impinguati sunt, nituerunt, etiam superauerunt facta mali: iudicium non iudicauerunt, iudicium inquam pupilli, & tamen prospere egerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt.

Nunquid super his non visitabo dicit Iehouah? annon de gente quæ est sicut hæc, non vlciscetur se anima mea?

Stupendum & turpe factum est in terra.

Vulgat. Editio.

Prophetæ prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus suis: & populus meus dilexit talia; quid igitur fiet in nouissimo eius?

CAP. VI.

COnfortamini filij Beniamin in medio Ierusalem, & in Thecua clangite buccina, & super Bethacarem leuate vexillum: quia malum visum est ab Aquilone, & contritio magna.

Speciosæ & delicatæ assimilaui filiam Sion.

Ad eam venient pastores, & greges eorum: fixerunt in ea tentoria in circuitu: pascet vnusquisque eos, qui sub manu sua sunt.

Sanctificate super eam bellum: consurgite, & ascendamus in meridie: væ nobis, quia declinauit dies, quia longiores factæ sunt vmbræ vesperi.

Surgite, & ascendamus in nocte, & dissipemus domos eius.

Quia hæc dicit Dominus exercituum: Cædite lignum eius, & fundite circa Ierusalem aggerem: hæc est ciuitas visitationis, omnis calumnia in medio eius.

Sicut frigidam fecit cisterna aquam suam, sic frigidam fecit malitiam suam: iniquitas & vastitas audietur in ea, coram me semper infirmitas & plaga.

Erudire Ierusalem, ne forte recedat anima mea à te, ne forte ponam te desertam terram inhabitabilem.

Hæc dicit Dominus exercituum: Vsque ad racemum colligent quasi in vinea reliquias Israel: conuerte manum tuam quasi vindemiator ad cartallum.

Cui loquar? & quem contestabor vt audiat? ecce incircumcisæ aures eorum, & audire non possunt: ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium: & non suscipient illud.

Idcirco furore Domini plenus sum, laboraui sustinens: effunde super paruulum foris, & super consilium iuuenum simul: vir enim cum muliere capietur, senex cum pleno dierum.

Et transibunt domus eorum ad alteros, agri & vxores pariter: quia extendam manum meam super habitantes terram, dicit Dominus.

Isa. 56. 11. Inf. 8. 10. A minore quippe vsque ad maiorem omnes auaritiæ student: & à propheta vsque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum.

Et curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia, dicentes: Pax, pax: & non erat pax.

Confusi sunt, quia abominationem fecerunt: quin potius confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt: quam ob rem cadent inter ruentes: in tempore visitationis suæ corruent, dicit Dominus.

Hæc dicit Dominus: State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea: * & inuenietis refrigerium animabus vestris. Et dixerunt: Non ambulabimus. (* Mat. 11. 29.)

Et constitui super vos speculatores. Audite vocem tubæ. Et dixerunt: Non audiemus.

Ideo audite Gentes, & cognosce congregatio, quanta ego faciam eis.

Audi terra: Ecce ego adducam mala super populum istum, fructum cogitationum eius: quia verba mea non audierunt, & legem meam proiecerunt.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

31 *Prophetæ prophetauerunt mendaciter, & sacerdotes accipiebant munera ad manus suas: & populus meus dilexerunt sic. & quid facietis in nouissimo eius?*

CAP. VI.

1 *FVgite filij Biniamin de medio Ierusalaim, & in Tecoah clangite buccina, & super Bethhaccharem, eleuate turrim: quia malum visum est ab Aquilone, & contritio magna.*

2 *Mulieri quiete habitanti in tabernaculo, & delicatæ assimilaui filiam Sijon.*

3 *Ad eam venient pastores, & greges eorum: fixerunt in ea tentoria per circuitum, pauerunt vnusquisque in loco suo.*

4 *Præparate aduersus eam bellum, surgite, & ascendamus in meridie: væ nobis, quia declinauit dies, quia extenderunt se vmbræ vespertinæ.*

5 *Surgite, & ascendamus noctu, & dissipemus ædes eius.*

6 *Sic enim dixit Dominus exercituum. Succidite arbores, & effundite iuxta Ierusalaim aggerem: hæc est ciuitas quæ visitata est* in ciuitate *tota ipsa oppressor est in medio eius.*

7 *Quemadmodum scaturire facit puteus aquam suam, sic scaturire fecit malitiam suam: punitio, & vastitas audietur in ea coram me semper, infirmitas, & percussio.*

8 *Erudi teipsam Ierusalaim, ne forte recedat anima mea à te, ne forte ponam te desertam, terram non habitabilem.*

9 *Sic dixit Dominus exercituum, Vindemiator peracta vindemia, qui remanserant colligit racemos: ita ij colligendo colligent reliquum Israel: conuerte manum tuam sicut vindemiator ad canistra.*

10 *Cui loquar, & quem monebo, & audient? ecce incircuncisa auris eorum, & non poterunt attendere: ecce verbum Domini fuit eis in opprobrium, & non volent illud.*

11 *Et ira Domini plenus sum, laboraui ad continendum me, ad effundendum super paruulos foris, & super congregationem iuuenum pariter, quia etiam maritus cum vxore capientur, senex cum pleno dierum.*

12 *Et vertentur domus eorum ad alteros, agri, & vxores pariter, quia extendam manum meam super habitantes terram, dicit Dominus.*

13 *A paruo enim eorum vsque ad magnum eorum omnis ipse auare sectatur auaritiam & à propheta & vsque ad sacerdotem, omnis ipse facit mendacium.*

14 *Et curabant contritionem filiæ populi mei, leui sermone dicendo: Pax pax, & non erat pax.*

15 Num *pudore affecti sunt, quod abominationem fecerint? etiam pudore non suffusi sunt pudore etiam erubescere nesciuerunt: quam ob rem cadent inter ruentes, in tempore quo visitabo eos, corruent dicit Dominus.*

16 *Sic dixit Dominus. State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis requiem animæ vestræ, & dixerunt. Non ambulabimus.*

17 *Et constituam super vos speculatores. Intendite voci buccinæ. Et dixerunt: Non intendemus.*

18 *Ideo audite Gentes, & cognosce congregatio iniquitates quæ sunt in eis.*

19 *Audi terra: Ecce ego adduco malum super populum istum fructum cogitationum eorum quia verbis meis non intenderunt, & legem meam reprobauerunt.*

Transl. ex Septuag.

Prophetæ prophetant iniqua, & sacerdotes applauserunt manibus suis: & populus meus dilexit sic. Et quid facietis post hæc?

C A P. VI.

COnfortamini filij Beniamin de medio Hierusalem: & in Thecue significate tuba: & super Bethacharma leuate signum: quia mala incubuerunt ab Aquilone & contritio magna fit:

Et auferetur c elsitudo tua filia Sion.

In eam venient pastores, & greges eorum: & figent super eam tabernacula in circuitu; & pascent vnusquisque manu sua.

Paramini super eam in bellum: consurgite, & ascendamus super eam meridie: væ nobis, quia declinauit dies, quia deficiunt vmbræ diei.

Surgite & ascendamus super eam nocte; & dissipemus fundamenta illius.

Quia hæc dicit Dominus: Cæde ligna eius, effunde super Hierusalem virtutem. O ciuitas mendax: tota oppressio in ea.

Sicut frigidam facit cisterna aquam; sic frigidam facit malitia eius. Impietas, & miseria audietur in ea super faciem eius semper.

Dolore, & flagello erudieris Hierusalem: Ne recedat anima mea à te: ne faciam te inuiam terram, quæ non habitetur.

Quia hæc dicit Dominus: Racemate, racemate quasi vineam, reliquias Israel. Conuertimini, quasi vindemiator ad cartallum suum.

Ad quem loquar, & contestabor; & exaudiet? Ecce incircuncisæ aures eorum; & non poterunt audire. Ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium: non volent illud.

Et furorem meum impleui, & sustinui, & non consumpsi eos. Effundam super paruulos deforis, & super congregationem iuuenum simul: quia vir, & vxor capientur, senior cum pleno dierum;

Et transibunt domus eorum ad alteros, agri, & vxores eorum pariter; quia extendam manum meam super habitantes terrã hanc, dicit Dominus.

* A paruo enim eorum, & vsque ad magnum omnes consummauerunt iniqua à sacerdote, & vsque ad pseudoprophetam omnes fecerunt mẽdacia.

Et curabant contritionem populi mei, spernentes & dicentes: Pax, pax. Et vbi est pax?

Confusi sunt, quia defecerunt: & neque sicut qui confunduntur, confusi sunt: & inhonorationem suam non cognouerunt. Quamobrem cadent in ruina sua, & in tempore visitationis peribunt, dicit Dominus. *

* Hæc quæ infra asteris clauduntur respondẽt etiã his quæ habentur c. 8. post n. 10. in nostra vulgata ibi tamen desunt ab hac Transl. ex Sept.

Hæc dicit Dominus: State super vias, & videte, & interrogate semitas Domini, quæ à seculo: & videte, qualis est via bona, & ambulate in ea: & inuenietis purificationem animabus vestris. Et dixerunt: non ibimus.

Constitui super eos speculatores: audite vocem tubæ. Et dixerunt: non audiemus.

Ideo audierunt gentes, & qui pascunt greges suos.

Audi terra: Ecce ego adduco super populum hunc mala, fructum auersionis eorum: quia sermonibus meis non attenderunt, & legem meam proiecerunt.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

31 *Prophetæ prophetauerunt mendaciter, & sacerdotes acceperunt munera in manus suas: & populus meus dilexerunt sic: quid autem facietis in nouissimo eius?*

C A P. VI.

1 *FUgite filij Biniamin, de medio Ierusalaim, & in Thecoa clangite buccina, & super Beth-hacherem eleuate vexillum: quia malum visum est ab Aquilone, & contritio magna.*

2 *Mulieri iugiter habitanti in tabernaculo, & delicatæ similem feci filiam Syon.*

3 *Ad eam venient pastores, & greges eorum: figent iuxta eam tentoria per circuitum: depascent quisque in loco suo.*

4 *Præparate aduersus eam bellum, surgite, & ascendamus meridie: væ nobis, quia declinauit dies, quia extenderunt se vmbræ vespertinæ.*

5 *Surgite, & ascendamus noctu, & demoliamur palatia eius.*

6 *Sic enim dixit Iehouah exercituum, Succidite ligna, & effundite iuxta Ierusalaim aggerem: ea est ciuitas quæ visitata est tota ipsa, oppressor est in medio eius.*

7 *Quemadmodum scaturire facit puteus aquam suam, sic scaturire facit malitiam suam: iniuria & vastitas auditur in ea in conspectu meo iugiter infirmitas, & percussio.*

8 *Erudire Ierusalaim, ne forte recedat anima mea à te, ne forte ponam te desertam tanquam terram non habitatam.*

9 *Sic dixit Iehouah exercituum, Racemando racemabunt tanquam vitem, reliquum Israelis: conuerte manum tuam sicut vindemiator ad canistra.*

10 *Quem alloquar, & quem monebo, & audient? ecce incircuncisa est auris eorum, neque poterunt attendere: ecce verbum Iehouæ fuit eis opprobrio, non amauerunt illud.*

11 *Itaque ira Iehouæ plenus sum, defatigatus sum continendo me, ad effundendum illam super paruulos foris, & super congregationem iuuenum pariter: quia etiam maritus cum vxore capientur, senex cum pleno dierum.*

12 *Et vertentur domus eorum ad alteros, agri & vxores pariter: quia extendam manum meam super habitatores terræ, dicit Iehouah.*

13 *A paruo enim eorum vsque ad magnum eorum omnes auare sectantur auaritiam: & à propheta vsque ad sacerdotem, omnes faciunt mendacium.*

14 *Et curabant contritionem filiæ populi mei, leui sermone, dicendo, Pax, pax: & non erat pax.*

15 *Num pudore affecti sunt, quod abominationem fecerint? ne pudendo quidem pudore affecti sunt, nec etiam erubescere nouerunt: propterea cadent inter corruentes, in tempore quo visitabo eos, corruent, dicit Iehouah.*

16 *Sic dixit Iehouah, State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quænam sit via bona, & ambulate in ea: & inuenietis requiem animæ vestræ. & dixerunt, Non ambulabimus.*

17 *Constitui præterea super vos speculatores, qui dicerent, Attendite voci buccinæ. & dixerunt, Non attendemus.*

18 *Ideo audite Gentes: & cognosce ó congregatio quæ sunt in eis:*

19 *Audi terra, Ecce ego adduco malum super populum istum, fructum cogitationum eorum: quia verbis meis non attenderunt, & legem meam reprobauerunt.*

Vulgat. Editio.

Isa. 1. 11. Vt quid mihi thus de Sabba affertis, & calamum suaue olentem de terra longinqua? holocaustomata vestra non sunt accepta, & victimæ vestræ non placuerunt mihi.

Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego dabo in populum istum ruinas, & ruent in eis patres, & filij simul, vicinus, & proximus peribunt.

Hæc dicit Dominus: Ecce populus venit de terra Aquilonis, & gens magna consurget à finibus terræ.

Sagittam & scutum arripiet: crudelis est, & non miserebitur: vox eius quasi mare sonabit: & super equos ascendent, præparati quasi vir ad prælium, aduersum te filia Sion.

Audiuimus famam eius, dissolutæ sunt manus nostræ: tribulatio apprehendit nos, dolores vt parturientem.

Nolite exire ad agros, & in via ne ambuletis: quoniam gladius inimici pauor in circuitu.

Filia populi mei accingere cilicio, & conspergere cinere: luctum vnigeniti fac tibi, planctum amarum, quia repente veniet vastator super nos.

Probatorem dedi te in populo meo robustum: & scies, & probabis viam eorum.

Omnes isti principes declinantes, ambulantes fraudulenter, æs & ferrum: vniuersi corrupti sunt.

Defecit sufflatorium, in igne consumptum est plumbum, frustra conflauit conflator: malitiæ enim eorum non sunt consumptæ.

Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit illos.

CAP. VII.

VErbum, quod factum est ad Ieremiam à Domino, dicens:

Sta in porta domus Domini & prædica ibi verbum istud, & dic: Audite verbum Domini omnis Iuda, qui ingredimini per portas has, vt adoretis Dominum.

* Inf. 26. 13. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: *Bonas facite vias vestras, & studia vestra: & habitabo vobiscum in loco isto.

Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini est.

Quoniam si bene direxeritis vias vestras, & studia vestra: si feceritis iudicium inter virum & proximum eius,

Aduenæ, & pupillo, & viduæ non feceritis calumniam, nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc, & post deos alienos non ambulaueritis in malum vobismetipsis:

Habitabo vobiscum in loco isto: in terra, quam dedi patribus vestris à sæculo & vsque in sæculum.

Ecce vos confiditis vobis in sermonibus mendacij, qui non proderunt vobis:

Furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare Baalim, & ire post deos alienos, quos ignoratis.

Et venistis, & stetistis coram me in domo hac, in qua inuocatum est nomen meum, & dixistis: Liberati sumus eo quod fecerimus omnes abominationes istas.

Mat. 21. 13. Mar. 11. 17. Luc. 19. 46. Numquid ergo spelunca latronum facta est domus ista, in qua inuocatum est nomen meum in oculis vestris? ego, ego sum: ego vidi dicit Dominus.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

20 *Vt quid iam mihi thus de Seba veniet, & calamus odoratus optimus de terra longinqua? holocaustomata vestra non sunt ad beneplacitum, & sacrificia vestra non dulcuerunt mihi.*

21 *Propterea sic dixit Dominus, ecce do populo huic ruinas, & ruent in eis patres, & filij pariter, vicinus, & amicus eius peribunt.*

22 *Sic dixit Dominus. Ecce populus venit de terra Aquilonis, & gens magna consurget à lateribus terræ.*

23 *Arcum, & scutum arripient, crudeles sunt, & non miserebuntur: vox eorum tanquam mare sonabit, & super equos equitabunt parati tanquam vir ad prælium aduersum te filia Sion.*

24 *Audiuimus famam eius, debilitatæ sunt manus nostræ, tribulatio apprehendit nos, dolor, vt parturientis.*

25 *Ne exeas ad agrum, & per viam ne ambules, quoniam gladius inimici, pauor est in circuitu.*

26 *Filia populi mei accinge te sacco, volue te in cinere, luctum vnici fac tibi, planctum amaritudinum, quia repente veniet vastator super nos.*

27 *Munitionem dedi te in populo meo, munitionem, & scies & probabis viam eorum.*

28 *Omnes ipsi principes declinantes, ambulantes fraudulenter, æs, & ferrum, omnes ipsi corruptores sunt.*

29 *Combustum est sufflatorium ab igne, consumptum est plumbum, frustra conflauit conflando, & mali non sunt auulsi.*

30 *Argentum reprobatum vocate eos, quia reprobauit Dominus eos.*

CAP. VII.

1 *VErbum quod fuit ad Irmeiahu à Domino dicendo.*

2 *Sta in porta domus Domini, & prædica ibi verbum istud, & dic: Audite verbum Domini omnis Iehudah, qui ingredimini per portas has, vt incuruetis vos Domino.*

3 *Sic dixit Dominus exercituum Deus Israel: Bonas facite vias vestras, & opera vestra, & habitare faciam vos in loco isto.*

4 *Ne fidatis verbis mendacij dicendo: Templum Domini, templum Domini, templum Domini sunt.*

5 *Quoniam si bonas faciendo bonas feceritis vias vestras, & opera vestra: & faciendo feceritis iudicium inter virum, & amicum eius.*

6 *Peregrinum, pupillum, & viduam non oppresseritis, & sanguinem innocentem non effuderitis in loco isto, & post deos alienos non ambulaueritis in malum vobis.*

7 *Habitare faciam vos in loco isto: in terra, quam dedi patribus vestris à sæculo vsque in sæculum,*

8 *Ecce vos fiditis verbis mendacij, quod non prodest.*

9 *Nunquid est furandum, occidendum, & adulterandum, & iurandum mendaciter, & adolendum Bahal, & eundum post deos alienos quos non nostis?*

10 *Et venistis, & stetistis coram me in domo hac, in qua inuocatum est nomen meum, & dixistis: liberati sumus, eo quod fecimus omnes abominationes istas.*

11 *Nunquid vt spelunca latronum fuit domus hac, in qua inuocatum est nomen meum in oculis vestris? Etiam ego ecce vidi dixit Dominus.*

Transl. ex Septuag.

Idcirco ecce dies veniunt, dicit Dominus; & non dicent amplius, ara Tapheth, & vallis filij Ennom, sed vallis interfectorum: & sepelient in Tapheth, eo quòd non sit locus;

Et erunt mortui de populo hoc in escam volatilibus cæli, & bestiis terræ: & non erit, qui abigat.

Et cessare faciam de ciuitatibus Iuda, & de viis Hierusalem vocem lætantium, & vocem gaudentium, vocem sponsi, & vocem sponsæ: quia in desolationem erit vniuersa terra.

CAP. VIII.

IN tempore illo, dicit Dominus, efferent ossa regum Iuda, & ossa principum eius, & ossa sacerdotum, & ossa prophetarum, & ossa habitantium in Hierusalem de sepulchris eorum,

Et torrebunt ea ad Solem, & Lunam, & ad omnia sydera, & ad omnem militiam cæli, quæ dilexerunt, & quibus seruierunt, & post quæ ambulauerunt post ea, & quibus adhæserunt, & quæ adorauerunt ea. Non plangentur, & non sepelientur: & erunt in exemplum super faciem terræ.

Quia elegerunt mortem, quàm vitam, etiam de omnibus residuis, qui relicti fuerint de generatione illa, in omni loco, quocumque expulero eos illuc.

Quia hæc dicit Dominus; Nunquid qui cadit, non resurgit? aut, qui auertit se, non reuertitur?

Quare auersus est populus meus hic auersione impudenti, & confirmati sunt in electione sua, & noluerunt reuerti?

Auribus percipite nunc, & audite. Nonne sic loquẽtur, non est homo, qui pœnitentiam agat à peccato suo, dicens, quid feci? Defecit currens à cursu suo, quasi equus defessus in hinnitu suo.

Et asida in cælo cognouit tempus suum: turtur, & hirundo agri, passeres custodierunt tempora ingressuum suorum: populus autem meus hic non cognouit iudicia Domini.

Quomodo dicetis, quia sapientes sumus nos, & lex Domini nobiscum est? Frustra factus est iuncus mendax scribis.

Confusi sunt sapientes, & perterriti, & capti sunt: quia legem Domini reprobauerunt. Sapientia quæ est in eis?

Propterea dabo vxores eorum aliis, & agros eorum * hæredibus, & colligent genimina eorum, dicit Dominus.

* Eadem quæ habentur supra c. 6. nu 13. respondent his quæ hic habentur in vulgata, & desunt ab hac translat. ex Septuag.

Non est vua in vitibus: & non sunt ficus in ficis, & folia defluxerunt.

Quare nos sedemus? Conuenite, & ingrediamur in ciuitates munitas, & proiiciamur ibi: quoniam Deus proiecit nos, & potum dedit nobis aquam fellis: quia peccauimus coram eo.

Congregati sumus ad pacem, & non fuerunt bona: ad tempus medelæ, & ecce trepidatio.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli,

32 *Ideo ecce dies veniunt, dixit Iehouah, & non dicetur vltra Thophet, & Vallis filij Hinnom, sed Vallis interfectionis: & sepelient in Thophet, donec non sit locus.*

33 *Et erit morticinum populi huius in cibum volatilibus cæli, & bestijs terræ, & non erit qui exterreat.*

34 *Et cessare faciam de vrbibus Iehudah, & de plateis Ierusalaim vocem gaudij & vocem lætitiæ, vocem sponsi & vocem sponsæ: quoniam in desolationem erit terra.*

CAP. VIII.

1 *IN tempore illo dixit Iehouah, Educent ossa Regum Iehudah, & ossa Principum eius, & ossa Sacerdotum, & ossa Prophetarum, atque ossa habitantium Ierusalaim, de sepulchris suis.*

2 *Et expandent ea ad solem & lunam, & ad omnem exercitum cæli, quæ dilexerunt, & quibus seruierunt, & post quæ ambulauerunt, & quæ quæsierunt, & quibus incuruauerunt se: non colligentur, nec sepelientur, in sterquilinium super faciem terræ erunt.*

3 *Et eligetur mors magis quam vita, ab omni residuo quod reliquum fuerit de familia mala hac, quod reliquum inquam fuerit in vniuersis locis ad quæ detrusero eos, dixit Iehouah exercituum.*

4 *Dices itaque ad eos, Sic dixit Iehouah, Nunquid cadent, & non resurgent? nunquid auertetur, & non conuertetur?*

5 *Quare rebellis est populus iste Ierusalaim rebellione forti? apprehenderunt dolum, renuerunt reuerti.*

6 *Attendi, & audiui, non rectum loquuntur, non est quisquam quem pœniteat mali sui, dicendo, Quid feci? omnis conuersus est in cursum suum, tanquam equus impetu irruens in prælium.*

7 *Etiam ciconia in cælo cognouit tempus suum, & turtur, & grus, & hirundo obseruant tempus aduentus sui: populus autem meus non nouit iudicium Iehouæ.*

8 *Quomodo dicetis, Sapientes sumus, & Lex Iehouæ est nobiscum? vere ecce in vanum adaptauit stylum suum scriptor, frustra scripserunt scribæ.*

9 *Pudore affecti sunt sapientes, perterriti sunt, & capti sunt: ecce verbum Iehouæ reprobauerunt, & sapientia cuius rei est eis?*

10 *Propterea dabo vxores eorum alijs, agros eorum hæredibus: quia à paruo vsque ad magnum auare sectantur auaritiam, à Propheta vsque ad Sacerdotem omnes faciunt mendacium.*

11 *Et sanabant contritionem filiæ populi mei leui verbo, dicendo, Pax, pax: & non erat pax.*

12 *Num pudore affecti sunt quod abominationem fecerint? ne pudendo quidem pudore affecti sunt, nec erubescere nouerunt: idcirco cadent inter corruentes in tempore quo visitabo eos, corruent, dicit Iehouah.*

13 *Consumendo consumam eos, dixit Iehouah, non sunt vuæ in vite, nec sunt ficus in ficu, & folium defluxit, & quæ dedi eis transierunt ab eis.*

14 *Vtquid manemus? congregate vos, & ingrediamur ciuitates munitas, & silebimus illic: quia Iehouah Deus noster tacere nos fecit, & potum dedit nobis aquam fellis: peccauimus enim Iehouæ.*

15 *Expectabimus pacem, & non erit bonum: tempus medelæ. & ecce terror.*

Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
A Dan auditus est fremitus equorum eius, à voce hinnituum pugnatorum eius commota est omnis terra,& venerunt,& deuorauerunt terram,& plenitudinem eius; vrbem & habitatores eius.	16	*A Dan auditus est fremitus equorum eius, à sonitu hinnituum equorum fortium eius tremuit omnis terra: & venerunt, & deuorauerunt terram, & plenitudinem eius, vrbem, & habitantes in ea.*
Quia ecce ego mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio; & mordebunt vos, ait Dominus.	17	*Quia ecce ego mitto in vos serpentes regulos, quibus non est incantatio, & mordebunt vos ait Dominus.*
Dolor meus super dolorem, in me cor meũ mœrens.	18	*Quum volo confortari super dolorem meum, non possum, quia in me cor meum est infirmum.*
Ecce vox clamoris filiæ populi mei de terra longinqua; Numquid Dominus non est in Sion, aut rex eius non est in ea? Quare ergo me ad iracundiam concitauerunt in sculptilibus suis, & in vanitatibus alienis?	19	*Ecce vox clamoris filiæ populi mei de terra longinqua: Nunquid Dominus non est in Syon, rex eius non est in ea? Quare irasci fecerunt me, sculptilibus suis, vanitatibus Dei alieni?*
Transiit messis, finita est æstas,& nos saluati non sumus.	20	*Transiuit messis, finita est æstas, & non sumus saluati.*
Super contritione filiæ populi mei contritus sum, & contristatus, stupor obtinuit me.	21	*Super contritionem filiæ populi mei contritus sum, obtenebratus sum, stupor obtinuit me.*
Numquid resina non est in Galaad? aut medicus non est ibi? quare igitur non est obducta cicatrix filiæ populi mei?	22	*Nunquid theriaca non est in Ghilhad, num medicus non est ibi? Sed cur non est curata medicina filiæ populi mei?*
CAP. IX.		***CAP. IX.***
QVis dabit capiti meo aquam,& oculis meis fontem lachrymarum? & plorabo die, ac nocte, interfectos filiæ populi mei.	1	*QVis det vt caput meum sit aqua, & oculus meus vena lachrymarum, & flebo die, ac nocte interfectos filiæ populi mei.*
Quis dabit me in solitudine diuersorium viatorum,& derelinquam populum meum, & recedam ab eis? Quia omnes adulteri sunt, cœtus præuaricatorum.	2	*Quis det mihi in solitudine diuersorium viatorum, & derelinquam populum meum, & recedam ab eis, quia vniuersi sunt adulteri, cœtus præuaricatorum.*
Et extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij,& non veritatis: confortati sunt in terra, quia de malo ad malum egressi sunt, & me non cognouerunt, dicit Dominus.	3	*Et tendere fecerunt linguam suam, arcum suum mendacium, & non veritatem, roborauerunt se in terra, quia de malo ad malum egressi sunt, & me non cognouerunt dixit Dominus.*
Vnusquisque se à proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam: quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet.	4	*Vnusquisq; ab amico suo cauete, & omni fratri ne fidatis, quia omnis frater supplantando supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet.*
Et vir fratrem suum deridebit,& veritatem non loquentur: docuerunt enim linguam suam loqui mendacium: vt inique agerent, laborauerunt.	5	*Et vnusquisq; amicum suum circumueniet, & veritatem non loquentur: docuerunt linguam suam loqui mẽdacium; vt praue agerent, laborauerunt.*
Habitatio tua in medio doli: in dolo renuerunt scire me, dicit Dominus.	6	*Habitatio tua est inter dolosos, dolose renuerunt scire me, dixit Dominus.*
Propterea hæc dicit Dominus exercituum: Ecce ego conflabo,& probabo eos: quid enim aliud faciã à facie filiæ populi mei?	7	*Propterea sic dixit Dominus exercituum: Ecce ego fundo eos, & probabo eos: quia quomodo faciam vt non fundam eos propter filiam populi mei?*
Ps.27,3 ⁎ Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est: in ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias.	8	*Sagitta extensa lingua eorum, dolum locuta est: ore suo pacem cum amico suo loquentur, & in corde suo ponent insidias suas.*
Numquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut in gente huiusmodi non vlciscetur anima mea?	9	*Nunquid super his non visitabo in eis, dixit Dominus? Nunquid in gente quæ est sicut hæc non vlciscetur anima mea?*
Super montes assumam fletum ac lamentum, & super speciosa deserti planctum: quoniam incensa sunt, eo quòd non sit vir pertransiens:& non audierunt vocem possidentis: à volucre cæli vsque ad pecora transmigrauerunt & recesserunt.	10	*Super montes assumam fletum, & lamentum, & super habitacula deserti planctum: quoniam incensa sunt, vt non sit quisquam qui transeat: & non audierunt vocem pecudum, à volucribus cæli vsq; ad animalia transmigrauerunt, abierunt.*
Et dabo Ierusalem in aceruos arenæ, & cubilia draconum:& ciuitates Iuda dabo in desolationem, eo quòd non sit habitator.	11	*Et ponam Ierusalaim in aceruos, habitaculum draconis, & ciuitates Iehudah ponam desolationem, vt non sit habitator.*
Quis est vir sapiens, qui intelligat hoc,& ad quem verbum oris Domini fiat vt annunciet illud, quare perierit terra,& exusta sit quasi desertum, eo quòd non sit qui pertranseat?	12	*Quis est vir sapiens, & intelliget hoc, & ad quem locutum est os Domini, & nũciabit illud? Propter quid periyt terra, exusta est veluti desertum, vt non sit transiens?*

Transl. ex Septuag.

16 E Dan audiemus vocem fremitus equorum eius: à voce hinnitus equitatus equorum eius commota est omnis terra: & veniet, & deuorabit terram, & plenitudinem eius, vrbem, & habitantes in ea.

17 Quia ecce ego mitto in vos serpentes mortiferos, quibus non est incantatio: & mordebunt vos insanabiliter.

18 Cum dolore cordis vestri deficientis.

19 Ecce vox clamoris filiæ populi mei de terra longinqua. Nunquid Dominus non est in Sion? aut rex non est ibi? Quoniam ad iracundiam concitauerũt me in sculptilibus suis, & in vanitatibus alienis.

20 Transiit æstas, præteriit messis: & nos saluati non sumus.

21 Super contritione filiæ populi mei obtenebratus sum in afflictione: tenuerunt me dolores quasi parientis.

22 Et nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Quare non ascendit sanatio filiæ populi mei.

CAP. IX.

1 QVis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? & plorabo populum meum hunc die, ac nocte, interfectos filiæ populi mei.

2 Quis det mihi in solitudine mansionem nouissimam; & relinquam populum meum, & recedam ab eis? Quia omnes mœchantur: cœtus præuaricatorum:

3 Et intenderunt linguam suam quasi arcum: mendacium, & non fides inualuit super terram: quia de malis in mala egressi sunt, & me non cognouerunt, dicit Dominus.

4 Vnusquisque à proximo suo vos custodite, & super fratribus suis non habeatis fiduciam: quia omnis frater supplantatione supplantabit: & omnis amicus dolose incedet:

5 Vnusquisque contra fratrem suum illudet: veritatem non loquentur. Didicit lingua eorum loqui mendacia: inique egerunt: & non intermiserunt, vt conuerterentur.

6 Vsura super vsuram, & dolus super dolum: noluerunt scire me, dicit Dominus.

7 Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego igne examinabo eos, & probabo eos. Quia faciam à facie malitiæ filiæ populi mei.

8 Sagitta vulnerans lingua eorum: dolosa verba oris eorum: proximo suo loquitur pacifica: & in seipso habet inimicitiam.

9 Nunquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut in populo huiuscemodi non vlciscetur anima mea?

10 Super montes assumite planctum, & super semitas deserti lamentationem: quoniam defecerunt, eo quòd non sint homines. Non audierũt vocem substantiæ à volucribus cæli, & vsque ad pecora, obstupuerunt, recesserunt.

11 Et dabo Hierusalem in transmigrationem, & in habitaculum draconum: & ciuitates Iuda ponam in desolationem; eo quòd non habitentur.

12 Quis est homo intelligens, & intelligat hoc? Et cui sermo oris Domini ad eum, annunciet vobis, quare perijt terra, exusta est quasi desertũ, eo quòd non sit, qui pertranseat eam?

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

16 *A Dan exauditus est fremitus equorum eius, à sonitu hinnituum fortium equorum eius tremuit omnis terra: & venerunt, & deuorauerunt terram, & plenitudinem eius, vrbem, & habitantes in ea.*

17 *Quoniam ecce ego mitto in vos serpentes regulos, quibus non est incantatio, & mordebunt vos, ait Iehouah.*

18 *In fortificatione mea super dolore, in me cor meum est infirmum.*

19 *Ecce vox clamoris filiæ populi mei præ timore inimici venientis de terra longinqua, dicentis, Nunquid Iehouah non est in Syon? an Rex eius non est in ea? Quare irasci fecerunt me sculptilibus suis, & vanitatibus deis alieni?*

20 *Præterijt messis, finita est æstas, & nos non sumus saluati.*

21 *Propter contritionem filiæ populi mei contritus sum, obtenebratus sum, stupor arripuit me.*

22 *Annon est theriaca in Gilad? annon medicus est ibi? sed cur non est curata medicinis filia populi mei?*

C A P. I X.

1 *QVis ponat caput meum aquam, & oculum meum fontem lachrymarum, vt defleam die ac nocte interfectos filiæ populi mei?*

2 *Quis det mihi in solitudine diuersorium viatorum, vt derelinquam populum meum, & recedam ab eis? vniuersi enim sunt adulteri, & cœtus præuaricatorum.*

3 *Et iaculari fecerunt linguam suam veluti arcum suum, mendacium; neque in veritate roborauerunt se in terra: quia de malo ad malum egressi sunt, & me non nouerunt, dixit Iehouah.*

4 *Quisque ab amico suo cauete, neque omni fratri fidatis: nam omnis frater supplantando supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet.*

5 *Et quisque amicum suum circunueniunt, & veritatem non loquuntur: docuerunt enim linguam suam loqui mendacium, praue agendo laborant.*

6 *Habitatio tua est in medio doli: præ dolo renuerunt cognoscere me, dixit Iehouah.*

7 *Propterea sic dixit Iehouah exercituum, Ecce ego excoquam eos, & probabo eos: quomodo enim faciam propter filiam populi mei?*

8 *Sagitta extensa lingua eorum, dolum loquitur: quisque ore suo pacem cum amico suo loquuntur, & in corde suo ponunt insidias suas.*

9 *An super his non visitabo eos, dixit Iehouah? an de Gente quæ est sicut hæc, non vlciscetur se anima mea?*

10 *Super montes assumam fletum & lamentum, & super habitacula deserti planctum: quoniam incensa sunt, vt non sit quisquam qui transeat, neque audiunt vocem pecudum: à volucribus cæli vsque ad iumenta demigrauerunt & abierunt.*

11 *Et ponam Ierusalaim in aceruos, habitaculum draconum, & ciuitates Iehudah ponam in desolationem, vt non sit habitator.*

12 *Quis est vir sapiens, & intelliget hoc? & ad quem locutum est os Iehouæ, & renuntiabit illud, propter quod scilicet perierit terra, & desolata sit veluti desertum, vt non sit transiens?*

Vulgat. Editio.

13 Et dixit Dominus: Quia dereliquerunt legem meam, quam dedi eis, & non audierunt vocem meam, & non ambulauerunt in ea:

14 Et abierunt post prauitatem cordis sui, & post Baalim: quod didicerunt à patribus suis.

15 Idcirco hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: * Ecce ego cibabo populum istum absinthio, & potum dabo eis aquam fellis.

* Iere 23. 15.

16 Et dispergam eos in Gentibus, quas non nouerunt ipsi & patres eorum: & mittam post eos gladium, donec consumantur.

17 Hęc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Contemplamini, & vocate lamentatrices & veniant: & ad eas, quæ sapientes sunt, mittite, & properent:

18 Festinent, & assumant super nos lamentum: deducant oculi nostri lachrymas, & palpebræ nostræ defluant aquis.

19 Quia vox lamentationis audita est de Sion: Quomodo vastati sumus & confusi vehementer? quia dereliquimus terram, quoniam deiecta sunt tabernacula nostra.

20 Audite ergo mulieres verbum Domini: & assumant aures vestræ sermonem oris eius: & docete filias vestras lamentum: & vnaquæque proximam suam planctum.

21 Quia ascendit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras, disperdere paruulos deforis, iuuenes de plateis.

22 Loquere: Hæc dicit Dominus: Et cadet morticinum hominis quasi stercus super faciem regionis, & quasi fœnum post tergum metentis, & non est qui colligat.

23 Hæc dicit Dominus: * Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur diues in diuitiis suis:

* 1.Cor. 1.31. 2.Cor. 10.17.

24 Sed in hoc glorietur, qui gloriatur: scire & nosse me; quia ego sum Dominus, qui facio misericordiam, & iudicium, & iustitiam in terra: hæc enim placent mihi, ait Dominus.

25 Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & visitabo super omnem qui circumcisum habet præputium,

26 Super Ægyptum, & super Iuda, & super Edom, & super filios Ammon, & super Moab, & super omnes qui attonsi sunt in comam, habitantes in deserto: quia omnes gentes habent præputium, omnis autem domus Israel incircumcisi sunt corde.

CAP. X.

1 AVdite, verbum quod locutus est Dominus super vos domus Israel.

2 Hæc dicit Dominus: Iuxta vias Gentium nolite discere & à signis cæli nolite metuere, quæ timent Gentes:

3 Quia leges populorum vanæ sunt: quia lignum de saltu præcidit opus manus artificis in ascia.

4 * Argento, & auro decorauit illud: clauis & malleis compegit, vt non dissoluatur.

* Sup. 2. ... & 14. 3.

5 In similitudinem palmæ fabricata sunt, & non loquentur: portata tollentur, quia incedere non valent. nolite ergo timere ea, quia nec male possunt facere, nec bene.

6 * Non est similis tui Domine: magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine.

* Mat. 7. 18.

7 * Quis non timebit te ô rex Gentium? tuum est enim decus: inter cunctos sapientes Gentium, & in vniuersis regnis eorum nullus est similis tui,

* Apo. 15. 4.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Dixit autem Dominus: Eo quod dereliquerunt legem meam, quam dedi coram eis, & non audierunt voci meæ, nec ambulauerunt in ea.

Et abierunt post duritiem cordis sui, & post Bebalim, quos docuerunt patres eorum.

Idcirco sic dixit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego cibo populum hunc absynthio, & potum dabo eis aquam fellis.

Et dispergam eos in Gentes, quas non nouerunt ipsi, & patres eorum, & mittam post eos gladium, donec consumam eos.

Sic dixit Dominus exercituum, contemplamini, & vocate lamentatrices, & veniant: & ad sapientes mulieres mittite, & veniant.

Et festinent, & assumant super nos planctum, & deducant oculi nostri lachrymas, & palpebræ nostræ defluant aquis.

Quia vox lamentationis audita est de Sion: Quoniam vastati sumus, pudore affecti sumus vehementer, quia dereliquimus terram, & quia proiecerunt nos habitacula nostra.

Sed audite mulieres verbum Domini, & assumat auris vestra verbum oris eius, & docete filias vestras lamentum, & vnaquæque amicam suam planctum.

Quia ascendit mors per fenestras nostras, & intrauit palatia nostra vt disperdat paruulum de platea, iuuenes de plateis.

Loquere: Sic dixit Dominus: Et cadet morticinum hominis tanquam stercus in superficie agri, & veluti manipulus post metentem, & non erit qui colligat.

Sic dixit Dominus: Ne laudet se sapiens in sapientia sua, neque laudet se potens in potentia sua, nec laudet se diues in diuitiis suis.

Sed in hoc laudet se qui laudat se: quòd intelligit, & cognoscit me; quia ego Dominus facio misericordiam, iudicium, & iustitiam in terra: hæc enim volo dixit Dominus.

Ecce dies veniunt dixit Dominus: & visitabo omnem circuncisum, & habentem præputium.

Ægyptum, & Iehudah & Edom, & filios Hammon, & Moab, & omnes habitantes in extremo angulo mundi, qui habitant in deserto, quia omnes Gentes habent præputium, & omnis domus Israel præputium habent cordis.

CAP. X.

AVdite verbum quod locutus est Dominus super vos domus Israel.

Sic dixit Dominus: Viam gentium ne discatis, & à signis cœli, ne metuatis, sed metuant Gentes ab eis.

Quia statuta populorum vanitas sunt, quia lignum de sylua præcidit, opus manuum artificis ascia.

Argento, & auro decorauit illud: clauis, & malleis confortauerunt illud, & non egredietur è loco suo.

Sicut palma æqualis est, & non loquetur, portando portabitur, quia non incedit, ne timeatis ab eo, quia non malefaciet, & etiam benefaciendi non est in eo facultas.

Non est sicut tu Domine: magnus es, & magnum nomen tuum in fortitudine.

Quis non timebit te rex Gentium: quia tibi conuenit regnum, quia inter omnes sapientes Gentium, & inter omnia regna eorum non est sicut tu.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

13 Et dixit Dominus ad me: Quia ipsi dereliquerunt legem meam, quam dedi ante faciem eorum, & non audierunt vocem meam:

14 Sed iuerunt post placita cordis sui mali, & post idola, quæ docuerunt eos patres eorum.

15 Idcirco hæc dicit Dominus Deus Israel. Ecce ego cibabo eos angustiis, & potum dabo eis aquam fellis.

16 Et dispergam eos in gentibus, quas non nouerunt ipsi, & patres eorum: & immittam super eos gladiū, donec ipsi consumantur in eo.

17 Hæc dicit Dominus: Vocate lamentatrices; & veniant: & ad eas, quæ sapientes sunt mittite;

18 Et loquantur: & assumant super vos lamentum: & deducant oculi vestri lachrymas: & palpebræ vestræ fluant aquam:

19 Quoniam vox lamentationis audita est in Sion: Quomodo misere vexati sumus, confusi sumus vehementer; quoniam dereliquimus terram, & abiecimus tabernacula nostra?

20 Audite nunc mulieres verbum Dei: & assumant aures vestræ sermones oris eius: & docete filias vestras lamentum: & mulier proximam suam planctum.

21 Quia ascendit mors per fenestras vestras: ingressa est in terram vestram, disperdere paruulos deforis, & iuuenes de plateis:

22 Et erunt morticina hominū in exemplum super faciem campi terræ vestræ: quasi fœnum post metentem: & non est, qui colligat.

23 Hæc dicit Dominus: Non glorietur sapiens in sapientia sua: & non glorietur fortis in fortitudine sua: & non glorietur diues in diuitiis suis:

24 Sed in hoc glorietur, qui gloriatur, intelligere, & nosse, quia ego sum Dominus faciens misericordiam, & iudicium, & iustitiam super terram: quia in istis est voluntas mea, dicit Dominus.

25 Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & visitabo super omnes, qui circuncisa habent præputia sua:

26 Super Ægyptum, & super Idumæam, & super Edom, & super filios Ammon, & super filios Moab, & super omnem attonsum circa faciem suam, habitantes in deserto: quia omnes gentes incircuncisæ carne: & omnis domus Israel, incircuncisi cordibus suis.

CAP. X.

1 AVdite verbum Domini, quod loquutus est super vos domus Israel.

2 Hæc dicit Dominus: Iuxta vias gentium nolite discere: & à signis cæli nolite metuere: quia timent ea faciebus suis:

3 Quia legitima gentium vana sunt. Lignum est de saltu præcisum, opus artificis, & conflatio,

4 Argento, & auro decorata: in malleis, & clauis firmauerunt illas, collocabunt ea, & non mouebuntur:

5

6

Cæteri omnia quæ hic & paruum [illegible] desunt, de esse à translat. Septuag. [illegible] D. Hier.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

13 *Dixit autem Iehouah, Eo quod dereliquerunt Legem meam, quam dedi coram eis, & non paruerunt voci meæ, nec ambulauerunt in ea:*

14 *Sed abierunt post duritiem cordis sui, & post Bealim, quos docuerunt Patres eorum.*

15 *Idcirco sic dixit Iehouah exercituum, Deus Israel, Ecce ego cibabo eos, nempe populum hunc absynthio, & potum dabo eis aquam fellis.*

16 *Dispergam præterea eos in gentes quas non nouerunt ipsi & Patres eorum: & mittam post eos gladium, donec consumpsero eos.*

17 *Sic dixit Iehouah exercituum, Contemplamini, & vocate lamentatrices, vt veniant: & ad sapientes mittite, vt veniant.*

18 *Et festinent, assumantq́; super nos planctum, & deducant oculi nostri lachrymas, & palpebræ nostræ defluant aquis.*

19 *Nam vox lamentationis audita est de Syon, Quomodo vastati sumus, pudore affecti sumus vehementer! quoniam dereliquimus terram, quoniam proiecerunt nos habitacula nostra.*

20 *Propterea audite mulieres verbum Iehouæ, & excipiant aures vestræ verbum oris eius: atq́; docete filias vestras lamentum, & vnaquæq́; amicam suam planctum:*

21 *Ascendit enim mors per fenestras nostras, intrauit palatia nostra: vt disperdat paruulum de vicis, & iuuenes de plateis.*

22 *Loquere, Sic dixit Iehouah, Cadet morticinum hominis tanquam stercus super faciem agri, & veluti manipulus post messorem, & non est qui colligat.*

23 *Sic dixit Iehouah, Ne iactet sese sapiens in sapientia sua, nec iactet sese potens in potentia sua, neq́; iactet sese diues in diuitiis suis.*

24 *Sed in hoc iactet sese qui se iactat, quod intelligat & cognoscat me: quod ego sum Iehouah qui facio misericordiam, iudicium, & iustitiam in terra: hæc enim volo, dixit Iehouah.*

25 *Ecce dies veniunt, dixit Iehouah, & visitabo omnem circuncisum, & habentem præputium,*

26 *Ægyptum, & Iehudah, & Edom, & filios Ammon, & Moab, & omnes habitantes in extremo angulo orbis, qui habitant in deserto: quia omnes gentes sunt præputiata, & omnis domus Israël præputiata est corde.*

CAP. X.

1 *AVdite verbum quod loquutus est Iehouah super vos, domus Israel.*

2 *Sic enim dixit Iehouah, Viam Gentium ne discatis, & à signis cæli ne metuatis: sed metuant Gentes ab eis.*

3 *Quoniam statuta populorum vanitas sunt: nam lignum est quod de sylua præcidit, opus manuum artificis cū ascia.*

4 *Argento & auro ornat illud: clauis & malleis firmant illud, ne cadat.*

5 *Sicut palma æqualia sunt, & non loquuntur: portando portantur, quia non incedunt: ne igitur timeatis ab illis, quia malefacere non possunt, nec etiam benefacere penes eos est.*

6 *Non est similis tui Iehouah: magnus es, & magnum nomen tuum fortitudine.*

7 *Quis non timebit te, ô Rex Gentium? tibi enim conuenit regnum: nam inter omnes sapientes Gentium, & inter omnia regna eorum non est similis tui.*

Vulgat. Editio.

8 Pariter insipientes & fatui probabũtur: doctrina vanitatis eorum lignum est.

9 Argentum inuolutum de Tharsis affertur, & aurum de Ophaz: opus artificis,& manus ærarij: hyacinthus & purpura indumentum eorum.opus artificum vniuersa hæc.

10 Dominus autem Deus verus est:ipse Deus viuens, & rex sempiternus ab indignatione eius commouebitur terra:& non sustinebunt Gentes comminationem eius.

11 Sic ergo dicetis eis: Dij, qui cælos & terram non fecerunt, pereant de terra, & de his, quæ sub cælo sunt.

Gene.1.a. f.51.c.15.

12 ★ Qui facit terram in fortitudine sua, præparat orbem in sapientia sua, & prudentia sua extendit cælos.

...130.7. f.,a.

13 Ad vocem suam dat multitudinem aquarum in cælo, & eleuat nebulas ab extremitatibus terræ: ★ fulgura in pluuiam facit,& educit vẽtum de thesauris suis.

14 Stultus factus est omnis homo à scientia,confusus est artifex omnis in sculptili: quoniam falsum est quod conflauit,& non est spiritus in eis.

15 Vana sunt,& opus risu dignum:in tempore visitationis suæ peribunt.

16 Non est his similis pars Iacob:qui enim formauit omnia,ipse est:& Israel virga hæreditatis eius: Dominus exercituum nomen illi.

17 Congrega de terra confusionem tuam,quæ habitas in obsidione.

18 Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego longe projiciam habitatores terræ in hac vice:& tribulabo eos ita vt inueniantur.

19 Væ mihi super contritione mea, pessima plaga mea. Ego autem dixi: Plane hæc infirmitas mea est, & portabo illam.

20 Tabernaculum meum vastatum est,omnes funiculi mei dirupti sunt,filij mei exierunt à me,& non subsistunt: non est qui extendat vltra tentorium meum,& erigat pelles meas.

21 Quia stulte egerunt pastores, & Dominum non quæsierunt:propterea non intellexerunt, & omnis grex eorum dispersus est.

22 Vox auditionis ecce venit, & commotio magna de terra Aquilonis:vt ponat ciuitates Iuda solitudinem,& habitaculum draconum.

23 Scio Domine quia non est hominis via eius: nec viri est vt ambulet,& dirigat gressus suos.

Psal. 6.a.

24 Corripe me Domine,verumtamen in iudicio: & non in furore tuo,ne forte ad nihilum redigas me.

Psal.78.c.

25 Effunde indignationem tuam super Gentes,quæ non cognouerunt te, & super prouincias,quæ nomen tuum non inuocauerunt: quia comederunt Iacob,& deuorauerunt eum, & consumpserunt illum,& decus eius dissipauerunt.

CAP. XI.

1 Verbum, quod factum est à Domino ad Ieremiam,dicens;

2 Audite verba pacti huius, & loquimini ad viros Iuda,& habitatores Ierusalem.

3 Et dices ad eos;Hæc dicit Dominus Deus Israel: Maledictus vir,qui non audierit verba pacti huius,

Quod

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Et simul desipient,& stulte agent: eruditio vanitatum lignum est.

Argentum extensum de Tarsis afferetur, & aurum de Ophaz, opus artificis, & manus aurificis, hyacinthus, & purpura indumentum eorum. opus sapientium vniuersa sunt.

Dominus autem Deus veritas est: Deus viuens, & rex æternus. ab ira eius contremiscet terra, & non sustinebunt Gentes iram eius.

Sic dicetis eis: Dij qui cælum & terram non fecerunt, pereant è terra,& de sub cælo hi.

Dominus Deus est qui fecit terram potentia sua,qui stabiliuit orbẽ sapientia sua,& prudentia sua extendit cælos.

Qui voce sua dat multitudinem aquarum in cælo, qui ascendere facit nubes ab extremo terræ, fulgura cum pluuia facit, & educit ventum de thesauris suis.

Vt brutum effectus est omnis homo propter scientiam. Pudore affectus est omnis aurifex à sculptili, quia mendacium est conflatile eius, & non est spiritus in eo.

Vanitas sunt sculptilia,opus irrisione dignum,in tempore visitationis eius peribunt.

Non est sicut hæc pars Iahacob,quia plasmator omnium ipse est,& Israel virga hæreditatis eius: Dominus exercituum nomen eius.

Congrega de terra merces tuas:quæ habitas in loco munito.

Quia sic dixit Dominus: Ecce vt lapides funda projiciuntur, projiciam habitatores terræ vice hac, & affligam eos, vt inueniant eos angustia.

Væ mihi super contritione mea, indurata est plaga mea. Ego autem cogitabam, profecto hanc infirmitatem ferre potero.

Tabernaculum meum vastatum est, & omnes funiculi mei dirupti sunt, filij mei qui exierunt ex me non sunt,non est qui extendat vltra tentorium meum, & qui erigat cortinas meas.

Quia vt bruta effecti sunt pastores, & Dominum non quæsierunt:propterea non intellexerunt, & omnis grex eorum dispersus est.

Vox auditionis ecce venit, & commotio magna de terra Aquilonis, vt ponat ciuitates Iehudah in solitudinem, in habitaculum draconum.

Noui Domine quod non est hominis via eius, nec est viri ambulantis via eius,nec eius est vt præparet gressum suum.

Corripe me Domine, verumtamen in iudicio non in furore tuo, ne forte diminutũ facias me.

Effunde indignationem tuam super Gentes,quæ non cognouerunt te, & super gentes quæ nomen tuum non inuocauerunt: quia comederunt Iahacob,& deuorauerunt eum, & consumpserunt eum,& habitaculum eius desolare fecerunt.

CAP. XI.

Verbum quod fuit ad Irmeiahu à Domino vt diceret:

Audite verba pacti huius, & loquimini ad viros Iehudah, & habitatores Ierusalaim.

Et dices ad eos: Sic dixit Dominus Deus Israel: Maledictus quicunq; non paruerit verbis pacti huius.

Quod

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

9 Argentum tornatile est: non ibunt: argentum
productum è Tharsis veniet aurum Mophaz & ma-
nus aurificum opera artificum omnia: hyacintho,
& purpura induent ea, portata tollentur: quia non
contendent. Ne timeatis ea, quia non malefacient:
& bonum non est in eis.

11 Sic dicetis eis: Dij, qui cælum, & terram non fece-
runt, dispereant de terra, & de subter cælo hoc.

12 Dominus, qui fecit terram in fortitudine sua, qui
erexit orbem in sapientia sua, & prudentia sua ex-
tendit cælum,
13 Et multitudinem aquæ in cælo. & eduxit nubes
ab extremo terræ: fulgura in pluuias fecit & eduxit
lumen ex thesauris suis.

14 Stultus factus est omnis homo à scientia: confu-
sus est omnis aurifex in sculptilibus suis, quia falsa
conflauit non est spiritus in eis.
15 Vana sunt opera, ridicula: in tempore visitationis
suæ peribunt.
16 Non est talis pars Iacob. Qui enim formauit om-
nia, ipse est hæreditas eius: Dominus nomen illi.

17 Congregauit de foris substantiam suam, quæ ha-
bitat in electis.
18 Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego supplantabo
habitatores terræ huius in tribulatione, vt inuenia-
tur plaga tua.
19 Væ super contritione tua: doloris plena est plaga
tua. Et ego dixi: Plane hoc est vulnus tuum & appre-
hendit te.
20 Tabernaculum tuum vastatum est, periit. & om-
nes pelles tuæ conscissæ sunt. Filij mei, & oues meæ
non sunt: non est locus vltra tabernaculi mei, locus
pellium mearum.
21 Quia pastores stulte egerunt; & Dominum non
quæsierunt: Propterea non intellexit omnis grex &
dispersi sunt.
22 Vox auditionis ecce venit, & commotio magna
de terra Aquilonis, vt ponat ciuitates Iuda in soli-
tudinem, & cubile struthionum.
23 Scio Domine, quia non est hominis via eius: ne-
que vir ibit, & diriget gressum suum.

24 Corripe nos Domine, verumtamen in iudicio, &
non in furore vt paucos non facias nos.

25 Effunde indignationem tuam super gentes, quæ
non cognouerunt te, & super generationes, quæ
nomen tuum non inuocauerunt: quia deuoraue-
runt Iacob, & consumpserunt eum, & pascuam eius
ad solitudinem redegerunt.

CAP. XI.

1 Verbum, quod factum est à Domino ad Hiere-
miam, dicens:
2 Audite verba testamenti huius & loqueris ad vi-
ros Iuda, & ad habitatores Hierusalem:
3 Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus Israel:
Maledictus homo, qui non audiet verba testamenti
huius,

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

8 *Et in vnum [illegible], & [illegible]*
[illegible] lignum est.
9 *Argentum extensum de Tharsis affertur, & aurum de V-*
phaz, opus artificis, & manuum aurificis, hyacinthus &
purpura indumentum eorum, opus sapientum om-
nia.

10 ***Iehouah autem Deus veritas est, ipse Deus viuens, &***
Rex æternus: ab ira eius contremiscit terra, neque sustinent
gentes indignationem eius.

11 *[illegible] dicetis eis: Dij qui cælum & terram non fecerunt,*
pereant è terra, & de sub cælis istis.

12 *Qui facit terram in potentia sua, qui stabilit orbem,*
[illegible]

13 *Qui [illegible] multitudinem aquarum in cælo,*
postea quam [illegible] facit nubes ab extremo terræ, fulgu-
ra cum pluuia facit, & educit ventum de thesauris suis.

14 *Vt brutum animal fit omnis homo præ scientia [illegible]*
[illegible] quia mendacium est
conflatile eius, neque est spiritus in eis.
15 *Vanitas sunt, [illegible] in tempore visitationis*
eorum, peribunt.
16 *Non est similis his pars Iacob, quia [illegible]*
[illegible] & Israel virga [illegible]
[illegible]
17 *Congrega de terra merces tuas, [illegible]*
[illegible]
18 ***Quoniam sic dixit Iehouah, Ecce vt funda proijciam***
[illegible]

19 *[illegible] super contritione mea, [illegible] mea:*
ego cogitabam, [illegible] portabo
eam.
20 *Tabernaculum meum [illegible] & omnes funiculi*
mei disrupti sunt: [illegible]
[illegible] qui extendat vltra tentorium meum & qui erigat
[illegible]
21 *Quia vt bruta animalia facti sunt pastores, & Iehouam*
non requisierunt: propterea non intellexerunt, & omnis
pascua eorum dispersa est.
22 *Vox rumoris, ecce venit, & commotio magna de terra*
Aquilonis, vt ponat ciuitates Iehudah in solitudinem, in
[illegible]
23 *[illegible] quod non est hominis via eius, nec est viri*
[illegible] præparet gressum suum.

24 *Corrige me Iehoua, veruntamen in iudicio, non in furore tuo,*
ne forte annihiles me.

25 *Effunde indignationem tuam super gentes quæ non no-*
uerunt te, & super nationes quæ nomen tuum non inuocant:
quia comederunt Iaacob, [illegible] &
consumpserunt eum, [illegible]

CAP. XI.

1 *Verbum quod fuit ad Ieremiam à Iehoua dicendo.*

2 *Audite verba pacti huius, & loquimini [illegible]*
[illegible]
3 *[illegible] Deus Israel, Maledi-*
ctus vir [illegible]

Vulgat. Editio.

4 Quod præcepi patribus vestris in die, qua eduxi eos de Terra Ægypto, de fornace ferrea, dicens: Audite vocem meam, & facite omnia, quæ præcipio vobis, & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum:

5 Vt suscitem iuramentum, quod iuraui patribus vestris daturum me eis terram fluentem lacte, & melle, sicut est dies hæc. Et respondi, & dixi: Amen Domine.

6 Et dixit Dominus ad me: Vociferare omnia verba hæc in ciuitatibus Iuda, & foris Ierusalem, dicens: Audite verba pacti huius, & facite illa:

7 Quia contestans contestatus sum patres vestros in die, qua eduxi eos de Terra Ægypti vsque ad diem hanc: mane consurgens contestatus sum: & dixi: Audite vocem meam:

8 Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam: sed abierunt vnusquisque in prauitate cordis sui mali: & induxi super eos omnia verba pacti huius, quod præcepi vt facerent, & non fecerunt.

9 Et dixit Dominus ad me: Inuenta est coniuratio in viris Iuda, & habitatoribus Ierusalem.

10 Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores, qui noluerunt audire verba mea: & hi ergo abierunt post deos alienos, vt seruirent eis: irritum fecerunt domus Israel, & domus Iuda pactum meum, quod pepigi cum patribus eorum.

11 Quam ob rem hæc dicit Dominus: Ecce ego inducam super eos mala, de quibus exire non poterunt: & clamabunt ad me, & non exaudiam eos.

12 Et ibunt ciuitates Iuda, & habitatores Ierusalem, & clamabunt ad deos, quibus libant, & non saluabunt eos in tempore afflictionis eorum.

13 Secundum numerum enim ciuitatum tuarum erant dii tui Iuda: & secundum numerum viarum Ierusalem posuisti aras confusionis, aras ad libandum Baalim.

14 Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne assumas pro eis laudem & orationem: quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me, in tempore afflictionis eorum.

15 Quid est, quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Numquid carnes sanctæ auferent a te malitias tuas, in quibus gloriata es?

16 Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocauit Dominus nomen tuum: ad vocem loquelæ grandis exarsit ignis in ea, & combusta sunt fruteta eius.

17 Et Dominus exercituum qui plantauit te, locutus est super te malum: pro malis domus Israel, & domus Iuda, quæ fecerunt sibi ad irritandum me, libantes Baalim.

18 Tu autem Domine [illegible] & cognoui: tunc ostendisti mihi studia eorum.

19 Et ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam: & non cognoui quia cogitauerunt super me consilia, dicentes: Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius.

20 Tu autem Domine Sabaoth, qui iudicas iuste, & probas renes & corda, videam vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelaui causam meam.

21 Propterea hæc dicit Dominus ad viros Anathoth, qui quærunt animam tuam, & dicunt: Non prophetabis in nomine Domini, & non morieris in manibus nostris.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

4 *Quod præcepi patribus vestris in die qua eduxi eos e terra Ægypti, è fornace ferrea dicendo: Audite voci meæ, & facite ea iuxta omnia, quæ præcepero vobis, & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum.*

5 *Vt statuam iuramentum, quod iuraui patribus vestris, vt darem eis terram fluentem lacte & melle, secundum diem hanc. Et respondi, & dixi: Amen Domine.*

6 *Et dixit Dominus ad me, prædica omnia verba hæc in ciuitatibus Iehudah, & in plateis Ierusalaim dicendo: Audite verba pacti huius, & facite ea.*

7 *Quia contestando contestatus sum patres vestros in die qua ascendere feci eos e terra Ægypti vsque ad diem hanc, mane surgendo, & contestando, dicendo: Audite voci meæ.*

8 *Et non paruerunt, nec inclinauerunt aurem suam: sed abierunt vnusquisque in duritie cordis sui mali: & adduxi super eos omnia verba pacti huius, quod præcepi vt facerent, & non fecerunt.*

9 *Et dixit Dominus ad me: Inuenta est coniuratio in viro Iehudah, & habitatoribus Ierusalaim.*

10 *Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priorum, qui renuerunt obtemperare verbis meis, & ipsi iuerunt post deos alienos, vt seruirent eis, dissipauerunt domus Israel, & domus Iehudah pactum meum, quod pepigi cum patribus eorum.*

11 *Quamobrem [illegible] super eos malum, de quo non poterunt [illegible] & non exaudiam eos.*

12 *Et ibunt ciuitates Iehudah [illegible] & clamabunt, ad deos quibus ipsi suffiunt, & [illegible] non [illegible] in tempore [illegible]*

13 *[illegible]*

14 *Tu autem ne ores pro populo hoc [illegible] quia non exaudiam in tempore, quo clamabunt ad me [illegible]*

15 *Quid [illegible]*

16 *[illegible]*

17 *Et Dominus exercituum qui [illegible]*

18 *[illegible]*

19 *[illegible]*

20 *[illegible]*

21 *[illegible]*

Propterea

Transl. ex Septuag.

4 Quod mandaui patribus vestris in die, qua eduxi
eos de terra Aegypti, de fornace ferrea, dicens: Audite
vocem meam, & facite omnia, quaecunque
mandauero vobis & eritis mihi in populum & ego
ero vobis in Deum:

5 Vt statuam iuramentum meum, quod iuraui patribus
vestris, daturum me eis terram fluentem lacte,
& melle, sicut est dies haec. Et respondi, & dixi:
Fiat Domine.

6 Et dixit Dominus ad me: Lege verba haec in ciuitatibus
Iuda, & foris Hierusalem, dicens: Audite
verba testamenti huius, & facite illa. Et non fecerunt. *

* [illegible]

7

8

9 Et dixit Dominus ad me: Inuenta est colligatio
in viris Iuda, & in habitatoribus Hierusalem.

10 Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores
qui noluerunt exaudire verba mea: & ecce ipsi
abeunt post Deos alienos, ad seruiendum eis. Et dissipauit
domus Israel, & domus Iuda testamentum
meum, quod disposui ad patres eorum.

11 Propterea haec dicit Dominus: Ecce ego induco
super populum hunc mala: ex quibus exire non poterunt
ex eis & clamabunt ad me, & non exaudiam
eos.

12 Et ibunt ciuitates Iuda, & habitatores Hierusalem,
& clamabunt ad Deos, quibus ipsi adolent eis: qui
non saluabunt eos in tempore malorum eorum.

13 Iuxta enim numerum ciuitatum tuarum erant
Dij tui Iuda, & iuxta numerum viarum Hierusalem
posuistis aras ad incensum adolendum Baal.

14 Et tu noli orare pro populo hoc: & noli postulare
pro eis in oratione, & deprecatione quia non exaudiam
in tempore, in quo inuocabunt me, in tempore
afflictionis sua.

15 Quae dilecta in domo mea fecit abominationem:
Nunquid vota, & carnes sanctae auferent a te malitias
tuas, aut propter ista effugies?

16 Oliuam pulchram, bene opacam specie vocauit
Dominus nomen tuum, ad vocem circumcisionis
eius, accensus est ignis super eam magna tribulatio
super te inutiles facti sunt rami eius.

17 Et Dominus, qui plantauit te, loquutus est super
te mala, pro malitia domus Israel, & domus Iuda
quicquid fecerunt sibi ad irritandum me, in adolendo
pro Baal.

18 Domine notum fac mihi, & cognoscam. Tunc
vidi studia eorum.

19 Ego autem quasi agnus innocens ductus ad immolandum,
non cognoscebam. Super me cogitauerunt
cogitationem malam, dicentes: Venite & mittamus
lignum in panem eius, & exterminemus eum de
terra viuentium, & nomen eius non memoretur
amplius.

20 Domine iudicans iusta, probans renes, & corda,
videam [illegible]
te reuelaui [illegible]

21 Ideo haec dicit Dominus [illegible]
[illegible]

Noua ex Heb. Translat. Fr. Vatabli.

4 Quod praecepi Patribus vestris, in die qua eduxi eos e terra
Aegypti e fornace ferrea, dicendo: Audite vocem meam, &
facite ea iuxta omnia quae praecepero vobis: & eritis mihi
in populum, & ego ero vobis in Deum.

5 Vt statuam iuramentum quod iuraui Patribus vestris,
vt darem eis terram fluentem lacte & melle, secundum
diem hanc. Et respondi & dixi: [illegible]

6 Et dixit Iehouah ad me, Clama omnia verba haec in ciuitatibus
Iehudah & in [illegible], dicendo, Audite
verba pacti huius & facite ea.

7 Quia contestando contestatus sum Patribus vestris die
qua eduxi eos [illegible] vsque ad diem hanc,
mane surgendo & contestando, dicens, Audite vocem
meam.

8 At non paruerunt, neque inclinauerunt aurem suam: sed
abierunt, quisque in [illegible] cordis sui mali: [illegible]
eam super eos omnia verba pacti huius, quae praecepi vt
facerent, & non fecerunt.

9 Et dixit Iehouah ad me, Inuenta est coniuratio in viris
Iehudah & habitatoribus Ierusalaim.

10 Reuersi sunt ad iniquitates [illegible] suorum priorum
qui renuerunt obtemperare verbis meis: [illegible]
deos alienos, vt seruirent eis. dissipauerunt domus [illegible] &
domus Iehudah pactum meum, quod pepigeram cum patribus
eorum.

11 Quamobrem sic dixit Iehouah, Ecce ego inducam super
eos malum, [illegible] non poterunt exire. & clamabunt ad
me, & non audiam eos.

12 Ibunt postea ciuitates Iehudah & habitatores Ierusalaim,
& clamabunt ad deos quibus ipsi adolent [illegible]. &
seruando non seruabunt eos tempore mali eorum.

13 [illegible]

14 [illegible]

15 [illegible]

16 [illegible]

17 [illegible]

18 [illegible]

19 [illegible]

20 [illegible]

21 [illegible]

Vulgat. Editio.

Propterea hæc dicit Dominus exercituum: Ecce 22
ego visitabo super eos: iuuenes morientur in gla-
dio, filii eorum & filiæ eorum morientur in fame.

Et reliquiæ non erunt ex eis: induceam enim ma- 23
lum super viros Anathoth, annum visitationis eo-
rum.

CAP. XII.

IVstus quidem tu es Domine, si disputem tecum: 1
verumtamen iusta loquar ad te. Quare via im-
piorum prosperatur: bene est omnibus, qui præua-
ricantur, & inique agunt?
Plantasti eos, & radicem miserunt: proficiunt & 2
faciunt fructum: prope es tu ori eorum, & longe a
renibus eorum.
Et tu Domine nosti me, vidisti me, & probasti cor 3
meum tecum: congrega eos quasi gregem ad victi-
mam, & sanctifica eos in die occisionis.
Vsquequo lugebit terra, & herba omnis regionis 4
siccabitur propter malitiam habitantium in ea? cõ-
sumptum est animal, & volucre, quoniam dixerunt:
Non videbit nouissima nostra.
Si cum peditibus currens laborasti: quomodo 5
contendere poteris cum equis? cum autem in terra
pacis securus fueris, quid facies in superbia Iorda-
nis?
Nam & fratres tui, & domus patris tui, etiam ipsi 6
pugnauerunt aduersum te, & clamauerunt post te
plena voce: ne credas eis cum locuti fuerint tibi bo-
na.
Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meã; 7
dedi dilectam animam meam in manu inimico-
rum eius.
Facta est mihi & hæreditas mea quasi leo in silua: 8
dedit contra me vocem, ideo odiui eam.
Numquid auis discolor hæreditas mea mihi? 9
numquid auis tincta per totum? venite, congrega-
mini omnes bestiæ terræ, properate ad deuoran-
dum.
Pastores multi demoliti sunt vineam meam, con- 10
culcauerunt partem meam, dederunt portionem
meam desiderabilem in desertum solitudinis.
Posuerunt eam in dissipationem, luxitque super 11
me desolatione desolata est omnis terra quia nullus
est qui recogitet corde.
Super omnes vias deserti venerunt vastatores, 12
quia gladius Domini deuorabit ab extremo terræ
vsque ad extremum eius: non est pax vniuersæ car-
ni.
Seminauerunt triticum, & spinas messuerunt 13
hæreditatem acceperunt & non eis proderit: con-
[illegible] propter iram furoris
Domini.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Propterea sic dicit Dominus exercituum: Ecce ego [illegible] 22
iuuenes morientur gladio, filii eorum & filiæ eorum mo-
rientur fame.

Et residuum non erit eis: inducam enim malum [illegible] 23
[illegible] annum visitationis eorum.

CAP. XII.

IVstus es Domine, si contendam tecum: veruntamen iudi- 1
cia loquar tecum: Quare via impiorum prosperata est,
pacem habuerunt omnes præuaricantes præuaricationem.

Plantasti eos, etiam radicati sunt, profecerunt, etiam 2
fecerunt fructum: prope fuisti ori eorum, & longe à renibus
eorum?
Et tu Domine nosti me, vidisti me, & probasti cor meum 3
tecum: [illegible] ad iugulationem, & prepara [illegible]
ad diem occisionis.
Vsquequo erit desolata terra, & herba omnis agri [illegible] 4
cet propter malitiam habitantium in ea? Defecerunt [illegible]
malia & volucres, quoniam dixerunt, non videbit [illegible]
sima nostra.
Si cum peditibus cucurristi & laborare fecerunt te, quo- 5
modo misces te cum equis? Et in terra [illegible]
quæ fecerunt te, & quomodo facies in [illegible]
dani?
Nam etiam fratres tui, & domus patris tui, etiam ipsi 6
præuaricati sunt contra te, etiam ipsi clamauerunt post te
congregationem: ne credas eis, quum locuti fuerint ad te bona.

Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, dedi 7
[illegible] animæ meæ in manu inimicorum eius.

Fuit mihi hæreditas mea tanquam leo in sylua: [illegible] 8
contra me vocem suam, ideo odi eam.
[illegible] sanguine veniet contra hæredi- 9
[illegible] num quid [illegible] per circui-
tum [illegible] congregate vos omnes bestias agri
[illegible]
[illegible] vineam meam, conculcaue- 10
runt partem meam, posuerunt portionem desiderabilem
[illegible]
[illegible] 11
[illegible]
[illegible]
[illegible] 12
[illegible]
[illegible] pax [illegible]

Seminauerunt frumentum & spinas messuerunt [illegible] 13
[illegible] propter iram furoris Domini.

Tranſl. ex Septuag.

Ecce ego viſitabo ſuper eos. Iuuenes eorum in 22
gladio morientur. & filij eorum, & filiæ eorum mo-
rientur in fame:

Et reliquiæ non erunt eorum. Inducam enim 23
mala ſuper habitatores Anathoth, in anno viſita-
tionis eorum.

CAP. XII.

IVſtus es Domine: quia ſatisfaciam tibi: verunta- 1
men iudicia loquar ad te. Quid eſt, quòd via im-
piorum proſperatur? abũdauerunt omnes, qui præ-
uaricantur præuaricationes?
Plantaſti eos, & radicem miſerunt: filios fecerunt, 2
& fecerunt fructum. Prope es tu ori eorum, & longe
à renibus eorum.
Et tu Domine cognoſcis me: probaſti cor meum 3
coram te. Purifica eos in diem occiſionis.

Vſquequo lugebit terra, & omnis herba agri ſic- 4
cabitur à malitia habitantium in ea? Deleta ſunt iu-
menta, & volatilia: quia dixerunt: non videbit Deus
vias noſtras.
Tui pedes currunt, & diſſoluunt te: quomodo 5
præparaberis in equis? & in terra pacis confidiſti;
quomodo facies in fremitu Iordanis?

Nam & fratres tui, & domus patris tui, etiam ipſi 6
ſpreuerunt te & ipſi clamauerunt: ex poſterioribus
tuis cõgregati ſunt: ne credas in eis; quia loquentur
ad te bona.
Reliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meã: 7
dedi dilectam animam meam in manus inimico-
rum eius.
Facta eſt hæreditas mea mihi, quaſi leo in ſylua: 8
dedit ſuper me vocem ſuam: ideo odiui eam.
Nonne ſpelunca hyænæ hæreditas mea mihi? an 9
ſpelunca in circuitu eius? Pergite, congregate om-
nes beſtias agri: & veniant ad comedendam eam.

Paſtores multi diſruperunt vineam meam: pol- 10
luerunt partem meam: dederunt portionem meam
deſiderabilem in deſertum inuium:
Poſita eſt in diſſipationem perditionis. Propter 11
me diſſipatione diſſipata eſt vniuerſa terra: quia
non eſt vir, qui ponat in corde.
Ad omne diuerticulum in deſerto venerunt va- 12
ſtatores: quia gladius Domini deuorabit ab extre-
mo terræ vſque ad extremum terræ: non eſt pax
vniuerſæ carni.
Seminate frumenta, & ſpinas metite: cleri eorum 13
non proderunt eis. Confundimini à gloriatione ve-
ſtra, ab opprobrio in conſpectu Domini:

Quia hæc dicit Dominus de omnibus vicinis 14
peſſimis, qui tangunt hæreditatem meam, quam di-
ſtribui populo meo Iſrael. Ecce ego euello eos de
terra ſua: & Iudam eiciam de medio eorum.

Et erit, poſtquã eiecero eos; reuertar, & miſerebor 15
eorum, & habitare faciam eos, vnumquemque in
hæreditate ſua, & vnumquemque in terra ſua.

Et erit, ſi diſcentes didicerint viam populi mei, ad 16
iurandum in nomine meo, viuit Dominus, ſicut
docuerunt populum meum iurare in Baal; & ædi-
ficabitur in medio populi mei.
Si autem non fuerint reuerſi; & auferam gentem 17
illam ablatione, & perditione.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

Propterea inquam ſic dixit Iehouah exercituum, Ecce
viſito eos: iuuenes morientur gladio, filij eorum & filiæ eo-
rum morientur fame.

Et reſiduum non erit eis: inducam enim malum ſuper
viros Anathoth anno viſitationis eorum.

CAP. XII.

IVſtus es Iehouah, ſi contendam tecum: veruntamen iudi-
cia loquar tecum: quare via impiorum proſpere euenit
pacem habent omnes præuaricantes præuaricationem.

Plantaſti eos, etiam radices egerunt: profecerunt, etiam
fecerunt fructum. prope fuiſti ori eorum, & longe à renibus
eorum.
Et tu Iehoua noſti me, vidiſti me & probaſti cor meum
quod tecum eſt: euelle eos ſicut oues ad iugulationem, &
præpara eos ad diem occiſionis.
Quouſque tandem deſolata erit terra, & herba omnis
agri areſcet, propter malitiam habitantium in ea? defece-
runt animalia & volucres: quoniam dixerunt, Non vide-
bit nouiſſima noſtra.
Si cum peditibus cucurriſti & fatigauerunt te, quomodo
miſcebis te cum equis? & in terra pacis tu fidebas, & quo-
modo facies in elatione Iarden?

Nam etiam fratres tui, & domus patris tui, etiam ipſi
præuaricati ſunt in te, etiam ipſi clamauerunt poſt te con-
gregatio: ne credas eis quum loquuti fuerint tibi bona.

Dereliqui domum meam, deſerui hæreditatem meam, dedi
dilectionem animæ meæ in manum inimicorum eius.

Fuit mihi hæreditas mea tanquam leo in ſylua: dedit
contra me vocem ſuam, ideo odi eam.
Nunquid vt auis tincta hæreditas mea mihi? annon aues
circumſtant per circuitum contra eam? & dicunt, Venite,
congregate omnes beſtias agri, venite ad deuorandum eam.

Paſtores multi demoliti ſunt vineam meam, conculcaue-
runt portionem meam, poſuerunt portionem deſiderabilem
meam in deſertum ſolitudinis.
Poſuit eam in deſolationem, luxit contra me deſolata:
deſolata erit omnis terra hæc, quia non eſt quiſquam qui
ponat ſuper cor.
Super omnia loca excelſa in deſerto venerunt vaſtatores:
quia gladius Iehoua deuorat ab extremo terræ vſque ad ex-
tremum eius: non eſt pax vniuerſæ carni.

Seminauerunt frumenta, & ſpinas meſſuerunt: ægrota-
uerunt, quod non profecerunt: pudore ſuffuſi ſunt propter
fructus veſtros ob iram furoris Iehoua.

Sic dixit Iehouah aduerſum omnes vicinos meos peſſi-
mos, qui attrectant hæreditatem, quam hæreditare feci po-
pulum meum Iſraelem. Ecce euellam eos è terra ſua: & do-
mum Iehudah euellam è medio eorum.

Et erit, Poſtquam euulſero eos, conuertar, & miſerebor
eorum: & reducam eos, quemque ad hæreditatem ſuam, &
quemque ad terram ſuam.

Erit præterea, ſi diſcendo didicerint vias populi mei, vt
iurent ſcilicet in nomine meo, Viuit Iehouah, ſicut docue-
runt populum meum iurare in Baal, ædificabuntur in me-
dio populi mei:
Si autem non audierint, euellam gentem illam euellendo,
& perdendo dixit Iehouah.

Digitized by

Vulgat. Editio.

CAP. XIII.

1 HAEc dicit Dominus ad me: Vade & posside tibi lumbare lineum, & pones illud super lumbos tuos, & in aquam non inferes illud.
2 Et possedi lumbare iuxta verbum Domini, & posui circa lumbos meos.
3 Et factus est sermo Domini ad me secundo, dicens:
4 Tolle lumbare, quod possedisti, quod est circa lumbos tuos, & surgens vade ad Euphraten, & absconde ibi illud in foramine petræ.
5 Et abij, & abscondi illud in Euphrate, sicut præceperat mihi Dominus.
6 Et factum est post dies plurimos, dixit Dominus ad me: Surge, vade ad Euphraten: & tolle inde lũbare, quod præcepi tibi, vt absconderes illud ibi.
7 Et abij ad Euphraten, & fodi, & tuli lumbare de loco, vbi absconderam illud: & ecce computruerat lumbare, ita vt nullo vsui aptum esset.
8 Et factum est verbum Domini ad me, dicens:
9 Hæc dicit Dominus: Sic putrescere faciam superbiam Iuda, & superbiam Ierusalem multam.
10 Populum istum pessimum, qui nolunt audire verba mea, & ambulant in prauitate cordis sui, abieruntque post deos alienos vt seruirent eis, & adorarent eos: & erunt sicut lumbare istud, quod nulli vsui aptum est.
11 Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos viri, sic agglutinaui mihi omnem domum Israel, & omnem domum Iuda, dicit Dominus: vt essent mihi in populum, & in nomen, & in laudem, & in gloriam: & non audierunt.
12 Dices ergo ad eos sermonem istum: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Omnis laguncula implebitur vino. Et dicent ad te: Nunquid ignoramus quia omnis laguncula implebitur vino?
13 Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Ecce ego implebo omnes habitatores terræ huius, & reges, qui sedent de stirpe Dauid super thronum eius, & sacerdotes, & prophetas, & omnes habitatores Ierusalem, ebrietate:
14 Et dispergam eos virum à fratre suo, & patres & filios pariter, ait Dominus: non parcam, & non concedam: neque miserebor vt non disperdam eos.
15 Audite, & auribus percipite. Nolite eleuari, quia Dominus locutus est.
16 Date Domino Deo vestro gloriam antequam contenebrescat, & antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos: expectabitis lucem, & ponet eam in vmbram mortis, & in caliginem.
17 Quòd si hoc nõ audieritis, in abscondito plorabit anima mea à facie superbiæ: * plorans plorabit, & deducet oculus meus lachrymam, quia captus est grex Domini.

* Thre. 1. 2.

18 Dic regi, & dominatrici: Humiliamini, sedete: quoniam descendit de capite vestro corona gloriæ vestræ.
19 Ciuitates Austri clausæ sunt, & non est qui aperiat: translata est omnis Iuda transmigratione perfecta.
20 Leuate oculos vestros, & videte qui venitis ab Aquilone: vbi est grex, qui datus est tibi, pecus inclytum tuum?

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. XIII.

1 SIc dixit Dominus ad me. Vade, & eme cingulũ lineum, & pones illud super lumbos tuos, & in aquam non inferes illud.
2 Et emi cingulum iuxta verbum Domini, & posui super lumbos meos.
3 Et fuit verbum Domini ad me secundo, dicendo.
4 Tolle cingulum quod emisti, quod est super lumbos tuos, & surge, vade ad Euphratem, & absconde illud ibi in foramine petræ.
5 Et perrexi, & abscondi illud in Euphrate, sicut præceperat Dominus mihi.
6 Et fuit in fine dierum multorum, dixit Dominus ad me: Surge, vade ad Euphratem, & tolle inde cingulum, quod præcepi tibi, vt absconderes ibi.
7 Et perrexi ad Euphratem, & fodi & tuli cingulum de loco vbi absconderam illud: & ecce computruerat cingulum, nulliusq; erat vtilitatis.
8 Et fuit verbum Domini ad me dicendo:
9 Sic dixit Dominus, sic putrescere faciam superbiam Iehudah, & superbiam Ierusalaim multam.
10 Populum istum pessimum, qui renuunt audire verba mea, qui ambulant in duritie cordis sui, abieruntq; post deos alienos, vt seruirent eis, & incuruauerunt se eis, & erit sicut cingulum hoc, quod nullius est vtilitatis.
11 Sicut enim adhæret cingulum lumbis viri, sic adhærere feci mihi omnem domum Israel, & omnem domum Iehudah dixit Dominus, vt sint mihi in populum, & in nomen, & in laudem, & in gloriam: & non audierunt.
12 Et dices ad eos verbum istud: Sic dixit Dominus Deus Israel: Omnis vter implebitur vino. Et dicent ad te: Nunquid sciendo non scimus, quod omnis vter implebitur vino?
13 Et dices ad eos: Sic dixit Dominus: Ecce ego impleo omnes habitatores terræ huius, & reges qui sedent pro Dauid super solio eius, & sacerdotes, & prophetas, & omnes habitatores Ierusalaim, ebrietate.
14 Et dispergam eos alter ad alterum, patres & filios pariter ait Dominus: nõ parcam, neq; indulgebo, nec miserebor, vt non destruam eos.
15 Audite, & auscultate: ne eleuetis vos, quia Dominus locutus est.
16 Date Domino Deo vestro gloriam antequam contenebrescere faciat, & antequam offendant pedes vestri super montes caliginosos: expectabitis lucem, & ponet eam, in vmbram mortis, & in caliginem.
17 Et si non audieritis hoc, in occultis plorabit anima mea à facie superbiæ eius: Lachrymando autem lachrymabitur & descendere faciet oculus meus lachrymas, quia captus est grex Domini.
18 Dic regi & reginæ, humiliate vos, sedete: quoniam descendit de capitibus vestris corona gloriæ vestræ.
19 Ciuitates quæ sunt ad meridiem clausæ sunt, & non est qui aperiat, translata est Iehudah tota, translata est tota.
20 Leuate oculos vestros, & videte eos qui veniunt ab Aquilone, vbi est grex datus tibi, pecus gloriæ tuæ?

Quid

Transl. ex Septuag.

CAP. XIII.

1 HAEc dicit Dominus: Vade, & posside tibi cincto-
rium lineum, & pone circa lumbum tuum: &
per aquam non transibit.
2 Et possedi cinctorium iuxta verbum Domini; &
posui circa lumbum meum.
3 Et factus est sermo Domini ad me, dicens:
4 Tolle cinctorium, quod circa lumbum tuum, &
surge, & vade ad Euphratem: & absconde illud ibi
in foramine petræ.
5 Et iui, & abscondi illud in Euphrate, sicut præce-
perat mihi Dominus.
6 Et factum est post dies multos; & dixit Dominus
ad me: Surge, vade ad Euphratem, & tolle inde cin-
ctorium, quod præcepi tibi vt absconderes ibi.
7 Et abij ad Euphratem fluuium, & fodi, & tuli cin-
ctorium de loco, vbi defoderam illud ibi. Et ecce
corruptum erat; ita vt nulli vsui aptum esset.
8 Et factum est verbum Domini ad me, dicens:
9 Hæc dicit Dominus. Sic corrumpam contume-
liam Iudæ, & contumeliam Hierusalem, multam
contumeliam hanc,
10 Eos, qui nolunt obedire verbis meis, & ambula-
uerunt post Deos alienos, vt seruiant eis: & adorent
eos, & erunt, sicut cinctorium illud, quod nulli erit
vsui.
11 Sicut enim adhæret cinctorium circa lumbum
hominis; sic agglutinaui ad me domum Israel, &
omnem domum Iuda; vt esset mihi in populum
nominatum, & in gloriationem, & in gloriam. Et
non exaudierunt me.
12 Et dices ad populum istum: omnis vter implebitur
vino. Et erit, si dixerint ad te; nonne cognoscentes
cognoscemus, quia omnis vter implebitur vino?
13 Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Ecce ego im-
pleo habitatores terræ huius, & reges eorum seden-
tes filios Dauid super thronum ipsorum, & sacer-
dotes, & prophetas, & Iudam, & omnes habitatores
Hierusalem ebrietate:
14 Et dispergam eos, virum, & fratrem eius, & pa-
tres eorum, & filios eorum pariter. Non desiderabo,
ait Dominus, & non parcam, & non miserebor à
perditione eorum.
15 Audite, & auribus percipite, & nolite eleuari; quia
Dominus loquutus est.
16 Date Domino Deo vestro gloriam; antequam
contenebrescat, & antequam offendant pedes vestri
ad montes tenebrosos. Et expectabitis ad lucem: &
ibi vmbra mortis: & ponentur in tenebris.
17 Quod si non audieritis; in abscondito plorabit
anima vestra à facie superbiæ: & deducent oculi ve-
stri lachrymas; quia contritus est grex Domini.
18 Dicite regi, & potentibus: Humiliamini, & sedete:
quia sublata est de capite vestro corona gloriæ ve-
stræ.
19 Ciuitates, quæ ad Austrum, conclusæ sunt: & non
est, qui aperiat. Translatus est Iudas: consummaue-
runt transmigrationem perfectam.
20 Leua oculos tuos Hierusalem, & vide venientes
ab Aquilone. Vbi est grex, qui datus est tibi, oues
gloriæ tuæ?

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAP. XIII.

1 *SIc dixit Iehouah ad me, Vade, & eme tibi cingulum li-
neum, & ponas illud super lumbos tuos, & in aquam
non inferas illud.*
2 *Emi igitur cingulum illud, iuxta verbum Iehouæ, & po
sui super lumbos meos.*
3 *Fuitque verbum Iehouæ ad me secundo, dicendo,*
4 *Tolle cingulum quod emisti, quod est super lumbos tuos
& surge, vade ad Euphratem, & abscode illud ibi in fora
mine petræ.*
5 *Perrexi itaque, & abscondi illud in Euphrate sicut præce-
perat Iehouah mihi.*
6 *Et fuit in fine dierum multorum dixit Iehouah ad me,
Surge, vade ad Euphratem, & tolle inde cingulum quod
præcepi tibi vt absconderes ibi.*
7 *Perrexi itaque ad Euphratem, & fodi, tulique cingulum de
loco in quo absconderam illud, & ecce computruerat cingu-
lum illud, nec vtile erat vlli rei.*
8 *Et fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,*
9 *Sic dixit Iehouah, Sic putrescere faciam superbiam Ie
hudah, & superbiam Ierusalaim multam,*
10 *Populum inquam istum pessimum qui renuunt audire
verba mea, qui ambulant in duritie cordis sui, abieruntque
post deos alienos vt seruiant eis, & incurruent se eis: & erit
sicut cingulum istud quod nullius est vtilitatis.*
11 *Sicut enim adhæret cingulum lumbis viri, sic adhærere
feci mihi totam domum Israel, & vniuersam domum Ie-
hudah, dixit Iehouah: vt sint mihi in populum, & in no-
men, & in laudem, & in gloriam: at non audierunt.*
12 *Dices ergo ad eos verbum istud, Sic dixit Iehouah Deus
Israel, Omnis vter implebitur vino. Et dicent ad te, Nun-
quid ignoramus quod omnis vter implebitur vino?*
13 *Dices autem ad eos, Sic dixit Iehouah, Ecce ego impleo
omnes habitatores terræ huius, & Reges qui sedent pro
Dauide super solio eius, & Sacerdotes, & Prophetas, &
omnes habitatores Ierusalaim, ebrietate.*
14 *Et collidam eos alter ad alterum, patres & filios pari-
ter, ait Iehouah: non parcam, neque vtar misericordia, nec
miserebor vt non destruam eos.*
15 *Audite & auscultate, Ne eleuetis vos: quia Iehouah lo-
cutus est.*
16 *Date Iehouæ Deo vestro gloriam antequam contene-
brescere faciat, & antequam offendant pedes vestri ad
montes caliginosos: & expectetis lucem, & ponat eam in
vmbram mortis & in caliginem.*
17 *Quod si non audieritis istud, in occultis plorabit anima
mea propter superbiam vestram: & lachrymando lachry-
mabitur, deducetque oculus meus lachrymas; quod captus sit
grex Iehouæ.*
18 *Dic Regi & Reginæ, Humiliate vos, sedete humi: quo-
niam descendit de capitibus vestris corona gloriæ vestræ.*
19 *Ciuitates quæ sunt ad Meridiem clausæ sunt, & non est
qui aperiat, translata est Iehudah tota, translata est omni-
no.*
20 *Leuate oculos vestros, & videte eos qui veniunt ab Aqui-
lone, vbinam est grex qui datus est tibi, pecus gloriæ tuæ?*

Vulgat. Editio.

21 Quid dices cum visitauerit te? tu enim docuisti
eos aduersum te, & erudisti in caput tuum: num-
quid non dolores apprehendent te, quasi mulierem
parturientem?
22 Quòd si dixeris in corde tuo: Quare venerunt
mihi hæc? * Propter multitudinem iniquitatis tuæ
reuelata sunt verecundiora tua, pollutæ sunt plan-
tæ tuæ.

* Ios. 30. 14.

23 Si mutare potest æthiops pellem suã, aut pardus
varietates suas: & vos poteritis benefacere, cum di-
diceritis malum.
24 Et disseminabo eos quasi stipulam, quæ vento ra-
ptatur in deserto.
25 Hæc sors tua, parsque mensuræ tuæ à me, dicit
Dominus, quia oblita es mei, & confisa es in men-
dacio.
26 Vnde & ego nudaui femora tua contra faciem
tuam, & apparuit ignominia tua,
27 Adulteria tua, & hinnitus tuus scelus fornicatio-
nis tuæ: super colles in agro vidi abominationes
tuas: Væ tibi Ierusalem, non mundaberis post me:
vsquequo adhuc?

CAP. XIV.

1 QVod factum est verbum Domini ad Ieremiam
de sermonibus siccitatis.
2 Luxit Iudæa, & portæ eius corruerunt, & obscu-
ratæ sunt in terra, & clamor Ierusalem ascendit.
3 Maiores miserunt minores suos ad aquam: vene-
runt ad hauriendum, non inuenerunt aquam, re-
portauerunt vasa sua vacua: confusi sunt & afflicti,
& operuerunt capita sua.
4 Propter terræ vastitatem, quia non venit pluuia
in terram, confusi sunt agricolæ, operuerunt capita
sua.
5 Nam & ceruà in agro peperit, & reliquit: quia non
erat herba.
6 Et onagri steterunt in rupibus, traxerunt ven-
tum quasi dracones, defecerunt oculi eorum, quia
non erat herba.
7 Si iniquitates nostræ responderint nobis: Domine
fac propter nomen tuum, quoniã multæ sunt auer-
siones nostræ, tibi peccauimus.
8 Expectatio Israel, saluator eius in tempore tribu-
lationis: quare quasi colonus futurus es in terra, &
quasi viator declinans ad manendum?
9 Quare futurus es velut vir vagus, vt fortis qui
non potest saluare? tu autem in nobis es Domine, &
nomen tuum inuocatum est super nos, ne derelin-
quas nos.
10 Hæc dicit Dominus populo huic, qui dilexit mo-
uere pedes suos, & non quieuit, & Domino non pla-
cuit: Nunc recordabitur iniquitatum eorum, & vi-
sitabit peccata eorum.
11 Et dixit Dominus ad me: * Noli orare pro popu-
lo isto in bonum.

* Sap. 7. 16.

12 Cum ieiunauerint, non exaudiam preces eorum:
& si obtulerint holocaustomata, & victimas, non
suscipiam ea: quoniam gladio, & fame, & peste con-
sumam eos.
13 Et dixi, A, a, a, Domine Deus: Prophetæ dicunt eis:
* Non videbitis gladium, & fames non erit in vo-
bis, sed pacem veram dabit vobis in loco isto.

* Ier. 23. 17.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

21 *Quid dices cum visitauerit te? Tu enim assuefecisti eos*
super te principes in caput: nonne dolores apprehendent te,
vt mulierem parturientem?
22 *Et si dixeris in corde tuo, quare euenerunt mihi hæc?*
Propter multitudinem iniquitatis tuæ, discooperta sunt
fimbriæ tuæ, discooperta sunt plantæ tuæ.
23 *Nunquid vertet Æthiops pellem suam, & pardus macu-*
las suas? Etiam vos poteritis benefacere assueti malefacere.
24 *Et dispergere faciam eos tanquam stipulam transeuntem*
ad ventum deserti.
25 *Hæc sors tua pars mensuræ tuæ à me dixit Dominus,*
quæ oblita es mei & fidisti mendacio.
26 *Et etiam ego nudaui fimbrias tuas contra faciem tuam,*
& apparuit ignominia tua.
27 *Adulteria tua, & exultationes tuæ, fœditas fornicatio-*
nis tuæ super colles, in agro vidi abominationes tuas. Væ tibi
Ierusalaim, non eris munda postquam adhuc es immunda.

CAP. XIV.

1 *QVod fuit verbum Domini ad Irmeiahu super verba*
prohibitionum pluuiarum.
2 *Desolata est Iehudah & portæ eius desolatæ sunt, obscu-*
ratæ sunt in terra, & clamor Ierusalaim ascendit.
3 *Et maiores eorum miserunt minores suos ad aquam:*
venerunt ad fossas, & non inuenerunt aquam, reuersi sunt
cum vasis suis vacuis, pudore affecti sunt, erubuerunt, &
operuerunt caput suum.
4 *Propter terram contritam, quia non fuit pluuia in terra*
pudore affecti sunt agricolæ, & operuerunt caput suum.
5 *Nam etiam cerua in agro peperit, & reliquit quia non*
erat herba.
6 *Et onagri steterunt in excelsis; attraxerunt ventum*
tanquam dracones defecerunt oculi eorum, quia non erat
herba.
7 *Si iniquitates nostræ testificatæ sunt contra nos: Domine*
fac propter nomen tuum, quia multæ sunt rebelliones no-
stræ, tibi peccauimus.
8 *Expectatio Israel, seruator eius in tempore afflictionis.*
9 *Quare futurus es veluti peregrinus in terra, & tan-*
quam viator, qui declinat ad pernoctandum? Quare futu-
rus es veluti vir attonitus; tanquam fortis, qui non potest
saluum facere? Tu autem in medio nostri es Domine, & no-
men tuum super nos inuocatum est, ne derelinquas nos.
10 *Sic dixit Dominus populo huic, ita dilexerunt mouere se*
pedes suos, non prohibuerunt ne irent, & Dominus noluit
eos, nunc recordabitur iniquitatis eorum & visitabit pec-
catum eorum.
11 *Et dixit Dominus ad me: Ne ores pro populo isto in lo-*
cum.
12 *Cum ieiunauerint, non exaudiam clamorem eorum: &*
si obtulerint holocaustum, & oblationem nolo ea, quia gla-
dio, & fame, & peste consumam eos.
13 *Et dixi, Ahah Domine Deus: Ecce vates dicunt eis. Non*
videbitis gladium, & fames non erit vobis, sed pacem ve-
ram dabo vobis in loco isto.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

21 Quid dices, cum visitauerint te? Et tu docuisti eos
aduersum te doctrinas in principatum. Nunquid
non dolores apprehendent te, quasi mulierem par-
turientem?
22 Quòd si dixeris in corde tuo, quare occurrerunt
mihi hæc? propter multitudinem iniquitatis tuæ
reuelata sunt posteriora tua, vt dehonestentur cal-
canei tui.
23 Si mutabit AEthiops pellem suam, & pardus va-
rietates suas; & vos poteritis benefacere, cum didi-
ceritis mala.
24 Et disseminaui eos, quasi stipulas, quæ feruntur
à vento in desertum.
25 Sic sors tua, & pars inobedientiæ vestræ aduersum
me, dicit Dominus. Sicut oblita es mei, & sperasti in
mendaciis;
26 Et ego nudabo posteriora tua super faciem tuam:
& videbitur ignominia tua,
27 Et adulterium tuum, & hinnitus tuus, & aliena-
tio fornicationis tuæ. Super colles, & in agris vidi
abominationes tuas. Væ tibi Hierusalem: quia non
es mundata post me.

CAP. XIV.

1 ET factum est verbum Domini ad Hieremiam
de siccitate.
2 Luxit Iudæa, & portæ eius vacuæ factæ sunt, &
contenebratæ sunt super terram: & clamor Hieru-
salem ascendit:
3 Et magnates eius miserunt iuniores suos ad aquã:
venerunt ad puteos; & non inuenerunt aquam:
& reportauerunt vasa sua vacua: & opera terræ de-
fecerunt, quia non erat pluuia. Confusi sunt agrico-
læ, operuerunt capita sua:
4
5 Et ceruæ in agro pepererunt, & reliquerunt; quia
non erat herba.
6 Onagri steterunt in rupibus, & traxerunt ventũ:
defecerunt oculi eorum; quia non erat fœnum.
7 Peccata nostra restiterunt nobis: Domine fac nobis
propter te: quoniam multa sunt peccata nostra co-
ram te: quia tibi peccauimus.
8 Expectatio Israel Domine: & saluabis in tempore
malorum. Quare factus es, sicut aduena in terra, &
quasi indigena diuertens ad diuersorium?
9 Nunquid eris, quasi homo dormiens, vel quasi
vir, qui saluare non possit? Et tu in nobis es Domi-
ne: & nomen tuum inuocatum est super nos: ne
obliuiscaris nostri:
10 Sic dicit Dominus populo huic: Dilexerunt mo-
uere pedes suos, & non pepercerunt: & Deus non
prosperauit in eis: nunc recordabitur iniquitatis
eorum.
11 Et dixit Dominus ad me: Noli orare pro populo
isto in bona:
12 Quoniam, si ieiunauerint; non exaudiam oratio-
nem eorum: &, si obtulerint holocaustomata, & sa-
crificia; non placebo mihi in eis: quoniam in gladio,
& in fame, & in morte ego consummabo eos.
13 Et dixi: O On Domine. Ecce prophetæ eorum
prophetant, & dicunt: non videbitis gladium: & fa-
mes non erit in vobis: quia veritatem, & pacem da-
bo super terram, & in loco isto.

Et

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

Quid dices quum visitauerit te? tu enim assuefecisti eos
super te principes & in caput: nonne dolores apprehendent
te vt mulierem parturientem?

Quumq; dixeris in corde tuo, Quare euenerunt mihi
ista? Propter multitudinem iniquitatis tuæ discoopertæ sũ.
fimbriæ tuæ, discoopertæ sunt plantæ tuæ.

Nunquid mutabit Æthiops pellem suam, & pardus ma-
culas suas? vos quoq; poteritis benefacere, assueti malefacere-
re?
Idcirco dispergam eos tanquam stipulam transeuntem
ad ventum desert.
Hæc sors tua, & portio mensurarum tuarum à me, dixit
Iehouáh, quæ oblita es mei, & fidisti mendacio.

Et etiam ego nudaui fimbrias tuas contra faciem tuam,
& apparuit ignominia tua.
Adulteria tua, & exultationes tuæ, fœditas fornicatio-
nis tuæ super colles: in ipso agro vidi abominatiónes tuas. væ
tibi Ierusalaim, non mundaberis, post quando adhuc?

CAP. XIV.

VErbum Iehouæ quod fuit ad Irmeiahu super verba
prohibitionum pluuiarum.
Desolata est Iehudah, & portæ eius desolatæ sunt, obscu-
ratæ sunt in terram, & clamor Ierusalaim ascendit.

Et maiores eorum miserunt minores suos ad aquam:
qui venerunt ad fossas, & non inuenerunt aquam vllam:
reuersi autem cum vasis suis, vacui, erubuerunt, pudore
affecti sunt, & obtexerunt caput suum.

Eo quod terra erat contrita: quia non fuit pluuia in ter-
ra, pudore affecti sunt agricolæ, & obtexerunt caput suum.

Quin cerua in agro peperit, & dereliquit: quia non
erat herba.
Et onagri steterunt in excelsis, attraxerunt ventum
tanquam dracones, defecerunt oculi eorum, quia non erat
herba.
Si iniquitates nostræ testificantur contra nos, Iehoua
fac propter nomen tuum: quia multæ sunt rebelliones no-
stræ, tibi peccauimus.
Expectatio Israel, seruator eius in tempore afflictionis,
quare futurus es veluti peregrinus in terra, & tanquam
viator qui declinat ad pernoctandum.
Quare futurus es veluti vir attonitus, & tanquam for-
tis qui non potest saluum facere? tu autem in medio nostri
es Iehoua, & nomen tuum super nos inuocatum est, ne de-
relinquas nos.

Sic dixit Iehouah populo huic, Ita expetiuerunt mouere
se, pedes suos non prohibuerunt: ideo Iehouah noluit eos,
nunc recordabitur iniquitatis eorum, & visitabit peccata
eorum.
Et dixit Iehouah ad me, Ne ores pro populo isto in bonum.

Quum ieiunauerint, ego non exaudiam clamorem eo-
rum: & quum obtulerint holocaustum, & oblationem, non
acceptabo ea. quia gladio, & fame, & peste consumam eos.

Et dixi, Ahah Domine Iehoua, ecce prophetæ dicunt eis,
Non videbitis gladium, nec fames erit vobis: sed pacem ve-
ram dabo vobis in loco isto.

Et

Vulgat. Editio.

14 Et dixit Dominus ad me: Falso prophetæ vaticinantur in nomine meo: non misi eos, & non præcepi eis, neque locutus sum ad eos: visionem mendacem, & diuinationem, & fraudulentiam, & seductionem cordis sui prophetant vobis.

15 Idcirco hæc dicit Dominus de prophetis, qui prophetant in nomine meo, quos ego non misi, dicentes: Gladius, & fames non erit in terra hac: In gladio & fame consumentur prophetæ illi.

16 Et populi quibus prophetant, erunt proiecti in viis Ierusalem præ fame & gladio, & non erit qui sepeliat eos; ipsi & vxores eorum, filij & filiæ eorum, & effundam super eos malum suum.

17 Et dices ad eos verbum istud: * Deducant oculi mei lachrymam per noctem & diem, & non taceãt: quoniam contritione magna contrita est virgo filia populi mei, plaga pessima vehementer.

* Thre. 1.16. & 2.18.

18 Si egressus fuero ad agros, ecce occisi gladio: & si introiero in ciuitatem, ecce attenuati fame. Propheta quoque & sacerdos abierũt in terram, quam ignorabant.

19 Numquid projiciens abiecisti Iudam? aut Sion abominata est anima tua? quare ergo percussisti nos, ita vt nulla sit sanitas? * expectauimus pacem, & non est bonum: & tempus curationis, & ecce turbatio.

* Sup. 8.15.

20 Cognouimus Domine impietates nostras, iniquitates patrum nostrorum, quia peccauimus tibi.

21 Ne des nos in opprobrium propter nomen tuum, neque facias nobis contumeliam solij gloriæ tuæ: recordare, ne irritum facias fœdus tuũ nobiscum.

22 Numquid sunt in sculptilibus Gentiũ qui pluãt? aut cæli possunt dare imbres? nonne tu es Dominus Deus noster, quem expectauimus? tu enim fecisti omnia hæc.

CAP. XV.

1 ET dixit Dominus ad me: Si steterit Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum: ejce illos à facie mea, & egrediantur.

2 Quod si dixerint ad te: Quo egrediemur? dices ad eos: Hęc dicit Dominus: * Qui ad mortem, ad mortem; & qui ad gladium, ad gladium; & qui ad famẽ, ad famem; & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem.

Eze. 14.?

3 Et visitabo super eos quatuor species, dicit Dominus: Gladium ad occisionem, & canes ad lacerandum, & volatilia cæli & bestias terræ ad deuorandum & dissipandum.

4 Et dabo eos in feruorem vniuersis terræ regnis: * propter Manassem filium Ezechiæ regis Iuda, super omnibus quæ fecit in Ierusalem.

4. Reg. 21.11.

5 Quis enim miserebitur Ierusalem? aut quis contristabitur pro te? aut quis ibit ad rogandum pro pace tua?

6 Tu reliquisti me, dicit Dominus, retrorsum abiisti: & extendam manum meam super te, & interficiam te: laboraui rogans.

7 Et dispergam eos ventilabro in portis terræ: interfeci & disperdidi populum meum, & tamen à viis suis non sunt reuersi.

8 Multiplicatæ sunt mihi viduæ eius super arenam maris: induxi eis super matrem adolescentis vastatorem meridie: misi super ciuitates repente terrorem.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

14 *Et dixit Dominus ad me: Falsum vates vaticinantur in nomine meo: non misi eos, neq; præcepi eis, nec locutus sum ad eos: visionem mendacem, & diuinationem, & nihil, & seductionem cordis sui vaticinantur vobis.*

15 *Idcirco sic dixit Dominus, super vates, qui vaticinantur in nomine meo, & ego non misi eos: Et ipsi dicunt: gladius, & fames non erit in terra ista, gladio, & fame consumentur vates illi.*

16 *Et populus quibus vaticinantur proiecti erunt in plateis Ierusalaim à facie famis, & gladij, & non erit qui sepeliat eos; ipsi, vxores eorum, & filij eorum, & filiæ eorum, & effundam super eos malum suum.*

17 *Et dices ad eos verbum istud: Deducant oculi mei lachrymas nocte ac die, & ne taceant: quoniam contritione magna cõtrita est virgo filia populi mei, plaga dura valde.*

18 *Si egressus fuero ad agrum, ecce occisi gladio: & si introiero in ciuitatem, ecce infirmati fame: quia tam vates, quam sacerdos circuierunt in terram, quam non cognouerunt.*

19 *Numquid abijciendo abiecisti Iehudah? num Sijon abominata est anima tua: quia percutere fecisti nos, & non est nobis sanitas? si expectauerimus pacem non erit bonum, tempus sanitatis, ecce erit turbatio.*

20 *Cognouimus Domine impietatem nostram, iniquitatem patrum nostrorum, quia peccauimus tibi.*

21 *Ne reprobes propter nomen tuum, & ne deijcias solium gloriæ tuæ: Recordare, ne irrites pactum tuum nobiscum.*

22 *Numquid sunt in vanitatibus Gentium qui pluere faciant? & num cæli dabunt imbres? nonne tu ipse Dominus Deus noster, & expectauimus te? quia tu fecisti omnia hæc.*

CAP. XV.

1 *ET dixit Dominus ad me: Si starent Moseh, & Samuel in oratione coram me, non est voluntas mea ad populum istum: emitte à facie mea, & egrediatur.*

2 *Et erit, si dixerint ad te: Quo egrediemur? dices ad eos: Sic dixit Dominus: Qui ad mortem, ad mortem: & qui ad gladium, ad gladium: & qui ad famem, ad famem: & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem.*

3 *Et præficiam eis quattuor Gentes, dixit Dominus: Gladium ad occidendum, & canes ad trahendum, & volatilia cæli, & bestias terræ ad deuorandum, & dissipandum.*

4 *Et dabo eos in commotionem vniuersis regnis terræ: propter Menasseh filium Chizchiyahu regis Iehudah, propter ea quæ fecit in Ierusalaim.*

5 *Quis enim miserebitur tui Ierusalaim? & quis condolebit tibi, & quis ibit ad postulandum pacem tei?*

6 *Tu dereliquisti me, dixit Dominus, retrorsum abijsti: & extendam manum meam super te, & disperdam te: laboraui ad pœnitendum.*

7 *Et dispergam eos ventilabro in portas terræ: orbaui, perdidi populum meum, à vijs suis non sunt reuersi.*

8 *Multiplicatæ sunt mihi viduæ eius præ arena marium: adduxi ad eos super congregationem iuuenum vastatorem meridie: cadere feci super eam repente desolationem ciuitatis, & festinanter.*

Transl. ex Septuag.

14 Et dixit Dominus ad me: Falsa prophetę prophe-
tant in nomine meo; non misi eos, & non præcepi
eis, & non sum loquutus ad eos. Visiones enim mé-
daces, & diuinationes, & auguria, & electiones cor-
dis sui ipsi prophetant vobis.
15 Ideo hęc dicit Dominus de prophetis, qui prophe-
tant in nomine meo falsa, & ego non misi eos, qui
dicunt, gladius, & fames non erit in terra hac: In
morte morbosa morientur: & in fame consumen-
tur prophetæ,
16 Et populus, quibus ipsi prophetant eis: & proie-
cti erunt in viis Hierusalem à facie gladij, & famis
(& non erit, qui sepeliat eos) & filij eorum, & filiæ
eorum: & effundam super eos mala sua.
17 Et dices ad eos verbum istud: Deducite super o-
culos vestros lachrymas die, ac nocte, & non ces-
sent: quoniam contritione contrita est filia populi
mei: & plaga dolorosa valde.
18 Si egressus fuero in campum; & ecce occisi gla-
dio: & si introiero in ciuitatem; & ecce dolor fa-
mis; quia sacerdos, & propheta abierunt in terram,
quam ignorabant.
19 Numquid reprobans reprobasti Iudam, & à Sion
recessit anima tua? Quare percussisti nos, & non est
nobis sanatio? Sustinuimus ad pacem, & non fue-
runt bona: ad tempus sanationis, & ecce turbatio.
20 Cognouimus Domine peccata nostra, iniquitates
patrum nostrorum: quia peccauimus coram te.
21 Cessa propter nomen tuum: ne perdas thronum
gloriæ tuæ. Recordare, ne dissipes testamentum
tuum, quod nobiscum.
22 Numquid est in idolis gentium, qui pluat? Quod
si cælum dabit satietatem suam; nonne tu es ipse?
Et sustinebimus te Domine: quia tu fecisti omnia
hæc.

CAP. XV.

1 ET dixit Dominus ad me: Si steterit Moyses, &
Samuel ante faciem meam; non est anima mea
ad eos. Emitte populum istum & egrediantur.
2 Et erit, si dixerint ad te, quo egrediemur? & di-
ces ad eos: Hæc dicit Dominus: Quicúque ad mor-
tem; ad mortem: & quicumque ad gladium; ad
gladium: & quicumque ad famem; ad famem: &
quicumque ad captiuitatem; ad captiuitatem.
3 Et vlciscar super eos quattuor species, dicit Do-
minus: gladium ad occisionem, & canes ad lacera-
tionem, & bestias terræ, & volatilia cæli ad come-
stionem, & corruptionem.
4 Et tradam eos in angustias omnibus regnis ter-
ræ propter Manassem filium Ezeciæ regis Iuda, pro
omnibus, quæ fecit in Hierusalem.
5 Quis parcet super te Hierusalem? & quis con-
tristabitur super te? aut quis curuauit se ad pacem
tibi?
6 Tu auersata es me; retrorsum ibis. Et extendam
manum meam, & disperdam te: & nequaquam vl-
tra dimittam eos:
7 Et dispergam eos in dispersionem in portis po-
puli mei: orbati filiis sunt, disperdiderunt populũ
meum propter malitias suas:
8 Multiplicatæ sunt viduæ eorum super arenam
maris: induxi super matrem, adolescentes, mise-
riam in meridie: inieci super eam repente tremoré,
& trepidationem.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

*Et dixit Iehouah ad me, Falsum vates vaticinantur
in nomine meo: non enim misi eos, neque precepi eis, nec
loquutus sum ad eos: sed visionem mendacem, & diuina-
tionem & nihilum & seductionem cordis sui vaticinan-
tur vobis.*
*Idcirco sic dixit Iehouah super vates qui vaticinantur
in nomine meo, & ego non misi eos, quiq; dicunt, Gladius
& fames non erit in terra ista: gladio & fame consumen-
tur vates illi.*
*Et populus quibus vaticinantur, proiecti erunt in pla-
teis Ierusalaim præ fame & gladio, nec erit qui sepeliat
eos: ipsi inquam, vxores eorum, & filij eorum, & filiæ eo-
rum, & effundam super eos malum suum.*
*Dices itaque ad eos verbum istud, Deducant oculi mei
lachrymas nocte ac die, ne quiescant: quoniam contritio-
ne magna contrita est virgo filia populi mei, plaga dura
valde.*
*Si egressus fuero in agrum, ecce occisi gladio: & si in-
troiero in ciuitatem, ecce ægrotantes fame: quoniam tum
vates, tum Sacerdos circuierunt in terram, & non cogno-
uerunt.*
*Nunquid abiiciendo abiecisti Iehudah? num Siion abo-
minata est anima tua? quare percutere fecisti nos, & non
est nobis sanitas? expectauimus pacem, & nullum fuit bo-
num: tempus sanitatis, & ecce turbatio.*
*Agnoscimus Iehoua impietatem nostram, iniquitatem
Patrum nostrorum, nam peccauimus tibi:*
*Ne reprobes propter nomen tuum, & ne deiicias solium
gloriæ tuæ: recordare, ne irritum facias pactum tuum
nobiscum initum.*
*Nunquid sunt in vanitatibus Gentium qui pluere fa-
ciant, & num cæli dabunt imbres? annon tu es Iehouah
Deus noster? te igitur expectamus: tu enim fecisti omnia
hæc.*

CAP. XV.

*ET dixit Iehouah ad me, Si steterint Mosch & Semuel
coram me, non erit anima mea ad populum illum:
eiice à facie mea, & egrediatur.*
*Et erit, quum dixerint ad te, Quò egrediemur? dices
ad eos, Sic dixit Iehouah, Qui ad mortem, ad mortem: &
qui ad gladium, ad gladium: & qui ad famem, ad famem:
& qui ad captiuitatem, ad captiuitatem.*
*Et præficiam eis quatuor gentes, dixit Iehouah, gladiũ
ad occidendum, & canes ad distrahendum, & volatilia
cæli & bestias terræ ad deuorandum & dissipandum.*
*Et dabo eos in commotionem vniuersis regnis terræ pro-
pter Menasseh filium Iehizkiiahu regis Iehudah, propter
ea quæ fecit in Ierusalaim.*
*Quis enim miserebitur tui Ierusalaim? & quis condo-
lebit tibi? & quis descedet ad petendum de pace tua?*
*Tu dereliquisti me, dicit Iehouah, retrorsum abiisti: ob
id extendam manum meam super te vt disperdam te, fa-
tigatus sum toties pœnitere.*
*Et ventilaui eos ventilabro in portis terræ: orbaui &
perdidi populum meum, & tamen à viis suis non sunt re-
uersi.*
*Multiplicatæ sunt mihi viduæ eius præ arena maris:
adduxi illis contra congregationem iuuenum vastatorem
ipso meridie, ruere feci super eam repentè ciuitatem, &
festinanter.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

*1 Reg. 2. 5. *Amos 8. 9.

9 * Infirmata est quæ peperit septem, defecit anima eius; * occidit ei sol, cum adhuc esset dies: confusa est, & erubuit: & residuos eius in gladium dabo in conspectu inimicorum eorum, ait Dominus.

10 Væ mihi mater mea: quare genuisti me virum rixæ, virū discordiæ in vniuersa terra? non fœneraui, nec fœnerauit mihi quisquam: omnes maledicunt mihi.

11 Dicit Dominus: Si non reliquiæ tuæ in bonum, si non occurri tibi in tempore afflictionis, & in tēpore tribulationis aduersus inimicum.

12 Numquid fœderabitur ferrum ferro ab Aquilone, & æs?

13 Diuitias tuas & thesauros tuos in direptionem dabo gratis in omnibus peccatis tuis, & in omnibus terminis tuis.

14 Et adducam inimicos tuos de terra, quam nescis: quia ignis succensus est in furore meo, super vos ardebit.

15 Tu scis Domine, recordare mei, & visita me, & tuere me ab his, qui persequuntur me, noli in patientia tua suscipere me: scito quoniam sustinui propter te opprobrium.

16 Inuenti sunt sermones tui, & comedi eos, & factum est mihi verbum tuum in gaudium & in lætitiam cordis mei: quoniam inuocatum est nomen tuum super me Domine Deus exercituum.

*Psal. 1. 1 & 25. 4.

17 * Non sedi in concilio ludentium, & gloriatus sum à facie manus tuæ: solus sedebam, quoniam comminatione replesti me.

*Isa. 30. 15.

18 * Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis renuit curari? facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium.

19 Propter hoc hæc dicit Dominus: Si conuerteris, conuertam te: & ante faciem meam stabis: & si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris: conuertentur ipsi ad te, & tu non conuerteris ad eos.

20 Et dabo te populo huic in murum æreum, fortē: & bellabunt aduersum te, & non præualebunt: quia ego tecum sum vt saluem te, & eruam te, dicit Dominus.

21 Et liberabo te de manu pessimorum, & redimam te de manu fortium.

CAP. XVI.

1 ET factum est verbum Domini ad me, dicens:
2 Non accipies vxorem, & non erunt tibi filij, & filiæ in loco isto.

3 Quia hæc dicit Dominus super filios & filias, qui generantur in loco isto, & super matres eorum, quę genuerunt eos: & super patres eorum, de quorum stirpe sunt nati in terra hac:

4 Mortibus ægrotationum morientur: non plangentur, & non sepelientur, in sterquilinium super faciem terræ erunt: & gladio, & fame consumentur: & erit cadauer eorum in escam volatilibus cæli, & bestiis terræ.

5 Hæc enim dicit Dominus: Ne ingrediaris domum conuiuij, neque vadas ad plangendum, neque consoleris eos: quia abstuli pacem meam à populo isto, dicit Dominus, misericordiam & miserationes.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

9 Infirmata est quæ pariebat septem, dolore affecta est anima eius: occidit sol eius adhuc existente die, pudore affecta est, & erubuit: & residuum eius in gladium dabo coram inimicis eorum, ait Dominus.

10 Væ mihi mater mea: quia genuisti me virum rixæ, & virum discordiæ in vniuersa terra? non fœneratus sum eis, nec fœnerati sunt mihi: vniuersi maledicunt mihi.

11 Dixit Dominus: Si non quod remanebit temporis erit in bonum, si non occurrere feci tibi in tempore malo, & in tempore afflictionis aduersus inimicum.

12 Nunquid conteret ferrum ferrum, quod est ab Aquilone, & æs.

13 Opes tuas, & thesauros in direptionem dabo, non precio: & propter omnia peccata tua, & peccata, quæ sunt in omnibus terminis tuis.

14 Transire faciam te ad inimicos tuos in terram, quam non nosti: quia ignis succensus est in furore meo, super vos ardebit.

15 Tu nosti Domine, recordare mei, & visita me, & vindica me de inimicis meis, ne in longanimitate furoris tui suscipias me, scito quod sustineo propter te opprobrium.

16 Inuenti sunt sermones tui, & comedi eos, & fuit verbum tuum mihi in gaudium, & in lætitiam cordis mei, quia inuocatum est nomen tuum super me Domine Deus exercituum.

17 Non sedi in cœtu ludentium, nec exultaui propter plagam tuam, solus sedi, quoniam ira replesti me.

18 Vt quid fuit dolor meus fortis, & plaga mea desperata, renuit curari: essendo eris mihi veluti vena mendax, velut aquæ, quæ non sunt fideles?

19 Propterea sic dixit Dominus: Si conuersus fueris, & conuerti fecero te, coram me stabis: & si eduxeris preciosum à vili tanquam os meum eris, conuertentur ipsi ad te, & tu non conuerteris ad eos.

20 Et dabo te populo huic murum æneum, munitum, & bellabunt contra te, & non præualebunt tibi, quia tecum ero vt seruem & eruam te, dixit Dominus.

21 Et eruam te de manu pessimorum, & redimam te de manu fortium.

CAP. XVI.

1 ET fuit verbum Domini ad me dicendo:
2 Non accipies vxorem, nec erunt tibi filij & filiæ in loco isto.

3 Quia sic dixit Dominus: super filios & filias, qui generantur in loco isto, & super matres eorum, quæ generant eos, & super patres eorum qui generant eos in terra ista.

4 Mortibus ægrotationum morientur: non plangentur, neque sepelientur, in sterquilinium super faciem terræ erunt, & gladio & fame consumentur: & erunt cadauera eorum in escam volatilibus cœli, & bestiis terræ.

5 Sic enim dixit Dominus: Ne ingrediaris domum luctus, nec vadas ad plangendum, neque condoleas eis, quia abstuli pacem meam à populo isto, dixit Dominus, misericordiam, & miserationes.

Transl. ex Septuag.

9 Vacua facta est, quæ parit septem: afflicta est ani-
ma eius: subiit Sol ei, cum adhuc medius dies esset:
confusa est, & maledicta: reliquos eorum in gladiū
dabo in conspectu inimicorum suorum.

10 Heu me mater, quare genuisti me virum, qui
iudicer, & discernar omni terræ? Non profui, nec
profuit mihi quisquam. Fortitudo mea defecit in
iis qui maledicunt mihi.

11 Fiat Domine dirigentibus illis: si non astit tibi
in tempore malorum eorum, & in tempore tribu-
lationis eorum in bona contra inimicum.

12 Si cognoscetur ferrum, & operimentum æneum

13 Fortitudo tua? Et thesauros tuos in direptionem
dabo, commutationem propter omnia peccata tua,
& in cunctis terminis tuis.

14 Et seruire te faciam in circuitu inimicis tuis, in
terra, quam non nouisti: quia ignis accensus est è
furore meo: super vos ardebit.

15 Domine recordare mei, & visita me, & tuere me
ab his, qui persequuntur me, non in longanimita-
te. Scito, quoniam accepi pro te opprobrium ab
his.

16 Qui reprobant sermones tuos: consumma eos.
Et erit mihi verbum tuum in lætitiam & gaudiu
cordis mei: quoniam inuocatum est nomen tuum
super me Domine omnipotens.

17 Non sedi in consessu ipsorum ludentium: sed
metuebam à facie manus tuæ. Solus sedebam; quo-
niam amaritudine repletus sum.

18 Vt quid qui contristant me, præualent aduersum
me? Plaga mea solida est: vnde sanabor? Dum fi-
facta est mihi quasi aqua mendax, non habens fi-
dem.

19 Ideo hæc dicit Dominus. Si reuerteris; & resti-
tuam te. & ante faciem meam stabis. Et, si eduxe-
ris preciosum à vili; quasi os meum eris. Et con
uertentur ipsi ad te: & tu non conuerteris ad eos.

20 Et dabo te in populo isto, quasi murum muni-
tum æneum: & bellabunt aduersum te, & non
poterunt aduersum te: quia tecum sum, vt saluem
te,

21 Et eruam te de manu pessimorum: & redimam
te de manu pestilentium.

CAP. XVI.

1 ET tu ne accipias vxorem, dicit Dominus Deus
2 Israel, & non gignetur tibi filius, neque filia in
loco isto.

3 Quia hæc dicit Dominus de filiis, & de filiabus,
qui nascuntur in loco isto, & de matribus eorum,
quæ pepererunt eos, & de patribus eorum, qui ge-
nuerunt eos in terra ista.

4 In morte morbosa morientur: non plangentur,
& non sepelientur: in exemplum super faciem ter-
ræ erunt: & bestiis terræ erunt, & volatilibus cæli:
in gladio cadent, & in fame consummabuntur:

5 Hæc dicit Dominus: Ne ingrediaris in thiasum
eorum, & non vadas ad plangendum, neque lu-
geas eos: quia abstuli pacem meam à populo isto:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

*Eneruata est quæ peperit septem, dolore affecta est ani-
ma eius: occidit sol eius quum adhuc esset dies, pudore af-
fecta est & erubuit: residuum vero earum in gladium da-
bo coram inimicis eorum dixit Iehouah.*

*Væ mihi mater mea quod genuisti me virum rixæ &
virum discordiæ toti terræ: non fœneraui eis, nec fœ-
nerati sunt mihi: omnes maledicunt mihi.*

*Dixit Iehouah. Si non reliquiæ tuæ in bonum, si non
occurrere fecero tibi in tempore malo & in tempore affli-
ctionis inimicum.*

*Nunquid ferrum conteret ferrum quod est ab Aquilo-
ne & æs?*

*Opes tuas & thesauros in direptionem dabo absque pre-
tio, idq; propter omnia peccata tua: & in omnibus termi-
nis tuis.*

*Et transire faciam te ad inimicos tuos in terram quam
non nosti: quia ignis succensus est in furore meo, super
vos ardebit.*

*Tu nosti Iehoua, recordare mei & visita me, & vindi
ca me de inimicis meis: ne in longanimitate furoris tui
suscipias me. scito quod sustineam propter te opprobrium.*

*Inuenti sunt sermones tui, & comedi eos: & fuit ver-
bum tuum mihi in gaudium, & in lætitiam cordis mei,
quia inuocatum est nomen tuum super me Iehoua Deus
exercituum.*

*Non sedi in cœtu ludentium, nec exultaui: propter pla-
gam tuam solus sedi, quoniam ira repleSti me.*

*Vt quid fuit dolor meus fortis & plaga mea desperata,
quæ renuit curari? futurus es mihi veluti vena mendax,
veluti aquæ quæ non sunt fideles.*

*Propterea sic dixit Iehouah. Si conuersus fueris, tunc
conuertam te, & coram me stabis: & si eduxeris pretio-
sum à vili, tanquam os meum eris: conuertentur ipsi ad
te, & tu non conuerteris ad eos.*

*Et dabo te populo huic murum æneum, munitum, pu-
gnabuntq; contra te, & non præualebunt tibi: quia tecum
sum vt seruem te, & eruam te, dixit Iehouah:*

*Et eruam inquam te de manu pessimorum, & redi-
mam te de manu fortium.*

CAP. XVI.

*ET fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,
Non accipies tibi vxorem, nec erunt tibi filij & fi-
liæ in loco isto.*

*Quoniam sic dixit Iehouah de filiis & filiabus qui nati
fuerint in loco isto, & de matribus eorum quæ genuerint
eos atque de patribus eorum qui procreauerint eos in ter-
ra ista.*

*Mortibus ægrotationum morientur, non plangentur,
neque sepelientur, sed in sterquilinium super faciem ter-
ræ erunt, gladioq; & fame consumentur: & erunt cada-
uera eorum in escam volatilibus cœli, & bestiis terræ.*

*Sic enim dixit Iehouah, Ne ingrediaris domum luctus,
nec vadas ad plangendum, neque condolea eis: quia ab-
stuli pacem meam à populo isto, dixit Iehouah, misericor-
diam, & miserationes.*

Vulgat. Editio.

6 Et morientur grandes & parui in terra ista: non sepelientur neque plangentur, & non se incident, neque caluitium fiet pro eis.
7 Et non frangent inter eos lugenti panem ad consolandum super mortuo: & non dabūt eis potum calicis ad consolandum super patre suo & matre.
8 Et domum conuiuij non ingrediaris, vt sedeas cum eis, & comedas & bibas.
9 Quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego auferam de loco isto in oculis vestris, & in diebus vestris vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ.
10 Et cum annunciaueris populo huic omnia verba hæc, & dixerint tibi: Quare locutus est Dominus super nos omne malum grande istud? quæ iniquitas nostra? & quod peccatum nostrum, quod peccauimus Domino Deo nostro?
11 Dices ad eos: Quia dereliquerunt me patres vestri, ait Dominus: & abierunt post deos alienos, & seruierunt eis, & adorauerunt eos: & me dereliquerunt, & legem meam non custodierunt.
12 Sed & vos peius operati estis, quam patres vestri, ecce enim ambulat vnusquisque post prauitatem cordis sui mali, vt me non audiat.
13 Et ejiciam vos de terra hac in terram, quā ignoratis vos, & patres vestri: & seruietis ibi diis alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis requiem.
14 Propterea ecce dies veniunt dicit Dominus, & non dicetur vltra: viuit Dominus, qui eduxit filios Israel de terra Ægypti.
15 Sed, Viuit Dominus, qui eduxit filios Israel de Terra Aquilonis, & de vniuersis terris, ad quas eieci eos: & reducam eos in terram suam, quam dedi patribus eorum.
16 Ecce ego mittam piscatores multos dicit Dominus, & piscabuntur eos: & post hęc mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cauernis petrarum.
17 Quia oculi mei super omnes vias eorum: non sunt absconditæ à facie mea, & non fuit occultata iniquitas eorum ab oculis meis.
18 Et reddam primum duplices iniquitates, & peccata eorum: quia contaminauerunt terram meam in morticiniis idolorum suorum, & abominationibus suis impleuerunt hæreditatem meam.
19 Domine fortitudo mea, & robur meum, & refugium meum in die tribulationis: ad te Gentes venient ab extremis terræ, & dicent: Vere mendaciū possederunt patres nostri, vanitatem, quæ eis non profuit.
20 Numquid faciet sibi homo deos, & ipsi non sunt dij?
21 Idcirco ecce ego ostendam eis per vicem hanc, ostendam eis manum meam, & virtutem meam: & scient quia nomen mihi Dominus.

CAP. XVII.

1 Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eorum, & in cornibus ararum eorum.

Cum

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Et morientur magni & parui in terra hac: non sepelientur, nec plangent eos, & non se incident, nec decaluabunt se propter eos.

Et non extendent se super luctum ad consolandum eos super mortuo, neque dabunt eis potum calicem consolationum super patre suo, & super matre sua.

Et domum conuiuij non ingrediaris, vt sedeas cum eis ad comedendum & bibendum.

Sic enim dixit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego cessare faciam de loco isto in oculis vestris: & in diebus vestris vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ.

Et erit, cum annunciaueris populo huic omnia verba hæc, & dixerint tibi: Propter quid locutus est Dominus super nos omne malum grande hoc? & quæ iniquitas nostra, & quod peccatum nostrum, quod peccauimus Domino Deo nostro?

Dices ad eos: Propterea quod dereliquerunt patres vestri me, ait Dominus: & abierunt post deos alienos, & seruierunt eis, & incuruauerunt se eis: & me dereliquerūt, & legem meam non custodierunt.

Et vos peius fecistis faciendo, quàm patres vestri: & ecce vos ambulatis vnusquisque post duriciem cordis sui mali, vt non audiatis mihi.

Et eiicere faciam vos de terra hac, in terram quam nō cognouistis vos, & patres vestri: & seruietis ibi diis alienis die ac nocte, quia non dabo vobis misericordiam.

Propterea ecce dies veniunt dixit Dominus, & non dicetur vltra: viuit Dominus qui ascendere fecit filios Israel è Terra Ægypti.

Sed, Viuit Dominus, qui ascendere fecit filios Israel de Terra Aquilonis, & de vniuersis terris ad quas expellere fecit eos, & reducere faciam eos in terram suam, quam dedi patribus eorum.

Ecce ego mitto ad piscatores multos dixit Dominus, & piscabuntur eos: & postea mittam ad multos venatores, & venabuntur eos ex omni monte, & omni colle, & de cauernis petrarum.

Quia oculi mei super omnes vias eorum: & non sunt occultatæ à facie mea, neque est abscondita iniquitas eorum à conspectu oculorum meorum.

Et reddam primum duplicem iniquitatem eorum, & peccatum eorum: eo quòd contaminauerunt terram meā cadaueribus abominationum suarum, & abominationibus suis impleuerunt hæreditatem meam.

Domine fortitudo mea, & robur meum, & refugium meum in die afflictionis: ad te gentes venient ab extremis terræ, & dicent: Vere mendacium possederunt patres nostri, vanitatem, & non est in eis vtilitas.

Nunquid faciet sibi homo deos, & ipsi non sunt dij?

Idcirco ecce ego ostendam eis vice hac, ostendam eis manum meam, & fortitudinem meam, & scient quod nomē meum est Dominus.

CAP. XVII.

Peccatum Iehudah scriptum est stilo ferreo, stilo adamantino, sculptum in tabula cordis eorum, & in cornibus ararum eorum.

Cum

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

6 Non plangent se, neque incisiones facient, neque radentur,

7 Neque frangetur panis in luctu eorum in consolationem super mortuum: non dabunt ei potum calicis in consolationem super patrem, & matrem eius.

8 In domum conuiuij non ingredieris tu, vt sedeas cum eis ad comedendum, & bibendum.

9 Quia hæc dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego abire facio de loco isto coram oculis vestris, & in diebus vestris vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ.

10 Et erit, cum annunciaueris populo huic omnia verba hæc, & dixerint ad te, quare loquutus est Dominus super nos omnia mala ista? quæ iniquitas nostra, & quod peccatum nostrum, quod peccauimus coram Domino Deo nostro?

11 Et dices ad eos: Pro eo, quod dereliquerunt me patres vestri, dicit Dominus, & abierunt post deos alienos, & seruierunt eis, & adorauerunt eos, & me dereliquerunt, & legem meam non custodierunt.

12 Et vos male egistis super patres vestros. Et ecce vos ambulatis vnusquisque post placita cordis vestri pessimi, ad non obediendum mihi? Et abiiciam vos de terra hac in terram, quam non nouistis vos, & patres vestri: & seruietis ibi diis aliis, qui non dabunt vobis misericordiam.

13

14 Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus: & non dicent vltra: Viuit Dominus, qui eduxit filios Israel de terra Ægypti.

15 Sed, Viuit Dominus, qui eduxit domum Israel de terra Aquilonis, & de vniuersis regionibus, quo expulsi sunt illuc. Et restituam eos in terram suam, quam dedi patribus eorum.

16 Ecce ego mitto piscatores multos, dicit Dominus; & piscabuntur eos: & post hæc mitto multos venatores; & venabuntur eos desuper omni monte, & desuper omni colle, & de cauernis petrarum.

17 Quia oculi mei super omnes vias eorum: & non sunt absconditæ iniquitates eorum ab oculis meis.

18 Et reddam duplices malitias eorum, & peccata eorum, in quibus contaminauerunt terram meam in morticiniis abominationum suarum, & in suis iniquitatibus, in quibus delinquere fecerunt hæreditatem meam.

19 Domine tu fortitudo mea, & auxilium meum, & refugium meum in diebus malorum. Ad te Gentes venient ab extremo terræ & dicent: Quam falsa possederunt patres nostri idola, & non est in eis vtilitas?

20 Si faciet sibi homo deos, & ipsi non sunt dij.

21 Idcirco ecce ego ostendam eis in tempore illo manum meam: & notam faciam eis virtutem meã: & scient, quia nomen mihi Dominus.

CAP. XVII.

Quæ hic desiderantur à principio capitis vsque ad nu. 5 prætermissa sunt à Septuag. teste D. Hieron.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

6 *Et morientur magni & parui in terra hac: non sepelientur, nec plangent eos, neque se incident, nec decaluabunt se propter eos.*

7 *Et non expandent manus suas ob luctum vt consolentur eos super mortuo, nec potabunt eos calice consolationum super patre suo & super matre sua.*

8 *Domum quoque conuiuij ne ingrediaris, vt sedeas cum eis ad comedendum & bibendum.*

9 *Sic enim dixit Iehouah exercituum Deus Israel, Ecce ego cessare faciam de loco isto in oculis vestris, & in diebus vestris vocem gaudij & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ.*

10 *Eritq́; , quum renuntiaueris populo huic omnia verba hæc, & dixerint tibi, Propter quid loquutus est Iehouah super nos omne malũ grande hoc? & quæ est iniquitas nostra, & quod peccatum nostrum quod peccauimus Domino Deo nostro?*

11 *Tunc dices ad eos, Propterea quod dereliquerunt patres vestri me, ait Iehouah, & ambulauerunt post deos alienos, & seruierunt eis, & incuruauerunt se eis, me autem dereliquerunt, & legem meam non custodierunt.*

12 *Et vos peius fecistis faciendo quàm patres vestri: ecce enim vos ambulatis vnusquisque post duritiem cordis sui mali, vt non audiatis me.*

13 *Idcirco eiiciam vos de terra hac ad terram quam nec vos nouistis, neque patres vestri: ibiq́; seruietis diis alienis die ac nocte, quia non dabo vobis misericordiam.*

14 *Propterea ecce dies veniunt, dixit Iehouah, & non dicetur vltra, Viuit Iehouah qui ascendere fecit filios Israel è terra Ægypti:*

15 *Sed, Viuit Iehouah, qui ascendere fecit filios Israel de terra Aquilonis, & de vniuersis terris ad quas expulerat eos: & reducam eos in terram suam quam dedi patribus eorum.*

16 *Ecce ego mitto ad piscatores multos, dixit Iehouah, & piscabuntur eos: & postea mittam ad multos venatores, & venabuntur eos ex omni monte, & omni colle, & de cauernis petrarum.*

17 *Quia oculi mei super omnes vias eorum, & non sunt occultatæ à facie mea: neque est abscondita iniquitas eorum à conspectu oculorum meorum.*

18 *Et reddam primum duplum iniquitatis eorum, & peccatum eorum: eo quòd contaminauerunt terram meam cadaueribus abominationum suarum, & abominationibus suis impleuerunt hæreditatem meam.*

19 *Iehoua fortitudo mea, & robur meum, & refugium meum in die afflictionis: ad te Gentes venient ab extremis terræ, & dicent, Vere mendacium possederunt patres nostri, vanitatem, & non est in eis vtilitas.*

20 *Nunquid faciet sibi homo deos, & ipsi non sunt dij?*

21 *Idcirco ecce ostendam eis vice hac, ostendam inquam eis manum meam, & fortitudinem meam: & scient quod nomen meum est Iehouah.*

CAP. XVII.

1 *PEccatum Iehudah scriptum est stylo ferreo, & vngue adamantino, sculptum in tabula cordis eorum, & in cornibus ararum vestrarum.*

Vulgat. Editio.

Cum recordati fuerint filij eorum ararum sua- 2
rum, & lucorum suorum, lignorumque fronden-
tium in montibus excelsis.
Sacrificantes in agro: fortitudinem tuam, & om- 3
nes thesauros tuos in direptionem dabo, excelsa
tua propter peccata in vniuersis finibus tuis.
Et relinqueris sola ab hæreditate tua, quam de- 4
di tibi: & seruire te faciam inimicis tuis in terra,
quam ignoras: quoniam ignem succendisti in fu-
rore meo, vsque in æternum ardebit.
Isa.30.2. Hæc dicit Dominus: * Maledictus homo, qui 5
confidit in homine, & ponit carnem brachiũ suum,
& à Domino recedit cor eius.
Isa.31.6. * Erit enim quasi myricæ in deserto, & non vi- 6
debit cum venerit bonum: sed habitabit in siccita-
te in deserto, in terra salsuginis, & inhabitabili.

Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit 7
Dominus fiducia eius.
Psal.1.3. * Et erit quasi lignum quod transplantatur super 8
aquas, quod ad humorem mittit radices suas: & nõ
timebit cum venerit æstus. Et erit folium eius vi-
ride, & in tempore siccitatis non erit solicitum, nec
aliquando desinet facere fructum.
Prauum est cor omnium, & inscrutabile: quis 9
cognoscet illud?
Ego Dominus scrutans cor, & probans renes: qui 10
do vnicuique iuxta viam suam, & iuxta fructum
adinuentionum suarum.
Ap.3.17. Psal.?. 3.Re.10.7. * Perdix fouit quæ non peperit: fecit diuitias, & 11
non in iudicio: in dimidio dierum suorum dere-
linquet eas, & in nouissimo suo erit insipiens.

Solium gloriæ altitudinis à principio, locus san- 12
ctificationis nostræ.
Expectatio Israel Domine: omnes, qui te dere- 13
linquunt, confundentur: recedentes à te, in terra
scribentur: quoniam dereliquerunt venam aqua-
rum viuentium Dominum:
Sana me Domine, & sanabor: saluum me fac, & 14
saluus ero: quoniam laus mea tu es.
Ecce ipsi dicunt ad me: Vbi est verbũ Domini? 15
veniat.
Et ego non sum turbatus, te pastorem sequens: 16
& diem hominis non desideraui, tu scis. Quod e-
gressum est de labiis meis, rectum in conspectu tuo
fuit.
Non sis tu mihi formidini, spes mea tu in die af- 17
flictionis.
Confundantur qui me persequuntur, & non con- 18
fundar ego: paueant illi, & non paueam ego: induc
super eos diem afflictionis, & duplici contritione
contere eos.
Hæc dicit Dominus ad me: Vade, & sta in porta 19
filiorum populi, per quam ingrediuntur reges Iu-
da, & egrediuntur, & in cunctis portis Ierusalem:

Et dices ad eos: Audite verbum Domini reges 20
Iuda, & omnis Iuda, cunctique habitatores Ierusa-
lem, qui ingredimini per portas istas.
Hæc dicit Dominus: Custodite animas vestras, 21
& nolite portare pondera in die sabbati: nec infe-
ratis per portas Ierusalem.
Et nolite ejicere onera de domibus vestris in die 22
sabbati, & omne opus non facietis: sanctificate diẽ
sabbati, sicut præcepi patribus vestris.
Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem suã: 23
sed indurauerunt ceruicem suam ne audirent me,
& ne acciperent disciplinam.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Cum recordati fuerint filij eorum ararum suarum, &
lucorum suorum, iuxta lignum viride, & iuxta colles ex-
celsos.
Montane in regione opes tuas: omnes thesauros tuos in
direptionem dabo, propter peccatum excelsorum suorum
quæ sunt in vniuersis confinibus tuis.
Et remissio erit in te ab hæreditate tua, quam dedi tibi:
& seruire te faciam inimicis tuis in terra, quam non no-
sti: quoniam ignem succendisti in furore meo, vsque in æ-
ternum ardebit.
Sic dixit Dominus: Maledictus vir qui fidit homini, &
ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor
eius.
Et erit tanquam myrica in deserto, & non videbit cum
venerit bonum: & habitabit in siccitatibus in deserto,
terra desolata, & quæ non habitabitur.

Benedictus vir qui fidit in Domino, & est Dominus fi-
ducia eius.
Et erit tanquam arbor plantata secus aquas, & quæ
secus riuum mittet radices suas: & non videbit cum ve-
nerit æstus. Et erit folium eius viride, & in anno prohi-
bitionis pluuiæ non timebit, nec desinet facere fructum.

Supplantatiuum est cor præ omnibus & peruersum est:
quis cognoscet illud?
Ego Dominus scrutans cor, probans renes: vt dem vni-
cuique iuxta viam suam, & iuxta fructum operum suo-
rum.
Sicut perdix colligit oua & non parit: sic qui facit di-
uitias, & non in iudicio, in dimidio dierum suorum de-
relinquet eas, & in nouissimo suo erit insipiens.

Solium gloriæ altitudo à principio, locus sanctificatio-
nis nostræ.
O spes Israel Domine: omnes, qui dereliquerunt te pu-
dore afficientur: & recedentes à te in terra scribentur:
quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium Do-
minum.
Sana me Domine, & sanabor: saluum me fac, & sal-
uus ero: quoniam laus mea tu es.
Ecce ipsi dicunt ad me: Vbi est verbum Domini? Veniat
nunc.
Et ego non elongaui me ipsum, vt essem pastor post te,
& diem contritionis non desideraui: tu nosti. Quod exi-
uit de labiis meis, rectum coram te fuit.

Ne sis mihi formidini, spes mea tu in die mala.

Pudore afficientur persequentes me, & non pudore affi-
ciar, pauebunt ipsi, & non pauebo ego: adduc super eos
diem malam, & duplici contritione contere eos.

Sic dixit Dominus ad me: Vade, & sta in porta filiorum
populi per quam ingrediuntur reges Iehudah, & per quã
grediuntur, & in omnibus portis Ierusalaim.

Et dices ad eos: Audite verbum Domini reges Iehudah
& omnis Iehudah, & omnes habitatores Ierusalaim, qui
ingredimini per portas has.
Sic dixit Dominus: Cauete propter animas vestras, &
ne portetis pondus in die sabbati: nec inferatis per portas
Ierusalaim.
Neque efferatis onus de domibus vestris in die sabbati,
& omne opus non faciatis, & sanctificate diem sabbati,
quemadmodum præcepi patribus vestris.
Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam: sed
indurauerunt ceruicem suam, vt non audirent, neque ac-
ciperent disciplinam.

Transl. ex Septuag.

5 MAledictus homo, qui spem habet in homine,
& firmabit carnem brachij sui super se: & à
Domino discedet cor eius:
6 Et erit, sicut myrica syluestris, quæ in deserto
est: non videbit, cum venient bona: & habitabit
in salsis, & in deserto, in terra salsa, quæ non ha-
bitatur.
7 Et benedictus homo, qui fidit in Domino, & erit
Dominus spes eius:
8 Et erit tanquam lignum fructiferum secus aquas,
& ad humorem mittet radicem suam: non time-
bit, cum venerit æstus: & erunt in eo propagines
nemorosæ: in anno siccitatis non timebit: & non
deficiet faciens fructum.
9 Profundum est cor super omnia: & homo est,
& quis cognoscet eum?
10 Ego Dominus scrutans corda, & probans renes,
ad dandum vnicuique iuxta vias eius, & secundũ
fructus adinuentionum eius.
11 Clamauit perdix, congregauit, quæ non peperit:
faciens diuitias suas non cum iudicio: in dimidio
dierum eius relinquent eum, & in nouissimis suis
erit insipiens.
12 Solium gloriæ * eleuatum, sanctificatio nostra,
13 Expectatio Israel Domine, omnes, qui te dere-
liquerint, confundantur; qui recesserint, in terra
scribantur: quoniam dereliquerunt fontem vitæ
Dominum.
14 Sana me Domine, & sanabor: salua me, & salua-
bor: quoniam gloriatio mea tu es.
15 Ecce ipsi dicunt ad me: Vbi est verbum Domini?
veniat.
16 Ego autem non laboraui sequens post te: & diem
hominis non desideraui, tu scis. Quæ egrediuntur
per labia mea, ante faciem tuam sunt.
17 Non sias mihi in alienationem, parcens mihi in
die malo.
18 Confundantur, qui persequuntur me; & non cõ-
fundar ego: paueant illi, & non paueam ego: induc
super eos diem pessimum: duplici contritione con-
tere eos.
19 Hæc dicit Dominus: Vade, & sta in portis filio-
rum populi tui, in quibus ingrediuntur in eis re-
ges Iuda, & in quibus egrediuntur in eis, & in om-
nibus portis Hierusalem:
20 Et dices eis: Audite verbum Domini reges Iu-
da, & omnis Iudæa, & omnis Hierusalem, qui ingre-
dimini in portis his:
21 Hæc dicit Dominus: Custodite animas vestras,
& nolite portare pondera in die sabbatorum, ne-
que egrediamini portis Hierusalem.
22 Neque efferatis pondera è domibus vestris in die
sabbatorum: & omne opus non facietis. Sanctificate
diem sabbatorum, sicut præcepi patribus vestris.
23 Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem suã,
& indurauerunt ceruicem suam super patres suos;
ne audirent me, & ne acciperent disciplinam.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

2 *Recordantur enim filij eorum ararum ipsorum, & lu-
corum ipsorum quæ sunt iuxta arbores virides, & in cal-
libus excelsis.*
3 *Montane, in agro opes tuas & omnes thesauros tuos in
direptionem dabo, propter peccatum excelsorum tuorum
quæ sunt in vniuersis finibus tuis.*
4 *Et remissio erit in te ab hereditate tua quam dedi tibi,
& seruire te faciam inimicis tuis in terra quam non no-
sti: quoniam ignem succendistis in furore meo qui vsque
in æternum ardebit.*
5 *Sic dixit Iehouah, Maledictus vir qui fidit homini, &
ponit carnem brachium suum, & à Iehoua recedit cor
eius.*
6 *Erit enim tanquam myrica in deserto, neque videbit
quum venerit bonum, sed habitabit in siccitatibus in de-
serto, terra desolata, & quæ non habitatur.*
7 *Benedictus vir qui fidit Iehoua, & est Iehouah fiducia
eius.*
8 *Erit enim tanquam arbor plantata secus aquas, &
quæ iuxta riuum mittit radices suas, & non videbit quũ
venerit æstus, eritq; folium eius viride, & anno prohibi-
tionis pluuiæ non timebit, nec desinet facere fructum.*
9 *Fraudulentum est cor præ omnibus rebus & peruersum
quis cognoscet illud?*
10 *Ego Iehouah scrutans cor, probans renes vt dem vni-
cuique iuxta viam suam, & iuxta fructum operum suo-
rum.*
11 *Sicut perdix quæ colligit oua aliena quæ non peperit, sic
qui facit diuitias, & non in iudicio, in dimidio dierum
suorum derelinquet eas, & in nouissimo suo erit insipiens.*
12 *Vt solium gloriæ altitudo à principio: sic locus sanctifi-
cationis nostræ:*
13 *O spes Israel Iehoua, omnes qui derelinquunt te pudore
suffundentur: & recedentes à me in terra scribentur,
quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium Ie-
houam.*
14 *Sana me Iehoua, & sanabor: saluum me fac, & sal-
uus ero, quoniam laus mea tu es.*
15 *Ecce ipsi dicunt ad me, Vbi est verbum Iehouæ? veniat
nunc.*
16 *Et ego non sum abominatus ne essem pastor post te: &
diem contritionis non desideraui, tu nosti: quod exiuit de
labiis meis coram te fuit.*
17 *Ne sis mihi formidini, spes mea tu in die mala.*
18 *Pudore afficiantur persequentes me, & ne pudore affi-
ciar: paueant ipsi, & ne paueam ego: induc super eos
diem malam, & duplici contritione contere eos.*
19 *Sic dixit Iehouah ad me, Vade, & sta in porta filiorum
populi, per quam ingrediuntur reges Iehudah, & per quã
egrediuntur, & in omnibus portis Ierusalaim.*
20 *Et dices ad eos, Audite verbum Iehouæ reges Iehudah
& omnis Iehudah, omnesq; habitatores Ierusalaim, qui
ingredimini per portas istas.*
21 *Sic dixit Iehouah, Cauete propter animas vestras, &
ne portetis onus die sabbathi, neque inferatis per portas
Ierusalaim.*
22 *Neque efferatis onus de domibus vestris die sabbathi,
nec vllum opus faciatis: sed sanctificate diem sabbathi
quemadmodum præcepi patribus vestris.*
23 *At illi non audierunt; nec inclinauerunt aurem suam:
sed indurauerunt ceruicem suam ne audirent, & ne ac-
ciperent disciplinam.*

Vulgat. Editio.

24 Et erit : Si audieritis me, dicit Dominus, vt non inferatis onera per portas ciuitatis huius in die sabbati:& si sanctificaueritis diem sabbati, ne faciatis in eo omne opus:
25 Ingredientur per portas ciuitatis huius reges & principes, sedentes super solium Dauid, & ascendẽtes in curribus & equis, ipsi & principes eorum, viri Iuda, & habitatores Ierusalem : & habitabitur ciuitas hæc in sempiternum.
26 Et venient de ciuitatibus Iuda, & de circuitu Ierusalem, & de terra Beniamin, & de campestribus, & de montuosis, & ab Austro, portantes holocaustum, & victimam, & sacrificium, & thus, & inferent oblationem in domum Domini.
27 Si autem non audieritis me vt sanctificetis diem sabbati, & ne portetis onus, & ne inferatis per portas Ierusalem in die sabbati : succendam ignem in portis eius, & deuorabit domos Ierusalem, & non extinguetur.

CAP. XVIII.

1 VErbum, quod factum est ad Ieremiam à Domino dicens:
2 Surge, & descende in domum figuli, & ibi audies verba mea.
3 Et descendi in domum figuli, & ecce ipse faciebat opus super rotam.
4 Et dissipatum est vas, quod ipse faciebat è luto manibus suis: conuersusque fecit illud vas alterum sicut placuerat in oculis eius vt faceret.
5 Et factum est verbum Domini ad me, dicens.
6 * Numquid sicut figulus iste, non potero vobis facere, domus Israel, ait Dominus? ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea, domus Israel.
7 Repente loquar aduersum gentem & aduersus regnum, * vt eradicem, & destruam, & disperdam illud.
8 Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersus eam : agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui vt facerem ei.
9 Et subito loquar de gente & de regno, vt ædificẽ & plantem illud.
10 Si fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam: pœnitẽtiam agam super bono, quod locutus sum vt facerem ei.
11 Nunc ergo dic viro Iuda, & habitatoribus Ierusalem, dicens: Hæc dicit Dominus: * Ecce ego fingo contra vos malum, & cogito contra vos cogitationem: * reuertatur vnusquisque à via sua mala, & dirigite vias vestras & studia vestra.
12 Qui dixerunt : Desperauimus: post cogitationes enim nostras ibimus, & vnusquisque prauitatem cordis sui mali faciemus.
13 Ideo hæc dicit Dominus: Interrogate Gentes: Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Israel?
14 Numquid deficiet de petra agri nix Libani? aut euelli possunt aquæ erumpentes frigidæ, & defluentes?
15 Quia oblitus est mei populus meus, frustra libantes, & impingentes in viis suis, in semitis sæculi, vt ambularent per eas in itinere non trito.

Is 45.9. Rom.9.20. — Sup.1.10. — Inf.25.5 & 35.15. — Ionæ 3.8

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Et erit : Si audiendo audieritis me dixit Dominus, vt non inferatis onus per portas ciuitatis huius in die sabbati, & sanctificaueritis diem sabbati, vt non faciatis in eo omne opus.
Ingredientur per portas ciuitatis huius reges, & principes sedentes super solium Dauid equitantes in curru, & in equis, ipsi & principes eorum, vir Iehudah, & habitatores Ierusalaim, & habitabitur ciuitas hæc in seculum.
Et venient de ciuitatibus Iehudah & de circuitibus Ierusalaim, & de terra Biniamin, & de campestribus, & de monte, & ab Austro adducentes holocaustum, & sacrificium, & oblationem, & thus, & adducentes confessionem in domum Domini.
Si autem non obedieritis mihi, vt sanctificetis diem sabbati, & non portetis onus, nec inferatis per portas Ierusalaim in die sabbati, succendere faciam ignem in portis eius, & deuorabit domos Ierusalaim, & non extinguetur.

CAP. XVIII.

VErbum, quod fuit ad Irmeiahu à Domino, vt diceret.
Surge, & descende in domum figuli, & ibi audire faciam te verba mea.
Et descendi in domum figuli, & ecce faciebat opus super rotam.
Et dissipatum est vas, quod ipse faciebat ex luto in manu figuli: & conuersus est, & fecit illud vas alterum, quemadmodum rectum fuit in oculis figuli, vt faceret.
Et fuit verbum Domini ad me, dicendo.
Numquid sicut figulus iste non potero facere vobis domus Israel, ait Dominus? ecce sicut est lutum in manu figuli, sic estis in manu mea, domus Israel.
Repente loquar aduersus gentem, & aduersus regnum, vt euellam, & confringam, & perdam.
Et conuertetur gens ipsa à malo suo contra quod locutus sum: pœnitebit me super malo, quod cogitaui facere ei.
Et repente loquar aduersus gentem, & aduersus regnum, vt ædificem & plantem.
Et faciet malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam: pœnitebit me super bono, quod dixi, vt benefacerem ei.
Et nunc dic quæso viro Iehudah, & habitatoribus Ierusalaim, dicendo: Sic dixit Dominus: Ecce fingo contra vos malum, & cogito contra vos cogitationem: Reuertimini nunc vnusquisque à via sua mala, & bonas facite vias vestras, & opera vestra.
Et dixerunt: Desperatum est, sed post cogitationes nostras ibimus, & vnusquisque cogitationem cordis sui mali faciemus.
Ideo sic dixit Dominus: Interrogate nunc Gentes: Quis audiuit similia, rem fœdam fecit nimis virgo Israel?
Numquid relinquet homo exeuntem de petra agri niuẽ Lebanon? num relinquentur aquæ venientes à loco alieno frigidæ defluentes?
Quia oblitus est mei populus meus, frustra adolebunt & impingere fecerunt eos falsi prophetæ in viis eorum: vt relinquant semitas longi temporis, vt ambulent per semitas via non calcata.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

24 Et erit, si exaudieritis me, dicit Dominus, vt non
inferatis onera per portas ciuitatis huius in die
sabbatorum, & sanctificetis diem sabbatorum, non
faciendo omne opus;
25 Et introibunt per portas ciuitatis huius reges, &
principes sedentes super solium Dauid, & ascen-
dentes in curribus, & equis suis, ipsi & principes
eorum, viri Iuda, & habitatores Hierusalem: & ha-
bitabitur ciuitas hæc in sempiternum.
26 Et venient de ciuitatibus Iuda, & de circuitu
Hierusalem, & de terra Beniamin, & de terra
campestri, & de monte, & de ea, quæ ad Au-
strum portantes holocaustomata, & sacrificia, &
thymiamata, & manna, & thus, afferentes laudem
in domum Domini.
27 Et erit, si non audieritis me, vt sanctificetis diē
sabbatorum, non portando onera, & non ingre-
diendo portis Hierusalem in die sabbatorum; &
accendam ignem in portis eius: & deuorabit biuia
Hierusalem: & non extinguetur.

CAP. XVIII.

1 VErbum, quod factum est à Domino ad Hiere-
miam, dicens:
2 Surge, & descende in domum figuli: & ibi audies
verba mea.
3 Et descendi in domum figuli: & ecce ipse facie-
bat opus super lapides:
4 Et cecidit vas, quod ipse faciebat in manibus
suis: & rursus ipse fecit illud vas alterum, sicut pla-
cuerat in conspectu suo facere.
5 Et factum est verbum Domini ad me, dicens:
6 Si, quomodo figulus ille, non potero facere vos,
domus Israel? Ecce, sicut lutum figuli, vos estis in
manibus meis.
7 Ad summam loquar super gentem, aut super
regnum, vt auferam illos, & disperdam, & conuer-
tetur gens illa ab omnibus malis suis;
8 Et agam pœnitentiam de malis, quæ cogitaue-
ram facere eis.
9 Et ad summam loquar super gentem, & regnum,
ad reædificandum, & plantandum,
10 Et faciens mala coram me non audiendo vocem
meam: & pœnitentiam agam de bonis, quæ loqu-
tus eram facere eis.
11 Et nunc dic ad viros Iuda, & ad habitatores Hie-
rusalem: ecce ego fingo super vos mala; & cogito
super vos cogitationē. Auertatur nunc vnusquisq;
à via sua mala, & meliora facite studia vestra.
12 Et dixerunt: Confortabimur; quia post auersio-
nes nostras ibimus, & vnusquisque placita cordis
sui mali faciemus.
13 Ideo hæc dicit Dominus: Interrogate nunc in
gentibus; quis audiuit talia horribilia, quæ fecit ni-
mis virgo Israel?
14 Nunquid deficient de petra vbera, aut nix de Li-
bano? nunquid declinabit aqua violenter sublata
vento?
15 Quia obliti sunt mei populus meus: in vacuum
adoleuerunt, & infirmabuntur in viis suis, funicu-
los sempiternos, ad conscendendum semitas non
habentes viam ad iter,

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

*Erit enim si audiendo audieritis me, dixit Iehouah, vt
non inferatis onus per portas ciuitatis huius die sabbathi,
sed sanctificaueritis diem sabbathi, vt non faciatis in eo
vllum opus:*
*Ingredientur per portas ciuitatis huius reges & prin-
cipes, sedentes super solium Dauid, vecti curru & equis,
ipsi & principes eorum, viri Iehudah & habitatores Ie-
rusalaim, habitabiturq́; ciuitas hæc in sæculum.*
*Et venient de ciuitatibus Iehudah & de circuitu [illegible]
rusalaim, & de terra Biniamin, & de campestribus [illegible]
de monte, & ab Austro, adducentes holocaustum, & sa-
crificium, & oblationem, & thus, adducentes inquam
laudem in domum Iehoua.*
*Si autem non obedieritis mihi, vt sanctificetis diem
sabbathi, nec portetis onus, nec ingrediamini cum onere
per portas Ierusalaim die sabbathi, succendam ignem in
portis eius qui deuorabit domos Ierusalaim, nec extin-
guetur.*

CAP. XVIII.

*VErbum quod fuit ad Irmeiahu, à Iehoua, vt dice-
ret,*
*Surge, & descende in domum figuli, & ibi audire fa-
ciam te verba mea.*
*Descendi igitur in domum figuli, & ecce faciebat opus
super rotam.*
*Et dissipatum est vas quod ipse faciebat ex luto in ma-
nu figuli: & conuersus fecit illud, vas alterum, secundū
quòd rectum visum est in oculis figuli vt faceret.*
Et fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,
*Nunquid sicut figulus iste non potero facere vobis, do-
mus Israel, ait Iehouah? ecce sicut est lutum in manu fi-
guli, sic estis in manu mea ô domus Israel.*
*Repentè loquar aduersus Gentem aliquam, & aduer-
sus regnum, vt euellam, & confringam, & perdam.*
*Sin autem conuertatur gens ipsa à malo suo cōtra quod
loquutus sum, pœnitebit me mali quod cogitaueram fa-
cere ei.*
*Repentè quoque vt loquutus fuero de Gente aliqua, &
de regno, vt ædificem & plantem,*
*Et fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem
meam: pœnitebit me illius boni quo constitui illi benefa-
cere.*
*Nunc ergo dic quæso viro Iehudah, & habitatoribus
Ierusalaim, dicendo. Sic dixit Iehouah, Ecce ego fingo
contra vos malum, & cogito contra vos cogitationem: re-
uertimini nunc quisque à via sua mala, & bonas facite
vias vestras, & opera vestra.*
*Et dixerunt, Desperatum est: sed post cogitationes no-
stras ibimus, & singuli cogitationem cordis sui mali fa-
ciemus.*
*Ideo sic dixit Iehouah. Interrogate nunc Gentes. Quis
audiuit similia? rem valde fœdam fecit virgo Israel.*
*Nunquid relinquet aliquis de petra agri niuem Leba-
non? num relinquentur aquæ alienæ, frigidæ, defluentes?*
*Quòd oblitus est mei populus meus, frustra adolent, &
impingere faciunt eos falsi prophetæ in viis suis, vt dese-
rant semitas longi temporis, vt ambulent per semitas, id
est per viam non calcatam.*

Vulgat. Editio.

16 * Vt fieret terra eorum in desolationẽ, & in sibi-
lum sempiternum: omnis qui præterierit per eam
obstupescet, & mouebit caput suum.

Iof. 19. 8. & 49. 13. & 50. 13.

17 Sicut ventus vrens dispergam eos coram inimi-
co: dorsum, & non faciem ostendam eis in die
perditionis eorum.
18 Et dixerunt: Venite, & cogitemus contra Iere-
miam cogitationes: non enim peribit lex à sacerdo-
te, neque consilium à sapiente, nec sermo à prophe-
ta. Venite, & percutiamus eum lingua, & non
attendamus ad vniuersos sermones eius.
19 Attende Domine ad me, & audi vocem aduer-
sariorum meorum.
20 Numquid redditur pro bono malum, quia fo-
derunt foueam animæ meæ? Recordare quod ste-
rim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum,
& auerterem indignationem tuam ab eis.
21 Propterea da filios eorum in famem, & deduc
eos in manus gladij: fiant vxores eorum absque
liberis, & viduæ: & viri earum interficiantur
morte: iuuenes eorum confodiantur gladio in
prælio.
22 Audiatur clamor de domibus eorum: adduces
enim super eos latronem repente: quia foderunt
foueam vt caperent me, & laqueos absconderunt
pedibus meis.
23 Tu autem Domine scis omne consilium eorum
aduersum me in mortem: ne propitieris iniquitati
eorum, & peccatum eorum à facie tua non delea-
tur: fiant corruentes in conspectu tuo, in tempore
furoris tui abutere eis.

CAP. XIX.

1 HÆc dicit Dominus: Vade, & accipe laguncu-
lam figuli testeam à senioribus populi, & à se-
nioribus sacerdotum:
2 Et egredere ad vallem filij Ennom, quæ est iuxta
introitum portæ fictilis: & prædicabis ibi verba quę
ego loquar ad te.
3 Et dices: Audite verbum Domini reges Iuda, &
habitatores Ierusalem: hæc dicit Dominus exerci-
tuum Deus Israel: Ecce ego inducam afflictionem
super locum istum, ita vt omnis, qui audierit illã,
tinniant aures eius:
4 Eo quod dereliquerint me, & alienum fecerint
locum istum: & libauerunt in eo diis alienis, quos
nescierunt ipsi, & patres eorum, & reges Iuda: &
repleuerunt locum istum sanguine innocentum.
5 Et ædificauerunt excelsa Baalim ad comburẽdos
filios suos igni in holocaustum Baalim, quæ non
præcepi, nec locutus sum, nec ascenderunt in cor
meum.
6 Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus: &
non vocabitur amplius locus iste, Topheth, & Val-
lis filij Ennom: sed Vallis occisionis.
7 Et dissipabo consilium Iuda & Ierusalem in loco
isto: & subuertam eos gladio in conspectu inimi-
corum suorum, & in manu quærentium animas
eorum: & dabo cadauera eorum escam volatilibus
cæli, & bestiis terræ.
8 * Et ponam ciuitatem hanc in stuporem, & in si-
bilum: omnis, qui præterierit per eam, obstupescet,
& sibilabit super vniuersa plaga eius.

* Cap. 18. 16. Inf. 49. 13. & 50. 13.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

16 *Et ponant terram eorum in admirationem, sibilosq́ue lon-*
gi temporis: omnis qui transierit iuxta eam admirabitur,
& mouebit caput suum.
17 *Sicut ventus Orientalis dispergam eos coram inimico.*
Ceruicem, & non faciem ostendam eis in die perditionis
eorum.
18 *Et dixerunt: Venite, & cogitemus contra Irmeiahu*
malas cogitationes: non enim peribit Lex à Sacerdote, &
& consilium à sapiente, & verbum à Propheta; venite,
& percutiamus eum lingua, & ne attendamus ad vni-
uersa verba eius.
19 *Attende Domine ad me, & audi vocem litigantium*
mecum.
20 *Nunquid redditur pro bono malum, quia foderunt fo-*
ueam animæ meæ? Recordare quòd steterim in conspectu
tuo, vt loquerer pro eis bonum, vt auerterem iram tuam
ab eis.
21 *Propterea da filios eorum in famem, & fluere fac eos*
per manus gladij. Et sint vxores eorum orbatæ, & viduæ,
& viri earum sint occisi morte, iuuenes eorum percussi
gladio in prælio.
22 *Audiatur clamor de domibus eorum. Adduces enim su-*
per eos exercitum repentè, quia foderunt foueam, vt
caperent me, & laqueos absconderunt pedibus meis.
23 *Tu autem Domine nosti omne consilium eorum aduer-*
sum me in mortem: ne expies iniquitatem eorum, &
peccatum eorum à facie tua ne deleas. Et sint debiles in
conspectu tuo in tempore furoris tui fac cum eis.

CAP. XIX.

1 *SIc dixit Dominus ad me. Vade, & eme œnophorum*
figuli testaceum, & duc tecum de senioribus populi, &
de senioribus sacerdotum.
2 *Et egredere ad vallem filij Hinnom, per ostium portæ*
fictilis, & prædica ibi verba hæc quæ loquar ad te.
3 *Et dic: Audite verbum Domini reges Iehudah, & ha-*
bitatores Ierusalaim sic dixit Dominus exercituum Deus
Israel: Ecce adduco malum super locum istum, quod om-
nis qui audierit tinnient aures eius.
4 *Eò quòd dereliquerunt me, & alienauerunt locum istũ,*
& adoleuerunt in eo diis alienis, quos non nouerunt ipsi,
& patres eorum, & reges Iehudah, & repleuerunt locum
istum sanguine innocentum.
5 *Et ædificauerunt excelsa Bahal ad comburendum filios*
suos igni, in holocausta ipsi Bahal, quod non præcepi, nec
locutus sum nec ascendit super cor meum.
6 *Propterea ecce dies veniunt, dixit Dominus, & non vo-*
cabitur locus iste amplius Tofeth, & vallis filij Hinnom,
sed vallis occisionis.
7 *Et dissipabo consilium Iehudah, & Ierusalaim in loco*
isto, & cadere faciam eos gladio coram inimicis suis, & in
manu quærentium animas eorum, & dabo cadauera eo-
rum in escam volatilibus cæli, & bestiis terræ.
8 *Et ponam ciuitatem hanc in stuporem & in sibilum.*
Omnis qui transierit per eam, obstupescet, & sibilabit
super vniuersis plagis eius.

Transl. ex Septuag.

16 Ad ponendum terram suam in desolationem, & sibilum sempiternum. Omnes transeuntes per eam obstupescent, & mouebunt caput suum.

17 Sicut ventum vrentem, dispergam eos ad faciē inimicorum suorum ostendam eis die perditionis eorum.

18 Et dixerunt: venite, & cogitemus super Hieremiam cogitationem: non enim peribit lex à sacerdote, neque consilium à sapiente, nec sermo à propheta. Venite, & percutiamus eum in lingua: & audiemus vniuersos sermones eius.

19 Exaudi me Domine, & exaudi vocem iustificationis meæ.

20 Si redduntur pro bonis mala; quia colloquuti sunt verba contra animam meam, & punitionem suam occultarunt mihi? Recordare, quod steterim ego ad faciem tuam, vt loquerer pro eis bona, vt auerterem indignationem tuam ab eis.

21 Propterea da filios eorum in famem: & congrega eos in manus gladij. Fiant vxores eorum absque liberis, & viduæ: & viri earum sint sublati morte, & iuuenes eorum iacentes gladio in prælio.

22 Fiat clamor in domibus eorum. Adduces super eos repente latrones, quia aggressi sunt verbum in captionem mei, & laqueos absconderunt super me.

23 Et tu Domine scis omne consilium eorum super me in mortem: ne mundes iniquitates eorum: & peccata eorum à facie tua ne deleas. Fiat infirmitas eorum coram te: in tempore furoris tui fac in eis.

CAP. XIX.

1 TVnc dixit Dominus ad me: Vade, & posside doliolum fictum testeum: & adduces de senioribus populi, & de sacerdotibus,

2 Et exibis in polyandrion filiorum filiorū eorum, quod est super vestibula portæ Charsith: & lege ibi omnia verba hæc, quæcumque loquutus fuero ad te:

3 Dices eis: Audite verbum Domini reges Iuda, & habitatores Hierusalem, & qui ingredimini in portis his. Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego induco super locum istum mala, vt omnis, qui audit illa, tinniant aures eius

4 Pro eo, quod dereliquerunt me, & alienum fecerunt locum istum & adoleuerunt in eo Dijs alienis, quos nescierunt ipsi, & patres eorum; & reges Iud. repleuerunt locum istum sanguinibus innocentibus:

5 Et ædificauerunt excelsa Baal, ad comburendos filios suos in igne: quæ non præcepi, neque cogitaui in corde meo.

6 Idcirco ecce dies veniunt, dicit Dominus: & non vocabitur locus iste amplius ruina, & polyandrion filij Ennon, sed polyandrion occisionis.

7 Et iugulabo consilium Iuda, & consilium Hierusalem in loco isto & subuertam eos in gladio in cōspectu inimicorum suorum, & in manibus quærentium animam eorum: & dabo mortuos eorum in escam volatilibus cæli, & bestiis terræ:

8 Et detraham ciuitatem hanc in desolationem, & in sibilum. Omnis, qui præterit per eam, tristabitur, & sibilabit super vniuersa plaga eius.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

16 *Vt ponant terram suam in admirationem, sibilosq; perpetuos: omnis qui transierit iuxta eam admirabitur, & mouebit caput suum.*

17 *Sicut ventus Orientalis dispergam eos coram inimico: ceruicem, & non faciem ostendam eis in die perditionis eorum.*

18 *Et dixerunt, Venite, & excogitemus contra Irmeiahu malas cogitationes: non enim peribit Lex à Sacerdote, & & consilium à sapiente, & verbum à Propheta. venite, & percutiamus eum lingua, & ne attendamus ad vlla verba eius.*

19 *Attende Iehoua ad me, & audi vocem litigantium mecum.*

20 *Nunquid redditur pro bono malum, quod foderunt foueam animæ meæ? recordare quòd steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, vt auerterem iram tuam ab eis.*

21 *Propterea trade filios eorum in famem, & fluere fac eos per manus gladij: [illegible] sint vxores eorum orbatæ, & viduæ, & viri earum sint occisi morte, iuuenes eorum sint percussi gladio in prælio.*

22 *Audiatur clamor de domibus eorum, quum adduxeris super eos exercitum repentè: quia foderunt foueam, vt caperent me, & laqueos absconderunt pedibus meis.*

23 *Tu autem Iehoua nosti omne consilium eorum aduersum me in mortem: ne propitieris iniquitati eorum, & peccatum eorum à facie tua ne deleas: sintq; impingentes in conspectu tuo, tempore furoris tui fac cum eis.*

CAP. XIX.

1 *SIc dixit Iehouah, Vade, & eme ænophorum à figulo testaceum, & duc tecum de senioribus populi, & de senioribus sacerdotum:*

2 *Et egredere ad Vallem filij Hinnom, quæ est in ostio portæ fictilis, & prædica ibi verba hæc quæ loquar ad te.*

3 *Dic autem, Audite verbum Iehouæ reges Iehudah, & habitatores Ierusalaim, sic dicit Iehouah exercituum, Deus Israel, Ecce adduco malum super locum istum, ita vt quicunque audierit illud, tinniant aures eius:*

4 *Eò quòd dereliquerunt me, & alienum reddiderunt locum istum, & adoleuerunt in eo diis alienis, quos non nouerant ipsi, & Patres eorum, & reges Iehudah, & repleuerunt locum istum sanguine innocentium.*

5 *Ædificauerunt quoque excelsa Baal, ad comburendum filios suos igne in holocausta ipsi Baal, quod non præcepi, nec loquutus sum, sed nec ascendit super cor meum.*

6 *Propterea ecce dies veniunt, dixit Iehouah, & non vocabitur locus iste amplius Thopheth, & Vallis Hinnom, sed Vallis occisionis.*

7 *Et dissipabo consilium Iehudah & Ierusalaim in loco isto, & cadere faciam eos gladio coram inimicis suis & in manu quærentium animas eorum: tradamq; cadauera eorum in escam volatilibus cæli, & bestiis terræ.*

8 *Et ponam ciuitatem hanc in stuporem & sibilum: omnis qui transierit per eam, obstupescet, & sibilabit propter vniuersas plagas eius.*

Et

Et

Vulgat. Editio.

9 Et cibabo eos carnibus filiorum suorum, & carnibus filiarum suarum: & vnusquisque carnem amici sui comedet in obsidione, & in angustia, in qua concludent eos inimici eorum, & qui quærũt animas eorum.

10 Et conteres lagunculam in oculis virorum, qui ibunt tecum.

11 Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum: Sic conteram populum istum & ciuitatem istam, sicut conteritur vas figuli, quod non potest vltra instaurari: & in Topheth sepelientur, eo quod non sit alius locus ad sepeliendum.

12 Sic faciam loco huic, ait Dominus, & habitatoribus eius: & ponam ciuitatem istam sicut Topheth.

13 Et erunt domus Ierusalem, & domus regum Iuda sicut locus Topheth, immundæ: omnes domus, in quarum domatibus sacrificauerunt omni militiæ cæli, & libauerunt libamina diis alienis.

14 Venit autem Ieremias de Topheth, quo miserat eum Dominus ad prophetandum, & stetit in atrio domus Domini, & dixit ad omnem populum:

15 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego inducam super ciuitatem hanc, & super omnes vrbes eius vniuersa mala, quæ locutus sum aduersum eam: quoniam indurauerunt ceruicem suam; vt non audirent sermones meos.

CAP. XX.

1 ET audiuit Phassur filius Emmer sacerdos, qui constitutus erat princeps in domo Domini, Ieremiam prophetantem sermones istos.

2 Et percussit Phassur Ieremiam prophetam, & misit eum in neruum, quod erat in porta Beniamin superiori, in domo Domini.

3 Cumque illuxisset in crastinum, eduxit Phassur Ieremiam de neruo. & dixit ad eum Ieremias: Non Phassur vocauit Dominus nomen tuum, sed pauorem vndique.

4 Quia hæc dicit Dominus. Ecce ego dabo te in pauorem, te & omnes amicos tuos: & corruent gladio inimicorum suorum, & oculi tui videbunt: & omnem Iudam dabo in manum regis Babylonis: & traducet eos in Babylonem, & percutiet eos gladio.

5 Et dabo vniuersam substantiam ciuitatis huius, & omnem laborem eius, omneque pretium. & cunctos thesauros regum Iuda dabo in manu inimicorum eorum: & diripient eos: & tollent, & ducent in Babylonem.

6 Tu autem Phassur, & omnes habitatores domus tuę ibitis in captiuitatem: & in Babylonem venies, & ibi morieris, ibique sepelieris tu, & omnes amici tui, quibus prophetasti mendacium.

7 Seduxisti me Domine, & seductus sum: fortior me fuisti, & inualuisti: factus sum in derisum tota die, omnes subsannant me.

8 Quia iam olim loquor, vociferans iniquitatem, & vastitatem clamito: & factus est mihi sermo Domini in opprobrium, & in derisum tota die.

9 Et dixi: Non recordabor eius, neque loquar vltra in nomine illius: & factus est in corde meo quasi ignis exæstuans, claususque in ossibus meis: & defeci, ferre non sustinens.

Au-

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

9 *Et comedere faciam eos carnem filiorum suorum & carnem filiarum suarum, & vnusquisque carnem amici sui comedet, in obsidione, & angustia qua angustiis afficient eos inimici eorum, & quærentes animam eorum.*

10 *Et conteres œnophorum in oculis virorum qui eunt tecum.*

11 *Et dic ad eos: Sic dixit Dominus exercituum, Sic conteram populum istum, & ciuitatem istam; sicut conterit quispiam vas figuli quod non potest curari vltrà, & in Tofeth sepelientur, eò quòd non erit locus ad sepeliendum.*

12 *Sic faciam loco huic ait Dominus: & habitatoribus eius vt ponam ciuitatem hanc sicut Tofeth.*

13 *Et erunt domus Ierusalaim, & domus regum Iehudah, sicut locus Tofeth immunda; propter omnes domos super quarum tectis adoleuerunt omni militiæ cæli, & libauerũt libamina diis alienis.*

14 *Venit autem Irmeiahu de Tofeth, quò miserat eum Dominus vt vaticinaretur, & stetit in atrio domus Domini, & dixit ad omnem populum.*

15 *Sic dixit Dominus exercituum Deus Israel, Ecce adduco super ciuitatem illam, & super omnes vrbes eius omne malum, quod locutus sum contra eam, quoniam indurauerunt ceruicem suam, vt non audirent verba mea.*

CAP. XX.

1 *ET audiuit Paschur filius Immer sacerdos (& ipse erat præpositus dux in domo Domini) Irmeiahu prophetantem verba ista.*

2 *Et percussit Paschur Irmeiahu prophetam, & posuit eũ in carcerem qui erat in porta Biniamin superiori, qui erat in domo Domini.*

3 *Et fuit, in crastino eduxit Paschur Irmeiahu de carcere, & dixit ad eum Irmeiahu. Non Paschur vocauit Dominus nomen tuum. Sed Maghor Missabib.* * — * Pauorẽ vndique.

4 *Quia sic dixit Dominus: Ecce ego do te in pauorem tibi, & omnibus diligentibus te, & corruent gladio inimicorum suorum, & oculi tui videbunt, & omnem Iehudah dabo in manu regis Babel, & traducet eos in Babel, & percutiet eos gladio.*

5 *Et dabo omnes opes ciuitatis huius, & omnem laborem eius, & omne preciosum eius, & cunctos thesauros regum Iehudah dabo in manu inimicorum eorum, & deripient eos, & tollent eos, & adducent eos in Babel.*

6 *Tu autem Paschur, & omnes habitatores domus tuæ ibitis, in captiuitatem: & Babel ingredieris, ibiq́; morieris, & ibi sepelieris tu, & omnes diligentes te, quibus vaticinatus es mendaciter.*

7 *Seduxisti me Domine, & seductus sum, fortior me fuisti, & præualuisti, fui in derisum omni die, vniuersi ipsi subsannant me.*

8 *Quia omni tempore loquor, vocifero, iniquitatem & vastitatem clamo, quia fuit verbum Domini mihi causa probri, & subsannationis omni die.*

9 *Et dixi: Non recordabor eius, nec loquar vltra in nomine eius: & fuit in corde meo tanquam ignis ardens clausus in ossibus meis, & laboraui ad ferendum, & non potui.*

Au-

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

9 Et edent carnes filiorum suorum, & carnes filia-
rum suarum: & vnusquisque carnes proximi sui
comedent in angustia, & in obsidione, qua obside-
bunt eos inimici eorum.

10 Et conteres doliolum ad oculos virorum egre-
dientium tecum,
11 Et dices: Hæc dicit Dominus: Sic conteram po-
pulum istum, & ciuitatem istam, sicut conteritur
vas testaceum, quod non poterit vltra sanari.

12 Sic faciam, ait Dominus, loco huic, & habitan-
tibus in eo; vt detur ciuitas ista, sicut quæ corruit.

13 Et domus Hierusalem, & domus regum Iuda e-
runt, sicut locus corruens, ab immunditiis eorum
in omnibus domibus, in quibus sacrificauerunt su-
per tecta earum omni militiæ cæli, & libauerunt
libamina diis alienis.
14 Et venit Hieremias de ruina, quo miserat eum
Dominus illuc ad prophetandum: & stetit in atrio
domus Domini: & dixit ad omnem populum:

15 Hæc dicit Dominus: Ecce ego induco super ciui-
tatem hanc, & super omnes vrbes eius, & super pa-
gos eius vniuersa mala, quæ loquutus sum super
eam: quoniam indurauerunt ceruicem suam; vt
non exaudirent mandata mea.

C A P. XX.

1 ET audiuit Paschor filius Emmer sacerdos (&
hic constitutus erat prefectus domus Domini)
Hieremiam prophetantem sermones istos.
2 Et percussit eum, & misit eum in cataractam, quę
erat in porta domus assignatæ superioris, quæ erat
in domo Domini.
3 Et eduxit Paschor Hieremiam de cataracta. Et
dixit ei Hieremias: Non Paschor vocauit Dominus
nomen tuum, sed migrantem.

4 Quia hæc dicit Dominus; Ecce ego do te in mi-
grationem cum omnibus amicis tuis: & cadent in
gladio inimicorum suorum: & oculi tui videbunt:
& te, & omnem Iudam dabo in manus regis Baby-
lonis: & migrare facient eos, & trucidabunt in
gladiis.
5 Et dabo omnem fortitudinem ciuitatis huius, &
omnes labores eius, & omnes thesauros regis Iuda
in manus inimicorum eius: & ducent eos in Baby-
lonem:

6 Et tu, & omnes habitantes in domo tua ibitis in
captiuitatem: & in Babylone morieris: & ibi sepe-
lieris tu, & omnes amici tui, quibus prophetasti
eis falsa.
7 Decepisti me Domine, & deceptus sum: obti-
nuisti, & potuisti: factus sum in derisum, tota die
perseueraui subsannatus:
8 Quia amaro verbo meo ridebo præuaricatio-
nem, & miseriam inuocabo: quia factus est sermo
Domini in opprobrium mihi, & in derisum tota
die mea.
9 Et dixi: Non nominabo nomen Domini, nec lo-
quar vltra in nomine ipsius. Et factus est, quasi ignis
ardens vrens in ossibus meis: & dissolutus sum vn-
dique, & non possum ferre:

Quia

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

*Et comedere faciam eos carnem filiorum suorum & car-
nem filiarum suarum, & vnusquisque carnem amici sui
comedet in obsidione & angustia qua angustiis afficient eos
inimici eorum & quærentes animam eorum.*

*Conteres autem œnophorum in oculis virorum qui eũt
tecum,*
*Dicesq; ad eos, Sic dixit Iehouah exercituum, Sic con-
teram populum istum & ciuitatem istam, sicut conterit
quispiam vas figuli quod non potest instaurari vltrà, &
in Thopheth sepelientur, eò quòd non erit locus alius ad
sepeliendum.*
*Sic faciam inquam loco huic, ait Iehouah: & habita
toribus eius, vt ponam ciuitatem istam sicut Thopheth.*

*Et erunt domus Ierusalaim, atque domus regum Iehu-
dah sicut locus Thopheth, immundæ: propter omnes domos
super quarum tectis adoleuerunt vniuersæ militiæ cæli, &
libauerunt libamina diis alienis.*

*Venit autem Irmeiahu de Thopheth quò miserat eum
Iehouah vt prophetaret: & stetit in atrio domus Iehouæ,
dixitq; ad omnem populum,*

*Sic dixit Iehouah exercituum, Deus Israel, Ecce ad-
duco super ciuitatem istam & super omnes vrbes eius om-
ne malum quod loquutus sum contra eam: quoniam in-
durauerunt ceruicem suam, ne audirent verba mea.*

C A P. XX.

*ET audiuit Pashur filius Immer sacerdos (is autem
erat præpositus & dux in domo Iehouæ) Irmeiahu
prophetantem verba ista.*
*Et percussit Pashur Irmeiahu prophetam, & posuit eũ
in carcerem qui erat in porta Biniamin superiore, quæ e-
rat in domo Iehouæ,*
*Et fuit in crastino vt educeret Pashur Irmeiahu de
carcere: & dixit ad eum Irmeiahu, Non Pashur vocauit
Iehouah nomen tuum, sed Magor Missabib, id est pauorem
vndique:*
*Quia sic dixit Iehouah, Ecce ego ponam te in pauorem
tibi, & omnibus diligentibus te: & corruent gladio ini-
micorum suorum, videntibus oculis tuis: & omnem Ie-
hudah dabo in manum regis Babel, & traducet eos in Ba-
bel, percutietq; eos gladio.*

*Dabo præterea omnes opes ciuitatis huius, & omnem
laborem eius, & omne pretiosum eius: sed & cunctos the-
sauros regum Iehudah, dabo in manum inimicorum suo-
rum, & diripient eos, tollentq; eos, & deducent eos in
Babel.*
*Tu autem Pashur, & omnes habitatores domus tuæ
ibitis in captiuitatem, & Babel ingredieris, ibiq; morie-
ris: & ibi sepelieris tu & omnes diligentes te, quibus va-
ticinatus es mendaciter.*
*Seduxisti me Iehouæ, & seductus sum, fortior me fui-
sti, & præualuisti: fui in derisum omni die, vniuersus
Iuda subsannat me.*
*Quia omni tempore quo loquor, vociferorq;, iniquita-
tem, & vastitatem clamo: quia fuit verbum Iehouæ mi-
hi in opprobrium & subsannationem tota die.*

*Et dixi, Non recordabor illius, neque loquar vltra in
nomine eius: & fuit in corde meo verbum Dei tanquam
ignis ardens, & clausus in ossibus meis, & fatigatus fui
ferendo, nec potui.*

Au-

Vulgat. Editio.

10 Audiui enim contumelias multorum, & terrorem in circuitu: Persequimini, & persequamur eum ab omnibus viris, qui erant pacifici mei, & custodientes latus meum: si quo modo decipiatur, & præualeamus aduersus eum, & consequamur vltionem ex eo.

11 Dominus autem mecum est quasi bellator fortis: idcirco qui persequuntur me, cadent, & infirmi erunt: confundentur vehementer, * quia non intellexerũt opprobrium sempiternum, quod numquam delebitur.

*Inf. 23. 40.

12 Et tu Domine exercituum * probator iusti, qui vides renes, & cor: videam quæso vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelaui causam meam.

*Sup. 11. 20. & 17. 10.

13 Cantate Domino, laudate Dominum: quia liberauit animam pauperis de manu malorum.

14 * Maledicta dies, in qua natus sum: dies, in qua peperit me mater mea, non sit benedicta.

*Iob 3. 3.

15 Maledictus vir, qui annunciauit patri meo, dicens: Natus est tibi puer masculus: & quasi gaudio lætificauit eum.

16 Sit homo ille vt sunt ciuitates, quas subuertit Dominus, & non pœnituit eum: audiat clamorem mane, & vlulatum in tempore meridiano:

17 Qui non me interfecit à vulua, vt fieret mihi mater mea sepulchrum, & vulua eius conceptus æternus.

18 Quare de vulua egressus sum, vt viderem laborem, & dolorem, & consumerentur in confusione dies mei?

CAP. XXI.

1 VErbum, quod factum est ad Ieremiam à Domino, quando misit ad eum rex Sedecias Phassur filium Melchiæ, & Sophoniam filium Maasiæ sacerdotem, dicens:

2 Interroga pro nobis Dominum: quia Nabuchodonosor rex Babylonis prælatur aduersum nos: si forte faciat Dominus nobiscum secundum omnia mirabilia sua, & recedat à nobis.

3 Et dixit Ieremias ad eos: Sic dicetis Sedeciæ:

4 Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego conuertam vasa belli, quæ in manibus vestris sunt, & quibus vos pugnatis aduersum regem Babylonis, & Chaldæos, qui obsident vos in circuitu murorum: & congregabo ea in medio ciuitatis huius.

5 Et debellabo ego vos in manu extenta, & in brachio forti, & in furore, & in indignatione, & in ira grandi.

6 Et percutiam habitatores ciuitatis huius, & homines & bestiæ pestilentia magna morientur.

7 Et post hæc ait Dominus: dabo Sedeciam regem Iuda, & seruos eius, & populum eius, & qui derelicti sunt in ciuitate hac à peste & gladio, & fame, in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manu inimicorum eorum, & in manu quærentium animam eorum, & percutiet eos in ore gladij, & non flectetur, neque parcet, nec miserebitur.

8 Et ad populum hunc dices: hæc dicit Dominus: Ecce ego do coram vobis viam vitæ, & viam mortis.

9 * Qui habitauerit in vrbe hac, morietur gladio, & fame, & peste: qui autem egressus fuerit, & transfugerit ad Chaldæos, qui obsident vos, viuet, & erit ei anima sua, quasi spolium.

*Inf. 38. 2.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

10 *Audiui enim detrectationem multorum dicentium, pauor vndique. Annunciate de illo verbum mendax & annunciabimus illud regi. Omnis homo, qui mecum pacificus esse debebat, obseruabant an claudicarem in aliquo, si fortè decipiatur, & præualeamus ei, & accipiemus vltionem nostram de eo.*

11 *Dominus autem mecum est tamquam potens fortis: Idcirco persequentes me impingent, & non præualebunt, pudore afficientur vehementer, quia non prosperabuntur, ignominia perpetua erit illis, quæ non obliuioni tradetur.*

12 *Domine autem exercituum qui probas iustum, qui vides renes, & cor: videam vltionem tuam de eis: tibi enim reuelaui causam meam.*

13 *Cantate Domino, laudate Dominum, quia liberauit animam pauperis de manu malorum.*

14 *Maledicta dies in qua natus sum, dies qua peperit me mater mea, ne sit benedicta.*

15 *Maledictus vir, qui annunciauit patri meo dicendo: Natus est tibi filius masculus, qui lætificando lætificauit eum.*

16 *Et sit vir ille sicut ciuitates quas subuertit Dominus, & non pœnituit eum: audiat clamorem manè, & vociferationem in tempore meridiano.*

17 *Quia non interfecit me à vulua, & fuisset mihi mater mea sepulchrum meum, & vulua eius fuisset mihi pro conceptu in seculum.*

18 *Vt quid iam de vulua egressus sum, vt viderem laborem, & dolorem, & deficerent in pudore dies mei?*

CAP. XXI.

1 *VErbum quod fuit ad Irmeiahu à Domino, quãdo misit ad eum rex Sidchiiahu, Pasehur filium Malchiiah, & Sephaniah filium Mahaseiah sacerdotem, vt dicerent.*

2 *Interroga nunc pro nobis Dominum quia Nebuchadnesar rex Babel præliatur aduersum nos: si fortè faciat Dominus nobiscum secundum omnia mirabilia sua, & adscendat à nobis.*

3 *Et dixit Irmeiahu ad eos: Sic dicetis ad Sidchiiahu.*

4 *Sic dixit Dominus Deus Israel, ecce ego conuerto instrumenta bellica quæ in manibus vestris sunt, & quibus pugnatis cum rege Babel, & Chasdim, qui obsident vos extra murum, & congregabo ea in medium ciuitatis huius.*

5 *Et pugnabo vobiscum manu extenta, & brachio forti, & furore, & indignatione, & ira magna.*

6 *Et percutiam habitatores ciuitatis huius, & homines, & animalia pestilentia magna morientur.*

7 *Et postea dixit Dominus, dabo Sidchiiahu regem Iehudah, & seruos eius, & populum, & qui remanserit in ciuitate hac, à peste, & à gladio, & à fame in manu Nebuchadnesar regis Babel, & in manu inimicorum eorum, & in manu quærentium animam eorum, & percutiet eos acie gladij: non ignoscet eis, nec parcet, neque miserebitur.*

8 *Et ad populum hunc dices: sic dixit Dominus: Ecce do coram vobis viam vitæ, & viam mortis.*

9 *Qui habitauerit in vrbe hac, morietur gladio, fame, & peste: qui autem egressus fuerit, & transfugerit ad Chasdim, qui obsident vos, viuet, & erit ei anima sua in spolium.*

Transl. ex Septuag.

Quia audiui vituperationem multorum congre-
10 gatorum vndique: Insultate,& insultemus in eum
omnes viri amici eius: obseruate mentem eius, si
decipietur: & præualebimus ei, & sumemus vin-
dictam nostram ex eo.

11 Dominus autem mecum, quasi bellator fortis.
Idcirco persequuti sunt, & intelligere non potue-
runt: confortati sunt valde; quia non intellexerũt
ignominias suas, quæ per sæculum non tradentur
oblivioni.
12 Domine probans iusta, intelligens renes, & cor-
da, videam vltionem, quæ à te, in eis: quia ad te
reuelaui defensiones meas.
13 Cantate Domino, laudate eum: quia liberauit
animam pauperis, de manu malignantium.
14 Maledicta dies, in qua natus sum in ea: dies, in
qua peperit me mater mea, non sit benedicta.
15 Maledictus homo, qui euangelizauit patri meo,
dicens: natus est tibi masculus.

16 Lætans sit homo ille, sicut ciuitates, quas sub-
uertit Dominus in furore, & non pænituit eum.
Audiat clamorem mane, & vlulatum meridie:
17 Quia non interfecit me in vulua, & facta est mi-
hi mater mea sepulchrum meum, & vulua conce-
ptionis æternæ.
18 Vt quid ita egressus sum è vulua, vt viderem la-
bores, & dolores, & consummati sunt in confusio-
ne dies mei?

CAP. XXI.

1 VErbum, quod factum est à Domino ad Hiere-
miam,quando misit ad eum Sedecias Phaschor
filium Melchiæ,& Sophoniam filium Basiuæ sacer-
dotem, dicens:
2 Interroga pro nobis Dominum: quia rex Baby-
lonis insurrexit super nos: si faciet Dominus secũ
dum omnia mirabilia sua, & recedat à nobis?

3 Et dixit ad eos Hieremias: Sic dicetis ad Sedeciã
regem Iuda:
4 Hæc dicit Dominus: Ecce ego conuerto arma
bellica, in quibus vos pugnatis in eis aduersus
Chaldæos, qui concluserunt vos extra murum. Et
congregabo eos in medio ciuitatis huius,

5 Et debellabo ego vos in manu extenta, & in bra
chio forti cum furore, & ira magna:

6 Et percutiam omnes habitantes in ciuitate hac,
homines, & iumenta in morte magna: & morien-
tur.
7 Et post hæc sic ait Dominus: Dabo Sedeciam re-
gem Iuda, & pueros eius, & populum derelictum
in ciuitate hac à morte, & à fame, & à gladio, in
manus inimicorum eorum, quærentium animas
eorum: & trucidabunt eos in ore gladij. Non par-
cam super eis, & non miserebor eorum.

8 Et ad populum hunc dices: Hæc dicit Dominus:
Ecce ego dedi ante faciem vestram, viam vitæ, &
viam mortis:
9 Sedens in vrbe hac, morietur in gladio, & in fa-
me: & egrediens accedere ad Chaldæos, qui conclu-
serunt vos, viuet, & erit anima eius in spolia, &
viuet.

Ob-

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

10 *Audiui enim obtrectationem multorum, pauor est vn-
dique, Annuntiate, & renuntiabimus illud. Omnes viri
pacis meæ obseruant an claudicem in aliquo, dicentes,
Fortè decipietur, & præualebimus ei, & summus vltio-
nem nostram de eo.*

11 *Iehouah autem mecum est tanquam potens fortis: id-
circo persequentes me impingent nec præualebunt mihi,
pudore afficientur vehementer: quia non prosperè agent
ignominia perpetua erit illis quæ oblivioni non tradetur.*

12 *O Iehoua exercituum qui probas iustum, qui vides re-
nes & cor, videam vltionem tuam de eis: quia tibi reue-
laui causam meam.*
13 *Cantate Iehouæ, laudate Iehouam, quia liberauit a-
nimam pauperis de manu malorum.*
14 *Maledicta sit dies illa in qua natus sum: dies in qua pe-
perit me mater mea, ne sit benedicta.*
15 *Maledictus sit vir ille qui annuntiauit patri meo, di-
cendo, Natus est tibi filius masculus, & lætificando lætifi-
cauit eum.*
16 *Et sit vir ille sicut ciuitates quas subuertit Iehouah, &
non pænituit eum: audiat præterea clamorem manè, &
vociferationem tempore meridiano,*
17 *Quod non interfecerit me à vulua, & fuisset mihi
mater mea sepulchrum meum, & vulua eius fuisset con-
ceptus in seculum.*
18 *Vtquid hoc quod de vulua egressus sum vt viderem la-
borem & dolorem, & consumerentur in pudore dies mei?*

CAP. XXI.

1 *VErbum quod fuit ad Irmeiahu à Iehoua quando mi-
sit ad eum rex Sidciiahu, Pashur filium Malchiah,
& Sephaniah filium Maasiah Sacerdotem, vt dicerent,*

2 *Interroga nunc pro nobis Iehouam: quia Nebuchadne-
sar rex Babel præliatur aduersum nos: si fortè faciat Ie-
houah nobiscum secundum omnia mirabilia sua, & a-
scendat à nobis.*
3 *Et dixit Irmeiahu ad eos, Sic dicetis ad Sidciiahu,*

4 *Sic dixit Iehouah Deus Israel, Ecce ego conuerto in-
strumenta bellica quæ in manibus vestris sunt, & quibus
vos pugnatis cum rege Babel, & Chasdim qui obsident
vos extra murum, & congregabo illos in medium ciuita-
tis huius.*
5 *Et pugnabo contra vos manu extenta, & brachio forti,
& furore, & indignatione, & ira magna.*

6 *Percutiamque habitatores ciuitatis huius: & homines,
& animalia, pestilentia magna morientur.*

7 *Et postea (sic dixit Iehouah) Dabo Sidciiahu regem Ie-
hudah, & seruos eius, & populum, & qui remanserint
in ciuitate hac à peste, & à gladio, & à fame in manum
Nebuchadnesar regis Babel, & in manum inimicorum eo-
rum, atque in manum quærentium animam eorum. &
percutiet eos acie gladij, non ignoscet eis, nec parcet, neque
miserebitur.*
8 *Ad populum verò istum dices, Sic dixit Iehouah, Ecce
propono vobis viam vitæ & viam mortis.*

9 *Qui habitauerit in vrbe hac, morietur gladio, fame,
& peste: qui autem egressus fuerit, & transfugerit ad
Chasdim qui obsident vos, viuet, & erit ei anima sua in
spolium.*

Posui

Vulgat. Editio.

10 Posui enim faciem meam super ciuitatem hanc
in malum, & non in bonum, ait Dominus: in ma-
nu regis Babylonis dabitur, & exuret eam igni.
11 Et domui regis Iuda: Audite verbum Domini,
*Inf.22.3
12 Domus Dauid, hæc dicit Dominus: * Iudicate
mane iudicium, & eruite vi oppressum de manu
calumniantis: ne forte egrediatur vt ignis indigna-
tio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat
propter malitiam studiorum vestrorum.
13 Ecce ego ad te habitatricem vallis solidæ atque
campestris, ait Dominus: qui dicitis: quis percu-
tiet nos? & quis ingredietur domos nostras?
14 Et visitabo super vos iuxta fructum studio-
rum vestrorum, dicit Dominus: & succendam
ignem in saltu eius: & deuorabit omnia in cir-
cuitu eius.

CAP. XXII.

1 HÆc dicit Dominus: Descende in domum re-
gis Iuda, & loqueris ibi verbum hoc,
2 Et dices: Audi verbum Domini rex Iuda, qui se-
des super solium Dauid: tu & serui tui, & populus
tuus, qui ingredimini per portas istas.
*Sup.21.12.
3 Hæc dicit Dominus: * Facite iudicium & iusti-
tiam, & liberate vi oppressum de manu calumnia-
toris: & aduenam, & pupillum, & viduam nolite
contristare, neque opprimatis inique: & sanguinem
innocentem ne effundatis in loco isto.
4 Si enim facientes feceritis verbum istud: ingre-
dientur per portas domus huius reges sedentes
de genere Dauid super thronum eius, & ascen-
dentes currus & equos, ipsi & serui, & populus
eorum.
5 Quod si non audieritis verba hæc: in memetipso
iuraui, dicit Dominus, quia in solitudinem erit
domus hæc.
6 Quia hæc dicit Dominus super domum regis
Iuda: Galaad tu mihi caput Libani: si non posuero
te solitudinem, vrbes inhabitabiles.
7 Et sanctificabo super te interficientem virum &
arma eius: & succident electas cedros tuas, & præ-
cipitabunt in ignem.
8 Et pertransibunt gentes multæ per ciuitatem
*Deut.29.24 3.Re.9.8.
hanc: & dicet vnusquisque proximo suo: * Quare
fecit Dominus sic ciuitati huic grandi?
9 Et respondebunt: Eo quod dereliquerint pactum
Domini Dei sui, & adorauerint deos alienos, & ser-
uierint eis.
10 Nolite flere mortuum, neque lugeatis super
eum fletu: plangite eum, qui egreditur, quia
non reuertetur vltra, nec videbit terram natiuita-
tis suæ.
11 Quia hæc dicit Dominus ad Sellum filium Iosiæ
regem Iuda, qui regnauit pro Iosia patre suo, qui
egressus est de loco isto. Non reuertetur huc am-
plius:
12 Sed in loco, ad quem transtuli eum, ibi morie-
tur, & terram istam non videbit amplius.
13 Væ qui ædificat domum suam in iniustitia, &
cœnacula sua non in iudicio: amicum suum op-
primet frustra, & mercedem eius non reddet
ei.
14 Qui dicit: Aedificabo mihi domum latam, &
cœnacula spatiosa: qui aperit sibi fenestras, & facit
laquearia cedrina, pingitque sinopide.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Posui enim faciem meam contra ciuitatem hanc in malum, & non in bonum ait Dominus: in manu regis Babel dabitur, & comburet eam igni.

Et domui regis Iehudah, dic: Audite verbum Domini.

Domus Dauid sic dixit Dominus: Iudicate mane iudicium, & eruite oppressum de manu opprimentis, ne forte egrediatur vt ignis ira mea, & succendatur & non sit qui extinguat propter malitiam operum eorum.

Ecce venio ad te habitatrix vallis petræ campestris ait Dominus, qui dicitis, quis confringet nos, & quis ingredietur habitacula nostra?

Et visitabo vos iuxta fructum operum vestrorum dixit Dominus: & succendere faciam ignem in sylua eius & consumet omnes ciuitates, quæ sunt in circuitu eius.

CAP. XXII.

SIc dixit Dominus: Descende in domum regis Iehudah, & loquere ibi verbum hoc.

Et dic: Audi verbum Domini rex Iehudah, qui sedes super solium Dauid, tu, & serui tui, & populus tuus, & qui ingredimini per portas has.

Sic dixit Dominus, facite iudicium, & iustitiam, & liberate oppressum de manu opprimentis, & aduenam, & pupillum, & viduam, ne fraudetis, & ne rapiatis, & sanguinem innocentem ne effundatis in loco isto.

Si enim faciendo feceritis hoc, ingredientur per portas domus huius reges sedentes ex Dauid super solium eius, equitantes in curru, & equis, ipse, & serui eius, & populus eius.

Et si non audieritis verba hæc, per me iuraui, dixit Dominus, quia in solitudinem erit domus hæc.

Quia sic dixit Dominus super domum regis Iehudah Ghilhad, tu mihi caput Lebanon: si non posuero te in solitudinem, vrbes quæ non habitantur.

Vt praeparabo super te interfectores vnumquemque, & instrumenta eius, & succident electas cedros tuas, & cadere facient super ignem.

Et transibunt gentes multæ per ciuitatem istam, & dicent vnusquisque ad amicum suum, propter quid fecit Dominus sic ciuitati grandi huic?

Et dicent: Propterea quod dereliquerunt pactum Domini Dei sui, & incuruauerunt se diis alienis & seruierunt eis.

Ne defleatis mortuos, & ne condoleatis eis, flete flendo pro abeunte, quia non reuertetur vltra, nec videbit terram natiuitatis suæ.

Quia sic dixit Dominus ad Sallum filium Iosiiahu regem Iehudah, regnante pro Iosiiahu patre suo: qui egressus est de loco isto, non reuertetur huc amplius.

Sed in loco illo ad quem transtulerint eum, morietur, & terram istam non videbit amplius.

Væ ædificanti domum suam in iniustitia, & cœnacula sua sine iudicio: amico suo seruiet gratis, & mercedem operis eius non dabit ei.

Qui dicit: Ædificabo mihi domum magnarum *mensurarum, & cœnacula* spaciosa, *vt ingrediatur ventus* æstatis tempore, *& apertas facit ei fenestras, & tectam domum cedrinis tabulis, & pictam sinopide.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

10 Obfirmaui enim faciem meam super ciuitatem
hanc in mala,& non in bona. In manu regis Baby-
lonis tradetur: & comburet eam in igne.
11 Domus regis Iuda, audite verbum Domini
12 Domus Dauid;Hæc dicit Dominus:Iudicate ma-
ne iudicium, & dirigite, & liberate direptum de
manu opprimentis eum; vt non accendatur, quasi
ignis,ira mea,& ardebit,& non erit,qui extinguat.
13 Ecce ego ad te inhabitantem vallem Sor,campe-
strem, qui dicitis,quis terrebit nos,aut quis ingre-
dietur in habitaculum nostrum?
14 Et succendam ignem in saltu eius, & deuorabit
omnia quæ in circuitu eius.

CAP. XXII.

1 HÆc dicit Dominus: Vade,& descende in do-
mum regis Iuda, & loqueris ibi verbum hoc,
2 Et dices: Audi verbum Domini rex Iuda, qui se-
des super Solium Dauid, tu, & domus tua, & po-
pulus tuus, & qui ingredimini per portas istas.
3 Hæc dicit Dominus: Facite iudicium,& iustitiã:
& liberate direptum de manu iniuriantis eum: &
aduenam,& pupillum, & viduam non opprimatis:
neque impie agatis: & sanguinem innocentem ne
effundatis in loco isto.
4 Si enim facientes feceritis verbum istud; & in-
gredientur in portis domus huius reges sedentes
super thronum Dauid, & ascendẽtes super currus,
& equos, ipsi,& pueri eorum,& populus eorum.
5 Quod si non feceritis verba hæc; per memetip-
sum iuraui, dicit Dominus, quia in solitudinem
erit domus hæc.
6 Quia hæc dicit Dominus super domum regis Iu-
da. Galaad tu mihi principium Libani, si non po-
suero te in solitudinem; vrbes non habitandas.
7 Et inducam super te exterminantem virum, &
securim eius: & succident electas cedros tuas, &
mittent in ignem.
8 Et pertransibunt gentes per ciuitatem hanc: &
dicet vnusquisque ad proximum: Quare fecit Do-
minus sic ciuitati huic magnæ.
9 Et dicent: pro eo,quod dereliquerunt testamen-
tum Domini Dei sui,& adorauerunt Deos alienos,
& seruierunt eis.
10 Nolite flere mortuum, neque lamentemini eum:
plorate ploratione eum, qui egreditur, quia non
reuertetur vltra, nec videbit terram patriæ suæ.
11 Quia hæc dicit Dominus ad Sellem filium Iosiæ
regnantem pro Iosia patre eius, qui egressus est de
loco isto: Non reuertetur huc amplius:
12 Sed in loco isto, quo transtuli eum,ibi morietur;
& terram hanc non videbit amplius.
13 Qui ædificat domum suam non cum iustitia, &
cœnacula sua non in iudicio: apud proximum suũ
operatur gratis; & mercedem eius non reddet ei.
14 Aedificasti tibi domum commensuratam,cœna-
cula perflatilia distincta fenestris, & contignata in
cedro, & linita in sinopide.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

10 *Posui enim faciem meam contra ciuitatem hanc in ma-
lum, & non in bonum, ait Iehouah: in manum regis Ba-
bel tradetur, & exuret eam igni.*
11 *Et domui regis Iehudah dic, Audite verbum Iehouæ:*
12 *Domus Dauid, sic dixit Iehouah, Iudicate manè iudi-
cium, & eruite oppressum de manu opprimentis: ne egre-
diatur tanquam ignis ira mea, & succendantur, & non
sit qui extinguat propter malitiam operum suorum.*
13 *Ecce venio ad te habitatrix vallis petræ campestris, ait
Iehouah: qui dicitis, Quis descendet contra nos, & quis
ingredietur habitacula nostra?*
14 *Et visitabo vos iuxta fructum operum vestrorum, dixit
Iehouah: & succendam ignem in sylua eius, & absumet
omnia in circuitu eius.*

CAP. XXII.

1 *SIc dixit Iehouah, Descende in domum regis Iehudah,
& loquere ibi verbum hoc,*
2 *Et dic, Audi verbum Iehouæ rex Iehudah qui sedes su-
per solium Dauid, tu & serui tui, & populus tuus qui in-
grediuntur per portas istas.*
3 *Sic dixit Iehouah, Facite iudicium & iustitiam, & li-
berate oppressum de manu opprimentis, & aduenam &
pupillum & viduam ne fraudetis, neque rapiatis: & san-
guinem innocentem ne effundatis in loco isto.*
4 *Si enim faciendo feceritis verbum istud, ingredientur
per portas domus huius reges sedentes ex Dauid super so-
lium eius, insidentes currui & equis, ipse & serui eius &
populus eius.*
5 *Quod si non audieritis verba hæc, per me iuraui, dixit
Iehouah, quòd in solitudinem erit domus hæc.*
6 *Quia sic dixit Iehouah super domum regis Iehudah,
Gilad tu fuisti mihi, & caput Lebanon: si non posuero te
in solitudinem, & vt vrbes quæ non habitantur.*
7 *Et preparabo aduersum te interfectores, vnumquenque
cum armis suis, & succident electas cedros tuas, & conii-
cient in ignem.*
8 *Transibuntq́; Gentes multæ iuxta ciuitatem istam, &
dicent quisque ad socium suum, Cur fecit Iehouah sic ci-
uitati grandi huic?*
9 *Et dicent, Propterea quòd dereliquerunt pactum Ieho-
uæ Dei sui, & incuruauerunt se diis alienis, seruieruntq́;
eis.*
10 *Ne defleatis mortuum, & ne condoleatis ei: sed flendo
flete pro abeunte: quia non reuertetur vltrà, nec videbit
terram natiuitatis suæ.*
11 *Quoniam sic dixit Iehouah de Sallum Iosiahu filio re-
ge Iehudah, qui regnat pro Iosiahu patre suo, Qui egres-
sus est de loco isto, non reuertetur huc amplius.*
12 *Sed in loco ad quem transtulerint eum, morietur, &
terram istam non videbit amplius.*
13 *Væ ædificanti domum suam sine iustitia, & cœnacula
sua sine iudicio: proximo suo operatur gratis, & mercedẽ
operis sui non dat ei.*
14 *Qui dicit, Ædificabo mihi domum magnarum men-
surarum, & cœnacula spatiosa: & apertas facit ei fene-
stras, & tectam domum cedrinis tabulis, & pictam sino-
pide.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

15 Numquid regnabis, quoniam confers te cedro? pater tuus numquid non comedit & bibit, & fecit iudicium, & iustitiam tunc cum bene erat ei?
16 Iudicauit causam pauperis & egeni in bonum suum: numquid non ideo quia cognouit me, dicit Dominus?
17 Tui vero oculi & cor ad auaritiam, & ad sanguinem innocentem fundendum, & ad calumniam, & ad cursum mali operis.
18 Propterea hæc dicit Dominus ad Ioakin filium Iosiæ regem Iuda: Non plangent eum: Væ frater & væ soror: non concrepabunt ei: Væ Domine, & væ inclyte.
19 Sepultura asini sepelietur, putrefactus & proiectus extra portas Ierusalem.
20 Ascende Libanum, & clama: & in Basan da vocẽ tuam, & clama ad transeuntes, quia contriti sunt omnes amatores tui.
21 Locutus sum ad te in abundantia tua; & dixisti Non audiam: hæc est via tua ab adolescentia tua, quia non audisti vocem meam:
22 Omnes pastores tuos pascet ventus, & amatores tui in captiuitatem ibunt: & tunc confunderis, & erubesces ab omni malitia tua.
23 Quæ sedes in Libano, & nidificas in cedris quomodo cõgemuisti cum venissent tibi dolores, quasi dolores parturientis?
24 Viuo ego, dicit Dominus: quia si fuerit Iechonias filius Ioakin regis Iuda, annulus in manu dextera mea, inde euellam eum.
25 Et dabo te in manu quærentium animam tuam, & in manu quorum tu formidas faciem, & in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manu Chaldæorum.
26 Et mittam te, & matrem tuam, quæ genuit te, in terram alienam, in qua nati non estis, ibique moriemini:
27 Et in terram, ad quam ipsi leuant animam suam vt reuertantur illuc: non reuertentur.
28 Numquid vas fictile atque contritum vir iste Iechonias? numquid vas absque omni voluptate? quare abiecti sunt ipse & semen eius, & proiecti in terram, quam ignorauerunt?
29 Terra, terra, terra, audi sermonem Domini.
30 Hæc dicit Dominus: Scribe virum istum sterilem, virum, qui in diebus suis non prosperabitur: nec enim erit de semine eius vir, qui sedeat super solium Dauid, & potestatem habeat vltra in Iuda.

CAP. XXIII.

Ezec. 13. 3 & 34. 2.

1 VÆ pastoribus, qui disperdunt & dilacerant gregem pascuæ meæ, dicit Dominus.
2 Ideo hæc dicit Dominus Deus Israel ad pastores, qui pascunt populum meum: Vos dispersistis gregem meum, & eiecistis eos, & non visitastis eos: ecce ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum, ait Dominus.
3 Et ego congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris, ad quas eiecero eos illuc: & conuertam eos ad rura sua: & crescent & multiplicabuntur.
4 Et suscitabo super eos pastores, & pascent eos: nõ formidabunt vltra, & non pauebunt: & nullus quæretur ex numero, dicit Dominus.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

15 *Nunquid regnabis, quia tu misces te cum cedrino ædificio? pater tuus nonne comedit, & bibit, & facit iudiciũ, & iustitiam, & tunc bene erat ei?*
16 *Iudicauit iudicium pauperis, & egeni tunc bene fuit ei: nonne hoc est scire me, dixit Dominus?*
17 *Sed non sunt oculi tui, & cor tuum nisi ad auaritiam tuam, & ad sanguinem innocentem fundendum, & ad oppressionem, & ad contritionem faciendum.*
18 *Propterea sic dixit Dominus super Iehoiachim filium Iosiiahu regem Iehudah: Non plangent eum: Væ frater mi, & væ soror: Non plangent eum: Væ Domine, & væ gloria eius.*
19 *Sepultura asini sepelietur detractus, & proiectus vltra portas Ierusalaim.*
20 *Ascende in montem Lebanon, & clama, & in montem Basan da vocem tuam, & clama vndique, quia contriti sunt omnes diligentes te.*
21 *Locutus sum ad te in fœlicitatibus tuis: Dixisti non audiam: hæc via tua ab adolescentia tua, quia non audisti vocem meam.*
22 *Omnes pastores tuos depascet ventus, & amatores tui in captiuitatem ibunt, tunc pudore afficieris, & erubesces propter omnem malitiam tuam.*
23 *Quæ habitas in Lebanon, nidificas in cedris: quam gratiosa fuisti, cum venerint tibi dolores, dolor tanquam parturientis.*
24 *Viuo ego dixit Dominus: quia si esset Cheniahu filius Iehoiachim regis Iehudah, annulus in manu dextera mea, quia inde euellam te.*
25 *Et dabo te in manu quærentium animam tuam à quorum times facie, & in manu Nebuchadnesar regis Babel, & in manu Chasdim.*
26 *Et proiicere faciam te, & matrem tuam, quæ genuit te, ad terram alienam, in qua non estis nati, ibique moriemini.*
27 *Et ad terrã ad quam ipsi eleuant animam suam, vt reuertantur illuc, illuc non reuertentur.*
28 *Num vt sculptile contemptibile, contritus est vir iste Coniahu, aut vt vas contritum in quo non est voluntas? Vt quid proiecti sunt ipse, & semen eius, & proiecti sunt super terram, quam non nouerunt?*
29 *Terra, terra, terra, audi verbum Domini.*
30 *Sic dixit Dominus, scribite virum istum orbum, virum qui non prosperabitur in diebus suis, nam non prosperabitur de semine eius vir sedens super solium Dauid, & dominans vltra in Iehudah.*

CAP. XXIII.

1 *VÆ pastoribus qui perdunt, dispergunt pecudes pascuæ meæ dixit Dominus.*
2 *Ideo sic dixit Dominus Deus Israel ad pastores, qui pascunt populum meum: Vos dispersistis pecudes meas, & eiecistis eas, & non visitastis eas: ecce visito super vos malitiam operum vestrorum dixit Dominus.*
3 *Et congregabo residuum pecudum mearum de omnibus terris ad quas eieci eas, & redire faciam eas ad habitacula sua, & crescent, & multiplicabuntur.*
4 *Et stare faciam super eas pastores, & pascent eas, & non timebunt vltra, nec formidabunt, neque deficient dixit Dominus.*

Tranfl. ex Septuag.

15 Nunquid regnabis, quia tu contendis in Achaz patre tuo? non comedent, & non bibent. Melius tibi erat facere iudicium, & iuftitiam.
16 Non cognouerunt, non iudicauerunt iudicium humilis, neque iudicium pauperis. Nonne hoc eft, te ignorare me, dicit Dominus?
17 Ecce non funt oculi tui, neque cor tuum bonum, fed ad auaritiam tuam, & ad fanguinem innocentem, vt effundas illum, & ad iniquitates, & homicidium, vt facias ea.
18 Propterea hæc dicit Dominus ad Ioacim filium Iofiæ regem Iuda; & fuper virum iftum: non plangent eum, O frater, neque plorabunt eum, heu mihi Domine:
19 Sepulchro afini fepelietur: raptatus projicietur vltra portam Hierufalem.
20 Afcende in Libanum, & clama, & in Bafan da vocem tuam, & clama trans mare: quia contriti funt omnes amatores tui.
21 Loquutus fum ad te in ruina tua: & dixifti, non audiam. Hæc eft via tua ab adolefcentia tua: non audifti vocem meam.
22 Omnes paftores tuos pafcet ventus, & amatores tui in captiuitatem egredientur: Quia tunc confunderis, & inhonoraberis ab omnibus diligentibus te.
23 Quæ habitas in Libano, quæ nidificas in cedris: ingemifces cum venerint tibi dolores, quafi parientis.
24 Viuo ego, dicit Dominus: fi factus fuerit Iechonias filius Ioacim rex Iuda figillum fuper manum dexteram; inde euellam te,
25 Et tradam te in manus quærentium animam tuam, quorum tu formidas à facie eorum, in manus Chaldæorum:
26 Et projiciam te, & matrem tuam, quæ peperit te, in terram, vbi non es natus illic: ibique moriemini:
27 In terram autem, quam ipfi optant animabus fuis, non reuertentur.
28 Inhonoratus eft Ieconias, quafi vas cuius non eft vtilitas eius: quia abiectus eft, & eiectus in terram, quam ignorauit.
29 Terra, terra audi fermonem Domini.
30 Scribe virum iftum, abdicatum hominem: quia non crefcet de femine eius, qui fedeat fuper thronum Dauid, princeps vltra in Iuda.

CAP. XXIII.

1 O Paftores, qui difperditis, & diffipatis oues pafcuæ eorum:
2 Ideo hæc dicit Dominus fuper pafcentes populum meum: Vos difperfiftis oues meas, & expuliftis eas, & non vifitaftis eas. Ecce ego vlcifcar fuper vos iuxta peffimas adinuentiones veftras:
3 Et ego fufcipiam refiduos populi mei fuper omnem terram, quo expuli eos illuc: & conftituam illos in pafcua ipforum: & crefcent, & multiplicabuntur.
4 Et fufcitabo eis paftores, qui pafcent eos: & non formidabunt vltra, neque pauebunt, dicit Dominus.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

15 *Nunquid regnabis quòd tu mifces te cum cedrino edificio? annon pater tuus comedit, & bibit, & fecit iudiciū, & iuftitiam, & tunc bonum fuit ei?*
16 *Iudicauit iudicium pauperis & egeni, & tunc bonum fuit ei: nonne hoc eft noffe me, dixit Iehouah?*
17 *Sed non funt oculi tui & cor tuum nifi ad auaritiam tuam, & ad fanguinem innocentem vt effundas, & ad oppreffionem, & ad contritionem vt facias illa.*
18 *Propterea fic dixit Iehouah de Iehoiacim filio Iofiiahu rege Iehudah. Non plangent eum, Heu frater mi, & Heu foror: non plangent eum, Heu Domine, & Heu gloria eius.*
19 *Sepultura afini fepelietur tractus, & proiectus vltra portas Ierufalaim.*
20 *Confcende montem Lebanon, & clama, & in monte Bafan da vocem tuam, & clama vndique: quia contriti funt omnes amatores tui.*
21 *Locutus fum ad te in fœlicitatibus tuis: dixifti, Non audiam. hæc via tua ab adolefcentia tua, quòd non audieris vocem meam.*
22 *Omnes paftores tuos depafcet ventus, & amatores tui in captiuitatem ibunt: tunc pudore afficieris, & erubefces propter vniuerfam malitiam tuam.*
23 *Habitas in Lebanon, nidificas in cedris, quam gratiofa eris quum venerint tibi dolores, & dolor tanquam parturientis?*
24 *Viuo ego, dixit Iehouah, quòd fi effet Choniahu filius Iehoiacim regis Iehudah tanquam annulus in manu dextera mea, quòd inquam inde euellam te.*
25 *Et dabo te in manum quærentium animam tuam, & in manum eorum à quorum confpectu formidas, & in manū Nebuchadnefar regis Babel, & in manum Chafdim.*
26 *Et afportari faciam te, & matrem tuam quæ genuit te, in terram alienam, in qua non eftis nati, ibiquę moriemini.*
27 *Et ad terrā ad quam ipfi eleuant animam fuam vt reuertantur illuc, illuc non reuertentur.*
28 *Num vt fculptile cōtemptibile & contritum eft vir ifte Choniahu, aut vt vas in quo non eft voluntas? vtquid proiecti funt ipfe & femen eius, proiecti inquam funt fuper terram quam non nouerunt?*
29 *Terra, terra, terra, audi verbum Iehoua.*
30 *Sic dixit Iehouah, Scribite virum iftum orbum, virum cui nihil profperè cedet in diebus fuis: non enim profperè aget de femine eius vir fedens fuper folium Dauid, & qui dominetur vltra in Iehudah.*

CAP. XXIII.

1 *VÆ paftoribus qui perdunt & difpergunt oues pafcuæ meæ, dixit Iehouah.*
2 *Ideo fic dixit Iehouah Deus Ifrael ad paftores qui pafcunt populum meum. Vos difperfiftis oues meas, & eieciftis eas, & non vifitaftis eas: ecce vifito fuper vos malitiam operum veftrorum, dixit Iehouah.*
3 *Et congregabo refiduum ouium mearum de omnibus terris ad quas eieci eas, & redire faciam eas ad habitacula fua: & crefcent, & multiplicabuntur.*
4 *Et conftituam fuper eas paftores, & pafcent eas, & non timebunt vltra, nec formidabunt, neque deficient, dixit Iehouah.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

5 * Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & suscitabo Dauid germen iustum: & regnabit rex, & sapiens erit: & faciet iudicium & iustitiam in terra.

* Inf. 33. 15. Isa. 4. 2. & 40. 11. 45. 8. Ezec. 34. 23. Dan. 9. 24. Ioh. 1. 45.

6 In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter: & hoc est nomen, quod vocabũt eum, Dominus iustus noster.

7 Propter hoc ecce dies veniunt, dicit Dominus, & non dicent vltra: Viuit Dominus, qui eduxit filios Israel de Terra Aegypti:

8 Sed: * Viuit Dominus, qui eduxit & adduxit semen domus Israel de Terra Aquilonis, & de cunctis terris, ad quas eieceram eos illuc: & habitabũt in terra sua.

* Sup. 16. 14. Deut. 33. 28.

9 Ad prophetas: Contritum est cor meum in medio mei, contremuerunt omnia ossa mea: factus sum quasi vir ebrius, & quasi homo madidus à vino à facie Domini, & à facie verborum sanctorum eius.

10 Quia adulteris repleta est terra, quia à facie maledictionis luxit terra, arefacta sunt arua deserti: factus est cursus eorum malus, & fortitudo eorum dissimilis.

11 Propheta namque & sacerdos polluti sunt: & in domo mea inueni malum eorum, ait Dominus.

12 Idcirco via eorum erit quasi lubricum in tenebris: impellentur enim, & corruent in ea: afferam enim super eos mala, annum visitationis eorum, ait Dominus.

13 Et in prophetis Samariæ vidi fatuitatem: prophetabant in Baal, & decipiebant populum meum Israel.

14 Et in prophetis Ierusalem vidi similitudinem adulterantium, & iter mendacij: & confortauerunt manus pessimorum, vt non conuerteretur vnusquisque à malitia sua: facti sunt mihi omnes vt Sodoma, & habitatores eius quasi Gomorrha.

15 Propterea hæc dicit Dominus exercituum ad prophetas: * Ecce ego cibabo eos absinthio, & potabo eos felle: à prophetis enim Ierusalem egressa est pollutio super omnem terram.

* Sup. 9. 15.

16 Hæc dicit Dominus exercituum: * Nolite audire verba prophetarum, qui prophetant vobis, & decipiunt vos: visionem cordis sui loquuntur, non de ore Domini.

* Inf. 27. 9 & 29. 8.

17 Dicunt his, qui blasphemant me: Locutus est Dominus: * Pax erit vobis, & omni, qui ambulat in prauitate cordis sui, dixerunt: Non veniet super vos malum.

* Sup. 6. 14 & 14. 13.

18 Quis enim affuit in consilio Domini, & vidit & audiuit sermonem eius? quis considerauit verbum illius & audiuit?

19 * Ecce turbo Dominicæ indignationis egredietur, & tempestas erumpens super caput impiorum veniet.

* Inf. 30. 24.

20 Non reuertetur furor Domini vsque dum faciat, & vsque dum compleat cogitationem cordis sui: in nouissimis diebus intelligetis consilium eius.

21 Non mittebam prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant.

22 Si stetissent in consilio meo, & nota fecissent verba mea populo meo, auertissem vtique eos à via sua mala, & à cogitationibus suis pessimis.

23 Putasne Deus è vicino ego sum, dicit Dominus? & non Deus de longe?

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

5 *Ecce dies veniunt dixit Dominus, & stare faciam Dauid germen iustum, & regnabit rex, & prosperabitur: & faciet iudicium, & iustitiam in terra.*

6 *In diebus eius saluus erit Iehudah, & Israel habitabit confidenter: & hoc est nomen eius, quod vocabunt Dominus iustus noster.*

7 *Ideo ecce dies veniunt dixit Dominus, & non dicent vltra: Viuit Dominus qui ascendere fecit filios Israel è terra Ægypti.*

8 *Sed viuit Dominus, qui ascendere fecit, & qui adduxit semen domus Israel de terra Aquilonis, & de omnibus terris ad quas eieci eos, & habitabunt in terra sua.*

9 *Propter prophetas contritum est cor meum in medio mei, commota sunt omnia ossa mea, fuit tanquam vir ebrius, & veluti vir super quem transiuit vinum à facie Domini, & à facie verborum sanctorum eius.*

10 *Quia adulteris repleta est terra, quia propter falsum iuramentum desolata est terra, aruerunt pascua deserti: & fuit cursus eorum malus, & fortitudo eorum non recta:*

11 *Quia tam propheta, quam sacerdos peccauerunt: etiam in domo mea inueni malum eorum ait Dominus.*

12 *Idcirco erit via eorum eis tanquam lubricum in caligine, impellentur, & corruent in ea: adducam enim super eos malum, annum visitationis eorum, ait Dominus.*

13 *Et in prophetis Somron vidi insulsa: prophetauerunt in Bahal, & errare fecerunt populum meum Israel.*

14 *Et in prophetis Ierusalaim vidi fœda: adulteria committunt, & ambulant in mendacio, & confortauerunt manus malorum, vt non conuertantur vnusquisque à malitia sua fuerunt mihi vniuersi ipsi vt habitatores Sedom, & habitatores eius vt habitatores Hamorah.*

15 *Propterea sic dixit Dominus exercituum ad prophetas: Ecce ego comedere facio eos absinthium, & propinare faciam eis aquam fellis: à prophetis enim Ierusalaim egressa est iniquitas in omnem terram.*

16 *Sic dixit Dominus: Ne audiatis verba prophetarum, qui prophetant vobis: Vanescere faciunt vos, visionem cordis sui loquuntur, non de ore Domini.*

17 *Dicunt dicendo spernentibus me: Locutus est Dominus: Pax erit vobis: Et omni ambulanti in duritia cordis sui, dixerunt: Non veniet super vos malum.*

18 *Quis enim stetit in secreto Domini, & vidit, & audiuit verbum eius? Quis attendit verbo eius, & audiuit.*

19 *Ecce turbo Domini cum furore egredietur, & turbo cadens, super caput impiorum cadet.*

20 *Non reuertetur furor Domini, donec faciat, & donec statuat, cogitationes cordis sui, in nouissimo dierum intelligetis in ea intelligentiam.*

21 *Non misi prophetas, & ipsi cucurrerunt: non sum locutus ad eos, & ipsi prophetabant.*

22 *Et si stetissent in secreto meo, & audire fecissent verba mea populum meum, auerti fecissent eos à via sua mala, & à malitia operum eorum.*

23 *Nunquid Deus de propinquo ego sum, dixit Dominus? & non Deus de longinquo?*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.		Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & suscitabo ipsi Dauid Orientem iustum: & regnabit rex, & intelliget, & faciet iudicium, & iustitiam super terram.	5	*Ecce dies veniunt dixit Iehouah, & suscitabo Dauidi germen iustum, & regnabit rex, & prosperè aget, & faciet iudicium & iustitiam in terra.*
In diebus eius: & saluabitur Iudas: & Israel habitabit confidenter. Et hoc est nomen eius, quod vocabit eum Dominus, Iosedec,	6	*In diebus eius saluus erit Iehudah, & Israel habitabit confidenter: & hoc est nomen eius quod vocabunt eum, Iehouah iustus noster.*
* Idcirco ecce dies veniunt dicit Dominus, & non dicent vltra. Viuit Dominus qui eduxit domũ Israel de Terra Aegypti:	7	*Ideo ecce dies veniunt, dixit Iehouah, & non dicent vltra, Viuit Iehouah qui ascendere fecit filios Israel è terra Ægypti.*
Sed viuit Dominus qui congregauit omne semen Israel à terra Aquilonis, & ab omnibus regionibus quo expulerat eos illuc, & restituit eos in terram ipsorum.	8	*Sed viuit Iehouah qui ascendere fecit, & qui adduxit semen domus Israel de terra Aquilonis, & de omnibus terris ad quas eieci eos: & habitabunt in terra sua.*
In prophetis. Contritum est cor meum in me: commota sunt omnia ossa mea; factus sum quasi vir contritus, & quasi homo captus à vino à facie Domini, & à facie decoris gloriæ eius.	9	*Propter prophetas contritum est cor meum in medio mei, commota sunt omnia ossa mea, fui tanquam vir ebrius, & veluti vir quem pertransiuit vinum, à facie Iehoua, & à facie verborum sanctorum eius.*
Quia à facie horum luxit terra, arefacta sunt pascua deserti: & factus est cursus eorum malus, & fortitudo eorum sic.	10	*Quia adulteris repleta est terra, quia propter falsum iuramentum desolata est terra, aruerunt pascua deserti: estq; cursus eorum ad malum, & fortitudo eorum non recta.*
Quia sacerdos, & propheta polluti sunt: & in domo mea vidi nequitias eorum.	11	*Quia tam propheta, quam sacerdos peccauerunt: etiam in domo mea inueni malum eorum, ait Iehouah.*
Idcirco fiat via eorum ipsis in lubricum in caligine: & supplantabuntur, & cadent in ea: quia inferam super eos mala in anno visitationis eorum.	12	*Idcirco erit via eorum eis tanquam lubrica itinera, in caligine impellentur, & corruent in ea: adducam enim super eos malum, annum visitationis eorum, ait Iehouah.*
Et in prophetis Samariæ vidi iniquitates. Prophetarunt per Baal, & seduxerunt populum meum Israel.	13	*Et in prophetis Somron vidi insulsa, prophetauerunt in Baal, & errare fecerunt populum meum Israel.*
Et in prophetis Hierusalem vidi horribilia, adulterantes, & ambulantes in mendaciis, & suscipientes manus multorum; vt non auerteretur vnusquisque à via sua pessima. Facti sunt mihi omnes, quasi Sodoma, & habitatores eius, quasi Gomorra.	14	*Et in prophetis Ierusalaim vidi fœda: adulteria committunt, & ambulant in mendacio: & confortauerunt manus malorum, ita vt non conuertantur vnusquisque à malitia sua: & fuerunt mihi vniuersi ipsi vt habitatores Sedom, & habitatores eius habitatores Amorah.*
Propterea hæc dicit Dominus. Ecce ego cibabo eos dolore, & potabo eos aqua amara: quia à prophetis Hierusalem egressa est pollutio omni terræ.	15	*Propterea sic dixit Iehouah exercituum ad prophetas illos, Ecce ego comedere facio eos absinthium, & propinare faciam eis aquã fellis: à prophetis enim Ierusalaim egressa est iniquitas in omnem terram,*
Sic dicit Dominus omnipotens: Nolite audire verba prophetarum; quia vanam faciunt vobis visionem, de corde suo loquuntur, & non ex ore Domini.	16	*Sic dixit Iehouah exercituum, Ne audiatis verba prophetarum illorum qui prophetant vobis: vanescere faciũt vos, visionem cordis sui loquuntur, non de ore Iehoua.*
Dicunt iis, qui abjiciunt verbum Domini, pax erit vobis; & omnibus ambulantibus in voluntatibus suis, & omni ambulanti in errore cordis sui dixerunt, non venient super te mala.	17	*Dicunt dicendo spernentibus me, Loquutus est Iehouah, pax erit vobis: & omni ambulanti in duritia cordis sui dixerunt, Non veniet super vos malum.*
Quoniam quis stetit in substantia Domini, & vidit sermonem eius? Quis auribus percepit, & audiuit?	18	*Quis enim stetit in secreto Iehoua, & vidit & audiuit verbum illius? quis attendit verbo eius & audiuit?*
Ecce commotio à Domino, & ira egreditur in commotionem: conferta super impios veniet:	19	*Ecce turbo Iehoua cum furore egredietur: & turbo imminens super caput impiorum cadet.*
Et non vltra auertetur furor Domini; donec fecerit illud, & donec statuerit illud ab aggressione cordis sui. In nouissimo dierum intelligent illud.	20	*Non auertetur furor Iehoua donec fecerit, & donec statuerit cogitationes cordis sui: in nouissimo dierum intelligetis eam intelligentia.*
Non mittebam prophetas; & ipsi currebant: neque loquutus eram ad eos; & ipsi prophetabant.	21	*Non misi prophetas illos, & ipsi currebant: non sum loquutus ad eos, & ipsi prophetabant.*
Quod si stetissent in substãtia mea, & si audissent verba mea; & populum meum auertissent eos à pessimis studiis eorum.	22	*Et si stetissent in secreto meo, & audire fecissent verba mea populum meum: & auerti fecissent eos à via sua mala, & à malitia operum eorum.*
Deus appropinquans ego sum, dicit Dominus, & non Deus de longe.	23	*Nunquid Deus de propinquo ego sum, dixit Iehouah, & non Deus de longinquo?*

* Hæc quæ notantur nu. 7. & 8 in hac translat. ex [illegible] habentur in hoc capite [illegible]

Digitized by Google

Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
Si occultabitur vir in absconditis: & ego non videbo eum, dicit Dominus? numquid non cælum & terram ego impleo, dicit Dominus?	24	*Num occultabit se quispiam in occultis: & ego non videbo eum, dixit Dominus? nonne cælum, & terram ego impleo, dixit Dominus?*
Audiui quæ dixerunt prophetæ, prophetantes in nomine meo mendacium, atque dicentes: Somniaui, somniaui.	25	*Audiui quæ dixerunt prophetæ, prophetantes in nomine meo mendacium, dicendo: Somniaui, somniaui?*
Vsquequo istud est in corde prophetarum vaticinantium mendacium, & prophetantium seductiones cordis sui?	26	*Vsqueque nunquid est in corde prophetarum, prophetantium mendacium, & prophetantium dolum cordis sui?*
Qui volunt facere vt obliuiscatur populus meus nominis mei propter somnia eorum, quæ narrat vnusquisque ad proximum suum: sicut obliti sunt patres eorum nominis mei propter Baal.	27	*Qui cogitant, vt obliuisci faciant populum meum nominis mei somniis suis, quæ narrant vnusquisque amico suo: sicut obliti sunt patres eorum nominis mei propter Bahal.*
Propheta, qui habet somnium, narret somnium: & qui habet sermonem meum, loquatur sermonē meum vere: quid paleis ad triticum, dicit Dominus?	28	*Propheta, cum quo est somnium, narret somnium, & cum quo est verbum meum, loquatur verbum meum vere: quid palea ad triticum, dixit Dominus.*
Numquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus: & quasi malleus conterens petram?	29	*Nonne sic est verbum meum tanquam ignis, dixit Dominus: & veluti malleus conteret petram?*
Propterea ecce ego ad prophetas, ait Dominus: qui furantur verba mea vnusquisque à proximo suo.	30	*Propterea ecce ego ad prophetas, ait Dominus: qui furantur verba mea vnusquisque ab amico suo.*
Ecce ego ad prophetas, ait Dominus: qui assumunt linguas suas, & aiunt: Dicit Dominus.	31	*Ecce ego ad prophetas, ait Dominus: qui lenificant linguam suam, & dicunt: dicit.*
Ecce ego ad prophetas somniantes mendacium, ait Dominus: qui narrauerunt ea, & seduxerunt populum meum in mendacio suo, & in miraculis suis: cum ego non misissem eos, nec mandassem eis, qui nihil profuerunt populo huic, dicit Dominus.	32	*Ecce ego ad prophetantes somnia mendacia, ait Dominus: & narrauerunt ea, & errare fecerunt populum meum mendaciis suis, & blandiciis suis: & ego non misi eos, nec præcepi eis, & proficiendo non profuerunt populo huic, dixit Dominus.*
Si igitur interrogauerit te populus iste, vel propheta, aut sacerdos, dicens: Quod est onus Domini? dices ad eos: Vos estis onus, projiciam quippe vos, dicit Dominus.	33	*Et si interrogauerit te populus iste, vel propheta, vel sacerdos dicendo: Quæ est prophetia Domini? dices ad eos: Quæ prophetia. Et derelinquam vos, dixit Dominus.*
Et propheta, & sacerdos, & populus qui dicit: Onus Domini: visitabo super virum illum, & super domum eius.	34	*Et prophetia, & sacerdos, ac populus qui dixerit: prophetia Domini, visitabo virum illum, & domum eius.*
Hæc dicetis vnusquisque ad proximum, & ad fratrem suum: Quid respondit Dominus? & quid locutus est Dominus?	35	*Sic dicetis vnusquisque ad amicum suum, & vnusquisque ad fratrem suum: Quid respondit Dominus? & quid locutus est Dominus?*
Et onus Domini vltra non memorabitur: quia onus erit vnicuique sermo suus: & peruertistis verba Dei viuentis, Domini exercituum Dei nostri.	36	*Et prophetia Domini non memorabitur vltra: quia prophetia erit vnicuique verbum suum: & peruertistis verba Dei viuentis, Domini exercituum Dei nostri.*
Hæc dices ad prophetam: Quid respondebit tibi Dominus? & quid locutus est Dominus?	37	*Sic dices ad prophetam: Quid respondit tibi Dominus, & quid locutus est Dominus?*
Si autem onus Domini dixeritis: propter hoc hęc dicit Dominus: Quia dixistis sermonem istum: Onus Domini: & misi ad vos, dicens: Nolite dicere: Onus Domini:	38	*Et num prophetiam Domini dicetis? Propterea sic dixit Dominus: Quia dixistis verbum istud prophetia Domini, misi ad vos dicendo: Non dicatis prophetiam Domini.*
Propterea ecce ego tollam vos portans, & derelinquam vos, & ciuitatem, quam dedi vobis, & patribus vestris à facie mea.	39	*Propterea ecce ego obliuiscar vestri obliuiscendo, & euellam vos, & ciuitatem quam dedi vobis, & patribus vestri à facie mea.*
(* Sup. 20. 11.) * Et dabo vos in opprobrium sempiternum, & in ignominiam æternam, quæ numquam obliuione delebitur.	40	*Et dabo super vos opprobrium sempiternum, & ignominias sempiternas quæ non obliuioni tradentur.*

CAP. XXIV.		*CAP. XXIV.*
OStendit mihi Dominus: & ecce duo calathi pleni ficis, positi ante templum Domini, postquam transtulit Nabuchodonosor rex Babylonis Iechoniam filium Ioakim regem Iuda, & principes eius, & fabrum, & inclusorem de Ierusalem, & adduxit eos in Babylonem.	1	*VIdere fecit me Dominus, & ecce duo canistra ficuum parata ante templum Domini, postquam transmigrare fecit Nebuchadnesar rex Babel Iechoniahu filium Iehoiachim regem Iehudah, & principes Iehudah, & artifices, & inclusores de Ierusalaim, & adduxit eos in Babel.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Si absconderur quis in absconditis, & ego non videbo eum? Numquid non cælum, & terram ego impleo, dicit Dominus?

Audiui, quæ loquuntur prophetæ, quæ prophetant in nomine meo, mendacia dicentes, somniaui somnium.

Vsquequo erit in corde prophetarum prophetantium falsa, dum ipsi prophetant voluntates cordis sui, cogitantium, vt obliuio fiat legis meæ in somniis ipsorum, quæ narrant vnusquisque proximo suo, sicut obliti sunt patres eorum nominis mei in Baal?

Propheta, in quo somnium est, narret somnium suum: & in quo sermo meus ad eum; narret sermonem meum in veritate. Quid palea ad triticum? Sic verba mea, dicit Dominus.

Nonne ecce verba mea, sicut ignis, dicit Dominus, & sicut securis cædens petram?

Ecce ego propterea ad prophetas, dicit Dominus Deus, qui furantur verba mea, vnusquisque à proximo suo:

Ecce ego ad prophetas, qui emittunt prophetias linguæ, & dormitant dormitationem suam.

Propterea ecce ego ad prophetas, qui prophetant somnia falsa, & non narrant ea, & seduxerunt populum meum in mendaciis suis, & in erroribus suis: & ego non miseram eos, & non mandaram eis: & adiumento non adiuuabunt populum hunc.

Quod si interrogauerint populus iste, vel sacerdos, vel propheta, quæ est assumptio Domini? & dices eis: Vos estis assumptio, & allidam vos, dicit Dominus.

Propheta, & sacerdotes, & populus, quicumque dixerint, assumptio Domini; & vlciscar hominem illum, & domum eius.

Sic dicetis vnusquisque ad proximum suum, & vnusquisque ad fratrem suum: quid respondit Dominus, & quid loquutus est Dominus?

Et assumptionem Domini nolite nominare vltra: quia assumptio hominis erit sermo eius.

Et quare loquutus est Dominus Deus noster?

Propter hoc hæc dicit Dominus Deus noster: Pro eo, quod dixistis sermonem istum, assumptio Domini, & misi ad vos dicens, non dicetis assumptio Domini,

Propterea ecce ego assumo, & allido vos, & ciuitatem, quam dedi vobis, & patribus vestris.

Et dabo super vos opprobrium sempiternum, & ignominiam sempiternam, quæ obliuioni non tradetur.

CAP. XXIV.

OStendit mihi Dominus duos calathos ficuum positos ad faciem templi Domini; postquam transtulit Nabuchodonosor rex Babylonis Iechoniam filium Ioacim regem Iuda, & principes, & artifices, & vinctos, & diuites ex Hierusalem, & adduxit eos in Babylonem.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

24 *Num occultabit se quispiam in occultis, & ego non videbo eum, dixit Iehouah? annon cælum & terram ego impleo, dixit Iehouah?*

25 *Audiui quæ dixerunt prophetæ illi, prophetantes in nomine meo mendacium, dicendo, Somniaui, somniaui.*

26 *Vsquequo? annon est in corde prophetarum, prophetantium mendacium, & prophetantium dolum cordis sui?*

27 *Annon inquam cogitant, quomodo obliuisci faciant populum meum nominis mei somniis suis quæ narrant quisque proximo suo? sicut obliti sunt & patres eorum nominis mei propter Baal?*

28 *Propheta apud quem est somnium, narret somnium: & apud quem est verbum meum, loquatur verbum meum vere: quid palea ad triticum, dixit Iehouah?*

29 *Nonne sic est verbum meum tanquam ignis, dixit Iehouah: & veluti malleus qui conterit petram?*

30 *Propterea ecce ego ad prophetas, ait Iehouah, qui furantur verba mea quisque à proximo suo.*

31 *Ecce ego ad prophetas, ait Iehouah, qui lenificant linguam suam, & dicunt, Dixit.*

32 *Ecce ego ad prophetantes somnia mendacia, ait Iehouah, & narrant ea, & errare faciunt populum meum mendaciis suis & blanditiis suis: & ego non misi eos, nec præcepi eis: & proficiendo non profuerunt populo huic, dixit Iehouah.*

33 *Quum autem interrogauerit te populus iste, vel propheta, aut sacerdos, dicendo, Quod est onus Iehouæ? Dices ad eos, Quodnam sit onus? dereliquam vos, dixit Iehouah.*

34 *Et propheta, aut sacerdos, vel populus qui dixerit, prophetia Iehouæ: visitabo super virum illum, & super domum eius.*

35 *Sic dicetis quisque ad socium suum, & vnusquisque ad fratrem suum, Quid respondit Iehouah? & quid loquutus est Iehouah?*

36 *Et, Onus Iehouæ non memorabitis vltra, quia onus erit vnicuique verbum suum: & peruertistis verba Dei viuentis, Iehouæ exercituum Dei nostri.*

37 *Sic dices ad prophetam, Quid respondit tibi Iehouah, & quid loquutus est Iehouah?*

38 *Et si, Onus Iehouæ, dixeritis, propterea sic dixit Iehouah: Quia dixistis verbum istud, Onus Iehouæ, & misit ad vos, dicendo, Ne dicatis, Onus Iehouæ:*

39 *Propterea inquam ecce ego obliuiscar vestri obliuiscendo, & euellam vos, & ciuitatem quam dedi vobis & patribus vestris abiiciendo à facie mea.*

40 *Et dabo super vos opprobrium sempiternum, & ignominias sempiternas, quod obliuioni non tradetur.*

CAP. XXIV.

1 *VIdere fecit me Iehouah, & ecce duo canistra ficuum collocata ante templum Iehouæ: postquam transtulerat Nebuchadnesar rex Babel Iechoniah filium Iehoiacim regem Iehudah, & principes Iehudah, & artifices, & inclusores de Ierusalaim, & adduxit eos in Babel.*

Vulgat. Editio.

2 Calathus vnus ficus bonas habebat nimis, vt solent ficus esse primi temporis: & calathus vnus ficus habebat malas nimis, quæ comedi non poterant, eo quod essent malæ.
3 Et dixit Dominus ad me: Quid tu vides Ieremia? Et dixi: Ficus: ficus bonas, bonas valde: & malas, malas valde: quæ comedi non possunt, eo quod sint malæ.
4 Et factum est verbum Domini ad me, dicens:
5 Hæc dicit Dominus Deus Israel: Sicut ficus hæ bonæ: sic cognoscam transmigrationem Iuda, quã emisi de loco isto in Terram Chaldæorum, in bonum.
6 Et ponam oculos meos super eos ad placandum, & reducam eos in terram hanc: & ædificabo eos, & non destruam: & plantabo eos, & non euellam.
7 Et dabo eis cor vt sciant me, quia ego sum Dominus: * & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum: quia reuertentur ad me in toto corde suo.
Sup. 31.
8 * Et sicut ficus pessimæ, quæ comedi non possunt, eo quod sint malæ: hæc dicit Dominus, sic dabo Sedeciam regem Iuda, & principes eius, & reliquos de Ierusalem, qui remanserunt in vrbe hac, & qui habitant in Terra Aegypti.
Inf. 29. 7.
9 Et dabo eos in vexationem, afflictionemque omnibus regnis terræ: in opprobrium, & in parabolã, & in prouerbium, & in maledictionem in vniuersis locis, ad quæ eieci eos.
10 Et mittam in eis gladium, & famem, & pestem: donec consumantur de terra, quam dedi eis, & patribus eorum.

CAP. XXV.

1 VErbum, quod factum est ad Ieremiam de omni populo Iuda in anno quarto Ioakim filij Iosiæ regis Iuda, (ipse est annus primus Nabuchodonosor regis Babylonis.)
2 Quod locutus est Ieremias propheta ad omnem populum Iuda, & ad vniuersos habitatores Ierusalem, dicens:
3 A tertiodecimo anno Iosiæ filij Ammon regis Iuda vsque ad diem hanc: iste tertius & vigesimus annus, factum est verbum Domini ad me, & locutus sum ad vos de nocte consurgens & loquens: & non audistis.
4 Et misit Dominus ad vos omnes seruos suos prophetas, consurgens diluculo, mittensque & non audistis, neque inclinastis aures vestras vt audiretis.
5 Cum diceret: * Reuertimini vnusquisque à via sua mala, & à pessimis cogitationibus vestris: & habitabitis in terra, quam dedit Dominus vobis, & patribus vestris à sæculo, & vsque in sæculum.
* 4. Re. 17. 13. Sup. 18. 11. Inf. 35. 15.
6 Et nolite ire post deos alienos vt seruiatis eis, adoretisque eos: neque me ad iracundiam prouocetis in operibus manuum vestrarum, & non affligam vos.
7 Et non audistis me, dicit Dominus, vt me ad iracundiam prouocaretis in operibus manuum vestrarum in malum vestrum.
8 Propterea hæc dicit Dominus exercituum: Pro eo quod non audistis verba mea:

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

2 *Canistrum vnum habebat ficus bonas valde, sicut ficus præcoquas, & canistrum alterum habebat ficus malas valde, quæ non poterant comedi propter malitiam.*
3 *Et dixit dominus ad me: Quid tu vides Irmeiahu? Et dixi: Ficus: ficus bonas, bonas valde: & malas, malas valde, quæ non possunt comedi propter maliciam.*
4 *Et fuit verbum Domini ad me dicendo.*
5 *Sic dixit Dominus Deus Israel: Sicut ficus bonæ hæ, sic cognoscere faciam transmigrationem Iehudah, quam emisi de loco isto in terra Chasdim in bonum.*
6 *Et ponam oculum meum super eos in bonum, & reducam eos in terram hanc, & ædificabo eos, & non destruã, & plantabo eos, & non euellam.*
7 *Et dabo eis cor, vt sciant me quod sum Dominus, & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum, quia reuertentur ad me toto corde suo.*
8 *Et sicut ficus malæ quæ non possunt comedi propter maliciam, quia sic dixit Dominus: sic dabo Sidchiiahu regem Iehudah, & principes eius, & residuum Ierusalaim, qui remanserunt in vrbe hac, & qui habitant in terra Ægypti.*
9 *Et dabo eos in commotionem, & malum omnibus regnis terræ in opprobrium, & parabolam, & prouerbium, & maledictionem in omnibus locis ad quæ eieci eos.*
10 *Et mittam in eis gladium, famem, & pestem: donec consumantur ipsi è terra, quam dedi eis, & patribus eorum.*

CAP. XXV.

1 *VErbum, quod fuit ad Irmeiahu super omnem populum Iehudah anno quarto Iehoiachim filij Iosiiahu regis Iehudah, (ipse est annus primus Nebuchadnesar regis Babel.)*
2 *Quod locutus est Irmeiahu propheta ad omnem populum Iehudah, & ad vniuersos habitatores Ierusalaim, dicendo:*
3 *A tertiodecimo anno Iosiiahu filij Amon regis Iehudah vsque ad diem hanc: iam tertio & vigesimo anno, fuit verbum Domini ad me, & locutus sum ad vos mane surgendo, & loquendo, & non audistis.*
4 *Et misit Dominus ad vos omnes seruos suos prophetas mane surgendo, & mittendo, & non audistis, neque inclinastis aurem vestram ad audiendum.*
5 *Vt dicerent, reuertimini nunc à via vestra mala, & à malicia operum vestrorum: & habitabitis super terram, quam dedit Dominus vobis, & patribus vestris à sæculo, & vsque in sæculum.*
6 *Et ne ambuletis post deos alienos vt seruiatis eis, & incuruetis vos eis: & ne irasci faciatis me propter opus manuum vestrarum, & non malefaciam vobis.*
7 *Et non obtemperastis mihi, dixit Dominus vt irasci faceretis me propter opus manuum vestrarum in malum vobis.*
8 *Propterea sic dixit Dominus exercituum: Pro eo quòd non paruistis verbis meis.*

Transl. ex Septuag.

2 Calathus vnus ficuum bonarum valde, ficut ficus primi temporis: & calathus alter ficuum malorum valde, quæ non comedentur præ malitia sua.
3 Et dixit Dominus ad me: Quid tu vides Hieremia? Et dixi: Ficus: ficus bonas, bonas nimis; & malas, malas nimis, quæ non comedentur præ malitia sua.
4 Et factum est ad me verbum Domini, dicens:
5 Hæc dicit Dominus Deus Israel: Sicut ficus hæ bonæ; sic cognoscam Iudæos, qui transmigrarunt, quos emisi de loco isto in terram Chaldæorum in bona.
6 Et firmabo oculos meos super eos in bona: & restituam eos in terram hanc in bona & reædificabo eos, & non destruam eos: & plantabo eos, & non euellam.
7 Et dabo eis cor, vt sciant me; quia ego sum Dominus: & erunt mihi in populum: & ego ero eis in Deum: quia reuertentur ad me ex toto corde suo.
8 Et sicut ficus pessimæ, quæ non comedentur præ malitia sua, hæc dicit Dominus; sic tradam Sedeciam regem Iuda, & principes eius, & residuum Hierusalem, qui remanserunt in terra hac, & qui habitant in Aegypto.
9 Et dabo eos in dispersionem in omnia regna terræ: & erunt in opprobrium, & in parabolam, & in odium, & in maledictionem in omni loco, quo eieci eos illuc.
10 Et mittam in eos famem, & mortem, & gladium; donec deficiant de terra, quam dedi eis.

CAP. XXV.

1 VErbum, quod factum est ad Hieremiam super omnem populum Iuda in anno quarto Ioacim filij Iosiæ regis Iuda:
2 Quod loquutus est ad omnem populum Iuda, & ad habitatores Hierusalem, dicens:
3 In tertiodecimo anno Iosiæ filij Amos regis Iuda, & vsque ad diem hanc, viginti & tres anni: & loquutus sum ad vos ante lucem surgens, & dicens:
4 Et mittebam ad vos seruos meos prophetas, diluculo mittens (& non exaudistis, & non attendebatis auribus vestris)
5 Dicens: Auertimini vnusquisque à via sua pessima, & à pessimis studiis vestris: & habitabitis super terram, quam dedi vobis, & patribus vestris, à sæculo, & vsque in sæculum.
6 Nolite ire post deos alienos, vt seruiatis eis, adoretisque eos; ne me ad iracundiam prouocetis in operibus manuum vestrarum, ad affligendum vos:
7 Et non audistis me.
8 Propterea hæc dicit Dominus.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

2 *Canistrum vnum habebat ficus bonas valde, sicut ficus præcoces: & canistrum alterum habebat ficus malas valde quæ non poterant comedi propter malitiam.*
3 *Et dixit Iehouah ad me, Quid tu vides Irmeiahu? Et dixi. Ficus, ficus bonas bonas valde, & malas malas valde, quæ non possunt comedi propter malitiam.*
4 *Et fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo.*
5 *Sic dixit Iehouah Deus Israel, Sicut ficus bonæ istæ: sic agnoscam transmigrationem Iehudah quam emisi de loco isto in terram Chasdim in bonum:*
6 *Ponam enim oculum meum super eos in bonum, & reducam eos in terram hanc: & ædificabo eos, neque destruã, plantaboq́ eos, neque euellam.*
7 *Et dabo eis cor, vt sciant me quòd sum Iehouah: eruntq́ mihi in populum, & ego ero eis in Deum: quia reuertentur ad me toto corde suo.*
8 *Et sicut ficus malæ quæ comedi non possunt propter malitiam: (nam sic dixit Iehouah) sic dabo Sidciiahu regem Iehudah, & principes eius, & residuum Ierusalaim qui remanserunt in terra ista, & qui habitant in terra Ægypti:*
9 *Dabo inquam eos in commotionem, & malum omnibus regnis terræ: in opprobrium, & parabolam, & prouerbiũ, & maledictionem in omnibus locis ad quæ eiecero eos.*
10 *Et mittam in eos gladium, famem, & pestem, donec consumantur ipsi è terra quam dedi eis & patribus eorum.*

CAP. XXV.

1 *VErbum quod fuit ad Irmeiahu de vniuerso populo Iehudah, anno quarto Iehoiacim filij Iosiiahu regis Iehudah (ipse est annus primus Nebuchadnesar regis Babel.)*
2 *Quod inquam loquutus est Irmeiahu propheta ad omnem populum Iehudah, & ad vniuersos habitatores Ierusalaim, dicendo,*
3 *A tertiodecimo anno Iosiiahu filij Amon regis Iehudah vsque ad diem hanc (ipse est tertius & vicesimus annus) factum est verbum Iehouæ ad me, & locutus sum ad vos manè surgendo & loquendo: & non audistis.*
4 *Et misit Iehouah ad vos omnes seruos suos Prophetas manè surgendo & mittendo, (& non audistis, neque inclinastis aurem vestram vt audiretis)*
5 *Dicendo, Conuertimini nunc quisque à via sua mala, & à malitia operum vestrorum, & habitabitis super terram quam dedit Iehouah vobis & Patribus vestris à sæculo & vsque in seculum.*
6 *Et ne ambuletis post deos alienos vt seruiatis eis, & incuruetis vos eis: neque irritetis me opere manuum vestrarum, & non malefaciam vobis.*
7 *Et non obtemperastis mihi, dixit Iehouah, vt ad iracundiam prouocaretis me opere manuum vestrarum, in malum vobis.*
8 *Propterea sic dixit Iehouah exercituum, Eò quòd non paruistis verbis meis,*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Ecce ego mittam, & assumam vniuersas cogna- 9
tiones Aquilonis, ait Dominus, & Nabuchodono-
sor regem Babylonis seruum meum: & adducam
eos super terram istam, & super habitatores eius, &
super omnes nationes, quæ in circuitu illius sunt:
& interficiam eos, & ponam eos in stuporem & in
sibilum, & in solitudines sempiternas.
Perdamq; ex eis vocem gaudij & vocem lætitiæ, 10
vocem sponsi, & vocem sponsæ, vocem molæ, &
lumen lucernæ.
*Dan.9.2 Iere.25.6. 2.Par.36.21. 1.Esd.1.1
Et erit vniuersa terra hæc in solitudinem, & in 11
stuporem: & seruient omnes gentes istæ regi Baby-
lonis septuaginta annis.
Cumque impleti fuerint septuaginta anni, visi- 12
tabo super regem Babylonis, & super geutem il-
lam, dicit Dominus, iniquitatem eorum, & super
terram Chaldæorum: & ponam illam in solitudi-
nes sempiternas.
Et adducam super terram illam omnia verba 13
mea, quæ locutus sum contra eam; omne quod
scriptum est in libro isto, quæcumque prophetauit
Ieremias aduersum omnes gentes:
Quia seruierunt eis cum essent gentes multæ, & 14
reges magni: & reddam eis secundum opera eorũ,
& secundum facta manuum suarum.
Quia sic dicit Dominus exercituum Deus Israel. 15
Sume calicem vini furoris huius de manu mea: &
propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego
mittam te.
Et bibent, & turbabuntur, & insanient à facie 16
gladij, quem ego mittam inter eos.
Et accepi calicem de manu Domini, & propinaui 17
cunctis gentibus, ad quas misit me Dominus.
Ierusalem, & ciuitatibus Iuda, & regibus eius, & 18
principibus eius: vt darem eos in solitudinem, &
in stuporem, & in sibilum, & in maledictionem,
sicut est dies ista.
Pharaoni regi Aegypti, & seruis eius, & princi- 19
pibus eius, & omni populo eius.
Et vniuersis generaliter: cunctis regibus terræ 20
Ausitidis, & cunctis regibus terræ Philisthiim, & A-
scaloni, & Gazæ, & Accaron, & reliquiis Azoti.
Et Idumææ, & Moab, & filiis Ammon. 21
Et cunctis regibus Tyri, & vniuersis regibus Si- 22
donis: & regibus terræ insularum, qui sunt trans
mare.
Et Dedan, & Thema, & Buz, & vniuersis qui at- 23
tonsi sunt in comam.
Et cunctis regibus Arabiæ, & cunctis regibus 24
Occidentis, qui habitant in deserto.
Et cunctis regibus Zambri, & cunctis regibus 25
Elam, & cunctis regibus Medorum.
Cunctis quoque regibus Aquilonis de prope & 26
de longe, vnicuique contra fratrem suum: & om-
nibus regnis terræ, quæ super faciem eius sunt: &
& rex Sesach bibet post eos.
Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum 27
Deus Israel: Bibite, & inebriamini, & vomite: &
cadite, neque surgatis à facie gladij, quem ego mit-
tam inter vos.
Cumque noluerint accipere calicem de manu 28
tua vt bibant, dices ad eos: Hæc dicit Dominus
exercituum: Bibentes bibetis.
*1.Pet.4.17.
* Quia ecce in ciuitate, in qua inuocatum est 29
nomen meum, ego incipiam affligere, & vos quasi
innocẽtes & immunes eritis? non eritis immunes:
gladium enim ego voco super omnes habitatores
terræ, dicit Dominus exercituum.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Ecce mittam, & assumam vniuersas cognationes Aquilonis, ait Dominus, & ad Nebuchadnesar regem Babel seruum meum, & adducam eos ad terram istam, & ad habitatores eius, & ad omnes nationes in circuitu: & interficere faciam eos, & ponam eos in stuporem, & in sibilum, & in solitudines sempiternas.

Perdereq; faciam ex eis vocem gaudij & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ, vocem molarum, & lumen lucernæ.

Et erit vniuersa terra hæc in solitudinem, & in stuporem: & seruient gentes istæ regi Babel septuaginta annis.

Et erit cum impleti fuerint septuaginta anni, visitabo regem Babel & gentem ipsam, dixit Dominus, iniquitatem eorum, & terram Chasdim: & ponam illam in solitudines sempiternas.

Et adducam super terram ipsam omnia verba mea, quæ locutus sum contra eam, omne quod scriptum est in libro hoc, quod prophetauit Irmeiahu aduersum omnes gentes.

Quia facient in eis etiam ipsæ gentes multæ, & reges magni: & reddam eis secundum opus eorum, & iuxta opus manuum eorum.

Quia sic dixit Dominus Deus Israel: Sume calicem vini furoris huius de manu mea, & propinare facies illũ omnibus gentibus ad quas mitto te.

Et bibent, & trement, & insanient à facie gladij quẽ mitto inter eos.

Et accepi calicem de manu Domini, & propinare feci omnibus gentibus ad quas misit me Dominus.

Ierusalaim, & ciuitatibus Ieh[illegible]h, & regibus eius, & principibus eius: vt ponerem eas in solitudinem in stuporem, & in sibilum, & in maledictionem secundum diẽ hanc.

Parhoh regi Ægypti, & seruis eius, & principibus eius, & omni populo eius.

Et omnibus populis mistis: & omnibus regibus terræ Pelistim, Aschalon, & Hazzah, & Hecron, & residuo Asdod.

Edom, & Moab, & filiis Hammon.

Et omnibus regibus Sor, & vniuersis regibus Sidon, & omnibus regibus insularum qui sunt trans mare.

Et Dedan, & Tema, & Buz, & vniuersis terminis anguli mundi.

Et cunctis regibus Harabiæ, hoc est omnibus regibus Harabiæ qui habitant in deserto:

Et cunctis regibus Zimri, & vniuersis regibus Helam, & omnibus regibus Madai.

Et cunctis regibus Aquilonis propinquis, & remotis alteris ab alteris: & omnibus terræ, quæ sunt in superficie terræ, & rex Sesach bibet post eos.

Et dices ad eos: Sic dixit Dominus exercituum Israel: Bibite, & inebriamini, & vomite: & cadite, & non resurgatis à facie gladij, quem ego mitto inter vos.

Et erit, si renuerint accipere calicem de manu tua, vt bibant, dices ad eos: Sic dixit Dominus exercituum: Bibendo bibetis.

Quia ecce ciuitati super quam inuocatum est nomen meum incipio malefacere, & vos penitus eritis innoxij? non eritis innoxij. Gladium enim voco super omnes habitatores terræ, dixit Dominus exercituum.

Digitized by Google

Tranſl. ex Septuag.

Quoniam non credidiſtis verbis meis; ecce ego
mitto, & ſumam cognationem ab Aquilone: & ad-
ducam eos ſuper terram iſtam, & ſuper habitatores
eius, & ſuper omnes nationes, quæ in circuitu il-
lius ſunt: & deſolabo eos, & dabo eos in perditio-
nem,& in ſibilum,&in opprobrium ſempiternum.

Et perdam ex eis vocem gaudij,& vocem lætitię,
vocem ſponſi, & vocem ſponſæ, odorem vnguen-
ti, & lumen lucernæ.

Et erit vniuerſa terra in ſolitudinem: & ſeruiēt
in gentibus annos ſeptuaginta:

Cumque impleti fuerint ſeptuaginta anni; vlci-
ſcar gentem illam, & ponam eos in perditionem
ſempiternam:

Et inducam ſuper terram illam omnia verba
mea, quæ loquutus ſum contra eam, omnia, quæ
ſcripta ſunt in libro iſto. *

* Quæ infra c. 49. à nu. 35. vſque ad finem c. habentur in hac tráſl. Rom. hic coniunguntur. * Ab hoc loco vſq. ad fin. ca. in tranſl. ex Septu. Ro. Hæc c. 32. hic vendicant totum.

* Sic dixit Dominus Deus Iſrael. Sume calicem
vini meri huius de manu mea,& potare facies om-
nes gentes, ad quas ego mitto te ad eos.

Et bibent, & euoment, & inſanient à facie gladij,
quem ego mitto inter eos.

Et accepi calicem de manu Domini,&propinaui
gentibus,ad quas miſit me Dominus ad eas,

Hieruſalem, & ciuitatibus Iuda,& regibus Iuda,
& principibus eius, ad ponendum eas in deſolatio-
nem, & in ieiunium, & in ſibilum.

Et Pharaoni regi Aegypti,& pueris eius,& prin-
cipibus eius, & omni populo eius,

Et omnibus miſtitiis, & omnibus regibus Allo-
phylorum, & Aſcaloni, & Gazæ, & Accaron, & re-
liquiis Azoti,

Et Idumææ, & Moabitidi, & filiis Ammon.

Et regibus Tyri, & regibus Sidonis, & regibus,
qui trans mare,

Et Dædan,& Thæman,& Rhos,& omni circun-
tonſo ſecundum faciem ſuam, & omnibus miſti-
tiis habitantibus in deſerto,

Et omnibus regibus Aelam, & omnibus regibus
Perſarum,

Et omnibus regibus à Subſolano, qui longe, &
qui prope, vnicuique aduerſus proximum ſuum,
& omnibus regnis, quæ ſuper faciem terræ.

Et dices eis: Sic dixit Dominus omnipotens: Bi-
bite, inebriamini, & vometis,& cadetis: & non re-
ſurgatis à facie gladij, quem ego mitto inter vos.

Et erit, cum noluerint accipere calicem de manu
tua, vt bibant;& dices: Sic dixit Dominus: Biben-
tes bibetis:

Quia in ciuitate, in qua nominatum eſt nomen
meum ſuper eam, ego incipio affligere: & vos mū-
ditia non mundabimini. Gladium enim ego voco
ſuper omnes ſedentes ſuper terram.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

9 *Ecce mittam & aſſumam vniuerſas cognationes Aqui-
lonis, ait Iehouah, & Nebuchadneſar regem Babel ſeruū
meum, & adducam eos ad terram iſtam, & ad habitato-
res eius, & ad omnes nationes iſtas per circuitum, & in-
terficiam eos, ponamq́; eos in ſtuporem, & in ſibilum, &
in ſolitudines ſempiternas.*

10 *Perdamq́; ab eis vocem gaudij & vocem lætitia, vocem
ſponſi & vocem ſponſæ, vocem molarum, & lumen lucer-
næ.*

11 *Et erit vniuerſa terra hæc in ſolitudinem, & in ſtupo-
rem: & ſeruient gentes iſtæ regi Babel ſeptuaginta annis.*

12 *Erit autem quum impleti fuerint ſeptuaginta anni vi-
ſitabo ſuper regem Babel & ſuper gentem illam, dixit Ie-
houah, iniquitatem eorum, & ſuper terram Chaſdim:
ponamq́; illam in ſolitudines ſempiternas.*

13 *Et adducam ſuper terram illam omnia verba mea
quæ locutus ſum contra eam, omne quod ſcriptum eſt in
libro hoc quod prophetauit Irmeiahu aduerſum omnes
gentes.*

14 *Nam venient eis etiam ipſis gentes multæ & reges ma-
gni, reddamq́; eis ſecundum opus ſuum & iuxta opus ma-
nuum ſuarum.*

15 *Quia ſic dixit Iehouah Deus Iſrael ad me, Sume ca-
licem vini furoris huius de manu mea, & propina illum
omnibus gentibus ad quas ego mitto te.*

16 *Et bibent, & trement, & inſanient à facie gladij quē
ego mitto inter eos.*

17 *Accepi itaq; calicem de manu Iehouæ, & propinaui om-
nibus gentibus ad quas miſit me Iehouah:*

18 *Ieruſalem, & ciuitatibus Iehudah, & regibus eius,
& principibus eius: vt ponerem eas in ſolitudinem, in ſtu-
porem & in ſibilum, & in maledictionem ſecundum diē
hanc:*

19 *Parah regi Ægypti, & ſeruis eius, & principibus eius,
& omni populo eius:*

20 *Et omnibus populis miſtis, & omnibus regibus terræ Vs,
& omnibus regibus terræ Peliſthim, Aſcalon, & Azah, &
Ecron, & reſiduo Aſdod.*

21 *Edom, & Moab & filiis Ammon,*

22 *Et omnibus regibus Sor, & vniuerſis regibus Sidon, &
omnibus regibus inſularum qui ſunt trans mare:*

23 *Et Dedan, & Thema, & Buz, & vniuerſis terminis
anguli mundi:*

24 *Et cunctis regibus Arabiæ, hoc eſt omnibus regibus A-
rabiæ qui habitant in deſerto:*

25 *Et cunctis regibus Zimri, & vniuerſis regibus Elam, &
omnibus regibus Madai:*

26 *Sed & cunctis regibus Aquilonis propinquis, & remotis
aliis ab aliis, & omnibus regnis terræ quæ ſunt in ſuper-
ficie terræ: rex verò Seſach bibet poſt eos.*

27 *Dices itaque ad eos, Sic dixit Iehouah exercituum Deus
Iſrael, Bibite, & inebriamini: & vomite, & corruite,
neque ſurgatis à facie gladij quem ego mitto inter vos.*

28 *Et erit, ſi renuerint accipere calicem de manu tua vt
bibant, dices ad eos. Sic dixit Iehouah exercituum, Bi-
bendo bibetis:*

29 *Quoniam ecce ciuitati ſuper quam inuocatum eſt no-
men meum, ego incipio malefacere, & vos penitus eritis
innoxij? non eritis innoxij: gladium enim aduoco ſuper
omnes habitatores terræ, dixit Iehouah exercituum.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

30 Et tu prophetabis ad eos omnia verba hæc, &
*Ioel 3. 16 Amos 1. 2
dices ad illos: * Dominus de excelso rugiet, & de
habitaculo sancto suo dabit vocem suam: rugiens
rugiet super decorem suum: celeuma quasi cal-
cantium concinetur aduersus omnes habitatores
terræ.
31 Peruenit sonitus vsque ad extrema terræ: quia
iudicium Domino cum gentibus: iudicatur ipse
cum omni carne, impios tradidi gladio, dicit Do-
minus.
32 Hæc dicit Dominus exercituum: Ecce afflictio
egredietur de gente in gentem: & turbo magnus
egredietur à summitatibus terræ:
33 Et erunt, interfecti Domini in die illa à summo
terræ vsque ad summum eius: non plangentur, &
non colligentur, neque sepelientur: in sterquiliniũ
super faciem terræ iacebunt.
34 Vlulate pastores, & clamate: & aspergite vos ci-
nere optimates gregis: quia completi sunt dies ve-
stri vt interficiamini: & dissipationes vestræ, & ca-
detis quasi vasa pretiosa.
35 Et peribit fuga à pastoribus, & saluatio ab opti-
matibus gregis.
36 Vox clamoris pastorum, & vlulatus optimatum
gregis: quia vastauit Dominus pascua eorum:
37 Et conticuerunt arua pacis à facie iræ furoris
Domini.
38 Dereliquit quasi leo vmbraculum suum: quia
facta est terra eorum in desolationem à facie irę co-
lumbæ, & à facie iræ furoris Domini.

CAP. XXVI.

1 IN principio regni Ioakim filij Iosiæ regis Iu-
da, factum est verbum istud à Domino, di-
cens:
2 Hæc dicit Dominus: Sta in atrio domus Domini,
& loqueris ad omnes ciuitates Iuda, de quibus ve-
niunt vt adorent in domo Domini, vniuersos ser-
mones, quos ego mandaui tibi vt loquaris ad eos:
noli subtrahere verbum.
3 Si forte audiant & cõuertantur vnusquisque à
via sua mala: & pœniteat me mali quod cogito fa-
cere eis propter malitiam studiorum eorum.
4 Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Si non au-
dieritis me vt ambuletis in lege mea, quam dedi
vobis.
5 Vt audiatis sermones seruorum meorum pro-
phetarum, quos ego misi ad vos de nocte consur-
gens, & dirigens, & non audistis:
*1. Re. 4. 10.
6 * Dabo domum istam sicut Silo, & vrbem hanc
dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ.
7 Et audierunt sacerdotes, & prophetæ, & omnis
populus Ieremiam loquentem verba hæc in domo
Domini.
8 Cumque complesset Ieremias loquens omnia,
quæ præceperat ei Dominus vt loqueretur ad vni-
uersum populum, apprehenderunt eum sacerdo-
tes, & prophetæ, & omnis populus, dicens: Morte
moriatur.
9 Quare prophetauit in nomine Domini, dicens:
Sicut Silo erit domus hæc: & vrbs ista desolabi-
tur, eo quod non sit habitator? & congregatus
est omnis populus aduersus Ieremiã in domo Do-
mini.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

*Et tu prophetabis super eos omnia verba hæc, & dices ad
illos: Dominus de excelso rugiet, & de habitaculo sancto
suo dabit vocem suam: rugiendo rugiet super habitacu-
lum suum: celeusma veluti calcantium, concinetur om-
nibus habitatoribus terræ.*

*Venit sonitus vsque ad extremum terræ, quia iudicium
est Domino cum gentibus: iudex est ipse omnis carnis, im-
pios tradet gladio, dixit Dominus.*

*Sic dixit Dominus exercituum: Ecce malum egreditur
à gente in gentem, & turbo magnus suscitabitur à late-
ribus terræ.*

*Et erunt interfecti à Domino in die illa ab extremo ter-
ræ, vsque ad extremum terræ: nõ plangentur, nec collegen-
tur, neque sepelientur, veluti sterquilinium in superficie
terræ erunt.*

*Vlulate pastores, & clamate. & inuoluite vos maiores
pecudum, quia completi sunt dies vestri, ad iugulandum
alter alterum, & completæ sunt dispersiones vestræ, &
cadetis, veluti vas desiderabile.*

*Et peribit fuga à pastoribus, & euasio à maioribus pe-
cudum.*

*Vox clamoris pastorum, & vlulatus maiorum pecu-
dum, quia vastauit Dominus pascua eorum.*

*Et succisa sunt pascua pacifica propter iram furoris
Domini.*

*Dereliquit tanquam leunculus tabernaculum suum:
quia fuit terra eorum in desolationem propter iram ini-
mici opprimentis, & iram furoris eius.*

CAP. XXVI.

*IN principio regni Iehoiachim filij Iosiiahu regis Ie-
hudah, fuit verbum istud à Domino vt diceret.*

*Sic dixit Dominus: Sta in atrio domus Domini, & lo-
quere ad omnes ciuitates Iehudah de quibus veniunt, vt
incuruent se in domo Domini, vniuersa verba quæ præce-
pi tibi, vt loquaris ad eos: ne prohibeas verbum:*

*Si fortè audiant, & conuertantur vnusquisque à via
sua mala, & pœniteat me mali, quod cogito facere eis
propter malitiam operum eorum.*

*Et dices ad eos: Sic dixit Dominus: Si non parueritis
mihi, vt ambuletis in Lege mea, quam dedi coram vobis.*

*Vt obtemperetis verbis seruorum meorum Propheta-
rum, quos mitto ad vos manè surgendo & mittendo, &
non paruistis.*

*Et dabo domum istam sicut Siloh, & vrbem hanc da-
bo in maledictionem cunctis gentibus terræ.*

*Et audierunt Sacerdotes, & Prophetæ, & omnis popu-
lus Irmeiahu loquentem verba hæc in domo Domini.*

*Et fuit, cum consummasset Irmeiahu loqui omnia, quæ
præceperat Dominus, vt loqueretur ad omnem populum,
apprehenderunt eum Sacerdotes, & Prophetæ, & omnis
populus, dicendo: Moriendo morieris.*

*Quare prophetasti in nomine Domini, dicendo: Sicut
Siloh erit domus ista, & vrbs ista desolabitur, vt non sit
habitator? & congregatus est omnis populus aduersus
Irmeiahu in domo Domini.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

30 Et tu prophetabis ad eos verba hæc, & dices: Dominus de excelso responsum dabit: de sancto suo dabit vocem suam: verbum respondebit super locum suum. Illi autem, quasi vindemiantes respondebunt: & super habitatores terræ

31 Venit interitus, Super partem terræ; quoniam iudicium Domino in gentibus: iudicatur ipse cum omni carne: impij autem dati sunt in gladium, dicit Dominus.

32 Sic dixit Dominus: Ecce mala veniunt de gente in gentem: & tempestas magna egreditur ab extremo terræ:

33 Et erunt vulnerati à Domino in die Domini, de parte terræ, & vsque ad partem terræ: non defodientur: in sterquilinia super faciem terræ erunt.

34 Vlulate pastores, & clamate, & plangite arietes ouium: quia completi sunt dies vestri ad interfectionem, & cadetis, quasi arietes electi:

35 Et peribit fuga à pastoribus, & salus ab arietibus ouium.

36 Vox clamoris pastorum, & vlulatus ouium, & arietum: quia vastauit Dominus pascua eorum:

37 Et cessabunt residua pacis à facie iræ furoris mei.

38 Dereliquit quasi leo diuersorium suum: quia facta est terra eorum in inuium, à facie gladij magni.

CAP. XXVI.

Hoc cap. locum 11. sibi vendi- [illegible] transl. ex Sept. Ro.

1 IN principio regis Ioacim filij Iosiæ factum est verbum istud à Domino.

2 Sic dixit Dominus: Sta in atrio domus Domini: & respondebis omnibus Iudæis, & omnibus venientibus adorare in domo Domini, vniuersos sermones, quos mandaui tibi respondere eis: noli subtrahere verbum.

3 Fortasse audient, & auertentur vnusquisque à via sua mala: & cessabo à malis, quæ ego cogito facere eis propter pessima studia eorum.

4 Et dices: Sic dixit Dominus. Si non audieritis me, ambulando in legitimis meis, quæ dedi ante faciem vestram,

5 Exaudiendo verba puerorum meorum prophetarum, quos ego mitto ad vos diluculo, & misi, & non audistis me,

6 Et dabo domum hanc sicut Selo; & ciuitatem dabo in maledictionem cunctis gentibus vniuersæ terræ.

7 Et audierunt sacerdotes, & pseudoprophetæ, & vniuersus populus Hieremiam loquentem verba hæc in domo Domini.

8 Et factum est, cum Hieremias consummasset loquens omnia, quæ præceperat ei Dominus loqui vniuerso populo, & apprehenderunt eum sacerdotes, & pseudoprophetæ, & omnis populus, dicens: mortem moriaris,

9 Quia prophetasti in nomine Domini, dicens: Sicut Selo, erit domus hæc: & vrbs ista desolabitur ab habitantibus. Et conuenit Ecclesia vniuersi populi super Hieremiam in domo Domini.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

30 *Tu ergo prophetabis ad eos omnia verba hæc, dicesq́ue ad illos, Iehouah de excelso rugiet, & de habitaculo sancto suo dabit vocem suam, rugiendo rugiet super habitaculũ suum; celeusma veluti calcantium concinetur omnibus habitatoribus terræ.*

31 *Perueniet sonitus vsque ad extremum terræ, quia iudicium est ipsi Iehouæ cum Gentibus, iudex est ipse omnis carnis, impios tradet gladio, dixit Iehouah.*

32 *Sic dixit Iehouah exercituum, Ecce malum egredietur à gente in gentem, & turbo magnus suscitabitur à lateribus terræ.*

33 *Et erunt interfecti à Iehoua in die illa ab extremo terræ vsque ad extremum eius: non plangentur, nec colligentur, neque sepelientur: veluti sterquilinium in superficie terræ erunt.*

34 *Vlulate pastores, & clamate, & volutate vos in puluere maiores gregis: quia completi sunt dies vestri vt iugulet alter alterum, & completæ sunt dispersiones vestræ, cadetisq́ue veluti vas desiderabile.*

35 *Et peribit fuga à pastorum, & euasio à maioribus gregis.*

36 *Vox clamoris pastorum, & vlulatus maiorum gregis: quoniam vastauit Iehouah pascua eorum.*

37 *Et succisa sunt pascua pacifica propter iram furoris Domini.*

38 *Dereliquit tanquam leunculus tabernaculum suum: quia fuit terra eorum in desolationem propter iram opprimentis & propter iram furoris eius.*

CAP. XXVI.

1 *IN principio regni Iehoiacim filij Iosiiahu regis Iehudah, fuit verbum istud à Iehoua, vt diceret,*

2 *Sic dixit Iehouah, Sta in atrio domus Iehouæ, & loquere ad omnes ciuitates Iehudah qui veniunt vt adorent in domo Iehouæ, vniuersa verba quæ præcepi tibi vt loquaris ad eos: ne prohibeas verbum:*

3 *(Si fortè audiant, & conuertantur quisque à via sua mala, & pœniteat me mali quod cogito facere eis propter malitiam operum eorum.)*

4 *Dices inquam ad eos, Sic dixit Iehouah, Si non parueritis mihi vt ambuletis in Lege mea quam dedi coram vobis.*

5 *Et vt obtemperetis verbis seruorum meorum Prophetarum quos mitto ad vos manè surgendo & mittendo: & non paruistis illis:*

6 *Certè dabo domum istam sicut Siloh, & vrbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ.*

7 *Audierunt autem Sacerdotes & Prophetæ, atque vniuersus populus Irmeiahu loquentem verba hæc in domo Iehouæ.*

8 *Et fuit, quum finem loquendi fecisset Irmeiahu omnia quæ præceperat Iehouah vt loqueretur ad vniuersum populum, apprehenderunt eum Sacerdotes & Prophetæ, & vniuersus populus, dicendo, Moriendo morieris:*

9 *Quare prophetasti in nomine Iehouæ, dicendo, Sicut Siloh erit domus ista, & vrbs ista desolabitur ita vt non sit habitator? Et congregatus est omnis populus aduersus Irmeiahu in domo Iehouæ.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Et audierunt principes Iuda verba hæc: & ad- 10
scenderunt de domo regis in domum Domini: &
sederunt in introitu portæ domus Domini no-
uæ.
Et locuti sunt sacerdotes & prophetæ ad princi- 11
pes, & ad omnem populum, dicentes: Iudicium
mortis est viro huic: quia prophetauit aduersus ci-
uitatem istam, sicut audistis auribus vestris.
Et ait Ieremias ad omnes principes, & ad vni- 12
* Sup. 25. 13. uersum populum, dicens: * Dominus misit me vt
prophetarem ad domum istam, & ad ciuitatem
hanc omnia verba quæ audistis.
* Sup. 7. 3. * Nunc ergo bonas facite vias vestras, & studia 13
vestra, & audite vocem Domini Dei vestri: & pœ-
nitebit Dominum mali, quod locutus est aduer-
sum vos.
Ego autem ecce in manibus vestris sum: facite 14
mihi quod bonum, & rectum est in oculis vestris.
Verumtamen scitote & cognoscite quod si occi- 15
deritis me, sanguinem innocentem tradetis con-
tra vosmetipsos, & contra ciuitatem istam, & ha-
bitatores eius. in veritate enim misit me Dominus
ad vos, vt loquerer in auribus vestris omnia verba
hæc.
Et dixerunt principes, & omnis populus ad sa- 16
cerdotes & ad prophetas: Non est viro huic iudi-
cium mortis: quia in nomine Domini Dei nostri
locutus est ad nos.
Surrexerunt ergo viri de senioribus terræ; & di- 17
xerunt ad omnem cœtum populi, loquentes.
Michæas de Morasthi fuit propheta in diebus E- 18
zechiæ regis Iuda, & ait ad omnem populum Iu-
da, dicens: Hæc dicit Dominus exercituum:
* Mic. 3. 12. * Sion quasi ager arabitur: & Ierusalem in acer
uum lapidum erit: & mons domus in excelsa sil-
uarum.
Numquid morte condemnauit eum Ezechias 19
rex Iuda, & omnis Iuda? numquid non timuerunt
Dominum, & deprecati sunt faciem Domini: &
pœnituit Dominum mali quod locutus fuerat ad-
uersum eos? Itaque nos facimus malũ grande con-
tra animas nostras.
Fuit quoque vir prophetans in nomine Domi- 20
ni, Vrias filius Semei de Cariathiarim: & prophe-
tauit aduersus ciuitatem istam, & aduersus terram
hanc iuxta omnia verba Ieremiæ.
Et audiuit rex Ioakim, & omnes potentes, & 21
principes eius verba hæc: & quæsiuit rex interfice
re eum. Et audiuit Vrias, & timuit, fugitque & in-
gressus est Aegyptum.
Et misit rex Ioakim viros in Aegyptum, Elna- 22
than filium Achobor, & viros cum eo in Aegy-
ptum.
Et eduxerunt Vriam de Aegypto: & adduxe- 23
runt eũ ad regem Ioakim, & percussit eum gladio:
& proiecit cadauer eius in sepulchris vulgi igno-
bilis.
Igitur manus Ahicam filij Saphan fuit cum Ie- 24
remia, vt non traderetur in manus populi, & in-
terficerent eum.

CAP. XXVII.

IN principio regni Ioakim filij Iosiæ regis Iuda, 1
factum est verbum istud ad Ieremiam à Domi-
no, dicens.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Et audierunt principes Iehudah hæc, & ascenderunt de domo regis in domum Domini, & sederunt in ostio portæ Domini nouæ.

Et dixerunt Sacerdotes & Prophetæ ad principes & ad omnem populum, dicendo: Iudicium mortis est viro huic: quia prophetauit contra ciuitatem istam, sicut audistis auribus vestris.

Et ait Irmeiahu ad omnes principes, & ad vniuersum populum, dicendo: Dominus misit me, vt prophetarem contra domum istam, & contra ciuitatem hanc omnia verba quæ audistis.

Et nunc bonas facite vias vestras, & opera vestra, & obaudite voci Domini Dei vestri, & pœnitebit Dominum mali, quod locutus est aduersum vos.

Ego autem ecce sum in manibus vestris, facite mihi sicut bonum est, & sicut rectum est in oculis vestris.

Verumtamen sciendo sciatis, quia si occideritis me, quòd sanguinem innocentem traditis super vos, & super ciuitatem istam, & super habitatores eius. in veritate enim misit me Dominus ad vos, vt loquerer in auribus vestris omnia verba hæc.

Et dixerunt principes, & omnis populus ad Sacerdotes, & Prophetas: Non est viro huic iudicium mortis: quia in nomine Domini Dei nostri locutus est ad nos.

Surrexeruntq́; viri de senioribus terræ: & dixerunt ad omnem cœtum populi, dicendo.

Michah morastites vaticinatus est in diebus Chizchiiahu regis Iehudah, & ait ad omnem populum Iehudah, dicendo: Sic dixit Dominus exercituum: Siion sicut ager arabitur, & Ierusalaim vt desertum erit: & mons domus, vt excelsa syluæ.

Numquid interficiendo interfecit eum Chizchiiahu rex Iehudah, & omnis Iehudah? Nonne timuit Dominum, & precatus est, & pœnituit Dominum mali, quod locutus fuerat aduersus eos? Et nos facimus malum grande contra animas nostras.

Et etiam vir vaticinatus est in nomine Domini Vriiahu filius Semahaiahu, de Chiriathiearim, & prophetauit aduersus ciuitatem istam, & aduersus terram hanc iuxta omnia verba Irmeiahu.

Et audiuit rex Iehoiachim, & omnes potentes eius, & omnes principes verba eius, & quæsiuit rex interficere eum. Et audiuit Vriiahu, & timuit, fugitq́; & ingressus est Ægyptum.

Et misit rex Iehoiachim viros in Ægyptum, Elnathan filium Hachbor, & viros cum eo in Ægyptum.

Et eduxerunt Vriiahu de Ægypto, & adduxerunt eum ad regem Iehoiachim, & percussit eum gladio, & proiecit cadauer eius in sepulchra filiorum populi.

Tantum manus Achicham filij Saphan erat cum Irmeiahu, vt non traderet eum in manu populi ad interficiendum eum.

CAP. XXVII.

IN principio regni Iehoiachim filij Iosiiahu regis Iehudah fuit verbum istud ad Irmeiahu à Domino, dicens.

Transl. ex Septuag.

10 Et audierunt principes Iuda verbum hoc: & adscenderunt de domo regis in domum Domini: & sederunt in vestibulis portæ nouæ.

11 Et dixerunt sacerdotes, & pseudoprophetæ ad principes, & omni populo: Iudicium mortis homini huic, quia prophetauit aduersus ciuitatem istã: sicut audistis in auribus vestris.

12 Et dixit Hieremias ad principes, & omni populo, dicens: Dominus misit me prophetare super domum istam, & super ciuitatem hanc omnia verba, quæ audistis.

13 Et nunc meliores facite vias vestras, & opera vestra, & audite vocem Domini: & cessabit Dominus à malis, quæ loquutus est super vos.

14 Et ecce ego in manibus vestris: facite mihi, sicut expedit, & sicut melius vobis.

15 Verumtamen cognoscentes cognoscetis; quod si occideritis me, sanguinem innocentem datis super vos, & super ciuitatem hanc, & super habitatores eius: Quia in veritate misit me Dominus ad vos loqui in aures vestras omnia verba hæc.

16 Et dixerunt principes, & omnis populus ad sacerdotes, & ad pseudoprophetas: Non est homini huic iudicium mortis: quia in nomine Domini Dei nostri locutus est ad nos.

17 Et surrexerunt viri de senioribus terræ; & dixerunt omni synagogæ populi:

18 Michæas Morathites fuit in diebus Ezeciæ regis Iuda, & dixit omni populo Iuda: Sic dixit Dominus: Sion quasi ager arabitur: & Hierusalem in inuiam erit, & mons domus in lucum syluæ.

19 Nunquid interficiens interfecit eum Ezecias, & omnis Iuda? Nonne quia timuerunt Dominum, & quia deprecati sunt faciem Domini; & cessauit Dominus à malis, quæ loquutus fuerat super eos? Et nos fecimus mala magna super animas nostras.

20 Et homo fuit prophetans nomine Domini, Vrias filius Samææ de Cariathiarim, & prophetauit de terra hac iuxta omnia verba Hieremiæ:

21 Et audiuit rex Ioacim, & omnes principes omnia verba eius. Et quærebant interficere eum: & audiuit Vrias, & ingressus est in Aegyptum.

22 Et emisit rex viros in Aegyptum:

23 Et eduxerunt eum inde, & adduxerunt eum ad regem: & percussit eum in gladio: & proiecit eum in monumentum filiorum populi sui.

24 Veruntamen mânus Achicham filij Saphan erat cũ Hieremia, vt non traderetur in manus populi, ne interficerent eum.

Hoc cap. locum 34. sibi vendicat in transl. et Sept. Ro. Quæ in principio huius & infra pluribus aliis in locis in hoc capit. desiderantur deesse a Septuag. te Patre D. Hieron.

CAP. XXVII.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

10 *Audierunt autem principes Iehudah hæc, & ascenderunt de domo regis in domum Iehouæ, & sederunt in ostio portæ Iehouæ nouæ.*

11 *Et dixerunt Sacerdotes & Prophetæ ad principes & ad omnem populum, dicendo, Iudicium mortis est viro huic: quia prophetauit contra ciuitatem istam, sicut audistis auribus vestris.*

12 *Et ait Irmeiahu ad cunctos principes, & ad vniuersum populum, dicendo, Iehouah misit me vt prophetarem contra domum istam, & contra ciuitatem hanc omnia verba quæ audistis.*

13 *Nunc igitur bonas facite vias vestras & opera vestra, & obedite voci Iehouæ Dei vestri, & pœnitebit Iehouam mali quod loquutus est aduersum vos.*

14 *Ego autem ecce sum in manibus vestris. facite mihi sicut bonum & sicut rectum est in oculis vestris:*

15 *Veruntamen sciendo sciatis quod si occideritis me, sanguinem innocentem tradetis super vos, & super ciuitatem istam, & super habitatores eius: in veritate enim misit me Iehouah ad vos vt loquerer in auribus vestris omnia verba hæc.*

16 *Et dixerunt principes atque cunctus populus ad Sacerdotes & Prophetas, Non est viro huic iudicium mortis: quia in nomine Iehouæ Dei nostri loquutus est ad nos.*

17 *Surrexeruntq́ue viri de senioribus terræ, & dixerunt ad omnem cœtum populi, dicendo,*

18 *Michah Morasthites prophetauit in diebus Hizkiiahu regis Iehudah, & ait ad vniuersum populum Iehudah, dicendo, Sic dixit Iehouah exercituum, Siion vt ager arabitur, & Ierusalaim vt desertum erit, & mons domus in excelsa syluæ.*

19 *Nunquid ob id interficiendo interfecerunt eum Hizkiiahu rex Iehudah & omnis Iehudah? annon timuit Iehouam, & precatus est faciem Iehouæ, & pœnituit Iehouã mali quod locutus fuerat aduersus eos, Et nos facimus malum grande contra animas nostras.*

20 *Fuit præterea vir qui prophetauit in nomine Iehouæ, Vriiahu filius Semaiahu, de Ciriat-iearim, prophetauit inquam aduersus ciuitatem istam & aduersus terram hanc iuxta omnia verba Irmeiahu.*

21 *Et audiuit rex Iehoiacim, omnesq́ue potentes eius, & omnes principes verba eius: quæsiuit autem rex interficere eum. quod audiens Vriiahu, timuit, fugitq́ue, & ingressus est Ægyptum.*

22 *Misit itaque rex Iehoiacim viros in Ægyptum, Elnathan filium Acbor, & viros cum eo in Ægyptum.*

23 *Qui eduxerunt Vriiahu de Ægypto, adduxeruntq́ue ad regem Iehoiacim: & percussit eum gladio, proiecitq́ue cadauer eius in sepulchra filiorum populi.*

24 *Verumtamen manus Ahicam filij Saphan erat cum Irmeiahu, ne traderent eum in manum populi vt interficerent eum.*

CAP. XXVII.

1 *IN principio regni Iehoiacim filij Iosiiahu regis Iehudah fuit verbum istud ad Irmeiah à Iehoua, dicendo,*

Vulgat. Editio.

2 Hæc dicit Dominus ad me: Fac tibi vincula, &
catenas: & pones eas in collo tuo.
3 Et mittes eas ad regem Edom, & ad regem Moab,
& ad regem filiorum Ammon, & ad regem Tyri, &
ad regem Sidonis: in manu nunciorum, qui vene-
runt Ierusalem ad Sedeciam regem Iuda.
4 Et præcipies eis vt ad Dominos suos loquantur:
Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Hæc
dicetis ad dominos vestros:
5 Ego feci terram, & homines, & iumenta, quæ
sunt super faciem terrę, in fortitudine mea magna,
& in brachio meo extento: & dedi eam ei, qui pla-
cuit in oculis meis.
6 Et nunc itaque ego dedi omnes terras istas in
manu Nabuchodonosor regis Babylonis serui mei:
insuper & bestias agri dedi ei vt seruiant illi.
7 Et seruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio
filij eius: donec veniat tempus terræ eius & ipsius:
& seruient ei gentes multæ, & reges magni.
8 Gens autem, & regnum, quod non seruierit Na-
buchodonosor regi Babylonis, & quicumque non
curuauerit collum suum sub iugo regis Babylonis:
in gladio, & in fame, & in peste visitabo super gen-
tem illam, ait Dominus: donec consumam eos in
manu eius.
Sup. 23. / l. 29. 8
9 * Vos ergo nolite audire prophetas vestros, & di-
uinos, & somniatores, & augures, & maleficos, qui
dicunt vobis: Non seruietis regi Babylonis.
10 Quia mendacium prophetant vobis: vt longe vos
faciant de terra vestra, & ejiciant vos, & pereatis.
11 Porro gens, quæ subiecerit ceruicem suam sub
iugo regis Babylonis, & seruierit ei: dimittam eam
in terra sua, dicit Dominus: & colet eam, & habi-
tabit in ea.
12 Et ad Sedeciam regem Iuda locutus sum secun-
dum omnia verba hæc, dicens: Subjicite colla ve-
stra sub iugo regis Babylonis, & seruite ei, & popu-
lo eius, & viuetis.
13 Quare moriemini tu & populus tuus gladio, &
fame, & peste, sicut locutus est Dominus ad gen-
tem, quæ seruire noluerit regi Babylonis?
14 Nolite audire verba prophetarum dicentium vo-
bis: Non seruietis regi Babylonis: quia mendacium
ipsi loquuntur vobis.
Sup. 14. 14. & 23. 21. / ...al. 29. 9.
15 * Quia non misi eos, ait Dominus: & ipsi prophe-
tant in nomine meo mendaciter: vt ejiciant vos, &
pereatis tam vos, quam prophetæ, qui vaticinan-
tur vobis.
16 Et ad sacerdotes, & ad populum istum locutus
sum, dicens: Hæc dicit Dominus: Nolite audire
verba prophetarum vestrorum, qui prophetant vo-
bis, dicentes: Ecce vasa Domini reuertentur de Ba-
bylone nunc cito, mendacium enim prophetant
vobis.
17 Nolite ergo audire eos, sed seruite regi Babylo-
nis, vt viuatis: quare datur hæc ciuitas in solitu-
dinem?
18 Et si prophetæ sunt, & est verbum Domini in eis:
occurrant Domino exercituum, vt non veniant
vasa, quæ derelicta fuerant in domo Domini, & in
domo regis Iuda, & in Ierusalem, in Babylonem.
4. Reg. 25. 13.
19 Quia hæc dicit Dominus exercituum * ad colū-
nas, & ad mare, & ad bases, & ad reliqua vasorum,
quæ remanserunt in ciuitate hac.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Sic dixit Dominus ad me: Fac tibi vincula, & vectes,
& pones ea super collum tuum.
Et mittes ea ad regem Edom, & ad regem Moab, & ad
regem filiorum Hammon, & ad regem Sor, & ad regem
Sidon per manum nunciorum, qui veniunt in Ierusalaim
ad Sidchiiahu regem Iehudah,
Et præcipies eis vt Dominis suis dicant: Sic dixit Do-
minus exercituum Deus Israel: Sic dicetis Dominis ve-
stris.
Ego feci terram, hominem, & animalia, quæ sunt in
superficie terræ potentia mea magna, & brachio meo ex-
tento: & dedi eam cui placuit in oculis meis.
Et nunc dedi omnes terras has in manu Nebuchadnesar
regis Babel serui mei: & etiam bestias agri dedi ei, vt ser-
uiant ei.
Et seruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij e-
ius, donec veniat tempus terræ eius, etiam ipsum, & ser-
uient ei gentes multæ, & reges magni.
Et erit, gens & regnum quæ non seruierunt Nebuchad-
nesar regi Babel, & qui non posuerit collum suum sub
iugo regis Babel gladio, & fame, & peste visitabo gentem
illam, ait Dominus: donec consumam eos per manum eius.
Et vos ne audiatis prophetas vestros, & diuinos vestros,
& somnia vestra, & augures vestros, & maleficios vestros,
qui dicunt vobis, dicendo: Non seruietis regi Babel,
Quia mendacium ipsi prophetant vobis vt longe fa-
ciant vos à terra vestra, & eiiciant vos, & pereatis.
Gens autem quæ introduxerit collum suum in iugum
regis Babel, & seruierit ei, dimitti faciam eum in terra
sua, dixit Dominus: & colet eam, & habitabit in ea.
Et ad Sidchiiahu regem Iehudah locutus sum secun-
dum omnia verba hæc, dicendo: Introducite colla vestra
in iugum regis Babel, & seruite ei, & populo eius, & vi-
uetis.
Vt quid moriemini tu, & populus tuus gladio, fame, &
peste, quemadmodum locutus est Dominus ad gentem, quæ
non seruierit regi Babel?
Et ne audiatis verba prophetarum dicentium vobis, di-
cendo: Non seruietis regi Babel: quia mendacium prophe-
tant vobis.
Quia non misi eos, ait Dominus: Et ipsi prophetant in
nomine meo mendaciter, vt eiicere faciam vos, & pereatis
vos, & prophetæ, qui vaticinantur vobis.
Et ad sacerdotes, & ad omnem populum istum locutus
sum, dicendo: Sic dixit Dominus, ne audiatis verba pro-
phetarum vestrorum, prophetant vobis, dicendo: Ecce va-
sa domus Domini reuertentur de Babel, nunc, cito: quia
mendacium prophetant vobis.
Ne audiatis eos, seruite regi Babel, & viuetis: Vt quid
erit ciuitas hæc solitudo?
Et si prophetæ sunt, & est verbum Domini cum eis orēt
nunc Dominum exercituum, vt non eant vasa quæ rema-
nent in domo Domini, & in domo regis Iehudah, & in
Ierusalaim in Babel.
Quia sic dixit Dominus exercituum ad columnas, &
ad mare, & ad bases, & ad residuum vasorum quæ rema-
nent in vrbe hac.

Transl. ex Septuag.

SIc dixit Dominus: Fac tibi vincula, & catenas, & circumpone circa collum tuum:
Et mittes ad regem Idumææ, & ad regem Moab, & ad regem filiorum Ammon, & ad rem Tyri, & ad regem Sidonis in manibus nunciorum eorum venientium in occursu suo in Hierusalem ad Sedeciam regem Iuda.
Et præcipies eis ad dominos suos dicere: sic dixit Dominus Deus Israel: Sic dicetis ad dominos vestros:
Quia ego feci terram in fortitudine mea magna, & in brachio meo excelso: & dabo eam, cuicumque visum fuerit in oculis meis.
Dedi terram Nabuchodonosor regi Babylonis ad seruiendum ei, & bestias agri ad operandum ei.
Et gens, & regnum, quicumque non iniecerint collum sub iugum regis Babylonis; in gladio, & in fame visitabo eos; donec deficiant in manu eius.
Et vos nolite audire pseudoprophetas vestros, & qui diuinant vobis, & qui somniant vobis, & auguria vestra, & maleficos vestros, qui dicunt: non operabimini regi Babylonis;
Quia mendacia ipsi prophetant vobis, ad elongandos vos à terra vestra.
Et gens, quæ iniecerit ceruicem suam sub iugo regis Babylonis, & operata fuerit ei; & relinquam eam in terra sua: & operabitur ei, & inhabitabit in ea.
Et ad Sedeciam regem Iuda loquutus sum iuxta omnia verba hæc, dicens: Injicite collum vestrum, & operamini regi Babylonis.
Quia iniqua ipsi prophetant vobis,
Quia non misi eos, ait Dominus: & prophetant nomine meo super iniquo, ad perdendos vos. Et peribitis vos, & prophetæ vestri, qui prophetant vobis super iniquo mendacia. Vobis, & omni populo huic,
Et sacerdotibus loquutus sum, dicens: Sic ait Dominus:
Nolite audire verba prophetarum, qui prophetant vobis, dicentes: Ecce vasa domus Domini reuertentur de Babylone: quia iniqua ipsi prophetãt vobis: non misi eos.
Si prophetæ sunt, & si est verbum Domini in eis; occurrant mihi:
Quia sic dixit Dominus.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

2 *Sic dixit Iehouah ad me. Fac tibi vincula & vectes, &*
pones ea super collum tuum.
3 *Et mittes ea ad regem Edom, & ad regem Moab, &*
ad regem filiorum Ammon, & ad regem Sor, & ad regem
Sidon per manum nuntiorum qui veniunt in Ierusalaim
ad Sidciiahu regem Iehudah.
4 *Et præcipies eis vt dominis suis dicant, Sic dixit Iehouah exercituum, Deus Israel, Sic dicetis dominis vestris,*
5 *Ego feci terram, hominem, & animalia quæ sunt in*
superficie terræ potentia mea magna & brachio meo extento: & dedi eam cui rectum fuit in oculis meis.
6 *Nunc ergo dedi omnes terras has in manu Nebuchadnesar regis Babel serui mei: & etiam bestias agri dedi ei*
vt seruiant ei.
7 *Et seruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius*
donec venerit tempus terræ eius etiam ipsius, & in seruitutem redigent eam gentes multæ & reges magni.
8 *Et erit, gens & regnum quæ non seruierint illi, nempe*
Nebuchadnesar regi Babel, & qui non posuerit collum
suum sub iugo regis Babel, gladio, & fame, & peste visitabo gentem illam, ait Iehouah: donec compleuerim tradere eos in manum eius.
9 *Vos itaque ne audiatis prophetas vestros, & diuinos vestros, & somnia vestra, & augures vestros, & maleficos*
vestros; qui dicunt vobis, dicendo, Non seruietis regi Babel.
10 *Quia mendacium ipsi vaticinantur vobis, vt elongent*
vos à terra vestra, & vt eiiciam vos, & pereatis.
11 *Gens autem quæ introduxerit collum suum in iugum*
regis Babel, & seruierit ei, dimitti faciam illam in terra
sua, dixit Iehouah: & colet eam, habitabitq́; in ea.
12 *Quin & ad Sidciiahu regem Iehudah loquutus sum*
iuxta omnia verba hæc, dicendo, Introducite colla vestra
in iugum regis Babel, & seruite ei, atque populo eius, &
viuite:
13 *Vtquid moriemini tu & populus tuus gladio, fame, &*
peste quemadmodum loquutus est Iehouah ad gentem quæ
non seruierit regi Babel?
14 *Ne inquam audiatis verba prophetarum dicentium vobis dicendo, Non seruietis regi Babel: quia mendacium*
prophetant vobis.
15 *Siquidem non misi eos, ait Iehouah: & tamen ipsi prophetant in nomine meo mendaciter, vt eiiciam vos, &*
pereatis vos & prophetæ qui vaticinantur vobis.
16 *Ad Sacerdotes quoque & ad vniuersum populum istum*
loquutus sum, dicendo, Sic dixit Iehouah, Ne audiatis
verba prophetarum vestrorum qui prophetant vobis, dicendo. Ecce vasa domus Iehouæ reuertentur de Babel nũc
citò: quia mendacium prophetant vobis.
17 *Ne ergo audiatis eos, seruite regi Babel, & viuite: vtquid erit ciuitas hæc solitudo?*
18 *Quòd si prophetæ sunt, & est verbum Iehouæ cum eis,*
orent nũc Iehouam exercituum ne vasa quæ residua sunt
in domo Iehouæ, & in domo regis Iehudah, & in Ierusalaim, veniant in Babel.
19 *Quoniam sic dixit Iehouah exercituum de columnis*
illis, & de mari, atque de basibus, ac de residuis vasorum
quæ remanent in vrbe hac,

Vulgat. Editio.

20 Quæ non tulit Nabuchodonosor rex Babylonis,
cum transferret Iechoniam filium Ioakim regem
Iuda de Ierusalem in Babylonem, & omnes opti-
mates Iuda & Ierusalem.
21 Quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Is-
rael ad vasa, quæ derelicta sunt in domo Domini,
& in domo regis Iuda & Ierusalem.
22 In Babylonem transferentur, & ibi erunt, vsque
ad diem visitationis suæ, dicit Dominus, & afferri
faciam ea, & restitui in loco isto.

CAP. XXVIII.

1 ET factum est in anno illo, in principio regni
Sedeciæ regis Iuda, in anno quarto, in mense
quinto, dixit ad me Hananias filius Azur prophe
ta de Gabaon, in domo Domini coram sacerdoti-
bus & omni populo, dicens.
2 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel:
Contriui iugum regis Babylonis.
3 Adhuc duo anni dierum, & ego referri faciam
ad locum istum omnia vasa domus Domini, quæ
tulit Nabuchodonosor rex Babylonis de loco isto,
& transtulit ea in Babylonem.
4 Et Iechoniam filium Ioakim regem Iuda, & om-
nem transmigrationem Iuda, qui ingressi sunt in
Babylonem, ego conuertam ad locum istum, ait
Dominus: conteram enim iugum regis Babylo-
nis.
5 Et dixit Ieremias propheta ad Hananiam pro-
phetam in oculis sacerdotum, & in oculis omnis
populi qui stabat in domo Domini.
6 Et ait Ieremias propheta: Amen: sic faciat Domi-
nus: suscitet Dominus verba tua, quæ prophetasti:
vt referantur vasa in domum Domini, & omnis
transmigratio de Babylone ad locum istum.
7 Verumtamen audi verbum hoc, quod ego loquor
in auribus tuis, & in auribus vniuersi populi.
8 Prophetæ, qui fuerunt ante me & ante te ab ini-
tio, & prophetauerunt super terras multas, & su-
per regna magna de prælio, & de afflictione, & de
fame.
9 Propheta, qui vaticinatus est pacem: cum vene-
rit verbum eius, scietur propheta, quem misit Do-
minus in veritate. Et tulit Hananias propheta cate-
nam de collo Ieremiæ prophetæ, & confregit eam.
10 Et ait Hananias in conspectu omnis populi, di-
cens: Hæc dicit Dominus: Sic confringam iugum
Nabuchodonosor regis Babylonis post duos annos
dierum de collo omnium gentium.
11 Et abiit Ieremias propheta in viam suam. Et fa-
ctum est verbum Domini ad Ieremiam, postquam
confregit Hananias propheta catenam de collo Ie-
remiæ prophetæ, dicens.
12 Vade, & dices Hananiæ: Hæc dicit Dominus:
Catenas ligneas contriuisti: & facies pro eis catenas
ferreas.
13 Quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Is-
rael: Iugum ferreum posui super collum cunctarũ
Gentium istarum, vt seruiant Nabuchodonosor
regi Babylonis, & seruient ei: insuper & bestias ter-
ræ dedi ei.
14 Et dixit Ieremias propheta ad Hananiam pro-
phetam: Audi Hanania: non misit te Dominus, &
tu confidere fecisti populum istum in mendacio.
15 Idcirco hæc dicit Dominus: Ecce ego mittam te
à facie terræ: hoc anno morieris: aduersum enim
Dominum locutus es.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Quæ non tulit Nebuchadnesar rex Babel, cum transmigrare fecit Iechoniah filium Iehoiachim regem Iehudah de Ierusalaim in Babel, & omnes optimates Iehudah, & Ierusalaim.

Quia sic dixit Dominus exercituum, Deus Israel ad vasa, quæ relicta sunt in domo Domini, & domo regis Iehudah, & Ierusalaim.

In Babel adducentur, & ibi erunt vsque ad diem, quo visitabo eos dixit Dominus, & ascendere faciam ea, & redire faciam ea ad locum hunc.

CAP. XXVIII.

ET fuit in anno ipso in principio regni Sidchiiahu regis Iehudah anno quarto, mense quinto, dixit ad me Chananiah filius Hazur propheta qui erat de Ghibhon in domo Domini in oculis sacerdotum, & omnis populi, dicendo.

Sic dixit Dominus exercituum Deus Israel, dicendo: Confregi iugum regis Babel.

Tempore duorum annorum dierum redire faciam ad locum hunc omnia vasa domus Domini, quæ tulit Nebuchadnesar rex Babel de loco isto, & adduxit ea in Babel.

Et Iechoniah filium Iehoiachim regem Iehudah, & omnem transmigrationem Iehudah, qui ingressi sunt in Babel redire faciam ad locum istum, ait Dominus: conterã enim iugum regis Babel.

Et dixit Irmeiah propheta ad Chananiah prophetam in oculis sacerdotum, & in oculis omnis populi, qui stabant in domo domini.

Et ait Irmeiah propheta: Amen: sic faciat Dominus: suscitet Dominus verba tua, quæ prophetasti: vt redire faciat vasa domus Domini, & omnem transmigrationem de Babel ad locum istum.

Verumtamen audi nunc verbum hoc, quod loquor in auribus tuis, & in auribus vniuersi populi.

Propheta qui fuerunt ante me, & ante te à sæculo, & prophetauerunt super terras multas, & regna magna de prælio, & malo, & peste.

Propheta qui vaticinatus est de pace, cum venerit verbum prophetæ, scietur propheta, quem misit Dominus in veritate. Et tulit Chananiah propheta vectem de collo Irmeiahu prophetæ, & confregit eum.

Et ait Chananiah in oculis omnis populi, dicendo: Sic dixit Dominus: Sic confringam iugum Nebuchadnesar regis Babel infra duos annos dierum, de collo omnium gentium.

Et abiit Irmeiahu propheta in viam suam. Et fuit verbum Domini ad Irmeiahu, postquam confregit Chananiah propheta, vectem de collo Irmeiahu prophetæ, dicendo.

Vade, & dic ad Chananiah dicendo: Sic dixit Dominus, Vectes ligneos confregisti: & facies pro eis vectes ferreos.

Quia sic dixit Dominus exercituum Deus Israel: Iugum ferreum posui super collum cũctarum Gentium istarum, vt seruiant Nebuchadnesar regi Babel, & seruiant ei: & insuper bestias agri dedi ei.

Et dixit Irmeiah propheta ad Chananiah prophetam: Audi nunc Chananiah; non misit te Dominus: Et fidere fecisti populum istum mendacio.

Idcirco sic dixit Dominus: Ecce mitto te à facie terræ: hoc anno morieris: quia verbum declinatiuum locutus es contra Dominum.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.		Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
Et reliqua vasa, quæ non tulit rex Babylonis, quando transtulit Iechoniam de Hierusalem,	20	*Quæ non abstulit Nebuchadnesar rex Babel, quum transferret Iechoniah filium Iehoiachim regem Iehudah de Ierusalaim in Babel, & omnes optimates Iehudah & Ierusalaim.*
	21	*Sic enim inquam dixit Iehouah exercituum Deus Is- rael de vasis quæ relicta sunt in domo Iehouæ, & in do- mo regis Iehudah, & Ierusalaim:*
In Babylonem intrabunt, dicit Dominus.	22	*In Babel adducentur, & illic erunt vsque in illũ diem quo visitabo ea, dixit Iehouah: postea & ascendere faciam ea: reducamq́; ea in locum istum.*

CAP. XXVIII.		*CAP. XXVIII.*
In transl. ex septu. Rom. capi. hoc 28. sedem sibi vendicat. ET factum est in quarto anno Sedeciæ regis Iu- da, in mense quinto, dixit mihi Ananias filius Azor pseudopropheta de Gabaon in domo Domini ante oculos sacerdotum, & omnis populi, dicens:	1	*FVit autem in anno ipso, in principio regni Sidchiahu regis Iehudah, anno quarto, mense quinto, dixit ad me Hananiah (filius Azur propheta qui erat de Gibon) in domo Iehouæ, in oculis Sacerdotum, & totius populi, di- cendo,*
Sic dixit Dominus: Contriui iugum regis Ba- bylonis.	2	*Sic dixit Iehouah exercituum Deus Israel, dicendo: Confregi iugum regis Babel.*
Adhuc duo anni dierum: & ego redire faciam ad locum illum vasa domus Domini,	3	*Quum adhuc duo fuerint anni dierum, reducam ad locum hunc omnia vasa domus Iehouæ, quæ tulit Nebu- chadnesar rex Babel de loco isto, & intulit ea in Babel.*
Et Iechoniam, & transmigrationem Iuda: quia conteram iugum regis Babylonis.	4	*Et Iechoniah filium Iehoiacim regem Iehudah, & om- nem transmigrationem Iehudah, qui ingressi sunt in Ba- bel, ego reducam ad locum istum, ait Iehouah: conteram enim iugum regis Babel.*
Et dixit Hieremias ad Ananiam ante oculos om- nis populi, & ante oculos sacerdotum stantium in domo Domini.	5	*Et dixit Irmeiah propheta ad Hananiah prophetam, in oculis sacerdotum, & in oculis totius populi, qui sta- bant in domo Iehouæ.*
Et dixit Hieremias: Vere sic faciat Dominus: sta- tuat verbum tuum, quod tu prophetas, vt reuer- tantur vasa domus Domini, & omnis transmigra- tio de Babylone ad locum istum.	6	*Ait inquam Irmeiah propheta, Amen, sic faciat Ie- houah, suscitet Iehouah verba tua quibus prophetasti quod reducerentur vasa domus Iehouæ, & vniuersa trãs- migratio de Babel ad locum istum.*
Veruntamen audite verbum Domini, quod ego dico in auribus vestris, & in auribus vniuersi populi.	7	*Veruntamen audi nunc verbum istud quod ego loquor in auribus tuis, & in auribus vniuersi populi.*
Prophetæ, qui fuerunt priores me, & priores vo- bis à sæculo; prophetauerũt super terram multam, & super regna magna in bellum.	8	*Prophetæ qui fuerunt ante me & ante te à sæculo, pro- phetauerunt super terras multas, & regna magna de bel- lo, & afflictione, & peste.*
Propheta, qui prophetauit in pacem, veniente verbo, cognoscent prophetam, quem misit eis Do- minus in fide. Et tulit Ananias in oculis vniuersi populi catenas de collo Hieremiæ, & contriuit eas.	9	*Propheta qui vaticinatus est de pace, quum euenerit verbum prophetæ, cognoscetur propheta, quòd miserit eũ Iehouah in veritate. Et tulit Hananiah propheta vectem de collo Irmeiahu prophetæ, & confregit eum.*
Et dixit Ananias ante oculos omnis populi, di- cens: Sic dixit Dominus: Sic conteram iugum re- gis Babylonis, de collis omnium gentium.	10	*Et ait Hananiah in oculis totius populi, dicendo, Sic dixit Iehouah, Sic confringam iugum Nebuchadnesar regis Babel post duos annos dierum, de collo omnium gen- tium. Et abiit Irmeiah propheta in viam suam.*
Et abiit Hieremias in viam suam. Et factum est verbum Domini ad Heremiam, postquam contri- uit Aananias catenas de collo eius, dicens:	11	*Et fuit verbum Iehouæ ad Irmeiah (postquam confregit Hananiah propheta, vectem de collo Irmeiah prophetæ) dicendo,*
Vade, & dic ad Ananiam, dicens: Sic dixit Do- minus: Catenas ligneas contriuisti: & faciam pro eis catenas ferreas:	12	*Vade, & dic ad Hananiah, dicendo, Sic dixit Iehouah, Vectes ligneos confregisti: & facies pro eis vectes ferreos.*
Quia sic ait Dominus: Iugum ferreum posui su- per collum cunctarum gentium, ad operandum regi Babylonis.	13	*Quoniam sic dixit Iehouah exercituum Deus Israel: Iugum ferreum posui super collum cunctarum Gentium istarum, vt seruiant Nebuchadnesar regi Babel, & qui- dem seruient ei: insuper & bestias agri dedi ei.*
Et dixit Hieremias Ananiæ: Non misit te Do- minus: & confidere fecisti populum istum super iniquo.	14	*Tunc dixit Irmeiah propheta ad Hananiah prophetã, Audi nunc Hananiah, Non misit te Iehouah, tu tamen fidere fecisti populum istum mendacio.*
Idcirco sic dixit Dominus: Ecce ego mitto te à facie terræ: hoc anno morieris.	15	*Idcirco sic dixit Iehouah, Ecce emittam te de superficie terræ: hoc anno morieris, quia verbum declinans loqu- tus es contra Iehouam.*

Vulgat. Editio.

16 Et mortuus est Hananias propheta in anno illo,
menſe ſeptimo.

CAP. XXIX.

1 ET hæc ſunt verba libri, quem miſit Ieremias
propheta de Ieruſalem ad reliquias ſeniorum
transmigrationis, & ad ſacerdotes, & ad prophe-
tas, & ad omnem populum, quem traduxerat Na-
buchodonoſor de Ieruſalem in Babylonem.
2 Poſtquam egreſſus eſt Iechonias rex, & domina,
& eunuchi, & principes Iuda, & Ieruſalem, & fa-
ber, & incluſor de Ieruſalem.
3 In manu Elaſa filij Saphan, & Gamariæ filij Hel-
ciæ, quos miſit Sedecias rex Iuda ad Nabuchodo-
noſor regem Babylonis in Babylonem, dicens.
4 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael om-
ni tranſmigrationi, quam tranſtuli de Ieruſalem in
Babylonem.
5 Aedificate domos, & habitate; & plantate hor-
tos, & comedite fructum eorum.
6 Accipite vxores, & generate filios & filias: & date
filijs veſtris vxores, & filias veſtras date viris, & pa-
riant filios & filias: & multiplicamini ibi, & nolite
eſſe pauci numero.
7 Et quærite pacem ciuitatis, ad quam transmi-
grare vos feci: & orate pro ea ad Dominum: quia
in pace illius erit pax vobis.
8 Hæc enim dicit Dominus exercituū Deus Iſrael:
20 14.1 23 16. * Non vos ſeducant prophetæ veſtri, qui ſunt in
medio veſtrum, & diuini veſtri: & ne attendatis
ad ſomnia veſtra, quæ vos ſomniatis.
9 Quia falſo ipſi prophetant vobis in nomine meo:
& non miſi eos, dicit Dominus.
10 Sup. 25.12, 2 Par. 36. 21, Eſd 1.1, Dan. 9.2. ★ Quia hæc dicit Dominus: Cum cœperint im-
pleri in Babylone ſeptuaginta anni, viſitabo vos: &
ſuſcitabo ſuper vos verbum meum bonum, vt re-
ducam vos ad locum iſtum.
11 Ego enim ſcio cogitationes, quas ego cogito ſu-
per vos, ait Dominus, cogitationes pacis, & non
afflictionis, vt dem vobis finem & patientiam.
12 Et inuocabitis me, & ibitis: & orabitis me, & e-
go exaudiam vos.
13 Quæretis me & inuenietis: cum quæſieritis me
in toto corde veſtro.
14 Et inueniar à vobis, ait Dominus: & reducam
captiuitatem veſtram, & congregabo vos de vni-
uerſis gentibus, & de cunctis locis, ad quæ expuli
vos, dicit Dominus: & reuerti vos faciam de loco,
ad quem transmigrare vos feci.
15 Quia dixiſtis: Suſcitauit nobis Dominus Pro-
phetas in Babylone.
16 Quia hæc dicit Dominus ad regem, qui ſedet ſu-
per ſolium Dauid, & ad omnem populum habita-
torem vrbis huius, ad fratres veſtros, qui non ſunt
egreſſi vobiſcum in tranſmigrationem.
17 *Su 24.10 Hæc dicit Dominus exercituum: * Ecce mittam
in eos gladium, & famem, & peſtem: & ponam eos
quaſi ficus malas, quæ comedi nō poſſunt, eo quod
peſſimæ ſint.
18 Et perſequar eos in gladio, & in fame, & in peſti-
lentia: & dabo eos in vexationem vniuerſis regnis
terræ: in maledictionem, & in ſtuporem, & in ſi-
bilum, & in opprobrium cunctis Gentibus, ad quas
ego eieci eos:

Tranſl. ex Heb. Sanct. Pagn.

16 *Et mortuus eſt Chananiah propheta anno ipſo, menſe
ſeptimo.*

CAP. XXIX.

1 *ET hæc ſunt verba litterarum, quæ miſit Irmeiah pro-
pheta de Ieruſalaim ad reſiduum ſeniorum tranſmi-
grationis, & ad ſacerdotes, & ad prophetas, & ad omnem
populum quem tranſmigrare fecerat Nebuchadneſar de
Ieruſalaim in Babel.*
2 *Poſtquam egreſſus eſt Iechoniah rex, & regina, & eu
nuchi, principes Iehudah, & Ieruſalaim, & artifices, &
incluſores de Ieruſalaim.*
3 *Per manum Elhaſah filij Saphan, & Ghemariah filij
Chilchiah quos miſit Sidchiiah rex Iehudah ad Nebu-
chadneſar regem Babel in Babel, dicendo.*
4 *Sic dixit Dominus exercituum Deus Iſrael omni trāſ-
migrationi, quam tranſmigrare feci de Ieruſalaim in Ba-
bel.*
5 *Ædificate domos, & habitate, & plantate hortos, &
comedite fructus eorum.*
6 *Accipite vxores, & generate filios, & filias, & accipite
filiis veſtris vxores, & filias veſtras date viris, & pariāt
filios, & filias: & multiplicate vos ibi, & non diminua-
tis vos.*
7 *Et quærite pacem ciuitatis, ad quam tranſmigrare fe-
ci vos, & orate pro ea ad Dominum: quia in pace illius,
erit vobis pax.*
8 *Sic enim dixit Dominus exercituum Deus Iſrael: Ne
ſeductionem faciant vobis prophetæ veſtri, qui ſunt in me-
dio veſtri, & diuini veſtri: & ne audiatis ſomnia veſtra,
quæ ſomniatis.*
9 *Quia falſum ipſi prophetant vobis in nomine meo: non
miſi eos, dixit Dominus.*
10 *Sic enim dixit Dominus: Quia vt impleti fuerint in
Babel ſeptuaginta anni, viſitabo vos: & ſuſcitabo ſuper
vos verbum meum bonum, vt reducam vos ad locum
iſtum.*
11 *Ego enim noui cogitationes, quas cogito ſuper vos, dixit
Dominus, cogitationes pacis, & non mali, vt dem vobis
nouiſſimum, & ſpem.*
12 *Et inuocabitis me, & ibitis: & orabitis me, & exau-
diam vos.*
13 *Et quæretis me, & inuenietis: cum quæſieritis me toto
corde veſtro.*
14 *Et inueniar vobis, dixit Dominus: & reducam capti-
uitatem veſtram, & congregabo vos de vniuerſis gentibus,
& de cunctis locis, ad quæ expelli feci vos dixit Dominus:
& reuerti faciam vos ad locum, vnde tranſmigrare feci
vos.*
15 *Quia dixiſtis: Suſcitauit nobis Dominus Prophetas
in Babel.*
16 *Sic enim dixit Dominus ad regem, qui ſedet ſuper ſo-
lium Dauid; & ad omnem populum, qui habitat in
vrbe hac, fratres veſtros, qui non ſunt egreſſi vobiſcum
in tranſmigrationem.*
17 *Sic dixit Dominus exercituum: Ecce mitto in eis gla-
dium, famem, & peſtem: & dabo eos veluti ficus turpes,
quæ non poſſunt comedi præ malitia.*
18 *Et perſequar eos gladio & fame, & peſte: & dabo eos
in commotionem vniuerſis regnis terræ: in maledictionem,
& in ſtuporem, & in ſibilum, & in opprobrium in cunctis
Gentibus, ad quas eiicere feci eos:*

Transl. ex Septuag.

Et mortuus est in mense septimo.

CAP. XXIX.

Hoc cap. sedem sibi vendicat in transl. ex Septu. Rom.

1 ET hæc sunt verba libri, quæ misit Hieremias de Hierusalem ad seniores transmigrationis, & ad sacerdotes, & ad pseudoprophetas, (epistolam in Babylonem transmigrationi) & ad omnem populum;

2 Postquam egressus est Iechonias rex, & regina, & eunuchi, & omnis liber, & vinctus, & artifex de Hierusalem

3 In manu Eleasin filij Saphan, & Gamariæ filij Chelciæ; quem misit Sedecias rex Iuda ad regem Babylonis in Babylonem dicens:

4 Sic dixit Dominus Deus Israel super transmigrationem, quam transtuli de Hierusalem:

5 Aedificate domos, & habitate, & plantate pomaria, & comedite fructus eorum;

6 Et accipite vxores, & generate filios, & filias: & accipite filiis vestris vxores: & filias vestras date viris: & multiplicamini, & nolite minui:

7 Et quærite ad pacem terræ, ad quam transmigrare vos feci illuc: & orate pro eis ad Dominum: quia in pace eius pax vobis.

8 Sic enim dixit Dominus: Non seducant vos prophetæ, qui in vobis, & non seducant vos diuini vestri: & nolite audire ad somnia vestra, quæ vos somniatis:

9 Quia iniqua ipsi prophetant vobis in nomine meo: & non misi eos.

10 Quia sic dixit Dominus: Cum cœperint impleri Babyloni septuaginta anni; visitabo vos: & suscitabo verba mea super vos, ad reducendum populũ vestrum in locum istum.

11 Et cogitabo super vos cogitationem pacis, & non mala, ad dandum vobis hæc.

12 Et orate ad me; & exaudiam vos:

13 Et quærite me; & inuenietis me.

14 Quia quæretis me in toto corde vestro; & apparebo vobis.

15 Quia dixistis: constituit nobis Dominus prophetas in Babylone; *

* Cætera quæ deberent respõdere nostræ vulgatæ non haberi apud Septuagintam testatur D. Hieron.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

16 *Mortuus est itaque Hananiah propheta anno ipso, mense septimo.*

CAP. XXIX.

1 *HÆc autem sunt verba epistolæ quam misit Irmeiah propheta de Ierusalaim ad residuum seniorum trãsmigrationis, & ad sacerdotes, & ad prophetas, & ad vniuersum populum quem captiuum abduxerat Nebuchadnesar de Ierusalaim in Babel.*

2 *Posteaquam egressus est Iechoniah rex, & regina, & eunuchi, & principes Iehudah & Ierusalaim, & artifices & inclusores de Ierusalaim.*

3 *Per manum Elasah filij Saphan, & Gemeriah filij Hilchiiah, quos misit Sidciiah rex Iehudah ad Nebuchadnesar regem Babel in Babel, dicendo,*

4 *Sic dixit Iehouah exercituum Deus Israel omni transmigrationi quam transmigrare feci de Ierusalaim in Babel.*

5 *Ædificate domos, & inhabitate: plantate preterea hortos, & comedite fructum eorum.*

6 *Accipite vxores, & generate filios, & filias: accipite quoque filiis vestris vxores, & filias vestras date viris, vt pariant filios, & filias: & multiplicate vos illic, neque imminuamini.*

7 *Et quærite pacem ciuitatis ad quam demigrare feci vos, & orate pro ea ad Iehouam: quoniam in pace illius erit vobis pax.*

8 *Sic enim dixit Iehouah exercituum, Deus Israel, Ne seducant vos prophetæ vestri qui sunt in medio vestri, & diuini vestri, neque attendatis ad somnia vestra quæ somniare facitis:*

9 *Quia falso ipsi prophetant vobis in nomine meo: non enim misi eos, dixit Iehouah.*

10 *Sic enim dixit Iehouah, Vt impleti fuerint in Babel septuaginta anni, visitabo vos, & suscitabo super vos verbum meum bonum, vt reducam vos ad locum istum.*

11 *Ego enim noui cogitationes quas cogito super vos, dixit Iehouah: cogitationes pacis, & non mali, vt dem vobis finem & expectationem.*

12 *Tunc inuocabitis me, & incedetis: orabitisq́ me, & exaudiam vos.*

13 *Et quæretis me, & inuenietis, quum quæsieritis me toto corde vestro.*

14 *Inueniar inquam à vobis, dixit Iehouah, & reducam captiuitatem vestram, congregaboq́ vos de vniuersis gentibus, & de cunctis locis ad quæ expuli vos, dixit Iehouah: reuertiq́ faciam vos ad locum vnde transmigrare feci vos.*

15 *Quoniam dixistis, Suscitauit nobis Iehouah prophetas in Babel.*

16 *Quia sic dixit Iehouah de rege qui sedet super solium Dauid, & de omni populo qui habitat in vrbe ista, de fratribus scilicet vestris qui non sunt egressi vobiscum in transmigrationem:*

17 *Sic inquam dixit Iehouah exercituum, Ecce mitto in eos gladium, famem, & pestem: daboq́ eos veluti ficus turpes quæ non possunt comedi præ malitia:*

18 *Et persequar eos gladio, & fame, & peste, daboq́ eos in commotionem vniuersis regnis terræ, in maledictionem, & in stuporem, & in sibilum, & in opprobrium cunctis Gentibus ad quas eieci eos:*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

19 Eo quod non audierint verba mea, dicit Domi-
nus: quæ misi ad eos per seruos meos prophetas de
nocte consurgens, & mittens: & non audistis, dicit
Dominus.
20 Vos ergo audite verbum Domini, omnis trans-
migratio, quam emisi de Ierusalem in Babylo-
nem.
21 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel ad
Achab filium Coliæ, & ad Sedeciam filium Maa-
siæ, qui prophetant vobis in nomine meo men-
daciter: Ecce ego tradam eos in manus Nabucho-
donosor regis Babylonis: & percutiet eos in oculis
vestris.
22 Et assumetur ex eis maledictio omni transmigra-
tioni Iuda, quæ est in Babylone dicentium: Ponat
te Dominus sicut Sedeciam, & sicut Achab, quos
frixit rex Babylonis in igne.
23 Pro eo quod fecerint stultitiam in Israel, & mœ-
chati sunt in vxores amicorum suorum, & locuti
sunt verbum in nomine meo mendaciter, quod nõ
mandaui eis: ego sum iudex & testis, dicit Domi-
nus.
24 Et ad Semeian Nehelamiten dices.
25 Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel:
Pro eo quod misisti in nomine tuo libros ad omnem
populum, qui est in Ierusalem, & ad Sophoniam fi-
lium Maasiæ sacerdotem, & ad vniuersos sacerdo-
tes, dicens:
26 Dominus dedit te sacerdotem pro Ioiade sacerdo-
te, vt sis dux in domo Domini super omnem virum
arreptitium & prophetantem, vt mittas eum in ner-
uum & in carcerem.
27 Et nunc quare non increpasti Ieremiam Anatho-
thitem, qui prophetat vobis?
28 Quia super hoc misit in Babylonem ad nos di-
cens: Longum est: ædificate domos, & habitate: &
plantate hortos, & comedite fructus eorum.
29 Legit ergo Sophonias sacerdos librum istum in
auribus Ieremiæ prophetæ.
30 Et factum est verbum Domini ad Ieremiam, di-
cens.
31 Mitte ad omnem transmigrationem, dicens: Hæc
dicit Dominus ad Semeian Nehelamiten: Pro eo
quod prophetauit vobis Semeias, & ego non misi
eum: & fecit vos confidere in mendacio.
32 Idcirco hæc dicit Dominus: Ecce ego visitabo su-
per Semeian Nehelamiten, & super semen eius: non
erit ei vir sedens in medio populi huius, & non vi-
debit bonum, quod ego faciam populo meo, ait Do-
minus: quia præuaricationem locutus est aduersus
Dominum.

CAP. XXX.

1 HOc verbum, quod factum est ad Ieremiam à
Domino, dicens.
2 Hæc dicit Dominus Deus Israel, dicens: Scribe
tibi omnia verba, quæ locutus sum ad te, in libro.
3 Ecce enim dies veniunt, dicit Dominus: & con-
uertam conuersionem populi mei Israel & Iuda, ait
Dominus: & conuertam eos ad terram, quam dedi
patribus eorum: & possidebunt eam.
4 Et hæc verba, quæ locutus est Dominus ad Israel
& ad Iudam.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

*Pro eo quòd non audierunt verba mea dixit Dominus:
quæ misi ad eos per seruos meos prophetas manè surgendo,
& mittendo: & non audistis, dixit Dominus.*

*Vos autem audite verbum Domini, omnis transmigra-
tio, quam emisi de Ierusalaim in Babel.*

*Sic dixit Dominus exercituum Deus Israel ad Achab
filium Cholaiah, & ad Sidchiiahu filium Mahaseiah, qui
prophetant vobis in nomine meo mendaciter: Ecce trado
eos in manu Nebuchadnesar regis Babel: & percutiet eos
in oculis vestris.*

*Et assumetur ex eis maledictio omni transmigrationi
Iehudah, quæ est in Babel, dicendo: Ponat te Dominus,
sicut Sidchiiahu, & sicut Achab quos combussit rex Babel
igni:*

*Pro eo quòd fecerunt nefas in Israel, & adulterium
commiserunt cum vxoribus amicorum suorum, & locuti
sunt verbum in nomine meo mendaciter, quod non præce-
pi eis: Et ego cognosco, & testor, dixit Dominus.*

Et ad Semahaiahu Nechelamitem, dices dicendo.

*Sic dixit Dominus exercituum, Deus Israel: Pro eo
quod misisti in nomine tuo literas ad omnem populum, qui
est in Ierusalaim, & Sephaniah filium Mahaseiah sacer-
dotem, & vniuersos sacerdotes, dicendo,*

*Dominus dedit te sacerdotem pro Iehoiadah sacerdote,
vt sint duces in domo Domini omni viro furioso, & pro-
phetante, & des eum in carcerem, & in neruum.*

*Et nunc vt quid non increpasti Irmeiahu Anthothitem
prophetantem vobis?*

*Quia idcirco misit ad nos in Babel, dicendo: Longum
est: ædificate domos, & habitate: & plantate hortos, &
comedite fructus eorum.*

*Et legit Sephaniah sacerdos epistolam hanc in auribus
Irmeiahu prophetæ.*

Et fuit verbum Domini ad Irmeiahu, dicendo.

*Mitte ad omnem transmigrationem, dicendo: Sic dixit
Dominus ad Semaiah Nechalamitem: Pro eo quod prophe-
tauit vobis Semahaiah & ego non misi eum, & fidere fe-
cit vos mendacio.*

*Idcirco sic dixit Dominus: Ecce visito Semahaiah Ne-
chelamitem, & semen eius: non erit ei vir habitans in
medio populi huius, & non videbit bonum, quod facio po-
pulo meo, dixit Dominus: quia verbum declinatiuum lo-
cutus est aduersus Dominum.*

CAP. XXX.

VErbum quod fuit ad Irmeiahu à Domino, dicendo:

*Sic dixit Dominus Deus Israel, dicendo: Scribe tibi
omnia verba, quæ locutus sum ad te in libro.*

*Ecce enim dies veniunt, dixit Dominus: & conuertam
captiuitatem populi mei Israel & Iehudah, dixit Domi-
nus, & redire faciam eos ad terram, quam dedi patribus
eorum, & possidebunt eam.*

*Et hæc verba quæ locutus est Dominus ad Israel, & Ie-
hudah.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Sic dixit Dominus super Achiab, & super Sede-
ciam: Ecce ego do eos in manus regis Babylonis:
& percutiet eos ante oculos vestros.

Et assument de eis maledictionem in omni trans-
migratione Iuda, in Babylone dicentes: Faciat te
Dominus; sicut Sedeciam fecit, & sicut Achiab: quos
frixit rex Babylonis in igne.
Pro eo, quod fecerunt iniquitatem in Israel, &
mœchabantur vxores ciuium suorum, & verbum
responderunt in nomine meo, quod non præcepi
eis: & ego testis, ait Dominus.

Et ad Samæam Aelamitem dices:
Non misi te nomine meo. Et ad Sophoniam fi-
lium Maasiæ sacerdotem dic:

Dominus dedit te sacerdotem pro Iodae sacerdo-
te, vt esses præfectus in domo Domini omni homini
prophetanti, & omni homini insanienti; & dabis
eum in custodiam, & in cataractam.
Et nunc quare simul contumeliis affecistis Hie-
remiam, qui ex Anathoth, qui prophetauit vobis?

Non propter hoc misit: quia per mensem hunc
misit ad vos in Babylonem, dicens: longe est: ædi-
ficate domos, & habitate; plantate hortos, & com-
edite fructum eorum.
Et legit Sophonias librum in auribus Hieremiæ.

Et factum est verbum Domini ad Hieremiam, di-
cens:
Mitte ad transmigrationem, dicens: Sic dixit Do-
minus super Samæam Aelamitem: Quoniam pro-
phetauit vobis Samæas, & ego non misi eum, &
confidere vos fecit super iniquis,
Propter hoc sic dixit Dominus. Ecce ego visitabo
super Samæam, & super genus eius: & non erit de
eis homo in medio vestri, ad videndum: bona, quæ
ego faciam vobis non videbunt.

CAP. XXX.

Hoc cap. est 37 in transl. ex Septu. Rom.

VErbum, quod factum est ad Hieremiam à
Domino, dicendo.
Sic dixit Dominus Deus Israel, dicens: Scribe
omnia verba, quæ respondi ad te, super librum:

Quia ecce dies veniunt, dicit Dominus: & redi-
re faciam transmigrationem populi mei Israel, &
Iuda, ait Dominus: & reducam eos in terram,
quam dedi patribus eorum: & dominabuntur e-
ius.
Et hæc sunt verba, quæ loquutus est Dominus
super Israel, & Iudam.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

19 *Eo quod non audierunt verba mea, dixit Iehouah, quæ*
misi ad eos per seruos meos Prophetas mane surgendo &
mittendo: & non audistis, dixit Iehouah.

20 *Vos itaq; audite verbum Iehouæ, omnis transmigratio*
quam emisi de Ierusalaim in Babel.

21 *Sic dixit Iehouah exercituum Deus Israel de Ahab*
filio Colaiah, & de Sidciiahu filio Maaseiah, qui prophe-
tant vobis in nomine meo mendaciter, Ecce ego trado eos
in manu Nebuchadnesar Regis Babel, & percutiet eos
in oculis vestris.

22 *Et assumetur ab eis maledictio ab omni transmigratio-*
ne Iehudah quæ est in Babel, dicendo, Ponat te Iehouah,
sicut Sidciiahu, & sicut Ahab quos combussit Rex Babel
igni:
23 *Eo quod fecerunt nefas in Israel, & adulterium com-*
miserunt cum vxoribus proximorum suorum, & loquuti
sunt verbum in nomine meo mendaciter, quod non præce-
pi eis: ego autem sum is qui noui illud, testisq; sum, dixit
Iehouah.
24 *Et ad Semaaiahu Nehelamiten dices his verbis.*
25 *Sic dixit Iehouah exercituum Deus Israel, dicens, Eo*
quod misisti nomine tuo literas ad vniuersum populum
qui est in Ierusalaim, & ad Sephaniah filium Maaseiah
sacerdotem, & ad vniuersos Sacerdotes, dicendo,

26 *Iehouah dedit te sacerdotem pro Iehoiada sacerdote, vt*
sitis præfecti in domo Iehouæ super omnem virum furio-
sum, & prophetantem: vt ponas eum in carcerem & in
neruum.
27 *Et nunc vtquid non increpasti Irmeiahu Anathothiten*
prophetantem vobis?

28 *Quia idcirco misit ad nos in Babel, dicendo, Longum*
est, ædificate domos, & habitate: plantate item hortos, &
comedite fructum eorum.

29 *Et legit Sephaniah sacerdos epistolam hanc in auribus*
Irmeiahu prophetæ.
30 *Fuitq; verbum Iehouæ ad Irmeiahu, dicendo,*

31 *Mitte ad vniuersam transmigrationem, dicendo, Sic*
dixit Iehouah de Semaaiah Nehelamite, Eo quod prophe-
tauit vobis Semaaiah, & ego non misi eum, & confidere
fecit vos mendacio:
32 *Idcirco sic dixit Iehouah, Ecce ego visito super Semaaiah*
Nehelamiten, & super semen eius, Non erit ei vir habitãs
in medio populi huius, neq; videbit bonum illud quod facio
populo meo, dixit Iehouah, quia verbum declinans loqu-
tus est aduersus Iehouam.

CAP. XXX.

1 *VErbum quod fuit ad Irmeiahu à Iehoua dicendo.*

2 *Sic dixit Iehouah Deus Israel, dicendo, Scribe tibi*
omnia verba quæ loquutus sum ad te, in libro quodam.

3 *Ecce enim dies veniunt, dixit Iehouah, & reducam*
captiuitatem populi mei Israel & Iehudah, dixit Iehouah,
uah, & redire faciam eos ad terram quam dedi Patribus
eorum, & possidebunt eam.

4 *Hæc sunt autem verba quæ locutus est Dominus de Is-*
rael & Iehudah,

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

5 Quoniam hæc dicit Dominus: Vocem terroris audiuimus: formido, & non est pax.

6 Interrogate, & videte si generat masculus: quare ergo vidi omnis viri manum super lumbum suum, quasi parturientis, & conuersæ sunt vniuersæ facies in auruginem?

7 * Væ, quia magna dies illa, nec est similis eius: tempusque tribulationis est Iacob, & ex ipso saluabitur.

8 Et erit in die illa, ait Dominus exercituum: conteram iugum eius de collo tuo, & vincula eius dirumpam, & non dominabuntur ei amplius alieni.

9 Sed seruient Domino Deo suo, & Dauid regi suo, quem suscitabo eis.

10 * Tu ergo ne timeas serue meus Iacob, ait Dominus, neque paueas Israel: quia ecce ego saluabo te de terra longinqua, & semen tuum de terra captiuitatis eorum: & reuertetur Iacob, & quiescet, & cunctis affluet bonis, & non erit quem formidet.

11 Quoniam tecum ego sum, ait Dominus, vt saluem te: faciam enim consummationem in cunctis Gentibus, in quibus dispersi te: te autem non faciam in consummationem: sed castigabo te in iudicio, vt non videaris tibi innoxius.

12 Quia hæc dicit Dominus: Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua.

13 Non est qui iudicet iudicium tuum ad alligandum: curationum vtilitas non est tibi.

14 Omnes amatores tui obliti sunt tui, teque non quærent: * plaga enim inimici percussi te castigatione crudeli: propter multitudinem iniquitatis tuæ dura facta sunt peccata tua.

15 Quid clamas super contritione tua? insanabilis est dolor tuus: propter multitudinem iniquitatis tuæ, & propter dura peccata tua feci hæc tibi.

16 Propterea omnes, qui comedunt te, deuorabuntur: & vniuersi hostes tui in captiuitatem ducentur: & qui te vastant, vastabuntur, cunctosque prædatores tuos dabo in prædam.

17 Obducam enim cicatricem tibi, & à vulneribus tuis sanabo te, dicit Dominus. Quia eiectam vocauerunt te Sion: Hæc est, quæ non habebat requirentem.

18 Hæc dicit Dominus: Ecce ego conuertam conuersionem tabernaculorum Iacob, & tectis eius miserebor, & ædificabitur ciuitas in excelso suo, & templum iuxta ordinem suum fundabitur.

19 Et egredietur de eis laus, voxque ludentium: & multiplicabo eos, & non minuentur: & glorificabo eos, & non attenuabuntur.

20 Et erunt filij eius sicut à principio, & cœtus eius coram me permanebit: & visitabo aduersum omnes qui tribulant eum.

21 Et erit dux eius ex eo: & princeps de medio eius producetur: & applicabo eum, & accedet ad me. quis enim iste est, qui applicet cor suum vt appropinquet mihi, ait Dominus?

22 Et eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum.

23 Ecce turbo Domini, furor egrediens, procella ruens, in capite impiorum conquiescet.

24 Non auertet iram indignationis Dominus, donec faciat & compleat cogitationem cordis sui: in nouissimo dierum intelligetis ea.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

5 *Quoniam sic dixit Dominus: Vocem terroris audiuimus, formido est, & non pax.*

6 *Interrogate nunc, & videte si generat masculus: quare vidi omnem virum habentem manus super lumbos suos tanquam parturiens, & conuersæ sunt omnes facies in auruginem?*

7 *Væ quia magna dies illa vt non sit similis: tempusque afflictionis est ipsi Iahacob, & ex ipso saluus erit.*

8 *Et erit in die illa, ait Dominus exercituum: conteram iugum eius de collo tuo, & vincula tua rumpam, & non seruient in ea vltra diis alienis.*

9 *Sed seruient Domino Deo suo, & Dauid regi suo, quem suscitabo eis.*

10 *Tu autem ne timeas serui mi Iahacob, dixit Dominus, nec paueas Israel: quia ecce ego saluificans te à longe, & semen tuum de terra captiuitatis eorum, & reuertetur Iahacob, & requiescet, & pacatus erit, & non erit qui exterreat.*

11 *Quoniam tecum ego sum, ait Dominus, vt saluum faciam te: faciam enim consummationem in cunctis gentibus in quos dispersi te: verumtamen in te non faciam consummationem, sed castigabo te in iudicio, & succidendo non succidam te.*

12 *Sic enim dixit Dominus: Fortis est contritio tua, & difficilis est plaga tua.*

13 *Non est qui iudicet iudicium tuum ad sanitatem: medicinæ curatiuæ non sunt tibi.*

14 *Omnes amatores tui obliti sunt tui, te non quærent: plaga enim inimici percussi te, castigatione crudeli: propter multitudinem iniquitatis tuæ multiplicata sunt peccata tua.*

15 *Quid clamas super contritione tua? desperatus est dolor tuus propter multitudinem iniquitatis tuæ, quia multiplicata sunt peccata tua, feci hæc tibi.*

16 *Propterea omnes, deuorantes te, deuorabuntur: & vniuersi hostes tui vniuersi ipsi in captiuitatem ibunt: & erunt diripientes te in direptionem, & cunctos prædantes te dabo in prædam.*

17 *Curabo enim sanitatem tuam, & à plagis tuis sanabo te, dixit Dominus. Quia eiectam vocauerunt te Sion: Ipsi aiunt qui requirat non est.*

18 *Sic dixit Dominus: Ecce conuerto conuersionem tabernaculorum Iahacob, & habitaculorum eius miserebor, & ædificabitur ciuitas super cumulum eius, & palatium iuxta dispositionem eius habitabitur.*

19 *Et egredietur ex eis vox gratiarum actionis, & vox ludentium, & multiplicare faciam eos, & non minuentur, & multiplicare faciam eos, & non diminuentur.*

20 *Et erunt filij eius sicut prius, & cœtus eius coram me firmabitur: & visitabo omnes qui oppresserunt eos.*

21 *Et erit fortis eius ex eo, & dominator eius de medio eius egredietur, & appropinquare faciam eum, & accedet ad me, quis enim est iste, qui dulcuerit cor suum, vt appropinquet mihi dixit Dominus?*

22 *Et eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum.*

23 *Ecce turbo Domini in furore egressus est, turbo manens, super caput impiorum manebit.*

24 *Non reuertetur ira furoris Domini, donec faciat, & donec statuat cogitationes cordis sui: in nouissimo dierum intelligetis illud.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

5 Sic ait Dominus: Vocem timoris audietis: timor,
& non est pax.
6 Interrogate, & videte, si generat masculus? & de
timore, in quo detinebunt lumbum, & salutem?
quare vidi omnem hominem, & manus eius super
lumbum eius? Versæ sunt facies in aurtuginem;
7 Quia facta est magna dies illa, & non est talis: &
tempus angustum est Iacob; & ex isto saluabitur.
8 In die illa, dixit Dominus, conteram iugum de
collo eorum: & vincula eorum dirumpam: & non
operabuntur ipsi vltra alienis:
9 Et operabuntur Domino Deo suo. Et Dauid re-
gem eorum suscitabo eis: *

* Quæ hic, & inf. desiderantur apud Septua. non habent assensu D. Hier. & licet habeantur in nõ nullis codicibus vulgatæ nunc editionis sub asteriscis, de Theodotionis editione addita esse affirmat.

(:.)

12 Sic ait Dominus. Suscitaui contritionem: dolo-
rosa est plaga tua:
13 Non est, qui iudicet iudicium tuum: in dolore
curata es: vtilitas tibi non est.
14 Omnes amici tui obliti sunt tui: non interroga-
bunt; quia plaga inimici percussi te, disciplina for-
ti super omnem iniquitatem tuam. Multiplicata
sunt peccata tua.
15 Propter multitudinem iniquitatum tuarum mul-
tiplicata sunt peccata tua: fecerunt hæc tibi.
16 Propterea omnes, qui comedunt te, deuora-
buntur: & omnes inimici tui carnem suam om-
nem comedent. * Et erunt, qui vastant te, in vasta-
tionem: & omnes, qui diripuerunt te, dabo in dire-
ptionem:

* Hæc habentur in no. te. vbi asteriscus.

17 Quia obducam curationem tuam, à plaga dolo-
rosa curabo te, ait Dominus: quia dispersa vocata
es: venatio vestra est: quia non est, qui quærat eam.
18 Sic dixit Dominus: Ecce ego reducam transmi-
grationem Iacob: & captiuitati eius miserebor. Et
ædificabitur ciuitas super altitudinem: & populos
iuxta iudicium suum sedebit.
19 Et egredientur eis canentes, vox ludentium: &
multiplicabo eos, & non minuentur:
20 Et ingredientur filij eorum, vt antea: & testi-
monia eorum ante faciem meam dirigentur. Et vi-
sitabo tribulantes eos: & erunt fortiores eius super
eos:
21 Et princeps eius ex ipso egredietur. Et congre-
gabo eos, & reuertentur ad me: quoniam quis est
iste, qui dedit cor suum reuerti ad me, dicit Do-
minus?
23 Quoniam ira Domini egressa est furoris plena: e-
gressa est ira ruens, super impios veniet.
24 Non auertetur ira furoris Domini; donec faciet
& donec constituet inceptum cordis sui. In nouissi-
mis diebus cognoscetis ea.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

5 *Quoniam sic dixit Iehouah, Vocem terroris audiui-
mus, formidinis, nec est pax.*
6 *Interrogate nunc, & videte an pariat masculus: qua-
re ergo vidi omnem virum habentem manus super lumbos
suos tanquam parturiens: & versæ sunt omnes facies in
pallorem?*
7 *Væ, quia magna est dies illa, ita vt non sit similis illi:
tempusq; afflictionis est ipsi Iaacob, & ex ipsa seruabitur.*
8 *Et erit in die illa, dixit Iehouah exercituum, conteram
iugum eius de collo tuo, & vincula tua dirumpam, & nõ
redigent illum vltra in seruitutem alieni:*
9 *Sed seruient Iehouæ Deo suo, & Dauid regi suo quem
suscitabo eis.*
10 *Tu ergo ne timeas serue mi Iaacob, dixit Iehouah, ne-
que paueas Israel: quia ecce ego saluans te à loco longin-
quo, & semen tuum de terra captiuitatis eorum: reuer-
teturq; Iaacob & requiescet, & pacatus erit, nec erit qui
exterreat:*
11 *Quoniam tecum ego sum, ait Iehouah, vt saluum fa-
ciam te. faciam autem consummationem in cunctis gen-
tibus in quas dispersi te: veruntamen ex te non faciam
consummationes, sed castigabo te in iudicio, nec succiden-
do succidam te.*
12 *Sic enim dixit Iehouah, Desperata fractura tua, diffi-
cilis plaga tua.*
13 *Non est qui iudicet iudicium tuum ad sanitatem, me-
dicina & curatio non sunt tibi.*
14 *Omnes amatores tui obliti sunt tui, te non quærent: pla-
ga enim inimici percussi te, castigatione crudeli, propter
multitudinem iniquitatis tuæ, & quod multiplicata sunt
peccata tua.*
15 *Quid clamas super contritione tua? desperatus dolor
tuus: nam propter multitudinem iniquitatis tuæ, & quia
multiplicata sunt peccata tua, feci hæc tibi.*
16 *Propterea omnes deuorãtes te deuorabuntur, & vniuersi
hostes tui, vniuersi inquam in captiuitatem ibunt: eruntq;
diripientes te in direptionem, & cunctos prædantes te dabo
in prædam.*
17 *Adducam enim sanitatem tibi, & à plagis tuis sanabo
te, dixit Iehouah: quia eiectam vocauerunt te, Sijon ipsa
est, non est requirens ipsam.*
18 *Sic dixit Iehouah, Ecce reduco captiuitatem tabernacu-
lorum Iaacob, & tabernaculorum eius miserebor: ædifica-
biturq; ciuitas super cumulum suum, & palatium secun-
dum consuetudinem suam manebit.*
19 *Et egredietur ab eis gratiarum actio & vox gauden-
tium: multiplicaboq; eos, & non imminuentur: multipli-
cabo inquam eos, nec minuentur.*
20 *Et erunt filij eius sicut prius, & cœtus eius coram me
firmabitur: & visitabo omnes qui oppresserunt illum.*
21 *Et erit fortis eius ex eo, & dominator eius de medio eius
egredietur: & appropinquare faciam eum, & accedet ad
me: quis enim est iste qui illexit cor suum vt appropinquet
mihi, dixit Iehouah?*
22 *Et eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum.*
23 *Ecce turbo Iehouæ cum furore egressus est, & turbo im-
minens super caput impiorum manebit.*
24 *Non reuertetur ira furoris Iehouæ, donec fecerit, &
donec statuerit cogitationes cordis sui: in nouissimo dierũ
intelligetis istud.*

Vulgat. Editio.

CAP. XXXI.

IN tempore illo, dicit Dominus: Ero Deus vniuersis cognationibus Israel, & ipsi erunt mihi in populum.

Hæc dicit Dominus: Inuenit gratiam in deserto populus, qui remanserat à gladio: vadet ad requiem suam Israel.

Longe Dominus apparuit mihi. Et in charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te, miserans.

Rursumque ædificabo te, & ædificaberis virgo Israel: adhuc ornaberis tympanis tuis, & egredieris in choro ludentium.

Adhuc plantabis vineas in montibus Samariæ: plantabunt plantantes, & donec tempus veniat, nõ vindemiabunt.

Isa.2.3 Mic.4.2 Quia erit dies, in qua clamabunt custodes in mõte Ephraim: * Surgite, & ascendamus in Sion ad Dominum Deum nostrum.

Quia hæc dicit Dominus: Exultate in lætitia Iacob, & hinnite contra caput Gentium: personate, & canite, & dicite: Salua Domine populum tuum reliquias Israel.

Ecce ego adducam eos de terra Aquilonis, & congregabo eos ab extremis terræ: inter quos erunt cęcus & claudus, prægnans & pariens simul, cœtus magnus reuertentium huc.

In fletu venient: & in misericordia reducam eos: & adducam eos per torrentes aquarum in via recta, & non impingent in ea: quia factus sum Israeli pater, & Ephraim primogenitus meus est.

Audite verbum Domini Gentes, & annunciate in insulis, quæ procul sunt, & dicite. Qui dispersit Israel, congregabit eum: & custodiet eum, sicut pastor gregem suum.

Redemit enim Dominus Iacob, & liberauit eum de manu potentioris.

Et venient, & laudabunt in monte Sion: & confluent ad bona Domini super frumento, & vino, & oleo, & fœtu pecorum, & armentorum: eritque anima eorum quasi hortus irriguus, & vltra non esurient.

Tunc lætabitur virgo in choro, iuuenes & senes simul: & conuertam luctum eorum in gaudium, & consolabor eos, & lætificabo à dolore suo.

Et inebriabo animam sacerdotum pinguedine: & populus meus bonis meis adimplebitur, ait Dominus.

Matt.2.18 Hæc dicit Dominus: * Vox in excelso audita est lamentationis, luctus & fletus Rachel plorantis filios suos, & nolentis consolari super eis, quia non sunt.

Hæc dicit Dominus: Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis: quia est merces operi tuo, ait Dominus: & reuertentur de terra inimici.

Et est spes nouissimis tuis, ait Dominus: & reuertentur filij ad terminos suos.

Audiens audiui Ephraim transmigrantem: Castigasti me, & eruditus sum, quasi iuuenculus indomitus: conuerte me, & conuertar: quia tu Dominus Deus meus:

Postquam enim conuertisti me, egi pœnitẽtiam: & postquam ostendisti mihi, percussi femur meũ. Confusus sum & erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. XXXI.

1 *IN tempore illo dixit Dominus: Ero in Deum vniuersis cognationibus Israel, & ipsi erunt mihi in populum.*

2 *Sic dixit Dominus: Inuenit gratiam in deserto populus euasor gladij: iuit Deus ante eum, vt requiescere faceret eum.*

3. *A longo tempore* (inquit populus) *Dominus apparuit mihi. Et Dominus ait: Charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te misericordia.*

4 *Adhuc ædificabo te, & ædificaberis virgo Israel: adhuc ornaberis tympanis tuis, & egredieris in choro ludentium.*

5 *Adhuc plantabis vineas in montibus Somron: plantabunt plantantes, & prophanabunt anno quarto secundum morem.*

6 *Quia erit dies in qua clamabunt custodes in monte Ephraim: Surgite, & ascendamus in Sijon ad Dominum Deum nostrum.*

7 *Sic enim dixit Dominus: Exultate in Iahacob lætitia, & exultate in capite Gentium: audire facite, laudate, & dicite: Saluum fac Domine populum tuum, residuum Israel.*

8 *Ecce adducam eos de terra Aquilonis, & congregabo eos de lateribus terræ, inter eos erunt cæcus, & claudus, & prægnans, & pariens simul. Cœtus magnus reuertentur huc.*

9 *Cum fletu venient: & cum misericordiis adducere faciam eos: ambulare faciam eos ad torrentes aquarum in via recta: non impingent in ea: quia ero Israeli in patrem, & Ephraim primogenitus meus erit.*

10 *Audite verbum Domini Gentes, & annunciate in insulis, quæ procul sunt, & dicite: Qui dispersit Israel, congregabit eum: & custodiet eum, sicut pastor gregem suum.*

11 *Redemit enim Dominus Iahacob, & redemit eum de manu fortioris eo.*

12 *Et venient, & laudabunt in excelso Sijon, & confluent ad bonitatem Domini super frumentum, & super vinum, & super oleum, & super filios pecorum, & boum: Eritque anima eorum quasi hortus irriguus, & non addent vt doleant amplius.*

13 *Tunc lætabitur virgo in choro, iuuenes, & senes simul, & conuertam luctum eorum in gaudium, & consolabor eos, & lætificabo eos à dolore suo.*

14 *Et inebriabo animam sacerdotum pinguedine: & populus meus bonitate mea saturabuntur, dixit Dominus.*

15 *Sic dixit Dominus: Vox in excelso* colle *audita est, ploratus, fletus amaritudinem Rachel plorans super filiis suis, renuit consolari super filiis suis, quia non sunt.*

16 *Sic dixit Dominus: Prohibe vocem tuam à fletu, & oculos tuos à lachrymis: quia est merces operi tuo, ait Dominus, & reuertentur de terra inimici.*

17 ** Et est spes nouissimo tuo, ait Dominus: & reuertentur filij ad terminum suum.*

18 *Audiendo audiui Ephraim plangentem,* & dicentem mihi: *Castigasti me, & castigatus sum vt vitulus non assuetus ferre iugum: fac me conuerti: & conuertar: quia tu es Dominus Deus meus.*

19 **Postquam enim conuersus sum, pœnituit me peccatorum meorum: & postquam ostensum est mihi percussi fæmur. Confusus sum, & erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

CAP. XXXI.

Hoc ver. in transl. ex Sept. Rom. 18 locum habet.

1 IN tempore illo, dixit Dominus, ero in Deum generi Israel: & ipsi erunt mihi in populum.

2 Sic dixit Dominus: Inueni calidum in deserto cum iis, qui perierant gladio. Ite, & nolite interficere Israel.

3 Dominus de longe apparuit ei. Dilectione perpetua dilexi te: ideo attraxi te in miseratione.

4 Quoniam ædificabo te, & ædificaberis virgo Israel: adhuc assumes tympanum tuum, & egredieris cum synagoga ludentium.

5 Quia plantastis vineas in montibus Samariæ; plantate, & laudate:

6 Quia est dies vocationis respondentium in mōtibus Ephræm. Surgite, & ascendite in Sion ad Dominum Deum vestrum.

7 Quia sic dixit Dominus ad Iacob: Lætamini, & hinnite super caput gentium: audita facite, & laudate: dicite, saluauit Dominus populum suum, residuum Israel.

8 Ecce ego adduco eos ab Aquilone: & congregabo eos ab extremo terræ in solemnitate Phasec. Et generabit filiorum turbam multam, & reuertentur huc.

9 In ploratu exierunt: & in consolatione adducam eos, diuertere faciens super fossas aquarum in via recta: & non errabunt in ea. Quoniam factus sum Israeli in patrem: & Ephræm primogenitus meus est.

10 Audite verba Domini gentes: & annunciate in insulas longinquas dicite: Qui ventilabit Israel; & congregabit eum, & custodiet eum, quasi pastor gregem suum.

11 Redemit enim Dominus Iacob, liberauit eum de manu validiorum eo.

12 Et venient, & lætabuntur in monte Sion: & venient ad bona Domini, ad terram frumenti, & vini, & fructuum, & iumentorum, & ouium: & erit anima eorum, quasi lignum fructiferum: & non esurient vltra.

13 Tunc gaudebunt virgines in synagoga iuuenum: & senes gaudebunt: & vertam luctum eorum in gaudium, & faciam eos lætantes.

14 Magnificabo, & inebriabo animam sacerdotum filiorum Leui: & populus meus bonis meis implebitur.

15 Sic dixit Dominus: Vox in Rhama audita est lamentationis, & plorationis, & fletus: Rachel deplorans noluit conquiescere super filiis suis, quia non sunt.

16 Sic dixit Dominus: Desinat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis tuis; quia est merces operibus tuis: & reuertentur de terra inimicorum:

17 Stabile filiis tuis.

18 Auditu audiui Ephræm lamentantem: Castigasti me, & sum castigatus: ego tanquam vitulus, non didici. Conuerte me, & conuertar; quia tu Dominus Deus meus:

19 Quia post captiuitatem meam egi pœnitentiam, & postquam cognoui, ingemui super diem confusionis, & ostendi tibi, quoniam accepi opprobrium ab adolescentia mea.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAP. XXXI.

1 *IN tempore illo, dixit Iehouah, ero in Deum vniuersis cognationibus Israel, & ipsi erunt mihi in populum.*

2 *Sic dixit Iehouah, Inuenit gratiam in deserto populus euasores gladij: ambulauit Deus ante eum vt requiescere faceret eum, nempe Israelem.*

3 *A longinquo tempore, inquit populus, Iehouah apparuit mihi. Et Iehouah ait, Charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te misericordia.*

4 *Adhuc ædificabo te, & ædificaberis virgo Israel: adhuc ornaberis tympanis tuis, & egredieris cum choro ludentium:*

5 *Adhuc plantabitis vineas in montibus Somron: plantabunt plantantes, & profanabunt.*

6 *Quia erit dies in qua clamabunt custodes in monte Ephraim, Surgite & ascendamus in Sion ad Iehouam Deum nostrum.*

7 *Sic enim dixit Iehouah, Exultate in Iaacob cum lætitia, & exultate in capite Gentium: auditum facite, laudate, & dicite, Saluum fac Iehoua populum tuum residuum Israel.*

8 *Ecce reducam eos de terra Aquilonis, & congregabo eos de lateribus terræ: inter eos erunt cæcus & claudus, & prægnans & pariens simul: cœtus magnus reuertentur huc.*

9 *Cum fletu venient, & cum misericordiis reducam eos: ambulare faciam eos ad torrentes aquarum per viam rectam, non impingent in ea: quia ero Israeli in patrem, & Ephraim primogenitus meus est.*

10 *Audite verbum Iehouæ Gentes, & annuntiate in insulis quæ procul sunt, & dicite, Qui dispersit Israel, congregabit eum, & custodiet eum, sicut pastor gregem suum.*

11 *Redemit enim Iehouah Iaacob, redemit inquam eum de manu fortioris eo.*

12 *Et venient, & laudabunt in excelso ipsius Sion, & cōfluent ad bonitatem Iehouæ ad frumentum, & ad vinum, & ad oleum, & ad filios pecorum, & boum: eritq́ anima eorum quasi hortus irriguus, nec addent vt doleant vltra.*

13 *Tunc lætabitur virgo in choro, iuuenes & senes simul: conuertamq́ luctum eorum in gaudium, & consolabor eos lætificaboq́ eos à dolore suo.*

14 *Et inebriabo animam Sacerdotum pinguedine, & populus meus bonitate mea saturabitur, dixit Iehouah.*

15 *Sic dixit Iehouah, Vox in excelso colle audita est, ploratus, & fletus amaritudinum: Rahel plorans super filiis suis, renuit consolari super filiis suis quia non sunt.*

16 *Sic dixit Iehouah, Prohibe vocem tuam à fletu, & oculos tuos à lachrymis: quia est merces operi tuo, ait Iehouah, reuerteturq́ de terra inimici.*

17 *Est quoque spes nouissimo tuo, ait Iehouah, & reuertentur filij tui ad terminum suum.*

18 *Audiendo audiui Ephraim plangentem, Castigasti me, & castigatus sum vt vitulus non assuetus ferre iugum: fac me conuerti, & conuertar: quia tu es Iehouah Deus meus.*

19 *Posteaquam enim conuersus sum, pœnituit me, & posteaquam ostensum est mihi, percussi femur: confusus sum & erubui: quoniam sustinui opprobrium adolescētiæ meæ.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

20 Si filius honorabilis mihi Ephraim, si puer delicatus: quia ex quo locutus sum de eo, adhuc recordabor eius. Idcirco conturbata sunt viscera mea super eum: miserans miserebor eius, ait Dominus.

21 Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines: dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulasti: reuertere virgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas istas.

22 Vsquequo deliciis dissolueris filia vaga? quia creauit Dominus nouum super terram: FEMINA CIRCVMDABIT VIRVM.

23 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Adhuc dicent verbum istud in terra Iuda, & in vrbibus eius, cum conuertero captiuitatem eorum: Benedicat tibi Dominus pulchritudo iustitiæ, mõs sanctus.

24 Et habitabunt in eo Iudas, & omnes ciuitates eius simul: agricolæ & minantes greges.

25 Quia inebriaui animam lassam, & omnem animam esurientem saturaui.

26 Ideo quasi de somno suscitatus sum: & vidi, & somnus meus dulcis mihi.

27 Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & seminabo domum Israel & domum Iuda semine hominum, & semine iumentorum.

28 Et sicut vigilaui super eos vt euellerem, & demolirer, & dissiparem, & disperderem, & affligerem, sic vigilabo super eos vt ædificem, & plantem, ait Dominus.

Ezech. 18. 2.

29 In diebus illis non dicent vltra: * Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt.

30 Sed vnusquisque in iniquitate sua morietur: omnis homo, qui comederit vuam acerbam, obstupescent dentes eius.

Hebr. 8. 8.

31 * Ecce dies venient, dicit Dominus: & feriam domui Israel & domui Iuda fœdus nouum.

32 Non secundum pactum, quod pepigi cum patribus eorum in die, qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de Terra Aegypti: pactum, quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum, dicit Dominus.

Hebr. 10. 16.

33 Sed hoc erit pactum, quod feriam cum domo Israel: post dies illos dicit Dominus: * Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam: & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum.

Act. 10. 43.

34 Et non docebit vltra vir proximum suum, & vir fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum: omnes enim cognoscent me à minimo eorum vsque ad maximum, ait Dominus: * quia propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non memorabor amplius.

35 Hæc dicit Dominus, qui dat solem in lumine diei, ordinem lunæ & stellarum in lumine noctis: qui turbat mare, & sonant fluctus eius, Dominus exercituum nomen illi.

36 Si defecerint leges istæ coram me, dicit Dominus: tunc & semen Israel deficiet, vt non sit gens coram me, cunctis diebus.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

20 Nonne filius preciosus est mihi Ephraim, nonne puer delectabilis? Quia ex eo tempore quo locutus sum cum eo, recordando recordabor eius adhuc. Idcirco sonuerunt viscera mea propter eum; miserando miserebor eius, ait Dominus.

21 Statue tibi lapidem erectum ad agnoscendum viam pone tibi cumulos altos: pone cor tuum ad semitam viam per quam ambulasti: reuertere virgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas istas.

22 Vsquequo vertes te huc, & illuc filia rebellis? quia creabit Dominus nouũ in terra: FEMINA CIRCVMDABIT VIRVM.

23 Sic dixit Dominus exercituum Deus Israel: Adhuc dicent verbum istud in terra Iehudah, & in vrbibus eius, quum conuertero captiuitatem eorum: Benedicat tibi Dominus habitaculum iustitiæ, mons sancte.

24 Et habitabunt in ea Iehudah, & omnes ciuitates eius simul, agricolæ, & proficiscentur gregatim.

25 Quia inebriare feci animam lassam, & omnem animam tristem impleui.

26 Propter hoc expergefactus sum, & vidi, & somnus meus dulcis fuit mihi.

27 Ecce dies veniunt, dixit Dominus: & seminabo domum Israel, & domum Iehudah semine hominis, & semine animalis.

28 Et erit quemadmodum sollicitus fui super eos ad euellendum, & diruendum, & excutiendum, & perdendum, & malefaciendum, sic sollicitus ero super eos ad ædificandum, & plantandum, dixit Dominus.

29 In diebus illis non dicent vltrà: Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt.

30 Sed vnusquisque propter iniquitatem suam morietur: omnis hominis qui comederit vuam acerbam, obstupescent dentes.

31 Ecce dies veniunt, dixit Dominus: & feriam cum domo Israel & cum domo Iehudah fœdus nouum.

32 Non secundum fœdus quod pepigi cum patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos è terra Ægypti: quia ipsi irritum fecerunt pactum meum, & dominatus sum eis, dixit Dominus.

33 Sed hoc erit fœdus quod feriam cum filiis Israel: post dies ipsos, dixit Dominus: Dabo legem meam in medio eorum, & in corde eorum scribam eam: & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum.

34 Et non docebunt vltrà vnusquisque amicum suum, & vnusquisque fratrem suum, dicendo: Cognoscite Dominũ: omnes enim cognoscent me à minimo eorum vsque ad maximum eorum, dixit Dominus: quia propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non memorabor amplius.

35 Sic dixit Dominus, qui dedit solem in lumine diei, statuta lunæ, & stellarum in lumine noctis: qui rupit mare, & sonarunt fluctus eius, Dominus exercituum nomen eius.

36 Si remoueri possunt statuta ista à facie mea, dixit Dominus: etiam semen Israel remoueri poterit, vt non sit gẽs coram me cunctis diebus.

Transl. ex Septuag.

20 Filius dilectus Ephræm mihi, paruulus delicatus: quia ex quo verba mea in eo; memoria memorabor eius: idcirco solicitus fui super eo; miserans miserabor eius, ait Dominus.

21 Statue te ipsam Sion, fac pœnam, da cor tuum in humeros: via, in qua ambulasti reuertere virgo Israel; reuertere in ciuitates tuas lugens.

22 Vsquequo conuerteris filia despecta? quoniam creauit Dominus salutem in plantatione noua: in salute circuibunt homines:

23 Quia sic dixit Dominus: adhuc dicent sermonẽ istum in terra Iuda, & in vrbibus eius; quando reduxero captiuitatem eius: Benedictus Dominus super iustum montem sanctum eius:

24 Et qui habitant in vrbibus Iuda, & in omni terra eius, simul cum agricola; & eleuabitur in grege.

25 Quia inebriaui omnem animam sitientem: & omnem animam esurientem saturaui.

26 Ideo expergefactus sum, & vidi: & somnus meus iucundus mihi factus est.

27 Idcirco ecce dies veniunt, ait Dominus, & seminabo Israel, & Iudam semine hominis, & semine iumenti.

28 Et erit, sicut vigilabam super eos ad destruendum, & affligendum; sic vigilabo super eos ad ædificandum, & plantandum, ait Dominus.

29 In diebus illis non dicent: patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt.

30 Sed vnusquisque in peccato suo morietur: & comedentis vuam acerbam obstupescent dentes eius.

31 Ecce dies veniunt, ait Dominus, & disponam domui Israel, & domui Iuda testamentum nouum,

32 Non iuxta testamentum quod disposui patribus eorum in die, cum apprehendi ego manum eorum ad educendum eos de terra Aegypti: quia ipsi non manserunt in testamento meo, & ego neglexi eos, ait Dominus.

33 Hoc enim est testamentum meum, quod disponam domui Israel post dies illos, ait Dominus: dans dabo leges meas in mentem eorum, & in corde eorum scribam eas: & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum.

34 Et non docebunt vnusquisque ciuem suum, & vnusquisque fratrem suum, dicens: nosce Dominum: quia omnes intelligent me à paruo eorum vsque ad magnum eorum: quoniam propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum non recordabor amplius. Si eleuatum fuerit cælum in sublime, ait Dominus, & si humiliatum fuerit pauimentum terræ deorsum; & ego non reprobabo genus Israel, dicit Dominus, pro omnibus, quæ fecerunt.

35 Sic dixit Dominus. Qui dat Solem in lumen diei, lunam & stellas in lumen noctis, & clamorem in mari, & sonuerunt fluctus eius: Dominus omnipotens nomen illi:

36 Si cessauerint leges hæ à facie mea, dicit Dominus; & genus Israel cessabit esse gens ante faciem meam cunctis diebus.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

Nunquid filius pretiosus est mihi Ephraim? nunquid puer delectabilis? tamen ex quo loquutus sum de eo, recordando recordabor eius adhuc: idcirco sonuerunt viscera mea super eum, miserando miserebor eius, ait Iehouah.

Statue tibi signa, pone tibi cumulos altos, pone cor tuũ ad semitam, viam per quam ambulasti: reuertere virgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas istas.

Vsquequo vertes te huc illuc ô filia rebellis? Quia creabit Iehouah nouum in terra: fœmina circundabit virum.

Sic dixit Iehouah exercituum Deus Israel, Adhuc dicent verbum istud in terra Iehudah & in vrbibus eius: quum conuertero captiuitatem eorum, Benedicat tibi Iehouah ô habitaculum iustitiæ, mons sancte.

Et habitabunt in ea Iehudah, & omnes ciuitates eius simul: agricolæ item, & proficiscentur cum grege suo.

Quia inebriaui animam lassam, & omnem animam tristem impleui.

Propter hoc expergefactus sum & vidi, & somnus meus dulcis fuit mihi.

Ecce dies veniunt, dixit Iehouah, & seminabo domum Israel & domum Iehudah semine hominis & semine animalis.

Et erit quemadmodum sollicitus fui super eos ad euellendum & diruendum, & destruendum, & perdendum, & affligendum: sic sollicitus ero super eos ad ædificandum & plantandum, dixit Iehouah.

In diebus illis non dicent vltrà, Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt.

Sed vnusquisque propter iniquitatem suam morietur: omnis hominis qui comederit vuam acerbam obstupescent dentes.

Ecce dies veniunt, dixit Iehouah, & feriam cum domo Israel & cum domo Iehudah fœdus nouum.

Non secundum fœdus quod pepigi cum Patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum vt educerem eos è terra Ægypti: quia ipsi irritum fecerunt pactum meum, & ego dominatus sum eis, dixit Iehouah.

Sed istud est fœdus quod feriam cum domo Israel post dies ipsos, dixit Iehouah: Dabo Legem meam in medio eorum, & in corde eorum describam eam: & ero eis in Deũ, & ipsi erunt mihi in populum.

Nec docebunt vltrà vnusquisque proximum suum, & vnusquisque fratrem suum, dicendo, Cognoscite Iehouam: omnes enim cognoscent me à minimo eorum vsque ad maximum eorum, dixit Iehouah: quia propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non recordabor amplius.

Sic dixit Iehouah, qui dedit solem in lucem diei, & statuta lunæ & stellarum in lucem noctis: qui rupit mare, & sonuerunt fluctus eius, Iehouah exercituum nomen eius.

Si amoueri possunt statuta ista à facie mea, dixit Iehouah, etiam semen Israel amoueri poterit vt non sit gens coram me cunctis diebus.

Vulgat. Editio.

37 Hæc dicit Dominus: Si mensurari potuerint cæli sursum, & inuestigari fundamenta terræ deorsum: & ego abjiciam vniuersum semen Israel propter omnia, quæ fecerunt, dicit Dominus.

38 Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & ædificabitur ciuitas Domino à turre Hananeel vsq; ad portam anguli.

39 Et exibit vltra norma mensuræ in cōspectu eius super collem Gareb: & circuibit Goatha.

40 Et omnem vallem cadauerum, & cineris, & vniuersam regionem mortis, vsque ad torrentem Cedron, & vsque ad angulum portæ equorum Orientalis, Sanctum Domini, non euelletur, & non destruetur vltra in perpetuum.

CAP. XXXII.

1 Verbum, quod factum est ad Ieremiam à Domino in anno decimo Sedeciæ regis Iuda: ipse est annus decimus octauus Nabuchodonosor.

2 Tunc exercitus regis Babylonis obsidebat Ierusalem: & Ieremias propheta erat clausus in atrio carceris, qui erat in domo regis Iuda.

3 Clauserat enim eum Sedecias rex Iuda, dicens: Quare vaticinaris, dicens. Hæc dicit Dominus: Ecce ego dabo ciuitatem istam in manus regis Babylonis, & capiet eam?

4 Et Sedecias rex Iuda non effugiet de manu Chaldæorum: sed tradetur in manus regis Babylonis: & loquetur os eius cum ore illius, & oculi eius oculos illius videbunt.

5 Et in Babylonem ducet Sedeciam: & ibi erit donec visitem eum, ait Dominus, si autem dimicaueritis aduersum Chaldæos, nihil prosperum habebitis.

6 Et dixit Ieremias: Factum est verbum Domini ad me, dicens:

7 Ecce Hanameel filius Sellum patruelis tuus veniet ad te, dicens: Eme tibi agrum meum, qui est in Anathoth; tibi enim competit ex propinquitate vt emas.

8 Et venit ad me Hanameel filius patrui mei secūdum verbum Domini ad vestibulū carceris, & ait ad me: Posside agrum meum, qui est in Anathoth in terra Beniamin: quia tibi competit hæreditas: tu propinquus es vt possideas. Intellexi autē quod verbum Domini esset.

9 Et emi agrum ab Hanameel filio patrui mei, qui est in Anathoth: & appendi ei argentum septem stateres, & decem argenteos.

10 Et scripsi in libro, & signaui, & adhibui testes: & appendi argentum in statera.

11 Et accepi librum possessionis signatum, & stipulationes, & rata, & signa forinsecus.

12 Et dedi librum possessionis Baruch filio Neri filij Maasiæ in oculis Hanameel patruelis mei, in oculis testium, qui scripti erant in libro emptionis, & in oculis omnium Iudæorum, qui sedebant in atrio carceris.

13 Et præcepi Baruch coram eis, dicens:

14 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Sume libros istos, librum emptionis hunc signatum, & librum hunc, qui apertus est· & pone illos in vase fictili, vt permanere possint diebus multis.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

37 *Sic dixit Dominus: Si metiri possunt cæli sursum, & inuestigari fundamenta terræ deorsum: etiam ego abiiciā omne semen Israel propter omnia quæ fecerunt, dixit Dominus.*

38 *Ecce dies veniunt, dixit Dominus, & ædificabitur ciuitas Domino à turre Chananeel vsque ad portam anguli.*

39 *Et exibit vltra filum mensuræ coram eo super collem Ghareb, & circuibit Ghobath.*

40 *Et omnem vallem cadauerum, & cinerem, & vniuersas regiones vsque ad torrentem Chidron vsque ad angulum portæ equorum ad orientem, Sanctitas Domino, non euelletur, neque destruetur vltra in sæculum.*

CAP. XXXII.

1 *Verbum quod fuit ad Irmeiahu à Domino anno decimo Sidchiiahu regis Iehudah: Ipse est annus octauus decimus anni Nebuchadnesar.*

2 *Et tunc exercitus regis Babel, obsidebat Ierusalaim, & Irmeiahu propheta erat clausus in atrio custodiæ, quæ erat in domo regis Iehudah.*

3 *Clauserat enim eum Sidchiiahu rex Iehudah, dicendo: Quare tu vaticinaris, dicendo: Sic dixit Dominus: ecce ego do ciuitatem istam in manum regis Babel, & capiet eam?*

4 *Et Sidchiiahu rex Iehudah non euadet de manu Chasdim: sed tradendo tradetur in manum regis Babel, & loquetur os eius cum ore illius, & oculi eius oculos illius videbunt.*

5 *Et in Babel ire faciet Sidchiiahu, & ibi erit, donec visitem eum dixit Dominus. Si dimicaueritis cum Chasdim, non prosperabimini.*

6 *Et dixit Irmeiahu. Fuit verbum Domini ad me, dicendo.*

7 *Ecce Chanamel filius Sallum patruelis tuus venit ad te dicendo. Eme agrum meum, qui est in Hanathoth, quia tuus est iudicio redemptionis, vt emas.*

8 *Et venit ad me Chanamel filius patrui mei iuxta verbum Domini ad atrium custodiæ, & ait ad me. Eme quæso agrum meum, qui est in Hanathoth, quæ est in terra Biniamin, quia tuum est iure hæreditario, & tua est redemptio: eme tibi. Et cognoui, quòd verbum Domini esset.*

9 *Et emi agrum à Chanamel filio patrui mei qui est in Hanathoth, & appendi ei argentum septem sicalim, & decem argenteos.*

10 *Et scripsi in libro, & signaui, & testificari feci testes, & appendi argentum in statera.*

11 *Et accepi librum emptionis signatum, & librum apertum, & librum conditionum venditionis secundum præceptum Legis & consuetudinum in vendendo, & emendo fi ictus.*

12 *Et dedi librum emptionis Baruch filio Neriiah filio Machaseiah in oculis Chanamel patruelis mei, & in oculis testium, qui scripti erant in libro emptionis, in oculis omnium Iehudæorum qui manebant in atrio custodiæ.*

13 *Et præcepi Baruch in oculis eorum dicendo.*

14 *Sic dixit Dominus exercituum Deus Israel. Tolle libros istos, librum emptionis hunc, & signatum, & librum apertum hunc, & pones eos in vase fictili, vt stent diebus multis.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & ædificabitur ciuitas Domino à turri Anameel vsque ad portam anguli,

Et exibit dimensio eius contra eos vsque ad colles Gareb: & circumdabitur in circuitu ex electis lapidibus:

Et omnes Asaremoth vsque ad Nachal Cedron, vsque ad angulum portæ equorum Orientis. Sanctificium Domino: & nequaquam vltra deficiet, & non destruetur vsque in sæculum.

CAP. XXXII.

In hac transl. ex Septuag. Rom. caput hoc est 39.

VErbum, quod factum est à Domino ad Hieremiam in anno decimo regni Sedeciæ: hic est annus octauus decimus regi Nabuchodonosor regni Babylonis.

Et virtus regis Babylonis vallum fecit super Hierusalem: & Hieremias custodiebatur in atrio carceris, qui est in domo regis:

In quo clauserat eum rex Sedecias, dicens: Quare tu prophetas? dicens: Sic dixit Dominus: Ecce ego do ciuitatem istam in manibus regis Babylonis, & capiet eam:

Et Sedecias non saluabitur de manu Chaldæorum: quia traditione tradetur in manus regis Babylonis: & loquetur os ipsius ad os eius; & oculi ipsius oculos illius videbunt:

Et intrabit Sedecias in Babylonem, & ibi demittet se.

Et Verbum Domini factum est ad Hieremiã, dicens:

Ecce Anameel filius Salom fratris patris tui venit ad te, dicens: Posside tibi agrum meum, qui in Anathoth, quia tibi iudicium est accipere in possessionem.

Et venit ad me Anameel filius Salom fratris patris mei in atrium carceris, & dixit: Posside tibi agrum meum, qui in terra Beniamin, qui in Anathoth: quia tibi iudicium est possidere eum, & tu es senior. Et cognoui, quia verbum Domini est:

Et possedi agrum Anameel filij fratris mei, & appendi ei septem siclos & decem argenti:

Et scripsi in libello, & sigillaui: & contestatus sum testes: & appendi argentum in statera.

Et sumpsi libellum possessionis obsignatum,

Et dedi illum Baruch filio Neriæ filio Maasiæ ante oculos Anameel filij fratris patris mei, & ante oculos virorum, qui adstiterant, & scripserant in libello possessionis, & ante oculos Iudæorum, qui in atrio carceris:

Et præcepi Baruch ante oculos eorum, dicens:

Sic dixit Dominus omnipotens: Sume librum possessionis istum, & librum, qui lectus est: & pones illum in vase testaceo; vt permaneat dies plures.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

37 *Sic dixit Iehouah, Si mensurari possint cæli sursum, & inuestigari fundamenta terræ deorsum, etiam ego abiiciã vniuersum semen Israel propter omnia quæ fecerunt, dixit Iehouah.*

38 *Ecce dies veniunt, dixit Iehouah, & ædificabitur ciuitas ipsi Iehouæ à turre Hananeel vsque ad portam anguli.*

39 *Et exibit vltra filum mensuræ coram eo super collem Gareb, & circuibit Goath,*

40 *Et totam vallem cadauerum, & cineris locum, & vniuersas regiones vsque ad torrentem Cidron, & vsque ad angulum portæ equorum ad Orientem, sanctitas ipsi Iehouæ erunt: non euelletur neque destruetur vltra in seculum.*

CAP. XXXII.

1 *VErbum quod fuit ad Irmeiahu à Iehoua anno decimo Sidciiahu regis Iehudah: ipse est annus decimusoctauus Nebuchadnesar.*

2 *Tunc autem exercitus regis Babel obsidebat Ierusalaim, & Irmeiahu propheta erat inclusus in atrio custodiæ, quæ erat in domo regis Iehudah:*

3 *Incluserat enim eum Sidciiahu rex Iehudah, dicendo, Quare tu vaticinaris, dicendo, Sic dixit Iehouah, Ecce ego trado ciuitatem istam in manum regis Babel, & capiet eam?*

4 *Et Sidciiahu rex Iehudah non euadet de manu Chasdim: sed tradendo tradetur in manum regis Babel, loqueturq́ os eius cum ore illius, & oculi eius oculos illius videbunt.*

5 *Et in Babel ire faciet Sidciiahu, ibique erit donec visitauero eum, dixit Iehouah. si dimicaueritis cum Chasdim, non prosperè vobis cedet.*

6 *Et dixit Irmeiahu, Fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,*

7 *Ecce Hanameel filius Sallum patrui tui venit ad te, dicendo, Eme tibi agrum meum, qui est in Anathoth: quia tuum est iure redemptionis, vt emas.*

8 *Venit ergo ad me Hanameel filius patrui mei iuxta verbum Iehouæ ad atrium custodiæ, & ait ad me, Eme quæso agrum meum qui est in Anathoth, qui est in terra Biniamin: quia tuum est iure hæreditario, & tua est redemptio, eme tibi. tunc cognoui quòd verbum Iehouæ esset.*

9 *Emi itaque agrum ab Hanameel filio patrui mei qui erat in Anathoth, & appendi ei argentum septem sicalim, & decem argenteos:*

10 *Et scripsi in libro, & signaui, testificariq́ feci testes, & appendi argentum in statera:*

11 *Accepi posthac librum emptionis illius signatum secundum præceptum & consuetudines Legis, & librum apertum.*

12 *Et dedi librum emptionis Baruch filio Neriiah filio Mahseiah in oculis Hanameel patruelis mei, & in oculis testium qui scripti erant in libro emptionis, in oculis inquam omnium Iehudæorum qui manebant in atrio custodiæ.*

13 *Et præcepi Baruch in oculis eorum, dicendo,*

14 *Sic dixit Iehouah exercituum, Deus Israel, Tolle libros istos, librum emptionis hunc, & signatum, & librum apertum hunc: & pone eos in vase fictili, vt stent diebus multis.*

Vulgat. Editio.

15 Hæc enim dicit Dominus exercituum Deus Israel: Adhuc possidebuntur domus, & agri, & vineæ in terra ista.

16 Et oraui ad Dominum, postquam tradidi librũ possessionis Baruch filio Neri, dicens:

17 Heu, heu, heu, Domine Deus: ecce tu fecisti cælum & terram in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extento: non erit tibi difficile omne verbum.

*Exo.34.7.

18 * Qui facis misericordiam in millibus, & reddis iniquitatem patrum in sinum filiorum eorum post eos: Fortissime, magne, & potens, Dominus exercituum nomen tibi.

19 Magnus consilio, & incomprehensibilis cogitatu: cuius oculi aperti sunt super omnes vias filiorũ Adam vt reddas vnicuique secundum vias suas, & secundum fructum adinuentionum eius.

20 Qui posuisti signa & portenta in terra Aegypti vsque ad diem hanc, & in Israel, & in hominibus, & fecisti tibi nomen sicut est dies hæc.

21 Et eduxistis populum tuum Israel de terra Aegypti, in signis, & in portentis, & in manu robusta, & in brachio extento, & in terrore magno.

22 Et dedisti eis terram hanc, quam iurasti patribus eorum vt dares eis terram fluentem lacte & melle.

23 Et ingressi sunt, & possederunt eam: & non obedierunt voci tuæ, & in lege tua non ambulauerũt: omnia quæ mandasti eis vt facerent, non fecerunt: & euenerunt eis omnia mala hæc.

24 Ecce munitiones extructæ sunt aduersum ciuitatem vt capiatur: & vrbs data est in manus Chaldæorum, qui præliantur aduersus eam à facie gladij, & famis, & pestilentiæ: & quæcumque locutus es acciderunt, & tu ipse cernis.

25 Et tu dicis mihi Domine Deus: Eme agrum argento, & adhibe testes: cum vrbs data sit in manus Chaldæorum?

26 Et factum est verbum Domini ad Ieremiam, dicens:

27 Ecce ego Dominus Deus vniuersæ carnis: numquid mihi difficile erit omne verbum?

28 Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego tradam ciuitatem istam in manus Chaldæorum, & in manus regis Babylonis, & capient eam.

29 Et venient Chaldæi prælîates aduersum vrbem hanc, & succendent eam igni & comburent eam, & domos, in quarum domatibus sacrificabant Baal, & libabant diis alienis libamina ad irritandum me.

30 Erant enim filij Israel, & filij Iuda iugiter facientes malum in oculis meis ab adolescentia sua: filij Israel qui vsque nunc exacerbant me in opere manuum suarum, dicit Dominus.

31 Quia in furore & in indignatione mea facta est mihi ciuitas hæc, à die qua ædificauerunt eam, vsque ad diem istam, qua auferetur de conspectu meo.

32 Propter malitiam filiorum Israel, & filiorum Iuda, quam fecerunt ad iracundiam me prouocãtes, ipsi & reges eorum, principes eorum, & sacerdotes eorum, & prophetæ eorum, viri Iuda & habitatores Ierusalem.

33 Et verterunt ad me terga & non facies: cum docerem eos diluculo, & erudirem, & nollent audire vt acciperent disciplinam.

*4.Re.21.4.

34 * Et posuerunt idola sua in domo, in qua inuocatum est nomen meum, vt polluerent eam.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

15 *Sic enim dixit Dominus exercituum Deus Israel: Adhuc possidebuntur domus, & agri, & vineæ in terra ista.*

16 *Et oraui ad Dominum, postquam dedi librum emptionis Baruch filio Neriiah dicendo.*

17 *Ahah Domine Deus: ecce tu fecisti cælum, & terram potentia tua magna, & brachio tuo extento: non est absconditum à te quicquam.*

18 *Qui facis misericordiam in millibus, & reddis pœnam iniquitatis patrum in sinum filiorum eorum post eos: Deus magnus, potens, Dominus exercituum nomen eius.*

19 *Magnus consilio, & multus opere, quia oculi tui aperti sunt super omnes vias filiorum hominum, vt des vnicuique secundum vias suas, & secundum fructum operũ suorum.*

20 *Qui posuisti signa, & portenta in terra Ægypti vsque ad diem hanc, & in Israel, & in homine, & fecisti tibi nomen secundum diem hanc.*

21 *Et eduxisti populum tuum Israel è terra Ægypti signis, & portentis, & manu robusta, & brachio extento, & terrore magno.*

22 *Et dedisti eis terram hanc super quam iurasti patribus eorum, vt dares eis terram fluentem lacte, & melle.*

23 *Et ingressi sunt, & possederunt eam, & non audierunt voci tuæ, & in lege tua non ambulauerunt. Omnia quæ præcepisti eis, vt facerent, non fecerunt: & euenit eis omne malum hoc.*

24 *Ecce arietibus ingrediuntur ciuitatem ad capiendam eam, & vrbs dabitur in manu Chasdim, qui præliantur aduersus eam propter gladium, & famem, & pestilentiam. Et quod locutus es erit, & ecce tu cernis.*

25 *Et tu dixisti mihi Domine Deus: Eme tibi agrum argento, & testificare fac testes, & vrbs dabitur in manu Chasdim?*

26 *Et fuit verbum Domini ad Irmeiahu dicendo.*

27 *Ecce sum Dominus Deus vniuersæ carnis: numquid à me celabitur quicquam?*

28 *Propterea sic dixit Dominus: Ecce tradam ciuitatem istam in manum Chasdim, & in manum Nebuchadnesar regis Babel, & capiet eam.*

29 *Et venient Chasdim, qui præliantur aduersum vrbem hanc, & succendent ciuitatem hanc igni, & comburent eam, & domos super quarum adoleuerunt tecta ipsi Bahal, & libauerunt libamina diis alienis, vt irasci facerent me.*

30 *Faciebant enim filij Israel, & filij Iehudah profecto malum in oculis meis ab adolescentia sua, quia filij Israel profecto irasci faciebant me opere manuum suarum, dixit Dominus.*

31 *Quia in furore meo, & in ira mea fuit mihi ciuitas hæc à die qua ædificauerunt eam, vsque ad diem hanc, vt auferre faciam eam à facie mea.*

32 *Propter omnem malitiam filiorum Israel, & filiorum Iehudah quam fecerunt, vt irasci facerent me, ipsi, reges eorum, principes eorum, sacerdotes eorum, & prophetæ eorum, & viri Iehudah, & habitatores Ierusalaim.*

33 *Et verterunt à me ceruicem, & non faciem, & quum docerem eos, mane surgendo, & docendo, non audiebant, vt acciperent disciplinam.*

34 *Et posuerunt abominationes suas in domo, in qua inuocatum est nomen meum, vt polluerent eam.*

Transl. ex Septuag.

15 Quia hæc dixit Dominus: Adhuc possidebuntur
agri,& domus,& vineæ in terra hac.

16 Et oraui ad Dominum, postquam dedi librum
possessionis ad Baruch filium Neriæ,dicens:
17 O qui es Domine tu fecisti cælum,& terram for-
titudine tua magna,& brachio tuo excelso,& sub-
limi non abscondetur à te quicquam:

18 Qui facis misericordiam in millia,& reddis pec-
cata patrum in sinus filiorum eorum post eos.Deus
magnus,fortis,

19 Dominus magni consilij, & potens operibus,
Deus magnus omnipotens & magni nominis Do-
minus.Oculi tui ad vias filiorum hominum,vt des
vnicuique iuxta viam eius.
20 Qui fecisti signa, & prodigia in terra Ægypto
vsque in diem hanc,& in Israel,& in terrigenis,&
fecisti tibi nomen, sicut dies hæc:
21 Et eduxisti populum tuum Israel de terra Ægy-
pti in signis, & in prodigijs in manu valida, & in
brachio excelso,& in visionibus magnis:
22 Et dedisti eis terram hanc,quam iurasti patribus
eorum, terram fluentem lac,& mel:

23 Et intrauerunt,& acceperunt eam:& non audie-
runt vocem tuam, & in præceptis tuis non ambu-
lauerunt:omnia, quæ mandaræs eis, non fecerunt,&
fecerunt,vt euenirent tibi mala hæc.

24 Ecce turba venit ad ciuitatem, ad capiendam
eam:& vrbs data est in manus Chaldæorum, qui
oppugnant eam à facie gladij,& famis,sicut loqu-
tus es,ita factum est.

25 Et tu dicis ad me:acquire tibi agrum argento:&
scripsi librum,& obsignaui & contestatus sum te-
stes:& vrbs data est in manus Chaldæorum.
26 Et factum est verbum Domini ad me dicens:

27 Ego Dominus Deus vniuersæ carnis:numquid à
me abscondetur quicquam?
28 Propterea sic dixit Dominus Deus Israel:Data tra-
detur ciuitas ista in manus regis Babylonis, & ca-
piet eam:
29 Et venient Chaldæi oppugnantes super ciuita-
tem istam,& succendent vrbem hanc igne, & com-
burent domos, in quibus adolebant super tecta ea-
rum Baal,& libabant libamina Dijs alienis,ad exa-
cerbandum me:
30 Quia fuerunt filij Israel, & filij Iuda soli facien-
tes malum ante oculos meos ab adolescentia sua:

31 Quia super iram meam,& super furorem meum
fuit ciuitas hæc:ex qua die ædificauerunt eam, &
vsque ad diem hanc, ad amouendam eam à facie
mea.
32 Propter omnes nequitias filiorum Israel,& Iuda,
quæ fecerunt ad exacerbandum me, ipsi, & reges
eorum & principes eorum,& sacerdotes eorum,&
prophetæ eorum,viri Iuda & habitatores Hierusa-
lem,
33 Et auerterunt ad me dorsum, & non faciem. Et
docui eos diluculo, & non audierunt vltra accipe-
re disciplinam:
34 Et posuerunt inquinamenta sua in domo, in
qua inuocatum est nomen meum in ea,in immun-
ditijs suis:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

Sic enim dixit Iehouah exercituum Deus Israel, Ad-
huc possidebuntur domus & agri atque vineæ in terra
ista.
Et oraui Iehouam postquam dedi librum emptionis Ba-
ruch filio Neriiah, dicens,
Ah ah Domine Iehouah, ecce tu fecisti cælum & terram
[illegible] magna, & brachio tuo extento: nec est ab-
sconditum à te quicquam.

Qui facis misericordiam in millibus & reddis iniqui-
tatem patrum in sinum filiorum eorum post eos, o Deus
magne, potens Iehouah exercituum nomen eius.

Magnus consilio, & multus opere. Cuius oculi aperti
sunt super omnes vias filiorum hominum, vt des vnicui-
que secundum vias suas, & secundum fructum operum
suorum.
Qui posuisti signa & portenta in terra Ægypti vsque
ad diem hanc, & in Israel, & in homine, & fecisti tibi
nomen secundum diem hanc.
Et eduxisti populum tuum Israel è terra Ægypti signis,
& portentis, & manu valida, & brachio extento, & ter-
rore magno.
Et dedisti eis terram hanc istam quam iurasti patribus
eorum quod dares eis, terram fluentem lacte & melle.

Et ingressi sunt, & possederunt eam: & tamen non obe-
dierunt voci tuæ, neque in lege tua ambulauerunt: omnia
quæ præcepisti eis vt facerent, non fecerunt: propterea
[illegible] fecisti eis vniuersum malum [illegible].

Ecce arietes ingressi sunt ciuitatem ad capiendam
eam, & vrbs data est in manum Chaldæorum pugnantium ad-
uersus eam: propter gladium & famem & pestilentiam:
& quod loquutus es, fuit, & ecce tu cernis.

Tu autem dixisti mihi Domine Iehouah, Eme tibi agrum
argento, & [illegible] testes. & tamen vrbs tradita est
in manum [illegible].
Et fuit verbum Iehouæ ad Irmeiahu, dicendo,

Ecce sum Iehouah Deus vniuersæ carnis: numquid à
me celabitur quicquam?
Propterea sic dicit Iehouah, Ecce trado ciuitatem illam
in manum Chaldæorum atque in manum Nebuchadnesar Re-
gis Babel, & capiet eam.
Et venient Chaldæi qui præliantur aduersum vrbem
hanc, & succendent ciuitatem illam igni, & comburent
eam, [illegible] adoleuerunt ipsi Baal,
& libauerunt libamina dijs alienis vt ad iracundiam
prouocarent me.
Quia fecerunt filij Israel & filij Iehudah profecto
malum in oculis meis ab adolescentia sua: quia [illegible]
[illegible] profecto ad iracundiam prouocauerunt me opere
manuum suarum, ait Iehouah.
Quia in furore meo & in ira mea fuit mihi ciuitas hæc
à die qua ædificauerunt eam, vsque ad diem hanc vt au-
ferre [illegible] à facie mea:

Propter omnem malitiam filiorum Israel, & filiorum
Iehudah quam fecerunt vt irritarent me, ipsi, Reges eo-
rum, Principes eorum, sacerdotes eorum, & Prophetæ eo-
rum, & viri Iehudah, & habitatores Ierusalaim.

Et verterunt mihi ceruicem, & non faciem: & quum
docerem eos mane surgendo, & docendo, non audierunt vt
reciperent disciplinam.
Sed posuerunt abominationes suas in domo super quam
inuocatum est nomen meum, vt pollueren eam.

Vulgat. Editio.

35 Et ædificauerunt excelsa Baal quæ sunt in valle filij Ennom vt initiarent filios suos, & filias suas Moloch: quod non mandaui eis, nec ascendit in cor meum vt facerent abominationem hanc, & in peccatum deducerent Iudam.

36 Et nunc propter ista, hæc dicit Dominus Deus Israel ad ciuitatem hanc, de qua vos dicitis quod tradetur in manus regis Babylonis in gladio, & in fame, & in peste.

37 Ecce ego congregabo eos de vniuersis terris, ad quas eieci eos in furore meo, & in ira mea, & in indignatione grandi: & reducam eos ad locum istum, & habitare eos faciam confidenter.

38 Et erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum.

39 Et dabo eis cor vnum, & viam vnam, vt timeant me vniuersis diebus: & bene sit eis, & filijs eorum post eos.

40 Et feriam eis pactum sempiternum & non desinam eis benefacere: & timorem meum dabo in corde eorum vt non recedant à me.

41 Et lætabor super eis, cum bene eis fecero: & plantabo eos in terra ista in veritate in toto corde meo, & in tota anima mea.

42 Quia hæc dicit Dominus: Sicut adduxi super populum istum omne malum hoc grande: sic adducam super eos omne bonum, quod ego loquor ad eos.

43 Et possidebuntur in terra ista de qua vos dicitis quod deserta sit, eo quod non remanserit homo & iumentum, & data sit in manus Chaldæorum.

44 Agri ementur pecunia & scribentur in libro, & imprimetur signum, & testis adhibebitur in terra Beniamin, & in circuitu Ierusalem in ciuitatibus Iuda, & in ciuitatibus montanis, & in ciuitatibus campestribus, & in ciuitatibus quæ ad Austrum sunt: quia conuertam captiuitatem eorum, ait Dominus.

CAP. XXXIII.

1 ET factum est verbum Domini ad Ieremiam secundo, cum adhuc clausus esset in atrio carceris dicens:

2 Hæc dicit Dominus qui facturus est, & formaturus illud, & paraturus, Dominus nomen eius.

3 Clama ad me, & exaudiam te: & annunciabo tibi grandia, & firma quæ nescis.

4 Quia hæc dicit Dominus Deus Israel ad domos vrbis huius, & ad domos regis Iuda quæ destructa sunt, & ad munitiones, & ad gladium.

5 Venientium vt dimicent cum Chaldæis, & impleant eas cadaueribus hominum, quos percussi in furore meo & in indignatione mea, abscondens faciem meam à ciuitate hac propter omnem malitiam eorum.

6 Ecce ego obducam eis cicatricem & sanitatem & curabo eos: & reuelabo illis deprecationem pacis & veritatis.

7 Et conuertam conuersionem Iuda, & conuersionem Ierusalem & ædificabo eos sicut a principio.

8 Et emundabo illos ab omni iniquitate sua, in qua peccauerunt mihi: & propitius ero cunctis iniquitatibus eorum, in quibus dereliquerunt mihi, & spreuerunt me.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

35 Et ædificauerunt [illegible] Himnom, ut transire facerent filios [illegible] Moloch, quod non præcepi [illegible] abominationem [illegible]

36 Et nunc propterea [illegible] ciuitatem [illegible] de qua [illegible] in gladio, & fame, & peste.

37 Ecce congregabo eos de [illegible] terris ad quas [illegible] in furore meo, & in ira [illegible] faciam eos ad locum istum, & habitare [illegible] dentes.

38 Et erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum.

39 Et dabo eis cor vnum, & viam [illegible] omnibus diebus: [illegible] eorum [illegible]

40 Et feriam cum eis pactum sempiternum [illegible]

41 Et gaudebo super eos benefaciendo eis, [illegible] in terra hac in veritate, toto corde meo, & tota anima mea.

42 Quia sic dicit Dominus: [illegible] illum omne malum [illegible] omne bonum quod loquor super eos.

43 Et possidebitur [illegible] deserta est, ut non sit homo, & iumentum, data est [illegible] manu Chasdim.

44 Agros argento ement, & scribet in libro, [illegible] testificari faciet testes in terra Biniamin, & in circuitu [illegible] tibus montanis, & in ciuitatibus campestribus, & in ciuitatibus [illegible] captiuitatem eorum dicit Dominus.

CAP. XXXIII.

1 ET fuit verbum Domini ad Ieremiam [illegible] se adhuc erat clausus in atrio [illegible]

2 Sic dicit Dominus qui [illegible] Dominus [illegible]

3 Clama ad me, & respondebo tibi, & annunciabo tibi [illegible]

4 Si[c] enim dicit Dominus Deus Israel [illegible] domos [illegible] ius, & ad domos Regum Iehudah, [illegible] sunt [illegible]

5 [illegible] nem malitiam eorum.

6 Ecce [illegible] sanitatem, & [illegible] nam, & curabo eos: & reuelabo eis multitudinem [illegible]

7 [illegible]

8 [illegible]

Tranfl. ex Septuag.

35 Et ædificarunt aras Baal, quæ in valle filij Ennom, ad offerendos filios suos, & filias suas Moloch regi: quæ non pręcepi eis, nec ascendit in cor meum ad faciendum abominationem istam, & ad faciendum peccare Iudam.

36 Et nunc sic dixit Dominus Deus Israel super ciuitatem, quam tu dicis: Tradetur in manus regis Babylonis in gladio, & in fame, & amissione.

37 Ecce ego congrego eos ex vniuersa terra, quo dispersi eos illuc in ira mea, & furore meo, & in irritatione magna. Et conuertam eos in locum istum, & sedere eos faciam confidentes:

38 Et erunt mihi in populum: & ego ero eis in Deum.

39 Et dabo eis viam aliam, & cor aliud, vt timeant me omnibus diebus, & in bonum ipsis, & filijs eorum post eos.

40 Et disponam eis testamentum æternum, quod non auertam à post eos: & timorem meum dabo in cor eorum, vt non recedant ipsi à me:

41 Et visitabo ad bene faciendum eis: & plantabo eos in terra ista in fide, & in omni corde meo, & in omni anima.

42 Quia sic dixit Dominus: Sicut induxi super populum istum omnia mala magna hęc; sic ego inducam super eos omnia bona, quæ loquutus sum super eos.

43 Et possidebuntur adhuc agri in terra, de qua tu dicis, inuia erit ab hominibus, & à pecore, & traditi sunt in manus Chaldæorum.

44 Et possidebuntur agri in argento. Et scribes librum, & obsignabis, & contestaberis testes in terra Beniamin, & in circuitu Hierusalem, & in ciuitatibus Iuda, & in ciuitatibus montis, & in ciuitatibus ipsius Sephela; & in ciuitatibus Nageb: quia redire faciam transmigrationes eorum.

CAP. XXXIII.

1 ET factum est verbum Domini ad Hieremiam secundo (& ipse erat adhuc ligatus in atrio carceris) dicens:

Hoc caput Quadragesimum locum tibi vēdicat in translat. ex Septu. Rom.

2 Sic dixit Dominus faciens terram, & formans eam, ad erigendam eam: Dominus nomen illi.

3 Clama ad me, & respondebo tibi: & annunciabo tibi magna, & fortia, quæ non nosti ea.

4 Quia sic dixit Dominus de domibus vrbis huius, & de domibus regis Iuda, quæ destructæ sunt in valla, & propugnacula.

5 Ad pugnandum aduersus Chaldæos, & implendam eam cadaueribus hominum, quos percussi in ira mea, & in furore meo: & auerti faciem meam ab eis pro omnibus malitijs eorum.

6 Ecce ego adduco ei cicatricem, & sanitatem: & demonstrabo eis, & curabo eam, & faciam etiam pacem & fidem:

7 Et reducam transmigrationem Iuda, & transmigrationem Israel: & ædificabo eos, sicut & antea;

8 Et mundabo eos ab omnibus iniquitatibus eorum, quibus peccauerunt mihi, & non recordabor peccatorum eorum, quibus peccauerunt mihi, & recesserunt à me.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

35 *Et ædificauerunt excelsa Baal, quæ sunt in valle filij Hinnom, vt transire facerent filios suos & filias suas ipsi Molech: quod non præcepi eis, nec ascendit in cor meum, vt facerent abominationem hanc, vt peccare facerent Iehudah.*

36 *Nunc autem propterea sic dixit Iehouah Deus Israel ad ciuitatem hanc de qua vos dicitis, Tradetur in manum Regis Babel gladio, & fame, & peste:*

37 *Ecce ego congrego eos de vniuersis terris ad quas eieci eos in furore meo, & in ira mea, & in indignatione grandi: redireq́; faciam eos ad locum istum, & habitare faciam eos confidenter.*

38 *Et erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum.*

39 *Et dabo eis cor vnum, & viam vnam, vt timeant me cunctis diebus: vt bene sit eis & filiis eorum post eos.*

40 *Feriam quoque cum eis pactum sempiternum, quod non reuertar à tergo eorum vt benefaciam eis: & timorem meum dabo in corde eorum vt non recedant à me.*

41 *Et lætabor super eos benefaciendo eis, plantaboq́; eos in terra hac in veritate, toto corde meo, & tota anima mea.*

42 *Quoniam sic dixit Iehouah, Sicut induxi super populum istum omne malum grande hoc: sic inducam super eos omne bonum quod loquor super eos.*

43 *Et possidebitur ager in terra ista, de qua vos dicitis, Deserta est absque homine & iumento, tradita est in manum Chasdim:*

44 *Agros argento ement, & scribent in libro, & signabunt, & testificari facient testes in terra Biniamin, & in circuitu Ierusalaim, & in ciuitatibus Iehudah, & in ciuitatibus montanis, & in ciuitatibus campestribus, & in ciuitatibus quæ sunt ad Austrum: quia redire faciam captiuitatem eorum, dixit Iehouah.*

CAP. XXXIII.

1 *ET fuit verbum Iehouæ ad Irmeiahu secundo, (ipse autem adhuc erat clausus in atrio custodiæ) dicendo,*

2 *Sic dixit Iehouah qui facit eam, Iehouah qui format eam vt stabiliat illam, Iehouah nomen eius.*

3 *Clama ad me, & respondebo tibi, & annuntiabo tibi grandia & fortia quæ non nosti:*

4 *Sic enim dixit Iehouah Deus Israel ad domos vrbis huius, & ad domos Regum Iehudah, quæ destructæ sunt arietibus & securibus:*

5 *Eo quod habitatores earum venerunt vt dimicarent cum Chasdim, ad implendum eas domos cadaueribus hominum quos percutere feci in furore meo & ira mea: & quia abscondi faciem meam à ciuitate hac, propter omnem malitiam eorum.*

6 *Ecce ego curo ipsi Ierusalaim sanitatem, & medicinam, & curabo eos: & reuelabo eis multitudinem pacis & veritatis.*

7 *Et redire faciam captiuitatem Iehudah, & captiuitatem Israel: & ædificabo eos sicut in principio.*

8 *Et emundabo illos ab omni iniquitate sua qua peccauerunt contra me: & parcam omnibus iniquitatibus eorum quibus peccauerunt contra me, & quibus præuaricati sunt in me.*

Vulgat. Editio.

9 Et erit mihi nomen,& in gaudium,& in laudem, & in exultationem cunctis gentibus terr[illegible],quæ audierint omnia bona, quæ ego facturus sum eis: & pauebunt,& turbabuntur in vniuersis bonis, & in omni pace,quam ego faciam eis.

10 Hæc dicit Dominus:Adhuc audietur in loco isto (quem vos dicitis esse desertum, eo quod non sit homo nec iumentum:in ciuitatibus Iuda, & foris Ierusalem, quæ desolatæ sunt absque homine, & absque habitatore, & absque pecore).

11 Vox gaudij & vox lætitiæ, vox sponsi & vox sponsæ,vox dicentium:Confitemini Domino exercituum, quoniam bonus Dominus, quoniam in æternum misericordia eius:& portantium vota in domum Domini: reducam enim conuersionem terræ sicut à principio,dicit Dominus.

12 Hæc dicit Dominus exercituum: Adhuc erit in loco isto deserto absque homine,& absque iumento:& in cunctis ciuitatibus eius, habitaculum pastorum accubantium gregum.

13 In ciuitatibus montuosis, & in ciuitatibus campestribus,& in ciuitatibus quæ ad Austrum sunt:& in terra Beniamin, & in circuitu Ierusalem,& in ciuitatibus Iuda adhuc transibunt greges ad manum numerantis, ait Dominus.

14 Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & suscitabo verbum bonum, quod locutus sum ad domum Israel & ad domum Iuda.

15 In diebus illis, & in tempore illo germinare faciam Dauid germen iustitiæ: & faciet iudicium & iustitiam in terra.

16 In diebus illis saluabitur Iuda, & Ierusalem habitabit confidenter:& hoc est nomen, quod vocabunt eum Dominus iustus noster.

17 Quia hæc dicit Dominus: Non interibit de Dauid vir,qui sedeat super thronum domus Israel.

18 Et de Sacerdotibus & de Leuitis non interibit vir à facie mea,qui offerat holocaustomata, & incendat sacrificium,& cędat victimas omnibus diebus.

19 Et factum est verbum Domini ad Ieremiam, dicens.

20 Hęc dicit Dominus:Si irritum potest fieri pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte, vt non sit dies,& nox in tempore suo:

21 Et pactum meum irritum esse poterit cum Dauid seruo meo, vt non sit ex eo filius qui regnet in throno eius,& Leuitæ & Sacerdotes ministri mei.

22 Sicuti enumerari non possunt stellæ cæli, & metiri arena maris:sic multiplicabo semen Dauid serui mei,& Leuitas ministros meos.

23 Et factum est verbum Domini ad Ieremiam dicens:

24 Numquid non vidisti quid populus hic locutus sit,dicens:Duæ cognationes, quas elegerat Dominus,abiectæ sunt: & populum meum despexerunt, eo quod non sit vltra gens coram eis?

25 Hæc dicit Dominus: Si pactum meum inter diem & noctem,& leges cælo & terræ non posui:

26 Equidem & semen Iacob & Dauid serui mei proiiciam, vt non assumam de semine eius principes seminis Abraham Isaac,& Iacob:reducam enim conuersionem eorum,& miserebor eis.

CAP.

Transl. ex Heb.Sanct.Pagn.

9 *Et erit mihi in nomen, gaudium, laudem, & gloriam cunctis gentibus terræ, quæ audierint omne bonum, quod ego faciam eis: & pauebunt, & trement super omni bono, & super omni pace, quam ego faciam ei.*

10 *Sic dixit Dominus: Adhuc audietur in loco hoc de quo dicitis quod desertus est, vt non sit homo, neque animal in ciuitatibus Iehudah, & in plateis, quæ desolatæ sunt, vt non sit homo, nec habitator, neque animal.*

11 *Vox gaudij, & vox lætitiæ, vox sponsi, & vox sponsæ, vox dicentium: Confitemini Domino exercituum, quoniam bonus Dominus, quoniam in sæculum misericordia eius, adducentium, confessionem in domum Domini, quia reducere faciam captiuitatem terræ, sicut in principio dixit Dominus.*

12 *Sic dixit Dominus exercituum: Adhuc erit in loco isto deserto absque homine, vsque ad animal, & in cunctis ciuitatibus eius, habitaculum pastorum, & accubantium pecorum.*

13 *In ciuitatibus montanis, in ciuitatibus campestribus planiciei, & in ciuitatibus quæ sunt Austrum, & in terra Biniamin, & in circuitu Ierusalaim, & in ciuitatibus Iehudah, adhuc transibunt pecora ad manus numerantis, dixit Dominus.*

14 *Ecce dies veniunt, dixit Dominus: & confirmabo verbum bonum, quod locutus sum ad domum Israel, & ad domum Iehudah.*

15 *In diebus illis, & in tempore illo germinare faciam ipsi Dauid germen iustitiæ, & regnabit rex, & prosperabitur, & faciet iudicium, & iustitiam in terra.*

16 *In diebus ipsis seruabitur Iehudah, & Ierusalaim habitabit confidenter, & iste qui vocabit eam, est Dominus iustus noster.*

17 *Quia sic dixit Dominus: Non excidetur ipsi Dauid vir sedens super solium domus Israel.*

18 *Et Sacerdotibus Leuitis non excidetur vir à facie mea, offerens holocaustum, & adolens sacrificium, & faciens sacrificium, omnibus diebus.*

19 *Et fuit verbum Domini ad Irmeiahu, dicendo,*

20 *Sic dixit Dominus: Si irritare potestis pactum meum diei, & pactum meum noctis, vt non sit dies, & nox in tempore suo.*

21 *Etiam pactum meum irritari poterit cum Dauid seruo meo, vt non sit ei filius regnans super thronum eius, & cum Leuitis sacerdotibus ministris meis.*

22 *Quemadmodum non potest numerari exercitus cœli, nec mensurari potest arena maris, sic multiplicabo semen Dauid serui mei, & Leuitas ministrantes mihi.*

23 *Et fuit verbum Domini ad Irmeiahu, dicendo.*

24 *Nonne vidisti quid populus iste locutus est dicendo: Duas familias quas elegerat Dominus, abiecit: & populum meum filij eorum despexerunt vt non sit vltra gens coram eis?*

25 *Sic dixit Dominus: Si non erit pactum meum cum die, & nocte, statuta cœli, & terræ non posui.*

26 *Etiam semen Iahacob, & Dauid serui mei abiiciam, vt non assumam de semine eius dominantes semini Abraham, Ischak, & Iahacob: reducam enim captiuitatem eorum, & miserebor eorum.*

CAP.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

9 Et erit in lætitiam & laudem, & in magnificentiam omni populo terræ, qui quicunque audient omnia bona, quæ ego [illegible] & timebunt, & [illegible] pro omnibus bonis, & pro omni [illegible] quæ ego faciam eis.

10 Sic dixit Dominus, Adhuc audietur in loco isto, de quo vos dicitis [illegible] desertus est ab hominibus, & iumentis in ciuitatibus Iuda, & [illegible] Hierusalem [illegible] desolatæ sunt, eo quod non sit homo, & pecus,

11 Vox lætitiæ [illegible] vox [illegible] sponsi, & vox sponsæ, vox dicentium Confitemini Domino omnipotenti quoniam bonus est Dominus [illegible] seculum misericordia eius. [illegible] in domum Domini, quia reducam [illegible] transmigrationem terræ illius iuxta [illegible] dixit Dominus.

12 Sic dixit Dominus [illegible] Adhuc erunt in loco hoc deserto [illegible] homo, & pecus, & in omnibus ciuitatibus [illegible] recubare facientium [illegible].

13 In ciuitatibus montanis [illegible] in ciuitatibus Sephela & in ciuitatibus [illegible] Beniamin, & in [illegible] in circuitu Hierusalem, & in ciuitatibus Iuda. Adhuc transibunt oues [illegible] numerantis, ait Dominus.

14 *[illegible]*
[illegible] Iuda.

15 *In diebus [illegible] germen [illegible] iudicium [illegible].*

16 *In diebus [illegible] habebit confidenter: & hoc est nomen, quod vocabunt eum. Dominus iustus noster.*

17 *Quia sic dicit Dominus, Non deficiet ipsi David vir sedens super thronum Israel.*

18 *Et de sacerdotibus & Leuitis [illegible] offerens holocaustomata, & [illegible] sacrificium omnibus diebus.*

19 *Et factum est [illegible] Domini ad [illegible] dicens:*

20 *Sic dicit Dominus: [illegible] testamentum meum, quod cum die [illegible] & noctem, ut non [illegible]*

21 *Et testamentum meum [illegible] cum David seruo meo [illegible] cum Leuitis [illegible] sacerdotibus [illegible].*

22 *Sicut non numerabitur [illegible] cæli [illegible] mensurabitur arena maris, [illegible] David seruo mei, et Leuitas ministros meos.*

23 *Et factum est verbum Domini ad [illegible]*

24 *Nunquid non vidisti, quid populus [illegible] dicens: Duas cognationes, quas elegerat [illegible] eas. Et populum meum [illegible] coram eis.*

25 *Sic dicit Dominus: Si non esset testamentum meum diei, et noctis, et leges cæli, et terræ non posuissem.*

26 *Sic semen Iacob, et David serui mei [illegible] ut non accipere de semine eius principes [illegible] Abraham, et Isaac, et Iacob. Reducam enim captiuitatem eorum, et miserebor eis.*

Hæc [illegible] usque ad finé c. desunt in [illegible] codice illo [illegible] vaticani qui [illegible] credi-tur a [illegible] Theodotione quia [illegible] apud Sept. reperiatur id [illegible] diuerso caracte-re illa hic posuimus.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

9 *Et erit mihi in nomen gaudium, laudem & gloriam apud [illegible] gentes terræ, [illegible] omne bonum quod [illegible] eis: & pauebunt, & contremiscent super [illegible]*

10 *Sic dixit Iehou[illegible] (de [illegible] nomine, & absque [illegible] [illegible] et [illegible].*

11 *[illegible] captiuitatem terræ sicut in principio, dixit Iehouah.*

12 *[illegible] recubare facien[illegible].*

13 *In ciuitatibus [illegible] in ciuitatibus campe[illegible] & in terra Beniamin, & in circuitu Ierusalem, atque in ciuitatibus Iehudah [illegible] ad manus numerantis [illegible].*

14 *Ecce dies veniunt, dixit Iehouah, & confirmabo verbum bonum [illegible] ad domum Israel, & ad domum Iehudah.*

15 *In diebus [illegible] germinare faciam ipsi Dauid [illegible] iudicium atque iustitiam [illegible].*

16 *[illegible] noster.*

17 *Quia sic dixit Iehouah, Non excidetur [illegible] Dauid vir qui sedeat super solium domus Israel.*

18 *Et Sacerdotibus Leuitis, Non excidetur [illegible] facie mea [illegible] & faciens [illegible].*

19 *Et [illegible] ad Ieremiah, dicendo,*

20 *Sic dixit Iehouah, Si irritum facere potestis pactum meum [illegible] cum nocte, [illegible] diei [illegible].*

21 *[illegible] cum Dauid seruo meo [illegible] & cum [illegible] ministris meis.*

22 *Quemadmodum non potest numerari exercitus cæli [illegible] arena maris, [illegible] multiplicabo semen [illegible] & Leuitas ministrantes mihi.*

23 *Et [illegible] verbum Iehouæ ad Ieremiah, dicendo,*

24 *Nonne vidisti quid populus iste loquutus sit, dicendo, Duas familias [illegible] Iehouah [illegible] populum meum [illegible] ut non sit vltra gens coram eis?*

25 *[illegible] cum die [illegible] & terræ [illegible]*

26 *[illegible] semen Iacob, & Dauid serui mei [illegible] ut non [illegible] de semine eius qui dominentur semini Abraham, Ishak, & Iacob: reducam enim captiuitatem eorum, & miserebor eorum.*

Vulgat. Editio.

CAP. XXXIV.

1 VErbum, quod factum est ad Ieremiam à Do-
mino, quando Nabuchodonosor rex Babylo-
nis,& omnis exercitus eius,vniuersaque regna ter-
ræ, quæ erant sub potestate manus eius, & omnes
populi bellabant contra Ierusalem, & contra om-
nes vrbes eius,dicens:

2 Hæc dicit Dominus Deus Israel:Vade, & loque-
re ad Sedeciam regem Iuda: & dices ad eum: Hæc
dicit Dominus. Ecce ego tradam ciuitatem hanc
in manus regis Babylonis,& succendet eam igni.

3 Et tu non effugies de manu eius:sed comprehen-
sione capieris, & in manu eius traderis:& oculi tui
oculos regis Babylonis videbunt, & os eius cum
ore tuo loquetur:& Babylonem introibis.

4 Attamen audi verbum Domini Sedecia rex Iuda:
Hæc dicit Dominus ad te: Non morieris in gladio.

5 Sed in pace morieris,& secundum combustiones
patrum tuorum regum priorum qui fuerunt ante
te,sic comburent te:& vę Domine,plangent te:quia
verbum ego locutus sum,dicit Dominus.

6 Et locutus est Ieremias propheta ad Sedeciam re-
gem Iuda vniuersa verba hæc in Ierusalem.
7 Et exercitus regis Babylonis pugnabat contra Ie-
rusalem,& contra omnes ciuitates Iuda, quæ reli-
quę erant contra Lachis,& contra Azecha:hę enim
superant de ciuitatibus Iuda,vrbes munitæ.

8 Verbum,quod factum est ad Ieremiam à Domi-
no, postquam percussit rex Sedecias fœdus cum
omni populo in Ierusalem prædicans:

9 Vt dimitteret vnusquisque seruum suum, &
vnusquisque ancillam suam,Hebręum& Hebręam
liberos:& nequaquam dominarentur eis, id est in
Iudæo & fratre suo.
10 Audierunt ergo omnes principes & vniuersus
populus, qui inierant pactum vt dimitteret vnus
quisque seruum suum, & vnusquisque ancillam
suam liberos,& vltra non dominarentur eis:audie-
runt igitur,& dimiserunt.
11 Et conuersi sunt deinceps: & retraxerunt seruos
& ancillas suas,quos dimiserant liberos, & subiu-
gauerunt in famulos & famulas.
12 Et factum est verbum Domini ad Ieremiam à
Domino,dicens:
13 Hæc dicit Dominus Deus Israel:Ego percussi fœ-
dus cum patribus vestris in die, qua eduxi eos de
Terra Ægypti de domo seruitutis,dicens:
14 * Cum completi fuerint septem anni, dimittat
vnusquisque fratrem suum Hebræum, qui vendi
tus est ei,& seruiet tibi sex annis: & dimittes eum
à te liberum:& non audierunt patres vestri me nec
inclinauerunt aurem suam.
15 Et conuersi estis vos hodie, & fecistis quod re-
ctum est in oculis meis, vt prædicaretis libertatem
vnusquisque ad amicum suum: & inistis pactum
in conspectu meo in domo, in qua inuocatum est
nomen meum super eam.
16 Et reuersi estis,& commaculastis nomen meum:
& reduxistis vnusquisque seruum suum & vnus-
quisque ancillam suam, quos dimiseratis vt essent
liberi & suæ potestatis:& subiugastis eos vt sint vo
bis serui & ancillæ.

* Exo 21. 2. Deu. 15. 12.

Pro-

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. XXXIV.

1 *VErbum quod fuit ad Irmeiahu à Domino, (& Ne-
buchadnezar Rex Babel, & omnis exercitus eius,
vniuersaq; regna terræ potestatis manus eius,& omnes po-
puli bellabant contra Ierusalaim, & contra omnes vrbes
eius) dicendo.*

2 *Sic dixit Dominus Deus Israel:Vade & dic ad Sidchiia-
hu Regem Iehudah, & dic ad eum: Sic dixit Dominus:
Ecce do ciuitatem hanc in manum Regis Babel, & suc-
cendet eam in igni.*

3 *Et tu non euades de manu eius, sed comprehendendo
comprehenderis, & in manum eius traderis, & oculi tui
oculos Regis Babel videbunt, & os eius os tuum alloque-
tur,& Babel introibis.*

4 *Attamen audi verbum Domini Sidchiiahu Rex Iehu-
dah:Sic dixit Dominus ad te:Non morieris gladio:*

5 *In pace morieris, & secundum combustiones Patrum
tuorum Regum priorum, qui fuerunt ante te, sic combu-
rent te: & væ Domine plangent te: quia verbum locu-
tus sum, dixit Dominus.*

6 *Et locutus est Irmeiahu propheta ad Sidchiiahu Re-
gem Iehudah vniuersa verba hæc in Ierusalaim.*
7 *Et exercitus Regis Babel pugnabat contra Ierusalaim,
& contra omnes ciuitates Iehudah, quæ remanserant
contra Lachis,& contra Hazecah. Illæ enim remanserant
de ciuitatibus Iehudah, vrbes munitæ.*

8 *Verbum quod fuit ad Irmeiahu à Domino postquam
percussit Rex Sidchiiahu fœdus cum omni populo in Ieru-
salaim prædicando seruis,& ancillis libertatem.*

9 *Vt dimitteret vnusquisque seruum suum, & vnus
quisque ancillam suam, Hebræum, & Hebræam, liberos,
vt non vteretur eis videlicet Iehudæo fratre suo vnus-
quisque.*
10 *Et audierunt omnes principes,& vniuersus populus qui
venerant in pactum, vt dimitteret vnusquisque seruum
suum, & vnusquisque ancillam suam, liberas, vt non
vteretur eis amplius, & audierunt, & dimiserunt.*

11 *Et conuersi sunt deinceps, & reduxerunt seruos, et
ancillas, quos dimiserant liberos, & subiugauerunt eos in
seruos,& in ancillas.*
12 *Et fuit verbum Domini ad Irmeiahu à Domino dicendo.*

13 *Sic dixit Dominus Deus Israel: Ego percussi fœdus cum
Patribus vestris, in die qua eduxi eos è terra Ægypti de
domo seruorum, dicendo.*
14 *In fine septem annorum dimittetis vnusquisque fratrem
suum Hebræum, qui vendidit se tibi, & seruiet tibi sex
annis,& dimittes eum liberum à te,& non audierunt Pa-
tres vestri me, nec inclinauerunt aurem suam.*

15 *Et conuersi estis hodie, & fecistis rectum in oculis
meis, vt prædicaretis libertatem vnusquisque amico
suo, & incidistis pactum in conspectu meo in domo super
quam inuocatum est nomen meum.*

16 *Et reuersi estis, & maculastis nomen meum, & redu-
xistis vnusquisque seruum suum, & vnusquisque ancil
lam suam, quos dimisistis liberos, in animam suam, et
subiugastis eos, vt sit vobis in seruos, et ancillas.*

Pro-

Trans. Septuag. | Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

C A P. X X X I V.

1 Verbum, quod factum est ad Hieremiam a Domino, [illegible] Nabuchodonosor rex Babylonis [illegible] & [illegible] exercitus eius [illegible] Ierusalem, & [illegible]

[illegible]

C A P. X X X I V.

1 V[illegible]

[illegible]

Vulgat. Editio.

17 Propterea hæc dicit Dominus: Vos non audiſtis me, vt prædicaretis libertatem vnuſquiſque fratri ſuo,& vnuſquiſque amico ſuo: ecce ego prædico vobis libertatem, ait Dominus ad gladium, ad peſtem, & ad famem: & dabo vos in commotionem cunctis regnis terræ.

18 Et dabo viros, qui præuaricantur fœdus meum, & non obſeruauerunt verba fœderis, quibus aſſenſi ſunt in conſpectu meo, vitulum quem conciderunt in duas partes,& tranſierunt inter diuiſiones eius.

19 Principes Iuda,& principes Ieruſalem, eunuchi & ſacerdotes,& omnis populus terræ, qui tranſierunt inter diuiſiones vituli:

20 Et dabo eos in manus inimicorum ſuorum,& in manus quærentium animam eorum: & erit morticinum eorum in eſcam volatilibus cæli, & beſtiis terræ.

21 Et Sedeciam regem Iuda, & principes eius dabo in manus inimicorum ſuorum, & in manus quærentium animas eorum, & in manus exercituum regis Babylonis, qui receſſerunt a vobis.

22 Ecce ego præcipio, dicit Dominus, & reducam eos in ciuitatem hanc, & prœliabuntur aduerſus eam,& capient eam, & incendent igni: & ciuitates Iuda dabo in ſolitudinem, eo quod non ſit habitator.

CAP. XXXV.

1 VErbum, quod factum eſt ad Ieremiam a Domino in diebus Ioakim filij Ioſiæ regis Iuda, dicens:

2 Vade ad domum Rechabitarum & loquere eis,& introduces eos in domum Domini in vnam exedram theſaurorum,& dabis eis bibere vinum.

3 Et aſſumpſi Iezoniam filium Ieremiæ filij Habſaniæ,& fratres eius,& omnes filios eius, & vniuerſam domum Rechabitarum.

4 Et introduxi eos in domum Domini ad gazophylacium filiorum Hanan, filij Iegedeliæ hominis Dei, quod erat iuxta gazophylacium principum, ſuper theſaurum Maaſiæ filij Sellum, qui erat cuſtos veſtibuli.

5 Et poſui coram filiis domus Rechabitarum ſcyphos plenos vino,& calices:& dixi ad eos: Bibite vinum.

6 Qui reſponderunt: Non bibemus vinum: quia Ionadab filius Rechab, pater noſter, præcepit nobis, dicens: Non bibetis vinum vos & filij veſtri vſque in ſempiternum.

7 Et domum non ædificabitis, & ſementem non ſeretis,& vineas non plantabitis, nec habebitis: ſed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus veſtris, vt viuatis diebus multis ſuper faciem terræ in qua vos peregrinamini.

8 Obediuimus ergo voci Ionadab filij Rechab patris noſtri in omnibus, quæ præcepit nobis, ita vt non biberemus vinum cunctis diebus noſtris nos, & mulieres noſtræ, filij, & filiæ noſtræ:

9 Et non ædificaremus domos ad habitandum, & vineam, & agrum, & ſementem non habuimus:

10 [illegible]

11 [illegible]

Tranſl. ex Hebr.

[illegible]

Translat. ex Septuag.

[illegible] dixit Dominus: Vos non audistis [illegible] dimissionem [illegible] ecce ego voco dimissionem vobis [illegible] in mortem, & in famem [illegible] omnibus regnis terrae. [illegible]

[illegible] latitudinem celi [illegible] terrae.

[illegible] regem Iudae [illegible]

[illegible] coeli [illegible]

CAP. XXXV.

V[illegible] Hieremiam à Domino [illegible] dicens.

2 [illegible] domum [illegible] & potabis [illegible]

3 [illegible] filium Hieremiae filij [illegible] & filios eius omnem domum [illegible]

4 [illegible] in domum Domini [illegible] filij [illegible] Maasiae filij Sellum, custodis [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible] Non bibemus [illegible]

7 [illegible]

8 [illegible]

9 [illegible]

10 [illegible]

11 [illegible]

Noua ex Heb. Translat. Fr. Vatabli.

[illegible]

CAP. XXXV.

V[illegible]

[illegible]

Vulgat. Editio.

Et factum est verbum Domini ad Ieremiam, di- 12
cens:
Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Va- 13
de, & dic viris Iuda, & habitatoribus Ierusalem:
Numquid non recipietis disciplinam [illegible]
verba mea, dicit Dominus?
Præualuerunt sermones Ionadab filij Rechab, 14
quos præcepit filijs suis vt non biberent vinum: &
non biberunt vsque ad diem hanc, quia obedie-
runt præcepto patris sui: ego autem locutus [illegible]
[illegible] mane consurgens & loquens, & non obe-
distis mihi.
Misique ad vos omnes seruos meos prophetas, 15
consurgens diluculo, mittensque [illegible] Con-
uertimini vnusquisque à via sua pessima, & bonas
facite [illegible] & nolite sequi deos alienos, ne-
que [illegible] eos: & habitabitis in terra, quam dedi
[illegible] & patribus vestris: & non [illegible] vos autem
[illegible], neque audistis me.
Firmauerunt igitur filij Ionadab filij Rechab præ- 16
ceptum patris sui, quod præceperat eis: populus
autem iste non obediuit mihi.
Ideo hæc dicit Dominus exercituum, Deus 17
Israel: Ecce ego adducam super Iuda, & super om-
nes habitatores Ierusalem vniuersum afflictionem,
quam locutus sum aduersum illos, eo quod locu-
tus sum ad illos, & non audierunt: vocaui illos, &
non responderunt mihi.
Domui autem Rechabitarum dixit Ieremias: 18
Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Pro eo
quod obedistis præcepto Ionadab patris vestri, &
custodistis omnia mandata eius & fecistis vniuer-
sa quæ præcepit vobis:
Propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus 19
Israel: Non deficiet vir de stirpe Ionadab filij Re-
chab, stans in conspectu meo cunctis diebus.

CAP. XXXVI.

ET factum est in anno quarto Ioakim filij Iosiæ 1
[illegible] factum est verbum hoc ad [illegible]
[illegible] dicens:
[illegible] volumen libri, & scribes in eo omnia ver- 2
[illegible] sum [illegible] & Iu-
dam [illegible] omnes gentes [illegible]
sum ad te ex diebus Iosiæ vsque ad [illegible]
Si forte audiente domo Iuda [illegible] 3
ego cogito facere eis, reuertatur [illegible]
[illegible] & propitius ero [illegible] & peccato
eorum.
Vocauit ergo Ieremias Baruch filium Neriæ & 4
[illegible] Baruch ex ore [illegible]
[illegible]
[illegible] 5
[illegible] Domini.
[illegible] mine, in qu[illegible] 6
[illegible]
[illegible] 7

Translat. He[illegible]

[illegible]

CAP. XXXVI.

E [illegible]

Transl. ex Septuag.

12 Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

13 Sic dicit Dominus: Vade, & dic homini Iuda, & habitatoribus Hierusalem: Non accipietis disciplinam audiendi verba mea?

14 Firmauerunt verbum filij Ionadab filij Rechab, quod mandauit filijs suis bibendi vinum, & non biberunt. Et ego loquutus sum ad vos diluculo: & loquutus sum, & non audistis.

15 Et misi ad vos pueros meos prophetas, dicens: Auertimini vnusquisque à via sua pessima: & meliora facite studia vestra: & non ambulate post Deos alios, seruiendo eis: & habitabitis super terram, quam dedi vobis, & patribus vestris. Et non inclinastis aurem vestram, & non exaudistis.

16 Et firmauerunt filij Ionadab filij Rechab mandatum patris sui: populus autem iste non audiuit me.

17 Idcirco sic dixit Dominus: Ecce ego affero super Iudam, & super habitatores Hierusalem omnia mala, quæ locutus sum super eos.

18 Propterea sic dixit Dominus. Quoniam audierunt filij Ionadab filij Rechab mandatum patris sui, faciendo, sicut mandauit eis pater eorum:

19 Non deficiet vir filiorum Ionadab filij Rechab stans ante faciem meam cunctis diebus terræ.

CAP. XXXVI.

Hoc caput 43. est in trãslat. Sept.

1 IN anno quarto Ioacim filij Iosiæ regis Iuda: factum est verbum Domini ad me, dicens:

2 Sume tibi volumen libri, & scribe super illud omnia verba, quæ loquutus sum ad te super Hierusalem, & super Iudam, & super omnes gentes, ex qua die loquente me ad te, à diebus Iosiæ regis Iuda, & vsque ad diem hanc.

3 Fortasse audiet domus Iuda omnia mala, quæ ego cogito facere eis: vt auertantur à via sua pessima & propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatis eorum.

4 Et vocauit Hieremias Baruch filium Neriæ: & scripsit ex ore Hieremię omnia verba Domini, quę loquutus est ad eum, in volumine libri.

5 Et mandauit Hieremias Baruch, dicens: Ego custodior: non potero ingredi in domum Domini.

6 Et leges in volumine isto, in auribus populi in domo Domini in die ieiunij: & in auribus vniuersi Iuda venientium de ciuitatibus suis leges eis.

7 Fortasse cadet misericordia eorum ante faciem Domini, & auertent se à via sua pessima: quia magnus est furor, & ira Domini, quam loquutus est super populum istum.

8 Et fecit Baruch secundum omnia, quę mandauit ei Hieremias, legendo in libro verba Domini in domo Domini.

Et

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

12 *Fuit itaque verbum Iehouæ ad Irmeiahu, dicendo,*

13 *Sic dixit Iehouah exercituum Deus Israel, Vade, & dic viris Iehudah, & habitatoribus Ierusalaim: Nunquid non recipietis disciplinam vt obediatis verbis meis, dixit Iehouah?*

14 *Confirmatum est verbum Iehonadab filij Rechab; quod præcepit filiis suis vt non biberent vinum: & non biberunt vsque ad diem hanc, quia paruerunt præcepto patris sui: ego autem loquutus sum ad vos mane surgendo, & loquendo, & non obedistis mihi.*

15 *Misiq. ad vos omnes seruos meos prophetas mane surgendo & mittendo, dicendo, Conuertimini obsecro vnusquisque à via sua mala, & bona facite opera vestra, neque ambuletis post deos alienos vt seruiatis eis, & habitabitis in terra quam dedi vobis, & patribus vestris: & non inclinastis aurem vestram, nec obedistis mihi.*

16 *Quia confirmauerunt filij Iehonadab filij Rechab præceptum patris sui quod præceperat eis: populus autem iste non obediuerunt mihi.*

17 *Idcirco sic dixit Iehouah Deus exercituum, Deus Israel, Ecce adduco super Iehudah & omnes habitatores Ierusalaim omne malum quod loquutus sum super illos: eo quod loquutus sum ad eos, & non audierunt: vocaui illos, & non responderunt.*

18 *Domui autem Rechabitarum dixit Irmeiahu, Sic dixit Iehouah exercituum Deus Israel, Eo quod obedistis præcepto Iehonadab patris vestri, & custodistis omnia mandata eius, fecistisq; iuxta omnia quæ præcepit vobis.*

19 *Propterea sic dixit Iehouah exercituum, Deus Israel, Non excidetur vir de Ionadab filio Rechab stans in conspectu meo cunctis diebus.*

CAP. XXXVI.

1 *ET fuit, anno quarto Iehoiakim filij Ioschiahu Regis Iehudah, fuit verbum istud ad Irmeiahu à Iehoua, dicendo,*

2 *Tolle tibi volumen libri, & describe in eo omnia verba quæ loquutus sum tibi aduersum Israel & Iehudah, & aduersum omnes gentes, à die qua loquutus sum ad te, à diebus Ioschiahu vsque ad diem hanc:*

3 *Si forte audiant domus Iehudah omne malum quod cogito facere eis: vt reuertantur vnusquisque à via sua mala, & propitius sim iniquitati eorum & peccato eorum.*

4 *Accersiuit ergo Irmeiahu Baruch filium Neriiah: & scripsit Baruch ex ore Irmeiahu omnia verba Iehouæ quæ loquutus est ad eum, in volumine libri.*

5 *Et præcepit Irmeiahu Baruch, dicendo, Ego sum clausus, non possum ingredi domum Iehouæ:*

6 *Ingredere ergo tu, & lege in volumine in quo scripsisti ex ore meo verba Iehouæ in auribus populi, in domo Iehouæ in die ieiunij: & etiam in auribus vniuersi Iehudah qui veniunt de ciuitatibus suis, leges ea:*

7 *Si forte cadat deprecatio eorum in conspectu Iehouæ, & reuertantur vnusquisque à via sua mala: quia magnus est furor & ira quam loquutus est Iehouah aduersus populum istum.*

8 *Fecit autem Baruch filius Neriiah iuxta omnia quæ præceperat ei Irmeiahu propheta, legendo in libro verba Iehouæ in domo Iehouæ.*

Et

Vulgat. Editio.

Factum est autem in anno quinto Ioakim filij Iosiæ regis Iuda, in mense nono prædicauerunt ieiunium in conspectu Domini omni populo in Ierusalem, & vniuersæ multitudini, quæ confluxerat de ciuitatibus Iuda in Ierusalem.

Legitque Baruch ex volumine sermones Ieremię in domo Domini in gazophylacio Gamariæ filij Saphan scribæ in vestibulo superiori, in introitu portę nouę domus Domini audiente omni populo.

Cumque audisset Michęas filius Gamarię filij Saphan omnes sermones Domini ex libro:

Descendit in domum regis ad gazophylacium scribæ: & ecce ibi omnes principes sedebãt: Elisama scriba, & Dalaias filius Semeiæ, & Elnathan filius Achobor & Gamarias filius Saphan, & Sedecias filius Hananiæ, & vniuersi principes.

Et nunciauit eis Michæas omnia verba, quæ audiuit legente Baruch ex volumine in auribus populi.

Miserunt itaque omnes principes ad Baruch, Iudi filium Nathaniæ filij Selemiæ, filij Chusi, dicentes: Volumen, ex quo legisti audiente populo, sume in manu tua, & veni. Tulit ergo Baruch filius Neriæ volumen in manu sua, & venit ad eos.

Et dixerunt ad eum: Sede, & lege hæc in auribus nostris & legit Baruch in auribus eorum.

Igitur cum audissent omnia verba, obstupuerunt vnusquisque ad proximum suum, & dixerunt ad Baruch: Nunciare debemus regi omnes sermones istos.

Et interrogauerunt eum, dicentes: Indica nobis quomodo scripsisti omnes sermones istos ex ore eius.

Dixit autem eis Baruch: Ex ore suo loquebatur quasi legens ad me omnes sermones istos, & ego scribebam in volumine atramento.

Et dixerunt principes ad Baruch: Vade, & abscondere tu & Ieremias, & nemo sciat vbi sitis.

Et ingressi sunt ad regem in atrium: porro volumen commendauerunt in gazophylaçio Elisamæ scribæ: & nunciauerunt audiente rege omnes sermones.

Misitque rex Iudi vt sumeret volumen: qui tollens illud de gazophylacio Elisamæ scribę, legit audiente rege, & vniuersis principibus, qui stabant circa regem.

Rex autem sedebat in domo hyemali in mense nono: & posita erat arula coram eo plena prunis.

Cumque legisset Iudi tres pagellas vel quattuor, scidit illud scalpello scribæ, & proiecit in ignem, qui erat super arulam donec consumeretur omne volumen igni, qui erat in arula,

Et non timuerunt, neque sciderunt vestimenta sua rex, & omnes serui eius, qui audierunt vniuersos sermones istos.

Verumtamen Elnathan, & Dalaias, & Gamarias contradixerunt regi ne combureret librum: & non audiuit eos.

Et præcepit rex Ieremiel filio Amelech, & Saraię filio Ezriel, & Selemiæ filio Abdeel vt comprehenderent Baruch scribam, & Ieremiam prophetam: abscondit autem eos Dominus.

Et factum est verbum Domini ad Ieremiam prophetam, postquam combusserat rex volumen & sermones, quos scripserat Baruch ex ore Ieremiæ, dicens:

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

9 *Et fuit, anno quinto Iehoiachim filij Ioschiahu regis Iehudah mense nono, prædicauerunt ieiunium in conspectu Domini omni populo in Ierusalaim, & vniuerso populo qui veniebat de vrbibus Iehudah in Ierusalaim.*

10 *Legitq; Baruch in libro verba Irmeiahu in domo Domini in cubiculo Ghemariahu filij Saphan scribæ in atrio superiori, ostij porta domus Domini nouæ in auribus omnis populi.*

11 *Et audiuit Michaiehu filius Ghemariahu filij Saphan omnia verba Domini ex libro:*

12 *Descenditq; in domum regis ad cubiculum scribæ. Et ecce ibi omnes principes sedebant: Elischama scriba, & Delaiahu filius Schemahiahu, & Elnathan filius Hachbor & Ghemariahu filius Saphan, & Sidkiiahu filius Chananiahu, & vniuersi principes.*

13 *Et nunciauit eis Michaiehu omnia verba quæ audiuit, legente Baruch in libro in auribus populi.*

14 *Et miserunt omnes principes ad Baruch, Iehudi filium Nethaniahu filij Selemiahu filij Cuschi vt diceret: Volumen in quo legisti in auribus populi, sume in manu tua, & veni. Et tulit Baruch filius Neriiah volumen in manu sua, & venit ad eos.*

15 *Et dixerunt ad eum: Sede nunc, & lege illud in auribus nostris, & legit Baruch in auribus eorum.*

16 *Et fuit, quum audissent omnia verba hæc, expauerunt vnusquisque ad amicum suum, & dixerunt ad Baruch: Nunciando nunciabimus regi omnia verba hæc.*

17 *Et Baruch interrogauerunt dicendo: Nuncia nunc nobis quomodo scripsisti omnia verba hæc ex ore eius.*

18 *Dixit autem eis Baruch: Ore suo legebat mihi omnia verba hæc, & ego scribebam in libro atramento.*

19 *Et dixerunt principes ad Baruch: Vade absconde te tu, & Irmeiahu, & nemo sciat vbi sitis.*

20 *Et ingressi sunt ad regem in atrium: Volumen autem commendauerunt in cubiculo Elischamah scribæ: & nunciauerunt in auribus regis omnia verba hæc.*

21 *Et misit rex Iehudi vt caperet volumen: & tulit illud de cubiculo Elischamah scribæ, & legit in ipso in auribus regis, & in auribus omnium principum, qui stabant iuxta regem.*

22 *Rex autem sedebat in domo hyemali mense nono, & arula coram eo ardebat.*

23 *Et fuit, cum legisset Iehudi tres pagellas, & quattuor scidit illud nouacula scribæ, & proiecit in ignem qui erat in arula donec consumeretur omne volumen super ignem qui erat in arula.*

24 *Et non timuerunt, nec sciderunt vestimenta sua rex, & omnes serui eius, qui audiebant omnia verba illa.*

25 *Et etiam Elnathan, & Delaiahu, & Ghemariahu deprecati sunt regem, ne combureret volumen, & non audiuit eos.*

26 *Et præcepit rex Ierachmeel filio Melech, & Seraiahu filio Hazriel, & Selemiahu filio Habdeel, vt tollerent Baruch scribam, & Irmeiahu prophetam: abscondit autem eos Dominus.*

27 *Et fuit verbum Domini ad Irmeiahu postquam combusserat rex volumen, & verba quæ scripserat Baruch ex ore Irmeiahu dicendo.*

Transl. ex Septuag.

Et factum est in anno octauo regi Ioacim in mẽse nono, conuocauerunt ieiunium ad faciem Domini, omnis populus in Hierusalem,& domus Iuda.

Et legit Baruch in libro verba Hieremię in domo Domini, in domo Gamariæ filij Saphan scribæ in atrio superiore in vestibulis portæ domus Domini nouæ, & in auribus vniuersi populi.

Et audiuit Michæas filius Gamariæ filij Saphan omnia verba Domini ex libro:

Et descendit in domum regis,in domum scribę: & ecce ibi omnes principes sedebant, Elisama scriba,& Dalæas filius Selemiæ, & Ionathan filius Acchobor,& Gamarias filius Saphan,& Sedecias filius Ananiæ, & omnes principes.

Et annunciauit eis Michæas omnia verba, quæ audiuerat legentem Baruch in auribus populi.

Et miserunt omnes principes ad Baruch filium Neriæ: Iudin filium Nathaniæ filij Selemiæ filij Chusi, dicentes: Volumen, in quo tu legis in eo in auribus populi,sume illud in manu tua,& veni. Et sumpsit Baruch volumen,& descendit ad eos.

Et dixerunt ei: Iterum lege in auribus nostris. Et legit Baruch.

Et factum est, vt audierunt omnia verba, consultauerunt vnusquisque ad proximum suum, & dixerunt: Annunciantes annunciemus regi omnia verba hæc.

Et interrogauerunt Baruch, dicentes: Vbi scripsisti omnes sermones istos?

Et dixit Baruch: Ex ore suo annunciabat mihi Hieremias omnia verba hæc,& scribebam in libro.

Et dixerunt ad Baruch. Vade,& abscondere tu, & Hieremias: homo non sciat, vbi vos.

Et ingressi sunt ad regem in atrium:& volumen dederunt ad custodiendum in domo Elisama. Et annunciauerunt regi omnia verba ista.

Et misit rex Iudin ad sumendum volumen. Et sumpsit illud è domo Elisama:& legit Iudin in aures regis,& in aures omnium principum stantium circa regem.

Et rex sedebat in domo hiemali: & focus ad faciem eius.

Et factum est legente Iudin tres pagellas & quattuor, abscidebat illas nouacula scribæ, & iaciebat in ignem, qui super arulam; donec defecit totum volumen in igne, qui super arulam.

Et non quæsierunt, neque sciderunt vestimenta sua rex,& pueri eius audientes omnia verba hæc.

Et Elnathan, & Godolias suggesserunt regi, de comburendo volumine.

Et mandauit rex Hieremeel filio regis, & Saræ filio Esriel, vt comprehenderent Baruch, & Hieremiam:& occultati sunt.

Et factum est verbum Domini ad Hieremiam, postquam rex combusserat volumen, omnes sermones, quos scripserat Baruch ex ore Hieremiæ, dicens:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

9 *Et fuit, anno quinto Iehoiacim filij Iosiahu regis Iehudah, mense nono, prædicauerunt ieiunium in conspectu Iehouæ vniuerso populo in Ierusalaim,& vniuerso populo, qui veniebat de vrbibus Iehudah in Ierusalaim:*

10 *Legitq́ Baruch in libro verba Irmeiahu in domo Iehouæ in cubiculo Gemariahu filij Saphan scribæ, in atrio superiore ad ostium portæ domus Iehouæ nouæ, in auribus totius populi.*

11 *Et audiuit Michaiehu filius Gemariahu filij Saphan omnia verba Iehouæ ex libro.*

12 *Descenditq́ in domum regis, ad cubiculum Scribæ: Et ecce ibi omnes principes sedebant, Elisama scriba, & Delaiahu filius Semaiahu, & Elnathan filius Achbor, & Gemariahu filius Saphan, & Sidkiiahu filius Hananiahu, & vniuersi principes.*

13 *Et nuntiauit eis Michaiehu omnia verba quæ audierat legente Baruch in libro, in auribus populi.*

14 *Miseruntq́ omnes principes ad Baruch, Iehudi filium Nethaniahu filij Selemiahu filij Chusi, vt diceret, Volumen ex quo legisti in auribus populi, sume in manu tua,& veni. & tulit Baruch filius Neriiah volumen in manu sua, & venit ad eos.*

15 *Et dixerunt ad eum, Sede nunc, & lege illud in auribus nostris. & legit Baruch in auribus eorum.*

16 *Fuit autem, quum audissent omnia verba, expauerunt vnusquisque ad proximum suum: & dixerunt ad Baruch, Nuntiando nuntiabimus regi omnia verba ista.*

17 *Et ipsum Baruch interrogauerunt, dicendo, Nuntia nunc nobis quomodo scripseris omnia verba ista ex ore eius.*

18 *Dixit autem eis Baruch, Ore suo legebat mihi omnia verba ista, & ego scribebam in libro, atramento.*

19 *Dixerunt autem principes ad Baruch, Vade absconde te, tu & Irmeiahu,& nemo sciat vbinam sitis.*

20 *Ingressiq́ sunt ad regem in atrium (volumen autem commendauerunt in cubiculo Elisama scribæ) & nuntiauerunt in auribus regis omnia verba hæc.*

21 *Misit itaque rex, Iehudi vt caperet volumen: tulit ergo illud de cubiculo Elisama scribæ,& legit in ipso, Iehudi in auribus regis, & in auribus omnium principum qui stabant iuxta regem.*

22 *Rex autem sedebat in domo hyemali mense nono, & foculus coram eo ardebat.*

23 *Et fuit, quum legisset Iehudi tres pagellas, aut quatuor, scidit illud cultello scribæ, & proiecit in ignem qui erat in foculo, donec consumeretur totum illud volumen super ignem qui erat in foculo.*

24 *Nec timuerunt, nec sciderunt vestimenta sua rex, & omnes serui eius qui audiebant omnia verba ista.*

25 *Et etiam Elnathan & Delaiahu, & Gemariahu deprecati sunt regem ne combureret volumen illud: & non audiuit eos:*

26 *Sed præcepit rex Ierahmeel filio Hammelech, & Seraiahu filio Azriel, & Selemiahu filio Abdeel vt tollerent Baruch scribam & Irmeiahu prophetam: abscondit autem eos Iehouah.*

27 *Fuit autem verbum Iehouæ ad Irmeiahu postquam combusserat rex volumen, & verba quæ scripserat Baruch ex ore Irmeiahu, dicendo,*

Vulgat. Editio.

28 Rursum tolle volumen aliud:& scribę in eo omnes sermones priores, qui erant in primo volumine,quod combussit Ioakim rex Iuda.

29 Et ad Ioakim regem Iuda,dices:Hęc dicit Dominus:Tu combussisti volumen illud, dicens: Quare scripsisti in eo annuncians:Festinus veniet rex Babylonis,& vastabit terram hanc,& cessare faciet ex illa hominem, & iumentum?

30 Propterea hæc dicit Dominus contra Ioakim regem Iuda: Non erit ex eo qui sedeat super solium Dauid: & cadauer eius proijcietur ad æstum per diem,& ad gelu per noctem.

31 Et visitabo contra eum,& contra semen eius,& contra seruos eius iniquitates suas,& adducam super eos & super habitatores Ierusalem & super viros Iuda omne malum,quod locutus sum ad eos,& non audierunt.

32 Ieremias autem tulit volumen aliud, & dedit illud Baruch filio Neriæ scribæ: qui scripsit in eo ex ore Ieremiæ omnes sermones libri,quem combusserat Ioakim rex Iuda igni: & insuper additi sunt sermones multo plures,quam antea fuerant.

CAP. XXXVII.

1 ET regnauit rex Sedecias filius Iosiæ pro Iechonia filio Ioakim:quem constituit regem Nabuchodonosor rex Babylonis in Terra Iuda:

2 Et non obediuit ipse,& serui eius,& populus terræ verbis Domini, quæ locutus est in manu Ieremiæ prophetæ.

3 Et misit rex Sedecias Iuchal filium Selemiæ, & Sophoniam filium Maasiæ sacerdotem ad Ieremiam prophetam,dicens:Ora pro nobis Dominum Deum nostrum.

4 Ieremias autem libere ambulabat in medio populi:non enim miserant eum in custodiam carceris.Igitur exercitus Pharaonis egressus est de Ægypto:& audientes Chaldæi qui obsidebant Ierusalem huiuscemodi nuncium, recesserunt ab Ierusalem.

5 Et factum est verbum Domini ad Ieremiã prophetam, dicens:

6 Hæc dicit Dominus Deus Israel: Sic dicetis regi Iuda, qui misit vos ad me interrogandum: Ecce exercitus Pharaonis,qui egressus est vobis in auxilium, reuertetur in terram suam in Ægyptum.

7 Et redient Chaldæi, & bellabunt contra ciuitatem hanc:& capient eam,& succendent eam igni.

8 Hæc dicit Dominus:Nolite decipere animas vestras,dicentes:Euntes abibunt, & recedent à nobis Chaldæi,quia non abibunt.

9 Sed & si percusseritis omnem exercitum Chaldæorum,qui præliantur aduersum vos,& derelicti fuerint ex eis aliqui vulnerati: singuli de tentorio suo consurgent,& incendent ciuitatem hanc igni.

10 Ergo cum recessisset exercitus Chaldæorum ab Ierusalem propter exercitum Pharaonis.

11 Egressus est Ieremias de Ierusalem vt iret in Terram Beniamin,& diuideret ibi possessionem in conspectu ciuium.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

28 *Reuertere, tolle tibi volumen alterum, & scribe in eo omnia verba priora, quæ erant in volumine priori, quod combussit Iehoiachim rex Iehudah.*

29 *Et ad Iehoiachim regem Iehudah dices: Sic dixit Dominus: Tu combussisti volumen illud, dicendo: Quare scripsisti in eo, dicendo: Veniendo veniet rex Babel, & vastare faciet terram hanc, & cessare faciet ex ea homines,& animalia?*

30 *Propterea sic dixit Dominus ad Iehoiachim regem Iehudah: Non erit ei sedens super solio Dauid, & cadauer eius erit proiectum ad æstum in die, & ad gelu in nocte.*

31 *Et visitabo super eum, & semen eius, & seruos eius iniquitatem eorum, & adducam super eos, & super habitatores Ierusalaim, & viros Iehudah, omne malum quod locutus sum ad eos,& non audierunt.*

32 *Irmeiahu autem tulit volumen alterum, & dedit illud Baruch filio Neriahu, scribæ. Et scripsit in eo ex ore Irmeiahu omnia verba libri, quem combusserat Iehoiachim rex Iehudah igni,& adhuc addita sunt super ea, verba multa similia.*

CAP. XXXVII.

1 *ET regnauit rex Sidkiiahu filius Iosiiahu pro Choniahu filio Iehoiachim,quem regem constituit Nebuchadnesar rex Babel in terra Iehudah.*

2 *Et non obediuit ipse,& serui eius,& populus terræ,verbis Domini quæ locutus est per Irmeiahu prophetam.*

3 *Et misit rex Sidkiiahu Iehuchal filium Selemiah, & Sephaniahu filium Maliasiah sacerdotem ad Irmeiahu prophetam vt dicerent: Ora quæso pro nobis ad Dominum Deum nostrum.*

4 *Et Irmeiahu venit, & egressus est in medium populi & non posuerunt eum in domum carceris. Exercitus autem Parhoh egressus est de Ægypto, & audierunt Chasdim qui obsidebant Ierusalaim auditum eorum, & ascenderunt ab Ierusalaim.*

5 *Et fuit verbum Domini ad Irmeiahu prophetam, dicendo.*

6 *Sic dixit Dominus Deus Israel. Sic dicetis ad regem Iehudah qui misit vos ad me, vt inquiratis me: Ecce exercitus Parhoh qui egressus est vobis in auxilium, reuersus est in terram suam in Ægyptum.*

7 *Et redibunt Chasdim, & bellabunt contra ciuitatem hanc & capient eam,& succendent eam igni.*

8 *Sic dixit Dominus: Ne decipiatis animas vestras dicendo: Eundo ibunt à nobis Chasdim, quia non ibunt.*

9 *Quia si percuteretis omnem exercitum Chasdim, qui præliantur vobiscum & remaneant ex eis viri transfixi, vnusquisque è tentorio suo consurget, & incendent ciuitatem hanc igni.*

10 *Et fuit, cum ascendisset exercitus Chasdim ab Ierusalaim propter exercitum Parhoh.*

11 *Egressus est Irmeiahu de Ierusalaim, vt iret in terram Biniamin, vt diuideret seipsum inde, quia erat in medio populi.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

28 Rursus sume tu volumen [illegible], scribe omnia [illegible], quæ erant super volumen, quæ combussit rex Ioacim.

29 [illegible] Sic dixit Dominus, Tu combussisti volumen illud, dicens, quare scripsisti in eo dicens ingrediens ingredietur rex Babylonis, & exterminabit terram istam, & deficient ab ea homo, & iumenta?

30 Propterea sic dixit Dominus super Ioacim regem Iuda, Non erit ei sedens super thronum [illegible] & morticinium eius erit proiectum in æstu diei & in gelu noctis.

31 Et visitabo super eum, & [illegible] super pueros eius & [illegible] habitantes Hierusalem & [illegible] mala, quæ loquutus sum [illegible], & non [illegible].

32 Et sump[illegible] Baruch volumen aliud, & [illegible] ex ore Hieremiæ omnes [illegible], quæ combusserat Ioacim: & præterea additi sunt ei sermones plures, sicut isti.

CAP. XXXVII.

Hoc caput [illegible] 44 [illegible] libri videtur

1 ET regnauit Sedecias filius Iosiæ pro Ioacim, quem constituit regem Nabuchodonosor, vt regnaret in Iuda.

2 Et non audierunt ipse, & pueri eius, & populus terræ verba Domini, quæ loquutus est in manu Hieremiæ.

3 Et misit rex Sedecias Ioachal filium Selemiæ, & Sophoniam filium Maasiæ sacerdotem ad Hieremiam dicens: Ora nunc pro nobis ad Dominum.

4 Et Hieremias [illegible] per medium ciuitatis, & non dederunt eum in domum carceris. Et virtus Pharaonis exiit ex Ægypto: & audierunt Chaldæi famam eorum, & ascenderunt de super Hierusalem.

5 Et factum est verbum Domini ad Hieremiam, dicens:

6 Sic dixit Dominus: Sic dices ad regem Iuda, qui misit ad te exquirere me: Ecce virtus Pharaonis, quæ egressa est vobis in auxilium, reuertentur in terram Ægypti.

7 Et reuertentur ipsi Chaldæi, & bellabunt super ciuitatem hanc, & capient eam, & succendent eam in igne.

8 Quoniam sic dixit Dominus: Non existimetis animabus vestris, dicentes, recedentes abibunt à nobis Chaldæi, quia non abibunt.

9 [illegible] percusseritis omnem virtutem Chaldæorum, [illegible] qui oppugnant vos, & remanserint quidam transfixi, [illegible] in loco suo, ita consurgent, & incendent ciuitatem hanc in igne.

10 Et factum est, quando ascendit virtus Chaldæorum à Hierusalem à facie virtutis Pharaonis:

11 Egressus est Hieremias de Hierusalem, vt iret in terram Beniamin, vt emeret [illegible] in medio populi.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

28 Reuertere, tolle tibi volumen aliud, & scribe in eo omnia [illegible] priora, quæ erant in volumine priori, quod [illegible] rex Iehudah.

29 Et ad Iehoiachim Regem Iehudah dices, Sic dixit Iehouah, Tu combussisti volumen illud, dicendo, Quare [illegible], Veniendo veniet rex Babel, [illegible], & cessare faciet ex ea [illegible] iumentum?

30 [illegible] regem Iehudah [illegible] super solium Dauid, [illegible] ad [illegible] in die, & ad gelu[illegible].

31 Et visitabo super eum, & super semen eius, & ser[illegible] & super [illegible] Iehudah omne [illegible] non audierunt.

32 [illegible], & dedit illud [illegible], quem combusserat [illegible] rex Iehudah igni, & præterea addita sunt super ea, ver[illegible].

C A P. XXXVIII.

1 REgnauit autem rex [illegible] filius [illegible] pro [illegible] quem Regem constituit Ne[illegible] rex Babel in terra Iehudah.

2 [illegible] ipse, & [illegible] eius, neque populus terræ, [illegible] quæ dixerat per Irmeiahu prophetam.

3 Et misit Rex Sidkiiahu Iehucal filium Selemiah, & [illegible] sacerdotem ad Irmeiahu [illegible], vt diceret, Ora [illegible] pro nobis ad Iehouam [illegible].

4 Irmeiahu autem [illegible] in medio populi, [illegible] eum in domum carceris. [illegible] de Ægypto: [illegible] Ierusalem auditum [illegible].

5 Tunc fuit verbum Iehouæ ad Irmeiahu prophetam, dicendo:

6 [illegible] Deus Israel, Sic dicetis ad Regem Ie[illegible] ad interrogandum me, [illegible] qui egressus erat vobis in auxilium, re[illegible] in Ægyptum.

7 Et [illegible] Chasdim, oppugnabuntque ciuitatem hanc, & capient eam, & succendent eam igni.

8 [illegible] ne decipiatis animas vestras, dicendo, [illegible] Chasdim: non enim abibunt.

9 Nam etiamsi percusseritis vniuersum exercitum [illegible] qui oppugnant vos, & remanserint ex eis [illegible] è tentorio suo consurget, & incendent [illegible] igni.

10 Fuit autem cum ascendisset exercitus Chasdim ab Ierusalem propter exercitum Pharoh,

11 Egressus est Irmeiahu ex Ierusalem, vt iret in terram [illegible] vt segregaret se inde quia erat in medio populi.

Vulgat. Editio.

12 Cumque peruenisset ad portam Beniamin, erat
ibi custos portæ per vices, nomine Ierias, filius Sele-
miæ filii Hananiæ, & apprehendit Ieremiam pro-
phetam, dicens: Ad Chaldæos profugis.

13 Et respondit Ieremias: Falsum est, non fugio ad
Chaldæos. Et non audiuit eum sed comprehendit
Ierias Ieremiam, & adduxit eum ad principes.

14 Quam ob rem irati principes contra Ieremiam,
cæsum eum miserunt in carcerem, qui erat in do-
mo Ionathan scribæ: ipse enim præpositus erat su-
per carcerem.

15 Itaque ingressus est Ieremias in domum laci &
in ergastulum: & sedit ibi Ieremias diebus multis.

16 Mittens autem Sedecias rex tulit eum: & inter-
rogauit eum in domo sua abscondite, & dixit: Pu-
tasne est sermo a Domino? Et dixit Ieremias: Est. Et
ait: In manus regis Babylonis traderis.

17 Et dixit Ieremias ad regem Sedeciam: Quid pec-
caui tibi, & seruis tuis, & populo tuo, quia misisti
me in domum carceris?

18 Vbi sunt prophetæ vestri, qui prophetabant vo-
bis, & dicebant: Non veniet rex Babylonis super
vos, & super terram hanc?

19 Nunc ergo audi obsecro domine mi rex: valeat
deprecatio mea in conspectu tuo: & ne me remittas
in domum Ionathan scribæ, ne moriar ibi.

20 Præcepit ergo rex Sedecias vt traderetur Iere-
mias in vestibulo carceris: & daretur ei torta panis
quotidie excepto pulmento, donec consumeren-
tur omnes panes de ciuitate: & mansit Ieremias in
vestibulo carceris.

CAP. XXXVIII.

1 AVdiuit autem Saphatias filius Mathan, & Ge-
delias filius Phassur, & Iuchal filius Selemiæ,
& Phassur filius Melchiæ, sermones, quos Ieremias
loquebatur ad omnem populum, dicens:

* Sup. 21.9.

2 Hæc dicit Dominus: * Quicumque manserit in
ciuitate hac morietur gladio & fame, & peste: qui
autem profugerit ad Chaldæos, viuet, & erit anima
eius sospes & viuens.

3 Hæc dicit Dominus: Tradendo tradetur ciuitas
hæc in manu exercitus regis Babylonis, & capiet
eam.

4 Et dixerunt principes regi: Rogamus vt occida-
tur homo iste: de industria enim dissoluit manus
virorum bellantium, qui remanserunt in ciuitate
hac, & manus vniuersi populi, loquens ad eos iuxta
verba hæc: siquidem homo iste non quærit pacem
populo huic, sed malum.

5 Et dixit rex Sedecias: Ecce ipse in manibus ve-
stris est: nec enim fas est regem vobis quidquam
negare.

6 Tulerunt ergo Ieremiam, & proiecerunt eum in
lacum Melchiæ filii Amelech, qui erat in vestibulo
carceris: & submiserunt Ieremiam funibus in la-
cum in quo non erat aqua, sed lutum. Descendit
itaque Ieremias in cœnum.

7 Audiuit autem Abdemelech Æthiops vir eunu-
chus, qui erat in domo regis, quod misissent Iere-
miam in lacum: porro rex sedebat in porta Benia-
min.

8 Et egressus est Abdemelech de domo regis, & lo-
cutus est ad regem, dicens:

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

12 *Et [illegible]*
[illegible]
[illegible]
[illegible]

13 *Dixitq; Ieremiahu: falsum est [illegible]*
dim. Et non audiuit eum [illegible] Ieremia-
hu, & adduxit eum ad principes.

14 *Et irati sunt principes contra Ieremiahu, & percusser-*
fecerunt eum, & posuerunt eum in domum carceris, in
domum Iehonathan scribæ: ipsam enim fecerunt domum
carceris.

15 *Cum ingressus esset Ieremiahu in domum laci, [illegible]*
cum [illegible] manebat [illegible] Ieremiahu diebus
multis.

16 *Et misit Rex [illegible] & interrogauit*
eum rex [illegible]: Num est ver-
bum Domini? [illegible] In manum
regis Babel traderis.

17 *[illegible]: Quid pecca-*
ui tibi, & seruis tuis, & populo isti, quia posuistis me in
domum carceris?

18 *[illegible], qui prophetabant vobis di-*
cendo: Non veniet rex Babel contra vos, & contra ter-
ram hanc?

19 *Et nunc audi [illegible] domine mi rex: cadat obsecro de-*
precatio mea [illegible] tuo, & ne redire facias me in
domum Iehonathan [illegible], ne moriar ibi.

20 *Et præcepit rex [illegible], & commendauerunt Ieremia-*
hu in atrio custodiæ, & dedit ei tortam panis per diem de
platea pistorum [illegible] consumeretur omnis panis de ci-
uitate: & mansit Ieremiahu in atrio custodiæ.

CAP. XXXVIII.

1 *AVdiuit autem Sephathiah filius Matthan, & Ghe-*
daliahu [illegible] filius Selemiahu,
& Paschur [illegible] quæ Ieremiahu loque-
batur ad omnem [illegible]

2 *Sic dixit Dominus: [illegible] in ciuitate [illegible] mo-*
rietur gladio, [illegible] autem exierit ad Chal-
dæos, viuet: & erit ei anima eius in spolium, & viuet.

3 *Sic dixit Dominus: Tradendo tradetur ciuitas hæc in*
manum exercitus regis Babel, & capiet eam.

4 *Et dixerunt principes ad regem: Moriatur [illegible]*
vir iste: quia [illegible] manus virorum belli, qui
remanserunt in ciuitate hac, & manus vniuersi populi,
loquendo ad eos [illegible] verba hæc, quia vir iste non
quærit pacem populo huic, sed malum.

5 *Et dixit rex [illegible]: Ecce [illegible] in manibus vestris:*
non enim est consentaneum, vt [illegible] *facere ali-*
[illegible]

6 *Et [illegible], & proiecerunt in cister-*
nam Malchiahu [illegible], qui erat in atrio custodiæ,
& [illegible] Ieremiahu funibus. [illegible]
erat aqua, sed lutum, [illegible] Ieremiahu in cœno.

7 *Et audiuit [illegible]*
ipse erat [illegible]
[illegible]

8 *Et egressus est [illegible], & locutus*
est ad regem dicendo.

Domine

Transl. ex Septuag.

12 Et fuit ipse in porta Beniamin & ibi homo, apud quem diuertebat: Saruia filius Selemię filij Ananię: & comprehendit Hieremiam, dicens: Ad Chaldæos tu fugis.

13 Et dixit: Mendacium: non ad Chaldæos ego fugio. Et non exaudiuit eum: & comprehendit Saruia Hieremiam: & introduxit eum ad principes.

14 Et exacerbati sunt principes super Hieremiam, & percusserunt eum: & miserunt eum in domum Ionathan scribæ: quia hanc fecerant in domum carceris.

15 Et venit Hieremias in domum laci, & in Chereth: & sedit ibi diebus multis.

16 Et misit Sedecias, & vocauit eum: & interrogabat eum rex abscondite, dicendo: Si est verbum à Domino? Et dixit: Est: in manus regis Babylonis traderis.

17 Et dixit Hieremias regi: Quid læsi te, & pueros tuos, & populum istum; quia tu das me in domum carceris?

18 Et vbi sunt prophetæ vestri, qui prophetabant vobis, dicentes, quia non veniet rex Babylonis super terram hanc?

19 Et nunc domine rex procidat misericordia mea ad faciem tuam. Et quid redire me facis in domum Ionathan scribæ? & non moriar ibi.

20 Et præcepit rex, & miserunt eum in domum carceris: & dederunt ei panem vnum die de foris, vbi panem faciebant; donec defecerunt panes de ciuitate. Et sedit Hieremias in atrio carceris.

CAP. XXXVIII.

Hoc caput 45. locum habet apud Sept.

1 ET audiuit Saphanias filius Nathan, & Godolias filius Paschor, & Ioachal filius Semeliæ, verba, quæ Hieremias loquebatur ad populum, dicens:

2 Sic dixit Dominus: habitans in ciuitate ista morietur in gladio, & in fame: & qui egreditur ad Chaldæos, viuet: & erit anima eius in rem inuentam, & viuet.

3 Quoniam sic dixit Dominus: Tradendo tradetur ciuitas hæc in manus virtutis regis Babylonis, & capiet eam.

4 Et dixerunt regi: Occidatur nunc homo iste; quia ipse dissoluit manus hominum bellantium, qui remanserunt in ciuitate, & manus vniuersi populi, loquens ad eos iuxta verba hæc. Homo enim iste non vaticinatur pacem populo huic, sed mala.

5 Et dixit rex: Ecce ipse in manibus vestris. Non enim poterat rex aduersus eos.

6 Et proiecerunt eum in lacum Melchiæ filij regis, qui erat in atrio carceris: & demiserunt eum in lacum: & in lacu non erat aqua, sed lutum: & fuit in luto.

7 Et audiuit Abdemelech Æthiops, & ipse in domo regis, quia dederant Hieremiam in lacum, & rex erat in porta Beniamin.

8 Et egressus est ad eum, & loquutus est ad regem, & dixit:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

Quum autem esset in porta Biniamin, ibiq; esset præpositus cuius nomen erat Iriah, filius Selemiah filij Hananiah, ille apprehendit Irmeiahu prophetam, dicendo, Ad Chasdim tu transfugis.

Dixitq; Irmeiahu, Falsum est, non transfugio ad Chasdim, at non audiuit eum, sed comprehendit Iriiah ipsum Irmeiahu, adduxitq; eum ad principes.

Iratiq; sunt principes contra Irmeiahu, & percutere fecerunt eum, posueruntq; eum in domum carceris, in domum Iehonathan scribæ: ipsam enim fecerant domum carceris.

Quum ingressus esset Irmeiahu in domum laci, & in locum vbi detinebantur vincti, & mansisset ibi Irmeiahu diebus multis:

Tandem misit Rex Sidciiahu, & tulit eum, interrogauitq; eum rex in domo sua abscondite, & dixit, Num est verbum à Iehoua? Et dixit Irmeiahu, Est: præterea dixit, In manum regis Babel traderis.

Et dixit Irmeiahu ad regem Sidciiahu, Quid peccaui in te, & in seruos tuos, & in populum istum, quod posuistis me in domum carceris?

Et vbinam sunt prophetæ vestri qui prophetabant vobis, dicendo, Non veniet rex Babel contra vos, & contra terram istam?

Nunc itaque audi obsecro domine mi rex, cadat obsecro deprecatio mea in conspectu tuo, & ne redire facias me in domum Iehonathan scribæ, ne moriar ibi.

Et præcepit rex Sidciiahu, & posuerunt Irmeiahu in atrio custodiæ, & dedit ei tortam panis per diem ex platea pistorum, donec consumeretur omnis panis de ciuitate: mansit itaque Irmeiahu in atrio custodiæ.

CAP. XXXVIII.

AVdiuit autem Sephatiah filius Matthan, & Gedaliahu filius Pashur, & Iuchal filius Selemiahu, & Pashur filius Malchiiah verba quæ Irmeiahu loquebatur ad vniuersum populum, dicendo,

Sic dixit Iehouah, Qui manserit in ciuitate ista, morietur gladio, & fame, & peste: qui autem exierit ad Chasdim, viuet, eritq; anima eius in spolium, & viuet.

Sic dixit Iehouah, Tradendo tradetur ciuitas hæc in manum exercitus regis Babel, & capiet eam.

Dixerunt itaque principes ad regem, Moriatur quæsumus vir iste: qui idcirco debilitat manus virorum bellicosorum qui remanserunt in ciuitate hac, & manus vniuersi populi, quod loquatur ad eos talia verba: vir enim iste non quærit pacem populo huic, sed malum.

Et dixit rex Sidciiahu, Ecce est in manibus vestris: non enim Rex potest vobis denegare quicquam.

Tulerunt itaque Irmeiahu, & proiecerunt eum in lacum Malchiiahu filij Hamelech qui erat in atrio custodiæ, & demiserunt Irmeiahu funibus: in lacu autem non erat aqua, sed cœnum, defixusq; est Irmeiahu in cœnum.

Quod quum audisset Ebed-melech Æthiops, vir eunuchus (ipse autem erat in domo regis) quod posuissent Irmeiahu in lacum: tunc rex sedebat in porta Biniamin.

Egressus est itaque Ebed-melech de domo regis, & loquutus est ad regem, dicendo,

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

9 Domine mi rex, male fecerunt viri isti omnia quæcumque perpetrarunt contra Ieremiam prophetam, mittentes eum in lacum vt moriatur ibi fame, non sunt enim panes vltra in ciuitate.

10 Præcepit itaque rex Abdemelech Æthiopi, dicens: Tolle tecum hinc triginta viros, & leua Ieremiam prophetam de lacu antequam moriatur.

11 Assumptis ergo Abdemelech secum viris, ingressus est domum regis, quæ erat sub cellario: & tulit inde veteres pannos & antiqua, quæ computruerant, & submisit ea ad Ieremiam in lacum per funiculos.

12 Dixitque Abdemelech Æthiops ad Ieremiam: pone veteres pannos, & hæc scissa & putrida sub cubito manuum tuarum, & super funes: fecit ergo Ieremias sic:

13 Et extraxerunt Ieremiam funibus, & eduxerunt eum de lacu: mansit autem Ieremias in vestibulo carceris.

14 Et misit rex Sedecias, & tulit ad se Ieremiam prophetam ad ostium tertium, quod erat in domo Domini: & dixit rex ad Ieremiam: Interrogo ego te sermonem, ne abscondas à me aliquid.

15 Dixit autem Ieremias ad Sedeciam: Si annunciauero tibi, numquid non interficies me? & si consilium dedero tibi, non me audies.

16 Iurauit ergo rex Sedecias Ieremiæ clam, dicens: Viuit Dominus, qui fecit nobis animam hanc, si occidero te, & si tradidero te in manus virorum istorum, qui quærunt animam tuam.

17 Et dixit Ieremias ad Sedeciam: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Si profectus exieris ad principes regis Babylonis, viuet anima tua: & ciuitas hæc non succendetur igni: & saluus eris tu, & domus tua.

18 Si autem non exieris ad principes regis Babylonis, tradetur ciuitas hæc in manus Chaldæorum, & succendent eam igni: & tu non effugies de manu eorum.

19 Et dixit rex Sedecias ad Ieremiam: Solicitus sum propter Iudæos qui transfugerunt ad Chaldæos: ne forte tradar in manus eorum, & illudant mihi.

20 Respondit autem Ieremias: Non te tradent, audi quæso vocem Domini, quam ego loquor ad te, & bene tibi erit, & viuet anima tua.

21 Quod si nolueris egredi: iste est sermo, quem ostendit mihi Dominus:

22 Ecce omnes mulieres quę remanserunt in domo regis Iuda, educentur ad principes regis Babylonis: & ipsæ dicent: Seduxerunt te, & præualuerunt aduersum te viri pacifici tui, demerserunt in cœno, & in lubrico pedes tuos, & recesserunt à te.

23 Et omnes vxores tuæ, & filij tui educentur ad Chaldæos: & non effugies manus eorum, sed in manu regis Babylonis capieris: & ciuitatem hanc comburet igni.

24 Dixit ergo Sedecias ad Ieremiam: Nullus sciat verba hæc & non morieris.

25 Si autem audierint principes quia locutus sum tecum, & venerint ad te, & dixerint tibi: Indica nobis quid locutus sis cum rege, ne celes nos, & non te interficiemus: & quid locutus est tecum rex:

26 Dices ad eos: Prostraui ego preces meas coram rege, ne me reduci iuberet in domum Ionathan, & ibi morerer.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Domine mi Rex, male fecerunt viri isti omnia quæ fecerunt in Irmeiahu prophetam, quem proiicere fecerunt in cisternam, & morietur in loco ipso propter famem, non enim est panis vltra in ciuitate.

Et præcepit Rex Hebedmelech Æthiopi, dicendo: Tolle in manu tua hinc triginta viros, & ascendere fac Irmeiahu prophetam de cisterna, antequam moriatur.

Et assumpsit Hebedmelech viros qui erant in potestate sua, & ingressus est domum Regis sub thesaurum, & tulit inde veteres pannos, & antiquos deuastatos, & misit eos ad Irmeiahu in cisternam per funes.

Et dixit Hebedmelech Æthiops ad Irmeiahu: Pone nunc veteres pannos deuastatos sub axillis manuum tuarum, subter funes. Et fecit Irmeiahu sic.

Et extraxerunt Irmeiahu funibus, & ascendere fecerunt eum è cisterna, & mansit Irmeiahu in atrio custodiæ.

Et misit rex Sidchiiahu, & tulit Irmeiahu prophetam ad se, ad introitum tertium qui erat in domo Domini, & dixit rex ad Irmeiahu: Interrogo te verbum, ne abscondas à me quicquam.

Dixit autem Irmeiahu ad Sidchiiahu: Si annunciauero tibi, nonne mori faciendo, mori facies me? & si consuluero tibi, non parebis mihi.

Et iurauit Rex Sidchiiahu ipsi Irmeiahu clam, dicendo: Viuit Dominus qui fecit nobis animam hanc, si occidero te, & si tradidero te in manum virorum istorum, qui quærunt animam tuam.

Et dixit Irmeiahu ad Sidchiiahu: Sic dixit Dominus Deus exercituum Deus Israel: Si exeundo exieris ad principes Regis Babel, viuet anima tua, & ciuitas hæc non succendetur igni, & viues tu, & familia tua.

Si autem non exieris ad principes Regis Babel, tradetur ciuitas hæc in manum Chasdim & succendent eam igni, & tu non effugies de manu eorum.

Et dixit Rex Sidchiiahu ad Irmeiahu: Timeo propter Iehudæos, qui transfugerunt ad Chasdim, ne forte dent me in manum eorum, & illudant mihi.

Et dixit Irmeiahu: Non tradent: audi quæso vocem Domini qua loquor ad te, & bene erit tibi, & viuet anima tua.

Si autem renueris exire, hoc est verbum, quòd ostendit mihi Dominus.

Et ecce omnes mulieres quæ remanserunt in domo Regis Iehudah educuntur ad principes Regis Babel. Et ipsæ dicunt, suaserunt tibi, & præualuerunt tibi viri pacis tuæ, infixi sunt in cœno pedes tui, conuersi sunt retrorsum.

Et omnes vxores tuas, & filios tuos educent ad Chasdim, & tu non euades de manu eorum, sed in manu regis Babel capieris, & ciuitatem hanc comburere facies igni.

Dixit autem Sidchiiahu ad Irmeiahu: Nemo sciat verba ista, & non morieris.

Si autem audierint principes quod locutus sum tecum & venerint ad te & dixerint tibi, indica nunc nobis quid locutus es ad Regem, ne celes à nobis, & non interficiemus te, & quid locutus est ad te Rex.

Dices ad eos: Cadere feci deprecationem meam coram Rege, ne reducere faceret me in domum Iehonathan, ne moriar ibi.

Vene-

Vene-

Transl. ex Septuag.

9 Malefecisti quæ fecisti, interficiendo hominem istum à facie famis: quoniam non sunt amplius panes in ciuitate.

10 Et mandauit rex Abdemelech, dicens: Tolle in manus tuas hinc triginta homines, & educ eum è lacu, vt non moriatur.

11 Et assumpsit Abdemelech homines, & ingressus est in domum regis subterraneam, & sumpsit inde veteres pannos, & veteres funiculos, & proiecit ea ad Hieremiam in lacum,

12 Et dixit: Ista pone sub funiculis. Et fecit Hieremias ita.

13 Et traxerunt [illegible] funiculis, & eduxerunt eum è lacu. Et sedit Hieremias in atrio carceris.

14 Et misit rex, & vocauit eum ad se in domum Aselisel, quæ in domo Domini. Et dixit ei rex: Interrogabo te sermonem: & ne abscondas, quæso, à me verbum.

15 Et dixit Hieremias regi: Si annunciauero tibi; nunquid morte me mortificabis? &, si consilium dedero tibi: nunquid audies me?

16 Et iurauit ei rex, dicens: Viuit Dominus, qui fecit nobis animam hanc; si interficiam te, &, si dabo te in manus hominum istorum.

17 Et dixit ei Hieremias: Sic dixit Dominus: Si exiens exiueris ad Duces regis Babylonis; viuet anima tua, & ciuitas hæc non comburetur in igni, & viues tu, & domus tua.

18 Quod, si non exieris; dabitur ciuitas hæc in manus Chaldæorum, & incendent eam in igne, & tu non saluaberis.

19 Et dixit rex Hieremiæ: Ego rationem habeo Iudæorum, qui fugerunt ad Chaldæos, ne daturi sint me in manus eorum: & illudent mihi.

20 Et dixit Hieremias: Non tradent te. Audi verbum Domini, quod ego dico ad te: & melius erit tibi, & viuet anima tua.

21 Quod, si nolueris tu exire; iste est sermo, quem ostendit mihi Dominus:

22 Ecce omnes mulieres, quę remanserunt in domo regis Iuda, eductæ sunt ad principes regis Babylonis, & hæ dicebant: Seduxerunt te, & præualebunt tibi viri pacifici tui. Et deponent in lubricis pedem tuum; recesserunt à te:

23 Et vxores tuas, & filios tuos educent ad Chaldæos: & tu non saluaberis: quia in manu regis Babylonis capieris: & ciuitas hæc comburetur.

24 Et dixit ei rex: Homo non sciat de verbis his: & tu non morieris.

25 Quod, si principes audierint, quia loquutus sum tibi, & venerint ad te, & dixerint tibi, annuncia nobis, quid loquutus est tibi rex, ne celes à nobis, & non interficiemus te, & quid loquutus est ad te rex;

26 Et dices eis: Proijcio ego misericordiam meam ante oculos regis ad hoc, vt redire me non faciat in domum Ionathan, ad moriendum me ibi.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

Domine mi Rex, male fecerunt viri isti in omnibus quæ fecerunt ipsi Irmeiahu prophetæ, quem proiicere fecerunt in lacum: morietur enim in loco ipso propter famem: quia non est panis vltra in ciuitate.

Præcepit itaque Rex ipsi Ebed-melech Æthiopi, dicendo Tolle in manu tua hinc triginta viros: & ascendere fac Irmeiahu prophetam de lacu, antequam moriatur.

Assumpsit ergo Ebed-melech viros in manu sua, & ingressus est domum Regis ad locum qui erat sub thesauro: tulitq́; inde veteres pannos putridos, & veteres corruptos: & demisit eos ad Irmeiahu in lacum, funibus.

Et dixit Ebed-melech Æthiops ad Irmeiahu, Pone nunc veteres pannos putridos & corruptos sub axillis manuum tuarum, subter funes. & fecit Irmeiahu sic.

Extraxerunt itaque Irmeiahu funibus, & ascendere fecerunt eum è lacu: mansitq́; Irmeiahu in atrio custodiæ.

Misit autem rex Sidciiahu, & tulit Irmeiahu prophetam ad se, ad introitum tertium qui erat in domo Iehouæ, dixitq́; Rex ad Irmeiahu, Interrogo te aliquid, ne abscondas à me quicquam.

Dixit autem Irmeiahu ad Sidciiahu, Si annuntiauero tibi, annon interficiendo interficies me? & si consilium dedero tibi, non parebis mihi.

Et iurauit Rex Sidciiahu ipsi Irmeiahu clam, dicendo, Viuit Iehouah qui fecit nobis animam hanc, si occidero te, & si tradidero te in manum virorum illorum qui quærunt animam tuam.

Et dixit Irmeiahu ad Sidciiahu, Sic dixit Iehouah Deus exercituum, Deus Israel, Si exeundo exieris ad principes Regis Babel, & viuet anima tua, & ciuitas hæc non succendetur igni, & viues tu & familia tua:

Si autem non exieris ad principes Regis Babel, tradetur ciuitas hæc in manum Chasdim, & succendent eam igni, neque effugies de manu eorum.

Dixit autem Rex Sidciiahu ad Irmeiahu, Timeo mihi propter Iehudæos qui transfugerunt ad Chasdim, ne forte tradant me in manum eorum, & illudant mihi.

Et dixit Irmeiahu, Non tradent: audi quæso vocem Domini quæ loquor ad te, & bene erit tibi, & viuet anima tua:

Si autem renueris exire, hoc est verbum quod ostendit mihi Iehouah,

Ecce omnes mulieres quæ remanserunt in domo Regis Iehudah, educentur ad principes Regis Babel: eademq́; dicent, Suaserunt tibi, & præualuerunt tibi viri pacis tuæ: infixi sunt in cœno pedes tui, conuersi sunt retrorsum.

Et omnes vxores tuas & filios tuos educent ad Chasdim, tu quoque non euades de manu eorum: sed manu Regis Babel capieris, & ciuitatem hanc combures igni.

Dixit autem Sidciiahu ad Irmeiahu, Nemo sciat verba ista, & non morieris.

Quod si audierint principes quod loquutus sum tecum, & venerint ad te dixerintq́; tibi, Indica nunc nobis quid loquutus sis ad Regem, ne celes nos, & non interficiemus te: & quid loquutus sit ad te Rex.

Dices ad eos, Cadere feci ego deprecationem meam coram Rege, ne reducere faceret me in domum Iehonathan, vt morerer ibi.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Venerunt ergo omnes principes ad Ieremiam,& interrogauerunt eum:& locutus est eis iuxta omnia verba, quæ præceperat ei rex, & cessauerunt ab eo: nihil enim fuerat auditum.

Mansit vero Ieremias in vestibulo carceris vsque ad diem, quo capta est Ierusalem: & factum est vt caperetur Ierusalem.

CAP. XXXIX.

4 Re. 25. 1. Inf. 52. 4.

ANno nono Sedeciæ regis Iuda, mense decimo, venit Nabuchodonosor rex Babylonis,& omnis exercitus eius ad Ierusalem,& obsidebant eam.

Vndecimo autem anno Sedeciæ, mense quarto, quinta mensis aperta est ciuitas.

Et ingressi sunt omnes principes regis Babylonis,& sederunt in porta media: Neregel, Sereser, Semegarnabu, Sarsachim, Rabsares Neregel, Sereser, Rebmag, & omnes reliqui principes regis Babylonis.

Cumque vidisset eos Sedecias rex Iuda,& omnes viri bellatores, fugerunt: & egressi sunt nocte de ciuitate per viam horti regis,& per portam, quæ erat inter duos muros, & egressi sunt ad viam deserti.

Persecutus est autem eos exercitus Chaldæorum: & comprehenderunt Sedeciam in campo solitudinis Ierichontinæ,& captum adduxerunt ad Nabuchodonosor regem Babylonis in Reblatha, quæ est in Terra Emath: & locutus est ad eum iudicia.

Et occidit rex Babylonis filios Sedeciæ in Reblatha, in oculis eius: & omnes nobiles Iuda occidit rex Babylonis.

Oculos quoque Sedeciæ eruit: & vinxit eum compedibus vt duceretur in Babylonem.

Domum quoque regis,& domum vulgi succenderunt Chaldæi igni,& murum Ierusalem subuerterunt.

Et reliquias populi,qui remanserant in ciuitate, & perfugas, qui transfugerant ad eum, & superfluos vulgi, qui remanserant, transtulit Nabuzardan magister militum in Babylonem:

Et de plebe pauperum, qui nihil penitus habebant, dimisit Nabuzardan magister militum in Terra Iuda: & dedit eis vineas, & cisternas in die illa.

Præceperat autem Nabuchodonosor rex Babylonis de Ieremia Nabuzardan magistro militum, dicens:

Tolle illum,& pone super eum oculos tuos, nihilque ei mali facias: sed, vt voluerit, sic facias ei.

Misit ergo Nabuzardan princeps militiæ, & Nabusezban,& Rabsares,& Neregel,& Sereser,& Rebmag,& omnes optimates regis Babylonis.

Miserunt,& tulerunt Ieremiam de vestibulo carceris, & tradiderunt eum Godoliæ filio Ahicam filij Saphan vt intraret in domum, & habitaret in populo.

Ad Ieremiam autem factus fuerat sermo Domini cum clausus esset in vestibulo carceris, dicens:

Vade,& dic Abdemelech Aethiopi, dicens: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego inducam sermones meos super ciuitatem hanc in malum, & non in bonum: & erunt in conspectu tuo in die illa.

Et

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

27 *Veneruntq́; omnes principes ad Irmeiahu, & interrogauerunt eum, & nunciauit eis iuxta omnia verba hæc, quæ præcepit Rex, & tacuerunt ab eo, quia non est auditum verbum.*

28 *Et mansit Irmeiahu in atrio custodiæ vsque ad diem quo capta est Ierusalaim. * Et fuit cum capta esset Ierusalaim.*

* Hic incipit cap. 39. apud Sanct. Pagn.

CAP. XXXIX.

1 *ANno nono Sidchiiahu Regis Iehudah, mense decimo, venit Nebuchadnesar Rex Babel,& omnis exercitus eius in Ierusalaim, & obsederunt eam.*

2 *Vndecimo autem anno Sidchiiahu, mense quarto, nona mensis fracta est ciuitas.*

3 *Et ingressi sunt omnes principes Regis Babel, & sederunt in porta media Narghalsares[illegible]gharnebo, Sarsechis, Rabsaris, Narghalsareser, [illegible], & omnes reliqui principes Regis Babel.*

4 *Et fuit, cum vidisset eos Sidchiiahu Rex Iehudah, et omnes viri bellatores fugerunt,& egressi sunt noct. de ciuitate per viam horti Regis, per portam quæ erat inter duos muros,& egressus est per viam deserti.*

5 *Et persecutus est exercitus Chasdim eos, & comprehenderunt Sidchiiahu in desertis Iericho, & tulerunt eum, & ascendere fecerunt eum ad Nebuchadnesar Regem Babel in Riblah, quæ est in terra Chamath, & locutus est cum eo iudicia.*

6 *Et iugulauit Rex Babel filios Sidchiiahu in Riblah in oculis eius: & omnes nobiles Iehudah iugulauit Rex Babel.*

7 *Et oculos Sidchiiahu cæcauit: & vinxit eum in compedibus, vt adduceret eum in Babel.*

8 *Domumq́; Regis, & domos populi succenderunt Chasdim igni, & muros Ierusalaim, diruerunt.*

9 *Residuum autem populi qui remanserat in ciuitate, et transfugæ qui transfugerant ad eum, et residuum populi qui remanserat, transtulit Nebuzaradan magister laniorum in Babel.*

10 *Et de plebe pauperum quibus non erat quicquam, remanere fecit Nebuzaradan magister laniorum in terra Iehudah, et dedit eis vineas, et agros in die illa.*

11 *Præceperat autem Nebuchadnesar Rex Babel super Irmeiahu, per manum Nabuzaradan magistri laniorum, dicendo:*

12 *Tolle illum, et oculos tuos pone super illum, & ne facias ei quicquam mali, sed secundum quod loquetur ad te, sic facies cum eo.*

13 *Misitq́; Nebuzaradan magister laniorum, et Nebuzarban, Rabsaris, et Nerghalsareser, Rabmagh, et omnes magistri regis Babel.*

14 *Et miserunt, et tulerunt Irmeiahu de atrio custodiæ, et tradiderunt eum Ghedaliahu filio Achicam filij Saphan, vt educerent eum ad domum, et habitaret in medio populi.*

15 *Ad Irmeiahu autem fuerat verbum Domini, cum esset clausus in atrio custodiæ, dicendo:*

16 *Vade, et dic ad Heledmelech Aethiopem, dicendo: Sic dixit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce adduco verba mea super ciuitatem hanc in malum, et non in bonum: et erunt in conspectu tuo in die illa,*

Et

Transl. ex Septuag.

27 Et venerunt omnes principes ad Hieremiam, & interrogauerunt eum. Et annunciauit eis iuxta omnia verba hæc, quæ præceperat ei rex. Et tacuerunt: quia non erat auditum verbum Domini.

28 Et sedit Hieremias in atrio carceris vsque ad tempus, quo capta est Hierusalem.

CAP. XXXIX.

Quadragesimi sexti locū sibi vēdicat hoc caput in trāslat. ex Sept. Rom.

1 ET factum est mense nono Sedeciæ regis Iuda, aduenit Nabuchodonosor rex Babylonis, & omnis virtus eius super Hierusalem: & obsidebant eam.

2 Et in vndecimo anno Sedecię in mense quarto, nona mensis dirupta est ciuitas:

3 Et ingressi sunt omnes duces regis Babylonis: & sederunt in porta media, Marganasar, & Samagoth, & Nabusachar, & Nabusaris, Nagargas, Naserrabamath, & reliqui duces regis Babylonis.

Hęc agnoscūtur à Theodoreto proinde tibi dedimus illa diuerso tamen caractere, quia desunt à peruetusto codice vaticano.

4 *Et factum est, vt vidit eos Sedecias rex Iuda, & omnes viri bellatores; & fugerunt, & exierunt nocte de ciuitate per viam horti regis per portam inter medium muri, & antemuralis: & exierunt per viam Araba.*

5 *Et insequuta est virtus Chaldæorum post eos, & ceperunt Sedeciam in regione trans Hiericho, & adduxerunt eum ad Nabuchodonosor regem Babylonis in Reblatha, quæ est in terra Æmath. Et loquutus est ei cum iudicio.*

6 *Et iugulauit rex Babylonis filios Sedeciæ in Reblatha ante oculos eius: & omnes principes Iuda iugulauit.*

7 *Et oculos Sedeciæ excæcauit: & vinxit eum in compedibus, & duxit eum in Babylonem.*

8 *Et domum regis, & domos populi succenderunt Chaldæi in igne, & murum Hierusalem destruxerunt.*

9 *Et residuum populi, & eos qui remanserant in ciuitate, & transfugas, qui transfugerant ad regem Babylonis, et reliquum populi, & eos, qui remanserant, transtulit Nabuzardan princeps coquorum in Babylonem.*

10 *Et de pauperibus populi, quibus non erat quicquam, reliquit Nabuzardan princeps coquorum in terra Iuda; et dedit eis vineas, & agros in die illa.*

11 *Et mandauerat Nabuchodonosor rex Babylonis pro Hieremia in manu Nabuzardan.*

12 *Suscipe eum, & pone oculos tuos super eo: & ne facias ei malum vllum: sed, sicut loquutus fuerit ad te facies ei.*

13 *Et misit Nabuzardan rex coquorum, et Nabusezban, et Rapsares, et Nergel, et Sarasar, et Rabmag, et omnes duces regis Babylonis.*

14 Et miserunt & tulerunt Hieremiam de atrio carceris, & dederunt eum ad Godoliam filium Achican filij Saphan: & eduxerunt eum: & sedit in medio populi.

15 Et ad Hieremiam factum est verbum Domini in atrio carceris, dicens:

16 Vade & dic ad Abdemelech Aethiopem: Sic dixit Dominus Deus Israel: Ecce ego affero verba mea super ciuitatem hanc in mala, & non in bona:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

27 *Venerunt ergo omnes principes ad Irmeiahu, & interrogauerunt eum: nuntiauitque eis iuxta omnia verba illa quæ præceperat Rex, & siluerunt ab eo: quia non fuerat exauditum verbum.*

28 *Et mansit Irmeiahu in atrio custodiæ vsque ad diem quo capta est Ierusalaim: eratque ibi quum capta fuit Ierusalaim.*

CAP. XXXIX.

1 *ANno nono Sidciiahu Regis Iehudah, mense decimo, venit Nebuchadnesar Rex Babel, & vniuersus exercitus eius contra Ierusalaim, & obsederunt eam.*

2 *Vndecimo autem anno Sidciiahu, mense quarto, nona mensis rupta est ciuitas.*

3 *Ingressique sunt omnes principes Regis Babel, & sederunt in porta media, Nergalsareser, Samgar-nebo, Sarsechim, Rab-saris, Nergalsareser, Rabmag, & omnes reliqui principes Regis Babel.*

4 *Et fuit, quum vidisset eos Sidciiahu Rex Iehudah, omnesque viri bellatores, fugerunt, & egressi sunt nocte de ciuitate per viam horti Regis, per portam quæ erat inter duos muros, egressusque est per viam deserti.*

5 *Persequutus est autem eos exercitus Chasdim, & assequuti sunt Sidciiahu in desertis Ieriho, tuleruntque eum, atque ascendere fecerunt eum ad Nebuchadnesar Regem Babel in Riblah, quæ est in terra Hamath, & loquutus est cum eo iudicia.*

6 *Et iugulauit Rex Babel filios Sidciiahu in Riblah in oculis eius: omnes item nobiles Iehudah iugulauit Rex Babel.*

7 *Oculos vero Sidciiahu excæcauit: & vinxit eum compedibus vt adduceret eum in Babel.*

8 *Domum autem Regis & domos populi succenderunt Chasdim igni: & muros Ierusalaim diruerunt.*

9 *Residuum autem populi qui remanserat in vrbe, et transfugas qui transfugerant ad eum, et residuum populi qui remanserat, transtulit Nebuzar-adan princeps militum in Babel.*

10 *De plebe vero pauperum quibus non erat quicquam, reliquit Nebuzar-adan magister militum in terra Iehudah, et dedit eis vineas et agros in die illa.*

11 *Præceperat autem Nebuchadnesar Rex Babel de Irmeiahu, per manum Nabuzaradan magistri militum, dicendo,*

12 *Tolle illum, et oculos tuos pone super illum, neque feceris ei quicquam mali: sed vt loquetur ad te, sic facies cum eo.*

13 *Misit itaque Nabuzaradan princeps militum et Nabusazban, Rabsaris, et Neregal, Sareer, Rabmag, et omnes principes regis Babel,*

14 *Miserunt inquam, et tulerunt Irmeiahu de atrio custodiæ, et tradiderunt eum Gedaliahu filio Ahicam filij Saphan, vt educeret eum ad domum: et habitauit in medio populi.*

15 *Ad Irmeiahu quoque factum fuerat verbum Iehouæ quum esset clausus in atrio custodiæ, dicendo,*

16 *Vade, et dic ad Ebed-melech Aethiopem, dicendo, Sic dixit Iehouah exercituum Deus Israel, Ecce adducturus sum verba mea super ciuitatem hanc in malum, et non in bonum, et erunt in conspectu tuo in die illa,*

Vulgat. Editio.

Et liberabo te in die illa, ait Dominus: & non traderis in manus virorum, quos tu formidas:

Sed eruens liberabo te, & gladio non cades: sed erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam, ait Dominus.

CAP. XL.

SErmo, qui factus est ad Ieremiam à Domino, postquam dimissus est à Nabuzardan magistro militiæ de Rama, quando tulit eum vinctum catenis in medio omnium, qui migrabant de Ierusalem & Iuda, & ducebantur in Babylonem.

Tollens ergo princeps militiæ Ieremiam, dixit ad eum: Dominus Deus tuus locutus est malum hoc super locum istum.

Et adduxit: & fecit Dominus sicut locutus est quia peccastis Domino, & non audistis vocem eius, & factus est vobis sermo hic.

Nunc ergo ecce solui te hodie de catenis, quæ sunt in manibus tuis: si placet tibi vt venias mecum in Babylonem, veni: & ponam oculos meos super te: si autem displicet tibi venire mecum in Babylonem, reside: ecce omnis terra in conspectu tuo est: quod elegeris, & quo placuerit tibi vt vadas, illuc perge.

Et mecum noli venire: sed habita apud Godoliam filium Ahicam filij Saphan, quem præposuit rex Babylonis ciuitatibus Iuda: habita ergo cum eo in medio populi: vel quocumque placuerit tibi vt vadas, vade. Dedit quoque ei magister militiæ cibaria, & munuscula, & dimisit eum.

Venit autem Ieremias ad Godoliam filium Ahicam, in Masphath, & habitauit cum eo in medio populi, qui relictus fuerat in terra.

Cumque audissent omnes principes exercitus, qui dispersi fuerãt per regiones, ipsi & socij eorum, quod præfecisset rex Babylonis Godoliam filium Ahicam terræ, & quod commendasset ei viros, & mulieres, & paruulos, & de pauperibus terræ, qui non fuerant translati in Babylonem.

Venerunt ad Godoliam in Masphath: & Ismahel filius Nathaniæ, & Iohanan, & Ionathan filij Caree, & Sareas filius Thanehumeth, & filij Ophi, qui erant de Netophathi, & Iezonias filius Maachathi, ipsi & viri eorum.

*4. Re. 25.24. * Et iurauit eis Godolias filius Ahicam filij Saphan, & comitibus eorum, dicens: Nolite timere seruire Chaldæis, habitate in terra, & seruite regi Babylonis, & bene erit vobis.

Ecce ego habito in Masphath vt respondeam præcepto Chaldæorum, qui mittuntur ad nos: vos autem colligite vindemiam, & messem, & oleum, & condite in vasis vestris, & manete in vrbibus vestris, quas tenetis.

Sed & omnes Iudæi, qui erant in Moab, & in filijs Ammon, & in Idumæa, & in vniuersis regionibus, audito quod dedisset rex Babylonis reliquias in Iudæa, & quod præposuisset super eos Godoliam filium Ahicam filij Saphan.

Reuersi sunt, inquam, omnes Iudæi de vniuersis locis, ad quæ profugerant, & venerunt in Terram Iuda ad Godoliam in Masphath: & collegerunt vinum, & messem multam nimis.

Iohanan autem filius Caree, & omnes principes exercitus, qui dispersi fuerant in regionibus, venerunt ad Godoliam in Masphath.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

17 *Et liberabo te in die illa dixit Dominus: & non trade-*
ris in manum virorum à quorum tu formidas facie:

18 *Sed eruendo eruam te, & gladio non cades: & erit ti-*
bi anima tua in prædam, quia fidisti mihi, ait Dominus.

CAP. XL.

1 *VErbum, quod fuit ad Irmeiahu à Domino, postquam*
dimisit eum Nebuzaradan magister laniorum de Ra-
mah, quando tulit eum, & ipse erat vinctus catenis in
medio omnis transmigrationis Ierusalaim & Iehudah, qui
transmigrabantur in Babel.

2 *Et tulit magister laniorum Irmeiahu, & dixit ad eum:*
Dominus Deus tuus locutus est malum hoc contra locum
istum.
3 *Et adduxit: & fecit Dominus quemadmodum locutus*
est, quia peccastis Domino, & non paruistis voci eius, et
fuit vobis verbum hoc.
4 *Et nunc ecce solui te hodie à catenis, quæ sunt in ma-*
nibus tuis: si placet in oculis tuis, vt venias mecum in Ba-
bel, veni: & ponam oculum meum super te: si autem
displicet in oculis tuis, vt venias mecum in Babel, reside,
vide omnis terra in conspectu tuo est: ad locum, qui bo-
nus, & rectus est in oculis tuis, vt vadas, vade.

5 *Et adhuc eo non dicente, ad quem vellet reuerti, ait: Re-*
uertere ad Ghedaliah filium Achicam filij Saphan, quem
præposuit Rex Babel ciuitatibus Iehudah: & habita cum
eo in medio populi: vel ad omnem locum, qui rectus est
in oculis tuis, vt vadas, vade. Et dedit ei magister la-
niorum portionem, & munus, & dimisit eum.

6 *Venit autem Irmeiahu ad Ghedaliah filium Achicam*
in Misphah, & habitauit cum eo in medio populi, qui re-
manserant in terra.
7 *Et audierunt omnes principes exercituum, qui per re-*
gionem erant, & viri eorum, quod præfecisset Rex Babel
Ghedaliahu filium Achicam terræ, quod commendasset ei
viros, & mulieres, & paruulos, & pauperes terræ, & eos
qui non fuerant translati in Babel.

8 *Et venerunt ad Ghedaliahu in Masphah, et Ismahel*
filius Nethaniahu & Iochanan, & Iona[illegible] filii Chareah,
& Seraiah filius Tanchumeth, & filij Ophai Ne[illegible]pha-
tites, & Izneiahu filius Mahachathi, ipsi, & viri eorum:

9 *Et iurauit eis Ghedaliahu filius Achicam filij Saphan,*
& viris eorum, dicendo: Ne timeatis seruire Chasdim,
habitate in terra, & seruite regi Babel, & bene erit vobis.

10 *Et ego ecce habito in Misphah, vt stem coram Chasdim,*
qui venient ad nos: vos autem colligite vinum, & fru-
ctum, & oleum, & ponite in vasis vestris, & manete in
vrbibus vestris quas cepistis.

11 *Et etiam omnes Iehudæi, qui erant in Moab, & inter*
filios Hammon, & in Edom, & qui erant in vniuersis ter-
ris, audierunt quod dedisset Rex Babel residuum Iehu-
dah: & quod præposuisset super eos Ghedaliahu filium
Achicam filij Saphan.
12 *Et reuersi sunt omnes Iehudæi de vniuersis locis ad quæ*
expulsi fuerant, & venerunt in terram Iehudah ad Ghe-
daliahu in Misphah: et collegerunt vinum, & fruges mul-
tas valde.
13 *Iochanan autem filius Chareach, & omnes princip[es]*
exercituum qui erant per regionem, venerunt ad Ghe[da-]
liahu in Misphah,

Et

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Et saluabo te in die illa: & non dabo te in manus
hominum, quos tu times à facie eorum.

Saluans enim saluabo te: & in gladio non cades:
& erit anima tua in rem inuentam: quoniam fidisti
super me, ait Dominus.

CAP. XL.

Hoc caput est 47. in transla. ex Sept.

VErbum, quod factum est à Domino ad Hieremiam, postquam dimisit eum Nabuzardan
princeps coquorum ex Rama, quando tulit eum in
manicis, in medio transmigrationis Iuda, eorum,
qui ducebantur in Babylonem.

Et tulit eum princeps coquorum, & dixit ei: Dominus Deus tuus loquutus est mala hæc super locum istum.

Et fecit Dominus; quia peccastis ei, & non audistis vocem eius.

Ecce solui te à manicis quę super manus tuas. Si
bonum coram te venire mecum in Babylonem, &
ponam oculos meos super te.

Sin minus; recurre, redi ad Godoliam filium
Achicam filij Saphan, quem constituit rex Babylonis in terra Iuda: & habita cum eo in medio populi in terra Iuda: ad omnia quæ bona in oculis
tuis ad eundum; vade. Et dedit ei magister coquorum dona, & dimisit eum.

Et venit ad Godoliam in Massepha: & sedit in
medio populi sui, qui remanserat in terra.

Et audierunt omnes duces virtutis, quę in agro,
ipsi, & viri eorum, quia constituit rex Babylonis
Godoliam in terra, & commendarunt ei viros &
vxores eorum, quos non transtulerat in Babylonem.

Et venit ad Godoliam in Massepha Ismael filius
Nathaniæ, & Ioanam filius Caree, & Saræas filius
Thanaemeth, & filij Iophe Netophathitæ, & Ezonias filius Mochathi, ipsi, & viri eorum.

Et iurauit eis Godolias, & viris eorum, dicens:
Ne timeatis à facie puerorum Chaldæorum. Habitate in terra, & operamini regi Babylonis: & melius
erit vobis.

Et ecce ego sedeo coram vobis in Massepha ad
standum ante faciem Chaldæorum, quicumque
venerint super vos. Et vos colligite vinum, & fructus, & oleum, & mittite in vasa vestra: & habitate
in vrbibus, quas tenuistis.

Et omnes iudæi qui in Moab, & in filijs Ammon,
& qui in Idumæa, & qui in omni terra, audierunt,
quia dedit rex Babylonis reliquias Iuda, & quia
constituit super eos Godoliam filium Achicam.

Et venerunt ad Godoliam in terram Iuda in
Massepha & collegeruut vinum, & fructus multos
valde, & oleum.

Et Ioanan filius Caree, & omnes duces virtutis,
qui in agris, venerunt ad Godoliam in Massepha,

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

17 *Et eripiam te in die illa, dixit Iehouah, & non traderis in manum virorum à quorum facie tu formidas:*

18 *Sed eruendo eruam te & gladio non cades: eritq; tibi*
anima tua in prædam: quia fidisti mihi, ait Iehouah.

CAP. XL.

1 *VErbum quod fuit ad Irmeiahu à Iehoua, postquã dimisit eum Nebuzaradan magister militũ de Ramath:*
quando tulit eum, quum is esset tum vinctus catenis in
medio vniuersæ transmigrationis Ierusalaim & Iehudah,
qui captiui deducebantur in Babel.

2 *Tulit autem princeps militum Irmeiahu, & dixit ad*
eum, Iehouah Deus tuus loquutus est malum hoc contra
locum istum.

3 *Et adduxit, fecitq; Iehouah quemadmodum loquutus*
est: quia peccastis Iehouæ, & non paruistis voci eius, propterea fuit vobis verbum hoc.

4 *Nunc ergo ecce solui te hodie à catenis quæ erant in*
manibus tuis: si bonum est in oculis tuis vt venias mecum
in Babel, veni, & ponam oculum meum super te: sin autem malum est in oculis tuis vt venias mecum in Babel,
desine: vide, omnis terra in conspectu tuo est: ad locum
qui bonus & rectus est in oculis tuis vt vadas illuc, vade.

5 *Adhuc autem ille non dixerat quod non reuerteretur:*
& dixit, Reuertere ad Gedaliah filium Abicam filij Saphan, quem præposuit Rex Babel ciuitatibus Iehudah, &
habita cum eo in medio populi: vel ad omnem locum qui
rectus fuerit in oculis tuis vt vadas, vade. Et dedit ei
princeps militiæ viaticum & munus, & dimisit eum.

6 *Venit igitur Irmeiahu ad Gedaliah filium Abicam in*
Misphah, & habitauit cum eo in medio populi qui remanserat in terra.

7 *Audierunt autem omnes principes exercituum qui in*
agro erant, ipsi & viri eorum, quod præfecisset Rex Babel
Gedaliahu filium Abicam terræ, quodq; commendasset ei
viros & mulieres, & paruulos, & pauperes terræ, eos qui
non fuerant translati in Babel:

8 *Et venerunt ad Gedaliahu in Misphah, nempe Ismael*
filius Nethaniahu & Iohanan, & Ionathan filij Careah,
& Seraiah filius Thanhumeth, & filij Ephai Netophathitæ, & Iezaniahu filius Maachathi, ipsi, & viri eorum:

9 *Et iurauit eis Gedaliahu filius Abicam filij Saphan, &*
viris eorum, dicendo, Ne timeatis seruire Chasdim: habitate in terra, & seruite Regi Babel, & bene erit vobis.

10 *Et ego ecce habito in Misphah, vt stem coram Chasdim*
qui venient ad nos: vos autem colligite vinum, & fructum, & oleum, & ponite in vasis vestris, & manete in
vrbibus vestris quas cepistis.

11 *Quinetiam omnes Iehudæi qui erant in Moab, & inter filios Ammon, & in Edom, & qui erant in omnibus*
aliis terris, audierunt quod dedisset Rex Babel residuum
Iehudah, & quod præfecisset super eos Gedaliahu filium
Abicam filij Saphan:

12 *Et reuersi sunt omnes Iehudæi de vniuersis locis ad quæ*
expulsi fuerant: & venerunt in terram Iehudah ad Gedaliahu in Misphah: collegeruntq; vinum, & fructus multos valde.

13 *Iohanan autem filius Careah, & omnes principes exercituum qui erant in agro, venerunt ad Gedaliahu in*
Misphah.

Vulgat. Editio.

14 Et dixerunt ei: Scito quod Baalis rex filiorum Ammon misit Ismahel filium Nathaniæ percutere animam tuam. Et non credidit eis Godolias filius Ahicam.

15 Iohanan autem filius Caree dixit ad Godoliam seorsum in Masphath, loquens: Ibo, & percutiam Ismahel filium Nathaniæ nullo sciente, ne interficiat animam tuam, & dissipentur omnes Iudæi, qui congregati sunt ad te, & peribunt reliquiæ Iuda.

16 Et ait Godolias filius Ahicam ad Iohanan filium Caree: Noli facere verbum hoc: falsum enim tu loqueris de Ismahel.

CAP. XLI.

1 ET factum est in mense septimo, venit Ismahel filius Nathaniæ, filij Elisama de semine regali, & optimates regis, & decem viri cum eo, ad Godoliam filium Ahicam in Masphath: & comederunt ibi panes simul in Masphath.

2 Surrexit autem Ismahel filius Nathaniæ, & decem viri, qui cum eo erant, & percusserunt Godoliam filium Ahicam filij Saphan gladio, & interfecerunt eum, quem præfecerat rex Babylonis terræ.

3 Omnes quoque Iudæos, qui erant cum Godolia in Masphath, & Chaldæos qui reperti sunt ibi, & viros bellatores percussit Ismahel.

4 Secundo autem die postquam occiderat Godoliam, nullo adhuc sciente.

5 Venerunt viri de Sichem, & de Silo, & de Samaria octoginta viri: rasi barba, & scissis vestibus, & squallentes: & munera, & thus habebant in manu, vt offerrent in domo Domini.

6 Egressus ergo Ismahel filius Nathaniæ in occursum eorum de Masphath, incedens, & plorans ibat: cum autem occurisset eis, dixit ad eos: Venite ad Godoliam filium Ahicam.

7 Qui cum venissent ad medium ciuitatis, interfecit eos Ismahel filius Nathaniæ circa medium laci, ipse & viri, qui erant cum eo.

8 Decem autem viri reperti sunt inter eos, qui dixerunt ad Ismahel: Noli occidere nos: quia habemus thesauros in agro, frumenti, & hordei, & olei, & mellis. Et cessauit: & non interfecit eos cum fratribus suis.

9 Lacus autem, in quem proiecerat Ismahel omnia cadauera virorum, quos percussit propter Godoliam, ipse est, quem fecit rex Asa propter Baasa regem Israel: ipsum repleuit Ismahel filius Nathaniæ occisis.

10 Et captiuas duxit Ismahel omnes reliquias populi, qui erant in Masphath: filias regis, & vniuersum populum, qui remanserat in Masphath: quos commendauerat Nabuzardan princeps militiæ Godoliæ filio Ahicam. Et cepit eos Ismahel filius Nathaniæ, & abijt vt transiret ad filios Ammon.

11 Audiuit autem Iohanan filius Caree, & omnes principes bellatorum, qui erant cum eo, omne malum, quod fecerat Ismahel filius Nathaniæ.

12 Et assumptis vniuersis viris, profecti sunt vt bellarent aduersum Ismahel filium Nathaniæ, & inuenerunt eum ad aquas multas, quæ sunt in Gabaon.

13 Cumque vidisset omnis populus, qui erat cum Ismahel, Iohanan filium Caree, & vniuersos principes bellatorum, qui erant cum eo, lætati sunt.

Et

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

14 *Et dixerunt ei: Nonne cognoscendo cognosces, quod Bahalis rex filiorum Hammon misit Ismahel filium Nethaniah, vt faciat percutere te in animam: Non credidit eis Ghedaliahu filius Achicam.*

15 *Iochanan autem filius Careach dixit ad Ghedaliahu clam in Mispah, dicendo: Ibo nunc, & percutiam Ismahel filium Nethaniah, & nemo sciet, quare percutiat te animam, & dispergentur omnis Iehudæi, qui congregati sunt ad te, & peribit residuum Iehudah.*

16 *Et dixit Ghedaliah filius Achicam ad Iochanan filium Careach, ne facias verbum hoc: Falsum enim tu loqueris de Ismahel.*

CAP. XLI.

1 *ET fuit, mense septimo venit Ismahel filius Nethaniah, filij Elisamah de semine regio, & optimates regis, & decem viri cum eo, ad Ghedaliahu filium Achicam in Mispah, & comederunt ibi panem simul in Mispah.*

2 *Surrexit autem Ismahel filius Nethaniah, & decem viri qui erant cum eo, & percusserunt Ghedaliahu filium Achicam filij Saphan gladio, & interfecit eum, quem præfecerat rex Babel terra.*

3 *Et omnes Iehudæos, qui erant cum Ghedaliahu in Mispah, & Chasdim qui inuenti sunt ibi, & viros bellatores percussit Ismahel.*

4 *Et fuit, die secunda, qua occidit Ghedaliahu (nemo nouerat.)*

5 *Venerunt viri de Sechem, de Silo, & de Somron, octoginta viri: rasi barbam, & scissis vestibus, & lacerati, & munera, & thus erant in manu eorum, vt adducerent in domum Domini.*

6 *Et egressus est Ismahel filius Nethaniah in occursum eorum de Mispah vadens eundo, & flens: & fuit cum occurrisset eis, dixit ad eos: Venite ad Ghedaliahu filium Achicam.*

7 *Et fuit, cum venissent ad medium ciuitatis, iugulauit eos Ismahel filius Nethaniah ad medium cisternæ, ipse, & viri qui erant cum eo.*

8 *Et decem viri reperti sunt inter eos, & dixerunt ad Ismahel: Ne occidas nos: quia sunt nobis thesauri in agro frumentorum, & hordeorum, & olei, & mellis. Et cessauit: & non interfecit eos in medio fratrum eorum.*

9 *Cisterna autem in quam proiicere fecerat Ismahel omnia cadauera virorum, quos percussit propter Ghedaliahu, ipsa est quam fecit rex Asa propter Bahasah regem Israel: ipsa repleuit Ismahel filius Nethaniah occisis.*

10 *Et captiuum duxit Ismahel omne residuum populi, qui erat in Mispah: & filias regis, & omnem populum qui remanserant in Mispah, quos commendauerat Nebuzaradan magister laniorum Ghedaliahu filio Achicam, & captiuos duxit eos Ismahel filius Nethaniah. Et abiit, vt transiret ad filios Hammon.*

11 *Et audiuit Iochanan filius Careach, & omnes principes exercituum, qui erant cum eo, omne malum, quod fecerat Ismahel filius Nethaniah.*

12 *Et assumpserunt omnes viros, & abierunt, vt pugnarent cum Ismahel filio Nethaniah, & inuenerunt eum ad aquas multas, quæ sunt in Ghibhon.*

13 *Et fuit, quum audisset omnis populus, qui erat cum Ismahel, Iochanan filium Careach, & vniuersos principes exercituum, qui erant cum eo, lætati sunt.*

Et

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

14 Et dixerunt ei: Si cognitione cognoscis, quia Belissa rex filius Ammon misit ad te Ismael ad percutiendum animam tuam? Et non credidit eis Godolias.

15 Et dixit Ioanam Godoliæ occulte in massepha: Ibo nunc, & percutiam Ismael, & nemo sciat: ne percutiat animam tuam, & dispergatur omnis Iudas, qui conuenerunt ad te: & peribunt residui Iuda.

16 Et dixit Godolias ad Ioanan: Ne facias rem: quia falsa tu dicis super Ismael.

C A P. X L I.

Cap. hoc est 41. in transl. ex Sept. Rom.

1 ET factum est, mense septimo venit Ismael filius Nathaniæ filij Eleasa de genere regis, & decem viri cum eo ad Godoliam in Massepha: & comederunt ibi panem simul.

2 Et surrexit Ismael, & decem viri, qui erant cum eo: & percusserunt Godoliam, quem constituerat rex Babylonis super terram.

3 Et omnes Iudæos, qui erant cum eo in Massepha, & omnes Chaldæos, qui reperti sunt ibi.

4 Et factum est die secunda, cum ipse percussisset Godoliam: & homo non cognouit.

5 Et venerunt viri de Sychem, & de Salem, & de Samaria octuaginta viri, rasi barbas, & scissis vestibus, & plangentes: & manna, & thus in manibus eorum ad inferendum in domum Domini.

6 Et egressus in occursum illis Ismael: ipsi ibant, & flebant. Et dixit eis: Ingredimini ad Godoliam.

7 Et factum est, ingressis illis in medium ciuitatis; iugulauit eos in puteo.

8 Et decem viri reperti sunt ibi, & dixerunt ad Ismael: Noli occidere nos, quia sunt nobis thesauri in agro, frumenta, hordea, mel, & oleum. Et præterijt, & non interfecit eos in medio fratrum eorum.

9 Et puteus, in quem proiecit illuc Ismael omnes, quos percusserat (puteus magnus hic est, quem fecit rex Asa à facie Baasa regis Israel) hunc impleuit Ismael occisis.

10 Et abduxit Ismael omnem populum, qui remanserat in Massepha, & filias regis, quas commendauerat magister coquorum Godoliæ filio Achicam: & abijt, vt transiret ad filios Ammon.

11 Et audiuit Ioanan filius Caree, & omnes duces virtutis, qui cum eo, omnia mala, quæ fecerat Ismael:

12 Et adduxerunt omnem exercitum suum: & abierunt impugnare eum: & inuenerunt eum super aquam multam, in Gabaon.

13 Et factum est, quando vidit omnis populus, qui cum Ismael, Ioanam, & duces virtutis, quæ cum eo;

Et

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

14 *Dixeruntque ei, Nonne cognoscendo cognoscis quod Baalis Rex filiorum Ammon misit Ismael filium Nethaniah vt percutiat te in anima? sed non credidit eis Gedaliahu filius Abicam.*

15 *Iohanan autem filius Careah loquutus est ad Gedaliahu clam in Mispah, dicendo, Ibo nunc, & percutiam Ismael filium Nethaniah, & nemo sciet: cur enim percutiet te in anima, & dispergentur omnes Iehudæi qui congregati sunt ad te, & peribit residuum Iehudah.*

16 *Et dixit Gedaliah filius Abicam ad Iohanan filium Careah, Ne feceris verbum hoc: falsum enim tu loqueris de Ismael.*

C A P. X L I.

1 *ET fuit mense septimo, venit Ismael filius Nethaniah filij Elisama de semine regio, & optimates Regis, & decem viri cum eo ad Gedaliahu filium Abicam in Mispah: & comederunt ibi panem simul, nempe in Mispah.*

2 *Surrexit autem Ismael filius Nethaniah, & decem viri qui erant cum eo, & percusserunt Gedaliahu filium Abicam filij Saphan gladio: & interfecit eum quem præfecerat Rex Babel ipsi terræ:*

3 *Et omnes Iehudæos qui erant cum eo, nempe cum Gedaliahu in Mispah, & Chasdim qui inuenti sunt ibi: viros inquam bellatores percussit Ismael.*

4 *Fuit autem die postero quo occidit Gedaliahu, idque nemine sciente,*

5 *Venerunt viri de Sechem, de Silo, & de Somron, octoginta nempe viri, rasa barba, & scissis vestibus, & laniata facie: in quorum manibus erant munera, & thus, vt adducerent in domum Iehouæ.*

6 *Et egressus est Ismael filius Nethaniah in occursum eorum de Mispah, vadens eundo & flens: fuit autem, quum occurrisset eis, dixit ad eos, Venite ad Gedaliahu filium Abicam.*

7 *Fuit itaque quum venissent in medium vrbis, iugulauit eos Ismael filius Nethaniah ad medium cisternæ, ipse & viri qui erant cum eo.*

8 *Decem autem viri reperti sunt inter eos, qui dixerunt ad Ismael, Ne occidas nos: quia sunt nobis thesauri in agro, thesauri frumentorum, & hordeorum, & olei, & mellis: destitit igitur, nec interfecit eos in medio fratrum eorum.*

9 *Cisterna autem in quam proiecit Ismael omnia cadauera virorum quos percusserat propter Gedaliahu, ipsa est quam fecerat Rex Asa propter Basa Regem Israel: ipsam repleuit Ismael filius Nethaniah occisis.*

10 *Et captiuum abduxit Ismael omne residuum populi qui erat in Mispah, filias regis, & vniuersum populum qui remanserat in Mispah: quos commendauerat Nebuzaradan princeps militiæ apud Gedaliahu filium Abicam: & captiuos abduxit eos Ismael filius Nethaniah: & abiit vt transiret ad filios Ammon.*

11 *Et audiuit Iohanan filius Careah, & omnes principes exercituum qui erant cum eo, omne malum quod fecerat Ismael filius Nethaniah.*

12 *Assumpserunt igitur omnes viros, & abierunt vt pugnarent cum Ismael filio Nethaniah, & inuenerunt eum ad aquas multas quæ sunt in Gibon.*

13 *Fuit autem, quum vidisset vniuersus populus qui erat cum Ismael, Iohanan filium Careah, & vniuersos principes exercituum qui erant cum eo, lætati sunt.*

Et

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

14 Et reuersus est omnis populus, quem ceperat Ismahel, in Masphath: reuersusque abijt ad Iohanan filium Caree.

15 Ismahel autem filius Nathaniæ fugit cum octo viris à facie Iohanan, & abijt ad filios Ammon.

16 Tulit ergo Iohanan filius Caree, & omnes principes bellatorum, qui erant cum eo, vniuersas reliquias vulgi, quas reduxerat ab Ismahel filio Nathaniæ de Masphath postquam percussit Godoliam filium Ahicam: fortes viros ad prælium, & mulieres, & pueros, & eunuchos, quos reduxerat de Gabaon.

17 Et abierunt, & sederunt peregrinantes in Chamaam, quæ est iuxta Bethlehem, vt pergerent, & introirent Ægyptum.

18 A facie Chaldæorum: timebant enim eos, quia percusserat Ismahel filius Nathaniæ Godoliam filium Ahicam, quem præposuerat rex Babylonis in Terra Iuda.

CAP. XLII.

1 ET accesserunt omnes principes bellatorum, & Iohanan filius Caree, & Iezonias filius Osaiæ, & reliquum vulgus à paruo vsque ad magnum.

2 Dixeruntque ad Ieremiam prophetam: Cadat oratio nostra in conspectu tuo: & ora pro nobis ad Dominum Deum tuum pro vniuersis reliquijs istis, quia derelicti sumus pauci de pluribus, sicut oculi tui nos intuentur.

3 Et annunciet nobis Dominus Deus tuus viam, per quam pergamus, & verbum, quod faciamus.

4 Dixit autem ad eos Ieremias propheta: Audiui: ecce ego oro ad Dominum Deum vestrum secundum verba vestra omne verbum, quodcumque responderit mihi, indicabo vobis: nec celabo vos quidquam.

5 Et illi dixerunt ad Ieremiam: Sit Dominus inter nos testis veritatis & fidei, si non iuxta omne verbum, in quo miserit te Dominus Deus tuus ad nos, sic faciemus.

6 Siue bonum est, siue malum, voci Domini Dei nostri, ad quem mittimus te obediemus vt bene sit nobis cum audierimus vocem Domini Dei nostri.

7 Cum autem completi essent decem dies, factum est verbum Domini ad Ieremiam.

8 Vocauitque Iohanan filium Caree, & omnes principes bellatorum, qui erant cum eo, & vniuersum populum à minimo vsque ad magnum.

9 Et dixit ad eos: Hæc dicit Dominus Deus Israel, ad quem misistis me, vt prosternerem preces vestras in conspectu eius.

10 Si quiescentes manseritis in terra hac, ædificabo vos, & non destruam: plantabo, & non euellam: iam enim placatus sum super malo quod feci vobis.

11 Nolite timere à facie regis Babylonis, quem vos pauidi formidatis: nolite metuere eum, dicit Dominus: quia vobiscum sum ego, vt saluos vos faciam, & eruam de manu eius.

12 Et dabo vobis misericordias, & miserebor vestri, & habitare vos faciam in terra vestra.

13 Si autem dixeritis vos: Non habitabimus in terra ista, nec audiemus vocem Domini Dei nostri.

Dicen-

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

14 *Et verterunt se omnis populus, quem captiuum duxerat Ismahel de Mispah, & reuersi sunt, & iuerunt ad Iochanan filium Careach.*

15 *Ismahel autem filius Nethaniah, euasit cum octo viris à facie Iochanan, & abiit ad filios Hammon.*

16 *Tulit autem Iochanan filius Careach, & omnes principes exercituum, qui erant cum eo, omne residuum populi, quem reduxerat ab Ismahel filio Nethaniah de Mispah, postquam percussit Ghedaliah filium Achicam: viros bellatores, & mulieres, & paruulos, & eunuchos, quos reduxerat de Ghibhon.*

17 *Et abierunt, & habitauerunt in peregrinatione Chimham, quæ est iuxta Bethlechem, vt pergerent, & ingrederentur Ægyptum.*

18 *A facie Chasdim, timuerunt enim à facie eorum, quia percusserat Ismahel filius Nethaniah Ghedaliahu filium Achicam, quem præposuerat rex Babel, terræ.*

CAP. XLII.

1 *ET accesserunt omnes principes exercituum, & Iochanan filius Careach, & Iezaniah filius Osaiah, & omnis populus à paruo vsque ad magnum.*

2 *Et dixerunt ad Irmeiahu prophetam: Cadat quæsumus oratio nostra in conspectu tuo: & ora pro nobis ad Dominum Deum tuum pro omni residuo isto, quia remansimus pauci ex multis, sicut oculi tui intuentur nos.*

3 *Et annunciet nobis Dominus Deus tuus viam, per quam pergamus, & verbum quod faciamus.*

4 *Dixit autem ad eos Irmeiahu propheta: Audiui: ecce oro ad Dominum Deum vestrum secundum verba vestra. & erit omne verbum, quod responderit Dominus vobis, indicabo vobis: non prohibebo à vobis verbum.*

5 *Et ipsi dixerunt ad Irmeiahu: Sit Dominus inter nos testis veritatis & fidei, nisi iuxta omne verbum, in quo miserit te Dominus Deus tuus ad nos, sic faciemus.*

6 *Tam bona, quam mala, voci Domini Dei nostri ad quem mittimus te, obediemus: vt bene sit nobis, si obedierimus voci Domini Dei nostri.*

7 *Et fuit in fine decem dierum, fuit verbum Domini ad Irmeiahu.*

8 *Vocauitque Iochanan filium Careach, & omnes principes exercituum, qui erant cum eo, & vniuersum populum à paruo vsque ad magnum.*

9 *Et dixit ad eos: Sic dixit Dominus Deus Israel, ad quem misistis me, vt cadere facerem preces vestras in conspectu eius.*

10 *Si manendo manseritis in terra hac, ædificabo vos, & non destruam; plantabo vos, & non euellam: quia pœnitet me mali, quod feci vobis.*

11 *Ne timeatis à facie regis Babel, à cuius vos timetis facie: ne timeatis à facie eius, dixit Dominus: quia vobiscum sum, vt saluos faciam vos, & eruam vos de manu eius.*

12 *Et dabo vobis misericordias, & miserebitur vestri, et habitare faciet vos in terra vestra.*

13 *Et si dixeritis, non habitabimus in terra hac, & non obediatis voci Domini Dei vestri.*

Dicen-

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

14 Et redierunt ad Ioanam.

15 Et Ismael euasit cum octo hominibus,& abijt ad filios Ammon.

16 Et tulit Ioanan,& omnes duces virtutis,qui cum eo,omnes residuos populi,quos reduxerat ab Ismael,potentes viros in bello,& mulieres,& reliqua,& eunuchos, quos reduxerant de Gabaon:

17 Et abierunt,& sederunt in Gaberochamaa, quæ ad Bethleem,vt irent in Ægyptum.

18 A facie Chaldæorum:quia timuerunt à facie eorum:quia percusserat Ismael Godoliam,quem constituerat rex Babylonis in terra.

CAP. XLII.

Hoc est caput 49. in transl. ex Sept.

1 ET accesserunt omnes duces virtutis, & Ioanan, & Azarias filius Maasiæ, & omnis populus à paruo,& vsque ad magnum,

2 Ad Hieremiam prophetam,& dixerunt ei:Cadat nunc misericordia nostra ante faciem tuam:& ora ad Dominum Deum tuum pro residuis his: quia relicti sumus pauci è multis;sicut oculi tui vident.

3 Et annunciet nobis Dominus Deus tuus viam, qua ibimus in ea,& verbum,quod faciemus.

4 Et dixit eis Hieremias:Audiui. Ecce ego orabo pro vobis ad Dominum Deum nostrum secundum verba vestra:& erit, verbum quodcunque respondebit Dominus Deus,annunciabo vobis; non celabo à vobis verbum.

5 Et ipsi dixerunt Hieremiæ: Sit Dominus in nobis in testem iustum, & fidelem;si non iuxta omne verbum,quod miserit Dominus ad nos, sic fecerimus:

6 Et siue bonum, & siue malum; vocem Domini Dei nostri, ad quem nos mittimus te ad eum, audiemus:vt melius nobis fiat,quia audiemus vocem Domini Dei nostri.

7 Et factum est post dies decem, factum est verbum Domini ad Hieremiam.

8 Et vocauit Ioanan,& duces virtutis, & vniuersum populum à paruo & vsque ad magnum:

9 Et dixit eis:Sic dixit Dominus:

10 Si sedentes sedetis in terra hac;ædificabo vos, & non destruam: & plantabo vos, & non euellam: quia requieui super malis, quæ feci vobis.

11 Nolite timere à facie regis Babylonis, quem vos timetis: à facie eius ne timeatis, dicit Dominus: quia vobiscum ego, vt eruam vos,& saluem vos de manu eorum.

12 Et dabo vobis misericordiam, & miserebor vestri:& reducam vos in terram vestram.

13 Quod si dicitis vos,non sedebimus in terra hac, vt non audiamus vocem Domini,

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

14 *Et conuerterunt se vniuersus populus quem captiuum duxerat Ismael de Misspah: reuersiq; sunt, & iuerunt ad Iohanan filium Careah.*

15 *Ismael autem filius Nethaniah euasit cum octo viris à facie Iohanan, & abiit ad filios Ammon.*

16 *Tulit autem Iohanan filius Careah, & omnes principes exercituum qui erant cum eo, vniuersas reliquias populi quê reduxerat ab Ismael filio Nethaniah de Misspah, post quam percussit Gedaliah filium Ahicam viros bellatores, & mulieres, & paruulos, & eunuchos, quos reduxerat de Gibon.*

17 *Et abierunt, & habitauerunt in Geruth Chimham, quæ est iuxta Beth-lehem, vt proficiscerentur & ingrederentur Misraim.*

18 *A facie Chasdim: timebant enim à facie eorum: quia percusserat Ismael filius Nethaniah, Gedaliahu filium Ahicam, quem terræ præfecerat rex Babel,*

CAP. XLII.

1 *ACcesserunt autem omnes principes exercituum, nempe Iohanan filius Careah, & Iezaniah filius Hosaiah, & vniuersus populus à paruo vsque ad magnum,*

2 *Et dixerunt ad Irmeiahu prophetam, Cadat quæsumus oratio nostra in conspectu tuo, & ora pro nobis ad Iehouam Deum tuum pro omni residuo isto: quia relicti sumus pauci ex multis, sicut oculi tui intuentur nos.*

3 *Et annuntiet nobis Iehouah Deus tuus viam, per quam pergamus, & verbum quod faciamus.*

4 *Dixit autem ad eos Irmeiahu propheta, Audiui: ecce orabo ad Iehouam Deum vestrum secundum verba vestra. quicquid autem responderit Iehouah vobis, indicabo vobis: non prohibebo à vobis verbum.*

5 *Ipsi autem dixerunt ad Irmeiahu, Sit Iehouah inter nos testis veritatis & fidei, si non iuxta omne verbum propter quod miserit te Iehouah Deus tuus ad nos, sic faciamus.*

6 *Siue bonum, siue malum, voci Iehouæ Dei nostri ad quem mittimus te, obediemus: vt bene sit nobis quum obedierimus voci Iehouæ Dei nostri.*

7 *Fuit autem in fine decem dierum, fuit verbum Iehouæ ad Irmeiahu,*

8 *Vocauitq; Iohanan filium Careah, & omnes principes exercituum qui erant cum eo, atque vniuersum populum à paruo vsque ad magnum.*

9 *Et dixit ad eos, Sic dixit Iehouah Deus Israel, ad quem misistis me vt cadere facerem preces vestras in conspectu eius,*

10 *Si manendo manseritis in terra hac, ædificabo vos, & non destruam: plantabo vos, & non euellam: quia pœnitet me mali quod feci vobis.*

11 *Ne timeatis à facie regis Babel, à cuius facie vos timetis: ne timeatis ab eo, dixit Iehouah: quia vobiscum sum, vt saluos faciam vos, & eruam vos de manu eius.*

12 *Dabo enim vobis misericordias, & miserebitur vestri, et habitare faciet vos in terra vestra.*

13 *Quod si dixeritis, Non habitabimus in terra hac, non obediendo voci Iehouæ Dei vestri:*

Quia

Dicen-

Vulgat. Editio.

14 Dicentes: Nequaquam, sed ad Terram AEgypti pergemus: vbi non videbimus bellum, & clangorem tubæ non audiemus, & famem non sustinebimus: & ibi habitabimus.

15 Propter hoc nunc audite verbum Domini reliquiæ Iuda: Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Si posueritis faciem vestram vt ingrediamini AEgyptum, & intraueritis vt ibi habitetis.

16 Gladius, quem vos formidatis, ibi comprehendet vos in terra AEgypti: & fames, pro qua estis soliciti, adhærebit vobis in AEgypto, & ibi moriemini.

17 Omnesque viri, qui posuerunt faciem suam vt ingrediantur Aegyptum, vt habitent ibi, morientur gladio, & fame, & peste: nullus de eis remanebit, nec effugiet à facie mali, quod ego afferam super eos.

18 Quia hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Sicut conflatus est furor meus, & indignatio mea super habitatores Ierusalem: sic conflabitur indignatio mea super vos, cum ingressi fueritis Aegyptum, & eritis in iusiurandum, & in stuporem, & in maledictum, & in opprobrium: & nequaquam vltra videbitis locum istum.

19 Verbum Domini super vos reliquię Iuda: Nolite intrare Aegyptum: scientes scietis quia obtestatus sum vos hodie.

20 Quia decepistis animas vestras: vos enim misistis me ad Dominum Deum nostrum dicentes: Ora pro nobis ad Dominum Deum nostrum, & iuxta omnia quæcumque dixerit tibi Dominus Deus noster, sic annuncia nobis, & faciemus.

21 Et annunciaui vobis hodie, & non audistis vocem Domini Dei vestri super vniuersis, pro quibus misit me ad vos.

22 Nunc ergo scientes scietis quia gladio, & fame, & peste moriemini in loco, ad quem voluistis intrare vt habitaretis ibi.

CAP. XLIII.

1 Factum est autem, cum complesset Ieremias loquens ad populum vniuersos sermones Domini Dei eorum, pro quibus miserat eum Dominus Deus eorum ad illos, omnia verba hæc.

2 Dixit Azarias filius Osaiæ, & Iohanan filius Caree, & omnes viri superbi, dicentes ad Ieremiam: Mendacium tu loqueris: non misit te Dominus Deus noster, dicens: Ne ingrediamini Aegyptum vt habitetis illic.

3 Sed Baruch filius Neriæ incitat te aduersum nos, vt tradat nos in manu Chaldæorum, vt interficiat nos, & traduci faciat in Babylonem.

4 Et non audiuit Iohanan filius Caree, & omnes principes bellatorum, & vniuersus populus vocem Domini vt manerent in Terra Iuda.

5 Sed tollens Iohanan filius Caree, & vniuersi principes bellatorum vniuersos reliquiarum Iuda, qui reuersi fuerant de cunctis Gentibus, ad quas fuerant ante dispersi, vt habitarent in Terra Iuda.

6 Viros, & mulieres, & paruulos, & filias regis, & omnem animam, quam reliquerat Nabuzardan princeps militiæ cum Godolia filio Ahicam, filij Saphan, & Ieremiam prophetam, & Baruch filium Neriæ.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Dicendo: Nequaquam, sed terram Aegypti ingrediemur, in qua non videbimus bellum, & sonum tubæ non audiemus, & pane non esuriemus, & ibi habitabimus.

Et nunc idcirco audite verbum Domini residuum Iehudah: Sic dixit Dominus exercituum Deus Israel: Si vos ponendo posueritis facies vestras, vt ingrediamini Aegyptum, & intraueritis ad peregrinandum ibi.

Erit gladius à quo formidatis ibi, comprehendet vos in terra Aegypti, & fames à qua timetis; ibi adhærebit vobis in Aegypto, & ibi moriemini.

Et erunt, omnes viri qui posuerunt facies suas, vt ingrediantur Aegyptum, ad peregrinandum ibi, morientur gladio, fame, & peste, & non erit eis superstes, & euasor à facie mali, quod ego adduco super eos.

Sic enim dixit Dominus exercituum Deus Israel: Sicut effusus est furor meus, & ira mea super habitatores Ierusalaim, sic effundetur ira mea super vos cum ingressi fueritis Aegyptum, & eritis in iusiurandum, & in stuporem, & in maledictionem, & in opprobrium, & non videbitis vltra locum istum.

Locutus est Dominus, super vos residuum Iehudah, ne intretis Aegyptum, sciendo sciatis, quia monui vos hodie.

Et errare fecistis animas vestras: vos enim misistis me ad Dominum Deum nostrum, dicendo: Ora pro nobis ad Dominum Deum nostrum, & iuxta omnia, quæ dixerit Dominus Deus noster, sic annuncia nobis, & faciemus.

Et annunciaui vobis hodie, & non audistis voci Domini Dei vestri, & vniuersis pro quibus misit me ad vos.

Et nunc sciendo sciatis quod gladio, & fame, & peste, moriemini in loco in quem vultis intrare ad peregrinandum ibi.

CAP. XLIII.

Et fuit, quum complesset Irmeiahu loqui ad omnem populum, vniuersa verba Domini Dei eorum, pro quibus miserat eum Dominus Deus eorum ad eos omnia verba illa.

Dixit Hazariah filius Hosachiah, & Iochanan filius Careach, & omnes viri superbi dicentes ad Irmeiahu: Mendacium loqueris: Non misit te Dominus Deus noster, dicendo: non ingrediamini Aegyptum ad peregrinandum ibi.

Sed Baruch filius Neriiah incitat te aduersus nos, vt tradat nos in manum Chasdim, vt interficere faciat nos, & migrare faciat nos in Babel.

Et non paruit Iochanan filius Careach, & omnes principes exercituum, & vniuersus populus voci Domini, vt manerent in terra Iehudah.

Et tulit Iochanan filius Careach, & omnes principes exercituum, omne residuum Iehudah, qui reuersi fuerant de cunctis gentibus, ad quas expulsi fuerant ad habitandum in terra Iehudah.

Viros, mulieres, & paruulos, & filias regis, & omnem animam, quam dimiserat Nebuzaradan magister laniorum cum Ghedaliahu filio Achicam filio Saphan, & Irmeiahu prophetam, & Baruch filium Neriiahu.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag. / Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

14 Quia in terram Aegypti ingrediemur, & non videbimus bellum, & vocem tubæ non audiemus, & in panibus non esuriemus, & ibi habitabimus;

Dicendo, Nequaquam, sed terram Misraim ingrediemur, in qua non videbimus bellum, nec sonum tubæ audiemus: & pane non esuriemus, & ibi habitabimus.

15 Propter hoc audite verbum Domini; Sic dixit Dominus: Si vos dederitis faciem vestram in Aegyptum, & intraueritis illuc ad habitandum.

Nunc ergo propterea audite verbum Iehoua, reliquiæ Iehudah, Sic dixit Iehouah exercituum Deus Israel, Si vos ponendo posueritis facies vestras vt ingrediamini Misraim: & intraueritis ad peregrinandum ibi:

16 Et erit, gladius, quem vos timetis à facie eius, inueniet vos in terra Aegypti: & fames, cuius vos rationem habetis à facie eius, comprehendet vos post vos in Aegypto, & ibi moriemini.

Erit, gladius à quo formidatis, ibi comprehendet vos in terra Misraim: & fames à qua timetis, ibi adhærebit vobis in Misraim, ibiq; moriemini.

17 Et erunt omnes homines, & omnes alienigenæ, qui posuerint faciem suam ad terram Aegypti ad inhabitandum ibi, deficient in gladio, & in fame; & non erit eorum quisquam saluus à malis, quæ ego induco super eos.

Erit enim, omnes viri qui posuerint facies suas vt ingrediantur Misraim, ad peregrinandum ibi, morientur gladio, fame, & peste: nec erit eis superstes & euasor à facie mali quod ego adduco super eos.

18 Quia sic dixit Dominus: Sicut stillauit furor meus super habitatores Hierusalem; sic stillabit furor meus super vos, ingressis vobis in Aegyptum: & eritis in inuium, & subiecti, & in maledictionem, & in opprobrium: & non videbitis vltra locum illum:

Sic enim dixit Iehouah exercituum Deus Israel, Sicut effusus est furor meus, & ira mea super habitatores Ierusalaim, sic effundetur ira mea super vos quum ingressi fueritis Aegyptum. & eritis in iusiurandum, & in stuporem, & in maledictionem, & in opprobrium, nec videbitis vltra locum istum.

19 Quæ loquutus est Dominus super vos residuos Iudæ: nolite intrare in Aegyptum. Et nunc cognoscentes cognoscetis.

Loquutus est Iehouah super vos, ô reliquiæ Iehudah, Ne intretis Misraim: sciendo sciatis, quia monuerim vos hodie.

20 Quia maligne egistis in animas vestras, mittentes me, dicétes, ora pro nobis ad Dominum, & iuxta omnia, quæcumque loquetur nobis Dominus, faciemus:

Equidem errare fecistis animas vestras: vos enim misistis me ad Iehouam Deum vestrum, dicendo, Ora pro nobis ad Iehouam Deum nostrum, & iuxta omnia quæ dixerit Iehouah Deus noster, sic annuntia nobis, & faciemus.

21 Et non audistis vocem Domini, qua misit me ad vos:

Et annuntiaui vobis hodie, sed non audistis vocem Iehoua Dei vestri, & vniuersa pro quibus misit me ad vos.

22 Et nunc in gladio, & in fame deficietis in loco, quo vos vultis intrare ad habitandum ibi.

Nunc ergo sciendo sciatis quod gladio, & fame, & peste moriemini in loco illo in quem concupistis intrare ad peregrinandum ibi.

CAP. XLIII.

Cap. hoc 50. loco ibi védicat apud. Sept.

1 ET factum est, vt cessauit Hieremias dicens ad populum omnes sermones Domini, quibus miserat eum Dominus ad eos, omnia verba hæc;

ET fuit, quum complesset Irmeiahu loqui ad omnem populum vniuersa verba Iehoua Dei eorum, pro quibus miserat eum Iehouah Deus eorum ad ipsos, omnia inquam verba ista.

2 Et dixit Azarias filius Maasiæ, & Ioanan filius Carée, & omnes viri qui dixerunt Hieremiæ, dicentes: Mendacia: non misit te Dominus ad nos dicens, ne ingrediamini in Aegyptum ad habitandum illic.

Dixit Azariah filius Hosaiah, & Iohanan filius Careah, & omnes viri superbi, dicentes ad Irmeiahu, Mendacium loqueris: non misit te Iehouah Deus noster, dicendo, Ne ingrediamini Misraim ad peregrinandum ibi:

3 Sed Baruch filius Neriæ concitat te aduersus nos; vt des nos in manus Chaldæorum ad occidendum nos, & transferendum nos in Babylone.

Sed Baruch filius Neriiah incitat te aduersus nos, vt tradas nos in manum Chasdim, vt interficere facias nos, migrareq; facias nos in Babel.

4 Et non audiuit Ioanan, & omnes duces virtutis, & omnis populus vocem Domini, vt habitarent in terra Iuda.

Et non paruit Iohanan filius Careah, & omnes principes exercituum, & vniuersus populus voci Domini, vt manerent in terra Iehudah:

5 Et assumpsit Ioanan, & vniuersi duces virtutis omnes residuos Iuda, qui reuerterant habitare in terra,

Sed tulit Iohanan filius Careah, & omnes principes exercituum omne residuum Iehudah, eorum qui reuersi fuerant de cunctis gentibus ad quas expulsi fuerant, vt habitarent in terra Iehudah,

6 Potentes viros, & mulieres, & paruulos reliquos, & filias regis, & animas quas reliquerat Nabuzardan cum Godolia filio Achicam, & Hieremiam prophetam, & Baruch filium Neriæ:

Viros, & mulieres, & paruulos, & filias regis, & omnem animam quam dimiserat Nebuzar-adan præfectus militum cum Gedaliahu filio Ahicam filio Saphan, & Irmeiahu prophetam, et Baruch filium Neriiahu:

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

7 Et ingressi sunt terram Ægypti, quia non
obedierunt voci Domini: & venerunt vsque ad
Taphnis.
8 Et factus est sermo Domini ad Ieremiam in
Taphnis, dicens:
9 Sume lapides grandes in manu tua, & abscondes
eos in crypta, quæ est sub muro latericio in porta
domus Pharaonis in Taphnis, cernentibus viris
Iudæis.
10 Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum
Deus Israel: Ecce ego mittam, & assumam Nabu-
chodonosor regem Babylonis seruum meum: &
ponam thronum eius super lapides istos, quos abs-
condi, & statuet solium suum super eos.
11 Veniensque percutiet terram AEgypti: quos in
mortem, in mortem: & quos in captiuitatem, in
captiuitatem: & quos in gladium, in gladium.
12 Et succendet ignem in delubris deorum AEgy-
pti, & comburet ea, & captiuos ducet illos: & ami-
cietur terra AEgypti, sicut amicitur pastor pallio
suo: & egredietur inde in pace.
13 Et conteret statuas domus Solis, quę sunt in ter-
ra AEgypti: & delubra deorum AEgypti comburet
igni.

CAP. XLIV.

1 VErbum, quod factum est per Ieremiam ad om-
nes Iudæos, qui habitabant in terra AEgypti,
habitantes in Magdalo, & in Taphnis, & in Memphis,
& in terra Phatures, dicens:
2 Hęc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Vos
vidistis omne malum istud, quod adduxi super Ie-
rusalem, & super omnes vrbes Iuda: & ecce desertæ
sunt hodie, & non est in eis habitator:
3 Propter malitiam, quam fecerunt, vt me ad ira-
cundiam prouocarent, & irent, vt sacrificarent, &
colerent deos alienos, quos nesciebant, & illi, &
vos, & patres vestri.
4 Et misi ad vos omnes seruos meos prophetas de
nocte consurgens, mittensque & dicens: Nolite fa-
cere verbum abominationis huiuscemodi, quam
odiui.
5 Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem
suam, vt conuerterentur à malis suis, & non sacri-
ficarent dijs alienis.
6 Et conflata est indignatio mea, & furor meus, &
succensa est in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ieru-
salem: & versæ sunt in solitudinem, & vastitatem
secundum diem hanc.
7 Et nunc hæc dicit Dominus exercituum Deus Is-
rael: Quare vos facitis malum grande hoc contra
animas vestras, vt intereat ex vobis vir & mulier,
paruulus & lactens de medio Iudę, nec relinquatur
vobis quidquam residuum.
8 Prouocantes me in operibus manuum vestra-
rum, sacrificando dijs alienis in Terra AEgypti, in
quam ingressi estis vt habitetis ibi: & dispereatis, &
sitis in maledictionem, & in opprobrium cunctis
gentibus terræ?
9 Numquid obliti estis mala patrum vestrorum, &
mala regum Iuda, & mala vxorum eius, & mala
vestra, & mala vxorum vestrarum, quę fecerunt in
Terra Iuda, & in regionibus Ierusalem?
10 Non sunt mundati vsque ad diem hanc: & non
timuerunt, & non ambulauerunt in lege Domini
& in præceptis meis, quæ dedi coram vobis & co-
ram patribus vestris.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

7 *Et ingressi sunt terram Ægypti, quia non obedierunt*
voci Domini: & venerunt vsque ad Tachpanches.
8 *Et fuit verbum Domini ad Irmeiahu in Tachpanches,*
dicendo:
9 *Sume in manu tua lapides grandes, & absconde eos in*
luto, in fornace laterum, quæ est in porta domus Parhoh,
in Tachpanches in oculis virorum Iehudæorum.
10 *Et dices ad eos: Sic dixit Dominus exercituum Deus*
Israel: Ecce mitto, & assumam Nebuchadnesar regem
Babel seruum meum: & ponam thronum eius super lapi-
des istos, quos abscondi, & tendet tentorium super eos.
11 *Et veniet, & percutiet terram Ægypti, quos ad mor-*
tem, ad mortem: & quos ad captiuitatem, ad captiuita-
tem: & quos ad gladium, ad gladium.
12 *Et succendet ignem in domibus deorum Ægypti, &*
comburet eas, & captiuos ducet eos: & induet terram
Ægypti, quemadmodum induit se pastor pallio suo: &
egredietur inde in pace.
13 *Et conteret statuas domus Solis Bethsemes, quæ est in*
terra Ægypti, & domos deorum Ægypti comburet igni.

CAP. XLIV.

1 *VErbum, quod fuit ad Irmeiahu ad omnes Iehudæos,*
qui habitabant in terra Ægypti, qui habitabant in
Migdol, & in Tachpanches, & in Noph, & in terra Pa-
thros, dicendo:
2 *Sic dixit Dominus exercituum Deus Israel: Vos vidi-*
stis omne malum, quod adduxi super Ierusalaim, & om-
nes vrbes Iehudah: & ecce ipsæ sunt desolatæ hac die, &
non est in eis habitator.
3 *Propter malitiam eorum, quam fecerunt irasci me fa-*
ciendo, vt irent, ad suffiendum, ad colendum deos alienos,
quos nesciebant ipsi vos, & patres vestri.
4 *Et misi ad vos omnes seruos meos prophetas manè sur-*
gendo, & mittendo, dicendo: Ne quæso faciatis verbum
abominationis huius, quam odi.
5 *Et non obtemperauerunt, nec inclinauerunt aurem*
suam, vt conuerterentur à malitia sua, vt non suffirent
diis alienis.
6 *Et effusa est ira mea, & furor meus, & succensa est in*
ciuitatibus Iehudad, & in plateis Ierusalaim: & fuerunt
in solitudinem, & vastitatem secundum diem hanc.
7 *Et nunc sic dixit Dominus exercituum Deus Israel:*
Quare facitis malum grande contra animas vestras ad
excidere faciendum in vobis virum, & mulierem, paruu-
los, & lactentes de medio Iehudah, vt non remaneat vobis
residuum.
8 *Vt irasci faciatis me in opere manuum vestrarum suf-*
fiendo diis alienis in terra Aegypti ad quam ingredimini,
vt habitetis ibi, vt exterminare faciat vos, & sitis in ma-
ledictionem, & in opprobrium in cunctis gentibus terræ.
9 *Numquid obliti estis malorum patrum vestrorum, &*
malorum regum Iehudah, & malorum vxorum eius, &
malorum vestrorum, & malorum vxorum vestrarum, quæ
fecerunt in terra Iehudah, & in plateis Ierusalaim?
10 *Non sunt attriti vsque ad diem hanc, & non timue-*
runt, nec ambularunt in lege mea, & in præceptis meis
quæ dedi coram vobis, & coram patribus vestris.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

7 Et ingressi sunt in Ægyptum, quia non audierunt vocem Domini & intrarunt in Taphnas.

8 Et factum est verbum Domini ad Hieremiam in Taphnas, dicens:

9 Sume tibi lapides grandes, & absconde eos in vestibulis in porta domus Pharaonis in Taphnas, ante oculos virorum Iuda,

10 Et dices: Sic dixit Dominus: Ecce ego mitto, & adducam Nabuchodonosor regem Babylonis: & ponet suum thronum super lapides istos, quos abscondisti: & eleuabit arma super eos:

11 Et ingredietur, & percutiet terram Ægypti, quos in mortem, in mortem: & quos in transmigrationem, in transmigrationem: & quos in gladium, in gladium.

12 Et succendet ignem in domibus Deorum eorum, & comburet eos, & transferet eos, & pediculis excutiet terram Ægypti, sicut excutit pastor vestimentum suum. Et egredietur in pace:

13 Et conteret titulos Heliopolis, qui in On: & domos eorum comburet in igni.

C A P. XLIV.

Hoc est caput 51. in transl. ex Sept. Rom.

1 VErbum, quod factum est ad Hieremiam omnibus Iudæis habitantibus in terra Aegypti & sedentibus in Magdolo, & in Taphnas, & in terra Pathures, dicens:

2 Sic dixit Dominus Deus Israel: Vos vidistis omnia mala, quę induxi super Hierusalem, & super ciuitates Iuda: & ecce sunt desertæ ab habitatoribus.

3 A facie malitiæ ipsorum, quam fecerunt ad exacerbandum me, euntes adolere dijs alijs, quos nesciebatis.

4 Et misi ad vos pueros meos prophetas diluculo, & misi dicens: Nolite facere rem contaminationis huius, quam odi.

5 Et non audierunt me, & non inclinauerunt aurem suam, vt auerterent se à malis suis, ad non adolendum dijs alienis.

6 Et stillauit ira mea, & furor meus: & succensus est in portis Iuda, & extra Hierusalem. Et facti sunt in desolationem, & in inuium, sicut dies hæc.

7 Et nunc sic dixit Dominus omnipotens: Vt quid vos facitis mala magna in animas vestras? ad succidendum vobis hominem, & mulierem, paruulum, & lactentem de medio Iuda, vt non relinquatur ex vobis vllus,

8 Exacerbando me in operibus manuum vestrarum, adolendo Dijs alienis in terra Aegypto, ad quam venistis habitare illic; vt excidamini, & vt fiatis in maledictionem, & in opprobrium in omnibus gentibus terræ.

9 Nunquid obliti estis vos malorum, patrum vestrorum, & malorum regum Iuda, & malorum principum vestrorum, & malorum mulierum vestrarum quæ fecerunt in terra Iuda, & extra Hierusalem?

10 Et non cessauerunt vsque ad diem hanc, & non adhæserunt præceptis meis, quæ dedi ante faciem patrum eorum.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

7 *Et profecti sunt in terram Misraim: quia non obedierunt voci Iehouæ, & venerunt vsque ad Thahpanhes.*

8 *Fuit autem verbum Iehouæ ad Irmeiahu in Thahpanhes, dicendo,*

9 *Sume in manu tua lapides grandes, & absconde eos in luto, in fornace la[illegible]um quæ est in porta domus Pareh in Thahpanhes in oculis virorum Iehudæorum.*

10 *Et dic ad eos, Sic dixit Iehouah exercituum Deus Israel, Ecce ego mitto, & assumam Nebuchadnesar regem Babel seruum meum, & ponam thronum eius super lapides istos quos abscondi, & tendet tentorium suum super eos.*

11 *Venietq́, & percutiet terram Misraim: qui ad mortem, ad mortem: & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem: & qui ad gladium, ad gladium.*

12 *Et succendam ignem in domibus deorum Misraim, & comburet eas, & captiuos abducet eos: & induat terram Misraim, quemadmodum induit se pastor pallio suo: egredieturq́, inde in pace.*

13 *Conteret quoque statuas Bethsemes, quæ est in terra Misraim, & domos deorum Misraim comburet igni.*

C A P. XLIV.

1 *VErbum quod fuit ad Irmeiahu de omnibus Iehudæis qui habitabant in terra Misraim, qui habitabant inquam in Migdol, & in Thahpanhes, & in Noph, & in terra Pathros, dicendo,*

2 *Sic dixit Iehouah exercituum Deus Israel, Vos vidistis omne malum quod adduxi super Ierusalaim, & super cunctas vrbes Iehudah, & ecce ipsæ sunt desolatæ, hodie: nec est in eis habitator.*

3 *Propter malitiam eorum quam fecerunt ad iram me prouocando, dum abierunt vt offerrent incensum, & coluerunt deos alienos quos non cognoscebant ipsi, vos, & patres vestri.*

4 *Et misi ad vos omnes seruos meos prophetas manè surgendo, & mittendo, dicendo, Ne quæso faciatis verbum abominationis huius quam odi.*

5 *Et non obtemperauerunt, nec inclinauerunt aurem suam vt conuerterentur à malitia sua ne suffirent diis alienis.*

6 *Et effusa est ira mea, & furor meus, & succensa est in vrbibus Iehudah, & in plateis Ierusalaim, & fuerunt in solitudinem & vastitatem secundum diem hanc.*

7 *Nunc igitur sic dixit Iehouah exercituum Deus Israel, Quare facitis malum hoc grande contra animas vestras, vt excidatis ex vobis virum & mulierem, paruulum & lactentem de medio Iehudah, vt non relinquatis vobis reliquias?*

8 *Vt irasci faciatis me per opera manuum vestrarum, suffiendo diis alienis in terra Aegypti ad quam ingressi estis vt habitetis ibi: vt exterminetis vobis, & sitis in maledictionem, & in opprobrium in cunctis gentibus terræ.*

9 *Num obliti estis malorum patrum vestrorum, & malorum regum Iehudah, & malorum vxorum eius, & malorum vestrorum, & malorum vxorum vestrarum, quæ fecerunt in terra Iehudah, & in plateis Ierusalaim?*

10 *Non sunt attriti vsque ad diem hanc, nec timuerunt, nec ambulauerunt in lege mea; & in statutis meis quæ dedi coram vobis, & coram patribus vestris.*

Vulgat. Editio.

11 Ideo hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: * Ecce ego ponam faciem meam in vobis in malum: & disperdam omnem Iudam.

*Amos. 9.4.

12 Et assumam reliquias Iudæ, qui posuerunt facies suas vt ingrederentur Terram Ægypti, & habitarent ibi: & consumentur omnes in Terra Ægypti: cadent in gladio & in fame: & consumentur à minimo vsque ad maximum in gladio, & in fame morientur: & erunt in iusiurandum, & in miraculum, & in maledictionem, & in opprobrium.

13 Et visitabo super habitatores Terræ Ægypti, sicut visitaui super Ierusalem in gladio, & fame, & peste.

14 Et non erit qui effugiat, & sit residuus de reliquiis Iudæorum, qui vadunt vt peregrinentur in Terra AEgypti: & reuertantur in Terram Iuda, ad quam ipsi eleuant animas suas vt reuertantur, & habitent ibi: non reuertentur nisi qui fugerint.

15 Responderunt autem Ieremiæ omnes viri scientes quod sacrificarent vxores eorum diis alienis: & vniuersæ mulieres, quarum stabat multitudo grandis, & omnis populus habitantium in Terra AEgypti in Phatures, dicentes.

16 Sermonem, quem locutus es ad nos in nomine Domini, non audiemus ex te.

17 Sed facientes faciemus omne verbum, quod egredietur de ore nostro vt sacrificemus reginæ cæli, & libemus ei libamina, sicut fecimus nos, & patres nostri, reges nostri, & principes nostri in vrbibus Iuda & in plateis Ierusalem: & saturati sumus panibus, & bene nobis erat, malumque non vidimus.

18 Ex eo autem tempore, quo cessauimus sacrificare reginæ cæli, & libare ei libamina, indigemus omnibus, & gladio, & fame consumpti sumus.

19 Quod si nos sacrificamus reginæ cæli & libamus ei libamina: numquid sine viris nostris fecimus ei placentas ad colendum eam, & libandum ei libamina?

20 Et dixit Ieremias ad omnem populum aduersum viros, & aduersum mulieres, & aduersum vniuersam plebem, qui responderant ei verbum, dicens:

21 Numquid non sacrificium, quod sacrificastis in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ierusalem vos & patres vestri, reges vestri, & principes vestri, & populus terræ, horum recordatus est Dominus, & ascendit super cor eius?

22 Et non poterat Dominus vltra portare propter malitiam studiorum vestrorum, & propter abominationes, quas fecistis, & facta est terra vestra in desolationem, & in stuporem, & in maledictum, eo quod non sit habitator, sicut est dies hæc.

23 Propterea quod sacrificaueritis idolis, & peccaueritis Domino: & non audieritis vocem Domini, & in lege, & in præceptis, & in testimoniis eius non ambulaueritis: idcirco euenerunt vobis mala hæc, sicut est dies hęc.

24 Dixit autem Ieremias ad omnem populum, & ad vniuersas mulieres: Audite verbum Domini omnis Iuda, qui estis in Terra Ægypti.

25 Hæc inquit Dominus exercituum Deus Israel, dicens: Vos, & vxores vestræ locuti estis ore vestro, & manibus vestris implestis, dicentes: Faciamus vota nostra, quæ vouimus, vt sacrificemus reginæ cæli, & libemus ei libamina, implestis vota vestra, & opere perpetrastis ea.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Ideo sic dixit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce pono faciem meam in vobis in malum, & ad exterminandum omnem Iehudah.

Et assumam residuos Iehudah, qui posuerunt facies suas, vt ingrediantur terram Ægypti ad habitandum ibi, & consumentur omnes in terra Ægypti, cadent gladio, & fame: consumentur à paruo vsque ad magnum gladio, & fame morientur, & erunt in iusiurandum, & in stuporem, & in maledictionem, & in opprobrium.

Et visitabo habitantes in terra Ægypti, quemadmodum visitaui Ierusalaim gladio, fame, et peste.

Et non erit euasor, et superstes residuo Iehudah qui ingrediuntur ad peregrinandum ibi in terra Ægypti, et ad reuertendum in terram Iehudah, ad quam ipsi eleuant animam suam, vt reuertantur ad habitandum ibi: quia non reuertentur nisi euasores.

Et responderunt ipsi Irmeiahu omnes viri qui sciebant quod suffirent vxores eorum diis alienis, & vniuersa mulieres quæ stabant cœtu magno, & omnis populus qui habitabat in terra Ægypti in Pathros, dicendo.

In verbo quod locutus es ad nos in nomine Domini, non paremus tibi.

Sed faciendo faciemus omne verbum quod egressum est de ore nostro, suffiendo stellæ cœli, & libando ei libamina sicut fecimus nos, & patres nostri, reges nostri, & principes nostri in vrbibus Iehudah, & in plateis Ierusalaim, & saturati sumus pane, & fuimus iucundi, & malum non vidimus.

Et ex eo tempore quo cessauimus suffire stellæ cœli, & libare ei libamina caruimus omnibus, & gladio, & fame consumpti sumus.

Et si nos suffimus stellæ cœli, & libamus ei libamina: nunquid sine viris nostris fecimus ei placentas, ad lætificandum eam, & ad libandum ei libamina?

Et dixit Irmeiahu ad omnem populum, ad viros, & ad mulieres, & ad omnem populum, qui respondebant ei verbum, dicendo:

Nonne sacrificiorum quæ sacrificastis in ciuitatibus Iehudah, & in plateis Ierusalaim vos, & patres vestri, reges vestri, & principes vestri, & populus terræ recordatus est Dominus, & ascenderunt super cor eius?

Et non poterat Dominus vltra ferre propter malitiam operum vestrorum, propter abominationes quas fecistis, & fuit terra vestra in desolationem, & in stuporem, & in maledictionem, vt non sit habitator secundum diem hanc.

Propterea quod suffiueritis, & peccaueritis Domino: & non parueritis voci Domini, & in lege eius, & in præceptis eius, & in testimoniis eius non ambulaueritis: idcirco euenit vobis malum hoc secundum diem hanc.

Dixit autem Irmeiahu ad omnem populum, & ad vniuersas mulieres: Audite verbum Domini omnis Iehudah, qui estis in terra Ægypti.

Sic dixit Dominus exercituum Deus Israel, dicendo: Vos, & vxores vestræ locuti estis in ore vestro, & manibus vestris implestis, dicendo: Faciemus vota nostra, quæ vouimus vt suffiamus stellæ cœli, & libemus ei libamina, confirmando confirmastis vota vestra, & faciendo fecistis vota vestra.

Transl. ex Septuag.

Ideirco sic dixit Dominus: Ecce ego statuo faciem meam ad

Disperdendum omnes residuos, qui in Ægypto: & cadent in gladio, & in fame: & deficient à paruo vsque ad magnum: & erunt in opprobrium, & in perditionem, & in maledictionem.

Et visitabo super sedentes in terra Ægypto, sicut visitaui super Hierusalem in gladio, & in fame:

Et non erit saluus quisquam de residuis Iuda, qui incolunt in terra Ægypto, ad reuertendum in terram Iuda, ad quam ipsi sperant animabus suis reuerti illuc: non reuertentur, nisi qui euaserint.

Et responderunt Hieremiæ omnes viri, qui sciebant, quia adolent vxores suæ, & omnes mulieres, synagoga magna, & omnis populus sedentes in terra Ægypto in Pathure, dicentes:

Verbum, quod loquutus es ad nos nomine Domini, non audiemus te:

Quia facientes faciemus omne verbum, quod egredietur ex ore nostro, adolendo reginæ cæli, & libando ei libamina: sicut fecimus nos, & patres nostri, & reges nostri, & principes nostri in ciuitatibus Iuda, & extra Hierusalem: & impleti sumus panibus, & fuimus iucundi, & mala non vidimus.

Et vt omisimus adolentes reginæ cæli, imminuti sumus omnes: & in gladio, & in fame defecimus.

Quia nos adolebamus reginæ cæli, & libauimus ei libamina; nunquid sine viris nostris fecimus ei placentas, & libauimus ei libamina?

Et dixit Hieremias omni populo, potentibus, & mulieribus, & omni populo ijs, qui responderant ei verba, dicens:

Nonne incensi, quod adolebatis in ciuitatibus Iuda, & extra Hierusalem vos, & patres vestri, & reges vestri, & principes vestri, & populus terræ, meminit Dominus? & ascendit super cor ipsius?

Et non potuit Dominus vltra ferre à facie malitię rerum vestrarum, & à vestris abominationibus, quas fecistis. Et facta est terra vestra in desolationem & in inuium, & in maledictũ, sicut dies hæc,

A facie eorum, quæ adolebatis, & quæ peccabatis Domino. Et non audistis vocem Domini: & in præceptis eius, & in lege, & in testimonijs eius non ambulastis: & apprehenderunt vos mala hæc.

Et dixit Hieremias populo, & mulieribus: Audite verbum Domini:

Sic dixit Dominus Deus Israel: Vos mulieres ore vestro loquutæ estis, & manibus vestris implestis, dicentes: facientes faciemus confessiones nostras, quas confessæ sumus, adolendo reginæ cæli, & libando ei libamina. Perseuerantes perseuerastis in confessionibus vestris, & facientes fecistis,

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

11 *Ideo sic dixit Iehouah exercituum Deus Israel, Ecce ego pono faciem meam in vobis in malum: & ad exterminandum omnem Iehudah.*

12 *Et tollam residuos Iehudah qui posuerunt facies suas vt ingrederentur terram Misraim ad habitandum ibi, & consumentur omnes in terra Misraim, cadent gladio, fame consumentur, à paruo vsque ad maximum gladio, & fame morientur, & erunt in iusiurandum, & in stuporem, & in maledictionem, & in opprobrium.*

13 *Et visitabo habitantes in terra Misraim, quemadmodum visitaui Ierusalaim gladio, & fame, et peste.*

14 *Nec erit euasor, et superstes residuo Iehudah qui ingressi fuerunt ad habitãdum ibi: nempe in terra Misraim, ad reuertendum in terram Iehudah, ad quam ipsi eleuant animam suam vt reuertantur ad habitandum ibi: quia non reuertentur nisi qui euaserint.*

15 *Et responderunt ipsi Irmeiahu omnes viri qui sciebant quod suffirent vxores eorum diis alienis, & vniuersæ mulieres quæ astabant, cœtus magnus, & vniuersus populus qui habitabat in terra Misraim in Pathros, dicendo,*

16 *Verbum quod loquutus es ad nos in nomine Iehoua non audimus à te:*

17 *Sed faciendo faciemus omne verbum quod egressum est de ore nostro, suffiendo reginæ cæli, & libando ei libamina, sicut fecimus nos, & patres nostri, reges nostri, & principes nostri in vrbibus Iehudah, & in plateis Ierusalaim: & saturati sumus pane, & fuimus iucundi, & malum non vidimus:*

18 *Ex eo autem tempore quo cessauimus suffire reginæ cæli, & libare ei libamina, caruimus omnibus, gladioq́; et fame consumpti sumus.*

19 *Quum vero nos suffimus reginæ cæli, & libamus ei libamina, nunquid sine viris nostris fecimus ei placentas ad exhilarandum eam, & ad libandum ei libamina?*

20 *Loquutus est igitur Irmeiahu ad omnem populum, ad viros, & ad mulieres, vniuersamq́; plebem qui responderant ei verbum, dicendo,*

21 *Nonne suffitus quem suffiuistis in ciuitatibus Iehudah, & in plateis Ierusalaim, vos & patres vestri, reges vestri, & principes vestri, atque populus terræ, recordatus est Iehouah, & ascendit super cor eius?*

22 *Non potuit autem Iehouah vltra ferre propter malitiam operum vestrorum, propter abominationes quas fecistis: ideo fuit terra vestra in desolationem, & in stuporem, & in maledictionem, vt non sit habitator secundum diem hanc.*

23 *Propterea quod suffiuistis, & peccauistis Iehoua, & non paruistis voci Iehoua, & in lege eius, & in præceptis eius, & in testimoniis eius non ambulastis: idcirco euenit vobis malum hoc secundum diem hanc.*

24 *Dixit autem Irmeiahu ad omnem populum, & ad vniuersas mulieres, Audite verbum Iehoua omnis Iehudah, qui estis in terra Misraim,*

25 *Sic dixit Iehouah exercituum Deus Israel, dicendo, Vos, & vxores vestræ, & loquutæ estis ore vestro, & manibus vestris implestis, dicendo, Faciendo faciemus vota nostra quæ vouimus, vt suffiamus reginæ cæli, & libemus ei libamina: confirmando confirmastis vota vestra, & faciendo fecistis vota vestra.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

26 Ideo audite verbum Domini omnis Iuda, qui
habitatis in Terra Ægypti: Ecce ego iuraui in no-
mine meo magno, ait Dominus: quia nequaquam
vltra vocabitur nomen meum ex ore omnis viri
Iudæi, dicentis: Viuit Dominus Deus in omni Ter-
ra Ægypti.
27 Ecce ego vigilabo super eos in malum, & non in
bonum: & consumentur omnes viri Iuda, qui sunt
in Terra Ægypti, gladio, & fame donec penitus
consumantur.
28 Et qui fugerint gladium, reuertentur de Terra
Ægypti in terram Iuda viri pauci: & scient omnes
reliquiæ Iuda ingredientium Terram Aegypti, vt
habitent ibi, cuius sermo compleatur, meus, an il-
lorum.
29 Et hoc vobis signum, ait Dominus, quod visitem
ego super vos in loco isto: vt sciatis quia vere com-
plebuntur sermones mei contra vos in malum.
30 Hæc dicit Dominus: Ecce ego tradam Pharao-
nem Ephree regem Aegypti in manu inimicorum
eius, & in manu quærentium animam illius: sicut
tradidi Sedeciam regem Iuda in manu Nabucho-
donosor regis Babylonis inimici sui, & quærentis
animam eius.

CAP. XLV.

1 VErbum, quod locutus est Ieremias propheta ad
Baruch filium Neriæ, cum scripsisset verba hęc
in libro ex ore Ieremiæ, anno quarto Ioakim filij
Iosiæ regis Iuda, dicens.
2 Hæc dicit Dominus Deus Israel ad te Baruch.
3 Dixisti: Væ misero mihi, quoniam addidit Do-
minus dolorem dolori meo: laboraui in gemitu
meo, & requiem non inueni.
4 Hæc dicit Dominus: Sic dices ad eum: Ecce quos
ædificaui, ego destruo: & quos plantaui, ego euello,
& vniuersam terram hanc.
5 Et tu quęris tibi grandia? noli quęrere: quia ecce
ego adducam malum super omnem carnem, ait
Dominus: & dabo tibi animam tuam in salutem in
omnibus locis, ad quæcumque perrexeris.

CAP. XLVI.

1 QVod factum est verbum Domini ad Ieremiam
prophetam contra Gentes.
2 Ad Ægyptum aduersum exercitum Pharaonis
Nechao regis Ægypti, qui erat iuxta fluuium Eu-
phratem in Charcamis, quem percussit Nabucho-
donosor rex Babylonis, in quarto anno Ioakim filij
Iosiæ regis Iuda.
3 Præparate scutum, & clypeum, & procedite ad
bellum.
4 Iungite equos, & ascendite equites: state in galeis,
polite lanceas, induite vos loricis.
5 Quid igitur? vidi ipsos pauidos, & terga verten-
tes, fortes eorum cæsos: fugerunt conciti, nec respe
xerunt: terror vndique, ait Dominus.
6 Non fugiat velox, nec saluari se putet fortis: Ad
Aquilonem iuxta flumen Euphraten victi sunt, &
ruerunt.
7 Quis est iste, qui quasi flumen ascendit: & veluti
fluuiorum, intumescunt gurgites eius?
8 Aegyptus, fluminis instar ascendit, & velut flu-
mina mouebuntur fluctus eius, & dicet: Ascendens
operiam terram: perdam ciuitatem, & habitatores
eius.

Ascen-

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

26 *Ideo audite verbum Domini omnis Iehudah qui habi-
tatis in terra Ægypti: Ecce iuraui in nomine meo magno,
dixit Dominus: si erit vltra nomen meum vocatum in
ore omnis viri Iehudas, dicentis: Viuit Dominus Deus in
omni terra Ægypti.*
27 *Ecce festino super eos in malum, & non in bonum:
& consumentur omnes viri Iehudah, qui sunt in terra
Ægypti, gladio, & fame, donec consumantur.*
28 *Et euasores gladij reuertentur è terra Ægypti in ter-
ram Iehudah viri pauci numero: & scient omnes residui
Iehudah, qui ingrediuntur terram Ægypti, ad peregrinan-
dum ibi verbum, cuius stabiliatur, mei aut ipsorum.*
29 *Et hoc vobis signum, ait Dominus: quod visitem vos
in loco isto, vt sciatis: quia confirmando confirmabuntur
verba mea super vos in malum.*
30 *Sic dixit Dominus: Ecce trado Parhoh Chophrah Re-
gem Ægypti in manum inimicorum eius, & in manum
quærentium animam eius: sicut tradidi Sidchijahu Re-
gem Iehudah in manum Nebuchadnesar Regis Babel ini-
mici sui, & quærentis animam eius.*

CAP. XLV.

1 *VErbum quod locutus est Irmeiahu Propheta ad Ba-
ruch filium Neriiah, quum scripsisset verba hæc in
libro ex ore Irmeiahu, anno quarto Iehoiachim filij Io-
siiahu Regis Iehudah, dicendo.*
2 *Sic dixit Dominus Deus Israel ad te Baruch.*
3 *Dixisti: Va nunc mihi, quoniam addidit Dominus tri-
stitiam super dolorem meum: laboraui in gemitu meo, &
requiem non inueni.*
4 *Sic dices ad eum: Sic dixit Dominus: Ecce quos ædifi-
caui, destruo, & quos plantaui, euello, & vniuersa terra
mea est.*
5 *Et tu quæris tibi grandia? ne quæras: quia ecce addu-
cam malum super omnem carnem, ait Dominus: & dabo
tibi animam tuam in prædam in omnibus locis ad quæ
perrexeris.*

CAP. XLVI.

1 *QVod fuit verbum Domini ad Irmeiahu Prophe-
tam contra omnes Gentes.*
2 *Ad Ægyptum aduersum exercitum Parhoh Necho Re-
gis Ægypti, qui erat iuxta flumen Perath in Carchemis
quem percussit Nebuchadnesar Rex Babel anno quarto Ie-
hoiacim filij Iosiiahu Regis Iehudah.*
3 *Præparate scutum, & clypeum, & accedite ad bellum.*
4 *Sternite equos, & ascendite equites, & state in galeis,
polite lanceas, induite vos loricas.*
5 *Cur vidi eos pauidos, conuersi sunt retrorsum: & fu-
gam fugerunt, & non respexerunt: terror vndique, dixit
Dominus.*
6 *Ne fugiat leuis, & non euadet fortis. Ad Aquilonem
iuxta ripam fluminis Perath impegerunt, & ceciderunt.*
7 *Quis est iste, qui tanquam fluuius ascendet: veluti flu-
mina commouebuntur aquæ eius.*
8 *Ægyptus tanquam fluuius ascendet, & velut flumina
mouebuntur aquæ, & dixit: Ascendam operiam terram:
perdam ciuitatem, & habitantes in ea.*

Ascen-

Tranſl. ex Septuag.

26 Ideo audite verbum Domini, omnis Iuda, qui ſe-
detis in terra Aegypto: Ecce iuraui nomine meo
magno, ait Dominus: ſi erit vltra nomen meum in
ore vniuerſi Iuda ad dicendum, Viuit Dominus, in
omni terra Aegypti:

27 Quia ego vigilaui ſuper eos, ad affligendum eos,
& non benefaciendum. Et deficient omnis Iuda,
habitantes in terra Aegypto, in gladio, & in fame,
donec defecerint.

28 Et, qui euaſerint à gladio, reuertentur in terram
Iuda, pauci numero: & agnoſcent reſidui Iuda, qui
ſteterunt in terra Aegypto ad habitandum ibi,
verbum cuius permaneat.

29 Et hoc ſignum vobis; quia viſitabo ego ſuper
vos in mala;

30 Sic dixit Dominus: Ecce ego do Vaphre regem
Aegypti in manus inimici eius, & in manus quæ-
rentis animam eius: ſicut dedi Sedeciam regem Iuda
in manus Nabuchodonoſor regis Babylonis ini-
mici eius, & quærentis animam eius.

C A P. X L V.

Hoc ca. in trāſl. ex Sept. iūgitur cap. 51. his quę hic apud nos hñtur cap. ſuperiori n. 30.

1 VErbum, quod loquutus eſt Hieremias prophe-
ta ad Baruch filium Neriæ; quando ſcripſit
verba hæc in libro ex ore Hieremiæ in anno quar-
to Ioacim filio Ioſiæ regis Iuda:

2 Sic dixit Dominus ſuper te Baruch:

3 Quia dixiſti, heu mihi, heu mihi: quia addidit
Dominus laborem ſuper dolorem meum: dormiui
in gemitibus: requiem non inueni:

4 Dic ei, ſic dixit Dominus: Ecce, quos ego ædifica-
ui; ego deſtruam: & quos ego plantaui; ego euello:

5 Et tu quæres tibi grandia: Noli quærere: quia ec-
ce ego induco mala ſuper omnem carnem, ait Do-
minus: & dabo animam tuam in rem inuentam
in omni loco, quocunque ieris illuc.

C A P. X L V I.

1 IN principio regnantis Sedeciæ regis factum eſt
verbum hoc de Aelam.

2 Ipſi Aegypto ſuper virtutem Pharaonis Nechao
regis Aegypti, qui erat ad flumen Euphratem in
Charmis: quem percuſſit Nabuchodonoſor rex Ba-
bylonis in anno quarto Ioacim regis Iuda.

3 Aſſumite arma, & ſcuta, & accedite ad bellum:

4 Et inſternite equos, aſcendite equites, & ſtate in
galeis veſtris, applicate lanceas, & induimini loricis
veſtris.

5 Quid, quod ipſi pauent, & recedunt in poſterio-
ra? quia fortes eorum cædentur: fuga fugerunt, &
non ſunt reuerſi, obſeſſi vndique, dicit Dominus.

6 Non fugiat leuis, & non euadat fortis ad Aqui-
lonem. Quæ ad Euphratem, infirmata ſunt, & ceci-
derunt.

7 Quis iſte, quaſi flumen aſcendet, & velut flumi-
na, fluctuant aquam?

8 Aquæ Aegypti, quaſi flumen, aſcendent. Et dixit:
Aſcendam, & operiam terram, & perdam habitan-
tes in ea.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

*Ideo audite verbum Iehouæ omnis Iehudah qui habita-
tis in terra Miſraim, Ecce iuraui in nomine meo magno,
dixit Iehouah: ſi erit vltra nomen meum inuocatum in
ore vllius viri Iehudæi (dicentis, Viuit Dominus Iehouah)
in tota terra Miſraim.*

*Ecce ego vigilo ſuper eos in malum, & non in bonum:
& conſumentur omnes viri Iehudah qui ſunt in terra
Miſraim, gladio, & fame, donec conſumantur.*

*Et euaſores gladij reuertentur è terra Miſraim in ter-
ram Iehudah, viri pauci admodum: ſcientq́; vniuerſæ re-
liquiæ Iehudah quæ ingreſſæ ſunt terram Miſraim vt il-
lic habitarent, cuius verbum complebitur, meum, an
ipſorum.*

*Et hoc vobis ſignum, (ait Iehouah) quod viſitaturus
ſum vos in loco iſto: vt ſciatis quod confirmando confirma-
buntur verba mea ſuper vos in malum.*

*Sic dixit Iehouah, Ecce ego trado Paroh Hophra Regem
Miſraim in manum inimicorum eius, & in manum quæ-
rentium animam eius: ſicut tradidi Sidciahu Regem Ie-
hudah in manum Nebuchadneſar Regis Babel inimici ſui,
& quærentis animam eius.*

CAP. XLV.

*VErbum quod loquutus eſt Irmeiahu Propheta ad Ba-
ruch filium Neriiah, quum ſcripſiſſet verba hæc in
libro, ex ore Irmeiahu, anno quarto Iehoiacim filij Io-
ſiiahu Regis Iehudah, dicendo,*

Sic dixit Iehouah Deus Iſrael ad te Baruch,

*Dixiſti, Væ nunc mihi: quoniam addidit Iehouah tri-
ſtitiam ſuper dolorem meum: laboraui in gemitu meo, &
requiem non inueni.*

*Sic dices ad eum, Sic dixit Iehouah, Ecce quos ædifica-
ui ego deſtruam, & quos plantaui ego euellam, & vniuer-
ſam terram quæ mea eſt.*

*Et tu quæris tibi grandia? ne quæras: quia ecce ego ad-
ducam malum ſuper omnem carnem, dixit Iehouah: &
dabo tibi animam tuam in prædam in omnibus locis ad
quæ perrexeris.*

C A P. X L V I.

*QVod fuit verbum Iehouæ ad Irmeiahu Prophetam
contra omnes Gentes.*

*Ad Miſraim aduerſum exercitum Paroh Necho Regis
Miſraim, qui erat iuxta flumen Perath in Charchemis,
quem percuſſit Nebuchadneſar Rex Babel anno quarto Ie-
hoiacim filij Ioſiiahu Regis Iehudah.*

Præparate ſcutum & clypeum, & accedite ad bellum.

*Iungite equos, & conſcendite equites: & conſiſtite cum
galeis, polite lanceas, induite vos loricis.*

*Cur vidi eos pauidos? conuerſi ſunt retrorſum, & for-
tes eorum contriti ſunt, & fuga fugerunt, nec reſpexe-
runt: terror vndique, dixit Iehouah.*

*Ne fugiat leuis, nec euadat fortis: ad Aquilonem iuxta
ripam fluminis Perath impegerunt & ceciderunt.*

*Quis eſt iſte qui tanquam fluuius aſcendit, veluti flu-
mina commouentur aquæ eius?*

*Miſraim tanquam fluuius aſcendit, & velut flumina
mouentur aquæ eius, & dixit, Aſcendam, operiam ter-
ram: perdam vrbem, & habitantes in ea.*

Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
Ascendite equos, & exultate in curribus, & procedant fortes, Aethiopia, & Libyes tenentes scutum, & Lydij arripientes, & iacientes sagittas.	9	*Ascendite equos, & insanite currus, & egrediantur fortes, Chus, & Puth apprehendentes scutum, & Ludim apprehendentes, tendentes arcum.*
Dies autem ille Domini Dei exercituum dies vltionis, vt sumat vindictam de inimicis suis: deuorabit gladius, & saturabitur, & inebriabitur sanguine eorum: victima enim Domini Dei exercituum in terra Aquilonis iuxta flumen Euphraten.	10	*Dies autem ipsa Domini Dei exercituum dies vltionis, vt vlciscatur se de hostibus suis: & deuorabit gladius, & saturabitur, & inebriabitur sanguine eorum, victima enim Domini Dei exercituum in terra Aquilonis ad flumen Perath.*
Ascende in Galaad, & tolle resinam virgo filia Aegypti: frustra multiplicas medicamina, sanitas non erit tibi.	11	*Ascende Ghilhad, & tolle theriacam virgo filia Ægypti: frustra multiplicauisti medicamina, sanitas non erit tibi.*
Audierunt Gentes ignominiam tuam, & vlulatus tuus repleuit terram: quia fortis impegit in fortem, & ambo pariter conciderunt.	12	*Audierunt Gentes ignominiam tuam, & clamor tuus repleuit terram: quia fortis in fortem impegerunt, pariter ceciderunt ambo.*
Verbum quod locutus est Dominus ad Ieremiam prophetam, super eo quod venturus est Nabuchodonosor rex Babylonis, & percussurus terram Aegypti.	13	*Verbum quod locutus est Dominus ad Irmeiahu prophetam, eo quod veniret Nebuchadnesar Rex Babel ad percutiendum terram Ægypti.*
Annunciate Aegypto, & auditum facite in Magdalo, & resonet in Memphis, & in Taphnis, dicite: Sta, & præpara te: quia deuorabit gladius ea, quæ per circuitum tuum sunt.	14	*Annunciate in Ægypto, & auditum facite in Mighdol, & auditum facite in Noph, & in Iachpanches, dicite: Sta, & prapara te: quia deuorabit gladius circuitum tuum.*
Quare computruit fortis tuus? non stetit, quoniam Dominus subuertit eum.	15	*Quare propulsatus est fortis tuus? non stetit quoniam Dominus propulsauit eum.*
Multiplicauit ruentes, ceciditque vir ad proximum suum: & dicent: Surge, & reuertamur ad populum nostrum, & ad terram natiuitatis nostræ, à facie gladij columbæ.	16	*Multiplicauit ruentem, etiam cecidit vnusquisque cum socio suo, & dicent: & surgite, & reuertemur ad populum nostrum, & ad terram natiuitatis nostra à facie gladij opprimentis.*
Vocate nomen Pharaonis regis Aegypti, tumultum adduxit tempus.	17	*Vocauerunt ibi Parhoh Regem Ægypti tumultum, transire fecit tempus.*
Viuo ego (inquit rex, Dominus exercituum nomen eius) quoniam sicut Thabor in montibus, & sicut Carmelus in mari, veniet.	18	*Viuo ego (inquit Rex Dominus exercituum nomen eius) quoniam sicut Thabor in montibus, & sicut Carmel in mari veniet.*
Vasa transmigrationis fac tibi habitatrix filia Aegypti: quia Memphis in solitudinem erit, & deseretur, & inhabitabilis erit.	19	*Vasa transmigrationis fac tibi habitatrix filia Ægypti: quia Noph in solitudinem erit, & desolabitur, vt non sit habitator.*
Vitula elegans atque formosa Aegyptus: stimulator ab Aquilone veniet ei.	20	*Vt vitula formosa Ægyptus succisio ab Aquilone venit, venit.*
Mercenarij quoque eius, qui versabantur in medio eius, quasi vituli saginati versi sunt: & fugerunt simul, nec stare potuerunt: quia dies interfectionis eorum venit super eos, tempus visitationis eorum.	21	*Etiam milites eius mercede conducti in medio eius, veluti vituli saginati: quia etiam ipsi verterunt se, fugerunt simul, & non steterunt: quia dies contritionis eorum venit super eos, tempus visitationis eorum.*
Vox eius quasi æris sonabit: quoniam cum exercitu properabunt, & cum securibus venient ei, quasi cædentes ligna.	22	*Vox eius quasi serpentis incedet: quoniam cum exercitu pergent, & cum securibus venerunt ei tanquam casores lignorum.*
Succiderunt saltum eius, ait Dominus, qui supputari non potest: multiplicati sunt super locustas, & non est eis numerus.	23	*Succidite syluam eius, ait Dominus: quia non inuestigabitur: multiplicati sunt enim magis quam locusta, & non est eis numerus.*
Confusa est filia Aegypti, & tradita in manus populi Aquilonis.	24	*Pudore affecta est filia Ægypti, tradita est in manum populi Aquilonis.*
Dixit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego visitabo super tumultum Alexandriæ, & super Pharaonem, & super Aegyptum, & super deos eius, & super reges eius, & super Pharaonem, & super eos, qui confidunt in eo.	25	*Dixit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce visito regem de No, & Parhoh, & Ægyptum, & deos eius, & Reges eius, & Parhoh, & fidentes ei.*
Et dabo eos in manus quærentium animam eorum, & in manus Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manus seruorum eius: & post hæc habitabitur sicut diebus pristinis, ait Dominus.	26	*Et dabo eos in manum quarentium animam eorum, & in manum Nebuchadnesar Regis Babel, & in manum seruorum eius, & post hac habitabitur secundum dies antiquos, dixit Dominus.*
(* Isa. 41. 1. & 44. 2.) * Et tu ne timeas serue meus Iacob, & ne paueas Israel: quia ecce ego saluum te faciam de longinquo, & semen tuum de terra captiuitatis tuæ: & reuertetur Iacob, & requiescet, & prosperabitur: & non erit qui exterreat eum.	27	*Et tu ne timeas serue mi Iahacob, & ne paueas Israel: quia ecce saluum facio te de longinquo, & semen tuum de terra captiuitatis eorum: & reuertetur Iahacob, & requiescet, & fœlix erit, & non erit qui exterreat.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Ascendite super aquas, præparate currus: egredi-
mini pugnatores Aethiopum, & Lybes armati ar-
mis, & Lydi ascendite, intendite arcum.

Et dies illa Domino Deo nostro, dies vltionis, vt
sumat vindictam de inimicis suis: & deuorabit gla-
dius Domini, & saturabitur, & inebriabitur de
sanguine eorum: quia sacrificium Domino de terra
Aquilonis super flumen Euphratem.

Ascende Galaad, & sume resinam virgini filiæ
Aegypti: in vanum multiplicasti medicamina tua:
vtilitas non est in te.

Audierunt gentes vocem tuam: & clamore tuo
impleta est terra: quia pugnator aduersus pugnato-
rem infirmatus est: in idipsum ceciderunt vtrique.

Quæ loquutus est Dominus in manu Hieremiæ,
cum veniret rex Babylonis ad percutiendam ter-
ram Aegypti.

Annunciate in Magdolum, & annunciate in
Memphim: dicite: Sta, & præpara te: quia deuorauit
gladius smilacem tuam.

Quare fugit à te Apis, vitulus electus tuus? non
perstitit; quia Dominus dissoluit eum:

Et multitudo tua infirmata est, & cecidit & vnus-
quisque ad proximum suum loquebatur, Surga-
mus, & reuertamur ad populum nostrum in pa-
triam nostram à facie gladij græci.

Vocate nomen Pharaonis Nechao regis Aegypti,
Saon Esbie Moed.

Viuo ego, dicit Dominus Deus, quia, sicut Itaby-
rium in montibus, & sicut Carmelus in mari, ve-
niet.

Vasa transmigrationis fac tibi habitatrix filia
Aegypti: quoniam Memphis in solitudinem erit, &
vocabitur væ, eo quod non sint habitantes in ea.

Vitula adornata Aegyptus: excidium ab Aquilo-
ne venit super eam.

Et mercenarij eius in ea, quasi vituli saginati nu-
triti in ea: nam & ipsi conuersi sunt, & fugerunt
vnanimiter: non steterunt: quia dies perditionis
venit super eos, & tempus vltionis eorum.

Vox eorum, quasi serpentis sibilantis: quia in
arena ambulant, in securibus venient super eam:
quasi cædentes ligna.

Excident syluam eius, dicit Dominus: quoniam
non supputabitur, quoniam multiplicauit super
locustam: & non est eis numerus.

Confusa est filia Aegypti, tradita est in manus
populi ab Aquilone.

Ecce ego vlciscar Ammon filium eius super
Pharaonem; & super eos, qui fiderunt in eo.

* Et dabo eos in manus quærentium animam
eorum & in manus Nabuchodonosor regis Baby-
lonis, & in manus seruorum eius. Et post hęc habi-
tabitur sicut diebus pristinis, ait Dominus.

Tu autem ne timueris serue meus Iacob, neque
paueas Israel: quia ecce ego saluans te de longe, &
semen tuum ex captiuitate ipsorum. Et reuertet
Iacob, & quiescet & dormiet: & non erit, qui per-
turbet eum.

* Hæc nō hā-
ur in
codice
Septu.
Vatica-
no magno
cuntur
n & si-
gnificā-
tur à
Theo-
doreto
tanquā
ex Sept.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

9 *Ascendite equi, & insanite currus, & egrediantur for-
tes, Chus, & Put apprehendentes scutum, & Ludim ap-
prehendentes & tendentes arcum.*

10 *Dies autem illa Domini Iehouæ exercituum dies vltio-
nis, vt vlciscatur se de hostibus suis: & vorabit gladius,
& saturabitur, inebriabiturq; sanguine eorum: cædes
enim Domino Iehouæ exercituum in terra Aquilonis ad
flumen Perath.*

11 *Ascende in Gilad, & tolle tibi balsamum, virgo filia
Misraim: frustra multiplicabis medicamina, sanitas non
erit tibi.*

12 *Audierunt Gentes ignominiam tuam, & clamor tuus
repleuit terram: quia fortis in fortem impegerunt, pari-
ter ceciderunt ambo.*

13 *Verbum quod loquutus est Iehouah ad Iermeiahu pro-
phetam, de aduentu Nebuchadnesar Regis Babel ad per-
cutiendam terram Misraim.*

14 *Annuntiate in Misraim, & prædicate in Migdol: præ-
dicate item in Noph, & in Thahpanhes: dicite, Consistite,
& præpara te: quia deuorabit gladius circuitum tuum.*

15 *Quare propulsatus est fortis tuus? non constitit: quo-
niam Iehouah impulit eum.*

16 *Multiplicauit corruentem, etiam ruit quisque in pro-
ximum suum: & dixerunt, Surge, & reuertamur ad po-
pulum nostrum, & ad terram natiuitatis nostræ à facie
gladij opprimentis.*

17 *Clamauerunt ibi, Paroh Rex Misraim & tumultus:
transire fecit tempus statutum.*

18 *Viuo ego (inquit Rex, Iehouah exercituum nomen eius)
quoniam sicut Thabor in montibus, & sicut Charmel in
mari, veniet.*

19 *Vasa trāsmigrationis fac tibi habitatrix filia Misraim:
quia Noph in solitudinem erit, & desolabitur vt non sit
habitator.*

20 *Vt vitula formosa Misraim, excisio ab Aquilone venit,
venit illi inquam.*

21 *Etiam milites eius mercede conducti sunt in medio eius
veluti vituli saginati: quia etiam ipsi verterunt se, fuge-
runt simul, nec constiterunt: nam dies contritionis eorum
venit super eos, tempus visitationis eorum.*

22 *Vox eius quasi serpentis procedet: quoniam cum exerci-
tu magno pergent, & cum securibus venient ei, tanquam
cæsores lignorum.*

23 *Succident syluam eius, ait Iehouah, quia non poterit
inuestigari numerus: multiplicabuntur enim magis quam
locustæ, nec erit eis numerus.*

24 *Pudore afficietur filia Misraim, tradetur in manum
populi Aquilonis.*

25 *Dixit Iehouah exercituum Deus Israel, Ecce ego visito
populum de No, & Paroh, & Misraim, & deos eius, &
Reges eius: Paroh inquam & fidentes ei.*

26 *Et dabo eos in manum quærentium animam eorum, &
in manum Nebuchadnesar Regis Babel, & in manum ser-
uorum eius: & post hæc habitabitur secundum dies anti-
quos, dixit Iehouah.*

27 *Et tu ne timeas serue mi Iaacob, & ne paueas Israel:
quia ecce ego saluum facio te de longinquo, & semen
tuum de terra captiuitatis eorum: & reuertetur Iaacob,
& requiescet, & fœlix erit, nec erit qui exterreat.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Ascendite equos,& exultate in curribus, & procedant fortes, Aethiopia, & Libyes tenentes scutum,& Lydij arripientes,& iacientes sagittas.

Dies autem ille Domini Dei exercituum dies vltionis, vt sumat vindictam de inimicis suis:deuorabit gladius, & saturabitur, & inebriabitur sanguine eorum : victima enim Domini Dei exercituum in terra Aquilonis iuxta flumen Euphraten.

Ascende in Galaad, & tolle resinam virgo filia Aegypti:frustra multiplicas medicamina, sanitas non erit tibi.

Audierunt Gentes ignominiam tuam, & vlulatus tuus repleuit terram : quia fortis impegit in fortem,& ambo pariter conciderunt.

Verbum quod locutus estDominus ad Ieremiam prophetam, super eo quod venturus est Nabuchodonosor rex Babylonis, & percussurus terram Aegypti.

Annunciate Aegypto,& auditum facite in Magdalo,& resonet in Memphis,& in Taphnis, dicite: Sta,& præpara te : quia deuorabit gladius ea, quæ per circuitum tuum sunt.

Quare computruit fortis tuus? non stetit,quoniam Dominus subuertit eum.

Multiplicauit ruentes, cecidítque vir ad proximum suum:& dicent:Surge, & reuertamur ad populum nostrum, & ad terram natiuitatis nostræ, à facie gladij columbæ.

Vocate nomen Pharaonis regis Aegypti,tumultum adduxit tempus.

Viuo ego(inquit rex, Dominus exercituum nomen eius)quoniam sicut Thabor in montibus, & sicut Carmelus in mari, veniet.

Vasa transmigrationis fac tibi habitatrix filia Aegypti:quia Memphis in solitudinem erit, & deseretur,& inhabitabilis erit.

Vitula elegans atque formosa Aegyptus:stimulator ab Aquilone veniet ei.

Mercenarij quoque eius,qui versabantur in medio eius,quasi vituli saginati versi sunt:& fugerunt simul, nec stare potuerunt:quia dies interfectionis eorum venit super eos,tempus visitationis eorum.

Vox eius quasi æris sonabit:quoniam cum exercitu properabunt, & cum securibus venient ei, quasi cædentes ligna.

Succiderunt saltum eius,ait Dominus, qui supputari non potest:multiplicati sunt super locustas, & non est eis numerus.

Confusa est filia Aegypti,& tradita in manus populi Aquilonis.

Dixit Dominus exercituum Deus Israel : Ecce ego visitabo super tumultum Alexandriæ,& super Pharaonem,& super Aegyptum,& super deos eius, & super reges eius, & super Pharaonem, & super eos, qui confidunt in eo.

Et dabo eos in manus quærentium animam eorum, & in manus Nabuchodonosor regis Babylonis,& in manus seruorum eius:& post hæc habitabitur sicut diebus pristinis,ait Dominus.

* Isa. 41. 1. & 44. 2.

* Et tu ne timeas serue meus Iacob,& ne paueas Israel : quia ecce ego saluum te faciam de longinquo & semen tuum de terra captiuitatis tuæ:& reuertetur Iacob,& requiescet, & prosperabitur : & non erit qui exterreat eum.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

9 *Ascendite equos, & insanite currus, & egrediantur fortes, Chus,& Puth apprehendentes scutum, & Ludim apprehendentes, tendentes arcum.*

10 *Dies autem ipsa Domini Dei exercituum dies vltionis, vt vlciscatur se de hostibus suis : & deuorabit gladius,& saturabitur, & inebriabitur sanguine eorum, victima enim Domini Dei exercituum in terra Aquilonis ad flumen Perath.*

11 *Ascende Ghilhad, & tolle theriacam virgo filia Ægypti: frustra multiplicauisti medicamina, sanitas non erit tibi.*

12 *Audierunt Gentes ignominiam tuam, & clamor tuus repleuit terram: quia fortis in fortem impegerunt, pariter ceciderunt ambo.*

13 *Verbum quod locutus est Dominus ad Irmeiahu prophetam, eo quod veniret Nebuchadnesar Rex Babel ad percutiendum terram Ægypti.*

14 *Annunciate in Ægypto,& auditum facite in Mighdol, & auditum facite in Noph, & in Tachpanches, dicite: Sta, & præpara te: quia deuorabit gladius circuitum tuum.*

15 *Quare propulsatus est fortis tuus? non stetit quoniam Dominus propulsauit eum.*

16 *Multiplicauit ruentem,etiam cecidit vnusquisque cum socio suo, & dicent : & surgite, & reuertemur ad populum nostrum, & ad terram natiuitatis nostræ à facie gladij opprimentis.*

17 *Vocauerunt ibi Parhoh Regem Ægypti tumultum, transire fecit tempus.*

18 *Viuo ego (inquit Rex Dominus exercituum nomen eius) quoniam sicut Thabor in montibus, & sicut Carmel in mari veniet.*

19 *Vasa transmigrationis fac tibi habitatrix filia Ægypti: quia Noph in solitudinem erit, & desolabitur, vt non sit habitator.*

20 *Vt vitula formosa Ægyptus succisio ab Aquilone venit, venit.*

21 *Etiam milites eius mercede conducti in medio eius,veluti vituli saginati : quia etiam ipsi verterunt se, fugerunt simul,& non steterunt: quia dies contritionis eorum venit super eos, tempus visitationis eorum.*

22 *Vox eius quasi serpentis incedet : quoniam cum exercitu pergent, & cum securibus venerunt ei tanquam cæsores lignorum.*

23 *Succidite syluam eius, ait Dominus : quia non inuestigabitur : multiplicati sunt enim magis quam locusta, & non est eis numerus.*

24 *Pudore affecta est filia Ægypti, tradita est in manum populi Aquilonis.*

25 *Dixit Dominus exercituum Deus Israel : Ecce visito regem de No, & Parhoh, & Ægyptum, & deos eius, & Reges eius, & Parhoh, & fidentes ei.*

26 *Et dabo eos in manum quærentium animam eorum,& in manum Nebuchadnesar Regis Babel,& in manum seruorum eius, & post hæc habitabitur secundum dies antiquos,dixit Dominus.*

27 *Et tu ne timeas serue mi Iahacob,& ne paueas Israel: quia ecce saluum facio te de longinquo,& semen tuum de terra captiuitatis eorum: & reuertetur Iahacob,& requiescet, & fœlix erit, & non erit qui exterreat.*

Tranſl. ex Septuag.

9 Aſcendite ſuper aquas, præparate currus: egredimini pugnatores Aethiopum, & Lybes armati armis, & Lydi aſcendite, intendite arcum.

10 Et dies illa Domino Deo noſtro, dies vltionis, vt ſumat vindictam de inimicis ſuis: & deuorabit gladius Domini, & ſaturabitur, & inebriabitur de ſanguine eorum: quia ſacrificium Domino de terra Aquilonis ſuper flumen Euphratem.

11 Aſcende Galaad, & ſume reſinam virgini filiæ Aegypti: in vanum multiplicaſti medicamina tua: vtilitas non eſt in te.

12 Audierunt gentes vocem tuam: & clamore tuo impleta eſt terra: quia pugnator aduerſus pugnatorem infirmatus eſt: in idipſum ceciderunt vtrique.

13 Quæ loquutus eſt Dominus in manu Hieremiæ, cum veniret rex Babylonis ad percutiendam terram Aegypti.

14 Annunciate in Magdolum, & annunciate in Memphim: dicite: Sta, & præpara te; quia deuorauit gladius ſmilacem tuam.

15 Quare fugit à te Apis, vitulus electus tuus? non perſtitit; quia Dominus diſſoluit eum:

16 Et multitudo tua infirmata eſt, & cecidit & vnuſquiſque ad proximum ſuum loquebatur, Surgamus, & reuertamur ad populum noſtrum in patriam noſtram à facie gladij græci.

17 Vocate nomen Pharaonis Nechao regis Aegypti, Saon Esbie Moed.

18 Viuo ego, dicit Dominus Deus, quia, ſicut Itabyrium in montibus, & ſicut Carmelus in mari, veniet.

19 Vaſa tranſmigrationis fac tibi habitatrix filia Aegypti: quoniam Memphis in ſolitudinem erit, & vocabitur væ, eo quod non ſint habitantes in ea.

20 Vitula adornata Aegyptus: excidium ab Aquilone venit ſuper eam.

21 Et mercenarij eius in ea, quaſi vituli ſaginati nutriti in ea: nam & ipſi conuerſi ſunt, & fugerunt vnanimiter: non ſteterunt: quia dies perditionis venit ſuper eos, & tempus vltionis eorum.

22 Vox eorum, quaſi ſerpentis ſibilantis: quia in arena ambulant, in ſecuribus venient ſuper eam: quaſi cædentes ligna.

23 Excident ſyluam eius, dicit Dominus: quoniam non ſupputabitur, quoniam multiplicauit ſuper locuſtam: & non eſt eis numerus.

24 Confuſa eſt filia Aegypti, tradita eſt in manus populi ab Aquilone.

25 Ecce ego vlciſcar Ammon filium eius ſuper Pharaonem; & ſuper eos, qui fiderunt in eo.

26 *Et dabo eos in manus quærentium animam eorum & in manus Nabuchodonoſor regis Babylonis, & in manus ſeruorum eius. Et poſt hęc habitabitur ſicut diebus priſtinis, ait Dominus.

*Hæc nõ habẽtur in codice Septuaticano, agnoſcuntur & ſignificatur à Theodoreto tanquã ex Sept.

27 Tu autem ne timueris ſerue meus Iacob, neque paueas Iſrael: quia ecce ego ſaluans te de longe, & ſemen tuum ex captiuitate ipſorum. Et reuertet Iacob, & quieſcet & dormiet: & non erit, qui perturbet eum.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

9 *Aſcendite equi, & inſanite currus, & egrediantur fortes, Chus, & Put apprehendentes ſcutum, & Ludim apprehendentes & tendentes arcum.*

10 *Dies autem illa Domini Iehoua exercituum dies vltionis, vt vlciſcatur ſe de hoſtibus ſuis: & vorabit gladius, & ſaturabitur, inebriabiturq́ ſanguine eorum: cædes enim Domino Iehoua exercituum in terra Aquilonis ad flumen Perath.*

11 *Aſcende in Gilad, & tolle tibi balſamum, virgo filia Miſraim: fruſtra multiplicabis medicamina, ſanitas non erit tibi.*

12 *Audierunt Gentes ignominiam tuam, & clamor tuus repleuit terram: quia fortis in fortem impegerunt, pariter ceciderunt ambo.*

13 *Verbum quod loquutus eſt Iehouah ad Irmeiahu prophetam, de aduentu Nebuchadneſar Regis Babel ad percutiendam terram Miſraim.*

14 *Annuntiate in Miſraim, & prædicate in Migdol: prædicate item in Noph, & in Thahpanhes: dicite, Conſiſtite, & præpara te: quia deuorabit gladius circuitum tuum.*

15 *Quare propulſatus eſt fortis tuus? non conſtitit: quoniam Iehouah impulit eum.*

16 *Multiplicauit corruentem, etiam ruit quiſque in proximum ſuum: & dixerunt, Surge, & reuertamur ad populum noſtrum, & ad terram natiuitatis noſtræ à facie gladij opprimentis.*

17 *Clamauerunt ibi, Paroh Rex Miſraim & tumultus: tranſire fecit tempus ſtatutum.*

18 *Viuo ego (inquit Rex, Iehouah exercituum nomen eius) quoniam ſicut Thabor in montibus, & ſicut Charmel in mari, veniet.*

19 *Vaſa trãſmigrationis fac tibi habitatrix filia Miſraim: quia Noph in ſolitudinem erit, & deſolabitur vt non ſit habitator.*

20 *Vt vitula formoſa Miſraim, exciſio ab Aquilone venit, venit illi inquam.*

21 *Etiam milites eius mercede conducti ſunt in medio eius veluti vituli ſaginati: quia etiam ipſi verterunt ſe, fugerunt ſimul, nec conſtiterunt: nam dies contritionis eorum venit ſuper eos, tempus viſitationis eorum.*

22 *Vox eius quaſi ſerpentis procedet: quoniam cum exercitu magno pergent, & cum ſecuribus venient ei, tanquam cæſores lignorum.*

23 *Succident ſyluam eius, ait Iehouah, quia non poterit inueſtigari numerus: multiplicabuntur enim magis quam locuſtæ, nec erit eis numerus.*

24 *Pudore afficietur filia Miſraim, tradetur in manum populi Aquilonis.*

25 *Dixit Iehouah exercituum Deus Iſrael, Ecce ego viſito populum de No, & Paroh, & Miſraim, & deos eius, & Reges eius: Paroh inquam & fidentes ei.*

26 *Et dabo eos in manum quærentium animam eorum, & in manum Nebuchadneſar Regis Babel, & in manum ſeruorum eius: & poſt hæc habitabitur ſecundum dies antiquos, dixit Iehouah.*

27 *Et tu ne timeas ſerue mi Iaacob, & ne paueas Iſrael: quia ecce ego ſaluum facio te de longinquo, & ſemen tuum de terra captiuitatis eorum: & reuertetur Iaacob, & requieſcet, & fœlix erit, nec erit qui exterreat.*

Vulgat. Editio.

Et tu noli timere serue meus Iacob, ait Dominus: quia tecum ego sum, quia ego consumam cunctas gentes, ad quas eieci te: te vero non consumam, sed castigabo te in iudicio, nec quasi innocenti parcam tibi.

CAP. XLVII.

QVod factum est verbum Domini ad Ieremiam prophetam contra Palæsthinos, antequam percuteret Pharao Gazam.

Hæc dicit Dominus: Ecce aquæ ascendunt ab Aquilone, & erunt quasi torrens inundans, & operient terram, & plenitudinem eius, vrbem & habitatores eius: clamabunt homines, & vlulabunt omnes habitatores terrę.

A strepitu pompæ armorum, & bellatorum eius, à commotione quadrigarum eius, & multitudine rotarum illius. Non respexerunt patres filios manibus dissolutis.

Pro aduentu diei, in quo vastabuntur omnes Philisthijm, & dissipabitur Tyrus, & Sidon cum omnibus reliquis auxilijs suis, depopulatus est enim Dominus Palæsthinos, reliquias insulæ Cappadociæ.

Venit caluitium super Gazam: conticuit Ascalon, & reliquię vallis earum, vsquequo concideris?

O mucro Domini, vsquequo non quiesces? Ingredere in vaginam tuam, refrigerare, & sile.

Quomodo quiescet cum Dominus pręceperit ei aduersus Ascalonem, & aduersus maritimas eius regiones, ibique condixerit illi?

CAP. XLVIII.

AD Moab: hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Væ super Nabo, quoniam vastata est, & confusa: capta est Cariathaim: confusa est fortis, & tremuit.

Non est vltra exultatio in Moab contra Hesebon: cogitauerunt malum. Venite, & disperdamus eam de gente, ergo silens conticesces, sequeturque te gladius.

Vox clamoris de Oronaim: vastitas, & contritio magna.

Contrita est Moab: annunciate clamorem paruulis eius.

Per ascensum enim Luith plorans ascendet in fletu: quoniam in descensu Oronaim hostes vlulatum contritionis audierunt.

Fugite, saluate animas vestras: & eritis quasi myricæ in deserto.

* Sup. 17.6.

*Pro eo enim quod habuisti fiduciam in munitionibus tuis, & in thesauris tuis, tu quoque capieris: & ibit Chamos in transmigrationem, sacerdotes eius, & principes eius simul.

Et veniet prædo ad omnem vrbem, & vrbs nulla saluabitur: & peribunt valles, & dissipabuntur campestria: quoniam dixit Dominus.

Date florem Moab, quia florens egredietur: & ciuitates eius desertæ erunt, & inhabitabiles.

Maledictus, qui facit opus Domini fraudulenter: & maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

28 *Tu ne timeas serue mi Iahacob, ait Dominus: quia*
tecum sum quia faciam consummationem in cunctis gentibus, ad quas eieci te, in te autem non faciam consummationem, sed castigabo te in iudicio, & excidendo non excidam te.

CAP. XLVII.

1 *QVod fuit verbum Domini ad Irmeiahu prophetam*
super Pelistim, antequam percuteret Paroh, Hazzah.

2 *Sic dixit Dominus: Ecce aquæ ascendunt ab Aquilone,*
& erunt vt torrens inundans, & inundabunt terram, & plenitudinem eius, vrbem & habitantes in ea: clamabunt homines, & vlulabit omnis habitator terræ.

3 *A sonitu incessus vngularum equorum fortium eius, à*
commotione curruum eius, multitudine rotarum eius, non respexerunt patres ad filios propter debilitatem manuum.

4 *Propter diem venientem ad vastandum omnes Pe-*
listim, ad succidendum Sor, & Sidon omnem superstitem auxiliatorem. vastat enim Dominus Pelistim, residuum insulæ Caphtor.

5 *Venit caluitium ad Hazzah: succisa est Aschelon, re-*
siduum vallis earum vsquequo incides te?

6 *O mucro Domini, vsquequo non quiesces? Collige te in*
vaginam tuam, & quiesce, & sile.

7 *Quomodo quiescet cum Dominus præceperit ei, vt eat*
ad Aschelon, & ad littus maris, ibi constituit eum.

CAP. XLVIII.

1 *AD Moab sic dixit Dominus exercituum Deus Israel:*
Væ ad Nebo, quoniam vastata est, pudore affecta est: capta est Chiriathaim: pudore affecta est ciuitas in excelso sita, & expauit.

2 *Non est vltra laus Moab contra Chesbon: cogitauerunt*
malum. Venite, & disperdamus eam de gente, etiam Madmen succideris, post te ibit gladius.

3 *Vox clamoris de Choronaim: vastitas, & contritio ma-*
gna.

4 *Contrita est Moab: audire facite clamorem paruulo-*
rum eius.

5 *Quia per ascensum Luchith in fletu ascendet cum fle-*
tu: quoniam in descensu Choronaim hostes clamorem contritionis audierunt.

6 *Fugite, eruite animam vestram: & eritis veluti myri-*
cæ in deserto.

7 *Pro eo enim quod habuisti fiduciam in pecudibus tuis,*
& in thesauris tuis, tu quoque capieris: & egredietur Chemos in transmigrationem, sacerdotes eius, & principes eius simul.

8 *Et veniet vastator ad omnem vrbem, & vrbs non eua-*
det: & peribit vallis, & dissipabitur planicies: quemadmodum dixit Dominus.

9 *Date alas Moab, quia volando volabit: & ciuitates*
eius in desolationem erunt, vt non sit habitator in eis.

10 *Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter: & ma-*
ledictus qui prohibet gladium suum à sanguine.

Digitized by Google

Transl.ex Septuag.

Ne timeas puer meus Iacob, dicit Dominus: quia
tecum ego sum. Intrepida, & delicata tradita est.
Quia faciam genti consummationem in omni
gente, ad quos expuli te illuc: te autem non faciam
deficere: & castigabo te in iudicio, & innocentem
faciens non faciam innocentem te.

CAP. XLVII.

Hæc initiũ cap. 29. sibi vẽdicãt apud Sept. & in trãslat. Rom.

SVper Allophylos

Hæc dicit Dominus: Ecce aquæ ascendunt ab
Aquilone, & erunt in torrentem inundantem: &
inundabunt terram, & plenitudinem eius ciuita-
tem, & habitantes in ea. Et clamabunt homines, &
vlulabunt omnes habitatores terræ.

A voce impetus eius, ab armis pedum eius, & à
concussione curruum eius sonitu rotarum eius.
Non conuerterunt se patres super filios suos præ
dissolutione manuum suarum,

In die superueniente ad perdendum omnes al-
lophylos. Et delebo Tyrum, & Sydonem, & omnes
reliquos auxilij eorum: Quia exterminabit Domi-
nus reliquos insularum.

* His cõiũgũtur quę inf. cap 49. à nu 7. & inf ponuntur.

Venit caluitium super Gazam: proiecta est Asca-
lon, & reliqui Enacim. Vsquequo concides

Gladius Domini? Vsquequo non quiesces? Re-
gredere in vaginam tuam, requiesce, & tollere.

Quomodo requiescet; & Dominus mandauit ei
super Ascalonem, & aduersus maritimas, super re-
liquas vt insurgat?

CAP. XLVIII.

Hoc c. in trãsl. ex Sep. 31. sedẽ sibi vẽdicat.

AD Moab sic dixit Dominus: Væ super Nabau,
quia perijt: capta est Cariathæm: & confusa
est Amath, & Agath.

Non est vltra medicamen Moab, exultatio in
Esebon: Cogitauit super eam mala: excidimus eam
de gente: & quiete quiescet. Post te vadet gladius:

Quia vox clamantium ex Oronæm: perditio, &
contritio magna.
Contrita est Moab: annunciate in Zogoram:

Quia repleta est Aloth in ploratu. Ascendet plo-
rans in via Oronæm: clamorem contritionis audi-
stis:

Fugite, & saluate animas vestras: & eritis quasi
asinus agrestis in deserto.
Quoniam confidisti in munitione tua; & tu ca-
pieris: & egredietur Chamos in transmigrationem,
& sacerdotes eius, & principes eius simul:

Et veniet vastatio super vniuersam ciuitatem:
non saluabitur: & peribit vallis, & exterminabitur
campestris, sicut dixit Dominus.
Date signa Moab; quia tactu tangetur: & omnes
ciuitates eius in inuium erunt. Vnde habitator ei?

Maledictus, qui facit opera Domini negligenter,
qui subtrahit gladium suum à sanguine.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

28 *Tu inquam ne timeas serue mi Iaacob, ait Iehouah*
quia tecum sum: quia faciam consummationem in cun-
ctis gentibus ad quas eieci te: tecum autem non faciam
consummationem, sed castigabo te in iudicio, & exciden-
do non excidam te.

C A P. X L V I I.

1 *QVod fuit verbum Iehouæ ad Irmeiahu prophetam su-*
per Pelisthim, antequam percuteret Paroh Azah:

2 *Sic dixit Iehouah, Ecce aquæ ascendunt ab Aquilone,*
& erunt in torrentem, inundabuntque terram, & pleni-
tudinem eius, id est, vrbem & habitantes in ea: clama-
buntque homines, & vlulabit omnis habitator terræ.

3 *A sonitu incessus vngularum equorum eius, à commo-*
tione curruum eius, multitudine rotarum eius: non respe-
xerunt patres ad filios propter debilitatem manuum:

4 *Propter diem venientem ad vastandum omnes Pe-*
listhim, ad succidendum Sor, & Sidon omnem superstitem
auxiliatorem: vastat enim Dominus Pelisthim, reliquias
insulæ Chaphthor.

5 *Venit caluitium ad Azah: succisa est Ascelon, & re-*
siduum vallis earum: vsquequo incides te?

6 *O mucro Iehouæ, vsquequo non quiesces? collige te in*
vaginam tuam, quiesce, & sile.

7 *Quomodo quiesces? nam Iehouah præcepit ei vt eat in*
Ascelon, & ad littus maris: ibi enim constituit eum.

C A P. X L V I I I.

1 *AD Moab. Sic dixit Iehouah exercituum Deus Israel:*
Væ super Nebo: quoniam vastata est, pudore affecta
est: capta est Ciriathaim, pudore affecta est: Misgab, &
expauit.
2 *Non erit vltra gloriatio Moab de Hesbon: cogitauerunt*
enim malum, Venite, & disperdamus eam de gente, etiam
Madmen succideris, post te ibit gladius.

3 *Vox clamoris de Horonaim, vastitas, & contritio ma-*
gna erit illic.
4 *Contrita est Moab, audire fecerunt clamorem paruuli*
eius.
5 *Quia in ascensu Luhith cum fletu ascendet flens: nam*
in descensu Horonaim hostes clamorem contritionis audi-
turi sunt.

6 *Fugite, eripite animam vestram, & sitis veluti myrica*
in deserto.
7 *Nam propterea quod habuisti fiduciam in pecudibus*
tuis, & in thesauris tuis, tu quoque capieris: egredie-
turque Chemos in transmigrationem, sacerdotes eius, &
principes eius simul.
8 *Venietque vastator ad singulas vrbes, & nulla vrbs eua-*
det: peribitque vallis, & dissipabitur planities, quemadmo-
dum dixit Iehouah.
9 *Date alas Moab, quia volando volabit: & ciuitates*
eius in desolationem erunt, ita vt non sit habitator in eis.

10 *Maledictus qui facit opus Iehouæ fraudulenter, & ma-*
ledictus qui prohibet gladium suum à sanguine.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

11 Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua,& requieuit in fœcibus suis: nec transfusus est de vase in vas,& in transmigrationem non abijt:idcirco permansit gustus eius in eo, & odor eius non est immutatus.

12 Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus: & mittam ei ordinatores laguncularum, & sternent eum,& vasa eius exhaurient, & lagunculas eorum collident.

13 Et confundetur Moab Chamos, * sicut confusa est domus Israel à Bethel,in qua habebat fiduciam,

*4 Re. 2.16.

14 Quomodo dicitis:* fortes sumus,& viri robusti ad præliandum?

*Isa. 16.6.

15 Vastata est Moab, & ciuitates illius succiderunt: & electi iuuenes eius descenderunt in occisionem: ait rex,Dominus exercituum nomen eius.

16 Prope est interitus Moab vt veniat: & malum eius velociter accurret nimis.

17 Consolamini eum omnes, qui estis in circuitu eius,& vniuersi,qui scitis nomen eius,dicite:Quomodo confracta est virga fortis,baculus gloriosus?

18 Descende de gloria, & sede in siti habitatio filiæ Dibon:quoniam vastator Moab ascendet ad te,dissipabit munitiones tuas.

19 In via sta,& prospice habitatio Aroer: interroga fugientem:& ei,qui euasit,dic:Quid accidit?

20 Confusus est Moab,quoniam victus est:vlulate,& clamate,annunciate in Arnon,quoniam vastata est Moab.

21 Et iudicium venit ad terram campestrem:super Helon,& super Iasa,& super Mephaath,

22 Et super Dibon,& super Nabo, & super domum Deblathaim.

23 Et super Cariathaim,& super Bethgamul, & super Bethmaon.

24 Et super Carioth,& super Bosra, & super omnes ciuitates terræ Moab,quæ longe,& quæ prope sunt.

25 Abscissum est cornũ Moab,& brachium eius contritum est,ait Dominus.

26 Inebriate eum, quoniam contra Dominum erectus est:& allidet manum Moab in vomitu suo, & erit in derisum etiam ipse.

27 Fuit enim in derisum tibi Israel:quasi inter fures reperisses eum:propter verba ergo tua, quæ aduersum illum locutus es,captiuus duceris.

28 Relinquite ciuitates,& habitate in petra habitatores Moab: & estote quasi columba nidificans in summo ore foraminis.

29 Audiuimus superbiam Moab, superbus est valde:sublimitatem eius, & arrogantiam, & superbiam,& altitudinem cordis eius.

30 Ego scio,ait Dominus, iactantiam eius: & quod non sit iuxta eam virtus eius,nec iuxta quod poterat conata sit facere.

31 Ideo super Moab eiulabo,& ad Moab vniuersam clamabo,ad viros muri fictilis lamentantes.

32 De planctu Iazer plorabo tibi vinea Sabama:propagines tuæ transierunt mare,vsque ad mare Iazer peruenerunt: super messem tuam, & vindemiam tuam prædo irruit.

33 * Ablata est lætitia & exultatio de Carmelo, & de Terra Moab, & vinum de torcularibus sustuli: nequaquam calcator vuæ solitum celeuma cantabit.

*Isa. 16.10.

Transl. ex Heb.Sanct.Pagn.

11 *Requieuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit ipse in fæcibus suis: & non fuit euacuatus de vase in vas, & in transmigrationem non iuit: idcirco stetit sapor eius in eo, & odor eius non est mutatus.*

12 *Propterea ecce dies veniunt, dixit Dominus: & mittam ei transmigratores, & transmigrare facient eum, & vasa eius exhaurient, & vtres eorum collident.*

13 *Et pudore afficietur Moab à Chemos sicut pudore affecti sunt domus Israel à Bethel fiducia eorum.*

14 *Quomodo dicitis fortes sumus, & viri robusti ad bellum?*

15 *Vastatus est Moab, & ciuitates illius excidit, & electi iuuenes eius descenderunt ad iugulationem: ait rex Dominus exercituum nomen eius.*

16 *Propinqua est contritio Moab, vt veniat: & malum eius festinauit valde.*

17 *Condolete ei omnes qui estis in circuitu eius, & vniuersi qui scitis nomen eius, dicite: Quomodo confracta est virga fortis baculus gloriæ?*

18 *Descende de gloria, sede in siti habitatrix filia Dibon: quoniam vastator Moab ascendit contra te, dissipauit munitiones eius.*

19 *In via sta, & prospice habitatrix Haroher, interroga fugientem: & vrbem quæ euasit, dic quod factum est.*

20 *Pudore affectus est Moab, quoniam contritus est: vlulate, & clamate, annunciate in Arnon, quod vastatus est Moab.*

21 *Et iudicium venit super terram campestrem super Cholon, & Iahasah, & Mephahath.*

22 *Et Dibon & Nebo, & domum Diblathaim.*

23 *Et Chiriathaim, & Bethghamul, & Bethmehon.*

24 *Et Cherioth, & Bosrah, & omnes ciuitates terræ Moab longinquas, & propinquas.*

25 *Abscissum est cornu Moab, & brachium eius contritum est, dixit Dominus.*

26 *Inebriate eum, quoniam contra Dominum magnificauit os suum, & vertet se de latere ad latus Moab in vomitu suo, & erit in derisum etiam ipse,*

27 *Et si non in risum erit tibi Israel: si tanquam fures, inuentus est Israel: quia ex eo tempore quo allocutus es eum, condoluisti.*

28 *Relinquite ciuitates, & habitate in petra habitatores Moab, & estote veluti columba, quæ nidificat in lateribus fouea.*

29 *Audiuimus superbiam Moab, superbus est valde, elationem eius, & superbiam eius, & extollentiam eius, & exaltationem cordis eius.*

30 *Noui, ait Dominus: ira eius non est stabilita, filij eius non sic fecerunt, vt putabant.*

31 *Ideo super Moab eiulabo, & super Moab vniuersam clamabo, super viros vrbis Chircheres garriet.*

32 *A fletu Iahazer flebo propter te vitis Sibmah: propagines tuæ transierunt mare, vsque ad mare Iahazer peruenerunt: quia super fructus tuos æstiuos, & super vindemiam tuam prædo irruit.*

33 *Et deficiet lætitia, & exultatio de locis cultis, & de terra Moab, & vinum de torcularibus cessare faciam: non calcabit* calcans cum *celeusmate, celeusma non erit celeusma.*

Transl. ex Septuag.

Quieuit Moab à paruulo, & fidens erat super gloria sua, non effundebat de vase in vas, & in transinigrationem non abijt. Ideo mansit gustus eius in ipso:& odor eius non defecit.

Propterea ecce dies eius veniunt, ait Dominus, & mittam ei sternentes; & sternent eum, & vasa eius comminuent,& cornua eius concident.

Et confundetur Moab à Chamos: sicut confusa est domus Israel à Bæthel spe sua. Fidentes in ipsis,

Quomodo dicetis,fortes sumus, & homo validus ad bellica?

Perijt Moab ciuitas eius: & electi iuuenes eius descenderunt in occisionem.

Prope est dies Moab ad veniendum: & malitia eius velox valde.

Mouete ei omnes, qui in circuitu eius, omnes edite nomen eius: dicite: quomodo contritus est baculus gloriosus,virga magnificentiæ?

Descende de gloria,& sede in humilitate sedens. Dæbon exteretur:quia perijt Moab: ascendit ad te vastans munitionem tuam.

In via sta,& prospice sedens in Arer, & interroga fugientem,& euadentem,& dic,Quid factum est?

Confusus est Moab,quoniam contritus est. Vlula,& clama,annuncia in Arnon, quia perijt Moab,

Et iudicium venit in terram Misor super Chelum,& Rephas,& Mophas.

Et super Dæbon,& super Nabau,& super domum Dæthlathæm,

Et super Cariathem,& super domum Gæmol,& super domum Maon,

Et super Carioth,& super Bosor,& super omnes ciuitates Moab,quæ procul,& quæ prope.

Confractum est cornu Moab, & brachium eius contritum est.

Inebriate eum, quia super Dominum se magnificauit:& pulsabit Moab in manu sua:& erit in risum etiam ipse:

Et quidem in derisum erat tibi Israel,& in furtis tuis inuentus est,quia oppugnabas eum.

Reliquerunt ciuitates, & habitauerunt in petris habitatores Moab:facti sunt quasi columbæ nidificantes in petris,ore foueæ.

Et audiui contumeliam Moab (contumeliosus est valde,)contumeliam eius,& superbiam eius,Et exaltatum est cor eius:

Ego autem cognoui opera eius:non quod satis ei erat,non sic fecit.

Ideo super Moab vlulate vndique. Clamate super viros tonsos squaloris:

Quasi plorationem Iazer plorabo tibi vitis Aserema:propagines tuæ transierunt mare; ciuitates Iazer attigerunt:super tempus fructuum tuorum, super vindemias tuas pernicies irruit.

Corrasum est gaudium, & lætitia de Moabitide. Et vinum erat in torcularibus tuis: mane non calcarunt,& vespere non fecerunt hæde.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

11 *Quietus fuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit ipse in facibus suis, neque fuit transfusus de vase in vas, & in transmigrationem non iuit, ideo remansit sapor eius in eo, & odor eius non est immutatus.*

12 *Propterea ecce dies veniunt, dixit Iehouah, & mittam ei transmigratores, & transmigrare facient eum, & vasa eius exhaurient, & vtres eorum collident.*

13 *Et pudore afficietur Moab à Chemos, quemadmodum pudore affecti sunt domus Israel à Beth-el fiducia sua.*

14 *Quomodo dicitis, Fortes sumus, & viri robusti ad bellum?*

15 *Vastatus est Moab, & ciuitates illius excidit, & electi iuuenes eius descenderunt ad iugulationem, ait Rex, Iehouah, exercituum nomen eius.*

16 *Propinqua est contritio Moab vt veniat, & malum eius festinat valde.*

17 *Condolete ei omnes qui estis in circuitu eius: & vniuersi qui scitis nomen eius, dicite, Quomodo confracta est virga fortis, baculus gloriæ?*

18 *Descende de gloria, sede in siti habitatrix filia Dibon: quoniam vastator Moab ascendit contra te, dissipauit munitiones tuas,*

19 *In via sta, & aspice habitatrix Aroer, interroga fugientem, & eam quæ euasit, dic, Quidnam factum est?*

20 *Pudore affectus est Moab, quoniam contritus est: vlulate, & clamate, annuntiate in Arnon quod vastatus est Moab.*

21 *Et iudicium venit super terram campestrem, super Holon, & Iahsah, & Mephaath,*

22 *Et Dibon, & Nebo, & domum Diblathaim,*

23 *Et Ciriathaim, & Beth-gamul, & Beth-meon,*

24 *Et super Ceriioth, & Bosrah, & omnes vrbes reliquas terræ Moab, longinquas & propinquas.*

25 *Abscissum est cornu Moab, & brachium eius contritum est; dixit Iehouah.*

26 *Inebriate eum, quoniam contra Iehouam magnificauit os suum, & voluet sese Moab in vomitu suo, & sit in derisum, etiam ipse.*

27 *Et annon risui fuit tibi Israel, ac si inter fures inuentus esset? nam ex quo loquutus es de eo, commouisti te.*

28 *Relinquite ciuitates, & habitate in petra, habitatores Moab: & estote veluti columba quæ nidificat in lateribus oris foueæ.*

29 *Audiuimus superbiam Moab, superbus est valde: elationem eius, & superbiam eius, & arrogantiam eius, & exaltationem cordis eius.*

30 *Ego noui, dixit Iehouah, iram eius, non stabilietur: mendacia eius non sic facient.*

31 *Ideo super Moab eiulabo, & super Moab vniuersam clamabo, super viros Cir-heres gemet.*

32 *Fletu Iaazer flebo propter te vitis Sibmah: propagines tuæ transierunt mare, verum vsque ad mare Iaazer peruenient: super fructus tuos æstiuos, & super vindemiam tuam prædo irruet.*

33 *Et deficiet lætitia & exultatio de agris cultis, & de terra Moab: & vinum de torcularibus cessare faciam, non calcabit calcator cum celeusmate, celeusma non erit celeusma.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

34 De clamore Hesebon vsque Eleale, & Iasa,dede-
runt vocem suam : à Segor vsque ad Oronaim vi-
tula conternante:aquæ quoque Nemrim pessimæ
erunt.
35 Et auferam de Moab,ait Dominus , offerentem
in excelsis,& sacrificantem dijs eius.
36 Propterea cor meum ad Moab quasi tibiæ reso-
nabit:& cor meum ad viros muri fictilis dabit so-
nitum tibiarum:quia plus fecit quam potuit, id-
circo perierunt.
37 * Omne enim caput caluitium , & omnis barba
rasa erit : in cunctis manibus colligatio , & super
omne dorsum cilicium.

* Isa. 15. 2. Ezec. 7. 18.

38 Super omnia tecta Moab,& in plateis eius omnis
planctus : quoniam contriui Moab sicut vas inutile,ait Dominus.
39 Quomodo victa est, & vlulauerunt ? quomodo
deiecit ceruicem Moab , & confusus est ? eritque
Moab in derisum,& in exemplum omnibus in cir-
cuitu suo.
40 Hæc dicit Dominus:Ecce quasi aquila volabit,&
extendet alas suas ad Moab.
41 Capta est Carioth, & munitiones comprehensæ
sunt:& erit cor fortium Moab in die illa, sicut cor
mulieris parturientis.
42 Et cessabit Moab esse populus : quoniam contra
Dominum gloriatus est.
43 Pauor,& fouea , & laqueus super te ô habitator
Moab,dicit Dominus.
44 * Qui fugerit à facie pauoris, cadet in foueam:&
qui conscenderit de fouea, capietur laqueo:addu-
cam enim super Moab annum visitationis eorum,
ait Dominus.

* Isa. 24. 8.

45 In vmbra Hesebon steterunt de laqueo fugientes:
quia ignis egressus est de Hesebon , & flamma de
medio Sion, & deuorabit partem Moab, & verti-
cem filiorum tumultus.
46 Vę tibi Moab,perijsti popule Chamos:quia com-
prehensi sunt filij tui, & filiæ tuæ in captiuitatem.
47 Et conuertam captiuitatem Moab in nouissimis
diebus,ait Dominus.Hucusque iudicia Moab.

CAP. XLIX.

1 AD filios Ammon . Hæc dicit Dominus:Num-
quid non filij sunt Israel?aut hæres non est ei?
Cur igitur hæreditate possedit Melchom , Gad : &
populus eius in vrbibus eius habitauit?
2 Ideo ecce dies veniunt, dicit Dominus : & audi-
tum faciam super Rabbath filiorum Ammon fre-
mitum prȩlij & erit in tumulum dissipata,filięque
eius igni succendentur,& possidebit Israel possesso-
res suos,ait Dominus.
3 Vlula Hesebon,quoniam vastata est Hai, clamate
filiæ Rabbath,accingite vos cilicijs:plangite & cir
cuite per sepes:quoniam Melchom in transmigra-
tionem ducetur,sacerdotes eius , & principes eius
simul.
4 Quid gloriaris in vallibus? defluxit vallis tua fi-
lia delicata,quæ confidebas in thesauris tuis,& di-
cebas:Quis veniet ad me?
5 Ecce ego inducam super te terrorem, ait Domi-
nus Deus exercituum,ab omnibus qui sunt in cir-
cuitu tuo : & dispergemini singuli à conspectu ve-
stro, nec erit qui congreget fugientes.
6 Et post hęc reuerti faciam captiuos filiorum Am-
mon,ait Dominus.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

34 *A clamore Chesbon vsque ad Elhaleh vsque ad Iahas*
dederunt vocem suam : à Sohar vsque ad Choronaim vi-
tulam triennem: quia etiam aquæ Nimrim in desolatio
nes erunt.
35 *Et cessare faciam de Moab ait Dominus offerentem in*
excelso, & suffientem diis eius.
36 *Propterea cor meum ad Moab veluti tibia sonabit: &*
cor meum ad viros Chircheres, tanquam tibia sonabit,id
circo sonabit : quia residuas diuitias quas fecit , perie-
runt.
37 *Quia super omne caput erit caluitium, & omnis bar-*
ba erat diminuta: super omnes manus incisiones,& super
omnes lumbos saccus.
38 *Super omnia tecta Moab, & in plateis eius omnis plan*
ctus : quoniam contriui Moab , sicut vas in quo non est
complacentia, dixit Dominus.
39 *Quomodo expauit, vlulauerunt? quomodo vertit cer-*
uicem Moab, pudore affectus est? eritq; Moab in derisum,
& in formidinem omnibus, qui sunt in circuitibus eius.
40 *Sic enim dixit Dominus: Ecce tanquam aquila volabit,*
& extendet alas suas ad Moab.
41 *Capta est Cherioth ; ciuitates, & munitiones capta*
sunt: & erit cor fortium Moab, in die illa, sicut cor mu-
lieris afflicta.
42 *Et disperdetur Moab, vt non sit populus, quoniam con-*
tra Dominum magnificauit os suum.
43 *Pauor , & fouea, & laqueus erit super te habitator*
Moab.
44 *Qui fugerit à facie pauoris cadet in foueam : & qui*
ascenderit de medio fouea,capietur laqueo: adducam enim
ad Moab, annum visitationis eorum, ait Dominus.
45 *In vmbra Chesbon steterunt propter potentiam fugien-*
tes: quia ignis egressus est de Chesbon , & flamma ex Si-
chon,& deuorauit angulum Moab , & verticem filiorum
tumultuantium.
46 *Væ tibi Moab, periit populus Chemos: quia comprehensi*
sunt filij tui in captiuitatem, & filiæ tuæ in captiuita-
tem.
47 *Et conuertam captiuitatem Moab , in nouissimo die-*
rum, ait Dominus. Hucusque iudicium Moab.

CAP. XLIX.

1 *AD filios Hammon. Sic dixit Dominus: Nunquid fi-*
lij non sunt ipsi Israel? an heres non est ei? Cur hære-
ditate accepit rex eorum Ghad , & populus eius in vrbi-
bus eius habitauit?
2 *Ideo ecce dies veniunt , dixit Dominus : & audire fa-*
ciam in Rabbath filiorum Hammon clamorem prælij , &
erit in tumulum desolationis, & villæ eius igni succen-
dentur, & hæreditate accipiet Israel , qui hæreditate ac-
ceperunt eos, dixit Dominus.
3 *Vlula Chesbon , quia vastata est Hai , clamate villæ*
Rabbath, accingite vos saccis: plangite , & extendite vos
per maceras: quia rex eorum in transmigrationem abiit,
sacerdotes eius, & principes eius simul.
4 *Quid gloriaris in vallibus ? fluxit vallis tua filia re-*
bellis , quæ fidit thesauris suis , quæ dicit in corde suo:
Quis veniet ad me?
5 *Ecce adduco super te terrorem, ait Dominus exerci-*
tuum, ab omnibus circuitibus tuis: & eritis expulsi vnus
quisque à conspectu eius,& non erit qui congreget vagan-
tem.
6 *Et post hæc reuerti faciam captiuitatem filiorum Ham-*
mon, dixit Dominus.

Digitized by Google

Tranll.ex Septuag.

A clamore Esebon vsque Aetham ciuitates ipsorum dederunt vocem suam, à Zogor vsque Oronæm & Angeliam Salasiaquoniam & aqua Nebrin in combustionem erit.

Et disperdam Moab, ait Dominus, ascendentem super aram, & adolentem Dijs eius.

Idcirco cor Moab, quasi tibiæ bombos edent: cor meum super viros tonsos, quasi tibia sonabit: ideo, quæ acquisiuit, perierunt ab homine.

Omne caput in omni loco radent & omnis barba radetur, & omnes manus incidentur, & super omnem lumbum cilicium;

Et super omnia tecta Moab, & in plateis eius: quia contriui, ait Dominus, tanquam vas, cuius non est vsus eius.

Quomodo commutauit, quomodo vertit dorsum Moab? Confusus est, & factus est Moab in risum, & odium omnibus, qui in circuitu eius:

Quia sic dixit Dominus:

Capta est Carioth, & munitiones occupatæ sunt.

Et peribit Moab à turba; quia super Dominum se magnificauit.

Laqueus, & timor, & fouea super te, qui sedes Moab.

Quia fugit à facie timoris; incidet in foueam: & qui ascendit de fouea; & capietur in laqueo: quoniam inducam hæc super Moab in anno visitationis eius.

Cætera quæ hic dêrent uidere vulgatę non habentur apud Sept.

CAP. XLIX.

Filijs Ammon sic dixit Dominus: Nunquid filij non sunt in Israel? vel, qui accipiat hæreditatem, non est eis? Cur hæreditate accepit Melchol ipsam Galaad, & populus eorum in ciuitatibus eorum inhabitabit?

Propterea ecce dies veniunt, ait Dominus, & auditum faciam super Rabbath tumultum bellorum: & erunt in inuium, & in perditionem: & aræ eius in igne comburentur, & assumet Israel principatum suum.

Vlula Esebon, quia perijt Gai: Clamate filię Rabbath; accingimini saccis, & plangite: quia Melchol ibit in transmigrationem, sacerdotes eius, & principes eius simul.

Quid exultatis in campis Enacim? filia impudentiæ, quæ confidisti in thesauris, quæ dicebas, quis ingredietur super me?

Ecce ego porto timorem super te, ait Dominus, ab omni circuitu tuo; & dispergemini vnusquisque in faciem suam: & non est, qui congreget.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

34 *A clamore Hesbon vsque ad Elaleh, & vsque ad Iahas*
dederunt vocem suam: à Soar vsque ad Horonaim vi-
tula triennis: quia etiam aqua Nihrim in desolationes
erunt.

35 *Et cessare faciam de Moab ait Iehouah, offerentem in*
excelso, & suffientem diis suis.

36 *Propterea cor meum ad Moab, veluti tibia resonabit,*
& cor meum ad viros Cir-heres tanquam tibia, resona-
bit: eo quod diuitia quas fecit, perierunt.

37 *Quia super omne caput erit caluitium, & omnis bar-*
ba erit diminuta, super omnes manus incisiones, & super
omnes lumbos saccus.

38 *Super omnia tecta Moab, & in plateis eius vniuersus*
Moab erit in planctu: quoniam contriui Moab sicut vas
in quo non est complacentia, dixit Iehouah.

39 *Quomodo expauit (vlulabunt) quomodo vertit cerui-*
cem Moab, & pudore affectus est fuitque Moab in derisum,
& in formidinem omnibus, qui sunt in circuitibus eius.

40 *Sic enim dixit Iehouah, Ecce tanquam aquila aduola-*
bit hostis, & extendet alas suas ad Moab.

41 *Capta sunt vrbes, & munitiones capta sunt: eritque*
cor fortium Moab in die illa sicut cor mulieris afflictæ.

42 *Et perdetur Moab vt non sit populus: quoniam contra*
Iehouam magnificauit os suum.

43 *Pauor, & fouea, & laqueus super te, ô habitator*
Moab, dixit Iehouah.

44 *Qui fugerit à facie pauoris, cadet in foueam: & qui*
ascenderit de fouea, capietur laqueo: adducam enim super
eam, nempe ad Moab, annum visitationis eorum, ait Ie-
houah.

45 *In vmbra Hesbon steterunt propter potentiam fugien-*
tes, quia ignis egressus fuerat de Hesbon, & flamma ex
Sihon, & deuorauerat angulum Moab, & verticem filio-
rum tumultuantium.

46 *Væ tibi Moab, periit populus Chemos: quia comprehensi*
sunt filij tui in captiuitatem, & filiæ tuæ in captiuita-
tem.

47 *Et conuertam captiuitatem Moab, in nouissimo die-*
rum, ait Iehouah. hucusque iudicium Moab.

CAP. XLIX.

1 *AD filios Ammon sic dixit Iehouah, Num filij non*
sunt ipsi Israeli? an heres non est ei? cur igitur hære-
ditate accepit rex eorum ipsum Gad, & populus eius in
vrbibus eius habitauit?

2 *Ideo ecce dies veniunt, dixit Iehouah, & audire fa-*
ciam in Rabbath filiorum Ammon clamorem prælij: &
erit in aceruum desolationis, & filiæ eius igni succen-
dentur, & hæreditate accipiet Israel eos qui hæreditate
acceperunt ipsos, dixit Iehouah.

3 *Vlula Hesbon, quia vastata est Ai: clamate filiæ Rab-*
bath, accingite vos saccis, plangite, & circuite per sepes:
quia rex eorum in transmigrationem abiit, sacerdotes
eius, & principes eius simul.

4 *Quid gloriaris in vallibus? defluxit vallis tua, filia*
rebellis quæ fidit thesauris suis, quæ dicit, Quis acce-
det ad me?

5 *Ecce ego adduco super te terrorem, ait Dominus Ie-*
houah exercituum, ab omnibus circuitibus tuis, & expel-
lemini vnusquisque ante faciem suam, & non erit qui
congreget vagantem.

6 *Et post hæc reuerti faciam captiuitatem filiorum Am-*
mon, dixit Iehouah.

Vulgat. Editio.

7 Ad Idumæam. Hæc dicit Dominus exercituum:
Numquid non vltra est sapientia in Theman? Per-
ijt consilium à filijs, inutilis facta est sapientia
eorum.
8 Fugite & terga vertite, descendite in voraginem
habitatores Dedan: quoniam perditionem Esau ad-
duxi super eum, tempus visitationis eius.
9 Si vindemiatores venissent super te, non reli-
quissent racemum: si fures in nocte, rapuissent quod
sufficeret sibi.
10 Ego vero discooperui Esau, reuelaui abscondita
eius, & celari non poterit. vastatum est semen eius,
& fratres eius, & vicini eius, & non erit.
11 Relinque pupillos tuos: ego faciam eos viuere: &
viduæ tuæ in me sperabunt.
12 Quia hæc dicit Dominus: Ecce quibus non erat
iudicium vt biberent calicem, bibentes bibent: &
tu quasi innocens relinqueris? non eris innocens,
sed bibens bibes.
13 Quia per memetipsum iuraui, dicit Dominus,
quod in solitudinem, & in opprobrium, & in de-
sertum, & in maledictionem erit Bosra: & omnes
ciuitates eius erunt in solitudines sempiternas.
*Abd. 1.1. 14 *Auditum audiui à Domino, & legatus ad Gentes
missus est: Congregamini, & venite contra eam, &
consurgamus in prælium.
15 Ecce enim paruulum dedi te in Gentibus con-
temptibilem inter homines.
16 Arrogantia tua decepit te, & superbia cordis tui:
qui habitas in cauernis petræ, & apprehendere ni-
*Abd. 1.4. teris altitudinem collis. *cum exaltaueris quasi
aquila nidum tuum, inde detraham te, dicit Domi-
nus.
17 Et erit Idumæa deserta: omnis qui transibit per
eam, stupebit, & sibilabit super omnes plagas eius.
*Ge. 19.20. 18 *Sicut subuersa est Sodoma, & Gomorrha, & vi-
cinæ eius, ait Dominus: non habitabit ibi vir, &
non incolet eam filius hominis.
19 Ecce quasi leo ascendet de superbia Iordanis ad
pulchritudinem robustam: quia subito currere fa-
ciam eum ad illam: & quis erit electus, quem præ-
ponam ei? quis enim similis mei? & quis sustinebit
Iob. 41.1. me? & quis est iste pastor, qui resistat vultui meo?
20 Propterea audite consilium Domini, quod inijt
de Edom: & cogitationes eius, quas cogitauit de ha-
bitatoribus Theman: Si non deiecerint eos paruuli
gregis, nisi disipauerint cum eis habitaculum eo-
rum.
21 A voce ruinæ eorum commota est terra: clamor
in Mari rubro auditus est vocis eius.
22 Ecce quasi aquila ascendet, & auolabit: & expan-
det alas suas super Bosran: & erit cor fortium Idu-
mææ in die illa, quasi cor mulieris parturientis.
23 Ad Damascum: Confusa est Emath, & Arphad:
quia auditum pessimum audierunt, turbati sunt
in mari: præ solicitudine quiescere non potuit.
24 Dissoluta est Damascus, versa est in fugam, tre-
mor apprehendit eam: angustia & dolores tenue-
runt eam quasi parturientem.
25 Quomodo dereliquerunt ciuitatem laudabilem,
vrbem lętitiæ!
26 Ideo cadent iuuenes eius in plateis eius: & om-
nes viri pręlij conticescent in die illa, ait Dominus
exercituum.
27 Et succendam ignem in muro Damasci, & deuo-
rabit mœnia Benadad.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

7 *Ad Edom. Sic dixit Dominus exercituum: Estne vltra
sapientia in Teman, periit consilium à filiis, corrupta est
sapientia eorum.*
8 *Fugite, vertite vos in profundum, ite ad habitandum
habitatores Dedan: quoniam contritionem Hesau adduxi
super eum, tempus visitationis eius.*
9 *Si vindemiatores venerint tibi, non relinquent race-
mos: si fures in nocte, vastabunt quod opus est eis.*
10 *Quia discooperui Hesau, reuelaui abscondita eius, &
abscondere se non poterit: Vastatum semen eius, & vicini
eius, & non erit.*
11 *Relinquam pupillos tuos: ego viuificabo, & viduæ tuæ
in me sperabunt.*
12 *Quia sic dixit Dominus: Ecce quorum non erat iudi-
cium, vt biberent calicem, bibendo bibent, & tu immunis
existendo immunis eris? Non eris immunis, sed bibendo
bibes.*
13 *Quia per me iuraui, dixit Dominus, quod in solitudi-
nem, in opprobrium, in desertum, & in maledictionem
Bosrah, & omnes ciuitates eius erunt in desolationes
sempiternum.*
14 *Auditum audiui à Domino, & legatus in Gentes mis-
sus est, dicens: Congregate vos, & venite contra eam, &
consurgite in prælium.*
15 *Ecce enim abiectum dabo te inter Gentes, contemptum
inter homines.*
16 *Simulachrum tuum decepit te, & superbia cordis tui:
qui habitas in turribus ædificatis super petram, qui appre-
hendis altitudinem collis. Cum exaltaueris veluti aquila
nidum tuum, inde descendere faciam te, dixit Dominus.*
17 *Et erit Edom in solitudinem: omnis qui transierit per
eam, stupebit, & sibilabit super omnes plagas eius.*
18 *Secundum subuersionem Sedom, & Hamorrah, & vici-
nas eius, ait Dominus: non habitabit ibi quisquam, & non
incolet eam filius hominis.*
19 *Ecce tanquam leo ascendet à tumore Iarden ad habi-
taculum robustum: quia quiescere faciam, currere faciam
eum ab ea: & quisquis erit electus ei præfectam? quis enim
est sicut ego? & quis dabit mihi tempus? & quis est iste
pastor, qui stet coram me?*
20 *Propterea audite consilium Domini, quod decreuit su-
per Edom: & cogitationes eius quas cogitauit super habi-
tatores Teman: Si non traxerint eos paruuli gregis, si non
desolauerit cum eis habitacula eorum.*
21 *A voce qua ceciderunt commota est terra: clamor in
Mari rubro auditus est vocis eorum.*
22 *Ecce tanquam aquila ascendet, & volabit: & expan-
det alas suas super Bosrah: & erit cor fortium Edom in
die illa, sicut cor mulieris.*
23 *Ad Dammesech: Pudore affecta est Chamath, & Ar-
pad: quoniam auditum malum audierunt, liquefecerunt
se in mari præ pauore quiescere non poterit: sic erunt ha-
bitatores Dammesech, & vrbes eius.*
24 *Debilis fuit Dammesech, vertit se ad fugiendum, &
tremor apprehendit eam: angustia, & dolores tenuerunt
eam tanquam parturientis.*
25 *Quomodo non est derelicta ciuitas laudis, vrbs gaudij
mei?*
26 *Ideo cadent iuuenes eius in plateis eius: & omnes viri
præliatores excidentur in die illa, ait Dominus exerci-
tuum.*
27 *Et succendere faciam ignem in muro Dammesech, &
consumet ædes Benhadad.*

* Hęc quę hic habētur à nu. 7. vsq; ad nu. 23. in trāsl. ex Sept. Ro. habētur c. 29. coiūcta his quæ à nobis posita sunt c. 47. notata n. 7.

* Quæ hic ponuntur à nu. 23. vsq; ad nu. 28. in hac trāsl. ex Sept. Rom habētur cap. 30. coiūcta his quę à nobis inf. ponūtur, & notantur nu. 33.

Transl. ex Septuag.

7 *Idumeę hæc dicit Dominus. Non est vltra sapientia in Theman: perijt consilium à prudentibus: obijt sapientia eorum: conculcatus est locus eorum.

8 Demergite in sessionem, qui habitatis in Dedan: quia dura fecit. Adduxi super eum in tempore, quo visitaui super eum:

9 Quia vindemiatores venerunt; qui non relinquent tibi reliquias: quasi fures in nocte, imponent manum suam:

10 Quia ego detraxi Esau, reuelaui abscondita eorum; abscondi non poterunt. Perierunt per manum fratris sui, vicini mei: & non est.

11 Relinqui pupillum tuum, vt viuat. Et ego faciam viuere; & viduæ super me confiderunt.

12 Quia hæc dicit Dominus: Quibus non erat lex bibere calicem; & biberunt: & tu absoluta non absolueris.

13 Quoniam per meipsum iuraui, dicit Dominus, quoniam in inuium, & in opprobrium, & in maledictionem eris in medio eius: & omnes ciuitates eius erunt desertæ in sæculum.

14 Auditum audiui à Domino; & angelos ad gentes misit: congregamini, & aduenite ad eam, exurgite in bellum.

15 Paruulum dedi te in gentibus, contemptibilem in hominibus.

16 Lusio tua molita est tibi, impudentia cordis tui: habitauit cauernas petrarum, apprehendit fortitudinem collis excelsi. Quoniam exaltauit, quasi aquila nidum suum, inde detraham te.

17 Et erit Idumæa in inuium: omnis præteriens super eam sibilabit.

18 Sicut subuersa est Sodoma & Gomorra, & vicinę eius, dixit Dominus omnipotens; non sedebit ibi homo, & non habitabit ibi filius hominis.

19 Ecce quasi leo ascendet de medio Iordanis, in locum Aetham: quia cito expellam eos ab ea & iuuenes super eam state. Nam quis, sicut ego? & quis resistet mihi? Et quis iste pastor, qui stabit ante faciem meam?

20 Propterea audite consilium Domini, quod deliberauit super Idumæam, & cogitationem eius, quam cogitauit super habitantes Thæman, si non abripientur minima ouium si non inuia fiet super eos habitatio ipsorum?

21 Quoniam à voce ruinæ eorum timuit terra, & clamor maris non est auditus.

22 Ecce, sicut Aquila videbit, & extendet alas super munitiones eius. Et erit cor fortium Idumææ in die illa quasi cor mulieris parturientis.

23 * Damasco. Confusa est Emath, & Arphath, quia audierunt auditum pessimum, obstupuerunt, indignati sunt requiescere non poterunt.

24 Dissoluta est Damascus: auersa est in fugam: tremor apprehendit eam.

25 Quomodo non reliquit ciuitatem meam, pagum dilexerunt?

26 Propter hoc cadent iuuenes in plateis tuis; & omnes viri bellatores tui cadent, ait Dominus.

27 Et succendam ignem in muro Damasci, & deuorabit Liuia filij Ader.

Ipsi

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

7 *Ad Edom. Sic dixit Iehouah exercituum, Annon est vltra sapientia in Theman, periit consilium à filiis, corrupta est sapientia eorum?*

8 *Fugite (conuersi sunt, callidum consilium inierunt vt habitent) habitatores Dedan: quoniam contritionem Esau adducturus sum super eum, tempore quo visitabo eum.*

9 *Si vindemiatores venerint tibi, non relinquent racemos: si fures in nocte, vastabunt quod opus fuerit eis.*

10 *Quia ego discooperui Esau, reuelaui abscondita eius, & abscondere se non poterit: vastatum est semen eius, & fratres eius, & vicini eius, & non erit qui dicat.*

11 *Relinque pupillos tuos, ego viuificabo, & viduæ tuæ in me sperabunt.*

12 *Quia sic dixit Iehouah, Ecce, quorum non erat iudicium vt biberent calicem, bibendo bibent: & tu immunis existendo, immunis eris? non eris immunis, sed bibendo bibes.*

13 *Quia per me iuraui, dixit Iehouah: quod in solitudinem, in opprobrium, in desertum, & in maledictionem erit Bosrah, & omnes vrbes eius erunt in desolationes seculi.*

14 *Auditum audiui à Iehoua, & legatus in Gentes missus est qui dicat, Congregate vos, & venite contra eam, & consurgite ad prælium.*

15 *Ecce enim abiectum dabo te inter Gentes, contemptum inter homines.*

16 *Simulacbrum tuum decepit te, & superbia cordis tui, qui habitas in cauernis petræ, qui apprehendis altitudinem collis: quum exaltaueris instar aquilæ nidum tuum, illinc descendere faciam te, dixit Iehouah.*

17 *Et erit Edom in solitudinem: omnis qui transierit per eam, stupebit, & sibilabit super omnes plagas eius.*

18 *Secundum subuersionem Sedom & Amorah, & vicinas eius (ait Iehouah) non habitabit ibi quisquam, nec incolet eam filius hominis.*

19 *Ecce tanquam leo ascendet à tumore Iarden ad habitaculum robustum, quum quiescere faciam, currere faciam eum ab illa: & quis electus quem aduersus eam præficiam? quis enim est similis mei? & quis constituet mihi tempus? & quisnam est ille pastor qui stet coram me?*

20 *Propterea audite consilium Iehouæ quod consultauit super Edom, & cogitationes eius quas cogitauit super habitatores Theman: si non traxerint eos paruuli gregis, si non desolauerit cum eis habitacula eorum.*

21 *A voce casus eorum commota est terra, clamor in Mari rubro audita est vox eorum.*

22 *Ecce tanquam aquila ascendet hostis, & volabit, & expandet alas suas super Bosrah: eritq; cor fortium Edom in die illa sicut cor mulieris afflictæ.*

23 *Ad Dammesech. Pudore affecta est Hamath & Arphad: quoniam rumorem malum audierunt, & liquefacti sunt, sicut qui est in mari, præ pauore quiescere non potest.*

24 *Dissoluta est Dammesech, conuertit se ad fugiendum, tremorq; apprehendit eam: angustia & dolores tenuerunt eam, tanquam parturientis.*

25 *Quomodo non derelicta est vrbs laudis, vrbs gaudij mei?*

26 *Ideo cadent iuuenes eius in plateis eius: & omnes viri bellatores excidentur in die illa, ait Iehouah exercituum.*

27 *Et succendere faciam ignem in muro Dammesech, & absumet ædes Ben-hadad.*

Ad

Vulgat. Editio.

Ad Cedar, & ad regna Asor, quæ percussit Nabuchodonosor rex Babylonis. Hæc dicit Dominus: Surgite, & ascendite ad Cedar, & vastate filios Orientis.

Tabernacula eorum, & greges eorum capient: pelles eorum, & omnia vasa eorum, & camelos eorum tollent sibi: & vocabunt super eos formidinem in circuitu.

Fugite, abite vehementer, in voraginibus sedete, qui habitatis Asor, ait Dominus, iniÿt enim contra vos Nabuchodonosor rex Babylonis consilium, & cogitauit aduersum vos cogitationes.

Consurgite, & ascendite ad gentem quietam, & habitantem confidenter, ait Dominus, non ostia, nec vectes eis: soli habitant.

Et erunt cameli eorum in direptionem, & multitudo iumentorum in prædam: & dispergam eos in omnem ventum, qui sunt attonsi in comam: & ex omni confinio eorum adducam interitum super eos, ait Dominus.

Et erit Asor in habitaculum draconum, deserta vsque in æternum: non manebit ibi vir, nec incolet eam filius hominis.

Quod factum est verbum Domini ad Ieremiam prophetam aduersus Ælam in principio regni Sedeciæ regis Iuda, dicens:

Hæc dicit Dominus exercituum: Ecce ego confringam arcum Ælam, & summam fortitudinem eorum.

Et inducam super Aelam quattuor ventos à quattuor plagis cæli: & ventilabo eos in omnes ventos istos: & non erit gens, ad quam non perueniant profugi Aelam.

Et pauere faciam Aelam coram inimicis suis, & in conspectu quærentium animam eorum: & adducam super eos malum, iram furoris mei, dicit Dominus: & mittam post eos gladium donec consumam eos.

Et ponam solium meum in Aelam, & perdam inde reges & principes, ait Dominus.

In nouissimis autem diebus reuerti faciam captiuos Aelam, dicit Dominus.

CAP. L.

VErbum, quod locutus est Dominus de Babylone, & de terra Chaldæorum in manu Ieremiæ prophetæ.

Annunciate in Gentibus, & auditum facite: leuate signum, prædicate, & nolite celare, dicite: Capta est Babylon, confusus est Bel, victus est Merodach, confusa sunt sculptilia eius, superata sunt idola eorum.

Quoniam ascendit contra eam gens ab Aquilone, quæ ponet terram eius in solitudinem: & non erit qui habitet in ea ab homine vsque ad pecus: & moti sunt, & abierunt.

In diebus illis, & in tempore illo, ait Dominus: venient filiÿ Israel, ipsi & filiÿ Iuda simul: ambulantes & flentes properabunt, & Dominum Deum suum quærent.

In Sion interrogabunt viam, huc facies eorum. Venient, & apponentur ad Dominum fœdere sempiterno, quod nulla obliuione delebitur.

Grex perditus factus est populus meus: pastores eorum seduxerunt eos, feceruntque vagari in montibus: de monte in collem transierunt, obliti sunt cubilis sui.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

28 *Ad Chedar, & ad regna Chasor, quæ percussit Nebu-*
chadnesar rex Babel. Sic dixit Dominus: Surgite, ascendi-
te ad Chedar, & vastate filios Chedem.

29 *Tabernacula eorum, & pecora eorum capient: cortinas*
eorum, & omnia vasa eorum, & camelos eorum tollent si-
bi, & vocabunt super eos formidinem de circuitu.

30 *Fugite elongate vos vehementer in profunda pergite*
ad habitandum habitatores Chasor dixit Dominus, quia
consuluit contra vos Nebuchadnesar Rex Babel, consi-
lium, & cogitauit aduersus vos cogitationem.

31 *Surgite, ascendite ad gentem pacificam, habitantem*
confidenter, ait Dominus, non ostia, nec vectes sunt ei, soli
habitant:

32 *Et erunt cameli eorum in direptionem, & multitudo*
iumentorum eorum in spolia, & dispergam eos in omne
latus, exulantes in angulo terræ, & ex omnibus lateribus
eius adducam interitum eorum, dixit Dominus.

33 *Et erit Chasor habitaculum draconum, solitudo vsque*
in seculum: non manebit ibi quisquam, nec incolet eam
filius hominis.

34 *Quod fuit verbum Domini ad Irmeiahu prophetam*
super Halam, in principio regni Sidchiiahu regis Iehudah,
vt diceret.

35 *Sic dixit Dominus exercituum: Ecce confringo arcum*
Halam, principium fortitudinis eorum.

36 *Et adducam ad Halam quattuor ventos à quattuor ex-*
tremitatibus cœli, & ventilabo eos in omnes ventos istos:
& non erit gens, ad quam non veniant profugi Halam.

37 *Et pauere faciam Halam coram inimicis suis, & coram*
quærentibus animam eorum, & adducam super eos ma-
lum, iram furoris mei, dixit Dominus: Et mittam post eos
gladium donec consumam eos,

38 *Et ponam solium meum in Halam, & perdam inde re-*
gem, & principes, dixit Dominus.

39 *Et erit in nouissimo dierum, reuerti faciam captiuita-*
tem Halam, dixit Dominus.

CAP. L.

1 *VErbum quod locutus est Dominus super Babel, &*
super terram Chasdim per manum Irmeiahu pro-
pheta.

2 *Annunciate in gentibus, & audire facite, & leuate*
signum, audire facite, ne celetis, dicite, capta est Babel,
pudore affectus est Bel, fractus est Merodach, pudore af-
fecta sunt sculptilia eius: fracta sunt idola eius.

3 *Quoniam ascendit contra eam gens ab Aquilone, ipsa*
ponet terram eius in solitudinem, & non erit qui habitet
in ea, ab homine vsque ad animal, moti sunt, abierunt.

4 *In diebus illis, & in tempore illo, ait Dominus, venient*
filiÿ Israel, & filiÿ Iehudah simul: ambulando, & flendo
ibunt, & Dominum Deum suum quærent.

5 *Siion interrogabunt de via, huc facies eorum, venite,*
& copulate vos Domino fœdere sempiterno quod non obli-
uioni tradetur,

6 *Vt oues perditæ fuerunt populus meus, pastores earum*
errare fecerunt eas, in montibus vagari fecerunt eas, de
monte ad collem abierunt, oblitæ sunt cubilis sui.

Tranſl. ex Septuag.

Ipſi Cedar Reginæ aulæ, quam percuſſit Nabuchodonoſor rex Babylonis,ſic dixit Dominus:Surgite,& aſcendite ſuper Cedar, & implete filios Cedem.

Tabernacula eorum,& oues eorum tollent:veſtimenta eorum, & omnia vaſa eorum, & camelos eorum tollent ſibi. Et vocate ſuper eos perditionem vndique.

Fugite,valde demergite vos in ſeſſionem,qui ſedetis in aula; quoniam conſultauit ſuper vos rex Babylonis conſilium,& cogitauit cogitationem.

Surge, & aſcende ſuper gentem tranquillam ſedentem in refrigerio,quibus non ſunt portæ, non feræ,non vectes:ſoli habitant.

Et erunt cameli eorum in direptionē:& ventilabo omnes ſpiritui attonſos ante faciem ipſorum: ex omni termino eorum afferam euerſionem eorum,ait Dominus.

Et erit Aula commoratio ſtruthionum, & innia in ſæculum:non ſedebit ibi homo:& non habitabit ibi filius hominis.

* Hæc vſque ad fine capituli in trāſlat. ex Sept. Rom. habentur cap. 25. hæc coniūcta quę num. 13. ibid.

* Quæ prophetauit Hieremias ſuper gentes quæ Aelam.

Hæc dicit Dominus. Contritus eſt arcus Aelam, principium potentatus eorum.

Et inducam ſuper Aelam quattuor ventos à quattuor extremis cœli:& diſpergam eos in omnibus ventis iſtis:& non erit gens,quo non veniet illuc expulſi Aelam.

Et terrefaciam eos coram inimicis eorum, quærentibus animam eorum:& inducam ſuper eos ſecundum iram furoris mei: & immittam poſt eos gladium meum donec abſumpſero eos.

Et ponam thronum meum in Aelam, & emittam inde regem,& magnates.

Et erit in nouiſſimo dierum, & reducam captiuitatem Aelam,dicit Dominus.

C A P. L.

Hoc caput in trāſlat. ex Sept. 27. locū habet.

VErbum Domini, quod loquutus eſt ſuper Babylonem.

Annunciate in gentibus, & audita facite, & ne abſcondatis. Dicite:capta eſt Babylon: Confuſus eſt Belus;interrita,delicata tradita eſt Mærodach:

Quia aſcendit ſuper eam gens ab Aquilone. Hic ponet terram eius in deſolationem:& non erit,qui habitet in ea ab homine,& vſque ad pecus.

In diebus illis, & in tempore illo venient filij Iſrael,ipſi,& filij Iuda in idipſum:euntes,& plorantes ibunt,Dominum Deum ſuum quærentes.

Vſque ad Sion interrogabunt viam: huc enim faciem ſuam dabunt:& venient, & confugient ad Dominum Deum. Teſtamentum enim æternum obliuioni non tradetur.

Oues perditæ factus eſt populus meus: paſtores eorum expulerunt eos in montes, ſeduxerunt eos, de monte in collem abierunt:obliti ſunt cubiculi ſui.

Omnes

Noua ex Heb. Tralat.Fr.Vatabli.

28 *Ad Cedar,& ad regna Haſor quæ percuſſit Nebuchadneſar Rex Babel, ſic dixit Iehouah, Surgite, aſcendite contra Cedar, & vaſtate filios Cedem.*

29 *Tabernacula eorum, & greges eorum capient: cortinas eorum, & omnia vaſa eorum, & camelos eorum tollent ſibi: & vocabunt aduerſus eos formidinem in circuitu.*

30 *Fugite, elongate vos multum (callidum conſilium inierunt vt habitent) habitatores Haſor, dixit Iehouah: quia conſilium iniit contra vos Nebuchadneſar Rex Babel, & cogitauit aduerſus vos cogitationem.*

31 *Surgite, aſcendite ad gentem fœlicem, habitantem confidenter, ait Iehouah: non portæ nec vectis ſunt eis, ſoli habitant.*

32 *Et erunt cameli eorum in direptionem, & multitudo pecorum eorum in prædam, & diſpergam eos in omnem ventum, eiectos in extremum angulum: & ex omnibus lateribus eius adducam interitum eorum, dixit Iehouah.*

33 *Et erit Haſor habitaculum draconum, ſolitudo vſque in ſeculum: non habitabit ibi quiſquam, nec incolet eam filius hominis.*

34 *Quod fuit verbum Iehouæ ad Irmeiahu prophetam ſuper Elam in principio regni Sidciiahu regis Iehudah, vt diceret,*

35 *Sic dixit Iehouah exercituum, Ecce confringo arcum Elam, principium fortitudinis eorum.*

36 *Et adducam ſuper Elam quatuor ventos à quatuor extremitatibus cæli, & ventilabo eos in omnes ventos iſtos, neque erit gens ad quam non veniant profugi Elam.*

37 *Et pauere faciam Elam à conſpectu inimicorum ſuorum, & à conſpectu quærentium animam eorum, & adducam ſuper eos malum,nempe iram furoris mei,dixit Iehouah: mittamq́ poſt eos gladium, donec conſumpſero eos,*

38 *Et ponam ſolium meum in Elam, & perdam inde regem,& principes,dixit Iehouah.*

39 *Erit autem in nouiſſimo dierum, reuerti faciam captiuitatem Elam,dixit Iehouah.*

C A P. L.

1 *VErbum quod loquutus eſt Iehouah contra Babel, & contra terram Chaſdim per manum Irmeiahu prophetæ.*

2 *Annuntiate in Gentibus, & audiri facite, eleuate quoque ſignum,audiri facite inquam,& ne celetis:dicite, Capta eſt Babel, pudore affectus eſt Bel, confractus eſt Merodach, pudore affecta ſunt ſculptilia eius, contrita ſunt idola eius:*

3 *Quoniam aſcendit contra eam gens ab Aquilone, ea ponet terram eius in ſolitudinem, & non erit qui habitet in ea ab homine vſque ad animal: moti ſunt,abierunt.*

4 *In diebus illis,& in tempore illo, ait Iehouah, venient filij Iſrael ipſi, & filij Iehudah ſimul: eundo & flendo ibunt,& Iehouam Deum ſuum quærent.*

5 *Siion interrogabunt viam, huc conuerſa facies eorum, Venite, & copulate vos Iehouæ fœdere ſempiterno quod nunquam obliuioni tradetur,*

6 *Vt oues perditæ, fuerunt populus meus, paſtores eorum errare fecerunt eos, in montibus vagari fecerunt eos, de monte ad collem abierunt, obliti ſunt accubitus ſui.*

Omnes

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Omnes, qui inuenerunt, comederunt eos: & hostes eorum dixerunt: Non peccauimus: pro eo quod peccauerunt Domino decori iustitię, & expectationi patrum eorum Domino.

Recedite de medio Babylonis, & de terra Chaldæorum egredimini: & estote quasi hœdi ante gregem.

Quoniam ecce ego suscito, & adducam in Babylonem congregationem Gentium magnarum de terra Aquilonis: & præparabuntur aduersus eam, & inde capietur: sagitta eius quasi viri fortis interfectoris, non reuertetur vacua.

Et erit Chaldæa in prædam: omnes vastantes eam replebuntur, ait Dominus.

Quoniam exultatis, & magna loquimini, diripientes hęreditatem meam: quoniam effusi estis sicut vituli super herbam, & mugistis sicut tauri.

Confusa est mater vestra nimis, & adæquata pulueri, quæ genuit vos: ecce nouissima erit in Gentibus, deserta, inuia, & arens.

Ab ira Domini non habitabitur, sed redigetur tota in solitudinem: omnis, qui transibit per Babylonem, stupebit, & sibilabit super vniuersis plagis eius.

Præparamini contra Babylonem per circuitum omnes qui tenditis arcum; debellate eam, non parcatis iaculis: quia Domino peccauit.

Clamate aduersus eam, vbique dedit manum, ceciderunt fundamenta eius, destructi sunt muri eius, quoniam vltio Domini est: vltionem accipite de ea, sicut fecit, facite ei.

Disperdite satorem de Babylone, & tenentem falcem in tempore messis: à facie gladij columbæ vnusquisque ad populum suum conuertetur, & singuli ad terram suam fugient.

Grex dispersus Israel, leones eiecerunt eum: primus comedit eum rex Assur: iste nouissimus exossauit eum Nabuchodonosor rex Babylonis.

Propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego visitabo regem Babylonis, & terram eius, sicut visitaui regem Assur:

Et reducam Israel ad habitaculum suum: & pascetur Carmelum, & Basan, & in mõte Ephraim, & Galaad saturabitur anima eius.

In diebus illis, & in tempore illo, ait Dominus: quæretur iniquitas Israel, & non erit: & peccatum Iuda, & non inuenietur: quoniam propitius ero eis, quos reliquero:

Super terram dominantium ascende, & super habitatores eius vita, dissipa, & interfice quæ post eos sunt, ait Dominus: & fac iuxta omnia quæ pręcepi tibi.

Vox belli in terra, & contritio magna.

Quomodo confractus est, & contritus malleus vniuersæ terræ? quomodo versa est in desertum Babylon in Gentibus?

Illaqueaui te, & capta es Babylon, & nesciebas: inuenta es & apprehensa: quoniam Dominum prouocasti.

Aperuit Dominus thesaurum suum, & protulit vasa iræ suæ: quoniam opus est Domino Deo exercituum in terra Chaldæorum.

Venite ad eam ab extremis finibus, aperite vt exeant qui conculcent eam: tollite de via lapides, & redigite in aceruos, & interficite eam: nec sit quidquam reliquum.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

7 *Omnes qui inuenerunt eas, comederunt eas, & hostes earum dixerunt: Non deliquimus pro eo quod peccauerunt Domino habitaculo iustitiæ, & expectationi patrum eorum Domino.*

8 *Recedite de medio Babel, & de terra Chasdim egredimini, & estote tamquam hirci ante gregem.*

9 *Quoniam ecce suscito, & ascendere facio in Babel, congregationem Gentium magnarum de terra Aquilonis, & praeparabunt se contra eam, inde capietur sagitta eius tamquam fortis orbantis, non reuertetur vacua.*

10 *Et erit terra Chasdim in spolia, omnes qui prædabuntur eam, saturabuntur, dixit Dominus.*

11 *Quoniam læti fuistis, quoniam exultastis diripientes hæreditatem meam, quoniam multiplicasti pinguedinem sicut vitula, quæ pascit germina, & exultastis sicut tauri habita victoria.*

12 *Ideirco pudore affecta est mater vestra valde, erubuit genetrix vestra, ecce nouissima Gentium erit desertum, terra arida & solitudo.*

13 *Propter iram Domini non habitabitur, & erit solitudo tota, omnis qui transierit per Babel stupebit, & sibilabit super vniuersis plagis eius.*

14 *Præparate bellum contra Babel per circuitum omnes qui tenditis arcum. iacite contra eam, ne parcatis iaculo, quia contra Dominum peccauit.*

15 *Clamate aduersus eam per circuitum, ceciderunt fundamenta eius, destructi sunt muri eius, quia vltio Domini est, vlciscamini contra eam. Sicut fecit, facite ei.*

16 *Succidite satorem de Babel, & tenentem falcem in tempore messis: à facie gladij opprimentis, vnusquisque ad populum suum reuertetur, & quilibet ad terram suam fugiet.*

17 *Vt pecus dispersum fuit Israel, reges vt leones eiecerũt eos: primus qui comedit eum fuit rex Assur, & iste nouissimus qui ossa eius fregit fuit Nebuchadnesar rex Babel.*

18 *Propterea sic dixit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce visito regem Babel, & terram eius sicut visitaui regem Assur:*

19 *Et reducam Israel ad habitaculum suum, & pascetur Carmel, & Basan, & in monte Ephraim, & Ghilhad, saturabitur anima eius.*

20 *In diebus illis, & in tempore illo, ait Dominus, quæretur iniquitas Israel, & non erit, & peccatum Iehudah, & non inuenietur, quoniam parcam ei qui remanserit.*

21 *Aduersus Babel terram rebellantium, ascende Cyre, & contra habitatores vrbis Pechod, dissipa, & interfice post eos, dixit Dominus, & fac iuxta omnia quæ præcepi tibi.*

22 *Sonitus belli in terra, & contritio magna.*

23 *Quomodo abscissus est, & contritus est malleus grandis vniuersæ terræ? Quomodo fuit in desertum Babel in Gentibus?*

24 *Illaqueaui te, & etiam capta es, non nouisti: inuenta es, & etiam comprehensa, quoniam contra Dominum litigasti.*

25 *Aperuit Dominus thesaurum suum, & protulit vasa iræ suæ, quoniam opus est Domino Deo exercituum in terra Chasdim.*

26 *Venite aduersus eam cum venerit eius finis, aperite penora eius, calcate super eam sicut calcant triturantes super manipulos, & perdite eam: ne sit ei residuum.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

7 Omnes inuenientes eos absumebant eos. Inimici eorum dixerunt, ne dimittamus eos eo quod peccauerunt Domino. Pascha iustitiæ ei, qui congregauit patres eorum.

8 Abalienamini de medio Babylonis: & de terra Chaldæorum, & egredimini: & estote velut dracones ante faciem ouium.

9 Quia ecce ego suscito super Babylonem congregationes gentium de terra Aquilonis, & aciem opponent ei, inde capietur: quasi iaculum pugnatoris intelligentis non redibit vacuum.

10 Et erit Chaldęa in direptionem: omnes diripientes eam implebuntur.

11 Quia lætabamini, & gloriabamini diripientes hęreditatem meam: quia gestiebatis quasi vituli in herba, & cornupetebatis, velut tauri.

12 Confusa est mater vestra valde: pudefacta est mater, quæ peperit vos ad bona: nouissima gentium, deserta,

13 Præ ira Domini, non habitabitur: & erit vniuersa in solitudinem: & omnis, qui transibit per Babylonem, tristabitur: & sibilabunt super omnem plagam eius.

14 Instruimini super Babylonem in circuitu omnes, qui tenditis arcum: iaculamini super eam: ne parcatis in iaculis vestris, & subijcite eam.

15 Dissolutæ sunt manus eius, ceciderunt propugnacula eius, & suffosus est murus eius: quia vltio à Deo est: vlciscimini super eam: sicut fecit, facite ei.

16 Exterminate semen de Babylone: tenentem falcem in tempore messis: à facie gladij græci, vnusquisque ad populum suum reuertentur, & vnusquisque in terram suam fugiet.

17 Ouis errans Israel: leones expulerunt eum. Primus comedit eum rex Assur, & hic posterius ossa eius rex Babylonis.

18 Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego vlciscor super regem Babylonis, & super terram eius, sicut vltus sum super regem Assur.

19 Et restituam Israel in pascua sua, & pascet in Carmelo, & in monte Ephraim, & in Galaad: & implebitur anima eius.

20 In diebus illis, & in tempore illo quęrent iniquitatem Israel; & non erit: & peccata Iudæ; & non inuenientur: quia propitius ero residuis.

21 Super terram, dicit Dominus. Amare ascende super eam, & super habitantes in ea: vlciscere, gladio, & dele, dicit Dominus, & fac secundum omnia, quę mandauero tibi.

22 Vox belli, & cõtritio magna in terra Chaldęorũ.

23 Quomodo fractus, & contritus est malleus vniuersæ terræ? quomodo facta est in solitudinem Babylon in gentibus?

24 Ascendent in te, & non cognosces quia Babylon, & capieris. Inuenta es, & capta; quia Domino restitisti.

25 Aperuit Dominus thesaurum suum, & protulit vasa iræ suæ: quoniam opus Domino Deo in terra Chaldæorum:

26 Quoniam venerunt tempora eius. Aperite apothecas eius. Scrutamini eam, velut speluncam, & exterminate eam: non sint eius reliquiæ.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

7 *Omnes qui inuenerunt eos, comederunt eos: hostesque eorum dixerunt, Non deliquimus: propterea quod peccauerunt Iehouæ habitaculo iustitiæ, & expectationi patrum eorum Iehouæ.*

8 *Recedite de medio Babel, & de terra Chasdim egredimini, & estote tanquam hirci ante gregem.*

9 *Quoniam ecce ego suscito, & ascendere facio contra Babel congregationem Gentium magnarum de terra Aquilonis, & ordinabunt bellum contra eam, inde capietur: sagittæ eius tanquam fortis orbantis, non reuertetur vlla vacua.*

10 *Et erit terra Chasdim in prædam, omnes qui prædabuntur eam saturabuntur, dixit Iehouah:*

11 *Quoniam læti estis, quoniam exultastis diripientes hæreditatem meam: quoniam multiplicati estis sicut vitula quæ pascit germina, & mugistis sicut tauri parta victoria.*

12 *Idcirco pudore affecta est mater vestra valde, erubuit genitrix vestra: ecce nouissima Gentium erunt desertum, terra arida, & solitudo.*

13 *Propter iram Iehouæ non habitabitur, sed erit solitudo tota: omnis qui pertransierit per Babel, stupebit, & sibilabit super vniuersis plagis eius.*

14 *Praparate bellum contra Babel per circuitum: omnes qui tenditis arcum, iacite contra eam, ne parcatis iaculo, quia contra Iehouam peccauit.*

15 *Clamate aduersus eam per circuitum, tradidit manum suam, ceciderunt fundamenta eius, destructi sunt muri eis, quia vltio Iehouæ est, sumite vindictam de ea, sicut fecit, facite ei.*

16 *Succidite satorem de Babel, & tenentem falcem tempore messis: à facie gladij opprimentis, quisque ad populum suum se vertet, & quilibet ad terram suam fugiet.*

17 *Vt pecus dispersum fuit Israel, leones eiecerunt eos: primus deuorauit eum rex Assur: & iste nouissimus exossauit eum, Nebuchadnesar rex Babel.*

18 *Propterea sic dixit Iehouah exercituum Deus Israel, Ecce ego visito regem Babel, & terram eius, sicut visitaui regem Assur.*

19 *Et reducam Israel ad habitaculum suum, & pascetur Charmel, & Basan, & in monte Ephraim, & in Gilad saturabitur anima eius.*

20 *In diebus illis, & in tempore illo, dixit Iehouah, quæretur iniquitas Israel, & non erit: & peccata Iehudah, & non inuenientur: quoniam parcam eis quos relinquam.*

21 *Aduersus terram rebellantium ascende Dari, & contra habitatores visitationis: dissipa, & interfice post eos, dixit Iehouah: & fac iuxta omnia quæ præcepi tibi.*

22 *Sonitus belli in terra, & contritio magna.*

23 *Quomodo abscissus, & contritus est malleus vniuersæ terræ? quomodo fuit in desertum Babel inter Gentes?*

24 *Illaqueaui te, & etiam capta es Babel, tu vero nesciuisti: inuenta es, & etiam comprehensa, quoniam contra Iehouam litigasti.*

25 *Aperuit Iehouah thesaurum suum, & protulit vasa iræ suæ: quoniam hoc opus est Domini Iehouæ exercituum in terra Chasdim.*

26 *Venite aduersus eam ab extremo, aperite horrea eius, calcate eam sicut aceruos, & perdite eam, ne sint ei reliquiæ.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Dissipate vniuersos fortes eius, descendant in 27
occisionem: væ eis, quia venit dies eorum, tempus
visitationis eorum.
Vox fugientium, & eorum, qui euaserunt de 28
terra Babylonis, vt annuncient in Sion vltionem
Domini Dei nostri vltionem templi eius.
Annunciate in Babylonem plurimis omnibus, 29
qui tendunt arcum: consistite aduersus eam per
gyrum, & nullus euadat: reddite ei secundum opus
suum: iuxta omnia quæ fecit, facite illi: quia con
tra Dominum erecta est, aduersum sanctum Israel.

Idcirco cadent iuuenes eius in plateis eius: & 30
omnes viri bellatores eius conticescent in die illa,
ait Dominus.
Ecce ego ad te superbe, dicit Dominus Deus ex- 31
ercituum, quia venit dies tuus, tempus visitationis
tuæ.
Et cadet superbus, & corruet, & non erit qui sus- 32
citet eum: & succendam ignem in vrbibus eius, &
deuorabit omnia in circuitu eius.
Hęc dicit Dominus exercituum: Calumniam sus 33
tinent filij Israel, & filij Iuda simul: omnes, qui ce-
perunt eos, tenent, nolunt dimittere eos.

Redemptor eorum fortis, Dominus exercituum 34
nomen eius, iudicio defendet causam eorum, vt
exterreat terram, & commoueat habitatores Ba-
bylonis.
Gladius ad Chaldæos, ait Dominus, & ad habita- 35
tores Babylonis, & ad principes, & ad sapientes
eius.
Gladius ad diuinos eius, qui stulti erunt: gladius 36
ad fortes illius, qui timebunt.
Gladius ad equos eius, & ad currus eius, & ad 37
omne vulgus, quod est in medio eius: & erunt quasi
mulieres: gladius ad thesauros eius, qui diripien-
tur.
Siccitas super aquas eius erit, & arescent: quia 38
terra sculptilium est, & in portentis gloriantur.

Propterea habitabunt dracones cum faunis fica- 39
rijs: & habitabunt in ea struthiones: & non inhabi-
tabitur vltra vsque in sempiternum, nec extrue-
tur vsque ad generationem, & generationem.

* Ge. 19.24. * Sicut subuertit Dominus Sodomam & Go- 40
morrham, & vicinas eius, ait Dominus: non habi
tabit ibi vir & non incolet eam filius hominis.
Ecce populus venit ab Aquilone, & gens magna, 41
& reges multi consurgent à finibus terræ.

Arcum & scutum apprehendent: crudeles sunt & 42
misericordes: vox eorum quasi mare sonabit, & su-
per equos ascendent: sicut vir paratus ad prælium
contra te filia Babylon.
Audiuit rex Babylonis famam eorum, & disso- 43
lutæ sunt manus eius: angustia apprehendit eum,
dolor quasi parturientem.
Ecce quasi leo ascendet de superbia Iordanis ad 44
pulchritudinem robustam: quia subito currere fa-
ciam eum ad illam. & quis erit electus, quem præ-
ponam ei? quis est enim similis mei? & quis susti
* Iob. 41.1. nebit me? * & quis est iste pastor, qui resistat vultui
meo?
Propterea audite consilium Domini, quod men 45
te concepit aduersum Babylonem: & cogitationes
eius, quas cogitauit super terram Chaldæorum:
Nisi detraxerint eos paruuli gregum, nisi dissipa
tum fuerit cum ipsis habitaculum eorum.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

*Occidite vniuersos vitulos eius, descendant ad occisio-
nem: væ eis, quia venit dies eorum, tempus visitationis
eorum.*
*Vox fugientium, & euasorum de terra Babel, vt an
nuncient in Siion vltionem Domini Dei nostri, vltionem
templi eius.*
*Congregare facite contra Babel iaculatores. Omnes
tendentes arcum castrametamini aduersus eam per cir-
cuitum, ne sit ei euasor: reddite ei secundum opus suum:
iuxta omnia quæ fecit, facite illi, quia contra Dominum
superbiuit, aduersum sanctum Israel.*

*Idcirco cadent iuuenes eius in plateis eius, & omnes
viri bellatores eius succidentur in die illa, ait Dominus.*

*Ecce ad te superbe, dixit Dominus Deus exercituum,
quia venit dies tuus, tempus quo visitem te.*

*Et impinget superbus, & cadet, & non erit ei qui
suscitet, & succendam ignem in vrbibus eius, & consumet
omnes, qui sunt in circuitu eius.*
*Sic dixit Dominus exercituum: Oppressi fuerunt filij
Israel, & filij Iehudah simul, & omnes qui captiuos
duxerunt eos, tenuerunt eos, timuerunt dimittere eos.*

*Redemptor eorum fortis, Dominus exercituum nomen
eius, iudicio iudicabitur iudicium eorum, vt quiescere fa-
ciat terram, & commouere faciat habitatores Babel.*

*Gladius ad Chasdim, dixit Dominus, & ad habitato-
res Babel, & ad principes eius, & ad sapientes eius.*

*Gladius ad diuinos mendaces, & insanient: gladius
ad fortes eius & timebunt.*
*Gladius ad equos eius, & ad currus eius, & ad omne
vulgus, quod est in medio eius: & erunt vt mulieres:
gladius ad thesauros eius, & diripientur.*

*Siccitas ad aquas eius, & arescent, quia terra sculpti-
lium est, & in simulachris insanient.*

*Propterea habitabunt bestiæ syluestres cum vlulis, &
habitabunt in ea filiæ struthionis, & non habitabitur vl-
tra in sæculum, nec habitabitur vsque ad generationem
& generationem.*

*Quemadmodum subuertit Deus Sedom, & Hamor-
rah, & vicinas eius, ait Dominus, non habitabit ibi quis-
quam, nec habitabit in ea filius hominis.*
*Ecce populus venit ab Aquilone, & gens magna, & Re-
ges multi suscitabuntur à lateribus terræ.*

*Arcum, & scutum apprehendent, crudeles erunt, & non
miserebuntur: sonitus eorum veluti mare sonabit, & su-
per equos equitabunt, parati erunt tanquam viri ad præ-
lium contra te filia Babel.*
*Audiuit Rex Babel famam eorum, & debilitauerunt
se manus eius: angustia apprehendit eum, dolor tan-
quam parturientis.*
*Ecce tanquam leo ascendet de tumore Iarden ad habi-
taculum robustum, quia quiescere faciam, currere fa-
ciam eos ab ea: & eum qui fuerit electus, ei præponam:
quis est enim sicut ego, & quis constituet tempus mihi? &
quis est iste pastor qui stet coram me?*

*Propterea audite consilium Domini, quod consuluit
contra Babel, & cogitationes eius quas cogitauit super
habitatores terræ Chasdim: Nisi traxerint eos paruuli
gregis, nisi desolari fecerit cum eis habitaculum.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

27 Exiccate omnes eius fructus: & descendant in occisionem. Væ eis, quia venit dies ipsorum, & tempus vltionis eorum.

28 Vox fugientium, & euadentium de terra Babylonis, ad annunciandum in Sion vltionem à Domino Deo nostro.

29 Annunciate super Babylonem multis, omni intendenti arcum: castrametamini super eam in circuitu: non sit ex ea, qui euadat: retribuite ei secundum opera eius: iuxta omnia, quæcumque fecit, facite ei: quoniam aduersus Dominum stetit, Deum sanctum Israel.

30 Propter hoc cadent adolescentes eius in plateis eius: & omnes viri eius bellatores proijcientur, dixit Dominus.

31 Ecce ego super te superbiam contumeliosam, dicit Dominus: quia venit dies tua, & tempus vltionis tuæ:

32 Et infirmabitur superbia tua, & cadet; & nemo erit, qui restituat eam. Et accendam ignem in sylua eius: & deuorabit omnia, quæ in circuitu eius.

33 Hæc dicit Dominus. Oppressi fuerunt filij Israel, & filij Iuda simul omnes, qui captiuauerunt eos, oppresserunt eos: quia noluerunt emittere eos.

34 Et qui redimit eos fortis: Dominus omnipotens nomen ei: iudicium iudicabit contra aduersarios eius, vt liberet terram: & acuet habitantibus Babylonem:

35 Gladium super Chaldæos, & super habitantes Babylonem, & super magnates eius, & super sapientes eius.

36 Gladium super pugnatores eius: & dissoluentur.

37 Gladium super equos eorum, & super currus eorum: Gladium super pugnatores eorum, & super commixtum qui in medio eius: & erunt quasi mulieres: Gladium super thesauros, & dispergentur:

38 Super aquam eius: & confundentur, quia terra sculptilium est: & in insulis, vbi gloriabantur.

39 Propter hoc habitabunt phantasmata in insulis: & habitabunt in ea filiæ Syrenum: non habitabitur vltra in sæculum.

40 Sicut euertit Deus Sodomam & Gomorram, & vicinas eis, ait Dominus; non habitabit ibi homo, & non incolet ibi filius hominis.

41 Ecce populus venit ab Aquilone & gens magna, & reges multi excitabuntur ab extremo terræ,

42 Arcum, & gladium habentes. Crudelis est, & non miserebitur. Vox eorum, quasi mare sonabit: in equis equitabunt, præparati, quasi ignis ad prælium, aduersus te filia Babylonis.

43 Audiuit rex Babylonis famam eorum: & dissolutæ sunt manus eius: tribulatio obtinuit eum, dolores quasi parientis.

44 Ecce, sicut leo, ascendet de Iordane in Gæthan: quia cito expellam eos ab illa: & omnem adolescentem super eam statuam. Quoniam quis sicut ego? & quis resistet mihi? Et quis iste pastor, qui stabit contra faciem meam?

45 Propter hoc audite consilium Domini, quod decreuit super Babylonem, & cogitationes eius, quas cogitauit super habitatores Chaldæos, si non corrumpantur agni ouium eorum, si non disperdantur pascua ab eis.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

27 *Occidite vniuersos vitulos eius, descendant ad occisionem: væ eis, quia venit dies eorum, tempus visitationis eorum.*

28 *Vox fugientium & euasorum de terra Babel, vt annuntient in Sion vltionem Iehouæ Dei nostri, vltionem templi eius.*

29 *Congregate contra Babel iaculatores: omnes tendentes arcum castrametamini aduersus eam per circuitum, ne sit ei euasor: reddite ei secundum opus suum, iuxta omnia quæ fecit facite illi: quia contra Iehouam superbiuit, aduersum Sanctum Israel.*

30 *Idcirco cadent iuuenes eius in plateis eius: & omnes viri bellatores eius succidentur in die illa, ait Iehouah.*

31 *Ecce ego ad te, ô superbe, dixit Dominus Iehouah exercituum, quia venit dies tuus, tempus quo visitem te.*

32 *Et impinget superbus, & cadet, nec erit ei qui suscitet: & succendam ignem in vrbibus eius, & consumet omnes qui sunt in circuitu eius.*

33 *Sic dixit Iehouah exercituum, Oppressi fuerunt filij Israel, & filij Iehudah simul: & omnes qui ceperunt eos captiuos, retinent eos, renuunt dimittere eos.*

34 *Sed Redemptor eorum fortis, Iehouah exercituum nomen eius, iudicando iudicabit iudicium eorum, vt quiescere faciat terram, & commoueat habitatores Babel.*

35 *Gladius ad Chasdim, dixit Iehouah, & ad habitatores Babel, & ad principes eius, & ad sapientes eius.*

36 *Gladius ad mendaces, & insanient: gladius ad fortes eius, & timebunt.*

37 *Gladius ad equos eius, & ad currus eius, & ad omne vulgus quod est in medio eius, & erunt vt mulieres: gladius ad thesauros eius, & diripientur.*

38 *Siccitas super aquas eius, & exarescent: quia terra sculptilium est, & in simulachris insaniunt.*

39 *Propterea habitabunt bestiæ syluestres cum vlulis, habitabunt etiam in ea filiæ struthionis, nec habitabitur vltra in seculum, non habitabitur inquam vsque in generationem & generationem.*

40 *Quemadmodum subuertit Deus Sedom & Amorah, & vicinas eius, dixit Iehouah, non habitabit ibi quisquam, nec incolet eam filius hominis.*

41 *Ecce populus venit ab Aquilone, & gens magna, & Reges multi excitabuntur à lateribus terræ.*

42 *Arcum & scutum apprehendent, crudeles erunt, & non miserebuntur: sonitus eorum veluti mare sonabit, & super equos equitabunt, parati erunt tanquam vir ad singulare certamen contra te filia Babel.*

43 *Audiuit Rex Babel rumorem eorum, & dissolutæ sunt manus eius, angustia apprehendit eum, dolor tanquam parturientis.*

44 *Ecce tanquam leo ascendet de tumore Iarden ad habitaculum robustum, quum quiescere faciam, currere faciam eos ab illa: & quis electus quem aduersus eam præficiam? quis enim est similis mei? & quis constituet tempus mihi? & quisnam est ille pastor qui stet coram me?*

45 *Propterea audite consilium Iehouæ quod consultauit contra Babel, & cogitationes eius quas cogitauit contra habitatores terræ Chasdim, Si non traxerint eos paruuli gregis, si non desolauerit cum eis habitaculum.*

Vulgat. Editio.

A voce captiuitatis Babylonis commota est terra,& clamor inter Gentes auditus est.

CAP. LI.

HÆc dicit Dominus: Ecce ego suscitabo super Babylonem & super habitatores eius, qui cor suum leuauerunt contra me, quasi ventum pestilentem.

Et mittam in Babylonem ventilatores, & ventilabunt eam & demolientur terram eius: quoniam venerunt super eam vndique in die afflictionis eius.

Non tendat qui tendit arcum suum, & non adscendat loricatus, nolite parcere iuuenibus eius, interficite omnem militiam eius.

Et cadent interfecti in terra Chaldęorum,& vulnerati in regionibus eius.

Quoniam non fuit viduatus Israel,& Iuda à Deo suo Domino exercituum: terra autem eorum repleta est delicto à sancto Israel.

Fugite de medio Babylonis, & saluet vnusquisque animam suam: nolite tacere super iniquitatem eius: quoniam tempus vltionis est à Domino, vicissitudinem ipse retribuet ei.

Calix aureus Babylon in manu Domini, inebrians omnem terram: de vino eius biberunt Gentes, & ideo commotæ sunt.

* Isa. 21 9. Apo. 14 8. * Subito cecidit Babylon,& contrita est: vlulate super eam, tollite resinam ad dolorem eius, si forte sanetur.

Curauimus Babylonem,& non est sanata: derelinquamus eam, & eamus vnusquisque in terram suam: quoniam peruenit vsque ad cælos iudicium eius & eleuatum est vsque ad nubes.

Protulit Dominus iustitias nostras: venite,& narremus in Sion opus Domini Dei nostri.

Acuite sagittas, implete pharetras: suscitauit Dominus spiritum regum Medorum:& contra Babylonem mens eius est vt perdat eam, quoniam vltio Domini est, vltio templi sui.

Super muros Babylonis leuate signum, augete custodiam: leuate custodes, præparate insidias: quia cogitauit Dominus & fecit quęcunque locutus est contra habitatores Babylonis:

Quę habitas super aquas multas, locuples in thesauris: venit finis tuus pedalis præcisionis tuæ.

*Amos 6.7. * Iurauit Dominus exercituum per animam suam: Quoniam replebo te hominibus quasi brucho,& super te celeuma cantabitur.

* Gen. 1.1. * Qui fecit terram in fortitudine sua, pręparauit orbem in sapientia sua, & prudentia sua extendit cælos.

Dante eo vocem, multiplicantur aquæ in cælo: qui leuat nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit:& produxit ventum de thesauris suis.

Stultus factus est omnis homo à scientia: confusus est omnis conflator in sculptili, quia mendax est conflatio eorum, nec est spiritus in eis.

Vana sunt opera & risu digna, in tempore visitationis suæ peribunt.

Non sicut hæc pars Iacob: quia qui fecit omnia ipse est,& Israel sceptrum hæreditatis eius: Dominus exercituum nomen eius.

Collidis tu mihi vasa belli, & ego collidam in te Gentes, & disperdam in te regna:

Et

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

46 *A voce qua capta est Babel commota est terra, & clamor in gentibus auditus est.*

CAP. LI.

1 *SIc dixit Dominus: Ecce suscito super Babel, & super cor inimicorum meorum qui inhabitant terram Chasdim, ventum corrumpentem.*

2 *Et mittam in Babel ventilatores, & ventilabunt eam, & euacuabunt terram eius, quoniam erunt aduersus eam vndique in die mala.*

3 *Ne tendat tendens, arcum suum, ne extollat se in lorica sua: & ne parcatis iuuenibus eius, interficite omnem exercitum eius.*

4 *Et cadent interfecti in terra Chasdim, & confossi in plateis eius.*

5 *Quoniam non vt vidua est Israel, & Iehudah à Deo suo, à Domino exercituum: quia terra Chasdim repleta est delicto propter ea quæ fecit contra sanctum Israel.*

6 *Fugite de medio Babel, & eruite vnusquisque animam vestram, ne disperdamini propter iniquitatem eius, quoniam tempus vltionis eius est Domino, retributionem reddet ei.*

7 *Vt calix vini puri instar auri est Babel in manu Domini, inebrians omnem terram: de vino eius biberunt Gentes ideo insanient Gentes.*

8 *Subito cecidit Babel, & contrita est, vlulate super eam, tollite theriacam ad dolorem eius, si forte sanetur.*

9 *Curauimus Babel, & non est curata: derelinquite eam, & eamus vnusquisque in terram nostram; quoniam peruenit ad cœlos iudicium eius, & eleuatum est vsque ad nubes.*

10 *Eduxit Dominus iustitias nostras venite, & narremus in Sion opus Domini Dei nostri.*

11 *Et tergite sagittas, congregate scuta, suscitauit Dominus spiritum Regum Madai. quia contra Babel est cogitatio eius, vt perdat eam, quoniam vltio Domini est, vltio templi sui.*

12 *Super muros Babel leuate signum, tenete custodiam, statuite custodes, præparate facite insidias, quia etiam cogitauit Dominus etiam fecit quæ locutus est super habitatores Babel.*

13 *Quæ habitas iuxta aquas multas, locuplex thesaurorum venit finis tuus, eo quod brachio fortitudinis opprimebas alios.*

14 *Iurauit Dominus exercituum per animam suam, nisi repleuero te hominibus veluti bruchis, & cantabunt super celeusma.*

15 *Qui fecit terram fortitudine sua, qui firmauit orbem sapientia sua, & prudentia sua extendit cœlos.*

16 *Ad vocem quæ dederit multitudinem aquarum in cælo ascendere faciet nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit, eduxit ventum de thesauris suis.*

17 *Vt belua effectus est omnis homo à scientia: pudore affectus est omnis aurifex à sculptilibus, quia mendacium est conflatio eius, & non est spiritus in eis.*

18 *Vanitas sunt, opus errorum, in tempore visitationis eorum peribunt.*

19 *Non sicut hæc pars Iahacob, quia plasmator omnium est, & sceptrum hæreditatis eius: Dominus exercituum nomen eius.*

20 *Malleus es mihi, instrumenta bellica, & conteram cum dispersione in te Gentes, & disperdam te regna.*

Et

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Quia à voce captiuitatis Babylonis commouebitur terra: & clamor in gentibus audietur.

C A P. LI.

Hoc caput 28. locum habet in translat. ex Sept. Rom.

HÆc dicit Dominus: Ecce ego suscito super Babylonem, & super habitatores Chaldæos ventum vrentem corrumpentem.

Et emittam in Babylonem contumeliosas, & contumelia afficient eam, & vastabunt terram eius. Væ super Babyloné in circuitu in die afflictionis eius.

Tendat, qui tendit arcum suum, & circumponat, cui sunt arma sua: & ne parcatis super adolescentibus eius, & delete omnem virtutem eius.

Et cadent interfecti in terra Chaldæorum, & confossi deforis eius.

Quia non fuit viduatus Israel, & Iudas à Deo suo à Domino omnipotente: quia terra eorum repleta est iniquitate à sanctis Israel.

Fugite de medio Babylonis, & saluate vnusquisque animam suam, & ne proijciamini in iniquitate eius: quoniam tempus vltionis eius est à Domino: retributionem ipse retribuit ei.

Calix aureus Babylon in manu Domini, inebrians omnem terram: de vino eius biberunt gentes: ideo commotæ sunt:

Et repente cecidit Babylon, & contrita est. Lamentamini eam, sumite retinam corruptioni eius, si quomodo sanabitur.

Curauimus Babylonem, & non est sanata: derelinquamus eam, & abeamus vnusquisque in terram suam: quoniam appropinquauit ad cælum iudicium eius, eleuauit se vsque ad astra,

Protulit Dominus iudicium suum. Venite, & annunciemus in Sion opera Domini Dei nostri.

Præparate arcus, implete pharetras. Suscitauit Dominus spiritum regis Medorum: quoniam in Babylonem ira eius ad disperdendam eam: quia vltio Domini est, vltio populi eius est.

Super muros Babylonis leuate signum, statuite pharetras: suscitate custodias, parate arma: quoniam aggressus est, & faciet Dominus, quæ loquutus est super habitatores Babylonis,

Habitantes in aquis multis, & in multitudine thesaurorum eius. Venit finis tuus vere in viscera tua:

Quia iurauit Dominus per brachium suum: quia implebo te hominibus, sicut locustis: & loquentur super te descendentes.

Dominus faciens terram in fortitudine sua, parans orbem in sapientia sua; in intellectu suo extendit cælum.

Ad vocem posuit sonum aquæ in cælo & eduxit nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit, & eduxit lumen de thesauris suis.

Stultus factus est omnis homo à scientia: Confusus est omnis aurifex à sculptilibus suis; quia falsa conflauerunt: non est spiritus in eis.

Vana sunt opera ridicula: in tempore visitationis ipsorum peribunt.

Non talis pars ipsi Iacob: quoniam qui plasmauit omnia, ipse est hæreditas eius: Dominus nomen illi.

Dispergis tu mihi vasa belli: & dispergam in te gentes, & tollam de te reges.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

46 *A voce capta Babel commota est terra, & clamor in gentibus auditus est.*

C A P. L I.

1 *SIc dixit Iehouah, Ecce ego suscito contra Babel, & contra cor inimicorum meorum qui inhabitant terram Chasdim ventum corrumpentem.*

2 *Et mittam in Babel ventilatores, & ventilabunt eam: euacuabuntq́ terram eius, quoniam erunt aduersus eam vndique in die mali.*

3 *Ad tendentem qui tendit arcum suum, & ad extollentem se in lorica sua, dicturus sum, Ne parcatis iuuenibus eius, interficite vniuersum exercitum eius.*

4 *Et cadent interfecti in terra Chasdim, & confossi in plateis eius.*

5 *Quoniam non viduatus est Israel & Iehudah Deo suo, id est, Iehouah exercituum: quia terra eorum repleta est delicto propter Sanctum Israel.*

6 *Fugite de medio Babel, & eruite quisque animam suam, ne perdamini propter iniquitatem eius: quoniam tempus vltionis eius est ipsi Iehouæ, retributionem reddet ei.*

7 *Calix auri est Babel in manu Iehouæ, inebrians vniuersam terram: de vino eius bibent Gentes, ideo insanient Gentes.*

8 *Subito cecidit Babel, & contrita est, vlulate super eam: tollite balsamum ad dolorem eius, si forte sanetur.*

9 *Curauimus Babel, & non est sanata: derelinquite eam, & eamus vnusquisque in terram suam: quoniam peruenit ad cælos iudicium eius: & eleuatum est vsque ad nubes.*

10 *Eduxit Iehouah iustitias nostras: venite, & narremus in Sion opus Iehouæ Dei nostri.*

11 *Extergite sagittas, congregate scuta, suscitauit Iehouah spiritum Regum Madai, quia contra Babel est cogitatio eius vt perdat eam, quoniam vltio Iehouæ est, vltio templi sui.*

12 *Super muros Babel leuate vexillum, fortificate custodiam, statuite custodes, apparate insidias: quia etiam cogitauit Iehouah, etiam fecit quæ loquutus est super habitatores Babel.*

13 *O quæ habitas iuxta aquas multas, locuples thesaurorum, venit finis tuus, finis oppressionis tuæ.*

14 *Iurauit Iehouah exercituum per animam suam, Nisi repleuero te hominibus veluti bruchis, & cantabunt contra te celeusma.*

15 *Qui facit terram fortitudine sua, qui firmat orbem sapientia sua, & prudentia sua extendit cælos.*

16 *Qui voce sua dat multitudinem aquarum in cælo, postea quam ascendere fecit nubes ab extremo terræ, fulgura cum pluuia fecit, & eduxit ventum de thesauris suis.*

17 *Vt bellua fit omnis homo præ scientia: pudore afficitur omnis aurifex à sculptili, quia mendacium est conflatile eius, nec est spiritus in eis.*

18 *Vanitas sunt, & opus irrisionum, in tempore visitationis eorum peribunt.*

19 *Non est sicut illa pars Iaacob, quia plasmator omnium ipse est, & sceptrum hæreditatis eius: Iehouah exercituum nomen eius,*

20 *Malleus es mihi, instrumenta bellica: & conteram per te Gentes, & disperdam per te regna,*

Vulgat. Editio.

21 Et collidam in te equum,& equitem eius:& col-
lidam in te currum,& ascensorem eius:
22 Et collidam in te virum & mulierem : & colli-
dam in te senem & puerum:& collidam in te iuue-
nem & virginem:
23 • Et collidam in te pastorem & gregem eius:& col-
lidam in te agricolam & iugales eius : & collidam
in te duces & magistratus.
24 Et reddam Babyloni , & cunctis habitatoribus
Chaldææ omne malum suum : quod fecerunt in
Sion,in oculis vestris.ait Dominus.
25 Ecce ego ad te mons pestifer, ait Dominus , qui
corrumpis vniuersam terram : & extendam ma-
num meam super te,& euoluam te de petris,& da-
bo te in montem combustionis.
26 Et non tollent de te lapidem in angulum:& lapi-
dem in fundamenta,sed perditus in æternum eris,
ait Dominus.
27 Leuate signum in terra:clangite buccina in Gen-
tibus , sanctificate super eam Gentes : annunciate
contra illam regibus Ararat , Menni, & Ascenez:
numerate contra eam Taphsar , adducite equum
quasi bruchum aculeatum.
28 Sanctificate contra eam Gentes,reges Mediæ; du-
ces eius, & vniuersos magistratus eius , cunctam-
que terram potestatis eius.
29 Et commouebitur terra & conturbabitur : quia
euigilauit contra Babylonem cogitatio Domini vt
ponat Terram Babylonis desertam & inhabitabi-
lem.
30 Cessauerunt fortes Babylonis à prælio,habitaue-
runt in præsidijs : deuoratum est robur eorum , &
facti sunt quasi mulieres incensa sunt tabernacula
eius, contriti sunt vectes eius.
31 Currens obuiam currenti veniet,& nuncius ob-
uius nuncianti : vt annunciet regi Babylonis quia
capta est ciuitas eius à summo vsque ad summum:
32 Et vada præoccupata sunt, & paludes incensæ
sunt igni,& viri bellatores conturbati sunt.
33 Quia hæc dicit Dominus exercituum, Deus Is-
rael:Filia Babylonis quasi area,tempus trituræ eius:
adhuc modicum, & veniet tempus messionis eius.
34 Comedit me, deuorauit me Nabuchodonosor
rex Babylonis:reddidit me quasi vas inane,absor-
buit me quasi draco, repleuit ventrem suum tene-
ritudine mea,& eiecit me.
35 Iniquitas aduersum me, & caro mea super Ba-
bylonem, dicit habitatio Sion : & sanguis meus su-
per habitatores Chaldææ, dicit Ierusalem.
36 Propterea hæc dicit Dominus:Ecce ego iudicabo
causam tuam,& vlciscar vltionem tuam,& deser-
tum faciam mare eius,& siccabo venam eius.
37 Et erit Babylon in tumulos,habitatio draconum,
stupor,& sibilus,eo quod non sit habitator.
38 Simul vt leones rugient,excutient comas velu-
ti catuli leonum.
39 In calore eorum ponam potus eorum,& inebria-
bo eos,vt sopiantur, & dormiant somnum sempi-
ternum,& non consurgant,dicit Dominus.
40 Deducam quasi agnos ad victimam,& quasi arie-
tes cum hœdis.
41 Quomodo capta est Sesach , & comprehensa est
inclyta vniuersæ terræ? quomodo facta est in stupo-
rem Babylon inter Gentes?

Ascen-

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

21 *Et conteram te equum , & ascensorem eius , & con-
teram te currum,& ascensorem eius.*
22 *Et conteram te virum, & mulierem, & conteram te se-
nem, & puerum, & conteram te iuuenem & virginem.*
23 *Et conteram te pastorem, & gregem eius , & conteram
te agricolam, & iugalem eius , & conteram te duces, &
principes.*
24 *Et reddam Babel, & cunctis habitatoribus Chasdim,
omne malum eorum quod fecerunt in Sion in oculis ve-
stris, & dixit Dominus.*
25 *Ecce ego ad te mons corruptiue,dixit Dominus,qui cor-
rupisti omnem terram, & extendam manum meam super
te, & euoluam te de petris , & ponam te montem com-
bustionis.*
26 *Et non tollent de te lapidem pro angulo, & lapidem pro
fundamentis, sed in desolationes sempiternas eris, dixit
Dominus.*
27 *Leuate signum in terra, clangite buccina in Gentibus,
præparate aduersus eam Gentes, congregate contra illam
regna Ararath, Minni, & Aschenaz, præficite ei princi-
pem, ascendere facite equos tanquam bruchos horripi-
lantes.*
28 *Præparate contra eam Gentes , Reges Madai, & duces
eius, & vniuersos principes eius , cunctamque terram po-
testatis eius.*
29 *Et contremiscet terra , & dolebit , quia firmata est
contra Babel omnis cogitatio Domini , vt ponat terram
Babel in solitudinem, vt non sit habitator.*
30 *Cessauerunt fortes Babel pugnare , habitauerunt in
munitionibus: defecit fortitudo eorum. fuerunt vt mulie-
res : incenderunt habitacula eius, contriti sunt vectes
eius.*
31 *Cursor in occursum cursoris curret , & nuntius in oc-
cursum nuncij ad nunciandum Regi Babel, quia capta est
ciuitas eius, quum venit finis.*
32 *Et vada comprehensa sunt , & arbores quæ sunt iuxta
paludes combusserunt igni , & viri bellatores territi
fuerunt.*
33 *Quia sic dixit Dominus exercituum, Deus Israel: Fi-
lia Babel est tanquam area, tempus est calcandi eam. ad-
huc paululum, & veniet tempus messis ei.*
34 *Comedit me , & consumpsit me Nebuchadnesar Rex
Babel, statuit me vt vas inane, absorbuit me veluti draco,
repleuit ventrem suum delitiis meis, eiecit me.*
35 *Quæ mihi rapuit, & carnes eorum qui vulnerati sunt
in me sunt super Babel , dixit habitatrix Sion, & san-
guis meus super habitatores Chasdim, dicet Ierusalaim.*
36 *Propterea sic dixit Dominus: Ecce iudico causam tuam,
& vlciscar vltionem tuam, & siccare faciam mare eius,
& arescere faciam venam eius.*
37 *Et erit Babel in tumulos, habitatio draconum, stupor,
& sibilus, vt non sit habitator.*
38 *Simul vt leones rugient, rugierunt veluti catuli leo-
num.*
39 *In calore eorum ponam conuiuia eorum , & inebriare
faciam eos, vt exultent , & dormiant somnum sempiter-
num, & non euigilent, dixit Dominus.*
40 *Descendere faciam eos veluti agnos ad iugulandum
tanquam arietes cum hircis.*
41 *Quomodo capta est Sesac, & comprehensa est laus om-
nis terræ? Quomodo fuit in stuporem Babel inter Gen-
tes?*

Ascen-

Digitized by Google

	Transl. ex Septuag.	Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
21	Et dispergam in te equum, & ascensorem eius: & dispergam in te currus, & ascensores eorum:	*Et conteram per te equum, & ascensorem eius: conteram inquam per te currum, & ascensorem eius.*
22	Et dispergam in te adolescentem, & virginem: & dispergam in te virum, & mulierem:	*Contèram praterea per te virum & mulierem, conteram inquam per te senem, & puerum, conteram inquam per te iuuenem & virginem.*
23	Et dispergam in te pastorem, & gregem eius: & dispergam in te agricolam, & agriculturam eius: & dispergam in te præfectos, & duces militiæ tuos.	*Conteram item per te pastorem & gregem eius, conteram per te agricolam & iugum boum eius, & conteram per te duces & principes.*
24	Et retribuam Babyloni, & omnibus habitatoribus Chaldęis omnes malitias eorum, quas fecerunt super Sion ante oculos vestros, dicit Dominus.	*Et reddam Babel & cunctis habitatoribus Chasdim omne malum eorum quod fecerunt in Sion in oculis vestris, dixit Iehouah.*
25	Ecce ego ad te montem corruptum, qui corrumpis vniuersam terram: & extendam manum meam super te: & deuoluam te super petras. & dabo te sicut montem combustum:	*En ego ad te, mons corrumpens, dixit Iehouah, qui corrupisti omnem terram, & extendam manum meam super te, & deuoluam te de petris, & ponam te montem combustionis.*
26	Et non accipient de te lapidem in angulum, & lapidem in fundamentum: quia in desolationem eris in sæculum, dicit Dominus.	*Et non tollent de te lapidem pro angulo, & lapidem pro fundamentis, quoniam in desolationes sempiternas eris, dixit Iehouah.*
27	Leuate signum super terram: clangite in gentibus tuba: sanctificate super eam gentes: annunciate super eam, reges tollite à me, & Achanazæis: statuite super eam machinas: facite ascendere super eam equuum, quasi locustarum multitudinem:	*Leuate signum in terra, clangite buccina in Gentibus: praparate aduersus eam Gentes, congregate contra illam regna Ararat, Minni, & Aschenaz, praficite contra eam principem, ascendere facite equos tanquam bruchos horripilantes.*
28	Facite ascendere super eam gentes, regem Medorum, & vniuersæ terræ, præfectos eius, & omnes duces eius.	*Praparate contra eam Gentes, nempe Reges Madai, duces eius, & vniuersos principes eius, cunctamq́; terram potestatis eius.*
29	Commota est terra, & laborauit: quia insurrexit super Babylonem cogitatio Domini ad ponendam terram Babylonis in desolationem, & vt ea non habitetur.	*Et contremiscet terra, & dolebit, quia firmata est contra Babel omnis cogitatio Iehoua, vt ponat terram Babel in solitudinem, eo quod non sit habitator.*
30	Defecit pugnator Babylonis à bellando: sedebunt illic in præsidio: quassata est potentia eorum: facti sunt quasi mulieres. Combusta sunt tabernacula eius: contriti sunt vectes eius.	*Cessauerunt fortes Babel pugnare, habitauerunt in munitionibus: defecit fortitudo eorum, fuerunt vt mulieres, incenderunt habitacula eius, contriti sunt vectes eius.*
31	Persequens in occursum persequentis persequetur, & nuncians in occursum nunciantis, ad nunciandum regi Babylonis, quia capta est ciuitas eius, ab extremo transituum eius capti sunt,	*Cursor in occursum cursoris curret, & nuntius in occursum nuntij ad nuntiandum Regi Babel, quod capta sit ciuitas eius, à termino.*
32	Et collectiones eorum incensę sunt in igni, & viri eius bellatores egrediuntur.	*Et vada occupata sunt, & arundines combusserunt igni, & viri bellatores conterriti sunt.*
33	Quia hæc dicit Dominus: Domus regis Babylonis quasi area matura, triturabuntur: adhuc modicum; & veniet messis eius.	*Quia sic dixit Iehouah exercituum Deus Israel, Filia Babel est tanquam area, tempus est calcandi eam. adhuc paululum, & veniet tempus messis ei.*
34	Comedit me, diuisit me, apprehenderunt me tenebræ tenues: Nabuchodonosor rex Babylonis absorbuit me, quasi draco, impleuit ventrem suum de teneritudine mea:	*Deuorauit me, & contriuit me Nebuchadnesar Rex Babel, statuit me vt vas inane. absorpsit me veluti draco, repleuit ventrem suum delicijs meis, atque eiecit me.*
35	Expulerunt me labores mei, & vexationes meæ in Babylonem, dicet habitatrix Sion: & sanguis meus super habitatores Chaldæos, dicet Hierusalem.	*Rapina mei, & caro mea sunt super Babel, dicet habitatrix Sion: & sanguis meus super habitatores Chasdim, dicit Ierusalaim.*
36	Ideo hæc dicit Dominus: Ecce ego iudicabo aduersariam tuam, & vlciscar vltionem tuam, & desolabo mare eius, & arefaciam fontem eius:	*Propterea sic dixit Iehouah, Ecce ego iudico causam tuam, & vlciscar vltionem tuam: & siccabo mare eius, & arescere faciam venam eius.*
37	Et erit Babylon in solitudinem, & non habitabitur.	*Et erit Babel in aceruos, habitatio draconum, stupor, & sibilus: eo quod non sit habitator.*
38	Simul enim vt leones excitati sunt, & sicut catuli leonum.	*Simul vt leones rugient, rugient veluti catuli leonum.*
39	In calore eorum dabo potum eis, & inebriabo eos, vt sopiantur, & dormiant somnum sempiternum, & non consurgant, dicit Dominus.	*In calore eorum ponam conuiuia eorum, & inebriare faciam eos, vt exultent, & dormiant somnum sempiternum, & non euigilent, dixit Iehouah.*
40	Et deduc eos, quasi agnos ad mactationem, & quasi arietes cum hœdis.	*Descendere faciam eos tanquam agnos ad occisionem & tanquam arietes cum hircis.*
41	Quomodo capta est. & per venationem occupata gloriatio vniuersæ terræ? quomodo facta est Babylon in desolationem in gentibus?	*Quomodo capta est Sesac, & comprehensa est laus vniuersa terra? quomodo fuit in stuporem Babel inter Gentes?*

Vulgat. Editio.

Ascendit super Babylonem mare, multitudine fluctuum eius operta est.

Factæ sunt ciuitates eius in stuporem, terra inhabitabilis & deserta, terra in qua nullus habitet nec transeat per eam filius hominis.

Et visitabo super Bel in Babylone,& eijciam quod absorbuerat de ore eius, & non confluent ad eum vltra Gentes, siquidem & murus Babylonis corruet.

Egredimini de medio eius populus meus: vt saluet vnusquisque animam suam ab ira furoris Domini.

Et ne forte mollescat cor vestrum, & timeatis auditum, qui audietur in terra: & veniet in anno auditio, & post hunc annum auditio: & iniquitas in terra, & dominator super dominatorem.

Propterea ecce dies veniunt, & visitabo super sculptilia Babylonis:& omnis terra eius confundetur, & vniuersi interfecti eius cadent in medio eius.

Et laudabunt super Babylonem cæli & terra, & omnia quæ in eis sunt: quia ab Aquilone venient ei prædones, ait Dominus.

Et quomodo fecit Babylon vt caderent occisi in Israel: sic de Babylone cadent occisi in vniuersa terra.

Qui fugistis gladium, venite, nolite stare: recordamini procul Domini, & Ierusalem ascendat super cor vestrum.

Confusi sumus, quoniam audiuimus opprobrium: operuit ignominia facies nostras: quia venerunt alieni super sanctificationem domus Domini.

Propterea ecce dies veniunt, ait Dominus:& visitabo super sculptilia eius, & in omni terra eius mugiet vulneratus.

Si ascenderit Babylon in cælum,& firmauerit in excelso robur suum: à me venient vastatores eius, ait Dominus.

Vox clamoris de Babylone, & contritio magna de Terra Chaldæorum:

Quoniam vastauit Dominus Babylonem,& perdidit ex ea vocem magnam: & sonabunt fluctus eorum quasi aquæ multæ: dedit sonitum vox eorum:

Quia venit super eam, id est super Babylonem prædo, & apprehensi sunt fortes eius, & emarcuit arcus eorum, quia fortis vltor Dominus reddens retribuet.

Et inebriabo principes eius, & sapientes eius,& duces eius,& magistratus eius,& fortes eius:& dormient somnum sempiternum & non expergiscentur, ait rex, Dominus exercituum nomen eius.

Hæc dicit Dominus exercituum: Murus Babylonis ille latissimus suffossione suffodietur, & portæ eius excelsæ igni comburentur,& labores populorum ad nihilum, & gentium in ignem erunt, & disperibunt.

Verbum, quod præcepit Ieremias propheta, Saraiæ filio Neriæ filij Maasiæ cum pergeret cum Sedecia rege in Babylonem, in anno quarto regni eius: Saraias autem erat princeps prophetiæ.

Et scripsit Ieremias omne malum, quod venturum erat super Babylonem in libro vno: omnia verba hæc, quæ scripta sunt contra Babylonem.

Et dixit Ieremias ad Saraiam: Cum veneris in Babylonem,& videris,& legeris omnia verba hæc.

Dices:

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

42 *Ascendit super Babel mare, multitudine fluctuum eius operta est.*

43 *Fuerunt ciuitates eius in stuporem, terra arida, & desertum, terra in qua non habitabit quisquam nec transibit per eam filius hominis.*

44 *Et visitabo Bel in Babel, & educam quod deglutiuit de ore eius, & non confluent ad eum vltra gentes, etiam murus Babel corruit.*

45 *Egredimini de medio eius populus mi, & eruite vnusquisque animam vestram ab ira furoris Domini.*

46 *Et ne forte mollescat cor vestrum, & timeatis in auditu qui audietur in terra: & veniet in anno auditus, & post eum in anno auditio, & rapina in terra, & dominator super dominatorem.*

47 *Propterea ecce dies veniunt, & visitabo sculptilia Babel, & omnis terra eius pudore afficietur, & vniuersi interfecti eius cadent in medio eius.*

48 *Et laudes dicent super Babel cæli, & terra, & omnia quæ in eis sunt, quia ab aquilone venient ei prædones, ait Dominus.*

49 *Etiam Babel fuit causa vt caderent interfecti Israel, etiam propter Babel ceciderunt occisi vniuersæ terræ.*

50 *Euasores à gladio venite, ne stetis: recordamini à longe Domini, & Ierusalaim ascendat super cor vestrum.*

51 *Pudore affecti sumus quoniam audiuimus opprobrium: operuit ignominia facies nostras, quia venerunt alieni contra sanctificationem domus Domini.*

52 *Propterea ecce dies veniunt dixit Dominus, & visitabo sculptilia eius, & in omni terra eius gemet qui occidetur.*

53 *Si ascenderit Babel in cælum, & munierit in excelsum robur suum, à me venient prædatores ei, dixit Dominus.*

54 *Vox clamoris de Babel, & contritio magna de terra Chasdim.*

55 *Quoniam vastat Dominus Babel, & perdidit ex ea vocem magnam: & sonabunt fluctus eorum tanquam aquæ multæ dedit sonitum vox eorum.*

56 *Quia venit super Babel prædo, & apprehensi sunt fortes eius, confractus est arcus eorum, quia Deus retributionum Dominus reddendo reddet.*

57 *Et inebriare faciam principes eius, & sapientes eius, duces eius & principes, & fortes eius, & dormient somnum sempiternum, & non expergiscentur, ait rex Dominus exercituum nomen eius.*

58 *Sic dixit Dominus exercituum: Murus Babel latus confringendo confringetur, & portæ eius excelsæ igne comburentur, & laborabunt populi inaniter, & eam quibus laborauerint populi, igni comburentur, & lassabuntur.*

59 *Verbum quod præcepit Irmeiahu propheta Seraiah filio Neriiah Machaseiah, cum pergeret cum Sidchiiahu rege Iehudah in Babel anno quarto quo regnauit: Saraiah autem erat princeps quum rex esset quietus.*

60 *Et scripsit Irmeiahu, omne malum quod venturum erat super Babel in libro vno: omnia verba quæ scripta sunt super Babel.*

61 *Et dixit Irmeiahu ad Saraiah: Cum veneris in Babel, & videris, & legeris omnia verba hæc.*

Dices:

Tranfl.ex Septuag.

Afcendit fuper Babylonem mare in fonitu fluctuum eius,& cooperta eft.

Factę funt ciuitates eius,quafi terra fine aqua & inuia : nemo habitabit in ea : neque diuertet in ea filius hominis.

Et vlcifcar fuper Babylonem, & extraham, quæ abforbuit,ex ore eius : & non congregabuntur ad eam gentes vltra : & in Babylone cadent interfecti vniuerfæ terræ.*

* Quæ hic deberent refpódere vulgatæ defunt ab hac trãſlat. ex Sept. licet agnofcantur à Theodor.

(∴)

Qui euaditis de terra;ite,& non fubfiftatis. Qui de longe;recordamini Domini : & Hierufalem adfcendat fuper cor veftrum.

Confufi fumus,quia audiuimus opprobrium noftrum:cooperuit ignominia faciem noftram:intrarunt alienigenæ in fancta noftra, in domum Domini.

Propter hoc ecce dies veniunt,dicit Dominus:& vlcifcar fuper fculptilia eius: & in omni terra eius cadent interfecti:

Quia fi afcenderit Babylon, tanquam cælum, & quia,fi munierit muros fortitudine fua ; à me venient,qui exterminent eam,dicit Dominus,

Vox clamoris in Babylone, & contritio magna in terra Chaldæorum:

Quia exterminauit Dominus Babylonem,& difperdidit ex ea vocem fonantem, quafi aquas multas:dedit in perditionem vocem eius:

Quoniam venit fuper Babylónem calamitas, capti funt pugnatores eius, tremuit arcus eorum: quia Deus retribuit eis.Dominus retribuit.

Et inebriabit ebrietate præfectos eius, & fapientes eius,& duces eius,dicit rex. Dominus omnipotens nomen illi.

Hæc dicit Dominus Murus Babylonis dilatatus eft;effodiendo effodietur:& portę eius excelfę comburentur:& non laborabunt populi in vacuum : & gentes in principio deficient.

VERBVM quod mandauit Dominus Hieremiæ prophetæ, vt diceret Saraæ filio Neriæ filij Maafiæ;quando ibat à Sedecia rege Iuda in Babylonem in anno quarto regni eius : & Saræas princeps donorum.

Et fcripfit Hieremias omnia mala, quæ venient fuper Babylonem,in libro omnia verba hęc fcripta fuper Babylonem.

Et dixit Hieremias ad Saræam : Cum veneris in Babylonem,& videris, & legeris omnia verba hæc:

Noua ex Heb. Tralat.Fr.Vatabli.

42 *Afcendit contra Babel mare, multitudine fluctuum eius obrupta eft.*

43 *Fuerunt ciuitates eius in defolationem, terra arida, & defertum, terra in qua non habitabit quifquam, nec tranfibit per eam filius hominis.*

44 *Vifitabo quoque ipfum Bel in Babel : & educam quod deglutiuit, de ore eius : & non confluent ad eum vltra Gentes: etiam murus Babel corruet.*

45 *Egredimini de medio eius populo meus, & eruite vnufquifque animam fuam ab ira furoris Iehouæ.*

46 *Et ne fortè mollefcat cor veftrum, & timeatis propter rumorem qui audietur in terra: veniet in anno rumor, & poftea in anno rumor : & fiet rapina in terra, & dominator fuper dominatorem veniet.*

47 *Propterea ecce dies veniunt, & vifitabo fculptilia Babel: & vniuerfa terra eius pudore afficietur, & vniuerfi interfecti eius cadent in medio eius.*

48 *Et laudes dicent fuper Babel cæli & terra,& quicquid in eis eft: quia ab Aquilone venient ei prædones, ait Iehouah.*

49 *Siquidem Babel fuit caufa vt caderent interfecti Ifrael:etiam propter Babel ceciderunt occifi vniuerfæ terræ.*

50 *Euafores à gladio abite, ne fubfiftatis : recordamini à longè Iehouæ,& Ierufalaim afcendat fuper cor veftrum.*

51 *Pudore affecti fumus,quoniam audiuimus opprobrium, operuit ignominia facies noftras, quod venerunt alieni contra fanctuaria domus Iehouæ.*

52 *Propterea ecce dies veniunt, dixit Iehouah, & vifitabo fculptilia eius & in vniuerfa terra eius gemet occifus.*

53 *Si afcenderit Babel in cælum, & fi munierit excelfum roboris fui, à me tamen venient prædatores ei, dixit Iehouah.*

54 *Vox clamoris de Babel, & contritio magna de terra Chafdim:*

55 *Quoniam vaftat Iehouah Babel, & perdet ex ea vocem magnam, & fonabunt fluctus eorum, tanquam aquæ multæ edetur fonitus vocis eorum:*

56 *Quia venit contra eam, contra Babel vaftator, & comprehenfi funt fortes eius, confractus eft arcus eorum: quia Deus retributionum Iehouah reddendo reddet.*

57 *Et inebriabo principes eius, & fapientes eius, duces eius, & nobiles eius, & fortes eius: & dormient fomnum fempiternum, nec expergifcentur, ait Rex, Iehouah exercituum nomen eius.*

58 *Sic dixit Iehouah exercituum, Murus Babel latus confringendo confringetur, & portæ eius excelfæ igni comburentur : & laborabunt populi inaniter, & gentes in igne, & laffabuntur.*

59 *Verbum quod præcepit Irmeiahu propheta Seraiah filio Neriiah Mahefeiah, quum pergeret cum Sidkiiahu Rege Iehudah in Babel anno quarto regni eius: Seraiah autem erat princeps quietis.*

60 *Et fcripfit Irmeiahu omne malum quod venturum erat fuper Babel in libro vno, omnia fcilicet verba hæc quæ fcripta funt contra Babel.*

61 *Dixitq; Irmeiahu ad Seraiah, Quum perueneris in Babel,& videris,& legeris omnia verba hæc.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Dices: Domine tu locutus es contra locum istum vt disperderes eum: ne sit qui in eo habitet ab homine vsque ad pecus, & vt sit perpetua solitudo.

Cumque compleueris legere librum istum, ligabis ad eum lapidem, & proijcies illum in medium Euphraten:

Et dices: Sic submergetur Babylon, & non consurget à facie afflictionis quam ego adduco super eam, & dissoluetur. Hucusque verba Ieremiæ.

CAP. LII.

4. Reg. 24. 18. 2. Par. 36. 11.

Filius viginti & vnius anni erat Sedecias cum regnare cœpisset: & vndecim annis regnauit in Ierusalem, & nomen matris eius Amital, filia Ieremiæ de Lobna.

Et fecit malum in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat Ioakim.

Quoniam furor Domini erat in Ierusalem & in Iuda vsquequo proijceret eos à facie sua & recessit Sedecias à rege Babylonis.

* Sup. 39. 1. 4. Reg. 25

*Factum est autem in anno nono regni eius, in mense decimo, decima mensis: Venit Nabuchodonosor rex Babylonis, ipse & omnis exercitus eius aduersus Ierusalem, & obsederunt eam, & ædificauerunt contra eam munitiones in circuitu:

Et fuit ciuitas obsessa vsque ad vndecimum annum regis Sedeciæ.

Mense autem quarto, nona mensis obtinuit fames ciuitatem: & non erant alimenta populo terræ.

Et dirupta est ciuitas, & omnes viri bellatores eius fugerunt, exieruntque de ciuitate nocte per viam portæ, quæ est inter duos muros, & ducit ad hortum regis (Chaldæis obsidentibus vrbem in gyro) & abierunt per viam, quæ ducit in eremum.

Persecutus est autem Chaldæorum exercitus regem: & apprehenderunt Sedeciam in deserto, quod est iuxta Iericho: & omnis comitatus eius diffugit ab eo.

Cumque comprehendissent regem, adduxerunt eum ad regem Babylonis in Reblatha, quæ est in terra Emath: & locutus est ad eum iudicia.

Et iugulauit rex Babylonis filios Sedeciæ in oculis eius: sed & omnes principes Iuda occidit in Reblatha.

Et oculos Sedeciæ eruit, & vinxit eum compedibus, & adduxit eum rex Babylonis in Babylonem, & posuit eum in domo carceris vsque ad diem mortis eius.

In mense autem quinto, decima mensis, ipse est annus nonus decimus Nabuchodonosor regis Babylonis: venit Nabuzardan princeps militiæ, qui stabat coram rege Babylonis in Ierusalem.

Et incendit domum Domini, & domum regis & omnes domos Ierusalem, & omnem domum magnam igni combussit.

Et totum murum Ierusalem per circuitum destruxit, cunctus exercitus Chaldæorum: qui erat cum magistro militiæ.

De pauperibus autem populi, & de reliquo vulgo, quod remanserat in ciuitate & de perfugis qui transfugerant ad regem Babylonis & cæteros de multitudine, transtulit Nabuzardan princeps militiæ.

De pauperibus vero terræ reliquit Nabuzardan princeps militiæ vinitores, & agricolas.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

62 *Dices: Domine tu locutus es contra locum istum, vt succideres eum, vt non sit in eo habitator ab homine vsque ad animal, sed in solitudines perpetuas erit.*

63 *Et erit, cum compleueris legere librum hunc, ligabis super eum lapidem, & proiicies in medium Perath.*

64 *Et dices: Sic submergetur Babel, & non consurget à facie mali, quod ego adduco super eam, & lassabuntur. Hucusque verba Irmeiahu.*

CAP. LII.

1 *Viginti, & vnius anni erat Sidchiiahu, quando regnauit, & vndecim annis regnauit in Ierusalaim, & nomen matris eius Chamuthal filia Irmeiahu de Libnah.*

2 *Et fecit malum in oculis Domini, iuxta ea quæ fecit Iehoiachim.*

3 *Quia propter furorem Domini qui fuerat contra Ierusalaim, & Iehudah, vsquequo proiicere faceret eos à facie sua, rebellauit Sidchiiahu contra regem Babel.*

4 *Et fuit anno nono quo regnauit, mense decimo, decima mensis, venit Nebuchadnesar rex Babel, ipse & omnis exercitus eius aduersus Ierusalaim, & castrametati sunt contra eam, & ædificauerunt contra eam munitionem vndique.*

5 *Et venit ciuitas in obsidionem vsque ad vndecimum annum regis Sidchiiahu.*

6 *Mense quarto, nona mensis inualuit fames in ciuitate, & non erat panis populo terræ.*

7 *Et dirupta est ciuitas, & omnes viri bellatores fugerunt, exieruntque de ciuitate nocte per viam portæ quæ erat inter duos muros, quæ est iuxta hortum regis (& Chasdim erant iuxta ciuitatem per circuitum,) & abierunt per viam solitudinis.*

8 *Et persecuti sunt exercitus Chasdim regem, & attigerunt Sidchiiahu in desertis Iericho, & omnis exercitus eius dispersus est ab eo.*

9 *Et comprehenderunt regem, & ascendere fecerunt eum ad regem Babel in Riblah in terram Chamath, & locutus est cum eo iudicia.*

10 *Et iugulauit rex Babel filios Sidchiiahu in oculis eius, & etiam omnes principes Iehudah iugulauit in Riblah.*

11 *Et oculos Sidchiiahu cæcauit, & vinxit eum compedibus, & adducere fecit eum rex Babel in Babel, & posuit eum in domo carceris vsque ad diem qua mortuus est.*

12 *Mense autem quinto, decima mensis (ipse est annus nonus decimus annus regis Nebuchadnesar regis Babel) venit Nebuzaradan princeps laniorum, qui stabat coram rege Babel in Ierusalaim.*

13 *Et incendit domum Domini, & domum regis, & omnes domos Ierusalaim, & omnem domum magnam combussit igni.*

14 *Et omnes muros Ierusalaim vndique destruxerunt omnis exercitus Chasdim qui erat cum magistro laniorum.*

15 *Et de pauperibus populi, & residuo populi qui remanserant in ciuitate, & de transfugis, qui transfugerant ad regem Babel, & de residuo multitudinis, transmigrare fecit Nebuzaradan magister laniorum iugulandorum.*

16 *De pauperibus vero terræ remanere fecit Nebuzaradan magister laniorum vinitores, & agricolas.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Et dices: Domine Domine tu loquutus es super
locum istum ad disperdendum eum; & vt non sint
in eo habitantes ab homine vsque ad pecus: quia
solitudo in sæculum erit.
Et erit, cum cessaueris legere librum hunc; & li-
gabis lapidem ad eum, & proijcies eum in medium
Euphratis,
Et dices: sic demergetur Babylon, & non resurget
à facie malorum, quæ ego induco super eam.

CAP. LII.

CVm viginti vnius annorum esset Sedecias in
regnando ipsum; & vndecim annis regnauit
in Hierusalem: & nomen matri eius Amitaal filia
Hieremiæ de Lobena. *

* Quæ numeris nostrę vulgatę hic respondere deberent desunt ab hac translat. Rom.

Et factum est anno nono regni ipsius, in mense
nono, decima mensis, venit Nabuchodonosor rex
Babylonis, & omnis virtus eius super Hierusalem:
& circumuallarunt eam, & circumædificarunt eam
quadratis lapidibus in circuitu.
Et venit ciuitas in obsidionem vsque ad annum
vndecimum regis Sedeciæ.
In nona mensis: & inualuit fames in ciuitate, &
non erant panes populo terræ.
Et dirupta est ciuitas: & omnes viri bellatores
exierunt nocte per viam portę inter murum, & an-
temurale, quod erat ad hortum regis: (Et Chaldæi
super ciuitatem in circuitu:) & iuerunt viam, quæ
ad Araba.

Et persequuta est virtus Chaldæorum post re-
gem: & apprehenderunt eum trans Hiericho: &
omnes pueri eius dispersi sunt ab eo.

Et ceperunt regem, & duxerunt eum ad regem
Babylonis in Deblatha. Et locutus est ei cum iudi-
cio.
Et iugulauit rex Babylonis filios Sedeciæ ante
oculos eius: & omnes principes Iuda iugulauit in
Deblatha.
Et oculos Sedeciæ excæcauit, & ligauit eum in
compedibus. Et duxit eum rex Babylonis in Baby-
lonem: & dedit eum in domum pistrini vsque in
diem, qua mortuus est.
Et in mense quinto, decima mensis, venit Nabu-
zardan princeps coquorum, qui stabat ante faciem
regis Babylonis, in Hierusalem:

Et incendit domum Domini, & domum regis, &
omnes domos ciuitatis: & omnem domum ma-
gnam incendit in igne:
Et omnem murum Hierusalem in circuitu de-
struxit virtus Chaldæorum, quæ cum principe co-
quorum.

Et reliquos de populo reliquit princeps coquo-
rum in vinearum, & agrorum cultores.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

62 *Dices, Iehoua tu loquutus es contra locum istum quod*
succideres eum, ita vt non sit in eo habitator ab homine
vsque ad animal, sed in solitudines perpetuas futura sit.

63 *Et erit, quum compleueris legere librum hunc, ligabis*
super eum lapidem, & proijcies illum in medium Perath.

64 *Et dices, Sic submergetur Babel, & non consurget à*
facie mali quod ego induco super eam, & lassabuntur.
Hucusque verba Irmeiahu.

CAP. LII.

1 *VIginti & vnius anni erat Sidciiahu, quando re-*
gnauit, & vndecim annis regnauit in Ierusalaim:
& nomen matris eius Hamutal filia Irmeiahu de
Libnah.
2 *Fecitq́; malum in oculis Iehoua, iuxta ea quæ fecerat*
Iehoiacim:
3 *Quia propter furorem Iehoua qui fuit contra Ieru-*
salaim & Iehudah, donec proiiceret eos à facie sua, rebel-
lauit Sidciiahu contra regem Babel.
4 *Fuit autem anno nono regni eius, mense decimo, decima*
mensis, venit Nebuchadnesar rex Babel, ipse & vniuersus
exercitus eius aduersus Ierusalaim: & castrametati
sunt contra eam, & ædificauerunt contra eam munitionem
vndique.
5 *Venitq́; ciuitas in obsidionem vsque ad vndecimum an-*
num regis Sidciiahu.
6 *Mense quarto, nona mensis, inualuit fames in vrbe:*
adeo vt non esset panis populo terræ.
7 *Et dirupta est ciuitas, & omnes viri bellatores fuge-*
runt, exieruntq́; de vrbe nocte, per viam portæ quæ erat
inter duos muros qui erant iuxta hortum regis (Chasdim
autem erant iuxta ciuitatem per circuitum) abieruntq́;
per viam solitudinis.

8 *Persequuti vero sunt exercitus Chasdim regem, appre-*
henderuntq́; Sidciiahu in desertis Ieriho: & omnis exerci-
tus eius dispersus est ab eo.

9 *Comprehenderunt igitur regem & ascendere fecerunt*
eum ad regem Babel in Riblah, in terram Hamath: &
loquutus est cum eo iudicia.
10 *Et iugulauit rex Babel filios Sidciiahu in oculis eius:*
& etiam omnes principes Iehudah iugulauit in Riblah.

11 *Oculos autem Sidciiahu excæcauit, & vinxit compe-*
dibus, adduciq́; fecit eum rex Babel in Babel: & posuit
eum in domo carceris vsque ad diem quo mortuus est.

12 *Mense autem quinto, decima mensis (is annus, erat de-*
cimusnonus annus regis Nebuchadnesar regis Babel) ve-
nit Nebuzaradan princeps militum, qui stabat coram
rege Babel, in Ierusalaim.
13 *Et incendit domum Iehoua, & domum regis, atque*
cunctas domos Ierusalaim, & omnem domum magnam
combussit igni.
14 *Omnesq́; muros Ierusalaim vndique destruxerunt om-*
nis exercitus Chasdim, qui erat cum magistro militum.

15 *De pauperibus autem populi, & de reliquo populo qui*
remanserant in ciuitate, & de transfugis qui transfuge-
rant ad regem Babel, & de reliquiis multitudinis, trans-
migrare fecit Nebuzaradan magister militum.

16 *De pauperibus vero terræ reliquit Nebuzaradan magi-*
ster militum, vinitores & agricolas.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Columnas quoque æreas, quæ erant in domo
Domini, & bases, & mare æneum, quod erat in
domo Domini, confregerunt Chaldæi,& tulerunt
omne æs eorum in Babylonem.
Et lebetes, & creagras,& psalteria, & phialas, &
mortariola,& omnia vasa ærea, quæ in ministerio
fuerant,tulerunt:
Et hydrias, & thymiamateria, & vrceos,& pel-
ues,& candelabra,& mortaria & cyathos:quotquot
aurea, aurea, & quotquot argentea, argentea,tulit
magister militiæ:
Et columnas duas & mare vnum & vitulos duo-
decim æreos, qui erant sub basibus, quas fecerat
rex Salomon in domo Domini: non erat pondus
æris omnium horum vasorum.
De columnis autem,decem & octo cubiti altitu-
dinis erant in columna vna,& funiculus duodecim
cubitorum circuibat eam: porro grossitudo eius
quattuor digitorum,& intrinsecus caua erat.
Et capitella super vtramque ærea: altitudo ca-
pitelli vnius quinque cubitorum:& retiacula, &
malogranata super coronam in circuitu, omnia
ærea. Similiter columnæ secundæ, & malogranata.
Et fuerunt malogranata nonagintasex depen-
dentia:& omnia malogranata centum, retiaculis
circumdabantur.
Et tulit magister militiæ Saraiam sacerdotem
primum,& Sophoniam sacerdotem secundum: &
tres custodes vestibuli.
Et de ciuitate tulit eunuchum vnum, qui erat
præpositus super viros bellatores: & septem viros
de his,qui videbant faciem regis, qui inuenti sunt
in ciuitate:& scribam principem militum,qui pro-
babat tyrones: & sexaginta viros de populo terræ,
qui inuenti sunt in medio ciuitatis.
Tulit autem eos Nabuzardan magister militiæ,
& duxit eos ad regem Babylonis in Reblatha.
Et percussit eos rex Babylonis, & interfecit eos
in Reblatha in terra Emath: & translatus est Iuda
de terra sua.
Iste est populus, quem transtulit Nabuchodono-
sor: In anno septimo Iudæos tria millia & viginti
tres:
In anno octauodecimo Nabuchodonosor de Ie-
rusalem animas octingentas triginta duas:
In anno vigesimotertio Nabuchodonosor, trans-
tulit Nabuzardan magister militiæ animas Iudæo-
rum septingentas quadraginta quinque: omnes
ergo animæ,quattuor millia sexcentæ.
Et factum est in trigesimoseptimo anno transmi-
grationis Ioachin regis Iuda, duodecimo mense,
vigesimaquinta mensis,eleuauit Euilmerodach rex
Babylonis ipso anno regni sui, caput Ioachin regis
Iuda,& eduxit eum de domo carceris.
Et locutus est cum eo bona, & posuit thronum
eius super thronos regum, qui erant post se in Ba-
bylone.
Et mutauit vestimenta carceris eius, & comede-
bat panem coram eo semper cunctis diebus vitæ
suæ:
Et cibaria eius, cibaria perpetua dabantur ei à
rege Babylonis statuta per singulos dies, vsque ad
diem mortis suæ cunctis diebus vitæ eius.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

17 *Et columnas æreas quæ erant in domo Domini, & ba-*
ses, & mare æreum quod erat in domo Domini, con[fregerunt?]
runt Chasdim, & detulerunt omne æs eorum in Babel.
18 *Et lebetes, & scopas, & psalteria, & pelues, & cochlea-*
ria, & omnia vasa ærea quibus ministrabant, tulerunt.
19 *Et hydrias, thuribula, & pelues, & ollas, & candela-*
bra, & mortariola, & cyathos, quæ aurea aurea, & quæ
argentea argentea, tulit magister laniorum.
20 *Columnas duas, mare vnum, & vitulos duodecim æreos*
qui erant sub basibus quos fecerat rex Selomoh in domo
Domini, non erat pondus æris eorum, omnium vasorum
istorum.
21 *Et, columnas quarum octo, & decem cubitorum erat*
altitudo columnæ vnius, & filum duodecim cubitorum
quod circuibat eam cuius grossitudo erat quattuor digito-
rum vacua.
22 *Et capitellum quod erat super eam æreum: altitudo au-*
tem capitelli vnius quinque cubitorum erat, & retiacu-
lum, & malogranata super capitellum per circuitum, om-
nia ærea. Et sicut hæc, columnæ secundæ, & malogranata.
23 *Et fuerunt malogranata, nonaginta, & sex, per singu-*
lum omnia malogranata centum super retiaculum per
circuitum.
24 *Et tulit magister laniorum Seraiah sacerdotum pri-*
mum, & Sephaniah sacerdotem secundum, & tres custo-
des liminis.
25 *Et de ciuitate tulit eunuchum vnum, qui erat præposi*
tus super viros bellatores, & septem viros ex iis qui vide-
bant faciem regis, qui inuenti sunt in ciuitate, & scri-
bam principem militiæ, qui militare faciebat populum
terræ, & sexaginta viros de populo terræ, qui inuenti sunt
in medio ciuitatis.
26 *Tulit eos Nebuzaradan magister laniorum, & ire fe-*
cit eos ad regem Babel in Riblah.
27 *Et percutere fecit eos rex Babel, & interfecit eos in*
Riblah in terra Chamath: & translatus est Iehudah de
terra sua.
28 *Iste est populus quem transferre fecit Nebuchadnesar:*
in anno septimo Iehudæos tria millia, & viginti, & tres.
29 *In anno octauo decimo Nebuchadnesar transferre fecit*
de Ierusalaim animas octingentas triginta, & duas.
30 *Anno tertio, & vigesimo Nebuchadnesar transferre fe-*
cit Nebuzaradan magister laniorum Iehudæorum animas
septingentas quadraginta, & quinque omnes animæ quat-
tuor millia, & sexcentæ.
31 *Et fuit trigesimo, & septimo anno transmigrationis*
Iehoiachim regis Iehudah, duodecimo mense, vigesima, &
quinta mensis, eleuauit Euilmerodach rex Babel in anno
regni sui, caput Iehoiachim regis Iehudah, & eduxit eum
de domo carceris.
32 *Et locutus est cum eo bona, & posuit thronum eius su-*
per thronum regum qui erant secum in Babel.
33 *Et mutauit vestimenta carceralia eius, & comedit pa-*
nem coram eo semper omnibus diebus vitæ suæ.
34 *Et portio eius portio quotidiana dabatur ei à rege Ba-*
bel per singulos dies eius vsque ad diem, quo mortuus est,
omnibus diebus vitæ eius.

FINIS PROPHETIÆ IEREMIÆ.

Transl. ex Septuag.

17 Et columnas æneas, quę in domo Domini, & bases, & mare æneum, quæ in domo Domini, & contriuerunt Chaldæi, & tulerunt æs eorum; & asportarunt in Babylonem:

18 Et coronam, & phialas, & creagras, & omnia vasa ænea, in quibus ministrabant in eis,

19 Et ipsas apphoth, & ipsas Masmaroth, & pelues, & candelabra, & mortariola, & cyathos, quæ erant aurea aurea, & quæ erant argentea argentea, tulit princeps coquorum.

20 Et columnæ duæ, & mare vnum, & vituli duodecim ænei subter mare, quæ fecerat rex Salomon in domo Domini, cuius non erat pondus æris eorum.

21 Et columnæ triginta quinque: cubitorum altitudo columnæ vnius: & funiculus duodecim cubitorum circundabat eam: & crassities eius digitorum quattuor in circuitu:

22 Et gisum super eas æneum, & quinque cubitorum longitudo, excessus gisi vnius; & rete, & malogranata super gisum in circuitu, omnia ænea: & iuxta hæc columnę secundæ, octo malogranata cubito, duodecim cubitis.

23 Et erant malogranata nonaginta sex latus vnum: & erant omnia malogranata centum super rete in circuitu.

24 Et tulit princeps coquorum sacerdotem primum, & sacerdotem secundum, & tres illos, qui custodiebant viam,

25 Et eunuchum vnum, qui erat præfectus virorum bellatorum, & septem viros nominatos, qui in facie regis, inuentos in ciuitate, & scribam virtutum scribentem populo terræ, & sexaginta homines de populo terræ, inuentos in medio ciuitatis.

26 Et tulit eos Nabuzardan princeps coquorum regis: & duxit eos ad regem Babylonis in Deblatha.

27 Et percussit eos rex Babylonis in Deblatha in terra Æmath.*

* Quæ hic desiderantur desunt ab hac transl. ex Sept. licet agnoscitur à Theod.

31 Et factum est in trigesimo, & septimo anno transmigrationis Ioacim regis Iuda in duodecimo mense in vigesima quarta mensis, accepit Vlæmadachar rex Babylonis, in anno, quo regnum adijt, caput Ioacim regis Iuda: & totondit eum, & eduxit eum de domo in qua custodiebatur:

32 Et loquutus est ei bona: & dedit thronum eius super reges, qui secum in Babylone:

33 Et mutauit stolam carceris eius: & comedebat panem semper ante faciem eius cunctis diebus, quibus vixit.

34 Et demensum ei dabatur perpetuo à rege Babylonis de die in diem vsque ad diem, qua mortuus est.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

17 *Et columnas æreas quæ erant in domo Iehouæ, & bases, & mare æneum quod erat in domo Iehouæ, confregerunt Chasdim, & detulerunt omne æs eorum in Babel.*

18 *Lebetes quoque, & scopas, & psalteria, & pelues, & cochlearia, & omnia vasa ærea quibus ministrabant, tulerunt.*

19 *Et hydrias, & thuribula, & pelues, & ollas, & candelabra, & mortariola, & cyathos: quæ aurea, aurea: & quæ argentea, argentea, tulit magister militum.*

20 *Columnas duas, mare vnum, & boues duodecim æreos qui erant sub basibus quas fecerat rex Selomoh in domo Iehouæ: non erat pondus æris eorum omnium, scilicet vasorum istorum.*

21 *Et columnarum, octodecim cubitorum erat altitudo columnæ vnius: & filum duodecim cubitorum circuibat eam, cuius crassitudo, quæ erat quatuor digitorum, erat vacua.*

22 *Capitellum autem quod erat super eam, æreum: altitudo vero capitelli vnius, quinque cubitorum erat: & retiaculum, & malogranata super capitellum per circuitum, omnia ærea: & similia erant columnæ secundæ, & malogranata.*

23 *Fuerunt autem malogranata nonaginta & sex, ad plagam vnam: omnia malogranata, centum super retiaculum per circuitum.*

24 *Tulit quoque magister militum Seraiah sacerdotum primum, & Sephaniah sacerdotem secundum, & tres custodes liminis:*

25 *Et de ciuitate tulit eunuchum vnum qui erat præpositus super viros bellatores: & septem viros ex iis qui videbant faciem regis: qui inuenti sunt in ciuitate: & Scribam principem militiæ qui colligebat ad militiam populum terræ: & sexaginta viros de populo terræ, qui inuenti sunt in medio ciuitatis:*

26 *Tulit inquam eos Nebuzar-adan magister militum, & deduxit eos ad regem Babel in Riblah:*

27 *Et percussit eos rex Babel, & interfecit eos in Riblah in terra Hamath: & translatus est Iehudah de terra sua.*

28 *Iste est populus quem transferre fecit Nebuchadnesar anno septimo, Iehudæos tria millia, & viginti tres.*

29 *Anno decimooctauo Nebuchadnesar transferre fecit de Ierusalaim animas octingentas triginta duas.*

30 *Anno tertio & vicesimo Nebuchadnesar transferre fecit Nebuzaradan magister militum Iehudæorum animas septingentas quadragintaquinque: omnes animæ, quatuor millia & sexcenta.*

31 *Fuit autem tricesimo septimo anno transmigrationis Iehoiachin regis Iehudah, duodecimo mense, vicesima quinta mensis, eleuauit Euil-merodach rex Babel, anno regni sui, caput Iehoiachin regis Iehudah, & eduxit eum de domo carceris.*

32 *Loquutusque est cum eo bona, & posuit thronum eius super thronum regum qui erant secum in Babel.*

33 *Et mutauit vestimenta carceris eius, & comedebat panem coram eo semper omnibus diebus vitæ suæ.*

34 *Et portio eius portio perpetua dabatur ei à rege Babel per singulos dies eius, vsque ad diem quo mortuus est, omnibus diebus vitæ eius.*

FINIS PROPHETIÆ IEREMIÆ.

Digitized by Google

THRENORVM IEREMIÆ PROPHETÆ.

Vulgat. Editio.

Et factum est, postquam in captiuitatem redactus est Israel, & Ierusalem deserta est, sedit Ieremias propheta flens, & planxit lamentatione hac in Ierusalem, & amaro animo suspirans, & eiulans dixit:

CAPVT PRIMVM.

ALEPH.

Quomodo sedet sola ciuitas plena populo: facta est quasi vidua domina Gentium: princeps prouinciarum facta est sub tributo.

BETH.

Ier. 13. 1. * Plorans plorauit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius: non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius: omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici.

GHIMEL.

Migrauit Iudas propter afflictionem, & multitudinem seruitutis: habitauit inter gentes, nec inuenit requiem: omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias.

DALETH.

Viæ Sion lugent eo quod non sint qui veniant ad solemnitatem: omnes portæ eius destructæ: sacerdotes eius gementes: virgines eius squalidæ, & ipsa oppressa amaritudine.

HE.

Facti sunt hostes eius in capite, inimici eius locupletati sunt: quia Dominus locutus est super eam propter multitudinem iniquitatum eius: paruuli eius ducti sunt in captiuitatem ante faciem tribulantis.

VAV.

Et egressus est à filia Sion omnis decor eius: facti sunt principes eius velut arietes non inuenientes pascua: & abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis.

ZAIN.

Recordata est Ierusalem dierum afflictionis suę, & præuaricationis omnium desiderabilium suorum, quæ habuerat à diebus antiquis, cum caderet populus eius in manu hostili, & non esset auxiliator: viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius.

HETH.

Peccatum peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est: omnes, qui glorificabant eam, spreuerunt illam, quia viderunt ignominiam eius: ipsa autem gemens conuersa est retrorsum.

TETH.

Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui: deposita est vehementer, non habens consolatorem: vide Domine afflictionem meam, quoniam erectus est inimicus.

CINOTH IRMEIAHV PROPHETÆ.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAPVT PRIMVM.

ALEPH.

1 *Quomodo sedit sola ciuitas copiosa populo, fuit veluti vidua copiosa in gentibus, domina in prouinciis fuit tributaria.*

BETH.

2 *Plorando plorabit in nocte, & lachrymæ eius, in maxillis eius, non est ei consolator ex omnibus amatoribus eius: omnes amici eius spreuerunt eam, fuerunt ei in inimicos.*

GHIMEL.

3 *Transmigrauit Iehudah, propter afflictionem, & propter multitudinem seruitutis. Ipsa habitauit inter gentes, nec inuenit requiem: omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias maceriæ.*

DALETH.

4 *Viæ Siion lugent, eo quod non sint venientes ad solemnitatem: omnes portæ eius desolatæ: sacerdotes eius suspirantes, virgines eius afflictæ, & ipsi est amaritudo.*

HE.

5 *Fuerunt hostes eius in capite inimici eius prosperati sunt: quia Dominus dolore affecit eam propter multitudinem præuaricationum eius: paruuli eius abierunt in captiuitatem ante hostem.*

VAV.

6 *Et egressus est à filia Siion omnis decor eius: fuerunt principes eius veluti cerui qui non inuenerunt pascua, & abierunt absque fortitudine ad persecutorem.*

ZAIN.

7 *Recordata est Ierusalaim dierum paupertatis suæ, & indigentiarum suarum, omnium depd:rabilium suorum, quæ fuerunt à diebus dum caderet populus eius in manu hostis, & non esset auxiliator ei: viderunt eam hostes deriserunt sabbata eius.*

HETH.

8 *Peccatum peccauit Ierusalaim, propterea in derisionem fuit: omnes qui glorificabant eam, spreuerunt eam, quia viderunt turpitudinem eius: etiam ipsa suspirauit, & conuersa est retrorsum.*

TETH.

9 *Sordes eius in fimbriis eius. Non est recordata nouissimi sui, & descendit mirabiliter. Non est consolator ei: vide Domine afflictionem meam, quoniam magnifice fe-.et inimicus.*

IOD. IOD.

LAMENTATIONVM HIEREMIÆ PROPHETÆ.

Transl. ex Septuag.

Et factum est, postquam in captiuitatem redactus est Israel, & Hierusalem deserta est, sedit Hieremias flens, & lamentatus est lamentationem hanc super Hierusalem, & dixit.

CAPVT PRIMVM.

ALEPH.

Liber hic Lamentationũ Ieremiæ in transl. ex Sept. ponitur post Prophetiã Baruch.

QVomodo sedit sola ciuitas quæ repleta fuit populis? facta est quasi vidua, plena in gentibus: princeps in prouincijs facta est in tributum.

BETH.

Plorans plorauit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius: & non est qui consoletur eam ex omnibus diligentibus eam: omnes amici eius spreuerunt eam: facti sunt ei in inimicos.

GIMEL.

Migrauit Iudæa propter humiliationem suam, & propter multitudinem seruitutis suæ: sedit in gentibus non inuenit requiem: omnes persequutores eius apprehenderunt eam in medio tribulantium.

DALETH.

Viæ Sion lugent, eo quod non sint, qui veniant ad solemnitatem: omnes portæ eius destructæ: Sacerdotes eius gemunt: virgines eius abductæ: & ipsa oppressa amaritudine in se.

HE.

Facti sunt tribulantes eam in caput: & inimici eius locupletati sunt: quia Dominus humiliauit eam propter multitudinem impietatum eius. Paruuli eius abierunt in captiuitatem ante faciem tribulantis.

VAV.

Et ablatus est à filia Sion omnis decor eius. Facti sunt principes eius velut arietes non inuenientes pascua: & abibant absque fortitudine ante faciem persequentis.

ZAIN.

Recordata est Hierusalem dierum humiliationis suę, & rebellionum suarum, omnium desiderabilium suorum, quæ fuerunt à diebus antiquis, cum caderet populus eius in manus tribulantis, & non esset, qui auxiliaretur ei. Videntes inimici eius riserunt super habitatione eius.

HETH.

Peccatum peccauit Hierusalem: propterea in fluctuationem facta est. Omnes qui glorificabant eam, humiliauerunt illam. Viderunt enim ignominiam eius: atque ipsa gemens, & conuersa est retrorsum.

TETH.

Immunditia eius ante pedes eius: non est recordata nouissimorum suorum. & fecit se descendere immense: non est, qui consoletur eam. Vide Domine humiliationem meam: quoniam magnificatus est inimicus.

CINOTH IRMEIAHV PROPHETÆ.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

Et factum est, postquam in captiuitatem redactus est Israel & Ierusalem deserta est, sedit Ieremias propheta flens, & planxit lamentatione hac super Ierusalem, & amaro animo suspirans, & eiulans, dixit,

CAPVT PRIMVM.

ALEPH.

1 *QVomodo sedet sola ciuitas copiosa quondam populo, facta est veluti vidua copiosa in Gentibus, domina in prouincijs facta est tributaria!*

BETH.

2 *Plorando plorat in nocte, & lachrymæ eius defluunt in maxillas eius, non est ei consolator ex omnibus amatoribus eius: omnes amici eius spreuerunt eam, facti sunt ei in inimicos.*

GHIMEL.

3 *Transmigrauit Iehudah propter afflictionem, & propter multitudinem seruitutis: ipsa habitat inter Gentes, non inueniens requiem: omnes persequutores eius apprehenderunt eam inter angustias.*

DALETH.

4 *Viæ Siion lugent, eo quod non sint qui veniant ad solemnitatem: omnes portæ eius desolatæ, sacerdotes eius suspirantes, virgines eius afflictæ, & ipsi est amaritudo.*

HE.

5 *Fuerunt hostes eius in caput, inimici eius prosperè egerunt, quia Iehouah dolore affecit eam propter multitudinem præuaricationum eius: paruuli eius abierunt in captiuitatem ante hostem.*

VAV.

6 *Et egressus est à filia Siion omnis decor eius: fuerunt principes eius veluti cerui qui non inuenerunt pascua, & abierunt absque fortitudine ante persequutorem.*

ZAIN.

7 *Recordata est Ierusalaim dierum afflictionis suæ, & indigentiarum suarum, omnium desiderabilium suorum, quæ fuerunt à diebus antiquis, dum caderet populus eius manu hostis, nec esset auxiliator ei: viderunt eam hostes, deriserunt sabbathum eius.*

HETH.

8 *Peccatum peccauit Ierusalaim, propterea in derisionem fuit: omnes qui honorabant eam, spreuerunt eam, quia viderunt turpitudinem eius: etiam ipsa suspirauit, & conuersa est retrorsum.*

TETH.

9 *Sordes eius in fimbriis eius: non est recordata nouissimi sui, & descendit mirabiliter: non est consolator ei. vide Iehoua afflictionem meam, quoniam magnifice fecit inimicus.*

Vulgat. Editio.

IOD.

Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius: quia vidit Gentes ingressas sanctuarium suum, de quibus præceperas ne intrarent in ecclesiam tuam.

CAPH.

Omnis populus eius gemens,& quærens panem: dederunt pretiosa quæque pro cibo ad refocillandam animam. vide Domine & considera, quoniam facta sum vilis.

LAMED.

O vos omnes, qui transitis per viam, attendite,& videte si est dolor sicut dolor meus: quoniam vindemiauit me vt locutus est Dominus in die iræ furoris sui.

MEM.

De excelso misit ignem in ossibus meis,& erudiuit me: expandit rete pedibus meis, conuertit me retrorsum: posuit me desolatam, tota die mœrore confectam.

NVN.

Vigilauit iugum iniquitatum mearum: in manu eius conuolutæ sunt, & impositæ collo meo: infirmata est virtus mea: dedit me Dominus in manu, de qua non potero surgere.

SAMECH.

Abstulit omnes magnificos meos Dominus de medio mei: vocauit aduersum me tempus, vt contereret electos meos: torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda.

AIN.

* Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquas: quia longe factus est à me consolator, conuertens animam meam: facti sunt filij mei perditi, quoniam inualuit inimicus.

PHE.

Expandit Sion manus suas, non est qui consoletur eam: mandauit Dominus aduersum Iacob in circuitu eius hostes eius: facta est Ierusalem quasi polluta menstruis inter eos.

SADE.

Iustus est Dominus, quia os eius ad iracundiam prouocaui, audite obsecro vniuersi populi,& videte dolorem meum, virgines meæ, & iuuenes mei abierunt in captiuitatem.

COPH.

Vocaui amicos meos, & ipsi deceperunt me: sacerdotes mei,& senes mei in vrbe consumpti sunt: quia quæsierunt cibum sibi vt refocillarent animam suam.

RES.

Vide Domine quoniam tribulor, conturbatus est venter meus: subuersum est cor meum in memetipsa, quoniam amaritudine plena sum, foris interficit gladius,& domi mors similis est.

SIN.

Audierunt quia ingemisco,& non est qui consoletur me: omnes inimici mei audierunt malum meum, lætati sunt, quoniam tu fecisti: adduxisti diem consolationis, & fient similes mei.

THAV.

Ingrediatur omne malum eorum coram te: & vindemia eos sicut vindemiasti me propter omnes iniquitates meas: multi enim gemitus mei, & cor meum mœrens.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

IOD.

10 *Manum suam extendit hostis super omnia desiderabilia eius, quia vidit Gentes, ingressę sunt sanctuarium eius, de quo præcepisti non intrabunt in ecclesiam.*

CAPH.

11 *Omnis populus eius suspirantes, quærentes panem: dederunt desiderabilia sua propter cibum, vt refocillarent animam. vide Domine, & aspice, quia fui vilis.*

LAMED.

12 *Non sit vobis graue: omnes qui transitis per viam, aspicite, & videte an sit dolor sicut dolor meus, qui factus est mihi, quoniam dolore affecit Dominus in die iræ furoris sui.*

MEM.

13 *De excelso misit ignem in ossibus meis, & dominatus est ipse ignis expandit rete pedibus meis, redire fecit me retrorsum: posuit me desolatam, tota die mœrentem.*

NVN.

14 *Ligatum est iugum iniquitatum mearum, manus eius perplexę sunt, ascenderunt super collum meum, infirmari fecit vires meas, dedit me Dominus in manibus eorum à quibus non potero surgere.*

SAMECH.

15 *Calcauit omnes validos meos Dominus in medio mei, vocauit aduersum me congregationem ad conterendum electos meos. Torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iehudah.*

AIN.

16 *Propter hæc defleo, ex oculo meo, ex oculo meo descendit aqua: quia elongatus est à me consolator, quiescere faciens animam meam, fuerunt filij mei desolati, quia præualuit inimicus.*

PHE.

17 *Fregit Siion manus suas, non est consolator ei, præcepit Dominus contra Iahacob, vt essent in circuitu eius hostes eius, fuit Ierusalaim in abominationem inter eos.*

SADE.

18 *Iustus est Dominus, quia ori eius rebellaui, audite quæso omnes populi, & videte dolorem meum, virgines meæ, & iuuenes mei abierunt in captiuitatem.*

COPH.

19 *Vocaui amicos meos, ipsi deceperunt me, sacerdotes mei, & senes mei in vrbe obierunt, quoniam quæsierunt cibum sibi, vt refocillarent animam suam.*

RES.

20 *Vide Domine quia tribulatio est mihi viscera mea intumuerunt, vertit se cor meum in medio mei, quia rebellando rebellaui foris orbauit gladius, domi erat tanquam mors.*

SIN.

21 *Audierunt quod suspiro, non est consolator mihi, omnes inimici mei audierunt malum meum, gauisi sunt, quia tu fecisti: adduxisti diem quem vocasti, & sint sicut ego sum.*

THAV.

22 *Ingrediatur omne malum eorum coram te, & fac eis quemadmodum fecisti mihi propter omnes iniquitates meas: multa enim sunt suspiria mea, & cor meum mœrens.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

IOD.

10 Manum suam extendit tribulans ad omnia desi-
derabilia eius: vidit enim gentes ingressas in san-
ctuarium eius, quas præceperas non intrare eas in
ecclesiam tuam.

CHAPH.

11 Omnis populus eius gementes, quærentes panem:
dederunt desiderabilia eius in cibum ad reuocan-
dam animam. Vide Domine, & considera, quoniam
facta est vilis.

LAMED.

12 Qui ad vos, omnes, qui transitis per viam, con-
uertite vos, & videte, si est dolor iuxta dolorem
meum, qui factus est. Loquutus in me humiliauit
me Dominus in die iræ furoris sui.

MEM.

13 De excelso suo misit ignem, in ossa mea deduxit
eum: expandit rete pedibus meis: conuertit me re-
trorsum: dedit me desolatam, tota die mœrore
confectam.

NVN.

14 Vigilauit super impietates meas: in manibus
meis complicatæ sunt, ascenderunt super collum
meum. Infirmata est virtus mea: quia dedit Domi-
nus in manibus meis dolores: non potero stare.

SAMECH.

15 Abstulit omnes fortes meos Dominus de medio
mei: vocauit super me tempus conterendi electos
meos. Torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iu-
da: Super his ego ploro.

AIN.

16 Oculus meus deduxit aquam: quia longe factus
est à me, qui consoletur me, qui reducat animam
meam: facti sunt filij mei perditi: quoniam inualuit
inimicus.

PHE.

17 Expandit Sion manum suam: non est, qui conso-
letur eam. Mandauit Dominus ipsi Iacob in circui-
tu eius tribulantes eum: facta est Hierusalem in
pollutam menstruis inter eos.

TSADE.

18 Iustus est Dominus: quia os eius ad iracundiam
prouocaui. Audite, obsecro, vniuersi populi, & vide-
te dolorem meum. Virgines meæ, & iuuenes mei
abierunt in captiuitatem.

COPH.

19 Vocaui amatores meos: ipsi autem deceperunt.
Sacerdotes mei, & seniores mei in vrbe defecerunt:
quia quæsierunt cibum sibi, vt refocillarent ani-
mas suas, & non inuenerunt.

RECHS.

20 Vide Domine, quoniam tribulor: conturbatus
est venter meus: & cor meum versum est in me;
quoniam exacerbans exacerbata sum; foris orba-
uit me filijs gladius, sicut mors in domo.

CHSEN.

21 Audite obsecro, quia ingemisco ego: non est, qui
consoletur me. Omnes inimici audierunt mala
mea, & lætati sunt, quoniam tu fecisti: adduxisti
diem, vocasti tempus: facti sunt similes mihi.

THAV.

22 Ingrediatur omnis malitia eorum ante faciem
tuam, & vindemia eos; sicut vindemiam fecerunt
pro omnibus peccatis meis. Multi enim gemitus
mei: & cor meum mœret.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

IOD.

Manum suam extendit hostis ad omnia desiderabilia eius: vidit enim Gentes ingredi Sanctuarium suum: de quibus præcepisti vt non ingrederentur in ecclesiam tuam.

CAPH.

Omnis populus eius suspirantes, quærentes panem: dederunt desiderabilia sua pro cibo, vt refocillarent animam. vide Iehoua, & aspice quod sim vilis.

LAMED.

Ne sit vobis graue, omnes qui transitis per viam, aspicite, & videte an sit dolor sicut dolor meus qui factus est mihi: quoniam dolore affecit me Iehouah in die iræ furoris sui.

MEM.

De excelso misit ignem in ossa mea, & dominatus est vnicuique ipsorum: expandit rete pedibus meis, conuertit me retrorsum: posuit me desolatam, tota die mœrentem.

NVN.

Ligatum est iugum iniquitatum mearum manu eius: implexa sunt, ascenderunt super collum meum, corruere fecit vires meas, tradidit me Dominus in manus hostium à quibus non potero surgere.

SAMECH.

Conculcauit omnes validos meos Dominus in medio mei: vocauit aduersum me congregationem ad conterendum electos meos: torcular calcauit Dominus virgini filia Iehudah.

AIN.

Propter hæc ploro, ex oculo meo, ex oculo inquam meo descendit aqua: quia longè recessit à me consolator, recreans animam meam: filij mei desolati sunt, quia præualuit inimicus.

PHE.

Frangit Siion manibus suis, non est consolator ei: præcepit Iehouah contra Iaacob, vt essent in circuitu eius hostes eius, fuit Ierusalaim in abominationem inter eos.

SADE.

Iustus est Iehouah, quia ori eius rebellaui. audite quæso omnes populi, & videte dolorem meum: virgines meæ, & iuuenes mei abierunt in captiuitatem.

COPH.

Vocaui amicos meos, at ipsi deceperunt me: Sacerdotes mei, & senes mei in vrbe consumpti sunt quum quærerent cibum sibi vt refocillarent animam suam.

RES.

Vide Iehoua quod tribulatio est mihi, viscera mea intumuerunt, inuersum est cor meum in medio mei, quia rebellando rebellaui: foris orbauit gladius, domi tanquam mors est.

SIN.

Audierunt quod ingemisco, nec est consolator mihi: omnes inimici mei audito malo meo gauisi sunt quod tu hoc fecisti: adduxisti diem quem indixisti, sed erunt sicut ego sum.

THAV.

Ingrediatur omne malum eorum coram te, & fac illis quemadmodum fecisti mihi propter omnes iniquitates meas: multa enim sunt suspiria mea, & cor meum mœret.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. II.

ALEPH.

Quomodo obtexit caligine in furore suo Dominus filiam Sion: proiecit de cælo in terram inclytam Israel, & non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui.

BETH.

Præcipitauit Dominus, nec pepercit, omnia speciosa Iacob destruxit in furore suo munitiones virginis Iuda, & deiecit in terram: polluit regnum, & principes eius.

GIMEL.

Confregit in ira furoris sui omne cornu Israel: auertit retrorsum dexteram suam à facie inimici: & succendit in Iacob quasi ignem, flammæ deuorantis in gyro.

DALETH.

Tetendit arcum suum, quasi inimicus, firmauit dexteram suam quasi hostis: & occidit omne, quod pulchrum erat visu in tabernaculo filiæ Sion, effudit quasi ignem indignationem suam.

HE.

Factus est Dominus velut inimicus: præcipitauit Israel, præcipitauit omnia mœnia eius: dissipauit munitiones eius, & repleuit in filia Iuda humiliatum, & humiliatam.

VAV.

Et dissipauit quasi hortum tentorium suum, demolitus est tabernaculum suum: obliuioni tradidit Dominus in Sion, festiuitatem, & sabbatum: & in opprobrium, & in indignationem furoris sui regem, & sacerdotem.

ZAIN.

Repulit Dominus altare suum, maledixit sanctificationi suæ: tradidit in manu inimici muros turrium eius: vocem dederunt in domo Domini, sicut in die solemni.

HETH.

Cogitauit Dominus dissipare murum filiæ Sion: tetendit funiculum suum, & non auertit manum suam à perditione: luxitque antemurale: & murus pariter dissipatus est.

TETH.

Defixę sunt in terra portæ eius: perdidit, & contriuit vectes eius: regem eius & principes eius in Gentibus: non est lex, & prophetæ eius non inuenerunt visionem à Domino.

IOD.

Sederunt in terra, conticuerunt senes filiæ Sion: consperserunt cinere capita sua, accincti sunt cilicijs, abiecerunt in terram capita sua virgines Ierusalem.

CAPH.

Defecerunt præ lachrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea: effusum est in terra iecur meum super contritione filiæ populi mei, cum deficeret paruulus, & lactens in plateis oppidi.

LAMED.

Matribus suis dixerunt: Vbi est triticum & vinum? cum deficerent quasi vulnerati in plateis ciuitatis, cum exhalarent animas suas in sinu matrum suarum.

MEM.

Cui comparabo te? vel cui assimilabo te filia Ierusalem? cui exæquabo te, & consolabor te virgo filia Sion? magna est enim velut mare contritio tua: quis medebitur tui?

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. II.

ALEPH.

1 *Quomodo tenebrescere fecit in furore suo Dominus filiam Siion, proiicere fecit de cœlo in terram decorem Israel, & non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui*

BETH.

2 *Perdidit Dominus, & non pepercit omnia tabernacula Iahacob, destruxit in furore suo munitiones filiæ Iehudah, attingere fecit terram, polluit regnum, & principes eius.*

GHIMEL.

3 *Concidit in ira furoris omne cornu Israel, redire fecit retrorsum dexteram suam à facie inimici, & accensus est in Iahacob veluti ignis, flamma consumpsit in circuitu.*

DALETH.

4 *Tetendit arcum suum, veluti inimicus, stetit dextera eius tanquam hostis, & occidit omnia desiderabilia oculi in tabernaculo filiæ Siion, effudit (tanquam ignem) indignationem suam.*

HE.

5 *Fuit Dominus veluti inimicus, perdidit Israel, perdidit omnia palatia eius, dissipauit munitiones eius, & multiplicauit in filia Iehudah luctum, & luctum.*

VAV.

6 *Et transtulit veluti hortum tentorium suum, subuertit congregationem suam: obliuisci fecit Dominus in Siion sollemnitatem & sabbatum, & spreuit in ira furoris sui Regem & Sacerdotem.*

ZAIN.

7 *Elongauit Dominus altare suum, proiecit à corde Sanctuarium suum, tradi fecit in manu inimici muros palatiorum eius, vocem dederunt in domo Domini, sicut in die sollemnitatis.*

HETH.

8 *Cogitauit Dominus dissipare murum filiæ Siion extendit regulam, non redire fecit manum suam à perdendo, & desolauit antemurale, & muri pariter desolati sunt.*

TETH.

9 *Demersæ sunt in terra portæ eius, perdidit, & contriuit vectes eius, Regem eius, & principes eius in Gentibus: non est Lex, etiam Prophetæ eius non inuenerunt visionem à Domino.*

IOD.

10 *Sederunt in terra, conticuerunt senes filiæ Siion, ascendere fecerunt puluerem super caput suum, accinxerunt se saccis, deposuerunt in terram caput suum filiæ Ierusalaim.*

CAPH.

11 *Defecerunt propter lachrymas oculi mei, intumuerunt viscera mea, effusum est in terra iecur meum propter contritionem filiæ populi mei, cum deficeret paruulus, & lactens in plateis ciuitatis.*

LAMED.

12 *Matribus suis dixerunt, vbi est triticum, & vinum cum deficerent tanquam occisus in plateis ciuitatis, cum effunderetur anima eorum in sinu matrum suarum?*

MEM.

13 *Quid testificari faciam tibi, & quid assimilabo tibi filia Ierusalaim? quid æquabo tibi, & consolabor te virgo filia Siion? magna est enim velut mare contritio tua, quis medebitur tibi?*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

CAP. II.

ALEPH.

1 Qvomodo obtexit caligine in ira sua Dominus filiam Sion? proiecit de cælo in terram gloriationem Israel: & non est recordatus scabelli pedum suorum.

BETH.

2 In die iræ suæ absorbuit Dominus, non parcens, omnia speciosa Iacob: destruxit in furore suo munitiones filię Iuda; adhęrere fecit ad terram: polluit regem eius, & principes eius.

GIMEL.

3 Confregit in ira furoris sui omne cornu Israel: auertit retrorsum dexteram suam à facie inimici: & accendit in Iacob quasi ignem, flammam: & deuorauit omnia, quæ in gyro.

DALETH.

4 Tetendit arcum suum quasi inimicus aduersarius: firmauit dexteram suam quasi aduersarius: & occidit omnia desiderabilia oculorum meorum in tabernaculo filię Sion: effudit quasi ignem indignationem suam.

HE.

5 Factus est Dominus velut inimicus: absorbuit Israel: absorbuit palatia eius: dissipauit munitiones eius: & multiplicauit filiæ Iuda humiliatam, & humiliatam.

VAV.

6 Et fecit auolare quasi vitem, tabernaculum suum: corrupit festiuitatem suam. Oblitus est Dominus, quæ fecit in Sion, festiuitatis, & sabbati: & irritauit fremitu irę suę regem, & sacerdotem, & principem.

ZAIN.

7 Repulit Dominus altare suum: excussit sanctificationem suam: contriuit in manu inimici murum turrium eius. Vocem dederunt in domo Domini, sicut in die festiuitatis.

HETH.

8 Et conuertit se ad dissipandum murum filiæ Sion, tetendit mensuram: non auertit manum suam à conculcatione: luxitque antemurale: & murus pariter infirmatus est.

TETH.

9 Defixę sunt in terram portæ eius: perdidit, & contriuit vectes eius, regem eius, & principem eius in gentibus. Non est lex: & etiam prophetæ eius non viderunt visionem à Domino.

IOD.

10 Sederunt in terra, conticuerunt senes filiæ Sion; imposuerunt cinerem super caput suum: accincti sunt cilicijs: deduxerunt in terram principes virgines in Hierusalem.

CHAPH.

11 Defecerunt in lachrymis oculi mei: conturbatum est cor meum: effusa est in terram gloria mea, super contritionem filiæ populi mei, cum deficeret paruulus, & lactens in plateis ciuitatis.

LAMED.

12 Matribus suis dixerunt, vbi est triticum, & vinum? Cum dissoluerentur, quasi vulnerati in plateis ciuitatis, cum effunderent animas suas in sinum matrum suarum.

MEM.

13 Quid testificabor tibi, aut quid assimilabo tibi filia Hierusalem? Quis saluabit, & consolabitur te virgo filia Sion? quoniam magnificatum est poculum contritionis tuæ: quis medebitur tui?

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAP. II.

ALEPH.

Qvomodo obscurauit in furore suo Dominus filiam Siion, proiecit è cælo in terram decorem Israel, & non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui?

BETH.

Perdidit Dominus, & non pepercit, omnia tabernacula Iaacob, destruxit in furore suo, munitiones filiæ Iehudah deiecit in terram, polluit regnum & principes eius.

GHIMEL.

Concidit in ira furoris omne cornu Israel, redire fecit retrorsum dexteram suam à facie inimici, & accensus est in Iaacob veluti ignis flamma consumpsit in circuitu.

DALETH.

Tetendit arcum suum veluti inimicus, stetit dextera eius tanquam hostis, & occidit omnia desiderabilia oculi, in tabernaculo filiæ Siion, effudit tanquam ignem indignationem suam.

HE.

Fuit Dominus veluti inimicus, perdidit Israelem, perdidit omnia palatia eius, dissipauit munitiones eius, & multiplicauit in filia Iehudah planctum & luctum.

VAV.

Et transtulit veluti hortum tentorium suum, subuertit congregationem suam: obliuisci facit Iehouah in Siion solennitatem & sabbathum, & spreuit in ira furoris sui Regem & Sacerdotem.

ZAIN.

Repulit Dominus altare suum, abominatus est Sanctuarium suum: tradidit in manum inimici muros palatiorum eius, vocem dederunt in domo Iehoua, sicut in die solennitatis.

HETH.

Cogitauit Iehouah vastare murum filiæ Siion, extendit regulam, non retraxit manum suam à perdendo, desolauitque antemurale & murum, pariter desolata sunt.

TETH.

Demersæ sunt in terram portæ eius, perdidit; & contriuit vectes eius, Regem eius, & principes eius Gentibus: non est Lex, Prophetæ quoque eius non inuenerunt visiones à Iehoua.

IOD.

Sederunt in terra, conticuerunt senes filiæ Siion, imposuerunt puluerem super caput suum, accinxerunt se saccis, demittunt in terram caput suum filiæ Ierusalaim.

CAPH.

Defecerunt præ lachrymis oculi mei, intumuerunt viscera mea, effusum est in terram iecur meum propter contritionem filiæ populi mei, quum deficeret paruulus & lactens in plateis ciuitatis.

LAMED.

Matribus suis dixerunt, Vbi est triticum & vinum? quum scilicet deficerent tanquam occisus in plateis ciuitatis, quum effunderetur anima eorum in sinu matrum suarum.

MEM.

Quid testificabor tibi, quidue assimilabo tibi filia Ierusalaim? quid æquabo tibi vt consoler te, virgo filia Siion? magna est enim velut mare, contritio tua: quis medebitur tibi?

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

NVN.

14 Prophetæ tui viderunt tibi falsa, & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent: viderunt autem tibi assumptiones falsas,& eiectiones.

SAMECH.

15 Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per viam: sibilauerunt, & mouerunt caput suum super filiam Ierusalem: Hæccine est vrbs, dicentes, perfecti decoris, gaudium vniuersæ terræ?

PHE.

16 Aperuerunt super te os suum omnes inimici tui: sibilauerunt, & fremuerunt dentibus & dixerunt: Deuorabimus: en ista est dies, quam expectabamus: inuenimus, vidimus.

AIN.

17 *Fecit Dominus quæ cogitauit, compleuit sermonem suum, quem præceperat à diebus antiquis: destruxit, & non pepercit, & lætificauit super te inimicum, & exaltauit cornu hostium tuorum.

* Le. 26 16. Deu. 28 15. Ier. 14. 17.

SADE.

18 Clamauit cor eorum ad Dominum super muros filiæ Sion: *Deduc quasi torrentem lachrymas per diem, & noctem: non des requiem tibi neque taceat pupilla oculi tui.

* Sup. 1.16.

COPH.

19 Consurge, lauda in nocte in principio vigiliarum: effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini: leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum, qui defecerunt in fame in capite omnium compitorum.

RES.

20 Vide Domine, & considera quem vindemiaueris ita: ergone comedent mulieres fructum suum, paruulos ad mensuram palmæ? si occiditur in sanctuario Domini sacerdos, & propheta?

SIN.

21 Iacuerunt in terra foris puer, & senex: virgines meæ, & iuuenes mei ceciderunt in gladio: interfecisti in die furoris tui: percussisti, nec misertus es.

THAV.

22 Vocasti quasi ad diem sollemnem, qui terrerent me de circuitu, & non fuit in die furoris Domini qui effugeret, & relinqueretur: quos educaui, & enutriui, inimicus meus consumpsit eos.

CAP. III.

ALEPH.

1 EGo vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius.

ALEPH.

2 Me minauit, & adduxit in tenebras, & non in lucem.

ALEPH.

3 Tantum in me vertit, & conuertit manum suam tota die.

BETH.

4 Vetustam fecit pellem meam, & carnem meam, contriuit ossa mea.

BETH.

5 Ædificauit in gyro meo, & circumdedit me felle, & labore.

BETH.

6 In tenebrosis collocauit me, quasi mortuos sempiternos.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

NVN.

Propheta tui viderunt tibi vanum, & insulsum, & non aperuerunt iniquitatem tuam, vt conuerterent auersionem tuam, & viderunt tibi prophetias vanas, & qua te expellebant à me.

SAMECH.

Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per viam sibilauerunt, & mouerunt caput suum super filiam Ierusalaim: Num hac est ciuitas quam dicebant perfecti esse decoris in gaudium vniuersa terra?

PHE.

Aperuerunt super te os suum omnes inimici tui, & sibilauerunt, & fremuerunt dente, dixerunt perdamus. equidem hac est dies, quam expectabamus, inuenimus, vidimus.

AIN.

Fecit Dominus qua cogitauit, compleuit sermonem suum, quem praceperat à diebus antiquis: destruxit, & non pepercit, lætificarique fecit super te inimicum, exaltauit cornu hostium tuorum.

SADE.

Clamauit cor eorum ad Dominum, ô Mure filia Sion, descendere fac lachrymam veluti torrentem per diem, & noctem: non des requiem tibi, non taceat pupilla oculi tui.

COPH.

Surge, clama in nocte in principio vigiliarum, effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini: leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum deficientium propter famem in capite omnium platearum.

RES.

Vide Domine, & aspice ad eum quem fecisti sic: num comedunt mulieres fructum suum, paruulos qui educantur? num occiditur in Sanctuario Domini Sacerdos, & Propheta?

SIN.

Iacuerunt in terra, in plateis puer, & senex, virgines mea, & iuuenes mei ceciderunt gladio: interfecisti in die furoris tui, iugulasti, non pepercisti.

THAV.

Vocasti tanquam ad diem sollemnem timores meos de circuitu, & non fuit in die furoris Domini euasor, & superstes: quos educaui, & auxi, inimicus meus consumpsit.

CAP. III.

ALEPH.

EGo vir qui vidi afflictionem in virga indignationis eius.

ALEPH.

Me duxit, & ire fecit in tenebras, & non in lucem.

ALEPH.

Profecto contra me conuersus est, vertit manum suam tota die.

BETH.

Consumpsit carnem meam, & pellem meam, confregit ossa mea.

BETH.

Ædificauit aduersum me, & circumdedit felle & labore.

BETH.

In tenebrosis locis manere fecit me, veluti mortuos in seculum.

Tranfl. ex Septuag.

NVN.

14 Prophetæ tui viderunt tibi vana,& ftultitiam:& non reuelarunt fuper iniquitatem tuam, ad reducendam captiuitatem tuam:& viderunt tibi affumptiones falfas,& eiectiones.

SAMECH.

15 Plaufcrunt fuper te manibus omnes tranfeuntes per viam; fibilauerunt, & mouerunt caput fuum fuper filiam Hierufalem. Hæccine eft vrbs, dicent, corona lætitiæ vniuerfæ terræ?

PHE.

16 Aperuerunt fuper te os fuum omnes inimici tui: fibilauerunt,& fremuerunt dentibus, & dixerunt: abforbuimus eam,profecto hæc eft dies, quam expectabamus:inuenimus eam,vidimus.

AIN.

17 Fecit Dominus, quæ cogitauit: compleuit fermonem fuum, quæ præceperat à diebus antiquis: deftruxit, & non pepercit: & lætificauit fuper te inimicum:exaltauit cornu tribulantis te.

TSADE.

18 Clamauit cor eorum ad Dominum: Muri Sion deducite quafi torrentes lachrymas per diem & noctem:non des requiem tibi: non taceat filia oculorum tuorum.

COPH.

19 Surge,exulta in nocte in principijs cuftodiæ tuæ: effunde ficut aquam cor tuum ante faciem Domini:leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum, qui diffoluuntur fame in principio omnium compitorum.

RECHS.

20 Vide Domine,& confidera, quem vindemiaris ita.Si comedent mulieres fructum ventris fui?vindemiam fecit coquus:occidentur paruuli fugentes vbera. Occides in fanctuario Domini facerdotem, & prophetam?

CHSEN.

21 Dormierunt in via paruulus & fenex: virgines meæ, & iuuenes mei abierunt in captiuitatem: in gladio,& in fame occidifti in die iræ tuæ, mactafti, non pepercifti.

THAV.

22 Vocauit diem folennitatis paræcias meas de circuitu:& non fuerunt in die iræ Domini, qui effugeret faluus, & qui relinqueretur:ficut inualefcere feci,& multiplicaui inimicos meos omnes.

CAP. III.

ALEPH.

1 EGo vir videns paupertatem, in virga furoris eius fuper me.

ALEPH.

2 Minauit me, & abduxit me in tenebras, & non lucem.

ALEPH.

3 Tantum in me conuertit manum fuam tota die:

BETH.

4 In tenebrofis collocauit me, quafi mortuos fæculi.

BETH.

5 Ædificauit contra me, & circundedit caput meum,& laborare fecit:

BETH.

6 Vetuftam fecit carnem meam, & pellem meam: offa mea contriuit.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

NVN.

14 *Propheta tui viderunt tibi vanum & infulfum,& non aperuerunt iniquitatem tuam vt conuerterent auerfionem tuam: viderunt inquam tibi prophetias vanas & expulfiones.*

SAMECH.

15 *Complauferunt fuper te manibus omnes tranfeuntes per viam, fibilauerunt & mouerunt caput fuum fuper filiam Ierufalaim, dicentes, Haccine eft vrbs quam dicebant perfecti effe decoris, gaudium vniuerfa terra?*

AIN.

16 *Aperuerunt fuper te os fuum omnes inimici tui, & fibilauerunt, & frenduerunt dente: dixerunt, Perdamus: equidem hac eft dies quam expectabamus, inuenimus, vidimus.*

PHE.

17 *Fecit Iehouah qua cogitauit,compleuit fermonem fuum quem mandauerat à diebus antiquis: deftruxit, & non pepercit, latificauitq́ fuper te inimicum, exaltauit cornu hoftium tuorum.*

SADE.

18 *Clamauit cor eorum ad Dominum,O mure filia Siion, defcendere fac lachrymam veluti torrentem per diem & noctem,ne des requiem tibi,nec quiefcat pupilla oculi tui.*

COPH.

19 *Surge, clama in nocte in principio vigiliarum, effunde ficut aquam cor tuum ante confpectum Domini: leua ad eum manus tuas propter animam paruulorum tuorum deficientium pra fame in capite omnium platearum.*

RES.

20 *Vide Iehoua, & afpice cuinam fic feceris: num comederunt mulieres fructum fuum, paruulos qui educantur? num occiditur in Sanctuario Domini Sacerdos & Propheta?*

SIN.

21 *Iacuerunt humi in plateis puer & fenex, virgines mea & iuuenes mei ceciderunt gladio: interfecifti in die furoris tui, iugulafti, non pepercifti.*

THAV.

22 *Vocafti tanquam ad diem folennem timores meos de circuitu, nec fuit in die furoris Iehoua euafor & fuperftes: quos educaui & euexi,inimicus meus confumpfit.*

CAP. III.

ALEPH.

1 *EGo fum vir ille qui vidi afflictionem in virga indignationis eius.*

ALEPH.

2 *Me duxit, & deduxit in tenebras, & non in lucem.*

ALEPH.

3 *Profecto contra me conuerfus eft, vertit manum fuam contra me tota die.*

BETH.

4 *Vetuftam reddidit carnem meam & pellem meam, confregit offa mea.*

BETH.

5 *Ædificauit aduerfum me,& circundedit felle & labore.*

BETH.

6 *In tenebrofis locis manere fecit me, veluti mortuos in feculum.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
GHIMEL.		*GHIMEL.*
Circumædificauit aduersum me, vt non egrediar: aggrauauit compedem meum.	7	*Murum fecit ante me, & non egrediar: aggrauari fecit compedem meum.*
GHIMEL.		*GHIMEL.*
Sed & cum clamauero, & rogauero, exclusit orationem meam.	8	*Etiam quando clamabam, & vociferabam, clausit orationem meam.*
GHIMEL.		*GHIMEL.*
Conclusit vias meas lapidibus quadris, semitas meas subuertit.	9	*Circunsepsit vias meas exciso lapide, semitas meas peruertit.*
DALETH.		*DALETH.*
Vrsus insidians factus est mihi: leo in absconditis.	10	*Vt vrsus insidians fuit mihi, vt leo in absconditis.*
DALETH.		*DALETH.*
Semitas meas subuertit, & confregit me: posuit me desolatam.	11	*Vias meas peruertit, & concidit me in frusta, posuit me desolatam.*
DALETH.		*DALETH.*
Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam.	12	*Tetendit arcum suum, & statuit me tanquam signum ad sagittam.*
HE.		*HE.*
Misit in renibus meis filias pharetræ suæ.	13	*Ingredi fecit renes meos sagittas pharetra sua.*
HE.		*HE.*
Factus sum in derisum omni populo meo canticum eorum tota die.	14	*Fui risus omni populo meo, canticum eorum tota die.*
HE.		*HE.*
Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absynthio.	15	*Saturari fecit me amaritudinibus, inebriare fecit me absynthio.*
VAV.		*VAV.*
Et fregit ad numerum dentes meos, cibauit me cinere.	16	*Et confringere fecit lapillis dentes meos, operire fecit me puluere.*
VAV.		*VAV.*
Et repulsa est à pace anima mea, oblitus sum bonorum.	17	*Et elongauit se à pace anima mea, oblitus sum boni.*
VAV.		*VAV.*
Et dixi: Perijt finis meus, & spes mea à Domino.	18	*Et dixi: Periit fortitudo mea, & spes mea à Domino.*
ZAIN.		*ZAIN.*
Recordare paupertatis, & transgressionis meæ, absynthij, & fellis.	19	*Recordare afflictionis mea, & planctus mei, absynthij, & felis.*
ZAIN.		*ZAIN.*
Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea.	20	*Recordando recordabitur, & humiliabitur in me anima mea.*
ZAIN.		*ZAIN.*
Hæc recolens in corde meo, ideo sperabo.	21	*Hoc redire faciam ad cor meum, idcirco expectabo.*
HETH.		*HETH.*
Misericordiæ Domini quia non sumus consumpti: quia non defecerunt miserationes eius.	22	*Misericordia Domini sunt quod non sumus consumpti, quia non defecerunt misericordia eius.*
HETH.		*HETH.*
Noui diluculo, multa est fides tua.	23	*Nonne sunt quolibet manè misericordia eius? Magna est fides qua est de te.*
HETH.		*HETH.*
Pars mea Dominus, dixit anima mea: propterea expectabo eum.	24	*Pars mea Dominus, dixit anima mea: propterea expectabo eum.*
TETH.		*TETH.*
Bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum.	25	*Bonus est Dominus expectantibus eum, anima qua quæsierit eum.*
TETH.		*TETH.*
Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei.	26	*Bonum est quod expectet homo, & sit silens in salute Domini.*
TETH.		*TETH.*
Bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua.	27	*Bonum est viro cum portauerit iugum in adolescentia sua.*
IOD.		*IOD.*
Sedebit solitarius, & tacebit: quia leuauit super se.	28	*Manebit solitarius, & expectabit, quia portauit super se iugum.*
IOD.		*IOD.*
Ponet in puluere os suum: si forte sit spes.	29	*Ponet in puluere os suum, si fortè sit spes.*

Transl. ex Septuag.		Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
GHIMEL.		*GHIMEL.*
Ædificauit contra me, & non egrediar: aggrauauit æs meum.	7	*Circunsepiuit me, & non egrediar: aggrauauit compedem meum.*
GHIMEL.		*GHIMEL.*
Etiam vociferabor, & clamabo: obstruxit orationem meam.	8	*Etiam quando clamabam & vociferabar, occlusit aures ad orationem meam.*
GHIMEL.		*GHIMEL.*
Circumædificauit vias meas, obstruxit semitas meas, conturbauit.	9	*Circunsepsit vias meas exciso lapide, semitas meas peruertit.*
DALETH.		*DALETH.*
Vrsus insidians mihi, leo in absconditis:	10	*Vt vrsus insidians fuit mihi vt leo in latibulis.*
DALETH.		*DALETH.*
Persequutus est recedentem, & cessare me fecit: posuit me desolatam.	11	*Vias meas peruertit, & concidit me in frusta, posuit me desolatam.*
DALETH.		*DALETH.*
Tetendit arcum suum, & statuit me quasi signum ad sagittam:	12	*Tetendit arcum suum, & statuit me tanquam scopum sagittæ.*
HE.		*HE.*
Immisit in renes meos sagittas pharetræ suæ.	13	*Ingredi fecit renes meos sagittas suas.*
HE.		*HE.*
Factus sum risus omni populo meo, psalmus eorum tota die.	14	*Fui risui omni populo meo, canticum eorum tota die.*
HE.		*HE.*
Saturauit me amaritudine, inebriauit me felle,	15	*Satiauit me amaritudinibus, inebriauit me absynthio.*
VAV.		*VAV.*
Et eiecit calculo dentes meos: cibauit me cinere:	16	*Et confregit lapillis dentes meos, operuit me puluere.*
VAV.		*VAV.*
Et repulit à pace animam meam: oblitus sum bonorum.	17	*Et elongauit se à pace anima mea, oblitus sum boni.*
VAV.		*VAV.*
Perijt victoria mea, & spes mea à Domino.	18	*Dixi ergo, Periit fortitudo mea, & spes mea à Iehoua:*
ZAIN.		*ZAIN.*
Recordatus sum à paupertate mea: & de persequutione amaritudo, & fel meum.	19	*Dum recordor afflictionis meæ, & planctus mei, absynthij, & fellis.*
ZAIN.		*ZAIN.*
In memoria erit: & recolet super me anima mea.	20	*Recordando enim recordatur, & humiliatur in me anima mea.*
ZAIN.		*ZAIN.*
Hanc ponam in cor meum: propter hoc sustinebo.	21	*Hoc reduco ad cor meum, idcirco spero.*
HETH.		*HETH.*
Misericordiæ Domini (quia non fecit deficere me: quia non sunt consumptæ miserationes eius: Menses in matutinis miserere Domine) quia consumpti non sumus: quia non sunt consummatæ miserationes eius	22	*Misericordiæ Iehouæ sunt quod non sumus consumpti, quia non defecerunt misericordiæ eius.*
HETH.		*HETH.*
Nouæ in matutinis: multa est fides tua.	23	*Nouæ sunt quolibet manè misericordiæ eius, magna est fides tua.*
HETH.		*HETH.*
Pars mea Dominus, dixit anima mea: propterea expectabo eum,	24	*Pars mea Iehouah, dixit anima mea: propterea expectabo eum.*
TETH.		*TETH.*
Bonus est Dominus sustinentibus eum: animæ, quæ quæret illum,	25	*Bonus est Iehouah expectantibus eum, animæ quæ quæsierit eum.*
TETH.		*TETH.*
Bonum: & sustinebit, & silebit in salutare Domini.	26	*Bonum est quod & expectet homo, & sit silens in salute Iehouæ.*
TETH.		*TETH.*
Bonum est viro, cum portauerit iugum in iuuentute sua:	27	*Bonum est viro quum portauerit iugum in adolescentia sua.*
IOD.		*IOD.*
Sedebit singulariter, & silebit, quia tulit super se.*	28	*Manebit solitarius, & tacebit, quia portauit super se iugum,*
		IOD.
	29	*Ponet in puluere os suum, si fortè sit spes.*

* Non hētur in hac transl. quæ deberent rēdere nu. 29.

Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
IOD.		*IOD.*
Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs.	30	*Dabit percutienti se maxillam, saturabitur probro.*
CAPH.		*CAPH.*
Quia non repellet in sempiternum Dominus.	31	*Quia non elongabit in seculum Dominus.*
CAPH.		*CAPH.*
Quia si abiecit, & miserebitur secundum multitudinem misericordiarum suarum.	32	*Quia si dolore affecerit, miserebitur secundum multitudinem misericordiarum suarum.*
CAPH.		*CAPH.*
Non enim humiliauit ex corde suo, & abiecit filios hominum.	33	*Non enim afflixit de corde suo, nec dolore affecit filios viri.*
LAMED.		*LAMED.*
Vt contereret sub pedibus suis omnes vinctos terræ,	34	*Vt contereret sub pedibus suis omnes vinctos terræ.*
LAMED.		*LAMED.*
Vt declinaret iudicium viri in conspectu vultus Altissimi.	35	*Vt declinare faceret iudicium viri coram vultu Altissimi.*
LAMED.		*LAMED.*
Vt peruerteret hominem in iudicio suo, Dominus ignorauit.	36	*Vt peruerteret hominem in iudicio suo, Dominus non vidit.*
MEM.		*MEM.*
* Quis est iste, qui dixit vt fieret, Domino non iubente? (* Amos 3.6.)	37	*Quis est qui dixit, fuit hoc, & Dominus non præcepit?*
MEM.		*MEM.*
Ex ore Altissimi non egredientur nec mala nec bona?	38	*Quis dixit: De ore Altissimi non egredientur mala, & bona?*
MEM.		*MEM.*
Quid murmurauit homo viuens, vir pro peccatis suis?	39	*Cur dolet homo viuens, vir super peccato suo?*
NVN.		*NVN.*
Scrutemur vias nostras, & quæramus, & reuertamur ad Dominum.	40	*Scrutemur vias nostras, & inquiramus, & reuertamur ad Dominum.*
NVN.		*NVN.*
Leuemus corda nostra cum manibus ad Dominum in cælos.	41	*Leuemus corda nostra cum manibus ad Dominum in cælo.*
NVN.		*NVN.*
Nos inique egimus, & ad iracundiam prouocauimus: idcirco tu inexorabilis es.	42	*Nos præuaricati sumus, & rebelles fuimus, tu non pepercisti.*
SAMECH.		*SAMECH.*
Operuisti in furore, & percussisti nos: occidisti, nec pepercisti.	43	*Opposuisti furorem, & persecutus es nos: occidisti, & non pepercisti.*
SAMECH.		*SAMECH.*
Opposuisti nubem tibi, ne transeat oratio.	44	*Opposuisti nubem tibi, ne transiret oratio.*
SAMECH.		*SAMECH.*
Eradicationem, & abiectionem posuisti me in medio populorum.	45	*Abrasionem, & abiectionem posuisti nos in medio populorum.*
PHE.		*PHE.*
Aperuerunt super nos os suum omnes inimici.	46	*Aperuerunt super nos os suum omnes inimici nostri.*
PHE.		*PHE*
Formido, & laqueus facta est nobis vaticinatio, & contritio.	47	*Formido, & laqueus fuit nobis, vastatio, & contritio.*
PHE.		*PHE.*
Diuisiones aquarum deduxit oculus meus, in contritione filiæ populi mei.	48	*Riui aquarum descenderunt ex oculo meo super contritionem filiæ populi mei.*
AIN.		*AIN.*
Oculus meus afflictus est, nec tacuit, eo quod non esset requies.	49	*Oculus meus defluxit, & non tacuit, propterea quod non essent requies.*
AIN.		*AIN.*
Donec respiceret & videret Dominus de cælis.	50	*Donec aspiceret & videret Dominus de cælo.*
AIN.		*AIN.*
Oculus meus deprædatus est animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ.	51	*Oculus meus dolore affecit animum meum propter cunctas filias vrbis meæ.*
SADE.		*SADE.*
Venatione ceperunt me quasi auem inimici mei gratis.	52	*Venando venati sunt me, veluti auem inimici mei gratis.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

IOD.

30 Dabit percutienti se maxillam: saturabitur opprobrijs:

CAPH.

31 Quia non repellet in sempiternum Dominus:

CAPH.

32 Quoniam qui humiliauit; miserebitur & secundum multitudinem misericordiæ suæ.

CAPH.

33 Non reprobauit ex corde suo, & humiliauit filios viri.

LAMED.

34 Ad humiliandum sub pedibus eius omnes vinctos terræ:

LAMED.

35 Ad declinare faciendum iudicium viri coram facie altissimi:

LAMED.

36 Ad condemnandum hominem, cum ipse iudicatur: Dominus non dixit.

MEM.

37 Quis ita dixit; & factum est? Dominus non mandauit.

MEM.

38 Ex ore altissimi non egredientur mala, & bonum.

MEM.

39 Quid murmurabit homo viuens, vir pro peccatis suis?

NVN.

40 Inuestigata est via nostra, & examinata; & reuertemur vsque ad Dominum.

NVN.

41 Leuemus corda nostra cum manibus ad excelsum in cælo.

NVN.

42 Peccauimus, impie egimus; & non es placatus.

SAMECH.

43 Operuisti in furore; & persequutus es nos; occidisti, non pepercisti:

SAMECH.

44 Opposuisti nubem tibi propter orationem,

SAMECH.

45 Ad claudendum mihi oculos, & abijciendum. Posuisti nos in medio populorum:

PHE.

46 Aperuerunt super nos os suum omnes inimici nostri:

PHE.

47 Timor, & furor factus est nobis, tumor, & contritio.

PHE.

48 Emissiones aquarum deducet oculus meus super contritionem filiæ populi mei.

AIN.

49 Oculus meus absorptus est, & non tacebo, eo quod non sit requies:

AIN.

50 Donec respiciat, & videat Dominus de cęlo.

AIN.

51 Oculus meus racemabit super animam meam præ cunctis filiabus vrbis.

TSADE.

52 Venantes venati sunt me quasi auem omnes inimici mei gratis:

TSADE.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

IOD.

Dabit percutienti se maxillam, satiabitur probro:

CAPH.

Quia non deseret in seculum Dominus.

CAPH.

Nam si dolore affecerit, & miserebitur secundum multitudinem misericordiarum suarum.

CAPH.

Non enim affligit ex corde suo, nec dolore afficit filios viri.

LAMED.

Vt conterat sub pedibus suis omnes vinctos terræ,

LAMED.

Vt declinare faciat iudicium viri coram vultu Altissimi:

LAMED.

Vt peruertat hominem in iudicio suo, Dominus non vidit.

MEM.

Quis igitur est qui dixit, & fuit, & Dominus non præcepit?

MEM.

Aut si ex ore Altissimi non egredientur mala & bona?

MEM.

Cur inquam dolet homo viuens, vir super peccato suo?

NVN.

Scrutemur potius vias nostras, ac inquiramus, & reuertamur ad Iehouam.

NVN.

Leuemus corda nostra cum manibus ad Deum in cælos.

NVN.

Nos præuaricati sumus, & rebelles fuimus: idcirco tu non pepercisti.

SAMECH.

Opposuisti furorem, & persequutus es nos: occidisti, & non pepercisti.

SAMECH.

Opposuisti nubem tibi ne transiret oratio.

SAMECH.

Abrasionem & abiectionem posuisti nos in medio populorum.

PHE.

Aperuerunt super nos os suum omnes inimici nostri.

PHE.

Formido & laqueus fuit nobis, vastatio & contritio.

PHE.

Riui aquarum descendunt ex oculo meo propter contritionem filiæ populi mei:

AIN.

Oculus meus defluit, nec cessat, eo quod non sint intermissiones:

AIN.

Donec aspiciat & videat Iehouah de cælis.

AIN.

Oculus meus dolore afficit animum meum propter cunctas filias vrbis meæ.

SADE.

Venando venati sunt me veluti auem inimici mei immerito.

TSADE.

Vulgat. Editio.

SADE.

Lapsa est in lacum vita mea, & posuerunt lapi- 53
dem super me.

SADE.

Inundauerunt aquæ super caput meum: dixi: 54
Perij.

COPH.

Inuocaui nomen tuum Domine de lacu nouis 55
simo.

COPH.

Vocem meam audisti: ne auertas aurem tuam à 56
singultu meo, & clamoribus.

COPH.

Appropinquasti in die, quando inuocaui te: Dixi- 57
sti: Ne timeas.

RES.

Iudicasti Domine causam animæ meæ, redem- 58
ptor vitæ meæ.

RES.

Vidisti Domine iniquitatem illorum aduersum 59
me: iudica iudicium meum.

RES.

Vidisti omnem furorem, vniuersas cogitationes 60
eorum aduersum me.

SIN.

Audisti opprobrium eorum Domine, omnes co- 61
gitationes eorum aduersum me:

SIN.

Labia insurgentium mihi; & meditationes eo- 62
rum aduersum me tota die.

SIN.

Sessionem eorum, & resurrectionem eorum vi- 63
de, ego sum psalmus eorum.

THAV.

Reddes eis vicem Domine iuxta opera manuum 64
suarum.

THAV.

Dabis eis scutum cordis laborem tuum. 65

THAV.

Persequeris in furore, & conteres eos sub cælis 66
Domine.

CAP. IV.

ALEPH.

QVomodo obscuratum est aurum, mutatus est 1
color optimus. dispersi sunt lapides sanctuarij
in capite omnium platearum?

BETH.

Filij Sion inclyti, & amicti auro primo: quomodo 2
reputati sunt in vasa testea, opus manuum figuli?

GHIMEL.

Sed & lamiæ nudauerunt mammam, lactauerunt 3
catulos suos: & filia populi mei crudelis, quasi stru-
thio in deserto.

DALETH.

Adhæsit lingua lactentis ad palatum eius in siti: 4
paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret
eis.

HE.

Qui vescebantur voluptuose, interierunt in vijs: 5
qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt ster
cora.

VAV.

Et maior effecta est iniquitas filiæ populi mei 6
peccato Sodomorum, * quæ subuersa est in mo-
mento, & non ceperunt in ea manus.

* Ge. 19 24.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

SADE.

Strinxerunt in carcere vitam meam, & proiecerunt lapidem contra me.

SADE.

Inundauerunt aquæ super caput meum: dixi: excisus sum.

COPH.

Inuocaui nomen tuum Domine è carcere infimo.

COPH.

Vocem meam audisti, ne abscondas aurem tuam propter respirationem meam ad clamorem meum.

COPH.

Appropinquasti in die qua inuocaui te: Dixisti: Ne timeas.

RES.

Iudicasti Domine iudicium animæ meæ, redemisti vitam meam,

RES.

Vidisti Domine peruersitatem meam: iudica iudicium meum.

RES.

Vidisti omnem vltionem eorum, omnes cogitationes eorum contra me.

SIN.

Audisti opprobrium eorum Domine, omnes cogitationes eorum aduersum me.

SIN.

Labia insurgentium contra me, & meditationem eorum aduersum me tota die.

SIN.

Sessionem eorum, & resurrectionem eorum aspice, ego canticum eorum.

THAV.

Redde eis retributionem Domine secundum opus manuum eorum.

THAV.

Dabis eis dolorem cordis, maledictionem tuam eis.

THAV.

Persequeris in furore, & conteres eorum, ne sint sub cælis Domine.

CAP. IV.

ALEPH.

QVomodo occultatum est aurum, mutauit se aurum optimum, proiecti fuerunt lapides sanctitatis in capite omnium platearum.

BETH.

Filij Siion pretiosi, æstimati auro puro: quomodo reputati sunt vt lagena testacea, opus manuum figuli?

GHIMEL.

Etiam serpentes eduxerunt mammam, lactauerunt catulos suos: filia populi mei crudelis veluti sunt struthiones in deserto.

DALETH.

Adhæsit lingua lactentis palato eius propter sitim: paruuli petierunt panem, qui frangeret non fuit eis.

HE.

Qui vescebantur delicatis cibis, perierunt in plateis: qui alebantur super coccinum, amplexati sunt stercora.

VAV.

Et maior fuit pœna iniquitatis filiæ populi mei pœna peccati Sedom, quæ subuersa est repente, & non castrametata sunt contra eam castra.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

TSADE.

53 Occiderunt in lacu vitam meam: & imposuerunt lapidem super me.

TSADE.

54 Supereffusa est aqua super caput meum: dixi, repulsus sum.

COPH.

55 Inuocaui nomen tuum Domine de lacu infimo:

COPH.

56 Vocem meam audisti. Ne abscondas aures tuas ad deprecationem meam in auxilium meum.

COPH.

57 Appropinquasti in die, qua inuocaui te, dixisti mihi, ne timeas.

RECHS.

58 Iudicasti Domine iudicia animæ meæ: redemisti vitam meam:

RECHS.

59 Vidisti Domine turbationes meas: iudicasti iudicium meum.

RECHS.

60 Vidisti omnem vltionem eorum, in omnes cogitationes eorum in me.

CHSEN.

61 Audisti opprobrium eorum, omnes cogitationes eorum aduersum me.

CHSEN.

62 Labia insurgentium mihi, & meditationes eorum aduersum me tota die.

CHSEN.

63 Sessionem eorum, & resurrectionem eorum, inspice in oculos eorum:

THAV.

64 Retribues eis retributionem Domine iuxta opera manuum suarum:

THAV.

65 Reddes eis tegumentum, cordis mei laborem.

THAV.

66 Tu persequeris eos in ira, & absumes eos de sub cęlo Domine.

CAP. IV.

ALEPH.

1 QVomodo obscurabitur aurum, mutabitur argentum bonum? Effusi sunt lapides sancti in principio omnium viarum.

BETH.

2 Filij Sion inclyti eleuati in auro, quomodo reputati sunt in vasa testea, opera manuum figuli?

GIMEL.

3 Etiam dracones nudauerunt mammas: lactauerunt catuli eorum filias populi mei in incurabile, quasi struthio in deserto.

DALETH.

4 Adhæsit lingua lactentis ad palatum eius in siti: paruuli petierunt panem: qui frangat, non est eis.

HE.

5 Qui vescebantur delicijs: perierunt in vijs: qui nutriebantur super coccinea; amplexati sunt stercora.

VAV.

6 Et magnificata est iniquitas filiæ populi mei super iniquitatem Sodomorum, quæ subuersa est quasi repente: & non laborauerunt in ea manibus.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

SADE.

Strinxerunt in carcere vitam meam, & proiecerunt lapidem contra me.

SADE.

Inundauerunt aquæ super caput meum: dixi, Excisus sum.

COPH.

Inuocaui nomen tuum, ô Iehoua, è carcere infimo.

COPH.

Vocem meam audisti, ne abscondas aurem tuam, propter respirationem meam ad clamorem meum.

COPH.

Appropinquasti die quo inuocaui te: dixisti, Ne timeas.

RES.

Iudicasti Domine iudicium animæ meæ, redemisti vitam meam,

RES.

Vidisti, ô Iehoua, peruersitatem meam, iudica iudicium meum.

RES.

Vidisti omnem vltionem eorum, omnes cogitationes eorum contra me.

SIN.

Audisti opprobrium eorum, ô Iehoua, omnes cogitationes eorum aduersum me:

SIN.

Labia insurgentium contra me, & meditationem eorum aduersum me tota die.

SIN.

Sessionem eorum, & surrectionem eorum aspice, ego canticum eorum.

THAV.

Redde eis retributionem Iehoua, secundum opus manuum suarum.

THAV.

Da eis dolorem cordis, maledictionem tuam eis.

THAV.

Persequere in furore, & contere eos de sub cælis Iehoua.

CAP. IV.

ALEPH.

QVomodo obscuratum est aurum, immutauit se aurum illud optimum, disiecti sunt lapides Sanctuarij in capite omnium platearum.

BETH.

Filij Sion pretiosi, æstimati auro puro, quomodo reputati sunt vt lagena testacea, opus manuum figuli?

GHIMEL.

Etiam serpentes educunt mammam, lactant catulos suos: filia vero populi mei crudelis veluti struthiones in deserto.

DALETH.

Adhæsit lingua lactentis palato eius præ siti: paruuli petierunt panem, qui frangeret non fuit eis.

HE.

Qui vescebantur delicatis cibis, perierunt in plateis: qui alebantur in coccino, amplexati sunt stercora.

VAV.

Maior itaque reputata est iniquitas filiæ populi mei peccato quasi Sodom, quæ subuersa est in momento, & non castrametata sunt contra eam castra.

Vulgat. Editio.

ZAIN.

Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores.

HETH.

Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis: adhæsit cutis eorum ossibus: aruit, & facta est quasi lignum.

TETH.

Melius fuit occisis gladio, quam interfectis fame: quoniam isti extabuerunt consumpti à sterilitate terræ.

IOD.

Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos: facti sunt cibus earum in contritione filiæ populi mei.

CAPH.

Compleuit Dominus furorem suum, effudit iram indignationis suæ: & succendit ignem in Sion, & deuorauit fundamenta eius.

LAMED.

Non crediderunt reges terræ, & vniuersi habitatores orbis, quoniam ingrederetur hostis & inimicus per portas Ierusalem.

MEM.

Propter peccata prophetarum eius, & iniquitates sacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius sanguinem iustorum.

NVN.

Errauerunt cæci in plateis, polluti sunt in sanguine: cumque non possent, tenuerunt lacinias suas.

SAMECH.

Recedite polluti, clamauerunt eis: recedite, abite, nolite tangere: iurgati quippe sunt, & commoti dixerunt inter Gentes: Non addet vltra vt habitet in eis.

PHE.

Facies Domini diuisit eos, non addet vt respiciat eos: facies sacerdotum non erubuerunt, neque senum miserti sunt.

AIN.

Cum adhuc subsisteremus, defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum vanum, cum respiceremus attenti ad gentem quæ saluare non poterat.

SADE.

Lubricauerunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum. appropinquauit finis noster: completi sunt dies nostri, quia venit finis noster.

COPH.

Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cæli: super montes persecuti sunt nos, in deserto insidiati sunt nobis.

RES.

Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris: cui diximus: In vmbra tua viuemus in Gentibus.

SIN.

Gaude, & lætare filia Edom, quæ habitas in terra Hus: ad te quoque perueniet calix, inebriaberis, atque nudaberis.

THAV.

Completa est iniquitas tua filia Sion, non addet vltra vt transmigret te: visitauit iniquitatem tuam filia Edom, discooperuit peccata tua.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

ZAIN.

7 *Mundiores fuerunt Nazarei eius niue, nitidiores fuerunt lacte, rubicundiores fuerunt aspectu quam gemma, è sapphiro est excisio eorum.*

HETH.

8 *Obscurata est præ nigredine forma eorum, non sunt agniti in plateis: Adhæsit pellis eorum ossibus eorum, aruit, fuit tanquam lignum.*

TETH.

9 *Meliores fuerunt interfecti gladio, interfectis fame: quia isti fluxerunt perfossi propter defectum fructuum agrorum.*

IOD.

10 *Manus mulierum misericordium coxerunt natos suos, fuerunt ad comedendum eis in contritione filiæ populi mei.*

CAPH.

11 *Compleuit Dominus iram suam, effudit iram furoris sui, & succendit ignem in Sion, & consumpsit fundamenta eius.*

LAMED.

12 *Non crediderunt reges terræ, & vniuersi habitatores orbis, quod ingrederetur hostis, & inimicus per portas Ierusalaim.*

MEM.

13 *Propter peccata prophetarum eius, iniquitates sacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius sanguinem iustorum.*

NVN.

14 *Mouerunt se vt cæci in plateis, polluerunt se in sanguine, vt non possent qui tangere voluissent, contingere vestimenta eorum.*

SAMECH.

15 *Recedite, immundus sum, vnusquisque clamauerunt ad eos: recedite, recedite, ne tangatis, quia inquinati erant, etiam mouerunt se: Dixerunt in Gentibus, non addent vt peregrinentur.*

PHE.

16 *Ira Domini diuisit eos non addet vt aspiciat eos: faciebus sacerdotum non pepercerunt, senum non sunt miserti.*

AIN.

17 *Hucusque nobis defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum vanum, in expectatione nostra qua expectauimus gentem, quæ non poterat nos seruare.*

SADE.

18 *Venati sunt gressus nostros ne ambularemus per plateas nostras, appropinquauit finis noster: completi sunt dies nostri, quia venit finis noster.*

COPH.

19 *Leuiores fuerunt persecutores nostri aquilis cæli, super montes persecuti sunt nos, in deserto insidiati sunt nobis.*

RES.

20 *Spiritus narium nostrarum Christus Domini captus est in foueis eorum: In cuius diximus vmbra viuemus inter Gentes.*

SIN.

21 *Gaude, & lætare filia Edom, quæ habitas in terra Hus: etiam super te transibit calix, inebriaberis, & eris vomens.*

THAV.

22 *Completa est pœna iniquitatis tuæ filia Sion non addet vt transmigrare faciat te: visitauit iniquitatem tuam filia Edom, discooperiet peccata tua.*

Tranſl. ex Septuag.

ZAIN.

Mundati ſunt Nazaræi eius ſuper niuem, ſplenduerunt ſuper lac, rubuerũt, ſuper lapides ſapphiri excisio eorum.

HETH.

Obtenebrata eſt ſuper fuliginem ſpecies eorum: non ſunt cogniti in plateis: adhæſit pellis eorum ſuper oſſa eorum: aruerunt, facti ſunt quaſi lignum.

TETH.

Boni fuerunt occiſi gladio, quam occiſi peſte: abierunt perfoſſi à frugibus agrorum.

IOD.

Manus mulierum miſericordium coxerunt ſuos: facti ſunt in eſcam illis, in contritione filię populi mei.

CHAPH.

Compleuit Dominus furorem ſuum: effudit indignationem iræ ſuæ: & ſuccendit ignem in Sion, & deuorauit fundamenta eius.

LAMED.

Non crediderunt reges terræ, vniuerſi habitatores orbis; quoniam ingredietur inimicus, & tribulans per portas Hieruſalem.

MEM.

Propter peccata prophetarum eius, iniquitates ſacerdotum eius, effundentium ſanguinem iuſtum in medio eius.

NVN.

Commoti ſunt vigiles eius in plateis: polluti ſunt in ſanguine: cum ipſi non poſſent, tetigerunt veſtimenta eorum.

SAMECH.

Recedite ab immundis, vocate eos, recedite, recedite, nolite tangere: quia ſuccenſi ſunt, atque etiam commoti ſunt: dicite in gentibus, non addent habitare.

PHE.

Facies Domini pars eorum; non addet reſpicere eos. Facies ſacerdotum non acceperunt, prophetarum miſerti non ſunt.

AIN.

Cum adhuc ſubſiſteremus; defecerunt oculi noſtri ad auxilium noſtrum vana ſpeculãtibus nobis.

TSADE.

Reſpeximus in gentem non ſaluantem: venati ſumus paruulos noſtros, ne irent in plateis noſtris. Appropinquauit tempus noſtrum: completi ſunt dies noſtri: adeſt tempus noſtrum.

COPH.

Leues facti ſunt perſecutores noſtri ſuper aquilas cæli: ſuper montes euolauerunt: in deſerto inſidiati ſunt nobis.

RECHS.

Spiritus faciei noſtræ Chriſtus Dominus captus eſt in corruptionibus ipſorum, de quo diximus: in vmbra eius viuemus in gentibus.

CHSEN.

Gaude & lætare filia Idumææ, quæ habitas ſuper terram: etiam ſuper te tranſibit calix Domini: & inebriaberis, & effundes.

THAV.

Defecit iniquitas tua filia Sion: non adiiciet tranſmigrare te. Viſitauit iniquitates tuas filia Edom: reuelauit ſuper impietates tuas.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

ZAIN.

7 *Mundiores erant Nazaræi eius niue nitidiores erant lacte, rubicundiores erant corpore quam gemmæ, ſapphirus erat excisio eorum.*

HETH.

8 *At nunc obſcurior eſt nigredine forma eorum, non ſunt agniti in plateis: adhæret cutis eorum oſſibus eorum, aret tanquam lignum.*

TETH.

9 *Fœliciores fuerunt interfecti gladio, interfectis fame: quod iſti fluxerunt perfoſſi propter defectum fructuum agrorum.*

IOD.

10 *Manus mulierum miſericordium coxerunt natos ſuos, qui fuerunt eis in eſcam in contritione filiæ populi mei.*

CAPH.

11 *Compleuit Iehouah indignationem ſuam, effudit furorem iræ ſuæ: & ſuccendit ignem in Sion, qui conſumpſit fundamenta eius.*

LAMED.

12 *Non credebant reges terræ, vniuerſiq; habitatores orbis, quod ingrederetur hoſtis, & inimicus per portas Ieruſalaim.*

MEM.

13 *Propter peccata prophetarum eius, & iniquitates ſacerdotum eius qui effuderunt in medio eius ſanguinem iuſtorum.*

NVN.

14 *Vacillarunt vt cæci in plateis, polluti ſunt ſanguine, vt non poſſent accedentes contingere veſtimenta eorum.*

SAMECH.

15 *Diſcedite, immundus ſum, clamauerunt ad eos: Recedite, recedite, ne tangatis: quia inquinati erant etiam commoti: dixerunt in Gentibus, Non vltra incolent.*

PHE.

16 *Ira Iehouæ diuiſit eos, non vltra aſpiciet eos: quod faciem ſacerdotum non ſint reueriti, ſenum non ſunt miſerti.*

AIN.

17 *Adhuc nobis expectantibus defecerunt oculi noſtri ad auxilium noſtrum vanum, in expectatione noſtra qua expectauimus gentem quæ ſeruare non poteſt.*

SADE.

18 *Venati ſunt greſſus noſtros ne incederemus per plateas noſtras: appropinquauit finis noſter, completi ſunt dies noſtri, venit enim finis noſter.*

COPH.

19 *Velociores fuerunt perſequutores noſtri aquilis cæli: ſuper montes perſequuti ſunt nos, in deſerto inſidiati ſunt nobis.*

RES.

20 *Spiritus narium noſtrarum Chriſtus Iehouæ captus eſt in foueis eorum: in cuius, diximus, vmbra viuemus inter Gentes.*

SIN.

21 *Gaude, & lætare filia Edom, quæ habitas in terra Vs: etiam ſuper te tranſibit calix, inebriaberis, & eris vomens.*

THAV.

22 *Completa eſt iniquitas tua, filia Siion, non addet vt tranſmigrare faciat te: ſed viſitabit iniquitatem tuam filia Edom, diſcooperiet peccata tua.*

ORATIONIS IEREMIÆ PROPHETÆ.

Vulgat. Editio.

CAPVT QVINTVM.

Recordare Domine quid acciderit nobis: intuere, & respice opprobrium nostrum.
Hæreditas nostra versa est ad alienos: domus nostræ ad extraneos.
Pupilli facti sumus absque patre, matres nostræ quasi viduæ.
Aquam nostram pecunia bibimus: ligna nostra pretio comparauimus.
Ceruicibus nostris minabamur, lassis non dabatur requies.

Ægypto dedimus manum, & assyrijs vt saturaremur pane.
Patres nostri peccauerunt, & non sunt: & nos iniquitates eorum portauimus.
Serui dominati sunt nostri: non fuit qui redimeret de manu eorum.
In animabus nostris afferebamus panem nobis, à facie gladij in deserto.
Pellis nostra, quasi clibanus exusta est à facie tempestatum famis.
Mulieres in Sion humiliauerunt, & virgines in ciuitatibus Iuda.
Principes manu suspensi sunt: facies senum non erubuerunt.
Adolescentibus impudice abusi sunt: & pueri in ligno corruerunt.
Senes defecerunt de portis: iuuenes de choro psallentium.
Defecit gaudium cordis nostri: versus est in luctum chorus noster.
Cecidit corona capitis nostri: væ nobis, quia peccauimus.
Propterea mœstum factum est cor nostrum, ideo contenebrati sunt oculi nostri.
Propter montem Sion quia disperijt, vulpes ambulauerunt in eo.
Tu autem Domine in æternum permanebis, solium tuum in generationem & generationem.

Quare in perpetuum obliuisceris nostri? derelinques nos in longitudine dierum?
Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur: innoua dies nostros, sicut à principio.
Sed projciens repulisti nos, iratus es contra nos vehementer.

ORATIONIS IRMEIAHV PROPHETÆ.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAPVT QVINTVM.

1 *Recordare Domine quid fuerit nobis, aspice, &*
vide opprobrium nostrum.
2 *Hæreditas nostra versa est ad extraneos: do-*
mus nostra ad alienigenas.
3 *Pupilli fuimus absque patre, matres nostra veluti vi-*
duæ.
4 *Aquam nostram pecunia bibimus, ligna nostra precio*
venerunt.
5 *Super colla nostra persecutionem passi sumus, labora-*
uimus, non dabatur requies nobis.

6 *Ægypto dedimus manum, Assyrio, vt saturaremur*
pane.
7 *Patres nostri peccauerunt, non sunt, & nos pœnas ini*
quitatum eorum portauimus.
8 *Serui dominati sunt nobis, qui liberaret non fuit è*
manu eorum.
9 *Cum discrimine vitæ nostræ afferebamus panem nostrum*
propter gladium deserti.
10 *Pelles nostræ tanquam clybanus denigratæ sunt propter*
exustiones famis.
11 *Mulieres in Siion afflixerunt, virgines in ciuitatibus*
Iehudah.
12 *Principes manu eorum suspensi fuerunt, facies senum*
non glorificauerunt.
13 *Iuuenes ad molendum tulerunt, & pueri in lignum*
impegerunt.
14 *Senes de porta cessauerunt, iuuenes, à cantico suo.*

15 *Cessauit gaudium cordis nostri, versus est in luctum*
chorus noster.
16 *Cecidit corona capitis nostri: væ nunc nobis, quia pec-*
cauimus.
17 *Propter hoc fuit mœstum cor nostrum, propter ista ob-*
tenebrati sunt oculi nostri.
18 *Propter montem Siion, quia desolatus est, vulpes am-*
bulauerunt in eo.
19 *Tu Domine in sæculum permanebis, solium tuum in*
generatione, & generationem.

20 *Vt quid in perpetuum obliuisceris nostri? derelinques*
nos in longitudinem dierum?
21 *Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur: innoua*
dies nostros sicut ab initio.
22 *Sed reprobando reprobasti nos, iratus es contra nos, ve-*
hementissime.

PRO-

PRO-

Digitized by Google

ORATIONIS HIEREMIÆ PROPHETÆ.

Transl. ex Septuag.

CAPVT QVINTVM.

1 Recordare Domine, quod factum est nobis. Respice, & vide opprobrium nostrum.

2 Hæreditas nostra versa est ad alienos, domus nostræ ad extraneos.

3 Pupilli facti sumus, non est pater: matres nostræ quasi viduæ.

4 Aquam nostram in argento bibimus: ligna nostra in commutatione.

5 Venerunt super collum nostrum: passi sumus persequutionem, laborauimus, non habuimus requiem.

6 Ægyptus dedit manum: Assur ad satietatem ipsorum.

7 Patres nostri peccauerunt, non sunt: nos iniquitates eorum portauimus.

8 Serui dominati sunt nostri: qui redimat, non est de manu eorum.

9 In animabus nostris afferemus panem nostrum, à facie gladij deserti.

10 Pellis nostra quasi clibanus exusta est: conuulsæ sunt à facie tempestatum famis.

11 Mulieres in Sion humiliauerunt, virgines in ciuitatibus Iuda.

12 Principes in manibus ipsorum suspensi fuerunt; seniores non sunt glorificati.

13 Electi ploratum assumpserunt, & adolescentes in ligno infirmati sunt.

14 Et senes à porta cessauerunt: electi à psalmis suis cessauerunt.

15 Defecit gaudium cordis nostri: versus est in luctum chorus noster:

16 Cecidit corona capitis nostri. Væ autem nobis, quia peccauimus.

17 Propterea fuit mœror, mœstum cor nostrum: ideo contenebrati sunt oculi nostri.

18 Super montem Sion, quia disperijt, vulpes ambulauerunt in ea.

19 Tu autem Domine in æternum habitabis: Solium tuum in generationem, & generationem.

20 Quare in finem obliuisceris nostri? derelinques nos in longitudinem dierum?

21 Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur: & innoua dies nostros, sicut à principio.

22 Repellens enim repulisti nos: iratus es super nos vsque valde.

ORATIONIS IRMEIAHV PROPHETÆ.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAPVT QVINTVM.

1 *Recordare Iehoua quid acciderit nobis, aspice, & vide opprobrium nostrum.*

2 *Hereditas nostra versa est ad extraneos, domus nostræ ad alienigenas.*

3 *Pupilli sumus absque patre: matres nostræ sunt veluti viduæ.*

4 *Aquam nostram pecunia bibimus, ligna nostra pretio venerunt.*

5 *Super collum nostrum persecutionem passi sumus: laborauimus, non dabatur requies nobis.*

6 *Ægypto dedimus manum, & Assyrio, vt saturaremur pane.*

7 *Patres nostri peccauerunt, & non sunt, nos pœnas iniquitatum eorum portauimus.*

8 *Serui dominati sunt nobis, non fuit qui liberaret è manu eorum.*

9 *Cum discrimine vitæ nostræ afferebamus panem nostrum propter gladium deserti.*

10 *Pelles nostræ tanquam clybanus denigratæ sunt propter exustiones famis.*

11 *Mulieres in Siion afflixerunt, & virgines in ciuitatibus Iehudah.*

12 *Principes manu eorum suspensi fuerunt, facies senum non honorauerunt.*

13 *Iuuenes ad molendum tulerunt, & pueri in ligno corruerunt.*

14 *Senes de porta cessauerunt, iuuenes à cantico suo.*

15 *Cessauit gaudium cordis nostri, versus est in luctum chorus noster.*

16 *Cecidit corona capitis nostri: væ nunc nobis, quia peccauimus.*

17 *Propterea mæstum fuit cor nostrum, propter ista obtenebrati sunt oculi nostri.*

18 *Propter montem Siion, quod desolatus sit, ita vt vulpes ambulent in eo.*

19 *Tu Iehouah in seculum permanebis, solium tuum in generatione & generatione.*

20 *Vt quid in perpetuum obliuisceris nostri, derelinques nos in longitudinem dierum?*

21 *Conuerte nos Iehoua ad te, & conuertemur, innoua dies nostros sicut ab initio.*

22 *Sed reprobando reprobasti nos, iratus es contra nos vehementissime.*

PRO-

PROPHETIÆ BARVCH.

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM.

1 ET hæc verba libri, quæ scripsit Baruch filius Neriæ, filij Maasiæ, filij Sedeciæ, filij Sedei, filij Helciæ in Babylonia.

2 In anno quinto, in septimo die mensis, in tempore quo ceperunt Chaldæi Ierusalem, & succenderunt eam igni.

3 Et legit Baruch verba libri huius ad aures Iechoniæ filij Ioakim regis Iuda, & ad aures vniuersi populi venientis ad librum.

4 Et ad aures potentium filiorum regum, & ad aures presbyterorum, & ad aures populi, à minimo vsque ad maximum eorum omnium habitantium in Babylonia, ad flumen Sodi.

5 Qui audientes plorabant & ieiunabant, & orabant in conspectu Domini.

6 Et collegerunt pecuniam secundum quod potuit vniuscuiusque manus:

7 Et miserunt in Ierusalem ad Ioakim filium Helciæ filij Salom sacerdotem, & ad Sacerdotes, & ad omnem populum, qui inuenti sunt cum eo in Ierusalem:

8 Cum acciperet vasa templi Domini, quæ ablata fuerant de templo, reuocare in Terram Iuda decima die mensis Siuan, vasa argentea, quæ fecit Sedecias filius Iosiæ rex Iuda:

9 Posteaquam cepisset Nabuchodonosor rex Babylonis Iechoniam, & principes, & cunctos potentes, & populum terræ ab Ierusalem, & duxit eos vinctos in Babylonem.

10 Et dixerunt: Ecce misimus ad vos pecunias, de quibus emite holocaustomata, & thus, & facite manna, & offerte pro peccato ad aram Domini Dei nostri:

11 Et orate pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis, & pro vita Balthasar filij eius vt sint dies eorum sicut dies cæli super terram:

12 Et vt det Dominus virtutem nobis, & illuminet oculos nostros vt viuamus sub vmbra Nabuchodonosor regis Babylonis, & sub vmbra Balthasar filij eius, & seruiamus eis multis diebus, & inueniamus gratiam in conspectu eorum.

13 Et pro nobisipsis orate ad Dominum Deum nostrum: quia peccauimus Domino Deo nostro, & non est auersus furor eius à nobis vsque in hunc diem.

14 Et legite librum istum, quem misimus ad vos recitari in templo Domini, in die solemni, & in die opportuno:

* Inf. 2. 6.

15 * Et dicetis Domino Deo nostro iustitia, nobis autem confusio faciei nostræ: sicut est dies hæc omni Iuda, & habitantibus in Ierusalem,

PROPHETIÆ BARVCH.

Transl. ex Septuag.

CAPVT PRIMVM.

Hæc prophetia Baruch quæ nō habetur apud Hebræos. hētur apud Septu. in hac transl. statim post vaticinia Ieremiæ, præposita lamētationibus ipsius, hanc tā nos hic posuimus sequuti ordinē vulgatę

1 *ET hæc verba libri, quæ scripsit Baruch filius Neriæ filij Maasææ filij Sedeciæ filij Asadiæ filij Chalciæ in Babylone.*

2 *In anno quinto in septima mensis, in tempore quo ceperant Chaldæi Hierusalem, & incenderant eam in igne.*

3 *Et legit Baruch verba libri huius in auribus Iechoniæ filij Ioacim regis Iuda; & in auribus vniuersi populi venientium ad librum:*

4 *Et in auribus potentium, & filiorum regum, & in auribus seniorum, & in auribus vniuersi populi à paruo vsque ad magnum, omnium habitantium in Babylone super flumen Sud.*

5 *Et plorabant, & ieiunabant, & orabant ante Dominum.*

6 *Et collegerunt argentum, secundum quod cuiusque potuit manus:*

7 *Et miserunt in Hierusalem ad Ioacim filium Chelciæ filij Salom, sacerdotem, & ad sacerdotes, & ad omnem populum, qui sunt inuenti cum eo in Hierusalem:*

8 *In accipiendo ipsum vasa domus Domini, quæ fuerant exportata è templo, ad reducendum in terram Iuda, decima Siual: vasa argentea, quæ fecerat Sedecias filius Iosiæ regis Iuda,*

9 *Postquam Nabuchodonosor rex Babylonis transtulit Iechoniam, & principes, & vinctos, & potentes, & populum terræ ab Hierusalem, & duxit eum in Babylonem.*

10 *Et dixerunt: Ecce misimus ad vos argentum: & emite argento holocaustomata, & pro peccato, & thus: & facite Manna: & offerte super altare Domini Dei nostri:*

11 *Et orate pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis, & ad vitam Baltasar filij eius, vt sint dies eorum, sicut dies cæli, super terram.*

12 *Et dabit Dominus fortitudinem nobis, & illuminabit oculos nostros: & viuemus sub vmbra Nabuchodonosor regis Babylonis, & sub vmbra Baltasar filij eius: & seruiemus eis dies multos, & inueniemus gratiam coram eis.*

13 *Et orate pro nobis ad Dominum Deum nostrum: quia peccauimus Domino Deo nostro: & non auertit se furor Domini, & ira eius à nobis vsque ad diem hanc.*

14 *Et legetis librum hunc, quem misimus ad vos recitari in domo Domini in die solemnitatis, & in diebus temporis:*

15 *Et dicetis: Domino Deo nostro iustitia: nobis autem confusio facierum, sicut dies hæc, omni Iehuda, & inhabitantibus Hierusalem.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

16 Regibus nostris, & principibus nostris, & sacer-
dotibus nostris, & prophetis nostris, & patribus
nostris.
Dan.9.5. 17 *Peccauimus ante Dominum Deum nostrum, &
non credidimus, diffidentes in eum:
18 Et non fuimus subiectibiles illi, & non audiui-
mus vocem Domini Dei nostri vt ambularemus in
mandatis eius quæ dedit nobis.
19 A die, qua eduxit patres nostros de terra AEgypti
vsque ad diem hanc, eramus incredibiles ad Do-
minum Deum nostrum: & dissipati recessimus, ne
audiremus vocem ipsius.
Deu.28.15. 20 * Et adhæserunt nobis multa mala, & maledictio-
nes, quæ constituit Dominus Moysi seruo suo: qui
eduxit patres nostros de terra AEgypti, dare nobis
terram fluentem lac & mel, sicut hodierna die.

21 Et non audimus vocem Domini Dei nostri secun-
dum omnia verba prophetarum, quos misit ad nos:

22 Et abiuimus vnusquisque in sensum cordis no-
stri maligni, operari dijs alienis, facientes mala an-
te oculos Domini Dei nostri.

CAP. II.

1 PRopter quod statuit Dominus Deus noster ver-
bum suum, quod locutus est ad nos, & ad iudi-
ces nostros, qui iudicauerunt Israel, & ad reges no-
stros, & ad principes nostros, & ad omnem Israel, &
Iuda:
2 Vt adduceret Dominus super nos mala magna,
quæ non sunt facta sub cælo, quemadmodum facta
Deu.28.53. sunt in Ierusalem, * secundum quæ scripta sunt in
lege Moysi,
3 Vt manducaret homo carnes filij sui, & carnes fi-
liæ suæ.
4 Et dedit eos sub manu regum omnium, qui sunt
in circuitu nostro in improperium, & in desolatio-
nem in omnibus populis, in quibus nos dispersit
Dominus.
5 Et facti sumus subtus, & non supra: quia pecca-
uimus Domino Deo nostro, non obaudiendo voci
ipsius.
Sup.1.15. 6 * Domino Deo nostro iustitia: nobis autem, &
patribus nostris confusio faciei, sicut est dies hæc.
7 Quia locutus est Dominus super nos omnia ma-
la hæc, quæ venerunt super nos:
8 Et non sumus deprecati faciem Domini Dei no-
stri, vt reuerteremur vnusquisque nostrum à vijs
nostris pessimis.
9 Et vigilauit Dominus in malis, & adduxit ea su-
per nos: quia iustus est Dominus in omnibus operi-
bus suis, quæ mandauit nobis:
10 Et non audiuimus vocem ipsius, vt iremus in
præceptis Domini, quæ dedit ante faciem nostram.
Da.9.15. 11 Et nunc Domine Deus Israel, qui eduxisti popu-
lum tuum de terra AEgypti in manu valida, & in
signis, & in prodigiis, & in virtute tua magna, & in
brachio excelso, & fecisti tibi nomen sicut est dies
iste:
12 Peccauimus, impie egimus, inique gessimus Do-
mine Deus noster, in omnibus iustitiis tuis.
13 Auertatur ira tua à nobis: quia derelicti sumus
pauci inter gentes, vbi dispersisti nos.
14 Exaudi Domine preces nostras, & orationes no-
stras, & educ nos propter te: & da nobis inuenire
gratiam ante faciem eorum, qui nos abduxerunt:

Transl. ex Septuag.

16 *Et regibus nostris, & principibus nostris, & sacerdotibus
nostris, & prophetis nostris, & patribus nostris:*

17 *Quæ peccauimus ante Dominum, & non credidimus ei,*

18 *Et non audiuimus vocem Domini Dei nostri, vt ambu-
laremus in mandatis Domini, qui dedit ante faciem no-
stram,*
19 *A die, qua eduxit Dominus patres nostros de terra Ægy-
pti. Et vsq; ad diem hanc fuimus increduli erga Dominum
Deum nostrum, & vagabamur, ne audiremus vocem ip-
sius.*
20 *Et adhæserunt in nos mala, & maledictio, quam consti-
tuit Dominus Moysi puero suo in die, qua eduxit patres
nostros de terra Ægypti ad dandam nobis terram fluentem
lac, & mel, sicut dies hæc.*

21 *Et non audiuimus vocem Domini Dei nostri secundum
omnia verba prophetarum, quos misit ad nos.*

22 *Et abiuimus vnusquisq; in sensu cordis nostri maligni,
operari dijs alienis, facere mala ante oculos Domini Dei
nostri.*

CAP. II.

1 *ET statuit Dominus verbum suum, quod loquutus est
super nos, & super iudices nostros iudicantes Israel,
& super reges nostros, & super principes nostros, & super
hominem Israel, & Iuda.*

2 *Vt adduceret super nos mala magna, quæ non facta sunt
sub omni cælo, quemadmodum fecit in Hierusalem, secun-
dum quæ scripta sunt in lege Moysi:*

3 *Vt manducaremus nos, homo carnes filij sui, & homo
carnes filiæ suæ.*
4 *Et dedit eos subiectos omnibus regnis, quæ in circuitu
nostro, in improperium, & inuium in omnibus populis in
circuitu, quo dispersit eos Dominus illuc.*

5 *Et facti sunt subtus, & non supra: quia peccauimus Do-
mino Deo nostro, non audiendo vocem ipsius:*

6 *Domino Deo nostro iustitia: nobis autem, & patribus
nostris confusio facierum, sicut est dies hæc.*
7 *Quæ loquutus est Dominus super nos, omnia mala hæc,
quæ venerunt super nos:*
8 *Et non sumus deprecati faciem Domini; vt reuerteretur
vnusquisq; à cogitationibus cordis sui pessimi.*

9 *Et vigilauit Dominus in malis, & adduxit Dominus
super nos: quia iustus est Dominus in omnibus operibus
suis, quæ mandauit nobis.*
10 *Et non audiuimus vocem ipsius, vt iremus in præceptis
Domini, quæ dedit ante faciem nostram.*
11 *Et nunc Domine Deus Israel, qui eduxisti populum tuum
de terra Ægypti in manu valida, & in signis, & in prodi-
gijs, & in virtute magna, & in brachio excelso, & fecisti
tibi nomen, sicut est dies ista:*

12 *Peccauimus, impie egimus, inique gessimus Domine Deus
noster in omnibus iustificationibus tuis.*
13 *Auertatur ira tua à nobis: quia derelicti sumus pauci
inter gentes, quo dispersisti nos illuc.*
14 *Exaudi Domine preces nostras, & orationem nostram:
& erue nos propter te: & da nobis gratiam ante faciem
eorum, qui nos abduxerunt:*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

15 Vt sciat omnis terra quia tu es Dominus Deus noster, & quia nomen tuum inuocatum est super Israel,& super genus ipsius.

16 ★ Respice Domine de domo sancta tua in nos, & inclina aurem tuam,& exaudi nos.

* De.26.15. Isa.63.15. Iso.64.9. Ps.113.17.

17 Aperi oculos tuos,& vide:★ quia non mortui,qui sunt in inferno, quorum spiritus acceptus est à visceribus suis, dabunt honorem, & iustificationem Domino:

18 Sed anima, quæ tristis est super magnitudine mali,& incedit curua, & infirma,& oculi deficientes, & anima esuriens dat tibi gloriam & iustitiam Domino.

19 Quia non secundum iustitias patrum nostrorum nos fundimus preces, & petimus misericordiam ante conspectum tuum Domine Deus noster:

20 Sed quia misisti iram tuam, & furorem tuum super nos,sicut locutus es in manu puerorum tuorum prophetarum,dicens:

21 Sic dicit Dominus:Inclinate humerum vestrum, & ceruicem vestram,& opera facite regi Babylonis: & sedebitis in terra,quam dedi patribus vestris.

22 Quòd si non audieritis vocem Domini Dei vestri operari regi Babyloniæ: defectionem vestrām faciam de ciuitatibus Iuda,& à foris Ierusalem,

23 Et auferam à vobis vocem iucunditatis,& vocem gaudij, & vocem sponsi, & vocem sponsæ, & erit omnis terra sine vestigio ab inhabitantibus eam.

24 Et non audierunt vocem tuam, vt operarentur regi Babylonis:& statuisti verba tua,quæ locutus es in manibus puerorum tuorum prophetarum, vt transferrentur ossa regum nostrorum, & ossa patrum nostrorum de loco suo:

25 Et ecce proiecta sunt in calore solis,& in gelu noctis:& mortui sunt in doloribus pessimis,in fame & in gladio,& in emissione.

26 Et posuisti templum, in quo inuocatum est nomen tuum in ipso, sicut hæc dies,propter iniquitatem domus Israel,& domus Iuda.

27 Et fecisti in nobis Domine Deus noster secundum omnem bonitatem tuam,& secundum omnem miserationem tuam illam magnam:

28 Sicut locutus es in manu pueri tui Moysi in die, qua præcepisti ei scribere legem tuam coram filiis Israel,

29 Dicens★ Si non audieritis vocem meam, multitudo hæc magna conuertetur in minimam inter Gentes,quò ego eos dispergam:

Le.26.14. Deu.28.15.

30 Quia scio quòd me non audiet populus populus est enim dura ceruice: & conuertetur ad cor suum in terra captiuitatis suæ.

31 Et scient quia ego sum Dominus Deus eorum,& dabo eis cor,& intelligent:aures,& audient. Et laudabunt me in terra captiuitatis suæ, & memores erunt nominis mei.

32 Et auertent se à dorso suo duro,& à malignitatibus suis:quia reminiscentur viam patrum suorum qui peccauerunt in me.

33 Et reuocabo illos in terram, quam iuraui patribus eorum Abraham,Isaac,& Iacob,& dominabuntur eis:& multiplicabo eos,& non minorabuntur.

34 Et statuam illis testamentum alterum sempiternum,vt sim illis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum: & non mouebo amplius populum meum, filios Israel à terra,quam dedi illis.

Transl. ex Septuag.

15 *Vt sciat omnis terra, quia tu es Dominus Deus noster: quia nomen tuum inuocatum est super Israel, & super genus ipsius.*

16 *Respice Domine de domo sancta tua, & intende in nos: & inclina Domine aurem tuam, & audi:*

17 *Aperi oculos tuos,& vide:quia non mortui, qui sunt in inferno, quorum assumptus est spiritus eorum à visceribus suis,dabunt honorem,& iustificationem Domino.*

18 *Sed anima,quæ tristatur in magnitudinem,qui incedit curuus,& infirmus,& oculi deficientes,& anima esuriens dabunt tibi gloriam,& iustitiam Domine.*

19 *Quia non super iustificationibus patrum nostrorum, & regum nostrorum nos fundimus misericordiam ante faciem tuam Domine Deus noster:*

20 *Quia immisisti furorem tuum, & iram tuam in nos, sicut locutus es in manu puerorum tuorum prophetarum:*

21 *Sic dixit Dominus:Inclinate humerum vestrum:& opera facite regi Babylonis:& sedete super terram,quam dedi patribus vestris.*

22 *Quòd, si non audieritis vocem Domini, operari regi Babylonis; deficere faciam de ciuitatibus Iuda, & à foris Hierusalem.*

23 *Vocem lætitiæ, & vocem gaudij,vocem sponsi, & vocem sponsæ:& erit omnis terra sine vestigio ab inhabitantibus.*

24 *Et non audiuimus vocem tuam,vt operaremur regi Babylonis. Et statuisti verba tua, quæ locutus es in manibus puerorum tuorum prophetarum; vt transferrentur ossa regum nostrorum,& ossa patrum nostrorum de loco suo.*

25 *Et ecce proiecta sunt æstui diei,& gelu noctis:& mortui sunt in doloribus pessimis,in fame,& in gladio,& in emissione.*

26 *Et posuisti domum,in qua inuocatum est nomen tuum in ipsa, sicut hac dies, propter iniquitatem domus Israel, & domus Iuda.*

27 *Et fecisti in nos Domine Deus noster secundum omnem bonitatem tuam, & secundum omnem miserationem tuam illam magnam:*

28 *Sicut locutus es in manu pueri tui Moysi, in die, qua præcepisti ei scribere legem tuam coram filiis Israel,*

29 *Dicens: Si non audieritis vocem meam; profecto turba magna multa hæc conuertetur in paruam in gentibus, quo dispergam eos illuc:*

30 *Quia scio, quòd non audient me, quia populus est dura ceruice. Et conuertentur ad cor suum in terra transmigrationis suæ:*

31 *Et scient,quia ego sum Dominus Deus eorum.Et dabo eis cor,& aures audientes:& laudabunt me in terra captiuitatis suæ:& memores erunt nominis mei:*

32 *Et auertent se à dorso suo duro, & à malignis negotijs suis: quia reminiscentur vitæ patrum suorum peccantium ante Dominum.*

33 *Et reuocabo illos in terram, quam iuraui patribus eorum,Abraam,& Isaac,& Iacob: & dominabuntur eius: & multiplicabo eos, & non minorabuntur.*

34 *Et statuam illis testamentum sempiternum: vt sim illis in Deum: & ipsi erunt mihi in populum. Et non mouebo amplius populum meum Israel à terra, quam dedi eis.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. III.

1 ET nunc Domine omnipotens, Deus Israel, anima in angustiis, & spiritus anxius clamat ad te:
2 Audi Domine, & miserere, quia Deus es misericors, & miserere nostri: quia peccauimus ante te.
3 Quia tu sedes in sempiternum, & nos peribimus in æuum?
4 Domine omnipotens, Deus Israel, audi nunc orationem mortuorum Israel, & filiorum ipsorum, qui peccauerunt ante te, & non audierunt vocem Domini Dei sui, & agglutinata sunt nobis mala.
5 Noli meminisse iniquitatum patrum nostrorum, sed memento manus tuæ, & nominis tui in tempore isto:
6 Quia tu es Dominus Deus noster, & laudabimus te Domine:
7 Quia propter hoc dedisti timorem tuum in cordibus nostris, & vt inuocemus nomen tuum, & laudemus te in captiuitate nostra, quia conuertimur ab iniquitate patrum nostrorum, qui peccauerunt ante te.
8 Et ecce nos in captiuitate nostra sumus hodie, qua nos dispersisti in improperium, & in maledictum, & in peccatum, secundum omnes iniquitates patrum nostrorum, qui recesserunt à te Domine Deus noster.
9 Audi Israel mandata vitæ: auribus percipe, vt scias prudentiam.
10 Quid est Israel quòd in terra inimicorum es?
11 Inueterasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis: deputatus es cum descendentibus in infernum.
12 Dereliquisti fontem sapientiæ.
13 Nam si in via Dei ambulasses, habitasses vtique in pace sempiterna.
14 Disce vbi sit prudentia, vbi sit virtus, vbi sit intellectus: vt scias simul vbi sit longiturnitas vitæ & victus, vbi sit lumen oculorum, & pax.
15 Quis inuenit locum eius? & quis intrauit in thesauros eius?
16 Vbi sunt principes Gentium, & qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram?
17 Qui in auibus cæli ludunt,
18 Qui argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum? qui argentum fabricant & soliciti sunt, nec est inuentio operum illorum?
19 Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alij loco eorum surrexerunt.
20 Iuuenes viderunt lumen, & habitauerunt super terram: viam autem disciplinæ ignorauerunt,
21 Neque intellexerunt semitas eius, neque filij eorum susceperunt eam, à facie ipsorum longe facta est:
22 Non est audita in terra Chanaan, neque visa est in Theman.
23 Filij quoque Agar, qui exquirunt prudentiam, quæ de terra est, negotiatores Merrhæ, & Theman, & fabulatores, & exquisitores prudentiæ & intelligentiæ: viam autem sapientiæ nescierunt, neque commemorati sunt semitas eius.
24 O Israel quàm magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius!
25 Magnus est, & non habet finem: excelsus & immensus.

Transl. ex Septuag.

CAP. III.

1 *DOmine omnipotens Deus Israel, anima in angustijs, & spiritus anxiatus clamat ad te.*
2 *Audi Domine, & miserere: quia peccauimus ante te.*
3 *Quia tu sedes in sempiternum: & nos perimus in æuum.*
4 *Domine omnipotens Deus Israel, audi nunc orationem mortuorum Israel, & filiorum eorum, qui peccauerunt ante te, qui non audierunt vocem tuam Dei sui. Et agglutinata sunt nobis mala.*
5 *Noli meminisse iniquitatum patrum nostrorum: sed memento manus tuæ, & nominis tui in tempore isto.*
6 *Quia tu es Dominus Deus noster: & laudabimus te Domine:*
7 *Quia propter hoc dedisti timorem tuum in cor nostrum, & vt inuocemus nomen tuum. Et laudabimus te in captiuitate nostra: quia auertimus à corde nostro omnem iniquitatem patrum nostrorum, qui peccauerunt ante te.*
8 *Ecce nos hodie in transmigratione nostra, quo nos dispersisti illuc in improperium, & in maledictum, & in debitum secundum omnes iniquitates patrum nostrorum: qui discesserunt à Domino Deo nostro.*
9 *Audi Israel mandata vitæ: auribus percipite, vt sciatis prudentiam. Quid est Israel,*
10 *Quid quòd in terra inimicorum es?*
11 *Inueterasti in terra aliena: coinquinatus es cum mortuis: deputatus es cum ijs, qui in infernum:*
12 *Dereliquisti fontem sapientiæ.*
13 *In via Dei si ambulasses; habitasses vtiq; in pace in sæculum.*
14 *Disce, vbi sit prudentia, vbi sit virtus, vbi sit intellectus; vt scias simul, vbi sit longiturnitas vitæ, & victus; vbi sit lumen oculorum, & pax.*
15 *Quis inuenit locum eius? & quis intrauit in thesauros eius?*
16 *Vbi sunt principes Gentium, & qui dominantur bestijs, quæ sunt super terram,*
17 *Qui in auibus cæli ludunt,*
18 *Et argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum? Qui enim argentum fabricant, & sollicití sunt, nec est inuentio operum illorum.*
19 *Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt: & alij loco eorum exurrexerunt.*
20 *Iuuenes viderunt lumen, & habitauerunt super terram: viam autem scientiæ ignorauerunt,*
21 *Neq; intellexerunt semitas eius: neq; susceperunt eam filij eorum: à via ipsorum longe facti sunt.*
22 *Neq; audita est in Chanaan: neq; visa est in Theman:*
23 *Filij quoq; Agar exquirentes prudentiam, qui super terram, negociatores Merran, & Theman, & fabulatores, & exquisitores intelligentiæ: viam autem sapientiæ nescierũt: neq; commemorati sunt semitas eius.*
24 *O Israel, quàm magna est domus Dei: & ingens locus possessionis eius:*
25 *Magnus est, & non habet finem, excelsus, & immensus.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Ibi fuerunt gigantes nominati illi, qui ab initio 26
fuerunt, ſtatura magna, ſcientes bellum.
Non hos elegit Dominus, neque viam diſciplinæ 27
inuenerunt: propterea perierunt.
Et quoniam non habuerunt ſapientiam, interie- 28
runt propter ſuam inſipientiam.
Quis aſcendit in cælum, & accepit eam, & eduxit 29
eam de nubibus?
Quis transfretauit mare, & inuenit illam? & at- 30
tulit illam ſuper aurum electum?
Non eſt qui poſſit ſcire vias eius, neque qui ex- 31
quirat ſemitas eius:
Sed qui ſcit vniuerſa, nouit eam, & adinuenit eam 32
prudentia ſua: qui præparauit terram in æterno
tempore, & repleuit eam pecudibus, & quadrupe-
dibus:
Qui emittit lumen, & vadit: & vocauit illud, & 33
obedit illi in tremore.
Stellæ autem dederunt lumen in cuſtodiis ſuis, & 34
lætatæ ſunt:
Vocatæ ſunt, & dixerunt: Adſumus: & luxerunt 35
ei cum iucunditate, qui fecit illas.
Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius ad- 36
uerſus eum.
Hic adinuenit omnem viam diſciplinæ, & tradi- 37
dit illam Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo.
Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus 38
conuerſatus eſt.

CAP. IV.

HIc liber mandatorum Dei, & lex, quæ eſt in æ- 1
ternum: omnes, qui tenent eam, peruenient ad
vitam: qui autem dereliquerunt eam, in mortem.
Conuertere Iacob, & apprehende eam, ambula 2
per viam ad ſplendorem eius contra lumen eius.
Ne tradas alteri gloriam tuam, & dignitatem 3
tuam genti alienæ.
Beati ſumus Iſrael: quia quæ Deo placent, mani- 4
feſta ſunt nobis.
Animæquior eſto populus Dei, memorabilis Iſ- 5
rael:
Venundati eſtis Gentibus non in perditionem: 6
ſed propter quod in ira ad iracundiam prouocaſtis
Deum, traditi eſtis aduerſariis.
Exacerbaſtis enim eum, qui fecit vos, Deum æ- 7
ternum, immolantes dæmoniis, & non Deo.
Obliti enim eſtis Deum, qui nutriuit vos, & con- 8
triſtaſtis nutricem veſtram Ieruſalem.
Vidit enim iracundiam à Deo venientem vobis, 9
& dixit: Audite confines Sion, adduxit enim mihi
Deus luctum magnum:
Vidi enim captiuitatem populi mei, filiorũ meo- 10
rum, & filiarum, quam ſuperduxit illis AEternus.
Nutriui enim illos cum iucunditate: dimiſi au- 11
tem illos cum fletu & luctu.
Nemo gaudeat ſuper me viduam, & deſolatam: à 12
multis derelicta ſum propter peccata filiorũ meo-
rum, quia declinauerunt à lege Dei.
Iuſtitias autem ipſius neſcierunt, nec ambulaue- 13
runt per vias mandatorum Dei, neque per ſemitas
veritatis eius cum iuſtitia ingreſſi ſunt.
Veniant confines Sion, & memorentur captiui- 14
tatem filiorum, & filiarum mearum, quam ſuper-
duxit illis AEternus.
Adduxit enim ſuper illos gentem de longinquo, 15
gentem improbam, & alterius linguæ:

Transl. ex Septuag.

Ibi fuerunt gigantes nominati, qui ab initio fuerunt
ſtatura magna, ſcientes bellum.
Non hos elegit Deus: neq; viam ſcientiæ dedit eis: &
perierunt,
Eo quòd non haberent prudentiam: perierunt propter te-
meritatem ſuam.
Quis aſcendit in cælum, & accepit eam, & deduxit
eam de nubibus?
Quis transfretauit mare, & inuenit illam; & afferet
eam auro electo?
Non eſt, qui ſciat viam eius: nec, qui excogitet ſemitam
eius.
Sed qui ſcit vniuerſa; nouit eam: adinuenit eam intelle-
ctu ſuo. Qui præparauit terram in æternum tempus, re-
pleuit eam iumentis quadrupedibus:
Qui mittit lumen, & vadit: vocauit illud; & obedinit
illi in tremore:
Stellæ autem fulſerunt in cuſtodijs ſuis, & lætatæ ſunt:
Vocauit eas, & dixerunt, adſumus: luxerunt cum iucun-
ditate ei, qui fecit illas:
Hic eſt Deus noſter: & non æſtimabitur alius ad eum.
Adinuenit omnem viam ſcientiæ, & dedit eam Iacob
puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo.
Poſt hoc in terra viſus eſt, & cum hominibus conuerſa-
tus eſt.

CAP. IV.

HIc liber mandatorum Dei, & lex, quæ eſt in æternum.
Omnes qui tenent eam, ad vitam: qui autem dereli-
querint eam, morientur.
Conuertere Iacob, & apprehende eam: ambula per viam
ad ſplendorem contra lumen eius.
Ne tradas alteri gloriam tuam, & quæ conferunt tibi,
genti alienæ.
Beati ſumus Iſrael: quia quæ Deo placent, manifeſta
ſunt nobis.
Confidite populus meus, memoriale Iſrael.
Venundati eſtis Gentibus non in perditionem: eo enim
quòd ad iracundiam prouocaſtis Deum; traditi eſtis ad-
uerſarijs.
Exacerbaſtis eum, qui fecit vos, immolantes dæmonijs, &
non Deo.
Obliti eſtis eum, qui nutriuit vos, Deum æternum: Con-
triſtaſtis autem & nutricem veſtram Hieruſalem.
Vidit enim ſuperuenientem vobis iram à Deo, & dixit:
Audite confines Sion: adduxit mihi Deus luctum magnum.
Vidi enim captiuitatem filiorum meorum, & filiarum,
quam ſuperduxit illis Æternus.
Nutriui enim illos cum iucunditate: dimiſi autem cum
fletu, & luctu.
Nemo gaudeat ſuper me viduam: & relictam à multis:
Deſolata ſum propter peccata filiorum meorum: quia decli-
nauerunt à lege Dei,
Et iuſtificationes eius neſcierunt, nec ambulauerunt per
vias mandatorum Dei, neq; per ſemitas diſciplinæ in iuſti-
tia eius aſcenderunt.
Veniant confines Sion: & memoremini captiuitatem fi-
liorum meorum, & filiarum, quam ſuperduxit illis Æter-
nus.
Adduxit enim ſuper illos gentem de longinquo, gentem
impudentem, & alterius linguæ.

Qui Quia

Vulgat. Editio.

16 Qui non sunt reueriti senem, neque puerorum
miserti sunt,& abduxerunt dilectos viduæ, & à fi-
lijs vnicam desolauerunt.
17 Ego autem quid possum adiuuare vos?
18 Qui enim adduxit super vos mala, ipse vos eri-
piet de manibus inimicorum vestrorum.
19 Ambulate filij,ambulate: ego enim derelicta sum
sola.
20 Exui me stola pacis, indui autem me sacco obse-
crationis,& clamabo ad Altissimum in diebus meis.
21 Animæquiores estote filij,clamate ad Dominum,
& eripiet vos de manu principum inimicorum.
22 Ego enim speraui in AEternum salutem vestram:
& venit mihi gaudium à sancto super misericordia,
quæ veniet vobis ab AEterno salutari nostro.
23 Emisi enim vos cum luctu & ploratu:reducet au-
tem vos mihi Dominus cum gaudio & iucunditate
in sempiternum.
24 Sicut enim viderunt vicinæ Sion captiuitatem
vestram à Deo,sic videbunt & in celeritate salutem
vestram à Deo,quæ superueniet vobis cum honore
magno,& splendore æterno.
25 Filij patienter sustinete iram, quæ superueniet
vobis:persecutus est enim te inimicus tuus, sed ci-
to videbis perditionem ipsius: & super ceruices ip-
sius ascendes.
26 Delicati mei ambulauerũt vias asperas:ducti sunt
enim vt grex direptus ab inimicis.
27 Animæquiores estote filij, & proclamate ad Do-
minum:erit enim memoria vestra ab eo,qui duxit
vos.
28 Sicut enim fuit sensus vester vt erraretis à Deo:
decies tantum iterum conuertentes requiretis
eum.
29 Qui enim induxit vobis mala,ipse rursum addu-
cet vobis sempiternam iucunditatem cum salute
vestra.
30 Animæquior esto Ierusalem,exhortatur enim te
qui te nominauit.
31 Nocentes peribunt,qui te vexauerunt:& qui gra-
tulati sunt in tua ruina,punientur.
32 Ciuitates,quibus seruierunt filij tui,punientur:&
quæ accepit filios tuos.
33 Sicut enim gauisa est in tua ruina,& læta est in
casu tuo,sic contristabitur in sua desolatione.
34 Et amputabitur exultatio multitudinis eius, &
gaudimonium eius erit in luctum.
35 Ignis enim superueniet ei ab æterno in longitur-
nis diebus, & habitabitur à dæmoniis in multitu-
dine temporis.
36 Circumspice Ierusalem ad Orientem, & vide iu-
cunditatem à Deo tibi venientem.
37 Ecce enim veniunt filij tui,quos dimisisti disper-
sos,veniunt collecti ab Oriente vsque ad Occiden-
tem,in verbo sancti gaudentes in honorem Dei.

C A P V.

1 EXue te Ierusalem stola luctus,& vexationis tuę:
& indue te decore, & honore eius, quæ à Deo
tibi est sempiternæ gloriæ.
2 Circumdabit te Deus diploide iustitiæ, & impo-
net mitram capiti honoris æterni.
3 Deus enim ostendet splendorem suum in te om-
ni,qui sub cælo est.
4 Nominabitur enim tibi nomen tuum à Deo in
sempiternum:Pax iustitiæ,& honor pietatis.

Transl. ex Septuag.

16 *Quia non reueriti sunt senem,neq; paruuli miserti sunt.*
& abduxerunt dilectos viduæ & à filiabus solam desola-
uerunt.
17 *Ego autem quid possum adiuuare vos.*
18 *Qui enim adduxit mala; eripiet vos de manu inimico-*
rum vestrorum.
19 *Ambulate filij,ambulate: ego enim derelicta sum de ser-*
ta.
20 *Exui me stola pacis:indui autem me sacco obsecrationis*
meæ: clamabo ad Æternum in diebus meis.
21 *Confidite filij,clamate ad Deum:& eripiet vos de domi-*
natione,de manu inimicorum.
22 *Ego enim speraui in Æterno salutem vestram: & venit*
mihi gaudium à sancto super misericordia, quæ veniet vo-
bis velociter ab Æterno salutare nostro.
23 *Emisi enim vos cum ploratu, & luctu:reddet autem vos*
mihi Deus cum gaudio, & iucunditate in sempiternum.
24 *Sicut enim nunc viderunt vicinæ Sion captiuitatem ve-*
stram; sic videbunt in celeritate vestram,quæ à Deo, salu-
tem,quæ superueniet vobis cum gloria magna,& splendore
ipsius Æterni.
25 *Filij patienter sustinete superuenientem vobis à Deo*
iram:persequutus est te inimicus: & videbis ipsius perdi-
tionem cito:& super ceruices eorum ascendes.
26 *Delicati mei ambulauerunt vias asperas:ablati sunt, vt*
grex direptus ab inimicis.
27 *Confidite filij, & clamate ad Deum: erit enim vestri*
memoria ab eo, qui induxit.
28 *Sicut enim fuit sensus vester, vt erraretis à Deo, decies*
tantum conuersi quæretis eum.
29 *Qui enim induxit vobis mala, inducet vobis sempiter-*
nam iucunditatem cum salute vestra.
30 *Confide Hierusalem:consolabitur te, qui te nominauit.*
31 *Miseri,qui te vexauerunt,& qui gratulati sunt in rui-*
na tua.
32 *Miseræ ciuitates,quibus seruierunt filij tui: misera,quæ*
accepit filios tuos.
33 *Sicut enim gauisa est in tua ruina, & læta est in casu*
tuo; sic contristabitur in sua desolatione.
34 *Et amputabo ab ea exultationem multitudinis:& exul-*
tatio eius in luctum.
35 *Ignis enim superueniet ei ab Æterno in dies longos: &*
habitabitur à dæmonijs multo tempore.
36 *Circumspice Hierusalem ad Orientem, & vide iucundi-*
tatem à Deo tibi venientem.
37 *Ecce veniunt filij tui, quos dimisisti, veniunt collecti ab*
Oriente vsq; ad Occidentem, in verbo sancti gaudentes Dei
gloria.

C A P. V.

1 *EXue te Hierusalem stola luctus, & vexationis tuæ, &*
indue te decore gloriæ, quæ à Deo in sempiternum.
2 *Circunda te diploide iustitiæ,quæ à Deo:impone mitram*
super caput tuum gloriæ æterni.
3 *Deus enim ostendet vniuersæ, quæ sub cælo, splendorem*
tuum.
4 *Vocabitur enim nomen tuum à Deo in sempiternum.pax*
iustitiæ,& gloria pietatis.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Sup.4.36. Exurge Ierusalem,& sta in excelso: * & circũspice ad Orientem, & vide collectos filios tuos ab Oriente sole vsque ad Occidentem, in verbo sancti gaudentes Dei memoria. 5

Exierunt enim abs te pedibus ducti ab inimicis: 6
adducet autem illos Dominus ad te portatos in honore sicut filios regni.

Constituit enim Deus humiliare omnem mon- 7
tem excelsum,& rupes perennes,& conualles replere in æqualitatem terræ: vt ambulet Israel diligenter in honorem Dei.

Obumbrauerunt autem & siluæ,& omne lignum 8
suauitatis Israel ex mandato Dei.

Adducet enim Deus Israel cum iucunditate in 9
lumine maiestatis suæ, cũ misericordia, & iustitia, quæ est ex ipso.

CAP. VI.

EXemplar epistolæ, quam misit Ieremias ad abducendos captiuos in Babyloniam à rege Babyloniorum, vt annunciaret illis secundum quod præceptum est illi à Deo.

* Ier.25.9. * PROPTER peccata, quæ peccastis ante Deũ, 1
abducemini in Babyloniam captiui à Nabuchodonosor rege Babyloniorum.

Ingressi itaque in Babylonem, eritis ibi annis plu- 2
rimis, & temporibus longis vsque ad generationes septem: post hoc autem educam vos inde cum pace.

Isa.44.10. Nunc autem videbitis in Babylonia deos au- 3
reos,& argenteos,& lapideos, & ligneos in humeris portari, ostentantes metum Gentibus.

Videte ergo ne & vos similes efficiamini factis 4
alienis,& metuatis,& metus vos capiat in ipsis.

Visa itaque turba de retro, & ab ante, adorantes 5
dicite in cordibus vestris: Te oportet adorari Domine.

Angelus enim meus vobiscum est: ipse autem ex- 6
quiram animas vestras.

Nam lingua ipsorum polita à fabro, ipsa etiam in- 7
aurata,& inargentata falsa sunt, & non possunt loqui.

Et sicut virgini amanti ornamenta: ita accepto 8
auro fabricati sunt.

Coronas certè aureas habent super capita sua dij 9
illorum: vnde subtrahunt sacerdotes ab eis aurum, & argentum,& erogant illud in semetipsos.

Dant autem & ex ipso prostitutis, & meretrices 10
ornant: & iterum cum receperint illud à meretricibus, ornant deos suos.

Hi autem non liberantur ab ærugine,& tinea. 11

Opertis autem illis veste purpurea, extergunt fa- 12
ciem ipsorum propter puluerẽ domus, qui est plurimus inter eos.

Sceptrum autem habet, vt homo, sicut iudex re- 13
gionis, qui in se peccantem non interficit.

Habet etiam in manu gladium,& securim, se au- 14
tem de bello,& à latronibus non liberat. Vnde vobis notum sit, quia non sunt dij.

Non ergo timueritis eos. Sicut enim vas hominis 15
confractum inutile efficitur, tales sunt, & dij illorum:

Constitutis illis in domo, oculi eorum pleni sunt 16
puluere à pedibus introeuntium.

Transl. ex Septuag.

Exurge Hierusalem,& sta in excelso, & circumspice ad Orientem: & vide collectos filios tuos ab Occasu Solis vsq; ad Ortum verbo sancti, gaudentes Dei memoria.

Exierunt enim abs te pedibus ducti ab inimicis: adducit autem illos Deus ad te portatos cum gloria, sicut solium regni.

Constituit enim Deus humiliare omnem montem excelsum,& cumulos perennes,& valles replere in æqualitatem terræ, vt ambulet Israel securè in Dei gloria.

Obumbrauerunt autem etiam syluæ, & omne lignum suauitatis ipsi Israel mandato Dei.

Adducet enim Deus Israel cum iucunditate lumine maiestatis suæ cum iustitia, & misericordia, quæ ex ipso est.

EPISTOLA HIEREMIÆ.

CAP. VI.

EXemplum epistolæ, quam misit Hieremias ad abducendos captiuos in Babylonem à rege Babyloniorum, vt annunciaret illis, secundum quod præceptum est illi à Deo.

Hæc epistola Ieremiæ quam nos ordinem vulgatæ sequuti hic posuimus in translat. ex Septu. habetur post ipsas lamentationes seorsum, veluti libera cæteris distinctus.

Propter peccata, quæ peccastis ante Deum, abducemini in Babylonem captiui à Nabuchodonosor rege Babyloniorum.

Ingressi itaq; in Babylonem eritis ibi annis plurimis, & tempore longo vsq; ad generationes septem: post hoc autem educam vos inde in pace.

Nunc autem videbitis in Babylonia deos argenteos, & aureos, & ligneos in humeris portari, ostentantes metum Gentibus.

Cauete ergo, ne & vos assimilati assimilemini alienigenis,& metus vos capiat in ipsis,

Videntes turbam ab ante, & de retro eorum, adorantes eos. Dicite autem mente: Te oportet adorare Domine.

Angelus enim meus vobiscum est: & ipse exquirens animas vestras.

Nam lingua ipsorum est polita à fabro, ipsaq; inaurata, & inargentata: falsa autem sunt, & non possunt loqui:

Et sicut virgini amanti ornamenta, accipientes aurum,

Fabricant coronas super capita deorum suorum. Est autem & quando subtrahentes sacerdotes à dijs suis aurum, & argentum, in semetipsos insumunt:

Dabunt autem de eis etiam meretricibus, quæ sub tecto. Ornantq; eos, quasi homines, vestimentis, deos argenteos, & deos aureos,& ligneos.

Hi autem non liberantur ab ærugine,& tineis,

Opertis ipsis veste purpurea. Extergent faciem ipsorum propter puluerem, qui ex domo, qui est plurimus super eos.

Et sceptrum habet, vt homo iudex regionis, qui in se peccantem non interficiet.

Habet autem gladiolum dextera, & securim: se autem de bello,& de latronibus non liberabit. Vnde manifesti sunt non esse dij.

Non ergo timeatis eos. Sicut enim vas hominis contritum efficitur inutile; tales sunt dij illorum,

Constitutis illis in domibus. Oculi eorum pleni sunt puluere à pedibus introeuntium:

Vulgat. Editio.		Transl. ex Septuag.
Et ficut alicui, qui regem offendit, circumfeptæ funt ianuæ: aut ficut ad fepulchrum adductum mortuum, ita tutantur facerdotes oftia claufuris, & feris, ne à latronibus expolientur.	17	*Et ficut alicui, qui regem offendit, circumfepta funt atria. ficut ad mortem abducto domos eorum muniunt facerdotes & oftijs, & clauftris, & feris, ne à latronibus expolientur.*
Lucernas accendunt illis, & quidem multas, ex quibus nullam videre poffunt: funt autem ficut trabes in domo.	18	*Lucernas accendunt, & plures, quam fibi ipfis: ex quibus nullam videre poffunt. Eft quidem, ficut trabs earum, quæ è domo:*
Corda vero eorum dicunt elingere ferpentes, qui de terra funt, dum comedunt eos, & veftimentum ipforum, & non fentiunt.	19	*.Corda vero eorum dicunt elingi ab ijs, qui de terra funt, ferpentibus: dum comedunt & eos, & veftimentum eorum, non fentiunt:*
Nigræ fiunt facies eorum à fumo, qui in domo fit.	20	*Nigri facti faciem fuam à fumo, qui è domo fit.*
Supra corpus eorum, & fupra caput eorum volant noctuæ, & hirundines, & aues etiam fimiliter, & cattæ.	21	*Supra corpus eorum, & fupra caput eorum volant noctuæ, hirundines, & aues, fimiliter autem & catti.*
Vnde fciatis, quia non funt dij. Ne ergo timueritis eos.	22	*Vnde fcietis, quia non funt dij. Ne ergo timueritis ea.*
Aurum etiam, quod habent, ad fpeciem eft. Nifi aliquis exterferit æruginem, non fulgebunt: neque enim dum conflarentur, fentiebant.	23	*Aurum enim quo circundati funt ad fpecimen, nifi aliquis exterferit æruginem; non fulgebunt: neq; enim dum conflarentur, fentiebant.*
Isa.46.a. Ex omni pretio empta funt, in quibus fpiritus non ineft ipfis.	24	*Ex omni precio empta funt; in quibus non eft fpiritus.*
Sine pedibus in humeris portantur, oftentantes ignobilitatem fuam hominibus. Confundantur etiam qui colunt ea.	25	*Sine pedibus in humeris portantur, oftentantes ignobilitatem fuam hominibus: confunduntur q; etiam, qui colunt ea,*
Propterea fi ceciderint in terram, à femetipfis non confurgunt: neque fi quis eum ftatuerit rectũ, per femetipfum ftabit, fed ficut mortuis munera eorum illis apponentur.	26	*Propterea quòd, fi forte ceciderint in terram; à femetipfis non confurgunt: neq; fi quis illud ftatuerit rectum; per feipfum mouebitur: neq;, fi inclinatum fuerit, dirigetur: fed ficut mortuis munera ipfis apponuntur.*
Hoftias illorum vendunt Sacerdotes ipforum, & abutuntur: fimiliter & mulieres eorum decerpentes, neque infirmo, neque mendicanti aliquid impertiunt:	27	*Hoftias autem illorum vendentes facerdotes, ipfis abutuntur. Similiter autem & mulieres de eis condientes, neq; mendicanti, neq; infirmo impertiunt.*
De facrificiis eorum fœtæ, & menftruatæ contingunt. Scientes itaque ex his, quia non funt dij, ne timeatis eos.	28	*Sacrificia eorum, menftruata, & puerpera tangunt. Scientes itaq; ex his, quia non funt dij, ne timeatis eos.*
Vnde enim vocantur dij? Quia mulieres apponunt diis argenteis, & aureis, & ligneis:	29	*Vnde enim vocentur dij? quia mulieres apponunt dijs argenteis, & aureis, & ligneis.*
Et in domibus eorum facerdotes fedent, habentes tunicas fciffas, & capita, & barbam rafam, quorum capita nuda funt.	30	*Et in domibus eorum facerdotes fedent, habentes tunicas fciffas, & capita, & barbas rafas: quorum capita nuda funt:*
Rugiunt autem clamantes contra deos fuos, ficut in cœna mortui.	31	*Rugiunt autem clamantes ante deos fuos, ficut aliqui in cœna mortui.*
Veftimenta eorũ auferunt facerdotes, & veftiunt vxores fuas, & filios fuos.	32	*De veftimento eorum auferentes facerdotes veftient vxores fuas, & filios.*
Neque fi quid mali patiuntur ab aliquo, neque fi quid boni, poterunt retribuere: neque regem conftituere poffunt, neque auferre.	33	*Neq; fiquid mali patiantur ab aliquo, neq; fi quid boni, poterunt retribuere: neq; conftituere regem poffunt, neq; auferre.*
Similiter neque dare diuitias poffunt, neque malum retribuere. Si quis illis votum vouerit, & non reddiderit; neque hoc requirunt.	34	*Similiter neq; diuitias, neq; æs dare poffunt. Si quis illis votum vouerit, & non reddiderit; non requirent.*
Hominem à morte non liberant, neque infirmum à potentiori eripiunt.	35	*A morte hominem non liberabunt: neq; infirmiorem à potenti eripient,*
Hominem cæcum ad vifum non reftituunt, de neceffitate hominem non liberabunt.	36	*Hominem cæcum ad vifum non reftituent: de neceffitate hominem non liberabunt:*
Viduæ non miferebuntur, neque orphanis benefacient.	37	*Viduæ non miferebuntur: neq; orphano benefacient.*
Lapidibus de monte fimiles funt dij illorum, lignei, & lapidei, & aurei, & argẽtei. Qui autem colunt ea confundentur.	38	*Lapidibus de monte fimiles funt, lignea, & inaurata, & inargentata: qui autem colunt ea; confundentur.*
Quomodo ergo æftimandum eft, aut dicendum, illos effe deos?	39	*Quómodo ergo æftimandum eft, aut dicendum illos effe Deos?*
Adhuc enim ipfis Chaldæis non honorantibus ea: qui cum audierint mutum non poffe loqui, offerunt illud ad Bel poftulantes ab eo loqui:	40	*Adhuc autem & ipfis Chaldæis inhonorantibus ea? Qui cum viderint mutum non poffe loqui, offerentes, Belum poftulant loqui:*
Quafi poffint fentire qui non habẽt motum, & ipfi cum intellexerint, relinquent ea: fenfum enim non habent ipfi dij illorum.	41	*Quafi potens ipfe fit fentire: Et non poffunt ipfi intelligentes relinquere ea: fenfum enim non habent.*
Mulieres autem circumdatæ funibus in viis fedent, fuccendentes offa oliuarum.	42	*Mulieres autem circundatæ funibus in vijs fedent, adolentes furfura.*

Vulgat. Editio.		Transl. ex Septuag.
Cum autem aliqua ex ipsis attracta ab aliquo trãseunte dormierit cum eo, proximæ suæ exprobrat quòd ea non sit digna habita, sicut ipsa, neque funis eius diruptus sit.	43	*Cum autem aliqua ex ipsis attracta ab aliquo transeuntium dormierit; proximæ suæ exprobrat, quod non sit digna habita, sicut & ipsa, neq; funis eius diruptus sit.*
Omnia autem quæ illis fiunt, falsa sunt. Quomodo æstimandum, aut dicendum est, illos esse deos?	44	*Omnia, quæ fiunt in illis, falsa sunt. Quomodo ergo æstimandum est, aut dicendum illos esse ut Deos?*
A fabris autem, & ab aurificibus facta sunt. Nihil aliud erunt, nisi id quod volunt esse sacerdotes.	45	*A fabris, & aurificibus facta sunt. Nihil aliud erunt, nisi id, quod volunt artifices ea esse.*
Artifices etiam ipsi, qui ea faciunt, non sunt multi temporis. Nunquid ergo possunt ea, quæ fabricata sunt ab ipsis, esse dij?	46	*Et ipsi, qui fabricant ea, non erunt longi temporis: quomodo igitur futura sunt, quæ ab illis sunt fabricata?*
Reliquerunt autem falsa, & opprobrium postea futuris.	47	*Reliquerunt enim falsa, & opprobrium postea futuris.*
Nam cum superuenerit illis prælium, & mala, cogitant sacerdotes apud se, vbi se abscondant cum illis.	48	*Nam cum superuenerit illis bellum, & mala, cogitant secum ipsi sacerdotes, vbi se abscondant cum illis.*
Quomodo ergo sentiri debeant quoniam dij sunt, qui nec de bello se liberant, neque de malis se eripiunt?	49	*Quomodo ergo non est sentire, quia non sunt Dij? qui nec de bello saluant semetipsos, neq; de malis?*
Nam cum sint lignea, inaurata, & inargentata, scietur postea quia falsa sunt ab vniuersis Gentibus, & regibus: quæ manifesta sunt quia non sunt dij, sed opera manuum hominum, & nullum Dei opus cum illis.	50	*Nam cum sint lignea, & inaurata, & inargentata, scietur postea, quia falsa sunt, gentibus vniuersis & regibus manifestum erit, quia non sunt Dij, sed opera manuum hominum: & nullum Dei opus in ipsis est.*
Vnde ergo notum est, quia non sunt dij, sed opera manuum hominum, & nullum Dei opus in ipsis est?	51	*Quo ergo cognoscendum est, quia non sunt Dij?*
Regem regioni non suscitant, neque pluuiam hominibus dabunt.	52	*Regem enim regionis non suscitabunt, neq; pluuiam hominibus dabunt:*
Iudicium quoque non discernent, neque regiones liberabunt ab iniuria: quia nihil possunt, sicut corniculæ inter medium cæli, & terræ.	53	*Iudicium quoq; non discernent suipsorum, neq; eripient iniuriam, quia impotentes sunt: sicut enim cornicula inter medium cæli, & terræ.*
Etenim cum inciderit ignis in domum deorum ligneorum, argenteorum, & aureorum, sacerdotes quidem ipsorum fugient, & liberabuntur: ipsi vero sicut trabes in medio comburentur.	54	*Etenim si inciderit ignis in domum deorum ligneorum, aut inauratorum, aut inargentatorum; sacerdotes quidem ipsorum fugient, & saluabuntur: ipsi vero sicut trabes medij comburentur.*
Regi autem, & bello non resistent. Quomodo ergo æstimandum est, aut recipiendum quia dij sunt?	55	*Regi autem, & hostibus non resistent. Quomodo ergo recipiendum est, aut æstimandum, quia dij sunt?*
Non à furibus, neque à latronibus se liberabunt dij lignei, & lapidei, & inaurati & inargentati, quibus hi, qui fortiores sunt,	56	*Neq; à furibus, neq; à latronibus se liberabunt Dij lignei, & inargentati, & inaurati: quorum fortes*
Aurum, & argentum, & vestimentum, quo operti sunt, auferent illis, & abibunt, nec sibi auxilium ferent.	57	*Circumauferent aurum, & argentum, & vestimentum circumpositum illis, abibunt habentes: nec sibi ipsis auxilium ferent.*
Itaque melius est esse regem ostentantem virtutem suam: aut vas in domo vtile, in quo gloriabitur qui possidet illud: vel ostium in domo, quod custodit quæ in ipsa sunt, quàm falsi dij.	58	*Itaq; melius est esse regem ostentantem virtutem suam, aut vas in domo vtile, in quo vsum habebit, qui possidet illud, quam falsi dij: vel etiam ostium in domo, quod saluat ea quæ in ipsa sunt, quam falsi dij: & lignea columna in regijs, quam falsi dij.*
Sol quidem, & luna, ac sidera cum sint splendida, & emissa ad vtilitates, obaudiunt.	59	*Nam Sol quidem, & Luna, ac sydera, cum sint splendida, & emissa ad vtilitates; obedientia sunt.*
Similiter & fulgur cum apparuerit, perspicuum est: idipsum autem & spiritus in omni regione spirat:	60	*Similiter & fulgur, cum apparuerit; perspicuum est. Idipsum autem & spiritus in omni regione spirat.*
Et nubes quibus cum imperatum fuerit à Deo perambulare vniuersum orbem, perficiunt quod imperatum est eis.	61	*Et nubibus cum imperatum fuerit à Deo perambulare in vniuersum orbem; perficiunt quod imperatum est.*
Ignis etiam missus desuper vt consumat montes, & siluas, facit quod præceptum est ei. Hæc autem neque speciebus, neque virtutibus vni eorum similia sunt.	62	*Ignis etiam missus desuper, vt consumat montes, & sylvas, facit quod præceptum est. Hæc autem neq; speciebus, neq; virtutibus ipsorum similia sunt.*
Vnde neque existimandum est, neque dicendum, illos esse deos, quando non possunt neque iudicium iudicare, neque quicquam facere hominibus.	63	*Vnde neq; æstimandum est, neq; dicendum illos esse Deos: quando non possunt neq; iudicium iudicare, neq; benefacere hominibus.*
Scientes itaque quia non sunt dij, ne ergo timueritis eos.	64	*Scientes itaq;, quia non sunt Dij, ne timueritis eos.*
Neque enim regibus maledicent, neque benedicent.	65	*Neq; enim regibus maledicent, neq; benedicent.*

Vulgat. Editio.

66 Signa etiam in cælo Gentibus non ostendunt, ne-
que vt sol lucebunt, neque illuminabunt vt luna.
67 Bestiæ meliores sunt illis, quæ possunt fugere sub
tectum, ac prodesse sibi.
68 Nullo itaque modo nobis est manifestum quia
sunt dij: propter quod ne timeatis eos.
69 Nam sicut in cucumerario formido nihil custo-
diens: ita sunt dij illorum lignei & argẽtei, & inaurati.
70 Eodem modo & in horto spina alba, supra quam
omnis auis sedet. Similiter & mortuo proiecto in
tenebris similes sunt dij illorum lignei, & inaurati,
& inargentati:
71 A purpura quoque & murice, quæ supra illos ti-
neant, scietis itaque quia non sunt dij. Ipsi etiam
postremo comeduntur, & erunt opprobrium in re-
gione.
72 Melior est homo iustus, qui non habet simulachra:
nam erit longe ab opprobriis.

Transl. ex Septuag.

66 *Signaq; in Gentibus in cælo non ostendent, neque vt Sol
lucebunt, neque illuminabunt vt Luna.*
67 *Bestiæ meliores sunt illis: quæ possunt fugientes sub te-
ctum, prodesse sibi.*
68 *Nullo itaque modo nobis est manifestum quia sunt Dij:
propter quod ne timeatis eos:*
69 *Nam sicut in cucumerario formido nihil custodiens; ita
sunt Dij illorum lignei, & inaurati, & inargentati,*
70 *Eodem modo & spina, quæ in horto, supra quam omnis
auis sedet. Similiter autem & mortuo proiecto in tenebris
similes sunt Dij illorum lignei, & inaurati, & inargentati.*
71 *A purpura quoque, & murice, quæ super eos putrescit,
cognoscentur, quia non sunt Dij. Et ipsa postremo comeden-
tur: & erit opprobrium in regione.*
72 *Melior igitur homo iustus, qui non habet idola: nam erit
longe ab opprobrio.*

FINIS PROPHETIÆ BARVCH.

Digitized by Google

PROPHETIÆ EZECHIELIS.

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM.

1 ET factum est in trigesimo anno in quarto, in
quinta mensis, cum essem in medio captiuo-
rum ⋆ iuxta fluuium Chobar, aperti sunt cęli,
& vidi visiones Dei.

* Inf. 3. 23. 12. 20.

2 In quinta mensis, ipse est annus quintus transmi-
grationis regis Ioachin.
3 Factum est verbum Domini ad Ezechielem filium
Buzi sacerdotem in terra Chaldæorum: secus flu-
men Chobar: & facta est super eum ibi manus Do-
mini.
4 Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aqui-
lone: & nubes magna, & ignis inuoluens, & splen-
dor in circuitu eius: & de medio eius quasi species
electri, id est de medio ignis:
5 Et in medio eius similitudo quatuor animalium:
& hic aspectus eorum, similitudo hominis in eis.
6 Quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni.
7 Pedes eorum pedes recti, & planta pedis eorum
quasi planta pedis vituli, & scintillæ quasi aspectus
æris candentis.
8 Et manus hominis sub pennis eorum in quatuor
partibus: & facies, & pennas per quatuor partes ha-
bebant.
9 Iunctæque erant pennæ eorum alterius ad alte-
rum, non reuertebantur cum incederēt: sed vnum-
quodque ante faciem suam gradiebatur.
10 Similitudo autem vultus eorum: facies hominis,
& facies leonis à dextris ipsorum quatuor: facies
autem bouis, à sinistris ipsorum quatuor, & facies
Aquilæ desuper ipsorum quatuor.
11 Facies eorum, & pennæ eorum extentæ desuper:
duæ pennæ singulorum iungebantur, & duæ tege-
bant corpora eorum.
12 Et vnumquodque eorum coram facie sua ambu-
labat: vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur,
nec reuertebantur cum ambularent.
13 Et similitudo animalium, aspectus eorum quasi
carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lam-
padarum. Hæc erat visio discurrens in medio ani-
malium, splendor ignis, & de igne fulgur egrediens.
14 Et animalia ibant, & reuertebantur in similitu-
dinem fulguris coruscantis.
15 Cumque aspicerem animalia, apparuit rota vna
super terram iuxta animalia, habēs quatuor facies.
16 Et aspectus rotarum, & opus earum, quasi visio
maris: & vna similitudo ipsarum quatuor: & aspe-
ctus earum & opera, quasi sit rota in medio rotæ.
17 Per quatuor partes earum euntes ibant: & non
reuertebantur cum ambularent.
18 Statura quoque erat rotis, & altitudo, & horribi-
lis aspectus: & ⋆ totum corpus oculis plenum in cir-
cuitu ipsarum quatuor.

Inf. 10. 12.

Cumque

PROPHETIÆ IECHEZCHEL.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAPVT PRIMVM.

1 *ET fuit, trigesimo anno, quarto mēse, quinta die men-
sis, eram in medio transmigrationis iuxta fluuium
Chebar: aperti sunt cœli, & vidi visiones Dei.*
2 *Quinta mensis (ipse est annus quintus transmigratio-
nis regis Ioiachin.)*
3 *Essendo fuit verbum Domini ad Iechezchel filium Buzi
sacerdotem in terra Chasdim, secus flumen Chebar, & fuit
super eum ibi prophetia Domini.*
4 *Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone,
nubes magna, & ignis in medio nubis inuoluens se, &
splendor erat ei per circuitum, & de medio eius veluti co-
lor electri de medio ignis.*
5 *Et de medio ignis similitudo quattuor animalium, &
hic aspectus eorum, similitudo hominis erat eis.*
6 *Et quattuor facies vni, & quattuor alæ vnicuiq;.*
7 *Et pedes eorum pedes recti, & planta pedis eorum veluti
planta pedis vituli, & scintillantes, tanquam color æris
politi.*
8 *Et manus hominis sub alis eorum in quattuor partibus,
& facies eorum, & alæ eorum in quattuor ipsis.*
9 *Iunctæ erant vnaquæq; ad alteram alæ eorum: non re-
uertebantur quando ambulabant, vnumquodq; ad latus
faciei suæ gradiebatur.*
10 *Similitudo autem faciei eorum facies hominis, & facies
leonis ad dexteram quattuor ipsorum, & facies bouis à si-
nistra quattuor ipsis, & facies aquilæ quattuor ipsis.*
11 *Et facies eorum & alæ eorum extentæ desuper vnicuiq;:
duæ iunctæ erant vniuscuiusq;, & duæ tegebant corpora
eorum.*
12 *Et vnumquodq; ad latus faciei suæ ambulabat: quo erat
voluntas ambulandi, ambulabant non reuertebantur, cum
ambularent.*
13 *Et similitudo oculorum animalium aspectus eorum vel-
uti prunarum ignis ardentium tanquam aspectus lampa-
darum. Ipsa discurrebat inter animalia, & splendor erat
similis igni, & de igne egrediebatur fulgur.*
14 *Et animalia currebant, & redibant secundum aspectum
fulguris.*
15 *Et vidi animalia, & ecce rota vna in terra iuxta ani-
malia quattuor faciebus eius.*
16 *Aspectus rotarum, & opus earum tanquam color lapidis
Tarsis: & similitudo vna quattuor ipsis, & aspectus ea-
rum, & opus earum ac si esset rota in medio rotæ.*
17 *Ad quattuor latera sua, dum irent ipsa, ibant, non re-
uertebantur quando ambulabant.*
18 *Et dorsa erant eis, & altitudo erat eis, & pauor erat
propter eas, & dorsa eorum plena erant oculis per circui-
tum quattuor ipsis.*

Et

PROPHETIÆ IEZECIELIS.

Transl. ex Septuag.

CAPVT PRIMVM.

ET factum est in tricesimo anno, in quarto mē- 1
se, quinta mensis; & ego eram in medio capti-
uitatis super fluuium Chobar: & aperti sunt
cæli: & vidi visiones Dei:
Quinta mensis: (hic est annus quintus captiuita- 2
tis regis Ioacim,)
Et factum est verbum Domini ad Iezeciel filium 3
Buzi sacerdotem, in terra Chaldæorum super flu-
uium Chobar. Et facta est super me manus Domi-
ni.
Et vidi: Et ecce spiritus auferēs veniebat ab Aqui- 4
lone: & nubes magna in eo: & splendor in circuitu
eius, & ignis fulgurans. Et in medio eius quasi visio
electri in medio ignis, & splendor in eo.
Et in medio quasi similitudo quatuor animaliū: 5
& hæc visio eorum. Similitudo hominis in eis:
Et quatuor facies vni, & quatuor alæ vni: 6
Et crura eorum recta; & pedes eorum pennati & 7
scintillæ, quasi fulgurans æs: Et leues pennæ eorum:
Et manus hominis sub pennis eorum in quatuor 8
partibus ipsorum: & facies eorum quatuor,
Non reuertebantur, cùm incederent ipsæ: vnum- 9
quodque ante faciem suam gradiebatur.
Et similitudo facierum eorum, facies hominis, & 10
facies leonis à dextris, ipsis quatuor: & facies vituli
à sinistris, ipsis quatuor, & facies vituli à sinistris,
ipsis quatuor, & facies aquilæ ipsis quatuor.
Et alæ eorum extentę desuper ipsis quatuor: vni- 11
cuique duæ, coniunctæ ad se inuicem, & duæ coo-
periebant desuper corpus ipsorum;
Et vnumquodque coram facie sua ambulabat: 12
quocumque ambulabat spiritus; ibant, & non re-
uertebantur.
Et in medio animalium visio quasi carbonum 13
ignis ardentium, quasi visio lampadarum discur-
rentium inter medium animalium: & splendor ig-
nis: & de igne egrediebatur fulgur.*

* Quæ deinceps respondere versu 14. de Theodo. editione ubi habetur apud Septuag. addita esse censetur, Hieron.

14
Et vidi: & ecce rota vna super terram iuxta ani- 15
malia, ipsis quatuor:
Et species rotarum quasi species Tharsis. Et simi- 16
litudo vna ipsis quatuor. Et opus earum erat, quasi
si esset rota in rota.
In quatuor partes earum ambulabant: non reuer- 17
tebatur, cum ambularent neque dorsa earum:
Et altitudo erat eis. Et vidi ea: & dorsa earum ple- 18
na oculis in circuitu ipsis quatuor. Et cum ambula-
rent animalia, ambulabant rotæ iuxta ea.

PROPHETIÆ IECHEZCHEL.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAPVT PRIMVM.

ET fuit, Tricesimo anno, quarto mēse, quinta die men-
sis (ego autem eram in medio transmigrationis iux-
ta fluuium Chebar.) aperti sunt celi, & vidi visio-
nes Dei:
Quinta inquam mensis (ipse est annus quintus trans-
migrationis Regis Ioiachin.)
Factum est verbum Iehoua ad Iehezcel filium Buzi Sa-
cerdotem in terra Chasdim, iuxta flumen Chebar: & fuit
super eum ibi manus Iehoua.
Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone,
nubes magna, & ignis in medio nubis inuoluens se, &
splendor erat ei per circuitum, & de medio eius apparebat
veluti aspectus electri, de medio inquam ignis.
Et de medio eius apparuit similitudo quatuor anima-
lium: & hic aspectus eorum, similitudo hominis erat eis.
Et quatuor facies erant vni: & quatuor ale vnicuiq;.
Et pedes eorum pes rectus, & planta pedis eorum veluti
planta pedis vituli: & scintillantes tanquam aspectus aeris
politi.
Porro manus hominis sub alis eorum in quatuor partibus
eorum: facies autem eorum, & ale eorum in quatuor ipsis.
Iuncta erant vnum ad alterum alis suis: non conuerte-
bantur quando ambulabant, vnumquodq; contra faciem
suam gradiebatur.
Similitudo autem facierum eorum hec erat, facies ho-
minis & facies leonis ad dexteram ipsis quatuor: facies
autem bouis erat à sinistra ipsis quatuor, & erat facies
aquile quatuor ipsis.
Et he facies eorum: ale autem eorum extente desuper:
vnicuiq; due ale iuncte erant vnaqueq; alteri, due autem
tegebant corpora eorum.
Et vnumquodq; contra faciem suam ambulabat: quo-
cunq; erat spiritus vt ambularent, ambulabant: non con-
uertebantur quum ambularent.
Et similitudo animalium aspectus eorum, veluti pruna-
rum ignis ardentium, tanquam aspectus lampadarum: ipse
ignis discurrebat inter animalia, & splendor erat ipsi igni,
& de igne egrediebatur fulgur.
Et animalia currebant, & redibant secundum aspectum
fulguris.
Et quum vidissem animalia, & ecce rota vna in terra
iuxta animalia cum quatuor faciebus suis.
Aspectus rotarum, & opus earum tanquam aspectus la-
pidis tharsis: & similitudo vna quatuor ipsis: aspectus ea-
rum & opus earum ac si esset rota in medio rote.
Ad quatuor latera sua dum irent ipsa, ibant: non con-
uertebantur quando ambulabant.
Et canti erant eis, & altitudo erat eis, & pauor erat
propter eas: & dorsa earum plena erant oculis per circui-
tum, quatuor ipsis.

Vulgat. Editio.

19 Cumque ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ iuxta ea: & cum eleuarentur animalia de terra, eleuabantur simul & rotæ.

20 Quocumque ibat spiritus, illuc eunte spiritu, & rotæ pariter eleuabantur, sequentes eum. Spiritus enim vitæ erat in rotis.

21 Cum euntibus ibant, & cum stantibus stabant: & cum eleuatis à terra, pariter eleuabantur & rotæ, sequentes ea: quia spiritus vitæ erat in rotis.

22 Et similitudo super capita animalium firmamẽti, quasi aspectus crystalli horribilis, & extenti super capita eorum desuper.

23 Sub firmamento autem pennæ eorum rectæ alterius ad alterum: vnumquodque duabus alis velabat corpus suum, & alterum similiter velabatur.

24 Et audiebam sonum alarum, quasi sonum aquarum multarum, quasi sonum sublimis Dei: cum ambularent quasi sonus erat multitudinis vt sonus castrorum, cumque starent, demittebantur pennæ eorum.

25 Nam cum fieret vox super firmamentum, quod erat super caput eorum, stabant, & submittebant alas suas.

26 Et super firmamentum, quod erat imminens capiti eorum, quasi aspectus lapidis sapphiri similitudo throni: & super similitudinem throni, similitudo quasi aspectus hominis desuper.

27 Et vidi quasi speciem electri, velut aspectum ignis, intrinsecus eius per circuitum: à lumbis eius & desuper, & à lumbis eius vsque deorsum, vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu:

28 Velut aspectum arcus cum fuerit in nube in die pluuiæ. hic erat aspectus splendoris per gyrum.

CAP. II.

1 HAEc visio similitudinis gloriæ Domini. & vidi, & cecidi in faciem meam, & audiui vocem loquentis. Et dixit ad me: Fili hominis sta super pedes tuos, & loquar tecum.

2 Et ingressus est in me spiritus postquam locutus est mihi, & statuit me supra pedes meos: & audiui loquentem ad me.

3 Et dicentem: Fili hominis, mitto ego te ad filios Israel, ad Gentes apostatrices, quæ recesserunt à me: ipsi & patres eorum præuaricati sunt pactum meum vsque ad diem hanc.

4 Et filij dura facie, & indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te: & dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus:

5 Si forte vel ipsi audiant, & si forte quiescant, quoniam domus exasperans est: & scient quia propheta fuerit in medio eorum.

6 Tu ergo fili hominis ne timeas eos, neque sermones eorum metuas: quoniam increduli, & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas, verba eorum ne timeas, & vultus eorum ne formides, quia domus exasperans est.

7 Loqueris ergo verba mea ad eos, si forte audiant, & quiescant: quoniam irritatores sunt.

8 Tu autem fili hominis audi quæcumque loquor ad te: & noli esse exasperans sicut domus exasperatrix est: aperi os tuum & comede quæcumque ego do tibi.

9 Et vidi, & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber: & expandit illum coram me,* qui erat scriptus intus, & foris: & scriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & væ.

* Apoc. 5. 1.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

19 *Et quando ambulabant animalia, & ambulabant rotæ iuxta ea, & quando eleuabant se animalia super terram eleuabant se rotæ.*

20 *Quo erat voluntas eundi, ibant, quo voluntas erat eundi, & rotæ eleuabant se contra ea, voluntas enim animalis erat in rotis.*

21 *Cum ambularent ipsa, ibant, & cum stabant ipsa, stabant: & cum eleuabant se à terra, eleuabant se rotæ contra ea, quia voluntas animalis erat in rotis.*

22 *Et similitudo super capita vniuscuiusque animalis erat instar firmamenti tanquam color crystalli terribilis, extenta erat super capita eorum desuper.*

23 *Sub firmamento autem alæ eorum erant rectæ vnaquæque ad alteram: vnicuique duæ erant tegentes se, & vnicuique duæ erant tegentes corpora sua.*

24 *Et audiui sonum alarum eorum tanquam sonum aquarum multarum, tanquam vocem Omnipotentis quando ambulabant, vocem loquelæ tanquam vocem castrorum, quando stabant dimittebant alas suas.*

25 *Et erat vox è firmamento quod erat super caput eorum, quando stabant demittebant alas suas.*

26 *Et super firmamentum quod erat super caput eorum, erat tanquam aspectus lapidis sapphiri similitudo throni & super similitudinem throni tanquam aspectus hominis super eum desuper.*

27 *Et vidi tanquam colorem electri tanquam aspectum ignis intrinsecus ipsi per circuitum ab aspectu lumborum eius, & supra, & ab aspectu lumborum eius, & infra, vidi tanquam speciem ignis, & splendorem ei per circuitum.*

28 *Velut aspectum arcus cum fuerit in nube, in die pluuiæ, sic erat aspectus splendoris per circuitum.*

CAP. II.

1 *HÆc visio similitudinis gloriæ Domini, & vidi & cecidi super faciem meam, & audiui vocem loquentis. ★ Et dixit ad me: Fili hominis, sta super pedes tuos, & loquar tecum.*

* Hæc quæ asteris hic clauduntur in Biblia Sancti Pag. habentur in fine superioris capituli continuata textui illius, & caput 2. incipit hic.

2 *Et ingressus est in me spiritus, postquam locutus est mihi, & statuit me super pedes meos, & audiui dictum ad me.*

3 *Et dixit ad me: Fili hominis, mitto te ad filios Israel ad gentes rebelles quæ rebellauerunt contra me, ipsæ & patres eorum præuaricatæ sunt in me vsque ad hunc met diem.*

4 *Et filij duri facie, & duri corde sunt, ad quos mitto te: & dices ad eos: Sic dixit Dominus Deus.*

5 *Et si audierint, & cessauerint, quia domus rebellis est, scient quod propheta fuit in medio eorum.*

6 *Et tu fili hominis, ne timeas ab eis, & à verbis eorum ne metuas, quoniam rebelles, & spinæ tecum sunt, & cum tribulis habitas, à verbis eorum ne timeas, & à facie eorum ne formides, quia domus rebellis est.*

7 *Loquerisque verba mea ad eos, si audiant, & si cessent, quoniam rebelles sunt.*

8 *Tu autem fili hominis audi quæ loquor ad te: ne sis rebellis sicut domus rebellis est: aperi os tuum, & comede quæ do tibi.*

9 *Et vidi, & ecce manus missa ad me, & in ea erat volumen libri: & expandit illud coram me, & erat scriptum ante, & retro, & scripta erant in eo lamentationes, gemitus, & væ.*

Transl. ex Septuag.

Et,cum eleuarentur animalia de terra; eleuabantur rotæ.

Vbicumque erat nubes; illic & spiritus ad eundum:ibant rotæ, & eleuabantur cum eis: Spiritus enim vitæ erat in rotis:

Cum illa irent;ibant:& cum illa starent; stabant: & cum illa eleuarentur à terra; eleuabantur cum eis:quia spiritus vitæ erat in rotis.

Et similitudo super caput ipsorum animalium quasi firmamentum,quasi aspectus chrystalli, extẽtum super alas eorum desuper:

Et sub firmamento alæ eorum extentæ, volantes altera alteri:vnicuique duæ tegentes corpora ipsorum.

Et audiui vocem alarum ipsorum,dum ipsa irẽt, quasi vocem aquæ multæ:cumque ipsa starent,cessabant alæ eorum.

Et ecce vox desuper firmamento.

Quod erat super caput eorum, quasi aspectus lapidis sapphiri:similitudo throni super illud: & super similitudinem throni similitudo quasi species hominis desuper.

Et vidi quasi aspectum electri à visione lumbi, & supra:& à visione lumbi,& vsque deorsum vidi visionem ignis:& splendor eius in circuitu.

Velut visio arcus, cum fuerit in nube in diebus pluuiæ.Sic statio splendoris per gyrum.

CAP. II.

HAEc visio similitudinis gloriæ Domini.Et vidi, & cado in faciem meam. Et audiui vocem loquentis,& dixit ad me:Fili hominis sta super pedes tuos:& loquar ad te.

Et venit ad me spiritus,& assumpsit me,& eleuauit me,& statuit me super pedes meos:& audiebam eum loquentem ad me.

Et dixit ad me:Fili hominis, mitto ego te ad domum Israel, exacerbantes me,qui quidem exacerbauerunt me,ipsi,& patres eorum vsque ad hodiernam diem.

Et dices ad eos:Hæc dicit Dominus:

Si forte audiant,aut paueant,quia domus exacerbans est:& scient, quia propheta es tu in medio eorum.

Et tu fili hominis non timeas eos,nec formides à facie eorum: quoniam insanient, & congregabuntur contra te in circuitu: & in medio scorpionum tu habitas. Verba eorum ne timeas;& à facie eorum ne formides:quia domus exasperans est.

Et loqueris verba mea ad eos:si forte audiant,aut timeant:quia domus exacerbans est.

Et tu fili hominis audi loquentem ad te:noli esse exasperans, sicut domus exasperatrix est. Aperi os tuum,& comede quod ego do tibi.

Et vidi:& ecce manus extenta ad me:& in ea capitulum libri:& expandit illud coram me: & erant in eo scripta anteriora,& posteriora:& inscripta erat lamentatio,& carmen,& væ.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

19 *Quumq; ambularent animalia,ambulabant rotæ iuxta ea: & quum eleuabant se animalia à terra,eleuabant se rotæ.*

20 *Quocunq; erat spiritus vt irent,ibant, & illuc spiritus rotarum erat vt irent:& rotæ eleuabant se eregione eorum: spiritus enim animalis erat in rotis.*

21 *Quum ambularent ipsa,ibant rotæ: & quum stabant ipsa, stabant:& quum eleuabant se à terra, eleuabant se rotæ eregione ipsorum: quia spiritus animalis erat in rotis.*

22 *Et similitudo super capita vniuscuiusq; animalis erat firmamenti, tanquam aspectus crystalli terribilis, expansa super capita eorum superne.*

23 *Sub firmamento autem alæ eorum erant rectæ, altera alteri vnicuiq; duæ, quibus tegebant se, vnicuiq; inquam duæ erant quibus tegebant corpora sua.*

24 *Et audiui sonum alarum ipsorum tanquam sonum aquarum multarum, & tanquam vocem Omnipotentis quando ambulabant, vocem inquam loquelæ tanquam vocem castrorum:quando stabant, remittebant alas suas.*

25 *Et facta est vox è firmamento quod erat super caput eorum,quando stabant illa,& remittebant alas suas.*

26 *Et super firmamentum quod erat super caput eorum, erat tanquam aspectus lapidis sapphiri similitudo throni: & super similitudinem throni erat similitudo tanquam aspectus hominis super eum superne.*

27 *Et vidi tanquam speciem electri,tanquam aspectum ignis intra ipsam per circuitum ab aspectu lumborum eius, & supra:& ab aspectu lumborum eius, & infra vidi tanquam speciem ignis,& splendor erat ei per circuitum.*

28 *Velut aspectus arcus qui fit in nube in die pluuiæ,sic erat aspectus splendoris per circuitum.*

CAP. II.

1 *HÆc erat visio similitudinis gloriæ Iehouæ:& vidi, & cecidi super faciem meam,& audiui vocem loquẽtis. Et dixit ad me, Fili hominis, sta super pedes tuos, & loquar tecum.*

2 *Et ingressus est in me Spiritus, postquam loquutus est mihi, statuitq; me super pedes meos:& audiui loquentem ad me.*

3 *Dixitq; ad me,Fili hominis,mitto ego te ad filios Israel, ad gentes rebelles quæ rebellauerunt contra me, ipsi & Patres eorum præuaricati sunt in me vsq; ad hunc ipsũ diem.*

4 *Et filij duri facie, & duri corde sunt, ad quos ego mitto te:dicesq; ad eos, Sic dixit Dominus Iehouah.*

5 *Et ipsi si audierint, & si cessauerint:quia domus rebellis sunt:& scient quod Propheta fuerit in medio eorum.*

6 *Et tu fili hominis, ne timeas ab eis, & à verbis eorum ne metuas: quoniam rebelles & spinæ tecum sunt, & cum tribulis tu habitas: à verbis inquam eorum ne timeas, & à facie eorum ne formides:quia domus rebellis sunt.*

7 *Loquerisq; verba mea ad eos, si audiant, & si cessent: quoniam rebelles sunt.*

8 *Tu autem fili hominis, audi quæ ego loquor ad te:Ne sis rebellis sicut domus rebellis: aperi os tuum,& comede quæ ego do tibi.*

9 *Et vidi,& ecce manus missa est ad me,& ecce in ea erat volumen libri. Et expandit illud coram me, & ecce erat scriptum ante & retro, & scripta erant in eo lamentationes, gemitus, & veh.*

Vulgat. Editio.

CAP. III.

1 ET dixit ad me: Fili hominis quodcumque inueneris comede: comede volumen istud, & vadens loquere ad filios Israel.

2 Et aperui os meum, & cibauit me volumine illo:

3 Et dixit ad me: Fili hominis venter tuus comedet, & viscera tua complebuntur volumine isto, quod ego do tibi. * Et comedi illud: & factum est in ore meo sicut mel dulce.

* Apo. 10. 9. 10.

4 Et dixit ad me: Fili hominis vade ad domum Israel, & loqueris verba mea ad eos.

5 Non enim ad populum profundi sermonis, & ignotæ linguæ tu mitteris ad domum Israel:

6 Neque ad populos multos profundi sermonis, & ignotæ linguæ, quorum non possis audire sermones: & si ad illos mittereris, ipsi audirent te.

7 Domus autem Israel nolunt audire te quia nolunt audire me. omnis quippe domus Israel attrita fronte est, & duro corde.

8 Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum.

9 Vt adamantem, & vt silicem dedi faciem tuam: ne timeas eos, neque metuas à facie eorum: quia domus exasperans est.

10 Et dixit ad me: Fili hominis omnes sermones meos, quos ego loquor ad te, assume in corde tuo, & auribus tuis audi.

11 Et vade ingredere ad transmigrationem, ad filios populi tui, & loqueris ad eos, & dices eis: Hæc dicit Dominus Deus: si forte audiant, & quiescant.

12 Et assumpsit me spiritus, & audiui post me vocem commotionis magnæ: Benedicta gloria Domini de loco suo.

13 Et vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram, & vocem rotarum sequentium animalia, & vocem commotionis magnæ.

14 Spiritus quoque leuauit me, & assumpsit me: & abij amarus in indignatione spiritus mei: manus enim Domini erat mecum, confortans me.

15 Et veni ad transmigrationem, ad aceruum nouarum frugum, ad eos, qui habitabant iuxta flumen Chobar, & sedi vbi illi sedebant: & mansi ibi septem diebus mœrens in medio eorum.

16 Cum autem pertransissent septem dies, factum est verbum Domini ad me, dicens:

17 Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel: & audies de ore meo verbum, & annunciabis eis ex me.

Inf. 33. 7

18 Si dicente me ad impium: Morte morieris: non annunciaueris ei, neque locutus fueris vt auertatur à via sua impia, & viuat: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram.

19 Si autem tu annunciaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, & à via sua impia: ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti.

20 Sed & si conuersus iustus à iustitia sua fuerit, & fecerit iniquitatem: ponam offendiculum coram eo, ipse morietur, quia non annunciasti ei: in peccato suo morietur, & non erunt in memoria iustitię eius, quas fecit: sanguinem vero eius de manu tua requiram.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. III.

1 *ET dixit ad me: Fili hominis quod inueneris, comede, comede volumen istud, & vade, loquere ad filios Israel.*

2 *Et aperui os meum, & comedere fecit me volumen illud.*

3 *Et dixit ad me: Fili hominis ventrem tuum comedere fac, & viscera tua imple volumine isto, quod do tibi. Et comedi illud, & fuit in ore meo sicut mel præ dulcedine.*

4 *Et dixit ad me: Fili hominis vade, ingredere ad domum Israel, & loquere in verbo meo ad eos.*

5 *Non enim ad populum multiplicis linguæ, & difficilis linguæ mitteris ad domum Israel.*

6 *Non ad populos multos multiplicis linguæ, & difficilis linguæ, quorum non intelligas verba: profecto si ad eos mitterem te, ipsi audirent te.*

7 *Domus autem Israel nolunt audire te, quia nolunt audire me: omnis enim domus Israel dura fronte, & duro corde est.*

8 *Ecce dedi faciem tuam fortem contra facies eorum, & frontem tuam fortem contra frontem eorum.*

9 *Vt adamantem fortiorem silice dedi frontem tuam, ne timeas eos, neq; metuas à facie eorum, quia domus rebellis est.*

10 *Et dixit ad me: Fili hominis omnia verba mea quæ loquar ad te, assume in corde tuo, & auribus tuis audi.*

11 *Et vade, ingredere ad transmigrationem, ad filios populi tui, & loquere ad eos, & dic eis: Sic dixit Dominus Deus: si audierint, & cessauerint.*

12 *Et assumpsit me spiritus, & audiui post me vocem commotionis magnæ dicentem: Benedicta gloria Domini cum recesserit de loco suo.*

13 *Et audiui vocem alarum animalium adhærentium altera alteri, & vocem rotarum contra ea, & vocem commotionis magnæ.*

14 *Et spiritus eleuauit me, & assumpsit me, & abij amarus in ira spiritus mei, & manus Domini super me fortis.*

15 *Et veni ad transmigrationem Tel Abib habitantium iuxta flumen Chebar, & sedi, ipsis sedentibus ibi, & sedi ibi septem diebus admirans in medio eorum.*

16 *Et fuit, in fine septem dierum fuit verbum Domini ad me dicendo.*

17 *Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel, & audies de ore meo verbum, & admonebis eos nomine meo.*

18 *Cum dixero impio, moriendo morieris, & non admonueris eum, nec locutus fueris, vt moneas impium vt recedat à via sua impia vt viuat, ipse impius propter iniquitatem suam morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram.*

19 *Et si admonueris impium, & non fuerit conuersus ab impietate sua, & à via sua impia, ipse propter iniquitatem suam morietur, sed tu animam tuam liberasti.*

20 *Et cum auersus fuerit iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, dabo offendiculum coram eo, ipse morietur, quia non admonuisti eum, propter peccatum suum morietur, & non memorabuntur iustitiæ eius, quas fecit: sanguinem vero eius de manu tua requiram.*

Si

Et

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

CAP. III.

* Hæc quæ hic in principio asteris clauduntur in Græcis ex Septe coniunguntur capitulo superiori, cap. vero [illegible]

1 ET * dixit ad me: Fili hominis comede capitu-
lum istud:& vade,& loquere filiis Israel.
2 Et aperuit os meum,& cibauit me capitulo.*
3 Et dixit ad me:Fili hominis,os tuum comedet,&
venter tuus implebitur capitulo isto tibi dato. Et
comedi illud: & factum est in ore meo, sicut mel,
dulcescens.
4 Et dixit ad me:Fili hominis vade & ingredere ad
domum Israel,& loquere verba mea ad eos.
5 Non enim ad populum profundæ linguæ tu mit-
teris ad domum Israel,
6 Neque ad populos multos alterius vocis, aut al-
terius linguę,neque,qui graues lingua sint,quorum
non audias sermones. Et,si ad tales misissem te; hi
vtique exaudissent te.
7 Domus autem Israel nolent exaudire te;quia no-
lunt exaudire me. Omnis quippe domus Israel con-
tentiosi sunt, & duri corde.
8 Et ecce dedi faciem tuam potentem contra facies
eorum:& peruicaciam tuam confortabo cõtra per-
uicaciam eorum:
9 Et erit semper firmior petra.Ne timeas ab eis,ne-
que metuas à facie eorum: quia domus exasperans
est.
10 Et dixit ad me: Fili hominis, omnes sermones,
quos loquutus sum tecum,assume in cor tuum: &
auribus tuis audi.
11 Et vade,ingredere ad captiuitatem, ad filios po-
puli tui,& loqueris ad eos,& dices ad eos:Hæc dicit
Dominus:Si forte audiant,si forte remittant se.
12 Et assumpsit me spiritus:& audiui post me vocem
commotionis magnæ: Benedicta gloria Domini de
loco suo.
13 Et vidi vocem alarum animalium percutien-
tium;altera ad alteram.& vox rotarum iuxta ea, &
vox commotionis.
14 Et spiritus eleuauit me,& suscepit me, & abij in
impetu spiritus mei.Et manus Domini facta est su
per me fortis,
15 Et intraui ad captiuitatem sublimis: & circuiui
habitantes super fluuium Chobar,qui erant ibi. Et
sedi ibi septem diebus conuersans in medio eorum.
16 Et factum est post septem dies verbum Domini
ad me,dicens:
17 Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel:
& audies de ore meo verbum, & comminaberis eis
ex me:
18 In dicendo me iniquo, morte morieris, & non
distinxisti ei ad distinguendum, iniquo vt auertat
se à viis suis,vt viuat;iniquus ille in sua iniquitate
morietur: & sanguinem eius de manu tua requi-
ram.
19 Et tu,si distinxeris iniquo, & non se auerterit ab
iniquitate sua,& à via sua; iniquus ille in sua iniu-
stitia morietur:& tu animam tuam liberabis.
20 Et in auertendo se iustum à iustitiis suis,& faciet
delictum, & dabo tormentum in faciem eius; ipse
morietur,quia non distinxisti ei: & in peccatis suis
morietur,quia non erunt in memoria iustitiæ eius:
& sanguinem eius de manu tua requiram.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAP. III.

1 *D Ixit autem ad me: Fili hominis, quicquid inueneris,
comede. comede inquam volumen illud, & vade, lo
quere ad domum Israel.*
2 *Aperui igitur os meum, & comedere fecit me volumen
illud.*
3 *Dixitq; ad me, Fili hominis, ventrem tuum comedere
fac, & viscera tua imple volumine isto quod do tibi. &
comedi illud,& fuit in ore meo sicut mel præ dulcedine.*
4 *Et dixit ad me, Fili hominis,vade, ingredere ad domum
Israel, & loquere in verbo meo ad eos.*
5 *Non enim ad populum profundi labij & grauis linguæ
mitteris, sed ad domum Israel:*
6 *Non inquam ad populos multos profundi labij & grauis
linguæ,quorum non intelligas verba:profecto si ad eos mit-
terem te ipsi audirent te.*
7 *Domus autem Israel nolunt audire te, quia nolunt au-
dire me: vniuersa enim domus Israel dura fronte, & duro
corde est.*
8 *Ecce dedi faciem tuam fortem contra facies eorum, &
frontem tuam fortem contra frontem eorum.*
9 *Vt adamantem fortiorem silice dedi frontem tuam:ne
igitur timeas eos, neq; metuas à facie eorum: quia domus
rebellis est.*
10 *Et dixit ad me, Fili hominis, omnia verba mea quæ lo-
quar ad te excipe in cor tuum,& auribus tuis audi.*
11 *Et vade,ingredere ad transmigrationem,ad filios scilicet
populi tui,& loquere ad eos, & dic eis, Sic dixit Dominus
Iehouah, si audierint, & si cessauerint.*
12 *Et sustulit me spiritus, & audiui post me vocem com-
motionis magnæ, dicentem, Benedicta gloria Iehouæ desce-
dentis de loco suo.*
13 *Et vocem alarum animalium mutuo sese contingentium.
& vocem rotarum contra ea,& vocem commotionis magnæ.*
14 *Et spiritus sustulit me.& assumpsit me.& abij amarus
in ira spiritus mei, & manus Iehouæ super me fortis.*
15 *Veni itaq; ad transmigrationem Thel-abib, habitantes
iuxta flumen Chebar, & sedi, ipsis sedentibus ibi. sedi in-
quam ibi septem diebus, admirans in medio eorum.*
16 *Et fuit,in fine septem dierum factum est verbum Iehouæ
ad me, dicendo,*
17 *Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel: audies
igitur de ore meo verbum, & admonebis eos nomine meo.*
18 *Quum dixero ego impio,Moriendo morieris:& non ad-
monueris eum, nec loquutus fueris vt caueat impius, vt
recedat à via sua impia,vt viuat:ipse impius in iniquitate
sua morietur: sanguinem autem eius de manu tua requi-
ram.*
19 *Quod si admonueris impium,& non fuerit conuersus ab
impietate sua, & à via sua impia: ipse in iniquitate sua
morietur, sed tu animam tuam liberasti.*
20 *Et quum auersus fuerit iustus à iustitia sua, & fecerit
iniquitatem, dabo offendiculum coram eo: ipse morietur,
quia non admonuisti eum,in peccato suo morietur, nec me-
morabuntur iustitiæ eius quas fecit: sanguinem vero eius
de manu tua requiram.*

Vulgat. Editio.

21 Si autem tu annunciaueris iusto vt non peccet iu-
stus,& ille non peccauerit: viuens viuet, quia annũ-
ciasti ei,& tu animam tuam liberasti.
22 Et facta est super me manus Domini, & dixit ad
me: Surgens egredere in campum, & ibi loquar te-
cum.
23 Et surgens egressus sum in campum: & ecce ibi
* Sup. 1. 3. gloria Domini stabat quasi gloria, quam vidi * iux-
ta fluuium Chobar:& cecidi in faciem meam.
24 Et ingressus est in me spiritus,& statuit me super
pedes meos: & locutus est mihi,& dixit ad me: In-
gredere,& includere in medio domus tuæ.
25 Et tu fili hominis, ecce data sunt super te vincu-
la,& ligabunt te in eis: & non egredieris de medio
eorum.
26 Et linguam tuam adhærere faciam palato tuo, &
eris mutus, nec quasi vir obiurgans: quia domus
exasperans est.
27 Cum autem locutus fuero tibi, aperiam os tuum,
& dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Qui au-
dit, audiat: & qui quiescit, quiescat: quia domus
exasperans est.

CAP. IV.

1 ET tu fili hominis sume tibi laterem, & pones
eum coram te: & describes in eo ciuitatem Ie-
rusalem.
2 Et ordinabis aduersus eam obsidionem, & ædifi
cabis munitiones,& comportabis aggerem, & dabis
contra eam castra,& pones arietes in gyro.
3 Et tu sume tibi sartaginem ferream,& pones eam
in murum ferreum inter te, & inter ciuitatem: &
obfirmabis faciem tuam ad eam, & erit in obsidio-
nem & circumdabis eam: signum est domui Israel.
4 Et tu dormies super latus tuum sinistrum, & po-
nes iniquitates domus Israel super eo numero die-
rum, quibus dormies super illud, & assumes ini-
quitatem eorum.
5 Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum, nu-
mero dierum trecentos & nonaginta dies: & porta-
bis iniquitatem domus Israel.
6 Et cum compleueris hæc, dormies super latus tuũ
* Nu. 14. 34. dexterum secũdò: & * assumes iniquitatem domus
Iuda quadraginta diebus. diem pro anno, diem, in
quam, pro anno dedi tibi.
7 Et ad obsidionem Ierusalem conuertes faciem
tuam,& brachium tuum erit extentum:& prophe-
tabis aduersus eam.
8 Ecce circumdedi te vinculis:& non te conuertes
à latere tuo in latus aliud, donec compleas dies ob-
sidionis tuæ.
9 Et tu sume tibi frumentum, & hordeum, & fa-
bam,& lentem, & milium,& viciam: & mittes ea
in vas vnum, & facies tibi panes numero dierum,
quibus dormies super latus tuum: trecentis & no-
naginta diebus comedes illud.
10 Cibus autem tuus, quo vesceris, erit in pondere
viginti stateres in die: à tempore vsque ad tempus
comedes illud.
11 Et aquam in mensura bibes, sextam partem hin:
à tempore vsque ad tempus bibes illud.
12 Et quasi subcinericium hordeaceum comedes il-
lud & stercore, quod egreditur de homine, operies
illud in oculis eorum.

Et

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

21 *Et si admonueris iustum, vt non peccet, & non peccaue-
rit, viuẽdo viuet, quia admonitus est, & tu animam tuam
liberasti.*
22 *Et fuit super me ibi prophetia Domini, & dixit ad me:
Surge egredere in campum, & ibi loquar tecum.*
23 *Et surrexi, & egressus sum in campum: & ecce ibi glo-
ria Domini stabat, iuxta gloriam, quam vidi iuxta flu-
uium Chebar: & cecidi in faciem meam.*
24 *Et ingressus est in me spiritus, & statuit super pedes meos,
& allocutus est me, & dixit ad me: Ingredere, & include
te in medio domus tuæ.*
25 *Ecce tu fili hominis ecce ponent super te funes, & liga-
bunt te eis, & non egredieris in medium eorum.*
26 *Et linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris
mutus, & non eris eis vt vir obiurgans, quia domus rebellis
est.*
27 *Et quando loquar tibi, aperiam os tuum, & dices ad eos:
Sic dixit Dominus Deus: Qui audit audiat, & qui cessat
cesset, quia domus rebellis.*

CAP. IV.

1 *ET tu fili hominis sume tibi laterem, & pone eum coram
te, & describe super eum ciuitatem Ierusalaim.*
2 *Et pone aduersum eam obsidionem, & ædifica contra eam
munitionem, & funde contra eam aggerem, & pone contra
eam castra, & pone aduersus eam arietes in circuitu.*
3 *Et sume tibi sartaginem ferream, & pone eam in parie-
tem ferreum inter te, & ciuitatem, & obfirmabis faciem
tuam contra eam, & erit in obsidionem, & obsidebis eam,
signum est domui Israel.*
4 *Et dormi super latus tuum sinistrum, & pone iniquita-
tem domus Israel super illud secundum numerum dierum,
quibus dormies super illud portabunt iniquitatem eorum.*
5 *Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum secundum
numerum dierum, trecentos, & nonaginta dies, & portabis
iniquitatem domus Israel.*
6 *Et completis his, dormies super latus tuum dextrum se-
cundo, & portabis iniquitatem domus Iehudah quadra-
ginta diebus: diem singulum pro singulo anno dedi tibi.*
7 *Et ad obsidionem Ierusalaim obfirmabis faciem tuam,
& brachium tuum discoopertum, & prophetabis aduersus
eam.*
8 *Et ecce dedi super te funes, & non vertes te à latere in
latus donec compleas dies obsidionum tuarum.*
9 *Et tu cape frumentum, & hordea, & fabas, & lentes, &
milium, & viciam, & pone ea in vase vno, & fac ex eis ti-
bi panem secundum numerum dierum quibus dormis super
latus tuum: trecentis, & nonaginta diebus comedes illum.*
10 *Cibus autem tuus quo vesceris erit in pondere viginti
secls in die: à tempore vsq; ad tempus comedes illum.*
11 *Et aquam in mensura bibes sextum hin: à tempore vsq;
ad tempus bibes.*
12 *Et tanquam panem subcinericium hordeaceum comedes
illum, & stercore humano, coques illum in oculis eorum.*

Et

Transl. ex Septuag.

21 Tu autem si distinxeris iusto, vt non peccet, & ip-
se non peccauerit; iustus vita viuet, quia distinxisti
ei: & tu animam tuam liberabis.
22 Et facta est super me manus Domini, & dixit ad
me: Surge, & egredere in campum: & ibi alloquutio
fiet ad te.
23 Et surrexi, & egressus sum ad campum. Et ecce
ibi gloria Domini stabat, sicut aspectus, & sicut glo-
ria Domini, quam vidi, super fluuium Chobar. Et
cado in faciem meam:
24 Et venit in me spiritus: & statuit me super pedes
meos: & loquutus est ad me, & dixit mihi: Ingrede-
re, & includere in medio domus tuæ.
25 Et tu fili hominis, ecce data sunt super te vincu-
la: & ligabunt te in eis: & non egredieris de medio
eorum:
26 Et linguam tuam colligabo, & eris mutus: & non
eris eis in virum obiurgantem: quia domus exa-
sperans est.
27 Et in loquendo me ad te, aperiam os tuum, & di-
ces ad eos: Hæc dicit Dominus: Qui audit audiat, &
qui est inobediens; non obediat: quia domus exa-
sperans est.

CAP. IV.

1 ET tu fili hominis sume tibi laterem: & pones
eum ante faciem tuam: & describes in eo ciui-
tatem Hierusalem:
2 Et dabis super eam obsidionem: & ædificabis su-
per eam propugnacula, & circumiacies super eam
vallum, & dabis super eam castra, & ordinabis ma-
chinas missilium in gyro.
3 Et tu sume tibi sartaginem ferream: & pones eam
murum ferreum inter te & ciuitatem: & parabis
faciem tuam super eam: & erit in conclusione, &
concludes eam. Signum est hoc filiis Israel.
4 Et tu dormies super latus tuum sinistrum: & po-
nes iniquitates domus Israel super eo, iuxta nume-
rum dierum quinquaginta & centum, quos dor-
mies super illud: & assumes iniquitates eorum.
5 Et ego dedi tibi iniquitates eorum in numero
dierum nonaginta & centum dies: & sumes iniqui-
tates domus Israel.
5 Et consummabis hæc, & dormies super latus tuũ
dextrum: & assumes iniquitates domus Iuda qua-
draginta diebus. Diem in annum posui tibi.
7 Et ad conclusionem Hierusalem parabis faciem
tuam, & brachium tuum roborabis, & prophetabis
super eam.
8 Et ego ecce dedi super te vincula: & non te con-
uertas de latere tuo in latus tuum, donec compleri
fuerint dies conclusionis tuæ.
9 Et tu sume tibi triticum & hordeum, & fabam,
& lentem, & milium, & olyram: & mittes ea in vas
vnum testeum: & facies ea tibi in panes: & iuxta nu-
merum dierum, quibus tu dormis super latus tuũ,
nonaginta & centum diebus comedes ea.
10 Et cibum tuum comedes in pondere, viginti si-
clos die: à tempore vsque ad tempus comedes ea.
11 Et aquam in mensura bibes: & sextam partem
hin, à tempore vsque ad tempus bibes.
12 Et subcinericium hordeaceum, comedes ea: in fi
mo stercoris humani abscondes ea ante oculos eo-
rum.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

Quod si admonueris illum iustum vt non peccet iustus,
& non peccauerit: viuendo viuet, quia admonitus est, &
tu animam tuam liberasti.
Fuit autem super me ibi manus Iehoua, & dixit ad me,
Surge, egredere in campum, & ibi loquar tecum.
Surrexi igitur & egressus sum in campum: & ecce ibi
gloria Iehoua stabat similis gloria quam videram iuxta
fluuium Chebar: & cecidi in faciem meam.
Tunc ingressus est in me spiritus, & statuit me super pe-
des meos, & alloquutus est me, dixitque ad me, Ingredere,
& include te in medio domus tua.
Tu autem fili hominis, ecce ponent super te funes, & li-
gabunt te eis, & non egredieris in medium eorum.
Et linguam tuam adhærere faciam palato tuo, erisque
mutus, & non eris eis vt vir obiurgans: quia domus rebel-
lis sunt.
Quando autem loquutus fuero tecum, aperiam os tuum,
& dices ad eos, Sic dixit Dominus Iehouah, Qui audit
audiat, & qui cesset: quia domus rebellis sunt.

CAP. IV.

ET tu fili hominis, sume tibi laterem, & pone eum co-
ram te, & describe super eum ciuitatem Ierusalaim.
Pone deinde aduersum eam obsidionem, & ædifica contra
eam munitionem, & funde contra eam aggerem: pone item
cõtrà eam castra, & pone aduersus eam arietes in circuitu.
Et tu sume tibi sartaginem ferream, & pone eam in pa-
rietem ferreum inter te & ciuitatem: & obfirmabis faciem
tuam contra eam, & erit in obsidionem, & obsidebis eam:
signum est domui Israel.
Et tu dormi super latus tuum sinistrum, & pone iniqui-
tatem domus Israel super illud: iuxta numerum dierum
quibus dormies super illud, portabis iniquitatem eorum.
Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum iuxta nu-
merum dierum, trecentos & nonaginta dies, & portabis
iniquitatem domus Israel.
Et expletis his dormies super latus tuum dextrum se-
cundo, & portabis iniquitatem domus Iehudah quadra-
ginta diebus: diem pro anno, diem inquam pro anno dedi il-
lud tibi.
Et ad obsidionem Ierusalaim obfirmabis faciem tuam,
& brachium tuum erit discoopertum, & prophetabis ad-
uersus eam.
Et ecce posui super te funes, & non vertes te à latere tuo
vno, in latus tuum alterum, donec compleueris dies obsi-
[illegible]um tuarum.
[illegible] tu cape tibi triticum, & hordeum, & fabas, & len-
tes, & milium, & viciam: & pone ea in vase vno, & fac
ex eis tibi panem: iuxta numerum dierum quibus dormies
super latus tuum, id est trecentis & nonaginta diebus com-
edes illum.
Cibus autem tuus quo vesceris, erit in pondere, viginti
siclorum in diem: à tempore vsque ad tempus comedes il-
lum.
Et aquam in mensura bibes, sextam partem hin: à tem-
pore vsque ad tempus bibes illa.
Et tanquam panem subcinericium hordeaceum comedes
illum, & stercoribus excrementi humani coques illum in
oculis eorum.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

* Ose. 9. 13 Et dixit Dominus: Sic comedent filij Israel * pa-
nem suum pollutum inter Gentes, ad quas eiiciam
eos.
14 Et dixi: A a a, Domine Deus, ecce anima mea non
est polluta, & morticinum, & laceratum à bestiis
non comedi ab infantia mea vsque nunc, & non est
ingressa in os meum omnis caro immunda.
15 Et dixit ad me: Ecce dedi tibi fimum boum pro
stercoribus humanis: & facies panem tuum in eo.
* Isa. 3. 1. & 14. 13. 16 Et dixit ad me: Fili hominis; * Ecce ego conteram
baculum panis in Ierusalem: & cōedent panem in
pondere, & in solicitudine: & aquam in mensura, &
in angustia bibent:
17 Vt deficientibus pane & aqua, corruat vnusquis-
que ad fratrem suum: & contabescant in iniquita-
tibus suis.

CAP. V.

1 ET tu fili hominis sume tibi gladium acutum,
radentem pilos: & assumes eum, & duces per ca-
put tuum, & per barbam tuam: & assumes tibi sta-
teram ponderis, & diuides eos.
2 Tertiam partem igni combures in medio ciuita-
tis, iuxta completionem dierum obsidionis, & assu-
mes tertiam partem, & concides gladio in circuitu
eius: tertiam vero aliam disperges in ventum &
gladium nudabo post eos.
3 Et sumes inde paruum numerum: & ligabis eos
in summitate pallij tui.
4 Et ex eis rursum tolles, & proijcies eos in medio
ignis, & combures eos igni: & ex eo egredietur ignis
in omnem domum Israel.
5 Hæc dicit Dominus Deus: Ista est Ierusalem, in
medio Gentium posui eam, & in circuitu eius ter-
ras.
6 Et contempsit iudicia mea, vt plus esset impia
quàm Gentes: & præcepta mea vltra quàm terræ,
quæ in circuitu eius sunt. iudicia enim mea proie
cerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt.
7 Idcirco hæc dicit Dominus Deus: Quia superastis
Gentes, quæ in circuitu vestro sunt, & in præceptis
meis non ambulastis, & iudicia mea non fecistis, &
iuxta iudicia Gētium, quæ in circuitu vestro sunt,
non estis operati:
8 Ideo hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te, &
ipse ego faciam in medio tui iudicia in oculis Gen-
tium.
9 Et faciam in te quod non feci, & quibus similia
vltra non faciam propter omnes abominationes
tuas.
10 Ideo patres comedent filios in medio tui, & filij
comedent patres suos, & faciam in te iudicia, &
ventilabo vniuersas reliquias tuas in omnem ven-
tum.
11 Idcirco viuo ego, dicit Dominus Deus: Nisi pro eo
quòd sanctum meum violasti in omnibus offensio-
nibus tuis: ego quoque confringam, & non parcet
oculus meus, & non miserebor.
12 Tertia pars tui peste morietur, & fame consume-
tur in medio tui: & tertia pars in gladio cadet in
circuitu tuo: tertiam vero partem tuam in omnem
ventum dispergam, & gladium euaginabo post eos.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

13 *Et dixit Dominus: Sic comedent filij Israel panem suum
pollutum inter Gentes ad quas eijciam eos.*
14 *Et dixi: Ahah, Domine Deus, ecce anima mea non est
polluta, & morticinium, & raptum non comedi ab adoles-
centia mea vsq; ad hoc tempus, & non est ingressa os meum
caro profana.*
15 *Et dixit ad me: Vide, dedi tibi stercora boum pro stercori-
bus humanis, & facies panem tuum cum eis.*
16 *Et dixit ad me: Fili hominis: Ecce contero baculum panis
in Ierusalaim, & comedent panem in pondere, & pauore,
& aquam in mensura, & stupore bibent.*
17 *Vt careant pane, & aqua: & obstupescet vnusquisq; alter
ad alterum, & deficient propter iniquitatem suam.*

CAP. V.

1 *ET tu fili hominis tolle gladium acutum, nouaculam
tonsoriam cape, & transire fac super caput tuum, &
barbam tuam, & cape stateram ponderis, & diuide eos.*
2 *Tertiam partem igni combure in medio ciuitatis iuxta
completionem dierum obsidionis, & assume tertiam partē,
& percute gladio in circuitu eius, & tertiam partem dis-
perges in ventum, & gladium euaginabo post eos.*
3 *Et sume inde paucos numero, & liga eos in oris vesti-
menti tui.*
4 *Et ex eis rursum tolle, & proijce eos in medium ignis,
& combure eos igni: ex eo egredietur ignis in omnem domū
Israel.*
5 *Sic dixit Dominus Deus: Ista est Ierusalaim, in medio
Gentium posui eam, & in circuitu eius terras.*
6 *Et mutauit iudicia mea in impietatem præ Gentibus,
& statuta mea præ terris quæ sunt in circuitu eius, quia
iudicia mea spreuerunt, & in præceptis meis non ambula-
uerunt.*
7 *Idcirco sic dixit Dominus Deus: Pro eo quod multitudo
vestra fuit de Gentibus, quæ in circuitu vestro sunt, in
præceptis meis non ambulastis, & iudicia mea non fecistis,
& iuxta iudicia Gentium, quæ in circuitu vestro sunt fe-
cistis.*
8 *Ideo sic dixit Dominus Deus: Ecce ego ad te, etiam ego,
& faciam in medio tui iudicia in oculis Gentium.*
9 *Et faciam in te quod non feci, neq; facturus sum simile
vltra propter abominationes tuas.*
10 *Ideo patres comedent filios in medio tui, & filij come-
dent patres suos, & faciam in te iudicia, & ventilabo om-
ne residuum tuum in omne latus.*
11 *Idcirco viuo ego, dixit Dominus Deus, nisi pro eo quòd
sanctuarium meum violasti omnibus contaminationibus
tuis, & cunctis abominationibus tuis, & etiam cōfringam,
& non parcet oculus meus, & etiam non miserebor.*
12 *Tertia pars tui peste morietur, & fame consumetur in
medio tui, & tertia pars gladio cadet in circuitu tuo, &
tertiam partem in omnem ventum dispergam, & gladium
euaginabo post eos.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Et dices:Hæc dicit Dominus Deus Israel:Sic com- 13
edent filij Israel immunda in gentibus.

Et dixi : Nequaquam Domine Dee Israel : si ani- 14
ma mea non est polluta in immunditia,& mortici-
num,& à bestiis laceratum non comedi à natiuita-
te mea vsque nunc : & non est ingressa in os meum
omnis caro rancida.
Et dixit ad me: Ecce dedi tibi stercora boum pro 15
stercoribus humanis:& facies panes tuos super ea.

Et dixit ad me:Fili hominis,ecce ego contero ful- 16
cimentum panis in Hierusalem : & comedent pa-
nem in pondere,& in penuria:& aquam in mensu-
ra,& in interitu bibent.
Vt egentes fiant panis , & aquæ ; & delebitur ho- 17
mo,& frater eius , & contabescent in iniquitatibus
suis.

CAP. V.

ET tu fili hominis sume tibi gladium acutum 1
super nouaculam tonsoris : posside eam tibi : &
duces eam super caput tuum , & super barbam tuã.
Et assumes stateram ponderum:& diuides eos:

Quartam partem In igni combures in media ci- 2
uitate iuxta completionem dierum conclusionis,&
assumes quartam , & combures eam in medio eius:
& quartam concides in gladio in circuitu eius : &
quartam disperges vento : Et gladium nudabo post
eos.
Et assumes inde paucos in numero, & circunliga- 3
bis eos indumento tuo.
Et ex his sumes adhuc,& proiicies eos in medium 4
ignis,& combures eos in igni. Ex ea egredietur ig-
nis.Et dices omni domui Israel:
Hæc dicit Dominus:Ista est Hierusalem:in medio 5
gentium posui eam , & quæ sunt in circuitu eius,
terras.
Et dices iustificationes meas ipsi iniquæ ex gen- 6
tibus , & legitima mea de regionibus , quæ sunt in
circuitu eius. Iustificationes enim meas proiecerũt,
& in legitimis meis non ambulauerunt in eis.
Idcirco hæc dicit Dominus : Quia occasio vestra 7
de gentibus,quæ in circuitu vestro sunt , & in legi-
timis meis non ambulastis , & iustificationes meas
non fecistis:sed neque iuxta iustificationes gẽtium,
quæ in circuitu vestro sunt,fecistis:

Ideo hæc dicit Dominus:Ecce ego super te , & fa- 8
ciam in medio tui iudicium coram gentibus:

Et faciam in te,quæ non feci, & quæ non faciam 9
similia eis vltra secundum omnes abominationes
tuas.
Idcirco patres comedent filios in medio tui: & fi- 10
lij comedent patres. Et faciam in te iudicia : & dis-
pergam omnes residuos tuos in omnem ventum.

Idcirco viuo ego,dicit Dominus,profecto pro eo, 11
quòd sancta mea polluisti in omnibus abomina-
tionibus tuis , & ego abiiciam te:non parcet oculus
meus:& ego non miserebor.

Quarta tui pars in morte consumetur : & quarta 12
tui pars in fame consumetur in medio tui:& quar-
tam tui partem in omnem ventum dispergam eos:
& quarta pars tui in gladio cadent in circuitu tuo:
& gladium nudabo post eos.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

13 *Et dixit Iehouah, Sic comedent filij Israel panem suum
pollutum inter Gentes ad quas eyciam eos.*

14 *Et dixi, Ahah Domine Iehoua, ecce anima mea non est
polluta, & morticinum, & raptum non comedi ab adoles
centia mea vsq; ad hoc tempus , nec est ingressa os meum
caro rei immunda.*

15 *Et dixit ad me, Vide, dedi tibi stercora boum pro stercori-
bus humanis, & facies panem tuum cum eis.*

16 *Dixitq; ad me, Fili hominis, ecce contero baculum panis
in Ierusalaim, & comedent panem in pondere, & pauore,
& aquam in mensura & stupore bibent.*

17 *Vt careant pane & aqua: & obstupescant alter ad alte-
rum, & deficiant propter iniquitatem suam.*

CAP. V.

1 *ET tu fili hominis, tolle tibi gladium acutum, nouaculã
scilicet tonsoriam hanc cape tibi, & transire fac super
caput tuum, & barbam tuam: cape item tibi stateram pon-
deris, & diuide eos.*

2 *Tertiam partem igni combure in medio ciuitatis iuxta
adimpletionem dierum obsidionis : deinde assume tertiam
partem, & percute eam gladio in circuitu eius: & tertiam
partem disperge in ventum, & gladium euaginabo post eos.*

3 *Et sume inde paucos numero , & liga eos in oris vesti-
menti tui.*
4 *Et ex eis rursum tolle , & proyce eos in medium ignis,
combureq; eos igni: ex eo egredietur ignis in omnem domum
Israel.*
5 *Sic dixit Dominus Iehouah, Ista est Ierusalaim, in me-
dio Gentium posui eam, & in circuitu eius terras.*

6 *Et mutauit iudicia mea in impietatem præ Gentibus,
& statuta mea præ terris quæ sunt in circuitu eius : quia
iudicia mea spreuerunt , & præcepta mea, nec ambulaue-
runt in eis.*
7 *Idcirco sic dixit Dominus Iehouah, Eo quod multitudo
vestra fuit præ Gentibus quæ in circuitu vestro sunt , in
præceptis meis nõ ambulastis, neq; iudicia mea fecistis, quin
iuxta iudicia Gentium quæ in circuitu vestro sunt non fe-
cistis.*

8 *Ideo sic dixit Dominus Iehouah, Ecce ego ad te , etiam
ego, & faciam in medio tui iudicia in oculis Gentium.*

9 *Et faciam in te quod non feci, neq; facturus sum simile
vltra, propter omnes abominationes tuas.*

10 *Siquidem patres comedent filios in medio tui , & filij
comedent patres suos, faciamq; in te iudicia, & ventilabo
omne residuum tuum in omne latus.*

11 *Idcirco viuo ego, dixit Dominus Iehouah, Si non propterea
quod Sanctuarium meum violasti omnibus contaminatio-
nibus tuis, & cunctis abominationibus tuis : & etiam con-
fringam, & non parcet oculus meus , nec etiam ego misere-
bor.*
12 *Nam tertia pars tui peste morietur, & fame consumetur
in medio tui: & tertia pars gladio cadet in circuitu tuo: &
tertiam partem in omnem ventum dispergam, & gladium
euaginabo post eos.*

Vulgat. Editio.

13 Et complebo ſurorem meum, & requieſcere fa-
ciam indignationem meam in eis, & conſolabor: &
ſcient quia ego Dominus locutus ſum in zelo meo,
cum impleuero indignationem meam in eis.
14 Et dabo te in deſertum, & in opprobrium Genti-
bus, quæ in circuitu tuo ſunt, in conſpectu omnis
prætereuntis.
15 Et eris opprobrium, & blaſphemia, exemplum, &
ſtupor in Gentibus, quæ in circuitu tuo ſunt, cum
fecero in te iudicia in furore, & in indignatione, &
in increpationibus iræ.
16 Ego Dominus locutus ſum: Quando miſero ſa-
gittas famis peſſimas in eos: quæ erunt mortiferæ, &
quas mittam vt diſperdam vos: & famem congre-
gabo ſuper vos, & * conteram in vobis baculum
panis.

* Sup. 4. 16. Inf. 14. 13.

17 Et immittam in vos famem, & beſtias peſſimas
vſque ad internecionem: & peſtilentia, & ſanguis
tranſibunt per te, & gladium inducam ſuper te, ego
Dominus locutus ſum.

* CAP. VI.

1 ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:
2 Fili hominis pone faciem tuam ad montes
Iſrael, & prophetabis ad eos.
3 Et dices: * Montes Iſrael audite verbum Domini
Dei: Hæc dicit Dominus Deus montibus, & colli-
bus, rupibus, & vallibus: Ecce ego inducam ſuper
vos gladium, & diſperdam excelſa veſtra.

* Inf. 36. 1.

4 Et demoliar aras veſtras, & confringentur ſimu-
lachra veſtra: & deiiciam interfectos veſtros ante
idola veſtra.
5 Et dabo cadauera filiorum Iſrael ante faciem ſi-
mulachrorum veſtrorum: & diſpergam oſſa veſtra
circum aras veſtras.
6 In omnibus habitationibus veſtris Vrbes deſertæ
erunt, & excelſa demolientur, & diſſipabuntur: &
interibunt aræ veſtræ, & confringentur & ceſſabunt
idola veſtra & conterentur delubra veſtra, & dele-
buntur opera veſtra,
7 Et cadet interfectus in medio veſtri: & ſcietis quia
ego ſum Dominus.
8 Et relinquam in vobis eos, qui fugerint gladium
in Gentibus, cum diſperſero vos in terris.
9 Et recordabuntur mei liberati veſtri in Gentibus,
ad quas captiui ducti ſunt: quia contriui cor eorum
fornicans, & recedens à me; & oculos eorum forni-
cantes poſt idola ſua: & diſplicebunt ſibimet ſuper
malis quæ fecerunt vniuerſis abominationibus
ſuis.
10 Et ſcient quia ego Dominus non fruſtra locutus
ſum vt facerem eis malum hoc.
11 Hæc dicit Dominus Deus: Percute manum tuam,
& allide pedem tuum, & dic: Heu, ad omnes abomi-
nationes malorum domus Iſrael; quia gladio, fame,
& peſte ruituri ſunt.
12 Qui longe eſt, peſte morietur: qui autem prope,
gladio corruet: & qui relictus fuerit, & obſeſſus, fa-
me morietur; & complebo indignationem meam
in eis.
13 Et ſcietis quia ego Dominus, cum fuerint inter-
fecti veſtri in medio idolorum veſtrorum in circui-
tu ararum veſtrarum, in omni colle excelſo, & in
cunctis ſummitatibus montium, & ſubtus omne
lignum nemoroſum, & ſubtus vniuerſam quercum
frondoſam, locum vbi accenderunt thura redolen-
tia vniuerſis idolis ſuis.

Et

Tranſl. ex Heb. Sanct. Pagn.

13 *Et ceſſabit furor meus, & requieſcere faciam indigna-
tionem meam in eis, & conſolatus ero, & ſcient quod ego
Dominus locutus ſim in zelo meo, cum impleuero indigna-
tionem meam in eis.*
14 *Et dabo te in deſertum, & in opprobrium in Gentibus,
quæ ſunt in circuitu tuo in oculis omnis transeuntis.*
15 *Et eris opprobrium, & contemptus à diſciplina, & ſtupor
Gentibus, quæ in circuitu tuo ſunt, cum fecero in te iudi-
cia in furore, & ira, & increpationibus iræ:*
16 *Ego Dominus locutus ſum. Quando mittam ſagittas
famis malas in eis, quæ erunt in deſtructionem, quas mit-
tam, vt diſperdam vos. & famem congregabo ſuper vos, &
conteram in vobis baculum panis.*
17 *Et mittam ſuper te famem, & beſtias malas, & orba-
bunt te: & peſtilentia, & ſanguis tranſibit per te, & gla-
dium inducam ſuper te, ego Dominus locutus ſum.*

CAP. VI.

1 *ET fuit verbum Domini ad me dicendo.*
2 *Fili hominis, pone faciem tuam ad montes Iſrael,
& propheta ad eos.*
3 *Et dic: Montes Iſrael audite verbum Domini Dei: Sic
dixit Dominus Deus montibus, & collibus, torrentibus, &
vallibus: Ecce ego adduco ſuper vos gladium, & perdam
excelſa veſtra.*
4 *Et deſolabuntur aræ veſtræ, & confringẽtur ſimulachra
veſtra, & cadere faciam interfectos veſtros ante idola ve-
ſtra.*
5 *Et ponam cadauera filiorum Iſrael ante idola eorum, &
diſpergam oſſa veſtra circum aras veſtras.*
6 *In omnibus habitationibus veſtris ciuitates deſertæ erũt,
& excelſa demolientur, vt deſolentur, & deſertæ ſiant aræ
veſtræ, & confringentur, & ceſſabunt idola veſtra, & ſuc-
cidentur ſimulachra veſtra, & delebuntur opera veſtra.*
7 *Et cadet interfectus in medio veſtri, & ſcietis quod ſum
Dominus.*
8 *Et remanere faciam, vt ſint ex vobis, euaſores à gladio
in Gentibus, cum diſperſi fueritis vos in terras.*
9 *Et recordabuntur euaſores veſtri mei inter Gentes inter
quas captiui erunt: quia contriui me propter cor eorum
fornicans quod declinauit à me, & propter oculos eorum
fornicantes poſt idola ſua, & ſuccidentur à facie eorum
propter mala quæ fecerũt in omnibus abominationibus ſuis.*
10 *Et ſcient quod ſum Dominus: Non fruſtra locutus ſum,
vt facerem eis malum hoc.*
11 *Sic dixit Dominus Deus: Percute manu tua fæmur, &
extende pede tuo lutum, & dic: Heu ſuper omnes abomina-
tiones malorum domus Iſrael, quia gladio, fame & peſte
ruituri ſunt.*
12 *Qui longe eſt peſte morietur, & qui prope, gladio corruet,
& qui relictus fuerit, & obſeſſus, fame morietur: & com-
plebo indignationem meam in eis.*
13 *Et ſcietis quod ſum Dominus, quum fuerint interfecti
veſtri in medio idolorum eorum, in circuitu ararum eorũ,
in omni colle excelſo, in cunctis ſummitatibus montium, &
ſubtus omne lignum viride, & ſubtus omnem quercum
frondoſam, locum in quo dederunt odorem ſuauiſſimum
vniuerſis idolis ſuis.*

Et

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

13 Et complebitur furor meus,& ira mea super eos:
& scies, quia ego Dominus locutus sum in zelo
meo,in complendo me iram meam super eos.

14 Et ponam te in desertum, & filias tuas in circui-
tu tuo in conspectu omnis prætereuntis.

15 Et eris gemibilis, & misera in gentibus, quæ in
circuitu tuo,in faciendo me iudicia in te in vltione
furoris mei.

16 Ego Dominus locutus sum. Et in emittendo me
sagittas famis super eos,& erunt in defectionem, &
conteram firmamentum panis tui:

17 Et emittam super te famem,& bestias pessimas:&
puniam te:& mors,& sanguis transibunt super te:&
gladium inducam super te in circuitu. Ego Domi-
nus loquutus sum.

CAP. VI.

1 ET factus est sermo Domini ad me,dicens:
2 Fili hominis firma faciem tuam ad montes Is-
rael, & propheta ad eos,
3 Et dices: Montes Israel audite verbum Domini:
Hæc dicit Dominus montibus,& collibus, & valli-
bus,& rupibus Ecce ego induco super vos gladium:
& disperdentur excelsa vestra,
4 Et conterentur altaria vestra,& delubra vestra.&
deiiciam interfectos vestros ante idola vestra.

5 Et dispergam ossa vestra in circuitu altarium ve-
strorum,

6 Et in omni habitatione vestra. Vrbes deserta
erunt, & excelsa delebuntur,vt exterminentur al-
taria vestra,& conterentur idola vestra,& auferen-
tur delubra vestra;

7 Et cadent interfecti in medio vestri: & scietis,
quia ego Dominus:
8 Dum fuerint ex vobis euadentes à gladio in gen-
tibus,& in dispersione vestra in regionibus;

9 Et recordabuntur mei, qui euaserint ex vobis
in gentibus,quo captiui ducti fuerint illuc. Iuraui
cordi eorum fornicanti à me, & oculis eorum for-
nicantibus post adinuentiones suas. Et percutient
facies suas in omnibus abominationibus suis:

10 Et scient,quia ego Dominus loquutus sum.

11 Hæc dicit Dominus:Plaude manu,& obstrepe pe-
de.Et dic:Euge,euge super omnibus abominationi-
bus domus Israel.In gladio,& in morte, & in fame
cadent:
12 Qui prope in gladio cadet; qui vero longe, in
morte peribit: & qui circumdatus fuerit; in fame
consumetur:& implebo iram meam super eos.

13 Et scietis,quia ego Dominus,cum fuerint inter-
fecti vestri in medio idolorum vestrorum in cir-
cuitu altarium vestrorum super omnem collem
excelsum,& subter arborem vmbrosam; vbi dede-
runt illic odorem suauitatis vniuersis idolis suis.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

13 *Et cessabit furor meus, & quiescere faciam indignatio-
nem meam in eis, & consolationem accipiam:scientq; quod
ego Iehouah loquutus sim in zelo meo, quum impleuero
indignationem meam in eis.*
14 *Et dabo te in desertum, & in opprobrium in Gentibus
quæ sunt in circuitu tuo, in oculis omnis transeuntis.*

15 *Et eris opprobrium & contemptus, disciplina, & stupor
Gentibus quæ in circuitu tuo sunt, quum fecero in te iudi-
cia in furore, & ira, & increpationibus iræ: ego Iehouah
loquutus sum:*
16 *Quando misero sagittas famis malas in eos, quæ erunt
in destructionem, quas immittam vt perdam vos, & famē
congregabo super vos,& conteram in vobis baculum panis.*

17 *Et mittam super vos famem,& bestias malas quæ orba-
bunt te:& pestilentia,& sanguis transibit per te, atq; gla-
dium inducam super te:ego Iehouah loquutus sum.*

CAP. VI.

1 *ET fuit verbum Iehouæ ad me,dicendo,*
2 *Fili hominis, pone faciem tuam ad montes Israel,
& propheta contra eos,*
3 *Et dic, Montes Israel,audite verbum Domini Iehouæ:sic
dixit Dominus Iehouah montibus & collibus, torrentibus
& vallibus. Ecce ego, ego inquam adduco super vos gla-
dium,& perdam excelsa vestra.*
4 *Et desolabuntur aræ vestræ,& confringētur simulachra
vestra Solis,& cadere faciam interfectos vestros ante ido-
la vestra.*
5 *Et ponam cadauera filiorum Israel ante idola eorum,&
dispergam ossa vestra circum aras vestras.*

6 *In cunctis habitationibus vestris ciuitates desertæ erunt,
& excelsa deuastabūtur, ita vt desolentur,& desertæ fiant
aræ vestræ: & confringentur,& cessabunt idola vestra,&
succidentur simulachra vestra Solis, & delebuntur opera
vestra.*
7 *Et cadet interfectus in medio vestri:& scietis quod sum
Iehouah.*
8 *Et reliquum faciam aliquid vt sint ex vobis euasores à
gladio inter Gentes,quum dispersi fueritis in terras.*

9 *Et recordabuntur mei euasores vestri inter Gentes inter
quas captiui erunt, quod contriui me propter cor eorum
fornicans quod declinauit à me, & propter oculos eorum
fornicantes post idola sua: & succidentur in facie eorum
propter mala quæ fecerunt in cunctis abominationibus suis.*

10 *Et scient quod sum Iehouah,& quod non frustra loquu-
tus sim me facturum eis malum hoc.*
11 *Sic dixit Dominus Iehouah, Percute manu tua femur
tuum,& extende pede tuo lutum,& dic,Heu, propter om-
nes abominationes malorum domus Israel:quia gladio,fa-
me, & peste corruent.*
12 *Qui longe abfuerit peste morietur, & qui prope erit,
gladio corruet: & qui relictus fuerit & obsessus, fame
morietur:compleboq; indignationem meam in eos.*

13 *Et scietis quod sum Iehouah,quum fuerint interfecti eo-
rum in medio idolorum suorum, in circuitu ararum eorū,
in omni colle excelso,in cunctis summitatibus montium,&
sub omni arbore viridi,& sub omni quercu frondosa,in lo-
co vbi dederunt odorem suauissimum vniuersis idolis suis.*

Vulgat. Editio.

Et extendam manum meam super eos:& faciam 14
terram desolatam,& destitutam à deserto Deblatha
in omnibus habitationibus eorum : & scient quia
ego Dominus.

CAP. VII.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens: 1
Et tu fili hominis, hæc dicit Dominus Deus 2
terræ Israel : Finis venit, venit finis super quatuor
plagas terræ.
Nunc finis super te,& immittam furorem meum 3
in te: & iudicabo te iuxta vias tuas:& ponam con-
tra te omnes abominationes tuas.

Et non parcet oculus meus super te,& non mise- 4
rebor:sed vias tuas ponam super te,& abominatio-
nes tuæ in medio tui erunt : & scietis quia ego Do-
minus.
Hæc dicit Dominus Deus : Afflictio vna, afflictio 5
ecce venit.
Finis venit , venit finis, euigilauit aduersum te, 6
ecce venit.
Venit contritio super te,qui habitas in terra: ve- 7
nit tempus,prope est dies occisionis , & non gloriæ
montium.
Nunc de propinquo effundam iram meam super 8
te,& complebo furorem meum in te:& iudicabo te
iuxta vias tuas,& imponam tibi omnia scelera tua:
Et non parcet oculus meus , nec miserebor , sed 9
vias tuas imponam tibi , & abominationes tuæ in
medio tui erunt : & scietis quia ego sum Dominus
percutiens.
Ecce dies,ecce venit:egressa est contritio , floruit 10
virga,germinauit superbia:
Iniquitas surrexit in virga impietatis:non ex eis; 11
& non ex populo , neque ex sonitu eorum: & non
erit requies in eis.
Venit tempus,appropinquauit dies:qui emit,non 12
lætetur : & qui vendit , non lugeat : quia ira super
omnem populum eius.
Quia qui vendit,ad id , quod vendidit , non re- 13
uertetur,& adhuc in viuentibus vita eorum . visio
enim ad omnem multitudinem eius non regredie-
tur : & vir in iniquitate vitæ suæ non confortabi-
tur.
Canite tuba,præparentur omnes , & non est qui 14
vadat ad prælium : ira enim mea super vniuersum
populum eius.
Gladius foris:& pestis;& fames intrinsecus:qui in 15
agro est,gladio morietur,& qui in ciuitate,pestilen-
tia,& fame deuorabuntur.
Et saluabuntur qui fugerint ex eis : & erunt in 16
montibus quasi columbæ conuallium omnes trepi-
di,vnusquisque in iniquitate sua.
Omnes manus dissoluentur,& omnia genua fluēt 17
aquis.
* Et accingēt se ciliciis,& operiet eos formido,& 18
in omni facie confusio,& in vniuersis capitibus eo-
rum caluitium.
Argentum eorum foras proijcietur,& aurum eo- 19
rum in sterquilinium erit. Argentum eorum,& au-
rum eorum non valebit liberare eos in die furoris
Domini. Animam suam non saturabunt,& ventres
eorum non implebuntur:quia scandalum iniquita-
tis eorum factum est.

* Isa.15.a Ier.48.37 Prou.11.4 Soph.1.18. Eccl.5.10.18.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

14 *Et extendam manum meam super eos : & dabo terram
desolatam,& desertam à deserto Diblathah in cunctis ha-
bitationibus eorum:& scient quod sum Dominus.*

CAP. VII.

1 *ET fuit verbum Domini ad me, dicendo :*
2 *Et tu fili hominis, sic dixit Dominus Deus terræ Is-
rael: Finis, venit finis super quattuor angulos terræ.*
3 *Nunc finis super te,& mittam furorem meum in te : &
iudicabo te iuxta vias tuas:& ponam super te omnes abo-
minationes tuas.*

4 *Et non parcet oculus meus tibi, nec miserebor : sed vias
tuas super te ponam , & abominationes tuæ in medio tui
erunt, & scietis quod sum Dominus.*
5 *Sic dixit Dominus Deus : Malum vnum, malum ecce
venit.*
6 *Finis venit, venit finis, euigilauit aduersum te,ecce ve-
nit.*
7 *Venit sententia tibi habitatori terræ: venit tempus, pro-
pe est dies occisionis,& non echò montium.*
8 *Nunc de propinquo effundam iram meam super te , &
complebo furorem meum in te , & iudicabo te secundum
vias tuas, & ponam super te omnes abominationes tuas.*
9 *Et non parcet oculus meus , nec miserebor , iuxta vias
tuas super te dabo , & abominationes tuæ in medio tui
erunt, & scietis quod sum Dominus qui percutio.*
10 *Ecce dies, ecce venit, egressa est sententia, floruit virga,
germinauit superbia.*
11 *Iniquitas surrexit in virgam impietatis, non remanebit
ex eis, nec ex diuitijs eorum, neq; ex eorum semine, & non
erit lamentum in eis.*
12 *Venit tempus, adest dies: qui emit, ne lætetur:& qui ven-
dit, ne lugeat, quia ira venit super omnem populum eius.*
13 *Quoniam vendens, ad venditionem non reuertetur, &
etiam in vita existente anima eorum* non reuertetur.
*Quia visio ad omnem multitudinem eius non reuertetur,
& vniuscuiusq; vita propter iniquitatem suam non con-
fortabitur.*
14 *Clangite tuba,& præparate omnia,& non est qui vadat
ad prælium: ira enim mea super vniuersum populum.*
15 *Gladius foris, pestis, & fames intrinsecus : qui in agro
fuerit, gladio morietur, & eum qui fuerit in ciuitate fa-
mes, & pestis consumet.*
16 *Et euadent euasores eorum,& erunt super montes, velu-
ti columbæ vallium vniuersi gementes, vnusquisq; propter
iniquitatem suam.*
17 *Omnes manus debilitabuntur , & omnia genua ibunt
tanquam aquæ.*
18 *Et accingent se saccis,& operiet eos formido, & in omni
facie pudor, & in omnibus capitibus eorum caluitium.*
19 *Argentum suum in plateas proijcient, & aurum eorum
elongabitur. Argētum eorum,& aurum eorum non valebit
liberare eos in die furoris Domini : Animam suam non sa-
turabunt, & ventres suos non implebunt, quia ruina hæc
propter iniquitatem eorum fuit.*

Et

Transl. ex Septuag.

Et extendam manum meam super eos; & ponam
terram in desolationem, & in perditionem à deser-
to Deblatha ex omni habitatione eorum. Scietis,
quia ego Dominus.

CAP. VII.

ET factum est verbum Domini ad me, dicens;
Et tu fili hominis dic; Hæc dicit Dominus
terræ Israel, finis venit, finis venit super quatuor
alas terræ.
Venit finis super te, qui habitas terram: venit
tempus, appropinquauit dies non cum perturbatio-
nibus, neque cum doloribus. Nunc de propinquo
effundam iram meam super te; & complebo furo-
rem meum in te; & iudicabo te in viis tuis; & dabo
super te omnes abominationes tuas;
Non parcet oculus meus, neque miserebor; quia
vias tuas super te dabo: & abominationes tuæ in
medio tui erunt: & scies, quia ego Dominus,

Qui percutio.

Nunc finis ad te; & mittam ego super te, & vlcis-
car in vias tuas, & dabo super te omnes abomina-
tiones tuas;

Non parcet oculus meus, neque miserebor; quia
viam tuam super te dabo, & abominationes tuæ in
medio tui erunt; & scies, quia ego Dominus. Hæc
enim dicit Dominus;
Ecce finis venit, ecce dies Domini; si & virga flo-
ruit, contumelia surrexit.
Et conteret firmamentum iniqui, & non cum
perturbatione, neque cum festinatione.

Venit tempus, ecce dies. Qui emit, non lætetur; &
qui vendit, non lugeat;

Quia emens ad vendentem non vltra reuertetur;
& homo in oculo vitæ suæ non obtinebit.

Clangite in tuba, & iudicate omnia.

Bellum in gladio foris, & fames, & mors intrin-
secus. Qui in campo est, in gladio morietur; eos au-
tem, qui in ciuitate, fames, & mors consumet.

Et salui euadent, qui euadunt ex eis, & erunt su-
per montes. Et omnes occidam, vnumquemque in
iniquitatibus suis.
Omnes manus dissoluentur, & omnia femora
polluentur humore;
Et accingent se ciliciis; & operiet eos formido. Et
super omnem faciem confusio super eos, & super
omne caput caluitium.
Argentum eorum in plateis proiicietur; & aurum
eorum erit contemptui; Animæ eorum non satura-
buntur, & ventres eorum non implebuntur; quia
cruciatus iniquitatum eorum fuit.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

14 *Extendam itaq; manum meam super eos, & dabo terram*
desolatam, & derelictam à deserto vsq; Diblath in cunctis
habitationibus eorum: & scient quod sum Iehouah.

CAP. VII.

1 *ET fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,*
2 *Et tu fili hominis, sic dixit Dominus Iehouah terræ*
Israel, Finis, venit finis super quatuor angulos terræ.

3 *Nunc finis super te, & mittam furorem meum in te, &*
iudicabo te iuxta vias tuas, ponamq; super te omnes abo-
minationes tuas.

4 *Et non parcet oculus meus tibi, neq; miserebor: sed vias*
tuas super te ponam, & abominationes tuæ in medio tui
erunt: & scietis quod ego Iehouah.

5 *Sic dixit Dominus Iehouah, Malum, vnum malum ecce*
venit:
6 *Finis venit, venit finis: euigilauit aduersum te, ecce ve-*
nit.

7 *Venit matutina sententia tibi habitatori terræ: venit*
tempus, prope est dies occisionis, & non echo montium.

8 *Nunc è proximo effundam iram meam super te, & com-*
plebo furorem meum in te, & iudicabo te secundum vias
tuas, & ponam super te omnes abominationes tuas.

9 *Et non parcet oculus meus, neq; miserebor, sed iuxta*
vias tuas super te dabo, & abominationes tuæ in medio
tui erunt: & scietis quod sum Iehouah qui percutio.

10 *Ecce dies, ecce venit, egressa est matutina sententia, flo-*
ruit virga, germinauit superbia.
11 *Iniquitas surrexit in virgam impietatis: non remanebit*
residuum ex eis, neq; ex diuitiis eorum, neq; ex eorum se-
mine, nec erit lamentum in eis.
12 *Venit tempus, adest dies: qui emit, ne lætetur, & qui ven-*
dit, ne lugeat: quia ira venit super omnem populum eius.

13 *Quoniam qui vendit, ad venditionem non reuertetur,*
etiamsi in vita extiterit anima eorum: visio enim ad om-
nem multitudinem eius non reuertetur: & vnusquisq;
vita in iniquitate sua demersa erit, non confortabuntur.

14 *Clangite tuba, & præparate omnia, & non erit, qui va-*
dat ad prælium: ira enim mea super vniuersum populum
eius.
15 *Gladius foris, pestis & fames intrinsecus: qui in agro*
fuerit, gladio morietur: & eum qui fuerit in ciuitate, fa-
mes & pestis consumet.

16 *Et euadent euasores eorum, & erunt super montes veluti*
columbæ vallium, vniuersi gementes, vnusquisq; propter
iniquitatem suam.
17 *Omnes manus debilitabuntur, & omnia genua ibunt*
tanquam aqua.
18 *Et accingent se saccis, & operiet eos formido, & in omni*
facie pudor, & in vniuersis capitibus eorum caluitium.

19 *Argentum suum in plateas proiicient, & aurum eorum*
elongabitur: argëtum eorum, & aurum eorum non poterit
liberare eos in die furoris Iehouæ: animam suam non satu-
rabunt, & ventres suos non implebunt: quia ruina hæc
propter iniquitatem eorum erit.

Vulgat. Editio.

20 Et ornamentum monilium suorum in superbiã posuerunt,& imagines abominationum suarum,& simulachrorum fecerunt ex eo:propter hoc dedi eis illud in immunditiam:

21 Et dabo illud in manus alienorum ad diripiendum,& impijs terræ in prædam,& contaminabunt illud.

22 Et auertam faciem meam ab eis,& violabunt arcanum meum: & introibunt in illud emissarij, & contaminabunt illud.

23 Fac conclusionem:quoniam terra plena est iudicio sanguinum,& ciuitas plena iniquitate.

24 Et adducam pessimos de Gentibus,& possidebunt domos eorum. & quiescere faciam superbiam potentium,& possidebunt sanctuaria eorum.

25 Angustia superueniente,requirent pacem, & non erit.

26 Conturbatio super conturbationem veniet,& auditus super auditum: & quærent visionem de propheta,& lex peribit à sacerdote,& consilium à senioribus.

27 Rex lugebit,& princeps induetur mœrore,& manus populi terræ conturbabuntur. Secundum viam eorum faciam eis,& secundum iudicia eorum iudicabo eos:& scient quia ego Dominus.

CAP. VIII.

1 ET factum est in anno sexto, in sexto mense, in quinta mensis:ego sedebam in domo mea,& senes Iuda sedebant coram me,& cecidit ibi super me manus Domini Dei.

2 Et vidi,& ecce similitudo quasi aspectus ignis:ab aspectu lumborũ eius,& deorsum, ignis:& à lumbis eius,& sursum,quasi aspectus splendoris, vt visio electri.

* Dan. 14. 35.

3 * Et emissa similitudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei: & eleuauit me Spiritus inter terram,& cælum:& adduxit me in Ierusalem in visione Dei, iuxta ostium interius, quod respiciebat ad Aquilonem, vbi erat statutum idolum zeli ad prouocandam æmulationem.

4 Et ecce ibi gloria Dei Israel secundum visionem, quam videram in campo.

5 Et dixit ad me;Fili hominis, leua oculos tuos ad viam Aquilonis. Et leuaui oculos meos ad viam Aquilonis:& ecce ab Aquilone portę altaris idolum zeli in ipso introitu.

6 Et dixit ad me: Fili hominis, putasne, vides tu quid isti faciunt,abominationes magnas, quas domus Israel facit hic,vt procul recedam à sanctuario meo? & adhuc conuersus videbis abominationes maiores.

7 Et introduxit me ad ostium atrij:& vidi, & ecce foramen vnum in pariete.

8 Et dixit ad me: Fili hominis fode parietem. Et cum fodissem parietem,apparuit ostium vnum.

9 Et dixit ad me:Ingredere, & vide abominationes pessimas,quas isti faciunt hic.

10 Et ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium,& animalium, abominatio,& vniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete in circuitu per totum.

11 Et septuaginta viri de senioribus domus Israel,& Iezonias filius Saphan stabat in medio eorum,stantium ante picturas: & vnusquisque habebat thuribulum in manu sua: & vapor nebulæ de thure consurgebat.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

20 *Et templum quod erat gloria ornamenti eius in magnificentiam posuit. & imagines abominationum suarum, & idolorum suorum fecerunt in eo, propter hoc dedi eam ipsis in elongationem.*

21 *Et dabo illud in manum alienorum ad diripiendum, & impijs terræ in spolia, & contaminabunt illud.*

22 *Et auertam faciem meam ab eis, & violabunt adytum meum: & introibunt in illum diruentes, & pollluent illum.*

23 *Fac catenam: quoniam terra plena est iudicio sanguinum, & ciuitas plena est iniquitate.*

24 *Et adducam pessimos Gentium, & possidebunt domos eorum: & cessare faciam superbiam fortium, & pollluentur sanctuaria eorum.*

25 *Præcisio venit, & quærent pacem, & non erit.*

26 *Contritio super contritionem veniet, & auditus super auditum erit: & quærent visionem à propheta, & lex peribit à sacerdote, & consilium à senioribus.*

27 *Rex lugebit, & princeps induetur desolatione, & manus populi terræ terrebuntur: Secundum viam eorum faciam eis, & iudicijs eorum iudicabo eos: & scient quod sum Dominus.*

CAP. VIII.

1 *ET fuit, anno sexto mense sexto, quinto die mensis sedebam in domo mea, & seniores Iehudah sedebant corã me, & cecidit super me prophetia spiritus Domini Dei.*

2 *Et vidi, & ecce similitudo tanquam aspectus ignis, ab aspectu lumborum eius, & infra erat ignis: & à lumbis eius, & supra, tanquam aspectus splendoris, tanquam visio electri.*

3 *Et misit similitudinem manus, & tulit me in cincinno capitis mei, & eleuauit me spiritus inter cœlum, & terram: & adduxit me in Ierusalaim in visionibus Dei ad ostium portæ atrij interioris, quod respiciebat ad Aquilonem, vbi erat habitatio idoli zeli zelare facientis Deum.*

4 *Et ecce ibi erat gloria Dei Israel secundum visionem, quam vidi in campo.*

5 *Et dixit ad me: Fili hominis, leua nunc oculos tuos ad viam ad Aquilonem. Et leuaui oculos meos ad viam ad Aquilonem, & ecce ab Aquilone portæ altaris, idolum zeli hoc in introitu.*

6 *Et dixit ad me: Fili hominis, nonne vides, quid isti faciunt abominationes magnas, quas domus Israel faciunt hic, vt procul recedam à sanctuario meo? & adhuc conuersus, videbis abominationes magnas.*

7 *Et adduxit me ad ostium atrij: & vidi, & ecce foramen vnum erat in pariete.*

8 *Et dixit ad me: Fili hominis fode nunc parietem. Et fodi parietem, & ecce ostium vnum.*

9 *Et dixit ad me: Ingredere, & vide abominationes malas, quas isti faciunt hic.*

10 *Et ingressus sum, & vidi, & ecce omnis similitudo reptilis, & animalis, abominatio, & vniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete per circuitum.*

11 *Et septuaginta viri de senioribus domus Israel, & Iazaniahu filius Saphan stabat in medio stantium ante ea, & vnusquisq; thuribulum in manu sua, & vapor nebulæ suffimenti ascendebat.*

Transl. ex Septuag.

20 Electa mundi in superbiam posuerunt ea: & imagines abominationum suarum fecerunt ex eis. Propter hoc dedi ea illis in immunditiam:

21 Et tradam ea in manus alienorum, vt diripiant ea, & pestilentibus terræ in spolia: & polluent ea.

22 Et auertam faciem meam ab eis: & violabunt visitationem meam: & ingredientur in ea temere, & contaminabunt ea,

23 Et facient perturbationem: quia terra plena populorum, & ciuitas plena iniquitatis.

24 Et auertam fremitum fortitudinis eorum: & polluentur sancta eorum.

25 Et propitiatio veniet: & quæret pacem: & non erit.

26 Et nuncius super nuncium erit: & quæretur visio de propheta: & lex peribit à sacerdote, & consilium à senioribus.

27 Princeps induetur interitu: & manus populi terræ dissoluentur. Secundum vias eorum faciam eis: & in iudiciis eorum vlciscar eos. Et scient, quia ego Dominus.

CAP. VIII.

1 ET factum est in sexto anno in quinto mense, quinta mensis; ego sedebam in domo: & seniores Iuda sedebant coram me. Et facta est super me manus Domini:

2 Et vidi: & ecce similitudo viri: à lumbo eius, & vsque deorsum ignis: & à lumbo eius, & supra eum quasi visio electri.

3 Et extendit similitudinem manus, & assumpsit me vertice meo: & assumpsit me spiritus inter terram, & cælum. Et adduxit me in Hierusalem in visione Dei ad vestibula portæ, quæ respicit ad Aquilonem: vbi erat statua possidentis.

4 Et ecce erat ibi gloria Domini Dei Israel secundum visionem, quam vidi in campo:

5 Et dixit ad me: Fili hominis respice oculis tuis ad Aquilonem. Et respexi oculis meis ad Aquilonem: & ecce ab Aquilone ad portam Orientalem.

6 Et dixit ad me: Fili hominis vidisti, quid hi faciunt? iniquitates magnas faciunt hic, vt abstineant à sanctis meis: & adhuc videbis iniquitates maiores.

7 Et introduxit me ad vestibula atrij,

8 Et dixit ad me: Fili hominis fode. Et fodi; & ecce ostium.

9 Et dixit ad me: Ingredere, & vide iniquitates, quas isti faciunt hic.

10 Et introiui, & vidi. Et ecce vana, abominationes, & vniuersa idola domus Israel descripta super eos in circuitu.

11 Et septuaginta viri de senioribus domus Israel: & Iechonias filius Saphan in medio eorum stabat ante faciem eorum: & vnusquisque thuribulum suũ habebat in manu: & vapor incensi ascendebat.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

20 *Et gloriam ornamenti eius quod in superbiam posuerant, & imagines abominationum suarum, & idolorum suorum fecerunt in ea: propter hoc dedi eam ipsis in elongationem.*

21 *Et dabo eam in manum alienorum ad diripiendum, & impijs terræ in spolia, & contaminabunt eam.*

22 *Auertam quoq; faciem meam ab eis, & violabunt adytum meum, & introibunt in illam diruentes, & pollüent illam.*

23 *Fac catenam: quoniam terra plena est iudicio sanguinum, & ciuitas plena est iniquitate.*

24 *Et adducam pessimos Gentium, & possidebunt domos eorum, & cessare faciam superbiam fortium, & polluentur sanctuaria eorum.*

25 *Excisio venit, & quærent pacem, & non erit.*

26 *Contritio super contritionem veniet, & auditus super auditum erit: & quærent visionem à Propheta, & nõ erit: & Lex peribit à Sacerdote, & consilium à Senioribus.*

27 *Rex lugebit, & princeps induetur desolatione, & manus populi terræ conturbabuntur: secundum viam eorum faciam eis, & iudicijs eorum iudicabo eos. & scient quod ego Iehouah.*

CAP. VIII.

1 *ET fuit, anno sexto, mense sexto, quinta die mensis, ego sedebam in domo mea, & Seniores Iehudah sedebant contra me, & cecidit super me illic manus Domini Iehouæ.*

2 *Et vidi, & ecce similitudo tanquam aspectus ignis: ab aspectu lumborum eius, & infra erat ignis: & à lumbis eius, & supra, tanquam aspectus splendoris, tanquam visio electri.*

3 *Et misit similitudinem manus, & tulit me per cincinnos capitis mei, & eleuauit me Spiritus inter terram & cœlũ, & adduxit me in Ierusalaim in visionibus Dei, ad ostium portæ atrij interioris, quod respiciebat ad Aquilonem: vbi erat habitatio idoli zeli, zelare facientis Deum.*

4 *Et ecce ibi erat gloria Dei Israel, iuxta visionem quam videram in campo.*

5 *Et dixit ad me, Fili hominis, leua nunc oculos tuos ad viam Aquilonis. leuaui igitur oculos meos ad viam Aquilonis, & ecce ad Aquilonem, iuxta portam altaris erat idolum illud zeli, in introitu.*

6 *Et dixit ad me, Fili hominis, nonne vides quid isti faciant, id est abominationes magnas, quas domus Israel faciunt hic, vt procul recedam à Sanctuario meo? sed adhuc conuerte te, & videbis abominationes maiores.*

7 *Et adduxit me ad ostium atrij, & vidi, & ecce foramen vnum erat in pariete.*

8 *Et dixit ad me, Fili hominis, fode nunc in pariete. & fodi in pariete, & ecce ostium vnum.*

9 *Et dixit ad me, Ingredere, & vide abominationes malas quas isti faciunt ibi.*

10 *Ingressus sum igitur, & aspexi, & ecce omnis similitudo reptilis, & animalis, abominatio, & vniuersa idola domus Israel, depicta erant in pariete per circuitum.*

11 *Et septuaginta viri de Senioribus domus Israel, & Iaazaniahu filius Saphan stabat in medio eorum qui stabant coram suis idolis, & vnusquisq; thuribulum suum in manu sua habebat, & vapor nebulæ suffimenti ascendebat.*

Vulgat. Editio.

Et dixit ad me: Certe vides fili hominis quæ se-
niores domus Israel faciunt in tenebris, vnusquis-
que in abscondito cubiculi sui: dicunt enim; Non
videt Dominus nos, dereliquit Dominus terram.

Et dixit ad me: Adhuc conuersus videbis abomi-
nationes maiores, quas isti faciunt.

Et introduxit me per ostium portæ domus Do-
mini quod respiciebat ad Aquilonem: & ecce ibi
mulieres sedebant plangentes Adonidem.

Et dixit ad me: Certe vidisti fili hominis: adhuc
conuersus videbis abominationes maiores his.

Et introduxit me in atrium domus Domini in-
terius: & ecce in ostio templi Domini inter vestibu-
lum & altare, quasi vigintiquinque viri dorsa ha-
bentes contra templum Domini, & facies ad Orié-
tem: & adorabant ad ortum Solis.

Et dixit ad me: Certe vidisti fili hominis: num-
quid leue est hoc domui Iuda vt facerent abomina-
tiones istas, quas fecerunt hic: quia replentes terram
iniquitate conuersi sunt ad irritandum me? & ecce
applicant ramum ad nares suas.

Ergo & ego faciam in furore: non parcet oculus
meus, nec miserebor: & cum clamauerint ad aures
meas voce magna, non exaudiam eos.

CAP. IX.

ET clamauit in auribus meis voce magna, di-
cens: Appropinquauerunt visitationes vrbis, &
vnusquisque vas interfectionis habet in manu sua.

Et ecce sex viri veniebant de via portæ superio-
ris, quæ respicit ad Aquilonem: & vniuscuiusque
vas interitus in manu eius: vir quoque vnus in me-
dio eorum vestitus erat lineis, & atramentarium
scriptoris ad renes eius: & ingressi sunt, & steterunt
iuxta altare æreum:

Et gloria Domini Israel assumpta est de cherub,
quæ erat super eum ad limen domus: & vocauit vi-
rum, qui indutus erat lineis, & atramétarium scri-
ptoris habebat in lumbis suis.

Et dixit Dominus ad eum: Transi per mediam
civitatem in medio Ierusalem: * & signa thau super
frontes virorum gementium, & dolentium super
cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio eius.

* Ez. 12. 7. Apoc. 7. 3.

Et illis dixit, audiente me: Transite per ciuitatem
sequentes eum, & percutite: non parcat oculus ve-
ster, neque misereamini.

Senem, adolescentulum, & virginem, paruulum,
& mulieres interficite vsque ad internecionem:
omnem autem, super quem videritis thau, ne occi-
datis, & à Sanctuario meo incipite. Cœperunt ergo à
viris senioribus, qui erant ante faciem domus.

Et dixit ad eos: Contaminate domum, & implete
atria interfectis: egredimini. Et egressi sunt, & per-
cutiebant eos, qui erant in ciuitate.

Et cæde completa, remansi ego: ruique super fa-
ciem meam, & clamans aio: Heu, heu, heu Domine
Deus: ergone disperdes omnes reliquias Israel, ef-
fundens furorem tuum super Ierusalem?

Et dixit ad me: Iniquitas domus Israel, & Iuda,
magna est nimis valde, & repleta est terra sanguini-
bus, & ciuitas repleta est auersione: dixerunt enim:
Dereliquit Dominus terram, & Dominus non vi-
det.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

12 *Et dixit ad me: Nonne vidisti fili hominis, quæ seniores*
domus Israel faciunt in tenebris vnusquisque in cubiculo
picturæ suæ: dicunt enim: Non Dominus videt nos, dereli-
quit Dominus terram.

13 *Et dixit ad me: Adhuc conuersus, videbis abominationes*
magnas quas isti faciunt.

14 *Et adduxit me ad ostium portæ domus Domini, quod est*
ad Aquilonem, & ecce ibi mulieres sedebant plangentes
Tamuz.

15 *Et dixit ad me: Nonne vides fili hominis: adhuc conuer-*
sus videbis abominationes maiores his.

16 *Et adduxit me ad atrium domus Domini interius, &*
ecce in ostio templi Domini inter vestibulum, & altare
erant circiter viginti, & quinque viri, quorum posteriora
erant ad templum Domini, & facies eorum ad Orientem,
& incuruabant se ad ortum solis.

17 *Et dixit ad me: Nonne vidisti fili hominis: nunquid le-*
ue est domui Iehudah quòd faciat omnes abominationes,
quas fecerunt hic: quia repleuerunt terram iniquitate, &
conuersi sunt ad irritandum me, & ecce mittunt fætorem
ad nares suas.

18 *Et etiam ego faciam in furore: non parcet oculus meus,*
nec miserebor, & clamabunt in auribus meis voce magna,
& non exaudiam eos.

CAP. IX.

1 *ET clamauit in auribus meis voce magna dicendo: Ap-*
propinquauerunt præfecti ciuitatis, & vnusquisque ha-
bebat instrumentum ad perdendum in manu sua.

2 *Et ecce sex viri veniebant de via portæ superioris versæ*
ad Aquilonem, & vnusquisque habebat instrumentum suum
ad perdendum, & vir vnus erat in medio eorum vestitus
lineis, & attramentarium scribæ erat ad renes eius, & in-
gressi sunt, & steterunt iuxta altare æreum.

3 *Et gloria Dei Israel recessit à cherub super quem erat ad*
limen domus, & vocauit virum qui indutus erat lineis,
qui habebat attramentarium scribæ in lumbis suis.

4 *Et dixit Dominus ad eum: Transi per medium ciuitatis,*
per medium Ierusalaim, & signa tau super frótes virorum
gementium, & clamantium super cunctis abominationibus
quæ fiunt in medio eius.

5 *Et illis dixit in auribus meis: Transite per ciuitatem post*
eum, & percutite, non parcat oculus vester, nec misereami-
ni.

6 *Senes adolescentes, & virgines, paruulos, & mulieres,*
occidite ad perditionem, ad omnem autem virum super quē
fuerit tau, ne accedatis, & à Sanctuario meo incipietis. Et
incœperunt à viris senioribus qui erant córam Domino.

7 *Et dixit ad eos: Contaminate domum, & implete atria*
interfectis: egredimini. Et egressi sunt, & percusserunt ci-
uitatem.

8 *Et fuit, cum percussissent eos, remansi, & rui super fa-*
ciem meam, & clamaui, dixique, Ahah Domine Deus, num-
quid perdere facis omne residuum Israel, dum effundis fu-
rorem tuum super Ierusalaim?

9 *Et dixit ad me: Iniquitas Domini Israel & Iehudah*
magna est vehementer valde, & repleta est terra sangui-
narijs, & ciuitas plena est peruerso iudicio: dixerunt enim:
Dereliquit Dominus terram, & Dominus non videt.

Transl. ex Septuag.

12 Et dixit ad me: Vidisti fili hominis, quæ seniores
domus Israel faciunt, vnusquisque ipsorum in cu-
biculo abscondito suo: quia dixerunt, non videt
Dominus, dereliquit Dominus terram.

13 Et dixit ad me: Adhuc videbis iniquitates maio-
res, quas isti faciunt.
14 Et introduxit me in vestibula portæ domus Do-
mini, quæ respicit ad Aquilonem. Et ecce ibi mulie-
res sedentes plangentes Thammuz.
15 Et dixit ad me: Fili hominis vidisti; & adhuc vi-
debis adinuentiones maiores his.
16 Et introduxit me in atrium domus Domini in-
terius: & super vestibula templi Domini inter AE-
lam, & altare quasi viginti viri posteriora sua ad
templum Domini, & facies suas contra: & hi ado-
rant Solem.
17 Et dixit ad me: Vidisti fili hominis. Numquid pa-
rum domui Iuda, vt facerent iniquitates, quas fe-
cerunt hic; quia repleuerunt terram iniquitate? Et
ecce ipsi quasi subsannantes.

18 Et ego faciam eis cum furore. Non parcet oculus
meus nec miserebor.

CAP. IX.

1 ET clamauit in aures meas voce magna, dicens:
Appropinquauit vltio vrbis. Et vnusquisque ha-
bebat vasa exterminationis in manu sua.

2 Et ecce sex viri veniebant de via portæ excelsæ,
quæ respicit ad Aquilonem: & vniuscuiusque secu-
ris in manu eius. Et vnus vir in medio eorum in-
dutus podere: & zona sapphiri super lumbum eius:
ingressique sunt, & steterunt iuxta altare æneum.

3 Et gloria Dei Israel ascendit de Cherubim, quæ
erat super ipsa, in sub dio domus. Et vocauit virum
indutum podere, qui habebat super lumbum suum
zonam,
4 Et dixit ad eum: Transi mediam Hierusalem: &
da signum super frontes virorum gementium, &
dolentium super cunctis iniquitatibus, quę fiunt in
medio ipsorum.

5 Et illis dixit audiente me: Ite post eum in ciuita-
tem, & percutite & non parcite oculis vestris, & nō
misereamini:
6 Senem, & adolescentem, & virginem, & paruulos,
& mulieres interficite ad internecionem: Super om-
nes autem, super quos est signum, ne appropinque-
tis. A sanctis meis incipite. Et cœperunt à viris se-
nioribus, qui erant intus in domo.

7 Et dixit ad eos; Contaminate domum, & implete
vias interfectis exeuntes, & percutite.

8 Et factum est, dum ipsi percuterent; & cado in fa-
ciem meam; & exclamaui, & dixi: Heu mihi Domi-
ne; deles tu residuos Israel, in effundendo te furo-
rem tuum super Hierusalem?
9 Et dixit ad me: Iniquitas domus Israel, & Iuda
magnificata est valde valde: quia repleta est terra
populis multis: & ciuitas repleta est iniquitate, &
immunditia: quia dixerunt: dereliquit Dominus
terram; non inspicit Dominus.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

12 *Et dixit ad me, Vidistine fili hominis, quæ seniores domus*
Israel faciunt in tenebris, vnusquisq; in cubiculis picturæ
suæ? dicunt enim, Non videt nos Iehouah, dereliquit Ieho-
uah terram.

13 *Et dixit ad me, Adhuc conuerte te, & videbis abomina*
tiones maiores quas isti faciunt.
14 *Et adduxit me ad ostium portæ domus Iehouæ, quod est*
ad Aquilonem: & ecce ibi mulieres sedebant plangentes
Thammuz.
15 *Et dixit ad me, Nonne vides fili hominis? adhuc conuer-*
te te, & videbis abominationes maiores his.
16 *Introduxit igitur me in atrium domus Iehouæ interius,*
& ecce iuxta ostium templi Iehouæ inter vestibulum &
altare, erant circiter vigintiquinq; viri, quorum posteriora
versa erant ad templum Iehouæ, & facies eorum ad Orien-
tem, & incuruabant se ad ortum Solis.
17 *Et dixit ad me, Annon vidisti, fili hominis? numquid le-*
ue est domui Iehudah quod faciat omnes abominationes
quas faciunt hic? siquidem repleuerunt terram iniquitate,
& conuersi sunt ad irritandum me, & ecce mittunt fœtorē
ad nares suas.
18 *Et etiam ego faciam in furore, non parcet oculus meus*
illis, neq; miserebor: & clamabunt in aures meas voce ma-
gna, & non exaudiam eos.

CAP. IX.

1 *ET clamauit in auribus meis voce magna, dicendo, Ap-*
propinquauerunt visitationes ciuitatis: & singuli ha-
bent instrumentum ad perdendum in manu sua.

2 *Et ecce sex viri veniebant de via portæ superioris versæ*
ad Aquilonem: & singuli habebant instrumentum suum
ad perdendum in manu sua: & vir vnus erat in medio eo-
rum vestitus lineis, & atramentarium scribæ erat ad re-
nes eius, qui ingressi steterunt iuxta altare æreum.

3 *Et gloria Dei Israel recessit à Cherub super quem fuerat,*
ad limen domus: & vocauit virum qui indutus erat lineis,
qui habebat atramentarium scribæ in lumbis suis.

4 *Et dixit Iehouah ad eum, Transi per medium ciuitatis,*
nempe per medium Ierusalaim, & signa thau super frontes
virorum gementium, & clamantium propter cunctas abo-
minationes quæ fiunt in medio eius.

5 *Et illis dixit in auribus meis, Transite per ciuitatem post*
eum, & percutite, non parcat oculus vester, nec misereami-
ni:
6 *Senes, adolescentes, & virgines, paruulos, & mulieres*
occidite ad perditionem: ad omnem autem virum super quē
fuerit thau, ne accedatis, & à Sanctuario meo incipite. &
inceperunt à viris Senioribus qui erant coram domo.

7 *Et dixit ad eos, Contaminate domum, & implete atria*
interfectis, egredimini. egressi sunt itaq;, & percusserunt
in ciuitate.
8 *Et fuit, quum percussissent eos, remansi ego, & corrui*
super faciem meam, clamauiq;, ac dixi, Ahah Domine Ie-
houa, an perdes omne residuum Israel, dum effundis furo-
rem tuum super Ierusalaim?
9 *Et dixit ad me, Iniquitas domus Israel & Iehudah ma-*
gna est admodum, & repleta est terra sanguinibus, & ciui-
tas plena est peruerso iudicio: dixerunt enim, Dereliquit
Iehouah terram, & Iehouah non videt.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

10 Igitur & meus non parcet oculus, neque miserebor: viam eorum super caput eorum reddam.

11 Et ecce vir, qui erat indutus lineis, qui habebat atramentarium in dorso suo, respondit verbum, dicens: Feci sicut præcepisti mihi.

CAP. X.

1 ET vidi, & ecce in firmamento, quod erat super caput cherubim, quasi lapis sapphirus, quasi species similitudinis solij, apparuit super ea.

2 Et dixit ad virum, qui indutus erat lineis, & ait: Ingredere in medio rotarum, quæ sunt subtus cherubim, & imple manum tuam prunis ignis, quæ sunt inter cherubim, & effunde super ciuitatem. Ingressusque est in conspectu meo:

3 Cherubim autem stabant à dextris domus cum ingrederetur vir, & nubes impleuit atriũ interius.

4 Et eleuata est gloria Domini desuper cherub ad limen domus: & repleta est domus nube, & atriũ repletum est splendore gloriæ Domini.

5 Et sonitus alarum cherubim audiebatur vsque ad atrium exterius, quasi vox Dei omnipotentis loquentis.

6 Cumque præcepisset viro, qui indutus erat lineis, dicens: Sume ignem de medio rotarum, quæ sunt inter cherubim: ingressus ille stetit iuxta rotam.

7 Et extendit cherub manum de medio cherubim ad ignem, qui erat inter cherubim: & sumpsit, & dedit in manus eius, qui indutus erat lineis: qui accipiens egressus est.

8 Et apparuit in cherubim similitudo manus hominis subtus pennas eorum.

9 Et vidi, & ecce quatuor rotæ iuxta cherubim: rota vna iuxta cherub vnum, & rota alia iuxta cherub vnum: species autem rotarum erat quasi visio lapidis crysolithi.

10 Et aspectus earum similitudo vna quatuor: quasi sit rota in medio rotæ.

11 Cumq; ambularent, in quatuor partes gradiebãtur: & non reuertebantur ambulantes, sed ad locũ, ad quem ire declinabat quæ prima erat, sequebantur & cæteræ, nec conuertebantur.

12 Et omne corpus earum, & colla, & manus, & pennæ, & circuli plena erant oculis, in circuitu quatuor rotarum.

13 Et rotas istas vocauit volubiles, audiente me.

14 Quatuor autem facies habebat vnum: facies vna, facies cherub: & facies secunda, facies hominis: & in tertio facies leonis: & in quarto facies aquilæ.

15 Et eleuata sunt cherubim: ipsum est animal, quod videram iuxta fluuium Chobar.

16 Cumque ambularent cherubim, ibant pariter & rotæ iuxta ea: & cum eleuarent cherubim alas suas vt exaltarentur de terra, non residebant rotæ, sed & ipsæ iuxta erant.

17 Stantibus illis, stabant: & cum eleuatis eleuabantur; spiritus enim vitæ erat in eis.

18 Et egressa est gloria Domini à limine templi: & stetit super cherubim.

19 Et eleuantia cherubim alas suas, exaltata sunt à terra coram me: & illis egredientibus, rotæ quoque subsecutæ sunt: & stetit in introitu portæ domus Domini Orientalis: & gloria Dei Israel erat super ea.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

10 *Et etiam ego non parcam sicut nec ipsi pepercerunt, non parcet oculus meus, neq; miserebor: viam eorum in caput eorum dedi.*

11 *Et ecce vir indutus lineis, qui habebat attramentarium in lumbis suis, respondit verbum dicendo: Feci iuxta omnia quæ præcepisti mihi.*

CAP. X.

1 *ET vidi, & ecce super firmamentum, quod erat super caput cherubim tanquam lapis sapphyri velut species similitudinis solij apparuit super eos.*

2 *Et dixit ad virum indutum lineis, & dixit: Ingredere inter rotas inter cherubim, & imple manus tuas prunis ignis de medio cherubim, & sparge super ciuitatem. Ingressusq; est in conspectu meo.*

3 *Cherubim autem stabant à dextera domus, cum ingrederetur vir, & nubes impleuit atrium interius.*

4 *Et recessit gloria Domini à cherub ad limen domus. & repleta est domus nube, & atrium repletum est splendore gloriæ Domini.*

5 *Et sonitus alarum Cherubim auditus est vsq; ad atrium exterius, tanquam vox Dei omnipotentis quando loquitur.*

6 *Et fuit, cum præcepisset viro induto lineis dicendo, tolle ignem de medio rotarum de medio cherubim, ingressus est, & stetit in medio rotarum.*

7 *Et misit cherub manum suam de medio cherubim, ad ignem qui erat inter cherubim, & sumpsit, & posuit in manibus induti lineis, & accepit, & egressus est.*

8 *Et apparuit in Cherubim similitudo manus hominis subtus alas eorum.*

9 *Et vidi, & ecce quattuor rotæ iuxta cherubim: rota vna erat iuxta cherub vnum, & rota altera iuxta cherub alterum: aspectus autem rotarum erat tanquam color lapidis tarsis.*

10 *Et aspectus earum similitudo vna quattuor ipsis, ac si fuisset rota in medio rotæ.*

11 *Cum ambularent in quattuor lateribus suis ambulabant, & non reuertebantur, sed ad locum ad quem vertebat se primus Cherub post illum ibant, nec reuertebantur cum ambularent.*

12 *Et omnis caro earum, & dorsa earum, & manus earum, & alæ earum, & rotæ plenæ erant oculis in circuitu quattuor ipsarum rotarum.*

13 *Ipsis rotis clamatum est à Cherub, ô rota in auribus meis.*

14 *Et quattuor facies erant vnicuiq; cherub, facies rotæ vnius facies cherub, & facies secunda facies hominis, & tertia facies leonis, & quarta facies aquilæ.*

15 *Et exaltauerunt se cherubim, hoc est, animal quod vidi in flumine Chebar.*

16 *Et cum ambularent cherubim, ambulabant rotæ iuxta eos, & cum eleuarent cherubim alas suas, vt exaltarentur super terram, non reuertebantur rotæ, etiam ipsæ erant apud eos.*

17 *Dum starent ipsi, stabant, & dum eleuabant se ipsi, eleuabant se cum eis, voluntas animalis erat in eis.*

18 *Et egressa est gloria Domini à limine domus, & stetit super cherubim.*

19 *Et eleuauerunt cherubim alas suas & eleuati sunt à terra in oculis meis: dum egrederentur ipsi, & rotæ contra eos, & stetit in introitu portæ domus Domini Orientalis, & gloria Dei Israel super eos desuper.*

Transl. ex Septuag.

10 Et non parcet oculus meus, neque miserebor:
vias eorum super caput eorum dedi.

11 Et ecce vir, qui indutus erat podere, & accinctus
zona lumbum suum & respondit dicens: Feci, sicut
mandasti mihi.

CAP. X.

1 ET vidi: & ecce super firmamentum, quod supra
caput ipsorum Cherubim, quasi lapis sapphiri si-
militudo throni super ea.
2 Et dixit ad virum indutum stola: Ingredere in
medio rotarum, quæ sunt subtus Cherubim: & im-
ple pugnos tuos carbonibus ignis de medio Cheru-
bim, & disperge super ciuitatem. Ingressusque est in
conspectu meo:
3 Et Cherubim stabant à dextris domus: cum in-
grederetur vir. Et nubes impleuit atrium interius.
4 Et eleuata est gloria Domini ab ipsis Cherubim in
sub dio domus. Et impleuit domum nubes: & atriū
repletum est splendore gloriæ Domini.
5 Et vox alarum Cherubim audiebatur vsque ad
atrium exterius, quasi vox Dei Saddai loquentis.

6 Et factum est in mandando ipsum viro induto
stola sancta, dicens: sume ignem de medio rotarum,
de medio Cherubim; & intrauit, & stetit iuxta ro-
tas.
7 Et extendit manum suam in medium ignis, qui
erat inter Cherubim: & sumpsit: & dedit in manus
eius, qui indutus erat stola sācta. Et accepit, & egres-
sus est.
8 Et vidi ipsa Cherubim similitudinem manus ho-
minum subtus alas eorum.
9 Et vidi, & ecce rotæ quatuor stabant iuxta Che-
rubim: rota vna iuxta Cherub vnum.

10 Et aspectus rotarum, quasi aspectus lapidis carbū-
culi: & aspectus earum, similitudo vna ipsis qua-
tuor; quemadmodum cum fuerit rota in medio ro-
tæ,
11 In eundo ipsa, in quatuor suas partes ibant: non
reuertebātur in eundo ipsa: quoniam in quemcum-
que locum respiciebat principium vnum; ibant, &
non reuertebantur in eundo ipsa.
12 Et dorsa eorum, & manus eorum, & alæ eorum, &
rotæ plenæ erant oculis in circuitu in quatuor in
rotis.
13 Rotis autem istis acclamatum est Gelgel audien-
te me.
14 Et ipsa Cherubim erant, idipsum animal, quod
videram super fluuium Chobar.

15 Cumque ambularent Cherubim; ibant rotæ, & hę
iuxta ea.
16 Et, cum eleuarent Cherubim alas suas, vt exalta-
rentur de terra; non reuertebantur rotæ eorum:

17 Stantibus illis stabant; & cum illa eleuarentur;
eleuabantur cum eis. Spiritus enim vitæ erat in eis.
18 Et egressa est gloria Domini de domo: & con-
scendit super Cherubim.
19 Et assumpserunt Cherubim alas suas, & eleuati
sunt de terra coram me. Illis egredientibus, etiam
rotæ iuxta illa. Et steterunt super vestibula portæ
domus Domini, quæ è regione. Et gloria Dei Israel
erat super ea desuper.

Ipsum

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

*Et ego quoq; non parcet oculus meus, neq; miserebor: sed
viam eorum in caput illorum reddam.*

*Et ecce vir indutus lineis, qui habebat atramentarium
in lumbis suis, respondit verbum, dicendo, Feci iuxta id
quod præcepisti mihi.*

CAP. X.

*ET vidi, & ecce super firmamentum quod erat super ca-
put Cherubim tanquam lapis sapphirus, veluti species
similitudinis solij apparuit super eos.*
*Et dixit ad virum illum indutum lineis, dixit inquam,
Ingredere in medium rotarum quæ sunt sub Cherubim, &
imple manus tuas prunis ignis de medio Cherubim, &
sparge super vrbem. ingressusq; est in conspectu meo.*

*(Cherubim autem stabant à dextera domus, quum in-
grederetur vir iste: & nubes implebat atrium interius.*
*Et recessit gloria Iehouæ à Cherub ad limen domus: &
repleta est domus nube, & atrium repletum est splendore
gloriæ Iehouæ.*
*Sonitus quoq; alarum Cherubim auditus est vsq; ad
atrium exterius, tanquam vox Dei omnipotentis quando
loquitur.)*
*Et fuit quum præcepisset viro induto lineis, dicendo, Tolle
ignem de medio rotarum & de medio Cherubim: ingressus
est, & stetit in medio rotarum.*

*Et misit Cherub manum suam de medio Cherubim ad ig-
nem qui erat inter Cherubim, & sumpsit, posuitq; in vo-
las induti lineis: qui accepit, & egressus est.*

*Et apparuit in Cherubim illis similitudo manus hominis
sub alis eorum.*
*Et vidi, & ecce quatuor rotæ iuxta Cherubim: rota vna
erat iuxta Cherub vnum, & rota altera iuxta Cherub al-
terum: aspectus autem rotarum erat tanquam color lapidis
tharsis.*
*Et aspectus earum (similitudo vna quatuor ipsis) ac si
fuisset rota in medio rotæ.*

*Quum ambulabant, in quatuor lateribus suis ambula-
bant: non reuertebantur dum ambularent, sed ad locum ad
quem conuertebat se primus Cherub, post illum ibant, nec
reuertebantur dum ambularent.*
*Et omnis caro earum, & dorsa earum, & manus earum,
& alæ earum, atq; rotæ plenæ erant oculis per circuitum
quatuor ipsarum rotarum.*
*Ipsis rotis acclamatum est à Cherub, O rota, in auribus
meis.*
*Et quatuor facies erant vnicuiq; Cherub: facies prima,
facies Cherub: & facies secunda, facies hominis: & tertia,
facies leonis: & quarta, facies aquilæ.*
*Et eleuati sunt Cherubim: hoc est animal quod vidi in
flumine Chebar.*
*Et quum ambularent Cherubim, ambulabant rotæ iux-
ta eos: quum vero eleuarent Cherubim alas suas vt attol-
lerent sese à terra, non reuertebantur rotæ etiam ipsæ ab
illis.*
*Dum starent illi, stabant: & dum eleuabant se illi, ele-
uabant se cum illis: quia voluntas animalis erat in eis.*
*Et egressa est gloria Iehouæ à limine domus, & stetit
super Cherubim.*
*Et eleuantes Cherubim illi alas suas, eleuati sunt à ter-
ra in oculis meis: dum egrederentur ipsi, & rotæ erant ere-
gione ipsorum, stetitq; in introitu portæ domus Iehouæ
Orientalis, & gloria Dei Israel super eos desuper.*

Hoc

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Ipsum est animal, quod vidi subter Deum Israel 20
sup.1.1.3 ★ iuxta fluuium Chobar: & intellexi quia cherubim essent.

Quatuor vultus vni, & quatuor alæ vni: & similitudo manus hominis sub alis eorum. 21

Et similitudo vultuum eorum, ipsi vultus quos 22
videram iuxta fluuium Chobar, & intuitus eorum, & impetus singulorum ante faciem suam ingredi.

CAP. XI.

ET eleuauit me spiritus, & introduxit me ad 1
portam domus Domini Orientalem, quæ respicit ad solis Ortum: & ecce in introitu portæ viginti quinque viri. & vidi in medio eorum Iezoniam filium Azur, & Pheltiam filium Banaiæ, principes populi.

Dixitque ad me: Fili hominis, hi sunt viri, qui co- 2
gitant iniquitatem, & tractant consilium pessimum in vrbe ista.

Dicentes: Nonne dudum ædificatæ sunt domus? 3
hæc est lebes, nos autem carnes.

Idcirco vaticinare de eis, vaticinare fili hominis. 4

Et irruit in me spiritus Domini, & dixit ad me: 5
Loquere: Hęc dicit Dominus: Sic locuti estis domus Israel & cogitationes cordis vestri ego noui.

Plurimos occidistis in vrbe hac, & implestis vias 6
eius interfectis.

Propterea hæc dicit Dominus Deus: Interfecti ve- 7
stri, quos posuistis in medio eius, hi sunt carnes, & hæc est lebes: & educam vos de medio eius.

Gladium metuistis, & gladium inducam super 8
vos, ait Dominus Deus.

Et eiiciam vos de medio eius, daboque vos in 9
manu hostium, & faciam in vobis iudicia.

Gladio cadetis: in finibus Israel iudicabo vos, & 10
scietis quia ego Dominus.

Hæc non erit vobis in lebetem, & vos non eritis 11
in medio eius in carnes: in finibus Israel iudicabo vos.

Et scietis quia ego Dominus: quia in præceptis 12
meis non ambulastis, & iudicia mea non fecistis, sed iuxta iudicia Gentium, quæ in circuitu vestro sunt, estis operati.

Et factum est, cum prophetarem, Pheltias filius 13
Banaiæ mortuus est: & cecidi in faciem meam clamans voce magna, & dixi: Heu, heu, heu Domine Deus: cõsummationem tu facis reliquiarum Israel?

Et factum est verbum Domini ad me, dicens: 14

Fili hominis, fratres tui, fratres tui, viri propinqui 15
tui, & omnis domus Israel, vniuersi, quibus dixerũt habitatores Ierusalem: Longe recedite à Domino, nobis data est terra in possessionem.

Propterea hæc dicit Dominus Deus, quia longe 16
feci eos in Gentibus, & quia dispersi eos in terris: ero eis in sanctificationem modicam in terris, ad quas venerunt.

Propterea loquere: Hæc dicit Dominus Deus: Cõ- 17
gregabo vos de populis, & adunabo de terris, in quibus dispersi estis, daboque vobis humum Israel.

Et ingredientur illuc, & auferent omnes offensio- 18
nes, cunctasque abominationes eius de illa.

Ier.31.33 Infr.36.26. ★ Et dabo eis cor vnum, & spiritum nouum tri- 19
buam in visceribus eorum, & auferam cor lapideũ de carne eorum, & dabo eis cor carneum:

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Hoc est animal quod vidi subter Deum Israel in flumine Chebar, & cognoui quod Cherubim essent.

Quattuor facies erant vnicuiq;, & quattuor alæ vnicuiq;, & similitudo manus hominis sub alis eorum.

Et similitudo facierum eorum erat vt facierum quas vidi iuxta fluuium Chebar aspectus earum, & ipsemet vnusquisq; contra faciem suam ibat.

CAP. XI.

ET eleuauit me spiritus, & introduxit me ad portam domus Domini Orientalem, quæ respicit ad Oriẽtem, & ecce in ostio portæ viginti, & quinq; viri, & vidi in medio eorum Iaazaniah filium Hazur, & Pelathiahu filium Benaiahu principes populi.

Dixitq; ad me, fili hominis sunt viri qui cogitant iniquitatem & consulunt consilium malum in vrbe ista.

Qui dicunt, non in propinquo est contritio, ædificemus domos? hæc Ierusalaim est vt lebes, & nos vt caro.

Idcirco vaticinare super eos, vaticinare fili hominis.

Et cecidit super me spiritus Domini, & dixit ad me Dic: Sic dixit Dominus: Sic dixisti domus Israel, & quæ ascendunt in spiritu vestro noui.

Multiplicare fecistis interfectos vestros in vrbe hac & implestis plateas eius interfectis.

Propterea sic dixit Dominus Deus: Interfecti vestri quos posuistis in medio eius, ipsi sunt caro, ipsa est lebes: & vos educere faciam de medio eius.

Gladium metuistis & gladium inducam super vos dixit Dominus Deus.

Et educam vos de medio eius, daboq; vos in manu alienorum, & faciam in vobis iudicia.

Gladio cadetis: in termino Israel iudicabo vos, & scietis quod sum Dominus.

Hæc non erit vobis vt lebes, nec vos eritis in medio eius vt caro in termino Israel iudicabo vos.

Et scietis quod sum Dominus: quia in statutis meis non ambulastis, & iudicia mea non fecistis, sed iuxta iudicia Gentium, quæ sunt in circuitu vestro, fecistis.

Et fuit, cum prophetarem, Pelathiahu filius Benaiah mortuus est, & cecidi super faciem meam, & clamaui voce magna, & dixi: Ahah Domine Deus, consummationem tu facis residui Israel?

Et fuit verbum Domini ad me dicendo.

Fili hominis fratres tui, fratres tui, viri propinqui tui, & omnis domus Israel tota ipsa, quibus dixerunt habitatores Ierusalaim: Elongate vos à Domino, quia nobis data est terra in possessionem.

Propterea dic: sic dixit Dominus Deus, quòd elongare feci eos in Gentes, & quòd dispergere feci eos in terram, & fui eis vt sanctuarium paruum in terris, ad quas venerunt.

Propterea dic: Sic dixit Dominus Deus: Congregabo vos de populis, & adunabo vos de terris, in quibus dispersi estis, & dabo vobis humum Israel.

Et ingredientur illuc, & remouebunt omnia, contaminationes eius, cunctasq; abominationes eius de illa.

Et dabo eis cor vnum, & spiritum nouum tribuam in visceribus eorum, & remouebo cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum.

Transl. ex Septuag.

Ipsum est animal, quod vidi subter Deum Israel super fluuium Chobar: & intellexi, quia cherubim essent.
Quatuor facies vni, & octo alæ vni: & similitudo manuum hominum sub alis eorum.
Et similitudo facierum eorum, ipsi vultus erant, quos videram subtus gloriam Dei Israel super fluuium Chobar. Et hæc, vnumquodque ante faciem suam ibant.

C A P. XI.

ET assumpsit me spiritus, & duxit me ad portam domus Domini, quæ è regione, quæ respicit ad Orientem. Et ecce super vestibula portæ quasi viginti & quinque viri: & vidi in medio eorum Iechoniam filium Ezer, & Phaltiam filium Banææ principes populi.
Et dixit Dominus ad me: Hi viri, qui cogitant vana, & tractant consilium pessimum in vrbe ista,
Dicentes: Nonne recenter ædificatæ sunt domus? Hæc est lebes, nos autem carnes.
Idcirco propheta super eos, propheta fili hominis.
Et irruit in me spiritus Domini, & dixit ad me: Dic: Hæc dicit Dominus: Sic dixistis domus Israel; & cogitationes spiritus vestri ego noui.
Multiplicastis mortuos vestros in vrbe hac, & impleistis vias earum interfectis.
Propterea hæc dicit Dominus. Mortuos vestros, quos percussistis in medio eius, hi sunt carnes, hæc autem lebes est. Et vos educam de medio eius.
Gladium timetis: & gladium inducam super vos, ait Dominus.
Et educam vos de medio eius: & tradam vos in manus alienorum: & faciam in vobis iudicia.
In gladio cadetis: in montibus iudicabo vos: & scietis, quia ego Dominus.

Quæ hic desunt, à 70 de[illegible] teste D. Hieron.

Et factum est, cum prophetarem; & Phaltias filius Banææ mortuus est: & cado in faciem meam: & exclamaui voce magna, & dixi: heu, heu Domine, in consummationem tu facis residuos Israel?
Et factus est sermo Domini ad me, dicens:
Fili hominis fratres tui, & viri captiuitatis tuæ, & omnis domus Israel consummata est: quibus dixerunt eis habitatores Hierusalem: longe abestis à Domino: nobis data est terra in hæreditatem.
Propterea dic: Hæc dicit Dominus: Quia repellam eos in gentes, & dispergam eos in omnem terram: & ero eis in sanctificationem paruulam in regionibus, quocumque ingressi fuerint illuc.
Propterea dic: Hæc dicit Dominus: Et suscipiam eos de gentibus, & congregabo eos de regionibus, quo disseminaui eos in illas: & dabo eis terram Israel.
Et ingredientur illuc: & auferent omnes abominationes eius, cunctasque iniquitates eius de illa.
Et dabo eis cor alterum, & spiritum nouum dabo in eis: & extraham cor lapideum de carne eorum & dabo eis cor carneum;

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

20 *Hoc est animal quod videram sub Deo Israel in flumine Chebar, & cognoui tandem quod Cherubim essent.*
21 *Quatuor facies erant vnicuiq; & quatuor alæ vnicuiq; : atq; similitudo manuum hominis sub alis eorum.*
22 *Similitudo autem facierum eorum erat vt facierũ quas vidi iuxta fluuium Chebar: aspectus earum, & ipsæmet: vnusquisq; contra faciem suam ibat.*

C A P. X I.

1 *ET eleuauit me Spiritus, & introduxit me ad portam domus Iehouæ Orientalem, quæ respicit ad Oriẽtem: & ecce in ostio portæ viginti quinq; viri inter quos, vidi Iaazaniah filium Azur, & Pelatiahu filium Benaiahu Principes populi.*
2 *Dixitq; ad me, Fili hominis, isti sunt viri qui cogitant iniquitatem, & consulunt consilium malum in vrbe ista:*
3 *Dicunt enim, Non in propinquo est contritio, ædificemus igitur domos: hæc Ierusalaim est vt lebes, & vos vt caro.*
4 *Idcirco vaticinare contra eos, vaticinare fili hominis.*
5 *Cecidit ergo super me Spiritus Iehouæ, & dixit ad me, Dic, Sic dixit Iehouah, Sic quidem dixistis domus Israel, & quæ ascendunt in spiritu vestro ego noui.*
6 *Multiplicastis interfectos vestros in hac vrbe, & implestis plateas eius interfectis:*
7 *Propterea sic dixit Dominus Iehouah, Interfecti vestri quos posuistis in medio eius, ipsi sunt caro: ipsa autem est lebes: vos vero educam de medio eius.*
8 *Gladium metuistis, & gladium inducam super vos, dixit Dominus Iehouah.*
9 *Et educam vos de medio eius, daboq; vos in manum alienorum, & faciam in vobis iudicia.*
10 *Gladio cadetis, in termino Israel iudicabo vos: & scietis quod ego sum Iehouah.*
11 *Hæc non erit vobis vt lebes, nec vos eritis in medio eius vt caro, in termino Israel iudicabo vos,*
12 *Et scietis quod ego sum Iehouah: quoniam in statutis meis non ambulastis, & iudicia mea non fecistis, sed iuxta iudicia Gentium quæ sunt in circuitu vestro, fecistis.*
13 *Et fuit, quum prophetarem, Pelathiahu filius Benaiah mortuus est: & cecidi super faciem meam, clamauiq; voce magna, & dixi, Ahah Domine Iehouah, tune consummationem facis residui Israel?*
14 *Et fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,*
15 *Fili hominis, fratres tui, fratres tui, viri propinqui tui, & omnis domus Israel, vniuersa inquam ipsa sunt quibus dixerunt habitatores Ierusalaim, Elongate vos à Iehoua, quia nobis data est terra in possessionem.*
16 *Propterea dic, Sic dixit Dominus Iehouah, Etiamsi procul [illegible]erim eos in Gentes, & dispersérim eos per terras, ero tamen eis in Sanctuarium paruum in terris ad quas venerint.*
17 *Propterea dic, Sic dixit Dominus Iehouah, Congregabo vos de populis, & adunabo vos de terris in quas dispersi estis, & dabo vobis terram Israel.*
18 *Et ingredientur illuc, & remouebunt omnes contaminationes eius, cunctasq; abominationes eius die illa.*
19 *Et dabo eis cor vnum, & Spiritum nouum tribuam in visceribus eorum: auferamq; cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum:*

Vulgat. Editio.

Vt in præceptis meis ambulent, & iudicia mea 20
custodiant,faciantque ea: & sint mihi in populum,
& ego sim eis in Deum.
Quorum cor post offendicula & abominationes 21
suas ambulat, horum viam in capite suo ponam,
dicit Dominus Deus.
Et eleuauerunt cherubim alas suas, & rotæ cum 22
eis:& gloria Dei Israel erat super ea.
Et ascendit gloria Domini de medio ciuitatis, 23
stetitque super montem,qui est ad Orientem vrbis.

Et spiritus leuauit me,adduxitque in Chaldæam 24
ad transmigrationem, in visione in spiritu Dei: &
sublata est à me visio,quam videram.
Et locutus sum ad transmigrationem omnia ver- 25
ba Domini,quæ ostenderat mihi.

CAP. XII.

ET factus est sermo Domini ad me,dicens: 1
Fili hominis in medio domus exasperantis tu 2
habitas:qui oculos habent ad videndum,& non vi-
dent:& aures ad audiendum, & non audiunt: quia
domus exasperans est.
Tu ergo fili hominis,fac tibi vasa transmigratio- 3
nis,& transmigrabis per diem coram eis: transmi-
grabis autem de loco tuo ad locum alterum in cō-
spectu eorum,si forte aspiciant:quia domus exaspe-
rans est.
Et efferes foras vasa tua quasi vasa transmigran- 4
tis per diem in conspectu eorum:tu autem egredie-
ris vespere coram eis,sicut egreditur migrans.
Ante oculos eorum perfode tibi parietem:& egre- 5
dieris per eum.
In conspectu eorum in humeris portaberis;in ca- 6
ligine efferéris:faciem tuam velabis, & non videbis
terram.quia portentum dedi tibi domui Israel.

Feci ergo sicut præceperat mihi Dominus: vasa 7
mea protuli quasi vasa transmigrantis per diem;&
vespere perfodi mihi parietem manu:& in caligine
egressus sum,in humeris portatus in conspectu eo-
rum.
Et factus est sermo Domini mane ad me, dicens. 8
Fili hominis, numquid non dixerunt ad te do- 9
mus Israel,domus exasperans:Quid tu facis?
Dic ad eos:Hæc dicit Dominus Deus:Super ducē 10
onus istud, qui est in Ierusalem, & super omnem
domum Israel,quæ est in medio eorum.
Dic:Ego portentum vestrum: quomodo feci, sic 11
fiet illis in transmigrationem, & in captiuitatem
ibunt.
Et dux, qui est in medio eorum,in humeris por- 12
tabitur,in caligine egredietur:parietem perfodient
vt educant eum:facies eius operietur vt non videat
oculo terram.

Ezec.17. 20.

Et extendam rete meum super eum, & capietur 13
in sagena mea: & adducam eum in babylonem in
terram Chaldæorum:& ipsam non videbit, ibique
morietur.
Et omnes,qui circa eum sunt,præsidium eius, & 14
agmina eius dispergam in omnem ventum; & gla-
dium euaginabo post eos.
Et scient quia ego Dominus, quando dispersero 15
illos in Gentibus,& disseminauero eos in terris.
Et relinquam ex eis viros paucos à gladio, & fa- 16
me,& pestilentia:vt enarrent omnia scelera eorum
in Gentibus, ad quas ingredientur: & scient quia
ego Dominus.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Vt in statutis meis ambulent,& iudicia mea custodiant,
& faciant ea, & sint mihi in populum, & ego sim eis in
Deum.
Et secundum cor contaminationum suarum, & abomi-
nationum suarum cor eorum ambulat, viam eorum in ca-
put eorum dabo,dixit Dominus Deus.
Et eleuauerunt Cherubim alas suas, & rota contra eos,
& gloria Dei Israel erat super eos desuper.
Et recessit gloria Domini è medio ciuitatis, stetitq; super
montem,qui est ab Oriente vrbis.

Et spiritus eleuauit me, adduxitq; me in terram Chas-
dim ad transmigrationem in visione in spiritu Dei:& re-
cessit à me visio, quam vidi.
Et locutus sum ad transmigrationem omnia verba Do-
mini,quæ ostenderat mihi.

CAP. XII.

ET fuit verbum Domini ad me,dicendo.
Fili hominis in medio domus rebellis habitas,quibus
oculi sunt vt videant, & non viderunt: aures eis sunt ad
audiendum,& non audierunt, quia do mus rebellis est.

Et tu fili hominis fac tibi vasa transmigrationis, &
transmigra per diem in oculis eorum:transmigrabis autem
de loco tuo ad locum alterum in oculis eorum, si forte aspi-
ciant, quia domus rebellis est.

Et efferes vasa tua tanquam vasa transmigrationis per
diem in oculis eorum:tu autem egredieris vesperi in oculis
eorum secundum exitus transmigrationis.
In oculis eorum perfode parietem,& exi per eum.

In oculis eorum super humerum portabis,in tenebris ef-
feres, faciem tuam velabis, & non videbis terram, quia
portentum dedi te domui Israel.

Et feci sic,quemadmodum præceptum est mihi,vasa mea
protuli tanquam vasa transmigrationis per diem, & ve-
speri perfodi parietem manu:in caligine exiui,super hume-
rum portaui in oculis eorum.

Et fuit verbum Domini ad me mane dicendo.
Fili hominis, nonne dixerunt ad te domus Israel domus
rebellis, quid facis?
Dic ad eos: Sic dixit Dominus Deus, super ducem est
prophetia hæc in Ierusalaim, & super omnem domum Is-
rael, quæ est in medio eorum.
Dic: Ego portentum vestrum, sicut feci, sic fiet eis in
transmigrationem, in captiuitatem ibunt.

Et dux qui est in medio eorum super humerum portabit
sarcinulas suas *in caliginem, & egredietur per parietem*
quem perfodient, vt educant per ipsum: faciem suam ope-
riet, vt non videat oculo terram.

Et extendam rete meum super eum, & capietur sagena
mea, & adducam eum in Babel, terram Chasdim, & ip-
sam non videbit,& ibi morietur.

Et omnes qui in circuitu eius sunt ad auxilium eius, &
omnia agmina eius dispergam in omnem ventum: & gla-
dium euaginabo post eos.
Et scient quod sum Dominus, quando dispergam eos in
Gentes,& spargam eos in terram.
Et relinquam ex eis viros paucos numero à gladio, à fa-
me, & à peste, vt narrent omnes abominationes suas in
Gentibus ad quas ingredientur, & scient quod sum Domi-
nus.

Transl. ex Septuag.

Vt in præceptis meis ambulent, & iustificationes
meas custodiant, faciantque eas: & erunt mihi in po-
pulum: & ego ero eis in Deum.
Et ad cor abominationum suarum, & iniquitatum
suarum, quomodo cor eorum ibat; vias eorum in
capita eorum dedi, dicit Dominus.
Et sustulerunt Cherubim alas suas, & rotæ iuxta
ea: & gloria Dei Israel super ea.
Et ascendit gloria Domini de medio ciuitatis: ste-
titque super montem, qui est è regione ciuitatis.

Et assumpsit me spiritus, & duxit me in terram
Chaldæorum ad captiuitatem in visione in spiritu
Dei. Et ascendi à visione, quam vidi,
Et loquutus sum ad captiuitatem omnia verba
Domini, quæ ostenderat mihi.

CAP. XII.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens:
Fili hominis in medio iniquitatum eorum tu
habitas: qui oculos habent ad videndum, & non vi-
dent: & aures habent ad audiendum, & non audiunt:
quia domus exasperans est.
Et tu fili hominis fac tibi vasa captiuitatis, per
diem coram eis: & captiuaberis de loco tuo in lo-
cum alterum in conspectu eorum, vt videant: quia
domus exasperans est.

Et proferes vasa tua, vasa captiuitatis per diem in
oculis eorum: & tu egredieris vespere, sicut egredi-
tur captiuus,
In conspectu eorum. Perfode tibi parietem, &
transibis per eum,
In conspectu eorum. Super humeros assumeris, &
absconditus egredieris: faciem tuam cooperies, &
non videbis terram: quia portentum dedi te domui
Israel.
Et feci sic iuxta omnia, quæ mandauerat mihi:
vasaque protuli captiuitatis: & ad vesperam perfodi
mihi parietem: & absconditus egressus sum: Super
humeros assumptus sum in conspectu eorum.

Et factus est sermo Domini mane ad me dicens:
Fili hominis, non dixerunt ad te domus Israel,
domus exasperans, quid tu facis?
Dic ad eos: Hæc dicit Dominus: Princeps, & dux
in Hierusalem, & omni domui Israel, qui sunt in
medio eorum;
Dic, quia ego portenta facio: quomodo feci, sic erit
ei. In transmigrationem, & in captiuitatem ibunt:

Et princeps in medio eorum in humeris portabi-
tur, & absconditus egredietur per parietem, & perfo-
diet, vt exeat ipse per eum: faciem suam cooperiet, vt
non aspiciatur oculo: & ipse terram non videbit.
Et expandam rete meum super eum, & capietur
in septo meo: & ducam eum in Babylonem, in ter-
ram Chaldæorum: & ipsam non videbit: & ibi mo-
rietur.
Et omnes, qui circa eum sunt, auxiliatores, &
omnes suscipientes eum disseminabo in omnem
ventum: & gladium effundam post eos:
Et scient, quia ego Dominus, in dispergendo me
eos in Gentibus. Et disseminabo eos in regionibus:
Et relinquam ex eis viros numero à gladio, & à
fame, & à morte: vt narrent omnes iniquitates suas
in gentibus, quo ingressi fuerint illuc: & scient: quia
ego Dominus.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

20 *Vt in statutis meis ambulent, & iudicia mea custodiant,*
faciantq́ ea: & sint mihi in populum, & ego sim eis in
Deum.
21 *Et quorum cor ambulat ad cor contaminationem eo-*
rum, & abominationem eorum, viam eorum in caput eo-
rum dabo, dicit Dominus Iehouah.
22 *Eleuauerunt itaq́ Cherubim alas suas, & rotæ e regione*
ipsorum, & gloria Dei Israel erat *super eos desuper.*
23 *Et recessit gloria Iehouæ è medio vrbis, stetitque super*
montem qui est *ab Oriente vrbis.*

24 *Et Spiritus sustulit me, reduxitq́ me in terram Chas-*
dim ad transmigrationem in visione in Spiritu Dei: & re-
cessit à me visio illa *quam vidi.*
25 *Et loquutus sum ad transmigrationem omnia verba Ie-*
houæ, quæ ostenderat mihi.

CAP. XII.

ET fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo.
1 *Fili hominis, in medio domus rebellis habitas: qui-*
2 *bus oculi sunt vt videant, & non vident: aures eis* sunt
ad audiendum, & non audiunt: quia domus rebellis sunt.

3 *Et tu fili hominis, fac tibi vasa transmigrationis, &*
transmigra per diem in oculis eorum, transmigrabis au-
tem de loco ad locum alterum in oculis eorum, si fortè vi-
deant: quia domus rebellis sunt.

4 *Efferes autem vasa tua tanquam vasa transmigratio-*
nis per diem in oculis eorum: tu autem egredieris vesperi
in oculis eorum, secundum exitus transmigrationis.
5 *In oculis eorum perfode parietem, & educ per eum:*

6 *In oculis eorum super humerum porta, in tenebris effer,*
faciem tuam vela, neque aspicias terram: quia portentum
dedi te domui Israel.

7 *Feci igitur sic, quemadmodum præceptum fuerat mihi:*
vasa mea protuli tanquam vasa transmigrationis per
diem, & vesperi perfodi parietem manu: in caligine pro-
tuli, super humerum portaui, in oculis eorum.

8 *Et fuit verbum Iehouæ ad me manè, dicendo.*
9 *Fili hominis, annon dixerunt ad te domus Israel, do-*
mus rebellis, Quid tu facis?
10 *Dic ad eos, Sic dixit Dominus Iehouah,* Super *ducem*
est prophetia hæc in Ierusalaim, & super *omnem domum*
Israel quæ est in medio eorum.
11 *Dic* illis, *Ego portentum vestrum sicut feci, sic fiet eis:*
in transmigrationem, & in captiuitatem abibunt.

12 *Et dux qui est in medio eorum, super humerum porta-*
bit vestimenta sua *in caligine, & egredietur: parietem*
serui eius *perfodient vt educant illum per ipsum: faciem*
suam operiet, ne videat oculo terram.
13 *Et expandam rete meum super eum, capieturq́ sagena*
mea: & adducam eum in Babel, terram Chasdim, ipsam
tamen non videbit, & ibi morietur.

14 *Et omnes qui in circuitu eius* sunt *ad auxilium eius,*
omnesque agmina eius dispergam in omnem ventum, &
gladium euaginabo post eos.
15 *Et scient quòd ego* sum *Iehouah, quando dispersero eos*
in Gentes, & sparsero eos in terra.
16 *Et relinquam ex eis viros paucos à gladio, à fame, & à*
peste: vt enarrent omnes abominationes suas in Gentibus
ad quas deuenerint: & scient quòd ego Iehouah.

Vulgat. Editio.

17 Et factus est sermo Domini ad me,dicens:
18 Fili hominis, panem tuum in conturbatione co-
mede: & aquam tuam in festinatione, & mœrore
bibe.
19 Et dices ad populum terræ: Hæc dicit Dominus
Deus ad eos, qui habitant in Ierusalem in terra Is-
rael: Panem suum in solicitudine comedent, &
aquam suam in desolatione bibent: vt desoletur ter-
ra à multitudine sua, propter iniquitatem omnium,
qui habitant in ea.
20 Et ciuitates, quæ nunc habitantur, desolatę erunt,
terraque deserta: & scietis quia ego Dominus.

21 Et factus est sermo Domini ad me,dicens:
22 Fili hominis, quod est prouerbium istud vobis
in terra Israel? dicentium: In longum differentur
dies,& peribit omnis visio.
23 Ideo dic ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Quie-
scere faciam prouerbium istud,neque vulgo dicetur
vltra in Israel:& loquere ad eos quod appropinqua-
uerint dies,& sermo omnis visionis.

24 Non enim erit vltra omnis visio cassa, neque di-
uinatio ambigua in medio filiorum Israel.

25 Quia ego Dominus loquar:& quodcumque locu-
tus fuero verbum, fiet, & non prolongabitur am-
plius:sed in diebus vestris domus exasperans loquar
verbum,& faciam illud,dicit Dominus Deus.

26 Et factus est sermo Domini ad me,dicens:
27 Fili hominis ecce domus Israel dicentium : Visio,
quam hic videt,in dies multos:& in tempora longa
iste prophetat.
28 Propterea dic ad eos: Hæc dicit Dominus Deus:
Non prolongabitur vltra omnis sermo meus: ver-
bum,quod locutus fuero,complebitur,dicit Domi-
nus Deus.

CAP. XIII.

1 ET factus est sermo Domini ad me,dicens:
2 Fili hominis vaticinare ad prophetas Israel,
qui prophetant: & dices prophetantibus de corde
suo: Audite verbum Domini:
3 Hæc dicit Dominus Deus: * Væ prophetis insi-
pientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil
vident.
4 Quasi vulpes in desertis,prophetæ tui Israel erant.

5 Non ascendistis ex aduerso,neque opposuistis mu-
rum pro domo Israel,vt staretis in prælio in die Do-
mini.
6 Vident vana,& diuinant mendacium,dicentes: Ait
Dominus: cum Dominus non miserit eos:& perse-
uerauerunt confirmare sermonem.

7 Nunquid non visionem cassam vidistis,& diuina-
tionem mendacem locuti estis? & dicitis, ait Domi-
nus:cum ego non sim locutus.
8 Propterea hæc dicit Dominus Deus: Quia locuti
estis vana, & vidistis mendacium: ideo ecce ego ad
vos,dicit Dominus Deus:
9 Et erit manus mea super prophetas; qui vident
vana, & diuinant mendacium: in consilio populi
mei non erunt,& in scriptura domus Israel nō scri-
bentur, nec in terra Israel ingredientur: & scietis
quia ego Dominus Deus:

*Ier.31 1. Inf.14. 9.&34. 2.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

17 *Et fuit verbum Domini ad me dicendo:*
18 *Fili hominis panem tuum in tremore comede,& aquas tuas in commotione,& tremore bibe,*

19 *Et dic ad populum terræ: Sic dixit Dominus Deus super habitatores Ierusalaim super terram Israel: Panem suum cum timore comedent, & aquas suas in desolatione bibent, vt desoletur terra eius à plenitudine sua propter iniquitatem omnium habitantium in ea.*

20 *Et ciuitates habitatæ, desolabuntur, & terra deserta erit,& scietis quod sum Dominus.*

21 *Et fuit verbum Domini ad me dicendo:*
22 *Fili hominis, quod est prouerbium istud vobis in terra Israel, dicendo: Prolongabuntur dies, & peribit omnis visio.*
23 *Ideo dic ad eos: Sic dixit Dominus Deus: Cessare feci prouerbium istud,& non dicent prouerbium illud vltra in Israel: sed loquere ad eos appropinquauerunt dies, & verbum omnis visionis.*

24 *Quia non erit vltra omnis visio frustra, nec erit diuinatio blandientis prophetæ in medio domus Israel.*

25 *Quia ego Dominus loquar: quod loquar verbum, fiet, non protrahetur amplius, sed in diebus vestris domus rebellis loquar verbum, & faciam illud, dixit Dominus Deus.*

26 *Et fuit verbum Domini ad me,dicendo:*
27 *Fili hominis,ecce domus Israel dicit: Visio quam hic videt est ad dies multos,& in tempora longa iste prophetat.*

28 *Propterea dic ad eos: Sic dixit Dominus Deus: Non protrahetur vltra omne verbum meum. Quod loquar verbum fiet: dixit Dominus Deus.*

CAP. XIII.

1 *ET fuit verbum Domini ad me,dicendo:*
2 *Fili hominis vaticinare ad prophetas Israel, qui vaticinantur: & dic prophetantibus de corde suo: Audite verbum Domini.*
3 *Sic dixit Dominus Deus: Væ prophetis insipientibus qui ambulant post spiritum suum,& nihil viderunt.*

4 *Tanquam vulpes in desertis prophetæ tui Israel fuerunt.*
5 *Non ascendistis in fracturas,neque sepiuistis sepem super domum Israel, vt staretis in prælio in die furoris Domini.*
6 *Viderunt vanum,& diuinationem mendacem: Dicunt, dixit Dominus: & Dominus non misit eos, & populum sperare fecerunt,vt confirmarent suæ prophetiæ verbum.*

7 *Nonne visionem cassam vidistis, & diuinationem mendacem dixistis? & dicitis, dixit Dominus: & ego non sum locutus.*
8 *Propterea sic dixit Dominus Deus: Quia locuti estis vanum, & vidistis mendacium: ideo ecce venio ad vos, dixit Dominus Deus.*
9 *Et erit percussio mea super prophetas qui vident vanum, & diuinant mendacium: in cœtu populi mei non erunt,& in scriptura domus Israel non scribentur,& terram Israel non ingredientur,& scietis: quod sum Dominus Deus.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

17 Et factus est sermo Domini ad me, dicens:
18 Fili hominis panem tuum cum dolore comedes:
& aquam cum tormento, & tribulatione bibes.

19 Et dices ad populum terræ: Hæc dicit Dominus
habitatoribus Hierusalem super terram Israel: panes
suos cum egestate comedent: & aquam suam cum
dissipatione bibent; vt dissipetur terra cum plenitu-
dine eius. In impietate enim omnes, qui habitant
in ea:
20 Et ciuitates eorum, quæ habitantur, in desolatio-
nem erunt: & terra in dissipationem erit: & cogno-
scetis, quia ego Dominus.
21 Et factus est sermo Domini ad me, dicens:
22 Fili hominis; quæ est parabola vobis super ter-
ram Israel, dicentes, longi dies, perijt visio?

23 Ideo dic ad eos: Hæc dicit Dominus: Et auertam
parabolam istam: & non dicent vltra parabolam
istam domus Israel. Quia loqueris ad eos: appropin-
quauerunt dies, & verbum omnis visionis.

24 Non enim erit vltra omnis visio falsa, & diui-
nans, quæ ad gratiam, in medio filiorum Israel:

25 Quia ego Dominus loquar verba mea, loquar, &
faciam & non prolongabo amplius: quia in diebus
vestris domus exasperans loquar verbum, & faciam
dicit Dominus.

26 Et factus est sermo Domini ad me, dicens:
27 Fili hominis, ecce domus Israel exasperans, dicen-
tes dicunt; visio, quam hic videt, in dies multos, &
tempora longa iste prophetat.
28 Propterea hæc dic ad eos: Hæc dicit Dominus:
Non prolongabuntur vltra omnia verba mea, quæ-
cumque loquutus fuero: loquar, & faciam, dicit
Dominus.

CAP. XIII.

1 ET factus est sermo Domini ad me, dicens:
2 Fili hominis vaticinare super prophetas Israel:
& prophetabitis, & dices ad eos: Audite verbum
Domini.
3 Hæc dicit Dominus: Væ his, qui prophetant de
corde suo, & omnino non vident.

4 Sicut vulpes in desertis, prophetæ tui Israel:

5 Non steterunt in firmamento: & congregauerunt
greges super domum Israel. Non resurrexerunt, qui
dicunt, in die Domini,
6 Videntes mendacia, diuinantes vana, qui dicunt,
dicit Dominus: & Dominus non misit eos: & cœpe-
runt suscitare sermonem.

7 Nonne visionem falsam vidistis, & diuinationes
vanas loquuti estis?

8 Et ideo dic: Hæc dicit Dominus: Quoniam verba
vestra mendacia, & diuinationes vestræ vanæ; idcir-
co ecce ego super vos, dicit Dominus:
9 Et extendam manum meam super prophetas, qui
vident mendacia, & qui loquuntur vana. In disci-
plina populi mei non erunt: nec in scriptura domus
Israel scribentur: & in terram Israel non intrabunt:
& scient, quia ego Dominus.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

17 *Et fuit verbum Iehoua ad me, dicendo,*
18 *Fili hominis, panem tuum cum tremore comede, &*
aquas tuas cum commotione & tremore bibe.

19 *Et dic ad populum terra, Sic dixit Dominus Iehouah*
super habitatores Ierusalem super terram Israel, Panem
suum cum timore comedent, & aquas suas in desolatione
bibent: vt desoletur terra eius à plenitudine sua, propter
iniquitatem omnium habitantium in ea.

20 *Et vrbes habitata desolabuntur, & terra deserta erit:*
& scietis quòd sum Iehouah.

21 *Et fuit verbum Iehoua ad me, dicendo,*
22 *Fili hominis, quod est prouerbium istud vobis in terra*
Israel, dicendo, Prolongabitur dies, & peribit omnis
visio?
23 *Ideo dic ad eos, Sic dixit Dominus Iehouah, Faciam*
cessare prouerbium istud, nec dicent prouerbium istud vl-
trà in Israel, sed loquere ad eos, Appropinquauerunt dies
illi, & verbum omnis visionis.

24 *Non enim erit vltrà vlla visio vana, nec* erit *diuinatio*
blandientis prophetæ *in medio domus Israel:*

25 *Quia ego Iehouah loquar: quod loquar verbum, fiet,*
non protrahetur vltrà, sed in diebus vestris, domus re-
bellis, loquar verbum, & faciam illud, dixit Dominus
Iehouah.

26 *Et fuit verbum Iehoua ad me, dicendo,*
27 *Fili hominis, ecce domus Israel dicunt, Visio quam hic*
videt, est *ad dies multos, & in tempora longa iste pro-*
phetat.
28 *Propterea dic ad eos, Sic dixit Dominus Iehouah, Non*
protrahetur vltrà omne verbum meum: quod loquar ver-
bum, fiet, dixit Dominus Iehouah.

CAP. XIII.

1 *ET fuit verbum Iehoua ad me, dicendo,*
2 *Fili hominis, vaticinare contra prophetas Israel,*
qui vaticinantur, & dic prophetantibus de corde suo, Au-
dite verbum Iehoua,
3 *Sic dixit Dominus Iehouah, Væ prophetis insipientibus*
qui ambulant post spiritum suum, & nihil viderunt.

4 *Tanquam vulpes in desertis, prophetæ tui Israel fue-*
runt.
5 *Non ascendistis ad fracturas, neque sepiuistis sepem su-*
per domum Israel, vt staretis in prælio in die furoris *Ie-*
houæ.
6 *Viderunt vanum, & diuinationem mendacem: dicunt,*
dixit Iehouah, & Iehouah non misit eos, & populum spe-
rare fecerunt, vt confirment suæ prophetiæ *verbum.*

7 *Annon visionem cassam vidistis, & diuinationem men-*
dacem dixistis? & tamen *dicitis, Dixit Iehouah, quum*
ego non sim loquutus.
8 *Propterea sic dixit Dominus Iehouah, Quia loquuti*
estis vanum, & vidistis mendacium, ideo inquam *ecce*
ego venio *ad vos, dixit Dominus Iehouah.*
9 *Et erit manus mea contra prophetas qui vident vanum,*
& diuinant mendacium: in cœtu populi mei non erunt, &
in scriptura domus Israel non scribentur, & terram Israel
non ingredientur: & scietis quòd ego Dominus Iehouah:

Vulgata Editio.

Eo quod deceperint populum meum, dicentes:
Pax: & non est pax: & ipse ædificabat parietem, illi
autem & liniebant eum luto absque paleis.

Dic ad eos, qui liniunt absque temperatura, quod
casurus sit: erit enim imber inundans, & dabo lapi-
des prægrandes desuper irruentes, & ventum pro-
cellæ dissipantem.

Siquidem ecce cecidit paries: numquid non dice-
tur vobis: Vbi est littura, quam linistis?

Propterea hæc dicit Dominus Deus: Et erumpere
faciam spiritum tempestatum in indignatione mea,
& imber inundans in furore meo erit: & lapides
grandes in ira in consumptionem:

Et destruam parietem, quem linistis absque tem-
peramento: & adæquabo eum terræ, & reuelabitur
fundamentum eius: & cadet: & consumetur in me-
dio eius: & scietis quia ego Dominus.

Et complebo indignationem meam in pariete, &
in his, qui liniunt eum absque temperamento, di-
camque vobis: Non est paries, & non sunt qui li-
niunt eum,

Prophetæ Israel, qui prophetant ad Ierusalem, &
vident ei visionem pacis: & non est pax, ait Domi-
nus Deus.

Et tu fili hominis, pone faciem tuam contra filias
populi tui, quæ prophetant de corde suo: & vaticina-
re super eas,

Et dic: Hæc dicit Dominus Deus: Væ quæ con-
suunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt
ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas
animas: & cum caperent animas populi mei, viuifi-
cabant animas eorum

Et violabant me ad populum meum propter pu-
gillum hordei, & fragmen panis, vt interficerent ani-
mas, quæ non moriuntur, & viuificarent animas,
quæ non viuunt, mentientes populo meo credenti
mendaciis.

Propter hoc hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego
ad puluillos vestros, quibus vos capitis animas vo-
lantes: & dirumpam eos de brachiis vestris: & dimit-
tam animas, quas vos capitis, animas ad volandum.

Et dirumpam ceruicalia vestra, & liberabo popu-
lum meum de manu vestra, neque erunt vltra in
manibus vestris ad prædandum: & scietis quia ego
Dominus.

Pro eo quòd mœrere fecistis cor iusti mendaciter,
quem ego non contristaui: & confortastis manus
impij, vt non reuerteretur à via sua mala, & viueret.

Propterea vana non videbitis, & diuinationes non
diuinabitis amplius; & eruam populum meum de
manu vestra: & scietis, quia ego Dominus.

CAP. XIIII.

ET venerunt ad me viri seniorum Israel, & se-
derunt coram me.

Et factus est sermo Domini ad me, dicens:

Fili hominis, viri isti posuerunt immunditias suas
in cordibus suis, & scandalum iniquitatis suæ sta-
tuerunt contra faciem suam: numquid interrogatus
respondebo eis?

Propter hoc loqueris eis, & dices ad eos: Hæc di-
cit Dominus Deus: Homo homo de domo Israel, qui
posuerit immunditias suas in corde suo, & scandalũ
iniquitatis suę statuerit cõtra faciẽ suã, & venerit ad
prophetã interrogans per eum me: ego Dominus re-
spondebo ei in multitudine immunditiarũ suarum:

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

10 *Pro eo, & pro eo quòd errare fecerunt populum meum,*
dicendo: pax, & non erat pax, & ipse ædificabat parietem,
& ecce ipsi complanabant eum luto absque firmitate.

11 *Dic ad complanantes luto absque firmitate: Casurus est*
paries: fuit enim imber inundans, & dabo lapides grandi-
nis, corruere facient parietem & ventus turbinum scindet
illum,

12 *Et ecce cecidit paries: nonne dicetur vobis, vbi est com-*
planatio, quam complanastis?

13 *Propterea sic dixit Dominus Deus: Et scindere faciam*
spiritum turbinum in ira mea, & imber inundans in fu-
rore meo erit: & lapides grandinis in ira ad consumen-
dum.

14 *Et diruam parietem, quem complanastis luto absque*
firmitate, & peruenire faciam eum ad terram, & disco-
operietur fundamentum eius, & cadet, & consumemini in
medio eius, & scietis quòd sum Dominus.

15 *Et complebo furorem meum in pariete, & in compla-*
nantibus luto absque firmitate, dicamque vobis, Non est
paries, & non sunt complanantes eum.

16 *Propheta Israel qui prophetant Ierusalaim, & vident*
ei visionem pacis: & non est pax, dixit Dominus Deus.

17 *Et tu fili hominis pone faciem tuam ad filias populi*
tui, quæ prophetant de corde suo, & vaticinare super eas.

18 *Et dic: Sic dixit Dominus Deus: Væ iis quæ suunt pul-*
uinaria omnibus axillis manuum, & faciunt velamina
super caput omnis staturæ ad venandum animas: numquid
animas venabimini populi mei, & animas quæ sunt vobis
viuificabitis.

19 *Et contaminabitis me in populo meo propter pugillos hor-*
dei, & fragmentum panis, vt interficiatis animas, quæ non
moriuntur, & viuificetis animas, quæ non viuunt, men-
tientes populo meo audienti mendacium?

20 *Propterea sic dixit Dominus Deus: Ecce ego ad ceruí-*
calia vestra, quibus venamini animas, vt volent extra
corpora: & dirumpam ea è brachiis vestris: & dimittam
liberas animas quas venamini, animas vt volent:

21 *Et dirumpam velamina vestra, & liberabo populum*
meum de manu vestra, & non erunt vltrà in manu vestra
in venationem, & scietis quod sum Dominus.

22 *Pro eo quod dolore affecistis cor iusti mendaciter, & ego*
non dolore affeci illud: & pro eo quod confortastis manus
impij, vt non reuerteretur à via sua mala, viuificando
eum:

23 *Propterea vanum non videbitis, & diuinationem non*
diuinabitis amplius, & eruam populum meum de manu
vestra: & scietis quod sum Dominus.

CAP. XIIII.

1 * *ET venerunt ad me viri de Senioribus Israel, & sede-*
runt coram me.

2 *Et fuit verbum Domini ad me, dicendo:*

3 *Fili hominis, viri isti ascendere fecerunt idola sua super*
cor suum, & offendiculum iniquitatis suæ posuerunt con-
tra faciem suam: nunquid interrogatus, respondebo eis?

4 *Propterea alloquere eos, & dic ad eos: Sic dixit Domi-*
nus Deus: Quicumque de domo Israel ascendere fecit ido-
la sua in cor suum, & offendiculum iniquitatis suæ posue-
rit contra faciem suam, & venerit ad prophetam: Ego
Dominus respondebo ipsi venienti in multitudine idolorum
suorum.

* Quæ asteriscis clauduntur cõiunguntur superior cap. apud Sanct. Pagn.

Transſl. ex Septuag.

10 Quoniam deceperunt populum meum, dicentes: pax: & non eſt pax. Et iſte ædificat parietem: & iſti liniunt eum, cadet.

11 Dic ad eos, qui liniunt: cadet: & erit pluuia inundans: & dabo lapides magnos in iuncturas eorum: & cadent: & ventum auferentem: & diſrumpetur.

12 Et ecce cecidit paries; & non dicent ad vos, vbi eſt littura veſtra, quam liniuiſtis?

13 Propterea hæc dicit Dominus: Et diſrumpam ſpiritum auferentem in furore, & pluuia inundans in ira mea erit: & lapides magnos in furore inducam in conſummationem:

14 Et ſuffodiam parietem, quem liniuiſtis: & cadet. Et ponam eum ſuper terram: & reuelabuntur fundamenta eius: & cadet: & conſumemini cum increpationibus: & cognoſcetis, quia ego Dominus.

15 Et complebo furorem meum ſuper parietem · & ſuper eos, qui liniunt eum, cadet. Dixique ad vos: Non eſt paries, neque qui liniunt eum,

16 Prophetæ Iſrael, qui prophetant ſuper Hieruſalem, & qui vident illi pacem, & non eſt pax, dicit Dominus.

17 Et tu fili hominis obfirma faciem tuam ſuper filias populi tui, quæ prophetant de corde ſuo: & propheta ſuper eas,

18 Et dices: Hæc dicit Dominus: Væ his, quæ conſuunt ceruicalia ſub omni cubito manus, & quæ faciunt velamina ſuper omne caput vniuerſæ ætatis, vt peruertant animas. Animæ ſubuerſæ ſunt populi mei. Et animas ſaluabant,

19 Et contaminabant me ad populum meum propter pugillum hordei, & propter fragmenta panum, vt occiderent animas, quas non oportuit mori, & ſaluarent animas, quas non oportuit viuere, dum loquimini vos populo audienti vanos ſermones.

20 Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ſuper ceruicalia veſtra, ſuper quæ vos illic colligitis animas: & diſrumpam ea de brachiis veſtris. Et emittam animas, quas vos peruertitis animas eorum, in diſperſionem:

21 Et diſrumpam velamina veſtra: & liberabo populum meum de manu veſtra: & non erunt vltra in manibus veſtris in congregationem: & cognoſcetis, quia ego Dominus.

22 Pro eo quòd peruertebatis cor iuſti, & ego non peruertebam eum, & confortabatis manus iniqui, vt penitus non conuerteretur à via ſua peſſima, & viueret ipſe;

23 Propterea mendacia non videbitis, & diuinationes nequaquã diuinabitis amplius: & liberabo populum meum de manu veſtra: & ſcietis, quia ego Dominus.

CAP. XIIII.

1 ET venerunt ad me de ſenioribus viri populi Iſrael, & ſederunt ante faciem meam.

2 Et factus eſt ad me ſermo Domini, dicens:

3 Fili hominis, viri iſti poſuerunt cogitationes ſuas in cordibus ſuis: & tormentum iniquitatum ſuarum poſuerunt ante faciem ſuam; ſi reſpondens reſpondebo eis?

4 Propterea loqueris eis, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Homo, homo de domo Iſrael, qui poſuerit cogitationes ſuas in corde ſuo, & tormentum iniquitatis ſuæ poſuerit ante faciem ſuam, & venerit ad prophetam; ego Dominus reſpondebo ei in his, quibus tenetur mens eius;

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

10 *Propterea propterea quòd errare fecerunt populum meum, dicendo, Pax, & non* fuit *pax: & ipſe ædificabat parietem, & ecce ipſi complanabant eum luto infirmo.*

11 *Dic ad complanatores luto infirmo, Caſurus eſt* paries, *erit imber inundans, & dabo lapides grandinis qui corruere facient* parietem, *& ventus turbinum ſcindet* illum.

12 *Et ecce cecidit paries: annon dicetur vobis, Vbi eſt complanatio qua complanaſtis?*

13 *Propterea ſic dixit Dominus Iehouah, Et erumpere faciam ſpiritum turbinum in ira mea, & imber inundans in furore meo erit, & lapides grandinis in ira* mea *ad conſumendum.*

14 *Et diruam parietem illum, quem complanaſtis luto infirmo, & pertingere faciam eum ad terram: diſcooperieturq́; fundamentum eius, & corruet: & conſumemini in medio eius, ſcietiſque quòd ego Iehouah.*

15 *Et complebo furorem meum in parietem, & in complanantibus eum luto infirmo, dicamque vobis, Non* exiſtit *paries, neque* extant *complanantes eum.*

16 Nempe *prophetæ Iſrael qui prophetant Ieruſalaim, & vident ei viſionem pacis, & non eſt pax, dixit Dominus Iehouah.*

17 *Et tu fili hominis, pone faciem tuam ad filias populi tui, quæ prophetant de corde ſuo, & vaticinare contra eas:*

18 *Et dic, Sic dixit Dominus Iehouah, Væ iis qui conſuunt puluinaria omnibus axillis manuum, & faciunt vela ſuper caput cuiuſcunque ſtaturæ ad venandum animas. Nunquid animas venabimini populi mei, & animas* quæ ſunt *vobis viuificabitis,*

19 *Et contaminabitis me in populo meo pro pugillis hordei, & fragmentis panis, vt interficiatis animas, quæ non morientur, & viuificetis animas quæ non viuent, mentientes populo meo audienti mendacium?*

20 *Propterea ſic dixit Dominus Iehouah, Ecce ego ad puluillos veſtros quibus ibi venamini animas, vt auolent è* corpore, *& dirumpam eos è brachiis veſtris: & dimittam* liberas *animas quas venamini, animas vt auolent:*

21 *Et dirumpam vela veſtra, & liberabo populum meum de manu veſtra, & non erunt vltrà in manu veſtra in venationem: & ſcietis quòd ego Iehouah.*

22 *Propterea quod dolore affeciſtis cor iuſti mendaciter, & ego non affeci illud dolore: &* propterea quod *roboraſtis manus impij, vt non auertatur à via ſua mala, viuificando eum:*

23 *Propterea* inquam *vanum non videbitis, & diuinationem non diuinabitis vltra, eruamque populum meum de manu veſtra: & ſcietis quòd ego Iehouah.*

CAP. XIIII.

1 *ET venerunt ad me viri de Senioribus Iſrael, & ſederunt coram me.*

2 *Et fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,*

3 *Fili hominis, viri iſti aſcendere fecerunt idola ſua ſuper cor ſuum, & offendiculum iniquitatis ſuæ poſuerunt ante faciem ſuam: num interrogatus reſpondebo eis?*

4 *Propterea alloquere eos, & dic illis, Sic dixit Dominus Iehouah, Quicunque de domo Iſrael aſcendere fecerit idola ſua in cor ſuum, & offendiculum iniquitatis ſuæ poſuerit ante faciem ſuam, & venerit ad Prophetam: ego Iehouah reſpondebo ipſi venienti in multitudine idolorum ſuorum:*

Vulgat. Editio.

Vt capiatur domus Iſrael in corde ſuo, quo receſ
ſerunt à me in cunctis idolis ſuis.
Propterea dic ad domum Iſrael: Hæc dicit Domi-
nus Deus: Conuertimini, & recedite ab idolis ve-
ſtris,& ab vniuerſis contaminationibus veſtris auer-
tite facies veſtras.
Quia homo homo de domo Iſrael,& de proſelytis
quicumque aduena fuerit in Iſrael, ſi alienatus fue-
rit à me, & poſuerit idola ſua in corde ſuo, & ſcan-
dalum iniquitatis ſuæ ſtatuerit contra faciem ſuam,
& venerit ad prophetam vt interroget per eum me:
ego Dominus reſpondebo ei per me.

Et ponam faciem meam ſuper hominem illum
& faciam eum in exemplum, & in prouerbium
& diſperdam eum de medio populi mei: & ſcietis,
quia ego Dominus.
*Et propheta cum errauerit,& locutus fuerit ver-
bum: ego Dominus decepi prophetam illum: & ex-
tendam manum meam ſuper illum, & delebo eum
de medio populi mei Iſrael.
Et portabunt iniquitatem ſuam: iuxta iniquita-
tem interrogantis,ſic iniquitas prophetæ erit:

* Sup. 13.3.

Vt non erret vltra domus Iſrael à me,neque pol-
luatur in vniuerſis præuaricationibus ſuis: ſed ſint
mihi in populum,& ego ſim eis in Deum,ait Domi-
nus exercituum.
Et factus eſt ſermo Domini ad me,dicens:
Fili hominis, terra cum peccauerit mihi, vt præ-
uaricetur præuaricans, extendam manum meam
ſuper eam,& * conteram virgam panis eius: & im-
mittam in eam famem, & interficiam de ea homi-
nem,& iumentum.
Et ſi fuerint tres viri iſti in medio eius,Noe,Da-
niel: & Iob: ipſi iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas,
ait Dominus exercituum.
Quod ſi & beſtias peſſimas induxero ſuper terram
vt vaſtem eam,& fuerit inuia,eo quòd non ſit per-
tranſiens propter beſtias:
Tres viri iſti ſi fuerint in ea,viuo ego,dicit Domi-
nus Deus,quia nec filios,nec filias liberabunt:ſed ipſi
ſoli liberabuntur,terra autem deſolabitur.

* Sup. 4.16. & 5.16.

Vel ſi gladium induxero ſuper terram illam, &
dixero gladio: Tranſi per terram: & interfecero de
ea hominem,& iumentum:
Et tres viri iſti fuerint in medio eius:viuo ego,di-
cit Dominus Deus, non liberabunt filios, neque fi-
lias:ſed ipſi ſoli liberabuntur.
Si autem & peſtilentiam immiſero ſuper terram
illam,& effudero indignationem meam ſuper eam
in ſanguine, vt auferam ex ea hominem, & iumen-
tum:
Et Noe,& Daniel,& Iob fuerint in medio eius:vi-
uo ego,dicit Dominus Deus, quia filium, & filiam
non liberabunt: ſed ipſi iuſtitia ſua liberabunt ani-
mas ſuas.
Quoniam hæc dicit Dominus Deus: Quòd et ſi
quattuor iudicia mea peſſima, gladium, & famem,
ac beſtias malas,& peſtilentiam immiſero in Ieruſa-
lem vt interficiam de ea hominem & pecus:
Tamen relinquetur in ea ſaluatio educentium
filios, & filias:ecce ipſi ingredientur ad vos, & vide-
bitis viam eorum, & adinuentiones eorum,& con-
ſolabimini ſuper malo,quod induxi in Ieruſalem in
omnibus,quæ importaui ſuper eam.
Et conſolabuntur vos,cum videritis viam eorũ,&
adinuentiones eorũ: & cognoſcetis quod nõ fruſtra
fecerim omnia,quæ feci in ea,ait Dominus Deus.

CAP.

Tranſl. ex Heb. Sanct. Pagn.

5 *Vt capiat domum Iſrael in corde ſuo,quòd ſeparauerunt*
à me in idolis ſuis vniuerſi ipſi.
6 *Propterea dic ad domum Iſrael: Sic dixit Dominus*
Deus: Conuertimini,& conuerti facite alios ab idolis ve-
ſtris,& ab vniuerſis abominationibus veſtris conuerti fa-
cite facies veſtras.
7 *Si quiſpiam de domo Iſrael,& de peregrinis,& qui pe-*
regrinantur in Iſrael, a ſeparauerit ſe,ne eat poſt me, &
aſcendere fecerit idola ſua in cor ſuum, & offendiculum
iniquitatis ſuæ poſuerit contra faciem ſuam,& venerit ad
prophetam,vt inquirat eum pro me:ego Dominus reſpon-
debo ei pro me.

8 *Et dabo faciem meam contra virum ipſum, & ponere*
faciam eum in ſignum,& prouerbia,& ſuccidere faciam
eum è medio populi mei,& ſcietis,quod ſum Dominus.

9 *Et propheta cum ſeductus fuerit,& locutus fuerit ver-*
bum: ego Dominus ſeduxi prophetam illum, & extendam
manum meam ſuper eum, & delere faciam eum è medio
populi mei Iſrael.
10 *Et luent pœnam iniquitatis ſuæ: Si ut eſt pœna iniqui-*
tatis quærentis,ſic pœna iniquitatis prophetæ erit.

11 *Vt non errent vltra domus Iſrael,non euntes poſt me,&*
non polluantur vltra in vniuerſis præuaricationibus ſuis:
Et erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum, dixit
Dominus Deus.
12 *Et fuit verbum Domini ad me dicendo:*
13 *Fili hominis, terra cum peccauerit mihi præuaricando*
præuaricationem,extendam manum meam ſuper eam, &
conteram ei virgam panis: & mittam in eam famem, &
ſuccidere faciam ex ea homines,& iumenta.

14 *Et ſi fuerint tres viri iſti in medio eius Noach,Daniel,*
& Iiob: ipſi iuſtitia ſua liberabunt animam ſuam, dixit
Dominus Deus.
15 *Si beſtiam malam tranſire fecero in terram & orbaue-*
rit eam,& fuerit deſolata abſque tranſeunte propter be-
ſtiam:
16 *Et tres viri iſti fuerint in medio eius,viuo ego,dixit Do-*
minus Deus,neque filios, nec filias liberabunt: ipſi ſoli li-
berabuntur,terra autem erit deſolata.

17 *Vel ſi gladium induxero ſuper terram ipſam, & dixero*
gladio: Tranſeat per terram,& ſuccidere fecero ex ea ho-
mines,& iumenta.
18 *Et tres viri iſti fuerint in medio eius, viuo ego, dixit*
Dominus Deus,non liberabunt filios, & filias:ipſi ſoli li-
berabuntur.
19 *Vel ſi peſtilentiam immiſero,ſuper terram iſtam,& ef-*
fudero iram meam ſuper eam in ſanguine,vt ſuccidere fa-
ciam ex ea homines,& iumenta.

20 *Et Noach,& Daniel,& Iiob fuerint in medio eius:vi-*
uo ego,dixit Dominus Deus, ſi filium, ſi filiam libera-
bunt:ipſi iuſtitia ſua liberabunt animam ſuam.

21 *Sic dixit Dominus Deus:Etiamſi quattuor iudicia mea*
mala,gladium,& famem,& beſtiam malam,& peſtilen-
tiam miſero ſuper Ieruſalaim,vt ſuccidam ex ea homines,
& iumenta.
22 *Ecce remanebit in ea euaſio eductorum filij,& filiæ:ecce*
ipſi egredientur ad vos,& videbitis viam eorum, & ope-
ra eorum,& conſolabimini ſuper malo,quod induxi ſuper
Ieruſalaim cum omnibus quæ induxi ſuper eam.

23 *Et conſolabuntur vos cum videritis viam eorum, &*
opera eorum, & ſcietis quòd non fruſtra feci omnia quæ
feci in ea,dixit Dominus Deus.

CAP.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

5 Vt auerteret domū Israel secundum corda eorum, quæ abalienata sunt à me in cogitationibus ipsorū.

6 Propterea dic ad domum Israel: Hæc dicit Dominus Dominus: Conuertimini, & recedite ab adinuentionibus vestris,& ab omnibus impietatibus vestris:& conuertite facies vestras.

7 Quia homo homo, de domo Israel, & de aduenis qui peregrinantur in Israel, qui abalienatus fuerit à me, & posuerit cogitationes suas in corde suo, & tormentum iniquitatis suæ posuerit ante faciem suam, & venerit ad prophetam, vt interroget eum in me; ego Dominus respondebo ei in eo, quo tenetur.

8 Et obfirmabo faciem meam super hominem illum: & ponam eum in desertum, & in exterminium: & auferam eum de medio populi mei: & cognoscetis,quia ego Dominus.

9 Et propheta, si errare fecerit, & loquutus fuerit, ego Dominus errare feci prophetam illum. Et extendam manum meam super eum, & exterminabo illum de medio populi mei Israel.

10 Et accipient iniquitatem suam:secundum iniquitatem interrogantis: & iuxta iniquitatem similiter prophetæ erit,

11 Vt nequaquam erret vltra domus Israel à me, & vt non polluantur adhuc in cunctis delictis suis. Et erunt mihi in populum: & ego ero eis in Deum,dicit Dominus.

12 Et factus est sermo Domini ad me,dicens:

13 Fili hominis, terra,quæcumque peccauerit mihi, delinquendo delictum,& extendam manum meam super eam: & conteram fulcimentum panis eius: & immittam in eam famem; & auferam de ea hominem & iumenta.

14 Et,si fuerint tres viri isti in medio eius, Noe, & Daniel,& Iob:ipsi in sua iustitia saluabuntur,ait Dominus.

15 Quod si bestias pessimas inducam super terram, & puniam eam, & erit in dissipationem, non erit pertransiens à facie bestiarum,

16 Et tres viri isti in medio eius fuerint: viuo ego, dicit Dominus: si filij,aut filiæ saluabuntur: sed ipsi soli saluabuntur:terra autem erit in exterminium.

17 Vel etiam gladium si inducam super terram illam, & dicam, gladius transeat per terram, & auferam ex eis hominem,& iumentum,

18 Et tres viri isti in medio eius: viuo ego, dicit Dominus, non liberabunt filios neque filias: sed ipsi soli saluabuntur.

19 Vel etiam mortem immittam super terram illam,& effundam furorem meum super eam in sanguine ad exterminandum ex ea hominem, & iumentum,

20 Et Noe, & Daniel, & Iob in medio eius: viuo ego, dicit Dominus, si filij,aut filiæ relinquentur: ipsi in sua iustitia liberabunt animas suas.

21 Hæc dicit Dominus. Quòd si & quattuor vltiones meas pessimas, gladium, & famem, & bestias pessimas, & mortem emisero super Hierusalem ad exterminandum ex ea hominem,& iumentum:

22 Et ecce residui in ea saluati eius, qui educunt ex ea filios, & filias. Ecce egrediuntur ad vos: & videbitis vias eorum, & cogitationes eorum: & pœnitebit vos super malis,quæ induxi super Hierusalem.

23 Et consolabūtur vos:quia videbitis vias eorum, & cogitationes eorum:& cognoscetis quod non frustra feci omnia,quæ feci in ea,dicit Dominus.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

Vt capiam domum Israel in corde suo,quòd separauerint se à me in idolis suis vniuersi ipsi.

Propterea dic ad domum Israel, Sic dixit Dominus Iehouah, Conuertimini, & conuerti facite alios *ab idolis vestris, & ab vniuersis abominationibus vestris conuerti facite facies vestras.*

Si quispiam de domo Israel, & de peregrinis qui peregrinantur in Israel separauerit se ne eat post me,& ascendere fecerit idola sua in cor suum, & offendiculum iniquitatis suæ posuerit ante faciem suam,veneritq́ ad Prophetam vt inquirat eum propter me: ego Iehouah respondebo ei propter me.

Et dabo faciem meam contra virum ipsum, & ponam eum in signum & prouerbia, succidamq́ eum è medio populi mei:& scietis quod ego Iehouah.

Et Propheta quum seductus fuerit, & loquutus fuerit verbum, ego Iehouah seduxi Prophetam illum: & extendam manum meam super eum, delebóq́ eum è medio populi mei Israel:

Et ferent iniquitatem suam:sicut est *iniquitas quærentis,sic iniquitas Prophetæ erit:*

Ne errent vltrà domus Israel, non eundo post me, nec polluantur vltrà in vllis præuaricationibus suis: sintq́ mihi in populum, & ego sim eis in Deum, dixit Dominus Iehouah.

Et fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,

Fili hominis,terra quum peccauerit mihi præuaricando præuaricationem,extendam manum meam super eam, & conteram ei virgam panis: & mittam in eam famem, & succidere faciam ex ea homines,& iumenta.

Et si fuerint tres viri illi in medio eius Noah, Daniel, & Iiob: ipsi iustitia sua liberabunt animam suam, dixit Dominus Iehouah.

Si bestiam malam transire fecero per terram, & orbauerit eam, & fuerit desolata absque transeunte propter bestiam.

Et tres viri illi fuerint *in medio eius: viuo ego, dixit Dominus Iehouah,* quod *neque filios, neque filias liberabunt, ipsi soli liberabuntur:terra autem erit desolatio.*

Vel si gladium induxero super terram ipsam, & dixero, Gladie,transi per terram illam, *& succidere fecero ex ea homines & iumenta.*

Et tres viri illi fuerint *in medio eius: viuo ego, dixit Dominus Iehouah, non liberabunt filios & filias, ipsi soli liberabuntur:*

Vel si pestilentiam immisero super terram istam,& effudero iram meam super eam in sanguine, vt succidam ex ea homines & iumenta,

Et Noach,& Daniel,& Iiob fuerint *in medio eius viuo ego,dixit Dominus Iehouah, si filium, si filiam liberabunt,ipsi iustitia sua liberabunt animam suam.*

Sic enim dixit Dominus Iehouah, Quantò magis si quatuor iudicia mea mala, gladium, & famem, & bestiam malam, & pestilentiam misero contra Ierusalaim, vt succidam ex ea homines & iumenta?

Attamen remanebit in ea euasio,qui abducentur captiui,filij & filiæ: ecce ipsi egressi sunt ad vos, & videbitis viam eorum, & opera eorum, & consolationem accipietis super malo quod induxero super Ierusalaim, de omnibus inquam *quæ induxi super eam.*

Et consolabuntur vos quum videritis viam eorum, & opera eorum:& scietis quòd non sine causa feci omnia quæ feci in ea,dixit Dominus Iehouah.

Vulgat. Editio.

CAP. XV.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens:
Fili hominis, quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum, quę sunt inter ligna siluarum?

Nunquid tolletur de ea lignum, vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, vt dependeat in eo quodcumque vas?

Ecce igni datum est in escam: vtramque partem eius consumpsit ignis, & medietas eius redacta est in fauillam: numquid vtile erit ad opus?

Etiam cum esset integrum, non erat aptum ad opus: quantò magis cum illud ignis deuorauerit, & combusserit, nihil ex eo fiet operis?

Propterea hæc dicit Dominus Deus: Quomodo lignum vitis inter ligna siluarum, quod dedi igni ad deuorandum, sic tradam habitatores Ierusalem.

Et ponam faciem meam in eos: de igne egredientur, & ignis consumet eos: & scietis quia ego Dominus, cum posuero faciem meam in eos,

Et dedero terram inuiam, & desolatam: eo quòd præuaricatores extiterint, dicit Dominus Deus.

CAP. XVI.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens:
Fili hominis notas fac Ierusalem abominationes suas:

Et dices: Hæc dicit Dominus Deus Ierusalem: Radix tua, & generatio tua de terra Chanaan: pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa.

Et quando nata es in die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus, & aqua non es lota in salutem, nec sale salita, nec inuoluta pannis.

Non pepercit super te oculus, vt faceret tibi vnum de his, misertus tui: sed proiecta es super faciem terræ in abiectione animæ tuæ, in die qua nata es.

Transiens autem per te, vidi te conculcari in sanguine tuo, & dixi tibi cum esses in sanguine tuo: Viue, dixi, inquam, tibi: In sanguine tuo viue.

Multiplicatam quasi germen agri dedi te: & multiplicata es, & grandis effecta, & ingressa es, & peruenisti ad mundum muliebrem: vbera tua intumuerunt, & pilus tuus germinauit: & eras nuda, & confusione plena.

Et transiui per te, & vidi te: & ecce tempus tuum, tempus amantium: & expandi amictum meum super te, & operui ignominiam tuam. Et iuraui tibi, & ingressus sum pactum tecum: ait Dominus Deus, & facta es mihi.

Et laui te aqua, & emundaui sanguinem tuum ex te: & vnxi te oleo.

Et vestiui te discoloribus, & calceaui te ianthino: & cinxi te bysso, & indui te subtilibus.

Et ornaui te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum.

Et dedi inaurem super os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo.

Et ornata es auro, & argento, & vestita es bysso, & polymito, & multicoloribus: similam & mel, & oleum comedisti, & decora facta es vehementer nimis: & profecisti in regnum.

Et egressum est nomen tuum in Gentes propter speciem tuam: quia perfecta eras in decore meo, quem posueram super te, dicit Dominus Deus.

Et

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. XV.

1 *ET fuit verbum Domini ad me, dicendo:*
2 *Fili hominis, quid erit de ligno vitis præ omni ligno palmite inquam qui fuit inter ligna sylua.*

3 *Nunquid tolletur ex eo lignum ad faciendum opus, num tollent ex eo paxillum, vt dependeat in illo omne vas?*

4 *Ecce igni datum est ad consumendum: Duas summitates eius consumpsit ignis, & media pars eius exusta est: nunquid prosperabitur ad opus?*
5 *Ecce quum esset integrum, non erat aptum operi: quantò magis cum ignis deuorauerit illud, & combustum fit, non erit aptum vltra operi?*
6 *Propterea sic dixit Dominus Deus: Quemadmodum lignum vitis inter ligna sylua, quod dedi igni ad consumendum, sic tradidi habitatores Ierusalaim,*
7 *Et dabo faciem meam contra eos: de igne egressi sunt, & ignis consumet eos: & scietis quod sum Dominus, cum posuero faciem meam contra eos.*
8 *Et dedero terram desolatam, eo quòd præuaricati sunt præuaricationem, dixit Dominus Deus.*

CAP. XVI.

1 *ET fuit verbum Domini ad me, dicendo:*
2 *Fili hominis notas fac Ierusalaim abominationes suas.*
3 *Et dic: Sic dixit Dominus Deus super Ierusalaim: Opera tua sunt, ac si habitationes tuæ, & natiuitates tuæ fuissent de terra Chenahanæa, pater tuus fuisset Emorræus, & mater tua Chittæa.*
4 *Et natiuitates tuæ, ac si in die qua nata es, non fuisset præcisus vmbilicus tuus, & in aquis non lota fuisses ad nitorem, & sale non fuisses salita, & inuoluendo non inuoluta fores.*
5 *Non pepercit tibi oculus vt faceret tibi vnum ex his, vt misereatur tui: & proiecta es super faciem agri, in abiectione animæ tuæ, in die qua nata es.*

6 *Et transiui iuxta te, & vidi te conculcatam in sanguine tuo, & dixi tibi: In sanguine tuo viues: & dixi: In sanguine tuo viues.*
7 *Decem millia veluti germen agri dedi te: & multiplicata es, & magnificata es, & ingressa es in ornamentũ ornamentorum, vbera intumuerunt, & pilus tuus germinauit, & tu eras nuda, & discooperta.*

8 *Et transiui iuxta te, & vidi te: & ecce tempus tuum tempus amorum: & expandi amictum meum super te, operui ignominiam. Et iuraui tibi, & ingressus sum pactum tecum ait Dominus Deus: & fuisti mea.*

9 *Et laui te aqua, & laui sanguinem tuum, qui erat in te, & vnxi te in oleo.*
10 *Et vestiui te discoloribus, & calciaui te hyacinthino, & cinxi te bysso, & operui te serico.*
11 *Et ornaui te ornamento, & dedi armillas manibus tuis, & torquem gutturi tuo.*
12 *Et dedi circulum naribus tuis & inaures auribus tuis, & coronam gloriæ capiti tuo.*
13 *Et ornata es auro, & argento, & vestis tua fuit byssus & sericum, & polymitum, & mel, & oleum comedisti, & decora facta es vehementer nimis: & prosperata es in regnum.*
14 *Et egressum est tibi nomen in Gentes propter speciem tuam: quia perfecta eras in decore meo, quem posueram super te, dixit Dominus Deus.*

Et

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

CAP. XV.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens:

Et tu fili hominis, quid fiet lignum vitis ex omnibus lignis sarmentorum, quæ sunt inter ligna syluæ?

Si tollent de illa lignum ad faciendum in opus? Si tollent de ea paxillum ad suspendendum super eum omne vas,

Tantum data est igni in consumptionem: annuam purgationem ex ea consumit ignis, & dimittit in finem. Nunquid vtile erit ad opus?

Neque etiam dum adhuc est integrum, erit ad opus. Nunquid quandocunque etiam ignis illud consumpserit, si erit adhuc ad opus?

Propterea dic: Hæc dicit Dominus: Quomodo lignum vitis inter ligna syluæ, quod dedi illud igni in consumptionem; sic dedi habitatores Hierusalem.

Et dabo faciem meam super eos. De igne egredientur, & ignis deuorabit eos. Et scient, quia ego Dominus, cum obfirmauero faciem meam in eos.

Et dabo terram in desolationem; eo quòd deliquerunt delicto, dicit Dominus.

CAP. XVI.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens:

Fili hominis, testificare Hierusalem iniquitates suas,

Et dices. Hæc dicit Dominus ad Hierusalem: Radix tua, & generatio tua de terra Chanaan. Pater tuus Amorræus, & mater tua Chettæa.

Et generatio tua in die, qua nata es, non ligasti mammillas tuas, & in aqua non es lota, nec sale salita, nec fascijs es fasciata:

Nec pepercit super te oculus meus, vt facerem tibi vnum ex omnibus istis ad patiendum quippiam super te. Et proiecta es super faciem campi prauitate animæ tuæ in die, qua nata es.

Et transiui super te, & vidi te mixtam in sanguine tuo, & dixi tibi: De sanguine tuo vita:

Multiplicare: sicut hortus agri, dedi te. Et multiplicata es, & magnificata es, & ingressa es in ciuitates ciuitatum. Vbera tua erecta sunt: & pilus tuus ortus est. Tu autem eras nuda, & plena ignominiæ.

Et transiui per te, & vidi te: & ecce tempus tuum, & tempus diuertentium. Et expandi alas meas super te, & operui ignominiam tuam. Et iuraui tibi, & ingressus sum in testamentum tecum, dicit Dominus. Et facta es mihi:

Et laui te in aqua, & ablui sanguinem tuum à te: & vnxi te in oleo.

Et indui te variis: & calceaui te hyacintho: & cinxi te bysso: & circundedi te trichapto:

Et ornaui te ornamento: & circundedi armillis manus tuas, & torquem circa collum tuum:

Et dedi inaurem circa nares tuas, & rotulas super aures tuas, & coronam gloriationis super caput tuũ.

Et ornata es auro, & argento: & amictus tui byssini, & trichapta, & versicoloria. Similam, & oleum, & mel comedesti, & facta es pulchra valde.

Et exiuit nomen tuum in gentes in specie tua: quia completum erat in decore, in pulchritudine, quam posui te, dicit Dominus.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAP. XV.

1 *ET fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,*
2 *Fili hominis, quid erit lignum vitis præ omni ligno, palmite* inquam *qui est inter ligna syluæ?*

3 *Num capietur ex eo lignum ad faciendum opus? num capient ex eo paxillum, vt dependeat in illo vllum vas?*

4 *Ecce igni datum est vt consumatur, ambas extremitates eius consumpsit ignis, & media pars eius exusta est: nunquid proficuerit ad opus?*
5 *Ecce quum fuerit integrum, non apparabitur ad opus: quanto minus quum ignis deuorauerit illud, & combustum fuerit apparabitur vltrà ad opus?*
6 *Propterea sic dixit Dominus Iehouah, Quemadmodum lignum vitis inter ligna syluæ quod tradidi igni vt consumatur: sic tradidi habitatores Ierusalaim.*
7 *Ponam enim faciem meã contra eos: de igne* vno *egressi sunt, & ignis* alius *consumet eos: scietisque quòd sum Iehouah, quum posuero faciem meam contra eos.*
8 *Et dabo terram in desolationem eò quòd præuaricati sunt præuaricationem, dixit Dominus Iehouah.*

CAP. XVI.

1 *ET fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,*
2 *Fili hominis, notas fac* vrbi *Ierusalaim abominationes suas,*
3 *Et dic, Sic dixit Dominus Iehouah super Ierusalaim, Habitatio tua & cognatio tua* videntur esse *de terra Chenaanæa: pater tuus est Emorræus, & mater tua Hithæa.*

4 *Natiuitas autem tua* talis est, acsi *in die qua nata es non fuisset præcisus vmbilicus tuus, & aqua non fuisses lota ad lenimem, & sale non fuisses salita, & inuoluendo non fuisses inuoluta.*
5 *Non misertus est tui oculus* vllius *vt faceret tibi vnum ex his, vt misereretur tui: & proiecta es super faciem agri cum abiectione animæ tuæ die qua nata fuisti.*

6 *Et transiui iuxta te, & vidi te conculcatam in sanguine tuo. & dixi tibi, In sanguine tuo viues: dixi inquam tibi, In sanguine tuo viues.*
7 *Decem millia veluti germen agri dedi te, & multiplicata es, & magnificata es, & ingressa es ornamentum ornamentorum, vbera intumuerunt, & pilus tuus germinauit: tu autem* eras *nuda & discooperta.*

8 *Et transiui iuxta te, & vidi te, & ecce tẽpus tuum* erat *tempus amorum: expandi autem amictum meum super te, operui ignominiam tuam, & iuraui tibi, & ingressus sum pactum tecum, ait Dominus Iehouah, & fuisti mea.*

9 *Et laui te aqua, laui inquam sanguinem tuum à te, & vnxi te oleo.*
10 *Vestiui te præterea discoloribus, & calceaui te taxo, cinxique te bysso, & operui te serico.*
11 *Ornaui te insuper ornamento, & dedi armillas in manibus tuis, torquem in gutture tuo.*
12 *Dedi etiam circulum in naribus tuis, & inaures in auribus tuis, & coronam gloriæ in capite tuo.*
13 *Ornata itaque es auro, & argento, & vestis tua* fuit *byssus, & sericum & polymitum: similam & mel, & oleũ comedisti, & decora facta es vehementer valde, & profecisti in regnum.*
14 *Egressum est igitur tibi nomen inter Gentes propter pulchritudinem tuam: absoluta enim erat ob decorem meum quem posueram super te, dixit Dominus Iehouah.*

Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
Et habens fiduciam in pulchritudine tua fornicata es in nomine tuo: & exposuisti fornicationem tuam omni transeunti vt eius fieres.	15	*Et fidisti pulchritudini tua, & fornicata es propter nomen tuum: & effudisti fornicationes tuas super omnem transeuntem, erga eum eras desiderium tuum.*
Et sumens de vestimentis tuis: fecisti tibi excelsa hinc inde consuta: & fornicata es super eis: sicut non est factum, neque futurum est.	16	*Et sumpsisti de vestimentis tuis, & fecisti tibi excelsa multicoloria, & fornicata es in eis: non futura sunt similia, & non erit populus qui talia faciat.*
Et tulisti vasa decoris tui de auro meo, atque argento meo, quæ dedi tibi: & fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es in eis.	17	*Et tulisti vasa gloria tua de auro meo, & de argento meo, qua dedi tibi: & fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es cum eis.*
Et sumpsisti vestimenta tua multicoloria, & operuisti illas: & oleum meum, & thymiama meum posuisti coram eis.	18	*Et sumpsisti vestimenta discoloria, & operuisti illas, & oleum meum, & suffimentum meum dedisti coram eis.*
Et panem meum, quem dedi tibi, similam, & oleum, & mel, quibus enutriui te, posuisti in conspectu eorum in odorem suauitatis, & factum est, ait Dominus Deus.	19	*Et panem meum, quem dedi tibi, similam & oleum, & mel, qua comedere feci te, posuisti coram eis in odorem quietis, & fuit, ait Dominus Deus.*
Et tulisti filios tuos, & filias tuas, quas generasti, mihi: & immolasti eis ad deuorandum. Numquid parua est fornicatio tua?	20	*Et tulisti filios tuos, & filias tuas, quos generasti mihi, & immolasti illos eis ad consumendum. Nunquid parum est tibi de fornicationibus tuis?*
Immolasti filios meos, & dedisti illos consecrans eis.	21	*Et immolasti filios meos, & dedisti eos vt transire faceres eos per ignem illis.*
Et post omnes abominationes tuas, & fornicationes, non es recordata dierum adolescentię tuę, quando eras nuda, & confusione plena, conculcata in sanguine tuo.	22	*Et cum omnibus abominationibus tuis, & fornicationibus tuis non es recordata dierum adolescentia tua, quando eras nuda, & discooperta, & conculcata in sanguine tuo.*
Et accidit per omnem malitiam tuam (væ, væ tibi ait Dominus Deus)	23	*Et fuit post omnem malitiam tuam, va va tibi, dixit Dominus Deus.*
Et ædificasti tibi lupanar, & fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis.	24	*Ædificasti tibi excelsum, & fecisti tibi excelsum in omni platea.*
Ad omne caput viæ ædificasti signum prostitutionis tuæ: & abominabilem fecisti decorem tuum: & diuisisti pedes tuos omni transeunti, & multiplicasti fornicationes tuas.	25	*Ad omne caput via ædificasti excelsum tuum, & abominata es decorem tuum, & aperuisti pedes tuos omni transeunti, & multiplicasti fornicationes tuas.*
Et fornicata es cum filijs Ægypti vicinis tuis magnarum carnium: & multiplicasti fornicationem tuam ad irritandum me.	26	*Et fornicata es cum filiis Ægypti, vicinis tuis magnorum membrorum, & muliplicasti fornicationem tuam ad irritandum me.*
Ecce ego extendam manum meam super te; & auferam iustificationem tuam: & dabo te in animas odientium te filiarum Palæstinarum, quæ erubescunt in via tua scelerata.	27	*Et ecce extendi manum meam super te, & diminuam statutum cibum tibi, & dabo te secundum voluntatem odio habentium te villarum Pelisthim, qua erubescunt de via tua turpi.*
Et fornicata es in filiis Assyriorum, eo quod necdum fueris expleta: & postquam fornicata es, nec sic es satiata.	28	*Et fornicata es cum filiis Assur eò quòd non esset saturitas tibi: & fornicata es cum eis, eò quòd non eras saturata.*
Et multiplicasti fornicationem tuam in terra Chanaan cum Chaldæis: & nec sic satiata es.	29	*Et multiplicasti fornicationem tuam in terra Chenahan, terra Chasdim assimilata, & etiam in hoc non es satiata.*
In quo mundabo cor tuum, ait Dominus Deus; cum facias omnia hæc opera mulieris meretricis, & procacis?	30	*Quàm infirmatum est cor tuum, dixit Dominus Deus. cum facias omnia ista opus mulieris meretricis dominium sui habentis?*
Quia fabricasti lupanar tuum in capite omnis viæ, & excelsum tuum fecisti in omni platea: nec facta es quasi meretrix fastidio augens pretium,	31	*Cum ædificaueris excelsum tuum in capite omnis via, & excelsum tuum fecisti in omni platea, & non fuisti tanquam meretrix spernendo mercedem* à fornicante sibi datam.
Sed quasi mulier adultera, quæ super virum suum inducit alienos.	32	*Mulier adultera pro viro suo suscipiet alienos.*
Omnibus meretricibus dantur mercedes: tu autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis, & dona donabas eis vt intrarent ad te vndique ad fornicandum tecum.	33	*Omnibus meretricibus fornicantes mercedem dabunt: sed tu dedisti dona tua cunctis amatoribus tuis, & remunerabas illos, vt intrarent ad te vndique in fornicationibus tuis.*
Factumque est in te contra consuetudinem mulierum in fornicationibus tuis, & post te non erit fornicatio: in eo enim quòd dedisti mercedes, & mercedes non accepisti, factum est in te contrarium.	34	*Et fuit in te oppositum mulierum in fornicationibus tuis, & post te non fuit sic fornicatum, & cum dederis mercedem, & merces non sit data tibi fuisti aliis contraria.*
Propterea meretrix audi verbum Domini;	35	*Propterea meretrix audi verbum Domini.*
Hæc dicit Dominus Deus: Quia effusum est æs tuum; & reuelata est ignominia tua in fornicationibus tuis super amatores tuos, & super idola abominationum tuarum in sanguine filiorum tuorum, quos dedisti eis;	36	*Sic dixit Dominus Deus. Pro eò quòd effusa est turpitudo tua, & reuelata est ignominia tua, in fornicationibus tuis super amatores tuos, & super omnia idola abominationum tuarum, & iuxta sanguinem filiorum tuorum quos dedisti eis.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

15 Confidisti in pulchritudine tua,& fornicata es in
nomine tuo, & effudisti fornicationem tuam ad
omnem transeuntem.
16 Et tulisti de vestibus tuis: & fecisti tibi idola con-
suta: & fornicata es super eis: & non ingredieris,ne-
que fiet.
17 Et tulisti vasa gloriationis tuæ de auro meo,& de
argento meo, de iis,quæ dederam tibi: & fecisti tibi
imagines masculinas:& fornicata es in eis.
18 Et sumpsisti vestimentum varium tuum, & ope-
ruisti illas. Et oleum meum, & thymiama meum
posuisti ante faciem eorum:
19 Et panes meos,quos dedi tibi,similam, & oleum,
& mel, cibaui te:& posuisti ea ante faciem eorum in
odorem suauitatis.Et factum est,dicit Dominus,
20 Et tulisti filios tuos, & filias tuas,quas genuisti,&
immolasti eis in consumptionem.Quasi parum for-
nicata sis;
21 Et interfecisti filios tuos,& dedisti eis in expiando
te ipsos eis.
22 Hoc est super omnem fornicationem tuam: &
non es recordata infantiæ tuæ: quando eras nuda,
& ignominiosa:mixta in sanguine tuo vixisti.
23 Et factum est post omnes malitias tuas, ait Do-
minus;
24 Et ædificasti tibi habitaculum fornicationis: &
fecisti tibi prostitutionem in omni platea.
25 Et in principio omnis viæ ædificasti lupanaria
tua:& corrupisti decorem tuum:& diuaricasti crura
tua omni transeunti:& multiplicasti fornicationem
tuam:
26 Et fornicata es cum filijs Ægypti vicinis tuis,qui
sunt magnarum carnium: & multipliciter fornicata
es,vt me ad iracundiam prouocares.
27 Si autem extendero manum meam super te; &
auferam legitima tua, & tradam in animas odien-
tium te, filias alienigenarum: declinantes te de via
tua,qua impie egisti.
28 Et fornicata es super filias Assur: & nec sic satiata
es:& fornicata es,& non es repleta.
29 Et multiplicasti testamenta tua ad terram Chal-
dæorum:& neque in istis expleta es.
30 Quomodo disponam filiam tuam,dicit Dominus;
cum facias tu omnia hæc opera mulieris fornicariæ?
31 Et fornicata es tripliciter in filiabus tuis: lupanar
ædificasti in omni principio viæ & basim tuam fe-
cisti in omni platea.
32 Et facta es quasi meretrix congregans mercedes:
mulier adultera similis tui, à viro suo accipiens
mercedes omnibus.
33 Qui fornicabuntur cum ea, dabunt mercedes; &
tu dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis,& one-
rabas illos, vt venirent ad te per circuitum in forni-
catione tua.
34 Et factum est in te peruersum præter mulieres in
fornicatione tua; & tecum sunt fornicatæ, in eo,
quòd dares mercedes,& mercedes non sunt datæ ti-
bi:& facta sunt in te peruersa.
35 Propterea meretrix audi verbum Domini:
36 Hæc dicit Dominus: Quia effudisti æs tuum; &
reuelabitur ignominia tua in fornicatione tua ad
amatores tuos, & in omnes cogitationes iniquita-
tum tuarum, & in sanguinibus filiorum tuorum,
quos dedisti eis,

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

Fidisti autem pulchritudini tuæ, & fornicata es propter nomen tuum: & effudisti fornicationes tuas ad omnem transeuntem: erga enim erat desiderium tuum.

Et accepisti de vestimentis tuis, fecistiq; tibi excelsa discoloria, & fornicata es in eis: non futura sunt similia, *neque erit* vnquam populus qui talia faciat.

Tulisti præterea vasa gloriæ tuæ de auro meo & de argento meo, quæ dederam tibi, & fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es cum eis.

Tulisti quoque vestimenta tua discoloria, & operuisti illas: & oleum meum, & suffimentum meum dedisti coram eis.

Et panem meum quem dederam tibi, similam & oleum & mel quibus *cibaui te, posuisti coram eis, in odorem quietis, &* ita *fuit: ait Dominus Iehouah.*

Tulisti insuper filios tuos & filias tuas quos generasti mihi, & immolasti illos eis ad consumendum: nunquid parum est tibi *de fornicationibus tuis?*

Et immolasti filios meos, dedistiq; eos vt transire faceres eos per ignem *illis.*

Et cum omnibus abominationibus tuis & fornicationibus tuis non es recordata dierum adolescentiæ tuæ, quando eras nuda, & discooperta, & conculcata in sanguine tuo.

Et fuit, post omnem malitiam tuam, (Væ væ tibi, dixit Dominus Iehouah.)

Ædificasti tibi excelsum, & fecisti tibi excelsum in omni platea.

Ad omne caput viæ ædificasti excelsum tuum, & abominatum reddidisti decorem tuum, & aperuisti pedes tuos omni transeunti, & multiplicasti fornicationes tuas.

Et fornicata es cum filiis Ægypti, vicinis tuis magnorum membrorum, multiplicastique fornicationem tuam ad irritandum me.

Propterea ecce extendi manum meam super te, & diminui statutum cibum *tibi, & dedi te in animam odio habentium te filiarum Pelisthim,* quæ *erubescunt de via tua turpi.*

Fornicata es præterea cum filiis Assur, eò quòd non esset saturitas tibi: fornicata es inquam cum eis, eò quòd non esses satiata.

Et multiplicasti fornicationem tuam in terra Chenaan, terræ *Chasdim* assimilata, *nec etiam in hoc es satiata.*

Quàm infirmum est cor tuum, dixit Dominus Iehouah, quod feceris omnia ista, opus mulieris meretricis dominium sui habentis!

Quòd ædificaueris excelsum tuum in capite omnis viæ, & excelsum tuum feceris in omni platea: & non fuisti similis meretrici spernendo mercedem.

Mulier adultera pro viro suo suscipiet alienos.

Omnibus meretricibus scortatores *dant mercedem: tu verò dedisti dona tua cunctis amatoribus tuis, & munera dedisti illis vt intrarent ad te vndique, propter fornicationes tuas.*

Et fuit in te contrarium mulierum in fornicationibus tuis, nec post te erit similis *fornicatio: quum enim dederis mercedem, & merces non sit data tibi, fuisti aliis contraria.*

Propterea meretrix, audi verbum Iehouæ.

Sic dixit Dominus Iehouah, Eò quòd effusa est turpitudo tua, & reuelata est turpitudo tua in fornicationibus tuis super amatores tuos, & super omnia idola abominationum tuarum, & iuxta sanguinem filiorum tuorum quos dedisti eis.

Digitized by Google

Vulgata Editio.

Ecce ego congregabo omnes amatores tuos, quibus commista es,& omnes, quos dilexisti cum vniuersis,quos oderas: & congregabo eos super te vndique,& nudabo ignominiam tuam coram eis, & videbunt omnem turpitudinem tuam.

* Inf. 23.10.

* Et iudicabo te iudicijs adulterarum, & effundentium sanguinem:& dabo te in sanguinem furoris & zeli.

Et dabo te in manus eorum,&destruent lupanar tuum:& demolientur prostibulum tuum : & denudabunt te vestimentis tuis, & auferent vasa decoris tui : & derelinquent te nudam , plenamque ignominia:

Et adducent super te multitudinem,& lapidabunt te lapidibus,& trucidabunt te gladijs suis.

* 4. Re. 25.9.

* Et comburent domos tuas igni, & facient in te iudicia in oculis mulierum plurimarum: & desines fornicari,& mercedes vltra non dabis.

Et requiescet indignatio mea in te : & auferetur zelus meus à te,& quiescam,nec irascar amplius.

Eo quod non fueris recordata dierum adolescentiæ tuæ, & prouocasti me in omnibus his : quapropter & ego vias tuas in capite tuo dedi , ait Dominus Deus,& non feci iuxta scelera tua in omnibus abominationibus tuis.

Ecce omnis,qui dicit vulgo prouerbium,in te assumet illud,dicens:Sicut mater,ita & filia eius.

Filia matris tuæ es tu,quæ proiecit virum suum, & filios suos:& soror sororum tuarum es tu , quæ proiecerunt viros suos , & filios suos : mater vestra Cethæa,& pater vester Amorrhæus.

Et soror tua maior,Samaria,ipsa & filiæ eius, quæ habitant ad sinistram tuam: soror autem tua minor te,quæ habitat à dextris tuis,Sodoma,& filiæ eius.

Sed nec in vijs earum ambulasti,neque secundum scelera earum fecisti pauxillum minus : pene sceleratiora fecisti illis in omnibus vijs tuis.

Viuo ego dicit Dominus Deus,quia non fecit Sodoma soror tua ipsa, & filiæ eius, sicut fecisti tu, & filiæ tuæ.

* Ge. 19 24.

* Ecce hæc fuit iniquitas Sodomę sororis tuæ,superbia , saturitas panis & abundantia, & otium ipsius , & filiarum eius : & manum egeno, & pauperi non porrigebant.

Et eleuatæ sunt,& fecerunt abominationes coram me:& abstuli eas sicut vidisti.

Et Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit: sed vicisti eas sceleribus tuis,& iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis,quas operata es.

Ergo & tu porta confusionem tuam, quæ vicisti sorores tuas peccatis tuis,sceleratius agens ab eis:iustificatæ sunt enim à te : ergo & tu confundere , & porta ignominiam tuam, quæ iustificasti sorores tuas.

Et conuertam restituens eas conuersione Sodomorum cum filiabus suis,& conuersiones Samariæ, & filiarum eius :& conuertam reuersionem tuam in medio earum,

Vt portes ignominiam tuam , & confundaris in omnibus,quæ fecisti,consolans eas.

Et soror tua Sodoma, & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem suam: & Samaria , & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem suam:& tu, & filiæ tuæ reuertemini ad antiquitatem vestram:

Non fuit autem Sodoma soror tua audita in ore tuo,in die superbiæ tuæ,

Transl.ex Heb.Sanct.Pagn.

37 *Ideo ecce ego congrego omnes amatores tuos cum quibus iucundata es, & omnes quos dilexisti cum vniuersis quos odio habebas : & congregabo eos aduersus te vndique, & reuelabo ignominiam tuam eis, & videbunt omnem turpitudinem tuam.*

38 *Et iudicabo te iudicijs adulterarum, & effundentium sanguinem:& dabo te in sanguinem iræ,& zeli.*

39 *Et dabo te in manum eorum , & destruent excelsum tuum : & confringent excelsa tua, & nudare faciam te vestimentis tuis,& auferent vasa gloriæ tuæ , & dimittent te nudam,& discoopertam.*

40 *Et ascendere facient super te cœtum, & lapidabunt te lapide,& perfodient te gladijs suis.*

41 *Et comburent domos tuas igni, & facient in te iudicia in oculis mulierum plurimarum: & cessare faciam te, ne sis meretrix,& etiam mercedem non dabis vltra.*

42 *Et requiescere faciam iram meam in te:& recedet zelus meus à te,& quiescam,& non irascar amplius.*

43 *Pro eo quòd non fueris recordata dierum adolescentiæ tuæ ,& prouocasti me in omnibus his : & etiam ego ecce viam tuam in caput dedi, dixit Dominus Deus, & non fecisti cogitationem super omnibus abominationibus tuis.*

44 *Ecce omnis qui componit parabolas super te componet parabolas,dicendo:Sicut mater sic filia eius.*

45 *Filia matris tuæ es tu, quæ abominabatur virum suum, & filios suos , & soror sororis tuæ es tu , quæ abominatæ sunt viros suos, & filios suos : mater vestra Chitthæa, & pater vester Emorræus.*

46 *Et soror tua maior Somron ipsa est, & villæ eius, quæ habitat ad sinistram tuam:soror autem minor te,quæ habitat à sinistris tuis est Sedom,& villæ eius.*

47 *Et non in vijs earum ambulasti,nec secundum abominationes earum fecisti,veluti paululum , pauxillumque foret, sed corrupta es præ illis in omnibus vijs tuis.*

48 *Viuo ego,dixit Dominus Deus :si fecit Sedom soror tua, & villæ eius,sicut fecisti tu,& villæ tuæ.*

49 *Ecce ista fuit iniquitas Sedom sororis tuæ superbia, saturitas panis,& abundantia otij fuit ei,& villis eius. & manum egeni,& pauperis non tenuit.*

50 *Et eleuatæ sunt,& fecerunt abominationem coram me: & remouere feci eas sicut vidi.*

51 *Et Somron secundum dimidium peccatorum tuorum non peccauit, & multiplicasti abominationes tuas præ illis,& iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis quas fecisti.*

52 *Etiam tu porta pudorem tuum , quæ iudicasti sororem tuam in peccatis tuis quibus abominationes fecisti præ eis, iustificatæ sunt præ te : & etiam tu erubesce, & porta ignominiam tuam,cum iustificaueris sorores tuas.*

53 *Et conuertam captiuitatem earum , captiuitatem Sedom,& villarum eius, & captiuitatem Somron,& villarum eius:& captiuitatem captiuitatum tuarum in medio earum.*

54 *Vt portes ignominiam tuam , & erubescas de omnibus quæ fecisti,cum consolata fueris eas.*

55 *Et soror tua Sedom, & villæ eius reuertentur ad antiquitatem suam: & Somron, & villæ eius reuertentur ad antiquitatem suam , & tu & villæ reuertemini ad antiquitatem vestram.*

56 *Et non fuit Sedom soror tua in auditu in ore tuo in die superbiarum tuarum.*

Digitized by Google

Transl.ex Septuag.

37 Ideo ecce ego supercōgrego omnes amatores tuos, in quibus commista es in eis,& omnes,quos dilexisti cum vniuersis, quos oderas. Et congregabo eos super te per circuitum: & reuelabo malitias tuas ad eos:& videbunt cunctam ignominiam tuam:

38 Et vlciscar te vltione adulteræ: & ponam te in sanguine furoris,& zeli.

39 Et tradam te in manus eorum:& suffodient lupanar tuum, & destruent basim tuam, & nudabunt te vestimentis tuis, & tollent vasa gloriationis tuæ:& dimittent te nudam,& plenam ignominiæ.

40 Et adducent super te turbas, & lapidabunt te in lapidibus:& iugulabunt te in gladijs suis:

41 Et succendent domos tuas igni: & facient te in vltiones coram mulieribus plurimis. Et auertam te à fornicatione,& mercedes vltra non dabo:

42 Et immittā furorem meū super te:& auferetur zelus meus à te:& requiescā,& non ero vltra solicitus:

43 Quia non es recordata infantiæ tuæ, & contristabas me in his omnibus. Et ecce ego vias tuas in caput tuum dedi,dicit Dominus: & sic fecisti impietatem super cunctis iniquitatibus tuis.

44 Hæc sunt omnia,quæ dixerunt contra te in parabola,dicentes:Sicut mater,& filia:

45 Filia matris tuæ tu es, quæ repulit virum suum, &filios suos:& sorore,sororum tuarum,quæ repulerunt viros suos, & filios suos. Mater vestra Chettæa & pater Amorrhæus:

46 Soror vestra senior Samaria,hæc & filiæ eius, quæ habitat à sinistris tuis:& soror tua iunior te,quæ habitat à dextris tuis,Sodoma,& filiæ eius.

47 Sed ne sic quidem in vijs earum ambulasti, neque secundum iniquitates illarum egisti: paulominus & supergressa es eas in omnibus vijs tuis.

48 Viuo ego,dicit Dominus,Si fecit Sodoma hæc, & filiæ eius, sicut fecisti tu, & filiæ tuæ.

49 Veruntamē hęc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuę, superbia in saturitate panū,& in abūdātia. Delitijs diffluebant ipsa,& filiæ eius:hæc habebat ipsa,& filię eius:& manum pauperis, & egeni non assumebant,

50 Et gloriabantur magnifice,& fecerunt iniquitates in conspectu meo. Et abstuli eas,sicut vidi.

51 Et Samaria secundum dimidia peccatorum tuorum non peccauit: & multiplicasti iniquitates tuas super eas: & iustificasti sorores tuas in omnibus iniquitatibus tuis,quas operata es.

52 Et tu sustine tormentum tuum in eo, quòd corruperis sorores tuas in peccatis tuis, quibus iniquè egisti super eas, & iustificasti illas super te. Et tu confundere, & suscipe ignominiam tuam, eo quòd iustificaueris sorores tuas.

53 Et conuertam conuersiones earum, conuersionem Sodomæ, & filiarum eius. Et conuertam conuersionem Samariæ, & filiarum eius: & conuertam conuersionem tuam in medio earum:

54 Vt portes tormentū tuum,& habeas ignominiā ex omnibus,quę fecisti,vt me ad iracundiā prouocares.

55 Et soror tua Sodoma, & filiæ eius restituentur, sicut fuerunt à principio. Et tu,& filiæ tuæ restituemini,sicut fuistis à principio.

56 Et nisi fuisset Sodoma soror tua in auditum in ore tuo, in diebus superbiæ tuæ,

Noua ex Heb. Tralat.Fr. Vatabli.

Ideo ecce ego congrego omnes amatores tuas cum quibus oblectata es te,& omnes quos dilexisti cum vniuersis quos odio habebas: congregabo inquam eos aduersum te vndique, & reuelabo turpitudinem tuam eis, videbuntq́; omnem turpitudinem tuam.

Et iudicabo te iudicijs adulterarum & effundentium sanguinem,daboq́; te sanguinem iræ & zeli.

Dabo te præterea in manum eorum, destruentq́; excelsum tuum,& confringent excelsa tua,item nudare facient te vestimentis tuis, & auferent vasa gloriæ tuæ, & dimittent te nudam & discoopertam.

Et ascendere facient super te cœtum, & lapidabunt te lapide,& confodient te gladijs suis.

Atque comburent domos tuas igni, & facient in te iudicia in oculis mulierum plurimarum, & cessare faciam te ne sis meretrix,& etiam mercedem non dabis vltrà.

Ita requiescere faciam iram meam in te, & recedet zelus meus à te,& conquiescam,nec irascar amplius.

Eo quòd non fueris recordata dierum adolescentiæ tuæ, sed prouocasti me in omnibus his: etiam ego ecce viam tuam in caput dedi, dixit Dominus Iehouah, nec tamen *fecisti cogitationem super omnibus abominationibus tuis.*

Ecce quicunque parabolicè loquitur, de te loquetur parabolicè,dicendo:Sicut mater, sic *filia eius.*

Filia matris tuæ es tu, quæ abominata est virum suum & filios suos: & soror sororis tuæ es tu, quæ abominatæ sunt viros suos & filios suos: mater vestra Hitthæa, & pater vester Emoræus.

Soror autem tua maior, Someron ipsa est, & filiæ eius, quæ habitat ad sinistram tuam: soror autem minor te, quæ habitat à dextris tuis,est Sedom & villæ eius.

Et quidem *in vijs earum non ambulasti,nec secundum abominationes earum fecisti, veluti paululum pauxillumq́; foret,sed corrupta es præ illis in omnibus vijs tuis.*

Viuo ego, dixit Dominus Iehouah, si fecit Sedom soror tua & filiæ eius,sicut fecisti tu & filiæ tuæ.

Ecce ista fuit iniquitas Sedom sororis tuæ,superbia, saturitas panis,& abundantia ocij fuit ei, & filiabus eius: & manum pauperis,& egeni non apprehendit.

Eleuatæ sunt autem, feceruntq́; abominationem coram me:& abstuli eas sicut vidi.

Porrò Someron secundum dimidium peccatorum tuorum non peccauit, & multiplicasti abominationes tuas præ illis, & iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis quas fecisti.

Etiam tu porta pudorem tuum, quæ iudicasti sororem tuam:in peccatis tuis quibus abominationes fecisti præ eis, iustificatæ sunt præ te: tu inquam etiam erubesce, & porta ignominiam tuam, quum iustifices sorores tuas.

Conuertam igitur captiuitatem earum, id est *captiuitatem Sedom, & filiarum eius, & captiuitatem Someron & filiarum eius, & captiuitatem captiuitatum tuarum in medio earum,*

Vt portes ignominiam tuam, & erubescas de omnibus quæ fecisti,dum tu eris consolationi illis.

Et soror es tua,Sedom,& filiæ eius reuertentur ad antiquitatem suam: & Someron & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem suam:tu quoque & filiæ tuæ reuertemini ad antiquitatem vestram.

Non fuit autem Sedom soror tua in rumorem in ore tuo,in die suprbiarum tuarum:

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

57 Antequam reuelaretur malitia tua: sicut hoc tempore in opprobrium filiarum Syriæ, & cunctarum in circuitu tuo filiarum Palæsthinarum, quæ ambiunt te per gyrum.

58 Scelus tuum, & ignominiam tuam tu portasti, ait Dominus Deus.

59 Quia hæc dicit Dominus Deus: Et faciam tibi sicut despexisti iuramentum, vt irritum faceres pactum:

60 Et recordabor ego pacti mei tecum in diebus adolescentiæ tuæ: & suscitabo tibi pactum sempiternum.

61 Et recordaberis viarum tuarum, & confunderis: cum receperis sorores tuas te maiores cum minoribus tuis: & dabo eas tibi in filias, sed non ex pacto tuo.

62 Et suscitabo ego pactum meum tecum: & scies quia ego Dominus:

63 Vt recorderis, & confundaris, & non sit tibi vltra aperire os præ confusione tua, cum placatus tibi fuero in omnibus, quæ fecisti, ait Dominus Deus.

CAP. XVII.

1 ET factum est verbum Domini ad me, dicens:

2 Fili hominis propone ænigma, & narra parabolam ad domum Israel,

3 Et dices: Hæc dicit Dominus Deus: Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis, & varietate, venit ad Libanum, & tulit medullam cedri:

4 Summitatem frondium eius auulsit: & transportauit eam in terram Chanaan, in vrbe negotiatorum posuit illam.

5 Et tulit de semine terræ, & posuit illud in terra pro semine, vt firmaret radicem si per aquas multas: in superficie posuit illud.

6 Cumque germinasset, creuit in vineam latiorem humili statura, respicientibus ramis eius ad eam: & radices eius sub illa erant: facta est ergo vinea, & fructificauit in palmites, & emisit propagines.

7 Et facta est aquila altera grandis magnis alis, multisque plumis: & ecce vinea ista quasi mittens radices suas ad eam palmites suos extendit ad illam, vt irrigaret eam de areolis germinis sui.

8 In terra bona super aquas multas plantata est: vt faciat frondes, & portet fructum, vt sit in vineam grandem.

9 Dic: Hæc dicit Dominus Deus: Ergone prosperabitur? nonne radices eius euellet, & fructus eius distringet, & siccabit omnes palmites germinis eius, & arescet: & non in brachio grandi, neque in populo multo, vt euelleret eam radicitus?

10 Ecce plantata est: ergone prosperabitur? nonne cum tetigerit eam ventus vrens siccabitur, & in areis germinis sui arescet.

11 Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

12 Dic ad domum exasperantem: Nescitis quid ista significent? Dic: Ecce venit rex Babylonis in Ierusalem & assumet regem & principes eius, & adducet eos ad semetipsum in Babylonem.

13 Et tollet de semine regni,ferietque cum eo fœdus: & ab eo accipiet iusiurandum. sed & fortes terræ tollet,

14 Vt sit regnum humile, & non eleuetur, sed custodiat pactum eius, & seruet illud.

15 Qui recedens ab eo misit nuncios ad Ægyptum vt daret sibi equos, & populum multum. Numquid prosperabitur, vel consequetur salutem qui fecit hæc? & qui dissoluit pactum, numquid effugiet?

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Antequam reuelaretur malitia tua: sicut tempore probrij villarum Aram, & cunctarum villarum quæ sunt in circuitu eius, quæ te spernunt vndique.

Turpitudinem tuam, & abominationes tuas portasti, dixit Dominus.

Quia sic dixit Dominus Deus: Faciam tecum sicut fecisti, quæ contempsisti iuramentum, vt irritum faceres pactum:

Et recordabor pacti mei quod pepigi tecum in diebus adolescentiæ tuæ, & firmabo tibi pactum sempiternum.

Et recordaberis viarum tuarum, & erubesces: cum susceperis sorores tuas maiores te cum minoribus: Et & dabo eas tibi in filias, & non ex pacto tuo.

Et confirmabo pactum meum tecum: & scies quod sum Dominus.

Vt recorderis, & pudore afficiaris, & non sit tibi vltra excusatio, propter pudorem tuum, cum placatus fuero tibi in omnibus quæ fecisti, dixit Dominus Deus

CAP. XVII.

ET fuit verbum Domini ad me, dicendo,

Fili hominis ænigmaticè loquere ænigma, & parabolicè loquere parabolam ad domum Israel.

Et dic, Sic dixit Dominus Deus: Aquila grandis, grandium alarum, longus alis, plena plumis, quibus erat varietas, venit ad Lebanon, & tulit summitatem cedri.

Summitatem nouellarum plantationum eius auulsit, & adduxit illam ad terram Chenahan, in vrbe negociatorum posuit illam.

Et tulit de semine terræ, & posuit illud in agro ad seminandum, tulit illud iuxta aquas multas, veluti ponitur salix posuit illud.

Et germinauit, & effectum est vitis luxurians humili statura, vt respicerent rami eius, ad eam, & radices eius sub ea erant: & effecta est vitis, & fecit palmites, & emisit propagines.

Et fuit aquila vna grandis magnarum alarum, & multarum plumarum: & ecce vitis hæc aggregabat radices suas super eam, & ramos suos extendebat ad eam, vt irrigaret eam de lineis sulcorum plantationis suæ.

In agro bono iuxta aquas multas plantata est, vt faciat frondes, & ferat fructum & efficiatur vitis grandis.

Dic, Sic dixit Dominus Deus: Num prosperabitur? nonne radices eius euellet, & fructum eius excindet, & siccabit, omnes frondes germinis eius siccabit: & non erit opus brachio grandi, & populo multo, ad euellendum eam à radicibus suis?

Et ecce plantata est: nunquid prosperabitur? nonne cum tetigerit eam ventus Orientalis siccabitur siccando, in lineis germinis sui arescet.

Et fuit verbum Domini ad me, dicendo,

Dic nunc ad domum rebellem: Nonne cognouisti quid hæc sunt? Dic, Ecce venit Rex Babel in Ierusalaim, & assumet regem eius, & principes eius, & adducet eos ad se in Babel.

Et tollet de semine regni, & feriet cum eo fœdus, & adducet eum in iusiurandum, & fortes terræ sustulit.

Vt sit regnum humile, ne eleuaret se, vt custodiat pactum eius, vt stet in eo.

Rebellauit contra eum mittendo nuntios suos ad Ægyptum, vt daret sibi equos, & populum multum. Nunquid prosperabitur, nunquid euadet, qui facit hæc? & irritauit pactum, & effugiet?

Viuo

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

57 Antequam reuelarentur malitiæ tuæ; ficut nunc opprobrium es filiarum Syriæ, & omnium, quæ in circuitu eius, filiarum alienigenarum, quæ circundant te per gyrum.

58 Impietates tuas, & iniquitates tuas tu portasti eas, dicit Dominus.

59 Hæc dicit Dominus. Et faciam in te, ficut fecisti, ficut despexisti hæc, vt præterires testamentum meum.

60 Et recordabor ego testamenti mei, quod feci tecum in diebus adolescentiæ tuæ: & suscitabo tibi testamentum sempiternum.

61 Et recordaberis viæ tuæ, & despicieris, cum receperis sorores tuas te maiores cum iunioribus tuis: & dabo eas tibi in ædificationem, & non ex testamento tuo.

62 Et suscitabo ego testamentum meum tecum: & cognosces, quia ego Dominus:

63 Vt recorderis, & confundaris, & non fit tibi vltra aperire os tuum à facie ignominiæ tuæ; cũ propitius fuero tibi iuxta omnia, quæ fecisti, dicit Dominus.

CAP. XVII.

1 ET factus est sermo Domini ad me, dicens:

2 Fili hominis narra narrationem, & dic parabolam ad domum Israel,

3 Et dices: Hæc dicit Dominus: Aquila magna magnarum alarum, longa extensione, plena vnguium, quæ habet ductum intrandi in Libanum; & tulit electa cedri:

4 Summitates teneritudinis auellit: & attulit eas in terram Chanaan: in ciuitate murata posuit illas.

5 Et tulit de semine terræ: & dedit illud in campo plantationem super aquam multam: vt respiceretur, posuit illud:

6 Ortumq; est, & factum in vitem infirmam, & parvulã: vt ipsa extare faceret ramos suos super illum: & radices illius subter illam erant. Et facta est in vitem, & fecit propagines, & extendit ramos suos.

7 Et facta est aquila altera grandis, magnarum alarum, multa vnguibus: & ecce vitis hæc implicata erat ad eam: & radices eius ad illam: & ramos suos extendit ad illam, vt irrigaretur ab illa cum gleba plantationis suæ.

8 In campo bono super aquam multam ipsa impinguatur, vt faciat germina: & afferat fructum, vt fit in vitem grandem.

9 Propterea dic: Hæc dicit Dominus: Si dirigetur? Nonne radices teneritudinis eius, & fructus putrescent, & arescent omnia, quæ ex ea progerminant, & non in brachio magno, neque in populo multo, vt euellat eam à radicibus suis?

10 Et ecce impinguatur. Nunquid dirigetur? Nonne statim vt tetigerit eam ventus vrens; arescet? cum gleba germinis sui arescet.

11 Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

12 Fili hominis dic nunc ad domum exasperantem: Nescitis, quid fint ista? Dic: Cum venerit rex Babylonis super Hierusalem, & capiet regem eius & principes eius: & ducet eos ad se in Babylonem.

13 Et tollet de semine regni, & disponet ad eum testamentum & introducet eum in maledictione: & principes terræ tollet,

14 Vt fit in regnum infirmum, omninoque non eleuetur custodiendo testamentũ ipsius, & statuat illud.

15 Et recedet ab eo, mittendo nuncios suos in Ægyptum, vt sibi daret equos, & populum multum. Si dirigetur, si saluabitur, qui facit contraria? Et qui, transgreditur testamentum, si saluabitur?

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

57 *Antequam* scilicet *reuelaretur malitia tua, sicut tempore opprobrij filiarum Aram, & cunctarum filiarum Pelisthim quæ sunt in circuitu eius, quæ te spernunt circunquaque.*

58 *Scelus tuum, & abominationes tuas portasti, dixit Iehouah.*

59 *Quia sic dixit Dominus Iehouah, Faciam tecum sicut fecisti, quæ contempsisti iuramentum, vt irritum faceres pactum:*

60 *Recordabor tamen pacti mei* quod pepigi *tecum in diebus adolescentiæ tuæ, & confirmabo tibi pactum sempiternum.*

61 *Et recordaberis viarum tuarum, & erubesces quum susceperis sorores tuas maiores te cum minoribus te: & dabo eas tibi in filias, at non ex pacto tuo.*

62 *Et confirmabo pactum meum tecum: sciesque quod ego Iehouah,*

63 *Vt recorderis, & pudefias, neque sit tibi vltra apertio oris, propter pudorem tuum, quum placatus fuero tibi in omnibus quæ fecisti, dixit Dominus Iehouah.*

CAP. XVII.

1 *ET fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,*

2 *Fili hominis, ænigmaticè loquere ænigma, & parabolicè loquere parabolam ad domum Israel.*

3 *Et dic, Sic dixit Dominus Iehouah, Aquila grandis grandium alarum, longis alis, plena plumis, cui inest varietas, venit ad Lebanon, & tulit summitatem cedri.*

4 *Summitatem nouellarum plantationum eius auulsit, & adduxit illam ad terram mercatorum, in vrbem negotiatorum posuit illam.*

5 *Postea tulit de semine terræ, & posuit illud in agro seminis: tulit* illud *iuxta aquas multas,* instar *salicis posuit illud.*

6 *Et germinauit, & effectum est vitis luxurians humilis staturæ, vt respicerent rami eius, ad illam, & radices eius sub ea sint: & effecta est vitis, fecitque palmites, & emisit propagines.*

7 *Et fuit aquila vna grandis magnarum alarum, & multarum plumarum: & ecce vitis ista congregauit radices suas iuxta eam, & ramos suos extendit ad eam, vt irrigaret eam lineis plantationis suæ.*

8 *In agro bono iuxta aquas multas plantata est, vt faciat ramos, & ferat fructum, & efficiatur vitis grandis.*

9 *Dic, Sic dixit Dominus Iehouah,* Num *prospere cedet? nonne radices eius euellet, & fructum eius excindet & siccabit, omnes frondes germinis eius siccabit, & non cum brachio grandi, & populo multo, ad euellendum eam à radicibus suis?*

10 *Et ecce plantata est: nunquid prosperò cedet? annon quum attigerit eam ventus Orientalis, siccabitur siccando,* & *in lineis germinis sui arescet?*

11 *Et fuit verbum Iehouæ ad me dicendo,*

12 *Dic nunc ad domum rebellem, Annon cognouistis quid hæc* fint? *Dic, Ecce venit Rex Babel in Ierusalaim, & tulit Regem eius, & Principes eius, & adduxit eos ad se in Babel.*

13 *Tulit quoque de semine regni, & iniit cum eo fœdus, & adduxit eum in iusiurandum, & fortes terræ tulit.*

14 *Vt esset regnum humile ne eleuaret se, sed custodiret pactum eius, vt staret in eo.*

15 *Rebellauit verò contra eum, mittendo nuntios suos* ad *Misraim, vt daret ei equos, & populum multum. an prosperò cederet* ei? *an euaderet qui facit hæc? aut, qui irritum fecit pactum, effugeret?*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

16 Viuo ego dicit Dominus Deus: quoniam in loco regis, qui constituit eum regem, cuius fecit irritum iuramentum, & soluit pactum, quod habebat cum eo, in medio Babylonis morietur.

17 Et non in exercitu grandi, neque in populo multo faciet contra eum Pharao prælium: in iactu aggeris, & in extructione vallorum, vt interficiat animas multas.

18 Spreuerat enim iuramentum vt solueret fœdus, & ecce dedit manum suam: & cum omnia hæc fecerit, non effugiet.

19 Propterea hæc dicit Dominus Deus: Viuo ego, quoniam iuramentum, quod spreuit, & fœdus, quod præuaricatus est, ponam in caput eius.

* Su. 12 13. Inf. 32. 3.

20 * Et expandam super eum rete meum, & comprehendetur in sagena mea: & adducam eum in Babylonem, & iudicabo eum ibi in præuaricatione, qua despexit me.

21 Et omnes profugi eius cum vniuerso agmine suo, gladio cadent: residui autem in omnem ventum dispergentur: & scietis quia ego Dominus locutus sum.

22 Hæc dicit Dominus Deus: Et sumam ego de medulla cedri sublimis, & ponam: de vertice ramorum eius tenerum distringam, & plantabo super montem excelsum, & eminentem.

23 In monte sublimi Israel plantabo illud, & erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedrum magnam: & habitabunt sub ea omnes volucres, & vniuersum volatile sub vmbra frondium eius nidificabit.

24 Et scient omnia ligna regionis, quia ego Dominus humiliaui lignum sublime, & exaltaui lignum humile: & siccaui lignum viride, & frondere feci lignum aridum. Ego Dominus locutus sum, & feci.

CAP. XVIII.

1 ET factus est sermo Domini ad me, dicens:

* Iere. 31. 29.

2 Quid est quod inter vos parabolam vertitis in prouerbium istud in terra Israel, dicentes: * Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt?

3 Viuo ego, dicit Dominus Deus, si erit vltra vobis parabola hæc in prouerbium in Israel.

4 Ecce omnes animæ, meæ sunt: vt anima patris, ita & anima filij mea est: anima, quæ peccauerit, ipsa morietur.

5 Et vir si fuerit iustus, & fecerit iudicium, & iustitiam,

6 In montibus non comederit, & oculos suos non leuauerit ad idola domus Israel: & vxorem proximi sui non violauerit, & ad mulierem menstruatam non accesserit:

* Isa. 58 7. Mat. 25 35.

7 Et hominem non contristauerit: pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit: * panem suum esurienti dederit, & nudum operuerit vestimento:

8 Ad vsuram non commodauerit, & amplius non acceperit: ab iniquitate auerterit manum suam & iudicium verum fecerit inter virum & virum:

9 In præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea custodierit vt faciat veritatem: hic iustus est, vita viuet, ait Dominus Deus.

10 Quod si genuerit filium latronem effundentem sanguinem, & fecerit vnum de istis:

11 Et hæc quidem omnia non facientem, sed in montibus comedentem, & vxorem proximi sui polluentem.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Viuo ego dixit Dominus Deus: nisi in loco regis, qui regnare facit eum, cuius spreuit iuramentum, & cuius irritauit pactum, cum eo, in medio Babel morietur.

Et non in exercitu grandi, & cœtu multo faciet cum eo Parhoh in prælio, cum effuderint aggerem, & extruxerint vallum, vt succidant animas multas.

Et spreuit iuramentum, vt irritaret pactum, & ecce dedit manum suam: & omnia hæc fecit, non euadet.

Propterea sic dixit Dominus Deus: Viuo ego, nisi iuramentum meum, quòd spreuit, & fœdus meum, quod irritauit, dedero in caput eius.

Et expandam super eum rete meum, & comprehendetur sagena mea: & adducere faciam eum in Babel & iudicabor cum eo ibi propter præuaricationem suam, qua præuaricatus est contra me.

Et omnes profugi eius cum omnibus exercitibus suis gladio cadent: residui autem in omnem ventum dispergentur: & scietis quod ego Dominus locutus sum.

Sic dixit Dominus Deus: Et sumam de summitate cedri sublimis, & ponam: de vertice nouellarum plantationum eius tenerum excidam, & plantabo super montem excelsum, & instar cumuli eleuatum.

In monte sublimi Israel plantabo illud, & eleuabit ramum, & faciet fructum, & efficietur cedrus magna: & habitabunt sub ea omnes aues, omne alatum in vmbra ramorum eius habitabit.

Et scient omnia ligna agri, quod ego Dominus humiliare feci lignum sublime, & sublimare feci lignum humile. Siccare feci lignum viride, & florere feci lignum aridum. Ego Dominus locutus sum & feci.

CAP. XVIII.

ET fuit verbum Domini ad me, vt dicerem:

Quid vobis, vt parabolicè loquamini parabolam hanc super terram Israel, dicendo: Patres comedent vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescent?

Viuo ego, dixit Dominus Deus, si erit vobis vltra vt parabolicè loquamini parabolam istam in Israel.

Ecce omnes animæ meæ sunt: sicut anima patris, sic & anima filij meæ sunt: anima quæ peccauerit, ipsa morietur.

Et vir si fuerit iustus, & fecerit iudicium, & iustitiam,

Super montes non comederit, & oculos suos non leuauerit ad idola domus Israel, & vxorem proximi sui non violauerit, & ad mulierem menstruatam non accesserit.

Et quempiam non oppresserit: pignus suum debitori reddiderit, aliena non rapuerit: panem suum esurienti dederit, & nudum operuerit vestimento.

Cum vsura non dederit, & amplius non acceperit: ab iniquitate redire fecerit manum suam, iudicium verum fecerit in virum, & virum.

In præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea custodierit, vt faciat veritatem: iustus est, viuendo viuet, dixit Dominus Deus.

Et si genuerit filium latronem, effundentem sanguinem, & fecerit vnum aliquod ex istis.

Et omnia hæc non fecerit, sed etiam super montes comederit, & vxorem proximi sui violauerit.

Digitized by Google

Transl.ex Septuag.

16 Viuo ego,dicit Dominus,nisi in loco,vbi rex, qui
regnare fecit eũ, qui spreuit maledictionem meam,
& qui trausgressus est testamentum meum cum eo,
in medio Babylonis morietur.
17 Et non in virtute magna, neque in turba multa
faciet aduersus eum Pharao prælium,in iactu agge-
ris,& in ædificatione vallorum, vt auferat animas
multas.
18 Et vilipendit iuramentum transgrediendo testa-
mentum. Et ecce dedi manum eius: & hæc omnia
fecit ei:non saluabitur.
19 Propterea dic: Hæc dicit Dominus; Viuo ego,nisi
iuramentum meum, quod spreuit, & testamentum
meũ,quod trãsgressus est,&dabo illud in caput eius.
20 Et extendam super eum rete: & capietur in cir-
cunstrictione eius.

21 In omni acie eius in gladio cadent: & residuos in
omnem ventum disseminabo: & scietis, quia ego
Dominus loquutus sum.

22 Quia hæc dicit Dominus: Et sumam ego de ele-
ctis cedri de vertice: de corde eorum auellam, &
plantabo ego super montem excelsum, & suspen-
dam illud in monte sublimi Israel.

23 Et plantabo,& proferet germen,& faciet fructum,
& erit in cedrum magnam. Et requiescet sub ea om-
nis auis: & omne volatile sub vmbra eius requie-
scet. Rami eius restituentur:
24 Et scient omnia ligna campi: quia ego Dominus:
qui humilio lignum excelsum,& exalto lignum hu-
mile: & arefacio lignum viride, & germinare facio
lignum aridum.Ego Dominus loquutus sum,& fa-
ciam.

CAP. XVIII.

1 ET factus est sermo Domini ad me,dicens:
2 Fili hominis, quid vobis parabolæ hæc inter
filios Israel,dicentes,Patres comederunt vuam acer-
bam,& dentes filiorum obstupuerunt?

3 Viuo ego,dicit Dominus: si fuerit vltra,vt dica-
tur parabola hæc in Israel:
4 Quia omnes animæ meæ sunt: quomodo anima
patris:ita & anima filij,meæ sunt. Anima, quæ pec-
cauerit,ipsa morietur.
5 Homo autem, qui fuerit iustus qui facit iudi-
cium,& iustitiam,
6 Super montes non comederit, & oculos suos non
leuauerit ad cogitationes domus Israel, & vxorem
proximi sui non contaminauerit, & ad mulierem
fluentem sanguine non accesserit,
7 Et hominem per potentiam nõ oppresserit,pignus
debitori reddiderit,& rapinam non rapuerit,panem
suum esurienti dederit,& nudum operuerit,
8 Et pecuniam suam ad vsuram non dederit,& am-
plius non acceperit, & ab iniquitate auerterit ma-
num suam,iustum iudicium fecerit inter virum,&
inter proximum eius,
9 Et in præceptis meis ambulauerit, & iustificatio-
nes meas custodierit, vt faciet ea: hic iustus est:vita
viuet,dicit dominus.
10 Quod si genuerit filium pestilentem,effundentem
sanguinem,& facientem peccata,
11 In via patris sui iusti non ambulauit,sed & super
montes comedit,& vxorem proximi sui polluit,

Noua ex Heb. Tralat.Fr. Vatabli.

*Viuo ego, dixit Dominus Iehouah, si non in loco Regis
qui regnare facit eum,cuius spreuit iuramentum, & cu-
ius irritum fecit pactum cum eo, in medio Babel mo-
riatur.*
*Neque cum exercitu magno,atque cum cœtu multo fa-
ciet cum eo Paroh in prælio, quum effuderit aggerem, &
extruxerit vallum,vt succidant animas multas.*

*Spreuit inquam iuramentum, vt irritum faceret pa-
ctum & ecce dedit manum suam, & omnia hæc fecit,non
euadet.*
*Propterea sic dixit Dominus Iehouah, Viuo ego,nisi iu-
ramentum meum quod spreuit, & fœdus meum quod ir-
ritum fecit,dedero in caput eius.*
*Et expandam super eum rete meum, & comprehende-
tur sagena mea: & adducere faciam eum in Babel, & iu-
dicio contendam cum eo ibi,* propter *præuaricationem
suam quæ præuaricatus est contra me.*
*Et omnes fugitiui eius cum vniuersis exercitibus eius
gladio cadent: residui autem in omnem ventum disper-
gentur: & scietis quod ego Iehouah loquutus sum.*

*Sic dixit Dominus Iehouah, Et tollam ego de summita-
te cedri illius sublimis, & ponam: de vertice* inquam *no-
uellarum plantationum eius tenerum excidam, & planta-
bo ego super montem excelsum, & instar cumuli eleua-
tum.*
In monte inquam *sublimi Israel plantabo illum, &
eleuabit ramum, & faciet fructum, & efficietur cedrus
magna: habitabuntq; sub ea omnes aues, omne alatum in
vmbra ramorum eius habitabunt.*
*Scientque omnes arbores agri quòd ego Iehouah humi-
liauerim arborem sublimem & exaltauerim arborem hu-
milem: exiccare fecerim arborem virentem,& florere fe-
cerim arborem aridam.ego Iehouah loquutus sum,& feci.*

CAP. XVIII.

ET *fuit verbum Iehouæ ad me,dicendo,*
*Quid vobis vt parabolicè loquemini parabolam
hanc super terram Israel, dicendo, Patres comederunt
vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt?*

*Viuo ego,dixit Dominus Iehouah, si erit vobis vltrà vt
parabolicè loquamini parabolam istam in Israel.*
*Ecce omnes animæ,meæ sunt: sicut anima patris,sic &
anima filij,meæ sunt: anima quæ peccauerit,ipsa morietur:*

*Et vir si fuerit iustus, & fecerit iudicium & iusti-
tiam:*
*Super montes non comederit, & oculos suos non eleua-
uerit ad idola domus Israel: & vxorem proximi sui non
violauerit,& ad mulierem menstruatam non accesserit:*

*Et quenquam non oppresserit: pignus debitori reddide-
rit: aliena non rapuerit: panem suum esurienti dederit, &
nudum operuerit vestimento:*
*Cum vsura non dederit, & amplius non acceperit: ab
iniquitate [illegible]erit manum suam, iudicium verum fe-
cerit inter [illegible] & alterum:*

*In præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea custo-
dierit,vt faciat veritatem: iustus est, viuendo viuet,dixit
Dominus Iehouah.*
*Et si genuerit filium latronem effundentem sanguinem,
& fecerit vnum aliquod ex istis:*
*Et omnia hæc non fecerit, sed etiam super montes come-
derit,& vxorem proximi sui violauerit:*

Digitized by Google

Vulgata Editio.

Egenum, & pauperem contriſtantem, rapientem
rapinas, pignus non reddentem, & ad idola leuantem
oculos ſuos, abominationem facientem:
Ad vſuram dantem, & amplius accipientem: num-
quid viuet? non viuet cum vniuerſa hæc deteſtanda
fecerit, morte morietur, ſanguis eius in ipſo erit.
Quòd ſi genuerit filium, qui videns omnia pecca-
ta patris ſui, quæ fecit, timuerit, & non fecerit ſimi-
le eis:
Super montes non comederit, & oculos ſuos non
leuauerit ad idola domus Iſrael, & vxorem proximi
ſui non violauerit:
Et virum non contriſtauerit, pignus non retinue-
rit, & rapinam non rapuerit, panem ſuum eſurienti
dederit, & nudum operuerit veſtimento.
A pauperis iniuria auerterit manum ſuam, vſu-
ram & ſuperabundantiam non acceperit, iudicia
mea fecerit in præceptis meis ambulauerit: hic non
morietur in iniquitate patris ſui, ſed vita viuet.
Pater eius qui calumniatus eſt, & vim fecit fratri,
& malum operatus eſt in medio populi ſui, ecce
mortuus eſt in iniquitate ſua.
Et dicitis: Quare non portauit filius iniquitatem
patris: Videlicet, quia filius iudicium, & iuſtitiam
operatus eſt, omnia præcepta mea cuſtodiuit, & fecit
illa, viuet vita.
* Deut. 24.16. 4 Re. 14.6. 2 Par. 25.4. Anima, quæ peccauerit, ipſa morietur: filius non
portabit iniquitatem patris*, & pater non portabit
iniquitatem filij: iuſtitia iuſti ſuper eum erit, & im-
pietas impij erit ſuper eum.
Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus
peccatis ſuis, quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia
præcepta mea, & fecerit iudicium, & iuſtitiam: vita
viuet, & non morietur.
Omnium iniquitatum eius, quas operatus eſt, non
recordabor: in iuſtitia ſua, quam operatus eſt, viuet:
* Pſ. 29. 4. Inf. 33. 11. * Numquid voluntatis meæ eſt mors impij, dicit
Dominus Deus, & non vt conuertatur à vijs ſuis, &
viuat?
Si autem auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit
iniquitatem ſecundum omnes abominationes, quas
operari ſolet impius, numquid viuet? omnes iuſtitię
eius, quas fecerat, non recordabuntur: in præuarica-
tione, qua præuaricatus eſt, in peccato ſuo, quod pec-
cauit, in ipſis morietur.
Et dixiſtis: Non eſt æqua via Domini. Audite ergo
domus Iſrael: Nunquid via mea non eſt æqua, &
non magis viæ veſtræ prauæ ſunt?
Cum enim auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fece-
rit iniquitatem morietur in eis: in iniuſtitia, quam
operatus eſt morietur.
Et cum auerterit ſe impius ab impietate ſua, quam
operatus eſt, & fecerit iudicium, & iuſtitiam: ipſe
animam ſuam viuificabit.
Conſiderans enim, & auertens ſe ab omnibus ini-
quitatibus ſuis, quas operatus eſt, vita viuet, & non
morietur.
* Et dicunt filij Iſrael: Non eſt æqua via Domini.
Nunquid viæ meæ non ſunt æquæ, domus Iſrael? &
non magis viæ veſtræ prauæ?
Idcirco vnumquemque iuxta vias ſuas iudicabo
* Mat. 3. 8. domus Iſrael, ait Dominus Deus. Conuertimini, &
agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus ve-
ſtris: & non erit vobis in ruinam iniquitas.
Proijcite à vobis omnes præuaricationes veſtras, in
quibus præuaricati eſtis, & facite vobis cor nouum,
& ſpiritum nouum: & quare moriemini domus Iſ-
* Sup. 33. Inf. 33. 11. rael?
Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus
Deus, reuertimini, & viuite.

CAP.

Tranſl. ex Heb. Sanct. Pagn.

12 *Egenum, & pauperem oppreſſerit, & aliena rapuerit,*
& pignus non reddiderit, & ad idola leuauerit oculos ſuos
abominationem fecerit:
13 *Cum vſura dederit, & amplius acceperit: numquid vi-*
uet? non viuet: omnes abominationes iſtas fecit, moriendo
morietur, ſanguis eius in ipſo erit.
14 *Et ſi genuerit filium, & viderit omnia peccata patris*
ſui quæ fecit, & timuerit & non fecerit ſimilia.
15 *Super montes non comederit, & oculos ſuos non leua-*
uerit ad idola domus Iſrael: vxorem proximi ſui non vio-
lauerit:
16 *Et quenquam non oppreſſerit, pignus non acceperit in*
pignus, & aliena non rapuerit, panem ſuum eſurienti de-
derit, & nudum operuerit veſtimento.
17 *A paupere retraxerit manum ſuam: vſuram & amplius*
non acceperit, iudicia mea fecerit, in præceptis meis ambu-
lauerit: ipſe non morietur propter iniquitatem patris ſui,
ſed viuendo viuet.
18 *Pater eius quia oppreſſit oppreſſionem, rapuerit rapinam*
à fratre, & quod non eſt bonum fecit in medio populi ſui,
& ecce mortuus eſt propter iniquitatem ſuam.
19 *Et dixiſtis, Cur non portabit filius pœnam patris? Et*
filius iudicium, & iuſtitiam fecit. Omnia præcepta mea
cuſtodiuit, & fecit ea: viuendo viuet.
20 *Anima quæ peccauerit ipſa morietur: filius non porta-*
bit pœnam patris, & pater non portabit pœnam filij: iu-
ſtitia iuſti ſuper eum erit, & impietas impij ſuper eum erit.
21 *Impius autem ſi auerſus fuerit ab omnibus peccatis ſuis,*
quæ fecit, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit
iudicium, & iuſtitiam, viuendo viuet; non morietur.
22 *Omnes præuaricationes eius quas fecit non memora-*
buntur ei: propter iuſtitiam ſuam quam fecit, viuet.
23 *Nunquid vt moriatur impius volendo volo, dixit Do-*
minus Deus, Nonne ſi auerſus fuerit à viis ſuis, viuet?
24 *Si autem auerſus fuerit iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit*
iniquitatem, ſecundum omnes abominationes quas fecit
impius, fecerit, num viuet? omnes iuſtitiæ eius quas fecit
non memorabuntur propter præuaricationem ſuam quam
præuaricatus eſt, & propter peccatum ſuum quod pecca-
uit, morietur.
25 *Et dixiſtis, non eſt æqua via Domini. Audite nunc do-*
mus Iſrael. Nunquid via mea non eſt æqua? nonne viæ ve-
ſtræ non ſunt æquæ?
26 *Cum auerſus fuerit iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit*
iniquitatem, morietur propter eam: propter iniquitatem
ſuam quam fecit, morietur.
27 *Et cum auerſus fuerit impius ab impietate ſua, quam*
fecit, & fecerit iudicium & iuſtitiam, ipſe animam ſuam
viuificabit.
28 *Et vidit, & auerſus eſt ab omnibus præuaricationibus*
ſuis quas fecit, viuendo viuet, non morietur.
29 *Et dixerunt domus Iſrael, Non eſt æqua via Domini.*
Nunquid via mea non ſunt æquæ domus Iſrael? nonne viæ
veſtræ non ſunt æquæ?
30 *Idcirco vnumquenque iuxta vias ſuas iudicabo vos do-*
mus Iſrael, dixit Dominus Deus: Conuertimini, & con-
uerti facite ab omnibus iniquitatibus veſtris, & non erit
vobis in offendiculum iniquitas.
31 *Proijcite à vobis omnes iniquitates veſtras, quibus præ-*
uaricati eſtis, & facite vobis cor nouum, & ſpiritum no-
uum: & vt quid moriemini domus Iſrael?
32 *Quia nolo mortem mortui, dixit Dominus Deus, &*
reuerti facite, & viuetis.

CAP.

Transl. ex Septuag.

12 Et egenum, & pauperem oppressit per potentiam,
& rapinam rapuit, & pignus non reddidit, & ad ido-
la posuit oculos suos, iniquitatem fecit,
13 Cum vsura dedit, & amplius accepit;) hic vita non
viuet: omnes has iniquitates fecit: morte viuificabi-
tur: sanguis eius super ipsum erit.
14 Si autem genuerit filium, & viderit omnia pecca-
ta patris sui, quæ fecit, & timuerit, & non fecerit se-
cundum ea,
15 (Super montes non manducauit, & oculos suos
non posuit ad cogitationes domus Israel, & vxorem
proximi sui non violauit,
16 Et hominem non oppressit, & pignus non reti-
nuit, & rapinam non rapuit, panem suum esurienti
dedit, & nudum operuit,
17 Et ab iniustitia auertit manum suam, vsuram, &
superabundantiam non accepit, iustitiam fecit, & in
præceptis meis ambulauit;) non morietur in ini-
quitatibus patris sui: vita viuet.
18 Pater autem eius, si tribulatione tribulauerit, &
rapuerit rapinam: contraria fecit in medio populi
mei: & morietur in sua iniquitate.
19 Et dicetis: Quid, quòd non accepit iniquitatem fi-
lius patris? Quoniam filius iustitiam, & misericor-
diam fecit, omnia legitima mea conseruauit, & fecit
ea: vita viuet.
20 Anima autem peccans morietur: Filius autem
non accipiet iniquitatem patris: neque pater acci-
piet iniquitatem filij. Iustitia iusto super ipsum erit:
& iniquitas iniquo super ipsum erit.
21 Et iniquus si auerterit se ab omnibus iniquitati-
bus suis, quas fecit, & custodierit omnia præcepta
mea, & fecerit iustitiam, & misericordiam: vita vi-
uet, & non morietur.
22 Omnia delicta eius, quæcumque fecit, non me-
morabuntur: in sua iustitia, quam fecit, viuet.
23 Nunquid voluntate volam mortem iniqui, dicit
Dominus, sicut auerti ipsum à via sua pessima, &
ipsum viuere.
24 Cum autem auerterit se iustus à iustitia sua, & fe-
cerit iniustitiam secundum omnes iniquitates, quas
fecit iniquus; omnes iustitiæ eius, quas fecit, non
erunt in memoria: in delicto suo, quo deliquit, & in
peccatis suis, quæ peccauit, in ipsis morietur.
25 Et dixistis: non rectè pergit via Domini. Audite
nunc omnis domus Israel: Nunquid via mea non
recte perget via mea? nũquid via vestra recte pergit?
26 In auertendo se iustum à iustitia sua, & faciet de-
lictum, & morietur in delicto, quod fecit: in ipso mo-
rietur.
27 Et inauertendo se iniquum ab iniquitate sua,
quam fecit, & faciet iudicium, & iustitiam: hic ani-
mam suam custodiuit,
28 Et auertit se ab omnibus impietatibus suis, quas
fecerat: vita viuet, non morietur.
29 Et dicunt domus Israel, non recta est via Domini:
Nunquid via mea non recta est, domus Israel? non-
ne via vestra non recta est?
30 Vnumquemque secundum viam suam, iudicabo
vos domus Israel, ait Dominus. Conuertimini, &
auertite vos ab omnibus impietatibus vestris: &
non erunt vobis in supplicium iniquitatis.
31 Proijcite à vobis omnes impietates vestras, in qui-
bus impie egistis in me, & facite vobis cor nouum,
& spiritum nouum. Et vt quid morimini domus
Israel?
32 Quia nolo mortem morientis, ait Dominus.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

12 Egenum, & pauperem oppresserit, aliena rapuerit, &
pignus non reddiderit: & ad idola leuauerit oculos suos,
abominationem fecerit:
13 Cum vsura dederit, & amplius acceperit: & viuet? non
viuet: omnes abominationes istas fecit, moriendo morietur,
sanguis eius in ipso erit.
14 Quòd si genuerit filium, & viderit omnia peccata pa-
tris sui quæ fecit, viderit inquam, & non fecerit similia:
15 Super montes non comederit, & oculos suos non leua-
uerit ad idola domus Israel: vxorem proximi sui non vio-
lauerit:
16 Nec quenquam oppresserit, pignus non acceperit in pi-
gnus, & aliena non rapuerit: panem suum esurienti dede-
rit, & nudum operuerit vestimento:
17 A paupere retraxerit manum suam: vsuram & amplius
non acceperit, iudicia mea fecerit, in præceptis meis ambu-
lauerit: hic non morietur propter iniquitatem patris sui,
sed viuendo viuet.
18 Pater eius, quia oppressit oppressione, rapuerit rapinam
fratris, & quod non est bonum, fecit in medio populi sui:
& ecce mortuus est, propter iniquitatem suam.
19 Et dicetis, Cur non portabit filius pœnam patris? filius
iudicium & iustitiam fecit, omnia præcepta mea custodi-
uit, fecitque ea: viuendo viuet.
20 Anima quæ peccauerit, ipsa morietur: filius non porta-
bit iniquitatem patris, neque pater portabit iniquitatem
filij: iustitia iusti super eum erit, & impietas impij super
eum erit.
21 Impius autem si auersus fuerit ab omnibus peccatis suis
quæ fecit, & custodierit omnia præcepta mea, feceritque iu-
dicium & iustitiam: viuendo viuet, non morietur.
22 Omnes præuaricationes eius quas fecit non commemo-
rabuntur ei: propter iustitiam suam quam fecit, viuet.
23 Nunquid desiderando desidero vt moriatur impius, di-
xit Dominus Iehouah: Annon si auersus fuerit à viis suis,
viuet?
24 Si autem auersus fuerit iustus à iustitia sua, & fecerit
iniquitatem secundum omnes abominationes quas fecit
impius, fecerit, & viuet? omnes iustitiæ eius quas fecit
non commemorabuntur: propter præuaricationem suam
quam præuaricatus est, & propter peccatum suum quo
peccauit, propter ipsa inquam morietur.
25 Et dicitis, Non est æqua via Domini. Audite nunc do-
mus Israel. Num via mea non est æqua? annon potius viæ
vestræ non sunt æquæ?
26 Quum enim auerterit se iustus à iustitia sua, & fe-
cerit iniquitatem, morietur propter illa: propter iniquita-
tem suam quam fecit, morietur.
27 Et quum auerterit se impius ab impietate sua quam fe-
cit, & fecerit iudicium & iustitiam, ipse animam suam
viuificabit.
28 Vidit nanque, & auersus est ab omnibus præuaricatio-
nibus suis quas fecit, viuendo viuet, non morietur.
29 Et dicunt domus Israel, Non est æqua via Domini. Num
viæ meæ non sunt æquæ, domus Israel? annon potius viæ
vestræ non sunt æquæ?
30 Idcirco, vnumquenque iuxta vias suas, iudicabo vos,
domus Israel, dixit Dominus Iehouah: conuertimini, &
conuerti facite ab omnibus iniquitatibus vestris, & non
erit vobis in offendiculum iniquitas.
31 Proijcite à vobis omnes iniquitates vestras quibus præ-
uaricati estis, & facite vobis cor nouum & spiritum no-
uum: & vt quid moriemini domus Israel?
32 Quia nolo mortem mortui, dixit Dominus Iehouah.
reuertimini facite igitur, & viuetis.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. XIX.

ET tu assume planctum super principes Israel, Et dices: Quare mater tua leæna inter leones cubauit, in medio leunculorum enutriuit catulos suos?

Et eduxit vnum de leunculis suis,& leo factus est: & didicit capere prædam,hominemque comedere.

Et audierunt de eo Gentes, & non absque vulneribus suis ceperunt eum: & adduxerunt eum in catenis in terram Ægypti.

Quæ cum vidisset quoniam infirmata est, & perijt expectatio eius:tulit vnum de leunculis suis,leonem constituit eum.

Qui incedebat inter leones,& factus est leo:& didicit prædam capere,& homines deuorare:

Didicit viduas facere,& ciuitates eorum in desertum adducere: & desolata est terra, & plenitudo eius à voce rugitus illius.

Et conuenerunt aduersus eum Gentes vndique de prouincijs, & expanderunt super eum rete suum, in vulneribus earum captus est.

Et miserunt eum in caueam, in catenis adduxerunt eũ ad regẽ Babylonis:miseruntque eũ in carcerem,ne audiretur vox eius vltra super montes Israel.

Mater tua quasi vinea in sanguine tuo super aquam plantata est:fructus eius, & frondes eius creuerunt ex aquis multis.

Et factæ sunt ei virgæ solidæ in sceptra dominantium,& exaltata est statura eius inter frondes:& vidit altitudinẽ suam in multitudine palmitũ suorũ.

*Osee 13.15.

Et euulsa est in ira, in terramque proiecta, * & ventus vrens siccauit fructum eius: marcuerunt, & arefactæ sunt virgæ roboris eius:ignis comedit eam.

Et nunc transplantata est in desertum,in terra inuia,& sitienti.

Et egressus est ignis de virga ramorum eius, qui fructum eius comedit:& non fuit in ea virga fortis, sceptrum dominantium.Planctus est,& erit in planctum.

CAP. XX.

ET factum est in anno septimo,in quinto, in decima mensis:venerunt viri de senioribus Israel, Vt interrogarent Dominum,& sederunt coram me.

Et factus est sermo Domini ad me,dicens:

Fili hominis loquere senioribus Israel,& dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Numquid ad interrogandum me vos venistis? viuo ego quia non respondebo vobis,ait Dominus Deus.

Si iudicas eos,si iudicas fili hominis, abominationes patrum eorum ostende eis.

Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus:in die, qua elegi Israel, & leuaui manum meam pro stirpe domus Iacob, & apparui eis in terra Ægypti, & leuaui manum meam pro eis, dicens: Ego Dominus Deus vester:

In die illa leuaui manum meam pro eis, vt educerem eos de terra Ægypti,in terram, quam prouideram eis,fluentem lacte, & melle:quæ est egregia inter omnes terras.

Et dixi ad eos:Vnusquisque offensiones oculorum suorum abijciat,& in idolis Ægypti nolite pollui: ego Dominus Deus vester.

Et irritauerunt me, noluerunt que me audire:vnusquisque abominationes oculorum suorum non proiecit,nec idola Ægypti reliquerunt:& dixi vt effunderem indignationem meam super eos, & implerem iram meam in eis, in medio terræ Ægypti.

Et

Transl.ex Heb. Sanct.Pagn.

CAP. XIX.

1 ET tu assume planctum super principes Israel,
2 Et dic, Cur mater tua leæna inter leones cubauit,
in medio leunculorum multiplicauit catulos suos.
3 Et ascendere fecit vnum de catulis suis:leunculus fuit,
& didicit rapere rapinam,homines comedere,
4 Et audierunt eum Gentes,reti eorum captus est,& ad-
duxerunt eum catenis ad terram Ægypti.
5 Et videns illa,esse diu expectatum,& quòd perierit ex-
pectatio sua:& tulit vnum de catulis suis, leunculum po-
suit eum.
6 Et incedebat in medio leonum,leunculus fuit:& didicit
rapere rapinam,homines comedens:
7 Cognouit viduas eius, & ciuitates eorum desolare fe-
cit: & desolata est terra, & plenitudo eius à voce rugi-
tus eius.
8 Et constituerunt se in eum Gentes per circuitum de
prouinciis, & expanderunt super eum rete suum,reti ea-
rum captus est.
9 Et posuerunt eum in carcere in catenis, & adduxerunt
eum ad regem Babel: adduxerunt eum ad munitiones,vt
non audiretur vox eius vltra super montes Israel.
10 Mater tua fuit tanquam fructificans vitis in sanguine
tuo iuxta aquas plantata: & faciens ramos fuit propter
aquas multas.
11 Et fuerunt ei virgæ fortes pro sceptris dominantium,&
exaltata est statura eius inter ramos, & conspecta est in
altitudine sua,in multitudine ramorum suorum.
12 Et euulsa est ira, in terram proiecta,& ventus Orien-
talis siccauit fructum eius, confracti sunt rami eius: &
aruerunt virgam roboris eius:ignis consumpsit.
13 Et nunc plantata est in deserto, in terra arida,& siti-
bunda.
14 Et egressus est ignis de virga ramorum eius, fructum
eius consumpsit: & non fuit in ea virga fortis, sceptrum
ad dominandum.Planctus est,& erit in planctum.

CAP. XX.

1 ET fuit anno septimo,quinto mense,decima die mensis:
venerunt viri de senioribus Israel ad inquirendum
Dominum,& sederunt coram me.
2 Et fuit verbum Domini ad me vt dicerem,
3 Fili hominis,alloquere seniores Israel, & dic ad eos,Sic
dixit Dominus Deus:nunquid ad inquirendum me venitis?
viuo ego si respondero vobis, dixit Dominus Deus.
4 Nunquid iudicabis eos, nunquid iudicabis fili hominis?
Abominationes patrum eorum fac scire eos.
5 Et dic ad eos: Sic dixit Dominus Deus: In die qua elegi
Israel, & leuaui manum meam pro semine domus Ia-
hacob, & cognitus sum in terra Ægypti leuaui manum
meam pro eis dicendo: Ego Dominus Deus vester.
6 In die illa leuaui manum meam pro eis, vt educerem
eos de terra Ægypti,ad terram quam prouidi fluentem la-
cte, & melle:desiderabilis est omnibus terris.
7 Et dixi ad eos:Vnusquisque abominationes oculorum ve-
strorum proijcite,& in idolis Ægypti, ne polluatis vos:ego
Dominus Deus vester.
8 Et rebellauerunt contra me,& noluerunt parere mihi:
Vnusquisque abominationes oculorum suorum non proie-
cerunt & idola Ægypti non reliquerunt:Et dixi vt effun-
derem iram meam super eos, vt implerem iram meam in
eis in medio terræ Ægypti.

Et

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

12 Et egenum, & pauperem oppressit per potentiam, & rapinam rapuit, & pignus non reddidit, & ad idola posuit oculos suos, iniquitatem fecit,

13 Cum vsura dedit, & amplius accepit;) hic vita non viuet: omnes has iniquitates fecit: morte viuificabitur: sanguis eius super ipsum erit.

14 Si autem genuerit filium, & viderit omnia peccata patris sui, quæ fecit, & timuerit, & non fecerit secundum ea,

15 (Super montes non manducauit, & oculos suos non posuit ad cogitationes domus Israel, & vxorem proximi sui non violauit,

16 Et hominem non oppressit, & pignus non retinuit, & rapinam non rapuit, panem suum esurienti dedit, & nudum operuit,

17 Et ab iniustitia auertit manum suam, vsuram, & superabundantiam non accepit, iustitiam fecit, & in præceptis meis ambulauit;) non morietur in iniquitatibus patris sui: vita viuet.

18 Pater autem eius, si tribulatione tribulauerit, & rapuerit rapinam: contraria fecit in medio populi mei: & morietur in sua iniquitate.

19 Et dicetis: Quid, quòd non accepit iniquitatem filius patris? Quoniam filius iustitiam, & misericordiam fecit, omnia legitima mea conseruauit, & fecit ea: vita viuet.

20 Anima autem peccans morietur: Filius autem non accipiet iniquitatem patris: neque pater accipiet iniquitatem filij. Iustitia iusto super ipsum erit: & iniquitas iniquo super ipsum erit.

21 Et iniquus si auerterit se ab omnibus iniquitatibus suis, quas fecit, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iustitiam, & misericordiam: vita viuet, & non morietur.

22 Omnia delicta eius, quæcumque fecit, non memorabuntur: in sua iustitia, quam fecit, viuet.

23 Nunquid voluntate volam mortem iniqui, dicit Dominus, sicut auerti ipsum à via sua pessima, & ipsum viuere.

24 Cum autem auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniustitiam secundum omnes iniquitates, quas fecit iniquus; omnes iustitiæ eius, quas fecit, non erunt in memoria: in delicto suo, quo deliquit, & in peccatis suis, quæ peccauit, in ipsis morietur.

25 Et dixistis: non rectè pergit via Domini. Audite nunc omnis domus Israel; Nunquid via mea non recte perget via mea? nũquid via vestra recte pergit?

26 In auertendo se iustum à iustitia sua, & faciet delictum, & morietur in delicto, quod fecit: in ipso morietur.

27 Et inauertendo se iniquum ab iniquitate sua, quam fecit, & faciet iudicium, & iustitiam: hic animam suam custodiuit,

28 Et auertit se ab omnibus impietatibus suis, quas fecerat: vita viuet, non morietur.

29 Et dicunt domus Israel, non recta est via Domini: Nunquid via mea non recta est, domus Israel? nonne via vestra non recta est?

30 Vnumquemque secundum viam suam, iudicabo vos domus Israel, ait Dominus. Conuertimini, & auertite vos ab omnibus impietatibus vestris: & non erunt vobis in supplicium iniquitatis.

31 Proijcite à vobis omnes impietates vestras, in quibus impie egistis in me, & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum. Et vt quid morimini domus Israel?

32 Quia nolo mortem morientis, ait Dominus.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

12 *Egenum, & pauperem oppresserit, aliena rapuerit, & pignus non reddiderit: & ad idola leuauerit oculos suos, abominationem fecerit:*

13 *Cum vsura dederit, & amplius acceperit: & viuet? non viuet: omnes abominationes illas fecit, moriendo morietur, sanguis eius in ipso erit.*

14 *Quòd si genuerit filium, & viderit omnia peccata patris sui quæ fecit, viderit inquam, & non fecerit similia:*

15 *Super montes non comederit, & oculos suos non leuauerit ad idola domus Israel: vxorem proximi sui non violauerit:*

16 *Nec quenquam oppresserit, pignus non acceperit in pignus, & aliena non rapuerit: panem suum esurienti dederit, & nudum operuerit vestimento:*

17 *A paupere retraxerit manum suam: vsuram & amplius non acceperit, iudicia mea fecerit, in præceptis meis ambulauerit: hic non morietur propter iniquitatem patris sui,* sed *viuendo viuet.*

18 *Pater eius, quia oppressit oppressione, rapuerit rapinam fratris, & quod non est bonum, fecit in medio populi sui: & ecce mortuus est propter iniquitatem suam.*

19 *Et dicetis, Cur non portabit filius pœnam patris? filius iudicium & iustitiam fecit, omnia præcepta mea custodiuit, fecitque ea: viuendo viuet.*

20 *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, neque pater portabit iniquitatem filij: iustitia iusti super eum erit, & impietas impij super eum erit.*

21 *Impius autem si auersus fuerit ab omnibus peccatis suis quæ fecit, & custodierit omnia præcepta mea, feceritque iudicium & iustitiam: viuendo viuet, non morietur.*

22 *Omnes præuaricationes eius quas fecit non commemorabuntur ei: propter iustitiam suam quam fecit, viuet.*

23 *Nunquid desiderando desidero vt moriatur impius, dixit Dominus Iehouah: Annon si auersus fuerit à viis suis, viuet?*

24 *Si autem auersus fuerit iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes quas fecit impius, fecerit, & viuet? omnes iustitiæ eius quas fecit non commemorabuntur: propter præuaricationem suam quam præuaricatus est, & propter peccatum suum quo peccauit, propter ipsa* inquam *morietur.*

25 *Et dicitis, Non est æqua via Domini. Audite nunc domus Israel. Num via mea non est æqua? annon* potius *viæ vestræ non sunt æquæ?*

26 *Quum* enim *auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, morietur propter illa: propter iniquitatem suam quam fecit, morietur.*

27 *Et quum auerterit se impius ab impietate sua quam fecit, & fecerit iudicium & iustitiam, ipse animam suam viuificabit.*

28 *Vidit nanque, & auersus est ab omnibus præuaricationibus suis quas fecit, viuendo viuet, non morietur.*

29 *Et dicunt domus Israel, Non est æqua via Domini. Num viæ meæ non sunt æquæ, domus Israel? annon* potius *viæ vestræ non sunt æquæ?*

30 *Idcirco, vnumquenque iuxta vias suas, iudicabo vos, domus Israel, dixit Dominus Iehouah: conuertimini, & conuerti facite ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in offendiculum iniquitas.*

31 *Proijcite à vobis omnes iniquitates vestras quibus præuaricati estis, & facite vobis cor nouum & spiritum nouum: & vt quid moriemini domus Israel?*

32 *Quia nolo mortem mortui, dixit Dominus Iehouah. reuerti facite igitur, & viuetis.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. XIX.

ET tu assume planctum super principes Israel,

Et dices: Quare mater tua leæna inter leones cubauit, in medio leunculorum enutriuit catulos suos?

Et eduxit vnum de leunculis suis, & leo factus est: & didicit capere prædam, hominemque comedere.

Et audierunt de eo Gentes, & non absque vulneribus suis ceperunt eum: & adduxerunt eum in catenis in terram Ægypti.

Quæ cum vidisset quoniam infirmata est, & perijt expectatio eius: tulit vnum de leunculis suis, leonem constituit eum.

Qui incedebat inter leones, & factus est leo: & didicit prædam capere, & homines deuorare:

Didicit viduas facere, & ciuitates eorum in desertum adducere: & desolata est terra, & plenitudo eius à voce rugitus illius.

Et conuenerunt aduersus eum Gentes vndique de prouincijs, & expanderunt super eum rete suum, in vulneribus earum captus est.

Et miserunt eum in caueam, in catenis adduxerunt eũ ad regẽ Babylonis: miseruntque eũ in carcerem, ne audiretur vox eius vltra super montes Israel.

Mater tua quasi vinea in sanguine tuo super aquam plantata est: fructus eius, & frondes eius creuerunt ex aquis multis.

Et factæ sunt ei virgæ solidæ in sceptra dominantium, & exaltata est statura eius inter frondes: & vidit altitudinẽ suam in multitudine palmitũ suorũ.

*Osee 13.15. Et euulsa est in ira, in terramque proiecta, * & ventus vrens siccauit fructum eius: marcuerunt, & arefactæ sunt virgæ roboris eius: ignis comedit eam.

Et nunc transplantata est in desertum, in terra inuia, & sitienti.

Et egressus est ignis de virga ramorum eius, qui fructum eius comedit: & non fuit in ea virga fortis, sceptrum dominantium. Planctus est, & erit in planctum.

CAP. XX.

ET factum est in anno septimo, in quinto, in decima mensis: venerunt viri de senioribus Israel, Vt interrogarent Dominum, & sederunt coram me.

Et factus est sermo Domini ad me, dicens:

Fili hominis loquere senioribus Israel, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Numquid ad interrogandum me vos venistis? viuo ego quia non respondebo vobis, ait Dominus Deus.

Si iudicas eos, si iudicas fili hominis, abominationes patrum eorum ostende eis.

Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: in die, qua elegi Israel, & leuaui manum meam pro stirpe domus Iacob, & apparui eis in terra Ægypti, & leuaui manum meam pro eis, dicens: Ego Dominus Deus vester:

In die illa leuaui manum meam pro eis, vt educerem eos de terra Ægypti, in terram, quam prouideram eis, fluentem lacte, & melle: quæ est egregia inter omnes terras.

Et dixi ad eos: Vnusquisque offensiones oculorum suorum abijciat, & in idolis Ægypti nolite pollui: ego Dominus Deus vester.

Et irritauerunt me, nolueruntque me audire: vnusquisque abominationes oculorum suorum non proiecit, nec idola Ægypti reliquerunt: & dixi vt effunderem indignationem meam super eos, & implerem iram meam in eis, in medio terræ Ægypti.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. XIX.

1 *ET tu assume planctum super principes Israel,*
2 *Et dic, Cur mater tua leæna inter leones cubauit,*
in medio leunculorum multiplicauit catulos suos.
3 *Et ascendere fecit vnum de catulis suis: leunculus fuit,*
& didicit rapere rapinam, homines comedere,
4 *Et audierunt eum Gentes, reti eorum captus est, & ad-*
duxerunt eum catenis ad terram Ægypti.
5 *Et videns illa, esse diu expectatum, & quòd perierit ex-*
pectatio sua: & tulit vnum de catulis suis, leunculum po-
suit eum.
6 *Et incedebat in medio leonum, leunculus fuit: & didicit*
rapere rapinam, homines comedens:
7 *Cognouit viduas eius, & ciuitates eorum desolare fe-*
cit: & desolata est terra, & plenitudo eius à voce rugi-
tus eius.
8 *Et constituerunt se in eum Gentes per circuitum de*
prouinciis, & expanderunt super eum rete suum, reti ea-
rum captus est.
9 *Et posuerunt eum in carcere in catenis, & adduxerunt*
eum ad regem Babel: adduxerunt eum ad munitiones, vt
non audiretur vox eius vltra super montes Israel.
10 *Mater tua fuit tanquam fructificans vitis in sanguine*
tuo iuxta aquas plantata: & faciens ramos fuit propter
aquas multas.
11 *Et fuerunt ei virgæ fortes pro sceptris dominantium, &*
exaltata est statura eius inter ramos, & conspecta est in
altitudine sua, in multitudine ramorum suorum.
12 *Et euulsa est ira, in terram proiecta, & ventus Orien-*
talis siccauit fructum eius, confracti sunt rami eius: &
aruerunt, virgam roboris eius: ignis consumpsit.
13 *Et nunc plantata est in deserto, in terra arida, & siti-*
bunda.
14 *Et egressus est ignis de virga ramorum eius, fructum*
eius consumpsit: & non fuit in ea virga fortis, sceptrum
ad dominandum. Planctus est, & erit in planctum.

CAP. XX.

1 *ET fuit anno septimo, quinto mense, decima die mensis:*
venerunt viri de senioribus Israel ad inquirendum
Dominum, & sederunt coram me.
2 *Et fuit verbum Domini ad me vt dicerem,*
3 *Fili hominis, alloquere seniores Israel, & dic ad eos, Sic*
dixit Dominus Deus: nunquid ad inquirendum me venistis?
viuo ego si respondero vobis, dixit Dominus Deus.
4 *Nunquid iudicabis eos, nunquid iudicabis fili hominis?*
Abominationes patrum eorum fac scire eos.
5 *Et dic ad eos: Sic dixit Dominus Deus: In die qua elegi*
Israel, & leuaui manum meam pro semine domus Ia-
hacob, & cognitus sum in terra Ægypti leuaui manum
meam pro eis dicendo: Ego Dominus Deus vester.
6 *In die illa leuaui manum meam pro eis, vt educerem*
eos de terra Ægypti, ad terram quam prouidi fluentem la-
cte, & melle: desiderabilis est omnibus terris.
7 *Et dixi ad eos: Vnusquisque abominationes oculorum ve-*
strorum proijcite, & in idolis Ægypti, ne polluatis vos: ego
Dominus Deus vester.
8 *Et rebellauerunt contra me, & noluerunt parere mihi:*
Vnusquisque abominationes oculorum suorum non proie-
cerunt & idola Ægypti non reliquerunt: Et dixi vt effun-
derem iram meam super eos, vt implerem iram meam in
eis in medio terræ Ægypti.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

CAP. XIX.

ET tu accipe lamentum super principem Israel,
Et dices: Quid mater tua catulus in medio leonum facta est? in medio leonum multiplicauit catulos suos.
Et exiliuit vnus de catulis eius: leo factus est, & didicit rapere rapinas: homines comedit.
Et audierunt contra eam gentes: in corruptione earum captus est: & adduxerunt eum in camo in terram Ægypti.
Et vidit, quoniam ablatus esset ab ea, perijsset substantia eius: & tulit alium de catulis suis: leonem constituit eum.
Et conuersabatur in medio leonum: leo factus est, & didicit rapere rapinas. Homines comedit,
Et pascebatur in audacia sua, & ciuitates eorum desolauit, & vastauit terram, & plenitudinem eius, à voce rugitus sui.
Et dederunt super eum gentes de regionibus per circuitum, & expanderunt super eum retia sua. In corruptione earum captus est:
Et posuerunt eum in camo, & in cauea: venit ad regem Babylonis: & introduxit eum in carcerem: vt non audiretur vox eius super montes Israel.
Mater tua, quasi vitis, & sicut flos in malogranato, in aqua plantata: fructus eius, & germen illius factum est ex aqua multa.
Et facta est hæc virga super tribum Ducũ: & exaltata est magnitudine sua in medio propaginũ. Et vidit magnitudinẽ suã in multitudine palmitũ suorũ:
Et confracta est in furore: in terram proiecta est: & vẽtus vrẽs arefacit electa eius. Vindicati sunt, & arefacta est virga fortitudinis eius. Ignis cõsumpsit eã:
Et nunc plantauerunt eam in deserto in terra sine aqua.
Et exiuit ignis de virga electorum eius, & comedit eam: & non erat in ea virga fortitudinis. Tribus in parabolam lamentationis est: & erit in planctum.

CAP. XX.

ET factũ est in anno septimo, quinta decima mensis, venerũt viri de senioribus domus Israel ad interrogandũ Dominum: & sederũt ante faciẽ meam.
Et factus est sermo Domini ad me, dicens:
Fili hominis loquere ad seniores domus Israel, & dices ad eos. Hæc dicit Dominus: Si ad interrogandum me venitis? Viuo ego, si respondero vobis, ait Dominus,
Si vlcus fuero eos vltione fili hominis. Iniquitates patrum eorum contestare eis,
Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Ex qua die elegi domum Israel, & notus factus sum semini domus Iacob, & cognitus eis in terra Ægypti, & suscepi manu mea eos, dicens, Ego Dominus Deus vester:
In die illa apprehendi eos manu mea: vt educerem eos de terra Ægypti in terram, quam paraui eis, terram fluentem lacte, & melle, fauus est vltra omnem terram.
Et dixi ad eos: Vnusquisque abominationes oculorũ suorum proijciat, & in adinuentionibus Ægypti non polluamini. Ego Dominus Deus vester.
Et recesserunt à me, & noluerunt exaudire me: abominationes oculorum suorum non proiecerunt, & adinuentiones Ægypti non reliquerunt. Et dixi effundere indignationem meam super eos, implere iram meam in eis in medio Ægypti.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAP. XIX.

1 *ET tu assume planctum super principes Israel,*
2 *Et dic, Cur mater tua leæna inter leones accubuit?*
in medio leunculorum multiplicauit catulos suos.
3 *Et ascendere fecit vnum de catulis suis: leunculus fuit,*
& didicit rapere rapinam, homines comedere,
4 *Et audierunt de eo Gentes, reti eorum captus est, & ad-*
duxerunt eum catenis ad terram Misraim.
5 *Quum autem vidisset se diu expectasse, & perijsse ex-*
pectationem suam, tulit vnum de catulis suis, leunculum
posuit eum.
6 *Et incedebat in medio leonum, & leunculus factus est,*
& didicit rapere rapinam, homines comedit,
7 *Cognouit quoque viduas eorum, & ciuitates eorum de-*
solauit, desolataque est terra, & plenitudo eius à voce ru-
gitus eius.
8 *Et ediderunt* vocem *super eum Gentes per circuitum*
de prouincijs, & expanderunt super eum rete suum, reti
earum captus est.
9 *Et posuerunt eum in carcere in catenis, & adduxerunt*
eum ad Regem Babel, & induxerunt eum in munitiones,
ne audiretur vox eius vltrà super montes Israel.
10 *Mater tua fuit tanquam vitis in sanguine tuo, iuxta*
aquas plantata, fructificans & producens ramos propter
aquas multas.
11 *Fueruntque ei virgæ fortes pro sceptris dominantium: &*
exaltata est statura eius suprà, inter ramos, & conspecta
est in altitudine sua in multitudine ramorum suorum.
12 *Euulsa autem est in ira, in terram deiecta, & ventus*
Orientalis siccauit fructum eius, confracti sunt rami eius
& aruerunt, virgam roboris eius ignis absumpsit.
13 *Nunc autem plantata* est *in deserto, in terra arida &*
sitibunda.
14 *Et egressus est ignis de virga ramorum eius, fructum*
eius consumpsit, & non fuit in ea virga fortis, sceptrum
ad dominandum: planctus est, & erit in planctum.

CAP. XX.

1 *ET fuit, anno septimo, quinto* mense, *decima* die *men-*
sis: venerunt viri de Senioribus Israel ad interrogan-
dum Iehouam, & sederunt coram me.
Et fuit verbum Iehouæ ad me vt dicerem,
2 *Fili hominis, alloquere Seniores Israel, & dic ad eos, Sic*
3 *dixit Dominus Iehouah, Num ad interrogandum me ve-*
nitis? viuo ego si consultus respondero vobis, dixit Domi-
nus Iehouah.
4 *Num iudicabis eos? num iudicabis fili hominis? abomi-*
minationes Patrum eorum indica illis.
5 *Et dic ad eos, Sic dixit Dominus Iehouah, In die qua*
elegi Israel, & leuaui manum meam pro semine domus
Iaacob, & cognitus sum illis in terra Misraim, leuaui in-
quam *manum meam eis, dicendo, Ego Iehouah Deus ve-*
ster:
6 *In die* inquam *illa leuaui manum meam eis quòd edu-*
cerem eos de terra Misraim ad terram quam prouideram
eis, fluentem lacte & melle: desiderabilis est omnibus terris.
7 *Et dixi ad eos, Singuli abominationes oculorum suorum*
abijcite, & in idolis Misraim ne polluatis vos: ego Iehouah
Deus vester.
8 *Rebellauerunt autem contra me, & noluerunt parere*
mihi: abominationes oculorum suorum non abiecit quis-
quam, nec idola Misraim reliquerunt: dixi igitur me ef-
fusurum iram meam super eos, vt implerem iram meam
in eos in medio terræ Misraim.

Vulgat. Editio.

Et feci propter nomen meum, vt non violaretur coram Gentibus, in quarum medio erant, & inter quas apparui eis vt educerem eos de terra Ægypti.

Eieci ergo eos de terra Ægypti,& eduxi eos in desertum.

* Et dedi eis præcepta mea, & iudicia mea ostendi eis,quæ faciens homo,viuet in eis.

* Insuper & sabbata mea dedi eis,vt essent signum inter me & eos: & scirent quia ego Dominus sanctificans eos.

* Leu. 20.5. Ro. 10. 5. *Ex. 20. 8. & 31.13. Deut. 5 12.

Et irritauerunt me domus Israel in deserto,in præceptis meis non ambulauerunt,& iudicia mea proiecerunt; quæ faciens homo viuet in eis: & sabbata mea violauerunt vehementer: dixi ergo vt effunderem furorem meum super eos in deserto, & consumerem eos.

Et feci propter nomen meum, ne violaretur coram Gentibus, de quibus eieci eos in conspectu earum.

Ego igitur leuaui manum meam super eos in deserto, ne inducerem eos in terram, quam dedi eis fluentem lacte, & melle, præcipuam terrarum omnium:

Quia iudicia mea proiecerunt,& in præceptis meis non ambulauerunt, & sabbata mea violauerunt:post idola enim cor eorum gradiebatur.

Et pepercit oculus meus super eos vt non interficerem eos: nec consumpsi eos in deserto.

Dixi autem ad filios eorum in solitudine:In præceptis patrum vestrorum nolite incedere,nec iudicia eorum custodiatis, nec in idolis eorum polluamini.

Ego Dominus Deus vester:in præceptis meis ambulate,iudicia mea custodite,& facite ea:

Et sabbata mea sanctificate vt sint signum inter me & vos,& sciatis quia ego sum Dominus Deus vester.

Et exacerbauerunt me filij, in præceptis meis non ambulauerunt: & iudicia mea non custodierunt vt facerent ea: quæ cum fecerit homo, viuet in eis: & sabbata mea violauerunt:& comminatus sum vt effunderem furorem meum super eos, & implerem iram meam in eis in deserto.

Auerti autem manum meam, & feci propter nomen meum, vt non violaretur coram Gentibus, de quibus eieci eos in oculis earum.

Iterum leuaui manum meam in eos in solitudine, vt dispergerem illos in nationes, & ventilarem in terra:

Eo quòd iudicia mea non fecissent, & præcepta mea reprobassent, & sabbata mea violassent, & post idola patrum suorum fuissent oculi eorum.

Ergo & ego dedi eis præcepta non bona,& iudicia, in quibus non viuent.

Et pollui eos in muneribus suis cum offerrent omne quod aperit vuluam, propter delicta sua: & scient quia ego Dominus.

Quamobrem loquere ad domum Israel,fili hominis:& dices ad eos:Hæc dicit Dominus Deus:Adhuc & in hoc blasphemauerunt me patres vestri, cum spreuissent me contemnentes:

Et induxissem eos in terram, super quam leuaui manum meam vt darem eis: viderunt omnem collem excelsum,& omne lignum nemorosum, & immolauerunt ibi victimas suas: & dederunt ibi irritationem oblationis suæ, & posuerunt ibi odorem suauitatis suæ,& libérauerunt libationes suas.

Et dixi ad eos:Quid est excelsum,ad quod vos ingredimini? & vocatum est nomen eius. Excelsum vsque ad hanc diem.

Pro-

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

9 *At feci propter nomen meum, vt non violaretur in oculis Gentium in quarum erant medio, quorum innotui in oculis vt educerem eos è terra Ægypti.*

10 *Et eduxi eos è terra Ægypti, & adduxi eos in desertum.*

11 *Et dedi eis præcepta mea, & iudicia mea scire feci eos, quæ si faciat homo,viuet propter ea.*

12 *Et insuper sabbatha mea dedi eis, vt essent in signum inter me,& eos,vt scirent quòd sum Dominus qui sanctifico eos.*

13 *Et rebellauerunt contra me domus Israel in deserto, in præceptis meis non ambulauerunt, & iudicia mea abiecerunt,quam si faciat homo, viuet propterea: & sabbata mea violauerunt vehementer:& dixi vt effunderem iram meam super eos in deserto,vt consumerem eos.*

14 *Et feci propter nomen meum vt non violaretur in oculis Gentium,quarum eduxi eos in oculis.*

15 *Et etiam leuaui manum meam eis in deserto, vt non inducerem eos in terram quam dedi, fluentem lacte, & melle,quæ desiderabilis est omnibus terris:*

16 *Pro eo quòd iudicia mea abiecerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt, & sabbata mea violauerunt: quia post idola sua cor eorum gradiebatur.*

17 *Et pepercit oculus meus eis, ne interficeret eos, & non feci cum eis consummationem in deserto.*

18 *Dixi autem ad filios eorum in deserto: In præceptis patrum vestrorum,ne incedatis, & iudicia eorum ne custodiatis,& in idolis eorum ne polluatis vos.*

19 *Ego Dominus Deus vester: in præceptis meis ambulate, & iudicia mea custodite,& facite ea.*

20 *Et sabbatha mea sanctificate, & erunt in signum inter me, & vos:vt sciatis quòd sum Dominus Deus vester.*

21 *Et rebellauerunt contra me filij, in præceptis meis non ambulauerunt: & iudicia mea non custodierunt, vt facerent ea, quæ si faciat ea homo, viuet propter ea:sabbata mea polluerunt. & dixi vt effunderem iram meam super eos,vt complerem iram meam in eis in deserto.*

22 *Et auerti manum meam. & feci propter nomen meum, vt non violaretur in oculis Gentium,quarum eduxi eos in oculis.*

23 *Etiam ego leuaui manum meam eis in deserto, vt dispergerem eos in Gentes,& ventilarem eos in terras.*

24 *Eò quòd iudicia mea non fecerunt, & præcepta mea abiecerunt, & sabbatha mea violauerunt, & post idola patrum suorum fuerunt oculi eorum.*

25 *Et etiam dedi eis præcepta non bona, & iudicia propter quæ non viuent.*

26 *Et pollui eos in muneribus suis, dum transire facerent per ignem omne primogenitum,vt desolare facerem eos:vt scirent quòd sum Dominus.*

27 *Quamobrem loquere ad domum Israel,fili hominis,& dic ad eos: Sic dixit Dominus Deus: Adhuc in hoc probro affecerunt me patres vestri, cum præuaricati essent in me præuaricationem:*

28 *Et induxi eos in terram super quam leuaui manum meam,vt darem eam illis:& viderunt omnem collem excelsum,& omne lignum densum, & sacrificabant ibi sacrificia sua: dederuntque ibi iram oblationis suæ:& posuerunt ibi odorem suauitatis suæ,& libauerunt ibi libamina sua.*

29 *Et dixi ad eos: Quid est excelsum ad quod vos ingredimini & vocatum est nomen eius Bamah?* vsque ad diem hanc.* *Excelsum.

Pro-

Transl. ex Septuag.

9 Et feci, vt nomen meum omnino non violaretur coram gentibus, quarum ipsi sunt in medio earum in quibus cognitus eram ad eos coram illis,

10 Vt educerem eos de terra Ægypti. Et adduxi eos in desertum,

11 Et dedi eis præcepta mea, & iustificationes meas notas feci eis, quæ faciet ea homo, & viuet in illis.

12 Et sabbata mea dedi eis, vt esset in signum inter me, & eos, vt scirent ipsi, quia ego Dominus sanctificans eos.

13 Et dixi ad domum Israel in deserto: In præceptis meis ambulate. Et non ambulauerunt, & iustificationes meas repulerunt, quas faciet eas homo, & viuet in eis: & sabbata mea violauerunt vehementer. Et dixi, vt effunderem furorem meum super eos in deserto, vt consumerem eos.

14 Et feci, vt nomen meũ omnino non violaretur coram gentibus, de quib. eduxi eos ante oculos earum.

15 Et ego leuaui manum meam super eos in deserto omnino, vt non introducerem eos in terram, quam dedi eis, terram fluentem lacte, & melle, fauus est vltra omnem terram:

16 Eo quòd iustificationes meas repulerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt in eis, & sabbata mea violauerunt, & post cogitationes cordis sui ambulauerunt.

17 Et pepercit oculus meus super eos, delere eos, & non feci eos in consumptionem in deserto.

18 Et dixi ad filios eorum in deserto, In legitimis patrum vestrorum nolite incedere, & iustificationes eorum non custodiatis, & in adinuentionibus eorum ne commisceamini, & ne polluamini:

19 Ego Dominus Deus vester. In præceptis meis ambulate, & iustificationes meas custodite, & facite eas:

20 Et sabbata mea sanctificate: & sit signum inter me & vos ad sciendum: quia ego Dominus Deus vester.

21 Et exacerbauerunt me, & filij eorum in præceptis meis non ambularunt, & iustificationes meas non custodierunt ad faciendum eas, quas faciet homo, & viuet in eis: & sabbata mea violauerunt. Et dixi effundere furorem meum super eos in deserto, complere iram meam super eos.

22 Et feci, vt nomen meum omnino non violaretur coram gentibus; & eduxi eos ante oculos earum.

23 Leuaui manum meam super eos in deserto, vt dispergerem illos in nationibus, disseminarem eos in regionibus,

24 Eo quòd iustificationes meas non fecerant, & præcepta mea repulerant, & sabbata mea violauerant, & post cogitationes patrũ suorum fecerãt oculi ipsorũ.

25 Et ego dedi eis præcepta non bona, & iustificationes, in quibus non viuent in eis.

26 Et polluam eos in dogmatibus eorum, in transducendo me omne adaperiens vuluam, vt delerem eos.

27 Idcirco loquere ad domum Israel fili hominis, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Vsque ad hoc ad iracundiam prouocauerunt me patres vestri in delictis suis, in quibus corruerunt in me:

28 Et introduxi eos in terram, super quam leuaui manum meam, vt darem eam illis. Videruntq; omnem collem excelsum, & omne lignum nemorosum & immolauerunt ibi Dijs suis, & posuerunt ibi odorem fragrantiæ, & libauerunt ibi libamina sua.

29 Et dixi ad eos: Quid est Abama, quia vos intratis illuc? Et vocauerunt nomen eius Abama vsque in hodiernum diem.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

9 *At feci propter nomen meum, ne pollueretur in oculis Gentium in quarum medio erant, in quarum oculis innotui eis vt educerem illos è terra Misraim.*

10 *Eduxi ergo eos è terra Misraim, & adduxi eos in desertum.*

11 *Et dedi eis præcepta mea, & iudicia mea indicaui eis: quæ si fecerit homo, viuet propter ea.*

12 *Et insuper sabbatha mea dedi eis, vt essent in signum inter me & eos, vt sciren: quòd sum Iehouah qui sanctifico eos.*

13 *Rebellauerunt autem contra me domus Israel in deserto, in præceptis meis non ambulauerunt, & iudicia mea abiecerunt, quæ si fecerit homo, viuet propter ea: & sabbatha mea violauerunt vehementer, & dixi me effusurum iram meam super eos in deserto, vt consumerem eos:*

14 *At feci propter nomen meum, ne pollueretur in oculis Gentium, in quarum oculis eduxi eos.*

15 *Et etiam ego leuaui manum meam eis in deserto, me non inducturum eos in terram quam dedi, fluentem lacte & melle, quæ desiderabilis est omnibus terris:*

16 *Eò quòd iudicia mea abiecerunt & in præceptis meis non ambulauerunt, & sabbatha mea violauerunt: quia post idola sua cor eorum gradiebatur.*

17 *Pepercit tamen oculus meus eis ne interficerem eos, nec feci cum eis consummationem in deserto.*

18 *Dixi autem ad filios eorum in deserto, In præceptis Patrum vestrorum ne incedatis, & iudicia eorum ne custodiatis, & in idolis eorum ne polluatis vos.*

19 *Ego Iehouah Deus vester: in præceptis meis ambulate, & iudicia mea custodite, & facite ea.*

20 *Et sabbatha mea sanctificate, & erunt in signum inter me & vos: vt sciatis quòd sum Iehouah Deus vester.*

21 *Rebellauerunt autem contra me filij in præceptis meis non ambulauerunt, & iudicia mea non custodierunt vt facerent ea: quæ si fecerit homo, viuet propter ea: sabbatha mea polluerunt. & dixi me effusurum iram meam super eos, vt complerem iram meam in eos in deserto.*

22 *Verùm retraxi manum meam. & feci propter nomen meum ne violaretur in oculis Gentium, in quarum oculis eduxi eos.*

23 *Etiam ego leuaui manum meam eis in deserto, me dispersurum eos in Gentes, & ventilaturum eos per terras:*

24 *Eò quòd iudicia mea non fecerant, & præcepta mea abiecerant, & sabbatha mea violauerant, & post idola Patrum suorum fuerant oculi eorum.*

25 *Et etiam dedi eis præcepta non bona, & iudicia propter quæ non viuent.*

26 *Et pollui eos in muneribus suis, ita vt transire facerint* per ignem *omne primogenitum, vt desolare facerem eos: vt scirent quòd ego* sum *Iehouah.*

27 *Quamobrem loquere ad domum Israel, fili hominis, & dic ad eos, Sic dixit Dominus Iehouah, Adhuc* in *hoc probris affecerunt me Patres vestri, quum* antea *præuaricati essent in me præuaricationem:*

28 *Introduxi enim eos in terram super quam leuaui manum meam, me daturum eam illis: & viderunt omnem collem excelsum, & omnem arborem densam, & sacrificauerunt ibi sacrificia sua, dederuntq; ibi iram oblationis suæ: & posuerunt ibi odorem suauitatis suæ, libaueruntq; ibi libamina sua.*

29 *Et dixi ad eos, Quid est excelsum ad quos vos conuenitis? Et vocatum est nomen eius Excelsum, vsque ad diem hanc.*

Vulgata Editio.	Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

30 Propterea dic ad domum Israel: Hæc dicit Dominus Deus: Certe in via patrum vestrorum vos polluimini, & post offendicula eorum vos fornicamini.

Propterea dic ad domum Israel: Sic dixit Dominus Deus: Numquid more patrum vestrorum polluitis vos, post abominationes eorum fornicamini:

31 Et in oblatione donorum vestrorum, cum traducitis filios vestros per ignem, vos polluimini in omnibus idolis vestris vsque hodie: & ego respondebo vobis domus Israel? Viuo ego, dicit Dominus Deus, quia non respondebo vobis.

Et in oblatione donorum vestrorum, cum traducatis filios vestros, & filias vestras per ignem, polluitis vos in omnibus idolis vestris vsque hodie, & ego respondebo vobis domus Israel? Viuo ego dixit Dominus Deus, si respondero vobis.

32 Neque cogitatio mentis vestræ fiet, dicentium: Erimus sicut Gentes, & sicut cognationes terræ vt colamus ligna, & lapides.

Et quod ascendit super spiritum vestrum penitus non erit. Quia dicitis erimus sicut Gentes, sicut cognationes terrarum ministrando ligno, & lapidi.

33 Viuo ego, dicit Dominus Deus, quoniam in manu forti, & in brachio extento, & in furore effuso regnabo super vos.

Viuo ego dixit Dominus Deus, nisi in manu forti, & in brachio extento, & in furore effuso, regnauero super vos.

34 Et educam vos de populis: & congregabo vos de terris, in quibus dispersi estis, in manu valida, & in brachio extento, & in furore effuso regnabo super vos.

Et educam vos de populis, & congregabo vos de terris in quas dispersi estis in manu valida, & in brachio extento & in furore effuso.

35 Et adducam vos in desertum populorum, & iudicabor vobiscum ibi facie ad faciem.

Et adducam vos ad desertum populorum, & iudicabo me vobiscum ibi facie ad faciem.

36 Sicut iudicio contendi aduersum patres vestros in deserto terræ Ægypti, sic iudicabo vos, dicit Dominus Deus.

Sicut iudicaui me cum patribus vestris in deserto terræ Ægypti, sic iudicabo me vobiscum, dixit Dominus Deus.

37 Et subijciam vos sceptro meo, & inducam vos in vinculis fœderis.

Et transire faciam vos sub virga, & adducam vos in vinculo fœderis.

38 Et eligam de vobis transgressores, & impios, & de terra incolatus eorum educam eos, & in terram Israel non ingredientur: & scietis quia ego Dominus.

Et eligam ex vobis rebelles, & præuaricantes in me, è terra incolatus eorum educam eos, & ad terram Israel, non venient, & scietis quod sum Dominus.

39 Et vos domus Israel, Hæc dicit Dominus Deus: Singuli post idola vestra ambulate, & seruite eis. Quod si & in hoc non audieritis me, & nomen meum sanctum pollueritis vltra in muneribus vestris, & in idolis vestris:

Et vos domus Israel, Sic dixit Dominus: Vnusquisque post idola sua ambulate, & seruite postquam non paretis mihi, & nomen sanctum meum non polluetis adhuc in muneribus vestris, & in idolis vestris.

40 In monte sancto meo, in monte excelso Israel, ait Dominus Deus, ibi seruiet mihi omnis domus Israel, omnes, inquam, in terra, in qua placebunt mihi, & ibi quæram primitias vestras, & initium decimarum vestrarum in omnibus sanctificationibus vestris.

Quia in monte sancto meo, in monte excelso Israel, dixit Dominus Deus, ibi seruient mihi, omnis domus Israel, tota ipsa in terra, ibi volam eos, & ibi quæram oblationes vestras, & primitias munerum vestrorum in omnibus sanctificationibus vestris.

41 In odorem suauitatis suscipiam vos, cum eduxero vos de populis, & congregauero vos de terris, in quas dispersi estis, & sanctificabor in vobis in oculis nationum.

In odorem quietis volam vos, cum eduxero vos de populis, & congregauero vos de terris in quas dispersi estis, & sanctificabo me in vobis in oculis gentium.

42 Et scietis quia ego Dominus, cum induxero vos ad terram Israel, in Terram, pro qua leuaui manum meam, vt darem eam patribus vestris.

Et scietis quod sum Dominus, cum induxero vos in domum Israel, in Terram, pro qua leuaui manum meam, vt darem eam patribus vestris.

43 Et recordabimini ibi viarum vestrarum, & omnium scelerum vestrorum, quibus polluti estis in eis: & displicebitis vobis in conspectu vestro in omnibus malitijs vestris, quas fecistis.

Et recordamini ibi viarum vestrarum, & omnium operum vestrorum in quibus polluistis vos, & succisione dignos reputabitis vos, in conspectu vestro omnia mala vestra quæ fecistis.

44 Et scietis quia ego Dominus, cum benefecero vobis propter nomen meum, & non secundum vias vestras malas, neque secundum scelera vestra pessima domus Israel, ait Dominus Deus.

Et scietis quod sum Dominus, quum fecero, vobiscum propter nomen meum, non secundum vias vestras malas, & secundum opera vestra corrupta domus Israel, dixit Dominus Deus.

45 Et factus est sermo Domini ad me, dicens:

Et fuit verbum Domini ad me dicendo:

46 Fili hominis, pone faciem tuam contra viam Austri, & stilla ad Aphricum, & propheta ad saltum agri meridiani.

Fili hominis, pone faciem tuam contra viam ad Austrum, & stilla ad meridiem, & propheta ad syluam agri meridiani.

47 Et dices saltui meridiano: Audi verbum Domini: hæc dicit Dominus Deus; Ecce ego succendam in te ignem, & comburam in te omne lignum viride, & omne lignum aridum: non extinguetur flamma succensionis: & comburetur in ea omnis facies ab Austro vsque ad Aquilonem.

Et dices syluæ meridianæ audi verbum Domini: sic dixit Dominus Deus: Ecce succendo in te ignem, & consumet in te omne lignum viride, omne lignum aridum: non extinguetur flamma flammæ: & comburentur in ea omnes facies ab Austro ad Aquilonem.

48 Et videbit vniuersa caro quia ego Dominus succendi eam, nec extinguetur.

Et videbit omnis caro, quod ego Dominus succendi eam, non extinguetur.

49 Et dixi: A a a, Domine Deus: ipsi dicunt de me: Numquid non per parabolas loquitur iste?

Et dixi: Ahah, Domine Deus: ipsi dicunt mihi: Nonne parabolicè loquitur parabolas iste?

CAP. CAP.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.		Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
Propterea dic ad domum Israel: Hæc dicit Dominus: Si in iniquitatibus patrum vestrorum vos polluimini, & post abominationes vestras vos fornicamini,	30	Propterea dic ad domum Israel, Sic dixit Dominus Iehouah, Annon more Patrum vestrorum polluitis vos, & post abominationes eorum fornicamini?
Et in primitijs donorum vestrorum, in segregationibus, quibus vos polluimini in omnibus cogitationibus vestris vsque in hodiernum diem; & ego respondebo vobis domus Israel? Viuo ego, dicit Dominus, si respondebo vobis.	31	Quum enim offertis dona vestra traducendo filios vestros per ignem, polluitis vos in omnibus idolis vestris vsque hodie. & ego consultus respondebo vobis, domus Israel? viuo ego, dixit Dominus Iehouah, si consultus respondero vobis.
Et, si ascendet in spiritum vestrum hoc: & non erit, quomodo vos dicitis, erimus sicut gentes, & sicut tribus terræ, colendo ligna, & lapides.	32	Et quod ascendit super spiritum vestrum, penitus non erit: dicitis enim, Erimus sicut Gentes, sicut cognationes terrarum ministrando ligno & lapidi.
Propterea viuo ego, dicit Dominus, in manu valida, & in brachio excelso, & in furore effuso regnabo super vos.	33	Viuo ego, dixit Dominus Iehouah, nisi in manu forti, & brachio extento, & furore effuso regnauero super vos.
Et educam vos de populis, & recipiam vos de regionibus, vbi dispersi estis in eis, in manu valida, & in brachio excelso, & in furore effuso.	34	Et educam vos de populis, & congregabo vos de terris in quas dispersi estis, manu valida, & brachio extento, & furore effuso.
Et adducam vos in desertum populorum, & iudicabor vobiscum ibi facie ad faciem.	35	Et adducam vos ad desertum populorum, & iudicio contendam vobiscum ibi facie ad faciem.
Sicut iudicio contendi aduersus patres vestros in deserto terræ Ægypti: sic iudicabo vos, dicit Dominus.	36	Sicut iudicio contendi cum Patribus vestris in deserto terra Misraim, sic iudicio contendam vobiscum, dixit Dominus Iehouah.
Et transire faciam vos sub virga mea, & introducam vos in numero:	37	Et transire faciam vos sub virgam, & adducam vos in vinculum fœderis.
Et seligam è vobis impios, & rebelles: quoniam de terra incolatus eorum educam eos: & in terram Israel non ingredientur. Et scietis, quia ego Dominus Dominus.	38	Et seligam ex vobis rebelles, & praeuaricantes in me, è terra incolatus eorum educam eos, & ad terram Israel non venient: & scietis quia ego Iehouah.
Et vos domus Israel, hæc dicit Dominus Dominus: Vnusquisque adinuentiones suas auferte: & post hæc, si vos exaudieritis me, & nomen sanctum meum non pollueritis vltra in muneribus vestris, & in studijs vestris:	39	Et vos domus Israel, sic dixit Dominus Iehouah, Singuli post idola sua ambulate, & seruite, posteaquam non paretis mihi, & nomen sanctum meum ne polluatis vltrà muneribus vestris, & idolis vestris:
Quia super montem sanctum meum, super montem excelsum, ait Dominus Dominus, ibi seruient mihi omnis domus Israel in finem. Et ibi suscipiam, & ibi requiram primitias vestras, & primitias segregationum vestrarum in omnibus sanctificationibus vestris:	40	Quia in monte sancto meo, id est in monte excelso Israel, dixit Dominus Iehouah, ibi seruiet mihi tota domus Israel, vniuersa ipsa in terra: ibi volam eos, & ibi requiram oblationes vestras, & primitias munerum vestrorum in omnibus sanctificationibus vestris?
In odore suauitatis suscipiam vos: cum eduxero vos de populis, & suscepero vos de regionibus, in quas dispersi estis in eas: & sanctificabor in vobis ante oculos populorum.	41	In odore quietis volam vos, quum eduxero vos de populis, & congregauero vos de terris in quas dispersi estis: & sanctificabor in vobis in oculis Gentium.
Et scietis, quia ego Dominus, in introducendo me vos in terram Israel, in terram, in quam leuaui manum meam ad dandam eam patribus vestris.	42	Et scietis quòd ego Iehouah, quum induxero vos in terram Israel, id est in terram pro qua leuaui manum meam, me daturum eam Patribus vestris.
Et recordabimini ibi viarum vestrarum, & adinuentionum vestrarum, in quibus polluti estis in eis: & percutietis facies vestras in omnibus malitijs vestris.	43	Et recordabimini ibi viarum vestrarum, & omnium operum vestrorum quibus polluistis vos, & succisione dignos reputabitis vos in conspectu vestro propter omnia mala vestra quæ fecistis.
Et scietis, quia ego Dominus, in faciendo me vobis sic: vt nomen meum non polluatur secundum vias vestras malas, & secundum adinuentiones vestras corruptas, ait Dominus.	44	Et scietis quòd ego Iehouah, quum fecero vobiscum propter nomen meum, non secundum vias vestras malas, & secundum opera vestra corrupta, domus Israel, dixit Dominus Iehouah.
Et factus est sermo Domini ad me, dicens:	45	Et fuit verbum Iehoua ad me, dicendo,
Fili hominis obfirma faciem tuam super Thæman, & respice super Darom, & vaticinare super saltum ducem Nageb,	46	Fili hominis, pone faciem tuam contra viam Austri, & stilla ad Meridiem, atque propheta ad syluam agri Meridiani.
Et dices saltui Nageb: Audi sermonem Domini: Hæc dicit Dominus: Ecce ego succendo in te ignem, & deuorabit in te omne lignum viride, & omne lignum aridum. Non extinguetur flamma succensa: & ardebit in ea omnis facies à Subsolano vsque ad Aquilonem.	47	Et dices syluæ Meridianæ, Audi verbum Iehoua, Sic dixit Dominus Iehouah, Ecce ego succendo in te ignem, & absumet in te omnem arborem viridem, & omnem arborem aridam: non extinguetur flamma flammæ, comburenturque in ea omnes facies ab Austro ad Aquilonem.
Et cognoscet omnis caro, quia ego Dominus succendi illum: non extinguetur.	48	Et videbit omnis caro quòd ego Iehouah succendi illam, non extinguetur.
Et dixi: Nequaquam Domine Domine: ipsi dicunt ad me: Nonne parabola est, quæ dicitur hæc?	49	Et dixi, Ahah Domine Iehouah: ipsi dicunt mihi, Annon parabolicè loquitur parabolas iste?

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. XXI.

1 ET factus est sermo Domini ad me dicens:

2 Fili hominis, pone faciem tuam ad Ierusalem, & stilla ad sanctuaria, & propheta contra humum Israel:

3 Et dices terræ Israel: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te, & eijciam gladium meum de vagina sua, & occidam in te iustum, & impium.

4 Pro eo autem quòd occidi in te iustum, & impiũ idcirco egredietur gladius meus de vagina sua ad omnem carnem ab Austro vsque ad Aquilonem:

5 Vt sciat omnis caro quia ego Dominus eduxi gladium meum de vagina sua irreuocabilem.

6 Et tu fili hominis ingemisce in contritione lumborum, & in amaritudinibus ingemisce coram eis.

7 Cumque dixerint ad te: Quare tu gemis? dices: Pro auditu: quia venit, & tabescat omne cor, & dissoluentur vniuersæ manus, & infirmabitur omnis spiritus, & per cuncta genua fluent aquæ: ecce venit, & fiet, ait Dominus Deus.

8 Et factus est sermo Domini ad me, dicens:

9 Fili hominis propheta, & dices: Hæc dicit Dominus Deus, Loquere: Gladius, gladius exacutus est, & limatus.

10 Vt cædat victimas, exacutus est: vt splendeat, limatus est: qui moues sceptrum filij mei, succidisti omne lignum.

11 Et dedi eum ad leuigandum vt teneatur manu: iste exacutus est gladius, & iste limatus est vt sit in manu interficientis.

12 Clama & vlula fili hominis, quia hic factus est in populo meo, hic in cunctis ducibus Israel, qui fugerant: & gladio traditi sunt cum populo meo, idcirco plaude super fœmur.

13 Quia probatus est: & hoc, cum sceptrum subuerterit, & non erit, dicit Dominus Deus.

14 Tu ergo fili hominis propheta, & percute manu ad manum, & duplicetur gladius, ac triplicetur gladius interfectorum: hic est gladius occisionis magnæ, qui obstupescere eos facit.

15 Et corde tabescere, & multiplicat ruinas. In omnibus portis eorum dedi conturbationem gladij acuti, & limati ad fulgendum, amicti ad cædem.

16 Exacuere, vade ad dexteram, siue ad sinistram, quocumque faciei tuæ est appetitus.

17 Quin & ego plaudam manu ad manum, & implebo indignationẽ meam ego Dominus locutus sum.

18 Et factus est sermo Domini ad me, dicens:

19 Et tu fili hominis pone tibi duas vias, vt veniat gladius regis Babylonis: de terra vna egredientur ambæ: & manu capiet coniecturam, in capite viæ ciuitatis conijciet.

20 Viam pones vt veniat gladius ad Rabbath filiorũ Ammon & ad Iudam in Ierusalem munitissimã.

21 Stetit enim rex Babylonis in biuio, in capite duarum viarum, diuinationem quærens, commiscens sagittas: interrogauit idola, exta consuluit.

22 Ad dexteram eius facta est diuinatio super Ierusalem vt ponat arietes, vt aperiat os in cœde, vt eleuet vocem in vlulatu, vt ponat arietes contra portas, vt comportet aggerem, vt ædificet munitiones.

23 Eritque quasi consulens frustra oraculum in oculis eorum, & sabbatorum otium imitans: ipse autem recordabitur iniquitatis ad capiendum.

24 Idcirco hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quòd recordati estis iniquitatis vestræ, & reuelastis præuaricationes vestras, & apparuerunt peccata vestra in omnibus cogitationibus vestris: pro eo, inquam, quòd recordati estis, manu capiemini.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. XXI.

ET fuit verbum Domini ad me, dicendo:

Fili hominis pone faciem tuam ad Ierusalaim, & stilla super sanctuaria, & propheta super terram Israel.

Et dic terræ Israel: Sic dixit Dominus: Ecce venio ad te, & educam gladium meum de vagina sua, & succidere faciam ex te iustum, & impium.

Pro eo autem quòd succidere feci ex te iustum, & impium, idcirco egredietur gladius meus de vagina sua ad omnem carnem ab Austro ad Aquilonem.

Et sciet omnis caro, quod ego Dominus eduxi gladium meum de vagina sua non reuertetur vltra.

Et tu fili hominis ingemisce in contritione lumborum, & in amaritudine ingemisce in oculis eorum.

Et erit, quum dixerint ad te, propter quid tu gemis, dices, propter auditum, quia venit, & liquefiet omne cor & debilitabuntur vniuersæ manus, & angustijs afficietur omnis spiritus, & omnia genua ibunt tanquam aqua: ecce venit, & fiet dixit Dominus Deus.

Et fuit verbum Domini ad me, dicendo:

Fili hominis propheta, & dic: Sic dixit Dominus Deus, dic: Gladius, gladius exacutus est, & etiam limatus.

Vt iugulet iugulationem exacutus est: vt sit ei splendor vt fulguri limatus est: quomodo gaudebimus de hoc gladio tribum filiorum Israel abijciente, & omne lignum.

Et dedit eum ad limandum, ad tenendum manu hic exacutus est gladius, & hic limatus est ad dandum eum in manu interficientis.

Clama, & vlula filij hominis, quia iste fuit in populo meo iste in cunctis ducibus Israel, timores gladij fuerunt populo meo, idcirco percute super fœmur.

Quia ad probationem eductus est: & quid erit si etiam tribum non abiecerit, dixit Dominus Deus.

Et tu fili hominis propheta, & percute manum ad manum, & duplicetur gladius tertio, gladius interfectorum: hic est gladius occisorum magnorum qui percutiet & in cubiculis eos.

Vt liquefaciat cor, & multiplicet offendicula. In omnibus portis eorum dedi terrorem gladij, heu factus est ad fulgorem, amictus est ad iugulationem.

Solus esto in aliquo loco, pone te ad aquilonem, pone te ad sinistram, quo facies tua constituit.

Et etiam ego percutiã manum meã ad manũ meam, & requiescere faciam iram meam ego Dominus locutus sum.

Et fuit verbum Domini ad me, dicendo.

Et tu fili hominis pone tibi duas vias, vt veniat gladius regis Babel. E terra tua egrediantur ambæ, & locum elige, caput viæ ciuitatis elige.

Viam pones vt veniat gladius ad Rabbath filiorum Hammon, & ad Iehudah in Ierusalaim munita.

Stetit enim rex Babel in biuio viæ, in capite duarum viarum, ad diuinandum diuinationem, tersit sagittas: interrogauit imagines, respexit in iecore.

In dextera eius fuit diuinatio Ierusalaim vt ponat duces, vt aperiat os in cæde, vt eleuet vocem in vociferatione, vt ponat arietes contra portas, vt fundat aggerem, & ædificet munitionem.

Et erit eis cum diuinauerint frustra in oculis eorum, ac si iurassent iuramenta eis: & hoc recordari facit iniquitatis vt capiatur.

Idcirco sic dixit Dominus Deus: Pro eo quòd recordati estis iniquitatis vestræ discoopertis præuaricationibus vestris, conspectis peccatis vestris in omnibus operibus vestris pro eo quod recordati estis; manu capiemini.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

CAP. XXI.

1 ET factus est sermo Domini ad me, dicens:
2 Idcirco vaticinare fili hominis, obfirma faciẽ
tuam super Hierusalem, & aspice ad sancta eorum.
3 Et prophetabis super terram Israel, & dices ad
terram Israel: Hæc dicit Dominus.
4 Ecce ego ad te:& educã gladiũ meũ de vagina sua,&
interficiã ex te iniquũ,& iustũ, eo q exterminabo ex
te iustũ,& iniquũ:sic egrediet gladiꝰ meꝰ de vagina
sua super omnẽ carnẽ à Subsolano vsq; ad Aquilonẽ:
5 Et cognoscet omnis caro:quia ego Dominus eduxi
gladium meum de vagina sua:non reuertetur vltra.
6 Et tu fili hominis ingemisce in contritione lũborum tuorũ, & in doloribus gemes ante oculos eorũ.
7 Eritque, si dixerint ad te, quare tu gemis?& dices:
propter nuncium: quia venit, & quassabitur omne
cor,& vniuersæ manus dissoluentur, & examinabitur omnis caro, & omnis spiritus, & omnia fœmora polluentur humore. Ecce venit,ait Dominus.
8 Et factus est sermo Domini ad me,dicens:
9 Fili hominis propheta,& dices: Hæc dicit Dominus:Dic:Gladius,gladius acuere,& irascere.
10 Vt iugules: acuere, vt sis in fulgorem, paratus ad
dissolutionem: interfice, contemne, repelle omne lignum.
11 Et dedit eum paratum, vt teneat manus ipsius.
Exacutus est gladius, est paratus, vt detur ipse in
manum interficientis.
12 Clama, & vlula fili hominis:quia hic factus est in
populo meo, hic in ducibus Israel: inhabitabunt,
propter gladium fuit in populo meo. Idcirco plaude
super manum tuam:
13 Quia iustificatus est. Et quid, si etiam tribus repulsa fuerit? Non erit, dicit Dominus Dominus.
14 Et tu fili hominis propheta& plaude manu ad manũ,& duplica gladiũ:tertiꝰ gladius interfectorũ est,
gladiꝰ interfectorũ magnꝰ:Et obstupescere facies eos,
15 Vt nõ quassetur cor,& multiplicẽtur infirmi super
omnẽ portã:traditi sunt in iugulationes gladij: bene
factus est ad iugulationẽ,bene factus est ad fulgorẽ.
16 Et transi,exacuere à dextris,& à sinistris,quocunque facies tua exurrexerit.
17 Et ego autẽ plaudam manu mea ad manũ meã,&
immittã furorẽ meũ:ego Dominus loquutus sum.
18 Et factus est sermo Domini ad me,dicens:
19 Et tu fili hominis statue tibi duas vias, vt ingrediatur gladius regis Babylonis.De regione vna egredientur ambæ:& manus in principio viæ ciuitatis:
20 Super principium viæ constitues, vt ingrediatur
gladius super Rabbath filiorũ Ammon, & super Iudæam,& super Hierusalem in medio eius.
21 Stabit enim rex Babylonis super antiquam viã, in
principio duarum viarum ad diuinandum diuinationem,ad faciẽdum ebullire virgam,& interrogandum in sculptilibus,& iecur speculandum:
22 A dextris suis, facta est diuinatio super Hierusalem,ad iaciendum vallum,ad aperiendum os in clamore, ad exaltandum vocem cum vociferatione, ad
iaciendum vallum super portas eius, & iaciendum
aggerem,& ædificandas machinas iaculatrices.
23 Et ipse,quasi diuinans diuinationẽ corã eis:& ipse
rememorans iniquitatum eius ad recordandum.
24 Idcirco hæc dicit Dominus: Pro eo q in memoriã
reuocastis iniquitates vestras, cum reuelarentur impietates vestræ vt viderent peccata vestra,in omnib.
impietatibus vestris,& in adinuentionib. vestris,pro
eo,quòd in memoriam reuocastis,in istis capiemini.

Tu

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAP. XXI.

ET fuit verbum Iehoua ad me,dicendo:
Fili hominis, pone faciem tuam ad Ierusalaim, &
stilla super sanctuaria, & propheta super terram Israel.
Et dic terræ Israel: Sic dixit Iehouah, Ecce venturus
sum ad te, & educam gladium meum è vagina sua, &
excidam ex te iustum & impium.
Propterea quòd succiderim ex te iustum & impium, idcirco egredietur gladius meus de vagina sua ad omnem
carnem ab Austro ad Aquilonem.
Et sciet omnis caro quod ego Iehouah eduxi gladium
meum de vagina sua:non reuertetur vltra.
Et tu fili hominis ingemisce in contritione lumborum,
& in amaritudine ingemisce in oculis eorum.
Et erit, quum dixerint ad te, Quare tu gemis? dices,
propter rumorem:quia venit, & liquefiet omne cor, & debilitabuntur vniuersæ manus, angustiaque afficietur omnis
spiritus, & omnia genua ibunt tanquam aquæ: ecce venit, & fiet, dixit Dominus Iehouah.
Et fuit verbum Iehoua ad me,dicendo:
Fili hominis propheta, & dic: Sic dixit Iehouah: dic inquã, Gladius, gladius exacutus est, & etiam lima tersus.
Vt iugulet victimas exacutus est, vt sit ei splendor limatus est: quomodo gaudebimus de hoc gladio tribum filij mei spernente,& omne lignum?
Et tradidit eum ad tergendum, ad tenendum manu: hic
exacutus est gladius, & hic tersus est, vt tradat eum in
manum interfectoris.
Clama, & vlula filij hominis, quia iste erit in populum meum, iste in cunctos duces Israel: terrores gladij
erunt populo meo, idcirco percute fœmur.
Quoniam probatio erit: quid si etiam tribum reprobans non erit, dixit Dominus Iehouah?
Tu ergo fili hominis, propheta, & percute manum ad manũ, dupliceturque gladius tertiò, gladius interfectorũ: hic est
gladius occisorum magnorũ, qui percutiet eos in penetralib.
Vt liquefiat cor, & multiplicentur offendicula, in omnibus portis eorum dedi terrorem gladij, heu factus est ad
fulgorem, amictus est ad iugulationem.
Seorsum esto in aliquo loco, pone te ad dexteram, pone
faciem tuam ad Aquilonem, pone te ad sinistram, quò
facies tua parata est.
Et etiam ego percutiã manum meã ad manũ meam, &
requiescere faciam iram meam: ego Iehouah locutus sum.
Et fuit verbum Iehoua ad me, dicendo,
Et tu fili hominis, pone tibi duas vias, vt veniat gladius
regis Babylonis: è terra vna egrediantur ambæ, & locum
elige, in capite viæ ciuitatis elige inquam.
Viam alteram ponas vt veniat gladius ad Rabbath
filiorum Ammon, & alteram qua ad Iehudah in Ierusalaim munita.
Stetit enim rex Babel in biuio, id est in capite duarum
viarum, vt diuinet diuinationem, tersit sagittas: interrogauit imagines, inspexit iecur.
In dextera eius fuit diuinatio super Ierusalaim, vt
constitueret duces, vt aperiant os ad cædem, vt eleuent vocem in vociferatione, vt ponant arietes contra portas, vt
fundant aggerem, & ædificent munitionem.
Et erit eis quasi qui falsa diuinat in oculis eorum,
quod iurarent iuramenta eis, & id in memoriam reducit
iniquitatem vt capiatur.
Idcirco sic dixit Dominus Deus: Eò quòd in memoriam
reduxistis iniquitatem vestram: dum manifestæ sunt præuaricationes vestræ, & conspecta sunt peccata vestra in
omnibus operibus vestris, propterea inquam quod in memoriam venistis, manu capiemini.

Tu

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Tu autem profane, impie dux Israel, cuius venit dies in tempore iniquitatis præfinita:

Hæc dicit Dominus Deus: Aufer cidarim, tolle coronam: nonne hæc est, quæ humilem subleuauit, & sublimem humiliauit?

Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam, & hoc non factum est donec veniret cuius est iudicium, & tradam ei.

Et tu fili hominis propheta, & dic: Hæc dicit Dominus Deus ad filios Ammon, & ad opprobrium eorum, & dices: Mucro, mucro euagina te ad occidendum, lima te vt interficias, & fulgeas.

Cum tibi viderentur vana, & diuinarentur mendacia: vt dareris super colla vulneratorum impiorum, quorum veniet dies in tempore iniquitatis præfinita.

Reuertere ad vaginam tuam in loco, in quo creatus es, in terra natiuitatis tuæ iudicabo te.

Et effundam super te indignationem meam: in igne furoris mei sufflabo in te, daboque te in manus hominum insipientium, & fabricantium interitum.

Igni eris cibus, sanguis tuus erit in medio terræ, obliuioni traderis: quia ego Dominus locutus sum.

CAP. XXII.

ET factum est verbum Domini ad me, dicens:

Et tu Fili hominis nonne iudicas, nonne iudicas ciuitatem sanguinum?

Et ostendes ei omnes abominationes suas, & dices: Hæc dicit Dominus Deus: Ciuitas effundens sanguinem in medio sui vt veniat tempus eius: & quæ fecit idola contra semetipsam vt pollueretur.

In sanguine tuo, qui à te effusus est, deliquisti: & in idolis tuis, quæ fecisti, polluta es: & appropinquare fecisti dies tuos, & adduxisti tempus annorum tuorum: propterea dedi te opprobrium Gentibus, & irrisionem vniuersis terris.

Quæ iuxta sunt, & quæ procul à te, triumphabunt de te: sordida, nobilis, grandis interitu.

Ecce principes Israel singuli in brachio suo fuerunt in te ad effundendum sanguinem.

Patrem, & matrem contumeliis affecerunt in te, aduenam calumniati sunt in medio tui, pupillum & viduam contristauerunt apud te:

Sanctuaria mea spreuisti, & sabbata mea polluisti.

Viri detractores fuerunt in te ad effundendum sanguinem, & super montes comederunt in te, scelus operati sunt in medio tui.

Verecundiora patris discooperuerunt in te, immunditiam menstruatæ humiliauerunt in te.

* Et vnusquisque in vxorem proximi sui operatus est abominationem, & socer nurum suam polluit nefarie, frater sororem suam filiam patris sui oppressit in te.

* Ier. 5. 8.

Munera acceperunt apud te ad effundendum sanguinem: vsuram, & superabundantiam accepisti, & auare proximos tuos calumniabaris: meique oblita es, ait Dominus Deus.

Ecce complosi manus meas super auaritiam tuam, quam fecisti, & super sanguinem, qui effusus est in medio tui.

Numquid sustinebit cor tuum, aut præualebunt manus tuæ in diebus, quos ego faciam tibi? ego Dominus locutus sum, & faciam.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

25 *Et tu prophane, impie dux Israel, cuius venit dies in*
tempore iniquitatis propter quam venit finis:
26 *Sic dixit Dominus Deus: Remouebo cidarim, & tollam*
coronam: hæc quæ modo est, non erit, humilem subleuabo,
& superbum humiliabo?
27 *Subuersionem, subuersionem, subuersionem, ponam eam:*
etiam hoc non fuit ei ad coronam donec veniret is cui est
iudicium, & tradam illi eam.
28 *Et tu fili hominis propheta, & dic: Sic dixit Dominus*
Deus ad filios Hammon, & opprobrium eorum, & dic:
Mucro, mucro euaginatus ad iugulationem, limatus, vt
consumat propter fulgorem.
29 *Quando videbant tibi vanum, quando diuinabant tibi*
mendacium: vt daret te cum collo vulneratorum impiorum,
quorum veniet dies, in tempore iniquitatis propter
quam venit finis.
30 *Num redire faciam in vaginam suam? in loco in quo*
creatus es, in terra peregrinationum tuarum iudicabo te.
31 *Et effundam super te iram meam: ignem furoris mei*
sufflare faciam in te, & dabo te in manum virorum insipientium
artificum ad destructionem.
32 *Igni eris ad deuorandum, sanguis tuus erit in medio*
terræ, non memoraberis: quia ego Dominus locutus sum.

CAP. XXII.

1 *ET fuit verbum Domini ad me, dicendo:*
2 *Et tu fili hominis, nonne iudicabis ciuitatem effundentem*
sanguinem innoxium?
3 *Et scire facies eam omnes abominationes eius, & dic:*
Sic dixit Dominus Deus: Ciuitas effundens sanguinem in
medio sui, vt veniat tempus eius, & fecit idola contra se-
ipsam ad polluendum se.
4 *In sanguine tuo quem effudisti, deliquisti: & in idolis*
tuis quos fecisti, polluisti te, & appropinquare fecisti dies
tuos, & venisti vsque ad annos tuos: propterea dedi te opprobrium
in Gentibus, & irrisionem omnibus terris.
5 *Quæ prope sunt & quæ longe sunt à te, ridebunt de te,*
sordida nomine, multæ contritionis.
6 *Ecce duces Israel, vnusquisque secundum brachium*
suum fuerunt in te, vt effunderent sanguinem.
7 *Patrem & matrem spreuerunt in te, aduenæ fecerunt*
quicquid fecerunt cum oppressione in medio tui, pupillum,
& viduam oppresserunt in te.
8 *Sanctuaria mea spreuisti, & sabbata mea polluisti.*
9 *Viri fraudulenti fuerunt in te, vt effundant sanguinem*
& super montes comederunt in te, fœda fecerunt in medio tui.
10 *Turpitudinem patris reuelauerunt in te, immundam*
menstruo afflixerunt in te.
11 *Et vnusquisque cum vxore proximi sui fecit abominationem,*
& vnusquisque nurum suam polluit turpiter, &
vnusquisque sororem suam filiam patris sui afflixit in te.
12 *Munera acceperunt in te, vt effunderent sanguinem:*
vsuram & superabundantiam accepisti, & fraudabas proximos
tuos cum oppressione, & mei oblita es, dixit Dominus Deus.
13 *Et ecce, percussi manum meam super auaritiam tuam,*
quam fecisti, & super sanguinem tuum, qui fuit in medio
tui.
14 *Nunquid stabit cor tuum, num præualebunt manus tuæ*
in diebus, quos facio tecum? ego Dominus locutus sum, &
faciam.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

25 Et tu prophane, inique, Dux Israel, cuius venit dies, in tempore iniquitatis, finis:

26 Hæc dicit Dominus: Abstulisti cidarim, & imposuisti coronam: et non erit talis. Humiliasti excelsum: & sublevasti humile.

27 Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam. Væ ei, talis erit, donec veniat, cui debetur, & tradam ei.

28 Et tu fili hominis propheta, & dices: Hęc dicit Dominus ad filios Ammō, & ad opprobrium eorum; Et dices: Gladius, gladius eductus ad iugulationes, & eductus ad consummationem, exurge, vt splendeas,

29 In visione tua vana, & in diuinatione te falsa, vt dareris super colla vulneratorum iniquorum: venit dies in tempore iniquitatis, finis.

30 Reuertere, ne maneas: in loco, in quo genitus es, in terra propria tua iudicabo te:

31 Et effundam super te iram meam: in igne iræ meæ sufflabo in te: & tradam te in manus virorum barbarorum fabricantium corruptiones.

32 In igni eris cibus: sanguis tuus erit in medio terrę tuæ. Nō erit tui memoria: qa ego Dn̄s locutus sum.

C A P. XXII.

1 ET factum est verbum Domini ad me, dicens:

2 Et tu fili hominis, si iudicas ciuitatem sanguinum.

3 Et ostendes ei omnes iniquitates suas, & dices: Hæc dicit Dominus Dominus: O ciuitas effundens sanguinem in medio sui, vt veniat tempus eius: & faciens cogitationes contra semetipsam, vt pollueretur.

4 In sanguinibus eorum, quos effudisti, deliquisti: & in cogitationibus tuis, quas faciebas, polluta es: & appropinquare fecisti dies tuos, & adduxisti tempus annorum tuorum: propterea dedi te in opprobrium gentibus, & in irrisionem omnibus regionibus,

5 Quæ sunt iuxta te, & quę procul absunt à te: & illadet in te, immūda, nominata, & multa in iniquitatib.

6 Ecce duces domus Israel, vnusquisq; ad cognatos suos, miscuerunt se in te, vt effundant sanguinem.

7 Patrem, & matrem maledicebant in te: aduersus aduenam conuersabantur in iniquitatibus in te pupillum, & viduam opprimebant:

8 Et sancta mea spernebant, & sabbata mea polluebant in te.

9 Viri latrones in te, vt effunderent in te sanguinem: & super montes comedebant in te: scelerata faciebant in medio tui.

10 Verecundiā patris discooperuerunt in te, & in immunditijs menstruis desidentem humiliabant in te:

11 Vnusquisque in vxorem proximi sui inique agebant: & vnusquisque nurum suam polluit in impietate: & vnusquisque sororem suam filiam patris sui humiliabant in te.

12 Munera accipiebant in te, vt effunderent sanguinem: vsuram, & superabundantiam accipiebant in te: & consummasti consummatiōné malitię tuæ, quę in oppressione: mei autem oblita es, ait Dominus.

13 Si autem inducam manum meam super ijs, quæ consummasti, quæ fecisti, & super sanguinibus tuis, qui facti sunt in medio tui:

14 Si subsistet cor tuum? si præualebunt manus tuæ in diebus, quos ego facio in te? Ego Dominus loquutus sum, & faciam.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

25 *Tu autem prophane, impie dux Israel, cuius venit dies tempore iniquitatis* propter quam venit *finis.*

26 *Sic dixit Dominus Iehouah, Auferam cidarim, & tollam coronam: hæc* quæ modo est, *non erit ista, humilem sublevabo, & superbum humiliabo.*

27 *Subuersionem, subuersionem, subuersionem, ponam eam: hoc quoque non fuit, donec veniret is cuius* erat *iudicium, traderem* illud in manus *eius.*

28 *Et tu fili hominis propheta, & dic, Sic dixit Dominus Iehouah ad filios Ammon, & opprobrium eorum: dic inquam, Gladius, gladius euaginatus est, ad iugulationem politus, vt consumat propter fulgorem.*

29 *Interim dum vident tibi vanum, dum diuinant tibi mendacium vt dent te* gladio *cum collo interfectorum impiorum, quorum venit dies in tempore iniquitatis* propter quam venit *finis.*

30 Nunquid *reducam* gladium *in vaginam suam? in loco in quo creatus es, in terra habitationum tuarum iudicabo te:*

31 *Et effundam super te iram meam: ignem furoris mei sufflare faciam in te, tradamq; te in manum virorum insipientium, artificum destructionis.*

32 *Igni eris ad deuorandū, sanguis tuus erit in medio terræ, non venies in memoriam, quia ego Iehouah loquutus sum.*

C A P. XXII.

1 *ET fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,*

2 *Et tu fili hominis, indicabisne? indicabisne ciuitatem effundentem sanguinem innoxium, & indicabis ei abominationes eius?*

3 *Et dic, Sic dixit Dominus Iehouah, Vrbs quæ effundit sanguinem in medio sui, vt veniat tempus eius: &* quæ *fecit idola contra seipsam vt pollueret se.*

4 *In sanguine tuo quem effudisti, deliquisti: & idolis tuis quæ fecisti, polluisti te, & appropinquare fecisti dies tuos, & venisti vsque ad annos tuos: propterea dedi te opprobrium Gentibus, & irrisionem omnibus terris.*

5 *Quæ prope sunt, & quæ longe sunt à te, ridebunt te, fornicaam nomine, multæ contritionis.*

6 *Ecce duces Israel, singuli secundum brachium suum fuerunt in te, vt effunderent sanguinem.*

7 *Patrem & matrem spreuerunt in te, peregrino fecerunt cum oppressione in medio tui, pupillum & viduam oppresserunt in te.*

8 *Sancta mea spreuisti, & sabbatha mea polluisti.*

9 *Viri fraudulenti fuerunt in te vt effunderent sanguinem & super montes comederunt in te, fœda fecerunt in medio tui.*

10 *Turpitudinem patris reuelauerunt in te, immundam menstruo afflixerunt in te.*

11 *Et vnusquisque cum vxore proximi sui fecit abominationem, & vnusquisque nurum suam polluit turpiter, & vnusquisque sororem suam filiam patris sui afflixit in te.*

12 *Munera acceperunt in te vt effunderent sanguinem, vsuram & superabundantiam accepisti, fraudastiq; proximos tuos per oppressionem: & mei oblita es, dixit Dominus Iehouah.*

13 *Et ecce, percussi manum meam super auaritiam tuam quam fecisti: & propter sanguinem tuum, qui fuit in medio tui.*

14 *Nunquid consistet cor tuum? num fortificabunt manus tuæ in diebus quos facio tecum? ego Iehouah loquutus sum, & faciam.*

Vulgat. Editio.

15 Et dispergam te in nationes, & ventilabo te in
terras,& deficere faciam immunditiam tuam à te.

16 Et possidebo te in conspectu Gentium:& scies quia
ego Dominus.
17 Et factum est verbum Domini ad me,dicens:
18 Fili hominis, versa est mihi domus Israel in scoriam:omnes isti æs,& stannum,& ferrum,& plumbum in medio fornacis scoria argenti facti sunt.
19 Propterea hæc dicit Dominus Deus: Eo quòd
versi estis omnes in scoriam,propterea ecce ego congregabo vos in medio Ierusalem.
20 Congregatione argenti, & æris,& stanni, & ferri,
& plumbi in medio fornacis: vt succendam in ea
ignem ad conflandum, sic congregabo in furore
meo,& in ira mea,& requiescam:& conflabo vos.

21 Et congregabo vos, & succendam vos in igne furoris mei,& conflabimini in medio eius.
22 Vt conflatur argentum in medio fornacis,sic eritis in medio eius:& scietis quia ego Dominus, cum
effuderim indignationem meam super vos.
23 Et factum est verbum Domini ad me,dicens:
24 Fili hominis,dic ei:Tu es terra immunda, & non
compluta in die furoris.
25 Coniuratio prophetarum in medio eius. sicut leo
rugiens,rapiensque prædam, animas deuorauerunt,
opes & pretium acceperunt, viduas eius multiplicauerunt in medio illius.
26 Sacerdotes eius contempserunt legem meam : &
polluerunt sanctuaria mea: inter sanctum & profanum non habuerunt distantiam : & inter pollutum
& mundum non intellexerunt : & à sabbatis meis
auerterunt oculos suos, & coinquinabar in medio
eorum.
27 Principes eius in medio illius,quasi lupi rapientes
prædam ad effundendum sanguinem, & ad perdendas animas,& auare ad sectanda lucra.

*Mich. 3.11. Soph. 3. 3.

28 Prophetæ autem eius liniebant eos absque temperamento,videntes vana,& diuinantes eis mendacium, dicentes: Hæc dicit Dominus Deus,cum Dominus non sit locutus.
29 Populi terræ calumniabantur calumniam; & rapiebant violenter:egenum, & pauperem affligebant,
& aduenam opprimebant calumnia absque iudicio.

30 Et quæsiui de eis virum, qui interponeret sepem,
& staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam:& non inueni.
31 Et effudi super eos indignationem meam,in igne
iræ meę consumpsi eos:viam eorum in caput eorum
reddidi,ait Dominus Deus.

CAP. XXIII.

1 ET factus est sermo Domini ad me,dicens:
2 Fili hominis,duæ mulieres filiæ matris vnius
fuerunt.
3 Et fornicatæ sunt in Ægypto, in adolescentia sua
fornicatæ sunt:ibi subacta sunt vbera earum,& fractæ sunt mammæ pubertatis earum.
4 Nomina autem earum Ooliba soror eius minor:
& habui eas.& pepererunt filios,& filias. Porro earum nomina Samaria Oolla,& Ierusalem Ooliba.

5 Fornicata est igitur super me Oolla, & insaniuit
in amatores suos,in Assyrios propinquantes.
6 Vestitos hyacintho,principes, & magistratus, iuuenes cupidinis,vniuersos equites,ascensores equorum.

Transl.ex Heb. Sanct.Pagn.

*Et dispergere faciam te in gentes, & ventilabo te in
terras,& deficere faciam immunditiam tuam à te.*

*Et eris capiens hereditatem in te,in oculis Gentium,&
scies quod sum Dominus.*
Et fuit verbum Domini ad me dicendo.
Fili hominis fuerunt mihi domus Israel vt scoria: omnes isti vt æs,& stannum,& ferrum,& plumbum in medio fornacis,vt scoriæ argenti fuerunt.
*Propterea sic dixit Dominus Deus : Pro eo quòd fuistis
omnes vos vt scoria, propterea ecce congrego vos in medium Ierusalaim.*
*Congregatione argenti,& æris,& ferri,& plumbi, &
stanni ad medium fornacis:ad sufflandum in ea ignem, ad
fundendum,sic congregabo in furore meo, & ira mea, &
requiescere faciam,& fundere faciam vos.*

*Et congregabo vos, & sufflabo in vobis, in igne furoris
mei,& eritis fusi in medio eius.*
*Vt funditur argentum in medio fornacis, sic fusi eritis
in medio eius, & scietis quod ego Dominus, effudi iram
meam super vos.*
Et fuit verbum Domini ad me dicendo.
*Fili hominis,dic ei: Tu terra quæ non munda es, nec
compluta in die furoris.*
*Coniuratio prophetarum eius in medio eius, sicut leo
rugiens,rapiens rapinam animam comederunt,opes & gloriam acceperunt, viduas eius multiplicauerunt in medio
eius.*
*Sacerdotes eius contempserunt legem meam, & polluerunt sanctuaria mea, inter sanctum, & prophanum non
fecerunt distinguere, & inter immundum, & mundum
non fecerunt scire : & à sabbatis meis occultauerunt oculos suos,& coinquinabar in medio eorum.*

*Principes eius in medio tanquam lupi rapientes rapinam, ad effundendum sanguinem, ad perdendum animas,
vt auare sectentur auaritiam.*
Prophetæ autem eius complanabant eos luto absque firmitate,videntes vanum,& diuinantes eis mendacium,dicentes : Sic dixit Dominus Deus, & Dominus non est locutus.
*Populum terræ opprimebant oppressione, & rapiebant
rapinam,& egenum,& pauperem populabantur,& aduenam opprimebant absque iudicio.*

*Et quæsiui ex eis virum sapientem sepem,& stantem in
fractura coram me pro terra, ne dissiparem eam, & non
inueni.*
*Et effudi super eos iram meam,in igne iræ meæ consumpsi eos: viam eorum in caput eorum dedi, dixit Dominus
Deus.*

CAP. XXIII.

*ET fuit verbum Domini ad me, dicendo,
Fili hominis, duæ mulieres filiæ matris vnius fuerunt.*
Et fornicatæ sunt in Ægypto, in adolescentia sua fornicatæ sunt ibi compressa sunt vbera earum, & ibi contuderunt mammas virginitatis earum.
*Et nomina earum Aholah maior, & Aholibah soror
eius,& fuerunt meæ, & pepererunt filios, & filias: & nomina earum Somron Aholah,& Ierusalaim Aholibah.*

*Et fornicata est Aholah sub me, & adamauit amatores
suos Assur propinquos.*
*Indutos hyacintho, duces, & principes magnos, iuuenes
desiderabiles vniuersos ipsos,equites equitantes equos.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Et tu prophane, inique, Dux Israel, cuius venit dies, in tempore iniquitatis, finis:

Hæc dicit Dominus: Abstulisti cidarim, & imposuisti coronam: ei non erit talis. Humiliasti excelsum: & subleuasti humile.

Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam. Væ ei, talis erit, donec veniat, cui debetur, & tradam ei.

Et tu fili hominis propheta, & dices: Hęc dicit Dominus ad filios Ammō, & ad opprobrium eorum; Et dices: Gladius, gladius eductus ad iugulationes, & eductus ad consummationem, exurge, vt splendeas,

In visione tua vana, & in diuinatio te falsa, vt dareris super colla vulneratorum iniquorum: venit dies in tempore iniquitatis, finis.

Reuertere, ne maneas: in loco, in quo genitus es, in terra propria tua iudicabo te:

Et effundam super te iram meam: in igne iræ meæ sufflabo in te: & tradam te in manus virorum barbarorum fabricantium corruptiones.

In igni eris cibus: sanguis tuus erit in medio terrę tuæ. Nō erit tui memoria: qa ego Dn̄s locutus sum.

CAP. XXII.

ET factum est verbum Domini ad me, dicens:

Et tu fili hominis, si iudicas ciuitatem sanguinum.

Et ostendes ei omnes iniquitates suas, & dices: Hæc dicit Dominus Dominus: O ciuitas effundens sanguinem in medio sui, vt veniat tempus eius: & faciens cogitationes contra semetipsam, vt pollueretur.

In sanguinibus eorum, quos effudisti, deliquisti: & in cogitationibus tuis, quas faciebas, polluta es: & appropinquare fecisti dies tuos, & adduxisti tempus annorum tuorum: propterea dedi te in opprobrium gentibus, & in irrisionem omnibus regionibus,

Quæ sunt iuxta te, & quę procul absunt à te: & illudet in te, immūda, nominata, & multa in iniquitatib.

Ecce duces domus Israel, vnusquisq; ad cognatos suos, miscuerunt se in te, vt effundant sanguinem.

Patrem, & matrem maledicebant in te: aduersus aduenam conuersabantur in iniquitatibus in te pupillum, & viduam opprimebant:

Et sancta mea spernebant, & sabbata mea polluebant in te.

Viri latrones in te, vt effunderent in te sanguinem: & super montes comedebant in te: scelerata faciebant in medio tui.

Verecundiā patris discooperuerunt in te, & in immunditijs menstruis desidentem humiliabant in te:

Vnusquisque in vxorem proximi sui inique agebant: & vnusquisque nurum suam polluit in impietate: & vnusquisque sororem suam filiam patris sui humiliabant in te.

Munera accipiebant in te, vt effunderent sanguinem: vsuram, & superabundantiam accipiebant in te: & consummasti consummationē malitię tuæ, quę in oppressione: mei autem oblita es, ait Dominus.

Si autem inducam manum meam super ijs, quæ consummasti, quæ fecisti, & super sanguinibus tuis, qui facti sunt in medio tui;

Si subsistet cor tuum? si præualebunt manus tuæ in diebus, quos ego facio in te? Ego Dominus loquutus sum, & faciam.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

25 *Tu autem prophane, impie dux Israel, cuius venit dies*
tempore iniquitatis propter quam venit *finis.*
26 *Sic dixit Dominus Iehouah, Auferam cidarim, & tol-*
lam coronam: hæc quæ modo est, *non* erit *ista, humilem*
subleuabo, & superbum humiliabo.
27 *Subuersionem, subuersionem, subuersionem, ponam eam:*
hoc quoque non fuit, donec veniret is cuius erat *iudicium,*
traderem illud in manus *eius.*
28 *Et tu fili hominis, propheta, & dic, Sic dixit Dominus*
Iehouah ad filios Ammon, & opprobrium eorum: dic in-
quam, Gladius, gladius euaginatus est, ad iugulationem
politus, vt consumat propter fulgorem.
29 *Interim dum vident tibi vanum, dum diuinant tibi*
mendacium vt dent te gladio *cum collo interfectorum*
impiorum, quorum venit dies in tempore iniquitatis pro-
pter quam venit *finis.*
30 Nunquid *reducam* gladium *in vaginam suam? in*
loco in quo creatus es, in terra habitationum tuarum iu-
dicabo te:
31 *Et effundam super te iram meam: ignem furoris mei*
sufflare faciam in te, tradamq́; te in manum virorum in-
sipientium, artificum destructionis.
32 *Igni eris ad deuorandū, sanguis tuus erit in medio terræ,*
non venies in memoriam, quia ego Iehouah loquutus sum.

CAP. XXII.

1 *ET fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,*
2 *Et tu fili hominis, iudicabisne? iudicabisne ciuitatem*
effundentem sanguinem innoxium, & indicabis ei abomi-
3 *nationes eius?*
Et dic, Sic dixit Dominus Iehouah, Vrbs quæ effundit
sanguinem in medio sui, vt veniat tempus eius: & quæ *fe-*
cit idola contra seipsam vt pollueret se.
4 *In sanguine tuo quem effudisti, deliquisti: & idolis*
tuis quæ fecisti, polluisti te, & appropinquare fecisti dies
tuos, & venisti vsque ad annos tuos: propterea dedi te op-
probrium Gentibus, & irrisionem omnibus terris.
5 *Quæ prope sunt, & quæ longe sunt à te, ridebunt te,*
sordidam nomine, multæ contritionis.
6 *Ecce duces Israel, singuli secundum brachium suum*
fuerunt in te, vt effunderent sanguinem.
7 *Patrem & matrem spreuerunt in te, peregrino fecerunt*
cum oppressione in medio tui, pupillum & viduam oppres-
serunt in te.
8 *Sancta mea spreuisti, & sabbatha mea polluisti.*
9 *Viri fraudulenti fuerunt in te vt effunderent sanguinem*
& super montes comederunt in te, fœda fecerunt in me-
dio tui.
10 *Turpitudinem patris reuelauerunt in te, immundam*
menstruo afflixerunt in te.
11 *Et vnusquisque cum vxore proximi sui fecit abomina-*
tionem, & vnusquisque nurum suam polluit turpiter, &
vnusquisque sororem suam filiam patris sui afflixit in te.
12 *Munera acceperunt in te vt effunderent sanguinem,*
vsuram & superabundantiam accepisti, fraudastiq́; pro-
ximos tuos per oppressionem: & mei oblita es, dixit Domi-
nus Iehouah.
13 *Et ecce, percussi manum meam super auaritiam tuam*
quam fecisti: & propter sanguinem tuum, qui fuit in me-
dio tui.
14 *Nunquid consistet cor tuum? num fortificabunt manus*
tuæ in diebus quos facio tecum? ego Iehouah loquutus
sum, & faciam.

Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
Et dispergam te in nationes, & ventilabo te in terras, & deficere faciam immunditiam tuam à te.	15	*Et dispergere faciam te in gentes, & ventilabo te in terras, & deficere faciam immunditiam tuam à te.*
Et possidebo te in conspectu Gentium: & scies quia ego Dominus.	16	*Et eris capiens hæreditatem in te, in oculis Gentium, & scies quod sum Dominus.*
Et factum est verbum Domini ad me, dicens:	17	*Et fuit verbum Domini ad me dicendo.*
Fili hominis, versa est mihi domus Israel in scoriam: omnes isti æs, & stannum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis scoria argenti facti sunt.	18	*Fili hominis fuerunt mihi domus Israel ut scoria: omnes isti ut æs, & stannum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis, ut scoria argenti fuerunt.*
Propterea hæc dicit Dominus Deus: Eo quòd versi estis omnes in scoriam, propterea ecce ego congregabo vos in medio Ierusalem.	19	*Propterea sic dixit Dominus Deus: Pro eo quòd fuistis omnes vos ut scoriæ, propterea ecce congrego vos in medium Ierusalaim.*
Congregatione argenti, & æris, & stanni, & ferri, & plumbi in medio fornacis: ut succendam in ea ignem ad conflandum, sic congregabo in furore meo, & in ira mea, & requiescam: & conflabo vos.	20	*Congregatione argenti, & æris, & ferri, & plumbi, & stanni ad medium fornacis: ad sufflandum in ea ignem, ad fundendum, sic congregabo in furore meo, & ira mea, & requiescere faciam, & fundere faciam vos.*
Et congregabo vos, & succendam vos in igne furoris mei, & conflabimini in medio eius.	21	*Et congregabo vos, & sufflabo in vobis, in igne furoris mei, & eritis fusi in medio eius.*
Vt conflatur argentum in medio fornacis, sic eritis in medio eius: & scietis quia ego Dominus, cum effuderim indignationem meam super vos.	22	*Vt funditur argentum in medio fornacis, sic fusi eritis in medio eius, & scietis quod ego Dominus, effudi iram meam super vos.*
Et factum est verbum Domini ad me, dicens:	23	*Et fuit verbum Domini ad me dicendo.*
Fili hominis, dic ei: Tu es terra immunda, & non compluta in die furoris.	24	*Fili hominis, dic ei: Tu terra quæ non munda es, nec compluta in die furoris.*
Coniuratio prophetarum in medio eius, sicut leo rugiens, rapiensque prædam, animas deuorauerunt, opes & pretium acceperunt, viduas eius multiplicauerunt in medio illius.	25	*Coniuratio prophetarum eius in medio eius, sicut leo rugiens, rapiens rapinam animam comederunt, opes & gloriam acceperunt, viduas eius multiplicauerunt in medio eius.*
Sacerdotes eius contempserunt legem meam: & polluerunt sanctuaria mea: inter sanctum & profanum non habuerunt distantiam: & inter pollutum & mundum non intellexerunt: & à sabbatis meis auerterunt oculos suos, & coinquinabar in medio eorum.	26	*Sacerdotes eius contempserunt legem meam, & polluerunt sanctuaria mea, inter sanctum, & prophanum non fecerunt distinguere, & inter immundum, & mundum non fecerunt scire: & à sabbatis meis occultauerunt oculos suos, & coinquinabar in medio eorum.*
(*Mich. 3. 11. Soph. 3. 3.) Principes eius in medio illius, quasi lupi rapientes prædam ad effundendum sanguinem, & ad perdendas animas, & auare ad sectanda lucra.	27	*Principes eius in medio tanquam lupi rapientes rapinam, ad effundendum sanguinem, ad perdendum animas, ut auare sectentur auaritiam.*
Prophetæ autem eius liniebant eos absque temperamento, videntes vana, & diuinantes eis mendacium, dicentes: Hæc dicit Dominus Deus, cum Dominus non sit locutus.	28	*Prophetæ autem eius complanabant eos luto absque firmitate, videntes vanum, & diuinantes eis mendacium, dicentes: Sic dixit Dominus Deus, & Dominus non est locutus.*
Populi terræ calumniabantur calumniam: & rapiebant violenter: egenum, & pauperem affligebant, & aduenam opprimebant calumnia absque iudicio.	29	*Populum terræ opprimebant oppressione, & rapiebant rapinam, & egenum, & pauperem populabantur, & aduenam opprimebant absque iudicio.*
Et quæsiui de eis virum, qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam: & non inueni.	30	*Et quæsiui ex eis virum sepientem sepem, & stantem in fractura coram me pro terra, ne dissiparem eam, & non inueni.*
Et effudi super eos indignationem meam, in igne iræ meę consumpsi eos: viam eorum in caput eorum reddidi, ait Dominus Deus.	31	*Et effudi super eos iram meam, in igne iræ meæ consumpsi eos: viam eorum in caput eorum dedi, dixit Dominus Deus.*
CAP. XXIII.		***CAP. XXIII.***
ET factus est sermo Domini ad me, dicens:	1	*ET fuit verbum Domini ad me, dicendo,*
Fili hominis, duæ mulieres filiæ matris vnius fuerunt.	2	*Fili hominis, duæ mulieres filiæ matris vnius fuerunt.*
Et fornicatæ sunt in Ægypto, in adolescentia sua fornicatæ sunt: ibi subacta sunt vbera earum, & fractæ sunt mammæ pubertatis earum.	3	*Et fornicatæ sunt in Ægypto, in adolescentia sua fornicatæ sunt ibi compressa sunt vbera earum, & ibi contuderunt mammas virginitatis earum.*
Nomina autem earum Oolla maior, & Ooliba soror eius minor: & habui eas, & pepererunt filios, & filias. Porro earum nomina Samaria Oolla, & Ierusalem Ooliba.	4	*Et nomina earum Aholah maior, & Aholibah soror eius, & fuerunt mea, & pepererunt filios, & filias: & nomina earum Somron Aholah, & Ierusalaim Aholibah.*
Fornicata est igitur super me Oolla, & insaniuit in amatores suos, in Assyrios propinquantes.	5	*Et fornicata est Aholah sub me, & adamauit amatores suos Assur propinquos.*
Vestitos hyacintho, principes, & magistratus, iuuenes cupidinis, vniuersos equites, ascensores equorum.	6	*Indutos hyacintho, duces, & principes magnos, iuuenes desiderabiles vniuersos ipsos, equites equitantes equos.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Et dispergam te in gentibus, & disseminabo te in
regionibus: & deficiet immunditia tua ex te:

Et hæreditabo in te ante oculos gentium: & scie-
tis, quia ego Dominus.
Et factum est verbum Domini ad me, dicens:
Fili hominis, ecce facti sunt mihi domus Israel
admixti omnes ære, & ferro, & stanno, & plumbo: in
medio argenti admixta est.
Propterea dic: Hæc dicit Dominus, Dominus: Eo
quòd facti estis in commixtionem vnam: idcirco
ego recipiam vos in medium Hierusalem;
Sicut recipitur argentum, & æs, & ferrum, & stan-
num, & plumbum in medium fornacis ad sufflan-
dum ignem in illud, vt conflетur. Sic recipiam in
ira mea,

Et congregabo, & conflabo vos: & sufflabo in vos
in igne iræ meæ: & conflabimini in medio eius.
Sicut conflatur argentum in medio fornacis: sic
conflabimini in medio eius: & scietis quia ego Do-
minus effudi indignationem meam super vos.
Et factum est verbum Domini ad me, dicens:
Fili hominis dic ei: Tu es terra non irrigata: ne-
que pluuia facta est super te in die iræ.
Cuius duces in medio eius, sicut leones rugientes,
rapinas rapientes, deuorantes animas in potentia, &
pretia accipientes. Et viduæ tuæ multiplicatæ sunt
in medio tui.
Et sacerdotes eius contempserunt legem meam,
& polluerunt sancta mea, inter sanctum, & propha-
num non distinguebant, & inter immundum, &
mundum non distinguebant, & à sabbatis meis
cooperiebant oculos suos: & coinquinabar in medio
eorum.
Principes eius in medio illius, quasi lupi rapientes
rapinas, ad effundendum sanguinem, vt per auari-
tiam plus acquirant.
Et prophetæ eius vngentes eos, cadent, videntes
vana, diuinantes mendacia dicentes, hæc dicit Do-
minus, & Dominus non est loquutus:

Populum terræ vexantes iniustitia, & diripientes
rapinas, egenum, & pauperem per potentiam oppri-
mentes, & erga aduenam non conuersantes cum iu-
dicio.
Et quærebam de eis virum, qui conuersaretur re-
ctè, & staret ante faciem meam integrè in tempore
iræ, vt non in finem delerem eam: & non inueni.
Et effudi super eam furorem meum in igne iræ
meæ ad consummandum. Vias eorum in capita eo-
rum dedi, dicit Dominus Dominus.

CAP. XXIII.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens:
Fili hominis, duæ mulieres fuerunt filiæ ma-
tris vnius:
Et fornicatæ sunt in Ægypto in adolescentia sua:
ibi ceciderunt vbera earum; & ibi deuirginatæ sunt.

Et nomina earum fuerunt, Oola senior, & Ooliba
soror eius. Et factæ sunt mihi, & pepererunt filios, &
filias. Et nomina earum, Samaria fuit Oola, & Hie-
rusalem fuit Ooliba.
Et fornicata est Oola à me, & adhæsit super ama-
tores suos, super Assyrios, qui appropinquabant ei,
Indutos hyacinthinis, principes, & duces: iuuenes,
& electi, omnes equites equitantes super equos.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

15 *Et dispergam te in Gentes, & ventilabo te in terras, &*
deficere faciam immunditiam tuam à te.

16 *Et capies hæreditatem in te in oculis Gentium: & scies*
quòd ego Iehouah.
17 *Et fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,*
18 *Fili hominis, fuerunt mihi domus Israel in scoriam:*
omnes sunt vt *æs, & stannum, & ferrum, & plumbum*
in medio fornacis, vt *scoriæ argenti, fuerunt.*
19 *Propterea sic dixit Dominus Iehouah, Quia facti estis*
omnes vos vt scoriæ, idcirco ecce ego congrego vos in me-
dium Ierusalaim.
20 *Congregatione argenti, & æris, & ferri, & plumbi, &*
stanni ad medium fornacis, vt sufflent in ea ignem ad
conflandum: sic congregabo in furore meo & ira mea, &
requiescere faciam, & fundam vos.

21 *Congregabo inquam vos, & sufflabo super vos in igne*
furoris mei, & fundemini in medio eius.
22 *Vt funditur argentum in medio fornacis, sic fusi eritis*
in medio eius: & scietis quod ego Iehouah effuderim iram
meam super vos.
23 *Rursum fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,*
24 *Fili hominis, dic ad eam, Tu terra es non munda, nec*
compluta in die furoris.
25 *Coniuratio prophetarum eius in medio eius: sicut leo*
rugiens, rapiens rapinam, animam comederunt, opes &
gloriam acceperunt, viduas eius multiplicauerunt in me-
dio eius.
26 *Sacerdotes eius surripuerunt Legem meam, & pollue-*
runt sancta mea: inter sanctum & prophanum non po-
suerunt discrimen, & inter immundum & mundum non
indicauerunt: & à sabbatis meis absconderunt oculos suos,
& coinquinabar in medio eorum.

27 *Principes eius in medio tanquam lupi rapientes rapi-*
nam effundendum sanguinem, ad perdendum animas, vt
auare sectentur auaritiam.
28 *Prophetæ autem eius complanabant eos luto infirmo, vi-*
dentes vanum, & diuinantes eis mendacium, dicentes, Sic
dixit Dominus Iehouah: & Iehouah non erat loquutus.

29 *Populum terræ opprimebant oppressione, & rapiebant*
rapinam, & pauperem & egenum opprimebant, aduenam
item opprimebant absque iudicio.

30 *Et quæsiui ex eis virum qui sepiret sepem, & stantem in*
fractura coram me pro terra, ne dissiparem eam: & non
inueni.
31 *Propterea effudi super eos iram meam, igne iræ meæ*
consumpsi eos: viam eorum in caput eorum dedi, dixit Do-
minus Iehouah.

CAP. XXIII.

1 *ET fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,*
2 *Fili hominis, duæ mulieres filiæ matris vnius fue-*
runt.
3 *Fornicatæ autem sunt in Misraim, in adolescentia sua*
fornicatæ sunt: ibi compressa sunt vbera earum; & ibi
contuderunt mammas, virginitatis ipsarum.
4 *Porrò nomina earum, Aholah maior, & Aholibah soror*
eius: fuerunt autem meæ, & pepererunt filios & filias:
nomina inquam earum, Somron, Aholah: & Ierusalaim,
Aholibah.
5 *Forni[illegible] est Aholah sub me, & adamauit amatores*
suos, nempe *Assur propinquos.*
6 *Induti hyacintho, duces, & principes, iuuenes deside-*
rabiles vniuersi erant, *equites equitantes equos.*

Vulgata Editio.

7 Et dedit fornicationes suas super eos electos, filios Assyriorum vniuersos: & in omnibus, in quos insaniuit, in immunditijs eorum polluta est.

8 Insuper & fornicationes suas, quas habuerat in Ægypto, nō reliquit: nam & illi dormierunt cum ea in adolescentia eius, & illi confregerunt vbera pubertatis eius, & effuderunt fornicationem suam super eam.

9 Propterea tradidi eam in manus amatorum suorum, in manus filiorum Assur, super quorum insaniuit libidine.

10 * Ipsi discooperuerunt ignominiam eius, filios, & filias eius tulerunt, & ipsam occiderunt gladio. & factę sunt famosę mulieres, & iudicia perpetrauerunt in ea.

* Sup. 16.38.

11 Quod cum vidisset soror eius Ooliba, plus quam illa insaniuit libidine: & fornicationem suam super fornicationem sororis suæ.

12 Ad filios Assyriorum præbuit impudenter, ducibus, & magistratibus ad se venientibus indutis veste varia, equitibus qui vectabantur equis, & adolescentibus forma cunctis egregia.

13 Et vidi quod polluta esset via vna ambarum.

14 Et auxit fornicationes suas: cumque vidisset viros depictos in pariete, imagines Chaldæorum expressas coloribus;

15 Et accinctos baltheis renes, & tiaras tinctas in capitibus eorum, formam ducum omnium, similitudinem filiorum Babylonis, terræque Chaldæorum, in qua orti sunt.

16 Insaniuit super eos concupiscentia oculorum suorum, & misit nuncios ad eos in Chaldæam.

17 Cumque venissent ad eam filij Babylonis ad cubile mammarum, polluerunt eam stupris suis, & polluta est ab eis, & saturata est anima eius ab illis,

18 Denudauit quoque fornicationes suas, & discooperuit ignominiam suam: & recessit anima mea ab ea sicut recesserat anima mea à sorore eius.

19 Multiplicauit enim fornicationes suas, recordans dies adolescentiæ suæ quibus fornicata est in terra Ægypti.

20 Et insaniuit libidine super concubitum eorum, quorum carnes sunt vt carnes asinorum: & sicut fluxus equorum, fluxus eorum.

21 Et visitasti scelus adolescentiæ tuæ, quando subacta sunt in Ægypto vbera tua, & confractæ sunt mammæ pubertatis tuæ.

22 Propterea Ooliba, hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego suscitabo omnes amatores tuos contra te, de quibus satiata est anima tua: & congregabo eos aduersum te in circuitu.

23 Filios Babylonis, & vniuersos Chaldæos, nobiles, tyrannosque & principes, omnes filios Assyriorum iuuenes forma egregia, duces, & magistratus vniuersos, principes principum, & nominatos ascensores equorum:

24 Et venient super te instructi curru, & rota, multitudo populorum: lorica, & clypeo, & galea armabuntur contra te vndique: & dabo coram eis iudicium, & iudicabunt te iudicijs suis.

25 Et ponam zelum meum in te, quem exercent tecum in furore: nasum tuum, & aures tuas præcident: & quæ remanserint gladio concident: ipsi filios tuos, & filias tuas capient, & nouissimum tuum deuorabitur igni.

26 Et denudabunt te vestimentis tuis, & tollent vasa gloriæ tuæ.

27 Et requiescere faciā scelus tuū de te, & fornicationem tuam de terra Ægypti: nec leuabis oculos tuos ad eos, & Ægypti non recordaberis amplius.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

7 *Et dedit fornicationes suas cum eis, electis filiorum Assur vniuersis ipsis, & omnes quos adamauit, in cunctis idolis eorum polluit se.*

8 *Et fornicationes suas quas didicit ab Ægypto non dereliquit: nam cum ea dormierunt in adolescentia sua, & ipsi compresserunt vbera virginitatis eius, & effuderunt fornicationem suam super eam.*

9 *Propterea tradidi eam in manum amatorum suorum, in manum filiorum Assur quos adamauit.*

10 *Ipsi discooperuerunt ignominiam eius, filios eius, & filias eius tulerunt, & ipsam gladio occiderunt, & fuit nomen mulieribus, & iudicia fecerunt in ea.*

11 *Et vidit soror eius Abolibah, & corrupit se amore suo præ illa, & fornicationes suas præ fornicationibus sororis suæ.*

12 *Filios Assur adamauit duces, principes magnos, propinquos, indutos omni genere pulchrarum vestium, equites equitantes super equos, adolescentes desiderabiles vniuersos ipsos.*

13 *Et vidi quòd polluerant se eodem modo ambæ.*

14 *Et addidit super fornicationes suas, & vidit viros depictos in pariete, imagines Chasdim depictas sinopide.*

15 *Accinctos baltheo lumbos suos & tyaras tinctas in capitibus eorum aspectum habentes ducum vniuersi ipsi, similitudinem filiorum Babel hoc est Chasdim secundum morem terræ natiuitatis eorum.*

16 *Et adamauit eos ad aspectum oculorum suorum, & misit nuncios ad eos in terram Chasdim.*

17 *Et venerunt ad eam filij Babel ad cubile amorum, & polluerunt eam fornicatione sua, & polluit se cum eis, & recessit anima eius ab eis.*

18 *Et denudauit fornicationes suas, & discooperuit ignominiam suam, & recessit anima mea ab ea, sicut recesserat anima mea à sorore eius.*

19 *Et multiplicauit fornicationes suas, vt commemoret dies adolescentiæ suæ, quibus fornicata est in terra Ægypti.*

20 *Et adamauit seruos eorum, quorum membra, vt membra asinorum sunt, & vt fluxus equorum fluxus eorum.*

21 *Et recordata es fœditatis adolescentiæ tuæ quando compresserunt in Ægypto vbera tua, propter compressionem vberum tuorum.*

22 *Propterea Abolibah, sic dixit Dominus Deus: Ecce suscito amatores tuos contra te, à quibus recessit anima tua, & venire faciam eos aduersum te vndique.*

23 *Filios Babel, & omnes Chasdim præfectum, & principem, & ducem omnes filios Assur cum eis, iuuenes desiderabiles, duces, & principes, vniuersos ipsos, principes, & maiores ascensores equorum.*

24 *Et venient super te in rhedis, curribus, & rotis, & cœtu populorum scutum, & clypeum, & galeam ponent contra te vndique: & dabo coram eis iudicium, & iudicabunt te iudicijs suis.*

25 *Et dabo zelum meum contra te, & facient tecum in furorem, nasum tuum, & aures tuas remouebunt, & nouissimum tuum gladio cadet: ipsi filios tuos, & filias tuas capient, & nouissimum tuum deuorabitur igni.*

26 *Et exuere facient te vestimentis tuis, & tollent vasa gloriæ tuæ.*

27 *Et cessare faciam fœditatem tuam à te, & fornicationem tuam de terra Ægypti, & non leuabis oculos tuos ad eos, & Ægypti non recordaberis amplius.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Et dedit fornicationem suam super eos: (electi filij Assyriorum omnes) & super omnes, ad quos adhæsit, in omnibus adinuentionibus ipsis polluebatur.

Et fornicationem suam ex Ægypto non reliquit: quia cum ipsa dormiebant in adolescentia eius: & ipsi deuirginauerant eam, & effuderant fornicationem suam super eam.

Propterea tradidi eam in manus amatorum eius, in manus filiorum Assyriorum, ad quos adhæsit.

*Ipsi discooperuerunt ignominiam eius: filios & filias illius tulerũt, & ipsam in gladio occiderunt. Et facta est sermo apud mulieres: & fecerunt vltiones in ea in filias.

Et vidit soror eius Ooliba, & corrupit applicationem suam super eam, & fornicationem suam super fornicationem sororis suæ:

Super filios Assyriorum adhæsit, principes, & duces, qui prope eam, indutos preciosis, equites equitantes super equos: adolescentes electi omnes.

Et vidi, quia polluta est via vna ambarum:

Et adiecit ad fornicationem suam: & vidit viros depictos in pariete, imagine Chaldæorum, depictos in stylo.

Accinctos variegatis super lumbos suos, tincta & super capita eorum, aspectus triplex omnium, similitudo filiorum Chaldæorum terræ patriæ eius.

Et adhæsit super eos aspectu oculorum suorum: & misit nuncios ad eos in terram Chaldæorum.

Et venerunt ad eam filij Babylonis ad cubile diuertentiũ: & polluerunt eam in fornicatione eius: & polluta est in eis: & recessit anima eius ab illis.

Et reuelauit fornicationem suam, & reuelauit ignominiam suam. Et recessit anima mea ab ea; sicut recessit anima mea à sorore eius.

Et multiplicasti fornicationem tuam, recordando diei adolescentiæ suæ, in quibus fornicata es in Ægypto:

Et adhæsisti super Chaldæos, quorum velut asinorum, carnes eorum, & verenda equorum verenda eorum:

Et visitasti iniquitatem adolescentiæ tuæ, quæ faciebas in Ægypto in diuersorio tuo, vbi maximæ adolescentiæ tuæ.

Propterea Ooliba, hęc dicit Dominus: Ecce ego suscito amatores tuos super te; à quibus recessit anima tua ab eis: & adducam eos super te per circuitum.

Filios Babylonis, & omnes Chaldæos, Phacue & Sue, & Hycue, & omnes filios Assyriorum cum eis, iuuenes & electos duces, & magistratus, omnes tristatas, & nominatos equitantes in equis.

Et cuncti venient super te ab Aquilone, currus & rotæ cum multitudine populorum, clypei & peltæ: & mittet custodiã super te in circuitu. Et dabo ante faciẽ eorũ iudiciũ, & iudicabũt in iudicijs suis

Et dabo zelum meum in te: & facient tecum in ira furoris. Nasum tuum, & aures tuas auferent: & reliquos tuos in gladio deiicient. Ipsi filios tuos, & filias tuas tollent: & residuos tuos deuorabit ignis.

Et denudabunt te vestimento tuo, & tollent vasa gloriationis tuæ.

Et auertam impietates tuas à te, & fornicationem tuam de terra Ægypti, & non eleuabis oculos tuos ad eos: & Ægypti non recordaberis amplius.

Noua ex Hebr. Tralat. F. Vatabili.

7 *Dedit itaq; fornicationes suas* cum *eis, (cum electis filiorum Assur vniuersis) & in omnes quos adamauit, in cunctis idolis eorum polluit se.*

8 Sed *& fornicationes suas quas* dicit *ab Misraim, non dereliquit: nam cum ea dormierunt in adolescentia eius, & ipsi compresserunt vbera virginitatis eius, & effuderunt fornicationem suam super eam.*

9 *Propterea tradidi eam in manum amatorum suorum, in manum filiorum Aussur quos adamauit.*

10 *Ipsi discooperuerunt ignominiam eius, filios eius, & filias eius tulerunt, & ipsum gladio occiderunt, & fuit nomen mulieribus, & iudicia fecerunt in ea.*

11 *Et vidit soror eius Aholibah, & corrupit amorem suum præ illa, & fornicationes suas præ fornicationibus sororis suæ.*

12 *Filios Aussur adamauit, duces & principes, propinquos indutos omni genere* preciosarũ vestium, *equites equitantes* super *equos, adolescentes desiderabiles vniuersos ipsos.*

13 *Et vidi quod polluta esset via vna ambabus.*

14 *Addidit verò super fornicationes suas: nam vt vidit viros depictos in pariete, imagines Chausdim depictas sinopide:*

15 *Accinctos balteo lumbos suos, & tiaras tinctas in capitibus suis* habentes, *(aspectus ducum vniuersis ipsis, & similitudo filiorum Babel, Chausdim terra natiuitatis eorum.)*

16 *Adamauit eos ad aspectum oculorum suorum, misitq; nuntios ad eos in* terram *Chausdim.*

17 *Et ingressi sunt ad eam filij Babel ad cubile amorum, & polluerunt eam fornicatione sua: polluit quoque se cum eis, & recessit anima eius ab eis.*

18 *Et denudauit fornicationes suas, discooperuitq; ignominiam suam: propterea recessit anima mea ab ea, sicut recesserat anima mea à sorore eius.*

19 *Multiplicauit item fornicationes suas ita vt in memoriam reduxerit dies adolescentiæ eius quibus fornicata fuerat in terra Misraim.*

20 *Et adamauit seruos eorum quorum caro vt caro asinorum est, &* vt *fluxus equorum, fluxus eorum.*

21 *Et recordata es fœditatis adolescentiæ tuæ, quando compresserunt in Misraim vbera tua, propter* compressionem *vberum adolescentiæ tuæ.*

22 *Propterea Aholibah sic dixit Dominus Iehouah, Ecce ego suscito amatores tuos contra te, eos à quibus recessit anima tua, & venire faciam eos aduersum te vndique,*

23 *Filios Babel, & omnes Chausdim præfectos, & principes, & duces, & omnes filios Aussur cum eis: iuuenes desiderabiles, duces, & principes, vniuersi ipsi* erunt *heroes, & maiores ascensores equorum vniuersi ipsi.*

24 *Et ipsi venient super te* cum *rhedis, curribus, & rotis, & multitudine populorum; scutum & clypeum, & galeam ponent contra te vndique: daboq; coram eis iudicium, & iudicabunt te iudiciis suis.*

25 *Et dabo zelum meum contra te, & facient tecum in furore nasum tuum, & aures tuas remouebunt, & nouissimum tuum gladio cadet: ipsi filios tuos & filias tuas capient, & nouissimum tuum deuorabitur igni.*

26 *Et exuent te vestimentis tuis, & tollent vasa gloriæ tuæ.*

27 *Et cessare faciam fœditatem tuam à te, & fornicationem tuam de terra Misraim, nec attolles oculos tuos ad eos, & Misraim, non recordaberis amplius.*

Vulgat. Editio.

Quia hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego tradam te in manus eorum, quos odisti, in manus, de quibus satiata est anima tua.

Et agent tecum in odio, & tollent omnes labores tuos, & dimittent te nudam, & ignominia plenam & reuelabitur ignominia fornicationum tuarum, scelus tuum & fornicationes tuæ.

Fecerunt hæc tibi quia fornicata es post Gentes, inter quas polluta es in idolis earum.

In via sororis tuæ ambulasti, & dabo calicem eius in manu tua.

Hæc dicit Dominus Deus: Calicem sororis tuæ bibes profundum, & latum eris in derisum, & in subsannationem, quæ est capacissima,

Ebrietate & dolore repleberis: calice mœroris, & tristitiæ, calice sororis tuæ Samariæ.

Et bibes illum, & epotabis vsque ad fæces, & fragmenta eius deuorabis, & vbera tua lacerabis: quia ego locutus sum, ait Dominus Deus.

Propterea hæc dicit Dominus Deus: Quia oblita es mei, & proiecisti me post corpus tuum, tu quoque porta scelus tuum, & fornicationes tuas.

Et ait Dominus ad me, dicens: Fili hominis nunquid iudicas Oollam, & Oolibam, & annuncias eis scelera earum?

Quia adulteratæ sunt, & sanguis in manibus earum: & cum idolis suis fornicatæ sunt: insuper & filios suos, quos genuerunt mihi, obtulerunt eis ad deuorandum.

Sed & hoc fecerunt mihi: Polluerunt sanctuarium meum in die illa, & sabbata mea profanauerunt.

Cumque immolarent filios suos idolis suis, & ingrederentur sanctuarium meum in die illa vt pollueren illud: etiam hæc fecerunt in medio domus meæ.

Miserunt ad viros venientes de longe, ad quos nuncium miserant: itaque ecce venerunt: quibus te lauisti, & circumlinisti stibio oculos tuos, & ornata es mundo muliebri.

Sedisti in lecto pulcherrimo, & mensa ornata est ante te: thymiama meum, & vnguentum meum posuisti super eam.

Et vox multitudinis exultantis erat in ea: & in viris, qui de multitudine hominum adducebantur, & veniebant de deserto, posuerunt armillas in manibus eorum, & coronas speciosas in capitibus eorum:

Et dixi ei, quæ attrita est in adulteriis: Nunc fornicabitur in fornicatione sua etiam hæc.

Et ingressi sunt ad eam quasi ad mulierem meretricem: sic ingrediebantur ad Oollam, & Oolibam mulieres nefarias.

Viri ergo iusti sunt: hi iudicabunt eas iudicio adulterarum, & iudicio effundentium sanguinem: quia adulteræ sunt, & sanguis in manibus earum.

Hæc enim dicit Dominus Deus: Adduc ad eas multitudinem, & trade eas in tumultum, & in rapinam.

Et lapidentur lapidibus populorum, & confodiantur gladiis eorum: filios & filias earum interficient, & domos earum igne succendent.

Et auferam scelus de terra, & discent omnes mulieres, ne faciant secundum scelus earum.

Et dabunt scelus vestrum super vos, & peccata idolorum vestrorum portabitis: & scietis quia ego Dominus Deus.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

8 *Sic enim dixit Dominus Deus: Ecce trado te in manum eorum, quos odisti in manum eorum è quibus recessit anima tua.*

29 *Et agent tecum cum odio, & tollent omnem laborem tuum, & dimittent te nudam, & discoopertam, & reuelabitur turpitudo fornicationum tuarum, & fœditas tua, & fornicationes tuæ.*

30 *Faciam ista tibi eò quòd fornicata es post Gentes cum quibus polluisti te, in idolis earum.*

31 *In via sororis tuæ ambulasti, & dabo calicem eius in manu tua.*

32 *Sic dixit Dominus Deus: Calicem sororis tuæ bibes profundum, & latum eris vt derideant, & subsannent te gentes, magnus vt multum capiat vini.*

33 *Ebrietate, & dolore repleberis, calice solitudinis, & desolationis, calice sororis tuæ Somron.*

34 *Et bibes illum, & exhauries, & testas eius confringes, & vbera tua euelles, quia ego locutus sum dixit Dominus Deus.*

35 *Propterea sic dixit Dominus Deus: Pro eo quod oblita es mei, & proiecisti me post corpus tuum, & etiam tu porta fœditatem tuam, & fornicationes tuas.*

36 *Et dixit Dominus ad me, Fili hominis nonne iudicabis Aholah & Aholibah, & annuncia eis abominationes earum.*

37 *Quia adulteratæ sunt, & sanguis est in manibus earum, & cum idolis suis fornicatæ sunt, & etiam filios suos, quos genuerunt mihi, transire fecerunt eis ad consumendum.*

38 *Amplius hoc fecerunt mihi, polluerunt sanctuarium meum in die illa, & sabbata mea prophanauerunt.*

39 *Et cum immolarent filios suos idolis suis ingrediebantur sanctuarium meum in die illa, vt polluerent illud: ecce sic fecerunt in medio domus meæ.*

40 *Et vtique miserunt ad viros venientes à longe ad quos nuncius missus est: & ecce venerunt propter quos te lauisti, & decorasti oculos tuos stibio, & ornasti te ornamento:*

41 *Et sedisti super lectum honorabilem, & mensa parata est ante ellectum ipsum: & thymiama meum, & vnguentum meum posuisti super eam.*

42 *Et vox multitudinis pacificæ audita est in ea: & cum viris, vt multiplicarent homines adducti sunt, Sabbæi è deserto & posuerunt armillas super manus earum, & coronam gloriæ super capita earum.*

43 *Et dixi inueteratæ in adulterijs: Nunc iussu eorum egredientur à fornicationibus suis, & ipsa pariter.*

44 *Et ingressi sunt ad eam, sicut ingreditur quispiam ad mulierem meretricem, sic ingressi sunt ad Aholah, & Aholibah mulieres fœdas.*

45 *Et viri iusti iudicabunt eas iudicio adulterarum, & iudicio effundentium sanguinem, quia adulteræ sunt, & sanguis est in manibus earum.*

46 *Sic enim dixit Dominus Deus: Ascendere faciam ad eas cœtum, & dabo eas in commotionem, & rapinam:*

47 *Et lapidabunt eas lapide multitudo, & succident eas gladijs suis, filios earum, & filias earum interficient, & domos earum igni comburent.*

48 *Et cessare faciam fœditatem è terra, & erudientur omnes mulieres, & non facient secundum fœditatem vestram, quia non mutabunt cultus deorum suorum, in cultus deorum alienorum, neque colent Deos multos.*

46 *Et ponent fœditatem vestram super vos, & pœnas propter idola vestra luetis, & scietis quod sum Dominus.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

28 Quia hæc dicit Dominus Dominus: Ecce ego trado te in manus eorum, quos odio habes, à quibus recessit anima tua ab eis.

29 Et facient in te in odio, & tollent omnes labores tuos, & ærumnas tuas: & eris nuda, & ignominiæ plena: & reuelabitur ignominia fornicationis tuæ. Et impietas tua & fornicatio tua.

30 Fecerunt hæc tibi in fornicando te post Gentes, & polluta es in cogitationibus earum.

31 In via sororis tuæ ambulasti, & dabo calicem eius in manus tuas.

32 Hæc dicit Dominus: Calicem sororis tuæ bibes, profundum, & latum, & abundantem.

Ad complendam ebrietatem, & dissolutione repleberis: & calicem perditionis, calicem sororis 33 tuæ Samariæ.

Bibes illum & festiuitates, & neomenias eius auferam: quia ego locutus sum ait Dominus. 34

35 Propterea hæc dicit Dominus: Quia oblita es mei, & proiecisti me post corpus tuum, & tu accipe impietatem tuam, & fornicationem tuam.

36 Et dixit Dominus ad me, Fili hominis nonne iudicabis Oollam, & Oolibam, & annunciabis eis iniquitates earum?

37 Quia mœchabantur, & sanguis in manibus ipsarum; Secundum adinuentiones suas mœchabantur & filios suos, quos genuerant mihi, traduxerunt eis per ignita.

38 Donec & ista fecerunt mihi sancta mea polluerunt, & sabbata mea profanauerunt.

39 Et in iugulando ipsos filios suos idolis suis, & ingrediebantur in sancta mea ad prophanandum illa: & quia sic faciebant in medio domus meæ.

40 Et quia viris venientibus de longe, quibus nuncios miserant ad eos; & simul ac venissent, statim lauabaris & stibio liniebas oculos tuos, & ornabaris ornatu:

41 Et sedebas super lectum stratum, & mensa ornata ante faciẽ ipsius. Et thymiama, & oleum meum, lætabantur in eis.

42 Et vocem harmoniæ personabant, & ad viros ex multitudine hominum venientes de deserto. Et dederunt armillas super manus eorum, & coronam gloriationis super capita eorum:

43 Et dixi: Nonne in his mœchantur: & opera fornicariæ etiam ipsa fornicata est.

44 Et ingrediebantur ad eam quemadmodum ingrediuntur ad mulierem meretricem, ita ingrediebãtur ad Oollã, & Oolibã, vt facerẽt iniquitatẽ.

45 Et viri iusti hi: & vlciscentur eas vltione adulteræ, & vltione sanguinis: quia adulteræ sunt, & sanguis in manibus earum.

46 Hæc dicit Dominus Dominus: Adduc super eas multitudinem, & da in eis tumultum, & rapinam.

47 Et lapida super eas lapides turbarum, & confodito eas in gladiis eorum: Filios earum & filias earum interficient, & domos earum incendent.

48 Et auertam impietatem de terra, & discent omnes mulieres, & non facient secundum impietates earum.

46 Et dabitur impietas vestra super vos, & peccata cogitationum vestrarum accipietis: & scietis, quia ego Dominus.

Noua ex Hebr. Tralat. Fr. Vatabili.

Sic enim dixit Dominus Iehouah: Ecce ego trado te in manum eorum, *quos odisti in manum* eorum *à quibus recessit anima tua.*

Et agent tecum cum odio, & tollent omnem laborem tuum, & dimittent te nudam, & discoopertam, & reuelabitur turpitudo fornicationum tuarum, & fœditas, & fornicationes tua.

Faciam ista tibi quòd fornicata sis post Gentes, cum quibus polluisti te, in idolis earum.

In via sororis tua ambulasti, & dabo calicem eius in manu tua.

Sic dixit Dominus Iehouah: Calicem sororis tua bibes profundum, & latum, erit causa, *vt derideant, & subsannent te* gentes, *magnus* erit *vt multum capiat* vini.

Ebrietate, & dolore repleberis, calice solitudinis, & desolationis, calice sororis tua Somron.

Et bibes illum, & exhauries, & testas eius confringes, & vbera tua euelles, quia ego locutus sum dixit Dominus Iehouah.

Propterea sic dixit Dominus Iehouah. Eò quod oblita es mei, & proiecisti me post corpus tuum, & etiam tu porta fœditatem tuam, & fornicationes tuas.

Et dixit Iehouah ad me, Fili hominis nonne iudicabis Ahelah, & Ahelibah, & annuncia eis abominationes suas:

Quia adulterata sunt, & sanguis est *in manibus earum, & cum idolis suis fornicata sunt, atque etiam filios suos, quos genuerant mihi, transire fecerunt* per ignem *illis, ad consumendum.*

Amplius hec fecerunt mihi, polluerunt sanctuarium meum in die illa, & sabbata mea prophanauerunt.

Et quum immolassent filios suos idolis suis ingrediebantur sanctuarium meum in ipsa die, vt pollucrent illud: & ecce sic fecerunt in medio domus mea.

Et quantò magis quod miserunt ad viros venientes de longe, ad quos nuncius missus fuerat, *& ecce venerunt propter quos te lauisti, stibio fucasti oculos tuos, & ornasti te ornamento:*

Et sedisti super lectum honorabilem, mensaq; praparata est *ante ipsum: & thymiama meum, & vnguentum meum posuisti super eum.*

Et vox turba pacifica exaudita est *in ea: & cum viris, vt multiplicarent homines, adducti sunt Sabbai à deserto, & posuerunt armillas super manus eorum, & coronam gloria super capita eorum.*

Et dixi inueterata in *adulterijs: Nunc egredientur fornicationes eius, & ipsa.*

Et ingressi sunt ad eam, sicut ingreditur quispiam *ad mulierem meretricem, sic ingressi sunt ad Ahelah, & Ahelibah mulieres fœdas.*

Et viri iusti iudicabunt eas iudicio adulterarum, & iudicio effundentium sanguinem, quia adultera sunt, & sanguis est *in manibus earum.*

Sic enim dixit Dominus Iehouah: Ascendere faciam aduersum eas cœtum, & dabo eas in commotionem, & rapinam:

Et lapidabunt eas lapidibus multitudo, & succident eas gladijs suis filios earum, & filias earum interficient, & domos earum igni comburent.

Et cessare faciam fœditatem à terra, erudienturq; omnes mulieres, & non facient secundum fœditatem vestram.

Et ponent fœditatem vestram super vos, & peccata idolorum vestrorum portabitis, & scietis quod ego Dominus Iehouah.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. XXIV.

ET factum est verbum Domini ad me in anno nono, in mense decimo, decima mensis, dicens:

Fili hominis scribe tibi nomẽ diei huius, in qua confirmatus est rex Babylonis aduersus Ierusalem hodie.

Et dices per prouerbium ad domum irritatricem parabolam, & loqueris ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Pone ollam: pone inquam, & mitte in eam aquam:

Congere frusta eius in eam omnem partem bonam femur & armum, electa & ossibus plena.

Pinguissimum pecus assume, compone quoque strues ossium sub ea: efferbuit coctio eius, & discocta sunt ossa illius in medio eius.

Propterea hæc dicit Dominus Deus: Væ ciuitati sanguinum, ollæ, cuius rubigo in ea est, & rubigo eius non exiuit de ea: per partes & per partes suas eijce eam, non cecidit super eam sors:

*Nah. 3. 1. Hab. 2. 12.

Sanguis enim eius in medio eius est, super limpissimam petram effudit illum: non effudit illum super terram, vt possit operiri puluere.

Vt superinducerem indignationem meam, & vindicta vlciscerer: dedi sanguinem eius super petram limpidissimam ne operiretur.

Proptererea hæc dicit Dominus Deus: Væ ciuitati sanguinum, cuius ego grandem faciam pyram.

Congere ossa, quæ igne succendam: consumentur carnes & coquetur vniuersa compositio, & ossa tabescent.

Pone quoque eam super prunas vacuam, vt incalescat & liquefiat æs eius: & confletur in medio eius inquinamentũ eius, & cõsumatur rubigo eius.

Multo labore sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo eius: neq; per ignem.

Immunditia tua execrabilis: quia mundare te volui, & non es mundata à sordibus tuis: sed nec mundaberis prius, donec quiescere faciam indignationem meam in te.

Ego Dominus loquutus sum: veniet, & faciam: non transeam, nec parcam, nec placabor: iuxta vias tuas, & iuxta aduentiones tuas iudicabo te, dicit Dominus.

Et factum est verum Domini ad me, dicens:

Fili hominis, ecce ego tollo à te desiderabile oculorum tuorum in plaga, & non planges, neque plorabis, neque fluent lachrymæ tuæ.

Ingemisce tacens, mortuorũ luctum non facies: corona tua circumligata sit tibi, & calceamenta tua erunt in pedibus tuis, nec amictu ora velabis, nec cibos lugentium comedes.

Loquutus sum ergo ad populum mane, & mortua est vxor mea vespere, fecique mane sicut præceperat mihi.

Et dixit ad me populus: quare non indicas nobis, quid ista significent quæ tu facis.

Et dixi ad eos: Sermo Domini factus est ad me, dicens:

Loquere domui Israel: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego polluam sanctuarium meum, superbiam imperij vestri, & desiderabile oculorum vestrorum, & super quo pauet anima vestra: filij vestri, & filiæ vestræ, quas reliquistis gladio cadent.

Et facietis sicut feci: Ora amictu non velabitis, & cibos lugentium non comedetis.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. XXIV.

1 *ET fuit verbum Domini ad me anno nono, mense decimo, decima die eiusdem mensis, dicendo.*

2 *Fili hominis, scribe tibi nomen diei, ipsummet diem: appropinquauit Rex Babel Ierusalaim ipsomet die hoc.*

3 *Et parabolicè loquere ad domum rebellionis, & dic ad eos, Sic dixit Dominus Deus: Pone ollam, pone, & etiam funde in eam aquam.*

4 *Congere frusta eius in eam, omni frusto bono, fœmore, & humero.*

5 *Electis ossibus imple, electum pecus assume & etiam incende ossa sub ea ebullire fac bullitiones eius, etiam coquite ossa eius in medio eius.*

6 *Propterea sic dixit Dominus: Væ ciuitati sanguinum ollæ cuius spuma est mea, & spuma eius non exiuit ex ea, frustatim, frustatim educ ea, non cadat super illa sors.*

7 *Sanguis enim eius in medio eius fuit, super eminentem petram posuit eum: non effudit illum super terram ad operiendum illum puluere.*

8 *Vt ascendere faceret illam ad vlciscendum vltionem, posui sanguinem eius super eminentem petram, ne operiretur.*

9 *Propterea sic dixit Dominus Deus, Væ ciuitati sanguinum, & etiam ego grandem faciam pyram.*

10 *Multiplica ligna, succende ignem, consume carnem, & condi condimentum aromatibus & ossa comburantur.*

11 *Et statue eam super prunas eius vacuam, vt incalescat, & comburatur fundum eius: & fundetur in medio eius inquinamentum eius, consumetur spuma eius.*

12 *Mendacia faciendo laborare fecit seipsam, & non exiuit de ea multa spuma eius: igni consumetur spuma eius.*

13 *In immunditia tua es, quæ est fœditas pro eo quod iussi vt mundares te, & non mũdasti te ab immunditia tua, non mundabis te amplius, donec quiescere faciam iram meam in te.*

14 *Ego Dominus loquutus sum, venit, quod decreui & feci, non retrocedam, & non parcam, & non pœnitebit me, iuxta vias tuas, & opera tua iudicauerunt te iudice, dixit Dominus Deus.*

15 *Et fuit verbum Domini ad me, dicendo.*

16 *Fili hominis, ecce tollo à te vxorem, quæ est desiderium oculorum tuorum percussione: ne plangas, nec plores, neque veniat lachryma tua.*

17 *Acclamando tace, mortuorum luctum ne facias, tiaram tuam circumliga super te, & calciamenta tua pone in pedibus tuis, & ne operias labrum superius, & panem hominum ne comedes.*

18 *Loquutus sum ad populum mane, & mortua est vxor mea vesperi, feciq; mane sicut iussum fuit mihi.*

19 *Et dixit ad me populus, Nonne indicabis nobis quid ista portendant nobis?*

20 *Et dixi ad eos, Verbum Domini fuit ad me, dicendo.*

21 *Dic domui Israel, Sic dixit Dominus Deus, Ecce polluo sanctuarium meum, superbiam fortitudinis vestræ, desiderabile oculorum vestrorum, indulgentiam animæ vestræ: filij vestri, & filiæ vestræ, quas reliquistis gladio cadent.*

22 *Et facietis quemadmodum feci labrum superius non operietis, & panem hominum non comedetis.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

CAP. XXIV.

Et factus est sermo Domini ad me in anno nono, in mense decimo, decima mensis, dicens:

Fili hominis scribe tibi in diem ab hac die, qua obfirmatus est rex Babylonis super Hierusalem, ab hodierna die.

Et dic ad domum exasperantem parabolam, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Pone lebetem, & infunde super eum aquam:

Et mitte in eum diuisiones, omnem incisurã bonam, crus, & humerũ, carnibus separatis ab ossib.

De electis pecoribus assumpta: & incende ossa sub eis. Ferbuit, & sunt cocta ossa eius in medio illius.

Propterea hæc dicit Dominus: O ciuitas sanguinum, lebes, in quo est rubigo in eo, & rubigo non est egressa ex eo: per partes suas protulit, non cecidit super eam sors:

Quia sanguis eius in medio illius est. Super leuissimam petram posui illum: non effudi illum super terram, ad operiendum super ipsum terra.

Vt ascenderet furor ad vlciscendum vltionem, dedi sanguinem eius super leuissimam petram, vt non operiretur.

Propterea hæc dicit Dominus, Et ego magnificabo torrem,

Et multiplicabo ligna, & succendam ignem; vt tabescam carnes & imminuatur ius.

Et stet super carbones; vt exuratur & conualescat æs eius, & tabescat in medio immunditiæ suæ, & deficiat rubigo eius.

Et non exiet de ea, multa rubigo illius:

Confundetur rubigo eius, pro eo, quod contaminata es tu. Et quid erit, si non fueris emundata vltra, donec impleam furorem meum?

Ego Dominus loquutus sum, & veniet, & faciã: non differam, nec miserebor. Secundum vias tuas, & secundum cogitationes tuas iudicabo te, dicit Dominus. Propterea ego iudicabo te iuxta sanguines tuos: & iuxta cogitationes tuas iudicabo te, immunda, famosa, & nimia ad irritandum.

Et factus est sermo Domini, ad me dicens:

Fili hominis, ecce ego aufero à te desideria oculorum tuorum in præparatione non planges, nec flebis: gemitus sanguinis, renum luctus erit.

Non erunt crines tui colligati super te, & calceamenta tua in pedibus tuis: non consolaberis in labiis eorum: & panem hominum non comedes.

Et loquutus sum ad populum mane, sicut præceperat mihi, vesperi: fecique mane. Sicut præceptum est mihi.

Et dixit ad me populus: Non annuncias nobis quid sunt hæc, quæ tu facis?

Et dixit ad eos: Sermo Domini factus est ad me, dicens:

Dic ad domum Israel: Hæc dicit Dominus: Ecce ego contaminabo sancta mea, superbiam fortitudinis vestræ, desiderabilia oculorum vestrorum, & super quibus parcunt animæ vestræ. Et filij vestri, & filiæ vestræ, quos reliquistis in gladio cadent.

Et facietis sicut feci. Ab ore eorum non consolabimini, & panem virorum non comedetis.

Noua ex Hebr. Tralat. F. Vatabili.

CAP. XXIV.

1 *Et fuit verbum Iehouæ ad me anno illo nono, mense decimo, decima* die *eiusdem mensis, dicendo.*

2 *Fili hominis, describe tibi nomen huius diei, hunc ipsum diem: appropinquauit enim* Rex *Babel Ierusalaim hoc ipso die.*

3 *Et parabolicè loquere ad domum rebellionis, atque dic ad eos, Sic dixit Dominus Iehouah, pone ollam, pone in*quam, *& etiam funde in eam aquam.*

4 *Congere frusta eius in eam, omne frustum bonum, femur, & armum, electis ossibus imple.*

5 *Electum pecus assume, & etiam incende ossa sub ea: bullire fac bullitiones eius in medio eius.*

6 *Propterea sic dixit Dominus Iehouah, Væ ciuitati sanguinum ollæ cuius spuma* est *in ea, & spuma eius non exiuit ab ea frustatim, frustatim educ eam, non cadat super illam sors.*

7 *Sanguis enim eius in medio eius fuit, super eminentem petram posuit eum: non effudit illum super terram ad operiendum illum puluere.*

8 *Vt ascendere faceret iram ad vlciscendum vltionem:* ita *posui sanguinem eius super locum eminentem petræ ne operiatur.*

9 *Propterea sic dixit Dominus Iehouah, Væ ciuitati sanguinum, & etiam ego grandem faciam pyram.*

10 *Multiplicabo ligna, succendam ignem, consumam carnẽ, & condiã condimẽtum aromatib. & ossa adurẽtur.*

11 *Et statuam eam super prunas eius vacuam, vt incalescat, & comburatur fundum eius & fundetur in medio eius inquinamentum eius, consumetur spuma eius.*

12 *Mendaciis fatigarunt sese; nec exiuit de ea multa spuma eius: ideo igni* consumetur *spuma eius.*

13 *In immunditia tua* adhuc es, hoc est, *scelere: propterea quod mundaui te, & nõ mũdasti te ab immunditia tua, nõ mundabis te amplius, donec quiescere faciã irã meã in te.*

14 *Ego Iehouah loquutus sum, venit, & feci, non retrocedam, neque parcam, neque pœnitebit me, iuxta vias tuas & opera tua iudicabunt te, dixit Dominus Iehouah.*

15 *Et fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo.*

16 *Fili hominis, en ego tollo à te desiderium oculorum tuorum percussione: ne plangas* eam, *nec plores, neque veniat lachryma tua.*

17 *Ab eiulando tace, mortuorum luctum ne facias, tiaram tuam circumliga super te, & calceamenta tua pone in pedibus tuis, & ne operias labrum superius, & panem hominum ne comedas.*

18 *Loquutus sum itaq; ad populum mane, & mortua est vxor mea vesperi, feciq; mane sicut iussum fuit mihi.*

19 *Et dixit ad me populus, Annon indicabis nobis quid ista* portendant *nobis? tu enim facis* illa propter nos.

20 *Et dixit ad eos, Verbum Iehouæ fuit ad me, dicendo.*

21 *Dic domui Israel, Sic dixit Dominus Deus, Ecce polluo sanctuarium meum, superbiam fortitudinis vestræ, desiderabile oculorum vestrorum, & indulgentiam animæ vestræ: filij vestri, & filiæ vestræ, quas reliquistis gladio cadent.*

22 *Et facietis quemadmodum feci labrum superius non operietis, & panem hominum non comedetis.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Coronas habetis in capitibus vestris, & calcea-
menta in pedibus: non plangetis neque flebitis,
sed tabescetis in iniquitatibus vestris,& vnusquis-
que gemet ad fratrem suum.

Eritque Ezechiel vobis in portentum: iuxta om-
nia, quæ fecit, facietis cum venerit istud: & scietis
quia ego Dominus Deus.
Et tu fili hominis ecce in die, qua tollam ab eis
fortitudinẽ eorum,& gaudium dignitatis, & desi-
derium oculorum eorum, super quo requiescunt
animæ eorum, filios & filias eorum.

In die illa cum venerit fugiens ad te, vt annun-
ciet tibi.
In die, inquam, illa aperietur os tuum cum eo,
qui fugit: & loqueris,& non silebis vltra: erisque
eis in portentum,& scietis quia ego Dominus.

CAP. XXV.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens:
Fili hominis pone faciem tuam contra filios
Ammon,& prophetabis de eis.
Et dices filiis Ammon: Audite verbum Domi-
ni Dei. Hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quod
dixisti: Euge, euge super sanctuarium meum, quia
pollutum est:& super terram Israel, quoniam de-
solata est: & super domum Iuda, quoniam ducti
sunt in captiuitatem:

Idcirco ego tradam te filijs orientalibus in hære-
ditatem,& collocabunt caulas suas in te,& ponent
in te tentoria sua: ipsi comedent fruges tuas: & ipsi
bibent lac tuum.
Daboque Rabbath in habitaculum camelorum,
& filios Ammon in cubile pecorum: & scietis quia
ego Dominus.
Quia hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quod
plausisti manu, & percussisti pede, & gauisa es ex
toto affectu super terram Israel.
Idcirco ecce ego extendã manum meam super te,
& tradam te in direptionem Gentiũ,& interficiam
te de populis,& perdam de terris,& conteram: &
scies quia ego Dominus.
Hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quod dixe-
runt Moab,& Seir: Ecce sicut omnes gentes, domus
Iuda:
Idcirco ecce ego aperiam humerum Moab de ci-
uitatibus; de ciuitatibus inquam, eius & de finibus
eius inclitas terræ Bethiesimoth, & Beelmeon,&
Cariathaim.
Filiis orientis cum filiis Ammon,& dabo eam in
hæreditatem: vt non sit vltra memoria filiorum
Ammon in Gentibus.
Et in Moab faciam iudicia: & scient quia ego
Dominus.
Hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quod fecit
Idumæa vltionem vt se vindicaret de filijs Iuda,
peccauitque delinquens,& vindictam expetiuit de
eis:
Idcirco hæc dicit Dominus Deus: Extendam
manũ meam super Idumæam, & auferam de ea
hominem,& iumentum, & faciam eam desertam
ab Austro:& qui sunt in Dedan, gladio cadent.
Et dabo vltionem meam super Idumæam, per
manum populi mei Israel:& facient in Edom iux-
ta iram meam,& furorem meum:& scient vindi-
ctam meam, dicit Dominus Deus.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

23 *Et tiara vestra erunt super capita vestra, & calcia-*
menta vestra in pedibus vestris: non plangetis, neque fle-
bitis, & ignoscetis propter iniquitates vestras & gemetis
alter cum altero.
24
Eritq́; Iechezcheel vobis in portentum omnia quæ fecit,
facietis cum venerit istud: & scietis, quod sum Dominus
Deus.
25 *Et tu fili hominis, nonne in die qua tollam ab eis forti-*
tudinem eorum, gaudium gloria eorum, desiderium oculo-
rum eorum, & eleuationem animæ eorum, filios eorum, &
filias eorum:

26 *In die ipsa veniet euasor ad te ad auditum auris.*

27 *In die illa aperietur os tuum cum euasore, & loqueris,*
& non eris mutus vltra, & eris in portentum, & scient
quod sum Dominus.

CAP. XXV.

1 *ET fuit verbum Domini ad me, dicendo:*
2 *Fili hominis pone faciem tuam super filios Ham-*
mon, & propheta super eos.
3 *Et dic filijs Hammon: Audite verbum Domini Dei:*
Sic dixit Dominus Deus: Pro eo quod dixisti, euge super
sanctuarium meum, quia pollutum est, & super terram
Israel, quia desolata est, & super domum Iehudah, quo-
niam abierunt in captiuitatem.

4 *Idcirco ego do te filijs orientis in hereditatem, & inha-*
bitare facient habitationes suas in te, & ponent in te ha-
bitacula sua: ipsi comedent fruges tuas, & bibent lac
tuum.
5 *Et dabo Rabbath, in habitaculum camelorum, & filios*
Hammon in cubile pecorum, & scietis, quod sum Domi
nus.
6 *Quia sic dixit Dominus Deus: Pro eo quòd plausisti*
manu, & percussisti pede, & gauisa es, cum omni contem-
ptu in tuo animo super terram Israel.
7 *Idcirco ecce extendi manum meam super te, & tradam*
te in direptionem Gentibus, & succidere faciam te è popu-
lis, & perdere faciam te è terris, conterere faciam te, &
scies quod sum Dominus.
8 *Sic dixit Dominus Deus: Pro eo quod dixit Moab, &*
Sehir: Ecce sicut omnes gentes domus Iehudah.

9 *Idcirco ecce aperio latus Moab, latus ciuitatum, latus*
ciuitatum eius quæ sunt in extremo eius, desiderabiles
terras, Bethaiesimoth, Bahalmeon, & Chiriathaimah.

10 *Filios orientis vocabo, vt veniant contra filios Ham-*
mon, & dabo eam in hereditatem, vt non memorentur fi-
lij Hammon inter Gentes.
11 *Et in Moab faciam iudicia, & scient quod sum Domi-*
nus.
12 *Sic dixit Dominus Deus: Pro eo quod fecit Edom,*
quando vlta est vltionem contra domum Iehudah, & de-
liquerunt delinquendo, & vlti sunt de eis.

13 *Idcirco sic dixit Dominus Deus: Et extendam manum*
meam super Edom, & succidam ex ea homines & iumen-
ta, & ponam eam in desolationem à Teman, & Dedan in
gladio cadent.
14 *Et dabo vltionem meam in Edom per manum populi*
mei Israel, & facient in Edom iuxta furorem meum, &
iuxta iram meam, & scient vindictam meam, dixit Do-
minus Deus.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Et comæ vestræ super capita vestra,& calceamenta vestra in pedibus vestris : non plangetis nec flebitis, & consumemini in iniquitatibus vestris,& consolabimini vnusquisque fratrem suum.

Et erit Iezechiel vobis in portentum : secundum omnia,quæ fecit,facietis, Cum venerint hæc ; & cognoscetis,quoniam ego Dominus.

Et tu fili hominis, nonne in die, quando abstulero fortitudinem ab eis, elationem gloriationis eorum, desideria oculorum eorum, & elationem animæ eorum,filios eorum & filias eorum.

In die illa veniet,quis saluus factus fuerit ad te; vt annunciet tibi in auribus?

In die illa aperietur os tuum ad eum,qui euaserit loqueris,& nequaquam vltra reticebis: & eris eis in portentum,& cognoscent quoniam ego Dñs.

CAP. XXV.

ET factus est sermo Domini ad me,dicens : Fili hominis obfirma faciem tuam super filios Ammon,& propheta super eos.

Et dices filiis Ammon : Audite verbum Domini : Hæc dicit Dominus : Pro eo quod gauisi estis super sancta mea,quia polluta sunt, & super terram Israel, quia desolata est · & super domum Iuda, quia abierunt in captiuitatem:

Idcirco ecce ego trado vos filijs Cedem in hæreditatem, & habitabunt in impedimentis suis in te,& dabunt in te tentoria sua: ipsi comedent fructus tuos: & ipsi bibent vbertatem tuam.

Daboque ciuitatem Ammon in pascua camelorum,& filios Ammon in pascua ouium : & scietis quia ego Dominus.

Quia hæc dicit Dominus : Pro eo quod plausisti manu tua, & insonuisti pede tuo, & gauisa es ex anima tua super terram Israel.

Idcirco extendam manum meam super te,& dabo te in direptionem in Gentib.& exterminabo te de populis, & perdam te de terris perditione : & scies quia ego Dominus.

Hæc dicit Dominus: Pro eo quod dixit Moab, ecce nonne sicut omnes gentes, domus Israel, & Iuda:

Idcirco ecce ego dissoluo humerum Moab de ciuitatibus promontorium eius electam terram domum Bethsamuth super fontem vrbis maritimæ:

Filios Cedem super filios Ammon dedi ei in hæreditatem : vt non sit memoria filiorum Ammon.

Et in Moab faciam vltionem:& cognoscent quoniam ego Dominus.

Hæc dicit Dominus : Pro eo quod fecit Idumæa in vlciscendo ipsos vltionem de domo Iuda, memoriam retinuerunt mali,& vlti sunt vltione.

Propterea hæc dicit Dominus : Et extendam manũ meam super Idumæam, & interficiam de ea hominem,& pecus:& ponam eam desertum : & de Thæman fugientes in gladio cadent.

Et dabo vltionem meam super Idumæam in manu populi mei Israel:& facient in Idumæa iuxta iram meam,& iuxta furorem meum:& cognoscent vltionem meam,dicit Dominus.

Noua ex Heb. Tralat.Fr. Vatabili.

23 Et tiara vestra erunt super capita vestra,& calceamenta vestra in pedibus vestris : non plangetis,neque flebitis,sed tabescetis propter iniquitates vestras & gemetis alter cum altero.

24 Eritq́; Iehezkel vobis in portẽtum iuxta omnia quæ fecit, facietis:quum venerit istud:tunc scietis,quod sum Dominus Iehouah.

25 Et tu fili hominis,an non in die qua tollam ab eis fortitudinem eorum,gaudium gloriæ eorum, desiderium oculorum ipsorum,& eleuationem animæ eorum, filios eorum, & filias eorum:

26 In die inquam, ipsa veniet euasor ad te ad auditum aurium.

27 In die illa aperietur os tuum cum euasore, & loqueris, nec obmutesces vltra, & eris illis in portentum, & scient quod ego Iehouah.

CAP. XXV.

1 ET fuit verbum Iehoua ad me,dicendo :
2 Fili hominis pone faciem tuam versus filios Ammon,& propheta aduersus eos.

3 Et dic filijs Ammon : Audite verbum Domini Iehoua. Sic dixit Dominus Iehouah Propterea quod dixisti,euge super sanctuarium meũ,quia pollutum est,& super terram Israel,quia desolata est, & super domum Iehudah, quoniam abierunt in captiuitatem.

4 Idcirco ego trado te filijs orientis in hereditatem, & collocabunt palatia su[illegible]e,& ponent in te habitacula sua: ipsi comedent fruges tuas, & bibent lac tuum.

5 Daboq́; Rabbath, in habitaculum camelorum,& filios Ammon in cubile pecorum, & scietis, quod Iehouah.

6 Quia sic dixit Dominus Iehouah: eo quòd plausisti manu,& percussisti pede,& gauisus es,cum omni contemptu tuo ex animo super terram Israel.

7 Idcirco ecce ego extendi manum meam super te,& tradam te in direptionem Gentibus, & succidam te è populis,& perdam te è terris,& delebo te, & scies quod ego Iehouah.

8 Sic dixit Dominus Iehouah: Proptèrea quod dixit Moab,& Sehir : Ecce sicut omnes gentes domus Iehudah.

9 Idcirco ecce ego aperio latus Moab, ab vrbibus; ab vrbibus inquam eius quæ sunt in extremo eius, desiderabiles terras Beth-aiesimeth,Bahal-meon,& Chiriathaim.

10 Filios orientis vocabo vt veniant contra filios Ammon, & dabo eam in hereditatem,ita vt non memorentur filij Ammon inter Gentes.

11 In Moab quoque faciam iudicia,& scient quod ego Iehouah.

12 Sic dixit Dominus Iehouah: eo quod fecit Edom, quando vlta est vltionem contra domum Iehudah,& deliquerunt delinquendo,& vlti sunt sese de eis.

13 Idcirco sic dixit Dominus Iehouah : Et extendam manum meam super Edom,& succidam ex ea homines, & iumenta,ponamq́; eam in desolationem à Teman, & incolæ Dedan gladio cadent.

14 Et dabo vltionem meam in Edom per manum populi mei Israel,& facient in Edom iuxta furorem meum,& iuxta iram meam,& scient vindictam meam, dixit Dominus Iehouah.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quod fecerunt Palæsthini vindictam, & vlti se sunt toto animo, interficientes, & implentes inimicitias veteres.

Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego extendam manum meam super Palæsthinos, & interficiam interfectores, & perdam reliquias maritimæ regionis.

Faciamque in eis vltiones magnas arguẽs in furore: & scient quia ego Dominus, cum dedero vindictam meam super eos.

CAP. XXVI.

ET factum est in vndecimo anno, prima mensis, factus est sermo Domini ad me, dicens:

Fili hominis, pro eo quod dixit Tyrus de Ierusalem: Euge cõfractæ sunt portæ populorum, conuersa est ad me: implebor, deserta est.

Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego super te Tyre, & ascendere faciam ad te gentes multas, sicut ascendit mare fluctuans.

Et dissipabunt muros Tyri, & destruent turres eius: & radam puluerem eius de ea, & dabo eam in limpidissimam petram.

Siccatio sagenarum erit in medio maris, quia ego locutus sum, ait Dominus Deus: & erit in direptionem Gentibus.

Filiæ quoque eius, quæ sunt in agro, gladio interficientur: & scient quia ego Dominus.

Quia hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego adducam ad Tyrum Nabuchodonosor regem Babylonis ab Aquilone regem regum, cum equis, & curribus, & equitibus, & cœtu, populoque magno.

Filias tuas, quę sunt in agro, gladio interficiet, & circundabit te munitionibus, & comportabit aggerem in gyro: & eleuabit contra te clypeum.

Et vineas, & arietes temperabit in muros tuos, & turres tuas destruet in armatura sua.

Inundatione equorum eius operiet te puluis eorum: à sonitu equitum, & rotarum, & curruũ mouebũtur muri tui, cum ingressus fuerit portas tuas quasi per introitum vrbis dissipatæ.

Vngulis equorum suorum conculcabit omnes plateas tuas: populum tuum gladio cædet, & statuæ tuæ nobiles in terram corruent.

Vastabunt opes tuas, & diripient negociationes tuas: & destruent muros tuos, & domos tuas præclaras subuertent: & lapides tuos, & ligna tua, & puluerem tuum in medio aquarum ponent.

Et quiescere faciam multitudinem canticorum tuorum, & sonitus cithararum tuarum non audietur amplius.

Et dabo te in limpidissimam petram, siccatio sagenarum eris, nec ædificaberis vltra: quia ego locutus sum, ait Dominus Deus.

Hæc dicit Dominus Deus Tyro: Nunquid non à sonitu ruinæ tuæ, & gemitu interfectorum tuorum cum occisi fuerint, in medio tui commouebuntur insulæ.

Et descendent de sedibus suis omnes principes maris: & auferent exuuias suas, & vestimenta sua varia abijcient, & induentur stupore: in terra sedebunt, & attoniti super repentino casu tuo admirabuntur.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

15 *Sic dixit Dominus Deus: Pro eo quod fecerunt Pelistim propter vindictam, & vlti sunt vltionem, cum contemptu in animo ad vastationem inimicitijs perpetuis.*

16 *Propterea sic dixit Dominus Deus: Ecce extendo manum meam super Pelistim, & succidere faciam Charetaos, & perdere faciam residuum portus maris.*

17 *Faciamq́ in eis vltiones magnas cum increpationibus iræ: & scient quod sum Dominus, cum dedero vindictam meam in eis.*

CAP. XXVI.

1 *ET fuit vndecimo anno, vna mensis fuit verbum Domini ad me, dicendo.*

2 *Fili hominis: pro eo quod dixit Sor super Ierusalaim, euge, confracta est porta populorum, conuertit se ad me, replebo me, deserta est.*

3 *Propterea sic dixit Dominus Deus: Ecce venio contra te gentes multas sicut ascendit mare fluctibus suis.*

4 *Et dissipabunt muros Sor & destruent turres eius, & detraham puluerem eius ex ea, & ponam eam vt est summitas petra.*

5 *Extensio sagenarum erit in medio maris, quia locutus sum, dixit Dominus Deus, & erit in direptionem Gentibus.*

6 *Et habitatores villarum eius quæ sunt in agro, gladio occidentur, & scient quod sum Dominus.*

7 *Sic enim dixit Dominus Deus: Ecce adduco aduersum Sor Nebuchadnesar regem Babel ab Aquilone, regem regum, cum equis, & curribus, & equitibus, & cœtu, populoq́ multo.*

8 *Habitatores villarum tuarum, quæ sunt in agro, gladio interficiet, & ponet contra te munitionem ligneam & effundet contra te aggerem, & consurgere faciet contra te scutum.*

9 *Et balistas contra eam ponet contra muros tuos, & turres tuas destruet malleis suis.*

10 *Propter multitudinem equorum eius operiet te puluis eorum, à sonitu equitum, & rotarum, & curruum mouebuntur muri tui cum ingressus fuerit portas tuas tanquam introitus ciuitatis dissipatæ.*

11 *Vngulis equorum suorum conculcabit omnes plateas tuas, populum tuum gladio occidet, & statuæ fortitudinis tuæ in terram descendent.*

12 *Et prædabuntur opes tuas, & diripient negotiationem tuam, & destruent muros tuos & domos desiderabiles tuas destruent, & lapides tuos, & ligna tua, & puluerem tuum in medio aquarum ponent.*

13 *Et cessare faciam multitudinem canticorum tuorum, & sonitus cithararum tuarum non audietur amplius.*

14 *Et ponam te vt summitas petræ, expansio sagenarum eris, nec ædificaberis vltra, quia ego locutus sum dixit Dominus Deus.*

15 *Sic dixit Dominus Deus Sor: Nonne à sonitu ruinæ tuæ, cum clamauerit vulneratus, cum occisus fuerit occisione, in medio tui, commouebuntur insulæ.*

16 *Et descendent de solijs suis omnes principes maris, & remouebunt pallia sua, & vestimenta discoloria sua exuent, stuporibus induentur, super terram sedebunt & obstupescent ad momenta, & admirabuntur super te.*

Transl. ex Septuag.

15 Propterea hæc dicit Dominus: Pro eo quod fece-
runt alienigenæ in vltione,& ſuſcitauerunt vindi-
ctam inſultantes ex animo, vt delerent vſque ad
vnum.
16 Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego exten-
do manum meam ſuper alienigenas: & diſperdam
Cretenſes,& perdam reliquos habitantes mariti-
mam.
17 Et faciam in eis vltiones magnas:& cognoſcent,
quia ego Dominus, cum dedero vltionem meam
ſuper eos.

CAP. XXVI.

1 ET factum eſt in vndecimo anno, vna menſis,
factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:
2 Fili hominis pro eo, quod dixit Sor ſuper Hie-
ruſalem,euge confracta eſt, perijt,gentes conuerſæ
ſunt ad me,quæ fuit plena,deſerta eſt.
3 Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego ſuper te
Sor: & aſcendere faciam ſuper te gentes multas,
ſicut aſcendit mare fluctibus ſuis.
4 Et deijcient muros Sor,& deijcient turres tuas:
& ventilabo puluerem eius de ea: & dabo eam in
nitidiſſimam petram:
5 Siccatio ſagenarum erit in medio maris: quia
ego loquutus ſum,ait Dominus. Et erit in direp-
tionem Gentibus.
6 Et filiæ eius in campo gladio interficientur: &
ſcient,quia ego Dominus.
7 Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego adduco ad
te,Sor,Nabuchodonoſor regẽ Babylonis ab Aqui-
lone(rex regum eſt)cum equis & curribus,& equi-
tibus,& cœtu gentium multarum valde.
8 Hic filias tuas, quæ in campo,gladio interficiet:
& dabit ſuper te propugnaculum, & circumædifi-
cabit,& faciet ſuper te in circuitu vallum.
9 Et circũſtantiã armorũ:& lãceas ſuas cõtra te da-
bit;muros tuos,& turres tuas deijciet in gladiis ſuis.
10 A multitudine equorum eius, operiet te puluis
eorum:& à voce equitũ eius,& rotarum curruum
eius commouebuntur muri tui; ingrediente eo
portas tuas,quaſi ingrediens vrbem de campo.
11 In vngulis equorum ſuorum conculcabunt om-
nes plateas tuas:populum tuum gladio interficiet:
& ſubſtantiam fortitudinis tuæ in terrã deducet.
12 Et depredabitur potentiam tuam, & ſpoliabit
ſuſtantiam tuam,& deſtruet muros tuos:& domos
tuas deſiderabiles ſubuertet:& lapides tuos & lig-
na tua, & puluerem tuum in medium maris tui
inijciet.
13 Et ceſſare faciet multitudinem muſicorum tuo-
rum: & vox pſalteriorum tuorum non audietur
amplius.
14 Et dabo te nitidiſſimam petram:ſiccatio ſagena-
rum eris:non ædificaberis vltra: quia ego Domi-
nus loquutus ſum,ait Dominus.
15 Quia hæc dicit Dñs Dominus Sor: Nonne à voce
ruinæ tuæ,cum ingemuerint vulnerati, cum eua-
ginatus fuerit gladius,in medio tui commouebun-
tur inſulæ,
16 Et deſcendent de ſedibus ſuis omnes princi-
pes ex gentibus maris, & auferent mitras de capi-
tibus ſuis,& veſtimento ſuo vario nudabũtur?Stu-
pore ſtupebunt,in terra ſedebunt; & formidabunt
perditionem tuam;& gement ſuper te:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabili.

*Sic dixit Dominus Iehouah, Propterea quod fecerunt
Peliſthim propter vindictam, & vlti ſunt vltionem cum
contemptu in animo ad vaſtationem inimicitiis perpetuis.*

*Propterea ſic dixit Dominus Iehouah, Ecce ego exten-
do manum meam ſuper Peliſthim, & ſuccidam Chere-
thaos & perdam reſiduum littoris maris.*

*Faciamq́ in eis vltiones magnas cum increpationibus
iræ,ſcientq́ quod ego Iehouah, quum dedero vindictam
meam in eis.*

CAP. XXVI.

*ET fuit vndecimo anno, prima menſis, fuit verbum
Iehouæ ad me, dicendo,*

*Fili hominis,propterea quod dixit Sor ſuper Ieruſalaim,
Euge confracta eſt porta populorum,conuertit ſeſe ad me,
replebo me,deſerta eſt:*
*Idcirco ſic dixit Dominus Iehouah, Ecce ego contra te
Sor,aſcendereque faciam contra te gentes multas, ſicut
aſcendit mare fluctibus ſuis.*
*Et diſſipabunt muros Sor,& deſtruent turres eius, &
detraham puluerem eius ex ea,ponamque eam in ſummi-
tatem petræ.*
*Expanſio ſagenarum erit in medio maris, quia ego lo-
quutus ſum,dixit Dominus Iehouah, & erit in direptio-
nem Gentibus.*
*Et filiæ eius quæ ſunt in agro, gladio occidentur, &
ſcient quod ego Iehouah.*
*Sic enim dixit Dominus Iehouah, Ecce ego adduco ad-
uerſum Sor Nebuchadneſar Regem Babel ab Aquilone,
Regem Regum,cum equis & curribus, & equitibus, &
cœtu,populoque multo.*

*Filias tuas quæ ſunt in agro,gladio interficiet, & po-
net contra te munitionem ligneam, effundetq́ contra te
aggerem,& conſurgere faciet contra te ſcutum.*

*Et baliſtas contra eam ponet,contra muros tuos,& tur-
res tuas deſtruet malleis ſuis.*
*Præ multitudine equorum eius operiet te puluis eorum.
præ tumultu equitum,& rotarum,& curruum mouebun-
tur muri tui,quum ingreſſus fuerit per portas tuas tan-
quam per introitus ciuitatis diſſipatæ.*

*Vngulis equorum ſuorum conculcabit omnes plateas
tuas:populum tuum gladio occidet,& ſtatuæ fortitudinis
tuæ in terram deſcendent.*
*Et prædabuntur opes tuas, & diripient negotiationem
tuam, & deſtruent muros tuos, & domos deſiderabiles
tuas deſtruent,& lapides tuos, & ligna tua, & puluerem
tuum in medio aquarum ponent,*

*Et ceſſare faciam multitudinem canticorum tuorum,
& ſonitus cithararum tuarum non audietur amplius.*

*Et ponam te vt ſummitatem petræ,expanſio ſagenarum
eris, nec ædificaberis vltra, quia ego Iehouah loquutus
ſum, dixit Dominus Iehouah.*
*Sic dixit Dominus Iehouah ipſi Sor, Annon à ſonitu
ruinæ tuæ,quum vociferabitur vulneratus, & quum occi-
detur occiſione in medio tui,commouebuntur inſulæ?*

*Et deſcendent de ſoliis ſuis cuncti principes maris, &
remouebunt pallia ſua, & veſtimenta diſcoloria ſua ex-
uent,ſtuporibus induentur,ſuper terram ſedebunt, & pa-
uebunt ad ſingula momenta, & obſtupeſcent ſuper te.*

Vulgat. Editio.

17 Et assumentes super te lamentum, dicent tibi:
Quomodo peristi, quæ habitas in mari, vrbs incly-
ta, quæ fuisti fortis in mari cum habitatoribus
tuis, quos formidabant vniuersi?

18 Nũc stupebũt naues in die pauoris tui & turbabũ-
tur insulæ in mari, eo quod nulla egrediatur ex te.
19 Quia hæc dicit Dominus Deus: Cum dedero
te vrbem desolatam, sicut ciuitates, quæ non habi-
tantur & adduxero super te abyssum; & operue-
rint te aquæ multæ,
20 Et detraxero te cum his, qui descendunt in la-
cum, ad populum sempiternum, & collocauero te
in terra nouissima, sicut solitudines veteres cũ his,
qui deducuntur in lacum, vt non habiteris: porrò
cum dedero gloriam in terra viuentium.
21 In nihilũ redigam te: & non eris. & requisita non
inuenieris vltra in sempiternum dicit Dñs Deus.

CAP. XXVII.

1 ET factum est verbum Domini ad me, dicens:
2 Tu ergo fili hominis assume super Tyrum
lamentum.
3 Et dices Tyro, quæ habitat in introitu maris,
negotiationi populorum ad insulas multas: Hæc
dicit Dominus Deus: O Tyre, tu dixisti: Perfecti
decoris ego sum.
4 Et in corde maris sita. Finitimi tui, qui te ædifi-
cauerunt impleuerunt decorem tuum:
5 Abietibus de Sanir extruxerunt te cum omnib.
tabulatis maris cedrum de Libano tulerunt, vt fa-
cerent tibi malum.
6 Quercus de Basan dolauerunt in remos tuos, &
transtra tua fecerunt tibi ex ebore Indico, & præ-
toriola de insulis Italiæ.
7 Byssus varia de Ægypto texta est tibi in velum
vt poneretur in malo hyacinthus, & purpura de
insulis Elisa facta sunt operimentum tuum.

8 Habitatores Sidonis, & Aradij fuerunt remiges
tui. Sapientes tui, Tyre facti sunt gubernatores tui.

9 Senes Giblij, & prudentes eius habuerunt nau-
tas ad ministerium variæ supellectilis tuæ: omnes
naues maris, & nautæ earum fuerunt in populo
negotiationis tuæ.
10 Persæ & Lydij, & Libies erant in exercitu tuo
viri bellatores tui: clypeum, & galeam suspende-
runt in te pro ornatu tuo.
11 Filij Aradij cum exercitu tuo erant super muros
tuos in circuitu: sed Pigmæi, qui erant in turribus
tuis, pharetras suas suspenderunt in muris tuis per
gyrum: ipsi compleuerunt pulchritudinem tuam.
12 Carthaginenses negociatores tui à multitudine
cunctarum diuitiarum, argento, ferro, stãno, plum-
boque repleuerunt nundinas tuas.

13 Græcia, Thubal, & Mosoch ipsi institores tui
mancipia & vasa ænea aduexerunt populo tuo.

14 De domo Thogarma equos & equites, & mulos
adduxerunt ad forum tuum.
15 Filij Dedan negociatores tui insulæ multæ nego-
ciatio manus tuæ: dentes eburneos, & hebeninos
commutauerunt in pretio tuo.

16 Syrus negociator tuus propter multitudinem
operum tuorum gemmam & purpuram, & scutu-
lata, & byssum, & sericum, & Chodchod proposue-
runt in mercatu tuo.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Et assument super te lamentum, & dicent super te,
Quomodo peristi habitata à negociatoribus venientibus
à maribus, vrbs quæ laudabaris, quæ fuisti fortis in mari
ipsa & habitatores eius fortes erant, qui dabant terrorem
suum omnibus habitatoribus eius.
Nunc pauebunt habitatores insularum in die ruinæ tuæ,
& terrebuntur insulares qui sunt in mari in exitu tuo.
Quia sic dixit Dominus Deus, Cum posuero te vr-
bem desolatam, sicut ciuitates quæ non habitantur, cum
ascendere fecero, super te voraginem, & operuerint te
aquæ multæ:
Et descendere fecero te cum descendentibus in sepul-
chrum, ad populum qui mortuus est à seculo, & collocare
fecero te in terra inferiore, sicut solitudines quæ fuerunt
à seculo cum descendentibus in sepulchrum, vt non habi-
teris. & dedero gloriam in terram viuentium:
Consummationem ponam te, & non eris: & si requisita
fueris nõ inuenieris vltra in seculũ, dixit Dominus Deus.

CAP. XXVII.

ET fuit verbum Domini ad me, dicendo.
Et tu, fili hominis, assume super Sor lamentum,

Et dic Sor quæ habitat in ostiis maris, negotiatri-
ci populorum ad insulas multas, Sic dixit Dominus Deus:
Sor, tu dixisti, Ego perfecti decoris sum.

In medio marium sunt termini tui ædificatores tui per-
fecerunt decorem tuum,
Cum abietibus de monte Senir ædificauerunt tibi na-
ues cum omnibus tabulis cedros de Libanon tulerunt, vt
facerent malum tibi.
E pinis Basan fecerunt remos tuos: tabulatum tuum
fecerunt eburneum congregatio Assurim, de insulis Chi-
tim.
E bysso opere phrygionico texta, de Ægypto fuit por-
tina tua, vt esset tibi in velum, ex hyacintho & purpura
de insulis Elisah fuit operimentum tuum.

Habitatores Sidon & Aruad fuerunt remiges tibi: sa-
pientes qui Sor fuerunt in te, ipsi nautæ tui.

Senes Gebal, & sapientes eius instaurauerunt in te ri-
mas tuas: omnes naues maris, & remiges earum fuerunt
in te ad negotiandum negotiationem tuam.

Paras, & Lud, & Put fuerunt in exercitibus tuis
viri bellatores tui scuta & galeas suspenderunt in te, ipsi
dederunt decorem tuum.
Filij Aruad cum exercitu tuo super muros tuos per
circuitum, & pygmæi in turribus tuis fuerunt: scuta sua
suspenderunt super muros tuos per circuitum, ipsi per-
fecerunt pulchritudinem tuam.
Tharsis negotiator tuus ob multitudinem cunctarum
diuitiarum in argento, ferro, stanno, plumboque dederunt
in nundinis tuis.

Iauan, Thubal, & Mesech, ipsi institores tui in anima-
mabus hominis, & vasa ærea dederunt in negatiatione
tua,
De domo Thogarmah, equos & equites, & mulos de-
derunt in foro tuo.
Filij Dedan negotiatores tui, insulæ multæ negotiatio
manus tuæ: cornua eburnea, & pauones reddiderunt in
domum tuam.

Aram negotiatrix tua propter multitudinem operum
tuorum, cum carbunculo purpura, et vestibus diuersorum
colorum, & bysso, & coralijs, & vniones dederunt in
nundinis tuis.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

17 Et assument super te lamentum, & dicent tibi:
Quomodo dissipata es è mari vrbs laudata, quæ
dedit timorem suum omnibus habitatoribus suis?

18 Et formidabunt insulæ à die ruinæ tuæ:

19 Quia hæc dicit Dominus Dominus: Cum de-
dero te vrbem desolatam, sicut ciuitates, quæ non
habitabuntur, cum adduxero super te abyssum: &
operiet te aqua multa.
20 Et descendere faciam te ad eos, qui descendunt
in foueam, ad populum sempiternum, & collocabo
te in profundis terræ cum his, qui descendunt in
foueam, vt non habiteris, neque resurgas super
terram vitæ;
21 Perditionem dabo te: & non eris vltra in sempi-
ternum dicit Dominus Dominus.

CAP. XXVII.

1 ET factum est verbum Domini ad me, dicens:
2 Et tu fili hominis assume super Sor lamen-
tum.
3 Et dices Sor habitanti super introitum maris,
emporio populorum ab insulis multis: Hæc dicit
Dominus ad Sor: Tu dixisti; ego circundedi mi-
hi decorem meum,.
4 In corde maris ipsi Beelim: filij tui circundede-
runt tibi decorem:
5 Cedrus de Senir ædificata est tibi: tæniæ tabula-
rum cypressi de Libano sumptæ sunt, ad facien-
dum tibi malos abiegnos:
6 De Basanitide fecerunt remos tuos, templa tua
fecerunt ex ebore, domos syluestres de insulis Che-
tijm.
7 Byssus cum varietate de Ægypto facta est tibi
stratum, vt circundaret tibi gloriam & operiret te
hyacintho, & purpura de insulis Elisæ & facta sunt
operaria tua.
8 Et principes tui, qui habitabant in Sidone, &
Aradij fuerunt remiges tui. Sapientes tui Sor, qui
erant in te, isti gubernatores tui.
9 Seniores Bibliorum, & Sapientes eorum, qui
erant in te, isti confortabant consilium tuum. Et
omnes naues maris, & remiges earum facti sunt ti-
bi in Occidentem Occidentis.
10 Persæ & Lydi, & Libes erant in virtute tua, viri
bellatores tui peltas, & galeas suspenderunt in te:
ipsi dederunt gloriam tuam.
11 Filij Aradiorum, & virtus tua super muros tuos:
custodes in turribus tuis erant, pharetras suas sus-
penderunt super propugnacula tua per gyrum: ipsi
perfecerunt decorem tuum:
12 Carthaginenses negociatores tui à multitudine
vniuersæ fortitudinis tuæ, argentum, & aurum, &
ferrum, & stannum & plumbum dederunt forum
tuum
13 Græcia & vniuersa, & adiacentia, hi negociabā-
tur tibi in animabus hominum & vasa ænea de-
derunt mercatum tuum.
14 De domo Thogarma equi & equites dederunt
forum tuum.
15 Filij Rhodiorum negociatores tui ex insulis mul-
tiplicauerunt negociationem tuā dentes elephan-
tinos: & his, qui introducebantur, reddebas merce-
des tuas.
16 Homines negociationem tuam à multitudine
commisti tui: stacten & varietates ex Tharsis, &
Rhamaoth, & Chorchor dederunt forum tuum.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabili.

17 *Et assument super te lamentum, dicentque super te,*
Quomodo peristi quæ habitata eras à negociatoribus
venientibus, *à maribus, vrbs quæ eras laudata? quæ fuit*
fortis in mari, ipsa & habitatores eius, qui dabant terro-
rem suum omnibus habitatoribus eius.
18 *Nunc pauebunt insulæ* in *die ruinæ tuæ, terrebuntur*
inquam insulares qui sunt in mari ab exitu tuo.
19 *Quia sic dixit Dominus Iehouah, Quum posuero te*
vrbem desolatam, sicut ciuitates quæ non habitantur,
quum ascendere fecero super te voraginem, & operuerint
te aquæ multæ:
20 *Et descendere fecero te cum descendentibus in sepul-*
chrum, ad populum seculi, & collocauero te in terra infe-
riore, sicut solitudines quæ fuerunt *à seculo cum descen-*
dentibus inquam in *sepulchrum, ita vt non habiteris, &*
dedero gloriam in terram viuentium:
21 *Consummationem ponam te, & non eris: requirerisque,*
& nō inuenieris vltra in seculū, dixit Dominus Iehouah.

CAP. XXVII.

1 E*T fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo.*
2 *Et tu, fili hominis, assume super Sor lamentum,*

3 *Et dic ipsi Sor quæ habitat in ostiis maris, negotiatri-*
ci populorum ad insulas multas, Sic dixit Dominus Ieho-
uah, Sor, tu dixisti, Ego sum perfecti decoris.

4 *In corde marium* sunt *termini tui ædificatores tui per-*
fecerunt decorem tuum.
5 Ex *abietibus de* monte *Senir ædificauerunt tibi om-*
nes naues: cedros de Lebanon tulerunt, vt facerent malum
tibi.
6 E *pinis Bausan fecerunt remos tuos: tabulatum tuum*
fecerunt ex ebore congregatio Assurim, de insulis Chi-
tim.
7 E *bysso opere phrygionico texta, ex Misraim fuit ex-*
pansio tua, vt esset tibi in velum, ex *hyacintho & purpura*
de insulis Elisah fuit operimentum tuum.

8 *Habitatores Sidon & Aruad fuerunt remiges tibi: sa-*
pientes qui Sor fuerunt in te, ipsi erant *nautæ tui.*

9 *Senes Gebal, & sapientes eius instaurauerunt in te ri-*
mas tuas: omnes naues maris, & remiges earum fuerunt
in te ad negotiandum negotiationem tuam.

10 *Paras, & Lud, & Put fuerunt in exercitu tuo viri*
bellatores tui scutum & galeam suspenderunt in te, ipsi
dederunt decorem tuum.
11 *Filij Aruad cum exercitu tuo* illo *super muros tuos*
per circuitum, & pygmæi in turribus tuis fuerunt: scuta
sua suspenderunt super muros tuos per circuitum, ipsi
perfecerunt pulchritudinem tuam.
12 *Tharsis negotiatrix tua ob multitudinem cuncta-*
rum diuitiarum in argento, ferro, stanno, & plumbo; quæ
dederunt in nundinis tuis.

13 *Iauan, Thubal, & Mesech, ipsi institores tui cum ani-*
mabus hominum, & vasa ærea dederunt in *nundinis*
tuis,
14 *De domo Thogarmah, equos & equites, & mulos de-*
derunt in *foro tuo.*
15 *Filij Dedan negotiatores tui, insulæ multæ negotiatio*
manus tuæ: cornua eburnea, & pauones reddiderunt in
munus tuum.

16 *Aram negotiatrix tua propter multitudinem operum*
tuorum, cum carbunculo purpura, et vestibus diuersorum
colorum, & bysso, & coralijs, & vnionibus, quæ *dede-*
runt in nundinis tuis.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Iudas & filij Israel isti negociatores tui in venditione frumenti,& vnguentorum,& casiæ: & primũ mel,& oleũ,& resinã dederunt in cõmistũ tuũ.

Damascus negotiatores tui ex multitudine omnis fortitudinis tuæ: vinum ex Chelbon, & lanas de mileto: & vinum in forum tuum dederunt,

Ex Asel ferrum factum opere, & rota in commisto tuo est.

Dedã negotiatores tui cũ iumẽtis electis ad curr⁹.

Arabia & vniuersi principes Cedar, ipsi negotiatores tui per manum tuam,camelos,& agnos,& arietes,in quibus negociantur tibi.

Negotiatores Sabba,& Ramma,ipsi negotiatores tui cum primis suauitatibus,& lapidibus optimis, & aurum dederunt forum tuum.

Chaua & Chana, isti negotiatores tui Assur, & Chelman negotiatores tui.

Ferentes negotiationem hyacinthum, & thesauros electos funibus colligatos, & cyparissima.

Naues, negociatores tui in multitudine in commisto tuo. Et repleta es,& aggrauata es nimis in corde maris:

In aqua multa adduxerunt te remiges tui: spiritus Austri contriuit te in corde maris.

Fuerunt virtutes tuæ, & merces tua,& commistorum tuorum,& remiges tui,& gubernatores tui & consiliarij tui, & commisti tui ex commistis tuis,& omnes viri bellatores tui, qui in te, & omnis cœtus tuus in medio tui cadent in corde maris in die ruinæ tuæ.

Ad clamorem vocis tuæ gubernatores tui amore timebunt.

Et descendent de nauibus omnes remiges, & epibatæ: & proretę maris in terra stabunt.

Et vociferabuntur super te voce sua, & clamabunt amare.

Et imponent terram super caput suum, & cinerem sternent sibi.

Et assument filij eorum super se lamentum lamentationem Sor. Quantam inuenisti mercedem de mari.

Implesti gentes de multitudine tua,& à commisto tuo ditasti omnes reges terræ.

Nunc contrita es in mari: in profundo aquæ commistus tuus,& omnis cœtus in medio tui ceciderunt omnes remiges tui.

Vniuersi habitatores insularum contristati sunt super te:& reges eorum stupore stupuerunt, & fleuit facies eorum.

Negociatores de gentibus sibilauerunt te: perditio facta es,& non eris vltrà in sæculum.

CAP. XXVIII.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens.

Et tu fili hominis dic principi Tyri: Hæc dicit Dominus. Pro eo, quod exaltatum est cor tuum, & dixisti, Deus ego sum, habitationem Dei habitaui in corde maris (tu autem es homo,& non Deus) & dedisti cor tuum,quasi cor Dei:

Nunquid sapientior es tu Daniele? Sapientes non erudierunt te disciplina sua.

Nunquid in eruditione tua, aut prudentia tua fecisti tibi fortitudinem, & aurum & argentum in thesauris tuis?

Noua ex Hebr. Tralat. F. Vatabili.

17 *Iehudah, & terra Israel ipsi institores tui cum frumentis* terræ *Minnith, & Pannag, & melle & oleo, & theriaca* quæ *dederunt in mercatu tuo.*

18 *Dammesec negociatrix tua in multitudine operum tuorum, propter multitudinem vniuersarum opum in vino* loci *Helbon, & lana candida.*

19 *Dan autem & Iauan, Meuzal in nundinis tuis dederunt ferrum purum, Casia, & calamus* aromaticus *in mercatu tuo fuit.*

20 *Dedan institrix tua in panis preciosis pro curribus.*

21 *Arab, & vniuersi principes Cedar, ipsi negociatores manus tuæ cum agnis, & arietibus, & hircis; in his* inquam *institores tui.*

22 *Mercatores Seba, & Ramah, fuerunt institores tui: præcipua inter vniuersa aromata, & omnem lapidem preciosum, & aurum dederunt in nundinis tuis.*

23 *Haran, & Channeh, & Eden negociatores Seba, Assur,* & *Chilmad institrix tua.*

24 *Ipsi institores tui in omnibus generibus, in pallijs hyacinthinis, & polimitis, & in capsis pretiosarum vestium funibus iunctarum, & torquibus in negotiatione tua.*

25 *Naues Tarsis pariter euntes ad te in negociatione tua, & repleta es, & multiplicata es valde in medio marium.*

26 *In aquas multas adduxerunt te remiges tui: ventus orientalis contriuit te in medio marium.*

27 *Opes tuæ, & nundinæ tuæ, negociatio tua, remiges tui, nautæ tui infiauratores fissurarum tuarum, & negociatores negociationum tuarum, & omnes viri bellatores tui, qui* erant *in te, & vniuersus cœtus tuus, qui* est *in medio tui cadent in medio marium, in die ruinæ tuæ.*

28 *Ad sonitum clamoris nautarum tuorum contremiscent suburbana.*

29 *Et descendent de nauibus suis omnes tenentes remum remiges omnes nautæ maris super terram stabunt.*

30 *Et audire facient super te vocem suam, & clamabunt amare: & ascendere facient puluerem super capita sua, in cinere volutabunt sese.*

31 *Et decaluabunt super te caluitiũ, & accingent se saccis, & plãgent super te, in amaritudine animæ, plãctu amaro.*

32 *Et assument super te in lamentationibus suis, lamentum, & plangent super te,* dicentes: *Quæ fuit sicut Sor, & vt succisa in medio maris.*

33 *Quando egrediebantur merces tuæ de maribus, saturabas populos multos multitudine opum tuarum, & negociationum tuarum reges terræ.*

34 *Tempore* quo *eris contrita à maribus, in profunditatibus aquarum erit negociatio tua, & omnis cœtus tuus in medio tui cadent.*

Vniuersi habitatores insularum, obstupuerunt super te,
35 *& reges earum formi[?]auerunt formidine, indignati sunt*
vultu.

36 *Negociatores in populis sibilauerunt super te: terrore fuisti, nec eris vsque in sæculum.*

CAP. XXVIII.

1 *ET fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo:*

2 *Fili hominis dic principi Sor: Sic dixit Dominus Iehouah: Eò quod exaltatum est cor tuum, dixistiq́, Deus ego sum, in throno Dei sedi, in medio marium: quum tu homo sis, & non Deus, & posuisti cor tuum tanquam cor Dei.*

3 *Ecce sapientior es tu Daniele: nihil est absconditum quod sit absconditum tibi.*

4 *Sapientia tua, & intelligentia tua congregasti tibi opes: & acquisisti aurum, & argentum in thesauris tuis:*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

5 In multitudine sapientiæ tuæ,&,in negociatione
tua multiplicasti tibi fortitudinem: & eleuatum
est cor tuum in robore tuo.
6 Propterea hæc dicit Dominus Deus: Eo quòd
eleuatum est cor tuum,quasi cor Dei.
7 Idcirco ecce ego adducam super te alienos robu-
stissimos gentium:& nudabunt gladios suos super
pulchritudinem sapientiæ tuæ: & polluent deco-
rem tuum.
8 Interficient, & detrahent te:& morieris in inte-
ritu occisorum in corde maris.
9 Nunquid dicens loqueris: Deus ego sum coram
interficientibus te: cum sis homo, & non Deus in
manu occidentium te?
10 Morte incircuncisorum morieris in manu alie-
norum: quia ego locutus sum,ait Dominus Deus.
11 Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili
hominis leua planctum super regem Tyri.
12 Et dices ei: Hæc dicit Dominus Deus, Tu signa-
culum similitudinis,plenus sapientia, & perfectus
decore.
13 In delitiis paradisi Dei fuisti. Omnis lapis pre-
ciosus operimentum tuum: sardius topazius,& ia-
spis chrysolythus, & onyx,& berillus,sapphirus,
& carbunculus,& smaragdus: aurum opus deco-
ris tui:& foramina tua in die,qua conditus es,pre-
parata sunt.
14 Tu Cherub extentus,& protegens, & posui te in
monte sancto Dei, in medio lapidum ignitorum.
15 Perfectus in viis tuis à die conditionis tuæ, do-
nec inuenta est iniquitas in te.
16 In multitudine negociationis tuæ repleta sunt
interiora tua iniquitate, & peccasti, & eijeci te
de monte Dei: & perdidi te ô Cherub protegens,
de medio lapidum ignitorum.
17 Et eleuatum est cor tuum in decore tuo:perdidi-
sti sapientiam tuam in decore tuo. in terram pro-
ieci te:ante faciem regum dedi te vt cernent te.
18 In multitudine iniquitatum tuarum, & iniqui-
tate negociationis tuæ polluisti sanctificationem
tuam:producam ergo ignem de medio tui: qui co-
medat te.Et dabo te cinerem super terram in con-
spectu omnium videntium te.
19 Omnes qui viderint te in gentibus,obstupescent
super te. nihil factus es: & non eris in perpetuum.
20 Et factus est sermo Domini ad me,dicens.
21 Fili hominis pone faciem tuam super Sidonem:
& prophetabis de ea.
22 Et dices: Hæc dicit Deus: Ecce ego ad te Sidõ,
& glorificabor in medio tui,&scient, quia ego Dñs
cũ fecero in ea iudicia,& sanctificatus fuero in ea.
23 Et immittam ei pestilentiam, & sanguinem in
plateis eius: & corruent interfecti in medio eius
gladio per circuitum:& scient,quia ego Dominus.
24 Et non erit vltra domui Israel offendiculum
amaritudinis & spina dolorem inferens vndique
per circuitum eorum,qui aduersantur eis: & sciẽt,
quia ego Dominus Deus.
25 Hæc dicit Dominus Deus. Quando congrega-
uero domum Israel de populis, in quibus dispersi
sunt, sanctificabor in eis, coram Gentibus, & habi-
tabunt in terra sua,quam dedi seruo meo Iacob.
26 Et habitabunt in ea securi:& ædificabunt domos,
& plantabũt vineas.Et habitabunt confidenter, cũ
fecero iudicia in omnibus,qui aduersantur eis per
circuitum:& sciẽt,quia ego DominusDeus eorum.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

*Multitudine sapientiæ tuæ, negotiatione tua multi-
plicasti opes tuas, & eleuatum est cor tuum propter opes
tuas.*
*Propterea sic dixit Dominus Deus. Pro eo quod posuisti
cor tuum sicut cor Dei:*
*Idcirco ecce ego adduco super te alienos, robustos Gen-
tium,& euaginabunt gladios suos super pulchritudinem
sapientiæ tuæ,& polluent splendorem tuum.*
*Ad foueam descendere facient te, & morieris mortibus
occisorum in medio marium.*
*Nunquid dicendo dices, Deus ego sum coram occiden-
tibus te: tu autem homo es,& non Deus,in manu interfi-
cientis te.*
*Morte incircuncisorum morieris in manu alienorum:
quia ego loquutus sum,ait Dominus Deus.*
*Et fuit verbum Domini ad me, dicendo, Fili hominis,
leua planctum super Regem,Sor,*
*Et dic ei, Sic dixit Dominus Deus, Tu sigillas sum-
mam,plenus sapientia,& perfectus decore.*
*In Eden horti Dei fuisti, omnis lapis pretiosus operi-
mentum tuum. sardius,topasius,& iaspis, chrysolytus,
onyx,& beryllus,sapphirus,carbũculus,& smaragdus,&
aurum: opus tympanorum tuorum & tibiarum tuarum
in te,in die qua creatus fuisti præparata fuerunt,*
*Tu Cherub magnus,tegens:& posui te in tali dignitate in
mõte sancto Dei fuisti in medio lapidũ ignitorũ ambulasti.*
*Perfectus fuisti in vijs tuis,à die qua creatus es, donec
inuenta est iniquitas in te.*
*Multitudine negotiationis tuæ repleuerunt cor tuum
iniquitate,& peccasti,& profanabo te de monte Dei, &
perdam te Cherub tegens de medio lapidum ignitorum.*
*Eleuatum est cor tuum propter decorem tuum,perdidi-
sti sapientiam tuam propter splendorem tuum, in terram
proijciam te ante Reges ponam te,vt videant te.*
*Præ multitudine iniquitatis tuæ, iniquitate nego-
tiationis tuæ,: polluisti sanctificationem tuam: & produ-
cam ignem de medio tui ipse consumet te; & ponam te
in cinerem super terram in oculis omnium videntium te.*
*Omnes qui videbunt te in populis, obstupescent super
te:terror fuisti, & non eris vsque in sæculum.*
Et fuit verbum Domini ad me,dicendo,
*Fili hominis,pone faciem tuam super Sidon:& prophe-
ta super eam.*
*Et dic,sic dixit Dominus Deus,Ecce venio ad te,Sidon,&
glorificabo me in medio tui: & scient quòd sum Domi-
nus quum fecero in ea iuditia,& sanctificauero me in ea.*
*Et mittam in eã pestilentiam, & sanguinem in plateas
eius, & corruent interfecti in medio eius cũ gladio super
eam vndiq; & scient quod sum Dominus.*
*Et non erit vltra domui Israel spina pungens, &
spina dolorem inferens ex omnibus circuitibus eorum qui
spernunt eos; & scient quod sum Dominus Deus.*
*Sic dixit Dominus Deus, Quando congregabo do-
mum Israel de populis inter quos dispersi sunt, & san-
ctificauero me in eis in oculis Gentium, habitabunt super
terram suam,quam dedi seruo meo Iacob,*
*Et habitabunt super eam confidenter, & ædificabunt
domos, & plantabunt vineas, & habitabunt confiden-
ter, cum fecero iudicia in omnibus qui spernunt eos in
circuitibus eius.& scient quod sum Dominus Deus eorũ.*

CAP. CAP.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

5 In multa eruditione tua, & negociatione tua multiplicasti fortitudinem tuam: elatum est cor tuum in fortitudine tua.

6 Propterea hæc dicit Dominus: Quia dedisti cor tuum, quasi cor Dei.

7 Pro hoc ecce ego adduco super te alienos pestilentes de gentibus, & euaginabunt gladios tuos super te & super pulchritudinem doctrinæ tuæ: & sternent pulchritudinem tuam in perditionem.

8 Et descendere facient te: & morieris morte vulneratorum in corde maris.

9 Nunquid loquens dices, Deus ego sum in conspectu interficientium te? Tu autem es homo, & non Deus.

10 In multitudine incircuncisorum morieris in manibus alienorum: quia ego locutus sum, dicit Dominus.

11 Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis sume planctum super principem Tyri.

12 Et dic ei: Hæc dicit Dominus Dominus: Tu signaculum similitudinis, & corona decoris.

13 In delitiis paradisi Dei fuisti. Omni lapide bono circundatus es, Sardio, & Topazio, & Smaragdo, & carbunculo, & sapphiro, & iaspide & argento & auro, & ligurio, & achate, & amethysto, & chrysolitho, & Berillo, & onychino: & auro repleuisti thesauros tuos, & horrea tua in te. A die qua conditus es.

14 Tu cum Cherub, posui te in monte sancto Dei; factus es in medio lapidum ignitorum.

15 Fuisti tu immaculatus in diebus tuis à die, qua creatus es, donec inuentæ sunt iniquitates in te.

16 A multitudine negociationis tuæ repleisti cellaria tua iniquitate, & peccasti, & vulneratus es à monte Dei: & adduxit te Cherub de medio lapidum ignitorum.

17 Elatum est cor tuũ in decore tuo: corrupta est disciplina tua cũ decore tuo. Propter multitudinem peccatorum tuorum in terram proieci te: in conspectu regum dedi te vt dehonestareris.

18 Propter multitudinem peccatorum tuorum, & iniquitatũ negociationis tuæ contaminasti sancta tua. Et educam ignem de medio tui: hic deuorabit te. Et dabo te cinerem super terram tuam in conspectu omnium videntium te.

19 Et omnes qui nouerunt te in gentibus, gement super te. Perditio facta es: & non eris vltra in sæculum.

20 Et factus est sermo Domini ad me, dicens.

21 Fili hominis obfirma faciem tuam super Sidonem & propheta super eam:

22 Et dic: Hæc dicit Dominus: Ecce ego ad te Sidon, & glorificabor in te, & scies, quia ego sum Dominus, cũ fecero in te iudicia, & sanctificabor in te.

23 Sanguis & mors in plateis tuis: & cadent vulnerati gladiis in te per circuitũ tuum: & scient, quia ego Dominus.

24 Et non erunt vltra in domo Israel offendiculum amaritudinis & spina doloris, ab ijs, qui in circuitu eorum, qui in contumeliam fecerint eis: & scient, quia ego sum Dominus.

25 Hæc dicit Dominus Dominus. Et congregabo Israel de gentibus vbi dispersi sunt illic: & sanctificabor in eis, & coram populis, & gentibus: & habitabunt in terra sua, quam dedi seruo meo Iacob:

26 Et habitabunt in ea in spe: & ædificabunt domos, & plantabũt vineas. Et habitabunt in spe, cũ fecero iudiciũ in omnibus, qui fecerint eis cõtumeliam, qui in circuitu eorum. Et scient, quia ego sum Dominus Deus eorum, & Deus patrum eorum.

Noua ex Hebr. Tralat. Fr. Vatabili.

5 *Multitudine sapientiæ tuæ in negotiatione tua multiplicasti opes tuas, exaltatumq́ est cor tuum propter opes tuas.*

6 *Propterea sic dixit Dominus Iehouah. Eò quod posuisti cor tuum sicut cor Dei:*

7 *Idcirco ecce ego adduco super te alienos, robustos Gentium, & euaginabunt gladios suos contra pulchritudinem sapientiæ tuæ, & polluent pulchritudinem tuam.*

8 *In foueam descendere facient te, & morieris mortibus occisorum in medio marium.*

9 *Nunquid dicendo dices, Deus sum coram interfectore tuo? tu autem homo es, & non Deus, in manu interfectoris tui,*

10 *Morte incircuncisorum morieris manu alienorum: quia ego loquutus sum, ait Dominus Iehouah.*

11 *Et fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo, Fili hominis, leua planctum super Regem, Sor,*

12 *Et dic ei, Sic dixit Dominus Iehouah, Tu sigillas summam, plenus sapientia, & perfectus decore.*

13 *In Eden horti Dei fuisti, omnis lapis pretiosus operimentum tuum, sardius, topasius, & iaspis, chrysolytus, onyx, & beryllus, saphirus, carbunculus, & smaragdus, & aurum: opus tympanorum tuorum & tibiarum tuarum in te, in die qua creatus fuisti præparata fuerunt,*

14 *Tu Cherub magn⁹, tegẽs: & posui te* in tali dignitate: *in mõte sancto Dei fuisti in medio lapidũ ignitorũ ambulasti.*

15 *Perfectus fuisti in vijs tuis, à die qua creatus es, donec inuenta est iniquitas in te.*

16 *Multitudine negotiationis tuæ repleuerunt medium tui iniquitate, & peccasti, & profanabo te de monte Dei, & perdam te ò Cherub tegens de medio lapidum ignitorum.*

17 *Eleuatum est cor tuum propter decorem tuum, perdidisti sapientiam tuam propter splendorem tuum, in terram projiciam te ante Reges ponam te, vt videant te.*

18 *Præ multitudine iniquitatum tuarum, & ob iniquitatem negotiationis tuæ, polluisti sanctificationem tuam: & producam ignem de medio tui qui consumet te; & ponam in cinerem super terram in oculis omnium aspicientium te.*

19 *Omnes qui nouerunt te in populis, obstupescent propter te: terrores eris, nec eris vsque in sæculum.*

20 *Et fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,*

21 *Fili hominis, pone faciem tuam super Sidon: & propheta aduersus eum.*

22 *Et dic, sic dixit Dominus Iehouah, Ecce ego* venio *ad te, Sidon & glorificabor in medio tui: & scient quòd ego Iehouah quũ fecero in ea iudicia, & sãctificauero me in ea.*

23 *Et mittam in eã pestilentiam, & sanguinem in plateas eius, & corruẽt interfecti in medio eius: cũ gladio aduersus eã vndiq;* vẽturus est hostis; *& scient quod sũ Iehouah.*

24 *Et non erit vltra domui Israel spina pungens, & spina dolorem inferens ex omnibus circuitibus eorum qui spernunt eos; scientque quod ego Dominus Iehouah,*

25 *Sic dixit Dominus Iehouah, Quando congregauero domum Israel de populis inter quos dispersi sunt, & sanctificauero te in oculis Gentium; habitabunt super terram suam, quam dedi seruo meo Iaacob.*

26 *Et habitabunt super eam confidenter, & ædificabunt domos, & plantabunt vineas, habitabunt inquam confidenter, quum fecero iudicia in omnibus qui spernunt eos in circuitibus eorum, & scient quod ego Iehouah Deus eorum.*

Vulgat. Editio.

CAP. XXIX.

IN anno decimo, decimo mense, vndecima die mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens:

Fili hominis pone faciem tuam contra Pharaonem regem Ægypti, & prophetabis de eo, & de Ægypto vniuersa:

Loquere, & dices: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te Pharao rex Ægypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicis: Meus est fluuius, & ego feci memetipsum.

Et ponam frænum in maxillis tuis: & agglutinabo pisces fluminum tuorũ squamis tuis: & extraham te de medio fluminum tuorum, & vniuersi pisces tui squamis tuis adhærebunt.

Et proijciam te in desertum, & omnes pisces fluminis tui: super faciem terræ cades, non colligeris, neque congregaberis: bestijs terræ, & volatilibus cæli dedi te ad deuorandum:

Et scient omnes habitatores Ægypti quia ego Dominus: *pro eo quod fuisti baculus arundineus domui Israel.

Isa. 36.

Quando apprehenderunt te manu, & confractus es & lacerasti omnem humerum eorum: & innitentibus eis super te, comminutus es, & dissoluisti omnes renes eorum.

Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego adducam super te gladium: & interficiam de te hominem, & iumentum.

Et erit terra Ægypti in desertum, & in solitudinem: & scient quia ego Dominus: pro eo quod dixeris, Fluuius meus est, & ego feci eum.

Idcirco ecce ego ad te, & ad flumina tua: daboque terram Ægypti in solitudines, gladio dissipatam, à turre Syenes, vsque ad terminos Æthiopiæ.

Non pertransibit eam pes hominis, neque pes iumenti gradietur in ea: & non habitabitur quadraginta annis,

Daboque terram Ægypti desertam in medio terrarum desertarum, & ciuitates eius in medio vrbium subuersarum, & erunt desolatæ quadraginta annis: & dispergam Ægyptios in nationes, & ventilabo eos in terras.

Quia hæc dicit Dominus Deus: Post finem quadraginta annorum congregabo Ægyptum de populis, in quibus dispersi fuerant.

Et reducam captiuitatem Ægypti, & collocabo eos in terra Phathures, in terra natiuitatis suæ: & erunt ibi in regnum humile:

Inter cetera terra erit humillima, & non eleuabitur vltra super nationes, & imminuam eos ne imperent Gentibus.

Neque erunt vltra domui Israel in confidentia, docentes iniquitatem, vt fugiant, & sequantur eos: & scient quia ego Dominus Deus.

Et factum est in vigesimo & septimo anno, in primo, in vna mensis: factum est verbum Domini ad me, dicens:

Fili hominis Nabuchodonosor rex Babylonis seruire fecit exercitum suum seruitute magna aduersus Tyrum: omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus est & merces non est reddita ei, neq; exercitui eius de Tiro pro seruitute, qua seruiuit mihi aduersus eam.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. XXIX.

1 ANno decimo, mense decimo, duodecimo die mensis,
fuit verbum Domini ad me, dicendo:

2 *Fili hominis, pone faciem tuam contra ¹Parhoh regem Ægypti, & propheta super eum, & super Ægyptum totam.*

3 *Loquere, & dic: Sic dixit Dominus Deus: Ecce venio ad Parhoh rex Ægypti, draco magnus, qui cubas in medio fluminum eius, qui dixit: Meus est fluuius meus, & ego feci mihi.*

4 *Et dabo hamum in maxillis tuis, & agglutinare faciam pisces fluminum tuorum squamis tuis, & ascendere faciam te de medio fluminum tuorum, & omnes pisces fluminum tuorum squamis tuis adhærebunt.*

5 *Et derelinquam te in deserto, & omnes pisces fluminum tuorum: in superficie agri cades, non colligeris, nec congregaberis: bestiis terræ, & volatilibus cæli dedi te pro esca.*

6 *Et scient omnes habitatores Ægypti quod sum Dominus: pro eo quod fuerunt baculus arundinis domui Israel.*

7 *Cum apprehenderint te manu, confringeris, & lacerabis eis omnem humerum: & dum innixi fuerint tibi, contereris, & stare facies eos super omnes lumbos.*

8 *Propterea sic dixit Dominus Deus. Ecce adduco super te gladium: & succidere faciam de te homines, & iumenta.*

9 *Et erit terra ¹Ægypti in desertum, & solitudinem, & scient quod sum Dominus: pro eo quòd dixit: Fluuius meus est, & ego feci.*

10 *Idcirco ecce venio ad te, & ad flumina tua: daboq; terram Ægypti in solitudines solitudinis desolationis à turre Seuenech, & vsque ad terminum Chus.*

11 *Non transibit per eam pes hominis, nec pes iumenti non transibit per eam: neque habitabitur quadraginta annis.*

12 *Daboq; terram Ægypti in desolationem in medio terrarum desolatarum, & ciuitates eius in medio ciuitatum destructarum erunt in desolationem quadraginta annis: & dispergere faciam Ægyptios in Gentes, & ventilabo eos in terras.*

13 *Sic enim dixit Dominus Deus: In fine quadraginta annorum congregabo Ægyptios de populis in quos dispersi fuerunt.*

14 *Et reducam captiuitatem Ægyptiorum, & reducere faciam eos in terram Pathros, in terram habitationis eorum: & erunt ibi regnum humile.*

15 *Præ regnis erit humile, & non eleuabitur vltrà super regna, & imminuere faciam illud, vt non dominetur Gentibus.*

16 *Et non erit vltra domui Israel in confidentiam commonefactor iniquitatis, cum respexerint post eos: & scient quod sum Dominus Deus.*

17 *Et fuit, vigesimo septimo anno, primo mense, prima die mensis: fuit verbum Domini ad me, dicendo:*

18 *Fili hominis Nebuchadnesar rex Babel seruire fecit exercitum suum seruitute magna aduersus Sor. Omne caput decaluatum est, & omnis humerus depilatus est, & merces non fuit ei, & exercitui eius de Sor propter seruitutem qua seruiuit aduersus eam.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

CAP. XXIX.

IN anno duodecimo, in decimo mense, vna mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens:

Fili hominis obfirma faciem tuam super Pharaonem regem Aegypti, & propheta super eum, & super Aegyptum vniuersum.

Et dic: Hæc dicit Dominus: Ecce ego super Pharaonem draconem magnum sedentem in medio fluminum suorum, dicentem, mihi sunt flumina: & ego feci illa.

Et ego dabo laqueos in maxillas tuas: & agglutinabo pisces fluminis tui ad pennas tuas: & educam te de medio fluminis tui: & deponam te velociter, & omnes pisces fluminis tui.

Super faciem campi cades: neque congregaberis, neque collegeris: bestiis terræ, & volatilibus cœli dedi te in deuorationem.

Et scient omnes habitatores Aegypti, quia ego sum Dominus. Pro eo, quod factus es virga arundinea domui Israel.

Quando apprehendit te manu sua; confractus es: & quando plausit super eos omnis manus, & quando requieuerunt super te, contritus es, & confregisti omnes renes eorum.

Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego induco super te gladium, & perdam de te homines, & iumenta:

Et erit terra Aegypti perditio & solitudo: & scient, quia ego sum Dominus, eo quod dicis tu, flumina mea sunt, & ego feci illa;

Idcirco ecce ego super te, & super omnia flumina tua: & dabo terram Aegypti in solitudinem & gladium, & perditionem à Magdolo, & Syrene, & vsque ad terminos Aethiopum.

Non transibit in ea pes hominis: & pes iumenti non pertransibit eam: & non habitabitur quadraginta annis,

Et dabo terram eius perditionem in medio terræ desertæ: & ciuitates eius in medio ciuitatum desertarum erunt quadraginta annis. Et disseminabo Aegyptum in gentibus, & ventilabo eos in terras.

Hæc dicit Dominus: Post quadraginta annos cõgregabo Aegyptios de gentibus, in quibus dispersi erant illuc.

Et reducam captiuitatem Aegyptiorum, & collocabo eos in terra Phatores, in terra, de qua assumpti sunt.

Et erit principatus humilis inter omnes principatus. Non eleuabitur vltrà super nationes: & paucissimos eos faciam, ne plures sint ipsi inter Gentes.

Et non erunt vltrà domui Israel in spem reducentem in memoriam iniquitatis, vt sequantur ipsi post illos, & scient, quia ego sum Dominus.

Et factum est in septimo, & vigesimo anno, vna mensis primi factum est verbum Domini ad me, dicens:

Fili hominis Nabuchodonosor rex Babylonis seruire fecit exercitum suum seruitute magna super Tyrum. Omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus: & merces non fuit ei, & exercitui eius super Tyrum, & seruitutis, qua seruierunt aduersum eam.

Noua ex Hebr. Tralat. F. Vatabli.

CAP. XXIX.

1 *ANno decimo,* mense *decimo, duodecima mensis, fuit verbum Iehoua ad me, dicendo,*

2 *Fili hominis pone faciem tuam contra Paroh Regem Misraim, & propheta contra eum, & contra Misraim vniuersam,*

3 *Loquere, & dic. Sic dixit Dominus Iehouah, Ecce ego contra te Paroh Rex Misraim, cete magne, qui cubas in medio fluminum tuorũ: qui dixit, Meus* est *fluuius meus, & ego feci mihi.*

4 *Et ponam hamos in maxillis tuis, & agglutinabo pisces fluminum tuorum squamis tuis, & ascendere faciam te de medio fluminum tuorum, atque omnes pisces fluminum tuorum squamis tuis adhærebunt.*

5 *Et derelinquam te in deserto, te* inquam *& omnes pisces fluminum tuorum: in superficie agri cades, non recolligeris, nec congregaberis: bestiis terræ & volatilibus cæli dedi te pro esca.*

6 *Et scient omnes habitatores Misraim quod ego Iehouah, eò quod fuerunt baculus arundineus domui Israel.*

7 *Quum apprehenderint te manu, confringeris, & lacerabis eis totum humerum: & quum innixi fuerint tibi, contereris & stare facies eis totos renes.*

8 *Propterea sic dixit Dominus Iehouah, Ecce ego adduco aduersum te gladium, & excidam ex te hominem & iumentum.*

9 *Eritque terra Misraim in desertum & solitudinem, & scient quod ego Iehouah, eo quod dixit fluuius meus* est, *& ego feci.*

10 *Idcirco ecce ego* venturus sum *contra te, & ad flumina tua, daboque terram Misraim in solitudines solitudinis deserti à terra Seueneh vsque ad terminum Chus.*

11 *Non transibit per eam pes hominis, neque pes iumenti transibit per eam, nec habitabitur quadraginta annis.*

12 *Daboque terram Misraim* in *desolationem in medio terrarum desolatarum, & vrbes eius in medio vrbium destructarum erunt in desolationem quadraginta annis, dispergamque Misraim in Gentes, & ventilabo eos in terras.*

13 *Si enim dixit Dominus Iehouah, In fine quadraginta annorum congregabo Misraim de populis inter quos dispersi fuerint.*

14 *Et reducam captiuitatem Misraim, reducam inquam eos* in *terram Pathros, in terram habitationis suæ: eruntque ibi regnum humile.*

15 *Præ* aliis *regnis erit humile, nec eleuabit se vltrà super Gentes: imminuam enim eos ne dominentur Gentibus.*

16 *Et non erit vltra domui Israel in confidentiam quæ recordari facit iniquitatis, quum respexerint post eos, & scient quod ego Dominus Iehouah.*

17 *Et fuit vicesimo septimo anno primo* mense, *prima* die *mensis, fuit verbum Iehoua ad me, dicendo,*

18 *Fili hominis Nebuchadnesar Rex Babel seruire fecit exercitum suum seruitutem magnam aduersus Ser, omne caput decaluatum est, & omnis humerus depilatus est: merces autem non fuit ei, & exercitui eius de Ser pro seruitute quam seruiuit aduersus eam.*

Vulgat. Editio.

19 Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego dabo Nabuchodonosor regem Babylonis, in terra Ægypti: & accipiet multitudinem eius, & deprædabitur manubias eius, & diripiet spolia eius: & erit merces exercitui illius.

20 Et operi, quo seruiuit aduersus eam: dedi ei terram Ægypti, pro eo quod laborauerit mihi, ait Dominus Deus.

21 In die illo pullulabit cornu domui Israel, & tibi dabo apertum os in medio eorum: & scient quia ego Dominus.

CAP. XXX.

1 ET factum est verbum Domini ad me, dicens:
2 Fili hominis propheta, & dic: Hæc dicit Dominus Deus: Vlulate, væ væ diei:

3 Quia iuxta est dies, & appropinquat dies Domini: dies nubis, tempus Gentium erit.

4 Et veniet gladius in Ægyptum: & erit pauor in Æthiopia, cum ceciderint vulnerati in Ægypto, & ablata fuerit multitudo illius, & destructa fundamenta eius.

5 Æthiopia, & Lybia, & Lydi, & omne reliquum vulgus, & Chub, & filij terræ fœderis, cum eis gladio cadent.

6 Hæc dicit Dominus Deus: Et corruent fulcientes Ægyptum, & destruetur superbia imperij eius: à turre Syenes gladio cadent in ea, ait Dominus Deus exercituum.

7 Et dissipabuntur in medio terrarum desolatarum, & vrbes eius in medio ciuitatum desertarum erunt.

8 Et scient quia ego Dominus cum dedero ignem in Ægypto, & attriti fuerint omnes auxiliatores eius.

9 In die illa egredientur nuncij à facie mea in trieribus ad conterendam Æthiopiæ confidentiam, & erit pauor in eis in die Ægypti, quia absque dubio veniet.

10 Hæc dicit Dominus Deus: cessare faciam multitudinem Aegypti in manu Nabuchodonosor regis Babylonis.

11 Ipse & populus eius cum eo fortissimi gentium adducentur ad disperdendum terram: & euaginabunt gladios suos super Aegyptum: & implebunt terram interfectis.

12 Et faciam alueos fluminum aridos, & tradam terram in manus pessimorum: & dissipabo terram, & plenitudinem eius manu alienorum, ego Dominus locutus sum.

13 * Hæc dicit Dominus Deus: Et disperdam simulachra, & cessare faciam idola de Memphis: & dux de terra Ægypti non erit amplius: & dabo terrorem in terra Ægypti.

14 Et disperdam terram Phatures, & dabo ignem in Taphnis, & faciam iudicia in Alexandria.

15 Et effundam indignationem meam super Pelusium robur Ægypti, & interficiam multitudinem Alexandriæ.

16 Et dabo ignem in Ægypto: quasi parturiens dolebit Pelusium, & Alexandria erit dissipata, & in Memphis angustiæ quotidianæ.

17 Iuuenes Heliopoleos, & Bubasti gladio cadent, & ipsæ captiuæ ducentur.

18 Et in Taphnis nigrescet dies, cum contriuero ibi sceptra Ægypti, & defecerit in ea superbia potentiæ eius: ipsam nubes operiet, filiæ autem eius in captiuitatem ducentur.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Propterea sic dixit Dominus Deus: Ecce do Nebuchadnesar regi Babel terram Ægypti: & accipiet multitudinem eius, & spoliabit spolia eius, & prædabitur prædam eius, & erit merces exercitui eius.

Propter opus eius quo seruiuit: dedi ei terram Ægypti, propter malum quod fecerunt contra me.

In die illa germinare faciam cornu domus Israel, & tibi dabo apertionem oris in medio eorum, & scient quod sum Dominus.

CAP. XXX.

ET fuit verbum Domini ad me, dicendo:
Fili hominis propheta, & dic: Sic dixit Dominus Deus: Vlulate, væ diei.

Quia iuxta est dies & iuxta est dies Domini: dies nubis, & tempus Gentium erit.

Et veniet gladius in Ægyptum: & erit dolor in Chus cum ceciderint vulnerati in Ægypto, & tollent multitudinem eius, & destruentur fundamenta eius.

Chus, & Puth, & Lud, & omne vulgus, & Chub, & filij terræ fœderis cum eis gladio cadent.

Sic dixit Dominus: Cadent fulcientes Ægyptum, & descendet superbia fortitudinis eius à turre Seueneh, gladio cadent in ea dixit Dominus Deus.

Et desolabuntur in medio terrarum desolatarum, & vrbes eius in medio vrbium desertarum erunt.

Et scient quod sum Dominus, cum dedero ignem in Ægypto, & attriti fuerint omnes auxiliatores eius.

In die illa egredientur nuncij à facie mea in nauibus ad terrendum Chus habitantem confidenter, & erit dolor in eis in die Ægypti, quia ecce venit tempus eorum.

Sic dixit Dominus Deus. Et cessare faciam multitudinem Ægypti per manum Nabuchadnesar regis Babel,

Ipse & populus eius cum eo fortes Gentium adducentur ad disperdendum terram: & euaginabunt gladios super Ægyptum: & implebunt terram interfectis.

Et dabo flumina in siccitatem, & vendam terram in manu malorum: & dissipabo terram, & plenitudinem in manu alienorum, ego Dominus locutus sum.

Sic dixit Dominus Deus: Et perdere faciam simulachra, & cessare faciam idola de Noph: & dux de terra Ægypti non erit vltra: & dabo timorem in terra Aegypti.

Et desolare faciam Pathros, & dabo ignem in Soban, & faciam iudicia in No.

Et effundam iram meam super Sin robur Ægypti, & succidam multitudinem No.

Et dabo ignem in Aegypto: dolendo dolebit Sin & No, erit vt scindatur, & ipsi Noph venient angustiæ in die.

Iuuenes Auen, & Pibeseth gladio cadent, & vxores eorum, in captiuitatem ibunt.

Et in Techaphneches prohibuit dies lucem suam cum contriuero ibi vestes Ægypti, & cessabit in ea superbia fortitudinis eius: ipsam nubes operiet, & habitatores villarum eius in captiuitatem ibunt.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

19 Hæc dicit Dominus Dominus: Ecce do Nabu-
chodonosor regi Babylonis terram Ægypti: & de-
prædabitur deprædationem eius, & spoliabit
spolia eius: & erit merces virtuti eius.

20 Pro ministerio eius, quo seruiuit super Tyrum,
dedi ei terram Ægypti, Hæc dicit Dominus Domi-
nus.

21 In die illa exorietur cornu omni domui Israel,
& tibi dabo os apertum in medio eorum: & scient,
quia ego sum Dominus.

CAP. XXX.

1 ET factus est sermo Domini ad me, dicens:
2 Fili hominis vaticinare, & dic: Hæc dicit Do-
minus: O ò dies:
3 Quoniam iuxta est dies Domini, dies nubis, finis
Gentium erit.
4 Et veniet gladius super Ægyptios: & erit con-
turbatio in terra Æthiopiæ & cadent vulnerati in
Ægypto, & concident fundamenta eius.

5 Persæ, & Cretenses, & Lydi, & Libyes, & omnes
commisti, & de filijs testamenti mei gladio cadent
in ea.
6 Et cadent sustentacula Ægypti: & descendet cō-
tumelia fortitudinis eius à Magdolo vsque ad Sye-
nem, gladio cadent in ea, dicit Dominus.
Et desolabitur in medio regionum desolatarum,
7 & ciuitates eorum in medio vrbium desertarum
erunt.
Et scient quoniam ego sum Dominus: quando
8 dedero ignem super Ægyptum, & contriti fue-
rint omnes, qui auxiliantur ej.

9 In die illa egredientur nuncij festinantes disper-
dere Æthiopiam: & erit conturbatio in eis in die
Ægypti, quia ecce venit.

10 Hæc dicit Dominus Dominus, Et disperdam
multitudinem Ægyptiorum per manum Nabu-
chodonosor regis Babylonis:
11 Ipsius & populi eius: & pestilentes, qui de genti-
bus missi sunt ad perdendam terram. Et euagina-
bunt omnes gladios suos super Aegyptum: & re-
plebitur terra vulneratorum.
12 Et dabo fluuios eorum desertos; & disperdam
terram & plenitudinem eius in manibus alieno-
rum. Ego Dominus locutus sum.

13 Quia hæc dicit Dominus Dominus: Et per-
dam optimates de Memphis & principes Mem-
pheos de terra Ægypti: & non erunt vltra.

14 Et disperdam terram Phathores, & dabo ignem
super Tanin: & faciam vltionem in Diospoli.
15 Et effundam furorem meum super Sain robur
Ægypti, & disperdam multitudinem Mempheos.

16 Et dabo ignem super Ægyptum. & conturba-
tione conturbabitur Syene: & in Diospoli erit scis-
sura, & diffundentur aquæ.

17 Iuuenes Heliopoleos, & Bubasti in gladio cadent:
& mulieres in captiuitatem abibunt.
18 Et in Taphnis tenebrescet dies. quando contri-
uero ibi sceptra Ægypti, & peribit ibi contumelia
fortitudinis eius: & ipsam nubes operiet, & filiæ
eius captiuæ auferentur

Noua ex Hebr. Tralat. Fr. Vatabli.

19 *Propterea sic dixit Dominus Iehouah: Ecce ego do Nebu-
chadnesar regi Babel terrā Misraim, & accipiet multitu-
dinem eius, & spoliabit spolia eius, & prædabitur prædam
eius, & erit merces exercitui eius.*

20 Propter *opus eius quo seruiuit in ea: dedi ei terram Mi-
sraim, quia* malum *fecerunt contra me, dixit Dominus
Iehouah.*
21 *In die illa germinare faciam cornu domus Israel, & tibi
dabo apertionem oris in medio eorum, & scient quod ego
Iehouah.*

CAP. XXX.

1 *ET fuit verbum Iehoua ad me, dicendo:*
2 *Fili hominis propheta, & dic: Sic dixit Dominus
Iehouah: Vlulate,* dicentes, *Væ diei:*
3 *Quia prope est dies prope inquam est dies Domini: dies
nubis & tempus Gentium erit.*
4 *Venietque gladius in Misraim: & erit dolor in Chus,
cum ceciderint vulnerati in Misraim, & tollent multitu-
dinem eius. & destruentur fundamenta eius.*

5 *Chus, & Puth, & Lud, & omne vulgus, & Chub, & filij
terra fœderis cum eis gladio cadent.*

6 *Sic dixit Iehouah: Cadent fulcientes Misraim, &
descendet superbia fortitudinis eius à turre Seueneh, gla-
dio cadent in ea dixit Dominus Iehouah.*

7 *Et desolabuntur in medio terrarum desolatarum, &
vrbes eius in medio vrbium desertarum erunt,*

8 *Et scient quod ego Iehouah quum dedero ignem in Mis-
raim, & attriti fuerint omnes auxiliatores eius,*

9 *In die illa egredientur nuncij à facie mea in nauibus ad
terrendum Chus* habitantem *confidenter, eritq́; dolor in
eis sicut* in *die Misraim, quia ecce venit* tempus visita-
tionis eorum.
10 *Sic dixit Dominus Iehouah. Et cessare faciam multitudi-
nem Misraim per manum Nebuchadnesar regis Babel,*

11 *Ipse & populus eius cum eo fortes Gentium adducen-
tur ad disperdendum terram: euaginabuntq́; gladios su-
os super Misraim: & implebunt terram interfectis.*

12 *Et ponam flumina in siccitatem, & vendam terram in
manu malorum: & dissipabo terram; & plenitudinem
eius per manum alienigenarum, ego Iehouah locutus sum.*

13 *Sic dixit Dominus Iehouah: Et perdam simulachra, &
cessare faciam idola de Noph: & dux de terra Misraim
non erit vltra: daboque timorem in terra Misraim.*

14 *Et desolabo Pathros, daboq́; ignem in Sohan, & fa-
ciam iudicia in No.*
15 *Et effundam iram meam super Sin robur Misraim, &
succidam multitudinem No.*

16 *Et dabo ignem in Misraim: dolendo dolebit Sin, & No,
erit vt scindatur, & ipsi Noph venient angustiæ interdiu.*

17 ** Iuuenes Auen, & Phibeseth gladio cadent, & illæ in ca-
ptiuitatem ibunt.*
18 *Porrò in Techaphneches prohibuit dies* lucem suam
*dum contriuero ibi vectes Misraim, & cessabit in ea super-
bia fortitudinis eius: ipsam nubes operiet, & habitatores
villarum eius in captiuitatem ibunt,*

Vulgat. Editio.

19 Et iudicia faciam in Ægypto: & scient quia ego Dominus.

20 Et factum est in vndecimo anno, in primo mense in septima mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens:

21 Fili hominis brachium Pharaonis regis Ægypti confregi: & ecce non est obuolutum vt restitueretur ei sanitas vt ligaretur pannis, & fasciaretur linteolis, vt recepto robore posset tenere gladium.

22 Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad Pharaonem regem Aegypti, & comminuam brachium eius forte, sed confractum: & deijciam gladium de manu eius.

23 Et dispergam Aegyptum in Gentibus, & ventilabo eos in terris.

24 Et confortabo brachia regis Babylonis, daboque gladium meum in manu eius: & confringam brachia Pharaonis, & gement gemitibus interfecti coram facie eius.

25 Et confortabo brachia regis Babylonis, & brachia Pharaonis concident, & scient quia ego Dominus, cum dedero gladium meum in manu regis Babylonis, & extenderit eum super terram Aegypti.

26 Et dispergam Aegyptum in nationes, & ventilabo eos in terras, & scient quia ego Dominus.

CAP. XXXI.

1 ET factum est in anno vndecimo, tertio mense, vna mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens:

2 Fili hominis dic Pharaoni regi Aegypti, & populo eius: Cui similis factus es in magnitudine tua?

3 Ecce Assur quasi cedrus in Libano pulcher ramis, & frondibus nemorosus, excelsusque altitudine, & inter condensas frondes eleuatum est cacumen eius.

4 Aquæ nutrierunt illum, abyssus exaltauit illum: flumina eius manabant in circuitu radicum eius, & riuos suos emisit ad vniuersa ligna regionis.

5 Propterea eleuata est altitudo eius super omnia ligna regionis: & multiplicata sunt arbusta eius, & eleuati sunt rami eius præ aquis multis.

6 Cumque extendisset vmbram suam in ramis eius fecerunt nidos omnia volatilia cæli, & sub frondibus eius genuerunt omnes bestiæ saltuum, & sub vmbraculo illius habitabat cœtus Gentium plurimarum.

7 Eratque pulcherrimus in magnitudine sua, & in dilatatione arbustorum suorum: erat enim radix illius iuxta aquas multas.

8 Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei, abietes non adæquauerunt summitatem eius, & platani non fuerunt æquæ frondibus illius: omne lignum paradisi Dei non est assimilatum illi, & pulchritudini eius.

9 Quoniam speciosum feci eum, & multis, condensisque frondibus: & æmulata sunt eum omnia ligna voluptatis, quæ erant in paradiso Dei.

10 Propterea hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quod sublimatus est in altitudine, & dedit summitatem suam virentem atque condensam, & eleuatum est cor eius in altitudine sua:

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

19 *Et faciam iudicia in Aegypto, & scient quod sum Dominus.*

20 *Et fuit vndecimo anno, primo mense, septima die mensis fuit verbum Domini ad me dicendo:*

21 *Fili hominis, brachium Parhoh regis Aegypti confregi: & ecce non est alligatum, ad ponendum medicamina, ad ponendum fasciam, ad alligandum eum, ad roborandum eum, ad tenendum gladium.*

22 *Propterea sic dixit Dominus Deus: Ecce venio ad Parhoh regem Aegypti, & conteram brachium eius, ac fortitudinem, & confractum: & cadere faciam gladium de manu eius.*

23 *Et dispergere faciam Aegyptios in Gentes, & ventilabo eos in terras.*

24 *Et confortabo brachia regis Babel, daboq; gladium meum in manu eius: & confringam brachia Parhoh, & clamabit clamoribus interfectus coram eo.*

25 *Et confortabo brachia regis Babel, & brachia Parhoh concident: & scient quod sum Dominus, cum dedero gladium meum in manu regis Babel, & extenderit eum super terram Aegypti.*

26 *Et dispergere faciam Aegyptios in Gentes, & ventilabo eos in terras, & scient quod sum Dominus.*

CAP. XXXI.

1 *ET fuit, vndecimo anno, tertio mense, prima die mensis fuit verbum Domini ad me, dicendo:*

2 *Fili hominis dic ad Parhoh regem Aegypti, & ad multitudinem eius: Cui similis es in magnitudine tua?*

3 *Ecce Assur excelsus vt cedrus in Libano, pulchra ramis & ramis densis inumbrans, & excelsa altitudine, & inter condensa fuit cacumen eius.*

4 *Aquæ crescere fecerunt eam, vorago exaltauit illam, flumina eius vadunt per circuitus plantationis eius, & riuulos suos misit ad vniuersa ligna agri.*

5 *Propterea eleuata est altitudo eius præ omnibus lignis agri: & multiplicati sunt rami eius, & prolongati sunt rami eius propter aquas multas.*

6 *Cum emiserit ipsa in ramis eius nidificauerunt omnia volatilia cœli, & sub ramis eius genuerunt omnes bestiæ agri, & in vmbra illius habitauerunt omnes Gentes multæ.*

7 *Et pulchruit in magnitudine sua, in longitudine ramorum suorum: fuit enim radix eius iuxta aquas multas.*

8 *Cedri non absconderunt eam in horto Dei, abietes non fuerunt similes ramis eius: & castaneæ non fuerunt sicut rami eius omnis arbor in horto Dei non fuit similis ei in pulchritudine sua.*

9 *Pulchrum feci eum in multitudine ramorum eius: & æmulata sunt eum omnes arbores Heden, quæ erant in horto Dei.*

10 *Propterea sic dixit Dominus Deus: Pro eo quod sublimatus est in altitudine, & dedit summitatem suam, inter condensa, & eleuatum est cor eius in celsitudine sua.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

19 Et faciam iudicium in Ægypto: & scient quoniam ego sum Dominus.

20 Et factum est in vndecimo anno, in primo mense septima mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens:

21 Fili hominis brachia Pharaonis regis Ægypti contriui: neque deprecatus est, vt daretur medela, vt daretur super eum malagma, vt daretur robur ad tenendum gladium.

22 Propterea hæc dicit Dominus Dominus: Ecce ego super Pharaonem regem Aegypti, & conteram brachia eius fortia, & extenta: & deijciam gladium eius de manu eius.

23 Et disseminabo Aegyptum in Gentes, & ventilabo eos in terras.

24 Et confortabo brachia regis Babylonis, & dabo gladium meum in manu eius: & inducet gladium super Aegyptum, & populabitur prædam eius, & & spoliabit spolia illius.

25 Et confortabo brachia regis Babylonis, brachia autem Pharaonis cadent. Et scient quia ego sum Dominus, cum dedero gladium meum in manus regis Babylonis, & extendet eum super terram Aegypti.

26 Et disseminabo Aegyptum in gentes, & ventilabo eos in terras, & scient omnes, quia ego sum Dñs.

CAP. XXXI.

1 ET factum est in vndecimo anno in tertio mense, vna mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens:

2 Fili hominis dic ad Pharaonem regem Aegypti, & multitudini eius: Cui assimilasti te in altitudine tua?

3 Ecce Assur cyparissus in Libano, & pulcher propaginibus, & excelsus magnitudine, in medio nubium factum est principium eius:

4 Aqua nutriuit eum, abyssus exaltauit eum: fluuios suos duxit per circuitum plantarum eius, & cõgregationes suas emisit ad omnia ligna campi.

5 Propterea eleuata est magnitudo eius super omnia ligna campi: & dilatati sunt rami eius, ab aqua multa.

6 In propaginibus eius nidificauerunt omnia volatilia cæli: & sub ramis eius genuerunt omnes bestiæ campi. In vmbra illius habitauit omnis multitudo Gentium.

7 Et erat pulcher in altitudine sua, propter multitudinem ramorum suorum: erant enim radices in aqua multa.

8 Et cyparissi tales in paradiso Dei, & pini non similes propaginibus eius, & abietes non fuerunt similes ramis eius. Omne lignum in paradiso Dei non est assimilatum ei in pulchritudine eius.

9 Propter multitudinem ramorum eius. Et æmulata sunt eum ligna paradisi deliciarum Dei.

10 Propterea hæc dicit Dominus. Pro eo quod factus es magnus magnitudine, & dedisti principium tuum in medio nubium: & vidi dum ipse exaltaretur.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

19 *Faciamq́; iudicia in Misraim, & scient quod ego Iehouah.*

20 *Fuit præterea vndecimo anno, primo* mense, *septima* dic *mensis factum est verbum Iehouæ ad me, dicendo:*

21 *Fili hominis, brachium Parhoh regis Misraim confregi, & ecce non fuit obligatum, vt ponantur medicamina, vt apponatur fascia, ad alligandum illud, ad roborandum illud, vt teneat gladium.*

22 *Propterea sic dixit Dominus Iehouah: Ecce* venio *ad Parhoh regem Misraim, & conteram brachia eius, ac fortitudinem, &* iam *confractum est, & cadere faciam gladium de manu eius.*

23 *Et dispergam Misraim in Gentes, & ventilabo eos in terras.*

24 *Et roborabo brachia regis Babel, daboque gladium meum in manu eius: & confringam brachia Parhoh, & vociferabitur vociferatione interfecti coram eo:*

25 *Roborabo inquam brachia regis Babel, & brachia Parhoh concident, scientq́; quod ego Iehouah, quum dedero gladium meum in manu regis Babel, & extenderit eum super terram Misraim.*

26 *Et dispergam Misraim in Gentes, ventilaboque eos in terras, & scient quod ego Iehouah.*

CAP. XXXI.

1 *ET fuit, vndecimo anno, tertio mense, prima die mensis, fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo:*

2 *Fili hominis dic ad Parhoh regem Misraim, & ad multitudinem eius: Cuinam similis es in magnitudine tua?*

3 *Ecce Assur* erat tanquam *cedrus in Lebanon, pulchra ramis, & ramis densis inumbrans, & excelsa altitudine, & inter condensa fuit cacumen eius.*

4 *Aquæ crescere fecerunt eum, vorago exaltauit illum, flumina eius ibant* per *circuitus plantationis eius, & riuulos suos misit ad vniuersas arbores agri.*

5 *Propterea exaltata est altitudo eius præ omnibus arboribus agri: & multiplicati sunt rami eius, & prolongati sũt rami eius propter aquas multas quũ illa mittebat eos.*

6 *In ramis eius nidificauerunt omnia volatilia cœli, & sub ramis eius pepererunt cunctæ bestiæ agri, & in vmbra illius habitauerunt omnes Gentes multæ.*

7 *Pulchra itaque facta est magnitudine sua, longitudine ramorum suorum: quod radix eius fuerit iuxta aquas multas.*

8 *Cedri non absconderunt eam in horto Dei, abietes non fuerunt sicut rami eius: & castaneæ non fuerunt sicut rami eius nulla arbor in horto Dei fuit similis ei in pulchritudine sua.*

9 *Pulchram feci eam multitudine ramorum eius: & æmulatæ sunt eam omnes arbores Heden, quæ* erant *in horto Dei.*

10 *Propterea sic dixit Dominus Iehouah, Quandoquidem eleuatus est statura, & dedit summitatem suam inter condensa, & eleuatum est cor eius in celsitudine sua.*

Vulgat. Editio.

Tradidi eum in manu fortissimi Gentium, faciens faciet ei: iuxta impietatem eius eieci eum.

Et succident eum alieni, & crudelissimi nationum & proijcient eum super montes, & in cunctis conuallibus corruent rami eius, & confringentur arbusta eius in vniuersis rupibus terræ: & recedent de vmbraculo eius omnes populi terræ, & relinquent eum.

In ruina eius habitauerunt omnia volatilia cœli, & in ramis eius fuerunt vniuersæ bestiæ regionis:

Quamobrem non eleuabuntur in altitudine sua omnia ligna aquarum, nec ponent sublimitatem suam inter nemorosa atque frondosa, nec stabunt in sublimitate sua omnia, quæ irrigantur aquis: quia omnes traditi sunt in mortem ad terram vltimam in medio filiorum hominum ad eos, qui descendunt in lacum.

Hæc dicit Dominus Deus: In die quando descendit ad inferos, induxi luctum, operui eum abysso: & prohibui flumina eius, & coercui aquas multas: contristatus est super eum Libanus, & omnia ligna agri concussa sunt.

A sonitu ruinæ eius commoui gentes, cum deducerem eum ad infernum cum his, qui descendebant in lacum: consolata sunt in terra infima omnia ligna voluptatis egregia, atque præclara in Libano, vniuersa quæ irrigabantur aquis.

Nam & ipsi cum eo descendent in infernum ad interfectos gladio: & brachium vniuscuiusque sedebit sub vmbraculo eius in medio nationum.

Cui assimilatus es ô inclyte atque sublimis inter ligna voluptatis? Ecce deductus es cum lignis voluptatis ad terram vltimam: in medio incircuncisorum dormies, cum eis, qui interfecti sunt gladio, ipse est Pharao, & omnis multitudo eius, dicit Dominus Deus.

CAP. XXXII.

ET factum est, duodecimo anno, in mense duodecimo, in vna mensis, factum est verbum domini, ad me, dicens:

Fili hominis assume lamentum super Pharaonem regem Aegypti, & dices ad eum: Leoni Gentium assimilatus es, & draconi, qui est in mari: & ventilabas cornu in fluminibus tuis, & conturbabas aquas pedibus tuis, & conculcabas flumina earum.

*Su.12. 13.&17 20.

Propterea hæc dicit Dominus Deus: * Expandam super te rete meum in multitudine populorum multorum, & extraham te in sagena mea.

Et proijciam te in terram, super faciem agri abijciam te: & habitare faciam super te omnia volatilia cœli, & saturabo de te bestias vniuersæ terræ.

Et dabo carnes tuas super montes, & implebo colles tuos sanie tua.

Et irrigabo terram fætore sanguinis tui super montes, & valles implebuntur ex te.

Et operiam, cum extinctus fueris, cælum, & nigrescere faciam stellas eius: solem nube tegam, & luna non dabit lumen suum,

Om-

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

11 *Tradidi eum in manum fortis gentium, faciendo faciet ei: propter impietatem eius eieci eam.*

12 *Et succident eum alieni, fortes gentium, & dimittent eum super montes, & in cunctis vallibus corruent rami eius, & confringentur rami eius in vniuersis torrentibus terræ: Et descendent ab vmbra eius omnes populi terræ, & relinquent eum.*

13 *Super ruinam eius habitabunt omnia volatilia cœli, & super ramos eius erunt omnes bestiæ agri,*

14 *Quamobrem non eleuabuntur in multitudine sua omnia ligna aquarum, nec dabunt sublimitatem suam inter condensa, neque stabunt vlmi eorum in sublimitate sua, omnes potatores aquarum, quia omnes traditi sunt morti, terræ inferiori in medio filiorum hominum cum descendentibus in sepulchrum.*

15 *Sic dixit Dominus Deus: In die qua descendit ad infernum lugere feci abyssum: operire feci super eum voraginem sacco: & prohibui flumina eius, & prohibitæ sunt aquæ multæ, & tenebrescere feci super eum Libanon, & omnia ligna agri fessa sunt.*

16 *A sonitu ruinæ eius commouere feci Gentes, dum descendere feci eum ad infernum cum descendentibus in sepulchrum: & consolata sunt in terra infima omnia ligna Heden electa, & bonum Libani, omnes bibentes aquas.*

17 *Etiam ipsi cum eo descenderunt ad infernum ad interfectos gladio: & brachium eius: & qui sederunt in vmbra eius in medio Gentium.*

18 *Cui assimilatus es sic in gloria, & magnitudine inter ligna Heden? Et descendere factus es cum lignis Heden ad terram infimam: in medio incircuncisorum dormies cum interfectis gladio, hic est Parhoh, & omnis multitudo eius, dixit Dominus Deus.*

CAP. XXXII.

1 *ET fuit duodecimo anno, duodecimo mense, primâ die mensis, fuit verbum Domini ad me, dicendo:*

2 *Fili hominis leua lamentum super Parhoh regem Aegypti, & dic ad eum: Catulo leonis Gentium assimilatus es, & tu sicut cetus in maribus, & educebas flumina tua, & turbabas aquas pede tuo, & conculcabas flumina eorum,*

3 *Sic dixit Dominus Deus: Expandam super te rete meum in cœtu populorum multorum, & ascendere facient te sagena mea.*

4 *Et dimittam te in terra in superficie agri, proijcere faciam te, & habitare faciam super te omnia volatilia cæli, & saturare faciam de te bestias vniuersæ terræ.*

5 *Et dabo carnem tuam super montes & implebo valles celsitudine tua.*

6 *Et irrigare faciam terram inundantem tuam sanguine tuo vsque ad montes, & torrentes implebuntur te.*

7 *Et operiam, cum extinxero te, cælos & nigrescere faciam stellas eorum: solem nube tegam, & luna non lucescere faciet lumen suum.*

Om-

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

11 Et tradidi eum in manus principis Gentium: & fecit perditionem eius.

12 Et exterminauerunt eum alieni, pestilentes de gentibus,& deiecerunt eum super montes: in cunctis conuallibus corruerunt rami eius: & contritæ sunt stirpes eius in omni campo terræ: & descenderunt de tegmine eorum omnes populi gentium, & strauerunt eum.

13 In ruina eius requieuerunt omnia volatilia cœli, & super truncos eius fuerunt omnes bestiæ agri.

14 Vt non exaltentur in magtudine sua omnia ligna.quæ in aqua,& dederunt principium suum in medio nubium, nec steterunt in altitudine sua ad se omnes bibentes aquam: omnes dati sunt in mortem in terræ profundum in medio filiorum hominum ad eos, qui descendunt in foueam.

15 Hæc dicit Dominus Dominus: In die qua descendit ad infernum luxit eum abyssus, Et cohibui flumina eius,& prohibui multitudinem aquæ. Et contenebratus est super eum Libanus omnia ligna campi in eo defecerunt.

16 A sonitu ruinæ eius commotæ sunt gentes,quãdo deducebant eum ad infernum cum descendentibus in lacum: Et consolabantur eum in terra omnia ligna deliciarum,& electa Libani omnia quę bibebant aquam.

17 Nam & ipsi descenderunt cum eo ad infernum in vulneratis à gladio: & semen eius,qui habitabãt super tegmine eius in medio vitæ suæ perierunt.

18 Cui assimilatus es? descende & deducere cum lignis deliciarum in terræ profundum. In medio incircuncisorum dormies, cum his, qui interfecti sunt gladio. Sic Pharao,& multitudo fortitudinis eius, dicit Dominus Dominus.

CAP. XXXII.

1 ET factum est, in duodecimo anno, in decimo mense vno mensis, factum est verbum domini, ad me dicens:

2 Fili hominis assume lamentum super Pharaonem regem Aegypti, & dices ei: Leoni Gentium assimilatus es tu,& quasi draco,qui in mari:& cornupetebas fluminibus tuis,& conturbabas aquam pedibus tuis,& conculcabas flumina tua.

3 Hæc dicit Dominus. Et circumijciam super te retia populorum multorum,& extraham te in hamo meo.

4 Et extendam te super terram. Campi replebuntur:& sedere faciam super te omnia volatilia cœli, & saturabo omnes bestias vniuersæ terræ.

5 Et dabo carnes tuas super montes, & implebo de sanguine tuo.

6 Et irrigabitur terra de stercoribus tuis à multitudine tua super montes. Valles implebo ex te.

7 Et operiam,cum extinctus fueris,terram, & tenebrescere faciam stellas eius: solem in nube operiam: & luna non ostendet lumen suum.

Noua ex Hebr. Tralat. Fr. Vatabli.

11 *Tradidi eum in manum fortissimi gentium, faciendo faciet ei: propter impietatem eius eieci eum.*

12 *Et succident eum alieni, fortes gentium, & dimittent eum super montes, & in cunctis vallibus corruent rami eius, & confringentur rami eius in vniuersis torrentibus terræ: descendentq́ue ab vmbra eius omnes populi terræ, & relinquent eum.*

13 *Super ruinam eius habitabunt omnia volatilia cœli, & super ramos eius erunt omnes bestiæ agri,*

14 *Quamobrem non eleuabuntur statura sua omnes arbores aquarum, nec dabunt sublimitatem suam inter condensa, neque stabunt vlmi eorum in sublimitate sua, omnes potatores aquarum, quia omnes traditi sunt morti, terræ inferiori in medio filiorum hominum cum descendentibus in sepulchrum.*

15 *Sic dixit Dominus Iehouah: Eo die quo descendit ad infernum lugere feci, & operire feci propter eum voraginem* sacco, *prohibuiq́ue flumina eius, & prohibitæ sunt aquæ multæ, & tenebrescere feci propter eum Lebanon, & omnes arbores agri illius fatigatæ sunt.*

16 *A fragore ruinæ eius commoui Gentes, dum descendere feci eum ad infernum cum descendentibus in sepulchrum: & consolationem acceperunt in terra inferiori omnes arbores Eden electæ, & bonum Lebanon, omnes bibentes aquas.*

17 *Etiam ipsi cum eo descenderunt ad infernum ad interfectos gladio: & brachium eius:* & qui *sedebant in vmbra eius in medio Gentium.*

18 *Cuinam similis factus es sic in gloria, & magnitudine inter arbores Eden. & deijcieris cum lignis Eden in terram inferiorem: in medio incircuncisorum dormies cum interfectis gladio. Is est Paroh, & vniuersa multitudo eius, dixit Dominus Iehouah.*

CAP. XXXII.

1 *ET fuit duodecimo anno, duodecimo mense, prima* die *mensis, fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo:*

2 *Fili hominis leua lamentum super Paroh regem Misraim, & dic ad eum: Catulo leonis Gentium similis factus es, tu quoque* fuisti *tanquam cetus in maribus, & educebas flumina tua. & turbabas* cæteras *aquas pedibus tuis, & conculcabas flumina eorum.*

3 *Sic dixit Dominus Iehouah: Expandam super te rete meum in cœtu populorum multorum, & extrahent te sagena mea.*

4 *Et relinquam te in terra in superficie agri, proijciam te: & habitare faciam super te omnia volatilia cœli, & saturabo de te bestias vniuersæ terræ.*

5 *Daboq́ue carnem tuam super montes & complebo valles celsitudine tua,*

6 *Et irrigabo terram nationis tuæ sanguine tuo* vsque *ad montes, & torrentes replebuntur ex te.*

7 *Et operiam, quum extinxero te, cœlos & obtenebrescere faciam stellas eorum: solem nube tegam, & luna non lucere faciet lumen suum.*

Vulgat. Editio.

8 Omnia luminaria cœli mœrere faciam super te: & dabo tenebras super terram tuam, dicit Dominus Deus, cum ceciderint vulnerati tui in medio terræ, ait Dominus Deus.

9 Et irritabo cor populorum multorum cum induxero contritionem tuam in Gentibus super terras, quas nescis.

10 Et stupescere faciam super te populos multos: & reges eorum horrore nimio formidabunt super te, cũ volare cœperit gladius meus super facies eorũ: & obstupescent repentè singuli pro anima sua in die ruinæ tuæ.

11 Quia hæc dicit Dominus Deus: Gladius regis Babylonis veniet tibi.

12 In gladiis fortium deiiciam multitudinem tuam: inexpugnabiles omnes gentes hæ: & vastabunt superbiam Aegypti, & dissipabitur multitudo eius.

13 Et perdam omnia iumenta eius, quæ erant super aquas pluuias: & non conturbabit eas pes hominis vltra, neque vngula iumentorum turbabit eas.

14 Tunc purissimas reddam aquas eorum, & flumina eorum quasi oleum adducam, ait Dominus Deus:

15 Cum dedero terram Aegypti desolatam: deseretur autem terra à plenitudine sua, quando percussero omnes habitatores eius: & scient quia ego dominus.

16 Planctus est, & plangent eum: filiǰ Gentium plangent eum: super Aegyptum, & super multitudinem eius plangent eum, ait Dominus Deus.

17 Et factum est in duodecimo anno, in quintadecima mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens:

18 Fili hominis cane lugubre super multitudinem Aegypti: & detrahe eam ipsam, & filias Gentium robustarum ad terram vltimam cum his, qui descendunt in lacum.

19 Quo pulchrior es? descende & dormi cum incircuncisis.

20 In medio interfectorum gladio cadent: gladius datus est, attraxerunt eam, & omnes populos eius.

21 Loquentur ei potentissimi robustorum de medio inferni, qui cum auxiliatoribus eius descenderunt, & dormierunt incircuncisi, interfecti gladio.

22 Ibi Assur, & omnis multitudo eius in circuitu illius sepulchra eius: omnes interfecti, & qui ceciderunt gladio.

23 Quorum data sunt sepulchra in nouissimis laci: & facta est multitudo eius per gyrum sepulchri eius: vniuersi interfecti, cadentesque gladio, qui dederant quondam formidinem in terra viuẽtium.

24 Ibi Aelam, & omnis multitudo eius per gyrum sepulchri sui, omnes hi interfecti, ruentesque gladio: qui descenderunt incircuncisi ad terram vltimam: qui posuerunt terrorem suum in terra viuentium, & portauerunt ignominiam suam cum his qui descendunt in lacum.

25 In medio interfectorum posuerunt cubile eius in vniuersis populis eius: in circuitu eius sepulchrum illius: omnes hi incircuncisi, interfectique gladio, dederunt enim terrorem suum in terra viuẽtium, & portauerunt ignominiam suam cum his, qui descendunt in lacum: in medio interfectorum positi sunt.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

8 *Omnia luminaria lucis in cœlo tenebrescere faciam super te, & dabo tenebras super terram tuam, dixit Dominus Deus.*

9 *Et irasci faciam cor populorum multorum quum induxero contritionem tuam in Gentibus super terras quas non nosti.*

10 *Et stupescere faciam super te populos multos: & reges eorum formidabunt super te formidine, quum coruscare fecero gladium meum super facies eorum: & exterrebuntur ad momenta vnusquisque in animo suo, in die ruinæ tuæ.*

11 *Quia sic dixit Dominus Deus: Gladius regis Babel veniet tibi.*

12 *Gladiis fortium cadere faciam multitudinem tuam fortes Gentium omnes ipsi, & vastabunt superbiam Aegypti, & disperdetur cum omni multitudine sua.*

13 *Et perdere faciam omnia iumenta eius, vt non sint iuxta aquas multas: & non calcabit eas pes hominis vltra, & vngula iumentorum non calcabunt eas.*

14 *Tunc mergere faciam aquas eorum, & flumina eorum velut oleum ire faciam, dixit Dominus Deus.*

15 *Quum dedero terram Aegypti in desolationem, & desolabitur terra à plenitudine sua, quando percutere faciam omnes habitantes in ea, & scient quod sum Dominus.*

16 *Lamentum est, & lamentamini eam: villæ Gentium lamentabuntur eam super Aegyptum, & super omnem multitudinem eius lamentabuntur, dixit Dominus Deus.*

17 *Et fuit duodecimo anno, die quintadecima mensis fuit verbum Domini ad me dicendo.*

18 *Fili hominis lamentare multitudinem Aegypti: & descendere fac ipsam, & villas Gentium robustarum ad terram inferorum, cum descendentibus in sepulchrum.*

19 *Quo iucundior es? Descende & dormi cum incircuncisis.*

20 *In medio interfectorum gladio cadent: gladio data est, trahite eam, & omnes populos eius ad inferiora.*

21 *Loquentur ei fortes potentium de medio inferni, cum auxiliatoribus suis, qui descenderunt, dormierunt cum incircuncisis, interfectis gladio.*

22 *Ibi Assur, & omnis cœtus eius: in circuitibus eius sunt sepulchra eius: omnes ipsi interfecti gladio.*

23 *Cuius posita sunt sepulchra in lateribus sepulchri: & fuit cœtus eius per circuitus sepulchri eius: omnes ipsi interfecti qui ceciderunt gladio, qui dederunt formidinem in terra viuentium.*

24 *Ibi Helam, & omnis multitudo eius per circuitus sepulchri eius: omnes hi interfecti qui ceciderunt gladio: qui descenderunt cum incircuncisis ad terram inferiorum: qui dederunt terrorem suum in terra viuentium, & portauerunt ignominiam suam cum descendentibus in sepulchrum.*

25 *In medio interfectorum posuerunt cubile ei, in vniuerso populo eius per circuitus eius sepulchra eius: omnes ij cum incircuncisis, interfectis gladio, quia datus est terror eorum in terra viuentium, & portauerunt ignominiam suam cum descendentibus in sepulchrum: in medio interfectorum positus est.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Omnia ostendentia lumen in cœlo contenebrescent in te: & dabo tenebras super terram, ait Dominus Dominus.

Et irritabo cor populorum multorum, cum adduxero captiuitatem tuam in Gentes, ad terram, quam nescis.

Et contristabuntur super te gentes multæ: & reges earum stupore stupebunt, cum volare cœperit gladius meus super facies eorum, expectantes ruinam suam à die ruinæ tuæ.

Quia hæc dicit Dominus Dominus: Gladius regis Babylonis veniet tibi.

In gladiis gigantum: & deijciam fortitudinem tuam; pestilentes de gentibus cuncti, & perdent iniuriam Aegypti: & conteretur omnis fortitudo illius,

Et perdam omnia iumenta eius ab aqua multa: & non conturbabit eam pes hominis vltra: & vestigium iumentorum non calcabit eam.

Ita tunc quiescent aquæ eorum; & flumina eorum, quasi oleum ibunt, dicit Dominus.

Cum dedero Aegyptum in perditionem, & desolata fuerit terra cum plenitudine sua: cum disseminauero omnes habitatores eius. Et scient, quia ego sum Dominus.

Planctus est, & planges eum: & filiæ gentium plangent eum super Aegyptum, & super omnem fortitudinem eius plangent eam, ait Dominus Dominus.

Et factum est in duodecimo anno primi mensis, quintadecima mensis, factus est sermo Domini ad me, dicens:

Fili hominis plange super fortitudinem Aegypti: & deducent eius filias gentes mortuas in profundum terræ, ad eos, qui descendunt in foueam.

*Quo melior es? & descende, & dormi cum incircuncisis in medio vulneratorum gladio.

*In medio vulneratorum gladio cadent cum eo: & dormiet omnis fortitudo eius:

Et dicent tibi gigantes in profundo foueæ esto:

* Hi numeri sic trāspositi respōdēt nostræ vulgatæ editioni.

Ibi Assur, & omnis congregatio eius: omnes vulnerati ibi dati sunt.

Et sepulchrum eorum in profundo foueæ: & facta est congregatio eius in circuitu sepulchri eius: omnes vulnerati, qui ceciderant gladio: qui dederunt timorem suum in terra vitæ:

Ibi Aelam, & omnis fortitudo eius in circuitu sepulchri eius: omnes vulnerati, qui ceciderunt gladio, & qui descendunt incircuncisi in terræ profundum: qui dederunt terrorem suum in terra vitæ: & acceperunt tormentum suum cum his, qui descendunt in foueam in medio vulneratorum.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

8 *Omnia* alia *luminaria lucis in cœlo obtenebrescere faciam propter te, daboq́ tenebras super terram tuam, dixit Dominus Iehouah.*

9 *Et irasci faciam cor populorum multorum, quum adduxero contritionem tuam in Gentes, & super terras quas non nosti.*

10 *Et obstupescere faciam propter te populos multos, & Reges eorum horrescent propter te horrorem, quum coruscare fecero gladium meum ante facies eorum, & exterrebuntur ad singula momenta quisque in animo suo, in die ruinæ tuæ.*

11 *Quia sic dixit Dominus Iehouah, Gladius Regis Babel veniet tibi,*

12 *Gladiis fortium cadere faciam multitudinem tuam, fortes Gentium omnes ipsi, & vastabunt superbiam Misraim, disperdeturq́ vniuersa multitudo eius.*

13 *Perdā omnia iumenta eius vt desinant esse iuxta aquas multas, neque turbabit eas pes hominis vltrà, & vngulæ iumentorum non turbabunt eas.*

14 *Tunc immergi faciam aquas eorum, & flumina eorum velut oleum deducam, dixit Dominus Iehouah.*

15 *Quum dedero terram Misraim* in *desolationem, & desolata fuerit terra à plenitudine sua, quando percussam omnes habitantes in ea: & scient quod ego Iehouah.*

16 *Planctus est, & plangent eam filiæ* inquam *Gentium plangent eam: super Misraim & super omnem multitudinem eius plangent, dixit Dominus Iehouah.*

17 *Et fuit duodecimo anno, decimaquinta* die *mensis fuit verbum Iehoua ad me, dicendo,*

18 *Fili hominis plange super multitudinem Misraim, & deijce ipsam, ipsam* inquam *& villas Gentium robustarum ad terram inferiorum, cum descendentibus* in *sepulchrum.*

19 *Quonam iucundior es? descende, & dormi cum incircuncisis.*

20 *In medio interfectorum gladio cadent: gladio data est, trahite eam & omnes populos eius.*

21 *Loquentur ei fortes potentium de mèdio inferni cum auxiliatoribus eius,* qui *descenderunt, & dormierunt* cum *incircuncisis interfectis gladio,*

22 *Ibi Assur & vniuersus cœtus eius, in circuitibus eius* erunt *sepulchra eius: omnes ipsi interfecti ceciderunt gladio,*

23 *Cuius sepulchra* iam *posita sunt in lateribus sepulchri, estq́ cœtus eius per circuitus sepulchri eius: omnes ipsi interfecti ceciderunt gladio, qui dederunt formidinem in terra viuentium.*

24 *Ibi Elam, & vniuersa multitudo eius per circuitus sepulchri illius. Omnes hi interfecti ceciderunt gladio, qui descenderunt incircuncisi ad terram inferiorum: qui dederunt terrorem suum in terra viuentium, & portauerunt ignominiam suam cum descendentibus* in *sepulchrum.*

25 *In medio interfectorum posuerunt cubile ei, cum vniuerso populo eius, per circuitus eius sepulchra eius. Omnes ij incircuncisi, interfecti gladio, quia datus est terror eorum in terra viuentium, & portauerunt ignominiam suam cum descendentibus in sepulchrum, in medio interfectorum positus est.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

26 IbiMosoch,&Thubal, & omnis multitudo eius:
in circuitu eius ſpulchra illius , omnes hi incir-
cuncisi,interfectique & cadentes gladio :quia dede-
runt formidinem ſuam in terra viuentium.

27 Et non dormient cum fortibus,cadentibuſque &
incircuncisis qui deſcenderunt ad infernum cum
armis ſuis,& poſuerunt gladios ſuos ſub capitibus
ſuis : & fuerunt iniquitates eorum in oſſibus eo-
rum : quia terror fortium facti ſunt in terra vi-
uentium.

28 Et tu ergo in medio incircunciſorum contereris,
& dormies cum interfectis gladio.

29 Ibi Idumæa , & reges eius, & omnes duces eius.
qui dati ſunt cum exercitu ſuo cum interfectis
gladio: & qui cum incircuncisis dormierunt , &
cum his,qui deſcendunt in lacum.

30 Ibi principes Aquilonis omnes & vniuerſi vena-
tores: qui deducti ſunt cum interfectis,pauentes,&
in ſua fortitudine confuſi, qui dormierunt incir-
cuncisi cum interfectis gladio: & portauerunt con-
fuſionem ſuam cum his,qui deſcendunt in lacum.

31 Videbit eos Pharao, & conſolatus eſt ſuper vni-
uerſa multitudine ſua , quæ interfecta eſt gladio,
Pharao & omnis exercitus eius,ait Dominus Deus.

32 Quia dedi terrorem meum in terra viuentium,
& dormiuit in medio incircunciſorum cum in-
terfectis gladio: Pharao,& omnis multitudo eius,
ait Dominus Deus.

CAP. XXXIII.

1 ET factum eſt verbum Domini,ad me,dicens:

2 Fili hominis loquere ad filios populi tui,& dices
ad eos: Terra cum induxero ſuper eam gladium;
& tulerit populus terræ virum vnum de nouiſſi-
mis ſuis , & conſtituerit eum ſuper ſe ſpeculato-
rem,

3 Et ille viderit gladium venientem ſuper terram,
& cecinerit buccina,& annunciauerit populo,

4 Audiens autem,quiſquis ille eſt,ſonitum bucci-
næ,& non ſe obſeruauerit,veneritque gladius , &
tulerit eum; ſanguis ipſius ſuper caput eius erit.

5 Sonum buccinæ audiuit,& non ſe obſeruauit,
ſanguis eius in ipſo erit : ſi autem ſe cuſtodierit,
animam ſuam ſaluabit.

6 Quod ſi ſpeculator viderit gladium venientem,
& non inſonuerit buccina: , & populus ſe non cu-
ſtodierit, veneritque gladius , & tulerit de eis ani-
mam , ille quidem in iniquitate ſua captus eſt,
ſanguinem autem eius de manu ſpeculatoris re-
quiram.

7 * Et tu fili hominis ſpeculatorem dedi te domui
Iſraël,audiens ergo ex ore meo ſermonem annun-
ciabis eis ex me.

8 Si me dicente ad impium:Impie , morte morie-
ris, non fueris loquutus , vt ſe cuſtodiat impius à
via ſua,ipſe impius in iniquitate ſua morietur :
ſanguinem autem eius de manu tua requiram.

9 Si autem annunciante te ad impium vt à vijs
ſuis,conuertatur , non fuerit conuerſus à via ſua,
ipſe in iniquitate ſua morietur: porrò tu animam
tuam liberaſti.

10 Tu ergo fili hominis dic ad domum Iſraël : Sic
loquuti eſtis,dicentes: Iniquitates noſtræ,& pecca-
ta noſtra ſuper nos ſunt: & in ipſis nos tabeſcimus:
quomodo ergo viuere poterimus.

Tranſl.ex Heb. Sanct.Pagn.

26 *Ibi Meſech,Thubal,& omnis multitudo eius , in circui-
tibus eius ſepulchra illius : omnes hi cum incircunciſis, in-
terfectis gladio, quia dederunt formidinem ſuam in terra
viuentium.*

27 *Et non dormient cum fortibus qui ceciderunt de incir-
cunciſis qui deſcenderunt ad infernum cum armis bellicis
ſuis , & poſuerunt gladios ſuos ſub capitibus ſuis: & fuerunt
pœnæ in oſſibus eorum : quia terror fortium in terra vi-
uentium.*

28 *Et tu in medio incircunciſorum contereris , & dormies
cum interfectis gladio.*

29 *Ibi Edom & Reges eius & omnes duces eius, qui poſiti
ſunt cum fortitudine ſua cum interfectis gladio : ipſi cum
incircunciſis dormient , & cum deſcendentibus in ſepul-
chrum.*

30 *Ibi principes Aquilonis omnes ipſi, & vniuerſi Sidonij,
qui deſcenderunt cũ interfectis, in terrore ſuo à fortitudine
ſua pudore affecti, & dormierunt incircunciſi cum in-
terfectis gladio, & portauerunt pudorem ſuum cum de-
ſcendentibus in ſepulchrum.*

31 *Illos videbit Parhoh , & conſolabitur ſuper vniuerſa
multitudine ſua interfecta gladio Parhoh; & omnis exer-
citus eius, dixit Dominus Deus.*

32 *Quia dedi terrorem meum in terra viuentium: & dor-
mire factus eſt in medio incircunciſorum cum interfectis
gladio: Parhoh, & omnis multitudo eius, dixit Dominus
Deus,*

CAP. XXXIII.

1 *ET fuit verbum Domini ad me, dicendo,*

2 *Fili hominis, loquere ad filios populi tui , & dic ad eos,
Quum induxero ſuper terram gladium, & tulerint popu-
lus terræ virum vnum de nouiſſimis ſuis, & poſuerint eum
ſibi ſpeculatorem.*

3 *Et viderit gladium venientem ſuper terram , & clan-
xerit buccina, & præmonuerit populum.*

4 *Et audierit audiens ſonitum buccinæ , & non obſerua-
uerit, veneritque gladius, & tulerit eum , ſanguis eius in
caput eius erit.*

5 *Sonitum buccinæ audiuit, & non ſe obſeruauit ſanguis
eius in ipſum erit: ipſe autem qui obſeruauerit ſe, animam
ſuam eruit.*

6 *Speculator verò ſi viderit gladium venientem , & non
clanxerit buccina, & populus ſe non cuſtodierit , & vene-
rit gladius, & tulerit de eis animam ipſe propter iniqui-
tatem ſuam captus eſt , ſanguinem autem eius de manu
ſpeculatoris requiram.*

7 *Et te fili hominis, ſpeculatorem dedi te domui Iſrael,
& audies de ore meo verbum & præmonebis eos ex me.*

8 *Cum dixero impio , impiè moriendo morieris : & non
fueris loquutus , vt ſe cuſtodiat impius à via ſua: ipſe im-
pius propter iniquitatem ſuam morietur , ſanguinem au-
tem eius de manu tua requiram.*

9 *Et tu ſi præmonueris impium de via ſua vt auerta-
tur ab ea, & non fuerit auerſus à via ſua : ipſe propter
iniquitatem ſuam morietur, & tu animam tuam libera-
ſti.*

10 *Tu autem fili hominis dic ad domum Iſrael, Sic dixiſtis
dicentes: Quia ſcelera noſtra & peccata noſtra ſunt ſuper
nos, & propter ipſa tabeſcimus, & quomodo viuemus.*

Digitized

Transl. ex Septuag.

Ibi dati sunt Moloch, & Thobel, & omnis fortitudo eius in circuitu sepulchri eius, vniuersi incircuncisi, vulnerati à gladio: qui dederunt terrorem suum super terram vitæ.

Et dormierunt cum gigantibus, qui ceciderunt ab æterno, qui descenderunt in infernum cum armis bellicis, & posuerunt gladios suos sub capitibus suis: & factæ sunt iniquitates eorum super ossa eorum: quia terruerunt omnes in vita sua.

Et tu in medio incircuncisorum dormies cum vulneratis gladio.

Ibi dati sunt principes Assur, qui dederunt fortitudinem eius in vulnere gladij: isti cum vulneratis dormierunt, cum descendentibus in foueam.

Ibi principes Aquilonis omnes magistratus Assur descendentes vulnerati, cum terrore suo, & in fortitudine sua dormierunt incircuncisi cum vulneratis gladio: & abstulerunt tormentum suum cum descendentibus in foueam.

Videbit eos Pharao, & consolationem accipiet super omni fortitudine eorum, dicit Dominus dominus.

Quia dedi formidinem eius super petram vitæ: & dormiet in medio incircuncisorum cum vulneratis gladio Pharao, & omnis multitudo eius cum eo, dicit Dominus Dominus.

CAP. XXXIII.

ET factum est verbum Domini, ad me, dicens:

Fili hominis loquere filijs populi tui, & dices ad eos: Terra super quam induxero gladium, & assumpserit populus terræ hominem vnum de suis, & dederunt eum sibi in speculatorem,

Et viderit gladium venientem super terram, & cecinerit tuba, & significauerit populo,

Et audierit audiens vocem tubæ, & non se obseruauerit, & venerit gladius, & comprehenderit eum; sanguis ipsius super caput ipsius erit.

Quia vocem tubæ audiens non se obseruauit: sanguis ipsius super ipsum erit: & hic, quia custodiuit se; animam suam liberauit.

Quod si speculator viderit gladium venientem, & non significauerit tuba, & populus non se custodierit, & veniens gladius tulerit de his animam; ipsa propter iniquitatem suam capta est: & sanguinem de manu speculatoris requiram.

Et tu fili hominis speculatorem dedi te domui Israel, & audieris ex ore meo sermonem,

In dicendo me peccatori, morte morieris, & non fueris loquutus, vt custodiat se impius à via sua, ipse iniquus iniquitate sua morietur: sanguinem autem eius de manu tua requiram.

Tu autem si pronunciaueris impio viam suam, vt auertat se ab ea, & non auerterit se à via sua, hic impietate sua morietur: & tu animam tuam liberasti.

Et tu fili hominis dic domui Israël: Sic loquuti estis dicentes: Errores nostri, & iniquitates nostræ super nos sunt: & in ipsis nos tabescimus: & quomodo viuemus.

Noua ex Hebr. Tralat. F. Vatabli.

26 *Ibi Mesech, Thubal, & omnis multitudo eius, in circuitibus eius sepulchra illius: omnes ij incircuncisi, interfecti gladio, quia dederunt formidinem suam in terra viuentium.*

27 *Et non dormient cum fortibus qui ceciderunt de incircuncisis qui descenderunt ad infernum cum armis bellicis suis, & posuerunt gladios suos sub capitibus suis: sed erunt iniquitates eorum super ossa ipsorum: quia terror fortium* illorum fuit *in terra viuentium.*

28 *Tu verò in medio incircuncisorumontereris, & dormies cum interfectis gladio.*

29 *Ibi Edom & Reges eius & omnes duces eius, qui positi sunt cum fortitudine sua cum interfectis gladio: ipsi cum incircuncisis dormient, & cum descendentibus in sepulchrum.*

30 *Ibi principes Aquilonis omnes & vniuersi Sidonij, qui descenderunt cum interfectis, in terrore suo à fortitudine sua pudore affecti sunt, & dormierunt incircuncisi cum interfectis gladio, & portauerunt pudorem suum cum descendentibus in sepulchrum.*

31 *Illos videbit Paroh, & consolationem accipiet super vniuersa multitudine sua interfecti gladio* erunt *Paroh & vniuersus exercitus eius, dixit Dominus Iehouah,*

32 *Quia dedi terrorem meum in terra viuentium: & dormiet in medio incircuncisorum cum interfectis gladio, Paroh & vniuersa multitudo eius, dixit Dominus Iehouah.*

CAP. XXXIII.

1 *ET fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo.*

2 *Fili hominis, loquere ad filios populi tui, & dic ad eos, Quum induxero super terram gladium, & tulerint populus terræ virum vnum de nouissimis suis, & posuerint eum sibi speculatorem.*

3 *Et* ille *viderit gladium venientem super terram, clanxeritque buccina, & præmonuerit populum.*

4 *Quicunque audierit sonitum buccinæ, & non obseruauerit, veneritque gladius, & tulerit eum, sanguis eius in caput eius erit.*

5 *Sonitum buccinæ audiuit, & non se obseruauit sanguis eius in ipso erit: qui autem obseruauerit se, animam suam eruit.*

6 *Speculator verò si viderit gladium venientem, & non clanxerit buccina, & populus non custodierit se, veneritque gladius, & tulerit ex eis animam: ipse propter iniquitatem suam captus est, sanguinem autem eius de manu speculatoris illius requiram.*

7 *Tu autem fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel, & audies de ore meo verbum & præmonebis eos ex me.*

8 *Quum dixero impio, impiè moriendo morieris: & non fueris loquutus, vt se custodiat impius à via sua: ipse impius propter iniquitatem suam morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram.*

9 *Quod si tu admonueris impium de via sua vt auertatur ab ea, & non fuerit auersus à via sua: ipse propter iniquitatem suam morietur, & tu animam tuam liberasti.*

10 *Tu autem fili hominis dic ad domum Israel, Sic dixistis dicendo, Scelera nostra & peccata nostra* sunt *super nos, & propter ipsa tabescimus, & quomodo viuemus.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Dic ad eos: Viuo ego, dicit Dominus Deus:
nolo mortem impij, sed vt conuertatur impius à
via sua, & viuat. Conuertimini, conuertimini à
viis vestris pessimis: & quare moriemini domus Is-
rael?

Tu itaque fili hominis dic ad filios populi tui: Iu-
stitia iusti non liberabit eum in quacunque die
peccauerit; & impietas impij non nocebit ei, in
quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua,
& iustus non poterit viuere in iustitia sua, in qua-
cunque die peccauerit.

Etiamsi dixero iusto quòd vita viuat, & confi-
sus in iustitia sua fecerit iniquitatem: omnes iusti-
tiæ eius obliuioni tradentur, & in iniquitate sua,
quam operatus est, in ipsa morietur.

Si autem dixero impio, morte morieris, & ege-
rit pœnitentiam à peccato suo, feceritque iudicium
& iustitiam,

Et pignus restituerit ille impius, rapinamq; red-
diderit, in mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit
quidquam iniustum: vita viuet, & non morietur:

Omnia peccata eius, quæ peccauit, non imputa-
buntur ei: iudicium, & iustitiam fecit, vita viuet.

Et dixerunt filij populi tui: non est æqui ponde-
ris via Domini; & ipsorum via iniusta est.

Cum enim recesserit iustus à iustitia sua, fecerit-
que iniquitates, morietur in eis.

Et cum recesserit impius ab impietate sua, fece-
ritque iudicium & iustitiam viuet in eis.

*Su. 18. 25. Et dicitis: non est recta via Domini. Vnum-
quemque iuxta vias suas iudicabo de vobis, do-
mus Israel.

Et factum est in duodecimo anno in decimo
mense, in quinta mensis transmigrationis nostræ,
venit ad me, qui fugerat de Ierusalem, dicens: Va-
stata est ciuitas.

Manus autem Domini facta fuerat ad me vespe-
re, antequam veniret qui fugerat: aperuitque os
meum; donec veniret ad me mane, & aperto ore
meo non silui amplius.

Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

Fili hominis, qui habitant in ruinosis his super
Israel, loquentes aiunt: vnus erat Abraham, & hæ-
reditate possedit terram: nos autem multi sumus,
nobis data est terra in possessionem.

Idcirco dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus:
Qui in sanguine comeditis, & oculos vestros leua-
tis ad immunditias vestras, & sanguinem funditis;
numquid terram hæreditate possidebitis?

Stetistis in gladijs vestris, fecistis abominationes,
& vnusquisque vxorem proximi sui polluit: & ter-
ram hæreditate possidebitis?

Hæc dices ad eos: Sic dicit Dominus Deus. Viuo
ego, quia qui in ruinosis habitant, gladio cadent: &
qui in agro est, bestiis tradetur ad deuorandum, qui
autem in præsidiis, & speluncis sunt, peste morien-
tur.

Et dabo terram in solitudinem, & in desertum,
& deficiet superba fortitudo eius: & desolabuntur
montes Israel, eo quod nullus sit qui per eos
transeat.

Et scient, quia ego Dominus, cum dedero terram
eorum desolatam, & desertam propter vniuersas
abominationes suas, quas operati sunt.

Transl. ex Heb. Sauct. Pagn.

11 *Dic ad eos, Viuo ego dixit Dominus Deus, Si volo mor-
tem impij, sed quum auersus fuerit impius à via sua, vi-
uet, Auertimini, Auertimini, à vijs vestris malis, & vt
quid moriemini domus Israel?*

12 *Et tu fili hominis dic ad filios populi tui, Iustitia
iusti non eruet eum in die qua præuaricatus fuerit: &
propter impietatem impius non impiget in die qua conuer-
sus fuerit ab impietate sua: & iustus non poterit viuere
propter eam die qua peccauerit.*

13 *Cum dixero iusto, Viuendo viuet: & fisus iustitia sua
fecerit iniquitatem: omnes iustitiæ eius non memora-
buntur, sed propter iniquitatem suam quam fecit mo-
rietur.*

14 *Et cum dixero impio, Moriendo morieris: & auersus
fuerit à peccato suo, & fecerit iudicium & iustitiam.*

15 *Pignus restituerit impius, quod rapuit, reddiderit, in
mandatis vitæ ambulauerit, vt non faciat iniquitatem:
viuendo viuet, & non morietur.*

16 *Omnia peccata eius quæ peccauit non memorabun-
tur ei: Iudicium & iustitiam fecit; viuendo viuet.*

17 *Et dixerunt filij populi tui, Non est æqua via Domini:*

18 *Cum auersus fuerit iustus à iustitia sua, & fecerit ini-
quitatem, morietur propter eam.*

19 *Et cum auersus fuerit impius ab impietate sua, &
fecerit iudicium & iustitiam, propter ipsa viuet.*

20 *Et dixistis, Non est æqua via Domini; vnumquemque
iuxta viam suam iudicabo vos, domus Israel.*

21 *Et fuit duodecimo anno, mense decimo die, quinta men-
sis transmigrationis nostræ, venit ad me euasor de Ieru-
salaim, dicendo, Percussa est ciuitas.*

22 *Et manus Domini fuit ad me vesperi, antequam veni-
ret euasor, aperuitq; os meum. donec veniret ad me mane,
& aperuit os meum, & non silui amplius,*

23 *Et fuit verbum Domini ad me, dicendo.*

24 *Fili hominis, habitatores solitudinum isti super humum
Israel dicunt dicendo, vnus erat Abraham, & possedit ter-
ram: & nos multi, nobis data est terra in possessionem.*

25 *Idcirco dic ad eos, Sic dixit Dominus Deus, Cum san-
guine comedetis, & oculos vestros leuatis ad idola ve-
stra, & sanguinem fundetis, & terram possidebitis?*

26 *Stetistis in gladiis vestris, fecistis abominationem, &
vnusquisque vxorem proximi sui polluistis, & terram
possidebitis?*

27 *Sic dices ad eos. Sic dixit Dominus Deus, Viuo ego,
nisi qui in solitudinibus sunt gladio ceciderint, & eum
qui in superficie agri, bestiæ tradidi ad deuorandum: &
qui in præsidiis & in speluncis sunt, peste morientur.*

28 *Et dabo terram in solitudinem & desertum. & cessabit
superbia fortitudinis eius, & desolabuntur montes Israel,
vt non sit qui transeat.*

29 *Et scient quod sum Dominus, cum dedero terram in soli-
tudinem & desertum, propter vniuersas abominationes
suas quas fecerunt.*

Transl. ex Septuag.

Dic eis: Viuo ego: hæc dicit Dominus: Non volo mortem impij, sicut conuerti impium à via sua, & ipsum viuere. Conuersione conuertimini à via vestra: & vt quid morimini domus Israel?

Dic ad filios populi tui: Iustitia iusti non liberabit eum in quacunque die errauerit, & iniquitas impij non nocebit ei, in quacunque die conuersus fuerit ab iniquitate sua. Et iustus non poterit saluari.

In dicendo me iusto, hic confidit in sua iustitia, & faciet iniquitatem; omnes iustitiæ eius non memorabuntur in iniustitia sua, quam fecit, in ea morietur.

Et in dicēdo me impio, morte morieris, & auertet se à peccato suo, & faciet iudicium & iustitiam,

Et pignus restituerit, & rapinas reddiderit, in mandatis vitæ ambulauerit, non faciendo iniustum: vita viuet, & non morietur:

Omnia peccata eius, quæ peccauit, non memorabuntur: quia iudicium, & iustitiam fecit; in ipsis viuet.

Et dicent filij populi tui: non est recta via Domini: Et ipsa via eorum non est recta.

In recedendo iustum à iustitia sua, & faciet iniquitates, & morietur in eis.

Et in recedendo peccatorem ab iniquitate sua, & faciet iudicium & iustitiam; in ipsis ipse viuet.

Et hoc est, quod dixistis: non recta via Domini. Vnumquemque in viis suis iudicabo vos domus Israel.

Et factum est in duodecimo anno in duodecimo mense, quinta mensis captiuitatis nostræ, venit ad me, qui saluatus fuerat de Hierusalem, dicens: capta est ciuitas.

Et manus Domini facta fuerat super me vespere, antequam ille veniret: & aperuit os meum; donec venit ad me mane. Et apertum os meum non se cohibuit vltrà.

Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

Fili hominis, qui habitant desertas super terram Israel, dicunt: vnus erat Abraam, & possedit terram, & nos plures sumus: nobis data est terra in possessionem.

*Quæ deberēt respondere nu. 25. & 26. desse à Sept. interp. testatur D. Hierony.

Idcirco dic eis: Hæc dicit Dominus Dominus. Viuo ego, si non, qui in desertis, cadent gladiis, & qui super faciem campi, bestiis agri dabuntur in deuorationem, & eos, qui in muratis, & eos, qui in speluncis, morte interficiam.

Et dabo terram desertum: & peribit superbia fortitudinis eius: & desolabuntur montes Israel, eo quod non sit qui transeat.

Et scient, quia ego sum Dominus. Et faciam terram eorum desertum: & desolabitur propter vniuersas abominationes ipsorum, quas fecerunt.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

11 *Dic ad eos, Viuo ego dixit Dominus Iehouah, Si volo mortem impij, sed vt auertatur impius à via sua, & viuat, conuertimini, conuertimini,* igitur *à vijs vestris malis, & vt quid moriemini domus Israel?*

12 *Tu autem fili hominis dic ad filios populi tui, Iustitia iusti non eruet eum die quo præuaricatus fuerit: & impietas impij non* faciet *vt corruat in eam die quo conuersus fuerit ab impietate sua: & iustus non poterit viuere propter eam die quo peccauerit.*

13 *Quum ergo dixero iusto, Viuendo viuet: & confisus iustitiæ suæ fecerit iniquitatem: omnes iustitiæ non memorabuntur, sed propter iniquitatem suam quam fecit morietur.*

14 *Rursum quum dixero impio, Moriendo morieris: & auersus fuerit à peccato suo, feceritque iudicium & iustitiam.*

15 Nempe *pignus restituerit impius, quod rapuit, reddiderit, in mandatis vitæ ambulauerit, ne faciat iniquitatem: viuendo viuet, & non morietur.*

16 *Omnia peccata eius quæ peccauit non commemorabuntur ei: Iudicium & iustitiam fecit, viuendo viuet.*

17 *Et dixerunt filij populi tui, Non est æqua via Domini: quum potius via eorum non sit æqua.*

18 *Quum auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, morietur propter illa.*

19 *Et quum auersus fuerit impius ab impietate sua, & fecerit iudicium & iustitiam, propter ipsa viuet.*

20 *Et dixistis, Non est æqua via Domini vnumquemque iuxta viam suam iudicabo vos, domus Israel.*

21 *Fuit præterea duodecimo anno,* mense *decimo,* die *quinta mensis transmigrationis nostræ, venit ad me euasor de Ierusalaim, dicendo, Percussa est ciuitas.*

22 *Et manus Iehouæ fuit ad me vesperi antequam veniret euasor, aperuitq; os meum, donec veniret ad me mane, aperuit inquam os meum, & non silui amplius.*

23 *Fuit item verbum Iehouæ ad me, dicendo.*

24 *Fili hominis, habitatores solitudinum isti, in terra Israel dicunt dicendo, Vnus erat Abraham, & possedit terram: nos autem multi, nobis tradita est terra in possessionem.*

25 *Idcirco dic ad eos, Sic dixit Dominus Iehouah, Cum sanguine comedetis, & oculos vestros attolletis ad idola vestra, & sanguinem effundetis, & terram hanc possideretis?*

26 *Stetistis in gladiis vestris, fecistis abominationem, & quisque vxorem proximi sui polluistis, & terram hanc possideretis?*

27 *Sic dices ad eos. Sic dixit Dominus Iehouah, Viuo ego nisi qui in solitudinibus* sunt *gladio ceciderint, & eum qui in superficie agri, bestiæ tradiderim, vt deuoret eum: & qui in præsidiis & in speluncis* sunt, *peste morientur.*

28 *Et dabo terram* in *solitudinem & desertum, cessabitq; superbia fortitudinis eius, & desolabuntur montes Israel, ita vt non sit qui transeat illac.*

29 *Et scient quod ego Iehouah, quum dedero terram in solitudinem & desertum, propter vniuersas abominationes eorum quas fecerunt.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Et tu fili hominis filij populi tui,qui loquuntur 30
de te iuxta muros & in ostijs domorum, & dicunt
vnus ad alterum,vir ad proximum suum loquentes: Venite,& audiamus,quis sit sermo egrediens à Domino.
Et veniunt ad te,quasi si ingrediatur populus, & 31
sedent corã te populus meus, & audiunt sermones
tuos,& non faciunt eos: quia in canticum oris sui
verterunt illos, & auaritiam suam sequitur cor eorum.
Et es eis,quasi carmen musicum,quod suaui,dul- 32
cique sono canitur,& audiunt verba tua,& non faciunt ea.
Et cum venerit quod prædictum est (ecce enim 33
venit) tunc scient,quod prophetes fuerit inter eos.

CAP. XXXIV.

Et factum est verbum Domini ad me, dicens: 1
Fili hominis propheta de pastoribus Israel: 2
propheta,& dices pastoribus: Hæc dicit Dominus
Deus: Væ pastoribus Israel qui pascebant semetipsos? Nonne greges à pastoribus pascuntur?
Lac comedebatis,& lanis operiebamini, & quod 3
crassum erat occidebatis: gregem autem meum non pascebatis.
Quod infirmum fuit, non consolidastis,& quod 4
ægrotum,non sanastis; quod confractum est non alligastis,& quod abiectum est, non reduxistis, & quod perierat, non quæsistis; sed cum austeritate imperabatis eis,& cum potentia.
Et dispersæ sunt oues meæ, eo quod non esset 5
pastor: & factæ sunt in deuorationem omnium bestiarum agri,& dispersæ sunt.
Errauerunt greges mei in cunctis montibus, &
in vniuerso colle excelso: & super omnem faciem 6
terræ dispersi sunt greges mei,& non erat, qui requireret,non erat inquam,qui requireret.
Propterea pastores audite verbum Domini: 7
Viuo ego dicit Dominus Deus,quia pro eo, quod 8
facti sunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omnium bestiarum agri eo quod nõ esset pastor (neque enim quæsierunt pastores mei gregem meum,)sed pascebant pastores semetipsos, & greges meos non pascebant.
Propterea pastores audite verbum Domini. 9
Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ipse super 10
pastores requiram gregem meum de manu eorum, & cessare faciam eos, vt vltrà non pascant gregem, nec pascant amplius pastores semetipsos:& liberabo gregem meum de ore eorum; & non erit vltra eis in escam.
Quia hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ipse re-
quiram oues meas & visitabo eas. 11
Sicut visitat pastor gregem suum in die, quan- 12
do fuerit in medio ouium suarum dissipatarum,sic visitabo oues meas,& liberabo eas de omnibus locis,in quibus dispersæ fuerant in die nubis,& caliginis.
Et educam eos de populis, & congregabo eas de 13
terris, & inducam eas in terram suam, & pascam eas in montibus Israel, in riuis,& in cunctis sedibus terræ.
In pascuis vberrimis pascam eas, & in montibus 14
excelsis Israel erunt pascua earum: ibi requiescent in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super montes Israel.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Et tu fili hominis, filij populi tui qui obloquuntur de terra iuxta parietes,& in ostijs domorum:& loquitur alter cum altero,vnusquisque cum fratre suo dicendo, Venite nunc,& audite verbum quod egreditur à Domino.

Et veniunt ad te secundum ingressum populi, & sedebunt coram te populus meus,& audient verba tua, & ea nõ facient: quia subsannationes ore suo faciunt post auaritiam suam cor eorum ambulat.

Et ecce tu es eis veluti canticum subsannatorum pulchra vocis, & bene scientis canere: & audient verba tua, sed non facient ea.

Et cum venerit illud,(ecce venit) scient quod Propheta fuit in medio eorum.

CAP. XXXIV.

Et fuit verbum Domini ad me,dicendo:
Fili hominis propheta super pastores Israel, propheta, & dic ad eos, Sic dixit Dominus Deus, Væ pastoribus Israel, qui pauerunt semetipsos: Nonne gregem pascunt pastores?

Lac comedistis,& lanam induistis, crassum iugulastis, pecudes non pauistis.

Infirmum non consolidastis, & infirmam, & confractam non alligastis,& abiectam non reduxistis, & perditam non quæsistis:& durè dominati estis eis,& tyrannicè.

Et dispersæ sunt absque pastore, & fuerunt in deuorationem omni bestiæ agri,& dispersæ sunt.

Errauerunt pecudes meæ in cunctis montibus, & super omnem collem excelsum & super omnem superficiem terræ dispersæ sunt pecudes meæ,& non fuit qui quæreret, neque requireret.
Propterea Pastores, audite verbum Domini.
Viuo ego,dixit Dominus Deus,si non pro eo quod fuerunt pecudes meæ in direptionem, & fuerunt pecudes meæ in deuorationem omni bestiæ agri, absque pastore, & non quæsierunt pastores mei pecudes meas,sed pauerunt pastores semetipsos,& pecudes meas non pauerunt.

Propterea pastores audite verbum Domini.
Sic dixit Dominus Deus,Ecce venio ad pastores, requiram pecudes meas de manu eorum, & cessare faciam eos ne pascant pecudes, & non pascent amplius pastores semetipsos: & eruam pecudes meas de ore eorum, & non erunt eis in escam.

Quia sic dixit Dominus Deus:Ecce ego requiram pecudes meas,& quæram eas.
Quemadmodum inquirit pastor gregem suum in die qua est in medio ouium suarum dispersarum, sic requiram pecudes meas,& eruam eas de omnibus locis in quæ dispersæ fuerant,in die nubis & caliginis.

Et educam eas è populis, & congregabo eas è terris,& inducam eas in terram suam, & pascam eas in montibus Israel,in riuis,& in cunctis habitationibus terræ,

In pascuis bonis pascam eas, & in montibus excelsis Israel,erit pascua earum:ibi accubabunt in pascuis bonis, & pascua pinguia pascent super montes Israel,

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Et tu fili hominis filij populi tui loquentes de te
iuxta muros,& ostijs domorum, & loquuntur homo fratri suo,dicentes:conueniamus,& audiamus,
quæ egrediuntur à Domino,

Veniunt ad te, quomodo congregari solet populus,& sedent coram te,& audiunt verba tua, & ea
non facient:quoniam mendacium in ore eorum,&
post contaminationes cor eorum.

Et es eis,quasi vox psalterij dulcisoni concinni:
& audient verba tua,& non facient ea.

Et cum venerit;dicent,ecce venit,& scient,quia
propheta erat in medio eorum.

CAP. XXXIV.

ET factum est verbum Domini ad me, dicens:
Fili hominis propheta ad pastores Israel:
propheta, & dic pastoribus: Hæc dicit Dominus
Dominus: O pastores Israel nunquid pascunt pastores semetipsos? Nonne oues pascunt ipsi pastores?
Ecce lac comeditis,& lanis operimini, & quod
crassum est,occiditis, & oues meas non pascitis.

Quod infirmum fuit, non confortastis, & quod
ægrotum,non sanastis; & quod contritum non alligastis,& quod errabat, non reduxistis, & quod
perierat,non quæsistis;& quod forte erat,afflixistis
labore.
Et dispersæ sunt oues meæ, eo quod non essent
pastores: & factæ sunt in deuorationem omnibus
bestiis.
Et dispersæ sunt oues meæ in omni monte,& super omnem collem excelsum: & super faciem terræ dispersæ sunt; & non erat,qui requireret,neque
qui reduceret.
Propterea pastores audite verbum Domini:
Viuo ego dicit Dominus Dominus, si non pro eo,
quod factæ sunt oues meæ in rapinam,& factę sunt
oues meæ in deuorationem omnibus bestijs campi
eo quod non essent pastores(& non quæsierunt pastores oues meas,& pauerunt pastores semetipsos,
oues autem meas non pauerunt;
Pro hoc pastores.
Hæc dicit Dominus Dominus: Ecce ego super
pastores,& requiram oues meas de manibus eorū,
& amouebo eos,ne pascant oues meas, & non pascent amplius pastores eas,& liberabo oues meas de
ore eorum; & non erunt eis vltra in deuorationem.
Quia hæc dicit Dominus Dominus:Ecce ego requiram oues meas & visitabo eas.
Sicut quærit pastor gregem suum,in die, quando
fuerit caligo, & nubes in medio ouium separatarum;sic requiram oues meas,& eruam eas de omni
loco,in quo dispersæ fuerant illic in die nubis, &
caliginis.
Et educam eos de gentibus,& congregabo eos de
regionibus,& inducam eos in terram suam, & pascam eos in montibus Israel,& in vallibus,& in omni habitatione terræ.

In pascua bona pascam eos in monte excelso Israel. Et erunt ouilia eorum ibi:& dormient, & ibi
requiescent in deliciis bonis, & in pascua pingui
pascentur super montes Israel.

Noua ex Hebr. Tralat. Fr. Vatabli.

30 *Et tu fili hominis, filij populi tui qui obloquuntur tibi
iuxta parietes illos,& in ostijs domorum: loquunturq́; alter
cum altero,quisque cum fratre suo,dicendo,Venite quæso,& audite quodnam* sit *verbum quod egreditur à Iehoua.*
31 *Et veniunt ad te secundum ingressum populi, & sedent
coram te populus meus,& audiunt verba tua, quæ tamen
nō faciunt: quia subsannationes ore suo faciunt post auaritiam suam cor eorum ambulat.*

32 *Et ecce tu es illis veluti canticum amorum pulchra vocis,& bene scientis canere:nam audient verba tua,sed non
facient ea.*
33 *Quum autem euenerit illud,(ecce venit) scient quod
Propheta fuit in medio eorum.*

CAP. XXXIV.

1 E*T fuit verbum Iehouæ ad me,dicendo,*
2 *Fili hominis propheta contra pastores Israel, propheta* inquam *& dic ad illos,* nempe *pastores, Sic dixit
Dominus Iehouah,Væ pastoribus Israel, qui pauerunt semetipsos: annon gregem pascunt pastores?*

3 *Adipem comedistis,& lana induitis vos:crassum iugulastis,*& tamen *oues non pauistis.*

4 *Infirmas non consolidastis,& ægrotam non sanastis, &
confractam non obligastis,& abiectam non reduxistis, &
perditam non quæsistis: sed durè dominati estis eis,& tyrannicè.*

5 *Et dispersæ sunt:* quod sint *absque pastore, & fuerunt
in deuorationem omni bestiæ agri, dispersæ sunt inquam.*

6 *Errauerunt oues meæ in cunctis montibus, & in omni
colle excelso.& in omni superficie terræ dispersæ sunt oues
meæ,nec fuit qui quæreret,neque qui requireret.*
7 *Propterea ò Pastores,audite verbum Iehouæ,*
8 *Viuo ego,dixit Dominus Iehouah, si non eo quod fuit
grex meus in direptionem,& fuerunt oues meæ in deuorationem omni bestiæ agri,* quod essent *absque pastore,
nec quæsierunt pastores mei oues meas,sed pauerunt,pastores semetipsos,& oues meas non pauerunt.*

9 *Propterea* inquam *ò pastores audite verbum Iehouæ,*
10 *Sic dixit Dominus Iehouah, Ecce ego* venturus sum
*ad pastores illos, & requiram oues meas de manu eorum;
& cessare faciam eos ne pascant oues meas,neque pascent
vltrà pastores semetipsos: & eruam oues meas de ore eorum;nec erunt eis in escam.*

11 *Quia sic dixit Dominus Iehouah,Ecce ego ipse requiram oues meas,& quæram eas.*
12 *Quemadmodum inquirit pastor gregem suum die qua
est in medio ouium suarum dispersarum,sic requiram oues
meas,& eruam eas ex omnibus locis in quæ dispersæ fuerant, in die nubis & caliginis.*

13 *Et educam eas è populis,congregaboq́; eas è terris,& inducam eas in terram suam, & pascam eas in montibus
Israel,in riuis,& in cunctis habitationibus terræ,*

14 *In pascuis bonis pascam eas in montibus excelsis Israel,
erit caula earum:ibi accubabunt in caula bona,& pascua
pinguia pascentur in montibus Israel,*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

15 Ego pascam oues meas: & ego eas accubare fa-
ciam,dicit Dominus Deus.
16 Quod perierat requiram, & quod abiectum erat
reducam, & quod confractum fuerat alligabo, &
quod infirmum fuerat consolidabo, & quod pin-
gue & forte custodiam: & pascam illas in iudicio.
17 Vos autem greges mei, hæc dicit Dominus Deus:
Ecce ego iudico inter pecus & pecus, arietum, &
hircorum.
18 Nonne satis vobis erat pascua bona depasci? in-
super & reliquias pascuarum vestrarum concul-
castis pedibus vestris: & cum purissimam aquam
biberetis, reliquam pedibus vestris turbabatis,
19 Et oues meæ, his quæ conculcata pedibus vestris
fuerant, pascebantur: & quæ pedes vestri turbaue-
rant, hæc bibebant.
20 Propterea hæc dicit Dominus Deus ad vos: Ecce
ego ipse iudico inter pecus pingue, & macilentum.
21 Pro eo quod lateribus, & humeris impingebatis,
& cornibus vestris ventilabatis omnia infirma pe-
cora, donec dispergerentur foras:
22 Saluabo gregem meum, & non erit vltrà in rapi-
Io. 1. nam, & iudicabo inter pecus & pecus.
5. & 10. 23 * ET SVSCITABO SVPER EAS PASTOREM
1. VNVM, qui pascat eas, seruum meum Dauid: ipse
Isa. 40. pascet eas, & ipse erit eis in pastorem.
8. Dan. 9. 24 Ego autem Dominus ero eis in Deum: & seruus
4. meus Dauid princeps in medio eorum: ego Do-
Osee 3. minus locutus sum.
25 Et faciam cum eis pactum pacis, & cessare faciam
bestias pessimas de terra: & qui habitant in deser-
to, securi dormient in saltibus.
26 Et ponam eos in circuitu collis mei benedictio-
nem: & deducam imbrem in tempore suo: pluuiæ
benedictionis erunt.
27 Et dabit lignum agri fructum suum, & terra da-
bit germen suum, & erunt in terra sua absque ti-
more: & scient quia ego Dominus, cum contriuero
catenas iugi eorum, & eruero eos de manu impe-
rantium sibi.
28 Et non erunt vltrà in rapinam in Gentibus, ne-
que bestiæ terræ deuorabunt eos, sed habitabunt
confidenter absque vllo terrore:
29 Et suscitabo eis germen nominatum: & non
erunt vltrà imminuti fame in terra, neque porta-
bunt vltra opprobrium gentium:
30 Et scient quia ego Dominus Deus eorum cum
eis, & ipsi populus meus domus Israel: ait Domi-
nus Deus.
Io. 10. 31 * Vos autem greges mei, greges pascuæ meæ ho-
11. mines estis: & ego Dominus Deus vester, dicit do-
minus Deus.

CAP. XXXV.

1 ET factus est sermo Domini ad me, dicens:
2 Fili hominis pone faciem tuam aduersum
montem Seir, & prophetabis de eo, & dices illi:
3 Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te mons
Seir, & extendam manum meam super te, & dabo
te desolatum atque desertum.
4 Vrbes tuas demoliar, & tu desertus eris: & scies
quia ego Dominus.
5 Eò quod fueris inimicus sempiternus & con-
cluseris filios Israel in manus gladij in tempore af-
flictionis eorum, in tempore iniquitatis extremæ.
6 Propterea viuo ego, dicit Dominus Deus: quo-
niam sanguini tradã te, & sanguis te persequetur:
& cum sanguinem oderis, sanguis persequetur te.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

15 *Ego pascam pecudes meas, & ego accubare eas faciam,*
dixit Dominus Deus.
16 *Perditam requiram, & abiectam reducam, & confra-*
ctam alligabo, & infirmam consolidabo, & pinguem, &
fortem quæ alias opprimit disperdam: pascam illas in iu-
dicio.
17 *Vos autem pecudes meæ, sic dixit Dominus Deus: Ecce*
ego iudico inter pecus, & pecus arietes, & hircos.
18 *Nunquid parum vobis est quod pascua bona paueritis?*
& residuum pascuarum vestrarum conculcaueritis pedi-
bus vestris: & profundas aquas biberitis residua pedibus
vestris conculcaueritis.
19 *Et oues meæ* quæ fuerunt in *conculcationem pedum*
vestrorum pauerunt: & quæ fuerunt *in conculcationem*
pedum vestrorum biberunt,
20 *Propterea sic dixit Dominus Deus ad eos: Ecce ego, ego*
iudicabo inter pecus pingue, & pecus macilentum.
21 *Pro eo quod in latus & in humerum impulistis, & cor-*
nibus vestris cornupetebatis omnes infirmas, donec disper-
geretis eis foras.
22 *Et seruabo pecudes meas, & non erunt vltra in rapi-*
nam, & iudicabo inter pecus & pecus.
23 *ET SVSCITABO SVPER EAS PASTOREM VNVM,*
& pascet eas seruus meus Dauid: ipse pascet eas, & ipse
erit eis in pastorem.
24 *Et ego Dominus ero eis in Deum, & seruus meus Da-*
uid princeps in medio eorum: ego Dominus locutus sum.
25 *Et feriam cum eis pactum pacis, & cessare faciam be-*
stias malas de terra: & habitabunt in deserto confiden-
ter, & dormient in syluis.
26 *Et ponam eas & quæ sunt in circuitu collis mei benedi-*
ctionem, & descendere faciam pluuiam in tempore suo:
pluuiæ benedictionis erunt.
27 *Et dabit arbor agri fructum suum, & terra dabit fru-*
ctum suum, & erunt super terram suam confidenter, &
scient quod sum Dominus, quum contriuero vincula eo-
rum, & eruero eos de manu seruire facientium in eis.
28 *Et non erunt vltra in prædam Gentibus, & bestia ter-*
ræ, non comedent eas: & habitabunt confidenter, & non
erit qui exterreat.
29 *Et suscitabo eis plantationem in nomen: & non erunt*
vltra consumpti fame in terra, nec portabunt vltra igno-
miniam gentium.
30 *Et scient Gentes quod sum Dominus Deus eorum cum*
eis, & ipsi populus meus domus Israel: dixit Dominus
Deus.
31 *Vos autem pecudes meæ, pecudes pascuæ meæ homines*
estis: ego Dominus Deus vester, dixit Dominus Deus,

CAP. XXXV.

1 *ET fuit verbum Domini ad me, dicendo:*
2 *Fili hominis pone faciem tuam aduersus montem*
Sehir, & Propheta super eum, & dic ei.
3 *Sic dixit Dominus Deus: Ecce venio ad te mons Sehir,*
& extendam manum meam super te, & ponam te in de-
solationem, & solitudinem.
4 *Vrbes tuas in desolationem ponam, & tu in desolatio-*
nem eris: & scies quod sum Dominus.
5 *Pro eo quod fuerunt tibi inimicitiæ perpetuæ, & effude-*
ris sanguinem filiorum Israel acie gladij in turpe contri-
tionis eorũ in turpe quo propter iniquitatẽ eorũ venit finis.
6 *Propterea viuo ego, dixit Dominus Deus, quia sanguini*
præparabo te, & sanguis persequetur te: nisi sanguinem odio
haberis sanguis persequetur te.

Et

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Ego pascam oues meas: & ego faciam requiescere eas: & scient, quia ego sum Dominus. Hæc dicit Dominus Dominus.

Quod perierat, requiram: & quod errabat, reducam: & quod contritum, alligabo: & quod defecerat, confortabo: & quod forte, custodiam, & pascam eas cum iudicio.

Et vos oues hæc dicit Dominus Dominus: Ecce ego dijudicabo inter ouem & ouem, arietes & hircos.

Et nonne satis vobis erat, quia bonam pascuam depascebatis: & reliquias pascuæ vestræ conculcabatis pedibus vestris? & collectam aquam bibebatis: & reliquum pedibus vestris turbabatis?

Et oues meæ conculcationes pedum vestrorum pascebant, & aquam conturbatam à pedibus vestris bibebant.

Propterea hæc dicit Dominus Dominus: Ecce ego dijudicabo inter ouem fortem, & inter ouem infirmam.

In lateribus, & humeris vestris propulsabatis, & cornibus vestris ventilabatis, & omnem, quæ deficiebat, affligebatis.

Et saluabo oues meas: & non erunt vltra in rapinam: & iudicabo inter arietem ad arietem.

Et suscitabo super eos pastorem vnum, & pascet eos, seruum meum Dauid. Et erit eorum pastor:

Et ego Dominus ero eis in Deum: & Dauid princeps in medio eorum. Ego Dominus loquutus sum.

Et disponam Dauid testamentum pacis, & delebo bestias pessimas de terra, & habitabunt in deserto, & somnum capient in saltibus.

Et dabo eos in circuitu montis mei: & dabo pluuiam vobis pluuiam benedictionis.

Et ligna quæ in campo, dabunt fructum suum: & terra dabit fortitudinem suam: & habitabunt in terra sua in spe pacis: & scient, quia ego sum Dominus, cum contriuero iugum eorum, & eruero eos de manu seruire eos facientium.

Et non erunt vltra in rapinam gentibus, & bestiæ terræ non vltra deuorabunt eos. Et habitabunt in spe: & non erit, qui exterreat eos.

Et suscitabo eis plantationem pacis: & non erũt vltra pereuntes fame in terra: neque portabunt amplius opprobrium gentium.

Et scient, quia ego sum Dominus Deus eorum, & ipsi populus meus. Domus Israel, dicit Dominus Dominus.

Oues meæ, & oues gregis mei estis: ego Dominus Deus vester, dicit Dominus Dominus.

CAP. XXXV.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis couerte faciem tuam super montem Seir, & propheta ad eum, & dic ei:

Hæc dicit Dominus Dominus. Ecce ego ad te mons Seir: & extendam manum meam super te, & dabo te in solitudinem, & desolaberis:

Et vrbibus tuis solitudinem faciam: & tu desertum eris, & scies, quia ego sum Dominus:

Eo quod fueris tu inimica sempiterna, & insederis domui Israel fraudulenter in manu inimicorum gladio in tempore iniquitatis in extremis:

Propterea viuo ego, dicit Dominus Dominus, quoniam in sanguinem peccasti: & sanguis persequetur te.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

15 Ego pascam oues meas, & ego accubare eas faciam, dixit Dominus Iehouah,

16 Perditam requiram, & abiectam reducam, & confractam obligabo, & ægrotam consolidabo: pinguem vero & fortem disperdam, & pascam illas in iudicio.

17 Vos autem oues meæ, sic dixit Dominus Iehouah. Ecce ego iudico inter pecudem & pecudem, inter arietes & hircos.

18 An parum vobis est quod pascua bona pascimini, nisi etiam residuum pascuorum vestrorum conculcetis pedibus vestris? & profundas aquas bibatis, nisi etiam residuas pedibus vestris conculcetis?

19 Et oues meæ conculcationem pedum vestrorum pascuntur, & conculcationem pedum vestrorum bibunt.

20 Propterea sic dixit Dominus Iehouah ad eos: Ecce ego, ego iudicabo inter pecudem pinguem & pecudem macilentam.

21 Eo quod latere & humero pepulistis, & cornibus vestris cornupetistis omnes infirmas, donec dispergeretis eas foras.

22 Seruabo pecudes meas, & non erunt vltra in rapinam, & iudicabo inter pecudem & pecudem.

23 Et suscitabo super eas pastorem vnum, & pascet eas, seruũ mũ Dauid, ipse pascet eas, ipseque erit eis in pastorẽ

24 Ego autem Iehouah ero eis in Deum, & seruus meus Dauid princeps in medio eorum: ego Iehouah loquutus sum.

25 Et feriam cum eis pactum pacis, & cessare faciam bestias malas de terra, habitabuntque in deserto confidenter & dormient in syluis.

26 Et ponam eas & quæ sunt in circuitu collis mei benedictionem, & descendere faciam pluuiam tempore suo, pluuiæ benedictionis erunt.

27 Et dabit arbor agri fructum suum, & terra dabit fructum suum: eruntque super terram suam confidenter: & scient quod ego Iehouah, quum contriuero vincula iugi eorum, & eruero eos de manu operantium in eis.

28 Et non erunt vltra in prædam Gentibus, & bestia terræ non deuorabunt eas, habitabuntque confidenter, nec erit qui exterreat.

29 Et suscitabo eis plantam in nomen: nec erunt vltra consumpti fame in terra, nec portabunt vltra ignominiam Gentium.

30 Et scient Gentes quod ego Iehouah Deus eorum sum cum eis, & ipsi sunt populus meus, domus Israel, dixit Dominus Iehouah:

31 Vos autem oues meæ, oues pascua meæ, homines estis: ego Deus vester, dixit Dominus Iehouah.

CAP. XXXV.

1 ET fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,
2 Fili hominis pone faciem tuam ad montem Seir, & propheta aduersus eum,

3 Et dices, Sic dixit Dominus Iehouah, En ego ad te mõs Seir, & extendam manum meam contra te, ponamque te in desolationem & solitudinem.

4 Vrbes tuas in desolationem ponam, & tu in desolationem eris: scietisque quod ego Iehouah.

5 Eo quod fuerint tibi inimicitiæ perpetuæ, & effuderis sanguinẽ filiorũ Israel acie gladij tẽpore calamitatis eorum, tempore quo propter iniquitate eorũ venit finis

6 Propterea viuo ego, dixit Dominus Iehouah, quod sanguini præparabo te, & sanguis persequetur te: nisi sanguinem odio habueris, sanguis persequetur te:

Vulgat. Editio.

7 Et dabo montem Seir desolatum atque desertum: & auferam de eo euntem, & redeuntem.

8 Et implebo montes eius occisorum: in collibus tuis, & in vallibus tuis, atque in torrentibus interfecti gladio cadent.

9 In solitudines sempiternas tradam te, & ciuitates tuæ non habitabuntur: & scies, quia ego Dominus Deus.

10 Eo quod dixeris: Duæ gentes, & duæ terræ meæ erunt, & hæreditate possidebo eas: cum Dominus esset ibi:

11 Propterea viuo ego, dicit Dominus Deus, quia faciam iuxta iram, & secundum zelum tuum, quem fecisti odio habens eos: & notus efficiar per eos cum te iudicauero.

12 Et scies, quia ego Dominus audiui vniuersa opprobria tua, quæ locutus es de montibus Israel, dicens: Deserti, nobis ad deuorandum dati sunt.

13 Et insurrexistis super me ore vestro, & derogastis aduersum me verba vestra: ego audiui.

14 Hæc dicit Dominus Deus: Lætante vniuersa terra, in solitudinem te redigam.

15 Sicut gauisus es super hæreditatem domus Israel, eo quod fuerit dissipata, sic faciam tibi: dissipatus eris mons Seir, & Idumæa omnis: & scient quia ego Dominus.

CAP. XXXVI.

1 TV autem fili hominis propheta super montes Israel, & dices. Montes Israel audite verbum Domini:

2 Hæc dicit Dominus Deus: Eo quod dixerit inimicus de vobis: Euge, altitudines sempiternæ in hæreditatem datæ sunt nobis:

3 Propterea vaticinare, & dic: Hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quod desolati estis, & conculcati per circuitum, & facti in hæreditatem reliquis Gentibus, & ascendistis super labium linguæ, & opprobrium populi:

4 Propterea montes Israel audite verbum Domini Dei: Hæc dicit Dominus Deus montibus, & collibus, torrentibus, vallibusque & desertis, parietinis, & vrbibus derelictis quæ depopulatæ sunt, & subsannatæ à reliquis Gentibus per circuitum.

5 Propterea hæc dicit Dominus Deus: Quoniam in igne zeli mei locutus sum de reliquis Gentibus, & de Idumæa vniuersa, quæ dederunt terram meã sibi in hæreditatem cum gaudio, & toto corde, & ex animo: & eiecerunt eam vt vastarent.

6 Idcirco vaticinare super humum Israel, & dices montibus, & collibus iugis, & vallibus: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego in zelo meo, & in furore meo locutus sum, eo quod confusionem gentium sustinueritis.

7 Idcirco hęc dicit Dominus Deus: Ego leuaui manum meam, vt Gentes, quæ in circuitu vestro sunt ipsæ confusionem suam portent,

8 Vos autem montes Israel ramos vestros germinetis, & fructum vestrum afferatis populo meo Israel: prope enim est vt veniat.

9 Quia ecce ego ad vos, & conuertar ad vos, & arabimini, & accipietis sementem.

10 Et multiplicabo in vobis homines, omnemque domum Israel: & habitabuntur ciuitates, & ruinosa instaurabuntur.

11 Et replebo vos hominibus, & iumentis: & multiplicabuntur, & crescent: & habitare vos faciam sicut à principio, bonisque donabo maioribus, quã habuistis ab initio: & scietis quia ego Dominus.

Et

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Et dabo montem Sehir in desolationem, & solitudinem, & succidam de eo transeuntem, & redeuntem.

Et implebo montes eius occisis eius: in collibus tuis, & vallibus tuis, & omnibus torrentibus tuis interfecti gladio cadent.

In solitudines perpetuas tradam te, & ciuitates tuæ non habitabuntur: & scietis quod sum Dominus.

Pro eo quod dixisti, Duæ gentes, & duæ terræ meæ erunt & possidebimus eas: & Dominus ibi erat.

Propterea viuo ego, dixit Dominus Deus, & faciam secundum iram tuam, secundum zelum tuum quem fecisti propter odia tua in eos: & cognitus ero in eis, quum iudicauero te.

Et scies quod sum Dominus audiui probra tua, quæ dixisti contra montes Israel, dicendo, Desolati sunt, nobis dati sunt ad deuorandum.

Et magnificastis aduersum me os vestrum, & multiplicastis aduersum me verba vestra, ego audiui.

Sic dixit Dominus Deus: Sic lætabitur omnis terra, in desolatione quam faciam tibi.

Sicut læta es super hæreditatem domus Israel, propterea quod desolata est, sic faciam tibi: desolatus erit mons Sehir, & omnis Edom tota: & scient quod sum Dominus.

CAP. XXXVI.

ET tu fili hominis propheta super montes Israel, & dic, Montes Israel audite verbum Domini.

Sic dixit Dominus Deus: Pro eo quod dixit inimicus super vos, Euge, & excelsa perpetua in hæreditatem fuerunt nobis.

Propterea vaticinare, & dic: Sic dixit Dominus Deus: Pro eo quod desolauerunt, & absorbuerunt vos: vndique, vt essetis hæreditas residuis Gentibus, & ascendistis super labrum linguæ, & oblocutionem populi,

Propterea montes Israel, audite verbum Domini Dei: Sic dixit Dominus Deus montibus, & collibus, torrentibus vallibus & desertis desolatis, & vrbibus derelictis, quæ fuerunt in direptionem, & subsannationem residuis Gentibus quæ erant vndique.

Propterea sic dixit Dominus Deus: Nisi in igne zeli mei locutus sum super residuas Gentium, & super Edom totam, quæ posuerunt terram meam sibi in hæreditatem cum lætitia omnis cordis, cum contemptu animi, vt eijcerent eam in direptionem.

Idcirco vaticinare super humum Israel, & dic montibus, & collibus torrentibus, & vallibus: Sic dixit Dominus Deus: Ecce in zelo meo, & furore meo locutus sum, eo quod ignominiam gentium portaueritis.

Idcirco, sic dixit Dominus Deus: Ego leuaui manum meam: nisi Gentes quæ vobis vndique sunt, ignominiam suam portauerint.

Vos autem montes Israel, ramos vestros dabitis, & fructum vestrum afferetis populo meo Israel: quoniam appropinquauerunt vt veniant.

Quia ecce ego venio ad vos, & conuertar ad vos, & colemini, & seremini.

Et multiplicare faciam super vos homines, omnem domum Israel totam: & habitabuntur ciuitates, & deserta ædificabuntur.

Et multiplicare faciam homines, & iumenta, & multiplicabuntur, & crescent: & habitare faciam vos secundum antiquitates vestras, & meliora faciam, quam priora vestra: & scietis quod sum Dominus.

Et

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Et dabo montem Seir in desertum, & desolatum & disperdam de eo homines, & iumenta:

Et implebo vulneratis colles tuos, & valles tuas: & in omnibus campis tuis vulnerati gladio cadent in te.

Solitudinem sempiternam ponam te: & ciuitates tuæ non habitabuntur vltra: & scies, quia ego sum Dominus:

Eo quod dixeris, duæ gentes, & duæ regiones meæ erunt, & hæreditate possidebo eas: & Dominus ibi est.

Propterea viuo ego, dicit Dominus, & faciam ibi iuxta inimicitiam tuam: & notus efficiar tibi, cum iudicauero te:

Et scies, quia ego sum Dominus. Audiui vocem blasphemiarum tuarum, quia dixisti, montes Israel deserti nobis dati sunt in deuorationem,

Et magnifice loquutus es super me ore tuo: ego audiui.

Hæc dicit Dominus: In lætitia vniuersæ terræ desertum faciam te:

Desertus eris mons Seir: & omnis Idumæa, & consumentur: & scies, quia ego sum Dominus Deus eorum.

CAP. XXXVI.

Et tu fili hominis propheta super montes Israel, & dic montibus Israel: Audite verbum Domini:

Hæc dicit Dominus Dominus: Eo quod dixit super vos inimicus, euge, solitudines sempiternæ in possessionem vobis factæ sunt,

Propterea vaticinare, & dic: Hæc dicit Dominus Dominus, Pro eo, quod despecti estis vos, & odio habiti ab his, qui in circuitu vestro sunt, vt essetis in possessionem reliquis gentibus, & ascendistis loquela linguæ in opprobrium gentibus:

Propterea montes Israel audite verbum Domini: Hæc dicit Dominus montibus, & collibus, & torrentibus & vallibus, & desolatis, & dissipatis, & vrbibus derelictis, & factæ sunt in direptionem, & in conculcationem reliquis gentibus per circuitum.

Propterea hæc dicit Dominus Dominus: Quia in igne furoris mei loquutus sum super reliquas gentes, & super Idumæam vniuersam: quia dederunt terram meam sibi in possessionem cum gaudio, despicientes animas, vt delerent eas in vastatione.

Idcirco vaticinare super terram Israel: & dic montibus & collibus, & vallibus & locis nemorosis: Hæc dicit Dominus: Ecce ego in zelo meo, & in furore meo loquutus sum, eo quod opprobria gentium portaueritis.

Idcirco ecce ego leuabo manum meam super gentes, quæ in circuitu vestro: ipsi ignominiam suam portabunt.

Vestram autem montes Israel vuam, & fructum vestrum comedet populus meus: quia sperant venire.

Quoniam ecce ego vos, & respiciam ad vos, & colemini, & accipietis sementem,

Et multiplicabo in vobis homines, omnem domum Israel in finem: & habitabuntur ciuitates: & deserta ædificabitur.

Et multiplicabo in vobis homines, & iumenta: & habitare vos faciam sicut in principio vestro, & bene faciam vobis, sicut anteriora vestra: & scietis, quia ego sum Dominus:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

7 *Et dabo montem Seir in desolationem & solitudinem,*
8 *& succidam de eo transeuntem & reuertentem:*
Et implebo montes eius occisis ipsius in collibus tuis, & vallibus tuis, & omnibus torrentibus tuis, interfecti gladio corruent in eis.
9 *In solitudines perpetuas tradam te, & vrbes tuæ non reuertentur: & scietis quod ego Iehouah.*

10 *Propterea quod dixisti, Duæ istæ gentes, & hæ duæ terræ, meæ erunt, & possidebimus eam, quum Iehouah ibi esset:*
11 *Idcirco viuo ego dixit Dominus Iehouah. Faciam secundum iram tuam, & secundum zelum tuum quem fecisti propter odia tua in eos: & notus ero in eis quum iudicauero te.*
12 *Et scies quod ego Iehouah audiui omnia probra tua quæ dixisti contra montes Israel, dicendo, Desolati sunt, nobis traditi sunt ad deuorandum.*
13 *Et magnificastis aduersum me ore vestro, & multiplicastis aduersum me verba vestra, ego audiui:*
14 *Sic dixit Dominus Iehouah, Sic lætabitur vniuersa terra ob desolationem quam faciam tibi:*
15 *Sicut lætatus es super hæreditatem domus Israel, propterea quod desolata est, sic faciam tibi: desolatus erit mons Seir, & omnis Edo vniuersus: & scient quod ego Iehouah.*

CAP. XXXVI.

1 *Et tu fili hominis, vaticinare super montes Israel & dic, Montes Israel audite verbum Iehouæ,*

2 *Sic dixit Dominus Iehouah, Eo quod dixit inimicus ille super vos, Euge, etiam excelsa perpetua in hæreditatem fuerunt nobis:*
3 *Propterea vaticinare, & dic, Sic dixit Dominus Iehouah, Eo quod, eo quod inquam desolauerunt, & absorbuerunt vos vndique, vt essetis hæreditas reliquis Gentibus, & ascendistis super labium linguæ, & oblocutionem populi:*
4 *Propterea montes Israel, audite verbũ Domini Iehouæ, Sic dixit Dominus Iehouah montibus & collibus, torrentibus, & vallibus & desertis desolatis, & vallibus, & desertis desolatis, & vrbibus derelictis quæ fuerunt in direptionem & subsannationem reliquis Gentibus quæ erant vndique:*
5 *Propterea inquam sic dixit Dominus Iehouah, Nisi in igne zeli mei loquutus sum contra reliquas Gentium, & contra Edom vniuersam quæ posuerunt terram meam sibi in hæreditatem cum lætitia totius cordis, & cum contemptu animi, vt eycerent eam in direptionem.*
6 *Idcirco vaticinare super humum Israel, & dic montibus & collibus, torrentibus & vallibus, Sic dixit Dominus Iehouah, Ecce in zelo meo & furore meo loquutus sum, eo quod ignominiam Gentium portastis:*

7 *Idcirco sic dixit Dominus Iehouah, Ego leuaui manum meam: nisi gentes quæ vobis vndique sunt, ignominiam suam portauerint.*
8 *Vos autem montes Israel, ramos vestros dabitis, & fructum vestrum afferetis populo meo Israel: quoniam appropinquauerunt vt veniant.*
9 *Quia ecce ego venio ad vos, & conuertar ad vos: & colemini, & seremini.*
10 *Et multiplicabo super vos homines, totam domum Israel totam: & inhabitabuntur vrbes, & deserta ædificabuntur.*

11 *Et multiplicabo super vos homines & iumenta, & multiplicabuntur, crescentque: & habitare faciam vos secundũ antiquitates vestras, & benefaciam vobis magis quam prioribus vestris: scietisque quod ego Iehouah.*

Vulgat. Editio

12 Et adducam super vos homines, populum meum
Israel, & hæreditate possidebunt te: & eris eis in
hæreditatem, & non addes vltra, vt absque eis sis.

13 Hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quod dicunt
de vobis: Deuoratrix hominum es, & suffocans
gentem tuam:

14 Propterea homines nō comedes amplius, & gen-
tem tuam non necabis vltra, ait Dominus Deus.

15 Nec auditā faciā in te amplius cōfusionē Gentiū,
& opprobriū populorum nequaquā portabis, &
gentē tuā nō amittes amplius, ait Dominus Deus.

16 Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

17 Fili hominis, domus Israel habitauerunt in hu-
mo sua, & polluerunt eam in viis suis, & in studiis
suis iuxta immunditiam menstruatæ facta est via
eorum coram me.

18 Et effudi indignationem meam super eos pro
sanguine, quem fuderunt super terram, & in ido-
lis suis polluerunt eam.

19 Et dispersi eos in gentes, & ventilati sunt in
terras: iuxta vias eorum, & adinuentiones eorum
iudicaui eos.

20 Et ingressi sunt ad gentes, ad quas introierunt,
& polluerunt nomen sanctum meum, cum dice-
retur de eis: Populus Domini iste est, & de terra
eius egressi sunt.

21 Et peperci nomini sancto meo, quod polluerat
domus Israel in Gentibus, ad quas ingressi sunt.

22 Idcirco dices domui Israel: Hæc dicit Dominus
Deus: Non propter vos ego faciam, domus Israel,
sed propter nomen sanctum meum, quod pollui-
stis in Gentibus, ad quas intrastis.

23 Et sanctificabo nomen meum magnum, quod
pollutum est inter Gentes, quod polluistis in me-
dio earum: vt sciant gentes, quia ego Dominus, ait
Dominus exercituum, cum sanctificatus fuero in
vobis coram eis;

24 Tollam quippe vos de Gentibus, & congregabo
vos de vniuersis terris, & adducam vos in terram
vestram.

25 Et effundam super vos aquam mundam: & mū-
dabimini ab omnibus inquinamentis vestris, &
ab vniuersis idolis vestris mundabo vos.

26 Et dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum
ponam in medio vestri: & auferam cor lapideum
de carne vestra, & dabo vobis cor carneum.

27 Et spiritum meum ponam in medio vestri: &
faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia
mea custodiatis, & operemini.

28 Et habitabitis in terra, quam dedi patribus ve-
stris: & eritis mihi in populum, & ego ero vobis
in Deum.

29 Et saluabo vos ex vniuersis inquinamentis ve-
stris: & vocabo frumentum, & multiplicabo illud,
& non imponam vobis famem.

30 Et multiplicabo fructum ligni & genimina agri,
vt non portetis vltra opprobrium famis in gen-
tibus.

31 Et recordabimini viarum vestrarum pessima-
rum, studiorumque non bonorum: & displicebunt
vobis iniquitates vestræ, & scelera vestra.

32 Non propter vos ego faciam, ait Dominus Deus,
notum sit vobis: confundimini, & erubescite su-
per viis vestris domus Israel.

33 Hæc dicit Dominus Deus: In die, qua munda-
uero vos ex omnibus iniquitatibus vestris, & in-
habitari fecero vrbes, & instaurauero ruinosa.

Et

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

*Et venire faciam super vos homines, populum meum Is-
rael & possidebunt te, & eris eis in hæreditatem, & non
addes vltra orbare eos.*

*Sic dixit Dominus Deus: Pro eo quod dicunt vobis: ter-
ra deuoratrix hominum es, & orbatrix gentium tuarum
fuisti:*

*Propterea homines non deuorabis amplius, & gentes tuas
non orbabis vltra, dixit Dominus Deus.*

*Et non audire faciam in te amplius ignominiam Gen-
tium, & probra populorum non portabis vltra, & gentes
tuas non cadere facies amplius, dixit Dominus Deus.*

Et fuit verbum Domini ad me, dicendo

*Fili hominis domus Israel habitauerunt super humum
suam, & polluerunt eam moribus suis, & operibus suis
sicut immunditia menstruatæ fuerunt mores eorum co-
ram me.*

*Et effudi iram meam super eos propter sanguinem quem
effuderunt super terram, & quia idolis suis polluerunt
eam:*

*Et dispersi eos in Gentes, & ventilati sunt in terras:
iuxta mores eorum, & iuxta opera eorum iudicaui eos.*

*Et ingressi ad Gentes, ad quas venerunt, polluerunt no-
men sanctum meum, dum diceretur eis; populus Domini
sunt, & de terra eius egressi sunt.*

*Et peperci nomini sancto meo, quod polluerunt domus
Israel in Gentibus, ad quas ingressi sunt.*

*Idcirco dic domui Israel, Sic dixit Dominus Deus: Non
propter vos facio domus Israel, sed propter nomen san-
ctum meum quod polluistis in Gentibus ad quas venistis.*

*Et sanctificabo nomen meum magnum, quod pollutum est
in Gentibus, quod polluistis in medio earum, & scient Gen-
tes quod sum Dominus, ait Dominus Deus, quum sanctifi-
catus fuero in vobis in oculos earum.*

*Tollamque vos de Gentibus, & congregabo vos de vni-
uersis terris, & venire faciam vos in terram vestram.*

*Et spargam super vos aquam mundam, & mundabimi-
ni ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis ido-
lis vestris mundabo vos.*

*Et dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum dabo in
medio vestri: & amouebo cor lapideum e carne vestra, &
dabo vobis cor carneum.*

*Et Spiritum meum dabo in medio vestri, & faciam quod
in præceptis meis ambuletis; & iudicia mea custodiatis, &
faciatis.*

*Et habitabitis in terra quam dedi Patribus vestris: &
eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum.*

*Et seruabo vos de vniuersis inquinamentis vestris, &
vocabo frumentum, & multiplicare faciam illud, & non
dabo vobis famem.*

*Et multiplicare faciam fructum arborum & fructum
agrorum, vt non capiatis vltra probrum famis in Genti-
bus.*

*Et recordabimini viarum vestrarum malarum, operum-
que vestrorum, quæ non sunt bona: & quod fuerit, one di-
gni essetis iudicabitis in conspectu vestro propter iniquitates
vestras, & propter abominationes vestras.*

*Non propter vos facio dixit Dominus Deus, notum sit
vobis, pudeat vos, & erubescite de iniquitatibus vestris,
domus Israel.*

*Sic dixit Dominus Deus: In die qua mundabo vos ab
omnibus iniquitatibus vestris, & habitare faciam vrbes,
& ædificata erunt desolata.*

Et

Transl. ex Septuag.

Et generabo super vos homines, populum meum
Israel: & hæreditate possidebunt vos: & eritis eis
in possessionem: & non addetis vltra, vt absque li-
beris vos faciant.
Hæc dicit Dominus Dominus: Pro eo quod di-
xerunt tibi, deuoratrix hominum es, absque libe-
ris de gente tua facta es;
Propterea homines nō comedes amplius, & gētē
tuā liberis nō orbabis vltra, ait Dominus Dominus.
Et non audietur vltra super vos ignominia gen-
tium: & opprobria populorum nequaquam porta-
bitis amplius, ait Dominus Dominus.
Et factum est verbum Domini ad me dicens:
Fili hominis, domus Israel habitauit in terra sua:
& polluerūt eā in via sua, & in idolis suis, & in suis
immunditiis. Et iuxta immunditiam menstruatæ
facta est via eorum coram me.
Et effudi furorem meum super eos.

Et disseminaui eos in gentes, & ventilaui eos in
regiones: iuxta viam eorum, & iuxta peccatum eo-
rum iudicaui eos.
Et ingressi sunt ad gentes, quo ingressi sunt il-
luc, & polluerunt nomen sanctum meum, cum di-
cerentur ipsi, populus Domini isti: & de terra eius
egressi sunt.
Et peperci eis propter nomen meum sanctum,
quod polluerant domus Israel in gentibus, quo in-
gressi sunt illuc.
Idcirco dic domui Israel: Hæc dicit Dominus:
Non vobis ego facio domus Israel, sed propter no-
men meum sanctum, quod polluistis in gentibus,
quo intrastis illuc.
Et sanctificabo nomen meum magnum, quod
pollutum est in gentibus, quod polluistis in me-
dio earum: & scient gentes, quia ego sum Domi-
nus; cum sanctificatus fuero in vobis ante oculos
earum.
Et tollam vos de gentibus, & congregabo vos
de vniuersis terris, & introducam vos in terram
vestram.
Et aspergam super vos aquam mundam: & mū-
dabimini ab omnibus immunditijs vestris, & ab
omnibus idolis vestris, & mundabo vos.
Et dabo vobis cor nouum: & spiritum nouum
dabo in vobis: & auferam cor lapideum de carne
vestra: & dabo vobis cor carneum:
Et spiritum meum dabo in vobis: & faciam, vt
in iustificationibus meis ambuletis, & iudicia mea
custodiatis, & faciatis.
Et habitabitis in terra, quam dedi patribus ve-
stris: & eritis mihi in pupulum: & ego ero vobis
in Deum.
Et saluos vos faciam ex vniuersis immunditijs
vestris: & vocabo frumentum, & multiplicabo il-
lud: & non dabo super vos famem.
Et multiplicabo fructum ligni, & genimina agri:
vt non portetis opprobrium famis in gentibus.

Et recordabimini viarum vestrarum pessima-
rum, studiorumque vestrorum non bonorum: &
displicebitis ante faciem ipsorum in iniquitatibus
vestris, & super abominationibus vestris.
Non propter vos ego facio, dicit Dominus: no-
tum est vobis. Confundimini, & erubescite de viis
vestris domus Israel.
Hæc dicit Adonai Dominus: In die, qua munda-
bo vos ex omnibus iniquitatibus vestris, & habi
tari faciam vrbes, & ædificabuntur solitudines,

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

12 *Et ambulare faciam super vos homines, populum meum*
Israel & possidebunt te, & eris eis in hæreditatem, nec ad-
des vltra orbare eos.

13 *Sic dixit Dominus Iehouah, Eo quod dicunt vobis, Ter-*
ra deuoratrix hominum es, & orbatrix gentium tuarum
fuisti:
14 *Propterea homines non deuorabis amplius, & gentes tuas*
non orbabis vltra dixi: Dominus Iehouah.
15 *Nec audire faciam in te amplius ignominiam Gentium,*
& probra populorum non portabis vltra, neq; gentes tuas
cadere facies amplius, dixit Dominus Iehouah.
Et fuit verbum Iehouæ, ad me, dicendo.
16 *Fili hominis, domus Israel habitantes super terram*
17 *suam, polluerunt eam moribus suis, & operibus suis: tan-*
quam immunditia menstruatæ fuerunt mores eorum co-
ram me.
18 *Et effudi iram meam super eos propter sanguinem quem*
effuderunt super terram, & quia idolis suis polluerunt
eam:
19 *Et dispersi eos in Gentes, & ventilati sunt in terras:*
iuxta mores eorum & iuxta opera eorum iudicaui eos.

20 *Et ingressi ad Gentes, ad quas venerunt, polluerunt no-*
men sanctum meum, dum diceretur eis, Populus Iehouæ
sunt, & de terra eius egressi sunt.

21 *Et peperci nomini sancto meo, quod polluerunt domus*
Israel in Gentibus ad quos ingressi sunt.

22 *Idcirco dic domui Israel, Sic dixit Dominus Iehouah,*
Non propter vos facio, domus Israel, sed propter nomen
sanctum meum quod polluistis in Gentibus ad quas ve-
nistis.
23 *Et sanctificabo nomen meum magnum pollutum in Gen-*
tibus, quod polluistis in medio earum; & scient Gentes
quod ego Iehouah, ait Dominus Iehouah, quum sanctifi-
catus fuero in vobis in oculis vestris.

24 *Tollamque vos de Gentibus, congregaboque vos de vni-*
uersis terris, & venire faciam vos in terram vestram.

25 *Et spargam super vos aquam mundam, & mundabimi-*
ni: ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis ido-
lis vestris mundabo vos.
26 *Daboque vobis cor nouum, & spiritum nouum dabo in*
medio vestri: & auferam cor lapideum è carne vestra, da-
boque vobis cor carneum.
27 *Et Spiritum meum dabo in medio vestri, efficiamque,*
vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis
& faciatis illa.
28 *Et habitabitis in terra quam dedi Patribus vestris: eri-*
tisque mihi in populum, & ego ero vobis in Deum.

29 *Seruabo vos quoque ab vniuersis inquinamentis vestris*
& vocabo frumentum, multiplicaboque illud, neque da-
bo vobis famem.
30 *Multiplicabo insuper fructum arborum, & fructum*
agrorum: ne accipiatis vltra probrum famis in Gentibus.

31 *Et recordamini viarum vestrarum malarum, operum-*
que vestrorum quæ non sunt *bona: & excidemini vos in*
conspectu vestro propter iniquitates vestras, & propter ab-
ominationes vestras.
32 *Non propter vos ego facio, dixit Dominus Iehouah, no-*
tum sit vobis: pudeat ergo *vos, & erubescite de iniquita-*
tibus vestris, domus Israel.
33 *Sic dixit Dominus Iehouah, Die qua mundabo vos ab*
omnibus iniquitatibus vestris, habitare faciam vrbes, &
ædificabuntur desolata.

Vulgat. Editio.

Et terra deserta fuerit exculta, quæ quoniam erat desolata in oculis omnis viatoris.

Dicent: terra illa inculta facta est vt hortus voluptatis: & ciuitates desertæ, & destitutæ atque suffossæ, munitæ sederunt.

Et scient Gentes quæcumque derelictæ fuerint in circuitu vestro, quia ego Dominus ædificaui dissipata, plantauique inculta, ego Dominus locutus sim, & fecerim.

Hæc dicit Dominus Deus: Adhuc in hoc inuenient me domus Israel, vt faciam eis: Multiplicabo eos sicut gregem hominum.

Vt gregem sanctum, vt gregem Ierusalem in solennitatibus eius: Sic erunt ciuitates desertæ, plenæ gregibus hominum: & scient quia ego Dominus.

CAP. XXXVII.

FActa est super me manus Domini, & eduxit me in spiritu Domini: & dimisit me in medio campi, qui erat plenus ossibus:

Et circumduxit me per ea in gyro: erant autem multa valde super faciem campi, siccaque vehementer.

Et dixit ad me: Fili hominis putasne viuent ossa ista? dixi: Domine Deus, tu nosti.

Et dixit ad me: Vaticinare de ossibus istis: & dices eis: Ossa arida audite verbum Domini.

Hæc dicit Dominus Deus ossibus his: Ecce ego intromittam in vos spiritum, & viuetis.

Et dabo super vos neruos, & succrescere faciam super vos carnes, & superextendam in vobis cutem: & dabo vobis spiritum, & viuetis, & scietis quia ego Dominus.

Et prophetaui sicut præceperat mihi: factus est autem sonitus, prohetante me, & ecce commotio: & accesserunt ossa ad ossa, vnumquodque ad iuncturam suam.

Et vidi, & ecce super ea nerui, & carnes ascenderunt: & extenta est in eis cutis desuper & spiritum non habebant.

Et dixit ad me: Vaticinare ad spiritum, vaticinare fili hominis, & dices ad spiritum: Hæc dicit Dominus Deus: A quattuor ventis veni spiritus, & insuffla super interfectos istos, & reuiuiscant.

Et prophetaui sicut præceperat mihi: & ingressus est in ea spiritus, & vixerunt: steteruntque super pedes suos exercitus grandis nimis valde.

Et dixit ad me: Fili hominis, ossa hæc vniuersa, domus Israel est: ipsi dicunt. Aruerunt ossa nostra, & periit spes nostra, & abscissi sumus.

Propterea vaticinare, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris populus meus: & inducam vos in terram Israel.

Et scietis quia ego Dominus, cum aperuero sepulchra vestra, & eduxero vos de tumulis vestris popule meus:

Et dedero spiritum meum in vobis, & vixeritis, & requiescere vos faciam super humum vestram: & scietis quia ego Dominus locutus sum, & feci, ait Dominus Deus.

Et factus est sermo Domini ad me, dicens:

Et tu fili hominis sume tibi lignum vnum: & scribe super illud: Iudæ, & filiorum Israel sociorum eius: & tolle lignum alterum, & scribe super illud: Ioseph ligno Ephraim, & cunctæ domui Israel, sociorumque eius.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

34 *Et terra desolata erit exculta, pro eo quod fuit in de-*
solationem in oculis omnis transeuntis.
35 *Dicent: terra illa desolata fuit, sicut hortus Heden, &*
ciuitates desertæ, & desolatæ, & dirutæ, munitæ manse-
runt.
36 *Et scient Gentes quæ derelictæ sunt in circuitibus ve-*
stris quod ego Dominus ædificaui diruta, plantaui desola-
ta, ego Dominus locutus sum, & feci.
37 *Sic dixit Dominus Deus: Adhuc in hoc ero requisitus*
domui Israel, vt faciam eis, vt multiplicem eos sicut pecu-
des hominum.
37 *Vt pecudes sanctæ, vt pecudes Ierusalaim in solemnita-*
tibus eius, sic erunt ciuitates desertæ plenæ pecudibus ho-
minum, & scient quod sum Dominus.

CAP. XXXVII.

1 *FVit super me prophetia Domini, & eduxit me in spi-*
ritu Dominus, & requiescere fecit me in medio cam-
pi, & erat plenus ossibus.
2 *Et transire fecit me iuxta ea circum circa, & ecce erant*
multa valde in superficie agri, & sicca erant valde.
3 *Et dixit ad me: Fili hominis, nunquid viuent ossa hæc?*
Et dixi: Domine Deus tu nosti.
4 *Et dixit ad me: Vaticinare super ossibus istis: & dic eis:*
Ossa sicca audite verbum Domini.
5 *Sic dixit Dominus Deus ossibus his: Ecce ego introire*
facio in vos spiritum, & viuetis.
6 *Et dabo super vos neruos, & ascendere faciam super vos*
carnem, & operiam vos pelle, & ponam in vobis spiritum,
& viuetis, & scietis quod sum Dominus.
7 *Et prophetaui sicut præceptum est mihi: & fuit sonitus*
me prophetante, & ecce commotio, & accesserunt ossa, os
ad os suum.
8 *Et vidi, & ecce super ea erant nerui, & caro ascende-*
rat, & operta erant pelle desuper, & spiritus non erat in
eis.
9 *Et dixit ad me: Vaticinare ad spiritum, vaticinare fili*
hominis, & dic ad spiritum: Sic dixit Dominus Deus: A
quattuor ventis veni spiritus, & sufflа in interfectos istos
& viuent.
10 *Et prophetaui sicut præceperat mihi, & ingressus est in*
ea spiritus, & vixerunt steteruntque super pedes suos ex-
ercitus grandis valde valde.
11 *Et dixit ad me: Fili hominis, ossa hæc vniuersa domus*
Israel sunt: Ecce dicunt, aruerunt ossa nostra, & perijt spes
nostra, succisi sumus.
12 *Propterea vaticinare, & dic ad eos: Sic dixit Dominus*
Deus: Ecce aperio tumulos vestros, & ascendere faciam
vos è tumulis vestris populus mi, & venire faciam vos in
terram Israel.
13 *Et scietis quod sum Dominus, cum aperuero sepulchra*
vestra, & ascendere fecero vos è tumulis vestris populus
mi.
14 *Et dabo spiritum meum in vobis, & viuetis, & requies-*
cere faciam vos super humum vestram: & scietis quod ego
Dominus locutus sum, & feci, dixit Dominus.
15 *Et fuit verbum Domini ad me, dicendo.*
16 *Et tu fili hominis sume tibi lignum vnum, & scribe in*
eo, Iehouda, & filijs Israel socijs eius: & tolle lignum al-
terum, & scribe in eo: Ioseph Ephraim, & cunctæ domui
Israel sociorum eius.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

34 Et terra deserta excoletur, pro eo quod desolata erat ante oculos omnis viatoris.

35 Et dicent: Terra illa deserta facta est vt, hortus deliciarum: & ciuitates desertæ, & dissipatæ, atque suffossæ, munitæ sederunt.

36 Et scient Gentes, quæ derelictæ fuerint in circuitu vestro, quia ego Dominus ædificaui destructas, & plantaui deletas. Ego Dominus loquutus sum, & faciam.

37 Hæc dicit Adonai Dominus: Adhuc in hoc quæram domus Israel, vt faciam eos: Multiplicabo eos, sicut oues, homines.

38 Vt oues sanctas, vt oues Hierusalem in solennitatibus eius: Sic erunt ciuitates desertæ, plenæ ouium hominum. Et scient, quia ego Dominus.

CAP. XXXVII.

1 ET facta est super me manus Domini, & eduxit me in spiritu Domini: & posuit me in medio campi: & hic erat plenus ossium hominum:

2 Et circunduxit me super ea per gyrum in circuitu: & ecce multa nimis super faciem campi, arida vehementer.

3 Et dixit ad me: Fili hominis, si viuent ossa hæc? Et dixi: Domine Domine tu nosti hæc.

4 Et dixit ad me: Propheta super ossa ista, & dices eis: ossa arida audite verbum Domini.

5 Hæc dicit Dominus ossibus istis: Ecce ego affero super vos spiritum vitæ.

6 Et dabo super vos neruos, & inducam super vos carnem, & extendam super vos pellem, & dabo spiritum meum in vos, & viuetis: & cognoscetis, quoniam ego sum Dominus.

7 Et prophetaui, sicut præcepit mihi. Et factum est, cum ego prohetarem: & ecce commotio: & accedebant ossa inuicem ad iuncturam suam.

8 Et vidi & ecce super ea nerui, & carnes oriebantur: & ascendebant super ea pelles desuper & spiritus non erant eis.

9 Et dixit ad me: Propheta super spiritum, propheta fili hominis, & dic spiritui: Hæc dicit Dominus: A quattuor spiritibus veni, & insuffla in mortuos istos, & viuant.

10 Et prophetaui, sicut præceperat mihi. Et ingressus est in eos spiritus, & vixerunt: & steterunt in pedibus suis, congregatio multa nimis.

11 Et loquut⁹ est Domin⁹ ad me, dicēs: Fili hominis, ossa hæc omnis dom⁹ Israel est: & ipsi dicūt. Arida facta sūt ossa nostra, periit spes nostra, dissonuimus.

12 Propterea vaticinare, & dic: Hæc dicit Dominus Ecce ego aperio memorias vestras, & reducam vos de sepulchris vestris: & introducam vos in terram Israel.

13 Et cognoscetis quoniam ego sum Dominus, cum aperuero sepulchra vestra, vt educam de sepulchris populum meum.

14 Et dabo spiritum meum in vobis, & viuetis: & ponam vos super terram vestram: & cognoscetis, quia ego Dominus loquutus sum, & feciam dicit Dominus.

15 Et factus est sermo Domini ad me, dicens:

16 Fili hominis, sume tibi virgam, & scribe super eam Iudam, & filios Israel, qui appositi sunt ei. Et virgam secundam assumes tibi: & scribes eam ipsi Ioseph, virgam Ephræm, & omnes filios Israel, qui appositi sunt ei.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

34 *Et terra desolata, erit culta vice eius quod fuit in desolationem in oculis omnis transeuntis.*

35 *Et dixerunt, Terra ista desolata fuit, sicut hortus Eden & ciuitates istæ desertæ & desolatæ, & dirutæ, munitæ, habitabantur.*

36 *Et scient Gentes quæ derelictæ fuerint in circuitibus vestris quod ego Iehouah ædificaui diruta, plantaui desolatam terram: ego Iehouah loquutus sum, & feci.*

37 *Sic dixit Dominus Iehouah Adhuc in hoc ero requisitus domui Israel vt faciam eis, multiplicabo eos hominibus sicut gregibus.*

38 *Vt oues sanctæ, id est vt pecudes Ierusalaim in solennitatibus eius sic erunt ciuitates desertæ plenæ gregibus hominum, & scient quod ego Iehouah.*

CAP. XXXVII.

1 *FVit super me manus Iehouæ, & eduxit me in spiritu Iehouæ, & requiescere fecit me in medio campi qui erat plenus ossibus.*

2 *Transire autem fecit me iuxta ea circumcirca, & ecce erant quamplurima in superficie agri, & certe sicca valde.*

3 *Et dixit ad me: Fili hominis, num viuent ossa ista? Et dixi: Domine Iehoua tu nosti.*

4 *Et dixit ad me: Vaticinare super ossibus istis: & dic eis. Ossa sicca audite verbum Iehouæ.*

5 *Sic dixit Dominus Iehouah ossibus istis: Ecce ego intrare facio in vos spiritum, & viuetis.*

6 *Et ponam super vos neruos, & ascendere faciam super vos carnem, atque operiam vos pelle: ponam præterea in vobis spiritum, & viuetis, & scietisque quod ego Iehouah.*

7 *Prophetaui itaque sicut præceptum fuerat mihi: & fuit sonitus, me prophetante, & ecce commotio, & appropinquauerunt ossa, os ad os suum.*

8 *Et vidi, & ecce super ea erant nerui, & caro ascenderat, & obducta erat super illa pellis desuper: spiritus vero non erat in eis.*

9 *Dixit præterea ad me: Vaticinare ad spiritum, vaticinare inquam fili hominis, & dic ad spiritum: Sic dixit Dominus Iehouah, A quattuor ventis veni o spiritus, & spira in interfectos istos & viuent.*

10 *Prophetaui itaque sicut præceperat mihi, ingressusque est in ea spiritus, & vixerunt steteruntque super pedes suos exercitus grandis valde valde.*

11 *Et dixit ad me: Fili hominis, ossa ista, vniuersa domus Israel sunt: en dicunt, aruerunt ossa nostra, & periit spes nostra, succisi sumus nobis.*

12 *Propterea vaticinare, & dic ad eos: Sic dixit Dominus Iehouah: Ecce ego aperio tumulos vestros, & educam vos è tumulis vestris populus mi, & adducam te in terram Israel.*

13 *Et scietis quod ego Iehouah quum aperuero sepulchra vestra, & eduxero vos è tumulis vestris populus mi.*

14 *Ponamque spiritum meum in vobis, & viuetis, & requiescere faciam vos super terram vestram: & scietis quod ego Iehouah loquutus sum, & feci, dixit Iehouah.*

15 *Rursus fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo.*

16 *Et tu fili hominis cape tibi lignum vnum, & scribe in eo, Iehudæ, & filiis Israel sociis eius. Deinde tolle lignum alterum, & scribe in eo: ipsi Ioseph arbori Ephraim, & cunctæ domui Israel sociorum eius.*

Vulgat. Editio.

Et adiunge illa, vnum ad alterum tibi in lignum
vnum: & erunt in vnionem in manu tua.
Cum autem dixerint ad te filij populi tui loquẽ-
tes: Nonne indicas nobis quid in his tibi velis?
Loqueris ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Ec-
ce ego assumam lignum Ioseph, quod est in manu
Ephraim, & tribus Israel, quæ sunt ei adiunctæ: &
dabo eas pariter cum ligno Iuda, & faciam eas in
lignum vnum: & erunt vnum in manu eius.
Erunt autem ligna, super quæ scripseris in manu
tua, in oculis eorum.
Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce
ego assumam filios Israel de medio nationum, ad
quas abierunt: & congregabo eos vndique, & addu-
Io 10. cam eos ad humum suam:
16. Et faciam eos in gentem vnam in terra in mon-
tibus Israel. & rex vnus erit omnibus imperans: &
non erunt vltra duæ gentes, nec diuidentur am-
plius in duo regna.
Neque polluentur vltra in idolis suis, & abomi-
nationibus suis, & cunctis iniquitatibus suis: & sal-
uos eos faciam de vniuersis sedibus, in quibus pec-
cauerunt, & emundabo eos: & erunt mihi populus,
& ego ero eis Deus.
Sup. 34 Et seruus meus Dauid rex super eos, & pastor
23. vnus erit omnium eorum: in iudicijs meis ambu-
Io 1. 45 labunt, & mandata mea custodient: & facient ea.
Isa. 40. Et habitabunt super terram, quam dedi seruo
11. meo Iacob, in qua habitauerunt patres vestri: & ha-
Ier. 23. 5 bitabunt super eam ipsi, & filij eorum, & filij filio-
Dan. 9. rum eorum, vsque in sempiternum: & Dauid ser-
24. uus meus princeps eorum in perpetuum.
Io. 11. 34 Et percutiam illis fœdus pacis, pactum sempiter-
Ps 109. num erit eis: & fundabo eos, & multiplicabo, &
4. & dabo sanctificationem meam in medio eorum in
106. 2. perpetuum.
Et erit tabernaculum meum in eis: & ero eis
Deus, & ipsi erunt mihi populus.
Et scient Gentes quia ego Dominus sanctificator
Israel, cum fuerit sanctificatio mea in medio eo-
rum in perpetuum.

CAP. XXXVIII.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens:
Inf. 39. Fili hominis pone faciem tuam contra Gog,
1. terram Magog, principem capitis Mosoch, & Thu-
Apo. 20 bal: & vaticinare de eo.
Et dices ad eum: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce
ego ad te Gog principem capitis Mosoch & Thu-
bal:
Et circumagam te, & ponam frenum in maxillis
tuis: & educam te, & omnem exercitum tuum,
equos & equites vestitos loricis vniuersos, multi-
tudinem magnam, hastam & clypeum arripien-
tium & gladium.
Persæ, Aethiopes, & Libyes cum eis, omnes scuta-
ti & galeati.
Gomer, & vniuersa agmina eius, domus Thogor-
ma, latera Aquilonis, & totum robur eius, populi-
que multi tecum.
Præpara, & instrue te, & omnem multitudinem
tuam, quæ coaceruata est ad te: & esto eis in præ-
ceptum.
Post dies multos visitaberis: in nouissimo anno-
rum venies ad terram, quæ reuersa est à gladio, &
congregata est, de populis multis ad montes Israel,
qui fuerunt deserti iugiter: hæc de populis educta
est, & habitabunt in ea confidenter vniuersi.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

17 *Et appropinqua ea alterum ad alterum, vt sint lignum*
vnum, & erunt vnum in manibus tuis.
18 *Et cum dixerint filij populi tui dicendo: Nonne indica-*
bis nobis quid sunt ista tibi?
19 *Loquere ad eos: Sic dixit Dominus Deus: Ecce assumo*
lignum Ioseph, quod est in manu Ephraim, & tribus Is-
rael socias eius: & ponam eas cum ligno Iehudah, & fa-
ciam eas lignum vnum, & erunt vnum in manu mea.
20 *Erunt autem ligna in quibus scribes in manu in oculis*
eorum.
21 *Et loquere ad eos: Sic dixit Dominus Deus: Ecce assumo*
filios Israel è gentibus ad quas ierunt, & congregabo eos
vndique, & venire faciam eos in terram suam.
22 *Et faciam eos gentem vnam in terra, in montibus Is-*
rael, & rex vnus erit vniuersis ipsis in regem, & non
erunt vltra duæ gentes, & non diuidentur amplius in duo
regna amplius.
23 *Nec polluent se vltra in idolis suis, & in abominationi-*
bus suis, & in cunctis præuaricationibus suis, & saluos
faciam eos de vniuersis habitationibus suis in quibus pec-
cauerunt, & emundabo eos, & erunt mihi in populum, &
ego ero eis in Deum.
24 *Et seruus meus Dauid erit rex super eos, & pastor vnus*
erit vniuersis ipsis, & in iudicijs meis ambulabunt, &
mandata mea custodient, & facient ea.
25 *Et habitabunt super terram, quam dedi seruo meo Ia-*
hacob, in qua habitauerunt patres vestri, & habitabunt
super eam ipsi & filij eorum, & filij filiorum eorum vs-
que in sæculum, & Dauid seruus meus erit particeps eis in
sæculum.
26 *Et percutiam cum eis fœdus pacis, pactum perpetuum*
erit cum eis, & ponam eos in terra mea, & multiplicare
faciam eos, & dabo sanctificationem meam in medio eo-
rum in sæculum.
27 *Et erit tabernaculum meum in eis, & ero eis in Deum,*
& ipsi erunt mihi in populum.
28 *Et scient Gentes quod ego Dominus sanctifico Israel,*
quum fuerit sanctificatio mea in medio eorum in perpe-
tuum.

CAP. XXXVIII.

1 *ET fuit verbum Domini ad me, dicendo.*
2 *Fili hominis, pone faciem tuam super Gog, super ter-*
ram Magog, principem capitis Mesech & Tubal, & vati-
cinare super eum.
3 *Et dic, Sic dixit Dominus Deus: Ecce venio ad te Gog*
principem capitis Mesech, & Tubal:
4 *Et conteram cor tuum, vt egrediaris, & dabo hamos in*
maxillis tuis, & exire faciam te, & omnem exercitum
tuum, equos & equites, vestitos omni armorum genere, &
omnes ipsos multitudinem magnam cum clypeis, & scuta
tenentes gladios omnes ipsi.
5 *Paras, Chus, & Puth cum eis, omnes ipsi cum scutis &*
galeis.
6 *Ghomer, & vniuersa agmina eius, domus Togarmah*
incolens latera Aquilonis, & omnia agmina eius, populi-
que multi tecum,
7 *Præpara te, & præpara tibi omnem multitudinem tuã*
quæ congregauerunt se ad te, & eris eis in custodiam.
8 *Post dies multos visitaberis: in nouissimo annorum ve-*
nies ad terram contritam gladio, congregatam è populis
multis ad montes Israel qui fuerunt in desolationem
semper: & hæc è populis educta est, & habitabunt confi-
denter omnes ipsi.

Transl. ex Septuag.

Et coniunges eas inuicem tibi in virgam vnam, vt copules eas:& erunt in manu tua.

Et erit,quando dixerint tibi filij populi mei, non indicas nobis,quid sint ista tibi?

Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus.Ecce ego assumam tribum Ioseph, quæ in manu Ephræm, & tribus Israel,quæ adiunctæ sunt ei:& dabo eos super tribum Iudam: & erunt in virgam vnam manui Iuda.

Et erunt virgæ, in quibus tu scripsisti in eis, in manu tua coram eis.

Et dices eis:Hæc dicit Dominus Dominus:Ecce ego assumo omnẽ domum Israel de medio gentiũ, quo ingressi sunt illuc:& cõgregabo eos ex omnib, qui in circuitu eorũ sũt:& inducã eos in terrã Israel

Et dabo eos in gentem in terra mea,& in montibus Israel. Et princeps vnus erit eorum; & non erunt vltra in duas gentes: nec diuidentur vltra in duo regna:

Vt non polluantur vltra in idolis suis.Et eruam eos ex omnibus iniquitatibus eorum, in quibus peccauerunt:& mundabo eos:& erunt mihi in populum:& ego Dominus ero eis in Deum.

Et seruus meus Dauid princeps in medio eorũ erit pastor vnus omnium:quia in præceptis meis ambulabunt,& iudicia mea custodiẽt,& faciẽt ea.

Et habitabunt in terra sua, quam ego dedi seruo meo Iacob,vbi habitauerunt illic patres eorum:& habitabunt in ea ipsi.Et Dauid seruus meus princeps in perpetuum.

Et disponam eis testamentum pacis: testamentum sempiternum erit cum eis.

Et ponam sancta mea in medio eorum in perpetuum:& erit tabernaculum meum in eis: & ero eis Deus:& ipsi meus erunt populus.

Et scient gentes, quia ego sum Dominus, qui sanctifico eos; cum fuerint sancta mea in medio eorum perpetuum.

CAP. XXXVIII.

ET factus est sermo Domini ad me dicens:

Fili hominis obfirma faciem tuam super Gog,& terram Magog,principem Rhos Mesoch,& Thobel:& vaticinare super eum,

Et dic ei: Hæc dicit Dominus Dominus: Ecce ego super te principem Rhos Mesoch,& Thobel:

Et congregabo te,& omnem exercitum tuum, equos, & equites vestitos loricis vniuersos congregatione multa,peltæ,& galeæ,& gladii,

Persæ,& Æthiopes, & Libyes, omnes galeis, & peltis.

Gomer,& omnes, qui circa eum, domus Thorgama ab extremo Aquilonis, & omnes, qui circa eum:& gentes multæ tecum.

Præparare,præparare, tu, & omnis congregatio tua,quæ collecta est tecum: & eris mihi in custodiam.

A diebus plurimis præparabitur,& in nouissimo annorum veniet in terrã,quæ peruersa est à gladio, collectis de gentibus multis super terram Israel, quæ facta est deserta omnino. Et hic ex gentibus egressus est:& habitabunt in pace omnes.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

17 *Et adiunge ea alterum ad alterum, vt sint lignum*
vnum:eruntque vnum in manibus tuis.
18 *Et quum dixerint tibi filij populi tui,dicendo, Annon*
indicabis nobis quid ista tibi?
19 *Loquere ad eos, Sic dixit Dominus Iehouah, Ecce ego*
assumo lignum Ioseph,quod est in manu Ephraim,& tri-
bus Israel socias eius, & ponam eas cum eo, cum ligno
Iehudah, & faciam eas in lignum vnum,eruntque vnum
in manu mea.
20 *Sint autem ligna in quibus scribes,in manu tua in ocu-*
lis eorum.
21 *Et loquere ad eos, Sic dixit Dominus Iehouah, Ecce ego*
assumo filios Israel è Gentibus ad quas abierunt, & con-
gregabo eos vndique, venireque faciam eos in terram
suam.
22 *Et faciam eos in gentem vnam in terra in montibus*
Israel: atque Rex vnus erit vniuersis ipsis in Regem, nec
erunt vltra duæ gentes,neque diuidentur amplius in duo
regna amplius.
23 *Nec polluent se vltrà idolis suis, & abominationibus*
suis,& cunctis præuaricationibus suis: saluosque faciam
eos de vniuersis habitationibus suis in quibus peccaue-
runt, & emundabo eos, eruntque mihi in populum, ego ve-
ro ero eis in Deum.
24 *Et seruus meus Dauid* erit *Rex super eos, & pastor*
vnus erit vniuersis ipsis: & in iudiciis meis ambulabunt,
& mandata mea custodient, facientque ea.
25 *Et habitabunt super terram quam dedi seruo meo Iaa-*
cob,in qua habitauerunt Patres vestri,habitabunt in quã
super eam ipsi & filij filiorum vsque in seculum & Da-
uid seruus meus erit *princeps eis in seculum.*
26 *Percutiam insuper cum eis fœdus pacis, fœdus perpe-*
tuum erit mihi *cum eis: & ponam eos* in terra mea, *&*
multiplicabo eos, ponamque Sanctuarium meum in medio
eorum in seculum.
27 *Et erit tabernaculum meum in eis, & ero eis in Deum*
& ipsi erunt mihi in populum.
28 *Et scient Gentes quod ego Iehouah sanctifico Israel*
quum fuerit Sanctuarium meum in medio eorum in
perpetuum.

CAP. XXXVIII.

1 *ET fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,*
2 *Fili hominis, pone faciem tuam contra Gog, &*
super *terram Magog, principem capitis Mesech & Tu-*
bal, & vaticinare super eum,
3 *Et dic, Sic dixit Dominus Iehouah, Ecce ego ad te, Gog*
principem capitis Mesech & Thubal:
4 *Et conteram te, ponamque hamos in maxillis tuis, &*
exire faciam te, & vniuersum exercitum tuum, equos &
equites, indutos omni armorum genere omnes, multitudi-
nem magnam cum *clypeis & scutis, tenentes gladios om-*
nes erunt.
5 *Paras, Chus, & Put cum eis: omnes erunt* cum *scutis*
& galeis.
6 *Gomer, & vniuersa agmina eius: domus Thogarmah*
incolens *latera Aquilonis, & omnia agmina eius, populi*
multi tecum.
7 *Præpara teipsum, & præpara tibi omnem multitudinem*
tuam quæ congregauerunt se ad te, & sis eis in custodiam
8 *Post dies multos visitaberis: in nouissimo annorum ve-*
nies ad terram attritam gladio, congregatam è populis
multis, ad montes Israel qui fuerunt in desolationem
semper: ipsa autem è populis educta est, & habitabunt
confidenter omnes ipsi.

Vulgat. Editio.

9 Ascendens autem quasi tempestas venies & quasi
nubes, vt operias terram tu, & omnia agmina tua,
& multi tecum.
10 Hæc dicit Dominus Deus: In die illa ascendent
super cor tuum, & cogitabis cogitationem pessimam.
11 Et dices: Ascendam ad terram absque muro: veniam ad quiescentes habitantesque secure: hi omnes habitant sine muro, vectes, & portæ non sunt
eis:
12 Vt diripias spolia, & inuadas prædam, vt inferas
manum tuam super eos, qui deserti fuerant, & postea restituti, & super populum, qui est congregatus
ex Gentibus, qui possidere cœpit, & esse habitator
vmbilici terræ.
13 Sabba, & Dedan, & negociatores Tharsis, & omnes leones eius dicent tibi: Numquid ad sumenda
spolia tu venis? ecce ad diripiendam prædam congregasti multitudinem tuam vt tollas argentum,
& aurum, & auferas supellectilem, atque substantiam, & diripias manubias infinitas.
14 Propterea vaticinare fili hominis, & dices ad Gog:
Hæc dicit Dominus Deus: Numquid in die illo,
cum habitauerit populus meus Israel confidenter,
scies?
15 Et venies de loco tuo à lateribus Aquilonis tu &
populi multi tecum ascensores equorum vniuersi,
cœtus magnus, & exercitus vehemens.
16 Et ascendes super populum meum Israel, quasi
nubes, vt operias terram. In nouissimis diebus eris
& adducam te super terram meam: vt sciant
Gentes me, cum sanctificatus fuero in te in oculis
eorum, ô Gog.
17 Hæc dicit Dominus Deus: Tu ergo ille es, de
quo locutus sum in diebus antiquis in manu seruorum meorum prophetarum Israel, qui prophetauerunt in diebus illorum temporum, vt adducerem te super eos.
18 Et erit in die illa, in die aduentus Gog, super terram Israel, ait Dominus Deus, ascendet indignatio
mea in furore meo.
19 Et in zelo meo, in igne iræ meæ locutus sum, Quia
in die illa erit commotio magna super terram Israel:
20 *Et commouebuntur à facie mea pisces maris,
& volucres cæli, & bestiæ agri, & omne reptile,
quod mouetur super humum, cunctique homines, qui sunt super faciem terræ: & subuertentur
montes, & cadent sepes, & omnis murus corruet
in terram.
21 Et conuocabo aduersus eum in cunctis montibus
meis gladium, ait Dominus Deus: gladius vniuscuiusque in fratrem suum dirigetur.
22 Et iudicabo eum peste, & sanguine, & imbre
vehementi, & lapidibus immensis: ignem, & sulphur pluam super eum, & super exercitum eius,
& super populos multos qui cum eo.
23 Et magnificabor, & sanctificabor, & notus ero
in oculis multarum gentium, & scient, quia ego
Dominus.

CAP. XXXIX.

1 TV autem fili hominis vaticinare aduersum
Gog & dices: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce
ego super te Gog principem capitis Mosoch &
Tubal: & circumagam te.
2 Et educam te, & ascendere te faciam de lateribus
Aquilonis: & adducam te super montes Israel.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Et ascendes, veluti multitudo aquarum, venies tanquam nubes, vt operias terram, eris tu & omnia agmina tua, & populi multi tecum.

Sic dixit Dominus Deus: Et erit in die illa, ascendent verba super cor tuum, & cogitabis cogitationem malam.

Et dices, Ascendam super terram villarum, veniam ad quiescentes, habitantes confidenter: omnes hi habitant absque muro, & vectes, & portæ non sunt eis:

Vt spolies spolia, & prædaris prædam, vt reducere facias manum tuam super desolata habitabilia facta, & super populum congregatum è Gentibus, facientem pecudes & opes, habitantes in vmbilico terræ.

Scheba Harabica, *& Dedan, negotiatores Tarsis, & omnes leunculi eius dicent tibi; Nunquid ad spoliandum spolia venis? nunquid ad prædandum prædam congregare fecisti multitudines tuas, vt tollas argentum, & aurum, vt accipias pecudes, & opes, vt spolies spolia magna.*

Propterea vaticinare fili hominis, & dic ad Gog, Sic dixit Dominus Deus: Nonne in die illa cum habitauerit populus meus Israel confidenter, scies?

Et venies è loco tuo, è lateribus Aquilonis, tu & populi multi tecum equitabunt equos vniuersi ipsi, cœtus magnus exercitus multus.

Et ascendes super populum meum Israel sicut nubes, vt operias terram ipsam, in nouissimo dierum erit, & venire faciam te super terram meam, vt sciant Gentes me, quum sanctificauero me in te in oculis eorum, Gog.

Sic dixit Dominus Deus, Num tu es ille de quo locutus sum in diebus antiquis per manum seruorum meorum Prophetarum Israel, qui prophetauerunt in diebus illorum annorum, quod adducerem te super eos.

Et erit in die illa, in die qua venerit Gog super terram Israel, dixit Dominus Deus, ascendet ira mea in furore meo.

Et in zelo meo, in igne iræ meæ locutus sum, nisi in die illa fuerit commotio magna super terram Israel.

Et contremiscent à facie mea pisces maris, & volucres cæli, & bestiæ agri, & omne reptile quod reptat super terram, & omnes homines qui sunt in superficie terræ: diruentur montes, & cadent gradus, & omnis murus in terram corruet.

Et vocabo aduersus eum in cunctis montibus meis gladium, dixit Dominus Deus: gladius vniuscuiusque in fratrem suum erit.

Et iudicabor cum eo peste & sanguine: & imbre inundante, & lapidibus grandinis: ignem & sulphur pluere faciam super eum, super exercitus eius, & super populos multos, qui erunt cum eo.

Et magnificabo me, & sanctificabo me, & scire faciam me in oculis Gentium multarum: & scient quod sum Dominus.

CAP. XXXIX.

TV autem fili hominis vaticinare super Gog, & dic: Sic dixit Dominus Deus: Ecce venio ad te Gog principem capitis Mesech, & Thubal,

Et conteram te, & sextam partem relinquam ex te, & ascendere faciam te è lateribus Aquilonis, & venire faciam te super montes Israel.

Transl. ex Septuag.

Et ascendes sicut pluuia, & venies, sicut nubes ad operiendam terram,& eris tu,& omnes,qui circa te,& gentes multæ tecum.

Hæc dicit Dominus Dominus. Et erit in die illa,ascendent verba super cor tuum: & cogitabis cogitationes pessimas,

Et dices: Ascendam super terram abiectam: veniam super quiescentes in quiete,& habitantes in pace,omnes habitantes terram,in qua non est murus neque vectes,& portæ non sunt eis:

Ad prædandum prædam & spoliandum spolia eorum,ad conuertendum manum meam in desolatam quæ habitata est,& super gentem collectam de gentibus multis,qui fecerunt possessiones, habitantes super vmbilicum terræ.

Sabba,& Dædan, & negociatores Carthaginenses, & omnes villæ eorum dicent tibi: ad prædandum prædam tu venis,& spoliandum spolia: congregasti congregationem tuam ad tollendum argentum,& aurum, ad auferendum possessionem, ad spoliandum spolia.

Propterea vaticinare fili hominis,& dic ad Gog: Hæc dicit Dominus Nonne in die illa, cum habitauerit populus meus Israel in pace consurges?

Et venies de loco tuo ab extremo Aquilonis, & gentes multæ tecum: ascensores equorum omnes, congregatio magna,& exercitus multus.

Et ascendes super populum meum Israel, quasi nubes, vt operias terram.In nouissimis diebus eris & adducam te super terram meam:, vt sciant omnes gentes me;cum sanctificatus fuero in te coram eis.

Hæc dicit Dominus Dominus ad Gog: Tu es,de quo loquutus sum ante dies priores per manum seruorum meorum prophetarum Israel,in diebus illis,& annis,vt adducerem te super eos,

Et erit in die illa,in die,qua venerit Gog, super terram Israel,ait Dominus Dominus,ascendet furor meus,& zelus meus?

In igne iræ meæ loquutus sum: si non in die illa erit commotio magna super terram Israel:

Et commouebuntur à facie Domini pisces maris,& volatilia cæli, & bestiæ campi, & omnia reptilia,quæ repunt super humum, cunctique homines,qui sunt super faciem terræ: & scindentur montes,& cadent valles: & omnis murus in terram corruet.

Et vocabo super ipsum etiam omnem formidinem,dicit Dominus.Gladius hominis super fratrem suum erit:

Et iudicabo eum peste, & sanguine, & pluuia inundante,& lapidibus grandinis: & ignem,& sulphur pluam super eum, & super omnes, qui cum eo,& super gentes multas cum eo.

Et magnificabor, & sanctificabor,& glorificabor in conspectu gentium multarum: & scient, quia ego sum Dominus.

CAP. XXXIX.

Et tu fili hominis vaticinare super Gog,& dic: Hæc dicit Dominus: Ecce ego super te Gog principem Rhos Mesoch,& Thobel:

Et congregabo te:& deducam te: & faciam ascendere te desuper extremo Aquilonis:& adducam te super montes Israel.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

9 *Et ascendes,tanquam multitudo* aquarum *venies,& vt nubes,vt operias terram,eris tu & omnia agmina tua & populi multi tecum.*

10 *Sic dixit Dominus Iehouah, Et erit in die illa, ascendent verba super cor tuum,cogitabisque cogitationem malam.*

11 *Et dices, Ascendam contra terram villarum, veniam ad quiescentes,& habitantes confidenter:omnes hi habitant absque muro,& vectes,& porta non sunt eis:*

12 *Vt spolies spolia,& prædæris prædam,vt reducas manum tuam super desolata habitabilia facta, & super populum collectum è Gentibus, facientem pecudes & opes,habitantes in vmbilico terræ.*

13 *Seba,& Dedan, & negotiatores Tharsis, & omnes leunculi eius dicent tibi,Annon ad spoliandum spolia venis? annon ad prædandum prædam congregasti multitudinem tuam, vt auferas argentum, & aurum, vt tollas pecudes & opes,vt spoliès spolia magna?*

14 *Propterea vaticinare fili hominis,& dic ad Gog, Sic dixit Dominus Iehouah: Annon in die illa quum habitauerit populus meus Israel confidenter,scies?*

15 *Et venies è loco tuo,* nempe *è lateribus Aquilonis,tu & populi multi tecum,equis abunt equos vniuersi,cœtus magnus exercitus multus.*

16 *Et ascendes contra populum meum Israel sicut nubes, vt operias terram ipsam in nouissimo dierum erit,& adducam te super terram meam:vt cognoscant Gentes me, quum sanctificatus fuero in te in oculis eorum, ô Gog.*

17 *Sic dixit Dominus Iehouah,Num tu* es *ille* de *quo loquutus sum in diebus antiquis per manum seruorum meorum Prophetarum Israel, qui prophetauerunt in diebus illorum annorum,quod adducerem te super eos?*

18 *Et erit in die illa, die qua venerit Gog contra terram Israel, dixit Dominus Iehouah, ascendet ira mea in furore meo.*

19 *Et in zelo meo,in igne iræ meæ loquutus sum,Si non in die illa fuerit commotio magna super terram Israel.*

20 *Et contremiscent à facie mea pisces maris, & volucres cæli,& bestiæ agri,& omne reptile quod reptat super terram,& omnes homines qui* sunt *in superficie terræ: diruenturque montes,& corruent gradus,& omnis murus in terram corruet.*

21 *Et aduocabo aduersus eum in cunctis montibus meis gladium,dixit Dominus Iehouah:gladius cuiusque in fratrem suum erit.*

22 *Et iudicio contendam cum eo peste & sanguine: & imbrem inundantem,& lapides grandinis ignem & sulphur pluere faciam super eum,& super exercitus eius,& super populos multos qui* erunt *cum eo.*

23 *Et magnificabor,& sanctificabor,& notus ero in oculis Gentium multarum:& scient quod ego Iehouah.*

CAP. XXXIX.

1 *Tv autem fili hominis vaticinare contra Gog,& dic, Sic dixit Dominus Iehouah, Ecce ego ad te, ô Gog princeps capitis Mesech,& Thubal,*

2 *Et conuertam te,& sextam partem relinquam ex te,ascendereque faciam te è lateribus Aquilonis,& adducam te super montes Israel.*

Vulgat. Editio

Et percutiam arcum tuum in manu finistra tua, & fagittas tuas de manu dextera tua deiiciam.

Super montes Ifrael cades tu, & omnia agmina tua, & populi tui, qui funt tecum: feris, auibus, omnique volatili, & beftiis terræ dedi te ad deuorandum.

Super faciem agri cades: quia ego locutus fum, ait Dominus Deus.

Et immittam ignem in Magog, & in his, qui habitant in infulis confidenter: & fcient quia ego Dominus.

Et nomen fanctum meum notum faciam in medio populi mei Ifrael, & non polluam nomen fanctum meum amplius: & fcient Gentes quia ego Dominus fanctus Ifrael.

Ecce venit, & factum eft, ait Dominus Deus: hæc eft dies, de qua locutus fum.

Et egredientur habitatores de ciuitatibus Ifrael, & fuccendent & comburent arma, clypeum, & haftas, arcum, & fagittas, & baculos manuum, & contos: & fuccendent ea igni feptem annis.

Et non portabunt ligna de regionibus, neque fuccident de faltibus: quoniam arma fuccendent igni, & deprædabuntur eos, quibus prædæ fuerant, & diripient vaftatores fuos, ait Dominus Deus.

Et erit in die illa: dabo Gog locum nominatum fepulchrum in Ifrael: vallem viatorum ad Orientem maris, quæ obftupefcere faciet prætereuntes: & fepelient ibi Gog, & omnem multitudinem eius, & vocabitur vallis multitudinis Gog.

Et fepelient eos domus Ifrael, vt mundent terram feptem menfibus.

Sepeliet autem eum omnis populus terræ, & erit eis nominata dies, in qua glorificatus fum, ait Dominus Deus.

Et viros iugiter conftituent luftrantes terram, qui fepeliant, & requirant eos, qui remanferant fuper faciem terræ, vt emundent eam: poft menfes autem feptem quærere incipient.

Et circuibunt peragrantes terram: cumque viderint os hominis, ftatuent iuxta illud titulum, donec fepeliant illud polinctores in valle multitudinis Gog.

Nomen autem ciuitatis Amona, & mundabunt terram.

Tu ergo fili hominis, hæc dicit Dominus Deus: Dic omni volucri, & vniuerfis auibus, cunctifque beftiis agri: Conuenite, properate, concurrite vndique ad victimam meam, quam ego immolo vobis, victimam grandem fuper montes Ifrael: vt comedatis carnem, & bibatis fanguinem.

Carnes fortium comedetis, & fanguinem principum terræ bibetis: arietum, & agnorum, & hircorum, taurorumque, & altilium, & pinguium omnium.

Et comedetis adipem in faturitatem, & bibetis fanguinem in ebrietatem, de victima, quam ego immolabo vobis:

Et faturabimini fuper menfam meam de equo, & de equite forti, & de vniuerfis viris bellatoribus, ait Dominus Deus.

Et ponam gloriam meam in Gentibus: & videbũt omnes gentes iudicium meum, quod fecerim, & manum meam, quam pofuerim fuper eos.

Tranfl. ex Heb. Sanct. Pagn.

3 *Et percutere faciam arcum tuum, de manu finiftra tua, & fagittas tuas de manu dextera tua deyciam.*

4 *Super montes Ifrael cades tu, & omnia agmina tua, & populi qui erunt tecum: volucribus, volatilibus, omni alato, & beftÿs agri dedi te ad deuorandum.*

5 *Super faciem agri cades, quia ego locutus fum, dixit Dominus Deus.*

6 *Et mittam ignem in Maghogh, & in habitantibus infulas confidenter, & fcient quod fum Dominus.*

7 *Et nomen fanctitatis meæ fcire faciam in medio populi mei Ifrael, & non finam polluere nomen fanctum meum vltra, & fcient Gentes quod fum Dominus fanctus in Ifrael.*

8 *Ecce venit, & factum eft, dixit Dominus Deus, hæc eft dies de qua locutus fum.*

9 *Et egredientur habitatores ciuitatum Ifrael, & fuccendent, & comburent arma, & fcuta, & clypeos, arcus, & fagittas, & baculos manus, & lanceas, & fuccendent ea igni feptem annis.*

10 *Et non portabunt ligna de agro, nec fuccident de fyluis, quoniam arma fuccendent igni, & fpoliabunt, qui fpoliauerunt eos, & prædabuntur prædatores fuos, dixit Dominus Deus.*

11 *Et erit in die illa dabo ipfi Ghogh locum fepulchri ibi in Ifrael, vallem tranfeuntium ad Orientem maris, & obturare faciet ipfa tranfeuntes* nares fuas, *& fepelient ibi Ggogh, & omnem multitudinem eius, & vocabunt eam vallem Hamon* Ghogh.*

*id eft multitudinis.

12 *Et fepelient eos domus Ifrael, vt mundent terram feptem menfibus.*

13 *Et fepelient eos omnis populus terræ, & erit eis in nomen in die qua glorificabo me, dixit Dominus Deus.*

14 *Et viros quotidianos, Ifrael diuident tranfeuntes per terram fepelientes cum tranfeuntibus remanentes in fuperficie terræ, vt emundent eam: à fine feptem menfium inquirent.*

15 *Tranfibunt tranfeuntes per terram, & videbit os hominis, & ædificabit iuxta illud fignum donec fepeliant illud, fepelientes in valle Hamon Ghogh.*

16 *Et etiam nomen ciuitatis Hamonah, & mundabunt terram.*

17 *Et tu fili hominis, fic dixit Dominus Deus: Dic volucribus, omni alato, & omni beftiæ agri: Congregate vos, & venite, congregate vos vndique ad facrificium meum, quod facrifico vobis, facrificium grande fuper montes Ifrael, & comedetis carnem, & bibetis fanguinem.*

18 *Carnem fortium comedetis, & fanguinem principum terræ bibetis, arietum, agnorum, & hircorum, boum, bubalorum, Bafan cunctorum eorum.*

19 *Et comedetis adipem ad faturitatem, & bibetis fanguinem ad ebrietatem de facrificio meo quod facrificaui vobis.*

20 *Et faturabimini fuper menfam meam, equis, & curribus, fortibus, & omnibus viris bellatoribus, dixit Dominus Deus.*

21 *Et dabo gloriam meam in Gentibus, & videbunt omnes gentes iudicium meum quod feci, & manum meam, quam pofui in eis.*

Transl. ex Septuag.

3 Et perdam arcum tuum de manu tua sinistra,
& sagittas tuas de manu dextera: & deiiciam
te.
4 Super montes Israel: & cades tu, & omnes, qui
circa te:& gentes, quæ tecum, dabuntur ad mul-
titudines auium:omni volatili,& omnibus,bestiis
campi dedi te ad deuorandum.
5 Super faciem campi cades:quia ego locutus sum,
dicit Dominus.
6 Et emittam ignem in Gog, & habitabuntur in-
sulæ in pace:& scient quia ego sum Dominus.
7 Et nomen meum sanctum notum fiet in me-
dio populi mei Israel. & non polluetur nomen
meum sanctum amplius: & scient Gentes, quo-
niam ego sum Dominus sanctus in Israel.
8 Ecce venit. & scies,quoniam erit dicit Dominus
Dominus.Hæc est dies,in qua loquutus sum.
9 Et egredientur habitatores vrbium Israel, &
succendent in armis,peltis,& contis, & arcubus
sagittis,& baculis manuum, & lanceis: & succen-
dent in eis ignem septem annis.
10 Et non assument ligna de campo,neque succi-
dent de saltibus:sed arma comburent igni: & de-
prædabuntur eos, quibus prædæ fuerant, & spo-
liabunt spoliatores suos, ait Dominus.
11 Et erit in die illa dabo Gog locum nomina-
tum monumentum in Israel,polyandrion eorum,
qui venerint ad mare: & ædificabunt per circui-
tum os vallis:& defodient ibi Gog,&omnem mul-
titudinem eius, & vocabitur tunc polyandrion
Gog.
12 Et defodient eos domus Israel,vt mundetur ter-
ra in septem mensibus.
13 Et defodient eos omnis populus terræ,& erit eis
inclytum,qua die glorificatus fuerit,ait Dominus
14 Et viros iugiter secernent,circumeuntes terram
ad sepeliendum eos,qui remanserint super faciem
terræ, vt emundent eam: post septem menses &
quærent.
15 Et omnis peragrantes terram, & videns os ho-
minis,ædificabit apud illud signum, donec sepe-
liant illud polinctores in Gai polyandrion Gog.
16 Nam & nomen ciuitatis Polyandrion. Et mun-
dabitur terra.
17 Et tu fili hominis dic Hæc dicit Dominus: Dic
omni aui volatili,& ad omnes bestias campi: Con-
gregamini, & venite: congregamini ab omnibus
per circuitum ad victimam meam, quam immo-
laui vobis,victimam grandem super montes Israel
comedetis carnes, & bibetis sanguinem.
18 Carnes gigantum comedetis,& sanguinem prin-
cipum terræ bibetis:arietes, & vitulos, & hircos:
& vituli omnes adipati.
19 Et comedetis adipem ad saturitatem, & bibetis
sanguinem ad ebrietatem, de victima mea,quam
immolaui vobis.
20 Et saturabimini super mensam meam de equo,
& ascensore,& gigante, & omni viro bellatore,ait
Dominus.
21 Et dabo gloriam meam in vobis: & videbunt
omnes gentes iudicium meum, quod feci, & ma-
num meam,quam induxi super eos.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

*Et excutiam arcum tuum,de manu sinistra tua, & sa-
gittas tuas de manu dextera tua deiiciam.*
*Super montes Israel cades tu, & omnia agmina tua, &
populi qui* fuerint *tecum: volucribus, volatilibus, omni
alato,& bestiis agri dedi te ad deuorandum.*
*Super faciem agri cades, quia ego loquutus sum,dixit
Dominus Iehouah.*
*Et mittam ignem in Magog, atque in eos qui habitant
in insulis confidenter,& scient quod ego Iehouah.*
*Et nomen sanctum meum notum efficiam in medio po-
puli mei Israel,& non sinam polluere nomen sanctum meũ
vltra,scientque Gentes quod ego Iehouah sanctus in Is-
rael.*
*Ecce venit,& factum est,dixit Dominus Iehouah: hic
est dies de quo loquutus sum.*
*Et egredientur habitatores vrbium Israel, & succen-
dent, atque comburent arma, & scuta & clypeos, arcus,
& sagittas,& baculos manus,& lanceas, & succendent
ea igni septem annis.*
*Et non portabunt ligna de agro,nec succident de syluis,
quoniam arma succendent igni,& spoliabunt spoliatores
suos,& prædabuntur prædatores suos, dixit Dominus Ie-
houah.*
Et erit in die illo, dabo ipsi Gog locum ibi sepulchri,
nempe *in Israel,vallem transeuntium ad Orientem ma-
ris,hæcque obturare faciet transeuntibus* nares: *& sepe-
lient ibi Gog,& vniuersam multitudinem eius, & vo-
cabunt* eam *Vallem Hamon Gog.*
*Et sepelient eos domus Israel,vt mundent terram, sep-
tem mensibus.*
*Sepelient inquam eos cunctus populus terræ, eritque eis
in nomen die quo glorificatus fuero,dixit Dominus Ieho-
uah.*
*Et viros quotidianos segregabunt, qui transeunt per
terram sepelientes,cum iter facientibus remanentes in su-
perficie terræ,vt emundent eam: in fine septem mensium
inquirent.*
Transibunt autem transeuntes per terram, & quum
quis *viderit ossa hominis ædificabit iuxta illa signum do-
nec sepeliant ea sepultores illi Gog, in Valle Hamon Gog.*
Et etiam nomen ciuitatis erit *Hamonah: mundabunt-
que terram.*
*Et tu fili hominis,sic dixit Dominus Iehouah, Dic vo-
lucribus,omni alato,& omni bestiæ agri,Congregamini,&
venite: colligite vos vndique ad sacrificium meum quod
sacrifico vobis, sacrificium grande super montes Israel,
& comedetis carnem,& bibetis sanguinem.*
Carnem inquam *fortium comedetis, & sanguinem
principum terræ bibetis,arietum, agnorum, & hircorum,
boum,bubalorum* qui in *Basan omnes* saginati *sunt.*
*Et comedetis adipem ad saturitatem,& bibetis sangui-
nem ad ebrietatem vsque de sacrificio meo quod sacrifi-
caui vobis.*
*Et saturabimini super mensam meam,equis, & curri-
bus fortibus,& omnibus viris bellatoribus,dixit Dominus
Iehouah.*
*Et dabo gloriam meam in Gentibus,videbuntque omnes
Gentes illa iudicium meum quod feci, & manum meam
quam posui in eis.*

Vulgat. Editio.

Et scient domus Israel, quia ego Dominus Deus eorum à die illa, & deinceps.

Et scient Gentes quoniã in iniquitate sua capta sit domus Israel, eo quod dereliquerunt me, & absconderim faciem meã ab eis: & tradiderim eos in manus hostium, & ceciderint in gladio vniuersi.

Iuxta immunditiam eorum, & scelus, feci eis, & abscondi faciem meam ab illis.

Propterea hæc dicit Dominus Deus: Nunc reducam captiuitatem Iacob, & miserebor omnis domus Israel: & assumam zelum pro nomine sancto meo.

Et portabunt confusionem suam, & omnem præuaricationem qua præuaricati sunt in me cum habitauerint in terra sua confidenter neminem formidantes:

Et reduxero eos de populis, & congregauero de terris inimicorum suorum, & sanctificatus fuero in eis, in oculis gentium plurimarum.

Sup 26 a. *Et scient quia ego Dominus Deus eorum, eo quod transtulerim eos in nationes: & congregauerim eos super terram suam, & non dereliquerim quemquam ex eis ibi.

Et non abscondam vltra faciem meam ab eis, eo quod effuderim spiritum meum super omnem domum Israel, ait Dominus Deus.

CAP. XL.

IN vigesimo quinto anno transmigrationis nostræ, in exordio anni, decima mensis, quartodecimo anno postquam percussa est ciuitas: in ipsa hac die facta est super me manus Domini, & adduxit me illuc.

In visionibus Dei adduxit me in terram Israel, & dimisit me super montem excelsum nimis: super quem erat quasi ædificium ciuitatis vergentis ad Austrum.

Et introduxit me illuc: & ecce vir, cuius erat species quasi species æris, & funiculus lineus in manu eius, & calamus mensuræ in manu eius: stabat autem in porta.

Et locutus est ad me idem vir: Fili hominis vide oculis tuis, & auribus tuis audi, & pone cor tuum in omnia, quæ ostendam tibi: quia vt ostendantur tibi adductus es huc: annuncia omnia, quæ tu vides, domur Israel.

Et ecce murus forinsecus in circuitu domus vndique, & in manu viri calamus mensuræ sex cubitorum, & palmo: & mensus est latitudinem ædificii calamo vno, altitudinem quoque calamo vno.

Et venit ad portam, quæ respiciebat viam orientalem, & ascendit per gradus eius: & mensus est limen portæ calamo vno latitudinem, id est, limen vnum calamo vno, in latitudine:

Et thalamum vno calamo in longum, & vno calamo in latum: & inter thalamos, quinque cubitos:

Et limen portæ iuxta vestibulum portæ intrinsecus, calamo vno.

Et mensus est vestibulum portæ octo cubitorum, & frontem eius duobus cubitis: vestibulum autem portæ erat intrinsecus.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn

22 *Et scient domus Israel quod sum Dominus Deus eorum à die illa, & deinceps.*

23 *Et scient Gentes, quod propter iniquitatem suam captiui ducti sunt domus Israel, propterea quod præuaricati sũt in me, abscondi faciẽ meã ab eis, & tradidi eos in manum hostium eorum, & ceciderunt gladio vniuersi hij.*

24 *Secundum immunditiam eorum, & secundum præuaricationes eorum feci cum eis, & abscondi faciem meam ab eis.*

25 *Propterea, sic dixit Dominus Deus: Nunc redire faciam captiuitatem Iahacob, & miserebor omnis domus Israel: & zelabo pro nomine sancto meo.*

26 *Et portabunt ignominiam suam, & omnem præuaricationem suam, qua præuaricati sunt in me, cum habitarent super terram suam confidenter, & non esset qui exterreret.*

27 *Cum redire fecero eos è populis, & congregauero eos è terris inimicorum suorum & sanctificatus fuero in eis in oculis gentium plurimarum.*

28 *Et scient quod sum Dominus Deus eorum, cum captiuare fecerim eos in gentes, & congregauero eos super terram suam, & non relinquam vltra ex eis ibi.*

29 *Et non abscondam vltra faciem meam ab eis, quia effudi spiritum meum super domum Israel, dixit Dominus Deus.*

PAP. XL.

1 *VIgesimo, & quinto anno transmigrationis nostræ in exordio anni decima mensis, quarto decimo anno postquam percussa est ciuitas: in ipsamet die, fuit super me prophetia Domini, & adduxit me illuc.*

2 *In visionibus Dei adduxit me in terram Israel, & dimisit me super montem excelsum nimis, & super eum erat tanquam ædificium ciuitatis à Meridie.*

3 *Et adduxit me illuc: & ecce vir cuius aspectus erat sicut aspectus æris, & filum lineum erat in manu eius, & calamus mensuræ, & stabat in porta.*

4 *Et locutus est ad me vir: Fili hominis vide oculis tuis, & auribus tuis audi, & pone cor tuum omnibus quæ ostendi tibi, quia vt ostendantur tibi adductus es huc: annuncia omnia, quæ vides domui Israel.*

5 *Et ecce murus extra domum per circuitum, & in manu viri erat calamus mensuræ sex cubitorum communium, & quattuor digitorum & mensus est latitudinem ædificij calamo vno, & altitudinem calamo vno.*

6 *Et venit ad portam cuius facies erat ad viam orientalẽ & ascendit per gradus eius, & mensus est limen exterius portæ calamo vno in latitudine, & limen alterum calamo vno in latitudine.*

7 *Et thalamum calamo vno in longitudine, & calamo vno in latitudine, & parietem qui erat inter thalamos quinque cubitis in latitudine.*

8 *Et limen portæ quod erat apud vestibulum portæ interius calamo vno.*

9 *Et mensus est vestibulum octo cubitis, & postes eius duobus cubitis: & vestibulum portæ erat intrinsecus.*

Transl. ex Septuag.

Et scient domus Israel, quia ego sum Dominus Deus eorum à die hac, & deinceps.

Et scient omnes gentes, quoniam propter peccata sua capti fuerunt domus Israel, eo quod praeuaricati sint in me: & auerti faciem meam ab eis, & tradidi eos in manus inimicorum eorum: & ceciderunt omnes gladio.

Iuxta immunditias eorum, & iniquitates eorum feci eis: & auerti faciem meam ab eis.

Propterea haec dicit Dominus Dominus: Nunc reducam captiuitatem in Iacob: & miserebor domui Israel: & assumam zelum propter nomen sanctum meum.

Et portabunt ignominiam suam, & iniustitiam, qua iniuste egerunt, cum habitauerint in terra sua in pace, & non erit, qui exterreat,

Cum reduxero eos de gentibus, & congregauero eos de regionibus gentium, & sanctificabor in eis coram gentibus.

*Et scient quia ego Dominus Deus eorum, cum apparuero eis in gentibus.

Et non auertam vltra faciem meam ab eis, eo quod effuderim furorem meum super domum Israel, ait Dominus Dominus.

CAP. XL.

ET factum est in quinto & vigesimo anno captiuitatis nostrae, in primo mense, decima mensis, in quartodecimo anno postquam capta est ciuitas: in die illa facta est super me manus Domini:

Et adduxit me in visione Dei in terram Israel: & posuit me super montem excelsum nimis: et in eo quasi aedificium ciuitatis à regione.

Et introduxit me illuc: & ecce vir, et aspectus eius quasi aspectus aeris splendentis: & in manu eius erat funiculus cementariorum, & calamus mensura: & ipse stabat in porta.

Et dixit ad me vir: Quem vidisti Fili hominis? in oculis tuis vide, & in auribus tuis audi, & pone in cor tuum omnia, quae ostendero tibi: quia vt ostendantur tibi ingressus es huc. Et monstrabis omnia, quae tu vides, domui Israel.

Et ecce murus extra domum per gyrum: & in manu viri calamus, mensura cubitorum sex in cubito, & palaestes. Et mensus est antemurale, latitudinem aequalem calamo, & altitudinem eius aequalem calamo.

Et ingressus est portam, quae respiciebat Orientem in septem gradibus: & mensus est Aelam portae aequalem calamo. & Thee aequalem calamo longitudine. & aequalem calamo latitudine.

Et Aelam in medio Thelath cubitorum sex. Et Thee secundum aequalem calamo latitudine; & aequalem calamo longitudine: & Aelam cubito quinque:

Et Thee tertium, aequalem calamo longitudine, & aequalem calamo latitudine:

Et Aelam portae, qui iuxta Aelam portae, cubitorum octo: Et Aeleu cubitorum duorum, & Aelam portae inirtnsecus:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

22 *Et scient domus Israel quod ego Iehouah Deus eorum à die illa, & deinceps.*

23 *Scient quoque Gentes, quod propter iniquitatē suā captiui ducti sunt domus Israel, propterea inquā quod praeuaricati sūt in me, & abscōdi faciē meā ab eis, tradidiq́ eos in manum hostium suorum, & ceciderunt gladio omnes*

24 *Secundum immunditiam eorum, & secundum praeuaricationes eorum feci cum eis, & abscondi faciem meam ab eis.*

25 *Propterea, sic dixit Dominus Iehouah, Nunc reducam captiuitatem Iahacob, & miserebor totius domus Israel, & zelabo pro nomine sancto meo.*

26 *Posteaquam portabunt ignominiam suam, & omnem praeuaricationem suam, qua praeuaricati sunt in me, quum habitarent in terra sua confidenter, & non esset qui exterreret.*

27 *Quum reduxero eos à populis, & congregauero eos à terris inimicorum suorum, & sanctificatus fuero in eis in oculis gentium plurimarum.*

28 *Scientq́, quod ego Iehouah Deus eorum, quum transmigrare fecero eos in gentes, & congregauero eos super terram suam, nec relinquam vltra ex eis ibi.*

29 *Neque abscondam vltra faciem meam ab eis, quia effudi spiritum meum super domum Israel, dixit Dominus Iehouah.*

PAP. XL.

1 *VIgesimo, quinto anno transmigrationis nostrae, in exordio anni decima mensis, decimo quarto anno postquam percussa fuit vrbs, in hac ipsa die, fuit super me manus Iehouae, & adduxit me illuc.*

2 *In visionibus Dei adduxit me in terram Israel, & dimisit me super montem excelsum nimis, super quem* erat *tanquam aedificium ciuitatis à Meridie.*

3 *Adduxit inquam me illuc: & ecce vir cuius aspectus* erat *tanquam aspectus aeris, & filum lineum* erat *in manu eius, calamusq́ mensura, & is stabat in porta.*

4 *Alloquutus est autem me vir ille* dicens, *Fili hominis, vide oculis tuis, & auribus tuis audi, & pone cor tuum ad omnia quae ostendo tibi, quia vt ostenderem illa tibi, adductus es huc: annuncia omnia, quae vides domui Israel.*

5 *Et ecce murus extra domum per circuitum: calamus autem mensurae* qui erat *in manu viri illius, sex cubitorum* erat *in cubito & palmo, mensus vero est latitudinem aedificij calamo vno, & altitudinem calamo vno.*

6 *Et venit ad portam cuius facies* erat *ad viam orientalem, & ascendit per gradus eius, mensusq́, est postem portae calamo vno* in *latitudine, & postem alterum calamo vno* in *latitudinem.*

7 *Et thalamum calamo vno* in *longitudine, & calamo vno* in *latitudinem, &* parietem qui erat *inter thalamosquinque cubitis* in latitudinem: *Et postem portae* qui erat *iuxta vestibulum portae internae calamo vno.*

8 *Mensus est & vestibulum eius portae internum calamo vno.*

9 *Et mensus est vestibulum portae illius octo cubitis, & postes eius duobus cubitis: vestibulum autem illius portae* erat *intrinsecus.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio

10 Porrò thalami portæ ad viam Orientalem, tres hinc & tres inde: mensura vna trium, & mensura vna frontium ex vtraque parte.

11 Et mensus est latitudinem liminis portæ, decem cubitorum: & longitudinem portæ, tredecim cubitorum:

12 Et marginem ante thalamos cubiti vnius: & cubitus vnus finis vtrinque: thalami autem, sex cubitorum erant hinc & inde.

13 Et mensus est portam à tecto thalami, vsque ad tectum eius, latitudinem vigintiquinque cubitorum: ostium contra ostium.

14 Et fecit frontes per sexaginta cubitos: & ad frontem atrium portæ vndique per circuitum.

15 Et ante faciem portæ, quæ pertingebat vsque ad faciem vestibuli portæ interioris, quinquaginta cubitos.

16 Et fenestras obliquas in thalamis, & in frontibus eorum, quæ erant intra portam vndique per circuitum: similiter autem erant & in vestibulis fenestræ per gyrum intrinsecus: & ante frontes pictura palmarum.

17 Et eduxit me ad atrium exterius, & ecce gazophylacia, & pauimentum stratum lapide in atrio per circuitum: triginta gazophylacia in circuitu pauimenti.

18 Et pauimentum in fronte portarum secundum longitudinem portarum erat inferius.

19 Et mensus est latitudinem à facie portæ inferioris vsque ad frontem atrii interioris extrinsecus, centum cubitos ad Orientem, & ad Aquilonem.

20 Portam quoque, quæ respiciebat viam Aquilonis atrij exterioris, mensus est tam in longitudine, quam in latitudine.

21 Et thalamos eius tres hinc, & tres inde: & frontem eius, & vestibulum eius secundum mensuram portæ prioris, quinquaginta cubitorum longitudinem eius, & latitudinem viginti quinque cubitorum.

22 Fenestræ autem eius, & vestibulum, & sculpturæ secundum mensuram portæ, quæ respiciebat ad Orientem: & septem graduum erat ascensus eius, & vestibulum ante eam.

23 Et porta atrii interioris contra portam Aquilonis, & Orientalem: & mensus est à porta vsque ad portam centum cubitos.

24 Et eduxit me ad viam Australem, & ecce porta, quæ respiciebat ad Austrum: & mensus est frontem eius, & vestibulum eius iuxta mensuras superiores.

25 Et fenestras eius, & vestibula in circuitu, sicut fenestras ceteras: quinquaginta cubitorum longitudine, & latitudine viginti quinque cubitorum.

26 Et in gradibus septem ascendebatur ad eam: & vestibulum ante fores eius: & cęlatæ palmæ erant, vna hinc, & altera inde in fronte eius.

27 Et porta atrii interioris in via Australi: & mensus est à porta vsque ad portam in via Australi, centum cubitos.

28 Et introduxit me in atrium interius ad portam Australem: & mensus est portam iuxta mensuras superiores.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

10 *Et thalami porta ad viam orientalem, tres hinc, & tres erant inde, mensura vna erat trium ipsorum, & mensura vna postibus hinc, & inde.*

11 *Et mensus est latitudinem ostij porta decem cubitis longitudinem porta tredecim cubitis.*

12 *Et terminum ante thalamos cubito vno, & cubito vno terminum hinc & thalamus sex cubitorum hinc, sex cubitorum inde.*

13 *Et mensus est portam à tecto thalami vsque ad tectum ipsius porta latitudinem viginti, & quinque cubitis ostium contra ostium porta interioris.*

14 *Et fecit postes* à limine quod erat ante portam exteriorem per quam, intrabant *sexaginta cubitorum, & vnicuique posti atrij. Et porta per circuitum eadem erat mensura.*

15 *Et ante portam ingressus ex aduerso vestibuli porta interioris, erant quinquaginta cubiti.*

16 *Et fenestra* extrinsecus latæ & intrinsecus *stricta erant in thalamis, & in postibus eorum intra portam per circuitum: & sic in testudinibus, & fenestra erant per circuitum intrinsecus, & vnicuique posti palma.*

17 *Et adduxit me ad atrium exterius* mulierum, *& ecce cubicula, & pauimentum factum atrio circum circa triginta cubicula erant in pauimento.*

18 *Et pauimentum erat iuxta latus portarum è regione longitudinis portarum pauimentum inferius.*

19 *Et mensus est latitudinem à limine porta inferioris vsque ad limen atrij interioris, extrinsecus, centum cubitos ad Orientem, & Aquilonem.*

20 *Et porta, cuius facies erat ad viam Aquilonis in atrio exteriori, mensus est longitudinem, & latitudinem eius.*

21 *Et thalami eius tres hinc, & tres inde, & postes eius, & testudines eius erant secundum mensuram porta prima, quinquaginta cubitorum longitudo eius, & latitudo quinque, & viginti cubitorum.*

22 *Et fenestra eius, & testudines eius, & palma eius secundum mensuram porta cuius facies est ad viam Orientis, & per gradus septem ascendent per eam, & testudines eius ante ipsos gradus.*

23 *Et porta atrij interioris erat contra portam Aquilonarem, & Orientalem, & mensus est à porta ad portam centum cubitos.*

24 *Et pergere fecit me ad viam Meridianam, & mensus est postes eius, & testudines eius iuxta mensuras has.*

25 *Et fenestra eius, & testudines eius circum circa sicut fenestra ista, quinquaginta cubitorum erat longitudo & latitudo quinque & viginti cubitorum.*

26 *Et gradus septem gradus eius, & testudines eius ante eos, & palma ei erant, vna hinc, & altera inde in poste eius.*

27 *Et portam atrij interioris ad viam Meridianam mensus est à porta ad portam ad viam Meridianam centum cubitos.*

28 *Et introduxit me in atrium interius porta Meridiana, & mensus est portam Meridianam secundum mensuras has.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Et Thee portæ Thee è regione, tres hinc & tres inde: mensura in tribus: mensura vna Ælam hinc, & inde.

Et mensus est latitudinem introitus portæ, decem cubitorum: & latitudinem portæ cubitorum tredecim:

Et cubitus redigebatur in conspectu Theim hinc & inde: & Thee cubitorum sex hinc, & cubitorum sex inde.

Et mensus est portam à muro Thee ad parietem Thee latitudinem vigintiquinque cubitorum: Hæc porta contra portam.

Et sub diuo Ælam portæ extrinsecus cubiti viginti Theim portæ per circuitum.

Et sub diuo portæ extrinsecus in sub diuo Ælam portæ intrinsecus quinquaginta cubitorum.

Et fenestræ absconditæ super Theim, & super Ælam intra portam atrij per circuitum: Et similiter ipsis Ælam fenestras in circuitu intrinsecus: & super Æelam palmæ hinc, & inde:

Et introduxit me ad atrium interius, & ecce pastophoria & intercolumnia atrij, triginta pastophoria in intercolumniis,

Et porticus ad dorsum ianuarum: secundum longitudinem ianuarum intercolumninm inferius.

Ab eo loco, qui erat sub diuo portæ exterioris ad intus sub diuo portæ respicientis extra, cubitos centum respicientis ad Orientem, & adduxit me ad Aquilonem.

Et Ecce porta respiciens ad Aquilonem in atrio exteriori: & mensus est eam, longitudinem eius, & latitudinem.

Et Thee tres hinc, & tres inde: & Eleu, & Ælammon, & palmas eius. Et factum est secundum mensuras portæ, quæ respicit Orientem, quinquaginta cubitorum longitudo eius, & latitudo eius vigintiquinque cubitorum.

Et fenestræ eius, & Ælammon, & palmæ eius, sicut porta, quæ respiciebat Orientem: & in gradibus septem ascendebant ad eum: & Ælammon intrinsecus has.

Et porta atrii interioris in respiciens ad portam Aquilonis, sicut porta, quæ respicit ad Orienté. Et mensus est atriũ à porta ad portã, cubitos centũ.

Et duxit me ad Austrum, & ecce porta respiciens ad Austrum: & mensus est eam, & Thee, & Ælammon iuxta mensuras.

Et fenestræ eius, & Ælammon circuitu, sicut fenestræ Ælam: cubitorum quinquaginta longitudo eius, & cubitorum vigintiquinque latitudo eius.

Et septem gradus ei, & Ælammon intrinsecus, & palmæ ei, vna hinc & vna inde super Æleu.

Et porta è regione portæ atrii interioris ad Austrum: & mensus est atrium à porta ad portam, cubitos centum latitudine ad Austrum.

Et introduxit me in atrium interius portæ, quæ ad Austrum: & mensus est portam iuxta mensuras has,

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

10 *Thalami vero porta* ad *viam Orientalem, tres hinc & tres inde* erant *mensura vna* erat *tribus ipsis: mensura præterea vna postibus hinc & inde.*

11 *Et mensus est latitudinem ostij illius portæ decem cubitis: & longitudinem portæ eius tredecim cubitis.*

12 *Et terminum ante thalamos cubito vno* hinc, *& cubito vno terminum inde: thalami autem illi* erant *sex cubitorum hinc, & sex cubitorum inde.*

13 *Mensus est igitur portam illam* totam *à tecto thalami* vsque *ad tectum ipsius* portæ *latitudinem vigintiquinque cubitis: ostium* autem erat *contra ostiũ.*

14 *Et fecit postes sexaginta cubitorum*, *&* vnicuique *posti atrij, & portæ per circuitum* erat mensura.

15 *Et à fronte illius portæ introitus vsque ad frontem vestibuli portæ interioris*, erant *quinquaginta cubiti.*

16 *Et fenestræ angustæ* erant *in thalamis*, *& in postibus eorum intra portam per circuitum. & sic in vestibulis. fenestræ autem istæ per circuitum* erant *intrinsecus, &* vnicuique *posti palmæ* insculptæ.

17 *Et adduxit me in atrium exterius, & ecce* erant *cubicula & pauimentum factum atrio illi circumcirca triginta* autem *cubicula* erant *in pauimento illo.*

18 *Et pauimentum* erat *ad latus portarum e regione longitudinis illarum, pauimentum* inquam *inferum.*

19 *Mensus est autem latitudinem à limine portæ inferioris vsque limen atrij interioris extrinsecus, centum cubitos ad Orientem, & Aquilonem.*

20 *Porta autem, cuius facies* erat *ad viam Aquilonis atrio illi exteriori, mensus est longitudinem & latitudinem.*

21 *Et thalami eius tres hinc, & tres illinc, postesque eius, & vestibula eius erant secundum mensuram portæ primæ, quinquaginta cubitorum longitudo eius, & latitudo quinque &, viginti cubitorum.*

22 *Fenestræ vero eius, & vestibula eius, & palmæ eius* erant *secundum mensuram illius portæ cuius facies est* ad *viam Orientis, & per gradus septem ascendebant per eam, & vestibula eius* erant *ante ipsos* gradus.

23 *Portaque atrij interioris* erat *contra portam Aquilonarem & Orientalem: & mensus est à porta ad portam centum cubitos.*

24 *Et deduxit me* ad *viam Meridianam*, *& ecce porta erat via meridiei mensusque est postes eius*, *& vestibula eius iuxta mensuras istas.*

25 *Fenestræ autem* erant *ei, & vestibulis eius per circuitum, sicut fenestræ illæ: quinquaginta cubitorum* erat *longitudo, & latitudo quinque & viginti cubitorum.*

26 *Gradus vero eius, septem gradus* erant, *& vestibula eius ante eos: palmaque ei* erant, *vna hinc & altera inde, in poste eius.*

27 *Et porta* erat *atrio interiori* ad *viam Meridianam: & mensus est à porta ad portam* ad *viam Meridianam centum cubitos.*

28 *Et introduxit me in atrium interius portæ Meridianæ, mensusque est portam illam Meridianam iuxta mensuras istas.*

Vulgat. Editio. | Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

29 Thalamum eius, & frontem eius, & vestibulum
eius eisdem mensuris: & fenestras eius, & vestibu-
lum eius in circuitu quinquaginta cubitos longi-
tudinis, & latitudinis vigintiquinque cubitos.

*Et thalami eius, & testudines eius erant secundum
mensuras istas, & fenestra eius, & testudines eius circum
circa, quinquaginta cubitorum longitudinis, & latitudi-
nis viginti, & quinque cubitorum.*

30 Et vestibulum per gyrum longitudine viginti-
quinque cubitorum, & latitudine quinque cubi-
torum.

*Et testudines circum circa longitudinis quinque & vigin-
ti cubitorum, & latitudinis quinque cubitorum.*

31 Et vestibulum eius ad atrium exterius, & palmas
eius in fronte: & octo gradus erant, quibus ascen-
debatur per eam.

*Et testudines eius atrio exteriori, & palma posti eius,
& gradus octo erant gradus eius.*

32 Et introduxit me in atrium interius per viam
Orientalem: & mensus est portam secundum men-
suras superiores.

*Et introduxit me in atrium interius per viam Orien-
talem, & mensus est portam secundum mensuras has.*

33 Thalamum eius, & frontem eius, & vestibulum
eius sicut supra: & fenestras eius, & vestibula eius
in circuitu, longitudine quinquaginta cubitorum
& latitudine vigintiquinque cubitorum.

*Et thalamos eius, & postes eius, & testudines eius se-
cundum mensuras istas, & fenestra eius, & testudinibus
eius circum circa longitudinis quinquaginta cubitorum,
& latitudinis quinque, & viginti cubitorum.*

34 Et vestibulum eius, id est atrij exterioris: & pal-
mæ cælatæ in fronte eius hinc, & inde: & in octo
gradibus ascensus eius.

*Et testudines eius atrio exteriori, & palmæ in poste
eius hinc, & inde, & octo gradus, gradus eius.*

35 Et introduxit me ad portam, quæ respiciebat ad
Aquilonem: & mensus est secundum mensuras su-
periores.

*Et introduxit me in portam Aquilonarem, & mensus
est secundum mensuras istas.*

36 Thalamum eius, & frontem eius, & vestibulum
eius, & fenestras eius per circuitum, longitudine
quinquaginta cubitorum, & latitudine viginti-
quinque cubitorum,

*Thalamos eius, & postes eius & testudines eius, & fe-
nestra ei circum circa longitudinis quinquaginta cubito-
rum, & latitudinis quinque, & viginti cubitorum.*

37 Et vestibulum eius respiciebat ad atrium exte-
rius: & cælatura palmarum in fronte eius hinc, &
inde: & in octo gradibus ascensus eius.

*Et postes eius atrio exteriori, & palma in poste eius
hinc, & inde, & octo gradus eius erant.*

38 Et per singula gazophylacia ostium in frontibus
portarum: ibi lauabant holocaustum.

*Et cubiculum, & ostium eius in postibus portarum, ibi
lauabunt holocaustum.*

39 Et in vestibulo portæ duæ mensæ hinc, & duæ
mensæ inde: vt immoletur super eas holocaustum
& pro peccato, & pro delicto.

*Et in vestibulo portæ duæ mensæ hinc, & duæ mensæ ad
immolandum super eas holocaustum, & sacrificium pro
peccato, & pro delicto.*

40 Et ad latus exterius, quod ascendit ad ostiũ por-
tæ, quæ pergit ad Aquilonem, duæ mensæ: & ad la-
tus alterum ante vestibulum portæ, duæ mensæ.

*Et ad latus extra gradum, ad ostium portæ Aquilona-
ris duæ mensæ, & ad latus alterum, quod erat in vestibu-
lo portæ, duæ mensæ.*

41 Quattuor mensæ hinc, & quatuor mensæ inde:
per latera portæ octo mensæ erant, super quas im-
molabant.

*Quatuor mensæ hinc, & quatuor mensæ inde ad latus
portæ, octo mensæ, super eas immolabunt.*

42 Quattuor autem mensę ad holocaustum, de la-
pidibus quadris extructæ: longitudine cubiti vni-
us & dimidij: & latitudine cubiti vnius & dimi-
dij, & altitudine cubiti vnius: super quas ponãt va-
sa, in quibus immolatur holocaustum, & victima.

*Quattuor autem mensæ ad holocaustum ex lapidibus
leuigatis longitudinis cubiti vnius, & dimidij: & latitu-
dinis cubiti vnius, & dimidij, & altitudinis cubiti vnius,
super eas & ponent vasa in quibus immolabunt holocau-
stum, & sacrificium,*

43 Et labia earum palmi vnius, reflexa intrinsecus
per circuitum: super mensas autem carnes obla-
tionis.

*Et vncini ferrei ad suspendendum carnem mensura
quattuor digitorum præparati intrinsecus circum circa
super mensas autem caro oblationis.*

44 Et extra portam interiorem gazophylacia can-
torum in atrio interiori, quod erat in latere por-
tæ respicientis ad Aquilonem: & facies eorum
contra viam Australem, vna ex latere portæ Orien-
talis, quæ respiciebat ad viam Aquilonis.

*Et extra portam interiorem cubicula cantorum in
atrio anteriori quod erat ad latus portæ Aquilonaris, &
facies eorum ad viam meridianam vnum cubiculum erat
ad latus portæ Orientalis cuius facies erat ad viam
Aquilonarem.*

45 Et dixit ad me: Hoc est gazophylacium, quod
respicit viam Meridianam, sacerdotum erit, qui
excubant in custodijs templi.

*Et locutus est ad me: Hoc cubiculum cuius facies est
ad viam Meridianam est sacerdotum custodientium
custodiam domus.*

46 Porro gazophylacium, quod respicit ad viam
Aquilonis, sacerdotum erit, qui excubant ad mi-
nisterium altaris. isti sunt filij Sadoc, qui accedunt
de filijs Leui ad Dominum vt ministent ei.

*Et cubiculum cuius facies est ad viam Aquilonarem est
sacerdotum custodientium custodiam altaris isti sunt filij
Sadoc: qui accedunt de filijs Leui ad Dominum, vt mini-
strent ei.*

47 Et mensus est atrium longitudine centum cu-
bitorum, & latitudine centum cubitorum per
quadrum: & altare ante faciem templi.

*Et mensus est atrium, longitudo erat centum cubito-
rum, & latitudo centum cubitorum, quadratum erat: &
altare mensus est quod erat ante domum.*

Digitized by Google

Quæ deberent respõdere n. 30. in hac translat. Septe. Ro. nõ habetur

Transl. ex Septuag.

29 Et Thee, & Ælee, & Æleu & Ælammon iuxta mensuras has:& fenestræ ei,& Ælammon in circuitu,cubitorum quinquaginta longitudo eius,& latitudo cubitorum vigintiquinque.

31 Ipsius Ælam in atrium exterius, & palmæ Æleu,& octo gradus.

32 Et introduxit me ad portam respicientem ad Orientem:& mensus est eam iuxta mensuras has,

33 Et Thee, Æleu, & Ælammon iuxta mensuras has:& fenestræ ei, & Ælemmon in circuitu, cubitorum quinquaginta longidudo eius,& latitudo eius cubitorum vigintique:

34 At Ælammon in atrium interius,& palmæ super Æleu hinc,& inde:& octo gradus ei.

35 Et introduxit me ad portam, quæ ad Aquilonem:& mensus est iuxta mensuras has,

36 Et Thee, & Æleu, & Ælammon:& fenestræ ei in circuitu: & Ælammon eius,cubitorum quinquaginta longitudo eius: & latitudo cubitorum vigintiquinque:

37 Et Ælammon in atrium exterius, & palmæ Æleu hinc,& inde:& octo gradus ei:

38 Pastophoria eius,& ianuæ eius,

39 Et Ælammon eius super portam secundam aquæductus,vt immolent in ea, quæ pro peccato, & quæ pro ignorantia.

40 Et ad dorsum riuuli holocaustomatũ respiciẽtis ad Aquilonem duæ mensæ ad Orientẽ ad dorsum secundæ,& Ælam portæ duæ mensæ ad Orientẽ:

41 Quattuor hinc,& quattuor inde ad dorsum portæ:super ipsas iugulant victimas.

42 Et regione octo mensarum victimarum, etiam quattuor mensæ holocaustomatum lapideæ dolatæ:cubiti cum dimidio latitudo, & cubitorum duorum cum dimidio longitudo, & super cubitũ altitudo. Super ea imponent vasa, in quibus iugulant ibi holocaustomata,& victimas.

43 Et palæsten habebunt Gisum dolatum intrinsecus per circuitum, & super mensas desuper tecta, vt operirentur à pluuia,& à siccitate.

44 Et introduxit me in atrium interius:& ecce duæ exedræ in atrio interiori, vna ad dorsum portæ respicientis ad Aquilonem, quæ fert ad Austrum: & vna ad dorsum portæ, quæ ad Austrum,respicientis autem ad Aquilonem.

45 Et dixit ad me: Exedra hæc, quæ respicit ad Austrum,sacerdotibus custodientibus custodiam domus.

46 Et exedra respiciens ad Aquilonem, sacerdotibus custodientibus custodiam altaris. Illi sunt filij Sadduc, qui accedunt de Leui ad Dominum, ministrare.

47 Et mensus est atrium longitudinem cubitorum centum, & latitudinem cubitorum centum ad quattuor partes eius, & altare è regione domus.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

29 *Thalami autem eius, & vestibula* erant *secundum mensuras istas, & fenestræ* erant *ei & vestibulis eius per circuitum: quinquaginta cubitorum* erat *longitudo* illius *& latitudo vigintiquinque cubitorum.*

30 *Vestibula autem* erant *per circuitum longitudo* eorum erat *quinque & viginti cubitorum, & latitudo quinque cubitorum.*

31 *Et vestibula eius* erant *atrio exteriori, & palmæ* à vnicuique *posti eius, gradus vero eius, octo* erant *gradus.*

32 *Duxit me præterea à in atrium interius parte Orientali, mensusque est portam illam secundum mensuras istas.*

33 *Et thalamos eius, & postes eius, & vestibula eius secundum mensuras istas: fenestræ autem* erant *ei, & vestibulis eius per circuitum: longitudo* illius erat *quinquaginta cubitorum, & latitudo quinque & viginti cubitorum.*

34 *Et vestibula eius* erant *atrio exteriori, & palma* vnicuique *posti eius hinc & inde, & octo gradus,* erant *gradus eius.*

35 *Deduxit me etiam ad portam Aquilonarem, mensusque est* eam *secundum mensuras istas.*

36 *Thalamos eius, postes eius, & vestibula eius, & fenestræ* erant *ei per circuitum: longitudo* eorum erat *quinquaginta cubitorum, & latitudo quinque & viginti cubitorum.*

37 *Postesque eius* erant *atrio exteriori, & palma vnicuique posti eius hinc, & inde, & octo gradus* erant *gradus eius.*

38 *Cubiculum autem* vnum erat, *& ostium eius in postes portarum, ibi lauabunt holocaustum.*

39 *In vestibulo vero portæ* erant *duæ mensæ hinc, & duæ mensæ inde ad immolandum super eas holocaustum, & sacrificium pro peccato, & victimam pro delicto.*

40 *Et ad latus* ipsum *extra gradum ad ostium portæ Aquilonaris duæ* erant *mensæ, & ad latus alterum quod* erat *in vestibulo portæ, duæ mensæ.*

41 *Quattuor mensæ hinc, & quatuor mensæ inde ad latus portæ illius, octo* erant illæ *mensæ, super eas immolabant.*

42 *Porro quattuor mensæ pro holocausto* erant *ex lapidibus leuigatis: longitudine cubiti vnius & dimidij: & latitudine cubiti vnius & dimidij, & altitudine cubiti vnius, super eas ponebant instrumenta quibus immolabant holocaustum, & sacrificium,*

43 *Et tripodes palmi vnius præparati intrinsecus circumcirca: super mensas autem caro oblationis.*

44 *Et extra portam illam interiorem* erant *cubicula cantorum in atrio illo interiori quæ* erant *ad latus portæ Aquilonaris, quorum facies* erat ad *viam meridianam, vnum* autem erat *ad latus portæ Orientalis, cuius facies* erat ad *viam Aquilonarem.*

45 *Et loquutus est ad me: Hoc cubiculum cuius facies est* ad *viam Meridianam,* erit *sacerdotum custodientium custodiam domus.*

46 *Cubiculum vero cuius facies est* ad *viam Aquilonarem* erit *sacerdotum custodientium custodiam altaris: isti sunt filij Sadoc: qui accedunt de filijs Leui ad Dominum, vt ministrent ei.*

47 *Et mensus est atrium, longitudo* erat *centum cubitorum, & latitudo centum cubitorum, quadratum* enim *erat: altare quoque* mensus est quod erat *ante domum.*

Vulgat. Editio.

48 Et introduxit me in vestibulum templi: & mensus est vestibulum quinque cubitis hinc, & quinque cubitis inde: & latitudinem portæ trium cubitorum hinc, & trium cubitorum inde.

49 Longitudinem autem vestibuli viginti cubitorum, & latitudinem vndecim cubitorum, & octo gradibus ascendebatur ad eam. Et columnæ erant in frontibus: vna hinc, & altera inde.

CAP. XLI.

1 ET introduxit me in templum, & mensus est frontes, sex cubitos latitudinis hinc, & sex cubitos inde, latitudinem tabernaculi.

2 Et latitudo portæ, decem cubitorum erat: & latera portæ, quinque cubitis hinc, & quinque cubitis inde: & mensus est longitudinem eius quadraginta cubitorum, & latitudinem viginti cubitorum.

3 Et introgressus intrinsecus mensus est frontem portæ duos cubitos: & portam, sex cubitorum: & latitudinem portæ, septem cubitorum.

4 Et mensus est longitudinem eius viginti cubitorum, & latitudinem eius viginti cubitorum, ante faciem templi: & dixit ad me: Hoc est sanctum sanctorum.

5 Et mensus est parietem domus sex cubitorum & latitudinem lateris quattuor cubitorum: vndique per circuitum domus.

6 Latera autem, latus ad latus, bis triginta tria: & erant eminentia, quæ ingrederentur per parietem domus, in lateribus per circuitum, vt continerent, & non attingerent parietem templi.

7 Et platea erat in rotundum, ascendens sursum per cochleam, & in cœnaculum templi deferebat per gyrum: idcirco latius erat templum in superioribus: & sic de inferioribus ascendebatur ad superiora in medium.

8 Et vidi in domo altitudinem per circuitũ, fũdata latera ad mensurã calami sex cubitorum spatio:

9 Et latitudinem per parietem lateris forinsecus quinque cubitorum: & erat interior domus in lateribus domus.

10 Et inter gazophylacia latitudinem viginti cubitorum in circuitu domus vndique.

11 Et ostium lateris ad orationem: ostium vnum ad viam Aquilonis, & ostium vnum ad viam Australem: & latitudinem loci adorationem, quinque cubitorum in circuitu.

12 Et ædificium, quod erat separatum, versumque ad viam respicientem ad mare, latitudinem septuaginta cubitorum, paries autem ædificij, quinque cubitorum latitudinis per circuitum: & longitudo eius nonaginta cubitorum.

13 Et mensus est domus longitudinem, centum cubitorum: & quod separatum erat ædificium, & parietes eius, longitudinis centum cubitorum.

14 Latitudo autem ante faciem domus & eius, quod erat separatum contra Orientem, centum cubitorum.

15 Et mensus est longitudinem ædificij contra faciem eius, quod erat separatum ad dorsum: ethecas ex vtraque parte centum cubitorum: & templum interius, & vestibula atrij.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Et introduxit me in vestibulum domus, & mensus est postem vestibuli, quinque cubitorum hinc, & quinque cubitorum erat inde, & latitudo portæ trium cubitorum hinc, & trium cubitorum erat inde.

Longitudo vestibuli viginti cubitorum, & latitudo erat vndecim cubitorum: & in gradibus quibus ascendent ad illud & columnæ erant iuxta postes, vna hinc, & altera inde.

CAP. XLI.

ET introduxit me in templum, & mensus est postes portæ templi, sex cubitorum erat latitudo hinc, & sex cubitorum latitudo inde, latitudo testudinis.

Et latitudo ostij decem cubitorum erat, & latera ostij quinque cubitorum hinc, & quinque cubitorum inde: & mensus est longitudinem templi quadraginta cubitis, & latitudinem viginti cubitis.

Et ingressus est intrinsecus, & mensus est postem ostij duobus cubitis, & ostium sex cubitis, & latitudinem ostij septem cubitis.

Et mensus est longitudinem eius viginti cubitis, & latitudinem viginti cubitis ante templum: & dixit ad me: Hoc est sanctitas sanctitatum.

Et mensus est parietem domus sex cubitis, & latitudinem thalami quattuor cubitis circum circa domus per circuitum.

Et thalami, thalamum super thalamum trium, & triginta pedum, & capita trabium ingrediebantur interstitium parietis domus per thalamos circum circa, vt tenerentur in eo interstitio, & non tenerent parietem domus.

Et dilatabatur interstitium muri super quod erat capita trabium, *& circuibat desuper desuper thalamos, quia instar cochleæ erat domus desuper desuper per circuitum domus: idcirco latitudo domus erat superius: & sic inferius ascendebat ad superius per medium.*

Et vidi domus altitudinem vndique, & fundati thalami pleno calamo sex cubitorum magnorum erant.

Latitudo autem parietis qui erat thalamo forinsecus quinque cubitorum erat: & interstitium derelictum domus thalamorum quod erat intrinsecus.

Et inter cubicula erat latitudo viginti cubitorum in circuitu domus circum circa.

Et ostium thalami loco derelicto ostium vnum ad viam Aquilonis, & ostium alterum ad meridiem, & latitudo loci derelicti quinque cubitorum erat circum circa.

Et ædificium quod erat coram solario ad angulum viæ occidentis erat latitudinis septuaginta cubitorum, paries autem ædificij quinque cubitorum latitudinis per circuitum, & longitudo eius nonaginta cubitorum.

Et mensus est domum, longitudo erat centum cubitorum, & solarium, & ædificium, & parietes eius in longitudine erant centum cubitorum.

Latitudo autem faciei domus, & solarij ad Orientem erat centum cubitorum.

Et mensus est longitudinem ædificij contra faciem solarij quod erat post ipsum, & thalamos hinc, & inde centum cubitis, & templum interius, & vestibula atrij.

Transl. ex Septuag.

Et introduxit me in Ælam domus. Et mensus est Æl ipsius Ælam, cubitorum quinque latitudinẽ hinc, & cubitorũ quinq; inde: & latitudinẽ portæ cubitorum quattuordecim: & humeri ostij Ælam cubitorum trium hinc, & cubitorum trium inde.

Et longitudo Ælam cubitorum viginti, & latitudino cubitorum duodecim: & super decem gradus ascendebatur ad illud: & columnæ erant Ælam, vna hinc, & vna inde.

CAP. XLI.

ET introduxit me in templum, cui mensus est Ælam, cubitorum sex latitudinem hinc, & cubitorum sex latitudinem Ælam inde.

Et latitudidem portæ, cubitorum decem, & humeri portæ cubitorum quinque, hinc, & cubitorum quinque inde: & mensus est longitudinem eius quadraginta cubitorum, & latitudinem viginti cubitorum.

Et ingressus est in atrium interius: & mensus est Æl portæ, cubitorum duorum, & portam sex cubitorum: & humeros portæ, septem cubitorum hinc, & septem cubitorum inde.

Et mensus est longitudinem ostiorum cubitorũ quadraginta, & latitudinem cubitorum viginti ad faciem templi: & dixit: Hoc est sanctum sanctorũ.

Et mensus est parietem domus cubitorum sex, & latitudinem lateris cubitorum quattuor per circuitum.

Et latera latus ad latus, bis triginta tria teium bis: & interuallum in pariete domus, in lateribus percircuitum, vt esset apprehendentibus ad videndum, vt omnino non attingerent parietes domus.

Et latitudinem superioris lateris iuxta additamentum ex pariete ad superius in circuitu domus vt dilatetur desuper, & ex inferioribus ascendant ad superiora, & de Gisis ad tristega,

Thrael domus altitudinẽ per circuitũ, interuallũ laterũ æquale calamo cubitorum sex, interualla,

Et latitudinem parietis lateris forinsecus cubitorum, quinque: & reliqua, quæ inter latera domus.

Et inter exedras latitudinem cubitorum viginti circumferentiam domui in circuitu.

Et portæ exedrarum ad reliquum portæ vnius, quæ ad Aquilonem: & ostium vnum ad Austrum: & latitudo luminis reliqui, cubitorum, quinque latitudo in circuitu.

Et quod separat ad faciem reliqui quasi ad mare, cubitorum septuaginta latitudo, parietis separantis cubitorum quinque latitudo in circuitu, & longitudo eius cubitorum nonaginta.

Et mensus est contra domum longitudinem, cubitorum centum: & reliqua, & separantia parietes eorum, longitudinem cubitorum centum.

Et latitudinem contra faciem templi, & reliqua è contra cubitorum centum.

Et mensus est longitudinem separantis contra faciem reliqui, quæ erant post tergum domus illius, & reliqua hinc, & inde: cubitorũ centũ longitudinẽ: & tẽplũ, & anguli, & Aelã exterius strata ligno:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

48 *Et adduxit me in vestibulum domus, mensusque est postem ipsius vestibuli, quinque cubitorum* erat *hinc, & quinque cubitorum inde, latitudo autem portæ* erat *trium cubitorum inde.*

49 *Longitudo ipsius vestibuli* erat *viginti cubitorum, & latitudo vndecim cubitorum: & per gradus, quibus ascendebant ad illud: columnæ autem* erant *iuxta illos postes, vna hinc, & altera inde.*

CAP. XLI.

1 *INtroduxit me quoque in templum, & mensus est postes* portæ templi, *sex cubitorum* erat *latitudo hinc, & sex cubitorum latitudo inde,* quanta erat *latitudo vestibuli.*

2 *Latitudo vero portæ decem cubitorum* erat, *& latera portæ quinque cubitorum hinc, & quinque cubitorum inde: mensus est & longitudinem eius quadraginta cubitis, & latitudinem* totam *viginti cubitis.*

3 *Ingressus est autem intrinsecus, & mensus est postem duobus cubitis, & portam sex cubitis, & latitudinem ostij septem cubitis.*

4 *Mensus est longitudinem eius viginti cubitis, & latitudinem viginti cubitis ante templum. Et dixit ad me, Hoc est sanctitas sanctitatum.*

5 *Et mensus est murum domus sex cubitis, latitudinem quoque thalami quattuor cubitis per circuitum domus vndique*

Thalami autem, thalamus super thalamum, trium
6 *& triginta pedum,* altitudinis: capita *vero* trabium *ingrediebantur parietem domus* factum *propter thalamos per circuitum, vt innitorentur ei, non autem innitorentur parieti domus.*

7 *Et dilatabatur* thalamus, *circuibatque sursum sursum versus ad thalamos, nam cochlea domus sursum sursum versus* ascendebat *per circuitum domus: idcirco latitudo domus* crescebat *sursum: & ita inferior ascendebat ad superiorem per medium.*

8 *Et vidi domus altitudinem per circuitum: & fundamenta autem thalamorum* erant *plenitudinis calamo sex cubitorum magnitudinis.*

9 *Latitudo autem parietis qui* erat *thalamo forinsecus, quinque cubitorum* erat: *& interstitium derelictum domus thalamorum quod* erat *intrinsecus.*

10 *Inter cubicula vero* erat *latitudo viginti cubitorum per circuitum domus.*

11 *Præterea ostium thalami* erat quod vergebat *ad locum relictum: ostium vnum* ad *viam Aquilonis, & ostium alterum ad Meridiem: latitudo autem loci relicti, quinque cubitorum* erat *circumcirca.*

12 *Ædificium vero quod* erat *coram solario* in *angulo viæ Occidentis* erat *latitudinis septuaginta cubitorum, paries autem ædificij quinque cubitorum latitudinis per circuitum, longitudo eius nonaginta cubitorum.*

13 *Mensus est & ipsam domum, longitudo* erat *centum cubitorum, solarium item & ædificium, & parietes eius, longitudinis* erant *centum cubitorum.*

14 *Latitudo autem faciei domus, & solarij ad Orientem,* erat *centum cubitorum.*

15 *Mensus est denique longitudinem ædificij quod* erat *contra solarium* & ædificium *quod erat post ipsum, & thalamos hinc, & inde, centum cubitis, templum item internum & vestibula ipsius atrij.*

Vulgat. Editio

16 Limina, & feneſtras obliquas, & ethecas in circuitu per tres partes, contra vniuſcuiuſque limen, ſtratumque ligno per gyrum in circuitu: terra autem vſque ad feneſtras, & feneſtræ clauſæ ſuper oſtia.

17 Et vſque ad domum interiorem, & forinſecus per omnem parietem in circuitu intrinſecus, & forinſecus, ad menſuram.

18 Et fabrefacta cherubim & palmæ, & palma inter cherub & cherub, duaſque facies habebat cherub.

19 Faciem hominis iuxta palmam ex hac parte, & faciem leonis iuxta palmam ex alia parte: expreſſam per omnem domum in circuitu.

20 De terra vſque ad ſuperiora portæ, cherubim, & palmæ cælatæ erant in pariete templi.

21 Limen quadrangulum, & facies ſanctuarij aſpectus contra aſpectum.

22 Altaris lignei trium cubitorum altitudo: & longitudo eius duorum cubitorum: & anguli eius, & longitudo eius, & parietes eius lignei. Et locutus eſt ad me: Hæc eſt menſa coram Domino.

23 Et duo oſtia erant in templo, & in ſanctuario.

24 Et in duobus oſtiis ex vtraque parte bina erant oſtiola, quæ in ſe inuicem plicabantur. bina enim oſtia erant ex vtraque parte oſtiorum.

25 Et cælata erant in ipſis oſtijs templi cherubim, & ſculpturæ palmarum, ſicut in parietibus quoque expreſſæ erant: quam ob rem & groſſiora erant ligna in veſtibuli fronte forinſecus.

26 Super quæ feneſtræ obliquæ, & ſimilitudo palmarum hinc atque inde in humerulis veſtibuli: ſecundum latera domus, latitudinemque parietum.

CAP. XLII.

1 ET eduxit me in atrium exterius per viam educentem ad Aquilonem, & introduxit me in gazophylacium, quod erat contra ſeparatum ædificium, & contra ædem vergentem ad Aquilonem.

2 In facie longitudinis, centum cubitos oſtii Aquilonis: & latitudinis quinquaginta cubitos.

3 Contra viginti cubitos atrij interioris, & contra pauimentum ſtratum lapide atrij exterioris, vbi erat porticus iuncta porticui triplici.

4 Et ante gazophylacia deambulatio decem cubitorum latitudinis, ad interiora reſpiciens viæ cubiti vnius. Et oſtia eorum ad Aquilonem.

5 Vbi erant gazophylacia in ſuperioribus humiliora: quia ſupportabant porticus, quæ ex illis eminebant de inferioribus, & de mediis ædificij.

6 Triſtega enim erant, & non habebant columnas, ſicut erant columnæ atriorum: propterea eminebant de inferioribus, & de mediis à terra cubitis quinquaginta.

7 Et peribolus exterior ſecundum gazophylacia, quæ erant in via atrii exterioris ante gazophylacia: longitudo eius quinquaginta cubitorum.

8 Quia longitudo erat gazophylaciorum atrii exterioris, quinquaginta cubitorum: & longitudo ante faciem templi, centum cubitorum.

Tranſl. ex Heb. Sanct. Pagn.

16 *Limina, & feneſtras* extrinſecus latas, & intrinſecus *ſtrictas, & thalamos in circuitu trium ipſorum contra limen opertum ligneis tabulis circum circa: & terra vſque ad feneſtras, & feneſtræ erant opertæ deſuper.*

17 *Illi quod erat ſuper oſtium vſque ad domum interiorem & forinſecus, & omnis parietis circum circa, in domo interiori, & domo exteriori menſuras* vidit.

18 *Et paries erat factus cum pictura cherubim, & palmarum, & palma erat inter cherub, & cherub, duæque facies erant cherub.*

19 *Et facies hominis erat iuxta palmam hinc, & facies catuli leonis iuxta palmam inde, factum eſt omni domui circum circa.*

20 *A terra vſque ad parietem, qui erat ſuper oſtium erant cherubim, & palmæ factæ: & vſque ad parietem templi,*

21 *Templi* vterque *poſtis erat quadrangulus, &* aſpectus vtriuſque poſtis *oſtij ſanctitatis erat, ſicut aſpectus* poſtis templi.

22 *Altaris lignei trium cubitorum erat altitudo, & longitudo eius duorum cubitorum, & anguli eius ei, & longitudo eius, & parietes eius lignei, & locutus eſt ad me: Hæc eſt menſa quæ fuit coram Domino.*

23 *Et duo oſtia erant templo & ſanctitati.*

24 *Et duo oſtia erant oſtijs portæ templi, & ſanctitatis, duo verſatilia oſtia, duo oſtia erant oſtio vni, & duo oſtia alteri.*

25 *Et facta erant in oſtijs templi figura Cherubim, & palmarum, quemadmodum facta erant parietibus, & trabes lignea poſita erat coram veſtibulo forinſecus.*

26 *Et feneſtræ* extrinſecus latæ, & intrinſecus *ſtrictæ, palmæ hinc, & inde in lateribus veſtibuli, & cubicula domus, & ligna.*

CAP. XLII.

1 *ET eduxit me ad atrium exterius per viam, viam Aquilonis, & ingredi fecit me cubiculum quod erat contra ſolarium, & quod erat contra ædificium ad Aquilonem.*

2 *Ante longitudinẽ erat paries cubitorũ centũ ante oſtiũ Aquilonare, & latitudinis quinquaginta cubitorum.*

3 *Ante viginti* cubitorum *qui erant atrio interiori, & ante pauimentum quod erat atrio exteriori cubiculum contra faciem cubiculi in tertijs* cubiculis inferiori, medio, & ſuperiori.

4 *Et ante cubicula erat deambulatorium viginti cubitorum latitudinis, interioribus via cubiti vnius, & apertura eorum ad Aquilonem.*

5 *Et cubicula ſuperiora erant breuiora alijs, quia capiebant cubicula ex ipſis hoc eſt ex inferioribus, & medijs ædificij.*

6 *Quia tertiata erant, & non erant eis columnæ ſicut columnæ atriorum, propterea anguſtiora erant inferioribus, & medijs à terra.*

7 *Et paries qui erat forinſecus contra cubicula in via atrij exterioris è regione cubiculorum, longitudo erat quinquaginta cubitorum.*

8 *Quia longitudo cubiculorum, quæ erant atrio exteriori quinquaginta cubitorum erat: & ecce ante faciem templi centum cubitorum erat longitudo.*

Transl. ex Septuag.

16 Et fenestræ in modum retis factę, illuminationes in circuitu tribus, ad prospiciendū. Et domus, & ea quæ proxime erât, strata ligno per circuitū, & pauimentū, & de pauiméto vsque ad fenestras: & fenestræ aperiebâtur tripliciter, vt prospiceretur per eas.

17 Et vsque prope interiorem, & vsq; ad exteriorem, & per omnem parietem in circuitu intrinsecus, & extrinsecus,

18 Cælata Cherubim, & palmæ, inter Cherub, & Cherub, Duæ facies Cherub:

19 Facies hominis ad palmam hinc, & hinc, & facies leonis ad palmam inde, & inde:

20 Cælata domus in circuitu à pauimento vsque ad laqueare Cherubim, & palmæ cælatæ.

21 Et sanctuarium, & templum aperiebantur per quattuor angulos contra faciem sanctorum.

22 Visio, quasi species altaris lignei: trium cubitorum altitudo eius & longitudo cubitorum duorum & latitudo cubitorum duorum: & cornua habebat, & basis eius, & parietes eius lignei. Et dixit ad me: Hæc est mensa, quę ante faciem Domini.

23 Et duo ostia templo, & duo ostia sanctuario.

24 Duobus ostiis versatilibus duo ostia vni, & duo ostia portæ secundæ: & cælatura super eas.

25 Et super ostia templi Cherubim, & palmæ iuxta sculpturam sanctorum, & necessaria ligna ad faciem Ælam forinsecus.

26 Et fenestræ absconditæ. Et mensus est hinc, & inde, in laquearia Ælam, & latera domus æqui ponderis.

CAP. XLII.

1 ET introduxit me in atrium interius ad Orientem contra portam, quæ ad Aquilonem, & introduxit me: & ecce exedræ quinque iuxta reliquum ædificium, & iuxta separans ad Aquilonem.

2 Ad cubitos centum longitudo ad Aquilonem, & latitudo quinquaginta.

3 Descriptæ, sicut portę atrij interioris & sicut columnæ atrij exterioris per ordinem contra faciem porticus ternæ.

4 Et contra exedras deambulatio, cubitorum decem latitudo, per cubitos centum longitudo. Et ostia earum ad Aquilonem.

5 Et deambulationes cænaculorum similiter: quia eminebat columnatum ex eo, ex inferiore columnato, & spacium. Sic columnatum, & spacium, & sic porticus duæ:

6 Quia triplices erant, & columnas non habebant, sicut columnæ exteriorum. Propterea eminebant ab his, quæ erant inferius, & à mediis de terra.

7 Et lumen exterius sicut exedræ atrij exterioris quæ respiciebant contra exedras Aquilonis, longitudine cubitorum quinquaginta.

8 Longitudo enim exedrarum respicientium in atrium exterius, erat cubitorum quinquaginta: & hæ sunt contra faciem his: omnes cubitorū centū.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

16 *Limina, & fenestras angustas* externè, *& thalamos in circuitu ad tres* plagas *ipsorum contra postem operiuntur* ligneis tabulis *per circuitum, & à terra vsque ad fenestras, & fenestræ* erant *opertæ.*

17 *Vsque* ad id quod erat *super ostium, & vsque ad domum interiorem, & forinsecus, & totū parietē per gyrū in interiori, & in exteriori* domo *mensuris* mensus est.

18 *Et* paries erat *factus* cum pictura *Cherubim, & palmarum, eratque palma* vna *inter Cherub, & Cherub, binæque facies* erant *ipsi Cherub.*

19 *Facies autem hominis* versa erat *ad palmam hinc, & facies leonis ad* aliam *palmam inde:* hoc *erat factum in tota domo per circuitum.*

20 *A terra vsque ad* id quod erat *supra ostium,* erant *cherubim, & palmæ factæ: &* sic in *pariete templi.*

21 *Templi* vterque *postis ostij* erat *quadrangulus, & aspectus* vtriusque postis ostij *sanctitatis* erat *sicut aspectus* postis templi.

22 *Altaris lignei trium cubitorum* erat *altitudo, & longitudo eius duorum cubitorum: & anguli eius* erant *ei, longitudoque eius, parietes quoque eius* erant *lignei. Et loquutus est ad me, Hæc est mensa quæ est coram Iehoua.*

23 *Duo autem ostia* erant *in templo & sanctuario.*

24 *Et geminæ fores* in singulis *ostijs* portæ templi & sanctuarij id est *duo versatilia ostia, duæ* inquam *fores* erant *ostio vni, & duæ fores alteri.*

25 *Factæ item erant in ostijs templi* figuræ *Cherubim, & palmarum, quemadmodum factæ* erant *parietibus, trabs quoque lignea* posita erat *ante faciem forinsecus.*

26 *Fenestræ præterea angustæ* extrinsecus. *& palmæ hinc vestibuli & inde super latera* portæ *vestibuli, & latera domus, & tigna.*

CAP. XLII.

1 E*T eduxit me ad atrium exterius* per *viam; viam* inquam *Aquilonis, & adduxit me ad cubiculū quod* erat *eregione solarij, quodque* erat *eregione ædificij ad Aquilonem.*

2 *Ante longitudinem cubitorum centum* erat *ostium Aquilonare, & latitudinis* erat *quinquaginta cubitorū.*

3 *Eregione viginti* illorum cubitorum *qui* erant *in atrio interiori, & eregione pauimenti illius quod* erat *in atrio exteriori cubiculum contra faciem cubiculi in triplici* ordine.

4 *Porro ante cubicula* erat *deambulatorium decem cubitorum latitudinis ad interiora: via cubiti vnius, & apertura eorum ad Aquilonem.*

5 *Cubicula autem illa superiora* erant *arctiora* aliis: *quia absumebant cubicula magis quàm ista,* hoc est *quam inferiora, & media ædificia.*

6 *Quia triplici* ordine ædificata *erant, (non* erant *autem eis columnæ sicut atriorum) propterea angustiora erant inferioribus, & medijs à terra.*

7 *Et murus qui* erat *forinsecus eregione cubiculorum,* ad *viam atrij exterioris eregione cubiculorum longitudinis* erat *quinquaginta cubitorum.*

8 *Nam longitudo cubiculorum, quæ* erant *atrio exteriori quinquaginta cubitorum* erat: *& ecce ante faciem templi centum cubitorum* erat longitudo.

Vulgat. Editio.

Et erat subter gazophylacia hæc introitus ab Oriente ingredentium in ea de atrio exteriori.

In latitudine periboli atrii, quod erat contra viam Orientalem in faciem ædificij separati, & erant ante ædificium gazophylacia.

Et via ante faciem eorum iuxta similitudinem gazophylaciorum, quæ erant in via Aquilonis: secundum longitudinem eorum, sic & latitudo eorum: & omnis introitus eorum, & similitudines, & ostia eorum.

Secundum ostia gazophylaciorum, quæ erant in via respiciente ad Notum: ostium in capite viæ: quæ via erat ante vestibulum separatum per viam Orientalem ingredientibus.

Et dixit ad me: Gazophylacia Aquilonis, & gazophylacia Austri, quæ sunt ante ædificium separatum: hæc sunt gazophylacia sancta: in quibus vescuntur sacerdotes, qui appropinquant ad Dominum in sancta sanctorum: ibi ponent sancta sanctorum, & oblationem pro peccato, & pro delicto: locus enim sanctus est.

Cum autem ingressi fuerint sacerdotes, non egredientur de sanctis in atrium exterius: & ibi reponent vestimenta sua in quibus ministrant, quia sancta sunt: vestienturque vestimentis alijs, & sic procedent ad populum.

Cumque complesset mensuras domus interioris, eduxit me per viam portæ, quæ respiciebat ad viam Orientalem: & mensus est eam vndique per circuitum.

Mensus est autem contra ventum Orientalem calamo mensuræ, quingentos calamos in calamo mensuræ per circuitum.

Et mensus est contra ventum Aquilonis quingentos calamos in calamo mensuræ per gyrum.

Et ad ventum Australem mensus est quingentos calamos in calamo mensuræ per circuitum.

Et ad ventum Occidentalem mensus est quingentos calamos in calamo mensuræ.

Per quattuor ventos mensus est murum eius vndique per circuitum, longitudinem quingentorum cubitorum, & latitudinem quingentorum cubitorum, diuidentem inter sanctuarium & vulgi locum.

CAP. XLIII.

ET duxit me ad portam, quæ respiciebat ad viam Orientalem.

Et ecce gloria Dei Israel ingrediebatur per viam Orientalem: & vox erat ei quasi vox aquarum multarum, & terra splendebat à maiestate eius.

Et vidi visionem secundum speciem, quam videram, quando venit vt disperderet ciuitatem: & species secundum aspectum, quem videram iuxta fluuium Chobar, & cecidi super faciem meam.

Et maiestas Domini ingressa est templum per viam portæ, quæ respiciebat ad Orientem.

Et eleuauit me spiritus, & introduxit me in atrium interius: & ecce repleta erat gloria Domini domus.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

9 *Et subter cubicula illa erat introitus ab Oriente dum ingrediebatur quispiam in ea ab atrio exteriori.*

10 *In latitudine parietis atrij via Orientalis coram solario, & coram ædificio erant cubicula.*

11 *Et via erat ante ea secundum aspectum cubiculorum, quæ erant in via Aquilonis secundum longitudinem eorum, sic erat latitudo eorum, & omnes exitus eorum, & secundum modos eorum, & secundum ostia eorum.*

12 *Et secundum ostia cubiculorum, quæ erant in via meridiana erat ostium in capite viæ, videlicet quæ erat coram pariete directe per viam Orientalem, ingredientibus ipsa.*

13 *Et dixit ad me: Cubicula Aquilonaria, cubicula meridiana, quæ sunt ante solarium hæc sunt cubicula sanctitatis, in quibus comedent sacerdotes, qui appropinquant Domino, sanctificationem sanctificationum: ibi ponent sanctificationem sanctificationum, & oblationem, & sacrificium pro peccato, & pro delicto, locus enim sanctus est.*

14 *Cum ingressi fuerint ipsi sacerdotes, non egredientur de sanctitate in atrium exterius: & ibi reponent vestimenta sua in quibus ministrabunt, quia sanctitas sunt, vestienturque vestimentis alijs, & accedent ad ea quæ sunt populo.*

15 *Et compleuit mensuras domus interioris, & eduxit me per viam portæ, cuius facies erat ad viam Orientalem, & mensus est eam circumcirca.*

16 *Mensus est angulum Orientalem calamo mensuræ quingentis calamis, calamo mensuræ per circuitum.*

17 *Mensus est angulum Aquilonis quingentis calamis, calamo mensuræ per circuitum.*

18 *Angulum meridianum mensus est quingentis calamis, calamo mensuræ.*

19 *Circuiuit ad angulum Occidentalem, mensus est quingentis calamis calamo mensuræ.*

20 *Per quattuor angulos mensus est ipse murum ei circum circa longitudinem quingentis calamis, & latitudinem quingentis calamis ad diuidendum inter sanctum & prophanum.*

CAP. XLIII.

1 *ET ambulare fecit me ad portam, portam videlicet quæ respiciebat ad viam Orientalem.*

2 *Et ecce gloria Dei Israel veniebat de via Orientali, & vox eius tanquam vox aquarum multarum, & terra splendebat propter gloriam eius.*

3 *Et secundum visionem, visio quam vidi erat secundum visionem quam vidi dum venirem ad disperdendum ciuitatem: & visiones erant secundum visionem quam vidi iuxta fluuium Chebar, & cecidi in faciem meam.*

4 *Et gloria Domini ingressa est domum per viam portæ cuius facies erat ad viam Orientalem.*

5 *Et eleuauit me spiritus, & introduxit me in atrium interius: & ecce repleuerat gloria Domini domum.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Et ostia exedrarum istarum ad introitum Orientalem, ad ingrediendum per ea ex atrio exteriori.

Secundum lumen quod erat in principio deambulationis, & ad Austrum, ad faciem Austri, ad faciem reliqui ædificij & ad faciem separati.

Et exedræ, & deambulatio contra faciem suam, iuxta mensuras exedrarum, quæ ad Aquilonem, & secundum longitudinem earum, & secundum latitudinem earum, & secundum omnes exitus earum, & secundum omnes introitus earum, & secundum lumina earum,

Et semper ostia earum, exedrarum, quæ contra meridiem: & semper ostia à principio deambulacri vsque ad luminare spacio calami, & vt ad Orientem itetur per ea.

Et dixit ad me: Exedræ, quæ ad Aquilonem, & exedræ, quæ ad Austrum, quæ sunt ad faciem spaciorum, hæ sunt exedræ sanctuarii, in quibus vescentur ibi sacerdotes filii Sadduc, qui appropinquant ad Dominum, sancta sanctorum: & ibi ponent sancta sanctorum, & sacrificium, & quæ pro peccato, & quæ pro ignorantia: locus enim sanctus est.

Non ingredientur illuc, nisi sacerdotes: non egredientur de sanctuario in atrium exterius, vt perpetuo sancti sint qui offerunt. Et non tangent vestimentum eorum, in quibus ministrant in eis, quia sancta sunt. Et vestientur vestimentis alijs quando tangent populum.

Et consummata est mensuratio domus interioris. Et eduxit me per viam portæ respicientis ad Orientem: & mensus est similitudinem domus per circuitum in ordine.

Et stetit ad tergum portæ respicientis Orientem: & mensus est quingentos in calamo mensuræ.

Et conuertit se ad Aquilonem, & mensus est id, quod ad faciem Aquilonis, cubitos quingentos in calamo mensuræ.

* Et conuertit ad mare: & mensus est, quod ad faciem maris, quingentos in calamo mensuræ,

*Numeri transposit. respondês nostræ vulgatæ.

Et conuertit se ad Austrum, & mensus est contra Austrum quingentos in calamo mensuræ,

Quattuor partes eius calamo. Et disposuit ipsum, & murum eorum per circuitum, quingentorum ad Orientem, & quingentorum cubitorum latitudinem ad diuidendum inter medium sanctorum, & antemuralis, quod in ordine domus.

CAP. XLIII.

ET adduxit me ad portam, quæ respiciebat ad Orientem: & eduxit me.

Et ecce gloria Dei Israel veniebat per viam Orientis, & vox castrorum, quasi vox geminantium multorum: & terra resplendebat quasi fulgor à gloria per circuitum.

Et visio, quam vidi, secundum visionem, quam videram, quando ingrediebar, vt vngerem ciuitatem. Et visio currus, quem vidi, secundum visionem, quam videram super fluuium Chorah. Et cado in faciem meam.

Et gloria Domini ingressa est domum per viam portæ, quæ respiciebat Orientem.

Et assumpsit me spiritus, & introduxit me in atrium interius: & ecce plena gloriæ Domini domus.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

9 Subter cubicula autem illa erat introitus ab Oriente
quum quis ingrediebatur in ea ab atrio illo exteriore.
10 In latitudine muri illius atrij versus Orientem coram
solario, & coram ædificio erant cubicula.
11 Porro via quæ erat ante ea, similis erat viæ cubiculorum
quæ erant versus Aquilonem, secundum longitudinem
illorum longitudo illorum, sic latitudo illorum
& omnes exitus illorum, iuxta rationem illorum, &
secundum ostia illorum.
12 Et secundum ostia cubiculorum quæ erant ad viam
Meridianam, erat ostium ad caput viæ, viæ inquam
quæ erat e regione illius muri elegantis, ad viam Orientalem
ingredientibus.
13 Et dixit ad me, Cubicula Aquilonaria & cubicula Meridionalia,
quæ sunt ante solarium illud, sunt cubicula
sanctitatis, in quibus comedent sacerdotes qui appropinquant
Iehouæ, sanctificationes sanctificationum: ibi deponent
sanctificationes sanctificationum & oblationem, &
sacrificium pro peccato, & sacrificium pro delicto: locus
enim ille sanctus est.
14 Quum ingressi fuerint ipsi sacerdotes, non egredientur
de sanctitate in atrium exterius, sed ibi deponent vestimenta
sua cum quibus ministrauerint, quia sanctitas
sunt: inducentque vestes alias, & accedent ad ea quæ sunt
populi.
15 Compleuit itaque dimensiones domus interioris, &
eduxit me per viam portæ cuius facies erat ad viam Orientalem,
mensusque est eam circumcirca.
16 Mensus est angulum Orientalem calamo mensuræ
quingentis calamis, calamo mensuræ per circuitum.
17 Mensus est & angulum Aquilonarem quingentis calamis,
calamo mensuræ per circuitum.
18 Angulum quoque Meridianum mensus est quingentis
calamis, calamo mensuræ.
19 Circuiuit etiam ad angulum Occidentalem, & mensus
est illud quingentis calamis, calamo mensuræ.
20 Ad quatuor angulos mensus est illam: murus erat ei
circumcirca longitudinis quingentorum calamorum &
latitudinis quingentorum calamorum ad diuidendum
inter sanctum & profanum.

CAP. XLIII.

1 ET deduxit me ad portam, portam inquam quæ respiciebat
ad viam Orientalem:
2 Et ecce gloria Dei Israel veniebat de via Orientali:
voxque eius tanquam vox aquarum multarum, & terra
ipsa splendebat propter gloriam eius.
3 Et visio quam vidi erat secundum visionem, secundum
visionem inquam quam vidi dum veni ad perdendum
ciuitatem: visiones quoque erant secundum visionem
quam videram iuxta fluuium Chebar, & cecidi in faciem
meam.
4 Gloria inquam Iehouæ ingressa est domum per viam
portæ cuius facies erat ad viam Orientalem.
5 Et eleuauit me Spiritus, introduxit me in atrium interius:
& ecce repleuerat gloria Iehouæ domum.

Vulgat. Editio

Et audiui loquentem ad me de domo, & vir sta-
bat iuxta me:
Dixit ad me: Fili hominis locus solii mei, & lo-
cus vestigiorum pedum meorum, vbi habito in
medio filiorum Israel æternum: & non polluent vl-
tra domus Israel nomen sanctum meum, ipsi, &
reges eorum in fornicationibus suis, & in ruinis
regùm suorum, & in excelsis.
Qui fabricati sunt limen suum iuxta limen me-
um, & postes suos iuxta postes meos: & murus erat
inter me & eos: polluerunt nomen sanctum meum
in abominationibus quas fecerunt: propter quod
consumpsi eos in ira mea.
Nunc ergo repellant procul fornicationem suam
& ruinas regum suorum à me: & habitabo in me-
dio eorum semper.
Tu autem fili hominis ostende domui Israel tem-
plum & confundantur ab iniquitatibus suis, &
metiantur fabricam:
Et erubescant ex omnibus, quæ fecerunt: Figu-
ram domum, & fabricæ eius exitus, & introitus,
& omnem descriptionem eius, & vniuersa præcep-
ta eius, cunctumque ordinem eius, & omnes leges
eius ostende eis, & scribes in oculis eorum: vt custo-
diant omnes descriptiones eius, & præcepta illius,
& faciant ea.
Ista est lex domus in summitate montis: Omnis
finis eius in circuitu, sanctum sanctorum: hæc est
ergo lex domus.
Istæ autem mensuræ altaris in cubito verissimo,
qui habebat cubitum, & palmum: in sinu eius erat
cubitus & cubitus in latitudine & definitio eius
vsque ad labium eius, & in circuitu, palmus vnus
quoque erat fossa altaris.
Et de sinu terræ vsque ad crepidinem nouissimam
duo cubiti vnius: & à crepidine minore vsque ad
crepidinem maiorem quattuor cubiti, & latitudo
cubiti vnius.

Ipse autem Ariel quattuor cubitorum: & ab Ariel
vsque ad sursum, cornua quattuor.
Et Ariel duodecim cubitorum in longitudine
per duodecim cubitos latitudinis: quadrangula-
tum æquis lateribus.
Et crepido quattuordecim cubitorum longitu-
dinis per quattuordecim cubitos latitudinis in
quattuor angulis eius: & corona in circuitu eius
dimidii cubiti, & sinus eius vnius cubiti per circui-
tum gradus autem eius versi ad Orientem.

Et dixit ad me: Fili hominis hæc dicit Dominus
Deus: Hi sunt ritus altaris in quacunque die fuerit
fabricatum: vt offeratur super illud holocaustum
& effundatur sanguis.
Et dabis Sacerdotibus, & Leuitis, qui sunt de se-
mine Saddoc, qui accedunt ad me, ait Dominus
Deus, vt offerant mihi vitulum de armento pro
peccato:
Et assumens de sangnine eius, pones super quat-
tuor cornua eius, & super quattuor angulos crepi-
dinis, & super coronam in circuitu, & mundabis
illud, & expiabis.
Et tolles vitulum qui oblatus fuerit pro peccato
& combures eum in separato loco domus extra
sanctuarium.
Et in die secunda offeres hircum caprarum im-
maculatum pro peccato: & expiabunt altare, sicut
expiauerunt in vitulo.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

6 *Et audiui dictum ad me de domo, & vir stabat iuxta*
me.
7 *Et dixit ad me, Fili hominis locus solij mei est, & lo-*
cus plantarum pedum meorum, in quo habitabo in medio
filiorum Israel in seculum: & non polluent vltra domus
Israel nomen sanctum meum ipsi & Reges eorum fornica-
tione sua, & cadaueribus Regum suorum, in excelsis suis.

8 *Cum posuerint ipsi limen suum cum limine meo, & po-*
stem suum iuxta postem meum: & paries erat inter me, &
eos, & polluerunt nomen sanctum meum abominationi-
bus suis quas fecerunt, & consumpsi eos in furore meo.

9 *Nunc elongent fornicationem suam, & cadauera Re-*
gum suorum à me, & habitabo in medio eorum in se-
culum.
10 *Tu fili hominis, annuntia domui Israel domum & eru-*
bescant propter iniquitates suas, & metiantur exemplar.

11 *Et si erubuerint de omnibus quæ fecerunt, figuram*
domus, & dispositionem eius, & exitus eius; & introitus
eius, & omnes figuras eius, & omnes descriptiones eius,
& omnes picturas eius, omnes leges eius fac scire eos, &
scribe in oculis eorum & custodient omnem formam eius,
& omnes descriptiones eius, & faciant eas.

12 *Ista est lex domus super verticem montis omnis termi-*
nus eius circuncirca, sanctitas sanctitatum est: Ecce ista est
lex domus.
13 *Ista autem sunt mensura altaris in cubitis: cubitus hic*
est cubitus communis & quatuor digiti: & medio altaris
altitudo erat cubiti vnius, & cubiti latitudo, & clau-
sura cubiti illius altitudo, vsque ad labium eius in cir-
cuitu, erat palmi vnius: & hæc est altitudo altaris.
14 *Et à medio terræ vsque ad locum inferiorem vbi mane-*
bant sacerdotes offerentes erant in longitudine duo cubiti,
& latitudo erat cubiti vnius: & à loco illo minore vsque
ad locum maiorem erant in longitudine quatuor cubiti, &
latitudo erat cubiti.

15 *Altare autem quatuor erat cubitorum inferius, & ab*
altari, & supra cornua quatuor erant.
16 *Et altare duodecim cubitorum erat in longitudine, cum*
duodecim latitudinis: quadratum erat in quatuor qua-
drangulis suis.
17 *Et atrium quatuordecim cubitorum latitudinis, cum*
quattuordecim latitudinis ad quattuor quadrāgulos eius:
& clausura quæ erat in circuitu eius dimidij cubiti alti-
tudo, & medium ei erat cubiti vnius per circuitum: gra-
dus autem eius erant versus Orientem.

18 *Et dixit ad me, Fili hominis, Sic dixit Dominus Deus,*
Hæc sunt statuta altaris in die qua facies illud ad offe-
rendum super illud sanguinem.

19 *Et dabis sacerdotibus Leuitis, qui sunt de semine Sadoc*
qui accedunt ad me, ait Dominus Deus, vt ministrent
mihi, vitulum filium vaccæ pro peccato.

20 *Et assumes de sanguine eius, & pones in quattuor corni-*
bus eius, & in quattuor angulis loci vbi offerunt, & in
clausura quæ est in circuitu, & mundabis illud, & expia-
bis illud.
21 *Et tolles vitulum pro peccato, & combures eum, combu-*
rens secundum præceptum domus extra sanctuarium:

22 *Et in secunda offeres hircum caprarum perfectum pro*
peccato, & expiabunt altare sicut expiauerunt vitulo.

Cum-

Cum-

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Et steti, & ecce vox de domo loquentis ad me: & vir stabat iuxta me:

Et dixit ad me: Vidisti fili hominis locum solii mei, & locum vestigij pedum meorum, in quibus habitabit nomen meum in medio domus Israel in sempiternum. Et non contaminabunt vltra domus Israel nomen sanctum meum, ipsi, & duces eorum in fornicatione sua, & in homicidijs ducum in medio sui.

Cum ponerent limen meum in liminibus suis, & postes meos iuxta postes suos. Et dederunt parietem meum, quasi connexum inter se & me: & contaminauerunt nomen sanctum meum in iniquitatibus suis, quas faciebant. Et contriui eos in furore meo, & in occisione:

Et nunc abiiciant fornicationem suam, & homicidia ducum suorum à me: & habitabo in medio eorum in sempiternum.

Et tu fili hominis ostende domui Israel domum, & cessabunt à peccatis suis: & visionem eius, & dispositionem illius:

Et ipsi sustinebunt tormentum suum pro omnibus, quæ fecerunt. Et describes domum, & exitus eius, & substantiam eius & omnia præcepta illius, & omnia legitima eius ostendes illis, & describes coram eis: & custodient omnes iustificationes meas, & omnia præcepta mea, & facient ea:

Et descriptionem domus in vertice montis: omnes termini eius in circuitu, sancta sanctorum sunt.

Et hæ mensuræ altaris in cubito cubiti, & palestes, sinus profundi per cubitum, & cubitus latitudinis, & gisus per labium eius in circuitu, palmi vnius,

Et hæc est altitudo altaris à profundo exordij cauitatis eius ad propitiatorium magnum, quod erat subter, cubitorum duorum, & latitudo cubiti. Et à propitiatorio minori ad propitiatorium maius cubiti quatuor, & latitudo cubitis.

Et Ariel cubitorum quattuor: & ab Ariel, & vsque ad superiora cornuum cubitus.

Ipsum autem Ariel duodecim cubitos habebat in longitudine, ac cubitos duodecim, quattuor angulorum per quattuor partes eius.

Et propitiatorium, quatuordecim cubitorum longitudo, ad cubitos quattuordecim latitudo per quattuor partes eius: & gisus ei per circuitum gyrans illud, dimidio cubito: & circuitus eius, cubitus per gyrum: & gradus eius respicientes ad Orientem.

Et dixit ad me: Fili hominis, hæc dicit Dominus Deus Israel: Hæc sunt præcepta altaris in die effectionis eius, vt offerantur super eo holocaustomata, & effundatur super illud sanguis.

Et dabis sacerdotibus Leuitis, qui sunt ex semine Sadduc, qui appropinquant ad me, dicit Dominus Deus, vt ministrent mihi vitulum de bobus pro peccato:

Et tollent de sangnine eius, & ponent super quattuor cornua altaris, & super quattuor angulos propitiatorii, & super basim in circuitu, & expiabunt illud.

Et tollent vitulum qui pro peccato: & comburet ea in loco separato domus extra sancta.

Et die secunda tollent hœdos duos de capris immaculos pro peccato: & expiabunt altare, sicut expiarunt in vitulo.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

6 Et audiui Deum loquentem mihi de domo, & quidam stabat iuxta me.

7 Et dixit ad me, Fili hominis, vide locum solij mei, & locum plantarum pedum meorum, in quo habitabo in medio filiorum Israel in seculum: & non pollnent vltra domus Israel nomen sanctum meum ipsi & Reges eorum fornicatione sua, & cadaueribus Regum suorum, & excelsis suis.

8 Quum posuerint limen suum iuxta limen meum, & postem suum iuxta postem meum (vnicus enim paries erat inter me & eos:) polluerunt tamen nomen sanctum meum abominationibus suis quas fecerunt: ideo consumpsi eos furore meo.

9 Nunc vero longe faciant fornicationem suam, & cadauera Regum suorum à me, & habitabo in medio eorum in seculum.

10 Tu fili hominis, annuntia domui Israel domum istam, & erubescant propter iniquitates suas, & metiantur exemplar.

11 Quod si erubuerint de omnibus quæ fecerunt, figuram domus, & dispositionem eius, & exitus eius, & introitus eius, & omnes descriptiones eius, & omnes picturas eius, & omnes leges eius indica eis: & describe in oculis eorum, custodiantque omnem formam eius, & omnes descriptiones eius, & faciant eas.

12 Ista est lex domus, super verticem montis erit: omnis terminus eius circumcirca, sanctitas sanctitatum erit. en ista est lex illius domus.

13 Istæ autem sunt mensuræ altaris in cubitis: cubitus de quo loquor, est cubitus cōmunis & quatuor digiti: in medio altaris erat altitudo cubiti vnius & cubiti vni⁹ latitudo: clausura autē illius quæ erat ad labiū eius per circuitū, erat alta palmum vnum: hæc est altitudo altaris.

14 A medio autem terræ vsque ad locum inferiorem erant in longitudine, duo cubiti, latitudo autem erat cubiti vnius: à loco vero illo minore vsque ad locum maiorem erat in longitudine quatuor cubiti, & latitudo erat vnius cubiti.

15 Altare autem quatuor erat cubitorum: & ab eo altari & sursum, cornua quatuor.

16 Porro altare ipsum duodecim cubitorum erat longitudine, cum duodecim latitudinis: quadratum erat in quatuor quadrangulis suis.

17 Atrium autem illud quatuordecim cubitorum longitudinis cum quatuordecim latitudinis, in quatuor quadrangulis eius: clausura vero quæ erat incircuitu eius, erat dimidij cubiti inaltitudine, medium quoque, ei erat cubiti vnius per circuitum gradus autem eius erant versus Orientem.

18 Et dixit ad me, Fili hominis, Sic dixit Dominus Deus, Hæc sunt statuta altaris die quo factum fuerit ipsum: ad offerendum super illud holocaustum, & ad spargendum super illud sanguinem.

19 Et dabis sacerdotibus Leuitis, qui sunt de semine Sadoc qui accedunt ad me, ait Dominus Iehouah, vt ministrent mihi, vitulum filium vaccæ in victimam pro peccato.

20 Et capies de sanguine eius, ponesque, in quatuor cornibus illius, & in quatuor angulis eius atrij, & in clausura quæ est in circuitu, mundabisque illud, atque expiabis illud.

21 Tolles quoque vitulum oblatum pro peccato, & comburet eum secundum præceptum domus, extra sanctuarium:

22 Die vero secunda offeres hircum caprarum perfectum in hostiam pro peccato, & expiabunt altare sicut expiauerunt vitulo.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

23 Cumque compleueris expians illud, offeres vi-
tulum de armento immaculatum, & arietem de
grege immaculatum.
24 Et offeres eos in conspectu Domini: & mittent
sacerdotes super eos sal: & offerent eos holocau-
stum Dommo.
25 Septem diebus facies hircum pro peccato quoti-
die: & vitulum de armento, & arietem de pecori-
bus immaculatos offerent.
26 Septem diebus expiabunt altare, & munda-
bunt illud: & implebunt manum eius.
27 Expletis autem diebus, die octauo, & vltra,
facient sacerdotes super altare holocausta vestra,
& quæ pro pace offerunt: & placatus ero vobis, ait
Dominus Deus.

CAP. XLIIII.

1 ET conuertit me ad viam portæ sanctuarij exte-
rioris, quæ respiciebat ad Orientem: & erat
clausa.
2 Et dixit Dominus ad me: Porta hæc clausa erit,
non aperietur, & vir non transibit per eam: quo-
niam Dominus Deus Israel ingressus est per eam:
eritque clausa,
3 Principi. Princeps ipse sedebit in ea, vt comedat
panem coram Domino. Per viam portæ vestibuli
ingredietur & per viam eius egredietur.
4 Et adduxit me per viam portæ Aquilonis in
conspectu domus. Et vidi: & ecce impleuit gloria
Domini domum Domini: & cecidi in faciem
meam.
5 Et dixit ad me Dominus: Fili hominis pone cor
tuũ, & vide oculis tuis, & auribus tuis audi omnia,
quæ ego loquor ad te de vniuersis ceremonijs do-
mus Domini, & de cunctis legibus eius. Et pones
cor tuum in vijs templi per omnes exitus sanctua-
rii.
6 Et dices ad exasperantem me domus Israel: Hæc
dicit Dominus Deus: Sufficiant vobis omnia sce-
lera vestra, domus Israel.
7 Eo quod inducitis filios alienos incircumcisos
corde, & incircumcisos carne, vt sint in sanctuario
meo, & polluant domum meam: & offertis panes
meos, adipem, & sanguinem; & dissoluitis pactum
meum in omnibus sceleribus vestris:
8 Et non seruastis præcepta sanctuarii mei: & po-
suistis custodes obseruationum mearum in san-
ctuario meo vobismetipsis.
9 Hæc dicit Dominus Deus: Omnis alienigena in-
circumcisus corde, & incircumcisus carne non in-
gredietur sanctuarium meum omnis filius alienus
qui est in medio filiorum Israel:
10 Sed & Leuitæ, qui longe recesserunt à me in erro-
re filiorum Israel, & errauerunt à me post idola
sua, & portauerunt iniquitatem suam.
11 Erunt in sanctuario meo æditui, & ianitores
portarum domus, & ministri domus: ipsi macta-
bunt holocausta, & victimas populi: & ipsi stabunt
in conspectu eorum, vt ministrent eis.
12 Pro eo, quod ministrauerunt illis in conspe-
ctu idolorum suorum: & facti sunt domui Israel
in offendiculum iniquitatis: idcirco leuaui ma-
num meam super eos, ait Dominus Deus &, por-
tabunt iniquitatem suam.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

*Cum compleueris expiare, offeres vitulum filium vac-
cæ perfectum, & arietem de pecoribus perfectum.*

*Et offeres eos coram Domino, & proijcient sacerdotes
super eos sal, & offerent eos in holocaustum Domino.*

*Septem diebus facies hircum pro peccato per diem, & vi-
tulum etiam filium bouis, & arietem de pecoribus perfe-
ctos facient.*

*Septem diebus expiabunt altare, & mundabunt illud, &
consecrabunt manus suas.*

*Et explebunt dies, & erit, in die octaua, & vltra facient
sacerdotes super altare holocausta vestra, & pacifica ve-
stra: & placatus ero vobis, ait Dominus Deus.*

CAP. XLIIII.

*ET redire fecit me ad viam portæ sanctuarij ex-
terioris respicientem ad Orientem: & erat clausa.*

*Et dixit ad me Dominus: Porta hæc clausa erit: Non
aperietur, & vir non ingredietur per eam: quoniam Domi-
nus Deus Israel, ingressus est per eam, eritque clausa.*

*Principis. Princeps ipse manebit in ea, vt comedat pa-
nem coram Domino per viam vestibuli portæ ingredietur,
& per viam eius egredietur.*

*Et adduxit me per viam portæ Aquilonaris coram do-
mo, & vidi, & ecce impleuit gloria Domini domum Do-
mini, & cecidi super faciem meam.*

*Et dixit ad me Dominus: Fili hominis, pone cor tuum,
& vide oculis tuis, & auribus tuis audi omnia, quæ ego
loquor tecum de omnibus statutis domus Domini, & de
cunctis legibus eius: & pones cor tuum in ingressu domus
per omnes exitus sanctuarij.*

*Et dices ad rebellem ad domum Israel, Sic dixit Dominus
Deus: Sufficiat vobis de omnibus abominationibus vestris
domus Israel.*

*Cum induxeritis filios alienigenas incircuncisos corde,
& incircuncisos carne, vt essent in sanctuario meo ad pol-
luendum ipsam domum meam: tum obtuleritis panem
meum, adipem & sanguinem: & dissolueritis pactum
meum in omnibus abominationes vestris.*

*Et non seruastis custodiam sanctitatum mearum, &
posuistis custodes custodiæ meæ in sanctuario meo vobis:*

*Sic dixit Dominus Deus: Omnis filius alienigenæ in-
circuncisus corde, & incircuncisus carne, non ingredietur
sanctuarium meum ab omni filio alienigenæ qui est in me-
dio filiorum Israel.*

*Sed Leuitæ qui elongauerunt se à me quando errante Is-
rael: qui errauerunt à me eunte: post idola sua, portabunt
pœnam iniquitatis suæ.*

*Et erunt in sanctuario meo ministri, præpositi portis
domus, & ministri domo: ipsi mactabunt holocaustum &
victimam populo, & ipsi stabunt in conspectu eorum, vt
ministrent eis.*

*Pro eo quod ministrauerunt illis in conspectu idolorum
suorum, & fuerunt domui Israel in offendiculum iniqui-
tatis, idcirco leuaui manum meam super eos, dixit Domi-
nus Deus, & portabunt pœnam iniquitatis suæ.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

23 Et compleueris expiationem: offerent vitulum de bobus immaculatum,& arietem de ouibus immaculatum:

24 Et eum offeretis coram Domino. Et aspergent sacerdotes super ea sal:& offerent ea holocausta Domino.

25 Septem diebus facies hœdum pro peccato quotidie:& vitulum de bobus,& arietem de ouibus immaculatos facient.

26 Septem diebus. Et expiabunt altare, & mundabunt illud:& implebunt manus suas.

27 Et erit à die octauo, & vltra, facient sacerdotes super altare holocausta vestra, & quæ pro salute vestra:& suscipiam vos, dicit Dominus.

CAP. XLIIII.

1 ET conuertit me ad viam portæ sanctorum exterioris,respicientis ad Orientem: & hæc erat clausa.

2 Et dixit Dominus ad me: Porta hæc clausa erit, non aperietur,& nemo transibit per eam:quoniam Dominus Deus Israel ingredietur per eam: & erit clausa:

3 Quia dux ipse sedebit in ea, vt comedat panem coram Domino. Per viam Ælam portæ ingredietur & per viam eius egredietur.

4 Et introduxit me per viam portæ quæ ad Aquilonem è regione domus. Et vidi:& ecce plena gloriæ domus Domini:& cado super faciam meam.

5 Et dixit Dominus ad me: Fili hominis pone in corde tuo.& vide oculis, & auribus tuis audi omnia, quæ ego loquor tecum secundum omnia præcepta domus Domini, & omnia legitima eius. Et pones cor tuum ad introitum domus iuxta omnes exitus eius in omnibus sanctis.

6 Et dices ad domum exasperantem, ad domum Israel:Hæc dicit Dominus Deus:Sufficiat vobis de omnibus iniquitatibus vestris,domus Israel,

7 Eo quod inducitis filios alienigenas incircuncisos corde,& incircuncisos carne, vt sint in sanctis meis,& polluant ea:in offerendo vos panes,carnes & sanguinem;& præteristis testamentum meum in omnibus iniquitatibus vestris:

8 Et disposuistis custodire custodias in sanctis meis.

9 Propterea hæc dicit Dominus Deus:Omnis filius alienigena incircuncisus corde, & incircuncisus carne non ingredietur in sancta mea in omnibus filijs alienigenarum,qui sunt in medio domus Israel:

10 Sed Leuitæ,qui resilierunt à me, cum erraret Israel à me post cogitationes suas: & accipient iniquitatem suam.

11 Et erunt in sanctis meis ministrantes,ostiarii in portis domus,& ministri domus:illi immolabunt sacrificia,& holocausta populo:& isti stabunt ante populum,vt ministrent eis.

12 Pro eo,quod ministrauerunt eis ante faciem Idolorum suorum:& factum est domui Israel in tormentum iniquitatis. Propterea leuaui manum meam super eos.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

Quum compleueris expiare, offeres vitulum filium vaccæ perfectum,& arietem de grege perfectum.

Et offeres eos coram Iehoua, & inijcient sacerdotes super eos sal,offerentque eos in holocaustum Iehouæ.

Septem diebus facies hircum pro peccato per diem,vitulum etiam filium bouis,& arietem de grege perfectos facient.

Septem diebus expiabunt altare, ac mundabunt illud, & consecrabunt manus suas.

Cæterum completis illis diebus, die octauo & deinceps facient sacerdotes super altare ipsum holocausta vestra, & pacifica vestra:& placatus ero vobis,ait Dominus Iehouah.

CAP. XLIIII.

ET reduxit me ad viam portæ sanctuarij exterioris respicientem ad *Orientem:& ea* erat *clausa.*

Et dixit ad me Iehouah, Porta hæc clausa erit, non aperietur,neque quisquam ingredietur per eam:quoniam Iehouah Deus Israel ingressus est eam,eritque clausa.

Principis erit,*princeps ipse manebit in ea vt comedat panem coram Iehoua per viam vestibuli portæ* eius *ingredietur,*& *per viam eius egredietur.*

Et adduxit me per *viam portæ Aquilonaris coram domo,& vidi,& ecce repleuerat gloria Iehouæ domum Iehouæ,& cecidi super faciem meam.*

Et dixit ad me Iehouah, Fili hominis, pone cor tuum, & aspice oculis tuis,& auribus tuis audi quæcunque ego loquor tecum de omnibus statutis domus Iehouæ, & de cunctis Legibus eius: ponas item cor tuum ad ingressum domus,per omnes egressus sanctuarij.

Et dices ad rebellem,ad domum Israel,Sic dixit Dominus Iehouah,Sufficiat vobis de omnibus abominationibus vestris,domus Israel.

*Quod induxeritis alienigenas incircuncisos corde & incircuncisos carne, vt essent in sanctuario meo ad polluendum ipsam domum meam: dum obtulistis panem meum,*id est *adipem & sanguinem: & dissoluerunt pactum meum per omnes abominationes vestras:*

Et non seruastis custodiam sanctitatum mearum, sed posuistis custodes custodiæ meæ in sanctuario meo vobis:

Sic dixit Dominus Iehouah, Nullus filius alienigena incircuncisus corde & incircuncisus carne ingredietur sanctuarium meum,ex omnibus filijs alienigenarum qui sunt in medio filiorum Israel.

Et Leuitæ illi qui longe recesserunt à me quando errauit Israel : qui errauerunt à me euntes *post idola sua, portabunt iniquitatem suam:*

Eruntque in sanctuario meo ministri, præpositi portis domus, & ministrantes in domo:ipsi mactabunt holocaustum & victimam populo, ipsique stabunt in conspectu eorum vt ministrent eis.

Eo quod ministrauerunt illis in conspectu idolorum suorum,fuerunt que domui Israel in offendiculum iniquitatis,idcirco leuaui manum meam super eos,dixit Dominus Iehouah,& portabunt iniquitatem suam.

Vulgat. Editio.

13 Et non appropinquabunt ad me vt sacerdotio fungantur mihi, neque accedent ad omne sanctuarium meum iuxta sancta sanctorum: sed portabunt confusionem suam, & scelera sua quæ fecerunt.

14 Et dabo eos ianitores domus in omni ministerio eius, & in vniuersa, quæ fient in ea.

15 Sacerdotes autem & Leuitæ filij Saddoc, qui custodierunt ceremonias sanctuarii mei, cum errarét filii Israel à me, ipsi accedent ad me vt ministrent mihi: & stabunt in conspectu meo, vt offerant mihi adipem, & sanguinem ait Dominus Deus.

16 Ipsi ingredientur sanctuarium meum, & ipsi accedent ad mensam meam, vt ministrent mihi, & custodiant ceremonias meas.

17 Cumque ingredientur portas atrij interioris, vestibus lineis induentur: nec ascendet super eos quidquam laneum, quando ministrant, in portis atrij interioris & intrinsecus.

18 Vittæ lineæ erunt capitibus eorum, & fœminalia linea erunt in lumbis eorum, & non accingentur in sudore.

19 Cumque egredientur atrium exterius ad populum, exuent se vestimentis suis, in quibus ministrauerant, & reponent ea in gazophylacio sanctuarij & vestient se vestimentis aliis: & non sanctificabunt populum in vestibus suis.

20 Caput autem suum non radent, neque comam nutrient: sed tondentes attondent capita sua.

21 Et vinum non bibet omnis sacerdos quando ingressurus est atrium interius.

Le. 21. 14. 22 Et viduam, & repudiatam non accipient vxores, sed virgines de semine Israel: sed & viduam, quæ fuerit vidua à sacerdote, accipient.

23 Et populum meum docebunt quid sit inter sanctum & pollutum, & inter mundum & immundum ostendent eis.

24 Et cum fuerit controuersia stabunt in iudiciis meis, & iudicabunt: leges meas & præcepta mea in omnibus solemnitatibus meis custodient: & sabbata mea sanctificabunt.

25 Et ad mortuum hominem non ingredientur, ne polluantur, nisi ad patrem, & matrem, & filium & filiam, & fratrem, & sororem, quæ alterum virum non habuerit: in quibus contaminabitur.

26 Et postquam fuerit emundatus, septem dies numerabuntur ei.

27 Et in die introitus sui sanctuarium ad atrium interius vt ministret mihi in sanctuario, offeret pro peccato suo, ait Dominus Deus.

Deu. 18. 2. Nu. 18. 20. 28 Non erit autem eis hæreditas. Ego hæreditas eorum: Et possessionem non dabitis eis in Israel, ego enim possessio eorum.

29 Victimam & pro peccato, & pro delicto ipsi comedent: & omne votum in Israel ipsorum erit.

Ex. 13. 19. 30 Et primitiua omnium primogenitorum, & omnia libamenta ex omnibus, quæ offeruntur, sacerdotum erunt: & primitiua ciborum vestrorum dabitis sacerdoti, vt ponat benedictionem domui tuæ.

Le. 22. 8. 31 Omne morticinum, & captum à bestia de auibus & de pecoribus non comedent sacerdotes.

CAP.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn

Et appropinquabunt ad me vt sacerdotio fungantur mihi, & ascendant ad omnes sanctificationes meas, ad sanctitatem sanctitatum: sed portabunt ignominiam suam, & abominationes suas, quas fecerunt.

Et dabo eos custodes custodiæ domus in omni ministerio eius, & in omni quod fiet in eo.

Sacerdotes autem Leuitæ filij Sadoc, qui custodierunt custodiam sanctuarij mei, cum errarent filij Israel à me, ipsi accedent ad me vt ministrent mihi, & stabunt in conspectu meo vt offerant mihi adipem & sanguinem, ait Dominus Deus.

Ipsi ingredientur sanctuarium meum, & ipsi accedent ad mensam meam vt ministrent mihi, & custodiant custodiam meam.

Et erit cum ingredientur portas atrij interioris, vestibus lineis induent se, & non ascendet super eos lana, cum ministrauerint in portis atrij interioris, & intrinsecus.

Cydares lineæ erunt super caput eorum, & fœminalia linea erunt in lumbis eorum, non accingent se post sudorem.

Cumque egredientur ad atrium exterius, ad atrium exterius ad populum exuent se vestimentis suis quibus ministrauerant, & reponent ea in cubiculis sanctuarij, & vestient se vestimentis alijs; & non sanctificabunt populum in vestibus suis.

Caput autem suum non radent, & cæsariem non demittent: attondendo attondent capita sua.

Et vinum non bibent omnis sacerdos quando ingressuri sunt atrium interius.

Et viduam, & repudiatam non accipient sibi in vxores, sed virgines de semine domus Israel, & viduam, quæ fuerit vidua à sacerdote, accipient.

Et populum meum docebunt discernere inter sanctum & prophanum, & inter immundum & mundum docebunt eos discernere.

Et in controuersia ipsi stabunt ad iudicandum, secundum iudicia mea iudicabunt eam: & leges meas & decreta mea in omnibus solemnitatibus meis custodient, & sabbatha mea sanctificabunt.

Et ad mortuum hominem non ingredietur sacerdos vt polluat se: sed super patrem & matrem, & filium & filiam, fratrem & sororem quæ non fuerit viro, contaminabit se.

Et postquam mundatus fuerit ipse, septem dies numerabunt.

Et die quo introierit Sanctitatem ad atrium interius, vt ministret in sanctitate, offeret oblationem pro peccato suo, ait Dominus Deus.

Et erit sacerdotium eis in hereditatem, ego hæreditas eorum: & possessionem non dabitis eis in Israel, ego possessio eorum.

Oblationem, & sacrificium pro peccato, & pro delicto comedent: & omne dedicatum domino in Israel ipsorum erit.

Et primitiuum omnium, primitiuorum omnium & omnis oblatio spontaneæ omnium, ex omnibus oblationibus spontaneis vestris, sacerdotum erit: primitiuum pastarum vestrarum dabitis sacerdoti, vt reponat benedictionem in domus tua.

Omne morticinum, & raptum tam de auibus, quam de animalibus comedent sacerdotes.

CAP.

Digitized by Google

Transl ex Septuag.		Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
Et non accedent ad me. vt sacerdotio fungantur mihi: neque vt offerant ad sancta filiorum Israel, nec ad sancta sanctorum meorum. Et suscipient ignominiam suã in errore, quo errauerunt.	13	*Nec appropinquabunt mihi vt sacerdotio fungantur mihi, & accedent ad omnes sanctificationes meas,* id est *ad sanctitates sanctitatum: sed portabunt ignominiam suam, & abominationes suas fecerunt.*
Demittent eos, vt seruent custodias domus in omnia opera eius, & in vniuersa, quę fecerint.	14	*Et ponam eos custodes custodiæ domus in omni ministerio eius, atque in omnibus quæ fient in ea.*
Sacerdotes Leuitæ filij Sadduc, qui custodierunt custodias sanctorum meorum, cum erraret domus Israel à me, isti accedent ad me, vt ministrent mihi & stabunt ante faciem meã, vt offerãt mihi hostiã, adipem, & sanguinem dicit Dominus Deus.	15	*Sacerdotes autem Leuitæ filij Sadoc, qui custodierunt custodiam sanctuarij mei quum errarent filij Israel à me, ipsi accedent ad me vt ministrent mihi, stabuntq; in conspectu meo vt offerant mihi adipem & sanguinem, ait Dominus Iehouah.*
Isti ingredientur in sancta mea: & isti accedent ad mensam meam, vt ministrent mihi: & obseruabunt custodias meas.	16	*Ipsi ingredientur sanctuarium meum, ipsique accedent ad mensam meam vt ministrent mihi, & custodiant custodiam meam.*
Et erit, in ingrediendo eos portas atrij interioris stolis lineis induentur: & non induentur lanificijs, quando ministrant, à porta interioris atrij.	17	*Erit autem, quum ingredientur portas atrij interioris, vestibus lineis induent sese, nec ascendet super eos lana, quando ministrauerint in portis* eius *atrij interioris, & intrinsecus.*
Et Cidaras lineis habebunt super capita sua: & feminalia linea habebunt super lumbos suos & non accingentur violenter.	18	*Cidares lineæ erunt in capite eorum, & feminalia linea erunt in lumbis eorum, non accingent se in* locis *sudoris.*
Et in egrediendo ipsos in atrium exterius ad populum, exuent se stolis suis, in quibus ministrant in eis: & ponent eas in exedris sanctorum, vestient se stolis alijs: & non sanctificabunt populum in stolis suis:	19	*Quum autem egredientur in atrium exterius, in atrium* inquam *exterius, ad populum, exuent sese vestimentis suis cum quibus ministrauerunt, & deponent ea in cubiculis sanctuarij, vestient autem se vestimentis alijs, & non sanctificabunt populum vestibus suis.*
Et capita sua non radent: & comas suas non ad pressum tondebunt: operientes operient capita sua.	20	*Neque caput suum radent, & cæsariem non demittent: attondendo attondent capita sua.*
Et vinum non bibent omnis sacerdos, in ingrediendo ipsos in atrium interius.	21	*Vinum item non bibent vlli sacerdotes quando ingressuri sunt atrium illud interius.*
Et viduam & eiectam non accipient sibi in vxorem, sed virginem de semine Israel: & viduam, si fuerit de sacerdote, accipient.	22	*Viduam præterea, aut repudiatam non accipient sibi in vxores: sed virgines de semine domus Israel, aut viduam quæ fuerit vidua* relicta *à sacerdote, accipient.*
Et populum meum docebunt inter sanctum & pollutum, & inter immundum, & mundum ostendent eis.	23	*Et populum meum docebunt* discernere *inter sanctum & profanum, & inter immundum & mundum docebunt eos* discernere.
Et in iudicio sanguinis ipsi stabunt ad diiudicandum: iustificationes meas iustificabunt, & iudicia mea iudicabunt, & legitima mea, & præcepta mea in omnibus solemnitatibus meis custodient: & sabbata mea sanctificabunt.	24	*Et in controuersia ipsi stabunt ad iudicandum, iuxta iudicia mea iudicabunt eam: Legesq; meas & decreta mea in omnibus solennitatibus meis custodient, & sabbatha mea sanctificabunt.*
Et super animam hominis non ingredientur ad polluendum se: sed super patre, & super matre, & super filio, & super filia, & super fratre, & super sorore sua, quæ non fuit viro, contaminabitur.	25	*Ad mortuum autem hominem non ingredietur* sacerdos *vt polluat se: sed super patrem & matrem, & filium & filiam, fratrem & sororem quæ non fuerit viro, contaminabit se.*
Et postquam fuerit ipse mundatus: septem dies enumerabit sibi:	26	*Postquam vero mundatus fuerit ipse, septem dies numerabunt ei.*
Et qua die ingredientur in atrium interius ad ministrandum in sancto, offerent placationem, dicit Dominus Deus.	27	*Et die quo ingredietur Sanctitatem,* id est *ad atrium interius, vt ministret in sanctitate, offeret oblationem* erat *peccato suo, ait Dominus Iehouah.*
Et non erit eis in hæreditatem. Ego hæreditas eis Et possessio eis non dabitur in filiis Israel quia ego possessio eorum.	28	*Erit autem* sacerdotium *eis in hæreditatem, ego hæreditas eorum: & possessionem non dabitis eis Israel, ego possessio eorum.*
Et sacrificia, & quæ pro peccato, & quæ pro ignorantia, ipsi comedent: omnis separatio in Israel ipsis erit,	29	*Oblationem & sacrificium pro peccato, & sacrificium pro delicto comedent: & quicquid dedicatum erit in Israel ipsorum erit.*
Primitiæ omnium, & primitiua omniũ, & separationes omnes: de omnibus primitiis vestris, sacerdotibus erit: & primitiua vestra dabitis sacerdoti: vt ponat benedictiones vestras super domos vestras.	30	*Et primitia omnium primitiuorum omnis* fructus, *& omnis oblatio omnium* oblationum *ex omnibus oblationibus vestris sacerdotum erit: primitias quoque pastarum vestrarum dabitis sacerdoti, vt ponat benedictionem in domo tua.*
Et omne morticinum, & captum à bestia de auibus & pecoribus non comedent sacerdotes.	31	*Nullum morticinum & raptum* tam *de auibus* quam *de animalibus comedent sacerdotes.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio

CAP. XLV.

CVmque cœperitis terram diuidere sortitò, separate primitias Domino, sanctificatum de terra, longitudine vigintiquinque millia, & latitudine decem millia sanctificatum erit in omni termino eius per circuitum.

Et erit ex omni parte sanctificatum quingentos per quingentos, quadrifariam per circuitum: & & quinquaginta cubitis in suburbana eius per gyrum.

Et à mensura ista mensurabis longitudinem vigintiquinque millium, & latitudinem decem millium, & in ipso erit templum, sanctumque sanctorum.

Sanctificatum de terra erit sacerdotibus ministris sanctuarij, qui accedunt ad ministerium Domini: & erit eis locus in domos, & in sanctuarium sanctitatis.

Vigintiquinque autẽ millia lõgitudinis, & decẽ millia latitudinis erunt Leuitis, qui ministrant domui: ipsi possidebunt viginti gazophylacia.

Et possessionem ciuitatis dabitis quinque millia latitudinis, & longitudinis vigintiquinque millia secundum separationem sanctuarij, omni domui Israel.

Principi quoque hinc & inde in separationem sanctuarij & in possessionem ciuitatis, contra faciem separationis sanctuarij, & contra faciem possessionis vrbis à latere Maris vsque ad Mare, & à latere Orientis vsque ad Orientem: Longitudinis autem iuxta vnamquanque partẽ à termino Occidentali vsque ad terminum Orientalem.

. De terra erit ei possessio in Israel: & non depopulabuntur vltra principes populum meum: sed terram dabunt domui Israel secundum tribus eorum.

Hæc dixit Dominus Deus: Sufficiat vobis principes Israel: iniquitatem & rapinas intermittite, & iudicium & iustitiam facite, & separate confinia vestra à populo meo, ait Dominus Deus:

Statera iusta, & ephi iustum, & batus iustus erit vobis

Ephi, & batus æqualia, & vnius mensuræ erunt: vt capiat decimam partem cori batus, & decimam partem cori ephi: iuxta mensuram cori erit æqua libratio eorum.

Siclus autem viginti obolos habet. Porro viginti sicli & vigintiquinque sicli, & quindecim sicli,
o.30 mnam faciunt.

1 27. Et hæ sunt primitiæ, quas tolletis. sextam partem
1.47 ephi de coro frumenti, & sextam partem ephi de coro hordei.

Mensura quoque olei, batus olei, decima pars cori est: & decem bati corum faciunt: quia decem bati implent corum.

Et arietem vnum de grege ducentorum de his, quæ nutriunt Israel in sacrificium, & in holocaustum, & in pacifica, ad expiandum pro eis ait Dominus Deus.

Omnis populus terræ tenebitur primitiis his principi in Israel.

Et super principem erunt holocausta, & sacrificium, & libamina in solemnitatibus, & in Calendis & in Sabbatis, & in vniuersis solemnitatibus domus Israel: ipse faciet pro peccato sacrificium, & holocaustum, & pacifica ad expiandum pro domo Israel.

Hæc

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. LXV.

1 *ET quando diuideritis terram in hæreditatem offeretis oblationem Domino, sanctitatem de terra, longitudo erit quinque, & viginti millium, latitudo decem millium: Sanctitas erit in omni termino eius per circuitum.*

2 *Erunt ex hoc pro sanctitate quingenti in longitudine cum quingentis in latitudine, quadratum per circuitum: & quinquaginta cubitorum suburbanum ei per circuitum.*

3 *Et à mensura, ista mensurabis longitudinem quinque & viginti millium, & latitudinem decem millium, & in ipso erit sanctuarium, sanctitas sanctitatum.*

4 *Sanctitas de terra ipsa sacerdotibus ministris sanctuarij erit, qui qui accedunt ad ministrandum Domino: & erit eis locus pro domibus, & sanctuarium pro sanctuario.*

5 *Et quinque, & viginti millium erit longitudo, & decem millium latitudo: & erit Leuitis ministris domus in possessionem viginti cubicula.*

6 *Et possessionem ciuitatis dabitis quinque millium erit latitudo & longitudo quinque & viginti millium contra oblationem spontaneam sanctitatis, omni domui Israel erit.*

7 *Et principi hinc, & inde erit iuxta oblationem sanctitatis, & iuxta possessionem ciuitatis, ante oblationem sanctitatis, & ante possessionem vrbis: ab angulo Occidentali vsque ad Occidentem, & ab angulo Orientali vsque ad Orientem, longitudo autem erit contra vnam è partibus à termino Occidentali vsque ad terminum Orientalem.*

8 *Et terra erit ei in possessionem in Israel. & non oppriment vltra principes populum meum, & terram dabunt domui Israel per tribus eorum.*

9 *Sic dixit Dominus Deus: Sufficiat vobis principes Israel iniquitatem, & vastationem declinate, iudicium, & iustitiam facite: auferte angarias vestras à populo meo, dixit Dominus Deus.*

10 *Statera iusta, & Ephah iusta, & batus iustus erit vobis.*

11 *Ephah mensura aridorum, & batus mensura liquidorum mensura vnius erit, vt capiat decimum chomer batus, & decimum chomer Ephah: in chomer erit æqualitas eius.*

12 *Sechel autem est viginti obolorum. Viginti sechalim, quinque & viginti sechalim decem, & quinque sechel mina erit vobis.*

13 *Ista est oblatio quam offeretis, sextum Ephah de chomer frumenti, & sextam partem offeretis Ephah de chomer hordei.*

14 *Et præceptum olei & batum olei decimum bati de choro decem bati sunt chomer: quia decem batis sunt chomer*

15 *Et agnam vnam de pecudibus è ducentis è pinguibus Israel in sacrificium, in holocaustum, & pacifica ad expiandum eos, ait Dominus Deus.*

16 *Omnis populus terræ erunt in oblatione spontanea ista propter principem in Israel.*

17 *Et principis erit offerre holocausta, & sacrificium, & libamen in solemnitatibus, & Calendis, & Sabbatis in solemnitatibus domus Israel ipse faciet oblationem pro peccato, & sacrificium, & holocaustum, & pacifica ad expiandum domum Israel.*

Sic

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

CAP. XLV.

ET in metiendo vos terram in hæreditatem, separate primitias Domino, sanctum de terra quinque & viginti millia longitudinis, & viginti millia latitudinis, sanctum erit in omnibus terminis eius per circuitum.

Et erunt ex hoc sanctificationes, quingenti per quingentos, quadratum per circuitum: & quinquaginta cubiti spatium eorum per gyrum.

Et à mensura ista mensurabis longitudinem quinque & viginti millia, & latitudinem viginti millia. Et in ipsa erunt sancta sanctorum.

De terra erit sacerdotibus ministrantibus in sancto: & erit eis, qui accedunt ministrare Domino. Et erit eis locus in domibus separatis sanctificationi ipsorum,

Viginti & quinque millia longitudo: & latitudo viginti millia. Et Leuitis, qui ministrant domui, ipsis in possessionem ciuitates ad habitandum.

Et possessionem ciuitatis dabis, quinque millia latitudinis, & longitudinis quinque & viginti millia: quemadmodum primitiæ sanctorum, omni domui Israel erunt.

Et duci hinc, & inde in primitias sanctorum, in possessionem ciuitatis, contra faciem primitiarum sanctorum, & contra faciem possessionis ciuitatis ea, quæ ad mare, & ab ijs, quæ ad mare ad Orientem: & longitudo, sicut vna partium, à terminis, qui ad mare, & longitudo ad terminos, qui ad Orientem terræ.

Et erit ei in possessionem in Israel: & non oppriment vltra duces Israel populum meum: & terram hæreditabunt domus Israel secundum tribus suas.

Hæc dicit Dominus Deus: Sufficiat vobis Duces Israel: iniquitatem, & vexationem auferte: iudicium, & iustitiam facite: tollite oppressionem de populo meo, ait Dominus Deus.

Statera iusta, & mensura iusta, & choenix iustus erit vobis ad mensuram:

Et choenix similiter vnus erit ad accipiendum. Decima pars gomor, choenix: & decima pars gomor ad gomor erit æqualitas & pondera,

Viginti oboli: quinque sicli, quinque & sicli, decem, & quinquaginta sicli mina erit vobis.

Et hæ sunt primitiæ, quas separabitis: sextam partem mensuræ de gomor tritici, & sextam partem ipsius ephi de coro hordei:

Et præceptum olei, cotylam olei, decem cotylis: quia decem cotylæ sunt gomor.

Et ouem de ouibus ex decem, demptio ex omnibus patrijs Israel in sacrificia, & in holocaustomata, & in oblationem salutaris ad expiandum pro vobis, ait Dominus Deus.

Et omnis populus dabit primitias has duci Israel.

Et per ducem erunt holocausta, & sacrificia, & libamina in solemnitatibus, & in neomenijs, & in sabbatis, & in vniuersis solennitatibus domus Israel. Ipse faciet, quæ pro peccato, & sacrificium, & holocausta, & quæ ipsius salutaris ad expiandum pro domo Israel.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAP. XLV.

1 QVando autem diuidetis terram ipsam in hæreditatem, offeretis oblationem Iehouæ, sanctitatem de terra: longitudo quinque & viginti milium, & latitudo decem milium: sanctitas erit in omni termino eius per circuitum.

2 Erunt ex hoc pro Sanctitate, quingenti in longitudinem cum quingentis in latitudinem quadratum per circuitum: quinquaginta autem cubitorum suburbanum ei per circuitum.

3 Ex mensura inquam ista mensurabis, id est ex longitudine quinque & viginti milium, & latitudine decem milium: & in ipso erit Sanctuarium, sanctitas sanctitatum.

4 Sanctitas de terra ipsa, sacerdotibus ministris sanctuarij erit, qui accedunt ad ministrandum Iehouæ. & erit eis locus pro domibus, & sanctuarium pro sanctuario.

5 Præterea offeretis oblationem viginti quinque miliũ calamorũ longitudinis, & decẽ miliũ latitudinis: eritq́; Leuitis ministris domus in possessionem viginti cubiculorũ.

6 Possessionem quoque vrbis dabitis, quinque milium calamorum erit latitudo, & longitudo quinque & viginti milium è regione oblationis illius sanctitatis vniuersæ domui Israel erit.

7 Principis autem hinc & inde erit portio iuxta oblationem sanctitatis, & iuxta possessionem ciuitatis, ante oblationem sanctitatis & ante possessionem vrbis, ab angulo Occidentali vsque ad Occidentẽ, & ab angulo Orientali vsque ad Orientem: longitudo autem erit contra vnam è partibus, à termino Occidentali vsque ad terminum Orientalem.

8 In terra illa erit ei portio illa in possessionẽ, in Israel: & non opprimens vltra principes mei populum meum, & reliquum terræ dabunt domui Israel per tribus eorum.

9 Sic dixit Dominus Iehouah, Sufficiat vobis ô principes Israel: iniquitatem & vastationem declinate, iudicium & iustitiam facite: auertite angarias vestras à populo meo, dixit Dominus Iehoua.

10 Statera iusta, & ephah iustum, & bathus iustus erit vobis.

11 Ephah & bathus mensuræ eiusdem erunt, vt capiat decimam partem homer, bathus: & decimam partem homer, ephah: in homer erit æqualitas eius.

12 Secel autem est viginti obolorum: viginti secalim, quinque & viginti secalim, quindecim secel mina erit vobis.

13 Ista est oblatio quam offeretis, sextam partem ephah de homer frumenti, sextamque partem offeretis ephah de homer hordei.

14 Statutum vero olei (bathus autem est mensura olei) decimam partem bathi de coro offeretis: decem bathi erunt homer: quia decem bathi sunt homer.

15 Et agnam vnam de grege è ducentis, è pinguibus Israel in sacrificium, & in holocaustum, & in pacifica, ad expiandum eos, ait Dominus Iehouah.

16 Vniuersus populus terræ erit ad oblationem istam propter principem in Israel.

17 Principis autem erit dare holocausta, & sacrificium, & libamen in solennitatibus & calendis & sabbathis, in vniuersis solennitatibus domus Israel: ipse faciet oblationem pro peccato, & sacrificium & holocaustum & pacifica, ad expiandum domum Israel

Digitized by Google

Vulgat. Editio

Hæc dicit Dominus Deus. In primo mense, vna mensis, sumes vitulum de armento immaculatum & expiabis sanctuarium.

Et tollet sacerdos de sanguine quod erit pro peccato: & ponet in postibus domus, & in quattuor angulis crepidinis altaris, & in postibus portæ atrij interioris.

Et sic facies in septima mensis pro vnoquoque, qui ignorauit, & errore deceptus est, & expiabitis pro domo.

In primo mense, quartadecima die mensis, erit vobis Paschæ solemnitas. Septem diebus azyma comedentur.

Et faciet princeps in illa die pro se, & pro vniuerso populo terræ vitulum pro peccato.

Et in septem dierum solemnitate faciet holocaustum Domino septem vitulos, & septem arietes immaculatos quotidie septem diebus: & pro peccato hircum caprarum quotidie,

Et sacrificium ephi per vitulum, & ephi per arietem facies, & olei Hin per singula ephi.

Septimo mense quintadecima mensis in solemnitate faciet sicut supra dicta sunt per septem dies: tam pro peccato, quam pro holocausto, & in sacrificio, & in oleo.

CAP. XLVI.

HÆc dicit Dominus Deus: Porta atrij interioris, quæ respicit ad Orientem, erit clausa sex diebus in quibus opus fit: die autem sabbati aperietur: & in die Calendarum aperietur.

Et intrabit princeps per viam vestibuli portæ deforis, & stabit in limine portæ: & facient sacerdotes holocaustum eius, & pacifica eius: & adorabit super limen portæ, & egredietur: porta autem non claudetur vsque ad vesperam.

Et adorabit populus terræ ad ostium portæ illius in sabbatis, & in Calendis coram Domino.

Holocaustum autem hoc offeret princeps Domino: in die Sabbati, sex agnos immaculatos, & arietem immaculatum.

Et sacrificium ephi per arietem: in agnis autem sacrificium, quod dederit manus eius: & olei Hin per singula ephi.

In die autem Calendarum vitulum de armento immaculatum, & sex agni, & arietes immaculati erunt.

Et ephi per vitulum, ephi quoque per arietem faciet sacrificium: de agnis autem, sicut inuenerit manus eius: & olei Hin per singula ephi.

Cumque ingressurus est princeps per viam vestibuli portæ ingrediatur, & per eandem viam exeat.

Et cum intrabit populus terræ in conspectu Domini in solemnitatibus, qui ingreditur per portã Aquilonis vt adoret; egrediatur per viam portæ Meridianæ: porro qui ingreditur per viam portæ, Meridianæ, egrediatur per viam portæ Aquilonis: non reuertetur per viam portæ, per quam ingressus est: sed è regione illius egredietur.

Princeps autem in medio eorum cum ingredientibus ingredietur, & cum egredientibus egredietur.

Et in nundinis, & in solemnitatibus erit sacrificium ephi per vitulum, & ephi per arietem: agnis autem erit sacrificium sicut inuenerit manus eius, & olei Hin per singula ephi.

Cum-

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

18 *Sic dixit Dominus Deus: Primo mense, prima die mensis sumes vitulum filium bouis, immaculatum, & mundabis sanctuarium.*

19 *Et tollet sacerdos de sanguine oblationis pro peccato, & ponet in poste domus, & in quattuor angulis, loci, qui coniunctus est altari, & in poste portæ atrij interioris.*

20 *Et sic facies septima mensis pro vnoquoque ignorante, & pro decepto, & expiabitis domum.*

21 *In primo mense quartadecima die mensis erit vobis Pesach solemnitas septem dierum infermentata comedentur.*

22 *Et faciet princeps in die illa pro se, & pro vniuerso populo terræ vitulum pro peccato.*

23 *Et septem diebus solemnitatis faciet holocaustum Domino septem vitulos, & septem arietes immaculatos in die, septem diebus, & pro peccato hircum caprarum per diem.*

24 *Et oblationem Ephah, per vitulum, & Ephah per arietem faciet, & olei Hin in Ephah.*

25 *Septimo mense, quintadecima die mensis in solemnitate faciet sicut ista septem diebus, tam pro peccato, quam pro holocausto, & sacrificio, & oleo.*

CAP. XLVI.

1 *SIc dixit Dominus Deus: Porta atrij interioris, quæ respicit ad Orientem erit clausa sex diebus operis: die autem Sabbathi aperietur & die Kalendarum aperietur,*

2 *Et intrabit princeps per viam vestibuli portæ deforis, & stabit in limine portæ: & facient sacerdotes holocaustum eius, & pacifica eius, & incuruabit se super limen portæ, & egredietur: porta autem non claudetur vsque ad vesperam.*

3 *Et incuruabit se populus terræ ad ostium portæ ipsius in Sabbatis, & Kalendis coram Domino.*

4 *Holocaustum autem quod offeret princeps Domino: in die Sabbati, sex agnos immaculatos, & arietem immaculatum.*

5 *Et oblationem Ephah, per arietem, & in agnos sacrificium donum manus suæ, & olei Hin per Ephah.*

6 *In die autem Kalendarum vitulus filius bouis immaculatus, & sex agni, & aries, immaculati erunt.*

7 *Et Ephah per vitulum, & Ephah per arietem faciet sacrificium: & in agnis sicut apprehenderit manus eius, & olei Hin per Ephah.*

8 *Et quando ingredietur princeps per viam vestibuli portæ ingredietur, & per viam ipsam exibit.*

9 *Et cum intrabit populus terræ in conspectu Domini in solemnitatibus, qui ingreditur per viam portæ Aquilonaris vt se incuruet, egredietur per viam portæ Meridianæ: qui autem ingreditur per viam portæ Meridianæ, egredietur per viam portæ Aquilonaris, non reuertetur per viam portæ, per quam ingressus est, sed è regione illius egredietur.*

10 *Princeps autem in medio eorum, quando ingredientur ipsi, ingredietur, & quando egressi fuerint ipsi, egredietur.*

11 *Et in festiuitatibus, & in solemnitatibus erit sacrificium Ephah per vitulum, & Ephah per arietem, & in agnis donum manus eius, & olei Hin per Ephah.*

Cum-

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

18 Hæc dicit Dominus Deus. In primo mense, vna
mensis, sumetis vitulum de bobus immaculatum
ad expiandum sanctuarium.
19 Et tollet sacerdos de sanguine expiationis, & da-
bit super limina domus, & super quattuor angu-
los templi, & super altare, & super limina portæ
atrii interioris.
20 Et sic facies in mense septimo, vna mensis, su-
mes ab vnoquoque portionem: & expiabitis do-
mum.
21 Et in primo, quartadecima mensis, erit vobis
Pascha solemnitas. Septem diebus azyma come-
detis.
22 Et faciet dux in illa die pro se, & domo, & pro
vniuerso populo terræ vitulum pro peccato:
23 Et septem diebus solemnitatis faciet holocau-
stomata Domino septem vitulos & septem arietes
immaculatos quotidie septem diebus: & pro pec-
cato hœdum caprarum quotidie,
24 Et sacrificium: & coctionem vitulo, & coctiones
arieti facies, & olei In coctioni.
25 Et in septimo mense quinta decima mensis in
solemnitate facies iuxta ea septem diebus, sicut
quæ pro peccato, & sicut holocaustomata, & sicut
manaa, & sicut oleum.

CAP. XLVI.

1 HÆc dicit Dominus Deus: Porta, quæ in atrio
interiori, respiciés ad Orienté, erit clausa sex
diebus, in quibus opus fit: in die autem sabbato-
rum aperietur, & in die Neomeniæ aperietur.
2 Et intrabit dux per viam Ælam portæ interio-
ris, & stabit super vestibula portæ. Et facient sa-
cerdotes holocausta eius, & quæ salutaris eius. Et
adorabit super vestibulum portæ: & egredietur: &
porta non claudetur vsque ad vesperam.
3 Et adorabit populus terræ ad vestibula portæ il-
lius & in sabbatis, & in neomenijs corá Domino.
4 Et holocausta offeret Dux Domino in die sab-
batorum, sex agnos immaculatos, & arietem im-
maculatum.
5 Et manaa, coctionem arieti, & agnis sacrificium,
donum manus suæ, & olei In coctioni.
6 Et in die neomeniæ vitulum immaculatum, &
sex agnos & aries immaculatus erit,
7 Et coctio arieti, & coctio vitulo erit manaa, &
agnis, sicut suffecerit manus eius: & olei In coctio-
ni.
8 Et in ingrediendo ducem per viam Ælam portæ
ingredietur, & per viam portæ egredietur.
9 Et cum intrabit populus terræ in conspectu Do-
mini in solemnitatibus, qui ingreditur per viam
portæ respicientis ad Aquilonem, vt adoret; egre-
dietur per viam portæ, quæ ad Austrum: & qui in-
greditur per viam portæ, quæ ad Austrum, egre-
dietur per viam portæ, quæ ad Aquilonem: non re-
uertetur per portam, in quam ingressus est: sed in
directum eius egredietur.
10 Et dux in medio eorum, in ingrediendo eos, in-
gredietur cum eis, & in egrediendo, ipsos egredie-
tur.
11 Et in solemnitatibus & in nundinis erit manaa
coctio vitulo, & coctio arieti, & agnis, sicut value-
rit manus eius, & olei In coctioni.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

Sic dixit Dominus Iehouah, Primo mense, *prima die*
mensis sumes vitulum filium bouis immaculatum, & mun-
dabis sanctuarium.
Tollet autem sacerdos de sanguine oblationis pro pec-
cato, ponetque super postem domus, & super quatuor an-
gulos atrij quod coniunctum est *altari, & super postem*
portæ atrij interioris.
Sic facies & septima mensis *pro vnoquoque ignorante*
& decepto: & expiabitis domum.
Primo mense, *quartadecima die mensis erit vobis pe-*
sah: solennitas septem dierum in qua *infermentata come-*
dentur.
Facietque princeps die illa pro se & pro vniuerso popu-
lo terræ vitulum pro *peccato.*
Septem vero diebus solennitatis faciet holocaustum ipsi
Iehouæ, nempe *septem vitulos & septem arietes immacu-*
latos in dies, septem diebus, & in sacrificium *pro pecca-*
to hircum caprarum in diem.
Et oblationem ephah in vitulum ephah in arietem faciet
& olei Hin in ephah.
Septimo mense, *quintadecima die mensis in solennitate*
faciet similia septem diebus, tam pro peccato quam pro ho-
locausto, & sacrificio, & oleo.

CAP. XLVI.

SIc dixit Dominus Iehouah. Porta atrij interioris quæ
respicit Orientem erit clausa sex diebus operis: die au-
tem sabbathi aperietur, & die calendarum aperietur,
Et ingredietur princeps per viam vestibuli illius portæ
veniendo *deforis, stabitque ad postes eius portæ: & fa-*
cient sacerdotes holocaustum eius & pacifica eius, incur-
nabitque se ad limen ipsius portæ, & egredietur: porta au-
tem illa non claudetur vsque ad vesperam.
Et incuruabit se populus terræ ad introitum portæ ip-
sius in sabbathis, & calendis, coram Iehoua.
Holocaustum autem quod offeret princeps ipsi Iehouæ,
die sabbathi offeret *sex agnos immaculatos, & arietem*
immaculatum.
Et in *oblationem Ephah in arietem: & in agnos obla-*
tionem donum manus suæ: & olei Hin per Ephah.
Die autem calendarum erit *vitulus filius bouis imma-*
culatus, & sex agni, & aries, immaculati erunt.
Et Ephah in vitulum, & Ephah in arietem faciet in
oblationem: in agnos verò sicut apprehenderit manus eius,
& olei Hin per Ephah.
Quumque ingredietur princeps, per *viam vestibuli por-*
tæ ingredietur, & per viam eius exibit.
Quando vero ingredietur populus terræ in conspectum
Iehouæ, in solennitatibus: qui ingressus fuerit per *viam*
portæ Aquilonaris, vt se incurruet Iehouæ, *egredietur*
per *viam portæ Meridianæ: qui autem ingressus fuerit*
per *viam portæ Meridianæ, egredietur* per *viam portæ*
Aquilonaris, non reuertetur per *viam portæ* per *quam*
ingressus fuerit, sed è regione illius egredietur.
Princeps autem in medio eorum, quando ingredientur
ipsi, ingredietur, quum vero illi egressi fuerint, egredietur.
Et in festiuitatibus atque in solennitatibus erit oblatio
Ephah in vitulum, & Ephah in arietem, & in agnos do-
num manus eius, & olei Hin per Ephah.

Vulgat. Editio.

12 Cum autem fecerit princeps spontaneum holocaustum, aut pacifica voluntaria Domino: aperietur ei porta, quæ respiciet ad Orientem, & faciet holocaustum suum & pacifica sua, sicut fieri solet in die sabbati: Et egredietur: claudeturque porta postquam exierit.

13 Et agnum eiusdem anni immaculatum faciet holocaustum quotidie Domino: semper mane faciet illud.

14 Et faciet sacrificium super eo cata mane mane sextam partem ephi, & de oleo tertiam partem hin, vt misceatur similæ: sacrificium Domino legitimum iuge atque perpetuum.

15 Faciet agnum, & sacrificium, & oleum cata mane mane, holocaustum sempiternum.

16 Hæc dicit Dominus Deus: Si dederit princeps donum alicui de filiis suis: hæreditas eius, filiorum suorum erit, possidebunt eam hæreditarie.

17 Si autem dederit legatum de hæreditate sua vni seruorum suorum, erit illius vsque ad annum remissionis: & reuertetur ad principem: hæreditas autem eius, filiis eius erit.

18 Et non accipiet princeps de hæreditate populi per violentiam, & de possessione eorũ: sed de possessione sua hæreditatẽ dabit filiis suis, vt non dispergatur populus meus, vnusquisque à possessione sua.

19 Et introduxit me per ingressum, qui erat ex latere portæ, in gazophylacia sanctuarii ad sacerdotes, quæ respiciebant ad Aquilonem: & erat ibi locus vergens ad Occidentem.

20 Et dixit ad me: Iste est locus, vbi coquent sacerdotes pro peccato, & pro delicto: vbi coquent sacrificium, vt non efferant in atrium exterius, & sanctificetur populus.

21 Et eduxit me in atrium exterius: & circumduxit me per quattuor angulos atrii: & ecce atriolum erat in angulo atrii, atriola singula per angulos atrij.

22 In quattuor angulis atrii atriola disposita, quadraginta cubitorum per longum, & triginta per latum: mensuræ vnius quattuor erant.

23 Et paries per circuitum ambiens quattuor atriola: & culinæ fabricatæ erant subter porticus per gyrum.

24 Et dixit ad me: Hæc est domus culinarum, in qua coquẽt ministri domus Domini victimas populi.

CAP. XLVII.

1 ET conuertit me ad portam domus, & ecce aquæ egrediebantur subter limen domus ad Orientem: facies enim domus respiciebat ad Oriẽtem: aquæ autem descendebant in latus templi dextrum ad Meridiem altaris.

2 Et eduxit me per viam portæ Aquilonis & conuertit me ad viam foras portam exteriorem, viam quæ respiciebat ad Orientem: & ecce aquæ redundantes à latere dextro.

3 Cum egrederetur vir ad Orientem, qui habebat funiculum in manu sua, & mensus est mille cubitos: & traduxit me per aquam vsque ad talos.

4 Rursumque mensus est mille: & traduxit me per aquam vsque ad genua:

5 Et mensus est mille: & traduxit me per aquam vsque ad renes. Et mensus est mille, & torrentem quem non potui pertransire: quoniam intumuerant aquæ profundi torrentis, qui non potest transuadari.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

12 *Cum autem fecerit princeps spontaneum holocaustum, aut pacifica spontanea Domino: aperiet ei portam respicientem ad Orientem, & faciet holocaustum suum & pacifica sua, sic faciet in die sabbati, & egredietur, & claudet portam postquam egressus fuerit.*

13 *Et agnum anniculum ipsius immaculatum facies holocaustum per diem Domino, singulo mane facies illud.*

14 *Et oblationem facies super eo singulo mane sextum Ephah, & olei tertiam Hin ad miscendum similam oblationem Domino statutis perpetuis iugiter.*

15 *Et facient agnum, & sacrificium, & oleum singulo mane holocaustum iuge.*

16 *Sic dixit Dominus Deus: Si dederit princeps donum alicui de filijs suis in hæreditatem eius: ipsum quod donauit, filiorum eius erit in possessionem eorum, hoc est in hæreditatem.*

17 *Si autem dederit donum de hæreditate sua vni de seruis suis, erit illius vsque ad annum libertatis, & reuertetur ad principem: sed hæreditas filiorum eius, hæreditas eorum erit.*

18 *Et non accipiet princeps de hæreditate populi, vt opprimat eos, de possessione eorum: de possessione sua hæreditatem dabit filijs suis, vt non dispergatur populus meus, vnusquisque à possessione sua.*

19 *Et introduxit me per ingressum qui erat ex latere portæ in cubicula sanctitatis quæ erat Sacerdotum, quæ respiciebant ad Aquilonem: & ecce ibi erat locus in lateribus ad Occidentem.*

20 *Et dixit ad me, Iste est locus in quo coquent sacerdotes oblationem pro delicto, & pro peccato, in quo coquent sacrificium, vt non efferant in atrium exterius, ad sanctificandum populum.*

21 *Et eduxit me in atrium exterius, & transire fecit me per quattuor angulos atrij, & ecce in singulis quattuor angulis erat atrium, hoc est cubiculum.*

22 *In quattuor angulis atrij erant atria ligata quadraginta cubitorum in longitudine, & triginta in latitudine mensura vna erat quattuor ipsis habentibus angulos.*

23 *Et paries erat in circuitu ipsorum cubiculorum per circuitum quattuor ipsorum, & culinæ factæ erant subter parietes per circuitum.*

24 *Et dixit ad me, Istæ sunt domus coquentium, aquæ coquent ibi ministri domus victimam populi.*

CAP. XLVII.

1 *ET conuertit me ad ostium domus, & ecce aquæ egrediebantur de loco qui erat sub limine domus ad Orientem: facies enim domus erat ad Orientem, aquæ autem descendebant de loco qui erat sub latere domus dextro à Meridie altaris.*

2 *Et eduxit me per viam portæ Aquilonaris, & conuertit me ad viam extra portam extrinsecus ad viam respicientem ad Orientem: & ecce aquæ egrediebantur à latere dextro.*

3 *Cum egrederetur vir ad Orientem, filum lineum erat in manu eius. Et mensus est mille mensuras, & transire fecit me per aquas, aquas* pertingentes *ad talos.*

4 *Et mensus est, mille, & transire fecit me per aquas, aquas vsque ad genua* pertingentes.

5 *Et mensus est mille, & transire fecit me aquas vsque ad renes, Et mensus est mille torrentem, quem non poteram transire: quoniam eleuarant se aquæ, aquæ natabiles torrentis qui non poterat transiri.*

Transl. ex Septuag.

Si autem fecerit dux confessionem, holocaustum, salutaris Domino: & aperiet sibi portam respicientem ad Orientem: & faciet holocaustum suum, & ea, quæ salutaris sui, sicut facit in die sabbatorum. Et egredietur: & claudet ostia postquam ipse egressus fuerit.

Et agnum anniculum immaculatum faciet in holocaustum quotidie Domino: mane faciet eum.

Et manaa faciet super eo, mane sextam partem mensuræ, & de oleo tertiam partem In ad miscendam similam manaa Domino, præceptum perpetuum:

Facietis agnum, & manaa: & oleum facietis mane, holocaustum sempiternum.

Hæc dicit Dominus Deus: Si dederit dux donum vni ex filiis suis de hæreditate sua: hoc filiis eius erit possessio hæreditas.

Si autem dederit donum vni ex pueris suis; & erit ei vsque ad annum remissionis: & reddet duci: verumtamen de hæreditate filiorum eius ipsis erit.

Et non tollet princeps de hæreditate populi opprimendo eos: de possessione sua hæreditatē dabit filiis suis, vt non dispergatur populus meus, vnusquisque à possessione sua.

Et introduxit me in ingressum eius, quæ ad tergum, portæ in exedrā sanctorum, Sacerdotum, respicientem ad Aquilonem: & ecce ibi locus separatus:

Et dixit ad me: Iste est locus, vbi coquēt ibi sacerdotes, quæ pro ignorantia, & quæ pro peccato: & ibi coquent manaa omnino: vt non efferant in atrium exterius ad sanctificandum populum.

Et eduxit me in atrium exterius: & circunduxit me per quattuor partes atrii: & ecce atrium ad latera atrii, ad latus atrium,

Atrium, super quattuor: & atrii atrium paruum longitudinis cubitorum quadraginta, & latitudo cubitorum triginta: mensura vna quattuor.

Et exedræ per circuitum in eis, per circuitum ipsis quattuor: & culinæ factæ sub exedris per gyrum.

Et dixit ad me: Hæ sunt domus coquorum, vbi coquent ibi ministri domus victimas populi.

CAP. XLVII.

ET introduxit me ad vestibula domus: & ecce aqua egrediebatur de subdio domus ad Orientem: facies enim domus respiciebat ad Orientem: & aqua descendebat à latere dextro, ab Austro ad altare.

Et eduxit me per viā portæ, quæ ad Aquilonem: & circūduxit me per viam exteriorem ad portam atrii respicientis ad Orientem: & ecce aqua deferebatur à latere dextro,

Sicut exitus viri ex aduerso: & mensura in manu eius. Et mensus est mille in mensura: & transiuit in aqua aquam remissionis:

Et mensus est mille: & transiuit in aqua aquam vsque ad fœmora:

Et mēsus est mille: & trāsiuit aquā vsq; ad lūbos. & mēsus est mille: & non potuit transire: quoniam intumuit, sicut torrēts, quem non pertransibunt.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

12 *Porro quum faciet princeps liberaliter holocaustum, aut pacifica liberaliter Iehouæ: aperiet ei portam illam respicientem Orientem, & faciet holocaustum suum & pacifica sua, sicut faciet in die sabbathi: postea egredietur, & claudet illam portam postquam egressus fuerit.*

13 *Et agnum anniculum immaculatum facies in holocaustum in die, ipsi Iehouæ, singulis matutinis facies illum.*

14 *Oblationem vero facies cum eo singulis matutinis sextam partem ephah, & olei tertiam partem hin, ad miscendam similam, oblationem* inquam *Iehouæ statutis perpetuis iugiter.*

15 *Facient* itaque *agnum, & oblationem, & oleum singulis matutinis, holocaustum iuge.*

16 *Sic dixit Dominus Iehouah. Si dederit princeps donum* aliquod *alicui de filijs suis* de *hæreditate sua, ipsum erit filiorum eius:* nam *possessio eorum est in hæreditate.*

17 *Si autem dederit donum de hæreditate sua vni de seruis suis, erit illius vsque ad annum libertatis, & reuertetur ad principem: verum hæreditas illius,* hæreditas *filiorum eius* est & *eorum erit.*

18 *Præterea non accipiet princeps de hæreditate populi, opprimendo eos: de possessione ipsorum: de possessione sua hæreditatem dabit filijs suis, ne dispergatur populus meus, quisque à possessione sua.*

19 *Et introduxit me per ingressum qui* erat *ex latere portæ, in cubicula sancta* quæ erat *Sacerdotum, quæ respiciebant ad Aquilonem, ecce autem ibi* erat *locus in lateribus ad Occidentem.*

20 *Et dixit ad me, Iste* est *locus in quo coquent sacerdotes victimam pro delicto & pro peccato,* & *in quo coquent oblationem: ne* illa *efferant in atrium exterius, ad sanctificandum populum.*

21 *Eduxit me deinde in atrium exterius, deduxitque me per quatuor angulos illius atrij, & ecce in singulis angulis* erat *atrium.*

22 *In quatuor angulis atrij* erant *atria alligata quadraginta* cubitorum *in longitudine, & triginta in latitudine mensura vna* erat *ipsis quatuor angulatis.*

23 *Paries autem* erat *in circuitu ipsorum, in circuitu* inquam *ipsorum quatuor: & culinæ factæ erant subter parietes per circuitum.*

24 *Et dixit ad me, Istæ sunt domus coquentium, in quibus coquent ministri domus victimam populi.*

CAP. XLVII.

1 *ET reuerti fecit me ad ostium domus, & ecce aquæ egrediebantur* de loco qui erat *sub limine* eius *domus ad Orientem: facies enim domus* erat *ad Orientem aquæ vero descendebant de* loco qui erat *sub latere domus dextro à Meridie altaris.*

2 *Et eduxit me* per *viam portæ Aquilonaris, & circuire fecit me* per *viam extra portam extrinsecus,* & ad *viam* portæ *respicientis Orientem: & ecce aquæ egrediebantur à latere dextro.*

3 *Quum egrederetur vir ille* ad *Orientem, linea* erat *in manu eius: & mensus est mille cubitos, & traduxit me per aquas* aquas inquam pertingentes *ad talos.*

4 *Mensus item est mille* alios, *& traduxit me per aquas* vsque ad *genua* pertingentes: *mensus est præterea mille & transduxit me per aquas* vsque ad *renes.*

5 *Et mensus est mille*, & ecce *torrens quem non potui transire, quoniam eleuarant sese aquæ, aquæ natationis torrentis qui transuadari non potest.*

Vulgat. Editio.

Et dixit ad me: Certe vidisti fili hominis. Et eduxit me, & conuertit ad ripam torrentis.

Cumque me conuertissem, ecce in ripa torrentis ligna multa nimis ex vtraque parte.

Et ait ad me: Aquæ istæ, quæ egrediuntur ad tumulos sabuli Orientalis, & descendunt ad plana deserti, intrabunt mare, & exibunt, & sanabuntur aquæ.

Et omnis anima viuens, quæ serpit, quocumque venerit torrens, viuet: & erunt pisces multi satis postquam venerint illuc aquæ istæ, & sanabuntur & viuent omnia, ad quæ venerit torrens.

Et stabunt super illas piscatores, ab Engaddi vsque ad Engallim siccatio sagenarum erit: plurimæ species erunt piscium eius, sicut pisces maris magni multitudinis nimiæ:

In littoribus autem eius, & in pallustribus non sanabuntur, quia in salinas dabuntur.

Et super torrentem orietur in ripis eius ex vtraque parte omne lignum pomiferum: non defluet folium ex eo, & non deficiet fructus eius: per singulos menses afferet primitiua, quia aquæ eius de sanctuario egredientur: & erunt fructus eius in cibum, & folia eius ad medicinam.

Hæc dicit Dominus Deus. Hic est terminus, in quo possidebitis terram in duodecim tribubus Israel: quia Ioseph duplicem funiculum habet.

Possidebitis autem eam singuli æque vt frater suus: super quam leuaui manum meam vt darem patribus vestris: & cadet terra hæc vobis in possessionem.

Hic est autem terminus terræ: ad plagam Septentrionalem à mari magno via Hethalon, venientibus Sedada,

Emath, Berotha, Sabarim, quæ est inter terminum Damasci & confinium Emath, domus Tichon, quæ est iuxta terminum Auran.

Et erit terminus à mari vsque ad atrium. Enon terminus Damasci, & ab Aquilone ad Aquilonem: terminus Emath plaga Septentrionalis.

Porro plaga Orientalis de medio Auran, & de medio Damasci, & de medio Galaad, & de medio terræ Israel, Iordanis disterminans ad mare Orientale, metiemini etiam plagam Orientalem.

Plaga autem Australis meridiana à Thamar vsque ad aquas contradictionis Cades: & torrens vsque ad mare magnum: & hæc est plaga ad Meridiem australis.

Et plaga Maris, mare magnum à confinio per directum, donec venias Emath: hæc est plaga Maris.

Et diuidetis terram istam vobis per tribus Israel.

Et mittetis eam in hæreditatem vobis, & aduenis, qui accesserint ad vos, qui genuerint filios in medio vestrum: & erunt vobis sicut indigenæ inter filios Israel: & vobiscum diuident possessionem in medio tribuum Israel.

In tribu autem quacumque fuerit aduena, ibi dabitis possessionem illi, ait Dominus Deus.

CAP. XLVIII.

ET hæc nomina tribuum à finibus Aquilonis iuxta viam Hethalon pergentibus Emath, atrium Enan terminus Damasci ad Aquilonem iuxta viam Emath. Et erit ei plaga Orientalis Mare, Dan vna.

Et super terminum Dan, à plaga Orientali vsque ad plagam Maris, Aser vna:

Transl. ex Heb. Sanct. Pang.

6 *Et dixit ad me: Nonne vidisti fili hominis. Et ire fecit*
me, & conuertit me ad ripam torrentis.
7 *Cum vertissem me, ecce in ripa torrentis erant ligna*
multa valde hinc, & inde.
8 *Et dixit ad me: Aquæ istæ quæ egrediuntur ad termi-*
num Orientalem, descendent per planiciem, & intrabunt
mare Orientale *& ad mare* Occidentale *educentur, &*
sanabuntur aquæ.
9 *Et erit omnis anima viuens quæ serpit, quocumque in-*
gressi fuerint ij duo torrentes, viuet: & erunt pisces multi
valde, quia intrauerunt aquæ istæ illuc & sanabuntur,
& viuet quicquid intrauerit illuc, vbi erit torres.
10 *Et erit, stabunt in eo piscatores, ab Henghedi, vsque ad*
Heglaim, extensiones retium erunt: in specie sua erunt pi-
sces eorum, sicut piscis maris, magni, multi valde.
11 *Cœnosa eius, & paludes eius non sanabuntur, in sali-*
nas dabuntur.
12 *Et iuxta torrentem ascendent, iuxta ripam eius hinc,*
& inde omnis arbor fructus comestibilis: non defluet fo-
lium eius, nec consumetur fructus eius: mensibus suis
maturabit, quia aquæ eius de sanctuario egrediuntur: &
erit fructus eius in cibum, & folium eius ad fractionem
sanandum vtile.
13 *Sic dixit Dominus* Deus: *Hic est terminus, in quo hæ-*
reditatem diuidetis terram duodecim tribubus Israel, Io-
seph sortes duæ erunt.
14 *Et hæreditate accipietis eam vnusquisque sicut frater*
suus accipiet super quam leuaui manum meam, vt da-
rem eam patribus vestris: & cadet terra hæc vobis in hæ-
reditatem.
15 *Hic autem est terminus terræ ad plagam Aquilonarem*
à mari magno via Chethlon ad veniendum in Sedad.
16 *Chamath, Berothah Sibraim, quæ est inter terminum*
Dammesech, & terminum Chamath, Chaser Hattichon
quod est in termino Chauran.
17 *Et erit terminus à mari Chasar, Henon, terminus Dã-*
mesec, & termin⁹ Aquilonaris terræ Israel, & ad Aquilo-
nẽ mũdi, & terminus Chamath, & plagam Aquilonarem.
18 *Et plagam Orientalem inter Chauran, & inter Dam-*
mesech, & inter Ghilhad, & terram Israel, Iarden à ter-
mino vsque ad mare Orientale metiemini, & plagam O-
rientalem.
19 *Et plagam Meridianam ad meridiem, & plagam me-*
ridianam à Thamar vsque ad aquas contradictionum Ca-
des: torrentem vsque ad mare magnum, & hæc est plaga
Meridiana australis.
20 *Et plagam Occidentalem mare magnum à termino vs-*
que contra ingressũ Chamath: hæc est plaga Occidẽtalis.
21 *Et diuidetis terram hanc vobis tribubus Israel.*
22 *Et erit sortiemini eam in hæreditatem vobis, & pe-*
regrinis qui peregrinantur in medio vestrum, qui genue-
rint filios in medio vestrum: & erunt vobis sicut indi-
genæ inter filios Israel: vobiscum cadent in hæreditatem in
medio tribuum Israel.
23 *Et erit in tribu in qua peregrinatur peregrinus dabi-*
tis hæreditatem eius, dixit Dominus Deus.

CAP. XLVIII.

1 *ET hæc nomina tribuum à fine ad Aquilonem ad la-*
tus via Chethlon veniendo Chamath, Chasar, Hena,
terminus Dammesech, ad Aquilonem ad latus Chamath
Et erunt ei plaga Orientalis mare Dan vna.
2 *Et iuxta terminum Dan à plaga Orientali vsque ad*
plagam Maris Aser vna:

Digitized by Google

Transſl. ex Septuag.

6 Et dixit ad me: Vidiſti fili hominis? Et duxit me,
& conuertit ad labium fluminis,
7 In conuerſione mea,& ecce ſuper labium flumi-
nis arbores multæ nimis hinc & inde.
8 Et dixit ad me: Aqua iſta, quæ egreditur in
Galilæam, quæ ad Orientem,& deſcendebat in
Arabiam, & veniebat vſque ad mare ad aquam
exitus:& ſanabit aquas.
9 Et erit omnis anima animaliũ ebullentiũ, ad oĩa
ad quæ ſuperuenerit illuc fluui⁹, viuet, & erit ibi
piſcis mult⁹ valde:quia venit illuc aqua hæc,& ſa-
nabit,viuet oñe,ad quod venerit fluui⁹ illuc,viuet
10 Et ſtabunt ibi piſcatores, ab Ingadim vſque ad
Engallim ſiccatio ſagenarum erit. Secundum ſe
erit,& piſces eius,ſicut piſces maris magni mul-
titudo magna nimis.
11 Et in exitu eius & in conuerſione eius,& in ela-
tione eius,non ſanabuntur, in ſales data ſunt,
12 Et ſuper fluuium aſcendet ſuper labium eius
hinc & inde omne lignum eſui aptum: non vete-
raſcet in eo,neque deficiet fructus eius:de nouita-
te ſua primitiua dabit quia aquæ eorum è ſanctis
hæ egredientur:& erit fructus eorum in eſcam,&
aſcenſio eorum ad ſanitatem.
13 Hæc dicit Dominus Deus: Hos terminos,hæ-
reditatis terræ duodecim Iſrael:augmentum funi-
culi.
14 Et hæreditabitis eam vnuſquiſque, ſicut frater
ſuus, in quam leuaui manum meam vt darem
patribus ipſorum: & cadet terra hæc vobis in hæ-
reditatem.
15 Et hi ſunt termini terræ quæ ad Aquilonem, à
mari magno deſcendente & abſcindente,
16 Introitu Emas eldam, Maaнtheras,Hebrameliam
inter terminum Damaſci & terminos Emathi,
atriũ Saynã:quæ ſunt ſupra terminos Auranitidis.
17 Iſti ſunt termini à mari ab atrio Ænan termini
Damaſci,& qui ad Aquilonem.
18 Et qui ad Orientem,inter Loranitiden &Dama-
ſcum,& inter Galaaditiden,& terram Iſrael,Iorda-
nis diſterminat ad mare, quod ad Orientem pal-
meti,Iſti ad Orientem.
19 Et,qui ad Auſtrum & Africum à Thæman, &
palmeto vſque ad aquam Marimoth Cadim ex-
tendens ad mare magnum: Hæc pars Auſter, &
Africus.
20 Hæc pars Maris magni diſterminat, vſque con-
tra introitum Æmath, vſque ad introitum eius.
21 Hi ſunt,qui ad mare Emath. Et metiemini hanc
terram ipſis tribubus Iſrael.
22 Mittetis in ſortem vobis, & aduenis, qui inco-
lunt in medio veſtri qui genuerunt filios in medio
veſtri:& erunt quaſi veſtri indigenæ in filiis Iſrael
vobiſcum comedent in hæreditate in medio tri-
buum Iſrael.
23 Et erũt in tribu aduenarũ inter aduenas, qui vo-
biſcũ:ibi dabitis hæreditatẽ eis,ait Dominus Deus.

CAP. XLVIII.

1 ET hæc nomina tribuum ab initio, quod ad
Aquilonem, ſecundum partem deſcenſus ip-
ſius abſcindentis ad introitum Emath atrii Ælam.
terminus Damaſci ad Aquilonem, ſecundum
partem Emath atrij. Et erunt eis,ea quæ ad Orien-
tem vſque ad mare,Dan vna.
2 Et à terminis Dan, quæ ad Orientem vſque ad
mare Aſſer vna.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

6 *Et dixit ad me, Vidiſti fili hominis? Et deduxit me, &
reduxit me ad ripam ipſius torrentis.*
7 *Quum reuerſus eſſem,* vidi *& ecce in ripa ipſius tor-
rentis* erant *arbores multæ valde hinc & inde.*
8 *Et dixit ad me, Aquæ iſtæ egrediuntur ad Gelilah O-
rientalem, & deſcendunt in planitiem, ingredienturque
mare* Orientale *in mare* inquam *eductarum* aquarum
& ſanabuntur aquæ.
9 *Erit autem omnis anima viuens quæ reptat, quocunque
ingreſsi fuerint ij duo torrẽtes, viuet: eruntque piſces mul-
ti valde, quia intrauerunt illuc aquæ illæ & ſanabuntur
& viuet quicquid intrauerit illuc* vbi erit *torrens ille.*
10 *Erit præterea, ſtabunt iuxta illum piſcatores, ab Engedi
vſque ad Eneglaim expanſio retium erunt: in ſpecie ſua
erunt piſces eorum, ſicut piſces Maris, magni, multi valde.*
11 *Cænoſa eius & paludes eius non ſanabuntur, in ſali-
nas dabuntur.*
12 *Cæterum iuxta torrentem illum aſcendet ad ripam eius
hinc & inde omnis arbor cibi* comeſtibilis*: non deſluet
folium eius, nec deficiet fructus eius: menſibus ſuis afferet
primitiua, quia aquæ eius de ſanctuario egrediuntur: erit-
que fructus eius in cibum, & folium eius ad fractionem* ſa-
nandum vtile.
13 *Sic dixit Dominus Iehouah, Iſte* eſt *terminus in quo
hæredes conſtituemini terræ per duodecim tribus Iſrael,
Ioſeph, ſortes* duæ erunt.
14 *Et hæreditario iure accipietis eam, quiſque ſicut frater
ſuus,* ſuper *quam leuaui manum meam quod darem eam
Patribus veſtris: cadetque terra hæc vobis in hæreditatem.*
15 *Hic autem eſt terminus terræ ad plagam Aquilonarem
à Mari magno via Hethlon veniendo in Sedad.*
16 *Hamath, Berothah, Sibraim quæ* eſt *inter terminum
Dammeſec & terminum Hamath, Haſer hatichon quæ
eſt in termino Hauran.*
17 *Erit itaque terminus à Mari Haſar, Enon, terminus
Dammeſec, &* reſiduum partis *Aquilonaris* terræ Iſ-
rael,& *ad Aquilonẽ* mundi, *& terminus Hamath, &
plaga Aquilonaris.*
18 *Et plagam Orientalem inter Hauran, & inter Damme-
ſec, & inter Gilad & à medio terræ Iſrael à Iarden, à
termino* qui eſt *ad mare Orientale, metiemini atque hoc
latus Orientem verſus.*
19 *Plagam autem Meridianam ad Auſtrum à Thamar
vſque ad aquas Meriboth* in *Cades*,& *torrentem* qui de-
currit vſque *ad Mare magnum: & hæc eſt plaga Meri-
diana Auſtralis.*
20 *Plaga autẽ Occidẽtalis* erit *Mare magnũ à termino* iſto
vſq; e regione ingreſſ⁹ Hamath: hæc eſt plaga Occidẽtalis.
21 *Diuidetis ergo terram hanc vobis per tribus Iſrael.*
22 *Et erit, ſortiemini eam in hæreditatem vobis, & pere-
grinis qui peregrinantur in medio veſtri, qui genuerint fi-
lios in medio veſtri: eruntque vobis tanquam indigenæ in-
ter filios Iſrael, vobiſcum cadent in hæreditatem in medio
tribuum Iſrael.*
Et erit in tribu in qua peregrinatur peregrinus, ibi
23 *dabitis illi hæreditatem eius, dixit Dominus Iehouah.*

CAP. XLVIII.

1 *ET hæc nomina tribuum à fine Aquilonis ad latus
via Hethlon veniendo Hamath, Haſar, Enan,* & *ter-
minum Dammeſec: ad Aquilonem, ad latus Hamath erunt*
eis limites iſti à *plaga Orientali vſque ad Occidentem
Dan vna.*
2 *Et iuxta terminum Dan à plaga Orientali vſque ad
plagam Maris, Aſer vna.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

3 Et ſuper terminum Aſer, à plaga Orientali vſque ad plagam Maris, Nephtali vna.

4 Et ſuper terminum Nephtali, à plaga Orientali vſque ad plagam Maris, Manaſſe vna.

5 Et ſuper terminum Manaſſe, à plaga Orientali vſque ad plagam Maris Ephraim vna.

6 Et ſuper terminum Ephraim à plaga Orientali vſque ad plagam Maris Ruben vna.

7 Et ſuper terminum Ruben, à plaga Orientali vſque ad plagam Maris, Iuda vna.

8 Et ſuper terminum Iuda, à plaga Orientali vſque ad plagam Maris, erunt primitiæ, quas ſeparabitis, vigintiquinque millibus latitudinis & longitudinis, ſicuti ſingulæ partes à plaga Orientali vſque ad plagam Maris: & erit ſanctuarium in medio eius.

9 Primitiæ, quas ſeparabitis Domino: longitudo vigintiquinque millibus, & latitudo decem millibus.

10 Hæ autem erunt primitiæ ſanctuarij ſacerdotum ad Aquilonẽ longitudinis vigintiquinq; millia, & ad Mare latitudinis decem millia, ſed & ad Orientem latitudinis decem millia, & ad Meridiẽ longitudinis vigintiquinque millia: & erit ſanctuarium Domini in medio eius.

11 Sacerdotibus ſanctuariũ erit de filijs Sadoc, qui cuſtodierunt ceremonias meas, & non errauerunt cum errarent filij Iſrael, ſicut errauerũt & Leuitæ.

12 Et erunt eis primitiæ de primitijs terræ ſanctum ſanctorum, iuxta terminum Leuitarum.

13 Sed & Leuitis ſimiliter iuxta fines ſacerdotum vigintiquinque millia longitudinis, & latitudinis decem millia. Omnis longitudo viginti & quinque millium, & latitudo decem millium.

14 Et non venundabunt ex eo, neque mutabunt, neque transferentur primitiæ terræ, quia ſanctificatæ ſunt Domino.

15 Quinque millia autem quæ ſuperſunt in latitudine per vigintiquinque millia, profana erunt vrbis in habitaculum, & in ſuburbana: & erit ciuitas in medio eius.

16 Et hæ menſuræ eius ad plagam Septentrionalem quingenta & quattuor millia: & ad plagam Meridianam, quingenta & quattor millia: & ad plagam Orientalem, quingenta & quattuor millia: & ad plagam Occidentalem, quingenta & quattuor millia.

17 Erunt autem ſuburbana ciuitatis ad Aquilonem ducenta quinquaginta, & ad Meridiem ducenta quinquaginta, & ad Orientem ducenta quinquaginta, & ad Mare ducenta quinquaginta.

18 Quod autem reliquum fuerit in longitudine ſecundum primitias ſanctuarij, decem millia in Orientem, & decem millia in Occidentem, erunt ſicut primitiæ ſanctuarij: & erunt fruges eius in panes his, qui ſeruiunt ciuitati.

19 Seruientes autem ciuitati, operabuntur ex omnibus tribubus Iſrael.

20 Omnes primitiæ, vigintiquinque milliũ, per vigintiquinque millia in quadrum, ſeparabuntur in primitias ſanctuarij, & in poſſeſſionem ciuitatis.

21 Quod autem reliquum fuerit, principis erit ex omni parte primitiarum ſanctuarij, & poſſeſſionis ciuitatis è regione vigintiquinque millium primitiarum vſque ad terminum Orientalem: ſed & ad Mare è regione vigintiquinque millium vſque ad terminum maris, ſimiliter in partibus principis erit: & erunt primitiæ ſanctuarij, & ſanctuarium templi in medio eius.

De

Tranſl. ex Heb. Sanct. Pang.

3 *Et iuxta terminum Aſer à plaga Orientali vſque ad plagam Occidentalem, Naphtali vna.*

4 *Et iuxta terminum Naphtali à plaga Orientali vſque ad plagam Occidentalem Menaſſeh vna.*

5 *Et iuxta terminum Menaſſeh à plaga Orientali vſque ad plagam Occidentalem Ephraim vna.*

6 *Et iuxta terminum Ephraim à plaga Orientali vſque ad plagam Occidentalem, Reuben vna.*

7 *Et iuxta terminum Reuben à plaga Orientali vſque ad plagam Occidentalem Iehudah vna.*

8 *Et iuxta terminum Iehudah, à plaga Orientali vſque ad plagam Occidentalem, erit oblatio* ſpontanea, *quam offeretis quinque, & viginti millium latitudinis, & longitudinis ſicut vna è partibus à plaga Orientali, vſque ad plagam Occidentalem: & erit ſanctuarium in medio eius.*

9 *Oblatio quam offeretis Domino: longitudo quinque, & viginti millium, & latitudo decem millium.*

10 *Et iſtis erit oblatio ſanctitatis ſacerdotibus: ad Aquilonem quinque & viginti millia, & ad Occidentem latitudinis decem millia, & ad Orientem latitudinis decem millia, & ad Meridiem longitudinis quinque, & viginti millia: & erit ſanctuarium Domini in medio eius.*

11 *Sacerdotibus ſanctificatis de filijs Sadoc, qui cuſtodierunt cuſtodiam meam, qui non errauerunt cum errarent filij Iſrael, ſicut errauerunt Leuitæ.*

12 *Erit eis oblatum de oblatione terræ, ſanctitas ſanctitatum iuxta terminum Leuitarum.*

13 *Et Leuitæ contra terminum ſacerdotum quinque, & viginti millium, longitudinis, & latitudinis decem millium. Omnis longitudo quinque, & viginti millium, & latitudo decem millium.*

14 *Et non venundabunt ex eo, nec mutabunt, neque transferent primitias terræ, quia ſanctitas eſt Domino.*

15 *Et quinque millia quæ ſuperſunt in latitudine contra quinque, & viginti millia erunt prophana ciuitatis in habitaculum, & in ſuburbanum: & erit ciuitas in medio eius.*

16 *Et hæ menſuræ eius plaga Aquilonaris, quingentorum, & quattuor millium: & plaga Auſtralis quingentorum, & quattuor milliũ & à plaga Meridiana quingentorum, & quattuor millium, & plaga Occidentalis quingentorum, & quattuor millium.*

17 *Et erit ſuburbanum ciuitatis ad Aquilonem quinquaginta, & ducentorum, & ad Occidentem quinquaginta, & ducentorum.*

18 *Quod autem reliquum fuerit in longitudine è regione oblationis ſanctitatis, decem millia ad Orientem, & decem millia ad Occidentem, & erit fructus eius in panem ſeruitoribus ciuitatis.*

19 *Et ſeruitores ciuitatis ſeruient ei ex omnibus tribubus Iſrael.*

20 *Omnis oblatio quinque, & viginti millium cum quinque, & viginti millibus per quartum offeretis oblationem ſanctitatis in poſſeſſionem ciuitatis.*

21 *Quod autem reliquum fuerit principis erit hinc, & inde ad oblationem ſanctuarij, & ad poſſeſſionem ciuitatis ante quinque, & viginti millia oblationis vſque ad terminum Orientalem, & ad Occidentem ante quinque, & viginti millia vſque ad terminum Occidentalem contra partes principis, & erit oblatio ſanctitatis, & ſanctuarium domus in medio eius.*

De

Transl. ex Septuag:

Et à terminis Asser, ab ijs quæ ad Orientem vsq; ad ea, quæ ad mare, Nephthalim vna.

Et à terminis Nephthalim ab Oriente vsque ad ea, quæ ad mare. Manasse vna.

Et à terminis Manasse, ab ijs, quæ ad Orientem ad ea quæ ad mare, Ephræm vna.

Et à terminis Ephræm ab iis, quæ ad Orientem, vsque ad ea, quæ ad mare, Ruben vna.

Et à terminis Ruben ab iis, quæ ad Orientem vsque ad mare, Iuda vna.

Et à terminis Iuda, ab iis, quæ ad mare, erunt primitiæ separationis, quinque & viginti millia latitudo, & longitudo sicut vna partium ab iis, quæ ad Orientem, & vsque ad ea, quæ ad mare: & erit sanctuarium in medio eorum.

Primitias, quas separabunt Domino, longitudo quinque & viginti millia, & latitudo viginti quinque millia.

Ex his erunt primitiæ sanctorum sacerdotibus: ad Aquilonem quinque & viginti millia: & ad mare decem millia: & ad Austrum viginti & quinque millia: & mons sanctorum erit in medio eius.

Sacerdotibus sanctificatis filiis Sadduc custodientibus custodias domus, qui non errauerunt in errore filiorum Israel, sicut errauerunt Leuitæ.

Et erunt eis primitiæ datæ de primitiis terræ, sanctum sanctorum de terminis Leuitarum.

Leuitis autem iuxta fines sacerdotum, longitudo quinque & viginti millia, & latitudo decem millia omnis longitudo quinque & viginti millia, & latitudo viginti millia.

Non vendetur ex eo, neque mensurabitur, neque auferentur primitiæ terræ, quia sanctum est Domino.

Quinque millia autem quæ supersunt in latitudine in quinque & viginti millibus, antemurale erit ciuitati in habitaculum, & in spatium eius. Et erit ciuitas in medio eius:

Et hę mensuræ eius: ab ijs quæ ad Aquilonem, quingenti & quatter mille: & ab his, quæ ad Austrum, quingenti & quattuor millia, & ab his, quæ ad Orientem, quingenti & quattuor millia, & ab his, quæ ad mare, quatter mille quingenti.

Et erit spatium ciuitati ad Aquilonem ducenti quinquaginta, & ad Austrum ducenti & quiquaginta, & ad Orientem ducenti quinquaginta, & ad mare ducenti quinquaginta.

Quod autem supererit longitudinis iuxta primitias sanctorum, decem millia ad Orientem, & decem millia ad mare. Et erunt primitiæ sanctuarii: & erunt genimina eius in panes in his, qui operantur ciuitati.

Qui autem operantur ciuitati: operabuntur ei ex omnibus tribubus Israel.

Omnes primitiæ quinque & viginti millia per quinque & viginti millia in quadrum: separabitis ipsius primitias sanctuarij à possessione ciuitatis.

Quod autem supererit, duci ex hoc, & ex hoc à primitijs sanctuarij, & in possessionem ciuitatis, ad quinque & millia longitudo vsque ad terminos eorum, quæ ad mare iuxta partes ducis: & erunt primitiæ sanctorum, & sanctificatio domus in medio eius.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

3 *Et iuxta terminum Aser, à plaga Orientali vsque ad plagam Occidentalem, Naphthali vna.*

4 *Et iuxta terminum Naphthali à plaga Orientali vsque ad plagam Occidentalem, Menasseh vna.*

5 *Et iuxta terminum Menasseh à plaga Orientali vsque ad plagam Occidentalem, Ephraim vna.*

6 *Et iuxta terminum Ephraim, à plaga Orientali vsque ad plagam Occidentalem, Reuben vna.*

7 *Et iuxta terminum Reuben, à plaga Orientali vsque ad plagam Occidentalem, Iehudah vna.*

8 *Et iuxta terminum Iehudah, à plaga Orientali vsque ad plagam Occidentalem, erit oblatio spontanea quam offeretis quinque & viginti milium* calamorum *latitudinis, & longitudinis sicut vna* quæque *partium, à plaga Orientali vsque ad plagam Occidentalem: eritq; sanctuarium in medio eius.*

9 *Oblatio illa quam offeretis Iehoua,* erit *longitudinis quinque & viginti milium, & latitudinis decem milium* calamorum.

10 *Et istorum erit oblatio sancta, nempe sacerdotibus: ad Aquilonem, quinque & viginti milia* calamorum longitudinis*: & ad Occidentem, latitudinis decem millia: ad Meridiem præterea longitudinis quinque & viginti milia, & erit sanctuarium Iehoua in medio eius.*

11 *Sacerdotibus* inquam *sanctificatis de filijs Sadoc, qui custodierunt custodiam meam, qui non errauerunt quum errarent filij Israel: sicut errauerunt* alij *Leuitæ.*

12 *Erit* itaque *eis oblata terra de oblatione, terra sanctitas sanctitatum iuxta terminum Leuitarum.*

13 *Leuitarum autem* portio *iuxta terminum sacerdotum, quinque & viginti milium longitudinis & latitudinis decem milium: tota longitudo quinque & viginti milium, & latitudo decem milium.*

14 *Non vendent autem ex eo, nec commutabunt, neque transferent primitias terræ, quia sanctitas* est *ipsi Iehouæ.*

15 *Porrò quinque milia quæ supersunt in latitudine super quinque & viginti milia, erunt profana ciuitatis* ædificandæ *in habitationem, & in suburbanum, & erit vrbs ipsa in medio eius.*

16 *Hæ* sunt *autem dimensiones ad plagam Aquilonarem* erat *quingentorum & quatuor milium: & ad plagam Australem quingentorum & quatuor milium: & ad plagam Orientalem, quingentorum & quatuor milium: & ad plagam Occidentalem, quingentorum & quatuor milium.*

17 *Suburbanum vero vrbi, erit ad Aquilonem quinquaginta & ducentorum, & Meridiem versus quinquaginta & ducentorum, & Orientem versus ducentorum quinquaginta, & ad Occidentem quinquaginta & ducentorum.*

18 *Quod autem reliquum fuerit in ipsa longitudine, è regione oblationis sanctæ,* erunt *decẽ milia ad Orientem, & decem milia ad Occidentem, eritque è regione illius oblationis sanctæ: fructus autem eius erit in panem seruientibus vrbi.*

19 *Hi autem qui seruient vrbi, seruient ei ex omnibus tribubus Israel.*

20 *Tota oblatio ista* erit *quinque & viginti milium cum quinque & viginti milibus: quadratam offeretis oblationem sanctam cum possessione vrbis.*

21 *Quod autem reliquum fuerit, principis erit,* reliquum inquam *hinc & inde ad oblationem sanctam, & ad possessionem vrbis è regione quinque & viginti milium* totius *oblationis, vsque ad terminum Orientalem: & ad Occidentem è regione quinque & viginti milium vsque ad terminum Occidentalem, è regione partium, principis erit: eritque oblatio sancta, & sanctuarium domus in medio eius.*

Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pang.
De possessione autem Leuitarum,& de possessione ciuitatis in medio partium principis: erit inter terminum Iuda, & inter terminum Beniamin: & ad principem pertinebit.	22	*De possessione autem Leuitarum,& de possessione ciuitatis in medio quod principis erit, inter terminum Iehudah, & terminum Biniamin principis erit.*
Et reliquis tribubus: A plaga Orientali vsque ad plagam Occidentalem Beniamin vna.	23	*Et residuum tribuum à plaga Orientali vsque ad plagam Occidentalem Biniamin vna.*
Et contra terminum Beniamin, à plaga Orientali vsque ad ad plagam Occidentalem, Simeon vna.	24	*Et iuxta terminum Biniamin à plaga Orientali vsque ad plagam Occidentalem Simhon vna.*
Et super terminum Simeonis, à plaga Orientali vsque ad plagam Occidentalem, Issachar vna.	25	*Et iuxta terminum Simhon à plaga Orientali vsque ad plagam Occidentalem, Isaschar vna.*
Et super terminum Issachar, à plaga Orientali vsque ad plagam Occidentalem; Zabulon vna.	26	*Et iuxta terminum Isaschar, à plaga Orientali, vsque ad plagam Occidentalem Zebulun vna.*
Et super terminum Zabulon, à plaga Orientali vsque ad plagam Maris, Gad vna.	27	*Et iuxta terminum Zebulun à plaga Orientali, vsque ad plagam Occidentalem Gad vna.*
Et super terminum Gad, ad plagam Austri in Meridie: & erit finis de Thamar vsque ad aquas contradictionis Cades, hæreditas contra mare magnum	28	*Et iuxta terminum Gad ad plagam Austri in Meridiem & erit terminus à Tamar aquæ contradictionis Cades hereditas contra mare magnum.*
Hæc est terra, quam mittetis in sortem tribubus Israel: & hæ partitiones earum, ait Dominus Deus.	29	*Hæc est terra quam sortiemini de hæreditate tribubus Israel, & hæ portiones earum, dixit Dominus Deus.*
Et hi egressus ciuitatis: A plaga Septentrionali quingentos & quattuor millia mensurabis.	30	*Et hi egressus ciuitatis: A plaga Aquilonari quingentorum, & quattuor millium in mensura.*
Et portæ ciuitatis ex nominibus tribuum Israel Portæ tres à Septentrione, porta Ruben vna, & porta Iuda vna, & porta Leui vna.	31	*Et portæ ciuitatis per nomina tribuum Israel, portæ tres ad Aquilonem, porta Reuben vna, porta Iehudah vna, porta Leui vna.*
Et ad plagam Orientalem, quingentos & quattuor millia: & portæ tres, porta Ioseph vna, porta Beniamin vna, & porta Dan vna.	32	*Et ad plagam Orientalem quingentorum & quattuor millium: & portæ tres, porta Ioseph vna, porta Biniamin vna, porta Dan vna.*
Et ad plagam Meridianam, quingentos & quattuor millia metieris: & portæ tres, porta Simeonis vna, porta Issachar vna, porta Zabulon vna.	33	*Et ad plagam etiam Meridianam quingentorum, & quatuor millium in mensura: & portæ tres, porta Simhon vna, porta Isaschar vna, porta Zebulun vna.*
Et ad plagam Occidentalem quingentos & quattuor millia, & portæ eorum tres, porta Gad vna, porta Aser vna, & porta Nephthali vna.	34	*Ad plagam Occidentalem quingentorum, & quattuor millium, portæ eorum tres, porta Gad vna, porta Aser vna porta Naphtali vna.*
Per circuitum, decem & octo millia: & nomen ciuitatis, ex illa die, Dominus ibidem.	35	*Per circuitum octo, & decem millia: & nomen ciuitatis ex eo die, Dominus ibidem.*

Transl ex Septuag.

Et de Leuitis de possessione ciuitatis in medio,
Ducum erit inter terminos Iuda,& inter terminos
Beniamin: & Ducum erit.
Et quod superest tribuum ab his, quæ ad mare,
Beniamin vna.
Et à terminis Beniamin ab his,quæ ad Orientem
vsque ad ea,quæ ad mare,Symeon vna.
Et à terminis Symeon ab his,quæ adOrientem,
vsque ad mare,Iessachar vna.
Et à terminis Issachar ab his, quæ ad Orientem,
vsque ad ea,quæ ad mare,Zabulon vna.
Et à terminis Zabulon ab his,quæ ad Orientem
vsque ad ea,quæ ad mare Gad vna.
Et à terminis Gad ab his, quæ ad Orientem vs-
que ad ea,quę ad Africum: & erunt termini eius à
Thæman,& aqua Barimoth Cades,hæreditatis vs-
que ad mare magnnm.

Hæc est terra,quam mittetis in sortem tribubus
Israel:& hæ sunt partitiones earum,ait Dominus
Deus.
Et hi sunt egressus ciuitatis, qui ad Aquilonem,
quatter mille & quingenti mensura.
Et portæ ciuitatis in nominibus tribuum Israel
Portæ tres ad Aquilonem,porta Ruben vna,& por-
ta Iuda vna,& porta Leui vna.
Et qua ad Orientem, quatter mille, & quingenti:
& portæ tres,porta Ioseph vna, & porta Beniamin
vna,& porta Dan vna.
Et qua ad Austrum,quatter mille quingenti:mē-
sura:& portæ tres,porta Symeon vna,& porta Is-
sachar vna,& porta Zabulon vna.
Et qua ad mare, quatter mille & quingenta
mensura: portæ tres porta Gad vna, porta Asser
vna, & porta Nephtalim vna.
Circuitus,decem & octo millia.Et nomen ciui-
tatis,ex qua die facta fuerit,erit nomen eius.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

22 *A possessione enim Leuitarum,& à possessione vrbis,*quæ
in medio eius sunt *quod principis erit , inter terminum*
Iehudah & terminum Biniamin principis erit.
23 *Porro residuum tribuum* sic se habebit : *à plaga*
Orientali vsque ad plagam Occidentalem, Biniamin vna.
24 *Et iuxta terminum Biniamin, à plaga Orientali vsque*
ad plagam Occidentalem Simon vna.
25 *Et iuxta terminum Simon, à plaga Orientali vsque ad*
plagam Occidentalem, Issachar vna.
26 *Et iuxta terminum Issachar, à plaga Orientali vsque*
ad plagam Occidentalem, Zebulun vna,
27 *Et iuxta terminum Zebulun, à plaga Orientali vsque*
ad plagam Occidentalem, Gad vna.
28 *Et iuxta terminum Gad, ad plagam Meridionalem ad*
Austrum , erit limes regionis Meridionalis , *& erit*
terminus ille Meridionalis *à Thamar* vsque ad *Aquas*
Meribah in *Cades* & *torrentem* qui decurrit *in mare*
magnum.
29 *Hæc est terra quam sortiemini in hæreditatem tribu-*
bus Israel,& hæ portiones earum, dixit Dominus Iehe-
uah.
30 *Hi autem* erunt *exitus vrbis , ad plagam Aquilona-*
rem, quatuor milia & quingenti calami in *mensura.*
31 *Et portæ illæ vrbis* erunt *secundum nomina tribuum*
Israel: portæ tres ad Aquilonem, porta Reuben vna, porta
Iehudah vna, porta Leui vna.
32 *Et ad plagam Orientalem, quatuor milia & quingenti*
calami: *portæque tres, porta Ioseph vna, porta Biniamin*
vna, porta Dan vna.
33 *Ad plagam etiam Meridianam, quatuor milia & quin-*
genti calami in *mensura: & portæ tres, porta Simon vna,*
porta Issachar vna, porta Zebulun vna.
34 *Ad plagam vero Occidentalem, quatuor milia & quin-*
genti & *portæ eorum tres, porta Gad vna, porta Aser vna,*
porta Naphtali vna.
35 *Per circuitum, octo & decem milia* calamorum: *&*
nomen vrbis ex eo die , Iehouah illic,

PROPHETIÆ DANIELIS

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM.

ANno tertio regni Ioakim regis Iuda, venit Nabuchodonosor rex Babylonis in Ierusalem & obsedit eam;

Et tradidit Dominus in manu eius Ioakim regem Iuda, & partem vasorum domus Dei: & asportauit ea in terram Sennaar in domum Dei sui, & vasa intulit in domum Thesauri Dei sui.

Et ait rex Asphenez præposito Eunuchorum vt introduceret de filijs Israel, & de semine regio & tyrannorum.

Pueros, in quibus nulla esset macula, decoros forma & eruditos omni sapientia cautos scientia, & doctos disciplina, & qui possent stare in palatio regis, vt doceret eos litteras, & linguam Chaldæorum.

Et constituit eis rex annonam per singulos dies de cibis suis, & de vino vnde bibebat ipse, vt enutriti tribus annis, postea starent in conspectu regis.

Fuerunt ergo inter eos de filijs Iuda, Daniel, Ananias, Misael, & Azarias.

Et imposuit eis præpositus eunuchorum nomina: Danieli, Baltassar: Ananiæ, Sidrach: Misaeli, Misach: & Azariæ, Abdenago.

Proposuit autem Daniel in corde suo ne pollueretur de mensa regis, neque de vino potus eius: & rogauit eunuchorum præpositum ne contaminaretur.

Dedit autem Deus Danieli gratiam & misericordiam in conspectu principis eunuchorum.

Et ait princeps eunuchorum ad Danielem: Timeo ego Dominum meum regem, qui constituit vobis cibum & potum, qui si viderit vultus vestros macilentiores præ cæteris adolescentibus coæuis vestris, condemnabitis caput meum regi.

Et dixit Daniel ad Malasar, quem constituerat princeps eunuchorum super Danielem, Ananiam, Misaelem & Azariam:

Tenta nos obsecro seruos tuos diebus decem, & dentur nobis legumina ad vescendum, & aqua ad bibendum:

Et contemplare vultus nostros, & vultus puerorum, qui vescuntur cibo regio: & sicut videris, facies cum seruis tuis.

Qui, audito sermone huiuscemodi, tentauit eos diebus decem.

Post dies autem decem apparuerunt vultus eorum meliores, & corpulentiores præ omnibus pueris, qui vescebantur cibo regio.

Porro Malasar tollebat cibaria, & vinum potus eorum: dabatque eis legumina.

Pueris autem his dedit Deus scientiam, & disciplinam in omni libro, & sapientia: Danieli autem intelligentiam omnium visionum & somniorum.

Completis itaque diebus, post quos dixerat rex vt introducerentur: introduxit eos præpositus eunuchorum in conspectu Nabuchodonosor.

PROPHETIÆ DANIELIS

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAPVT PRIMVM.

1 *IN anno tertio regni Iehoiachim regis Iehudah, venit Nebuchadnesar rex Babel Ierusalaim, & obsedit eam.*

2 *Et dedit Dominus in manum eius Iehoiachim regem Iehudah, & partem vasorum domus Dei: & adduxit ea in terram Sinhar, in domum dei sui: & vasa intulit in domum thesauri dei sui.*

3 *Dixitque rex ad Henaz principem eunuchorum suorum vt introduceret de filijs Israel de semine regio, & de principibus,*

4 *Pueros in quibus non esset macula decoros aspectu, & eruditos omni sapientia, & scientes scientiam, & intelligentes cogitationem, & in quibus essent vires, ad standum in palatio regis, & vt doceret eos litteras, & linguam Chasdim.*

5 *Et constituit eis rex per singulos dies, portionem escæ regiæ, & de vino potus sui, & vt nutriret eos annis tribus, & aliquis eorum starent coram rege.*

6 *Et fuerunt inter eos de filijs Iehudah, Daniel, Chananiah, Misael, & Hazariah.*

7 *Et imposuit eis princeps eunuchorum nomina Danieli, quidem Beltheshasar, & Chananiah, Sedrach: & Misaeli, Mesach, & Hazariah Habednego.*

8 *Et proposuit Daniel in corde suo, vt non pollueret se in portione escæ regiæ, & in vino potus eius: & requisiuit à principe eunuchorum, vt non pollueret se.*

9 *Et dedit Deus Danielem in misericordiam, & in misericordias coram principe eunuchorum.*

10 *Dixitque princeps eunuchorum ad Danielem: Timeo dominum meum regem, qui constituit escam vestram, & potum vestrum: qui si viderit vultus vestros macilentiores pueris, qui sunt in captiuitate vestra, condemnabitis caput meum regi.*

11 *Et dixit Daniel ad Melsar quem constituerat princeps eunuchorum super Daniel, Chananiah, Misael, & Hazariah,*

12 *Tenta obsecro seruos tuos diebus decem, & dent nobis de leguminibus, & comedemus, & aquam, & bibemus.*

13 *Et videantur coram te aspectus nostri, & aspectus puerorum qui vescuntur parte cibi regij, & sicut videris fac cum seruis tuis.*

14 *Et morem gessit eis in hoc, & tentauit eos diebus decem.*

15 *Et in fine dierum decem visus est aspectus eorum melior & pinguiores carne visi sunt præ omnibus pueris qui vescebantur portionem cibi regij.*

16 *Et fuit, Melsar tollebat portionem cibi eorum, & vinum potus eorum, & dabat eis legumina.*

17 *Et pueris istis quattuor ipsis dedit Deus scientiam, & intellectum in omni libro, & sapientia: & Danielem intelligere fecit omnem visionem, & somnia.*

18 *Et in fine dierum quibus dixit rex, vt introduceret eos: introduxit eos princeps eunuchorum coram Nebuchadnesar.*

Digitized by Google

PROPHETIÆ DANIELIS

Transl. ex Septuag.

CAPVT PRIMVM.

> In hac Transl. ex Septu. Ro. præmittitur in initio li. huius historia Susannæ quæ infra habetur caput. 13. iuxta dispositionem vulgatæ

IN Anno tertio regni Ioacim regis Iudà, venit Nabuchodonosor rex Babylonis in Hierusalem, & obsidebat eam.

Et dedit Dominus in manu eius Ioacim regem Iuda, & de parte vasorum domus Dei. Et asportauit ea in terram Sennaar domus Dei sui: & vasa intulit in domum Thesauri Dei sui.

Et ait rex Asphanez præposito Eunuchorum suorum, vt introduceret de filijs captiuitatis Israel. Et de semine regni, & de Porthommin.

Pueros, quibus non est in eis macula, & pulchros specie, & intelligentes in omni sapientia & scientes scientiam, & cogitantes prudentiam, & quibus est robur in eis standi in domo coram rege, & doceret eos litteras & linguam Chaldæorum.

Et constituit eis rex quod in diem, quotidie de mensa regis, & de vino potus ipsius) vt nutriret eos annis tribus, & postea starent in conspectu regis.

Et fuerunt in eis de filijs Iuda, Daniel, & Ananias, Azarias, & Misael.

Et imposuit eis præpositus eunuchorum, nomina: Danieli, Baltasar: Ananiæ, Sidrach, & Misaeli, Misach: & Azariæ, Abdenago.

Et posuit Daniel in corde suo, vt non pollueretur in mensa regis, & in vino de potu eius: & rogauit eunuchorum præpositum ne contaminaretur.

Et dedit Deus Danielem in misericordiam, & miserationem in conspectu principis eunuchorum.

Et dixit princeps eunuchorum Danieli: Timeo ego Dominum meum regem, qui constituit cibum vestrum, & potum vestrum, ne forte videat facies vestras tristes præ adolescentibus coæuis vestris, & condemnetis caput meum regi.

Et dixit Daniel ad Amelsad quem constituerat princeps eunuchorum super Danielem, Ananiam, Misael, Azariam:

Tenta obsecro pueros tuos diebus decem, & dent nobis de seminibus, & comedamus, & aquam bibamus,

Et appareant coram te vultus nostri, & vultus puerorum, qui edunt mensam regis, & sicut videris, facito cum pueris tuis.

Et exaudiuit eos: & tentauit eos diebus decem.

Et post finem decem dierum apparuerunt vultus eorum boni & robusti carnibus super pueros, qui edebant mensam regis.

Et fuit Amelsad tollens cibum eorum, & vinum potus eorum, & dabat eis semina.

Et pueri hi, quattuor ipsi, dedit Deus intellectum & prudentiam in omni litteratura, & sapientia. Et Daniel intellexit in omni visione, & somnijs.

Et post finem dierum, quos dixerat rex introducendi eos, & introduxit eos præpositus eunuchorum in conspectu Nabuchodonosor.

PROPHETIÆ DANIELIS

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAPVT PRIMVM,

1 *ANno tertio regni Iehoiacim Regis Iehudah, venit Neouchadnesar Rex Bauel Ierusalaim, & ol sedit eam.*

2 *Dedit que Dominus in manum eius Iehoiacim Regem Iehudah, & partem vasorum domus Dei, & deduxit eos* in *terram Sinar*, in *domum dei sui, & vasa intulit* in *domum thesauri dei sui.*

3 *Dixitque Rex ad Aspenaz principem eunuchorum suorum, vt adduceret de filijs Israel, & de semine regni, & de principibus,*

4 *Pueros in quibus non esset alla macula, decoros aspectu, & eruditos in omni sapientia, & scientes scientiam, & intelligentes cogitationem, & in quibus essent vires, vt starent in palatio Regis, & vt doceret eos litteras, & linguam Chasdim.*

5 *Et constituit eis Rex demensum per singulos dies, in portione cibi regis, & de vino potus sui, & vt enutriat eos annis tribus, vt exactis illis starent coram Rege.*

6 *Fuerunt autem inter eos de filijs Iehudah, Daniel, Hananiah, Misrael, & Zariah.*

7 *Quibus imposuit princeps eunuchorũ nomina, imposuit enim Danieli* nomen *Beltesasar, & Hananiah Sadrach, & Misaeli Mesach & Azariah Abednego.*

8 *Proposuit vero Daniel in corde suo ne pollueret se in portione cibi regis, & in vino potus eius, petiuitque à principe eunuchorum ne pollueret se.*

9 *Dederat autem Deus Danielem in misericordiam & in misericordias coram principe eunuchorum.*

10 *Dixitque princeps eunuchorum ad Danielem, Timeo dominum meum Regem qui constituit escam vestram & potum vestrum: qui si viderit vultus vestros macilentiores pueris, qui sunt similes vobis, condemnabitis caput meum Regi.*

11 *Et dixit Daniel ad Melsar quem constituerat princeps eunuchorum super Daniel, Hananiah, Misael, & Azariah,*

12 *Tenta obsecro seruos tuos diebus decem, dentque nobis de leguminibus vt comedamus, & aquam vt bibamus.*

13 *Et videantur coram te vultus nostri, & vultus puerorum qui vescuntur parte cibi regij, & vt videris faccum seruis tuis.*

14 *Morem igitur gessit eis in hoc, & tentauit eos diebus decem.*

15 *In fine autem dierum decem visus est vultus eorum melior & pinguiores carne visi* sunt *præ cæteris pueris qui vescebantur portione cibi Regij.*

16 *Quare Melsar tollebat portionem cibi eorum, & vinum potus eorum, & dabat eis legumina.*

17 *Porro pueris istis quatuor dedit Deus cognitionem, & intelligentiam in omnibus litteris & sapientia: at Daniel intellexit* vltra illos *omnem visionem & somnia.*

18 *Elapsis autem diebus post quos dixerat Rex vt introduceret eos, introduxit eos princeps eunuchorum coram Nabuchadnesar.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio

19 Cumque eis locutus fuiſſet rex, non ſunt in-
uenti tales de vniuerſis, vt Daniel, Ananias, Mi-
ſael, & Azarias: & ſteterunt in conſpectu Re-
gis.
20 Et omne verbum ſapientiæ & intellectus, quod
ſciſcitatus eſt ab eis Rex, inuenit in eis decuplum
ſuper cunctos ariolos, & magos, qui erant in vni-
uerſo regno eius.
21 Inf.6,28 *Fuit autem Daniel vſque ad annum primum
Cyri regis.

CAP. II.

1 IN anno ſecundo regni Nabuchonoſor vidit
Nabuchodonoſor ſomnium, & conterritus eſt
ſpiritus eius, & ſomnium eius fugit ab eo.
2 Præcepit autem rex, vt conuocarentur arioli, &
magi, & malefici, & Chaldæi: vt indicarent regi
ſomnia ſua: qui cum veniſſent, ſteterunt coram
rege.
3 Et dixit ad eos rex: Vidi ſomnium: & mente con-
fuſus ignoro quid viderim.
4 Responderuntque Chaldæi regi Syriacè: Rex in
ſempiternum viue: dic ſomnium ſeruis tuis, & in-
terpretationem eius indicabimus.
5 Et respondens rex ait Chaldæis: Sermo receſſit
à me: niſi indicaueritis mihi ſomnium, & conie-
cturam eius, peribitis vos, & domus veſtræ publi-
cabuntur.
6 Si autem ſomnium, & coniecturam eius narra-
ueritis, præmia, & dona, & honorem multum ac-
cipietis à me: ſomnium igitur, & interpretationem
eius indicate mihi.
7 Reſponderunt ſecundo, atque dixerunt: Rex
ſomnium dicat ſeruis ſuis, & interpretationem il-
lius indicabimus.
8 Reſpondit rex, & ait: Certe noui quod tempus
redimitis, ſcientes quod receſſerit à me ſermo.
9 Si ergo ſomnium non indicaueritis mihi, vna
eſt de vobis ſentētia, quod interpretationem quo-
que fallacem, & deceptione plenam compoſueritis,
vt loquamini mihi donec tempus pertranſeat.
Somnium itaque dicite mihi, vt ſciam quod in-
terpretationem quoque eius veram loquamini.
10 Reſpondentes ergo Chaldæi coram rege, dixerunt
Non eſt homo ſuper terram qui ſermonem tuum,
rex, poſſit implere: ſed neque regum quiſquam
magnus & potens verbum huiuſcemodi ſciſcita-
tur ab omni ariolo, & mago & Chaldæo.
11 Sermo enim, quem tu quæris rex, grauis eſt: nec
reperietur quiſquam, qui indicet illum in conſpe-
ctu regis: exceptis dijs, quorum non eſt cum homi-
nibus conuerſatio.
12 Quo audito, rex in furore & in ira magna præ-
cepit vt perirent omnes ſapientes Babylonis.
13 Et egreſſa ſententia, ſapientes interficiebantur
quærebanturque Daniel, & ſocij eius, vt perirent.
14 Tunc Daniel requiſiuit de lege, atque ſententia
ab Arioch principe militiæ regis, qui egreſſus fue-
rat ad interficiendos ſapientes Babylonis.
15 Et interrogauit eum, qui à rege poteſtatem ac-
ceperat, quam ob cauſam tam crudelis ſententia à
facie regis eſſet egreſſa. Cum ergo rem indicaſſet A-
rioch Danieli,
16 Daniel ingreſſus rogauit regem, vt tempus da-
ret ſibi ad ſolutionem indicandam regi.

Et

Tranſl. ex Heb. Sanct. Pagn.

*Et locutus eſt cum eis Rex, & non eſt inuentus de vni-
uerſis illis ſicut Daniel, Chananiah, Miſael, & Hazariah
& ſteterunt coram rege.*
*Et omne verbum ſapientiæ, intelligentiæ, quod ſciſcitatus
eſt ab eis rex: inuenit eos decem partibus ſuper omnes ge-
nethliacos, aſtrologos, qui erant in omni regno ſuo.*
*Et fuit Daniel vſque ad annum primum Chores re-
gis.*

CAP. II.

*ANno autem ſecundo regni Nebuchadneſar ſomnia-
uit Nebuchadneſar ſomnia, & contritus eſt ſpiri-
tus eius, & ſomnus eius fractus eſt ei.*
*Et dixit rex, vt vocarent genethliacos, aſtrologos, &
maleficos, & Chaſdim: vt indicarent regi ſomnia ſua: &
venerunt, & ſteterunt coram rege.*
*Dixitque ad eos rex: Somniando ſomniaui, & contritus
eſt ſpiritus meus, vt neſciam ſomnium.*
*Et locuti ſunt Chaſdim ad regem Syriacè: Rex in æter-
num viue: dic ſomnium ſeruis tuis, & interpretationem
indicabimus.*
*Reſpondit rex, & dixit ad Chaſdim: Res à me receſſit: ſi
non ſcire feceritis me ſomnium, & interpretationem eius
in fruſta ſiemini, & domus veſtra in latrinas ponentur:*
*Et ſi ſomnium, & interpretationem eius indicaueritis,
dona, & munera, & honorem magnum recipietis à facie
mea: veruntamen ſomnium, & interpretationem eius
indicate mihi.*
*Reſponderunt ſecundo, & dixerunt: Rex ſomnium di-
cat ſeruis ſuis, & interpretationem eius indicabimus.*
*Reſpondit Rex, & dixit: Certe cognoſco quod tempus
emitis, quum videatis quod receſſerit à me res.*
*Sed ſi ſomnium non feceritis me ſcire, vna eſt lex veſtra
& ſermonem mendacem, & corruptum præparatis ad di-
cendum coram me, donec tempus mutetur. Verumtamen
ſomnium dicite mihi, & ſciam quod interpretationem
eius indicabitis mihi.*
*Reſponderunt Chaſdim coram rege, & dixerunt. Non
eſt homo ſuper aridam qui ſermonem regis poſſit indicare:
cæterum omnis rex, princeps, & poteſtas aliquid ſimile non
interroget genethliacum & aſtrologum, & Chaſdim.*
*Et ſermo quem rex poſtulat grauis eſt, & alius non
eſt, qui indicet coram rege præter Deos, quorum habitatio
cum carne non eſt.*
*Verum rex in ira, & furore magno dixit, vt perderent
omnes ſapientes Babel.*
*Et lex egreſſa eſt, & ſapientes interficiebantur, & quæ-
ſierunt Danielem, & ſocios eius, vt interficerentur.*
*Tunc Daniel redire fecit conſilium, & ſtatutum ad A-
rioch principem occidentium, quem rex exire fecerat ad
interficiendum ſapientes Babel.*
*Reſpondit, & dixit ad Arioch præfectum regis, propter
quod lex feſtinat à facie regis. Tunc ſermonem indicauit
Arioch Danieli,*
*Et Daniel ingreſſus eſt, & quæſiuit à rege, vt tempus
daretur ſibi, & interpretationem indicaret Regi.*

Tunc

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Et loquutus est cum eis rex: & non sunt inuenti de vniuersis ipsis similes Danieli, & Ananiæ, & Misael, & Azariæ, & steterunt in conspectu regis.

Et in omni verbo sapientiæ & scientiæ, quæcumque sciscitatus est ab eis Rex, inuenit eos decuplo maiores præ omnibus incantatoribus, & & magis, qui erant in vniuerso regno eius.

Et fuit Daniel vsque ad annum vnum Cyri regis.

CAP. II.

IN anno secundo regni somniauit Nabuchonosor somnium, & obstupuit spiritus eius, & somnus eius fuit ab eo.

Et dixit rex, vt vocarent incantatores, & magos & maleficos, & Chaldæos ad annunciandum regi somnia eius. Et venerunt, & steterunt coram rege.

Et dixit eis rex: somniaui, & obstupuit spiritus meus ad cognoscendum somnium.

Et loquuti sunt Chaldæi regi Syriacè: Rex in sæcula viue. Dic somnium pueris tuis, & coniecturam indicabimus.

Respondit rex Chaldæis: Sermo recessit à me: nisi indicaueritis mihi somnium, & coniecturam, in perditionem eritis: & domus vestræ diripientur.

Si autem somnium, & coniecturam eius indicaueritis mihi; præmia, & dona, & honorem multum accipietis à me: Tantummodo somnium, & coniecturam eius indicate mihi.

Responderunt secundo, & dixerunt: Rex dicat somnium pueris suis, & coniecturam indicabimus.

Et respondit rex, & dixit: In veritate noui ego, quod vos redimitis tempus secundum quod videtis, quia discessit à me verbum

Si ergo somnium non indicaueritis mihi: scio, quia verbum falsum, & corruptum composuistis ad dicendum coram me, donec tempus pertranseat. Somnium meum dicite mihi, & sciam quia etiam coniecturam eius indicabitis mihi.

Responderunt Chaldæi coram rege, & dicunt: Non est homo super aridam qui verbum regis possit notum facere: sicuti omnis rex magnus & princeps verbum huiuscemodi non sciscitatur ab incantatore, mago & Chaldæo.

Quia sermo, quem rex interrogat, grauis est: alius non est, qui indicet illum in conspectu regis, nisi Dij, quorum non est habitatio cum omni carne.

Tunc rex in furore, & ira dixit, vt perderent omnes sapientes Babylonis.

Et sententia egressa est, sapientes interficiebantur & quæsierunt Danielem, & amicos ad interficiendum.

Tunc Daniel respondit consilium, & sententiam Arioch principi coquorum regis, qui egressus fuerat ad interficiendos sapientes Babylonis.

Princeps regis, pro quo egressa est sententia impudens à facie regis? Indicauit autem Arioch verbum Danieli,

Et Daniel rogauit regem, vt tempus daret sibi, & coniecturam indicaret regi.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

19 *Et loquutus est cum eis Rex, & non est inuentus de vniuersis illis sicut Daniel, Hananiah, Misael, & Azariah: & steterunt coram Rege.*

20 *Et in omni verbo sapientiæ & intelligentiæ quod sciscitatus est ab eis Rex, inuenit eos decem partibus super omnes genethliacos, & astrologos, qui erant in toto regno eius.*

21 *Fuitque Daniel vsque ad annum primum Chores Regis.*

CAP. II.

1 *ANno autem secundo regni Nebuchadnesar, somniauit Nebuchadnesar somnia, & contritus est spiritus eius, & somnus eius fractus est ei.*

2 *Iussit ergo Rex conuocari genethliacos, astrologos, & maleficos, & Chasdim, vt indicarent Regi somnia sua: venerunt itaque, & steterunt coram Rege.*

3 *Dixitque ad eos Rex, Somnium somniaui, & contritus est spiritus meus vt scirem somnium.*

4 *Et loquuti sunt Chasdim ad Regem Syriacè, Rex, in æternum viue. Dic somnium seruis tuis, & interpretationem indicabimus.*

5 *Respondit Rex, & dixit ad Chaldæos, Res à me recessit: nisi indicaueritis mihi somnium, & interpretationem eius in frusta efficiemini, & domus vestra in sterquilinium ponentur.*

6 *Quod si somnium & interpretationem eius indicaueritis, dona, & munera, & honorem magnum recipietis à conspectu meo: propterea somnium & interpretationem eius indicate mihi.*

7 *Responderunt secundo, & dixerunt: Rex somnium dicat seruis suis, & interpretationem eius indicabimus.*

Respondit Rex, & dixit, Certe cognosco quod tempus
8 *redimitis, propterea quod videatis quod recesserit à me res.*

9 *Quod si somnium non indicaueritis mihi, vnica est sententia de vobis: certe sermonem mendacem & corruptum præparastis vos vt dicatis coram me, donec tempus mutetur, quamobrem somnium dicite mihi, & intelligam quod interpretationem eius indicare possitis mihi.*

10 *Responderunt chaldæi coram Rege, atque dixerunt, Non est homo super terram qui verbum Regis possit indicare: præterea, nullus antea Rex, Princeps, aut Potestas tale quid interrogauit vllum genethliacum, & astrologum, & chaldæum.*

11 *Porro verbum quod Rex postulat, graue est, nec alius est qui indicet coram Rege, præter Deos quorum habitatio cum carne non est.*

12 *Ob id Rex fuit in ira & furore magno: & iussit vt perderent omnes sapientes Babel.*

13 *Itaque lex egressa est, & sapientes interficiebantur, & quæsierunt Danielem, & socios eius vt interficerentur.*

14 *Tunc Daniel respondit sapientiam & prudentiam ad Arioch principem carnificum Regis, qui egressus fuerat vt interficeret sapientes Babel.*

15 *Respondit inquam, & dixit ipsi Arioch præfecto Regis, Quamobrem decretum festinauit à facie Regis? Tunc rem omnem indicauit Arioch Danieli.*

16 *Et Daniel ingressus est, & petijt à Rege, vt tempus daret sibi, & interpretationem indicaret Regi.*

Transl. ex Septuag.

17 Et ingressus est Daniel in domum suam: & Ananiæ, & Misaeli & Azariæ amicis suis verbum indicauit:

18 Et miserationes quærebant à Deo cæli pro mysterio hoc, vt non perirent Daniel, & amici eius cum cæteris sapientibus Babylonis.

19 Tunc Danieli in visione noctis mysterium reuelatum est. Et benedixit Deum cæli Daniel,

20 Et dixit: Sit nomen Dei benedictum à sæculo, & vsque in sæculum: quia sapientia, & intelligentia eius sunt.

21 Et ipse mutat tempora, & ætates, constituit reges, & transfert: dans sapientiam sapientibus, & prudentiam intelligentibus disciplinam.

22 Ipse reuelat profunda, & abscondita, cognoscens, quę in tenebris & lux cum eo est.

23 Tibi Deus patrum meorum confiteor, & laudo, quia sapientiam, & fortitudinem dedisti mihi: & ostendisti mihi, quæ rogauimus te: & visionem regis notam fecisti mihi.

24 Et venit Daniel ad Arioch, quem constituerat rex vt perderet sapientes Babylonis, & dixit ei: Sapientes Babylonis ne perdas: sed introduc me in conspectu regis: & coniecturam regi narrabo.

25 Tunc Arioch in festinatione introduxit Danielem ad regem, & dixit ei: Inueni virum de filijs captiuitatis Iudææ, qui coniecturam regi indicabit.

26 Et respondit rex, & dixit Danieli, cuius nomen erat Baltasar: Si potes mihi indicare somnium, quod vidi, & coniecturam eius?

27 Et respondit Daniel coram rege, & dixit: Mysterium, quod rex interrogat, non est sapientum, magorum, incantatorum, Gazarenorum indicare regi:

28 Sed est Deus in cœlo reuelans mysteria: & nota feci regi Nabuchonosor, quæ oportet fieri in nouissimis diebus. Somnium tuum, & visiones capitis tui in cubili tuo, hoc est ô rex.

29 Cogitationes tuæ in cubili tuo ascenderunt, quid futurum sit post hæc: & qui reuelat mysteria, ostendit tibi, quæ oporteat fieri.

30 Et mihi autem non in sapientia, quæ sit in me prę omnibus viuentibus, mysterium hoc reuelatum est; sed vt coniecturam regi manifestam faciam; vt cogitationes cordis tui scias.

31 Tu rex videbas, & ecce imago vna, magna imago illa, & aspectus ipsius sublimis, stans ante faciem tuam: & intuitus eius erat terribilis:

32 Imago, cuius caput ex auro optimo erat: manus, & pectus, & brachia eius argentea: venter, & femora ænea,

33 Et tibiæ ferreæ: pedes, pars quidem ferrea, & pars quædam testea.

34 Videbas, donec abscissus est lapis de monte sine manibus: & percussit imaginem super pedes ferreos, & testeos: & comminuit eos in finem.

35 Tunc comminuta sunt pariter testa, ferrum, æs, argentum, aurum: & facta sunt quasi puluis de area ęstiua: & sustulit ea multitudo spiritus; & locus non est inuentus eis: Et lapis, qui percusserat imaginem, factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram.

36 Hoc est somnium: & coniecturam eius dicemus coram rege.

37 Tu ô rex, rex regum es, cui Deus cæli regnum forte, & validum,

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

17 *Tunc Daniel domum suam perrexit, & Hananiah, Misael, & Azariah sociis suis rem ipsam indicauit.*

18 *Et misericordias petiuerunt à facie Dei cæli super secreto isto, ne perirent Daniel & socij eius, cum aliis sapientibus Babel.*

19 *Tunc Danieli in visione noctis secretum reuelatum est: quamobrem Daniel benedixit Deo cæli.*

20 *Loquutus est* autem *Daniel, & dixit, Sit nomen Dei benedictum à seculo & vsque in sæculum, quia sapientia & fortitudo eius est.*

21 *Et ipse mutat tempora, & ætates, aufert Reges, & constituit Reges: dat sapientiam sapientibus, & scientiam scientibus intelligentiam.*

22 *Idem reuelat profunda & abscondita: nouit* id *quod* est *in tenebris: & lux cum eo manet.*

32 *Tibi ô Deus Patrum meorum confiteor, teque laudo quod sapientiam & fortitudinem dedisti mihi: nunc autem indicasti mihi id quòd petiuimus à te: nam negotium Regis indicasti nobis.*

24 *Quapropter Daniel ingressus est ad Arioch, quem constituerat Rex vt perderet sapientes Babel: perrexit, & sic dixit ei, Sapientes Babel ne perdas, introduc me coram Rege, & interpretationem Regi indicabo.*

25 *Tunc Arioch cum festinatione introduxit Danielem in conspectum Regis, & sic dixit ei, Inueni virum de filiis captiuitatis Iehudah, qui interpretationem Regi notam faciet.*

26 *Respondit Rex, & dixit Danieli, cuius nomen* erat *Beltesasar: Nunquid est tibi facultas notum faciendi mihi somnium quod vidi, & interpretationem eius?*

27 *Respondit Daniel coram Rege, & dixit secretum quod Rex interrogat nequaquam sapientes, astrologi, genethliaci, diuinatores possunt indicare Regi:*

28 *Profectò est Deus in cœlo qui reuelat secreta, & notum fecit Regi Nebuchad-nesar quid futurum sit in nouissimo dierum. Somnium tuum, & visio capitis tui in cubili tuo, hoc est.*

29 *Tua ô Rex cogitationes in cubili tuo ascenderunt* super cor tuum, vt scires *quod esset futurum posthac: & qui reuelat secreta, indicauit tibi quod futurum est.*

30 *Mihi autem non propter sapientiam quæ sit in me præ omnibus viuentibus, secretum hoc reuelatum est, sed vt interpretationem Regi notam faciam, & cogitationes cordis tui cognosceres.*

31 *Tu Rex videbas, & ecce statua quædam grandis: statua hæc* adeo erat *magna, & cuius gloria erat sublimis, stabat eregione tui, & forma eius terribilis.*

32 *Huius statuæ caput* erat *ex auro optimo, pectus eius & brachia eius argentea, venter eius & femora eius ærea.*

33 *Crura eius ferrea, pedes eius partim* erant *ferrei, & partim fictiles.*

34 *Aspiciebas, donec abscissus est lapis, qui non manibus* abscissus erat: *& percussit statuam in pedibus eius ferreis & fictilibus, contriuitque eos.*

35 *Tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, æs, argentum, & aurum, factaque sunt tanquam quisquilia de areis æstatis, quas eleuat ventus, & nullus locus inuentus est eis: lapis autem qui percusserat statuam, effectus est mons magnus, & repleuit totam terram.*

36 *Hoc est somnium: interpretationem quoque eius dicemus coram Rege.*

37 *Tu Rex, es Rex Regum: quia Deus cæli regnum, potentiam, & fortitudinem, & gloriam dedit tibi.*

Vulgat. Editio.

Et omnia, in quibus habitant filij hominum, & bestię agri: volucres quoque cęli dedit in manu tua, & sub ditione tua vniuersa constituit: tu es ergo caput aureum.

Et post te consurget regnum aliud minus te, argenteum: & regnum tertium aliud æreum, quod imperabit vniuersæ terræ.

Et regnum quartum erit veluti ferrum. quomodo ferrum comminuit, & domat omnia, sic comminuet, & conteret omnia hæc.

Porro quia vidisti pedum, & digitorum partem testæ figuli, & partem ferream: regnum diuisum erit, quod tamen de plantario ferri orietur, secundum quod vidisti ferrum mistum testæ ex luto.

Et digitos pedum ex parte ferreos, & ex parte fictiles: ex parte regnum erit solidum, & ex parte contritum.

Quod autem vidisti ferrum mistum testæ ex luto, commiscebuntur quidem humano semine, sed non adhærebunt sibi, sicuti ferrum misceri non potest testa.

In diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus cæli regnum, quod in æternum non dissipabitur: & regnum eius alteri populo non tradetur comminuet autem, & consumet vniuersa regna hæc: & ipsum stabit in æternum.

Secundum quod vidisti, quod de monte abscissus est lapis sine manibus, & comminuit testam, & ferrum, & æs, & argentum, & aurum, Deus magnus ostendit regi quæ ventura sunt postea. & verum est somnium, & fidelis interpretatio eius.

Tunc rex Nabuchodonosor cecidit in faciem suam, & Danielem adorauit, & hostias, & incensum præcepit vt sacrificarent ei.

Loquens ergo rex, ait Danieli: Vere Deus vester Deus deorum est, & Dominus regum, & reuelans mysteria: quoniam tu potuisti aperire hoc sacramentum.

Tunc rex Danielem in sublime extulit, & munera multa, & magna dedit ei: & constituit eum principem super omnes prouincias Babylonis: & præfectum magistratuum super cunctos sapientes Babylonis.

Daniel autem postulauit à rege: & constituit super opera prouinciæ Babylonis Sidrach, Misach, & Abdenago. Ipse autem Daniel erat in foribus regis.

CAP. III.

NAbuchodonosor rex fecit statuam auream altitudine, cubitorum sexaginta, latitudine cubitorum sex, & statuit eam in campo Dura prouinciæ Babylonis.

Itaque Nabuchodonosor rex misit ad congregandos satrapas, & magistratus, & iudices, duces, & tyrannos, & præfectos, omnesque principes regionum, vt conuenirent ad dedicationem statuæ, quam erexerat Nabuchodonosor rex.

Tunc congregati sunt satrapæ, magistratus, & iudices, duces, & tyranni, & optimates, qui erant in potestatibus constituti, & vniuersi principes regionum vt conuenirent ad dedicationem statuæ, quam erexerat Nabuchodonosor rex. stabant autem in conspectu statuæ, quam posuerat Nabuchodonosor rex.

Et præco clamabat valenter: Vobis dicitur populis, tribubus, & linguis,

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

38 *Et omnia in quibus habitant filii hominum bestias agri: & volucres cæli dedit in manu tua, & dominium vnum est in omnibus ipsis: tu ipse es caput aureum.*

39 *Et post te consurget regnum aliud humilius te, & regnum tertium aliud æreum, quod dominabitur vniuersæ terræ.*

40 *Et regnum quartum erit forte sicut ferrum & quomodo ferrum comminuit, & domat omnia, & sicut ferrum quod conterit omnia hæc, sic comminuet, & conteret.*

41 *Et quòd vidisti pedes, & digitos partim fictiles figulo, & partim ferreos: regnum diuisum erit, & de planta ferri erit in eo, secundum quod vidisti ferrum mixtum cum testa lutea.*

42 *Et digitos pedum partim ferreos, & partim fictiles, ex parte regnum erit forte, & ex parte erit contritum.*

43 *Quod vidisti ferrum mixtum cum testa lutea, miscebunt se cum semine hominis, & non adhærebunt sibi alter cum altero, sicut ferrum non miscetur cum testa.*

44 *Et in diebus regum ipsorum, suscitabit Deus cæli regnum, quod in æternum non corrumpetur, & regnum populo alteri, non dimittetur, & comminuet, & consumet omnia ista regna: & ipsum stabit in sæcula.*

45 *Secundum quod vidisti quod de monte abscissus est lapis, qui non in manibus* abscissus est, *& comminuit ferrum, æs, testam, argentum, & aurum, Deus cæli notum fecit regi, illud quod venturum est, post hæc, & verum est somnium, & fidelis est interpretatio.*

46 *Tunc Rex Nebuchadnesar cecidit super faciem suam, & Danieli incuruauit se, & sacrificium suffitum dixit, vt sacrificarent ei.*

47 *Loquens rex ad Daniel, dixit. Vere noui quòd Deus vester Deus Deorum, & Dominus regum, & reuelans secreta, quia potuisti reuelare secretum hoc.*

48 *Tunc rex Danielem magnificauit, & munera multa & magna dedit ei, & præfecit eum omnibus prouinciis Babel, & principem præfectorum, super omnes sapientes Babel.*

49 *Daniel autem postulauit à Rege: & præfecit operibus prouinciarum Babel, Sadrach, Mesach, & Habednego, Daniel autem erat in foribus Regis.*

CAP. III.

1 *NEbuchadnesar rex fecit imaginem auream, altitudo eius erat cubitorum sexaginta, latitudo eius cubitorum sex statuit eam in campo Dura, in prouincia Babel.*

2 *Porrò Nebuchadnesar Rex misit, ad congregandum magnos principes, pontifices summos, & duces, Adargbezaraos, Gedabraos, Dethabraos, Thiphthaos, & omnes præfectos prouinciarum, vt venirent ad dedicationem imaginis, quam erexerat Nebuchadnesar Rex.*

3 *Tunc congregati sunt magni principes, summi sacerdotes, & duces, Adargbezeraas Gedabraas, Dethabraai, Tiphthaai & omnes præfecti prouinciarum, ad dedicationem imaginis quam erexerat Nabuchadnesar rex. & stabant coram imagine quam erexerat Nebuchadnesar.*

4 *Et præco clamabat valenter: Vobis dicitur populis, tribubus, & linguis.*

In Tem-

Transl. ex Septuag.

38 Et honoratum dedit in omni loco, vt habitant filij hominum: & bestias agri, & volucres cæli, & pisces maris dedit in manu tua: & constituit te Dominum omnium. Tu es caput aureum:

39 Et post te consurget regnum aliud minus te: & regnum tertium, quod est æs: quod imperabit vniuersæ terræ:

40 Et regnum quartum, quod erit forte, veluti ferrum. Quomodo ferrum comminuit, & domat omnia: sic omnia comminuet, & domabit.

41 Et quia vidisti pedes, & digitos, partem quidem aliquam testeam, partem vero quandam ferream: regnum diuisum erit: & à radice ferrea erit in eo, quemadmodum vidisti ferrum admistum testæ.

42 Et digiti pedum pars quidem ferrea, pars vero testea, pars quædam regni erit fortis, & de eo erit contritum.

43 Quia vidisti ferrum admistum testæ; commista erunt in semine hominum: & non adhærebunt hoc ad hoc, sicut ferrum non immiscetur cum testa.

44 Et in diebus regum illorum, suscitabit Deus cæli regnum, quod in sæcula non dissipabitur: & regnum eius alteri populo non relinquetur comminuet, & ventilabit vniuersa regna: & ipsum stabit in sæcula:

45 Sicut vidisti, quod de monte abscissus est lapis sine manibus, & comminuebat testam, ferrum, æs, argentum, aurum Deus magnus ostendit regi, quæ oportet fieri post hæc: & verum est sommium: & fidelis coniectura eius.

46 Tunc rex Nabuchodonosor cecidit in faciem, & Danielem adorauit: & manaa, & suauitates odoris dixit, vt libarentur ei.

47 Et respondens rex dixit Danieli: In veritate Deus vester ipse est Deus Deorum, & Dominus regum, reuelans mysteria: quoniam potuisti reuelare mysterium hoc.

48 Et magnificauit rex Danielem, & munera magna, & multa dedit ei: & constituit eum super vniuersam regionem Babylonis, & principem satraparum super omnes sapientes Babylonis.

49 Et Daniel postulauit à rege: & constituit super opera prouinciæ Babylonis Sedrach, Misach, & Abdenago. Et Daniel erat in aula regis.

CAP. III.

1 Anno decimoactouo Nabuchodonosor rex fecit imaginem aureã, altitudo eius cubitorum sexaginta, latitudo eius cubitorum sex. Et statuit eam in campo Deira, in prouincia Babylonis.

2 Et misit ad congregandos consules, & Duces, & Toparchas, præfectos, & tyrannos, & eos, qui erant in potestate constituti, & omnes principes regionum, vt venirent ad dedicationem imaginis, quam statuerat Nabuchodonosor rex.

3 Et congregati sunt Toparchæ, Consules, Duces, Tyranni magni, qui erant in potestate constituti ad dedicationem imaginis; quam statuerat Nabuchodonosor rex. Et steterunt in conspectu imaginis.

4 Et preco clamabat in fortitudine: Vobis dicitur populis, tribus, linguæ,

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

Et in omni loco *in quo habitant filii hominum, bestiæ agri, & volucres cæli, ea tradidit manu tua, & dominium tuum* est *in omnibus ipsis, tu es caput illud aureum.*

Et post te surget regnum aliud minus te: & regnum tertium aliud æreum, quod dominabitur vniuersæ terræ.

Et regnum quartum erit forte sicut ferrum: quomodo autem ferrum comminuit & domat omnia, & vt ferrum quod conterit omnia ista: ita *comminuet & conteret.*

Quòd autem vidi pedes & digitos partim fictiles figuli & partim ferreos, regnum diuisum erit, & deplantatio ferri erit in eo, quemadmodum vidisti ferrum mistum cum testa lutea.

Porro digiti pedum partim ferrei & partim fictiles, significant quod *ex parte regnum erit forte, & ex parte erit contritum.*

Quod autem vidisti ferrum mistum cum testa lutea, miscebuntur semine hominis sed non adhærebunt sibi alter cum altero, sicut ferrum non miscetur cum testa.

Porrò tempore Regum istorum, suscitabit Deus cæli regnum, quod in æternum non corrumpetur, & regnum istud populo alteri non relinquetur: comminuet, & consummabit omnia ista regna: & ipsum stabit in æternum.

Quemadmodum vidisti quod de monte abscissus est lapis, qui manibus abscissus *non* est, *& comminuit ferrũ, æs, testam, argentũ, & aurum,* ita *Deus magnus indicauit Regi illud quod futurum esset posthac. & verum est somnium, & fidelis* est *interpretatio eius.*

Tunc Rex Nebuchadnesar corruit in faciem suam, & Daniels incuruauit se, & sacrificium suffitumque dixit vt sacrificarent ei.

Loquutus est Rex ad Danielem, & dixit, Vere noui *quòd Deus vester est Deus deorum, & Dominus Regum, atque reuelator secretorum, quòd potuisti reuelare secretum hoc.*

Tunc rex Danielem magnificauit, & munera multa & magna dedit ei, præfecitque eum vniuersæ prouinciæ Babel, & principem præfectorum vltrà omnes sapientes Babel.

Daniel autem postulauit à Rege; & præfecit operi prouinciæ Babel, Sadrach, Mesach: & Abednego: Daniel autem erat *in porta Regis.*

CAP. III.

Nebuchadnesar Rex fecit statuam auream, altitudo eius erat *cubitorum sexaginta, latitudo eius cubitorum sex: statuit eam in campo Dura, in prouincia Babel.*

Porrò Nebuchadnesar Rex misit ad congregandum Satrapas, Præfectos, & duces, Adargazeraos, Gedabraos, Dethabraaos, Thiphthaeos, & omnes præfectos prouinciarum vt venirent ad dedicationem statuæ quem erexerat Nebuchadnesar Rex.

Tunc congregati sunt Satrapæ, Præfecti, & Duces, Adargazeraei, Gedabrai, Dethabraai, Thiphthaai, & omnes præfecti prouinciarum, ad dedicationem statuæ quam erexerat Nabuchadnesar Rex: & stabant coram statua quam erexerat Nebuchadnesar:

Præco autem clamabat valenter, Vobis dicitur populis tribubus, & linguis,

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

5 In hora, qua audieritis sonitum tubæ, & fistulæ, &
citharæ, sambucæ, & psalterij, & symphoniæ, & vniuersi generis musicorum, cadentes, adorate statuam
auream, quam constituit Nabuchodonosor rex.

6 Si quis autem non prostratus adorauerit, eadem
hora mittetur in fornacem ignis ardentis.

7 Post hæc igitur statim vt audierunt omnes populi sonitum tubæ, fistulæ, & citharæ, sambucæ, & psalterij, & symphoniæ, & omnis generis musicorum: cadentes omnes populi, tribus, & linguæ adorauerunt statuam auream, quam constituerat Nabuchodonosor rex.

8 Statimque in ipso tempore accedentes viri Chaldæi accusauerunt Iudæos:

9 Dixeruntque Nabuchodonosor regi: Rex in æternum viue:

10 Tu rex posuisti decretum, vt omnis homo, qui audierit sonitum tubæ, fistulæ, & citharæ, sambucæ, & psalterij, & symphoniæ, & vniuersi generis musicorum, prosternat se, & adoret statuam auream:

11 Si quis autem non procidens adorauerit, mittatur
in fornacem ignis ardentis.

12 Sunt ergo viri Iudæi, quos constituisti super opera regionis Babylonis, Sidrach, Misach, & Abdenago: viri isti contempserunt, rex, decretum tuum: deos tuos non colunt, & statuam auream, quam erexisti, non adorant.

13 Tunc Nabuchodonosor in furore, & in ira præcepit vt adducerentur Sidrach, Misach, & Abdenago: qui confestim adducti in conspectu regis.

14 Pronuncians que Nabuchodonosor rex, ait eis: Vere ne Sidrach, Misach, & Abdenago, deos meos non colitis, & statuam auream, quam constitui, non adoratis?

15 Nunc ergo si estis parati, quacunque hora audieritis sonitum tubæ, fistulæ, citharæ, sambucæ, & psalterij, & symphoniæ, omnisque generis musicorum, prosternite vos, & adorate statuam, quam feci: quòd si non adoraueritis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis: & quis est Deus, qui eripiet vos de manu mea?

16 Respondentes Sidrach, Misach, & Abdenago, dixerunt regi Nabuchodonosor: Non oportet nos de hac re respondere tibi.

17 Ecce enim Deus noster, quem colimus, potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, ô rex, liberare.

18 Quod si noluerit, notum sit tibi, rex, quia deos tuos non colimus, & statuam, quam erexisti, non adoramus.

19 Tunc Nabuchodonosor repletus est furore: & aspectus faciei illius immutatus est super Sidrach, Misach, & Abdenago, & præcepit vt succenderetur fornax septuplum quam succendi consueuerat.

20 Et viris fortissimis de exercitu suo iussit vt ligatis pedibus Sidrach, Misach, & Abdenago mitterent eos in fornacem ignis ardentis.

21 Et confestim viri illi vincti cum braccis suis, & tiaris, & calceamentis, & vestibus missi sunt in medium fornacis ignis ardentis.

22 Nam iussio regis vrgebat: fornax autem succensa erat nimis. Porro viros illos, qui miserant Sidrach, Misach, & Adenago, interfecit flamma ignis.

Viri autem hi tres, id est, Sidrach, Misach, & Abdenago,
23 ceciderunt in medio camino ignis ardentis, colligati.

Quæ sequuntur in Hebræis voluminibus non reperi.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Tempore quo audieritis sonitum cornu, fistulæ, citharæ, sambucæ, psalterij, symphoniæ & omnis speciei instrumenti musici, prostrabitis vos & genuflectetis imagini aureæ, quam erigere feci Nebuchadnesar rex.

Et quisquis non prostrauerit se, & genuflexerit, eadem hora projicietur in medium fornacis ignis ardentis.

Propter quod eo tempore quo audierunt omnes populi sonitum cornu, fistulæ, citharæ, sambucæ, psalterij, & omnis speciei musici instrumenti, prostrauerunt se omnes populi tribus, & linguæ incuruauerunt se statuæ aureæ, quam erigere fecerat Nebuchadnesar rex.

Propterea in ipso tempore accesserunt viri Chasdim, & accusauerunt prodentes ipsos Iehudæos.

Locuti sunt, & dixerunt ad Nebuchadnesar regem: Rex in æternum viue.

Tu rex posuisti decretum, quod omnis homo qui audierit sonitum cornu, fistulæ, citharæ, sambucæ, psalterij, & symphoniæ, & omnis speciei instrumenti musici prosternat se, & incuruet se imagini aureæ.

Et quisquis non prostrauerit se, & incuruauerit se, projicietur in medium fornacis ignis ardentis.

Sunt viri Iehudæi, quos constituisti super opera prouinciarum Babel, Sadrach, Mesach, & Habednego, viri isti non posuerunt cor super te rex, vt obseruent decretum: deos tuos non colunt, imagini aureæ, quam erigere fecisti, non incuruant se.

Tunc Nebuchadnesar in furore & ira dixit, vt adducerent Sadrach, Mesach, & Habednego: tunc viri isti adducti sunt coram rege.

Locutus est Nebuchadnesar, & dixit ad eos: Num vere Sadrach, Mesach, & Habednego deos meos non colitis, & imagini, quam erigere feci, non incuruatis vos?

Nunc nonne estis parati, vt tempore quo audieritis sonitum cornu, fistulæ, citharæ, sambucæ, psalterij, & symphoniæ, & omnis speciei instrumenti musici, vt prosternatis vos, & genuflectatis imagini, quam feci: & si non genuflexeritis, in ipsa hora projiciemini in medium fornacis ignis ardentis: & quis est Deus qui eruat vos de manibus meis?

Responderunt Sadrach, Mesach, & Habednego, & dixerunt regi Nebuchadnesar: Non oportet nos super hac re respondere tibi.

Ecce est Deus noster, quem colimus, potens est vt eruat nos de fornace ignis ardentis, & de manu tua, rex, eruet.

Et si noluerit eruere nos, notum sit tibi rex, quòd diis tuis non incuruamus nos, & statuæ, quam erigere fecisti, non genuflectimus.

Tunc Nebuchadnesar repletus est furore, & imago vultus eius immutata est super Sadrach, Mesach, & Habednego, locutus est, & dixit, vt succenderent fornacem septuplum super id quod consueuerant succendere eam.

Et viris fortibus robore, qui erant in exercitu suo, dixit, vt ligarent Sadrach, Mesach, & Habednego, ad projiciendum in fornacem ignis ardentis.

Tunc viri isti, vincti sunt, cum fœmoralibus suis, & thiaris suis, & operimentis suis, & vestibus suis, & projecti sunt in medium fornacis ignis ardentis.

Propterea quod à sermone regis vrgebatur, & fornax succensa erat valde. Viros illos qui ascendere fecerant Sadrach, Mesach, & Habednego, occidit flamma ignis.

Viri autem illi tres Sadrach, Mesach, & Habednegò, ceciderunt in medium fornacis ignis ardentis ligati.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Quacumque die audieritis vocem tubæ, & fistulæ, & citharæ, sambucæque, & psalterij, & vniuersi generis musicorum: cadentes adorate imaginem auream, quam statuit Nabuchodonosor rex.

Quicumque autem non adorauerit cadens: eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentem.

Et factum est, quando audiebant populi vocem tubæ, & fistulæ, & citharæ, sambucæque, & psalterij, & omnis generis musicorum: cadentes omnes populi, tribus, linguæ adorabant imaginem auream, quam statuerat Nabuchodonosor rex.

Tunc accesserunt viri Chaldæi, & accusauerunt Iudæos,

Regi Nabuchodonosor: Rex in sæcula viue.

Tu rex posuisti decretum, quòd omnis homo, quicumque audierit vocem tubæ, & fistulæ, & citharæ, sambucæ, & psalterij, & omnis generis musicorum,

Et non adorauerit cadens imaginem auream: mittetur in fornacem ignis ardentis.

Sunt viri Iudæi, quos constituisti super opera regionis Babylonis, Sedrach, Misach, Abdenago, qui non obedierunt rex decreto tuo: Deos tuos non colunt, & imaginem auream, quam statuisti, non adorant.

Tunc Nabuchodonosor in furore, & ira dixit, vt adducerent Sedrach, Misach, & Abdenago. Et adducti sunt in conspectu regis.

Et respondit Nabuchodonosor, & dixit eis: Si vere Sedrach, Misach, Abdenago Deos meos non colitis, & imaginem auream, quam statui, non adoratis:

Nunc ergo, si estis parati, vt in quocumque tempore audieritis vocem tubæ, & fistulæ, & citharæ, sambucæque, & psalterij, & symphoniæ, & omnis generis musicorum, cadentes adoretis imaginem auream, quam feci? Quòd si non adorau eritis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentem. Et quis est Deus, qui eripiat vos de manu mea?

Et responderunt Sedrach, Misach, Abdenago, dicentes regi Nabuchodonosor: Non opus habemus nos de verbo hoc respondere tibi.

Est enim Deus noster in cælis, quem nos colimus, potens eripere nos de camino ignis ardente: & de manibus tuis ò rex liberabit nos.

Et si non: notum sit tibi rex: quia Deos tuos non colimus, & imaginem, quam statuisti, non adoramus.

Tunc Nabuchodonosor repletus est furore: & aspectus faciei illius commutatus est super Sedrach, Misach, & Abdenago:

Et dixit, vt succenderent fornacem in septuplum, donec in finem ardeat: & dixit, vt viri fortes fortitudine ligantes Sedrach, Misach, & Abdenago mitterent in fornacem ignis ardentem.

Tunc viri illi vincti sunt cum Sarabaris suis, & tiaris, & tibialibus, & missi sunt in medium fornacis ignis ardentis.

Quia verbum regis vrgebat: & fornax succensa erat nimis.

Et tres isti Sedrach, Misach, & Abdenago ceciderunt in medio camino ignis ardente colligati.

Quæ sequuntur in Hebræis voluminibus non reperi.

Noua ex Hebr. Talat. Fr. Vatabli.

5 *Quo tempore audieritis sonitum cornu, fistula, cithara,*
sambuca, psalterij, symphonia, & omnis generis *instru-*
menti musici, cadetis, & adorabitis statuam auream quam
erexit Nebuchadnesar Rex.
6 *Et quisquis non conciderit, & adorauerit, eadem hora*
projicietur intra fornacem ignis ardentem.
7 *Quamobrem cum primùm audierunt omnes populi so-*
nitum, cornu, fistula, cithara, sambuca, psalterij, & omnis
generis *musici instrumenti, conciderunt omnes populi,*
tribus, & linguæ, & adorauerunt statuam auream, quam
erexerat Nebuchadnesar Rex.
8 *Propterea in ipso tempore accesserunt viri Chasdim, &*
detulerunt Iehudæos:
9 *Loquuti sunt* autem, *& dixerunt ad Nebuchadnesar*
Regem, Rex in æternum viue.
10 *Tu Rex posuisti decretum vt omnis homo qui audito*
sono cornu, fistula, cithara, sambuca, psalterij, & sympho-
nia, & omnis generis *instrumenti musici cadat, & ado-*
ret statuam auream:
11 *Qui autem non conciderit, & adorauerit, projicietur*
intra fornacem ignis ardentem.
12 *Sunt viri Iehudæi quos constituisti super opera prouin-*
ciæ Babel, Sadrach, Mesach, & Abednego: viri isti non
posuerunt super te, ò Rex, rationem: deos tuos non colunt,
statuam auream quam erexisti non adorant.
13 *Tunc Nebuchadnesar cum furore & ira dixit vt addu-*
cerent Sadrach, Mesach, & Abednego: tum viri isti addu-
cti sunt coram Rege.
14 *Locutus est Nebuchadnesar, & dixit ad eos: Verúmne*
est Sadrach, Mesach, & Abednego, quòd deum meum non
colitis, atque statuam auream quam erexi, non adoratis?
15 *Nunc ergo, estísne parati vt tempore quo audieritis so-*
nitum cornu, fistulæ, cithara, sambuca, psalterij, & sym-
phonia, & omnis generis *instrumenti musici, cadatis, &*
adoretis statuam quam feci? quòd si non adorau eritis, in
ipsa hora conijciemini in medium fornacis ignis ardentis:
& quis ille Deus qui eruat vos de manibus meis?
16 *Responderunt Sadrach, Mesach, & Abednego, & dixe-*
runt Regi Nebuchadnesar: Non oportet nos super hac re
respondere tibi:
17 *Ecce Deus noster quem colimus, potest eruere nos de*
fornace ignis ardente: & de manu tua, ò Rex, eruet.
18 *Quòd si non* eruat nos, *notum sit tibi ò Rex, quòd*
deum tuum non adoramus, & statuam quam erexisti non
colemus.
19 *Tunc Nebuchadnesar repletus est furore, & imago vul-*
tus eius immutata est super Sadrach, Mesach, & Abed-
nego: loquutus est, & iussit succendere fornacem pro *vna*
vice *septuplo magis quàm consueuerant succendere eam.*
20 *Et viris fortibus robore qui erant in exercitu suo, præ-*
cepit vt ligarent Sadrach, Mesach, & Abednego, vt con-
ijcerent in fornacem ignis ardentem.
21 *Tunc viri illi vincti sunt, cum fæmoralibus suis, &*
tiaris suis, & operimentis suis, & alijs *vestibus suis: pro-*
iectique sunt intra fornacem ignis ardentem.
22 *Quapropter eò quod verbum Regis vrgebat, & forna-*
cem curauerat accendendam valde, viros illos qui extule-
rant Sadrach, Mesach, & Abednego, occidit flamma ignis.
23 *Porrò illi tres viri, Sadrach, Mesach, & Abednego,*
corruerunt intra fornacem ignis ardentem ligati.

Digitized by Google

Vulgata Editio.

24 Et ambulabant in medio flammæ laudantes Deum, & benedicentes Domino.

25 Stans autem Azarias orauit sic, aperiensque os suum in medio ignis, ait:

26 Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, & laudabile, & gloriosum nomen tuum in sæcula:

27 Quia iustus es in omnibus, quæ fecisti nobis, & vniuersa opera tua vera, & viæ tuæ rectæ, & omnia iudicia tua vera.

28 Iudicia enim vera fecisti iuxta omnia, quæ induxisti super nos, & super ciuitatem sanctam patrum nostrorum Ierusalem: quia in veritate, & in iudicio induxisti omnia hæc propter peccata nostra.

29 Peccauimus enim, & iniquè egimus recedentes à te: & deliquimus in omnibus:

30 Et præcepta tua non audiuimus, nec obseruauimus, nec fecimus sicut præceperas nobis vt bene nobis esset.

31 Omnia ergo, quæ induxisti super nos, & vniuersa, quæ fecisti nobis, in vero iudicio fecisti:

32 Et tradidisti nos in manibus inimicorum nostrorum iniquorum, & pessimorum, præuaricatorumque & regi iniusto, & pessimo vltra omnem terram.

33 Et nunc non possumus aperire os: confusio, & opprobrium facti sumus seruis tuis, & his, qui colunt te.

34 Ne, quæsumus, tradas nos in perpetuum propter nomen tuum, & ne dissipes testamentum tuum.

35 Neque auferas misericordiam tuam à nobis propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tuum:

36 Quibus locutus es, pollicens quòd multiplicares semen eorum sicut stellas cæli, & sicut arenam, quæ est in littore maris:

37 Quia Domine imminuti sumus plus quàm omnes gentes, sumusque humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra.

38 Et non est in tempore hoc princeps, & dux, & propheta, neque holocaustum, neque sacrificium, neque oblatio, neque incensum, neque locus primitiarum coram te.

39 Vt possimus inuenire misericordiam tuam: sed in animo contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur.

40 Sicut in holocausto arietum, & taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi: quoniam non est confusio confidentibus in te.

41 Et nunc sequimur te in toto corde, & timemus te, & quærimus faciem tuam.

42 Ne confundas nos: sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam, & secundum multitudinem misericordiæ tuæ.

43 Et erue nos in mirabilibus tuis, & da gloriam nomini tuo Domine:

44 Et confundantur omnes, qui ostendunt seruis tuis mala, confundantur in omni potentia tua, & robur eorum conteratur:

45 • Et sciant quia tu es Dominus Deus solus, & gloriosus super orbem terrarum.

46 Et non cessabant qui miserant eos ministri regis succendere fornacem, naphtha, & stuppa, & pice, & malleolis.

47 Et effundebatur flamma super fornacem cubitis quadraginta nouem:

48 Et erupit, & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis.

49 Angelus autem Domini descendit cum Azaria, & socijs eius in fornacem: & excussit flammam ignis de fornace.

50 Et fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis, neque contristauit, nec quidquam molestiæ intulit.

51 Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum in fornace, dicentes:

52 Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum: & laudabilis, & gloriosus: & superexaltatus in sæcula, & benedictum nomen gloriæ tuæ sanctum: & laudabile, & superexaltatum in omnibus sæculis.

53 Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ: & superlaudabilis, & supergloriosus in sæcula.

54 Benedictus es in throno regni tui: & superlaudabilis, & superexaltatus in sæcula.

Transl. ex Septuag.

24 *Et ambulabant in medio flamma laudantes Deum, & benedicentes Dominum.*

25 *Et stans Azarias orauit sic: & aperiens os suum in medio ignis, dixit.*

26 *Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, & laudabilis: & gloriosum nomen tuum in sæcula:*

27 *Quia iustus es in omnibus, quæ fecisti: & vniuersa opera tua vera, & rectæ viæ tuæ, & omnia iudicia tua veritas.*

28 *Et iudicia veritatis fecisti iuxta omnia, quæ induxisti super nos, & super ciuitatem sanctam patrum nostrorum Hierusalem: quia in veritate, & iudicio induxisti omnia hæc propter peccata nostra.*

29 *Peccauimus enim, & iniquè egimus recedentes à te: & deliquimus in omnibus:*

30 *Et præcepta tua non audiuimus, nec obseruauimus: nec fecimus, sicut præceperas nobis; vt bene nobis esset.*

31 *Omnia ergo, quæ induxisti super nos, & vniuersa, quæ fecisti nobis, in vero iudicio fecisti:*

32 *Et tradidisti nos in manibus inimicorum iniquorum, & pessimorum præuaricatorum, & regi iniusto, & pessimo vltra omnem terram.*

33 *Et nunc non possumus aperire os nostrum. Confusio, & opprobrium facti sumus seruis tuis, & his, qui colunt te.*

34 *Ne, quæsumus, tradas nos in finem propter nomen tuum: & ne dissipes testamentum tuum:*

35 *Neque auferas misericordiam tuam à nobis propter Abraam dilectum à te, & Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tuum;*

36 *Quibus loquutus es, quod multiplicares semen eorum, sicut stellas cæli, & sicut arenam, quæ est apud labium maris.*

37 *Quoniam Domine imminuti sumus plusquam omnes gentes: & sumus humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra:*

38 *Et non est in tempore hoc princeps, & propheta, & dux, neque holocaustum, neque sacrificium, neque oblatio, neq; incensum, neque locus offerendi primitias corã te.*

39 *Et inueniendi misericordiam. Sed in anima contrita, & spiritu humilitatis suscipiamur.*

40 *Sicut in holocausto arietum, & taurorum, & in millibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, & perficiatur post te: quoniam non erit confusio confidentibus in te.*

41 *Et nunc sequimur in toto corde, & timemus te, & quærimus faciem tuam.*

42 *Ne confundas nos, sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam, & secundum multitudinem misericordiæ tuæ:*

43 *Et erue nos secundum mirabilia tua. Et da gloriam nomini tuo Domine:*

44 *Et confundantur omnes, qui ostendunt seruis tuis mala: & confundantur ab omni potentia: & robur eorum conteratur:*

45 *Et sciant, quia tu es Dominus Deus solus, & gloriosus super vniuersum orbem terrarum.*

46 *Et non cessabant, qui miserant eos, ministri regis succendere fornacem naptha, & pice, & stuppa, & malleolis:*

47 *Et effundebatur flamma super fornacem cubitis quadraginta nouem:*

48 *Et erupit, & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis.*

49 *Angelus autem Domini descendit cum Azaria, & socijs eius in fornacem, & excussit flammam ignis de fornace:*

50 *Et fecit medium fornacis, quasi ventum roris susurrantem: & non tetigit eos omnino ignis, neque contristauit, nec quicquam molestiæ intulit eis.*

51 *Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum in fornace, dicentes.*

52 *Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, & laudabilis, & superexaltatus in sæcula. Et benedictum nomen gloriæ tuæ sanctum, & superlaudabile, & superexaltatum in omnibus sæculis.*

53 *Benedictus es in templo sanctæ gloriæ tuæ, & superlaudabilis, & supergloriosus in sæcula *.*

54 *Benedictus es in throno regni tui, & superlaudabilis, & superexaltatus in sæcula.*

* Hic habentur in trãslat. ex Sept. Rom. quæ hic notãtur nu. 55.

Vulgata Editio.

55 Benedictus es, qui intueris abyssos, & sedes super cherubim: & laudabilis, & superexaltatus in sæcula.
56 Benedictus es in firmamento cæli: & laudabilis & gloriosus in sæcula.
57 Benedicite omnia opera Domini Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula,
58 Benedicite Angeli Domini Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
*Ps. 148 3.
59 * Benedicite cæli Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
60 Benedicite aquæ omnes, quæ super cælos sunt, Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
61 Benedicite omnes virtutes Domini Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
62 Benedicite sol, & luna Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
63 Benedicite stellæ cæli Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
64 Benedicite omnis imber, & ros Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
65 Benedicite omnes spiritus Dei Domino: laudate, & superexaltate eum in sæcula.
66 Benedicite ignis, & æstus Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
67 Benedicite frigus, & æstus Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
68 Benedicite rores, & pruina Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
69 Benedicite gelu, & frigus Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
70 Benedicite glacies, & niues Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
71 Benedicite noctes, & dies Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
72 Benedicite lux, & tenebræ Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
73 Benedicite fulgura, & nubes Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
74 Benedicat terra Dominum: laudet, & superexaltet eum in sæcula.
75 Benedicite montes, & colles Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
76 Benedicite vniuersa germinantia in terra Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
77 Benedicite fontes Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
78 Benedicite maria, & flumina Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
79 Benedicite cete, & omnia, quæ mouentur in aquis, Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
80 Benedicite omnes volucres cæli Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
81 Benedicite omnes bestiæ: & pecora Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
82 Benedicite filij hominum Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
83 Benedicat Israel Dominum: laudet & superexaltet eum in sæcula.
84 Benedicite sacerdotes Domini Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
85 Benedicite serui Domini Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
86 Benedicite spiritus, & animæ iustorum Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
87 Benedicite sancti, & humiles corde Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
88 Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula. Quia eruit nos de inferno, & saluos fecit de manu mortis, & liberauit nos de medio ardentis flammæ, & de medio ignis eruit nos.
89 Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius.
90 Benedicite omnes religiosi Domino Deo deorum: laudate & confitemini ei, quia in omnia sæcula misericordia eius.

Hucusque in Hebræo non habetur: & quæ posuimus, de Theodotionis editione translata sunt.

Transl. ex Septuag.

Benedictus es qui intueris abyssos sedens super Cherubim, & laudabilis, & superexaltatus in sæcula.
Benedictus es in firmamento cæli, & laudabilis, & gloriosus in sæcula.
*Benedicite omnia opera Domini Domino: laudate, & superexaltate eum in sæcula *.*

*Hic habentur quæ notantur nu. 59.

Benedicite Angeli Domini Domino: laudate, & superexaltate eum in sæcula.
Benedicite cæli Domino: laudate, & superexaltate eum in sæcula.
Benedicite aquæ, & omnia, quæ super cælum sunt, Domino: laudate, & superexaltate eum in sæcula.
Benedicat omnis virtus Domini Dominum: laudate, & superexaltate eum in sæcula.
Benedicite Sol, & Luna Domino: laudate, & superexaltate eum in sæcula.
Benedicite stellæ cæli Domino: laudate, & superexaltate eum in sæcula.
** Benedicat omnis imber, & ros Domino: laudate, & superexaltate eum in sæcula.*
Benedicite omnes Spiritus Dominum: laudate, & superexaltate eum in sæcula.
Benedicite ignis, & æstus Domino: laudate, & superexaltate eum sæcula.
*Benedicite frigus, & æstus Domino: laudate, & superexaltate eum in sæcula *.*

*Quæ deberet respondere n. 68 & 69. non habetur in hac translat. ex Septu. Ro. quæ vero hic notatur nu. 67. & 70. habetur in hac translat. post n. 72. ubi asteriscus.

*Benedicite glacies, & niues Domino: laudate, & superexaltate eum in sæcula *.*
Benedicite noctes, & dies Domino: laudate, & superexaltate eum in sæcula.
*Benedicite lux, & tenebræ Domino: laudate, & superexaltate eum in sæcula *.*
Benedicite fulgura, & nubes Domino: laudate, & superexaltate eum in sæcula.
Benedicat terra Dominum: laudet, & superexaltet eum in sæcula.
Benedicite montes, & colles Domino: laudate, & superexaltate eum in sæcula.
*Benedicite omnia germinantia in terra Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula *.*

*Hic habentur quæ ponuntur notata nu. 78.

Benedicite fontes Domino: laudate, & superexaltate eum in sæcula.
Benedicite mare, & flumina Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
Benedicite cete, & omnia, quæ mouentur in aquis, Domino: laudate, & superexaltate eum in sæcula.
Benedicite omnes volucres cæli Domino: laudate, & superexaltate eum in sæcula.
Benedicite omnes bestiæ, & pecora Domino: laudate, & superexaltate eum in sæcula.
Benedicite filij hominum Domino: laudate, & superexaltate eum in sæcula.
Benedicite Israel Domino: laudate, & superexaltate eum in sæcula.
Benedicite sacerdotes Domino: laudate, & superexaltate eum in sæcula.
Benedicite serui Domino: laudate, & superexaltate eum in sæcula.
Benedicite spiritus, & animæ iustorum Domino: laudate, & superexaltate eum in sæcula.
Benedicite sancti, & humiles corde Domino: laudate, & superexaltate eum in sæcula.
Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino: laudate, & superexaltate eum in sæcula.
Qui eruit nos de inferno: & saluos fecit nos de manu mortis: & liberauit nos de medio fornacis ardentis flammæ: & de medio ignis eruit nos.
Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius.
Benedicite omnes religiosi Domino Deo Deorum: laudate, & confitemini: quia in sæculum misericordia eius.

Vulgat. Editio.

Tunc Nabuchodonosor rex obstupuit, & surrexit
propere, & ait optimatibus suis: Nonne tres viros
misimus in medium ignis compeditos? Qui respon-
dentes regi, dixerunt: Vere rex.
Respondit, & ait: Ecce ego video quattuor viros
solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil cor-
ruptionis in eis est: & species quarti similis Filio Dei.
Tunc accessit Nabuchodonosor ad ostium forna-
cis ignis ardentis, & ait: Sidrach, Misach, & Abdena-
go serui Dei excelsi, egredimini, & venite. Statimque
egressi sunt Sidrach, Misach, & Abdenago de medio
ignis.
Et congregati satrapæ, & magistratus, & iudices,
& potentes regis contemplabantur viros illos, quo-
niam nihil potestatis habuisset ignis in copporibus
eorum, & capillus capitis eorum non esset adustus,
& sarabala eorum non fuissent immutata, & odor
ignis non transisset per eos.
Et erumpens Nabuchodonosor, ait: Benedictus
Deus eorum, Sidrach videlicet, Misach, & Abdenago.
qui misit Angelum suum, & eruit seruos suos, qui
crediderũt in eum: & verbum regis immutauerunt.
& tradiderunt corpora sua ne seruirent, & ne ado-
rarent omnem deum, excepto Deo suo.
A me ergo positum est hoc decretum, vt omnis
populus, tribus, & lingua, quæcumque locuta fuerit
blasphemiam contra Deum Sidrach, Misach, & Ab-
denago, dispereat, & domus eius vastetur: neque
enim est alius Deus, qui possit ita saluare.
Tunc rex promouit Sidrach, Misach, & Abdenago
in prouincia Babylonis.

NABVCHODONOSOR rex, omnibus
populis, gentibus, & linguis, qui habitant in vniuer-
sa terra, pax vobis multiplicetur.
Signa, & mirabilia fecit apud me Deus excelsus:
placuit ergo mihi prædicare.
Signa eius, quia magna sunt: & mirabilia eius, quia
fortia: & regnum eius regnum sempiternum, & *po-
testas eius in generationem & generationem.

* Inf. 4. 31. & 7. 14.

CAP. III.

EGo Nabuchodonosor quietus eram in domo
mea, & florens in palatio meo:
Somnium vidi, quod perterruit me: & cogitatio-
nes meæ in strato meo, & visiones capitis mei con-
turbauerunt me.
Et per me propositum est decretum vt introduce-
rentur in conspectu meo cuncti sapientes Babylo-
nis, & vt solutionem somnij indicarent mihi:
Tunc ingrediabantur arioli, magi, Chaldæi, & aru-
spices, & somnium narraui in conspectu eorum: &
solutionem eius non indicauerunt mihi:
Donec collega ingressus est in conspectu meo Da-
niel, cui nomen Baltassar secundum nomen Dei
mei, qui habet spiritum deorum sanctorum in se-
metipso: & somnium coram ipso locutus sum.
Baltassar princeps ariolorum, quoniam ego scio
quod spiritum sanctorum deorum habeas in te, &
omne sacramentum non est impossibile tibi: visio-
nes somniorum meorum, quas vidi, & solutionem
earum narra.
Visio capitis mei in cubili meo: Videbam, & ecce
arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia.
Magna arbor, & fortis: & proceritas eius contin-
gens cælum: aspectus illius erat vsque ad terminos
vniuersæ terræ.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

91 *Tunc Nabuchadnesar rex obstupuit, & surrexit prope-
re, locutus est, & dixit optimatibus suis: Nonne viros tres
proiecimus in medium ignis ligatos? Responderunt, & di-
xerunt regi: Vere rex.*
92 *Respondit, & ait: Ecce video viros quattuor solutos am-
bulantes in medio ignis, & corruptio non est in eis & spe-
cies quarti similis est Filio Dei.*
93 *Tunc accessit Nebuchadnesar, ad ostium fornacis ignis
ardentis, locutus est, & dixit: Sadrach, Mesach, & Habed-
nego serui Dei excelsi egredimini, & venite. Tunc egressi
sunt Sadrach, Mesach, & Habednego, de medio ignis,*
94 *Et congregati sunt magni principes summi Sacerdotes,
& duces, & optimates regis, & contemplabantur viros
istos, quia non dominatus fuerat ignis corporibus eorum, &
capillus capitis eorum, non erat adustus, & vestes eorum
non erant mutatæ, & odor ignis non transierat per eos.*
95 *Locutus est Nebuchadnesar, & dixit: Benedictus Domi-
nus Sadrach, Mesach, & Habednego, qui misit Angelum
suum, & eruit seruos suos, qui sperauerunt in eo, & ver-
bum regis mutauerunt, & tradiderunt corpora sua vt
non seruirent, nec genuflecterent omni deo, nisi Deo suo.*
96 *Et à me positum est decretum, vt omnis populus tribus,
& lingua, quæ dixerit blasphemiam contra Deum Sa-
drach, Mesach, & Habednego, in frusta fiet, & domus eius
in latrinam ponetur, eo quòd non est Deus, qui possit erue-
re, sicut hic.*
97 *Tunc rex magnificauit Sadrach, Mesach, & Habedne-
go, in prouincia Babel.*

98 *NEBVCHADNESAR rex omnibus populis,
tribubus, & linguis qui habitant in vniuersa terra pax
vobis multiplicetur.*
99 *Signa, & mirabilia quæ fecit mecum Deus excelsus,
decorum est coram me vt narrem.*
100 *Signa eius secundum quòd magna sunt, & mirabilia
eius secundũ quod fortia sunt. regnum eius regnum sempi-
ternum, & potestas eius cum generatione, & generatione.*

CAP. III.

1 *EGo Nebuchadnesar quietus eram in domo mea, & flo-
rens in palatio meo.*
2 *Somnium vidi, & terruit me, & cogitationes in cubili
meo, & visiones capitis mei terrebant me.*
3 *Et à me positum est decretum, vt introducerentur ad
me omnes sapientes Babel, qui interpretationem somnij
scire facerent me.*
4 *Tunc ingressi sunt astrologi, genethliaci, Chasdim, &
diuini, & somnium dixi coram eis, & interpretationem
eius non indicauerunt mihi.*
5 *Donec demum introductus est coram me Daniel, cuius
nomen est Beltesasar secundum nomen Dei mei, & in
quo est spiritus deorum sanctorum, & somnium coram ipso
dixi.*
6 *Beltesasar princeps genethliacorum noui quòd spiritus
deorum sanctorum est in te, & omne secretum non est ab-
sconditum tibi, visiones somnij mei, quod vidi, & interpre-
tationem eius dic.*
7 *Visio capitis mei in cubili meo: Videbam, & ecce arbor
in medio terræ, & altitudo eius magna.*
8 *Magna erat arbor, & fortis, & altitudo eius pertinge-
bat ad cœlum, & aspectus eius ad finem vniuersæ terræ.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

91 Et Nabuchodonosor audiuit laudantes illos, &
obstupuit, & surrexit propere, & ait optimatibus
suis: Nonne tres viros misimus in medium ignis
compeditos? Et dixerunt regi: Vere rex.
92 Et dixit rex: Ego autem video viros quattuor so-
lutos, & ambulantes in medio ignis: & corruptio
non est in eis: & species quarti similitudo Filij Dei.
93 Tunc accessit Nabuchodonosor ad ostium forna-
cis ignis ardentis, & ait: Sedrach, Misach, Abdenago
serui Dei excelsi, egredimini, & venite. Et egressi
sunt Sedrach, Misach, Abdenago de medio ignis.
94 Et congregantur Satrapæ, & Duces, & Toparchæ,
& potentes regis: & contemplabantur viros: quo-
niam nihil potestatis habuisset ignis in corpore eo-
rum; & capillus capitis eorum non esset adustus, &
sarabara eorum non fuissent immutata, & odor
ignis non esset in eis.
95 Et respondit Nabuchodonosor rex, & ait: Benedi-
ctus Deus Sedrach, Misach, Abdenago, qui misit An-
gelum suum, & eruit seruos suos: quia crediderunt
in eum: & verbum regis immutauerunt, & tradide-
runt corpora sua in ignem: ne seruirent, neque ado-
rarent omnem Deum præter Deum suum.
96 Et ego propono decretum: Omnis populus, tribus,
ligua, quæcumque dixerit blasphemiam contra
Deum Sedrach, Misach, Abdenago: in perditionem
erunt, & domus eorum in direptionem, sicuti non
est Deus alius, qui possit ita saluare.
97 Tunc rex promouit Sedrach, Misach, Abdenago
in regione Babylonis, & amplificauit eos, & dignos
habuit ipsos, qui præessent omnibus Iudæis, qui in
regno suo.
98 NABVCHODONOSOR rex omnibus
tribubus, populis, & linguis, habitantibus in vniuer-
sa terra: Pax vobis multiplicetur.
99 Signa, & prodigia, quæ fecit mecum Deus excel-
sus, placuit in conspectu meo annunciare vobis,
100 Quàm magna, & fortia: regnum eius, regnum
sempiternum: & potestas eius in generationem, &
generationem.

C A P. IIII.

1 EGo Nabuchodonosor abundans eram in domo
mea, & florens.
2 Somnium vidi, & perterruit me: & turbatus sum
in cubili meo: & visiones capitis mei conturbaue-
runt me.
3 Et per me propositum est decretum introducen-
di in conspectu meo omnes sapientes Babylonis: vt
coniecturam somnij indicarent mihi.
4 Et ingrediebantur incantatores, magi, Gazareni,
Chaldæi: & somnium ego dixi in conspectu eorum:
& coniecturam eius non indicarunt mihi:
5 Donec venit Daniel: cuius nomen Baltasar secun-
dum nomen Dei mei: qui spiritum Dei sanctum in
semetipso habet: Cui dixi:
6 Baltasar princeps incantatorum, quem ego noui,
quòd Spiritus Dei sanctus in te, & omne sacramen-
tum non est impossibile tibi: audi visionem somnij
mei, quod vidi, & coniecturam eius dic mihi.
7 In cubili meo videbam; & ecce arbor in medio
terræ, & altitudo eius multa.
8 Magnificata est arbor, & inualuit: & altitudo eius
peruenit vsque ad cælum: & moles eius ad termi-
num vniuersæ terræ:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

91 *Tunc Nebuchadnesar Rex obstupuit, & surrexit pro-
perè: loquutus est, & dixit optimatibus suis, Nonne viros
tres proiecimus intra ignem ligatos? Responderunt, & di-
xerunt Regi, Verè Rex.*
92 *Respondit, & ait, Ecce video viros quatuor solutos de-
ambulantes in medio ignis, & nulla corruptio est in eis:
& aspectus quarti similis est Filio Dei.*
93 *Tunc accessit Nebuchadnesar ad ostium fornacis ignis
ardentis, loquutusq́; est, & dixit, Sadrach, Mesach, &
Abednego, serui Dei excelsi egredimini, & venite. Tunc
ingressi sunt, Sadrach, Mesach, & Abednego, de medio
ignis.*
94 *Congregati* sunt *igitur Satrapæ, Præfecti, & Duces, &
Optimates Regis, contemplaturi viros illos, quòd non do-
minatus fuisset ignis corporibus eorum, neque capillus ca-
pitis eorum adustus esset, nec vestes eorum essent mutatæ,
& odor ignis non transisset per illa.*
95 *Loquutus est* autem *Nebuchadnesar, & dixit, Benedi-
ctus Deus eorum,* nempe *Sadrach, Mesach, & Abednego,
qui misit Angelum suum, & eruit seruos suos qui spera-
uerunt in ipso, & verbum Regis mutauerunt, tradide-
runtq́; corpora sua ne seruirent, néve adorarent vllum
deum, præter Deum suum.*
96 *A me ergo positum est decretum, vt omnis populus, tri-
bus, & lingua quæ dixerit blasphemiam, contra Deum
Sadrach, Mesach, & Abednego, in frusta; fiat, & domus
eius* in *latrinam ponatur: eò quòd non sit deus alius qui
possit eruere sicut hic.*
97 *Tunc Rex magnificauit Sadrach, Mesach, & Abednego
in prouincia Babel.*
98 *NEBVCHADNESAR Rex omnibus populis,
tribubus, & linguis qui habitant in vniuersa terra, pax
vobis multiplicetur.*
99 *Signa & mirabilia quæ fecit mecum Deus excelsus, de-
corum est coram me vt narrem.*
100 *Signa eius quàm magna sunt! & mirabilia eius quàm
fortia* sunt! *regnum eius regnum sempiternum, & domi-
nium eius* erit *cum generatione & generatione.*

C A P. IIII.

1 *EGo Nebuchad-nesar quietus eram in domo mea, &
florens in palatio meo.*
2 *Somnium vidi, & terruit me, & cogitationes in cubili
meo, & visiones capitis mei turbauerunt me.*
3 *Proin à me positum est decretum, vt introducerent co-
ram me omnes sapientes Babel, qui interpretationem som-
nij indicarent mihi.*
4 *Tunc ingressi sunt* ad me *genethliaci, astrologi, chal-
dæi, & diuini: & somnium dixi coram eis, attamen inter-
pretationem eius non indicauerunt mihi.*
5 *Donec tandem introductus est coram me Daniel cuius
nomen est Beltesasar secundum nomen dei mei, & in quo
est spiritus Deorum sanctorum, & somnium coram ipso
dixi.*
6 *Beltesasar princeps genethliacorum, noui quòd Spiritus
Deorum sanctorum* sit *in te, &* quod *nullum secretum
sit absconditum tibi: visiones somnij mei quod vidi, & in-
terpretationem eius dic.*
7 *Visiones autem capitis mei in cubili meo, Videbam, &
ecce arbor in medio terræ, & altitudo eius magna.*
8 *Magna* erat *arbor & fortis: & altitudo eius pertinge-
bat ad cælum, aspectus verò eius ad finem vniuersæ terræ.*

Vulgat. Editio.

Folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius: & eſca vniuerſorum in ea. ſubter eam habitant animalia, & beſtiæ, & in ramis eius conſeruabantur volucres cæli: & ex ea veſcebatur omnis caro.

Videbam in viſione capitis mei ſuper ſtratum meum, & ecce vigil, & ſanctus de cælo deſcendit.

Clamauit fortiter, & ſic ait: Succidite arborem, & præcidite ramos eius: excutite folia eius, & diſpergite fructus eius, fugiant beſtiæ, quæ ſubter eam ſunt, & volucres de ramis eius.

Verumtamen germen radicum eius in terra ſinite, & alligetur vinculo ferreo, & æreo in herbis, quæ foris ſunt, & rore cęli tingatur, & cum feris pars eius in herba terræ.

Cor eius ab humano commutetur, & cor feræ detur ei: & ſeptem tempora mutentur ſuper eum.

In ſententia vigilum decretum eſt, & ſermo ſanctorum: & petitio: donec cognoſcant viuentes quoniam dominatur Excelſus in regno hominum: & cuicumque voluerit, dabit illud, & humillimum hominem conſtituet ſuper eum.

Hoc ſomnium vidi ego Nabuchodonoſor rex: tu ergo Baltaſſar interpretationem narra feſtinus: quia omnes ſapientes regni mei non queunt ſolutionem edicere mihi: tu autem potes, quia ſpiritus deorum ſanctorum in te eſt.

Tunc Daniel, cuius nomen Baltaſſar, cœpit intra ſemetipſum tacitus cogitare quaſi vna hora: & cogitationes eius conturbabant eum. Reſpondens autem rex ait: Baltaſſar, ſomnium & interpretatio eius non conturbent te. Reſpondit Baltaſſar, & dixit: Domine mi, ſomnium his, qui te oderunt, & interpretatio eius hoſtibus tuis ſit.

Arborem, quam vidiſti ſublimem, atque robuſtam, cuius altitudo pertingit ad cælum, & aſpectus illius in omnem terram:

Et rami eius pulcherrimi, & fructus eius nimius, & eſca omnium in ea, ſubter eam habitantes beſtiæ agri, & in ramis eius commorantes aues cæli:

Tu es rex, qui magnificatus es, & inualuiſti: & magnitudo tua creuit, & peruenit vſque ad cælum, & poteſtas tua in terminos vniuerſæ terræ.

Quod autem vidit rex vigilem, & ſanctum deſcendere cælo, & dicere: Succidite arborem, & diſſipate illam: attamen germen radicum eius in terra dimittite, & vinciatur ferro & ære in herbis foris, & rore cœli conſpergatur, & cum feris ſit pabulum eius, donec ſeptem tempora mutentur ſuper eum:

Hæc eſt interpretatio ſententiæ Altiſsimi, quæ peruenit ſuper dominum meum regem:

Eijcient te ab hominibus, & cum beſtijs feriſque erit habitatio tua, & *fœnum vt bos comedes, & rore cæli infunderis, ſeptem quoque tempora mutabuntur ſuper te, donec ſcias quod dominetur Excelſus ſuper regnum hominum, & cuicunque voluerit, det illud.

*Inf. 5. 21.

Quod autem præcepit vt relinqueretur germen radicum eius, id eſt arboris: regnum tuum tibi manebit poſtquam cognoueris poteſtatem eſſe cæleſtem.

Quam ob rem rex conſilium meum placeat tibi, * & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum: forſitan ignoſcet delictis tuis.

*Eccl. 3. 33.

Omnia hæc venerunt ſuper Nabuchodonoſor regem.

Poſt finem menſium duodecim, in aula Babylonis deambulabat.

Reſpon-

Tranſl. ex Heb. Sanct. Pagn.

9 *Ramus eius pulcher, & fructus eius multus: & eſca*
vniuerſis erat in ea, ſub ſe vmbram faciebat beſtiis agri,
& in ramis eius habitabant volucres cæli, & ex ea veſce-
batur omnis caro.
10 *Videbam in viſione capitis mei, ſuper ſtratu meo, & ecce*
vigil, & ſanctus de cælo deſcendit.
11 *Clamauit fortiter, & ſic dixit, Succidite arborem, &*
præcidite ramos eius, excutite ramos eius, & diſpergite
fructus eius, elongent ſe beſtiæ quæ ſub ea ſunt, & volu-
cres à ramis eius.
12 *Veruntamen radicem radicum eius in terra ſinite, &*
in vinculo ferreo, & æreo ponatur in herba agri, rore cæli
tingatur, & cum beſtijs ſit pars eius in herba terræ.
13 *Cor eius ab homine mutetur, & cor beſtiæ detur ei, &*
ſeptem tempora mutentur ſuper eum.
14 *In decreto vigilum verbum, & in ſermone ſanctorum*
petitio, vt cognoſcant viuentes quòd dominetur Altiſſimus
in regno hominum, & cui voluerit dabit illud, & humi-
lem inter homines conſtituet ſuper illud.
15 *Hoc ſomnium vidi ego rex Nebuchadneſar: tu autem*
Beltheſaſar interpretationem eius dic, quod omnes ſapien-
tes regni mei non potuerunt interpretationem notificare
mihi: tu autem potens es, quia ſpiritus deorum ſanctorum
in te eſt.
16 *Tunc Daniel, cuius nomen erat Beltæſaſar ſiluit hora*
vna, & cogitationes eius terrebant eum. Locutus eſt rex,
& dixit, Beltæſaſar ſomnium, & interpretatio eius non
terreant te. Reſpondit Beltheſaſar, & dixit, Domine mi
ſomnium ſit inimicis tuis, & interpretatio eius hoſtibus
tuis.
17 *Arbor, quam vidiſti, quæ erat magna, & fortis, & al-*
titudo eius pertingebat ad cælum, & aſpectus eius in om-
nem terram:
18 *Et rami eius pulchri, & fructus eius multus, & eſca*
omnibus in ea: ſubter eam habitabant beſtiæ agri, & in
ramis eius habitabant volucres cæli.
19 *Tu ipſe es rex, qui magnificatus es, & roboratus es, &*
magnitudo tua creuit, & peruenit ad cælum, & poteſtas
tua ad finem terræ.
20 *Quòd autem vidit rex vigilem, & ſanctum deſcenden-*
tem è cælo, & dixit, Succidite arborem, & diſſipate illam,
attamen radicem radicum eius in terra dimittite, & in
vinculo ferreo & æreo ponatur, in herba agri, & rore cæli
aſpergatur; & cum beſtiis agri ſit pars eius, donec ſeptem
tempora mutentur ſuper eum.
21 *Hæc eſt interpretatio rex, & decretum Altiſſimi eſt,*
quod peruenit ſuper dominum meum regem.
22 *Et te eijcient ab hominibus & cum beſtiis agri erit ha-*
bitatio tua, herba ſicut bobus tibi ſapient, & rore cæli te
tingent, & ſeptem tempora mutabuntur ſuper te, donec
ſcias quòd dominetur Altiſſimus in regno hominum, &
cui voluerit dabit illud.
23 *Et quod dixerunt, vt dimitterent radicem radicum eius*
arboris, regnum tuum tibi manebit ex eo tempore quo cog-
noueris quòd poteſtas cæli eſt.
24 *Quamobrem rex conſilium meum placeat tibi, & pec-*
cata tua iuſtitia redime, & iniquitates tuas miſericordia
pauperum, ſi forte ſit prolongatio paci tuæ.
25 *Omnia venerunt ſuper Nebuchadneſar regem.*
26 *In fine menſium duodecim, in aula regni Babel deam-*
bulat.

Locu-

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Folia eius pulchra: & fructus eius multus: & esca vniuersorum in ea: & subter eam habitabant bestiæ agrestes: & in ramis eius habitabant volucres cæli: & ex ea vescebatur omnis caro.

Videbam in visione noctis in cubili meo. Et ecce Hir, & sanctus de cælo descendit,

Clamauitque fortiter, & sic ait: Succidite arborem, & euellite ramos eius, & excutite folia eius, & dispergite fructum eius: moueantur bestiæ desubter eam, & volucres de ramis eius.

Veruntamen germen radicum eius in terra finite: & in vinculo ferreo, & æreo, & in herba, quæ foris est, & in rore cæli cubabit: & cum bestijs pars eius in herba terræ.

Cor eius ab hominibus commutabitur: & cor feræ dabitur ei: & septem tempora mutabuntur super eum.

Per decretum Hir sermo: & verbum, sanctorum petitio: vt cognoscant viuentes, quòd dominus est ipse Altissimus regni hominum, & cuicumque voluerit, dabit illud, & quod pro nihilo habetur ab hominibus, erigetur per illud.

Hoc est somnium, quod vidi ego Nabuchodonosor rex. Et tu Baltasar coniecturam dicito: quia omnes sapientes regni mei non possunt coniecturam eius indicare mihi. Tu autem Daniel potes: quia spiritus Dei sanctus est in te.

Tunc Daniel, cuius nomen Baltasar, obstupuit quasi hora vna: & cogitationes eius conturbabant eum. Et respondit Baltasar, & dixit: Domine somnium sit his, qui te oderunt: & coniectura eius hostibus tuis.

Arbor, quam vidisti magnificatam, & corroboratam, cuius altitudo perueniebat ad cælum, & latitudo eius in omnem terram,

Et folia eius florentia, & fructus eius multus, & esca omnibus in ea, subter eam habitabant bestiæ agri, & in ramis eius commorabantur aues cæli;

Tu es ò rex, quia magnificatus es, & inualuisti, & magnitudo tua magnificata est, & peruenit ad cælum, & potestas tua ad terminos terræ.

Quòd autem vidit rex Hir, & sanctum descendentem de cælo, & dixit, euellite arborem, & dissipate illam, attamen germen radicum eius in terra dimittite, & in vinculo ferreo, & in ære, & in herba, quæ foris, & in rore cæli commorabitur, & cũ bestijs agrestibus pars eius, donec septem tempora mutentur super eum;

Hæc est coniectura eius ò rex: & sententia Altissimi est, quæ peruenit super dominum meum regem:

Et eijcient te ab hominihus; & cum bestijs agrestibus erit habitatio tua: & fæno, vt bouem pascent te: & de rore cæli commoraberis & septem tempora mutabuntur super te: donec scias, quòd dominatur Excelsus super regnum hominum, & cuicumque voluerit, dabit illud.

Quòd autem dixerunt, dimittite germen radicum arboris, regnum tuum tibi manet, postquam cognoueris potestatem cælestem.

Quamobrem rex consilium meum placeat tibi: & peccata tua in eleemosyhis redime, & iniquitates in miserationibus pauperum: fortasse erit longanimis delictis tuis Deus.

Omnia hæc venerunt super Nabuchodonosor regem.

Post duodecim menses, in aula regni sui, in Babylone ambulans.

Respon-

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

9 *Ramus eius pulcher, & fructus eius multus: & esca*
vniuersis erat *in ea: sub se vmbram faciebat bestiis agri,*
& in ramis eius habitabant volucres cœli, ex ea vesceba-
tur omnis caro.
10 *Videbam in visionibus capitis mei, in cubili meo, & ecce*
Vigil & sanctus de cœlo descendit:
11 *Clamauit fortiter, & sic dixit, Succidite arborem, &*
præcidite ramos eius, decutite ramos eius, & dispergite
fructum eius: secedant bestiæ quæ sub ea sunt, & volucres
à ramis eius.
12 *Veruntamen stirpem radicum eius in terra relinquite,*
& vinculo ferreo & æreo ligatus maneat *in herba agri:*
rore cœli tingatur, & cum bestiis sit *pars eius in herba*
terræ.
13 *Cor eius ab homine mutent, & cor bestiæ detur ei: &*
septem tempora mutentur super eum.
14 *Decreto Vigilum* fiet *hoc, & in sermone sanctorum pe-*
titio: respondebitur, *Vt cognoscant viuentes quòd domi-*
natur Altissimus in regno hominum, & cui voluerit, da-
bit illud, & humilem inter homines constituet super illud.
15 *Hoc* est *somnium* quod *vidi ego rex Nebuchad-nesar,*
tu autem Beltesasar interpretationem eius dicito: quia
omnes sapientes regni mei non potuerunt interpretationem
indicare mihi: tu verò id *potes, quia Spiritus Deorum san-*
ctorum in te est.
16 *Tunc Daniel, cuius nomen erat Beltesasar siluit circi-*
ter horam vnam, & cogitationes eius terrebant eum. Lo-
quutus est autem *Rex, & dixit, Beltesasar, somnium &*
interpretatio eius non terreant te. Respondit Beltesasar, &
dixit, Domine mi, somnium sit inimicis tuis, & interpre-
tatio eius hostibus tuis.
17 *Arbor quam vidisti, quæ erat magna & fortis, altitu-*
doq́; eius pertingebat ad cœlum, & aspectus eius in omnem
terram:
18 *Et rami eius pulchri, & fructus eius multus, & esca*
omnibus in ea: subter eam habitabant bestiæ agri, & in
ramis eius habitabant volucres cœli.
19 *Tu ipse* es *ò Rex, qui magnificatus es, & roboratus es, &*
magnitudo tua creuit, & peruenit ad cœlum, & potentia
tua ad finem terræ.
20 *Quòd autem vidit rex Vigilem, & sanctum descenden-*
tem è cœlo, & dixit, Succidite arborem, & dissipate illam,
attamen stirpem radicum eius in terra dimittite, & vin-
culo ferreo & æreo ligatus, maneat *in herba agri, & rore*
cœli aspergatur, & cum bestiis agri sit *pars eius, donec se-*
ptem tempora transeunt super eum:
21 *Hæc* est *interpretatio ò rex, & decretum Altissimi est,*
quod peruenit super dominum meum Regem.
22 *Te enim eijcient ab hominibus, & cum bestiis agri erit*
habitatio tua, & herba instar boum te pascent, & rore cæ-
li te tingent, & septem tempora transibunt super te, donec
scias quòd dominetur Altissimus in regno hominum, &
cui voluerit dabit illud.
23 *Quòd autem dixerunt vt dimitterent stirpem radicum*
eius, nempe *arboris: regnum tuum tibi manebit, donec co-*
gnoueris quòd Domini sunt *cœli.*
24 *Quamobrem, ò Rex, consilium meum placeat tibi, &*
peccata tua iustitia redime, & iniquitates tuas miseratio-
ne pauperum, ecce erit medela delicti tui.
25 *Omnia* hæc *venerunt super Nebuchad-nesar Regem.*
26 *In fine mensium duodecim, in palatio regni Babel de-*
ambulat.

Loquu-

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Respondítque rex, & ait: Nonne hæc est Babylon magna, quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei?

Cumque sermo adhuc esset in ore regis, vox de cælo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonosor rex: Regnum tuum transibit à te.

Et ab hominibus ejcient te, & cum bestijs & feris erit habitatio tua: fœnum quasi bos comedes, & septem tempora mutabuntur super te: donec scias quòd dominetur Excelsus in regno hominum, & cuicumque voluerit, det illud.

Eadem hora sermo completus est super Nabuchodonosor, & ex hominibus abiectus est, & fœnum vt bos comedit, & rore cæli corpus eius infectum est: donec capilli eius in similitudinem aquilarum crescerent, & vngues eius quasi auium.

Igitur post finem dierum ego Nabuchodonosor oculos meos ad cælum leuaui, & sensus meus redditus est mihi: & Altissimo benedixi, & viuentem in sempiternum laudaui, & glorificaui: * quia potestas eius potestas sempiterna, & regnum eius in generationem & generationem.

* Su. 3. 100.

Et omnes habitatores terræ apud eum in nihilum reputati sunt: iuxta voluntatem enim suam facit tam in virtutibus cæli, quàm in habitatoribus terræ: & non est qui resistat manui eius, & dicat ei: Quare fecisti?

In ipso tempore sensus meus reuersus est ad me, & ad honorem regni mei, decoremque perueni: & figura mea reuersa est ad me: & optimates mei, & magistratus mei requisierunt me, & in regno meo restitutus sum: & magnificentia amplior addita est mihi.

Nunc igitur ego Nabuchodonosor laudo, & magnifico, & glorifico regem cæli: quia omnia opera eius vera, & viæ eius iudicia, & gradientes in superbia potest humiliare.

CAP. V.

BAltassar rex fecit grande conuiuium optimatibus suis mille: & vnusquisque secundum suam bibebat ætatem.

Præcepit ergo iam temulentus vt afferrentur vasa aurea & argentea, quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius de templo, quod fuit in Ierusalem, vt biberent in eis rex, & optimates eius, vxoresque eius, & concubinæ.

Tunc allata sunt vasa aurea, & argentea, quæ asportauerat de templo, quod fuerat in Ierusalem: & biberunt in eis rex, & optimates eius, vxores & concubinæ illius.

Bibebant vinum, & laudabant deos suos aureos, & argenteos, & æreos, ferreos, ligneosque & lapideos.

In eadem hora apparuerunt digiti, quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie parietis aulæ regiæ: & rex aspiciebat articulos manus scribentis.

Tunc facies regis commutata est, & cogitationes eius conturbabant eum: & compages renum eius soluebantur: & genua eius ad se inuicem collidebantur.

Exclamauit itaque rex fortiter vt introducerent magos, Chaldæos, & aruspices. Et proloquens rex ait sapientibus Babylonis: Quicumque legerit scripturam hanc, & interpretationē eius manifestam mihi fecerit, purpura vestietur, & torquem auream habebit in collo, & tertius in regno meo erit:

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

27 *Locutus est Rex, & ait: Nonne hæc est Babel magna, quam ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloriam decoris mei?*

28 *Adhuc sermone existente in ore regis, vox è cælo ruit: Tibi dicunt Nebuchad-nesar rex: Regnum transiuit à te,*

29 *Et ab homine te eijcient, & cum bestiis agri erit habitatio tua, herba sicut bobus tibi sapient, & septem tempora mutabuntur super te, donec agnoscas quòd dominetur Altissimus in regno hominum, & cui voluerit dabit illud.*

30 *Eadem hora sermo completus est super Nebuchad-nesar, & ex hominibus abiectus est, & herbam vt boues comedebat, & rore cæli corpus eius tingebatur, donec capillus eius sicut aquilæ creuit, & vngues eius sicut auium.*

31 *In fine dierum ego Nebuchad-nesar oculos meos ad cælos leuaui, & cognitio mea mihi data est, & altissimo benedixi, & viuentem in sæcula laudaui, & glorificaui, quia potestas eius, potestas sempiterna & regnum eius cum generatione, & generatione.*

32 *Et omnes habitatores terræ, tanquam nihil reputati sunt: & iuxta voluntatem suam facit in exercitu cæli, & habitatoribus terræ: & non est qui percutiat manu sua, & dicat ei, quid fecisti?*

33 *In ipso tempore cognitio mea data est mihi, & ad gloriā regni mei decoris mei reuersus sum, & figura mea data est mihi, & me optimates mei, & principes mei quæsierunt, & in regno meo confirmatus sum, & magnificentia amplior addita est mihi.*

34 *Nunc ego Nebuchad-nesar laudo, magnifico, & glorifico regem cæli, quia omnia opera eius veritas, & semita eius iudicium, & eos qui gradiuntur in superbia potest humiliare.*

CAP. V.

1 *BElsasar rex fecit conuiuium grande principibus suis mille, & coram mille vinum bibebat.*

2 *Belsasar dixit in dulcedine vini, vt afferrent vasa aurea, & argentea, quæ asportauerat Nebuchad-nesar pater eius de templo, quod fuerat in Ierusalaim, & biberunt in eis rex, & principes eius, vxores eius, & concubinæ eius.*

3 *Tunc allata sunt vasa aurea, quæ asportauerant de templo domus Dei, quod erat in Ierusalaim, & biberunt in eis rex, & principes eius, vxores eius, & concubinæ eius.*

4 *Biberunt vinum, & laudauerunt deos aureos, & argenteos, æreos, ferreos, ligneos, & lapideos.*

5 *In ipsa hora egressi sunt digiti manus hominis, & scribebant contra candelabrum in superficie parietis aulæ regiæ, & rex aspiciebat palmam manus, quæ scribebat.*

6 *Tunc regis facies mutata est, & cogitationes eius conturbauerunt eum, & cingula lumborum eius soluta sunt, & genua eius alterum ad alterum collisa sunt.*

7 *Clamauit rex fortiter, vt introducerent Genethliacos, Chaldæos, & diuinos. Locutus est rex, & dixit sapientibus Babel: Quicumque legerit scripturam hanc, & interpretationem eius indicauerit mihi purpura vestietur, & torques aurea erit in collo eius, & tertius in regno imperabit.*

Transl. ex Septuag.

27 Respondit rex, & dixit: Nonne hæc est Babylon magna, quam ego ædificaui in domum regni in robore fortitudinis meæ, in honorem gloriæ meæ?

28 Cum adhuc sermo esset in ore regis, vox de cælo facta est: Tibi dicunt Nabuchodonosor rex: regnum transijt à te,

29 Et ab hominibus te eijciunt, & cum bestijs agrestibus habitatio tua, & fœno, vt bouem, cibabunt te: & septem tempora mutabuntur super te: donec scias, quòd dominatur Excelsus super regnum hominum, & cuicumque voluerit, dabit illud.

30 Eadem hora sermo completus est super Nabuchodonosor: & ex hominibus eiectus est, & fœnum, vt bos, comedit, & de rore cæli corpus eius infectum est: donec capilli eius, quasi leonum, creuerunt, & vngues eius, quasi auium.

31 Et post finem dierum ego Nabuchodonosor oculos meos ad cælum leuaui, & renes mei ad me reuersi sunt: & Altissimo benedixi, & viuentem in sempiternum laudaui, & glorificaui, quia potestas eius, potestas sempiterna, & regnum eius in generationem, & generationem:

32 Et omnes habitatores terræ, quasi nihil computati sunt. Et iuxta voluntatem suam facit in virtute cæli, & in habitatione terræ: & non est, qui resistat manui eius, & dicat ei, quid fecisti?

33 Ipso tempore renes mei reuersi sunt: & ad honorem regni mei veni: & figura mea reuersa est ad me: & tyranni mei, & magistratus mei quærebant me: & in regno meo confortatus sum: & magnificentia amplior addita est mihi.

34 Nunc igitur ego Nabuchodonosor laudo, & superexalto, & glorifico regem cæli, quia omnia opera eius vera, & semitæ eius iudicia: & omnes gradientes in superbia potest humiliare.

C A P. V.

1 Baltasar rex fecit grande conuiuium optimatibus suis mille: & è regione ipsorum mille vinum.

2 Et bibens Baltasar dixit in gustu vini, vt afferrentur vasa aurea, & argentea, quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius de templo, quod fuit in Hierusalem: & biberent in eis rex, & optimates eius, & scorta eius, & concubinæ eius.

3 Et allata sunt vasa aurea, & argentea, quæ asportauerat de templo Dei, quod in Hierusalem: & bibebant in eis rex, & optimates eius, & scorta eius, & concubinæ eius.

4 Bibebant vinum, & laudabant Deos aureos, & argenteos, & æneos, & ferreos, & ligneos, & lapideos.

5 In eadem hora egressi sunt digiti manus hominis, & scribebant è regione lampadis in tectorio parietis domus regis: & rex aspiciebat articulos manus scribentis.

6 Tunc regis forma commutata est: & cogitationes eius conturbabant eum: & compages renum eius soluebantur: & genua eius colligebantur.

7 Et clamauit rex in fortitudine, vt introducerent magos, Chaldæos, Gazarenos. Et dixit sapientibus Babylonis: Quicumque legerit scripturam hanc, & coniecturam eius manifestam mihi fecerit, purpura vestietur, & torques aurea super collum eius, & tertius in regno meo principabitur.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

Loquutus est Rex, & ait, Nonne hæc est Babel magna, quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloriam decoris mei?

Adhuc sermo erat *in ore Regis, & vox è cælo ruit, Tibi dicunt Nebuchad-nesar Rex, regnum transijt à te,*

Et ab hominibus te eijcient, & cum bestiis agri erit habitatio tua: herba instar boum te pascent, septemque tempora transibunt super te, donec agnoscas quod dominetur Altissimus in regno hominum, & cui voluerit dabit illud.

Eadem hora sermo completus est super Nebuchad-nesar, & ex hominum consortio *abiectus est, & herbam vt boues comedebat, rore cæli corpus eius tingebatur, donec capillus eius sicut* plumæ *aquilæ creuit, & vngues eius sicut auium.*

In fine autem dierum ego Nebuchad-nesar oculos meos ad cælos leuaui, & intellectus meus ad me reuersus est, Altissimumque benedixi, & viuentem in sæcula laudaui, atque glorificaui: quia potestas eius, potestas sempiterna, & regnum eius cum generatione & generatione.

Et omnes habitatores terræ, tanquam nihilum reputati sunt: & iuxta voluntatem suam facit in exercitu cæli & habitatoribus terræ: nec est qui percutiat manu sua, & dicat ei, Quid fecisti?

Eodem tempore intellectus meus reuersus est ad me, & ad gloriam regni mei reuersus sum: *decor meus & splendor meus reuersus est ad me: præterea optimates mei, & principes mei requisierunt me, & in regno meo confirmatus sum, & magnificentia amplior addita est mihi.*

Nunc ergo *ego Nebuchad-nesar laudo, extollo, & glorifico Regem cæli, quia omnia opera eius veritas, & semitæ eius iudicium, & eos qui gradiuntur in superbia potest humiliare.*

C A P. V.

Belsasar Rex fecit conuiuium grande principibus suis mille, & coram mille vinum bibebat.

Is autem *præcepit in gustu vini vt afferrent vasa aurea & argentea quæ asportauerat Nebuchad-nesar pater eius de templo quod* erat *in Ierusalaim: & biberent in eis Rex & principes eius, vxores eius & concubinæ eius.*

Tunc allata sunt vasa aurea quæ asportauerant è templo domus Dei quod erat *in Ierusalaim: & biberunt in eis Rex & principes eius, vxores eius & concubinæ eius.*

Biberunt inquam *vinum, & laudauerunt deos aureos & argenteos, æreos, ferreos, ligneos, & lapideos.*

In ipsa hora egressi sunt digiti manus hominis, & scribebant è regione candelabri in superficie parietis aulæ regiæ, & Rex aspiciebat palmam manus quæ scribebat.

Tunc Regis facies mutata est, & cogitationes eius conturbauerunt eum, & cingula lumborum eius soluta sunt, atque genua eius alterum ad alterum collisa sunt.

Clamauit Rex fortiter vt introducerent ad se *genethliacos, chaldæos, & diuinos:* atque sic *loquutus est Rex, & dixit sapientibus Babel, Quicunque legerit scripturam hanc, & interpretationem eius indicauerit mihi, purpura vestietur, & torques aurea* erit *in collo eius, tertiusque in regno imperabit.*

Vulgata Editio.

Tunc ingressi omnes sapientes regis non potuerunt nec scriptum legere, nec interpretationem indicare regi.

Vnde rex Baltassar satis conturbatus est, & vultus illius immutatus est, sed & optimates eius turbabantur.

Regina autem pro re, quæ acciderat regi, & optimatibus eius, domum conuiuij ingressa est: & proloquens ait: Rex in æternum viue: non te conturbent cogitationes tuæ, neque facies tua immutetur.

Est vir in regno tuo, qui spiritum deorum sanctorum habet in se: & in diebus patris tui scientia & sapientia inuentæ sunt in eo: nam & rex Nabuchodonosor pater tuus principem magorum, incantatorum, Chaldæorum, & aruspicum constituit eum, pater, inquam, tuus, ô rex:

Quia spiritus amplior, & prudentia, intelligentiaque & interpretatio somniorum, & ostensio secretorum, ac solutio ligatorum inuentæ sunt in eo, hoc est in Daniele: cui rex posuit nomen Baltassar nunc itaque Daniel vocetur, & interpretationem narrabit.

Igitur introductus est Daniel coram rege. Ad quem præfatus rex ait: Tu es Daniel de filiis captiuitatis Iudæ, quem adduxit pater meus rex de Iudæa?

Audiui de te quoniam spiritum deorum habeas: & scientia, intelligentiaque ac sapientia ampliores inuentæ sunt in te.

Et nunc introgressi sunt in conspectu meo sapientes magi, vt scripturam hanc legerent, & interpretationem eius indicarent mihi: & nequiuerunt sensum huius sermonis edicere.

Porro ego audiui de te, quòd possis obscura interpretari, & ligata dissoluere: si ergo vales scripturam legere, & interpretationem eius indicare mihi, purpura vestieris, & torquem auream circa collum tuum habebis, & tertius in regno meo princeps eris.

Ad quæ respondens Daniel, ait coram rege: Munera tua sint tibi, & dona domus tuæ alteri da: scripturam autem legam tibi: rex, & interpretationem eius ostendam tibi.

O rex, Deus altissimus regnum, & magnificentiam, gloriam, & honorem dedit Nabuchodonosor patri tuo.

Et propter magnificentiam, quam dederat ei, vniuersi populi, tribus, & linguæ tremebant, & metuebant eum: quos volebat, interficiebat: & quos volebat, percutiebat: & quos volebat, exaltabat. & quos volebat, humiliabat.

Quando autem eleuatum est cor eius, & spiritus illius obfirmatus est ad superbiam, depositus est de solio regni sui, & gloria eius ablata est:

Sup. 4 21. * Et à filiis hominum eiectus est, sed & cor eius cum bestiis positum est, & cum onagris erat habitatio eius: fœnum quoque vt bos comedebat, & rore cæli corpus eius infectum est, donec cognosceret quòd potestatem haberet Altissimus in regno hominum: & quemcumque voluerit, suscitabit super illud.

Tu quoque filius eius Baltassar, non humiliasti cor tuum, cum scires hæc omnia:

Sed aduersum Dominatorem cæli eleuatus es: & vasa domus eius allata sunt coram te: & tu, & optimates tui, & vxores tuæ, & concubinæ tuæ vinum bibistis in eis: deos quoque argenteos, [& aureos], & æreos, ferreos, ligneosque & lapideos, qui nō vident, neque audiunt, neque sentiunt, laudasti: porro Deum, qui habet flatum tuum in manu sua, & omnes vias tuas, non glorificasti.

Idcir-

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

8 *Tunc ingressi sunt omnes sapientes regis, & non potuerunt scripturam legere, nec interpretationem indicare regi.*

9 *Tunc rex Belsasar satis territus est, & forma eius mutatæ sunt in eo, & principes eius conturbati sunt.*

10 *Regina per verba regis, & principum eius in domum conuiuij ingressa est, locuta est regina, & dixit: Rex in æternum viue: non terreant te cogitationes tuæ, & formæ tuæ non mutentur.*

11 *Est vir in regno tuo in quo est spiritus deorum sanctorum, & in diebus patris tui, illuminatio, & intelligentia, & sapientia secundum sapientiam deorum inuenta est in eo, & rex Nebuchadnesar pater tuus principem genethliacorum, astrologorum, Chaldæorum diuinorum constituit eum pater tuus ô rex.*

12 *Pro eo quòd spiritus amplior, & scientia, & intellectus, interpretans somnia, & indicatio problematum, & solutio ligatorum inuenta est in eo, in Daniele videlicet cui rex imposuit nomen Beltheshasar. nunc Daniel vocetur, & interpretationem indicabit.*

13 *Tunc Daniel adductus est coram rege, locutus est rex, & dixit Danieli: Tu es ipse Daniel, qui es de filiis captiuitatis Iehudah, quem adduxit rex pater meus de Iehudah.*

14 *Et audiui de te, quòd spiritus deorum sanctorum est in te, & illustratio, & intellectus, & sapientia amplior inuenta est in te.*

15 *Et nunc adducti sunt coram me sapientes astrologi qui scripturam hanc legerent, & interpretationem eius indicarent mihi, & non potuerunt interpretationem sermonis indicare.*

16 *Et ego audiui de te quòd possis interpretanda interpretari, & ligata soluere: nunc si potueris scripturam legere, & interpretationem indicare mihi, purpura vestieris, & torques aurea erit in collo tuo, & tertius in regno dominaberis.*

17 *Tunc respondit Daniel, & dixit coram rege: Munera tua tibi sint, & dona tua alteri da: veruntamen scripturam legam regi, & interpretationem indicabo ei.*

18 *Tu rex audi, Deus altissimus, regnum, & magnificentiam, & gloriam, & decorem dedit Nebuchadnesar patri tuo.*

19 *Et propter magnificentiam quam dedit ei, omnes populi, tribus & linguæ tremuerunt, & timuerunt à facie eius: quos volebat occidebat, & quos volebat percutiebat, & quos volebat exaltabat; & quos volebat humiliabat.*

20 *Sed quando eleuatum fuit cor eius, & spiritus eius induratus est ad superbiam, depositus est de solio regni sui, & gloriam abstulerunt ab eo.*

21 *Et à filiis hominum abiectus est, & cor eius cum bestiis positum est, & cum gregibus habitatio eius, herba vt bobus sapuit ei, & rore cœli corpus eius tinctum fuit donec cognouit quòd dominaretur Deus altissimus in regno hominum, & quem voluerit constituet super illud.*

22 *Et tu filius eius Belsasar, non humiliasti cor tuum, cum totum hoc scires.*

23 *Et contra Dominum cœli eleuatus es, & vasa domus eius attulerunt coram te, & tu, principes tui, vxores tuæ, & concubinæ tuæ, vinum bibistis in eis, & deos argenteos, & aureos, æreos, ferreos, ligneos, & lapideos, qui non vident, neque audiunt, laudasti: & Deum in cuius manu est anima tua & omnes viæ tuæ apud eum, non honorasti.*

Tunc

Transl. ex Septuag.

† Et ingrediebantur omnes sapientes regis, & non poterant scripturam legere, neque coniecturam indicare regi.

Et rex Baltasar conturbatus est:& forma eius immutata est in illo:& optimates eius turbabantur.

Et ingressa est regina in domum conuiuij, & dixit: Rex in æternum viue. Non conturbent te cogitationes tuæ:& forma tua non immutetur.

Est vir in regno tuo, in quo est spiritus Dei: & in diebus patris tui vigilantia, & intelligentia inuentæ sunt in eo:& rex Nabuchodonosor pater tuus principem incantatorum, magorum, Chaldæorum, Gazarenorum constituit eum:

Quia spiritus amplior in eo,& prudentia,& intellectus in eo, conijciens somnia, & indicans abscondita,& soluens colligationes Daniel:& rex imposuit ei nomen Baltasar. Nunc itaque vocetur, & coniecturam eius indicabit tibi.

Tunc Daniel introductus est coram rege: & dixit rex Danieli: Tu es Daniel, qui de filiis captiuitatis Iudææ,quam adduxit rex pater meus?

Audiui de te,quia spiritus Dei in te, & vigilantia, & intelligentia, & sapientia amplior inuentæ sunt in te.

Et nunc ingressi sunt in conspectu meo sapientes,magi, Gazareni, vt scripturam hanc legerent,& coniecturam eius indicarent mihi:& non potuerunt indicare mihi.

Et ego audiui de te, quia potes coniecturas conijcere. Nunc igitur si poteris scripturam legere, & coniecturam eius indicare mihi, purpura vestieris: & torques aureus erit super collum tuum, & tertius in regno meo principaberis.

Et dixit Daniel coram rege: Munera tua sint tibi: & donum domus tuæ alteri des.Ego autem scripturam legam,& coniecturam eius ostendam tibi,

O rex, Deus altissimus regnum, & magnificentiam, & honorem, & gloriam dedit Nabuchodonosor patri tuo:

Et à magnificentia, quam dederat ei, omnes populi,tribus, linguæ erant trementes, & metuentes à facie eius: quos volebat,ipse interficiebat: & quos volebat, ipse percutiebat: & quos volebat, ipse exaltabat:& quos volebat,ipse humiliabat.

Et quando eleuatum est cor eius, & spiritus eius obfirmatus est ad superbiendum; depositus est de solio regni:& honor ablatus est ab eo:

Et ex hominibus eiectus est: & cor eius cum bestijs datum est,& cum onagris habitatio eius:& fœno, vt bouem, cibauerunt eum, & de rore cœli corpus eius infectum est,donec cognouit,quia dominatur Deus Altissimus super regnum hominum: & cuicumque voluerit, dabit illud.

Et tu igitur filius eius Baltasar non humiliasti cor tuum coram Deo:nonne omnia hæc noras?

Et super Dominum Deum cæli eleuatus es:& vasa domus eius attulerunt coram te:& tu, & optimates tui, & scorta tua, & concubinæ tuæ vinum bibebatis in eis:Deosque aureos,& argenteos,& æneos, & ferreos,& ligneos,& lapideos,qui non vident, neque audiunt, neque sentiunt,laudasti: & Deum,cuius spiratio tua in manu eius,& omnes viæ tuæ,ipsum non glorificasti.

Idcir-

Noua ex Heb Tralat. Fr. Vatabli.

8 *Tunc ingressi sunt omnes sapientes regis, & non potuerant scripturam legere, nec interpretationem eius indicare Regi.*
9 *Tunc Rex Belsasar satis conturbatus fuit, & vultus eius mutati sunt in eo, & principes eius conturbati sunt.*
10 *Regina propter verba Regis & principum eius, domum conuiuij ingressa est: loquutaq; est ipsa, & dixit: Rex in æternum viue: non terreant te cogitationes tuæ, & vultus tui ne mutentur.*
11 *Est vir quidam in regno tuo in quo* est *spiritus Deorum sanctorum: & in diebus patris tui, illuminatio, & intelligentia, & sapientia, sicut sapientia deorum inuenta est in eo, quem Rex Nebuchadnesar pater tuus, principem genethliacorum, astrologorum, Chaldæorum, diuinorum constituit, pater tuus* inquam *Rex.*
12 *Eò quòd spiritus amplior & scientia & intelligentia, (interpretabatur* enim *somnia, & indicatio problematum* erat in eo*, & solutio ligatorum) inuenta est in eo, in Daniele* videlicet *cui Rex imposuit nomen Belthesasar. nunc igitur Daniel vocetur, & interpretationem indicabit.*
13 *Tunc Daniel adductus est coram rege. loquutus est Rex, & dixit Danieli, Túne es ille Daniel, qui* es *de filiis captiuitatis Iehudah, quem adduxit Rex pater meus de Iehudah.*
14 *Et audiui de te, quòd spiritus Deorum sanctorum est in te, & illuminatio, & intellectus, & sapientia amplior inuenta est in te.*
15 *Nunc autem adducti sunt coram me sapientes & astrologi qui scripturam hanc legerent, & interpretationem eius indicarent mihi, & non potuerunt interpretationem sermonis indicare.*
16 *Et ego audiui de te quòd possis interpretationes interpretari, & ligata soluere: nunc* igitur *si potueris scripturam legere, & interpretationem eius indicare mihi, purpura vestieris, & torques aurea* erit *in collo tuo, & tertius in regno* meo *dominaberis.*
17 *Tunc respondit Daniel, & dixit coram Rege: Munera tua tibi sint, & dona tua alteri da: veruntamen scripturam legam Regi, & interpretationem indicabo ei.*
18 *Tu rex* audi, *Deus altissimus, regnum, & magnificentiam, & gloriam, & decorem dedit Nebuchadnesar patri tuo.*
19 *Et propter magnificentiam quam dedit ei, omnes populi, tribus, & linguæ tremuerunt, & timuerunt à facie eius: quos volebat occidebat, & quos volebat percutiebat: & quos volebat exaltabat, & quos volebat humiliabat.*
20 *Quando autem eleuatum fuit cor eius, & spiritus eius induratus est ad superbiam, depositus est de solio regni sui, & gloriam abstulerunt ab eo.*
21 *Et à filiis hominum abiectus est, & cor eius cum bestiis positum est, & cum onagris habitatio eius, & herba tanquam bouem cibauerunt eum, & rore cæli corpus eius tinctum fuit donec cognouit quod dominaretur Deus altissimus in regno hominum, & eum quem voluerit constituet super illud.*
22 *Et tu filius eius Belsasar, non humiliasti cor tuum, quum totum hoc scires.*
23 *Et aduersus Dominum cœli eleuatus es, & vasa domus eius attulerunt coram te: tuq;, & principes tui, vxores tuæ, & concubinæ tuæ, vinum bibistis in eis: deos præterea argenteos, & aureos, æreos, ferreos, ligneos, & lapideos, qui non vident, neque audiunt, neque cognoscunt laudasti:* sed *& Deum in cuius manu* est *anima tua & omnes viæ tuæ sunt, non honorasti.*

Tunc

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Idcirco ab eo missus est articulus manus, quæ scripsit hoc, quod exaratum est.

Hæc est autem scriptura, quæ digesta est: MANE, THECEL, PHARES.

Et hæc est interpretatio sermonis. MANE: numerauit Deus regnum tuum, & compleuit illud.

THECEL: appensus es in statera, & inuentus es minus habens.

PHARES: diuisum est regnum tuum, & datum est Medis, & Persis.

Tunc iubente rege indutus est Daniel purpura, & circumdata est torques aurea collo eius: & prædicatum est de eo quod haberet potestatem tertius in regno suo.

Eadem nocte interfectus est Baltassar rex Chaldæus.

Et Darius Medus successit in regnum annos natus sexagintaduos.

CAP. VI.

PLacuit Dario, & constituit super regnum satrapas centum viginti vt essent in toto regno suo.

Et super eos principes tres, ex quibus Daniel vnus erat: vt satrapæ illis redderent rationem, & rex non sustineret molestiam.

Igitur Daniel superabat omnes principes, & satrapas: quia spiritus Dei amplior erat in illo,

Porro rex cogitabat constituere eum super omne regnum: vnde principes, & satrapæ quærebant occasionem vt inuenirent Danieli ex latere regis: nullamque causam, & suspicionem reperire potuerunt, eo quòd fidelis esset, & omnis culpa, & suspicio non inueniretur in eo.

Dixerunt ergo viri illi: Non inueniemus Danieli huic aliquam occasionem, nisi forte in lege Dei sui.

Tunc principes, & satrapæ surripuerunt regi, & sic locuti sunt ei: Dari rex in æternum viue:

Consilium inierunt omnes principes regni tui, magistratus, & satrapæ, senatores, & iudices, vt decretum Imperatorium exeat, & edictum: vt omnis, qui petierit aliquam petitionem à quocumq; Deo, & homine vsque ad triginta dies, nisi à te rex, mittatur in lacum leonum.

Nunc itaque rex confirma sententiam, & scribe decretum: vt non immutetur quod statutum est à Medis & Persis, nec præuaricari cuiquam liceat.

Porro rex Darius proposuit edictum, & statuit.

Quod cum Daniel comperisset, id est, constitutam legem, ingressus est domum suam: & fenestris apertis in cœnaculo suo contra Ierusalem tribus temporibus in die flectebat genua sua, & adorabat, confitebaturque coram Deo suo sicut & ante facere consueuerat.

Viri; ergo illi curiosius inquirentes inuenerunt Danielem orantem, & obsecrantem Deum suum.

Et accedentes locuti sunt regi super edicto: Rex nunquid non constituisti, vt omnis homo, qui rogaret quemquam de dijs, & hominibus vsque ad dies triginta, nisi te rex, mitteretur in lacum leonum? Ad quos respondens rex, ait: verus est sermo iuxta decretum Medorum, atque Persarum, quod præuaricari non licet.

Tunc

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

24 *Tunc à facie eius missa est palma manus, & scriptura hæc exarata est.*

25 *Et hæc est scriptura quæ exarata est: MENE, MENE, TECHEL, VPHARSIN.*

26 *Hæc est interpretatio sermonis. MENE: numerauit Deus regnum tuum, & compleuit illud.*

27 *TECHEL: appensus es in statera, & inuentus es deficiens.*

28 *PERES: diuisum est regnum tuum, & datum est Medis, & Persis.*

29 *Tunc dixit Belsasar, & induerunt Danielem purpura, & torques aurea posita est in collo eius, & prædicauerunt de eo, quòd dominaretur tertius in regno.*

30 *In ipsa nocte interfectus est Balsasar rex Chaldæus.*

31 * *Et Dariaues Medus suscepit regnum iam annorum sexaginta, & duorum.*

* Hic incipit cap. 6. in transl. Sanct. Pagn.

CAP. VI.

1 *PLacuit coram Dariaues, & constituit super regnum magnos principes centum & viginti, qui essent in omni regno.*

2 *Et super eos principes tres, ex quibus Daniel vnus erat, quibus magni principes ipsi redderent rationem, ne rex molestia afficeretur.*

3 *Tunc Daniel ipse potentiorem efficiebat se super principes, & magnos principes: eo quòd spiritus amplior esset in eo.*

4 *Et rex cogitabat constituere eum super omne regnum: tunc principes, & satrapæ quærebant occasionem contra Danielem ex parte regni: & omnem occasionem, & corruptelam non potuerunt inuenire, eo quòd fidelis esset, & omnis error, & corruptela non inueniretur in eo.*

5 *Tunc viri isti dixerunt, quia non inueniemus contra Danielem hunc omnem occasionem, nisi forte inueniamus contra eum in lege Dei sui.*

6 *Tunc principes, & satrapæ isti suaserunt regi, & sic dixerunt ei: Dariaues rex in æternum viue.*

7 *Consuluerunt omnes principes regni, magistratus, satrapæ, optimates, & duces statuere statutum regium, & roborare pactum quòd omnis qui petierit petitionem ab omni Deo, & homine vsque ad triginta dies, nisi à te rex, proijciatur in lacum leonum.*

8 *Nunc rex confirma sententiam, & describe scripturam: vt non mutetur, iuxta legem Medorum, & Persarum: & non transgrediatur.*

9 *Propterea rex Dariaues descripsit scripturam, & sententiam.*

10 *Daniel autem quando cognouit quòd descripta esset scriptura ingressus est domum suam, & fenestris apertis in cœnaculo suo contra Ierusalaim temporibus tribus in die incuruabat se super genua sua, & orabat, & confitebatur coram Domino, quemadmodum faciebat ante hac.*

11 *Tunc viri illi explorauerunt, & inuenerunt Danielem orantem, & deprecantem coram Deo suo.*

12 *Tunc accesserunt, & dicunt coram rege super edicto regio: Nonne edictum designasti, quòd omnis homo qui petierit ab omni Deo, & homine vsque ad dies triginta, nisi à te rex, proijceretur in lacum leonum? Respondit rex, & dixit: verus est sermo iuxta legem Medorum & Persarum, qui non transgreditur.*

Tunc

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Idcirco à facie eius missus est articulus manus, & scripturam hanc ordinauit.

Et hæc est scriptura ordinata, M A N E, TECEL, PHARE.

Hæc est interpretatio verbi: M A N E, mensus est Deus regnum tuum, & compleuit illud.

T E C E L, appensum est in statera, & inuentum est minus habens.

P H A R E S, diuisum est regnum tuum, & datum est Medis, & Persis.

Et dixit Baltasar: & induerunt Danielem purpura, & torquem aureum circundederunt collo eius: & prædicauit de eo, ipsum esse principem tertium in regno.

In eadem nocte interfectus est Baldassar rex Chaldæus:

Et Darius Medus assumpsit regnum, annos natus sexaginta duos.

CAP. VI.

ET placuit coram Dario: & constituit supra regnum Satrapas centum viginti, vt essent in toto regno suo:

Et super eos ordinatores tres, quorum erat Daniel vnus ex eis, vt satrapæ illis redderent rationem: vt rex non sustineret molestias.

Et erat Daniel super eos: quia spiritus amplior erat in eo:

Et rex constituit eum super omne regnum suum. Et Ordinatores, & Satrapæ quærebant inuenire occasionem contra Danielem, & omnem occasionem, & delictum, & peccatum non inuenerunt in illo, eò quod fidelis erat.

Et dixerunt Ordinatores: Non inueniemus contra Danielem occasionem, nisi in legitimis Dei sui.

Tunc Ordinatores, & Satrapæ astiterunt regi, & dixerunt ei: Dari rex in æternum viue.

Consilium inierunt omnes, qui super regnum tuum, Duces, & Satrapæ, Consules, & Toparchæ statuere statuto regio, & confirmare constitutionem; vt quicumque petierit petitionem à quocumque Deo, & homine vsque ad triginta dies, nisi à te rex, mittatur in locum leonum,

Nunc igitur rex statue constitutionem, & propone scripturam; vt non immutetur decretum Persarum, & Medorum.

Tunc rex Darius iussit scribi decretum.

Et Daniel, quando cognouit constitutum esse decretum, intrauit in domum suam: & fenestræ apertæ ei in cænaculis suis contra Hierusalem: & tribus temporibus diei erat flectens se super genua sua, & orans, & confitens coram Deo suo, sicut ante facere consueuerat.

Tunc viri illi obseruarunt, & inuenerunt Danielem obsecrantem, & orantem Deum suum.

Et accedentes dicunt regi: Rex nonne constitutionem posuisti; vt omnis homo, quicumque petierit à quocumque Deo, & homine petitionem vsque ad triginta dies, nisi à te rex, mittatur in lacum leonū? Et dixit rex: Verus est sermo: & decretum Medorum & Persarum non prætermittetur.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

24 *Tunc à conspectu eius missa est palma manus, & scriptura hæc exarata est:*

25 *Et hæc* est *scriptura quæ exarata est, MENE MENE THECEL VPHARSIN.*

26 *Hæc* est *interpretatio sermonis, M E N E, Numerauit Deus regnum tuum, & compleuit illud.*

27 *T H E C E L, Appensus es in statera, & inuentus es deficiens.*

28 *PERAS, Diuisum est regnum tuum, & datum est Madai & Paras.*

29 *Tunc iubente Belsasar induerunt Danielem purpura, & torques aurea* posita est *in collo eius, prædicaueruntq́ de eo quòd dominaretur tertius in regno.*

30 *In ipsa nocte interfectus fuit Belsasar Rex Chaldæus.*

31 *Porrò Darianes Medus suscepit regnum iam annorum sexaginta & duorum.*

CAP. VI.

1 *PLacuit ipsi Darianes vt constitueret super regnum satrapas centum & viginti, qui essent in toto regno.*

2 *Supra eos verò, præfectos tres, ex quibus Daniel vnus* erat, *quibus satrapæ isti redderent rationem, ne Rex molestia afficeretur.*

3 *Tunc Daniel iste superabat ipsos præfectos & satrapas, eò quòd Spiritus amplior* esset *in eo: & Rex cogitabat de constituendo eo super totum regnum.*

4 *Tum præfecti & satrapæ quærebant occasionem contra Danielem ex parte regni: at nullam occasionem aut corruptelam potuerunt inuenire, quòd fidelis esset, & nullum delictum aut corruptela inuenta est in eo.*

5 *Tunc viri isti dixerunt, Nunquam inueniemus contra Danielem hunc vllam occasionem, nisi inueniamus contra eum in Lege Dei sui.*

6 *Tunc præfecti & satrapæ isti congregauerunt sese apud Regem, atq; ita dixerunt ei, Darianes Rex, in æternū viue.*

7 *Consilium inierunt omnes præfecti regni, magistratus, satrapæ, optimates, & duces statuere statutum regium, & & roborare pactum, Quòd quicunque petierit petitionem à quocunque Deo aut homine vsque ad triginta dies, nisi à te Rex, projiciatur in speluncam leonum.*

8 *Nunc* ergo *Rex confirma edictum, & scribe scripturam, vt non mutetur iuxta legem Madai & Paras, quæ non transit.*

9 *Propterea Rex Darianes scripsit scripturam, & edictum.*

10 *Daniel autem quum intellexisset quòd scripta esset scriptura: ingressus est domum suam, & fenestris apertis in cœnaculo suo versus Ierusalaim temporibus tribus in die incuruabat se super genua sua, & orabat, & confitebatur coram Deo suo, quemadmodum faciebat antea.*

11 *Tunc viri illi congregauerunt sese, & inuenerunt Danielem orantem & deprecantem coram Deo suo.*

12 *Tum accesserunt, & verba fecerunt coram Rege de edicto regio, Nonne edictum scripsisti, quòd quicunque petierit à quocunque deo aut homine vsque ad dies triginta, nisi à te, Rex, projiceretur in speluncam leonum? Respondit Rex, & dixit, Verus* est *sermo, iuxta legem Madai & Paras, quæ non transit.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

13 Tunc respondentes dixerunt coram rege: Daniel
de filiis captiuitatis Iuda, non curauit de lege tua, &
de edicto, quod constituisti: sed tribus temporibus
per diem orat obsecratione sua.
14 Quod verbum cum audisset rex, satis contristatus
est: & pro Daniele posuit cor vt liberaret eum, & vs-
que ad occasum solis laborabat vt erueret illum.
15 Viri autem illi intelligentes regem dixerunt ei:
Scito rex, quia lex Medorum, atque Persarum est vt
omne decretum, quod constituerit rex, non liceat
immutari.
16 Tunc rex præcepit: & adduxerunt Danielem, &
miserunt eum in lacum leonum. Dixitque rex Da-
nieli: Deus tuus, quem colis semper, ipse liberabit te.
17 Allatusque est lapis vnus, & positus est super os
laci: quem obsignauit rex annulo suo, & annulo op-
timatum suorum, ne quid fieret contra Danielem.
18 Et abijt rex in domum suam, & dormiuit incœ-
natus, cibique non sunt allati coram eo, insuper &
somnus recessit ab eo.
19 Tunc rex primo diluculo consurgens, festinus ad
lacum leonum perrexit:
20 Appropinquansque lacui, Danielem voce lacry-
mabili inclamauit, & affatus est eum: Daniel serue
Dei viuentis, Deus tuus, cui tu seruis semper, putas-
ne valuit te liberare à leonibus?
21 Et Daniel regi respondens ait: Rex in æternũ viue:
22 Deus meus misit Angelum suum, & conclusit ora
leonum, & non nocuerunt mihi: quia coram eo iu-
stitia inuenta est in me: sed & coram te, rex, delictum
non feci.
23 Tunc vehementer rex gauisus est super eo, & Da-
nielem præcepit educi de lacu: eductusque est Daniel
de lacu, & nulla læsio inuenta est in eo, quia credidit
Deo suo.
24 Iubente autem rege, adducti sunt viri illi, qui ac-
cusauerant Danielem: & in lacum leonum missi
sunt, ipsi, & filij & vxores eorum: & non perueneru͂t
vsque ad pauimentum laci, donec arriperent eos leo-
nes, & omnia ossa eorum comminuerunt.
25 Tunc Darius rex scripsit vniuersis populis, tribu-
bus, & linguis habitantibus in vniuersa terra: PAX
vobis multiplicetur.
26 A me constitutum est decretum, vt in vniuerso
imperio, & regno meo tremiscant, & paueant Deum
Danielis. ipse est enim Deus viuens, & æternus in sæ-
cula: & regnum eius non dissipabitur, & potestas
eius vsque in æternum.
27 Ipse liberator, atque saluator, faciens signa, & mi-
rabilia in cœlo, & in terra: qui liberauit Danielem
de lacu leonum.
28 * Porro Daniel perseuerauit vsque ad regnum Da-
rij, regnumque Cyri Persæ.

* 1. Mach. 2 60.

* Sup. 1.21.

CAP. VII.

1 ANno primo Baltassar regis Babylonis, Daniel
somnium vidit: visio autem capitis eius in cu-
bili suo: & somnium scribens, breui sermone com-
prehendit: summatimque perstringens ait:
2 Videbam in visione mea nocte, & ecce quattuor
venti cæli pugnabant in mari magno.
3 Et quattuor bestiæ grandes ascendebant de mari
diuersæ inter se.
4 Prima quasi leæna, & alas habebat aquilæ: aspicie-
bam donec euulsæ sunt alæ eius, & sublata est de ter-
ra, & super pedes quasi homo stetit, & cor hominis
datum est ei.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

13 *Tunc responderunt & dixerunt coram rege: quòd Da-
niel qui est de filijs captiuitatis Iehudah non posuit cor su-
per te rex vt impleret consilium, & super edicto quod de-
scripsisti, sed temporibus tribus in die petit petitionem
suam.*
14 *Tunc rex, quum sermonem audisset, multum displicuit
ei, & super Daniel posuit purgationem, vt erueret eum, &
vsque ad occasum solis conatus est eruere eum.*
15 *Tunc viri illi suaserunt regi, & dixerunt regi. Scito rex
quòd lex Medorum & Persarum est quòd omne decretum,
& statutum, quòd rex statuerit, non est mutandum.*
16 *Tunc rex dixit, & adduxerunt Danielem, & proiece-
runt in lacum leonum. Locutusque est rex, & dixit ad
Danielem: Deus tuus cui tu seruis iugiter, ipse eripiet te.*
17 *Et allatus est lapis vnus, & positus est super os laci, &
obsignauit rex annulo suo, & annulo principum suorum
vt non irritaretur voluntas eius in Daniele.*
18 *Tunc abijt rex in palatium suum, & mansit in cœna-
culo, & mensa non est posita coram eo, & somnus eius fugit
ab eo.*
19 *Tunc rex diluculo surrexit dum splendesceret, & cum
festinatione ad lacum leonum perrexit:*
20 *Et cum appropinquasset lacui Danielem voce tristi vo-
cauit locutus est rex, & dixit ad Danielem: Daniel serue
Dei viuentis, Deus tuus, cui tu seruis iugiter numquid po-
tuit liberare te à leonibus?*
21 *Tunc Daniel cum rege locutus est: Rex in æternum viue:*
22 *Deus meus misit Angelum suum, & conclusit os leonum,
& non perdiderunt me: quia coram eo iustitia inuenta est
mihi, & etiam coram te rex corruptelam non feci.*
23 *Tunc rex vehementer iucundus fuit super eo, & Danie-
lem dixit, vt educerent de lacu: & eductus est Daniel de
lacu, & omnis læsio non est inuenta in eo, quia credidit
Deo suo.*
24 *Et dixit rex, & adducti sunt viri illi qui accusauerunt,
qui quæsierunt perdere Danielem, & in lacum leonum
proiecti sunt ipsi, filij eorum, vxores eorum: & non perue-
nerunt ad pauimentum laci, donec dominati sunt eis leo-
nes, & omnia ossa eorum contriuerunt.*
25 *Tunc Dariaues rex scripsit omnibus populis, tribubus,
& linguis qui habitabant in vniuersa terra: PAX vobis
multiplicetur.*
26 *A facie mea positum est decretum, vt in vniuerso impe-
rio regni mei tremant, & paueant à facie Dei Danielis.
ipse enim est Deus viuens, & permanens in sæcula, & re-
gnum eius quod non dissipabitur, & potestas eius vsque in
finem.*
27 *Eruens, & liberans, & faciens signa & mirabilia in cæ-
lo, & in terra, qui eruit Danielem de potestate leonum.*
28 *Et Daniel ipse prosperatus est in regno Dariaues & in
regno Chores Persæ.*

CAP. VII.

1 *ANno primo Belsasar regis Babel, Daniel somnium
vidit: visio autem capitis eius in cubili eius: tunc
somnium scripsit, caput sermonum dixit: locutus est Da-
niel, & dixit.*
2 *Videbam in visione mea in nocte, & ecce quattuor venti
cœli pugnabant in mari magno.*
3 *Et quattuor bestiæ grandes ascendebant è mari diuersæ
ab inuicem.*
4 *Prima erat sicut leo, & alæ aquilæ erant ei: videbam
donec euulsæ sunt alæ eius, & eleuata est à terra, & super
pedes tanquam homo stetit, & cor hominis datum est ei.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

13 Tunc responderunt,& dicunt coram rege:Daniel,
qui de filiis captiuitatis Iudææ, non subdidit se de-
creto tuo, & tribus temporibus diei petit à Deo suo
petitiones suas.
14 Tunc rex, vt audiuit verbum, valde contristatus
est in eo:& pro Daniele in agonia erat ad liberandũ
eum:& vsque ad vesperam laborabat eruere eum.
15 Tunc viri illi dicunt regi : Scito rex, quia decre-
tum Medis,& Persis, omnem constitutionem, & sta-
tutum, quodcumque rex statuerit non oportere
immutari.
16 Tunc rex dixit: & adduxerunt Danielem, & mi-
serunt, eum in lacum leonum. Et dixit rex Danieli:
Deus tuus,quem tu colis semper,ipse liberabit te.
17 Et attulerunt lapidem, & imposuerunt super os
laci: & obsignauit rex in annulo suo, & in annulo
optimatum suorum,ne quid secus fieret in Daniele.
18 Et abijt rex in domum suam, & dormiuit incœ-
natus:& cibos non attulerunt ei:& somnus recessit
ab eo:& concluserat Deus ora leonum, & non affe-
cerant molestia Danielem.
19 Tunc rex surrexit mane in diluculo:& in festina-
tione venit ad lacum leonum.
20 Et cum appropinquaret lacui; clamauit voce for-
ti:Daniel serue Dei viuentis,Deus tuus,cui tu seruis
semper,si potuit liberare te de ore leonum?
21 Et ait Daniel regi:Rex in sæcula viue:
22 Deus meus misit Angelum suum,& obstruxit ora
leonum,& non nocuerunt mihi: quia coram eo re-
ctitudo inuenta est mihi: sed & coram te rex deli-
ctum non feci.
23 Tũc vehemẽter rex gauisus est super eo:& Danie-
lẽ dixit educi de lacu:eductusq;est Daniel de lacu,&
nulla læsio inuẽta est in eo:quia credidit in Deo suo.
24 Et dixit rex, & adducti sunt viri, qui accusaue-
rant Danielem:& in lacum leonum missi sunt, ipsi,
& filij eorum & vxores eorum: & non peruenerunt
ad pauimentum laci:donec dominati sunt eorum
leones,& omnia ossa eorum comminuerunt.
25 Tunc Darius rex scripsit vniuersis populis,tribu-
bus, linguis, habitantibus in vniuersa terra. P A X
vobis multiplicetur.
26 A facie nostra positum est decretum hoc in omni
principatu regni mei, sint trementes, & metuantà
facie Dei Danielis. Ipse enim est Deus viuens, &
manens in sæcula:& regnum eius non dissipabitur,
& dominatio eius vsque in finem.
27 Suscipit,& liberat,& facit signa,& prodigia in cæ-
lo,& in terra: qui liberauit Danielem de manu leo-
num.
28 Et Daniel prospere egit in regno Darij, & in re-
gno Cyri Persæ.

C A P. VII.

1 IN anno primo Baltasar regis Chaldæorum, Da-
niel somnium vidit:& visiones capitis eius in
cubili eius. Et somnium suum scripsit:
2 Ego Daniel videbam : & ecce quattuor venti cæli
irruebant in mare magnum.
3 Et quattuor bestiæ grandes ascendebant de mari
diuersæ inter se.
4 Prima,quasi leæna,& alæ eius, sicut aquilæ. Aspi-
ciebam,donec auulsæ sunt alæ eius : & sublata est de
terra:& super pedes hominis stetit, & cor hominis
datum est ei.

Noua ex Hebr. Tralat. Fr.Vatabli.

13 *Tunc responderunt & dixerunt coram Rege, Daniel qui
est de filijs captiuitatis Iudaeorum non posuit super te, ò Rex
rationem, & edictum quod scripsisti: sed temporibus tribus
in die petit petitionem suam.*
14 *Tunc Rex quum verbum audisset, vehementer displi-
cuit ei, & super Danielem posuit* Rex *cor* suum *vt erue-
ret eum, & vsque ad Occasum solis satagebat eruere eum.*
15 *Verum viri illi congregauerunt sese apud Regem, dixe-
runtque Regi, Scito Rex quòd lex Medai & Paras* est *vt
nullum decretum, aut statutum, quòd Rex statuerit, im-
mutetur.*
16 *Tunc Rex iussit, & adduxerunt Danielem, proiece-
runtque eum in speluncam leonum. Loquutus autem Rex
dixit ad Danielem, Deus tuus cui tu seruis iugiter, ipse
eripiet te.*
17 *Et allatus est lapis vnus, positusque est super os laci,
quem obsignauit Rex annulo suo & annulo principum suo-
rum, ne mutaretur voluntas in Daniele.*
18 *Tunc abijt Rex in palatium suum, & permansit incœ-
natus, neque mensæ apposita est coram eo, & somnus eius
fugit ab eo.*
19 *Tunc Rex diluculo surrexit dum splendesceret, & cum
festinatione ad speluncam leonum perrexit:*
20 *Quumque appropinquasset speluncæ, Danielem voce
tristi inclamauit: & loquutus Rex dixit ad Danielem,
Daniel serue Dei viuentis, Deus tuus, cui tu seruis iugiter,
potuitne liberare te à leonibus?*
21 *Tunc Daniel cum Rege loquutus est. Rex in æternũ viue.*
22 *Deus meus misit Angelum suum, & conclusit os leonum,
& non perdiderunt me: quia coram eo iustitia inuenta est
in me, & etiam coram te, Rex, corruptelam non feci.*
23 *Tunc Rex vehementer iucundus fuit super eo, & Danie-
lẽ iussit educi è spelunca: eductusque est Daniel de fouea,
& nulla læsio non inuenta est in eo, quia credidit Deo suo.*
24 *Iubente quoque Rege adducti sunt viri illi qui accusa-
uerant Danielem, & in speluncam leonum proiecti sunt
ipsi, filij eorum, & vxores eorum: & nondum peruenerant
ad pauimentum speluncæ, quum dominati sunt in eos leo-
nes, & omnia ossa eorum contriuerunt.*
25 *Tunc Darianes Rex scripsit, Omnibus populis, tribubus,
& linguis qui habitabant in vniuersa terra:* P A X *vobis
multiplicetur.*
26 *A conspectu meo positum est decretum, vt in vniuerso
imperio regni mei tremant & paueant à conspectu Dei
Danielis: ipse* enim *est Deus viuens & permanens in se-
cula, & regnum eius* est regnum *quod non dissipabitur,
& potestas eius* durabit *vsque in finem.*
27 *Eruens, & liberans, & faciens signa & mirabilia in cæ-
lo, & in terra, qui eripuit Danielem de potestate leonum.*
28 *Porrò Daniel iste prospere egit in regno Darianes & in
regno Chores Persæ.*

C A P. VII.

1 *ANno primo Belsasar Regis Babel, Daniel somnium
vidit: visiones autem capitis eius* factæ sunt *in cu-
bili eius: tunc somnium* illud *scripsit, initio sermonum
dixit,*
2 *Loquutus est Daniel, & dixit, Videbam in visione mea
in nocte, & ecce quattuor venti cæli pugnabant in ma-
ri magno.*
3 *Et quattuor bestiæ grandes ascendebant è mari diuersæ
ab inuicem.*
4 *Prima* erat *sicut leo, & alæ aquilæ* erant *ei: specta-
bam* vero *donec euulsæ sunt alæ eius, & ablata est è terra,
atque in pedes more hominum stetit, corque hominis da-
tum est ei.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Et ecce bestia alia similis vrso in parte stetit: & tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius, & sic dicebant ei: Surge, comede carnes plurimas.

Post hæc aspiciebam, & ecce alia quasi pardus, & alas habebat quasi auis, quattuor super se, & quattuor capita erant in bestia, & potestas data est ei.

Post hæc aspiciebam in visione noctis, & ecce bestia quarta terribilis, atq; mirabilis, & fortis nimis, dentes ferreos habebat magnos, comedens atque cõminuens, & reliqua pedibus suis conculcans: dissimilis autem erat cæteris bestijs, quas videram ante eam, & habebat cornua decem.

Considerabam cornua, & ecce cornu aliud paruulum ortum est de medio eorum & tria de omnibus primis euulsa sunt à facie eius: & ecce oculi, quasi oculi hominis erant in cornu isto, & os loquens ingentia.

Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit: vestimentum eius candidum quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana munda: thronus eius flammæ ignis: rotæ eius ignis accensus.

* Apo. 5. 11.

* Fluuius igneus, rapidusque egrediebatur à facie eius. millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei: iudicium sedit, & libri aperti sunt.

Aspiciebam propter vocem sermonum grandium, quos cornu illud loquebatur: & vidi quoniam interfecta esset bestia, & perisset corpus eius, & traditum esset ad comburendum igni:

Aliarum quoque bestiarum ablata esset potestas, & tempora vitæ constituta essent eis vsque ad tempus, & tempus.

Aspiciebam ergo in visione noctis, & ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit: & in conspectu eius obtulerunt eum.

* Luc. 1. 33. Mich. 4. 7. Sup. 3. 140.

Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum: & omnes populi, tribus, & linguæ ipsi seruiẽt: *potestas eius, potestas æterna, quæ non auferetur: & regnum eius, quod non corrumpetur.

Horruit spiritus meus, ego Daniel territus sum in his, & visiones capitis mei conturbauerunt me.

Accessi ad vnum de assistentibus, & veritatem quærebam ab eo de omnibus his. Qui dixit mihi interpretationem sermonum, & docuit me:

Hæ quattuor bestiæ magnæ: quattuor sunt regna, quæ consurgent de terra.

Suscipient autem regnum sancti Dei altissimi: & obtinebunt regnum vsque in sæculum, & sæculum sæculorum.

Post hoc volui diligenter discere de bestia quarta, quæ erat dissimilis valde ab omnibus, & terribilis nimis: dentes & vngues eius ferrei: comedebat, & comminuebat, & reliqua pedibus suis conculcabat:

Et de cornibus decem, quæ habebat in capite: & de alio, quod ortum fuerat, ante quod ceciderant tria cornua: & de cornu illo, quod habebat oculos, & os loquens grandia, & maius erat cæteris.

Aspiciebam & ecce cornu illud faciebat bellum aduersus sanctos, & præualebat eis.

Donec venit antiquus dierum, & iudicium dedit sanctis Excelsi, & tempus aduenit, & regnum obtinuerunt sancti.

Et sic ait: Bestia quarta, regnum quartum erit in terra, quod maius erit omnibus regnis, & deuorabit vniuersam terram, & conculcabit, & comminuet eam.

Porro

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

5 *Et ecce alia bestia secunda similis vrso, & ad latus vnum stetit: & tria latera in ore eius, inter dentes eius, & sic dicebant ei: Surge, comede carnem plurimam.*

6 *Post hoc videbam, & ecce alia veluti pardus, & ei erant alæ quattuor auis super dorso, & quattuor capita erant bestiæ, & potestas data est ei.*

7 *Post hoc vidi in visione noctis, & ecce bestia quarta formidolosa, & terribilis & fortis valde, & dentes ferrei erant ei magni, comedebat, & comminuebat, & residuum pedibus suis conculcabat, & erat distincta ab omnibus bestijs, quæ fuere ante eam, & cornua decem erant ei.*

8 *Considerabam cornua, & ecce cornu aliud paruum ascendebat inter ea, & tria de cornibus primis euulsa sunt à facie eius: & ecce oculi tanquam oculi hominis in cornu isto, & os loquens grandia.*

9 *Videbam donec throni allati sunt, & antiquus dierum sedit, vestimentum eius [illegible] nix candidum, thronus eius vt flamma ignis, rotæ eius vt ignis ardens.*

10 *Fluuius igneus trahebatur & egrediebatur à facie eius. millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia coram eo stabant, iudicium sedit, & libri aperti sunt.*

11 *Videbam tunc propter vocem sermonum grandium quos cornu loquebatur: videbam donec interfecta est bestia, & perditum esset corpus eius, & traditum esset ad combustionem ignis.*

12 *Et reliquis bestijs ablata esset potestas earum, & longitudo in vita data esset eis vsque ad tempus, & tempus.*

13 *Videbam in visione noctis, & ecce cum nubibus cæli tanquam filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit, & coram eo appropinquare fecerunt eum.*

14 *Et dedit potestatem, & gloriam, & regnum, & omnes populi, tribus, & linguæ ei seruient, potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur.*

15 *Contritus est spiritus meus, ego Daniel habebam* spiritum contritum *in medio corporis, & visiones capitis mei terrebant me.*

16 *Accessi ad vnum de assistentibus, & veritatem quærebam ab eo super omne hoc, & dixit mihi, & interpretationem sermonum scire fecit me.*

17 *Istæ bestiæ magnæ quæ sunt quattuor: quattuor sunt reges, qui consurgent è terra.*

18 *Et suscipient regnum sanctorum altissimorum, & possidebunt regnum vsque in sæculum, & vsque in sæculum sæculorum.*

19 *Tunc volui stare super veritate bestiæ quartæ, quæ erat distincta à cunctis alijs, formidolosa valde, dentes eius ferrei, & vngues eius ærei, quæ comedebat, comminuebat, & residuum pedibus eius conculcabat.*

20 *Et super cornibus decem quæ erant in capite eius, & altero quod ascendebat, & ceciderant à facie eius tria, & cornu cui similiter, & oculi erant, & os loquens grandia, & aspectus maior socijs suis.*

21 *Videbam & cornu quod similiter faciebat bellum cum sanctis, & præualebat eis.*

22 *Donec venit antiquus dierum, & iudicium datum est sanctis Altissimis, & tempus aduenit, & regnum possidebant.*

23 *Sic ait: Bestia quarta regnum quartum erit in terra, quod maius erit in omnibus regnis, & deuorabit vniuersam terram, & turbabit eam, & comminuet eam.*

Et

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

5 Et ecce bestia secunda similis vrso, & in parte vna stetit: & tres costæ in ore eius inter dentes eius. Et sic dicebant ei: Surge, comede carnes multas.

6 Post hæc aspiciebam: & ecce bestia alia, quasi pardus: & huic alæ quattuor volucris super ipsam: & quattuor capita bestiæ: & potestas data est ei.

7 Post hanc aspiciebam: & ecce bestia quarta terribilis, atque mirabilis, & fortis nimis: & dentes eius ferrei: comedens, atque comminuens: & reliqua pedibus suis conculcabat: & ipsa diuersa nimis præ omnibus bestijs, quæ ante eam: & cornua decem ei.

8 Considerabam cornua eius: & ecce cornu aliud paruulum ascendit in medio eorum: Et tria eius cornua de ijs, quæ antea, euulsa sunt à facie eius. Et ecce oculi, quasi oculi hominis in cornu isto, & os loquens grandia.

9 Aspiciebam, donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit. Vestimentum eius candidum, quasi nix, & capillus capitis eius, quasi lana munda: thronus eius flamma ignis: rotæ eius ignis flagrans:

10 Flumen ignis trahebat in conspectu eius. Mille millia deseruiebant ei: & dena millia denum millium assistebant ei. Iudicium sedit, & libri aperti sunt.

11 Aspiciebam tunc à voce sermonum grandium, quos cornu illud loquebatur, quoadusque interfecta est bestia, & perijt & corpus eius datum est in combustionem ignis.

12 Et cæterarum bestiarum translatus est principatus: & longitudo vitæ data est eis vsque ad tempus, & tempus.

13 Aspiciebam in visione noctis: & ecce cum nubibus cæli, quasi filius hominis veniens: & vsque ad antiquum dierum peruenit: & oblatus est ei,

14 Et datus est ipsi principatus, & honor, & regnum: & omnes populi, tribus, & linguæ ipsi seruient. Potestas eius, potestas sempiterna, quæ non pertransibit: & regnum eius non corrumpetur.

15 Horruit spiritus meus: in habitu meo ego Daniel: & visiones capitis mei conturbabant me.

16 Et accessi ad vnum assistentium: & veritatem quærebam ab eo discere de omnibus his. Et dixit mihi veritatem, & interpretationem sermonum notam mihi fecit.

17 Hæ quattuor bestiæ, quattuor regna consurgent super terram: quæ auferentur.

18 Et suscipient regnum sancti Altissimi: & obtinebunt illud vsque in sæculum sæculorum.

19 Et quærebam diligenter de bestia quarta, (quia erat dissimilis ab omni bestia terribilis nimis: dentes eius ferrei, & vngues eius æneí: comedens, & comminuens: & reliqua pedibus suis conculcabat,)

20 Et de cornibus eius decem, quæ in capite eius, & alio, quod ascenderat, & excusserat de primis, cui oculi, & os loquens grandia, & aspectus eius maior cæteris.

21 Aspiciebam: & cornu illud faciebat bellum cum sanctis, & præualebat erga eos.

22 Donec venit antiquus dierum, & iudicium dedit sanctis Excelsi, & tempus aduenit, & regnum obtinuerunt sancti.

23 Et dixit: Bestia quarta, regnum quartum erit in terra, quod superabit omnia regna, & deuorabit vniuersam terram, & conculcabit eam, & comminuet.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

5 *Ecce autem alia bestia secunda similis erat vrso, & ad latus vnum stetit, tres quoque costæ* erant *in ore eius inter dentes ipsius: sicque dicebant ei: Surge, vora carnem plurimam.*

6 *Post hæc videbam, & ecce alia similis pardo: & ei* erant *alæ quatuor volucris super dorsum eius: quatuor quoque capita* erant *bestiæ, & potestas data est ei.*

7 *Postea vidi in visionibus noctis, & en bestia quarta formidolosa & terribilis, & fortis valde: cui dentes* erant *ferrei magni, vorans, & comminuens, residuum autem pedibus suis conculcans, eratque diuersa ab omnibus bestijs, quæ* fuere *ante eam, & cornua decem* erant *ei.*

8 *Considerabam cornua, & ecce cornu aliud paruum ascendebat inter ea, tria autem ex cornibus prioribus euulsa sunt à facie eius, & ecce oculi velut oculi hominis* erant *in cornu isto, & os loquens grandia.*

9 *Videbam* certè *donec throni ablati sunt, & antiquus dierum sedit: vestimentum eius* erat *vt nix candidum, & pilus capitis eius vt lana munda: thronus eius flamma ignis: rotæ illius, ignis ardens.*

10 *Fluuius igneus procedebat, egrediebaturque à conspectu eius: milies mille ministrabant ei, & decies milies centena millia coram eo stabant:* postea *iudicium sedit, & libri aperti sunt.*

11 *Spectabam tunc propter vocem sermonum grandium quos cornu loquebatur: spectabam* inquam tandiu *donec interfecta fuit bestia, & perditum fuit corpus eius, & tradita incendio ignis.*

12 *Reliquarum quoque bestiarum abstulerant potestatem: & longitudo* temporis *in vita data fuerat illis vsque ad tempus & tempus.*

13 *Videbam in visione noctis, & ecce in nubibus cæli tanquam filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit, & in conspectum eius appropinquare fecerunt illum.*

14 *Deditque ei potestatem, & gloriam, atque regnum: omnesque populi, tribus, & linguæ ei seruient: potestas eius, potestas æterna quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur.*

15 *Contritus fui spiritu meo ego Daniel in medio corporis, & visiones capitis mei turbauerunt me.*

16 *Accessi ad vnum de adstantibus, & veritatem quæsiui ab eo super toto hoc: & dixit mihi, interpretationemque sermonum indicauit mihi:*

17 *Hæ bestiæ magnæ quæ sunt quatuor, quatuor sunt Reges* qui *consurgent è terra:*

18 *Et suscipient regnum sancti Altissimi, possidebuntque regnum vsque in seculum & vsque in seculum seculorum.*

19 *Tunc volui* scire *veritatem bestiæ quartæ quæ erat diuersa à cunctis alijs, formidolosa valde: cui dentes* erant *ferrei, & vngues eius ærei: deuorabat & comminuebat, & residuum pedibus suis conculcabat:*

20 *De cornibus quoque decem quæ* erant *in capite eius, & altero quod ascenderat, ceciderant à conspectu eius tria, & cornu huic oculi erant, & os loquens grandia, & aspectus maior socijs suis.*

21 *Videbamque cornu illud gerere bellum aduersus Sanctos, & præualebat eis.*

22 *Donec venit antiquus dierum, & iudicium datum est sanctis Altissimi, & tempus aduenit, & regnum possederunt Sancti.*

23 *Sic* autem *ait, Bestia quarta* significat quod *regnum quartum erit in terra, quod maius erit omnibus regnis, & deuorabit vniuersam terram, eamque conculcabit, & comminuet eam.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

24 Porro cornua decem ipsius regni, decem reges erunt: & alius consurget post eos, & ipse potentior erit prioribus, & tres reges humiliabit.

25 Et sermones contra Excelsum loquetur, & sanctos Altissimi conteret: & putabit quòd possit mutare tempora, & leges, & tradentur in manu eius vsque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis.

26 Et iudicium sedebit vt auferatur potentia, & conteratur, & dispereat vsque in finem.

27 Regnum autem, & potestas, & magnitudo regni, quæ est subter omne cælum, detur populo sanctorum Altissimi: cuius regnum, regnum sempiternum est, & omnes reges seruient ei, & obedient.

28 Hucusque finis verbi. Ego Daniel multum cogitationibus meis conturbabar, & facies mea mutata est in me: verbum autem in corde meo conseruaui.

CAP. VIII.

1 ANno tertio regni Baltassar regis, visio apparuit mihi. Ego Daniel post id, quod videram in principio,

2 Vidi in visione mea, cum essem in Susis castro, quod est in Ælam regione: vidi autem in visione esse me super portam Vlai.

3 Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce aries vnus stabat ante paludem, habens cornua excelsa, & vnum excelsius altero atque succrescens. Postea,

4 Vidi arietem cornibus ventilantem contra Occidentem, & contra Aquilonem, & contra Meridiem, & omnes bestiæ non poterant resistere ei, neque liberari de manu eius: fecitque secundum voluntatem suam, & magnificatus est.

5 Et ego intelligebam: ecce autem hircus caprarum veniebat ab Occidente super faciem totius terræ, & non tangebat terram: porro hircus habebat cornu insigne inter oculos suos.

6 Et venit vsque ad arietem illum cornutum, quem videram stantem ante portam, & cucurrit ad eum in impetu fortitudinis suæ.

7 Cumque appropinquasset prope arietem, efferatus est in eum, & percussit arietem: & comminuit duo cornua eius, & non poterat aries resistere ei: cumque eum misisset in terram, conculcauit, & nemo quibat liberare arietem de manu eius.

8 Hircus autem caprarum magnus factus est nimis: cumque creuisset, fractum est cornu magnum, & orta sunt quattuor cornua subter illud per quattuor ventos cæli.

9 De vno autem ex eis egressum est cornu vnum modicum: & factum est grande contra Meridiem, & contra Orientem, & contra fortitudinem.

10 Et magnificatum est vsque ad fortitudinem cæli: & deiecit de fortitudine, & de stellis, & conculcauit eas.

11 Et vsque ad principem fortitudinis magnificatum est: & ab eo tulit iuge sacrificium, & deiecit locum sanctificationis eius:

12 Robur autem datum est ei contra iuge sacrificium propter peccata: & prosternetur veritas in terra, & faciet, & prosperabitur.

13 Et audiui vnũ de sanctis loquentem: & dixit vnus sanctus alteri nescio cui loquenti: Vsquequò visio, & iuge sacrificium, & peccatum desolationis, quæ facta est: & sanctuarium, & fortitudo conculcabitur?

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

24 *Et cornua decem ex ipso regno, decem reges consurgent, & alius consurget post eos, & ipse maior erit prioribus, & tres reges humiliabit.*

25 *E sermones ex parte Altissimi loquetur, & sanctos Altissimorum conteret: & putabit mutare tempora, & legem, & tradentur in manu eius vsque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis.*

26 *Et iudicium sedebit: & potestatem eius auferent, vt dissipent, & disperdant vsque in finem.*

27 *Regnum autem & potestas, & magnitudo regni subter omne cælum detur populo sanctorum altissimorum, regnum eius regnum æternum, & omnes potestates ei seruient, & obedient.*

28 *Hucusque finis verbi. Ego Daniel multum cogitationes meæ terruerunt me, & vultus meus mutatus est in me, & sermonem in corde meo conseruaui.*

CAP. VIII.

1 *ANno tertio regni Belsasar regis, visio apparuit mihi. Ego Daniel post illud quod apparuit mihi in principio,*

2 *Vidi in visione, & fuit, cum viderem, eram in Susan regia quæ erat in Helam prouincia: & vidi in visione, & eram iuxta flumen Vlai.*

3 *Et leuaui oculos meos, & vidi, & ecce aries vnus stabat ante fluuium, & erant cornua, & cornua excelsa, & vnũ excelsius secundo, & excelsius ascendebat in nouissimo.*

4 *Vidi arietem cornupetentem, ad Occidentem, & Aquilonem, & meridiem, & omnes bestiæ non stabant coram ipso, nec erat qui erueret de manu eius, & fecit secundum voluntatem suam, & magnificatus est.*

5 *Et intelligebam, & ecce hircus caprarum veniebat ab Occidente super faciem totius terræ, & non tangebat terram, & hirco erat cornu visibile inter oculos eius.*

6 *Et venit vsque ad arietem habentem cornua, quem videram stantem ante fluuium, & cucurrit ad eum in ira fortitudinis suæ.*

7 *Et vidi eum appropinquantem ad arietem, & eleuatus est contra eum, & percussit eum, & comminuit duo cornua eius, & non erat fortitudo in ariete ad standum ante eum, & proiecit eum in terram, & conculcauit eum, & non erat qui erueret arietem de manu eius.*

8 *Et hircus caprarum magnificatus est vehementissime, & cum creuisset, fractum est cornu magnum, & ascenderunt in visu quattuor pro eo, in quatuor ventos cæli.*

9 *Ex vno autem ex illis, egressum est cornu vnum paruum, & creuit valde ad Meridiem, & ad Orientem, & ad* terram *desiderabilem* Israel.

10 *Et creuit vsque ad exercitum cæli, & deiecit in terram de exercitu, & de stellis, & conculcauit eas.*

11 *Et vsque ad principem exercitus magnificatum est, & ab eo ablatum est iuge sacrificium, & proiectus est locus sanctificationis eius.*

12 *Et tempus dabitur contra iuge sacrificium propter præuaricationem, & proijciet veritatem in terram, & faciet, & prosperabitur.*

13 *Et audiui vnum è sanctis loquentem, & dixit vnus è sanctis cuidam loquenti: Vsquequò visio, iuge sacrificium, & præuaricatio desolans ad dandum, & sanctuarium, & exercitum in conculcationem?*

Transl. ex Septuag.

24 Et decem cornua eius, decem reges consurgent, & post eos consurget alius: qui superabit malis omnes priores, & tres reges humiliabit:

25 Et sermones contra excelsum loquetur: & sanctos Altissimi faciet veterascere: & cogitabit mutare tempora, & legem: & tradentur in manu eius vsque ad tempus, & tempora, & etiam dimidium temporis.

26 Et iudicium sedit: & principatum transferent, vt aboleatur, & dispereat vsque in finem.

27 Et regnum, & potestas, & magnitudo regum, qui subter omne cœlum, data sunt sanctis Altissimi. Et regnum eius regnum sempiternum: & omnes principatus seruient ei, & obedient.

28 Hucusque finis verbi. Ego Daniel: cogitationes meæ multum conturbabant me: & forma mea mutata est: verbum autem in corde meo conseruaui.

CAP. VIII.

1 IN anno tertio regni Baltasar regis visio apparuit mihi: Ego Daniel post eam, quæ apparuerat mihi in principio,

2 Et eram in Susis castro, quod est in regione Ælam. Et eram super Vbal.

3 Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce aries vnus stans ante Vbal: & ei cornua excelsa, & vnum excelsius altero: & quod excelsum, ascendebat super nouissima.

4 Et vidi arietem cornibus ventilantem contra mare, & Aquilonem, & Austrum: & omnes bestiæ non stabunt coram eo, & non erat, qui erueret de manu eius: fecitque secundum voluntatem suam, & magnificatus est:

5 Et ego eram intelligens: & ecce hircus caprarum veniebat ab Africo super faciem totius terræ: & non erat tangens terram: & hirco cornu medium oculorum eius:

6 Et venit vsque ad arietem illum, qui habebat cornua, quem videram stans ante Vbal: & cucurrit ad eum in impetu fortitudinis suæ.

7 Et vidi eum aduenientem vsque ad arietem: & efferatus est in eum, & percussit arietem, & contriuit duo cornua eius: & non erat fortitudo arieti stādi coram eo. Et proiecit eum in terram, & conculcauit eum: & non erat, qui liberaret arietem de manu eius.

8 Et hircus caprarum magnificatus est vsque valde. Et dum ipse inualesceret, contritum est cornu illius magnum: & ascenderunt alia cornua quattuor subter illud per quattuor ventos cæli.

9 Et de vno ex eis egressum est cornu vnum forte, & magnificatum est nimis contra Austrum, & contra fortitudinem:

10 Et magnificatum est vsque ad virtutem cæli: & deiecit in terram de virtute cæli, & stellis, & conculcauerunt eas,

11 Et quoadusque dux militiæ liberauerit captiuitatem:

12 Et propter eum sacrificium turbatum est: & prospere erit ei. Et sanctuarium desolabitur: & datum est super sacrificium peccatum, & proiecta est humi iustitia. Et faciet, & prosperabitur. Et audiui vnum sanctum loquentem.

13 Et dixit vnus sanctus Phelmoni loquenti. Vsquequo visio stabit, sacrificium ablatum, & peccatum desolationis, quod datum est: & sanctuarium, & fortitudo conculcabitur?

Noua ex Hebr. Tralat. Fr. Vatabli.

24 *Cornua verò decem* indicant quod *ex ipso regno decem Reges consurgent, & alius surget post eos, & ipse maior erit prioribus, tresque Reges humiliabit.*

25 *Verba etiam faciet ex parte Altissimi, & sanctos Altissimi conteret, & existimabit se posse mutare tempora & Legem: tradenturque in manu eius vsque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis.*

26 *Et iudicium sedebit, & potestatem illius transferent, vt dissipent, & disperdant vsque in finem.*

27 *Regnum autem, & potestas, & magnitudo regni* quod est *sub toto cælo, detur populo Sancto Altissimi: regnum eius, regnum æternum: & omnes potestates ei seruient, & obedient ei.*

28 *Hucusque finis verbi. ego Daniel: multum cogitationes mea terruerunt me, & vultus meus mutatus est in me: sermonem autem in corde meo conseruaui.*

CAP. VIII.

1 *ANno tertio regni Belsasar Regis, visio apparuit mihi ipsi Danieli post eam qua apparuerat mihi in principio.*

2 *Vidi in visione, fuitque quum viderem* eam, *eram in Susan regia qua* est *in Elam prouincia: vidi inquam in visione illa, quum essem iuxta flumen Vlai.*

3 *Quumque sustulissem oculos meos, vidi, & ecce aries vnus stabat ante flumium, & ei* erant *duo cornua, & illa excelsa, & vnum excelsius altero, & illud ascendebat in nouissimo.*

4 *Vidi arietem illum cornupetentem, ad Occidentem, & Aquilonem, & Meridiem, & nulla bestia resistere poterant illi, nec erat qui erueret de manu eius: feceratque secundum voluntatem suam, & magnus.*

5 *Quum autem ego* hæc *considerarem, ecce hircus caprarum veniebat ab Occidente super faciem totius terra, qui non attingebat terram: hirco verò illi* erat *cornu insigne inter oculos eius.*

6 *Et venit vsque ad arietem illum habentem illa duo cornua, quem videram stantem ante fluuium, & cucurrit ad eum in ira fortitudinis sua.*

7 *Vidi eum præterea accedentem ad arietem illum, & eleuatus est contra eum, percussitque eum, & comminuit duo cornua eius, quòd non esset fortitudo in ariete ad resistendum ei: deiecitque eum in terram, & conculcauit eum, nec erat qui liberaret arietem de manu eius.*

8 *Hircus igitur caprarum magnus euasit valde: quum verò esset in summo virtutis sua, fractum est cornu illud magnum, & ascenderunt insignia* cornua *quatuor pro eo ad quatuor ventos cæli.*

9 *Ex vno autem illorum egressum cornu vnum paruum, & creuit valde ad Meridiem, & ad Orientem, & ad* terram *desiderabilem.*

10 *Creuitque vsque ad exercitum cæli, & deiecit in terram de exercitu, & de stellis, & conculcauit eas.*

11 *Denique vsque ad Principem exercitus magnificatum est, & ab eo ablatum est iuge sacrificium, & proiectus est locus sanctificationis eius.*

12 *Et exercitus tradetur propter iuge sacrificium, ob præuaricationem, & proijciet veritatem in terram, & faciet, & prosperè succedet illi.*

13 *Et audiui vnum sanctum loquentem, dixitque alter è sanctis cuidam loquenti, Vsquequo visio iugis sacrificij* ablati, *& præuaricatio desolans, vt ponat & sanctuarium & exercitum* in *conculcationem?*

Vulgata Editio.

14 Et dixit ei: Vsque ad vesperam & mane, dies duo
millia trecenti:& mundabitur sanctuarium.
15 Factum est autem cum viderem ego Daniel visio-
nem,& quærerem intelligentiam: ecce stetit in con-
spectu meo quasi species viri.
16 Et audiui vocem viri inter Vlai: & clamauit, &
ait: Gabriel fac intelligere istum visionem.
17 Et venit, & stetit iuxta vbi ego stabam: cumque
venisset, pauens corrui in faciem meam,& ait ad me:
Intellige fili hominis, quoniam in tempore finis
complebitur visio.
18 Cumque loqueretur ad me, collapsus sum pronus
in terram:& tetigit me,& statuit me in gradu meo.
19 Dixitque mihi: Ego ostendam tibi quæ futura sunt
in nouissimo maledictionis: quoniam habet tempus
finem suum:
20 Aries, quem vidisti habere cornua, rex Medorum
est atque Persarum.
21 Porro hircus caprarum, rex Græcorum est,& cor-
nu grande, quod erat inter oculos eius, ipse est rex
primus.
22 Quod autem fracto illo surrexerunt quattuor pro
eo: quattuor reges de gente eius consurgent, sed non
in fortitudine eius.
23 Et post regnum eorum, cum creuerint iniquitates,
consurget rex impudens facie, & intelligens propo-
sitiones.
24 Et roborabitur fortitudo eius, sed non in viribus
suis: & supra quam credi potest, vniuersa vastabit,
& prosperabitur, & faciet. Et interficiet robustos, &
populum sanctorum.
25 Secundum voluntatem suam, & dirigetur dolus
in manu eius: & cor suum magnificabit, & in copia
rerum omnium occidet plurimos: & contra princi-
pem principum consurget, & sine manu conteretur.
26 Et visio vespere & mane, quæ dicta est, vera est: tu
ergo visionem signa, quia post multos dies erit.
27 Et ego Daniel langui,& ægrotaui per dies: cumque
surrexissem, faciebam opera regis,& stupebam ad vi-
sionem & non erat qui interpretaretur.

CAP. IX.

1 IN anno primo Darij filij Assueri de semine Medo-
rum, qui imperauit super regnum Chaldæorum:
2 Anno vno regni eius, ego Daniel intellexi in libris
* numerum annorum, de quo factus est sermo Do-
mini ad Ieremiam prophetam, vt complerentur de-
solationis Ierusalem septuaginta anni.

* Ier. 25.11. & 29.10.

3 Et posui faciem meam ad Dominum Deum meũ
rogare & deprecari in ieiunijs, sacco,& cinere.
4 Et oraui Dominum Deum meum, & confessus
sum,& dixi: * Obsecro Domine Deus magne & ter-
ribilis, custodiens pactum,& misericordiam diligen-
tibus te,& custodientibus mandata tua.

* 2. Esd. 1.5.

5 * Peccauimus, iniquitatem fecimus, impie egi-
mus,& recessimus:& declinauimus à mandatis tuis,
ac iudiciis.

* Baruc. 1,17.

6 Non obediuimus seruis tuis prophetis, qui locuti
sunt in nomine tuo regibus nostris, principibus no-
stris, patribus nostris, omnique populo terræ.
7 Tibi Domine iustitia: nobis autem confusio faciei,
sicut est hodie viro Iuda,& habitatoribus Ierusalem,

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

14 Et dixit ad me: Vsque ad vesperam mane, mille, & tre-
centis,& iustificabitur sanctuarium.
15 Et fuit, cum viderem ego Daniel visionem,& quærerem
intelligentiam, ecce stetit coram me tanquam aspectus
viri.
16 Et audiui vocem hominis inter Vlai, & clamauit, &
dixit: Gabriel fac intelligere istum visionem.
17 Et venit iuxta locum meum, & cum venisset territus
sum,& corrui in faciem meam, & dixit ad me: Intellige
fili hominis, quia ad tempus erit finis visionis.
18 Et cum loqueretur mecum, stupore cecidi in faciem
meam in terram:& tetigit me,& stare fecit me iuxta lo-
cum meum.
19 Et dixit: Ecce cognoscere faciam te, quod erit in nouissi-
mo ira, quia ad tempus erit finis.
20 Aries, quem vidisti habentem cornua, reges Medorum,
& Persarum sunt.
21 Et hircus rex est Græciæ,& cornu grande, quod erat in-
ter oculos eius, est rex primus.
22 Et contritum est,& steterunt quattuor pro eo: quattuor
regna de gente stabunt,& non in fortitudine eius.
23 Et in nouissimo regni eorum, cum consummati fuerint
præuaricatores, stabit rex fortis facie, & intelligens ænig-
mata.
24 Et roborabitur fortitudo eius, & non fortitudine sua,
& mirabiliter vastabit, & prosperabitur & faciet, &
vastabit robustos,& populum sanctorum.
25 Et secundum intellectum eius prosperabitur dolus in
manu eius,& in corde eius magnificabitur, & in dolo va-
stabit multos, etiam contra principem principum stabit,&
absque fortitudine conteretur.
26 Et visio vespertina,& matutina,& quæ dicta est veri-
tas est:& tu claude visionem, quia erit ad dies multos.
27 Et ego Daniel contritus sum, & ægrotaui per dies, &
surrexi, & feci opus regis, & stupebam super visione, &
non erat qui faceret intelligere.

CAP. IX.

1 ANno vno Dariaues filij Achasueros, de semine Me-
dorum, qui constitutus fuit rex super regnum Chas-
dim
2 Anno primo, ego Daniel intellexi in libris numerum an-
norum, de quo fuit verbum Domini ad Irmeiah prophe-
tam ad complendum desolationes Ierusalaim septuaginta
annos,
3 Et posui faciem meam ad Dominum Deum, vt quære-
rem orationem, & deprecationem in ieiunio & sacco, &
cinere:
4 Et oraui ad Dominum Deum meum, & confessus sum,
& dixi: Obsecro Domine Deus magne, & terribilis custo-
diens pactum, & misericordiam diligentibus te, & custo-
dientibus mandata tua.
5 Peccauimus,& iniquitatem fecimus, & impie egimus:
& rebellauimus,& recessimus à mandatis tuis,& iudicijs
tuis.
6 Et non obediuimus seruis tuis prophetis, qui locuti sunt
in nomine tuo regibus nostris, principibus nostris,& patri-
bus nostris,& omni populo terræ.
7 Tibi Domine iustitia, nobis autem pudor faciei, si-
cut die hac, viro Iehudah, & habitatoribus Ierusalaim,

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

14 Et dixit ei: Vsque ad vesperam,& mane dies duo millia,& quadringenti,& mundabitur sanctuarium.

15 Factum est autem, cum viderem ego Daniel visionem,& quærebam intelligentiam,& stetit in conspectu meo quasi species viri:

16 Et audiui vocem viri inter Vbal: & vocauit, & dixit: Gabriel fac istum intelligere visionem.

17 Et venit, & stetit iuxta stationem meam. Et cum ille venisset, expaui, & corrui in faciem meam. Et ait ad me: Intellige fili hominis, adhuc enim in temporis finem visio.

18 Cumque loqueretur ipse mecum: cado in faciem meam super terram. Et tetigit me, & statuit me super pedes,

19 Et dixit: Ecce ego ostendo tibi, quæ futura sunt in nouissimis iræ. Adhuc enim in temporis finem visio.

20 Aries, quem vidisti, qui habebat cornua, rex Medorum est atque Persarum.

21 Hircus caprarum, rex Græcorum: & cornu grande, quod erat inter oculos eius, ipse est rex primus.

22 Quòd autem confracto illo surrexerunt quattuor cornua subter: quattuor reges de gente eius consurgent,& non in fortitudine sua.

23 Et in nouissimis regni eorum, completis peccatis eorum, consurget rex impudens facie, & intelligens propositiones:

24 Et robusta fortitudo eius: & mirabiliter vastabit: & prosperabitur, & faciet: & disperdet robustos, & populum sanctum.

25 Et iugum catenæ eius dirigetur: dolus in manu eius, & in corde eius magnificabitur: & dolo corrumpet multos: & super perditionem multorum stabit: & quasi oua manu conteret.

26 Et visio vesperæ, & mane, quæ dicta est, vere est. Et tu signa visionem, quia in dies multos.

27 Et ego Daniel decubui,& langui. Et surrexi:& faciebam opera regis,& admirabar visionem: & non erat, qui intelligeret.

CAP. IX.

1 IN primo anno Darij filij Assueri ex semine Medorum, qui regnauit super regnum Chaldæorum,

2 Ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, qui factus est sermo Domini ad Hieremiam Prophetam, in completionem desolationis Hierusalem septuaginta anni.

3 Et dedi faciem meam ad Dominum Deum, quærendo deprecationem, & orationes in ieiunijs, & sacco.

4 Et oraui ad Dominum Deum meum, & confessus sum,& dixi: Domine Deus magne,& mirabilis, qui custodis testamentum tuum, & misericordiam tuam diligentibus te, & custodientibus mandata tua.

5 Peccauimus, iniuste egimus, inique egimus,& recessimus, & declinauimus à mandatis tuis, atque à iudicijs tuis.

6 Et non exaudiuimus seruos tuos prophetas, qui loquebantur in nomine tuo regibus nostris,& principibus nostris,& patribus nostris, omnique populo terræ.

7 Tibi Domine iustitia, nobis autem confusio faciei, sicut dies hæc, viro Iuda,& habitatorib. Hierusalem,

Noua ex Hebr. Tralat. Fr. Vatabli.

14 *Et dixit mihi, Vsque ad vesperam & mane bis mille & trecentos,& expiabitur sanctuarium.*

15 *Fuit autem dum spectarem ego Daniel visionem, & quærerem intelligentiam, ecce stetit coram me tanquam forma viri.*

16 *Audiui etiam vocem hominis inter Vlai, qui exclamauit & dixit, Gabriel doce istum visionem.*

17 *Et venit iuxta stationem meam, quumque venisset, territus sum,& corrui in faciem meam,& dixit ad me, Intellige fili hominis, quod ad tempus finis visio.*

18 *Quumque loqueretur mecum, sopore correptus cecidi in faciem meam in terram: tetigit autem me, & constituit me in statione mea.*

19 *Atque dixit, Ecce docebo te quid futurum sit in nouissimo iræ, quia ad tempus finis.*

20 *Aries ille quem vidisti habentem cornua, Reges Madai & Paras* sunt.

21 *Hircus verò, hircus* inquam, *Rex* est *Graciæ:& cornu grande quod* erat *inter oculos eius, est Rex primus.*

22 *Quod autem contritum est, & steterunt quatuor pro eo, quatuor regna de* ea *Gente stabunt, sed non iuxta fortitudinem eius.*

23 *In nouissimo verò regni eorum, quum consumpti fuerint præuaricatores, stabit Rex fortis facie, & intelligens ænigmata.*

24 *Et roborabitur fortitudo eius, sed non fortitudine ipsius, & mirabiliter vastabit, & prosperè illi succedet, & faciet,& vastabit robustos,& populum sanctorum.*

25 *Et per intellectum suum prosperabit dolum in manu sua,& in corde suo: magnificabit sese, & in pace vastabit multos, quinetiam contra Principem principum consurget,& absque fortitudine contereturr.*

26 *Et visio vespere & manè quæ dicta est, & veritas est: tu autem claude visionem, quia* erit *ad dies multos.*

27 *Et ego Daniel contritus sum, & ægrotaui diebus* aliquot: *postquam* vero *conualui, feci opus Regis,& stupebam super visione,& non erat qui intelligeret.*

CAP. IX.

1 *ANno primo Darianes filij Ahasueros, de semine Madai, qui constitutus fuerat Rex super regnum Chasdim,*

2 *Anno primo* inquam, *ego Daniel intellexi in Libris numerum annorum* de *quo factum est verbum Iehouæ ad Irmeiah Prophetam quòd impleret desolationibus Ierusalaim septuaginta annos.*

3 *Et posui faciem meam ad Dominum Iehouam vt quærerem orationem, & deprecationem, in ieiunio, & sacco, & cinere.*

4 *Et oraui Iehouam Deum meum, & confessus sum, dixique, Obsecro Domine Deus, magne, & terribilis, custodiens pactum & misericordiam erga diligentes te & custodientes mandata tua:*

5 *Peccauimus & iniquitatem fecimus, impiè egimus, & rebellauimus, & recessimus à mandatis tuis, & iudicijs tuis.*

6 *Neque obediuimus seruis tuis Prophetis, qui loquuti sunt nomine tuo Regibus nostris, Principibus nostris, & Patribus nostris,& toti populo terræ.*

7 *Tibi Domine iustitia, nobis autem pudor faciei, sicut* apparet *hodie viro Iehudah & habitatoribus Ierusalaim,*

Vulgata Editio.

& omni Israel, his qui prope sunt, & his qui procul in vniuersis terris, ad quas eiecisti eos propter iniquitates eorum, in quibus peccauerunt in te.

Domine nobis confusio faciei, regibus nostris, principibus nostris, & patribus nostris, qui peccauerunt.

Tibi autem Domino Deo nostro misericordia, & propitiatio, quia recessimus à te:

Et non audiuimus vocem Domini Dei nostri vt ambularemus in lege eius, quam posuit nobis per seruos suos prophetas.

Et omnis Israel præuaricati sunt legem tuam, & declinauerunt ne audirent vocem tuam, & stillauit super nos maledictio, & detestatio, quæ scripta est in libro Moysi serui Dei, quia peccauimus ei,

Et statuit sermones suos, quos locutus est super nos, & super principes nostros, qui iudicauerunt nos vt superinduceret in nos magnum malum, quale nunquam fuit sub omni cælo, secundum quod factum est in Ierusalem.

* Deu. 27.14.

* Sicut scriptum est in lege Moysi, omne malum hoc venit super nos: & non rogauimus faciem tuam Domine Deus noster, vt reuerteremur ab iniquitatibus nostris, & cogitaremus veritatem tuam.

Et vigilauit Dominus super malitiam, & adduxit eam super nos: iustus Dominus Deus noster in omnibus operibus suis, quæ fecit: non enim audiuimus vocem eius.

* Baruc 2.11.
* Ex. 15 14.

* Et nunc Dominus Deus noster, * qui eduxisti populum tuum de terra Ægypti, in manu forti, & fecisti tibi nomen secundum diem hanc: peccauimus, iniquitatem fecimus.

Domine in omnem iustitiam tuam: auertatur obsecro ira tua, & furor tuus à ciuitate tua Ierusalem, & monte sancto tuo. Propter peccata enim nostra, & iniquitates patrum nostrorum, Ierusalem, & populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum:

Nunc ergo exaudi Deus noster orationem serui tui, & preces eius: & ostende faciem tuam super sanctuarium tuum, quod desertum est propter temetipsum.

Inclina Deus meus aurem tuam, & audi: aperi oculos tuos, & vide desolationem nostram, & ciuitatem, super quam inuocatum est nomen tuum: neque enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis:

Exaudi Domine, placare Domine: attende & fac: ne moreris propter temetipsum Deus meus: quia nomen tuum inuocatum est super ciuitatem, & super populum tuum.

Cumque adhuc loquerer, & orarem & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Israel, & prosternerem preces meas in conspectu Dei mei, pro monte sancto Dei mei:

Adhuc me loquente in oratione, ecce vir Gabriel, quem videram in visione à principio, cito volans tetigit me in tempore sacrificij vespertini.

Et docuit me, & locutus est mihi, dixitque: Daniel nunc egressus sum vt docerem te, & intelligeres.

Ab exordio precum tuarum egressus est sermo: ego autem veni vt indicarem tibi, quia vir desideriorum es: tu ergo animaduerte sermonem, & intellige visionem.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

& omni Israel propinquis, & longinquis, in vniuersis terris, ad quas eiecisti eos propter præuaricationem eorum, quia præuaricati sunt in te.

8 *Domine nobis pudor faciei, regibus nostris, principibus nostris, & patribus nostris, quia peccauimus tibi.*

9 *Domine Deo nostro misericordia, & propitiationes, quia recessimus ab eo.*

10 *Et non obediuimus voci Domini Dei nostri, vt ambularemus in lege eius, quam dedit coram nobis per manum seruorum suorum prophetarum.*

11 *Et omnis Israel transgressi sunt legem tuam, & declinauerunt, vt non obtemperarent voci tuæ, & stillauit super nos maledictio, & iusiurandum, quod scriptum est in lege Moseh serui Dei, quia peccauimus ei.*

12 *Et statuit verba sua quæ locutus est super nos, & super iudices nostros, qui iudicauerunt nos, vt adduceret malum grande, quod non fuit factum sub omni cælo, quemadmodum factum est in Ierusalaim.*

13 *Sicut scriptum est in lege Moseh, omne malum hoc venit super nos: & non rogauimus faciem Domini Dei nostri, vt reuerteremur ab iniquitatibus nostris, & ad intelligendum veritatem tuam.*

14 *Et festinauit Dominus super malum, & adduxit illud super nos, quia iustus est Dominus Deus noster, in omnibus operibus suis, quæ fecit, & non audiuimus voci eius.*

15 *Et nunc Domine Deus noster, qui eduxisti populum tuum de terra Aegypti in manu forti, & fecisti tibi nomen secundum diem hanc, peccauimus, impiè egimus.*

16 *Domine secundũ omnes iustitias tuas: auertatur obsecro furor tuus, & ira tua à ciuitate tua Ierusalaim, monte sancto tuo. Quia propter peccata nostra, & iniquitates patrum nostrorum Ierusalaim, & populus tuus in opprobrium sunt cunctis in circuitu nostro.*

17 *Et nunc audi Deus noster orationem serui tui, & deprecationes eius: & illustra faciem tuam super sanctuarium tuum, quod desolatum est propter Dominum.*

18 *Inclina Deus meus aurem tuam, & audi, aperi oculos tuos, & vide desolationes nostras, & ciuitatis super quam inuocatum est nomen tuum: quia non in iustitijs nostris prosternimus preces nostras coram te, sed in miserationibus tuis multis.*

19 *Domine exaudi, Domine parce, Domine attende, & fac, ne moreris propter temetipsum Deus meus: quia nomen tuum inuocatum est super ciuitatem tuam, & super populum tuum.*

20 *Et adhuc loquebar, & orabam, & confitebar peccatum meum, & peccatum populi mei Israel, & prosternebam deprecationem meam coram Domino Deo, super monte sancto Dei mei.*

21 *Et adhuc loquebar in oratione, & vir Gabriel, quem videram in visione in principio volans volatu tetigit me tempore sacrificij vespertini.*

22 *Et intelligere fecit me, & locutus est mecum, & dixit: Daniel nunc egressus sum, vt intelligere faciam te intelligentiam.*

23 *In principio deprecationum tuarum, egressum est verbum: ego autem veni, vt indicarem, quia vir desideriorum es, intellige autem verbum & intellige visionem.*

Transl. ex Septuag.

salem.& omni Israel: his, qui prope sunt, & his qui
procul, in vniuersa terra, quo disseminasti eos illuc,
in præuaricatione eorum, qua præuaricati sunt.

In te Domine est nostra iustitia, & nobis confusio
faciei, & regibus nostris, & principibus nostris, &
patribus nostris: qui peccauimus.
Tibi Domino Deo nostro miserationes, & pro-
pitiationes: quia recessimus,
Et non exaudiuimus vocem Domini Dei nostri,
vt ambularemus in legibus eius, quas dedit ante fa-
ciem nostram in manibus seruorum suorum pro-
phetarum.
Et omnis Israel præuaricati sunt legem tuam: &
declinauerunt, ne audirent vocem tuam. Et super-
uenit super nos maledictio, & iuramentum scri-
ptum in lege Moysi serui Dei, quia peccauimus ei.

Et statuit sermones suos, quos loquutus est super
nos, & super iudices nostros, qui iudicabant nos, vt
superinducerent in nos mala magna, qualia non
fuerunt sub omni cælo secundum ea, quæ facta
sunt in Hierusalem,
Sicut scriptum est in lege Moysi. Omnia mala
hæc venerunt super nos; & non rogauimus faciem
Domini Dei nostri; vt reuerteremur ab iniquitati-
bus nostris, & intelligeremus in omni veritate tua.
Et vigilauit Dominus, & adduxit ea super nos,
quoniam iustus Dominus Deus noster in omni
opere suo, quod fecit: & non exaudiuimus vocem
eius.
Et nunc Domine Deus noster, qui eduxisti popu-
lum tuum de terra Ægypti in manu forti, & feci-
sti tibi nomen, sicut dies hæc, peccauimus, iniquita-
tem fecimus,
Domine in omni misericordia tua: auertatur ob-
secro furor tuus, & ira tua à ciuitate tua Hierusa-
lem, monte sancto tuo, quia peccauimus: & in no-
stris iniquitatibus, & patrum nostrorum Hierusa-
lem, & populus meus in opprobrium factus est in
omnibus, qui per circuitum nostrum.
Et nunc exaudi Domine Deus noster orationem
serui tui, & preces eius: & ostende faciem tuam su-
per sanctuarium tuum quod desertum est: Propter
te Domine,
Inclina Deus meus aurem tuam, & audi: aperi
oculos tuos, & vide desolationem nostram, & ciui-
tatis tuæ, super quam inuocatum est nomen tuum
super eam. Quia non in nostris iustitijs proserni-
mus miserationem nostram coram te, sed in mise-
rationibus tuis multis Domine.
Exaudi Domine: placare Domine: attende Domi-
ne: ne moreris propter temetipsum Deus meus: quia
nomen tuum inuocatum est super ciuitatem tuam,
& super populum tuum.
Et adhuc me loquente, & orante, & confitente
peccata populi mei Israel, & prosternente miseri-
cordiam meam in conspectu Domini Dei mei pro
monte sancto,
Et adhuc me loquente in oratione: & ecce vir Ga-
briel, quem videram in visione à principio, volans:
& tetigit me quasi hora sacrificij vespertini.

Et docuit me, & loquutus est mecum, & dixit:
Daniel nunc exiui imbuere te intelligentia.

In principio obsecrationis tuæ exiuit sermo: &
ego veni, vt adnunciem tibi: quia vir desideriorum
tu es. Et cogita in verbo, & intellige in visione.

Noua ex Heb Tralat. Fr. Vatabli.

& omni Israel, propinquis & remotis in vniuersis terris
ad quas eiecisti eos, propter præuaricationem eorum quas
præuaricati sunt in te.

8 *O Iehoua, nobis* inquam *pudor faciei, Regibus nostris,*
Principibus nostris, & Patribus nostris: quia peccauimus
tibi.
9 *Domino* autem *Deo nostro misericordia & propitiatio-*
nes: quia recessimus ab eo.
10 *Neque obediuimus voci Iehoua Dei nostri, vt ambulare-*
mus in Legibus eius quas posuit coram nobis, per seruos
suos Prophetas.

11 *Vniuersus etiam Israel transgressi sunt Legem tuam, &*
declinauerunt non obtemperando voci tuæ: propterea stil-
lauit super nos maledictio, & iusiurandum quod scriptum
est in Lege Moseh serui Dei, quia peccauimus illi.

12 *Statuitque verbum suum quod loquutus fuerat super*
nos & super Iudices nostros qui iudicauerunt nos, indu-
cendo malum grande quod non fuit factum sub toto cælo,
sicut factum est in Ierusalaim.

13 *Quemadmodum scriptum* est *in Lege Moseh, omne ma-*
lum hoc venit super nos: neque rogauimus faciem Iehoua
Dei nostri, vt conuerteremur ab iniquitatibus nostris, &
intelligeremus veritatem tuam.
14 *Et festinauit Iehouah super malum, & adduxit illud*
super nos: quia iustus est *Iehouah Deus noster in omnibus*
operibus suis quæ fecit. non enim paruimus voci eius.

15 *Nunc autem Domine Deus noster, qui eduxisti populum*
tuum de terra Misraim manu forti, & fecisti tibi nomen,
vt hodie videre est, *peccauimus, impiè egimus.*

16 *Domine* inquam, *pro omnibus iustitiis tuis auertatur*
obsecro furor tuus & ira tua ab vrbe tua Ierusalaim mon-
te sancto tuo: propter peccata enim nostra, & ob iniquita-
tes Patrum nostrorum, Ierusalaim & populus tuus in op-
probrium sunt *cunctis* qui sunt in *circuitu nostro.*

17 *Nunc igitur exaudi Deus noster orationem serui tui, &*
deprecationes eius, & illustra faciem tuam super sanctua-
rium tuum desolatum, propter Dominum.

18 *Inclina Deus meus aurem tuam, & audi, aperi oculos*
tuos, & vide desolationes nostras, & vrbem super quam
inuocatum est nomen tuum: non enim in iustitijs no-
stris nos prosternimus deprecationes nostras in conspectu
tuo, sed in miserationibus tuis multis.

19 *Domine exaudi, Domine parce, Domine attende, & fac,*
ne moreris, propter temetipsum Deus meus: quia nomen
tuum inuocatum est super ciuitatem tuam, & super popu-
lum tuum.
20 *Adhuc autem loquebar & orabam, & confitebar pecca-*
tum meum & peccatum populi mei Israel, & posternebā
deprecationem meam coram Iehoua Deo meo, pro monte
sancto Dei mei.
21 *Adhuc inquam loquebar in oratione, & vir ille Gabriel*
quem videram in visione in principio volantem volatu,
tetigit me tempore sacrificij vespertini.

22 *Et intelligere facit* me, *loquutusque est mecum, & di-*
xit Daniel, modo egressus sum vt intelligere faciam te in-
telligentiam.
23 *In principio deprecationum tuarum egressum est ver-*
bum: & ego veni vt indicarem, quia vir *desideriorum es:*
intellige ergo verbum, & intellige visionem.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum, & super vrbem sanctam tuam vt consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio, & propheta, & vngatur Sanctus Sanctorum.

Scito ergo, & animaduerte: Ab exitu sermonis, vt iterum ædificetur Ierusalem, vsque ad Christum ducem hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt: & rursum ædificabitur platea, & muri in angustia temporum.

Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus: & non erit populus, qui eum negaturus est. Et ciuitatem, & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo: & finis eius vastitas, & post finem belli statuta desolatio.

Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna: & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium: & erit in templo abominatio desolationis: & vsque ad consummationem & finem perseuerabit desolatio.

CAP. X.

ANno tertio Cyri regis Persarum, verbum reuelatum est Danieli cognomento Baltassar, & verbum verum, & fortitudo magna: intellexitque sermonem: intelligentia enim est opus in visione.

In diebus illis ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus.

Panem desiderabilem non comedi, & caro & vinum non introierunt in os meum, sed neque vnguento vnctus sum: donec complerentur trium hebdomadum dies.

Die autem vigesima & quarta mensis primi eram iuxta fluuium magnum, qui est Tigris.

Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce vir vnus vestitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo:

Et corpus eius quasi chrysolithus: & facies eius velut species fulguris, & oculi eius vt lampas ardēs: & brachia eius, & quæ deorsum sunt vsque ad pedes, quasi species æris candentis: & vox sermonum eius vt vox multitudinis.

Vidi autem ego Daniel solus visionem: porro viri, qui erant mecum, non viderunt: sed terror nimius irruit super eos, & fugerunt in absconditum.

Ego autem relictus solus vidi visionem grandem hanc: & non remansit in me fortitudo, sed & species mea immutata est in me, & emarcui, nec habui quidquam virium.

Et audiui vocem sermonum eius: & audiens iacebam consternatus super faciem meam, & vultus meus hærebat terræ.

Et ecce manus tetigit me, & erexit me super genua mea, & super articulos manuum mearum.

Et dixit ad me: Daniel vir desideriorum, intellige verba, quæ ego loquor ad te, & sta in gradu tuo: nūc enim sum missus ad te. Cumque dixisset mihi sermonem istum, steti tremens.

Et ait ad me: Noli metuere Daniel: quia ex die primo, quo posuisti cor tuum ad intelligendum vt te affligeres in conspectu Dei tui, exaudita sunt verba tua: & ego veni propter sermones tuos.

Princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti & vno diebus: & ecce Michael vnus de principibus primus venit in adiutorium meum, & ego remansi ibi iuxta regem Persarum.

Veni autem vt docerem te quæ ventura sunt populo tuo in nouissimis diebus, quoniam adhuc visio in dies.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

24 *Hebdomada septuaginta decisa sunt super populum*
tuum, & super ciuitatem sanctam tuam, ad consum-
dum præuaricationem, ad finiendum peccatum, & ad ex-
piandum iniquitatem, & ad adducendum iustitiam secu-
lorum, & ad finiendum visionem, & prophetam, & vn-
gendum sanctitatem sanctitatum.
25 *Et scies, & intelliges ab exitu sermonis ad reuerti fa-*
ciendum, & ædificandum Ierusalaim vsque ad Christum
ducem hebdomada septem, & hebdomada sexaginta, &
dua, redibit, & ædificabitur platea, & murus, & in angu-
stia temporum.
26 *Et post hebdomadas sexaginta, & duas excidetur Chri-*
stus: & non erit ei, & sanctuarium dissipabit populus du-
cis venturi, & finis eius in inundatione, & vsque ad finem
belli decisa sunt desolationes.
27 *Et roborabit pactum multis hebdomada vna, & dimi-*
dia hebdomada, cessare faciet sacrificium: & oblationem,
& super extensionem abominationum admirari faciet: &
vsque ad consumationem, & decisionem effundet se super
admirantem.

CAP. X.

1 *IN anno tertio Cores regis Persarum verbum reuela-*
tum est Danieli, cuius vocatur nomen Beltheshasar, &
verum est verbum, & militia magna, & intellexit ver-
bum, & intelligentia eius in visione.
2 *In diebus illis ego Daniel lugebam trium hebdomada-*
rum diebus.
3 *Panem desideriorum non comedi, & caro, & vinum*
non intrauerunt in os meum, & vngendo non sum vn-
ctus, donec complerentur trium hebdomadarum dies.
4 *Die autem vigesima, & quarta mensis primi, eram iux-*
ta ripam fluminis magni Chiddechel.
5 *Et leuaui oculos meos, & vidi, & ecce vir vnus vestitus*
lineis, & lumbi eius accincti auro obrizo.
6 *Et corpus eius sicut Tarsis, & facies eius velut aspectus*
fulguris, & oculi eius vt lampades ignis, & brachia eius,
& pedes eius sicut color æris candentis: & vox verborum
eius sicut vox multitudinis.
7 *Vidi autem ego Daniel solus visionem: viri autem qui*
erant mecum non viderunt visionem, sed terror magnus
irruit super eos, & fugerunt in absconditum.
8 *Et ego relictus sum solus, & vidi visionem magnam*
hanc: & non remansit in me fortitudo, & vis mea muta-
ta est in me propter corruptionem, & non retinui fortitu-
dinem.
9 *Et audiui vocem verborum eius: & cum audissem vo-*
cem verborum eius, & ego fui soporatus super faciem
meam, & facies mea super terram.
10 *Et ecce manus tetigit me, & mouere fecit me super ge-*
nua mea, & palmas manuum mearum.
11 *Et dixit ad me: Daniel vir desideriorum intellige ver-*
ba, quæ loquar ad te, & sta super gradum tuum, quia
nunc missus sum ad te: & cum loqueretur mecum ver-
bum hoc steti tremens.
12 *Et ait ad me: Ne timeas Daniel, quia ex die primo,*
quo dedisti cor tuum ad intelligendum, & affligendum te
coram Deo tuo, exaudita sunt verba tua, & ego veni pro-
pter verba tua.
13 *Et princeps regni Parsidis stetit contra me viginti &*
vno diebus: & ecce Michael vnus è principibus primis ve-
nit ad auxiliandum mihi, & remansi ibi apud regem
Parsarum.
14 *Veni autem vt intelligere facerem te quod venturum*
est populo tuo in nouissimo dierum, quoniam adhuc visio
in dies.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Septuaginta hebdomades, breuiatæ sunt super plebem tuam, & super ciuitatem sanctam, vt consummetur peccatum, & signentur peccata, & deleantur iniquitates, & exorentur iniquitates, & adducatur iniustitia sempiterna, & signetur visio, & propheta, & vngatur sanctus sanctorum.

Et scies, & intelliges ab exitu sermonis ad respondendum, & ædificandum Hierusalem vsq; ad Christum ducem hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ. Et reuertetur, & ædificabitur platea, & murus: & euacuabuntur tempora:

Et post hebdomadas sexaginta duas exterminabitur vnctio: & iudicium non est in eo: & ciuitatem, & sanctuarium dissipabit cum duce adueniente: excidentur in diluuio, & vsque ad finem belli concisi, ordine, desolationibus.

Et confirmabit testamentum multis hebdomada vna. Et in dimidio hebdomadis auferetur meum sacrificium & libamen: & in templo abominatio desolationum: & vsque ad consummationem temporis consummatio dabitur per desolationem.

CAP. X.

IN anno tertio Cyri regis Persarum verbum reuelatum est Danieli, cuius nomen vocatum est Baltasar. Et verbum verum, & fortitudo magna, & intelligentia data est ei in visione.

In diebus illis ego Daniel eram lugens tres hebdomadas dierum:

Panem desideriorum non comedi: & caro, & vinum non introierunt in os meum: & vnguento non sum vnctus vsque ad completionem trium hebdomadum dierum.

In die vigesima quarta mensis primi & ego eram iuxta fluuium magnum (ipse est Tigris Eddecel:)

Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce vir vnus vestitus Baddin, & renes eius accincti auro Ophaz.

Et corpus eius quasi Tharsis: & facies eius, veluti species fulguris: & oculi eius, vt lampades ignis: & brachia eius, & crura, quasi species æris candentis: & vox sermonum eius, vt vox multitudinis.

Et vidi ego Daniel solus visionem: & viri, qui erant mecum, non viderunt visionem: sed terror magnus irruit super eos: & fugerunt in timore.

Et ego relictus sum solus, & vidi visionem grandem hanc: & non remansit in me fortitudo: & gloria mea conuersa est in corruptionem: & non retinui fortitudinem.

Et audiui vocem sermonum eius: & audiens eum, eram compunctus, & facies mea super terram.

Et ecce manus tangens me, & erexit me super genua mea:

Et dixit ad me: Daniel vir desideriorum, intellige in verbis, quæ ego loquor ad te, & sta in gradu tuo: nunc enim sum missus ad te. Cumque dixisset ad me sermonem istum, surrexi tremens.

Et dixit ad me: Noli metuere Daniel, quia ex die primo, quo posuisti cor tuum ad intelligendum, & affligendum te coram Domino Deo tuo, audita sunt verba tua: & ego veni in verbis tuis.

Et princeps regni Persarum stetit ex aduerso mihi viginti & vno diebus. Et ecce Michael vnus de principibus venit ad auxiliandum mihi: & ipsum reliqui ibi cum principe regni Persarum:

Et veni, vt docerem te, quæ occurrent populo tuo in nouissimis diebus: quoniam adhuc visio in dies.

Noua ex Hebr. Tralat. Fr. Vatabli.

24 *Hebdomada septuaginta decisæ sunt super populum tuum,*
& super vrbem sanctam tuam, ad finiendam præuaricatio-
nem, & ad consummandum peccatum, & expiandum ini-
quitatem, & ad iustitiam seculorum adducendam, & fi-
niendum visionem & Prophetam, & vnguendum Sancti-
tatem sanctitatum.
25 *Scias ergo & intelligas* quod *ab exitu sermonis de re-*
ducendo populo, *& ædificanda Ierusalaim vsque ad Chri-*
stum ducem, hebdomadæ septem hebdomadæ sexaginta duæ
& redibit, reædificabitur platea, & murus, idque *in angu*
stia temporum.
26 *Post hebdomadas verò sexaginta duas excidetur Christus,*
& non erit *ei* opem ferens, *&* postea *vrbem illam &*
sanctuarium dissipabit populus ducis venturi, & finis eius
cum inundatione, & vsque ad finem belli excidetur deso-
lationibus.
27 *Et roborabit pactum multis hebdomada vna, &* in *di-*
midia hebdomada cessare faciet sacrificium & oblatio-
nem, & propter extensionem abominationum desolabit, do-
nec consummatio, & quidem *decisa effuderit sese super*
admirantem.

CAP. X.

1 *ANno tertio Chores Regis Paras, verbum reuelatum*
est Danieli, cuius vocabatur nomen Beltesasar: &
verum erat *verbum ipsum, tempusque magnum, & intel-*
lexit verbum illud, & intelligentia illi in visione.
2 *In diebus* inquam *illis, ego Daniel lugebam tribus heb-*
domadibus dierum.
3 *Panem desideriorum non comedi, nec caro nec vinum in-*
troierunt in os meum, nec vngendo vnctus sum, donec com-
plerentur tres hebdomades dierum.
4 *Die autem vicesima quarta mensis primi, ego eram ad ri-*
pam fluminis illius magni Hiddecel.
5 *Quumque sustulissem oculos meos, vidi, & ecce vir qui-*
dam vestitus lineis, & lumbi eius accincti auro obrizo.
6 *Corpus autem eius sicut tharsis: & facies eius velut*
aspectus fulguris: oculi verò eius vt lampades ignis, &
brachia eius, & pedes eius sicut color æris candentis: vox
item verborum eius vt vox multitudinis.
7 *Cæterum vidi ego Daniel solus visionem illam: viri au-*
tem qui erant mecū nōn viderunt hanc visionem, sed terror
irruit magnus super eos, ita vt fugerent vt absconderent sese.
8 *Itaque ego relictus sum solus, & vidi visionem magnam*
hanc, neque remansit in me vlla fortitudo, & vis mea
mutata est in me in corruptionem, nec retinui fortitudi-
nem vllam.
9 *Et audiui vocem verborum eius: quum autem audissem*
vocem verborum eius, fui soporatus super faciem meam,
& facies mea ad terram.
10 *Ecce autem manus tetigit me, & mouere fecit me super*
genua mea, & palmas manuum mearum.
11 *Dixitque ad me, Daniel vir desideriorum intellige verba*
quæ tibi loquar, & sta in gradu tuo: quia nunc missus sum
ad te. quumque loqueretur mecum verbum hoc, sleci tre-
mens.
12 *Et ait ad me, Ne timeas Daniel, quia à primo die quo*
dedisti cor tuum ad intelligendum & affligendum te co-
ram Deo tuo, exaudita sunt verba tua, & ego veni pro-
pter verba tua.
13 *Princeps autem regni Paras stetit coram me viginti &*
vnò diebus, & ecce Michael vnus è principib. primis venit
vt auxiliaretur mihi, remansique illic apud Reges Paras.
14 *Adueni autem vt intelligere facerem te quid euentu-*
rum sit populo tuo in nouissimo dierum: quoniam adhuc
visio in dies illos.

Vulgat. Editio.

Cumque loqueretur mihi huiuſcemodi verbis, deieci vultum meum ad terram,& tacui.

Et ecce quaſi ſimilitudo filij hominis tetigit labia mea: & aperiens os meum locutus ſum, & dixi ad eum, qui ſtabat contra me: Domine mi,in viſione tua diſſolutæ ſunt compages meæ,& nihil in me remanſit virium.

Et quomodo poterit ſeruus Domini mei loqui cum Domino meo? nihil enim in me remanſit virium,ſed & halitus meus intercluditur.

Rurſum ergo tetigit me quaſi viſio hominis, & confortauit me,

Et dixit: Noli timere vir deſideriorum: pax tibi: confortare, & eſto robuſtus. Cumque loqueretur mecum, conualui, & dixi: Loquere Domine mi, quia confortaſti me.

Et ait: Nunquid ſcis quare venerim ad te? & nunc reuertar vt prælier aduerſum principem Perſarum. Cum ego egrederer, apparuit princeps Græcorum veniens:

Veruntamen annunciabo tibi quod expreſſum eſt in ſcriptura veritatis: & nemo eſt adiutor meus in omnibus his,niſi Michael princeps veſter.

CAP. XI.

EGo autem ab anno primo Darij Medi ſtabam vt confortaretur,& roboraretur.

Et nunc veritatem annunciabo tibi. Ecce adhuc tres reges ſtabunt in Perſide, & quartus ditabitur opibus nimijs ſuper omnes: & cum inualuerit diuitijs ſuis, concitabit omnes aduerſum regnum Græciæ.

Surget vero rex fortis, & dominabitur poteſtate multa:& faciet quod placuerit ei.

Et cum ſteterit, conteretur regnum eius, & diuidetur in quattuor ventos cæli: ſed non in poſteros eius, neque ſecundum potentiam illius, qua dominatus eſt. lacerabitur enim regnum eius etiam in externos,exceptis his.

Et confortabitur rex Auſtri: &de principibus eius præualebit ſuper eum, & dominabitur ditione:multa enim dominatio eius.

Et poſt finem annorum fœderabuntur: filiaque regis Auſtri veniet ad regem Aquilonis facere amicitiam: & non obtinebit fortitudinem brachij, nec ſtabit ſemen eius: & tradetur ipſa, & qui confortabant eam in temporibus.

Et ſtabit de germine radicum eius plantatio:& veniet cum exercitu, & egredietur prouinciam regis Aquilonis:& abutetur eis,& obtinebit.

Inſuper & deos eorum,& ſculptilia, vaſa quoque pretioſa argenti,& auri captiua ducet in Ægyptum: ipſe præualebit aduerſus regem Aquilonis.

Et intrabit in regnum rex Auſtri,& reuertetur ad terram ſuam.

Filij autem eius prouocabuntur,& congregabunt multitudinem exercituum plurimorum: & veniet properans,& inundans:& reuertetur,& concitabitur & congredietur cum robore eius.

Et prouocatus rex Auſtri egredietur, & pugnabit aduerſus regem Aquilonis,& præparabit multitudinem nimiam,& dabitur multitudo in manu eius.

Et capiet multitudinem, & exaltabitur cor eius, & deijciet multa millia,ſed non præualebit.

Con-

Tranſl. ex Heb. Sanct. Pagn.

15 *Et cum loqueretur mecum ſecundum verba hæc poſui vultum meum ad terram,& tacui.*

16 *Et ecce tanquam ſimilitudo filij hominis, tangebat labia mea: & aperui os meum,& locutus ſum,& dixi ſtanti contra me: Domine mi, in viſione conuerſi ſunt dolores mei in me,& non retinui fortitudinem.*

17 *Et quomodo poterit ſeruus Domini mei huius, loqui cum Domino meo iſto? & ex hoc tempore non ſtetit in me fortitudo,& halitus non remanſit in me.*

18 *Et addidit, & tetigit me, tanquam viſio hominis, & confortauit me,*

19 *Et dixit: Ne timeas vir deſideriorum: pax tibi: conforta te,& robora te. Et cum loqueretur mecum, confortatus ſum,& dixi: Loquatur Dominus meus, quia confortaſti me.*

20 *Et ait: Num noſti, vt quid venerim ad te? & nunc reuertar,vt prælier cum principe Parſidis. & ego egredior, & ecce princeps Græciæ venit.:*

21 *Sed annunciabo tibi, quod expreſſum eſt in ſcriptura veritatis: & non eſt,vnus qui teneat ſe mecum ſuper his, niſi Michael princeps veſter.*

CAP. XI.

1 *EGo autem anno primo Darianis Medi ſtabam ad confortandum,& roborandum eum.*

2 *Et nunc veritatem annunciabo tibi. Ecce adhuc tres reges ſtabunt in Parſide,& quartus ditabitur opibus magnis præ omnibus: & cum roboratus fuerit opibus ſuis, ſuſcitabit omnes contra regnum Græciæ.*

3 *Et ſtabit rex fortis,& dominabitur dominio multo, & faciet ſecundum voluntatem ſuam.*

4 *Et cum ſteterit conteretur regnum eius, & diuidetur in quatuor ventos cœli,& non in poſteritatem eius,& non ſecundum dominium eius quo dominatus eſt. quia demolietur regnum eius,& aliis præter illos.*

5 *Et confortabitur rex Auſtri: & de principibus eius & roborabitur ſuper eum,& dominabitur,dominatio multa erit dominatio eius.*

6 *Et fine annorum coniungentur,& filia regis Auſtri veniet ad regem Aquilonis,vt faciat rectitudines,& non obtinebit fortitudinem brachij,& non ſtabit,& ſemen eius: & tradetur ipſa, & adducentes eam, & genitor eius, & confortans eam in temporibus.*

7 *Et ſtabit de germine radicum eius ſuper baſim eius: & veniet ad exercitum, & ingredietur munitionem regis Aquilonis, & faciet in eis,& confortabitur.*

8 *Et etiam deos eorum cum principibus eorum,cum vaſis concupiſcibilibus eorum,argenteis,& aureis in captiuitatem adducet Aegyptum:& ipſe per annos ſtabit contra regem Aquilonis.*

9 *Et intrabit regnum rex Auſtri,& reuertetur ad terram ſuam.*

10 *Filij autem eius irritabuntur, & congregabunt multitudinem exercituum plurimorum: & veniens veniendo, & inundabit, & tranſibit, & reuertetur, & irritabitur vſque ad munitionem eius.*

11 *Et concitabitur rex Auſtri, & egredietur, pugnabit cum rege Aquilonis, & ſtare faciet multitudinem magnam,& dabitur multitudo in manu eius.*

12 *Et eleuabitur multitudo,exaltabitur cor ſuum, & deijciet viginti milia,& non roborabitur.*

Et

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Cumque loqueretur ipse mecum secundum huiuscemodi verba: dedi faciem meam in terram, & compunctus sum.

Et ecce quasi similitudo filij hominis tetigit labia mea. Et aperui os meum, & loquutus sum, & dixi ad eum, qui stabat contra me: Domine in visione tua conuersa sunt interiora mea in me: & non retinui fortitudinem.

Et quomodo poterit seruus tuus Domine loqui cum Domino meo isto? Et ego ex nunc non stabit in me fortitudo: & non remansit spiritus in me.

Et addidit, & tetigit me quasi visio hominis, & confortauit me,

Et dixit mihi: Noli timere vir desideriorum: pax tibi. Viriliter age, & confortare. Cumque loqueretur mecum: conualui, & dixi: Loquatur Dominus meus, quia confortasti me.

Et dixit: Nunquid scis, quare venerim ad te? Et nunc reuertar, vt prælier cum principe Persarum: & ego ingrediebar, & princeps Græcorum veniebat.

Veruntamen annunciabo tibi, quod constitutum est in scriptura veritatis. Et non est vnus adhærens mihi de his, nisi Michael princeps vester.

CAP. XI.

ET ego in anno primo Cyri stabam ad robur, & fortitudinem.

Et nunc veritatem annunciabo tibi. Ecce adhuc tres reges surgent in Perside & quartus ditabitur diuitijs magnis super omnes: & cum inualuerit ipse diuitijs suis: insurget super omnia regna Græcorum.

Et surget rex potens: & dominabitur dominatione multa: & faciet secundum voluntatem suam.

Et cum steterit regnum eius: conteretur, & diuidetur in quattuor ventos cæli, & non in nouissima sua, neque secundum dominationem suam, qua dominatus est: quia extirpabitur regnum eius, & alijs præter istos.

Et confortabitur rex Austri: & vnus de principibus ipsis præualebit super eum: & dominabitur dominatione multa.

Et post annos illius commiscebuntur: filiaque regis Austri ingredietur ad regem Aquilonis, facere fœdera cum eo: & non obtinebit fortitudinem brachij: nec stabit semen eius: & tradetur ipsa, & qui adducebant eam, & adolescentula, & confortatus eam in temporibus.

Surget de flore radicis eius, præparationis illius, & veniet ad virtutem, & ingredietur in sustentacula regis Aquilonis, & faciet in eis, & obtinebit.

Etiam Deos eorum cum fusilibus eorum, omne vas desiderabile eorum argenti, & auri cum captiuitate ducet in Ægyptum, & ipse stabit super regem Aquilonis,

Et intrabit in regnum regis Austri, & reuertetur ad terram suam.

Et filij eius congregabunt turbam inter medium multorum. Et veniet adueniens, & inundans: & pertransibit, & sedebit, & congredietur vsque ad fortitudinem eius.

Et efferabitur rex Austri, & egredietur, & pugnabit cum rege Aquilonis: & faciet stare turbam multam, & tradetur turba in manu eius.

Et capiet multitudinem, & exaltabitur cor eius: & deijciet decem millia, & non præualebit.

Noua ex Hebr. Tralat. Fr. Vatabli.

15 Quumque loqueretur mecum einsmodi verba, posui vultum meum ad terram, & obmutui.

16 Et ecce, tanquam similitudo filiorum hominis tetigit labia mea: & aperui os meum, loquutusque sum, & dixi ei qui stabat coram me, Domine mi, in ea visione conuersi sunt dolores mei super me, nec retinui fortitudinem vllam.

17 Et quomodo posset seruus domini mei illius loqui cum domino meo illo? nam extempore non stabit in me fortitudo vlla, & iam halitus non remansit in me.

18 Itaque addidit tangere me tanquam similitudo hominis, & corroborauit me,

19 Dixitque, Ne timeas vir desideriorum, pax tibi: fortis esto, & robora te, quumque loqueretur mecum, corroboratus sum, & dixi, Loquatur dominus meus, quia corroborasti me.

20 Et ait, Nostine quare venerim ad te? iam autem reuertar vt prælier cum Principe Paras: quumque egressus fuero, ecce princeps Iauan veniet.

21 Verùm indicabo tibi prius quod expressum est in Scriptura veritatis: & non est vnus qui confirmet se mecum in istis, nisi Michael princeps vester.

CAP. XI.

1 EGo quoque anno primo Dariaues Medi steti ad confirmandum & roborandum illum.

2 Nunc igitur veritatem indicabo tibi: Ecce adhuc tres Reges stabunt in Paras, & quartus ditescet opibus magnis præ omnibus: quumque præualuerit opibus suis, excitabit omnes contra regnum Iauan.

3 Stabit autem Rex fortis qui dominabitur dominio multo, & faciet secundum voluntatem suam.

4 Quumque steterit, conteretur regnum eius, & diuidetur in quatuor ventos cæli: non autem posteritati eius erit neque iuxta dominationem eius qua dominatus est: quia euelletur regnum eius, & aliis præter istos:

5 Roborabitur autem Rex Austri, & è principibus illius, & præualebit illi, & dominabitur: dominatio multa erit dominatio eius.

6 In fine autem annorum coniungentur: nam filia Regis Austri veniet ad Regem Aquilonis vt faciat rectitudines: sed non retinebit fortitudinem brachij, neque stabit ille & brachium eius. tradetur enim ipsa, & qui adduxerint eam, & genitor eius, & qui confortabat eam temporibus illis.

7 Stabit autem de germine radicum eius super basim eius, venietque ad exercitum, & ingredietur munitionem Regis Aquilonis, & faciet de eis pro voluntate, & corroborabit sese.

8 Sed & deos eorum cum principibus eorum, cum vasis concupiscibilibus eorum argenteis & aureis in ea captiuitate, adducet in Misraim: ipseque annis aliquot stabit tutus à Rege Aquilonis.

9 Venietque in regnum suum Rex Austri, & reuertetur in terram suam.

10 Filij autem eius irritabuntur, & colligent multitudinem exercituum multorum, venietque veniendo, & inundabit, & transibit: postea reuertetur, & irritabitur, deuenietque vsque ad munitionem eius.

11 Vnde exacerbabitur Rex Austri, & egredietur, pugnabitque cum Rege Aquilonis, & stare faciet multitudinem magnam, tradeturque multitudo illa in manum eius.

12 Vnde extollet sese multitudo, eleuabitur cor eius, & prosternet viginti milia, & non præualebit.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
Conuertetur enim rex Aquilonis, & præparabit multitudinem multo maiorem quam prius: & in fine temporum, annorumque veniet properans cum exercitu magno,& opibus nimijs.	13	*Et reuertetur rex Aquilonis, & stare faciet multitudinem maiorem quam prius: & in fine temporum annorum veniet contra eum cum exercitu magno, & substantia multa.*
*Isa. 19 16. * Et in temporibus illis multi cōsurgent aduersus regem Austri: filij quoque præuaricatorum populi tui extollentur vt impleant visionem, & corruent.	14	*Et temporibus illis multi stabunt contra regem Austri: filij autem dissipatorum populi tui eleuabuntur, vt stare faciant visionem, & corruant.*
Et veniet rex Aquilonis,& comportabit aggerem, & capiet vrbes munitissimas:& brachia Austri non sustinebunt, & consurgent electi eius ad resistendum,& non erit fortitudo.	15	*Et veniet rex Aquilonis, & effundet aggerem, & capiet ciuitatem munitam: & brachia Austri non stabunt, & populo electorum eius non erit fortitudo ad resistendum.*
Et faciet veniens super eum juxta placitum suum, & non erit qui stet contra faciem eius: & stabit in terra inclyta,& consumetur in manu eius.	16	*Et faciet veniens ad eum secundum voluntatem suam, & non erit qui stet coram eo, & stabit in terra Israel desiderabili, & deficiet in manu eius.*
Et ponet faciem suam vt veniat ad tenendum vniuersum regnum eius, & recta faciet cum eo: & filiam fœminarum dabit ei, vt euertat illud: & non stabit,nec illius erit.	17	*Et ponet faciem suam vt ingrediatur cum fortitudine omne regnum eius, & recti erunt cum eo, & faciet: & filiam mulierum dabit illi, vt euertat congregationem illam, & non stabit, & non ei erit.*
Et conuertet faciem suam ad insulas, & capiet multas: & cessare faciet principem opprobrij sui, & opprobrium eius conuertetur in eum.	18	*Et conuertet faciem suam ad insulas, & capiet multas: & cessare faciet principes probris afficientem eum, ne* quispiam *probrum suum inferat ei.*
Et conuertet faciem suam ad Imperium terræ suę, & impinget,& corruet,& non inuenietur.	19	*Et conuertet faciem suam ad munitiones terræ suæ, & impinget, & corruet, & non inuenietur.*
Et stabit in loco eius vilissimus, & indignus decore regio:& in paucis diebus conteretur,non in furore,nec in prælio.	20	*Et stabit in loco eius exigens gloriam regni: & diebus paucis conteretur, & non in furore, & non in prælio.*
Et stabit in loco eius despectus, & non tribuetur ei honor regius:& veniet clam,& obtinebit regnum in fraudulentia.	21	*Et stabit in loco eius despectus, & non dabunt ei honorem regni: & veniet in dolo & obtinebit regnum blanditijs.*
Et brachia pugnantis expugnabuntur à facie eius, & conterentur:insuper & dux fœderis.	22	*Et brachia inundatione inundabuntur à facie eius, & conterentur: & etiam dux fœderis.*
Et post amicitias,cum eo faciet dolum: & ascendet,& superabit in modico populo.	23	*Et post coniunctiones ad eum faciet dolum: & ascendet, & roborabit se modica gente.*
Et abundantes,& vberes vrbes ingredietur:& faciet quæ non fecerunt patres eius, & patres patrum eius:rapinas. & prædam, & diuitias eorum dissipabit,& contra firmissimas cogitationes inibit: & hoc vsque ad tempus.	24	*Quietam & pinguem prouinciam ingredietur: & faciet quæ nōn fecerunt patres eius: Prædam, & spolia, & substantiam eius disperget, & contra munitiones cogitabit cogitationibus suis, & vsque ad tempus.*
Et concitabitur fortitudo eius, & cor eius aduersum regem Austri in exercitu magno: & rex Austri prouocabitur ad bellum multis auxilijs, & fortibus nimis: & non stabunt, quia inibunt aduersus eum consilia.	25	*Et suscitabitur fortitudo eius, & cor eius aduersum regem Austri cum exercitu magno: & rex Austri irritabitur ad bellum cum exercitu magno, & fortissimo: & non stabit, quia cogitabunt aduersus eum cogitationes.*
Et comedentes panem cum eo, conterent illum, exercitusque eius opprimetur: & cadent interfecti plurimi.	26	*Et comedentes buccellam escæ eius conterent eum, & exercitus eius inundabitur, & cadent interfecti multi.*
Duorum quoque regum cor erit vt malefaciant, ad mensam vnam mendacium loquentur, & non proficient:quia adhuc finis in aliud tempus.	27	*Et duorum ipsorum regum cor erit, vt malefaciant, & in mensa vna mendacium loquentur, & non prosperabitur: quia adhuc finis ad tempus.*
Et reuertetur in terram suam cum opibus multis:& cor eius aduersum testamentum sanctum, & faciet,& reuertetur in terram suam.	28	*Et reuertetur in terram suam cum diuitijs multis: & cor eius contra pactum sanctum, & faciet, & reuertetur ad terram suam.*
Statuto tempore reuertetur,& veniet ad Austrum: & non erit priori simile nouissimum.	29	*Ad tempus reuertetur, & veniet in Austrum: & non erit sicut prius & sic posterius.*
Et venient super eum Trieres,& Romani: & percutietur,& reuertetur, & indignabitur contra testamentum sanctuarij,& faciet: reuerteturque & cogitabit aduersum eos,qui dereliquerunt testamentum sanctuarij.	30	*Et venient cum eo naues Chittim: & dolebit, & reuertetur, & irascetur contra pactum sanctum, & faciet, & reuertetur, & intelliget super derelinquentes pactum sanctum.*
Et brachia ex eo stabunt,& polluent sanctuarium fortitudinis, & auferent iuge sacrificium: & dabunt abominationem in desolationem.	31	*Et brachia ex eo stabunt, & polluent sanctuarium fortitudinis, & remouebunt iuge sacrificium, & ponent abominationem admirari facientem.*

Transl. ex Septuag.

Et conuertetur rex Aquilonis, & adducet turbam multam super priorem: & in fine temporum annorum ingredietur ingressiones in virtute magna, & substantia multa.

Et in temporibus illis multi consurgent super regem Austri: & filij pestilentium populi tui extollentur, vt statuant visionem, & infirmabuntur.

Et ingredietur rex Aquilonis: & effundet aggerem, & capiet vrbes munitas: & brachia regis Austri stabunt: & consurgent electi eius: & non erit fortitudo ad standum.

Et faciet ingrediens aduersus eum secundum voluntatem suam: & nō est, qui stet contra faciem eius. Et stabit in terra Sabi, & consumetur in manu eius.

Et ponet faciem suam, vt ingrediatur in fortitudine totius regni sui: & recta omnia faciet cum eo. Et filiam fœminarum dabit ei, vt euertat illum: & non permanebit, & non erit ei.

Et conuertet faciem suam ad insulas: & capiet multas: & cessare faciet principes opprobrij sui: veruntamen opprobrium eius conuertetur ei.

Et conuertet faciem suam ad fortitudinem terræ suæ: & infirmabitur, & corruet, & non inuenietur.

Et surget de radice eius planta regni, ad præparationem ipsius transferens, faciens gloriam regni. Et in diebus illis adhuc conteretur, & non in faciebus, neque in bello:

Stabit super præparationem eius. Et contemptus fuit: & non dederunt super eum gloriam regni. Et veniet in tranquillitate, & obtinebit regnum in lubricitatibus.

Et brachia inundantis inundabuntur à facie eius, & conterentur, & dux testamenti;

Et ex commistionibus aduersus eum faciet dolum: & ascendet, & præualebit in eos in modica gente.

In prosperitatem, & in pingues regiones veniet: & faciet, quæ non fecerunt patres eius, & patres patrum eius, direptionem, & spolia & substantiam eius dissipabit. Et super Ægyptum cogitabit cogitationes, & vsque ad tempus.

Et excitabitur fortitudo eius, & cor eius super regem Austri in virtute magna. Et rex Austri conteret prælium in virtute magna, & forti nimis: & non stabunt: quia cogitabunt super eum cogitationes:

Et comedent necessaria eius, & conterent eum: & virtutes inundabit, & cadent interfecti multi.

Et vtrique reges, corda eorum ad malitiam: & ad mensam vnam mendacia loquentur: & non proficiet, quia adhuc finis in tempus.

Et reuertetur in terram suam in substātia multa, & cor eius super testimonium sanctum: & faciet, & reuertetur in terram suam.

Ad tempus reuertetur, & veniet ad Austrum, & non erit sicut prima, etiam nouissima.

Et ingredientur ad illum egredientes Citij: & humiliabitur, & reuertetur, & indignabitur super testimonium sanctum. Et faciet, ac reuertetur, & intelliget super eos, qui dereliquerunt testimonium sanctum.

Et semina ex eo consurgent: & polluent sanctificationem fortitudinis, & transferent iuge sacrificium, & dabunt abominationem desolatam.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

13 *Et reuertetur Rex Aquilonis, statque faciet multitu-*
dinem maiorem quam prius, & post aliquot annos veniet
veniendo cum exercitu magno & substantia multa:

14 *Temporibus autem illis multi insurgent in Regem Au-*
stri, filij quoque dissipatorum populi tui extollent sese, vt
statuant visionem, & corruent.

15 *Et veniet Rex Aquilonis, effundetque aggerem, & ca-*
piet vrbem munitam: & brachia Austri non consistent,
nec populus electionum eius, nullaque erit illis *fortitudo*
ad resistendum.

16 *Facietque qui veniet contra eum, secundum volunta-*
tem suam, neque erit qui consistat coram eo, stabitque vi-
ctor *in terra desiderabili, & deficiet in manu eius.*

17 *Ponet etiam faciem suam vt veniat* in Ægyptum
cum fortitudine totum regnum eius, & recti quidem e-
runt *cum eo, & faciet, filiamque fœminarum dabit illi,*
vt euertat illam: sed non stabit illa, *nec erit pro eo.*

18 *Conuertet praterea faciem suam ad insulas, & capiet*
multas: cessareque faciet princeps opprobrium eius illi, pra-
terquam quod ignominiam eius reddet ei.

19 *Exin conuertet faciem suam ad munitiones terra sua,*
impingetque, & corruet, nec inuenietur.

20 *Stabit autem loco eius qui transferet exactorem, glo-*
riam regni, & diebus paucis conteretur, non in furore, ne-
que in pralio.

21 *Stabit vero loco eius despectus, cui non dabunt hono-*
rem regni: sed veniet cum dolo, obtinebitque regnum blan-
ditijs.

22 *Et brachia inundatione inundabuntur à conspectu eius*
& conterentur, & etiam dux fœderis.

23 *Posteaquam societatem inierit cum eo, faciet dolum, &*
ascendet, & praualebit cum modica gente.

24 *In otio & contra pingues regionis ingredietur, & fa-*
ciet qua non fecerunt patres eius, neque patres patrum:
prædam, & spolia, & substantiam illis disperget, & con-
tra munitiones cogitabit cogitationibus suis, idque vsque
ad tempus.

25 *Et excitabit fortitudinem suam & cor suum aduer-*
sum Regem Austri cum exercitu magno, Rexque Austri
irritabitur ad bellum cum exercitu etiam *magno &*
fortissimo: sed non stabit, quia cogitabunt aduersus eum
cogitationes.

26 *Et comedentes buccellam esca eius conterent eum, &*
exercitum eius inundabit, & cadent interfecti multi.

27 *Et horum duorum Regum cor erit ad malefaciendum,*
& in mensa eadem mendacium loquentur, sed non prospe-
re cedet, quia adhuc erit *finis ad tempus constitutum.*

28 *Reuertetur igitur in terram suam cum diuitijs multis*
& cor eius erit *contra* homines *fœderis sancti, & faciet:*
postea reuertetur in terram suam.

29 *Ad tempus reuertetur, & veniet in Austrum, sed non*
erit posterior aduentus *similis priori.*

30 *Nam venient ad eum naues Chithim vnde dolebit: sed*
reuertetur, & irascetur cōtra homines *fœderis sancti, &*
faciet: postea reuertetur, & animum adijciet ad desertores
fœderis sancti.

31 *Et brachia* illic *ab eo stabunt, & polluent sanctuarium*
fortitudinis, & auferent iuge sacrificium, ponentque abo-
minationem stupere facientem.

Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
Et impij in testamentum simulabunt fraudulenter: populus autem sciens Deum suum, obtinebit, & faciet.	32	*Et praeuaricatores pacti simulare faciet blanditiis: & populus sciens Deum suum tenebunt, & facient.*
Et docti in populo docebunt plurimos: & ruent in gladio, & in flamma, & in captiuitate, & in rapina dierum.	33	*Et intelligentes autem populi intelligere facient multos: & corruent gladio, & flamma, captiuitate, & praeda diebus multis.*
Cumque corruerint, subleuabuntur auxilio paruulo: & applicabuntur eis plurimi fraudulenter.	34	*Cumque corruent iuuabuntur auxilio paruo, & applicabuntur eis multis fraudulenter.*
Et de eruditis ruent, vt conflentur, & eligantur, & dealbentur vsque ad tempus præfinitum: quia adhuc aliud tempus erit.	35	*Et de intelligentibus corruent ad conflandum ex eis, & ad mundandum, & ad dealbificandum vsque ad tempus finis, quia adhuc ad tempus.*
Et faciet iuxta voluntatem suam rex & eleuabitur, & magnificabitur aduersus omnem Deum: & aduersus Deum deorum loquetur magnifica, & dirigetur, donec compleatur iracundia: perpetrata quippe est definitio.	36	*Et faciet iuxta voluntatem suam Rex: & eleuabit se & magnificabit se super omnem Deum, & contra Deum, deorum loquetur mirabilia, & prosperabitur vsque ad consummationem ira: quia decisio facta est.*
Et Deum patrum suorum non reputabit, & erit in concupiscentiis fæminarum, nec quemquam deorum curabit: quia aduersum vniuersa consurget.	37	*Et Deum patrum suorum non intelliget, concupiscentiam mulierum, & omnem Deum non intelliget: quia contra vniuersa magnificabit se.*
Deum autem Maozim in loco suo venerabitur: & Deum, quem ignorauerunt patres eius, colet auro, & argento, & lapide precioso, rebusque pretiosis.	38	*Et Deum Mabuzzim in loco suo venerabitur, & Deum quem non nouerunt patres eius, venerabitur, auro & argento, & lapide pretioso, & desiderabilibus.*
Et faciet vt muniat Maozim cum Deo alieno: quem cognouit, & multiplicabit gloriam, & dabit eis potestatem in multis, & terram diuidet gratuito.	39	*Et faciet ædificia munitionibus Mabuzzim cum Deo alieno, vt agnoscere faciat vultum eorum, multiplicabit gloriam, & dominari faciet eos multis, & terram diuidet pretio.*
Et in tempore præfinito præliabitur aduersus eũ rex Austri, & quasi tempestas veniet contra illũ rex Aquilonis in curribꝰ, & in equitibꝰ, & in classe magna & ingredietur terras, & cõteret, & pertransiet,	40	*Et in tempore finis cornupetet se cum eo Rex Austri, & instar turbinis veniet contra eum Rex Aquilonis cum curribus, & equitibus, & nauibus multis: ingredietur terras, & inundabit, & transibit.*
Et introibit in terram gloriosam, & multæ corruent, hæ autem solę saluabuntur de manu eius, Edom, & Moab, & principium filiorum Ammon.	41	*Et intrabit terram Israel desiderabilem, & multa corruent: & istæ euadent de manu eius Edom, & Moab, & primitia filiorum Hammon.*
Et mittet manum suam in terras: & terra Ægypti non effugiet.	42	*Et mittet manum suam in terras: & terra Ægypti non erit in euasionem.*
Et dominabitur thesaurorum auri, & argenti, & in omnibus pretiosis Ægypti per Libyam quoque, & Æthiopiam transibit.	43	*Et dominabitur thesauris auri, & argenti, & omnibus concupiscibilibus Ægypti, & Lubim, & Chusim in gressibus eius.*
Et fama turbabit eum ab Oriente & ab Aquilone: & veniet in multitudine magna vt conterat & interficiat plurimos:	44	*Et rumores terrebunt eum ab Oriente & ab Aquilone: & egredietur cum ira magna ad perdendum, & interficiendum multos.*
Et figet tabernaculum suum Apadno inter maria, super montem inclytum: & sanctum: & veniet vsque ad summitatem eius, & nemo auxiliabitur ei.	45	*Et plantabit tabernacula palatij sui inter maria, in monte inclyto sanctitatis, & veniet vsque ad summitatem eius, & non erit adiutor ei.*

CAP. CAP.

Transl. ex Septuag.

32 Et qui iniquè agunt, testamentum inducent in lubricitatibus. Et populus scientes Deum suum obtinebunt, et facient.

33 Et intelligentes de populo intelligent in multa: & infirmabuntur gladio, & in flamma, & in captiuitate, & in rapina dierum.

34 Cumque infirmati fuerint; adiuuabuntur adiumento paruulo: & applicabuntur eis multi in lubricitate.

35 Et de intelligentibus infirmabuntur ad conflandum eos, & seligendum, & reuelandum vsque ad temporis terminum: quia adhuc in tempus.

36 Et faciet iuxta voluntatem suam: Et rex eleuabitur, & magnificabitur aduersus omnem Deum. & loquetur ingentia: & dirigetur; donec compleatur ira: in consummationem enim fit.

37 Et super omnes Deos patrum suorum non intelliget: & concupiscentia fæminarum: & super omnem Deum non intelliget: quia super omnem magnificabitur.

38 Et Deum Maozim in loco suo glorificabit: & Deum, quem ignorauerunt patres eius, glorificabit in auro, & argento, & lapide precioso, & in concupiscentijs.

39 Et faciet munitionibus confugiorum cum Deo alieno: & multiplicabit gloriam: & subuciet ipsis multos: & terram diuidet in donis.

40 Et in temporis termino cornucertabit cum rege Austri: & congregabitur super eum rex Aquilonis in curribus, & equitibus, & nauibus multis: & ingredientur in terram. Et conteret, & transibit,

41 Et introibit in terram Sabaim: & multi infirmabuntur. Et hi saluabuntur de manu eius, Edom, & Moab, & principium filiorum Ammon.

42 Et extendet manum super terram: & terra Ægypti non erit in salutem.

43 Et dominabitur in reconditis auri, & argenti, & in omnibus desiderabilibus Ægypti, & Lybium, & Æthiopum in munitionibus eorum.

44 Et rumores, & festinationes turbabunt eum ab Oriente, & ab Aquilone. Et veniet in furore multo ad disperdendum multos:

45 Et figet tabernaculum suum Ephadano in medio marium in monte Sabaim sancto: veniet vsque ad partem eius: & non est, qui eruat eum.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli

Et impiè agentes in pactum, peccare faciet blanditiis: at populus cognoscens Deum suum, fortificabit cor suum, *& faciet.*

Intelligentes autem populi docebunt multos: & ex illis *corruent gladio, & flamma, captiuitate, & præda diebus multis.*

Quimque corruent, iuuabuntur auxilio paruo, & adiungent sese illis multi fraudulenter.

De peritioribus autem illis corruent ad repurgandum per eos, & ad mundandum, & ad dealbandum vsque ad tempus finis, quia adhuc erit finis *temporis constituti.*

Faciet autem iuxta voluntatem suam Rex, & extollet sese, atque magnificabit se super omnem Deum, & contra Deum deorum loquetur miranda, & prosperè euenient ei omnia, *donec finita fuerit ira: nam decisio facta est.*

Et ad Deum patrum suorum non adijciet animum, nec ad concupiscentiam mulierum, nec ad vllum Deum, adijciet animum, nam super omnia magnificabit sese.

Et Deum fortitudinum in loco suo venerabitur, Deum quoque quem non nouerant maiores eius, venerabitur auro & argento, & lapide pretioso, & desiderabilibus.

Facietque hæc omnia *in munitionibus fortitudinum cum deo alieno quem agnoscet, & multiplicabit* illi *gloriam, dominarique faciet eos in multis, & terram diuidet pretio.*

In tempore autem finis cornupetet illum Rex Austri, & instar turbinis veniet contra eum Rex Aquilonis cum curribus & equitibus, & nauibus multis: ingredieturque terras, & inundabit, & transibit.

Veniet etiam in terram desiderabilem. & multæ vrbes *corruent: isti autem euadent de manu eius, Edom & Moab & primitiæ filiorum Ammon.*

Mittet quoque manum suam in terras: & terra Misraim non erit in euasionem.

Sed dominabitur thesauris auri & argenti, omnibusque concupiscibilibus Misraim: & Lubim & Chusim in gressibus eius erunt.

Rumores autem terrebunt eum ab Oriente & ab Aquilone: egredieturque è loco suo *cum ira magna vt perdat & interficiat multos.*

Et plantabit tabernacula palatij sui inter maria, in monte inclyto sanctitatis, & veniet vsque ad summitatem eius, & non erit *adiutor ei.*

Vulgat. Editio.

CAP. XII.

IN tempore autem illo consurget Michael princeps magnus, qui stat pro filijs populi tui: & veniet tempus quale non fuit ab eo ex quo gentes esse cœperunt vsque ad tempus illud. Et in tempore illo saluabitur populus tuus, omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro.

Et multi de his, qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt: alij in vitam æternam, & alij in opprobrium vt videant semper.

Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.

Tu autem Daniel claude sermones, & signa librum vsque ad tempus statutum: plurimi pertransibunt, & multiplex erit scientia.

Et vidi ego Daniel, & ecce quasi duo alij stabant: vnus hinc super ripam fluminis, & alius inde ex altera ripa fluminis.

Et dixi viro, qui erat indutus lineis, qui stabat super aquas fluminis: Vsquequò finis horum mirabilium?

Et audiui virum, qui indutus lineis, qui stabat super aquas fluminis, cum eleuasset dexteram & sinistram suam in cælum, & iurasset per viuentem in æternum, quia in tempus, & tempora, & dimidium temporis. Et cum completa fuerit dispersio manus populi sancti, cōplebuntur vniuersa hæc.

Et ego audiui, & non intellexi. Et dixi: Domine mi, quid erit post hæc?

Et ait: Vade Daniel, quia clausi sunt, signatique sermones vsque ad præfinitum tempus.

Eligentur, & dealbabuntur, & quasi ignis probabuntur multi: & impie agent impij, neque intelligent omnes impij, porro docti intelligent.

Et à tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem dies mille ducenti nonaginta.

Beatus, qui expectat, & peruenit vsque ad dies mille trecentos trigintaquinque.

Tu autem vade ad præfinitum: & requiesces, & stabis in sorte tua in finem dierum.

Hucusque Danielem in Hebræo Volumine legimus. Quæ sequuntur vsque ad finem libri, de Theodotionis editione translata sunt.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. XII.

1 *IN tempore autem illo stabit Michael princeps magnus*
qui stat pro filijs populi tui: & erit tempus angustiæ,
quod non est factum ex eo tempore quo fuit gens vsque
ad tempus hoc. Et in tempore ipso euadet populus tuus
omnis qui inuentus est scriptus in libro.

2 *Et multi dormientes in terra pulueris expergiscentur, ij*
ad vitam æternam, & ij ad opprobria ad contemptum
sempiternum.

3 *Et intelligentes fulgebunt sicut splendor firmamenti: &*
iustificantes multos, sicut stella in seculum, & in æternum.

4 *Tu autem Daniel claude verba, & signa librum vsque*
ad tempus finis: discurrent multi, & multiplicabitur
scientia.

Et vidi ego Daniel, & ecce duo alij stantes, vnus hinc
5 *ad ripam fluminis, & alter inde ad ripam fluminis, & al-*
ter inde ad ripam fluminis.

6 *Et dixit viro induto lineis, qui erat super aquas fluminis: Vsquequo finis mirabilium?*

7 *Et audiui virum indutum lineis, qui erat super aquas*
fluminis, & eleuauit dextram suam & sinistram suam ad
cœlum, & iurauit per viuentem in æternum, quia ad tem-
pus, tempora, & dimidium. Et cum consummata fuerit
dispersio manus populi sanctitatis, consummabuntur vni-
uersa hæc.

8 *Et audiui, & non intellexi, & dixi: Domine quid in*
nouissimo horum?

9 *Et dixit: Vade Daniel, quia clausa sunt, & signata ver-*
ba vsque ad tempus finis,

Purificabunt se, & probabunt se multi: & impie agent
10 *impij, & non intelligent omnes impij, & intelligentes in-*
telligent.

11 *Et à tempore quo remotum fuerit iuge sacrificium, &*
posita fuerit abominatio admirari faciens erunt dies mille
ducenti, & nonaginta.

Beatus qui expectat: & attinget dies mille trecentos tri-
12 *ginta, & quinque.*

13 *Tu autem vade ad finem: & requiesces, & stabis in sorte*
tua in fine dierum.

Transl. ex Septuag.

CAP. XII.

ET in tempore illo consurget Michael princeps magnus, qui stat pro filijs populi tui: & erit tempus tribulationis, tribulatio, qualis non fuit ex quo facta est gens in terra vsque ad tempus illud. In tempore illo saluabitur populus tuus, omnis qui scriptus fuerit in libro.

Et multi de his, qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt: alij in vitam æternam, & alij in opprobrium & confusionem æternam.

Et intelligentes fulgebunt quasi splendor firmamenti: & de iustis plurimis, quasi stellæ in sæcula, & vltra.

Tu autem Daniel claude sermones, & signa librum vsque ad tempus consummationis; donec doceantur multi, & multiplicetur scientia.

Et vidi ego Daniel, & ecce alij duo stabant vnus hinc super labium fluminis, & alius inde ex alio labio fluminis.

Et dixit viro, qui indutus erat Baddin qui stabat super aquam fluminis: Vsquequo finis mirorum, quæ dixisti, mirabilium?

Et audiui virum, qui indutus erat Baddin, qui stabat super aquam fluminis: & eleuauit dexteram suam & sinistram suam in cælum, & iurauit in viuente in æternum, quia in tempus temporum, & dimidium temporis, cum completa fuerit dispersio, cognoscent vniuersa hæc.

Et ego audiui, & non intellexi. Et dixi: Domine, quid nouissima horum?

Et dixit: Vade Daniel, quia clausi, signatique sunt sermones vsque ad temporis finem.

Eligentur, & dealbabuntur, & quasi per ignem probabuntur, & sanctificabuntur multi: & inique agent iniqui: neque intelligent omnes iniqui: & docti intelligent.

Et à tempore mutationis iugis sacrificij, & dabitur abominatio desolationis, dies mille ducenti nonaginta.

Beatus, qui expectat, & peruenit ad dies mille trecentos trigintaquinque.

Tu autem Daniel vade, & quiesce. Adhuc enim dies, & horæ in completionem consummationis: & resurges in sorte tua in consummatione dierum.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAP. XII.

1 *IN tempore autem illo stabit Michael princeps magnus qui stat pro filijs populi tui, eritque tempus angustiæ, qualis non est facta ex eo tempore quo fuit gens vsque ad tempus illud, eo autem tempore euadet populus tuus quicunque inuentus fuerit scriptus in Libro.*

2 *Multique dormientium in terra pulueris expergiscentur, hi ad vitam æternam, & illi ad opprobria, & ad contemptum sempiternum.*

3 *Intelligentes autem fulgebunt vt splendor firmamenti: & iustificantes multos, tanquam stellæ in sæculum, & in æternum.*

4 *Tu autem Daniel claude verba, & obsigna librum vsque ad tempus finis:* quo tempore *discurrent multi, & multiplicabitur scientia.*

5 *Porro aspexi ego Daniel, & ecce duo alij stantes, alter hinc ad ripam fluminis, & alter inde ad* alteram *ripam fluminis.*

6 *Et dixit viro illi induto lineis* vestibus *qui* erat *supra aquas fluminis: Vsquequò finis mirabilium?*

7 *Et audiui virum illum indutum lineis* vestibus *qui* erat *supra aquas fluminis, & eleuauit dextram suam & sinistram suam ad cœlum, & iurauit per viuentem in sæcula, quod ad tempus, & tempora, & dimidium* temporis *quumque compleuerit dispergere manus populi sancti, consummabuntur vniuersa hæc.*

8 *Ego quidem audiui sed non intellexi, & dixi: Domine quid in nouissimo horum?*

9 *Et dixit, Abi Daniel, quia clausa & obsignata sunt verba vsque ad tempus finis.*

10 *Mundabuntur, & dealbabuntur, & repurgabuntur multi: impiè autem agent impij, nec intelligent omnes impij, sed intelligentes intelligent.*

11 *A tempore autem quo ablatum fuerit iuge sacrificium ad ponendam abominationem stupendam,* erunt *dies mille ducenti, & nonaginta.*

12 *Beatus qui expectauerit, & peruenerit ad dies mille trecentos triginta, & quinque.*

13 *Tu autem vade ad finem* tuum: *& requiesces, stabisque in sorte tua in fine dierum.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio

CAP. XIII.

1 ET erat vir habitans in Babylone, & nomen eius Ioakim:
2 Et accepit vxorem nomine Susannam, filiam Helciæ pulcham nimis, & timentem Deum:
3 Parentes enim illius, cum essent iusti, erudierunt filiam suam secundum legem Moysi.
4 Erat autem Ioakim diues valde, & erat ei pomarium vicinum domui suæ: & ad ipsum confluebant Iudæi, eò quòd esset honorabilior omnium.
5 Et constituti sunt de populo duo senes iudices in illo anno: de quibus locutus est Dominus: Quia egressa est iniquitas de Babylone à senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum.
6 Isti frequentabant domum Ioakim, & veniebant ad eos omnes, qui habebant iudicia.
7 Cum autem populus reuertisset per meridiem, ingrediebatur Susanna, & deambulabat in pomario viri sui.
8 Et videbant eam senes quotidie ingredientem, & deambulantem: & exarserunt in concupiscentiam eius.
9 Et euerterunt sensum suum, & declinauerunt oculos suos vt non viderent cælum, neque recordarentur iudiciorum iustorum.
10 Erant ergo ambo vulnerati amore eius, nec indicauerunt sibi viciſsim dolorem suum:
11 Erubescebant enim indicare sibi concupiscentiam suam, volentes concumbere cum ea:
12 Et obseruabant quotidie solicitiùs videre eam. Dixitque alter ad alterum.
13 Eamus domum, quia hora prandij est. Et egressi recesserunt à se.
14 Cumque reuertissent, venerunt in vnum: & sciscitantes ab inuicem causam, confessi sunt concupiscentiam suam: & tunc in communi statuerunt tempus, quando eam possent inuenire solam.
15 Factum est autem, cum obseruarent diem aptum, ingressa est aliquando sicut heri & nudiustertius, cum duabus solis puellis, voluitque lauari in pomario: æstus quippe erat:
16 Et non erat ibi quisquam, præter duos senes absconditos, & contemplantes eam.
17 Dixit ergo puellis: Afferte mihi oleum, & smigmata, & ostia pomarij claudite, vt lauer.
18 Et fecerunt sicut præceperat: clauseruntque ostia pomarij, & egressæ sunt per posticum vt afferrent quæ iusserat: nesciebantque senes intus esse absconditos.
19 Cum autem egressæ essent puellæ, surrexerunt duo senes, & accurrerunt ad eam, & dixerunt:

Transl. ex Septuag.

CAP. XIII.

ET erat vir habitans in Babylone: & nomen eius Ioacim.
Et accepit vxorem nomine Sosannam filiam Chelciæ, pulchram nimis, & timentem Dominum.
Et parentes eius iusti: & docuerunt filiam suam iuxta legem Moysi.
Erat autem Ioacim diues valde: & erat ei pomarium vicinum domui suæ, & ad ipsum confluebant Iudæi, eò quòd esset honorabilior omnium.
Et constituti sunt duo senes de populo iudices in anno illo: de quibus loquutus est Dominus: Quia egressa est iniquitas de Babylone à senibus iudicibus, qui videbantur regere populum.
Isti frequentabant domum Ioacim: & veniebant ad eos omnes, qui habebant iudicia.
Cum autem populus recessisset per meridiem, ingrediebatur Sosanna, & deambulabat in pomario viri sui.
Et videbant eam senes quotidie ingredientem, & deambulantem: & exarserunt in concupiscentiam eius.
Et euerterunt sensum suum, & declinauerunt oculos suos, vt non viderent cælum, neque meminissent iudiciorum.
Erant ergo ambo vulnerati amore eius: nec indicauerunt sibi viciſsim dolorem suum.
Erubescebant enim indicare concupiscentiam suam, volentes concumbere cum ea:
Et obseruabant quotidie solicitè videre eam. Dixitque alter ad alterum.
Eamus domum, quia prandij hora est. Et egressi recesserunt à se mutuo.
Cumque reuertissent, venerunt in vnum: & sciscitantes ab inuicem causam, confessi sunt concupiscentiam suam: & tunc in commune statuerunt tempus, quando eam possent inuenire solam.
Factum est autem, cum obseruarent diem aptum, ingressa est aliquando, sicut heri, & nudiustertius, cum duabus solis puellis, voluitque lauari in pomario: æstus quippe erat.
Et non erat ibi quisquam præter duos senes absconditos, & contemplantes eam.
Dixit ergo puellis: Afferte mihi oleum, & smigmata: & ostia pomarij claudite vt lauer.
Et fecerunt sicut præceperat, clauseruntque ostia pomarij: & egressæ sunt per posticum, vt afferrent quæ iusserat eis: nesciebantque senes esse absconditos.
Cum autem egressæ essent puellæ, surrexerunt duo senes, & accurrerunt ad eam, & dixerunt:

Hæc hist. Susannæ habetur in hac trãsl. Rom. in principio lib. Danielis, & ita haberi in omnibus vetustis codicibus testatur interpres: quã tamẽ nos in hunc reiecimus locum sequuti ordinẽ vulgatæ.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.		Transl. ex Septuag.
Ecce ostia pomarij clausa sunt, & nemo nos videt, & nos in concupsentia tui sumus: quam ob rem assentire nobis, & commiscere nobiscum.	20	*Ecce ostia pomarij clausa sunt: & nemo nos videt: & in concupiscentia tui sumus. Quamobrem assentire nobis, & commiscere nobiscum.*
Quod si nolueris, dicemus contra te testimonium quod fuerit tecum iuuenis, & ob hanc causam emiseris puellas à te.	21	*Quod si nolueris, dicemus contra te testimonium, quòd fuerit tecum iuuenis, & ob hanc causam emiseris puellas à te.*
Ingemuit Susanna, & ait: Augustiæ sunt mihi vndique: si enim hoc egero, mors mihi est: si autem non egero, non effugiam manus vestras.	22	*Et ingemuit Sosanna, & ait: Angustiæ mihi sunt vndique: Si enim hoc egero: mors mihi est: si autem non egero: nequaquam effugiam manus vestras.*
Sed melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini.	23	*Melius mihi est absque opere incidere in manus vestras quam peccare in conspectu Domini.*
Et exclamauit voce magna Susanna: exclamauerunt autem, & senes aduersus eam.	24	*Et exclamauit voce magna Sosanna. Clamauerunt autem & duo senes aduersus eam.*
Et cucurrit vnus ad ostia pomarij, & aperuit.	25	*Et cucurrit vnus ad ostia pomarij, & aperuit.*
Cum ergo audissent clamorem famuli domus in pomario, irruerunt per posticum vt viderent quidnam esset.	26	*At, cum audissent clamorem in pomario famuli domus irruerunt per posticum, vt viderent, quid nam accidisset ei.*
Postquam autem senes locuti sunt, erubuerunt serui vehementer: quia numquam dictus fuerat sermo huiuscemodi de Susanna. Et facta est dies crastina.	27	*Postquam autem senes dixerunt sermones suos, erubuerunt serui vehementer: quia nunquam dictus fuerat sermo huiusmodi de Sosanna. Et factum est die crastina.*
Cumque venisset populus ad Ioakim virum eius, venerunt duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduersus Susannam vt interficerent eam.	28	*Cum conuenisset populus ad virum eius Ioacim, venerunt duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduersus Sosannam, vt interficerent eam:*
Et dixerunt coram populo: Mittite ad Susannam filiam Helciæ vxorem Ioakim. Et statim miserunt.	29	*Et dixerunt coram populo. Mittite ad Sosannam filiam Chelciæ vxorem Ioacim. Illi vero miserunt.*
Et venit cum parentibus, & filijs, & vniuersis cognatis suis.	30	*Et venit cum parentibus, & filijs, & vniuersis cognatis suis.*
Porro Susanna erat delicata nimis, & pulchra specie.	31	*Porro Sosanna erat delicata nimis, & pulchra specie.*
At iniqui illi iusserunt vt discooperiretur (erat enim cooperta) vt vel sic satiarentur decore eius.	32	*At iniqui illi iusserunt, vt discooperiretur, (erat enim cooperta) vt vel sic satiarentur de decore eius.*
Flebant igitur sui, & omnes qui nouerant eam.	33	*Flebant igitur sui, & omnes, qui nouerant eam.*
Consurgentes autem duo presbyteri in medio populi, posuerunt manus suas super caput eius.	34	*Consurgentes autem duo presbyteri in medio populi, posuerunt manus super caput eius.*
Quæ flens suspexit ad cælum: erat enim cor eius fiduciam habens in Domino.	35	*Quæ flens suspexit ad cælum. Erat enim cor eius fiduciam habens in Domino.*
Et dixerunt presbyteri: Cum deambularemus in pomario soli, ingressa est hæc cum duabus puellis: & clausit ostia pomarij, & dimisit à se puellas.	36	*Et dixerunt presbyteri: Cum deambularemus in pomario: ingressa est hæc cum duabus puellis, & clausit ostia pomarij, & dimisit puellas.*
Venitque ad eam adolescens, qui erat absconditus, & concubuit cum ea.	37	*Venitque ad eam adolescens, qui erat absconditus, & concubuit cum ea.*
Porro nos cum essemus in angulo pomarij, videntes iniquitatem, cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter commisceri.	38	*Porro nos, cum essemus in angulo pomarij, videntes iniquitatem, cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter commisceri:*
Et illum quidem non quiuimus comprehendere, quia fortior nobis erat, & apertis ostijs exiliuit:	39	*Et illum quidem non quiuimus comprehendere, quia fortior nobis erat: & apertis ostijs exiluit.*
Hanc autem cum apprehendissemus, interrogauimus, quisnam esset adolescens, & noluit indicare nobis: huius rei testes sumus.	40	*Hanc autem cum apprehendissemus: interrogauimus, quis nam esset adolescens: & noluit indicare nobis. Huius rei testes sumus.*
Credidit eis multitudo quasi senibus & iudicibus populi, & condemnauerunt eam ad mortem.	14	*Et credidit eis multitudo, quasi senibus populi, & iudicibus, & condemnauerunt eam ad mortem.*

Vulgat. Editio.

63 Helcias autem & vxor eius laudauerunt Deum pro filia sua Susanna cum Ioakim marito eius, & cognatis omnibus, quia non esset inuenta in ea res turpis.

64 Daniel autem factus est magnus in conspectu populi à die illa, & deinceps.

65 Et rex Astyages appositus est ad patres suos, & suscepit Cyrus Perses regnum eius.

CAP. XIIII.

1 ERat autem Daniel conuiua regis, & honoratus super omnes amicos eius.
2 Erat quoque idolum apud Babylonios nomine Bel: & impendebantur in eo per dies singulos similæ artabæ duodecim, & oues quadraginta, vinique amphoræ sex.

3 Rex quoque colebat eum, & ibat per singulos dies adorare eum: porro Daniel adorabat Deum suum. Dixitque ei rex: Quare non adoras Bel?

4 Qui respondens, ait ei: Quia non colo idola manufacta, sed viuentem Deum, qui creauit cœlum, & terram, & habet potestatem omnis carnis.

5 Et dixit rex ad eum: Non videtur tibi esse Bel viuens Deus? An non vides quanta comedat, & bibat quotidie?

6 Et ait Daniel arridens: Ne erres rex. iste enim intrinsecus luteus est, & forinsecus æreus, neque comedit aliquando.

7 Et iratus rex vocauit sacerdotes eius, & ait eis: Nisi dixeritis mihi, quis est qui comedat impensas has, moriemini.

8 Si autem ostenderitis, quoniam Bel comedat hæc, morietur Daniel, quia blasphemauit in Bel. Et dixit Daniel regi: Fiat iuxta verbum tuum.

9 Erant autem sacerdotes Bel septuaginta, exceptis vxoribus & paruulis, & filiis. Et venit rex cum Daniele in templum Bel.

10 Et dixerunt sacerdotes Bel: Ecce nos egredimur foras: & tu rex pone escas, & vinum misce, & claude ostium, & signa annulo tuo:

11 Et cum ingressus fueris mane, nisi inueneris omnia comesta à Bel, morte moriemur, vel Daniel qui mentitus est aduersum nos.

12 Contemnebant autem, quia fecerant sub mensa absconditum introitum, & per illum ingrediebantur semper, & deuorabant ea.

13 Factum est igitur postquam egressi sunt illi, rex posuit cibos ante Bel: præcepit Daniel pueris suis, & attulerunt cinerem, & cribrauit per totum templum coram rege: & egressi clauserunt ostium: & signantes annulo regis abierunt.

14 Sacerdotes autem ingressi sunt nocte iuxta consuetudinem suam, & vxores, & filij eorum: & comederunt omnia, & biberunt.

15 Surrexit autem rex primo diluculo, & Daniel cum eo.

16 Et ait rex: Saluáne sunt signacula, Daniel? Qui respondit: Salua, rex.

17 Statimque cum aperuisset ostium, intuitus rex mensam, exclamauit voce magna: Magnus es Bel, & non est apud te dolus quisquam.

Transl ex Septuag.

63 *Chelcias autem, & vxor eius laudauerunt pro filia sua cum Ioacim marito eius, & cognatis suis, quia non esset inuenta in ea res turpis.*

64 *Daniel autem factus est magnus in conspectu populi à die illa, & deinceps.*

65 **Et rex Astyages appositus est ad patres suos, & suscepit Cyrus Perses regnum eius.*

*Hæc in trāsl. ex Septu. Ro. habētur c. 11. coniuncta his quæ habentur in fine ca. licet ibi capit. nōminiat sed cōtinuetur ex his quæ nos posuimus per totū ca. 41 sequend ordinē & dispositionē vulgatæ editionis.

CAP. XIIII.

1 *ET erat Daniel conuiua regis, & honoratus super omnes amicos eius.*
2 *Erat autem idolum Babyloniis, cui nomen Bel: & impendebantur in eo per singulos dies similæ artabæ duodecim, & oues quadraginta, & vini metretæ sex.*

3 *Et rex colebat eum, & ibat per singulos dies adorare eum. Porro Daniel adorabat Deum suum. Dixitque ei rex: Quare non adoras Bel?*

4 *At ille dixit: Quia non colo idola manufacta, sed viuentem Deum, qui creauit cælum, & terram, & habet potestatem omnis carnis.*

5 *Et ait rex ad eum: Non videtur tibi Bel esse viuens Deus? An non vides, quanta comedat, & bibat quotidie.*

6 *Et ait Daniel ridens. Ne erres rex. Iste enim est intrinsecus quidem lutum forinsecus autem æreus, nec comedit aliquando.*

7 *Iratus autem rex vocauit sacerdotes eius, & ait eis: Nisi dixeritis mihi, quis est iste, qui comedit impensas has moriemini.*

8 *Si autem ostenderitis, quoniam Bel comedat hæc, morietur Daniel, quia blasphemauit in Bel. Et dixit Daniel regi: Fiat iuxta verbum tuum.*

9 *Erant autem sacerdotes Bel septuaginta exceptis vxoribus, & filiis. Et venit rex cum Daniele in domum Belis.*

10 *Et dixerunt sacerdotes Belis: Ecce nos egredimur foras: tu autem rex appone escas: & vinum miscens pone, & claude ostium, & signa annulo tuo.*

11 *Et veniens mane, nisi inueneris omnia comesta à Bel moriemur: vel Daniel, qui mentitus est aduersus nos.*

12 *Ipsi autem contemnebant, quia fecerant sub mensa absconditum introitum, & per illum ingrediebantur semper & deuorabant ea.*

13 *Factum est igitur, postquam egressi sunt illi, & rex posuit cibos ante Bel: præcepit Daniel pueris suis, & attulerunt cinerem: & decusserunt totum templum coram rege solo. Et egressi clauserunt ostium, & signauerunt annulo regis, & abierunt.*

14 *Sacerdotes autem venerunt nocte iuxta consuetudinem suam, & vxores eorum, & filij eorum: & comederunt omnia, & biberunt.*

15 *Surrexit autem rex primo diluculo, & Daniel cum eo.*

16 *Et ait; Salua ne sunt signacula Daniel? At ille dixit: Salua rex.*

17 *Et factum est simulatque aperuisset ostia, aspiciens rex super mensam, exclamauit voce magna: Magnus es Bel: & non est apud te ullus dolus.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio		Transl. ex Septuag.
Et risit Daniel: & tenuit regem ne ingrederetur intrò: & dixit: Ecce pauimentum, animaduerte cuius vestigia sint hæc.	18	*Et risit Daniel, & tenuit regem, ne ingrederetur intrò: & dixit: vide nunc pauimentum, & animaduerte, cuius vestigia sunt hæc.*
Et dixit rex: Video vestigia virorum, & mulierum, & infantium. Et iratus est rex.	19	*Et dixit rex: Video vestigia virorum, & mulierum, & paruulorum. Et iratus rex.*
Tunc apprehendit sacerdotes, & vxores, & filios eorum: & ostenderunt ei absc ondita ostiola, per quæ ingrediebantur, & consumebant quæ erant super mensam.	20	*Tunc apprehendit sacerdotes, & vxores, & filios eorum & ostenderunt ei absc ondita ostia per quæ ingrediebantur & consumebant, quæ erant super mensam.*
Occidit ergo illos rex, & tradidit Bel in potestatem Danielis: qui subuertit eum, & templum eius.	21	*Occidit ergo illos rex: & tradidit Bel in potestatem Danielis: qui subuertit eum, & templum eius.*
Et erat draco magnus in loco illo, & colebant eum Babilonij.	22	*Et erat draco magnus: & colebant illum Babylonij.*
Et dixit rex Danieli: Ecce nunc non potes dicere quia iste non sit Deus viuens: adora ergo eum.	23	*Et dixit rex Danieli: Nunquid & hunc dicas æreum esse? Ecce viuit, & comedit, & bibit: non potes dicere, quia iste non sit Deus viuens; Adora ergo eum.*
Dixitque Daniel: Dominum Deum meum adoro: quia ipse est Deus viuens: iste autem non est Deus viuens.	24	*Dixitque Daniel: Dominum Deum meum adorabo: quia ipse est Deus viuens.*
Tu autem rex da mihi potestatem, & interficiam draconem absque gladio, & fuste. Et ait rex: Do tibi.	25	*Tu autem rex da mihi potestatem: & interficiam draconem absque gladio, & fuste. Et ait rex: Do tibi.*
Tulit ergo Daniel picem, & adipem, & pilos, & coxit pariter: fecitque massas, & dedit in os draconis, & diruptus est draco. Et dixit: Ecce quem colebatis.	26	*Tulit ergo Daniel picem, & adipem, & pilos, & coxit pariter, fecitque massas: & dedit in os draconis: & comedens diruptus est draco. Et dixit: Videte ea, quæ vos colitis.*
Quod cum audissent Babylonij, indignati sunt vehementer: & congregati aduersum regem, dixerunt: Iudæus factus est rex: Bel destruxit, draconem interfecit, & sacerdotes occidit.	27	*Et factum est, vt audierant Babylonij, indignati sunt vehementer: & congregati aduersus regem dixerunt: Iudæus factus est rex. Bel destruxit, & draconem interfecit, & sacerdotes occidit.*
Et dixerunt cum venissent ad regem: Trade nobis Danielem, alioquin interficiemus te, & domum tuam.	28	*Et dixerunt, cum venissent ad regem: Trade nobis Danielem: alioquin interficiemus te, & domum tuam.*
Vidit ergo rex quod irruerent in eum vehementer: & necessitate compulsus tradidit eis Danielem.	29	*Vidit ergo rex, quod irruerent in eum vehementer: & necessitate compulsus rex tradidit eis Danielem.*
Qui miserunt eum in lacum leonum, & erat ibi diebus sex.	30	*Qui miserunt eum in lacum leonum: & erat ibi diebus sex.*
Porro in lacu erant leones septem, & dabantur eis duo corpora quotidie, & duæ oues: & tunc non data sunt eis, vt deuorarent Danielem.	31	*Porro in lacu erant leones septem: & dabantur eis duo corpora quotidie, & duæ oues: tunc autem non sunt data eis: vt deuorarent Danielem.*
Erat autem Habacuc propheta in Iudæa, & ipse coxerat pulmentum, & intriuerat panes in alueolo: & ibat in campum vt ferret messoribus.	32	*Erat autem Ambacum propheta in Iudæa & ipse coxerat pulmentum, & intriuerat panes in alueolo, & ibat in campum, vt ferret messoribus.*
Dixitque Angelus Domini ad Habacuc: Fer prandium, quod habes, in Babylonem Danieli, qui est in lacu leonum.	33	*Dixitque Angelus Domini ad Ambacum: Fer prandium quod habes, in Babylonem Danieli in lacum leonum.*
Et dixit Habacuc: Domine, Babylonem non vidi, & lacum nescio.	34	*Et dixit Ambacum: Domine Babylonem non vidi: & lacum nescio.*
Et apprehendit eum Angelus Domini in vertice eius, & portauit eum capillo capitis sui, posuitque eum in Babylone supra lacum in impetu spiritus sui.	35	*Et apprehendit Angelus Domini verticem eius: & portans capillo capitis eius; posuit eum in Babylonem super lacum in impetu spiritus sui.*
Et clamauit Habacuc, dicens: Daniel serue Dei, tolle prandium, quod misit tibi Deus.	36	*Et clamauit Ambacum, dicens: Daniel, Daniel tolle prandium, quod misit tibi Deus.*

Et | | Et

Vulgat. Editio.

37 **Et ait** Daniel: Recordatus es mei Deus, & non
dereliquisti diligentes te.
38 **Surgens**que Daniel comedit, Porro Angelus Do-
mini restituit Habacuc confestim in loco suo.

39 **Venit** ergo rex die septimo vt lugeret Danielem
& venit ad lacum, & introspexit, & ecce Daniel se-
dens in medio leonum.
40 **Et exclamauit** voce magna rex, dicens: Magnus
es Domine Deus Danielis. Et extraxit eum de lacu
leonum.
41 **Porro** illos, qui perditionis eius causa fuerant,
intromisit in lacum, & deuorati sunt in momento
coram eo.
42 **Tunc** rex ait: Paueant omnes habitantes in vni-
uersa terra Deum Danielis: quia ipse est Saluator,
faciens signa, & mirabilia in terra: qui liberauit
Danielem de lacu leonum.

Transl. ex Septuag.

Et ait Daniel: Recordatus es quippe mei Deus: & non dereliquisti dilig ntes te.

Surgensque Daniel comedit. Porro Angelus Dei restituit Ambacum confestim in locum eius.

Rex autem venit die septimo, vt lugeret Danielem, & venit ad lacum & introspexit; & ecce Daniel sedens.

Et exclamans voce magna dixit: Magnus es Domine Deus Danielu, & non est alius præter te. Et extraxit eum.

Porro illos, qui perditionis eius causa fuerant, intromisit in lacum: & deuorati sunt in momento coram eo.

PRO-

PROPHETIÆ OSEE

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM,

VErbum Domini, quod factum est ad Osee filium Beeri in diebus Ozie, Ioathã, Achaz, Ezeciæ regum Iuda, & in diebus Ieroboam filii Ioas regis Israel.

Principium loquendi Domino in Osee: & dixit Dominus ad Osee: Vade, sume tibi vxorem fornicationum, & fac tibi filios fornicationum: quia fornicans fornicabitur terra à Domino.

Et abiit, & accepit Gomer filiam Debelaim. Et concepit, & peperit ei filium.

Et dixit Dominus ad eum. Voca nomen eius Iezrahel: quoniam adhuc modicum: & visitabo sanguinem Iezrahel super domum Iehu, & quiescere faciam regnum domus Israel.

Et in illa die conteram arcum Israel in valle Iezrahel.

Et concepit adhuc, & peperit filiam. Et dixit ei: Voca nomen eius absque misericordia: quia non addam vltra misereri domui Israel: sed obliuione obliuiscar eorum.

Et domui Iuda miserebor, & saluabo eos in Domino Deo suo: & non saluabo eos in arcu, & gladio, in bello, & in equis, & in equitibus.

Et ablactauit eam, quæ erat absque misericordia. Et concepit, & peperit filium.

Et dixit: Voca nomen eius, non populus meus: quia vos non populus meus: & ego non ero vester.

Et erit numerus filiorum Israel, quasi arena maris, quæ sine mensura est, & non numerabitur. Et erit, in loco, vbi dicetur eis: Non populus meus vos: dicetur eis, Filij Dei viuentis.

om. 9. i. *Et congregabuntur filii Iuda, & filii Israel pariter & ponent sibimet caput vnum, & ascendent de terra: quia magnus dies Iezrahel.

CAP. II.

DIcite fratribus vestris: populus meus: & sorori vestræ, misericordiam consecuta.

Iudicate matrem vestram, iudicate: quoniam ipsa non vxor mea: & ego non vir eius, auferat fornicationes suas, à facie sua, & adulteria sua de medio vberum suorum.

Ne forte expoliem eam nudam, & statuam eam secundum diem natiuitatis suæ. Et ponam eam quasi solitudinem, & statuam eam velut terram inuiam, & interficiam eam siti.

Et filiorum illius non miserebor: quoniam filij fornicationum sunt:

Quia fornicata est mater eorum: confusa est, quę concepit eos: quia dixit: Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, oleum meum, & potum meum.

PROPHETIÆ HOSEAH

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAPVT PRIMVM,

1 VErbum Domini quod fuit ad Hoseah filium Beeri
in diebus Huzziah, Iotham, Ahaz, Iehizchijah
Regum Iehudah, & in diebus Iarobham filij
Ioas regis Israel.
2 Principium sermonis Domini in Hoseah, & dixit Dominus ad Hoseah: Vade, accipe vxorem fornicationum, &
filios fornicationum: quia fornicando fornicabitur terra
ne eat post Dominum.
3 Et iuit, & accepit Gomer filiam Diblaim, & concepit, &
peperit ei filium.
4 Et dixit Dominus ad eum, Voca nomen eius Izrehel:
quoniam adhuc paululum, & visitabo sanguinem Izrehel
super domum Iehu, & cessare faciam regnum domus Israel.

5 Et erit in die illa conteram arcum Israel, in valle Izrehel.
6 Et concepit adhuc, & peperit filiam. Et dixit ei: Voca nomen eius Loruchamah, quia non addam vltra, ut miserear domui Israel, sed obliuiscendo obliuiscar eorum.

*Non consecuta misericordia

7 Et domui Israel miserebor, & saluos faciam eos in Domino Deo suo: & non seruabo eos arcu, & gladio, & bello
equis, & equitibus.
8 Et ablactauit Loruchamah, & concepit, & peperit filium.
9 Et dixit, Voca nomen eius: Lochammi: *quia vos non populus meus, & ego non ero vester.

*Non populus meus.

10 * Et erit numerus filiorum Israel, sicut arena maris,
quæ non mensuratur, & non numeratur. Et erit in loco in
quo dicetur eis, non populus meus vos: dicetur eis, Filij Dei
viuentis.
11 Et congregabuntur filij Iehudah, & filij Israel pariter,
& ponent sibi caput vnum, & ascendent è terra: quia magnus dies Izrehel.

*Hic incipit c. 2. in transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. II.

1 DIcite fratribus vestris, Populus mi: & sororibus
vestris, Ruchamah.
2 Contendite cum matre, contendite: quoniam ipsa non
est vxor mea, & ego non sum vir eius, sed auferat fornicationes suas à facie mea, & adulteria sua ab vberibus
suis.
3 Ne fortè expoliem eam nudam, & statuam eam secundum diem natiuitatis suæ, & ponam eam tanquam solitudinem, & ponam eam velut terram inuiam, & interficiam eam siti.
4 Et filiorum illius non miserebor: quia filij fornicationum sunt.
5 Quia fornicata est mater eorum, pudore affecta est, quæ
concepit eos: quia dixit: Vadam post amatores meos dantes
panem meum, & aquas meas, lanam meam, & linum
meum, oleum meum, & potum meum.

Pro-

Digitized by Google

PROPHETIÆ OSEE

Transl. ex Septuag.

CAPVT PRIMVM,

Liber hic duodecim prophetarũ in trãslat ã ex Septu. Ro. ponitur immediate post libros sapiẽtiales & preponitur quatuor prophetis maioribus.

VErbum Domini, quod factum est ad Oseæ filium Beeri in diebus Oziæ, & Ioatham, & Achaz & Ezeciæ regum Iuda, & in diebus Hieroboam filii Ioas regis Israel.

Principium verborum Domini in Oseæ. Et dixit Dominus ad Oseæ: Vade, tolle tibi vxorem fornicationis, & filios fornicationis: quia fornicans fornicabitur terra à post Dominum.

Et abiit, & accepit Gomer filiam Debelaim. Et concepit, & peperit ei filium.

Et dixit Dominus ad eum. Voca nomen eius Iezrael: quia adhuc modicum: & vlciscar sanguinem Iezrael super domum Iuda: & quiescere faciam regnum domus Israel.

Et erit in die illa conteram arcum Israel in valle Iezrael.

Et concepit adhuc, & peperit filiam. Et dixit ei: Voca nomẽ eius absque misericordia: quia nequaquam addam vltra misereri domui Israel: sed aduersans aduersabor eis.

Filiorum autem Iuda miserebor: saluabo eos in Dño Deo suo: & nõ saluabo eos in arcu, neq; in gladio, neq; in bello neq; in equis, neque in equitibus.

Et ablactauit eam, quæ erat absque misericordia. Et concepit adhuc, & peperit filium.

Et dixit: Voca nomen eius, non populus meus: quia vos non populus meus: & ego non sum vester.

Et erat numerus filiorum Israel sicut arena maris, quæ non mensurabitur, nec numerabitur. Et erit in loco, vbi dictum est eis Non populus meus vos; vocabuntur & ipsi filij Dei viuentis.

Et congregabuntur filii Iuda, & filii Israel simul: & ponent sibi principatum vnum. & ascendent de terra: quoniam magnus est dies Iezrael.

CAP. II.

DIcite fratri vestro, populus meus: & sorori vestræ, misericordiam consequuta.

Iudicamini cum matre vestra, iudicamini: quia hæc non vxor mea: & ego non vir eius. Et auferam fornicationem eius à facie mea, & adulterium eius de medio vberum illius:

Vt expoliem eam nudam, & restituam eam iuxta diem natiuitatis suæ. Et ponam eam desertum: & statuam eam, sicut terram sine aqua: & occidam illam in siti.

Et filiorum eius non miserebor, quoniam filij fornicationis sunt:

Quia fornicata est mater eorum: confusa est, quę peperit eos. Dixit enim: Vadã post amatores meos, qui dant mihi panes meos, & aquam meam, & vestimenta mea, & linteamina mea, oleum meum, & omnia, quæ mihi necessaria sunt.

PROPHETIÆ HOSEAH

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAPVT PRIMVM,

1 *VErbum Iehoua quod fuit ad Hosea filium Beeri, in diebus Vzyah, Iotham, Ahaz, & Iehizciyah Regum Iehudah, & in diebus Iarobeam filij Ioas Israel.*

2 *Principium sermonis Iehoua in Hosea: & dixit Iehouah ad Hosea, Vade, accipe tibi uxorem fornicationum, & filios fornicationum: quia fornicando fornicabitur terra* ne eat *post Iehouam.*

3 *Abijt itaque, & accepit Gomer filiam Diblaim: quæ concepit, & peperit ei filium.*

4 *Dixitq; Iehouah ad eum, Voca nomen eius Izreel: quoniam adhuc paululum, & visitabo sanguinem Izreel super domum Iehu cessareque faciam regnum domus Israel.*

5 *Eritque in die illa, conteram arcum Israel in valle Israel.*

6 *Et concepit adhuc, peperitq; filiam, & dixit ei, Voca nomen eius Loruhamah* id est consequuta misericordiam: *quia non addam vltra vt miserear domus Israel, sed obliuiscendo obliuiscar eorum.*

7 *At domus Iehuda miserebor, & seruabo eos in Iehoua Deo suo, at non seruabo eos arcu & gladio, & bello, & equis & equitibus.*

8 *Ablactauit autem Loruhamah: & concepit* iterum, *peperitque filium.*

9 *Et dixit, Voca nomen eius, Loammi,* id est non populus meus: *quandoquidem vos non* eritis *populus meus, & ego non ero vester* Deus.

10 *Erit autem numerus filiorum Israel sicut arena maris quæ nec mensuratur, neque numeratur, & erit, pro eo quod dicebatur eis, Non populus meus vos: dicetur eis, Filij Dei viuentis.*

11 *Et congregabuntur filij Iehudah & filij Israel pariter, ponentque sibi caput vnum, & ascendent è terra: quia magnus dies Izreel.*

CAP. II.

1 *DIcite fratribus vestris, Populus mi: & sororibus vestris, Ruhamah.*

2 *Expostulate cum matre vestra, expostulate: quoniam ipsa non* est *uxor mea, & ego non* sum *vir eius: vt auferat fornicationes suas à facie sua, & adulteria sua de medio uberum suorum.*

3 *Ne fortè expoliem eam nudam, & statuam eam secundum diem natiuitatis suæ, ponamque eam tanquam solitudinem, ponam* inquam *eam velut terram inuiam, & enecem eam siti.*

4 *Filiorum quoque illius non miserebor: quia filij fornicationum sunt.*

5 *Fornicata est enim mater eorum, pudore affecta est, quæ concepit eos: dixit namque, Vadam post amatores meos dantes panem meum, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, oleum meum, & potum meum,*

Vulgat. Editio.

6 Propter hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inueniet.

7 Et sequetur amatores suos, & non apprehendet eos: & quæret eos, & non inueniet, & dicet: Vadam, & reuertar ad virum meum priorem: quia bene mihi erat tunc magis quàm nunc.

8 Et hæc nesciuit quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicaui ei, & aurum quæ fecerunt Baal.

9 Idcirco conuertar, & sumam frumentum meum in tempore suo, & vinum meum in tempore suo, & liberabo lanam meam & linum meum, quæ operiebant ignominiam eius.

10 Et nunc reuelabo stultitiam eius in oculis amatorum eius: & vir non eruet eam de manu mea:

11 Et cessare faciam omne gaudium eius, solemnitatem eius, neomeniam eius, sabbatum eius, & omnia festa tempora eius.

12 Et corrumpam vineam eius, & ficum eius: de quibus dixit: Mercedes hæ, meæ sunt, quas dederunt mihi amatores mei: & ponam eam in saltum, & comedet eam bestia agri.

13 Et visitabo super eam dies Baalim, quibus accendebat incensum, & ornabatur inaure sua, & monili suo, & ibat post amatores suos, & mei obliuiscebatur, dicit Dominus.

14 Propter hoc, ecce ego lactabo eam, & ducam eam in solitudinem: & loquar ad cor eius.

15 Et dabo ei vinitores eius ex eodem loco, & Vallem Achor ad aperiendam spem: & canet ibi iuxta dies iuuentutis suæ, & iuxta dies ascensionis suæ de terra Ægypti.

16 Et erit in die illa, ait Dominus: vocabit me Vir meus: & non vocabit me vltra, Baali.

17 Et auferam nomina Baalim de ore eius, & non recordabitur vltra nominis eorum.

18 Et percutiam cum eis fœdus in die illa, cum bestia agri, & cum volucre cæli, & cum reptili terræ: & arcum, & gladium, & bellum conteram de terra: & dormire eos faciam fiducialiter.

19 Et sponsabo te mihi in sempiternum: & sponsabo te mihi in iustitia, & iudicio, & misericordia, & in miserationibus.

20 Et sponsabo te mihi in fide: & scies quia ego Dominus.

21 Et erit in die illa: Exaudiam, dicit Dominus, exaudiam cælos, & illi exaudient terram.

22 Et terra exaudiet triticum, & vinum, & oleum: & hæc exaudient Iezrahel.

Ro. 9. 25. 1. Pet. 2. 10.

23 Et seminabo eam mihi in terra, & miserebor eius, quæ fuit absque misericordia.

24 Et dicam non populo meo: Populus meus es tu: & ipse dicet: Deus meus es tu.

CAP. III.

1 ET dixit Dominus ad me: Adhuc vade, & dilige mulierem dilectam amico & adulteram sicut diligit Dominus filios Israel, & ipsi respiciunt ad deos alienos, & diligunt vinacia vuarum.

2 Et fodi eam mihi quindecim argenteis, & coro hordei, & dimidio coro hordei.

3 Et dixi ad eam: Dies multos expectabis me: non fornicaberis, & non eris viro: sed & ego expectabo te.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Propterea ecce sepio viam tuam spinis, & sepio sepem, & semitas suas non inueniet.

Et sequetur amatores suos, & non apprehendet eos: & quæret eos, & non inueniet, & dicet: Vadam, & reuertar ad virum meum priorem: quia bene mihi fuit tunc, magis quam nunc.

Et hæc nesciuit, quod ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, argentum multiplicaui ei, & ex auro fecerunt Bahal.

Idcirco conuertar, & sumam frumentum meum in tempore suo, & vinum meum in tempore suo, & vinum meum quæ dedi ad operiendum ignominiam eius.

Et nunc reuelabo stultitiam eius in oculis amatorum eius, & quisquam non eruet eam de manu mea.

Et cessare faciam omne gaudium eius, solemnitatem eius, memoriam eius, & sabbatum eius, & omnem festiuitatem eius.

Et desolare faciam vineas eius, & ficus eius, eo quod dixit: Mercedes sunt mihi, quas dederunt mihi amatores mei: & ponam eam in sylvam, & comedent eam bestia agri.

Et visitabo super eam dies Behalim, quibus adolebat, & ornabatur inaure sua, & monili suo, & ibat post amatores suos, & mei obliuiscebatur, dixit Dominus.

Propterea ecce seduco eam, & ire faciam eam in desertum, & loquar ad cor eius.

Et dabo ei vinitores eius inde, & vallem Hachor ostium spei, & canet ibi iuxta diem iuuentutis suæ, & iuxta diem quo ascendit è terra Ægypti.

Et erit in die illo, ait Dominus vocabit me maritus meus: & non vocabit me vltra Bahali.

Et remouebo nomina Behalim de ore eius, & non erunt memoria vltra per nomen eorum.

Et percutiam cum eis fœdus in die illa cum bestijs agri, & cum volucribus cæli, & reptilibus terræ, & arcum & gladium, & bellum conteram: & dormire faciam eos fiducialiter.

Et desponsabo te mihi in sempiternum, & desponsabo te mihi in iustitia, & iudicio; & misericordia, & miserationibus.

Et desponsabo te mihi in fide, & scies Dominum.

Et erit in die illa: Exaudiam, dicit Dominus, exaudiam cælos, & ipsi exaudient terram.

Et terra exaudiet triticum, & vinum, & oleum & hæc exaudient Izrahel.

Et seminabo eam mihi in terra, & miserebor Loruchamah.

Et dicam ad Lohammi, populus meus es tu, & ipse dicet Deus meus es.

CAP. III.

ET dixit Dominus ad me: Adhuc vade, dilige mulierem dilectam ab amico, & adulteram: secundum dilectionem Domini ad filios Israel, & ipsi respiciunt ad deos alienos, & diligunt dolia vuarum.

Et possedi eam mihi quindecim argenteis, & choro hordei, & dimidio choro hordei.

Et dixi ad eam, Dies multos manebis mecum, ne forniceris, & ne sis viri alterius: & etiam ego non ingrediar ad te.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Propterea ecce ego sepiam viam eius in sudibus, & reædificabo vias: & semitam suam non inueniet.

Et sequetur amatores suos, & non apprehendet illos: & quæret eos, & non inueniet eos. Et dicet: Vadam, & reuertar ad virum meum priorem: quia melius mihi erat tunc quàm nunc.

Et ipsa nesciuit, quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum. & argentum multiplicaui ei: hæc autem argentea, & aurea fecit ipsi Baal.

Propterea reuertar, & tollam triticum meum in tempore suo, & vinum meum in tempore suo, & auferam vestimenta mea. & linteamina mea, ne operiant ignominiam eius.

Et nunc reuelabo immunditiam eius in conspectu amatorum illius: & nullus eruet eam de manu mea:

Et auertam omnes lætitias eius, solemnitates illius, neomenias illius, & sabbata illius, & omnes festiuitates illius.

Et disperdam vineam eius, & ficus illius, quæ dixit: Mercedes meæ istæ sunt, quas dederunt mihi amatores mei: & ponam ea in testimonium: & comedét ea bestiæ agri, & volatilia cæli, & reptilia terræ.

Et vlciscar super eam dies Baalim, in quibus immolabat eis, & circundabat sibi inaures suas, & monilia sua, & ibat post amatores suos, mei autem oblita est, dicit Dominus.

Ideo ecce ego seducam eam, & ponam illam, quasi desertum, & loquar ad cor eius.

Et dabo ei possessiones suas inde & Vallem Achor ad aperiẽdam intelligentiam eius. Et humiliabitur illic iuxta dies infantiæ suæ, & iuxta dies ascensionis eius de terra Ægypti.

Et erit in die illa, ait Dominus: vocabit me, vir meus: & non vocabit me vltra, Baalim.

Et auferam nomina Baalim de ore eius, & non recordabuntur vltra nominum eorum.

Et disponam eis testimonium in die illa, cum bestijs agri, & cum volatilibus cæli, & reptilibus terræ: & arcum, & gladium, & bellum conteram de terra: & habitare te faciam in spe.

Et sponsabo te mihi in sempiternum: & sponsabo te mihi in iustitia, & in iudicio, & in misericordia, & in miserationibus.

Et sponsabo te mihi in fide: & cognosces Dominum.

Et erit in die illa: dicit Dominus, Exaudiam cælum: & cælum exaudiet terram.

Et terra exaudiet frumentum, vinum, & oleum: & hæc exaudient Iezrael.

Et seminabo eam mihi super terram, & diligam non dilectam,

Et dicam non populo meo: Populus meus es tu: & ipse dicet: Dominus Deus meus es tu.

CAP. III.

ET dixit Dominus ad me: Adhuc vade, & dilige mulierem diligentem mala, & adulteram: sicut diligit Deus filios Israel, & ipsi respiciunt ad Deos alienos, & amant coctiones cum vinaciis.

Et conduxi mihi quindecim argenteis, & Gomor hordei & Nebel vini.

Et dixi ad eam: Dies multos sedebis super me: & non fornicaberis, nec eris viro: & ego super te.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

6 *Propterea en ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam sepem, & semitas suas non inueniet.*

7 *Sequetur enim amatores suos, & non apprehendet eos: quæret quoque eos, & non inueniet: tunc dicet: Vadam, & reuertar ad virum meum priorem: quia bene mihi fuit tunc, magis quam nunc.*

8 *Et ipsa nesciuit, quod ego dedissem ei frumentum & vinum, & oleum: imo, argentum* quod *multiplicaueram ei, & aurum fecerunt in Baal.*

9 *Idcirco conuertar, & sumam frumentum meum tempore suo, & vinum meum tempore suo: auferamq́ lanam meam & linum meum,* quæ dederam *ad tegendam ignominiam eius.*

10 *Nunc autem reuelabo stultitiam eius in oculis amatorum eius, & nemo eripiet eam de manu mea.*

11 *Cessare quoque faciam vniuersum gaudium eius, solemnitatem eius, neomeniam eius, & sabbathum eius, & omnem festiuitatem eius.*

12 *Desolabo item vineas eius, & ficus eius, eo quod dixit, Merces sunt mihi, quam dederunt mihi amatores mei, & ponam eas in syluam, & comedent eas bestiæ agri.*

13 *Et visitabo super eam dies Baalim, quibus adolebat,* thus, *& ornabat sese inaure sua, & monili suo, ibatq́ post amatores suos, mei autem oblita est, ait Iehouah.*

14 *Propterea en ego seducam eam, & deducam eam* in *desertum, loquarque ad cor eius.*

15 *Et dabo ei vineas suas inde, & vallem Achor in ostium spei, canetq́ ibi iuxta dies iuuentutis suæ, & iuxta diem quo illa ascendit è terra Misraim.*

16 *Et erit in die illo (ait Iehouah) vocabis me Isi, nec vocabis me vltra Baali.*

17 *Auferam enim nomina Baalim de ore eius, & nec memorabuntur vltra nomine suo.*

18 *Et percutiam eis fœdus in die illa cum bestijs agri, & cum volucribus cœli, & reptilibus terræ, & arcum, & gladium, & bellum conteram de terra, dormireq́ faciam eos securè.*

19 *Et desponsabo te mihi in sempiternum, desponsabo te mihi inquam in iustitia, & iudicio, & misericordia, & miserationibus.*

20 *Et desponsabo te mihi in fide, & cognosces Iehouam.*

21 *Erit autem in die illa: Exaudiam (dicit Iehouah exaudiam* inquam *cœlos, & ipsi exaudient terram.*

22 *Terra vero exaudiet triticum & vinum, & oleum & hæc audient ipsum Izreel.*

23 *Et seminabo eam mihi in terra, miserebor ipsius Loruchamah.*

24 *Et dicam ad Lohammi, populus meus* es *tu, & ipse dicet* mihi, *Deus meus es.*

CAP. III.

1 *ET dixit Iehouah ad me, Rursum vade, ama mulierem dilectam amico, & adulteram, sicut diligit Iehouah filios Israel: ipsi autem respiciunt ad deos alienos, & amant lagenas vuarum.*

2 *Comparaui itaque eam mihi quindecim argenteis, & coro hordei, atque dimidio coro hordei.*

3 *Et dixi ad eam, Diebus multis manebis mihi non fornicaberis, nec eris viro alteri: & etiam ego* non ingrediar *ad te.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Quia dies multos sedebunt filij Israel sine rege, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine ephod & sine theraphim.

Et post hæc reuertentur filij Israel, & quærent Dominum Deum suum, & Dauid regem suum: & pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius in nouissimo dierum.

CAP. IIII.

AVdite verbum Domini filij Israel, quia iudicium Domino cum habitatoribus terræ: non est enim veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra.

Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit.

Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea, in bestia agri, & in volucre cæli: sed & pisces maris congregabuntur.

Verumtamen vnusquisque non iudicet: & non arguatur vir: populus enim tuus sicut hi, qui contradicunt sacerdoti:

Et corrues hodie, & corruet etiam propheta tecum: & nocte tacere feci matrem tuam.

Conticuit populus meus, eo quod non habuerit scientiam: quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi: & oblita es legis Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum & ego.

Secundum multitudinem eorum sic peccauerunt mihi: gloriam eorum in ignominiam commutabo.

Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum subleuabunt animas eorum.

Et erit sicut populus, sic sacerdos: & visitabo super eum vias eius, & cogitationes eius reddam ei.

Et comedent, & non saturabuntur: fornicati sunt, & non cessauerunt: quoniam Dominum dereliquerunt in non custodiendo.

Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor.

Populus meus in ligno suo interrogauit, & baculus eius annunciauit ei: spiritus enim fornicationum decepit eos & fornicati sunt a Deo suo.

Super capita montium sacrificabant, & super colles accendebant thymiama: subtus quercum, & populum, & terebinthum, quia bona erat vmbra eius: ideo fornicabuntur filiæ vestræ, & sponsæ vestræ adulteræ erunt.

Non visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatæ, & super sponsas vestras cum adulterauerint: quoniam ipsi cum meretricibus conuersabantur, & cum effæminatis sacrificabant, & populus non intelligens vapulabit.

Si fornicaris tu Israel, non delinquat saltem Iuda: & nolite ingredi in Galgala, & ne ascenderitis in Bethauen, neque iuraueritis: Viuit Dominus.

Quoniam sicut vacca lasciuiens declinauit Israel: nunc pascet eos Dominus, quasi agnum in latitudine.

Particeps idolorum Ephraim, dimitte eum.

Separatum est conuiuium eorum, fornicatione fornicati sunt: dilexerunt afferre ignominiam protectores eius.

Ligauit eum spiritus in alis suis, & confundentur à sacrificijs suis.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

4 *Quia dies multos manebunt filij Israel absque rege,*
& absque principe, & sine sacrificio, & sine statua, & si-
ne Ephod, & Teraphim.
5 *Postea reuertentur filij Israel, & quærent Dominum*
Deum suum, & Dauid regem suum: & pauebunt Domi-
num & reuertentur ad eum, & ad bonum eius in nouissi-
mo dierum.

CAP. IIII.

1 *AVdite verbum Domini filij Israel, quia iudicium*
Domino cum habitatoribus terræ: non enim est ve-
ritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in
terra.
2 *Sed periurare, & negare, & occidere, & furari, & adul-*
tari, fregerunt maceriam legis, & sanguis cum sanguine
tetigit se.
3 *Propterea desolabitur terra, & destruetur omnis qui*
habitat in ea, cum bestijs agri, & volucribus cæli, & etiã
pisces maris morientur.
4 *Vere nemo alterum iudicet, nemo arguat: siquidem po-*
pulus tuus est quasi iudicans sacerdotem.
5 *Et corrues tempore hoc, & corruet etiam propheta tecũ,*
ut corruit quum nocte, & succidam matrem tuam.
6 *Succisus est populus meus* eo quod est *absque scientia:*
quia tu sacerdos *scientiam repulisti, repellam te, ne sa-*
cerdotio fungaris mihi, & quia *oblitus es legis Dei tui,*
obliuiscar filiorum tuorum etiam ego.
7 *Secundum multitudinem eorum, sic peccauerunt mihi;*
gloriam eorum in ignominiam commutabo.
8 *Peccatum populi mei comederunt, & ad iniquitatem*
eorum leuauerunt animam suam.
9 *Et est sicut populus, sic sacerdos, & visitabo super eum*
vias eius, & opera eius reddam ei.
10 *Et comedent, & non saturabuntur, fornicati sunt, &*
non multiplicabuntur, quoniam Dominum dereliquerunt
ut custodirent.
11 *Fornicatio, & vinum, & mustum auferet cor.*
12 *Populus meus lignum suum interrogabit, & baculus*
eius annunciabit ei: spiritus enim fornicationum errare fe-
cit eos, & fornicati sunt à Deo suo.
13 *Super capita montium immolauerunt, & super colles*
adoleuerunt, subtus quercum, & populum, & therebin-
thum, quia bona erat vmbra eius: ideo fornicabuntur filiæ
vestræ, & sponsæ vestræ adulteræ erunt.
14 *Non visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatæ*
& super sponsas vestras cum adulteria commiserint, quo-
niam fornicantes cum meretricibus diuiserunt se ab vxo-
ribus, & cum scortis sacrificauerunt, & populus qui non
intelliget corruet.
15 *Si fornicaris tu Israel, ne delinquat Iehudah, & ne in-*
grediamini Ghilghal, & ne ascendatis in Bethauen, &
ne iuretis, viuit Dominus.
16 *Quoniam sicut vacca peruersa declinauit Israel, nunc*
pasces eos Dominus tanquam pecudes in latitudine.
17 *Particeps simulachrorum Ephraim, dimitte eum.*
18 *Putidum est vinum eorum, fornicando fornicati sunt:*
dilexerunt munera, *afferte* inquiunt *ad ignominiam*
suam principes eius,
19 *Ligauit spiritus Ephraim malis suis, & pudore afficien-*
tur à sacrificijs suis,

Transl. ex Septuag.

Quia diebus multis sedebunt filij Israel sine rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio, sine manifestationibus.

Et post hæc reuertentur filij Israel, & quærent Dominum Deum suum, & Dauid regem suum: & stupebunt ad Dominum, & super bonis eius in nouissimis diebus.

CAP. IIII.

AVdite verbum Domini filij Israel, quia iudicium Domino ad habitatores terræ: quia non est veritas, neque misericordia, neque scientia Dei super terram.

Maledictio, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium effusum est super terram; & sanguines sanguinibus miscent.

Ideo lugebit terra, & minuetur cum omnibus, qui habitant eam, cum bestia agri, & cum serpentibus terræ, & cum volatilibus cæli: & pisces maris deficient.

Vt nullus neque iudicet, neque arguatur quisquam: populus autem meus, quasi sacerdos, cui contradicitur.

Et infirmabitur per diē: & infirmabitur propheta tecum: Nocti assimulaui matrem tuam.

Assimilatus est populus meus, quasi non habens scientiam: quia tu scientiam repulisti, & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris: mihi & oblita es legis Dei tui, & ego obliuiscar filiorum tuorum.

Secundum multitudinem eorum sic peccauerunt mihi: gloriam eorum in ignominiam ponam.

Peccata populi mei comedent: & in iniquitatibus eorum accipient animas eorum.

Et erit sicut populus, sic sacerdos: & vlciscar super eum vias eius, & cogitationes illius reddam ei.

Et comedent, & non implebuntur: fornicati sunt, & non dirigentur: quia Dominum reliquerunt ad custodiendum.

Fornicationē, & vinū, & ebrietatē suscepit cor.

Populi mei in augurijs interrogabant: & virgis eius annunciabant ei: spiritu fornicationis seducti sunt: & fornicati sunt à Deo suo.

Super vertices montium sacrificabant, & super colles immolabant, subtus quercum, & populum, & nemorosam arborem: quia bonum erat vmbraculum. Propterea fornicabuntur filiæ vestræ, & sponsæ vestræ mœchabuntur.

Et non visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatæ, & super sponsas vestras cum adulterauerint: quoniam ipsi cum meretricibus miscebantur, & cum initiatis immolabant, & populus non intelligens adhærebat meretrici.

Tu autem Israel, ne ignores, & Iuda: & nolite ingredi in Galgala, & ne ascendatis in domum On, ne iuretis viuentem Dominum:

Quoniam sicut vacca asilo percussa insaniuit Israel: nunc pascet eos Dominus, sicut agnum in spacioso.

Particeps idolorum Ephræm posuit sibi scādala:

Prouocauit Chananæos: Fornicantes fornicati sunt: dilexerunt ignominiam ex fremitu eius.

Turbo spiritus tu es in alis eius. Et confundentur ex altaribus suis.

Noua ex Heb. Tralat Fr. Vatabli.

4 *Nam diebus multis manebunt filij Israel absque Rege & absque principe, & sine* vllo *sacrificio & sine statua, & sine Ephod, & Teraphim.*

5 *Postea reuertentur filij Israel, & requirent Iehouam Deum suum, & Dauid Regem suum: & pauebunt ad Iehouam, & ad bonum eius in nouissimo dierum.*

CAP. IIII.

1 *AVdite verbum Iehouæ, filij Israel, quia disceptatio ipsi Iehouæ cum habitatoribus huius terræ: nulla enim* est *veritas, nulla misericordia, nulla cognitio Dei in terra* hac.

2 Sed *peierare, & mentiri, & occidere, & furari, & adulterari, fregerunt* septum Legis*, & sanguis sanguinem contigit.*

3 *Propterea lugebit terra, & infirmabitur quicunque habitat in ea, cum bestijs agri, & volucribus cœli, quin & pisces maris colligentur.*

4 *Veruntamen, nemo contendat, nemo arguat, quum populus tuus similis* sit *contendentibus* cum *sacerdote.*

5 *Corruet igitur hoc tempore, & corruet etiam propheta tecum,* vt corruit quis *nocte, succidamque matrē tuam.*

6 *Succidetur populus meus eo quod* sit *absque scientia: quia tu ò* sacerdos *scientiam spreuisti, spernam te, ne sacerdotio fungaris mihi, &* quia *oblitus es legis Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum etiam ego.*

7 *Secundum multitudinem eorum, ita peccauerunt mihi;* propterea *gloriam eorum in ignominiam commutabo.*

8 *Peccatum populi mei comederunt, & ad iniquitatem eorum attollunt animum suum.*

9 *Eritque vt populus, ita sacerdos, & visitabo super eum, vias eius & opera eius reddam ei.*

10 *Comedent enim, & non saturabuntur, fornicabuntur, & non multiplicabuntur, quoniam Iehouam dereliquerunt custodire.*

11 *Fornicatio & vinum & mustum auferunt cor.*

12 *Populus meus lignum suum interrogat, & baculus eius indicat ei: spiritus enim fornicationum errare fecit eos, & fornicati sunt à Deo suo.*

13 *Super capita montium immolauerunt, & super colles adolent, sub quercu: & populo, & terebintho, quod bona* sit *vmbra eius: ideo fornicantur filiæ vestræ, & sponsæ vestræ adulteria committunt.*

14 *Non visitabo super filias vestras quum fuerint fornicatæ, & super sponsas vestras quum adulteria commiserint: quoniam* dum *ipsi* sunt *cum meretricibus diuiserunt se* ab vxoribus, *& cum scortis sacrificant, populus autem* qui *non intelliget, corruet.*

15 *Si fornicaris Israel,* saltem *ne delinquat Iehudah, & ne ingrediamini Gilgal, nec ascendatis* in *Bethauen, nec iuretis, Viuit Iehouah.*

16 *Quoniam sicut vitula rebellis rebellauit Israel, nunc pascet eos Iehouah tanquam agnum in latitudine.*

17 *Particeps simulachrorum Ephraim, dimitte eum.*

18 *Putidum est vinum eorum, fornicando fornicati sunt: amant* dicere, *Date* nobis munera, ad *ignominiam principes eius.*

19 *Ligabit ventus eam in alis suis, & pudore afficientur à sacrificijs suis.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio

CAP. V.

AVdite hoc sacerdotes, & attendite domus
Israel, & domus regis auscultate: quia vobis
iudicium est, quoniam laqueus facti estis specula-
tioni, & rete expansum super Thabor.
Et victimas declinastis in profundum: & ego
eruditor omnium eorum.
Ego scio Ephraim, & Israel non est absconditus
à me: quia nunc fornicatus est Ephraim, contami-
natus est Israel.
Non dabunt cogitationes suas vt reuertantur ad
Deum suum, quia spiritus fornicationum in me-
dio eorum, & Dominum non cognouerunt.
Et respondebit arrogantia Israel in facie eius: &
Israel, & Ephraim ruent in iniquitate sua, ruet
etiam Iudas cum eis.
In gregibus suis, & in armentis suis vadent ad
quærendum Dominum, & non inuenient: ablatus
est ab eis.
In Dominum præuaricati sunt, quia filios alie-
nos genuerunt: nunc deuorabit eos mensis cum
partibus suis.
Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama: vlu-
late in Bethauen, post tergum tuum Beniamin.
Ephraim in desolatione erit in die correptionis:
in tribubus Israel ostendi fidem.
Facti sunt principes Iuda quasi assumentes ter-
minum: super eos effundam quasi aquam iram
meam.
Calumniam patiens est Ephraim, fractus iudicio
quoniam cœpit abire post sordes.
Et ego quasi tinea Ephraim: & quasi putredo do-
mui Iuda.
Et vidit Ephraim languorem suum, & Iuda vin-
culum suum: & abijt Ephraim ad Assur, & misit ad
regem Vltorem: & ipse non poterit sanare vos, nec
soluere poterit à vobis vinculum.
Quoniam ego quasi leæna Ephraim, & quasi ca-
tulus leonis domui Iuda: ego ego capiam, & vadam,
tollam, & non est qui eruat.
Vadens reuertar ad locum meum: donec deficia-
tis, & quæratis faciem meam.

CAP. VI.

IN tribulatione sua manè consurgent ad me: Ve-
nite, & reuertamur ad Dominum:
Quia ipse cepit, & sanabit nos: percutiet, & cura-
bit nos.
*Viuificabit nos post duos dies: in die tertia sus-
citabit nos, & viuemus in conspectu eius. Sciemus,
sequemurque vt cognoscamus Dominum: quasi
diluculum præparatus est egressus eius, & veniet
quasi imber nobis temporaneus, & serotinus ter-
ræ.
Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Iu-
da? misericordia vestra quasi nubes matutina, &
quasi ros manè pertransiens.
Propter hoc dolaui in prophetis, occidi eos in
verbis oris mei: & iudicia tua quasi lux egredien-
tur.
*Quia misericordiam volui, & non sacrificium,
& scientiam Dei plusquam holocausta.

*Cor. 15. 3

*1. Reg. 15. 22. Eccle. 4. 17. Mat. 9. 13. & 12. 7

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. V.

1 *AVdite hoc sacerdotes, & attendite domus Israel, &*
domus regis auscultate, quia vobis iudicium est,
quoniam vt laqueus fuistis super montem Mispah, & vt
rete expansum super Tabor.
2 *Et ad iugulandum declinantes à via recta in profun-*
dum posuerunt laqueum, & ego vir correctionis sum om-
nibus ipsis.
3 *Ego noui Ephraim, & Israel non est absconditus à me:*
quia nunc fornicatus est Ephraim, polluit se Israel.
4 *Non sinent opera eorum, vt reuertantur ad Deum suum:*
quia spiritus fornicationis est in medio eorum, & Domi-
num non cognouerunt.
5 *Et testificabitur superbia Israel in facie eius: & Israel,*
& Ephraim ruent propter iniquitatem suam, cecidit etiam
Iehudah cum eis.
6 *Cum pecoribus suis, & bobus suis ibunt ad quærendum*
Dominum, & non inuenient: diuisit se ab eis.
7 *In Dominum præuaricati sunt, quia filios alienos ge-*
nuerunt; nunc consumet eos mensis cum partibus eorum.
8 *Clangite buccina in Ghibhah, tuba in Ramah, taratan-*
tarizate in Bethauen post te Biniamin.
9 *Ephraim in desolatione erit in die correctionis: in tri-*
bubus Israel ostendi fidem.
10 *Fuerunt principes Iehudah verè comprehendentes ter-*
minum alienum, super eos effundam tanquam aquam,
iram meam.
11 *Oppressus est Ephraim, fractus* duro *iudicio: quoniam*
cœpit ire post præceptum Iarobham.
12 *Et ero sicut tinea Ephraim, & tanquam putredo domui*
Iehudah.
13 *Et vidit Ephraim languorem suum, & Iehudah pla-*
gam suam, & abijt Ephraim ad Assur, & misit ad regem
Iareb, & ipse non poterit sanare vos, & non sanabit à vo-
bis plagam.
14 *Quia ero vt leo Ephraim, & veluti catulus leonis*
domui Iehudah: ego ego rapiam, & vadam, tollam, & non
erit qui eruat.
15 *Vadam, & reuertar ad locum meum, donec deficiant, &*
quærant faciem meam.

CAP. VI.

1 *IN tribulatione* sua *quærent me:* *Venite, & reuerta-*
mur ad Dominum.
2 *Quia ipse rapuit, & sanabit nos, percussit, & alligabit*
nos.
3 *Viuificabit nos post duos dies, die tertia suscitabit nos,*
& viuemus in conspectu eius, Sciemusque, vt sequamur,
vt cognoscamus Dominum: Tanquam aurora præparatus
est egressus eius, & veniet tanquam imber nobis veluti
serotinus imber, & temporaneus terræ.
4 *Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Iehudah?*
& misericordia vestra vt nubes matutina & tanquam
ros manè vadens.
5 *Propterea succidi prophetas, occidi eos verbis oris mei,*
& iudicia tua, vt lux, egredientur.
6 *Quia misericordiam volo, & non sacrificium, & scien-*
tiam Dei præ holocaustis.

*Hæc quæ clauduntur asteris in hac translat. coniunguntur superiori capitulo.

Transl. ex Septuag.

CAP. V.

AVdite hæc sacerdotes, & attendite domus Israel, & domus regis auribus percipite: ad vos enim est iudicium: quia laquei facti estis speculationi, & rete expansum super Itabyrium.

Quod, qui capiunt venationem, confixerunt. Ego enim magister vester.

Ego cognoui Ephraim, & Israel non recessit à me. Quia nunc fornicatus est Ephræm, commaculatus est Israel.

Non dederunt cogitationes suas, vt reuerterentur ad Deum suum, quia spiritus fornicationis est in eis: Dominum autem non cognouerunt.

Et humiliabitur iniuria Israel in faciem eius, Et Israel, & Ephraim infirmabuntur in iniquitatibus suis Et infirmabitur etiam Iudas cum eis.

Cum ouibus, & vitulis ibunt ad quærendum Dominum, & non inuenient eum. Declinauit enim ab illis:

Quia Dominum reliquerunt: quia filios alienos genuerunt sibi: nunc deuorabit eos rubigo, & cleros eorum.

Clangite tuba super colles, sonate super excelsa: prædicate in domo On: mente excidit Beniamin.

Ephræm in desolationem factus est in diebus correptionis In tribubus Israel ostendi fidelia:

Facti sunt principes Iuda, quasi transferens terminos: super eos effundam sicut aquam impetum meum.

Oppressit Ephraim aduersarium suum & conculcauit iudicium quia cœpit abire post vana.

Et ego, quasi conturbatio Ephriam, & quasi stimulus domui Iuda.

Et vidit Ephraim infirmitatem suam, & Iudas dolorem suum. Et abijt Ephraim ad Assyrios, & misit legatos ad regem Iarim. Et ipse non potuit sanare vos, & non cessabit à vobis dolor.

Quia ego sum, quasi panther Ephræm, & quasi leo domui Iuda. Et ego rapiam, & vadam, & tollam & non erit qui eruat.

Ibo, & reuertar in locum meum: donec dispereant, & quærent faciem meam.

CAP. VI.

IN tribulatione sua manè vigilabunt ad me, dicentes: Eamus, & reuertamur ad Dominum Deum nostrum:

Quia ipse rapuit & sanabit nos: percutiet, & curabit nos.

Sanos nos faciet: post dies duos: in die tertio resurgemus, & viuemus coram eo, & sciemus. Persequamur, vt cognoscamus Dominum: quasi mane paratum inueniemus eum, & veniet nobis quasi pluuia temporanea, & serotinus terræ.

Quid faciam tibi Ephraim? Quid faciam tibi Iuda? Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros matutinus pertransiens.

Propterea succidi prophetas vestros: occidi eos in verbo oris mei: & iudicium meum quasi lux egredietur.

Quia misericordiam volo, quam sacrificium, & scientiam Dei magis, quam holocausta.

Ipsi

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAP. V.

1 *AVdite hoc sacerdotes, & attendite domus Israel, &*
domus Regis auscultate, quia vestrum est facere
iudicium: quoniam vt *laqueus furilis* collocatus *super*
montem *Mispah, &* vt *rete expansum super Thabor.*

2 *Et ad immolandum qui declinant* à via recta, *callidum
interunt consilium: ego autem* vir *correctionis sum
omnibus.*

3 *Ego noui Ephraim, & Israel non est absconditus à me,
quod iam fornicatus est Ephraim, polluit se Israel.*

4 *Non permittent opera eorum, vt reuertantur ad Deum
suum: quia spiritus fornicationis* est *in medio eorum, &
Iehouam non cognouerunt.*

5 *Testificabitur autem superbia Israel* ei *in faciem eius:
nam Israel, & Ephraim ruent propter iniquitatem suam:
corruet etiam Iehudah cum eis.*

6 *Cum ouibus suis, & bobus suis ibunt ad quærendum Iehouam,
& non inuenient: subtraxit* enim *se ab eis.*

7 *In Iehouam præuaricati sunt, quia filios alienos genuerunt;
nunc consumet eos mensis cum partibus eorum.*

8 *Clang te buccina in Gibah, tuba in Ramah, taratantarizate
in Bethauen post te ô Beniamin.*

9 *Ephraim in desolationem erit in die correptionis: in
tribubus Israel ostendi fidem.*

10 *Fuerunt principes Iehudah sicut hi qui transferunt
terminum, super eos effundam tanquam aquam, furorem
meum.*

11 *Oppressus est Ephraim, fractus iudicio, quoniam voluit
& ambulauit post preceptum.*

12 *Ero itaque tanquam tinea* ipsi *Ephraim, & tanquam
putredo domui Iehudah.*

13 *Videbit autem Ephraim languorem suum, & Iehudah
plagam suam, & abijt Ephraim ad Assur, misitque ad Regem
Iareb, qui tamen non poterit sanare vos, neque sanabit
à vobis plagam.*

14 *Quia ero tanquam leo* ipsi *Ephraim, & veluti catulus
leonis domui Iehudah: ergo ego rapiam, & abibo, tollam*
prædam *& non erit qui eruat.*

15 *Ibo, & reuertar ad locũ meũ, donec deficiant, & requirant
faciem meã. In tribulatione sua quærẽt me,* dicẽtes,

CAP. VI.

1 *VEnite, & reuertamur ad Iehouam: quia ipse rapuit,
& sanabit nos, percussit, & alligabit nos.*

2 *Viuificabit nos post biduum, die tertia suscitabit
nos, & viuemus in conspectu eius.*

3 *Cognoscemusque* eum: vt *sequamur, ad cognoscendum
Iehouam: Tanquam aurora præparatus est egressus eius:
& veniet tanquam imber nobis, & veluti pluuia serotina
& temporanea* venit *terræ.*

4 *Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Iehudah?
quum misericordia vestra* fit *vt nubes matutina, & tanquam
ros manè abiens.*

5 *Propterea succidi prophetas,* ac prope *enecaui eos verbis
oris mei, vt iudicia tua* essent *vt lux* quæ *egredi-*
6 *tur.*

*Quia misericordiam volo, & non sacrificium, & cognitionem
Dei præ holocaustis.*

Ipsi

Vulgat. Editio.

Ipſi autem ſicut Adam transgreſſi ſunt pactum,
ibi præuaricati ſunt in me.
Galaad ciuitas operantium idolum, ſupplantata
ſanguine.
Et quaſi fauces virorum latronum, particeps ſa-
cerdotum, in via interficientium pergentes de Si-
chem: quia ſcelus operati ſunt.
In domo Iſrael vidi horrendum: ibi fornicatio-
nes Ephraim: contaminatus eſt Iſrael.
Sed & Iuda pone meſſem tibi, cum conuertero
captiuitatem populi mei.

CAP. VII.

CVm ſanare vellem Iſrael, reuelata eſt iniqui-
tas Ephraim, & malitia Samariæ, quia opera-
ti ſunt mendacium: & fur ingreſſus eſt, ſpolians
latrunculus foris.
Et ne fortè dicant in cordibus ſuis omnem ma-
litiam eorum me recordatum: nunc circumdede-
runt eos adinuentiones ſuæ, coram facie mea fa-
ctæ ſunt.
In malitia ſua lætificauerunt regem: & in men-
dacijs ſuis principes.
Omnes adulterantes, quaſi clibanus ſuccenſus à
coquente: quieuit paululum ciuitas à commiſtio-
ne fermenti, donec fermentaretur totum.
Dies regis noſtri: cœperunt principes furere à vi-
no: extendit manum ſuam cum illuſoribus.
Quia applicuerunt quaſi clibanum cor ſuum,
cum inſidiaretur eis: tota nocte dormiuit coquens
eos, mane ipſe ſuccenſus quaſi ignis flammæ.
Omnes calefacti ſunt quaſi clibanus, & deuora-
uerunt iudices ſuos: omnes reges eorum cecide-
runt: non eſt qui clamet in eis ad me.
Ephraim in populis ipſe commiſcebatur:
Ephraim factus eſt ſubcinericius panis, qui non
reuerſatur.
Comederunt alieni robur eius, & ipſe neſciuit:
ſed & cani effuſi ſunt in eo, & ipſe ignorauit.
Et humiliabitur ſuperbia Iſrael in facie eius: nec
reuerſi ſunt ad Dominum Deum ſuum, & non
quæſierunt eum in omnibus his.
Et factus eſt Ephraim quaſi columba ſeducta
non habens cor: Ægyptum inuocabant, ad Aſſy-
rios abierunt.
Et cum profecti fuerint, expandam ſuper eos
rete meum: quaſi volucrem cæli detraham eos,
cædam eos ſecundum auditionem cœtus eo-
rum.
Væ eis, quoniam receſſerunt à me: vaſtabuntur,
quia præuaricati ſunt in me: & ego redemi eos: &
ipſi locuti ſunt contra me mendacia.
Et non clamauerunt ad me in corde ſuo, ſed
vlulabant in cubilibus ſuis: ſuper triticum & vi-
num ruminabant, receſſerunt à me.
Et ego erudiui eos, & confortaui brachia eo-
rum: & in me cogitauerunt malitiam.
Reuerſi ſunt vt eſſent abſque iugo: facti ſunt
quaſi arcus doloſus: cadent in gladio principes eo-
rum, à furore linguæ ſuæ. Iſta ſubſannatio eorum
in terra Ægypti.

Tranſl. ex Heb. Sanct. Pagn.

7 *Ipſi autem ſicut Adam tranſgreſſi ſunt pactum, ibi pra-*
tati ſunt in me.
8 *Ghilhad ciuitas operantium iniquitatem fœdata à*
ſanguine.
9 *Sicut expectant virum latrones, ſic collegium ſacerdo-*
tum in via interficiebant conſenſu vno, quia abominatio-
nem fecerunt.
10 *In domo Iſrael, vidi inquinamentum: ibi fornicatio E-*
phraim: contaminauit ſe Iſrael.
11 *Etiam Iehudam poſuit plantarium tibi, cum conuertero*
captiuitatem populi.

CAP. VII.

1 *CVm ſanarem Iſrael, diſcooperuit ſe iniquitas E-*
phraim & malitia Somron, quia operati ſunt men-
dacium, & fur ingreſſus eſt, ſpoliauit latro foris.
2 *Et ne cogitent in corde ſuo omnis malitia eorum recor-*
datus ſum: nunc circumdederunt eos opera eorum, coram
facie mea fuerunt.
3 *Malitia ſua lætificauerunt regem, & mendacijs ſuis*
principes.
4 *Omnes ij adulteria committunt, ſicut clibanus ſuccen-*
ſus à coquente, ceſſabit coquens à ciuitate à commixtione
paſtæ donec fermentetur ipſa.
5 *Die* natalis eius, *noſtrum regem ægrotare fecerunt prin-*
cipes, vtre pleno *vino protraxit manum ſuam cum illu-*
ſoribus.
6 *Quia applicuerunt ad male cogitandum veluti arden-*
tem clibanum cor ſuum cum inſidiatur eis: tota nocte dor-
miuit coquens eos, mane ipſe ſuccenſus tanquam ignis
flamma.
7 *Omnes calefecerunt ſe veluti calefit clibanus, & deuo-*
rauerunt iudices ſuos: omnes reges eorum ceciderunt: non
eſt qui clamet, & inter eos ad me.
8 *Ephraim populis commiſcuit ſe, Ephraim fuit vt panis*
ſubcinericius non reuerſatus.
9 *Comederunt alieni robur eius, neſciuit; etiam canicies*
ſparſit ſe in eo, & neſciuit.
10 *Et humiliabit ſe ſuperbia Iſrael, in facie eius: & non*
ſunt reuerſi ad Dominum Deum ſuum, nec quæſierunt
eum cum toto hoc.
11 *Et fuit Ephraim veluti columba ſeducta abſque corde,*
Ægyptum inuocabant, ad Aſſur abierunt.
12 *Cum abierint expandam ſuper eos rete meum: vt volu-*
cres cœlorum deſcendere faciam eos, caſtigabo eos quemad-
modum audiuit cœtus eorum.
13 *Væ eis, quoniam elongauerunt ſe à me: vaſtitas erit eis,*
quoniam præuaricati ſunt in me: & ego redemi eos, & ipſi
locuti ſunt contra me mendacia.
14 *Et non clamauerunt ad me corde ſuo, ſed vlulauerunt*
in cubilibus ſuis: ſuper triticum, & muſtum collegerunt
ſe, rebellauerunt contra me.
15 *Et ego erudiui, roboraui brachia eorum, & contra me*
cogitauerunt malum.
16 *Reuertentur non ad altiſſimum, fuerunt tanquam ar-*
cus doloſus: cadent gladio principes eorum propter furo-
rem linguæ ſuæ. Iſta eſt ſubſannatio eorum in terra Æ-
gypti.

Digitized by Google

Transl ex Septuag.

7 Ipsi vero sunt. sicut homo præteriens testamen-
tum.Ibi contempsit me.
8 Galaad ciuitas,quæ operatur vana, & conturbat
aquam.
9 Et fortitudo tua viri piratæ. Absconderunt sa-
cerdotes viam.interfecerunt Sicima,quia iniqui-
tatem operati sunt.
10 In domo Israel vidi horribilia,ibi fornicationem
Ephræm:contaminatus est Israel.
11 Et Iuda.Incipe vindemiare tibi, cum conuerte-
ro captiuitatem populi mei.

CAP. VII.

1 Cvm sanarem ego Israel,& reuelabitur iniqui-
tas Ephræm,& malitia Samariæ:quia opera-
ti sunt mendacia.Et fur ad eum ingredietur, spo-
lians latro in via eius.
2 Vt concinant quasi canentes corde suo. Omnes
malitias eorum recordatus sum. Nunc circunde-
derunt eos cogitationes suæ, contra faciem meam
factæ sunt.
3 In malitijs suis lætificauerunt reges & in menda-
cijs suis principes.
4 Omnes adulterantes, quasi clibanus accensus
ad coquendum,deustionis à flamma à commistio-
ne fermenti, donec ipsum fermentaretur.
5 Dies regum vestrorum. Cœperunt principes fu-
rere à vino:extendit manum suam cum pestilen-
tibus.
6 Quia succensa sunt, quasi clibanus, corda eo-
rum, cum præcipitarentur tota nocte: Ephræm
somno repletus est: mane factum est: accensus est,
quasi ignis flamma.
7 Omnes calefacti sunt,quasi clibanus, & deuora-
uerunt iudices suos.Omnes reges eorum cecide-
runt:non fuit in eis qui inuocaret me.
8 Ephræm in populis suis commiscebatur: E-
phræm factus est subcinericius, qui non reuersa-
tur.
9 Comederunt alieni fortitudinem eius. Ipse vero
nesciuit, & cani effloruerunt ei & ipse ignorauit.
10 Et humiliabitur contumelia Israel in facie eius:
Et non sunt reuersi ad Dominum Deum suum,&
non quæsierunt eum in omnibus his.
11 Et erat Ephræm, quasi columba insipiens, non
habens cor. Ægyptum inuocabat, & in Assyrios
abierunt.
12 Sicut ibunt:mittam super eos rete meum: vt
volatilia cæli detraham illos:corripiam eos in au-
ditu tribulationis eorum.
13 Væ eis, quoniam resilierũt à me. manifesti sunt,
quoniam impie egerunt in me Ego vero redemi
eos:ipsi vero loquuti sunt contra me mendacia.
14 Et non clamauerunt ad me corda eorum, sed
vlulabant in cubilibus suis.Super tritico,& vino
dissecabantur,eruditi sunt in me.
15 Et ego confortaui brachia eorum:& contra me
cogitauerunt mala.
16 Conuersi sunt in nihilum:facti sunt quasi arcus
intentus. Cadent in gladio principes eorum pro-
pter imperitiam linguæ eorum. Hæc est subsan-
natio eorum in terra Ægypti.

Noua ex Tralat. Fr. Vatabili.

7 *Ipsi autem tanquam hominis, transgressi sunt pactum,
ibi præuaricati sunt in me.*
8 *Gilad* est *ciuitas operantium iniquitatem fœdata san-
guine.*
9 *Et vt expectant virum latrones,* sic *collegium sacerdo-
tum in via interficiebant consensu* vno: *quia abomina-
tionem faciunt.*
10 *In domo Israel, vidi fœditatem: ibi* est *fornicatio E-
phraim contaminauit se Israel.*
11 *Etiam ô Iehudah posuit plantarium tibi, quum conuer-
terem captiuitatem populi mei.*

CAP. VII.

1 Q*Vum sanarem Israel, discooperuit se iniquitas E-
phraim & malitia Someron, quia operantur men-
dacium, fur quoque ingreditur, spoliauit latro
foris.*
2 *Et non cogitant in corde suo* quod *totius malitiæ eorum
recorder: nunc circumdabunt eos opera sua* quæ *coram
facie mea fuerunt.*
3 *Malitia sua exhilarant regem, & mendacijs suis
principes.*
4 *Omnes adulteria committunt tanquam clibanus suc-
census à coquente,* quum *cessat ab excitando* mulieres
à subactione pastæ, donec fermentetur.
5 *Die regis nostri ægrotare fecerunt* cum *prinipes, vtre
vino protrahit manum suam cum illusoribus.*
6 *Certè applicant* quod est *instar* ardentis *clibani cor
suum quum ipsi insidiatur, tota nocte dormit coquens illa
mane ipsum succensum est tanquam ignis flamma.*
7 *Omnes æstuant veluti clibanus* feruens, *& deuorant
iudices suos: omnes reges eorum ceciderunt: nec est inter
eos qui clamet ad me.*
8 *Ephraim ipsis populis commiscuit sese, Ephraim erit* vt
panis subcinericius non reuersatus.
9 *Comederunt alieni robur eius, & ipse nescinit; præterea
canities sparsit sese in eo, & non nouit.*
10 *Et testificabitur superbia Israel, in facie eius: & ta-
men non sunt reuersi ad Iehouam Deum suum, nec quæ-
sierunt eum in vniuerso hoc.*
11 *Eritq; Ephraim veluti columba stolida absque corde,
Misraim inuocabunt,* & in *Assur abibunt.*
12 *Quum* autem *abibunt expandam super eos rete meum
tanquam auem cæli descendere faciam eos, castigabo eos
iuxta id quod audiuit cœtus eorum*
13 *Væ eis, quoniam recesserunt à me:* propterea *vastitas*
erit *eis, quoniam præuaricati sunt in me: & ego redemi
eos, ipsi autem loquuti sunt contra me mendacia.*
14 *Et non clamauerunt ad me in corde suo quando in-
gemuerunt in cubilibus suis: propter triticum, & mustum
congregabunt sese,* & tamen *rebellabunt contra me.*
15 *Ego enim erudiui, roboraui brachia eorum, &* tamen
contra me cogitauerunt malum.
16 *Reuertentur non* ad *altissimum, sunt tanquam arcus
dolosus: cadent gladio principes eorum propter furorem
linguæ suæ: Ista* erit *subsannatio eorum in terra Mis-
raim.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. VIII.

IN gutture tuo sit tuba quasi aquila super domum Domini: pro eo quod transgressi sunt fœdus meum, & legem meam præuaricati sunt.

Me inuocabunt Deus meus cognouimus te Israel.

Proiecit Israel bonum, inimicus persequetur eum.

Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui: argentum suum, & aurum suum fecerunt sibi idola, vt interirent:

Proiectus est vitulus tuus Samaria iratus est furor meus in eos, vsquequò non potuerunt emundari.

Quia ex Israel & ipse est: artifex fecit illum, & non est Deus: quoniam in aranearum telas erit vitulus Samariæ:

Quia ventum seminabunt, & turbinem metent: culmus stans non est in eo, germen non faciet farinam: quod & si fecerit, alieni comedent eam.

Deuoratus est Israel: nunc factus est in nationibus, quasi vas immundum.

Quia ipsi ascenderunt ad Assur, onager solitarius sibi: Ephraim munera dilexerunt amatoribus.

Sed & cum mercede conduxerint nationes, nunc congregabo eos: & quiescent paulisper ab onere regis, & principum.

Quia multiplicauit Ephraim altaria ad peccandum factæ sunt ei aræ in delicta.

Scribam ei multiplices leges meas, quæ velut aliena computatæ sunt.

Hostias offerent, immolabunt carnes, & comedent, & Dominus non suscipiet eas: nunc recordabitur iniquitatis eorum, & visitabit peccata eorum: ipsi in Ægyptum conuertentur.

Et oblitus est Israel factoris sui, & ædificauit delubra: & Iudas multiplicauit vrbes munitas: & mittam ignem in ciuitates eius: & deuorabit ædes illius.

CAP. IX.

NOli lætari Israel, noli exultare sicut populi: quia fornicatus es à Deo tuo, dilexisti mercedem super omnes areas tritici:

Area & torcular non pascet eos, & vinum mentietur eis.

Non habitauerunt in terra Domini: reuersus est Ephraim in Ægyptum & in Assyriis, pollutum comedit.

Non libabunt Domino vinum, & non placebūt ei: sacrificia eorum quasi panis lugentium omnes, qui comedent eum, contaminabuntur: quia panis eorum animæ ipsorum, non intrabunt in domum Domini.

Quid facietis in die solemni, in die festiuitatis Domini?

Ecce enim profecti sunt à vastitate: Ægyptus cōgregabit eos, Memphis sepeliet eos: desiderabile argentum eorum vrtica hæreditabit, lappa in tabernaculis eorum.

Venerunt dies visitationis, venerunt dies retributionis: scitote Israel stultum prophetam, insanū virum spiritualem, propter multitudinem iniquitatis tuæ, & multitudinem amentiæ.

Speculator Ephraim cum Deo meo: propheta laqueus ruinæ factus est super omnes vias eius: insania in domo Dei eius.

Iud. 19 Profundè peccauerunt, sicut in diebus Gabaa: recordabitur iniquitatis eorum, & visitabit peccata eorum.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. VIII.

1 *AD palatum tuum pone tubam, veluti aquila veniet super domum Domini, pro eo quod transgressi sunt pactum meum, & Legem meam præuaricati sunt.*

2 *Ad me Israel clamabunt, Deus meus, cognouimus te.*

3 *Dereliquit Israel bonum, inimicus persequetur eum.*

4 *Ipsi regnare fecerunt & non ex me: principem constituerunt, & non cognoui: argento suo & auro suo fecerunt sibi imagines, ideo erit excisio.*

5 *Dereliquit te vitulus ò Somron iratus est furor meus in eos, vsquequò non potuerunt custodire innocentiam?*

6 *Quia ex Israel & ipse vitulus fuit, artifex fecit illum, & non Deus est, quoniam conteretur vitulus Somron.*

7 *Quia in ventum seminauerunt, & turbinem metent: culmo stanti, non erit germen, non faciet farinam: si forte fecerit, alieni deglutient eam.*

8 *Perditus est Israel, nunc fuerunt in nationibus tanquam vas in quo non est complacentia.*

9 *Quia ipsi ascenderunt ad Assur, vt onager solitarius sibi, Ephraim conducere fecerunt mercede amatores.*

10 *Etiam quod conducant gentes non proderit, nunc enim congregabo eas, & dolebunt paululum propter onus regis, & principum:*

11 *Quoniam multiplicauit Ephraim altaria ad peccandum, fuerunt ei altaria ad peccandum,*

12 *Scripsi ei honorabilia Legis meæ, sicut aliena reputata sunt ab eo.*

13 *Sacrificia donorum meorum sacrificauerunt carnem, & comederunt, Dominus non vult ea: nunc recordabitur iniquitatis eorum, & visitabit peccata eorum, ipsi in Ægyptum reuertentur.*

14 *Et oblitus est Israel factoris sui, & ædificauit delubra, & Iehudah multiplicauit vrbes munitas: & mittam ignem in ciuitates eius, & consumet ædes eius.*

CAP. IX.

1 *NE læteris Israel ad exultationem sicut populi: quia fornicatus es à Deo tuo, dilexisti mercedem super omnes areas tritici.*

2 *Area, et torcular non pascet eos mustum metietur in ea.*

3 *Non habitabunt in terra Domini, & reuertetur Ephraim in Ægyptum, & in Assur, polluta comedent.*

4 *Non libabunt Domino vinum, nec dulcescet ei: sacrificia eorum sicut panis lugentium reputabuntur eis, omnes qui comedent eum, contaminabunt se, quia panis eorum pro anima eorum, non intrabit in domum Domini.*

5 *Quid facietis in die solemnitatis, & in die festiuitatis Domini?*

6 *Quia ecce abierunt propter vastitatem, Ægyptus congregabit eos, Moph sepeliet eos, domos desiderabiles* quæ erant thesauri *argenti eorum, vrtica hæreditate accipiet eas, lappa in tabernaculis eorum.*

7 *Venerunt dies visitationis, venerunt dies retributionis, sciens Israel stultum prophetam, furiosum, virum ventosum propter multitudinem iniquitatis tuæ, & multum odium.*

8 *Speculatorem Ephraim, posuit sibi cum Deo meo, prophetam, qui fuit laqueus aucupis super omnes vias eius, odium in domo Dei eius.*

9 *Profundam fecerunt auersionem: corruperunt se secundum dies Ghibbah: nunc recordabitur iniquitatis eorum, visitabit peccatum eorum.*

Transl. ex Septuag.

CAP. VIII.

IN sinu eorum , quasi terra, sicut aquila super domum Domini:pro eo,quod transgressi sunt testamentum meum , & contra legem meam impiè egerunt.

Me clamabunt Deus cognouimus te:

Quia Israel auersatus est bona:inimicum persequuti sunt

Sibimetipsis regnauerunt,& non per me principes extiterunt, & non indicauerunt mihi : argentum suum,& aurum suum fecerunt sibi idola , vt dispereant.

Proijce vitulum tuũ Samaria:concitatus est furor meus super eos. Vsquequo non potuerunt emundari.

In Israel ? Et hoc artifex fecit. & non est Deus quia seducens erat vitulus tuus Samaria:

Quia corrupta vẽto seminauerũt:& subuersio eorũ suscipiet ea. Manipulus nõ habẽs vires,vt faciat farinã:quod:etsi fecerit:alieni comedent eam.

Deuoratus est Israel: nunc factus est in nationibus,quasi vas inutile.

Quia ipsi ascenderunt assyrios:germinauit apud seipsum Ephraim munera dilexerunt:

Idcirco tradentur in gentibus. Nunc suscipiam eos:& quiescent parum,vt vngant regem, & principes.

Quia multiplicauit Ephraim altaria : in peccata facta sunt ei altaria dilecta.

Scribam ei multitudinem : & legitima eius in aliena reputata sunt,altaria dilecta.

Quia,si imolauerint hostiam,& comederint carnes:Domin⁹ nõ suscipiet ea. Nũc recordabitur iniquitates eorũ,& vlciscetur peccata eorũ. Ipsi in Ægyptũ cõuersi sunt:& in Assyrijs immũda comedẽt.

Et oblitus est Israel eum,qui fecit illum.& ædificauerunt delubra. Et Iudas multiplicauit vrbes muratas, Et emittam ignem in ciuitates eius:& deuorabit fundamenta earum.

CAP. IX.

NOli gaudere Israel,& noli lætari,sicut populi quia fornicatus es à Deo tuo. Dilexisti munera super omnem aream tritici:

Area, & torcular non cognouit eos : & vinum mentitum est illis.

Non habitauerunt in terra Domini habitauit Ephraim Ægyptum:& in Assyrijs immunda comedent.

Non libauerunt Domino vinum , & non placuerunt ei. Sacrificia eorum , quasi panis luctus eis: omnes,qui manducauerunt ea: contaminabuntur quia panes eorum animabus eorum,non intrabunt in domum Domini.

Quid facietis in die cõuentus, & in die solemnitatis Domini?

Ideo ecce vadunt de miseria Ægypti:& suscipiet eos Memphis,& sepeliet eos Machmas,: argentum eorum,interitus possidebit: spinæ in tabernaculis eorum.

Venerunt dies vltionis,venerũt dies tributionis tuæ:& affligetur Israel,sicut propheta insaniẽs, homo qui à spiritu agitur. Propter multitudinẽ iniquitatum tuarum, multiplicata est amentia tua.

Speculator Ephræm cum Deo:propheta laqueus tortuosus super omnes vias eius: insaniam in domo Dei confixerunt.

Corrupti sunt secundum dies collis: recordabitur iniquitates eorum,vlciscetur peccata eorum.

Noua ex Heb. Tralat Fr. Vatabli.

CAP. VIII.

1 PAlato tuo adhibe tubam, tanquam Aquila veniet hostis contra domum Iehouæ:eo quod trangressi sunt pactum meum,& in Legem meam præuaricati sunt.

2 Ad me Israel clamabunt, Deus mi, nouimus te.

3 Repulit à se Israel bonum,inimicus persequetur eum.

4 Ipsi regnare fecerunt ,& non ex me:principes constituerunt,& non noui : argento suo & auro suo fecerunt sibi imagines,vt succideretur.

5 Elongare fecit te de terra tua vitulus tuus ô Samaria,excanduit furor meus in eos.quousque non poterunt innocentiam tibi comparare?

6 Quia ex Israel & iste vitulus fuit, artifex fecit illum,proinde non est Deus : quoniam in frusta discerpetur vitulus Someron.

7 Quia ventum seminauerunt, & turbinem metent:seges nulla erit illi,germen non faciet farinam: si forte fecerit alieni deglutient eam.

8 Deuorabitur Israel,nunc erunt in nationibus tanquam vas in quo est complacentia.

9 Quia ipsi ascenderunt ad Assur, vt onager solitarius sibi: Ephraim conduxerunt mercede amatores.

10 Etiam quod conduxerint mercede Gentes, non proderit,nunc enim congregabo eas:& dolebunt paululum propter onus Regis,& Principum:

11 Quoniam multiplicauit Ephraim altaria ad peccandum fuerunt ei altaria ad peccandum,

12 Scripsi ei honorabilia Legis meæ, sed tanquam aliena reputata sunt.

13 Sacrificia donorum meorum sacrificauerunt carnem,& comederunt, at Iehouah non vult ea:nunc igitur recordabitur iniquitatis eorum,& visitabit peccatum eorum, ipsi autem in Misraim reuertentur.

14 Oblitus est autem Israel factoris sui, & ædificauit delubra, & Iehudah multiplicauit vrbes munitas: mittam igitur ignem in ciuitates eius,& consumet ædes eius.

CAP. IX.

1 NE læteris Israel ad exultationem sicut alij populi: quia fornicatus es à Deo tuo: dilexisti mercedem meretriciam super omnes areas tritici.

2 Propterea area & torcular non alet eos:, & mustum mentietur eis.

3 Non habitabunt in terra Iehouæ , sed reuertetur Ephraim in Misraim,& Assur, vbi polluta comedent.

4 Non libabunt Iehouæ vinum neque grata erunt ei sacrificia eorum,tanquam panis lugentium reputabuntur eis,quem quicumque comedunt, contaminant sese : quia panis eorum pro anima eorum,non intrabit in domum Iehouæ.

5 Quid facietis in die solennitatis , & in die festiuitatis Iehouæ?

6 Quia ecce abituri sunt propter vastitatem, Misraim congregabit eos, Moph sepeliet eos : domos desiderabiles argenti sui vrtica hæreditario iure accipiet, lappa in tabernaculis eorum.

7 Venerunt dies visitationis, venerunt dies retributionis, tunc cognoscet Israel stultum fuisse prophetam , furiosum, virum ventosum propter multitudinem iniquitatis tuæ,& multum odium.

8 Speculatorem Ephraim posuit sibi cum Deo meo prophetam qui est illi tanquam laqueus aucupis in omnibus vijs eius,odium in domo Dei eius.

9 Callidum inierunt consilium:corruperunt se secundum dies Gibah:breui recordabitur iniquitatis eorum,visitabit peccata eorum.

Transl. ex Septuag.

Sicut vuam in deserto inueni Israel: & sicut sco-
pum in ficu temporaneum vidi patres eorum. Ipsi
ingressi sunt ad Beelphegor, & abalienati sunt in
confusionem,& facti sunt abominabiles, sicut dile-
cti.

Ephraim quasi auis auolauit; gloriæ eorum ex
partu & parturitionibus,& conceptibus:
Quia,etiam si enutrierint filios suos: sine filijs e-
runt ex hominibus: quia & væ eis est, caro mea ex
eis.
Ephraim, sicut vidi, in captionem præbuerunt
filios suos & Ephraim, vt educeret ad interfectio-
nem filios suos.
Da eis Domine. Quid dabis eis? vuluam sine filijs
& vbera arentia.
Omnes nequitiæ eorum in Galgal, quia ibi exo-
sos habui eos propter malitias adinuentionum
eorum de domo mea eijciam eos: non addam, vt
diligam eos. Omnes principes eorum inobedientes.

Doluit Ephraim radices suas arefactus est: fru-
ctum nequaquam vltra afferet: quia etsi genuerint
interficiam desiderabilia vteri eorum.

Repellet eos Deus, quia non exaudierunt eum:
& erunt vagi in nationibus.

CAP. X.

Vitis bonas habens propagines Israel: fructus
abundans eius secundum multitudinem fru-
ctuum suorum multiplicauit altaria: secun-
dum bona terræ eius ædificauit titulos.
Diuiserunt corda sua nunc peribunt. Ipse suffo-
diet altaria eorum: affligentur tituli eorum.

Propterea nunc dicent: non est rex nobis: quia
non timuimus Dominum. Rex autem quid faciet
nobis.
Loquens verba occasiones mendaces? Disponet
testamentum: orietur sicut gramen, iudicium super
desertum agri.
Apud vitulum domus On morabuntur, qui ha-
bitant in Samaria: quia luxit populus super eum.
Et sicut irritauerunt illum; gaudebunt super glo-
ria eius, quia translata est ab eo:
Et ipsum in Assyrios ligantes, tulerunt munera
regi Iarim, in domo Ephraim suscipiet,& confun-
detur Israel in consilio suo.
Proiecit Samaria regem suum, sicut cremium
super faciem aquæ.
Et auferentur aræ On peccata Israel. Spinæ & tri-
buli ascendent super altaria eorum. Et dicent mō-
tibus, operite nos: & collibus: cadite super nos.

Ex quo colles sunt: peccauit Israel. Ibi steterunt.
Non comprehendet eos in colle bellum super filios
iniquitatis,
Vt corriperem eos. Et congregabuntur super il-
los populi: quando correpti fuerint in duabus ini-
quitatibus suis.
Ephraim vitula docta diligere contentionem. E-
go autem veniam super pulchritudinem colli eius.
Supponam Ephraim, reticebo Iudā roborabitur sibi
Iacob.
Seminate vobis in iustitia, vindemiate in fru-
ctum vitæ, illuminate vobis lumen scientiæ, quæ-
rite Dominum, donec veniant fruges iustitiæ, vobis,

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

10 *Tanquam vuas in deserto inueni Israel, & tanquam*
primitiuum in ficu initio eius vidi Patres vestros: ipsi ta-
men ingressi sunt ad *Baal-peor, & separauerunt sese à*
me *pudori, & fuerunt abominationes secundum amorem*
eorum.

11 *Ephraim tanquam auis auolabit, gloria eorum, à par-*
tu, aut ab vtero, aut à conceptu.
12 *Quod si educauerint filios suos, orbabo eos vt non* sint
homines: quia etiam væ eis quum recessero ab eis.

13 *Ephraim* vidi *vt vidi Sor plantatam in habitaculo: &*
tamen Ephraim educturus est ad interfectorem filios suos.

14 *Da eis Iehoua; quid dabis? da eis vuluam orbantem: &*
vbera arentia.
15 *Omnis malitia eorum* fuit *in Gilgal: quia ibi odio ha-*
bui eos propter malitiam operum eorum è domo mea ey-
ciam: eos non addam vt diligam eos, omnes principes eo-
rum desertores.

16 *Percussus est Ephraim radix eorum aruit, fructum non*
facient: & etiam si genuerint, interficiam desiderabilia
vteri eorum.

17 *Abijciet eos Deus meus, quia non paruerunt ei, eruntq́;*
vagi inter Gentes.

CAP. X.

1 *Vitis vacua Israel. fructum ponet sibi? secundum*
multitudinem fructus sui multiplicauit altaria:
secundum bonitatem terræ suæ pulchras posuerunt
statuas.
2 *Diuisit se cor eorum,* propterea *nunc desolabuntur,*
ipse confringet aras eorum, & vastabit statuas eorum.

3 *Nunc enim dicturi sunt, Non* est *Rex nobis: non enim*
timemus Iehouam: proinde Rex quid faceret nobis?

4 *Loquuti sunt verba* inter se *deierando mendaciter, fe-*
riendo pactum propterea germinabit sicut venenum iudi-
cium in sulcis agri.
5 *Ad vitulas Bethauen pauebunt habitatores Someron,*
quia lugebit super eum populus eius, & sacerdotes eius
qui *super eo exultant, ob gloriam eius, quod migratura*
sit ab eo.
6 *Etiam ipse in Assur ducetur* in *munus Regi Iareb: pu-*
dorem Ephraim capiet, & pudore afficietur Israel à con-
silio suo.
7 *Succisus est* in *Someron Rex eius, sicut spuma in su-*
perficie aquæ.
8 *Disperdentur quoque excelsa Auen, peccatum Israel:*
spina & tribulus ascendet super aras eorum: dicentque
montibus, Operite nos: & collibus, Cadite super nos.

9 *A diebus Gibeah peccasti Israel: ibi steterunt, non ap-*
prehendet eos in Gibah prælium susceptum *contra filios*
iniquitatis.
10 *In desiderio meo* est, *& corripiam eos: congregabuntur*
enim super eos populi, dum ligauerint sese in duobus sulcis
suis.
11 *Ephraim autem vitula assueta* & *diligens triturare:*
& ego transiui super pulchrum collum eius: imponam er-
go *ipsi Ephraim* iugum, *arabit Iehudah, confringet*
glebas sibi Iaacob.
12 Dixitque, *Seminate vobis in iustitia, metite iuxta mi-*
sericordiam, arate vobis arationem: nam tempus requi-
rendi Iehouam donec veniat, & doceat vos iustitiam.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Arastis impietatem, iniquitatem messuistis, comedistis frugem mendacij: quia confisus es in vijs tuis, in multitudine fortium tuorum.

Iug. 8. 11 Consurget tumultus in populo tuo: & omnes munitiones tuæ vastabuntur, sicut vastatus est Salmana à domo eius qui iudicauit Baal in die prælij, matre super filios allisa.

Sic fecit vobis Bethel, à facie malitiæ nequitiarum vestrarum.

CAP. XI.

Mat. 2. 15 Sicut mane transijt, pertransijt rex Israel. Quia puer Israel, & dilexi eum: ex Aegypto vocaui filium meum.

Vocauerunt eos, sic abierunt à facie eorum: Baalim immolabant, & simulachris sacrificabant.

Et ego quasi nutricius Ephraim, portabam eos in brachijs meis: & nescierunt quod curarem eos.

In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis: & ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum: & declinaui ad eum vt vesceretur.

Non reuertetur in Terram Ægypti, & Assur ipse rex eius: quoniam noluerunt conuerti.

Cœpit gladius in ciuitatibus eius, & consumet electos eius, & comedet capita eorum.

Et populus meus pendebit ad reditum meum: iugum autem imponetur eis simul, quod non auferetur.

Quomodo dabo te Ephraim, protegam te Israel? Quomodo dabo te sicut Adama, ponam te, vt Seboim? Conuersum est in me cor meum, pariter cõturbata est pœnitudo mea.

Non faciam furorem iræ meæ: non conuertar vt disperdam Ephraim: quoniam Deus ego, & non homo, in medio tui sanctus, & non ingrediar ciuitatem.

Post Dominum ambulabunt, quasi leo rugiet: quia ipse rugiet, & formidabunt filij maris.

Et auolabunt quasi auis ex Ægypto, & quasi columba de Terra Assyriorum: & collocabo eos in domibus suis, dicit Dominus.

Circumdedit me in negatione Ephraim, & in dolo domus Israel: Iudas autem testis descendit cum Deo, & cum sanctis fidelis.

CAP. XII.

Ephraim pascit ventum, & sequitur æstum: tota die mendacium, & vastitatem multiplicat, & fœdus cum Assyrijs inijt, & oleum in Ægyptum ferebat.

Iudicium ergo Domini cum Iuda, & visitatio super Iacob: iuxta vias eius, & iuxta adinuentiones eius reddet ei.

Gen. 25. In vtero supplantauit fratrem suum: & in fortitudine sua directus est cum Angelo.

Gen. 32. 26. Et inualuit ad Angelum, & confortatus est: fleuit & rogauit eum: in Bethel inuenit eum, & ibi locutus est nobiscum.

Et Dominus Deus exercituum, Dominus memoriale eius.

Et tu ad Deum tuum conuerteris, misericordiam & iudicium custodi, & spera in Deo tuo semper.

Chanaan, in manu eius statera dolosa, calumniam dilexit.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

13 *Arastis impietatem, iniquitatem messuistis, comedistis*
frugem mendacij, quia fisus es via tua, multitudini for-
tium tuorum.
14 *Et consurget tumultus in populis tuis, & omnes munitio-*
nes tuæ vastabuntur secundum quod vastauit Salmam
domum Arbeel in die belli, mater super filios allisa est.
15 *Sicut fecit vobis Bethel propter malitiam malitiæ ve-*
stræ.

CAP. XI.

1 **IN aurora succidendo succisus est rex Israel:* Quia*
puer Israel, & eum dilexi, & ex Ægypto vocaui fi-
lium meum.
2 *Vocauerunt eos, sic abierunt à facie eorum: Behalim sa*
crificauerunt, & sculptilibus suffiuerunt.
3 *Et ego ambulare feci* super pedes *Ephraim, portauit*
eos brachijs suis, & non cognouerunt, quod curauerim
eos.
4 *In funibus hominum traham eos, funibus charitatis, &*
ero eis tanquam exaltantes iugum in maxillis eorum, &
declinabo ad eum cibum.
5 *Non reuertetur ad terram Ægypti, & Assur, ipse erit*
rex eius, quoniam noluerunt conuerti ad me.
6 *Et cadet, & manebit gladius in vrbibus eius, & con-*
sumet villas eius propter consilia eius.
7 *Et populus meus suspensus est propter rebellionem, &*
ad Deum excelsum vocabant eum propheta, simul non ex-
tulit caput.
8 *Quomodo ponam te Ephraim, tradam te Israel, quo-*
modo? Ponam te sicut Adamah ponam te vt Seboim? Con-
uersum est in me cor meum, pariter incaluerunt pœnitu-
dines meæ.
9 *Non faciam* secundum *iram furoris mei, non conuer-*
tar ad disperdendum Ephraim, quomodo Deus sum, &
non vir: in medio tui sanctus; & non ingrediar ciuitatem.
10 *Post Dominum ambulabunt veluti leo rugiet, quia ip-*
se rugiet, & pauebunt filij ab Occidente.
11 *Pauebunt vt aues quæ sunt in Aegypto, & veluti co-*
lumba quæ sunt in terra Assur, & collocabo eos in domi-
bus suis, dixit Dominus.
12 **Circumdederunt me in mendacio Ephraim, & in dolo*
domus Israel, Iehudah autem adhuc dominatur cum Deo,
& cum sanctis fidelis est.

Hæc quæ asteris claudũtur in hac trãslat. coniũgũtur superiori capitulo

*Hic incipit cap. 12. in trans. lat. hac Sanct. Pagn.

CAP. XII.

1 *EPhraim pascit ventum & sequitur Eurum, omni die*
mendacium, & vastitatem multiplicauit, & fœdus
cum Assur percusserunt, & oleum in Aegyptum ducetur.
2 *Iudicium autem Domino cum Iehudah, & ad visitan-*
dum Iahacob, iuxta vias eius, iuxta opera eius reddet ei.
3 *In vtero supplantauit fratrem suum, & fortitudine sua*
præualuit Angelo.
4 *Et præualuit Angelo, & præualuit, fleuit, & rogauit*
eum: in Bethel inuenit eum, & ibi locutus est nobiscum.
5 *Et Dominus Deus exercituum, Dominus memoriale eius.*
6 *Et tu ad Deum tuum conuertere, misericordiam, & iu-*
dicium custodi, & fide Deo tuo semper.
7 *Mercatoris in manu statera dolosa, opprimere dilexit.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Quid reticuistis impietatẽ,& iniquitates eius vindemiastis? Comedistis fructũ mendacẽ, quia sperasti in peccatis tuis in multitudine fortitudinis tuæ.

Et consurget perditio in populo tuo : & omnia murata tua abibunt: sicut princeps Salmanã de domo Hieroboam, in diebus belli, matrẽ super filios alliserunt.

Sic faciam vobis domus Israel à facie iniustitiæ malitiarum vestrarum.

CAP. XI.

MAne proiecti sunt: proiectus est rex Israel. quia paruulus Israel,& ego dilexi eum : & ex Aegypto vocaui filios eius.

Sicut vocaui eos, ita abierunt à facie mea ipsi: Baalim immolabant,& sculptilibus adolebant.

Et ego ligaui pedes Ephraim, suscepi eum super brachium meum & non cognouerunt quia sanaui illos.

In corruptione hominum extendi eos in vinculis charitatis. Et ero illis, quasi dans alapas homo super maxillas eius: & respiciam ad eum, præualebo ei.

Habitauit Ephraim in Ægypto,& Assur ipse rex eius: quia noluit conuerti.

Et infirmatus est in gladio in ciuitatibus,& cessauit in manibus suis. Et comedẽt de cogitationibus suis.

Et populus eius suspensus ex incolatu suo. Et Deus super preciosa eius irascetur, non exaltabit eum.

Quomodo te disponam Ephraim, protegam te Israel? Quid te disponam? Sicut Adama, ponam te & sicut Seboim. Conuersum est cor meum in ipso: conturbata est pœnitudo mea.

Non faciam iuxta iram furoris mei, non derelinquam, vt deleatur Ephraim : quoniam Deus ego sum,& non homo; in te sanctus, & non ingrediar in ciuitate.

Post Dominum ambulabo. Sicut leo rugiet : quia ipse rugiet,& formidabunt filij aquarum.

Pauebunt, quasi auis ex Ægypto,& quasi columba de terra Assyriorum. Et restituam eos in domos suas, dicit Dominus.

Circundedit me in mendacio Ephraim, & in impietatibus domus Israel: & Iuda Nũc cognouit eos Deus,& populus sanctus vocabitur Dei.

CAP. XII.

EPhraim autem pessimus spiritus, persequutus est æstum tota die: inania,& vana multiplicauit,& testamentum cum Assyrijs pepigit,& oleum in Ægyptum mercabatur.

Et iudicium Domino cum Iuda, vt vlciscatur Iacob: iuxta vias eius, & iuxta adinuentiones eius reddet ei.

In vtero supplantauit fratrem suum:& in laboribus suis præualuit erga Deum.

Et confortatus est cum angelo,& potuit. Fleuerunt, deprecati sunt me: in domo On inuenerunt me,& ibi dictum est ad eos.

Dominus autem Deus omnipotens erit memoriale eius.

Et tu in Deo tuo conuerteris, misericordiam, & iudicium custodi,& appropinqua Deo tuo semper

Chanaan, in manu eius statera iniquitatis, opprimere per potentiam dilexit.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

13 Sed arastis impietatem, ideo iniquitatem metetis: comedetis fructum mendacem, quia fisus es viæ tuæ,& multitudini fortium tuorum.

14 Propterea consurget tumultus in populis tuis,& omnes munitiones tuæ vastabuntur, sicut vastauit Salman Beth-Arbel in die belli, mater cum filiis allidetur,

15 Sic faciet vobis Beth-hel propter malitiam malitiæ vestræ: in aurora succidendo succidetur rex Israel.

CAP. XI.

1 QVum puer Israel esset, dilexi eum, & ex Misraim vocaui filium meum.

2 Clamauerunt ad eos, sic abierunt à facie eorum: Bealim sacrificauerunt, & sculptilibus suffiuerunt.

3 Ego autem ambulare feci pedibus ipsum Ephraim, & portauit eos in brachijs suis,& non agnouerunt, quod sanauerim eos.

4 Funibus hominum traxi eos, funibus charitatis, & fui eis tanquam exaltantes iugum in maxillis eorum, & declinare feci ad eum cibum.

5 Non reuertetur quidem ad terram Misraim sed Assur ipse erit Rex eius, quoniam noluerunt conuerti ad me.

6 Et irruet gladius in vrbes eius, consumetque villas eius propter consilia eorum.

7 Populus autem meus suspensus erit animo propter rebellionem suam in me:& quamuis ad excelsum inuitauerint eum Prophetæ, nemo tamen exaltauit Deum.

8 Quomodo dedam te Ephraim, hostibus tradam te Israel, quomodo ponam te sicut Adamah, ponam te sicut Seboim inuersum est in me cor meum, pariter incaluerunt pœnitudines meæ.

9 Non faciam secundum iram furoris mei, non reuertar ad disperdendum Ephraim, quoniam Deus sum, & non vir: in medio tui, Sanctus, neque ingrediar ciuitatem.

10 Post Iehouam ambulabunt qui veluti leo rugiet; ipse enim rugiet & pauebunt filij ab Occidente.

11 Pauebunt vt aues ex Misraim, & veluti columba ex terra Assur, collocaboque eos in domibus suis, dixit Iehouah.

12 Circundederunt me in mendacio Ephraim, & dolo domus Israel. Iehudah autem adhuc dominatur cum Deo,& cum sanctis fidelis est.

CAP. XII.

1 EPhraim pascit ventum & persequitur Eurum, mendacium,& vastitatem multiplicat, & fœdus cum Assur percusserunt,& oleum in Misraim deportatur.

2 Disceptatio autem Iehouæ cum Iehudah, & vt visitet Iaacob, iuxta vias eius, iuxta opera eius reddet ei.

3 In vtero supplantauit fratrem suum,& fortitudine sua præualuit Angelo.

4 Præualuit inquam Angelo, & superior fuit, fleuit,& rogauit eum: in Bethel inuenit eum,& ibi loquutus est nobiscum.

5 Iehouah autem est Deus exercituum, Iehouah memoriale eius.

6 Tu ergo ad Deum tuum reuertere, misericordiam, & iudicium custodi,& fide Deo tuo semper.

7 Instar mercatoris in cuius manu statera dolosa, opprimere dilexit.

Vulgat. Editio.

Et dixit Ephraim: Verumtamen diues effectus
sum, inueni idolum mihi: omnes labores mei non
inuenient mihi iniquitatem, quam peccaui.

Et ego Dominus Deus tuus ex Terra Ægypti,
adhuc sedere te faciam in tabernaculis, sicut in
diebus festiuitatis.

Et locutus sum super prophetas, & ego visionem
multiplicaui, & in manu prophetarum assimilatus
sum.

Si Galaad idolum, ergo frustra erant in Galgal
bobus immolantes: nam & altaria eorum quasi
aceerui super sulcos agri.

Ge 31. 5. Fugit Iacob in regionem Syriæ, & seruiuit Israel
Exo. 14. 21 22. in vxorem, & in vxorem seruauit.

Isa 43. 10. In propheta autem eduxit Dominus Israel de Æ-
gypto: & in propheta seruatus est.

Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in ama-
ritudinibus suis, & sanguis eius super eum veniet,
& opprobrium eius restituet ei Dominus suus.

CAP. XIII.

LOquente Ephraim, horror inuasit Israel, &
deliquit in Baal, & mortuus est.

Et nunc addiderunt ad peccandum: feceruntque
sibi conflatile de argento suo quasi similitudinem
idolorum, factura artificum totum est: his ipsi di-
cunt: Immolate homines vitulos adorantes.

Idcirco erunt quasi nubes matutina, & sicut ros
matutinus præteriens, sicut puluis turbine raptus
ex area, & sicut fumus de fumario.

2. Reg. 8. 8. Ego autem Dominus Deus tuus ex terra Ægyp-
ti: & Deum absque me nescies, & saluator non est
præter me.

Ego cognoui te in deserto, in terra solitudinis.

Iuxta pascua sua adimpleti sunt, & saturati sunt:
& leuauerunt cor suum, & obliti sunt mei.

Et ego ero eis quasi leæna, sicut pardus in via As-
syriorum.

Occurram eis quasi vrsa raptis catulis, & dirum-
pam interiora iecoris eorum: & consumam eos ibi
quasi leo, bestia agri scindet eos.

Perditio tua Israel: tantummodo in me auxilium
tuum.

Vbi est rex tuus? maxime nunc saluet te in om-
nibus vrbibus tuis: & iudices tui, de quibus dixisti:
Da mihi regem, & principes.

Dabo tibi regem in furore meo, & auferam in
indignatione mea.

Colligata est iniquitas Ephraim: absconditum
peccatum eius.

Dolores parturientis venient ei: ipse filius non
sapiens: nunc enim non stabit in contritione filio-
rum.

De manu mortis liberabo eos, de morte redimam
1. Cor. 15. 54. eos: ero mors tua ô mors, morsus tuus ero inferne:
Heb. 2. 12. consolatio abscondita est ab oculis meis.

Eccl. 19 11. Quia ipse inter fratres diuidet: adducet vrentem
ventum Dominus de deserto ascendentem: & sic-
cabit venas eius, & desolabit fontem eius, & ipse
diripiet thesaurum omnis vasis desiderabilis

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

8 *Et dixit Ephraim, verumtamen ditatus sum, inueni*
diuitias mihi: in omnibus laboribus meis non inuenient
in me iniquitatem & peccatum.

9 *Et ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te è terra Ægy-*
pti adhuc habitare te faciam in tabernaculis secundum
dies festiuitatis.

10 *Et locutus sum cum Prophetis, & ego visionem multi-*
plicaui, & per manum Prophetarum proposui similitudi-
nes.

11 *Nonne Gilad* incepit *iniquitatem, verumtamen frustra*
fuerunt: in Ghilghal boues immolauerunt: etiam altaria
eorum fuerunt sicut aceerui super sulcos agrorum.

12 *Et fugit Iahacob in regionem Aram, & seruiuit Israel*
propter vxorem, & propter vxorem custodiuit ec de.

13 *Et per Prophetam ascendere fecit Dominus Israel ex*
Ægypto, & per Prophetam custodiuit se.

14 *Irasci fecit Deum amaritudinibus, & sanguis eius su-*
per eum diffundet se, & opprobrium eius reddet ei Do-
minus suus.

CAP. XIII.

1 *QVando locutus est Ephraim, tremor* fuit audienti,
eleuauit ipse caput suum *in Israel, & deliquit*
in Baal & casus est, ac si fuisset *mortuus.*

2 *Et nunc addiderunt vt peccarent, feceruntque sibi con-*
flatile ex argento suo secundum intelligentiam suam, ido-
la fecerunt opus artificum totum propter eos ipsi sacerdo-
tes dicunt, sacrificantibus hominibus, vitulos osculetur.

3 *Idcirco erunt veluti nubes matutina, & sicut ros matu-*
tinus cito recedens sicut gluma quæ *turbine propellitur ab*
area, & sicut fumus qui egreditur de fenestra.

4 *Ego autem sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te è*
terra Ægypti, & Deum præter me nescies, & seruator non
est absque me.

5 *Ego noui te in deserto, in terra sitibunda.*

6 *Iuxta pascua sua saturati sunt, saturati sunt, &*
eleuatum est cor eorum, idcirco obliti sunt mei.

7 *Et fui eis tanquam leo, sicut pardus qui iuxta viam*
grassatur.

8 *Occurram eis tanquam vrsus orbatus, & dirumpam*
clausuram cordis eorum, & consumam eos ibi veluti leo,
bestia agri discindet eos.

9 Vituli quos fecisti fuerunt causa *perditionis tuæ*
Israel: sed in me fuit auxilium tuum.

10 *Ero* in perpetuum, sed *Rex tuus nunc seruet te in*
omnibus vrbibus tuis, & iudices tui de quibus dixisti, Da
mihi Regem, & principes.

11 *Dedi tibi Regem in furore meo, & abstuli, ira mea.*

12 *Ligata est in me iniquitas Ephraim, abscondita est pœ-*
na peccati eius.

13 *Dolores parturientis venient ei, ipse filius fuit non sa-*
piens, quia si fuisset sapiens non ad tempus stetisset in vul-
ua filiorum.

14 *E potestate inferni, redimam eos, à morte redimam eos:*
ero mors tua ô mors, ero morsus tuus inferne: consolatio
abscondet se ab oculis meis.

15 *Quia ipse inter fratres crescet: veniet Auster ventus*
vehementissimus *è deserto ascendens, & siccabit ve-*
nam eius, & siccabit fontem eius ipse diripiet thesaurum
omnium vasorum concupiscibilium.

Transl ex Septuag.

8 Et dixit Ephræm, verumtamen diues effectus
sum, inueni requiem mihi. Omnes labores eius nõ
inuenientur ei propter iniquitates, in quibus pec-
cauit.
9 Ego autem Dominus Deus tuus eduxi te de ter-
ra Ægypti: adhuc habitare te faciam in taberna-
culis, sicut dies solemnitatis.
10 Et loquar ad prophetas, & ego visiones multipli-
caui, & in manibusprophetarum assimilatus sum.
11 Si non Galaad est: ergo falsi erant inGalaad prin-
cipes immolantes: & altaria eorum, quasi testudi-
nes super desertum agri.
12 Et recessit Iacob in campum Syriæ, & seruiuit
Israel in vxore, & vxori custodiuit.
13 Et in propheta eduxit Dominus Israel de terra
Ægypti: & in propheta seruatus est.
14 Indignari fecit Ephræm, & ad iracundam pro-
uocauit: & sanguis eius super ipsum effundetur:
& opprobrium illius restituet ei Dominus.

CAP. XII1.

1 IVxta verbum Ephræm iustificationes accepit
ipse in Israel: & posuit eas Baal, & mortuus est.
2 Et nunc apposuerunt, vt peccarent. & fecerunt
sibi conflatile ex argento suo secundum imaginem
idolorum, opera artificum completa. His ipsi di-
cunt, immolate homines: vituli enim defecerunt.
3 Idcirco erunt, quasi nubes matutina, & sicut ros
matutinus pertransiens, sicut puluis exsufflatus ab
area, & sicut vapor de lachrymis.
4 Ego autem Dominus Deus tuus firmans cęlum,
& creans terram, cuius manus creauerunt omnem
militiam cæli: & non ostendi ea tibi, vt ambulares
post ea. Et ego eduxi te de terra Ægypto: & Deum
præter me non cognosces, & saluator non est abs-
que me.
5 Ego pascebam te in solitudine, in terra inhabi-
tabili,
6 Secundum pascua sua. Et repleti sunt mei.
7 Et ero eis, quasi panther, & sicut pardus in via
Assyriorum.
8 Occurram eis, sicut vrsa indigẽs cibo, & disrum-
pam conclusionem cordis eorum: & deuorabunt
eos ibi catuli syluę, bestiæ agri discerpent eos.
9 Corruptioni tuæ Israel quis auxiliabitur?
10 Vbi est rex tuus iste? & saluum te faciat in cun-
ctis vrbibus tuis Iudicet te, de quo dixisti, da mi-
hi regem, & principem.
11 Et dedi tibi regem in ira mea: & habui in furore
meo.
12 Conglobationem iniquitatis Ephræm: abscondi-
tum peccatum eius:
13 Dolores quasi parturientis venient ei. Iste est fi-
lius tuus sapiens: quia nunc non subsistet in con-
tritione filiorum.
14 De manu inferni liberabo, & de morte redimam
illos. Vbi est causa tua mors? Vbi est aculeus tuus
inferne? Consolatio abscondita ab oculis meis:
15 Quia hic inter fratres diuidet. Adducet vrentem
ventum Dominus de deserto, & siccabit venas
eius, desolabit fontes illius, Ipse arefaciet terram
eius, & omnia vasa desiderabilia eius.

Noua ex Tralat. Fr. Vatabili.

8 Atque Ephraim, Profecto ditatus sum, inueni diuitias
mihi: in omnibus laboribus meis non inuenient in me ini-
quitatem & peccatum.
9 Ego autem Iehouah Deus tuus è terra Misraim, adhuc
habitare faciam te in tabernaculis secundum dies festi-
uitatis.
10 Et loquutus sum ad Prophetas, & ego visionem multi-
plicaui, & per manum Prophetarum proposui similitudi-
nes.
11 Nonne Gilad incepit iniquitatem? profecto vanitas
fuerunt: in Gilgal boues immolauerunt: etiam altaria
eorum fuerunt sicut aceruus lapidum in sulcis agrorum.
12 Fugit autem Iaacob in regionem Aram, & seruiuit Is-
rael propter vxorem vnam, & propter vxorem alteram
custodiuit greges.
13 Et per Prophetam ascendere fecit Iehouah Israelem ex
Misraim per Prophetam quoque custoditus est.
14 Sed irasci fecit Deum amaritudinibus, ideo sanguis
eius super eum diffundetur, & opprobrium eius reddet ei
Dominus suus.

CAP. XIII.

1 QVum loqueretur Ephraim, tremor erat, extuli ca-
put suum in Israel: sed deliquit in Baal, & mor-
tuus est.
2 Nunc vero adjiderunt vt peccarent feceruntq; sibi con-
flatile ex argento suo iuxta intelligentiam suam, & idola,
opus artificum totus ipse vitulus: de eis ip∫i sacerdotes
dicunt, Immolatores hominum vitulos osculentur.
3 Idcirco erunt veluti nubes matutina, & sicut ros matu-
tinus abiens, sicut gluma quæ turbine propellitur ab area
& sicut fumus qui egreditur de fenestra.
4 Ego autem sum Iehouah Deus tuus è terra Misraim,
& Deum præter me nesties, neque seruator erit tibi præ-
ter me.
5 Ego noui tè in deserto, in terra sitibunda:
6 Iuxta pascua sua saturati sunt, saturati sunt in-
quam, & eleuatum est cor eorum, idcirco obliti sunt mei.
7 Fui itaque eis tanquam leo, sicut pardus iuxta viam
tritam.
8 Occurram eis tanquam vrsus orbatus, & dirumpam
clausuram cordis eorum, & consumam eos ibi veluti leo,
bestia agri discindet eos.
9 Perdidi te, Israel: sed in me auxilium tuum.
10 Ero in perpetuum, sed Rex tuus nunc seruet te in
omnibus vrbibus tuis, & iudices tui de quibus dixisti, Da
mihi Regem & principes.
11 Dedi quidem tibi Regem in furore meo, & abstuli,
cum in ira mea
12 Ligata est apud me iniquitas Ephraim, reconditum est
peccatum eius.
13 Dolores parturientis venient ei, ipse filius non sapiens,
alioqui tempore paruo stetisset in vulua filiorum.
14 E potestate inferorum redimam eos à morte redimam
eos: ero mors tua ô mors, ero morsus tuus inferne: pœnitu-
do absconditur ab oculis meis.
15 Quia ipse inter fratres crescet: veniet Auster ventus
Iehoua è deserto ascendens, & siccabit venam eius, sicca-
biturq; fons eius: ipse diripiet thesaurum omnium vasorum
expetibilium.

Digitized by Google

Vulgat. Editio

CAP. XIIII.

PEreat Samaria, quoniam ad amaritudinem
concitauit Deum suum: in gladio pereant, pa-
ruuli eorum elidantur, & fœtæ eius discindantur.
Conuertere Israel ad Dominum Deum tuum:
quoniam corruisti in iniquitate tua.
Tollite vobiscum verba, & conuertimini ad Do-
minum: & dicite ei: Omnem aufer iniquitatem,
accipe bonum: & reddemus vitulos labiorum no-
strorum.
Assur non saluabit nos: super equum non ascen-
demus: nec dicemus vltrà, Dij nostri opera ma-
nuum nostrarum: quia eius, qui in te est, miserebe-
ris pupilli.
Sanabo contritiones eorum: diligam eos sponta-
neè: quia auersus est furor meus ab eis.
Ero quasi ros, Israel germinabit sicut lilium, &
erumpet radix eius vt Libani.
Ibunt rami eius: & erit quasi oliua gloria eius,
& odor eius vt Libani.
Conuertentur sedentes in vmbra eius: viuent
tritico, & germinabunt quasi vinea: memoriale
eius sicut vinum Libani.
Ephraim quid mihi vltrà idola? ego exaudiam,
& dirigam eum ego vt abietem virentem: ex me
fructus tuus inuentus est.
Quis sapiens, & intelliget ista? intelligens, & sciet
hæc? quia rectæ viæ Domini: & iusti ambulabunt
in eis, præuaricatores verò corruent in eis.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. XIIII.

1 *DEsolabitur Somron, quia rebellauit in Deum
suum gladio cadent viri eius, & paruuli eorum al-
lidentur, & fœtæ eius.*
2 *Reuertere Israel ad Dominum Deum tuum, quoniam
corruisti propter iniquitatem tuam.*
3 *Tollite nobiscum verba, & conuertimini ad Dominum,
& dicite ei, Omnem dimittes iniquitatem, & accipe bo-
num, & reddemus vitulos labiorum nostrorum.*
4 *Assur non seruabit nos, & super equum non ascende-
mus, & non dicemus vltrà, Dij vestri operi manuum no-
strarum: quia in te miseratio est pupilli.*
5 *Sanabo rebellionem eorum, diligam eos spontaneè: quia
auersus est furor meus ab eo.*
6 *Ero tanquam ros, Israel germinabit tanquam lilium,
& percutient radices eius, veluti Libanus.*
7 *Ibunt rami eius, & erit tanquam olea gloria eius, &
odor ei tanquam Libani.*
8 *Reuertentur sedentes in vmbra eius, viuificabunt seip-
sos vt triticum, & germinabunt sicut vitis, odor eius sicut
vinum Libani.*
9 *Ephraim* tunc dicet, *Quid mihi vltrà ad idola? ego
exaudiam, & respiciam eum, ego vt abies virens, ex me
fructus tuus inuentus est.*
10 *Quis sapiens, & intelliget ista? intelligens, & sciet ista?
quia rectæ viæ Domini, & iusti ambulabunt in eis: praua-
ricatores verò corruent in eis.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

CAP. XIIII.

1 DIſperdetur Samaria, quoniam reſtitit Deo ſuo In gladio corruent ipſi, & lactentes eorum allidentur & eorum habentes in vtero dirumpentur.

2 Conuertere Iſrael ad Dominum Deum tuum: quia infirmati ſunt in iniquitatibus tuis.

3 Sumite vobiſcum ſermones, & reuertimini ad Dominum Deum veſtrum. Dicite ei: vt non tollatis iniquitatem, ſed aſſumatis bona: & reddemus fructum labiorum noſtrorum.

4 Aſſur non ſaluabit nos: ſuper equum non aſcendemus: nequaquam vltrà dicemus, Dij noſtri, operibus manuum noſtrarum: qui in te eſt, miſerebitur pupilli.

5 Sanabo habitationes eorum: diligam eos manifeſtè: quia auertit iram meam à ſe.

6 Ero quaſi ros Iſrael: florebit vt lilium & mittet radices ſuas quaſi Libanus:

7 Ibunt rami eius: & erit quaſi oliua fructifera, & odor illius quaſi Libani.

8 Conuertentur, & ſedebunt ſub vmbra eius: viuent, & inebriabuntur frumento, & efflorebit, vt vinea: memoriale eius, quaſi vinum Libani.

9 Ephræm. Quid ei vltrà, & idolis? Ego humiliaui eum, & confortabo illum. Ego, ſicut iuniperus condenſa: ex me fructus tuus inuentus eſt.

10 Quis ſapiens, & intelliget hæc? intelligens, & cognoſcet ea? Quia rectæ viæ Domini: & iuſti ambulabunt in eis, qui autem impij ſunt: infirmabuntur in illis.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAP. XIIII.

1 *DEſolabitur Someron, quia rebellauit in Deum ſuum, gladio cadent* ciues eius, *paruuli eorum allidentur, & fœta eius diſcindentur.*

2 *Reuertere Iſrael ad Iehouam Deum tuum, quoniam corruiſti per iniquitatem tuam.*

3 *Tollite vobiſcum verba, & conuertimini ad Iehouam. & dicite ei, Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum & reddemus vitulos labiorum noſtrorum.*

4 *Aſſur non liberabit nos, & ſuper equum non aſcendemus: neque dicemus vltrà, Dij noſtri operi manuum noſtrarum: quia per te miſericordiam conſequetur pupillus.*

5 *Sanabo rebellionem eorum, diligam eos ſpontaneè: quia auerſus eſt furor meus ab eo.*

6 *Ero tanquam ros Iſrael, germinabit tanquam lilium, & pertingent radices eius, veluti Lebanon.*

7 *Ibunt rami eius, & erit tanquam* gloria *oleæ gloria eius, & odor ei tanquam* odor *Lebanon.*

8 *Reuertentur ſedentes in vmbra eius, viuificabunt ſeipſos* vt *triticum, & germinabunt tanquam vitis, odor eius ſicut* odor *vini Lebanon.*

9 *Ephraim* tunc dicet, *Quid mihi vltrà cum idolis? ego exaudiam, & reſpiciam eum, ego* ero ei *vt abies virens, ex me fructus tuus inuentus eſt.*

10 *Quis ſapiens, & intelliget iſta? intelligens, & ſciet ea? quia rectæ viæ Iehouæ, & iuſti ambulabunt in eis: præuaricatores verò corruent in eis.*

PRO-

PROPHETIÆ IOEL.

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM,

1 VErbum Domini, quod factum est ad Ioel filium Phatuel.

2 Audite hoc senes, & auribus percipite omnes habitatores terræ: si factum est istud in diebus vestris, aut in diebus patrum vestrorum?

3 Super hoc filijs vestris narrate, & filij vestri filijs suis, & filij eorum generationi alteræ.

4 Residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo.

5 Expergiscimini ebrij, & flete, & vlulate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine: quomodo periit ab ore vestro.

6 Gens enim ascendit super terram meam, & fortis & innumerabilis: dentes eius, vt dentes leonis: & molares eius vt catuli leonis.

7 Posuit vineam meam in desertum, & ficum meam decorticauit: nudans spoliauit eam, & proiecit: albi facti sunt rami eius.

8 Plange quasi virgo accincta sacco super virum pubertatis suæ.

9 Periit sacrificium, & libatio de domo Domini: luxerunt sacerdotes ministri Domini.

10 Depopulata est regio, luxit humus: quoniam deuastatum est triticum, confusum est vinum, elanguit oleum.

11 Confusi sunt agricolæ, vlulauerunt vinitores super frumento, & hordeo, quia perijt messis agri.

12 Vinea confusa est, & ficus elanguit: malogranatum, & palma, & malum, & omnia ligna agri aruerunt: quia confusum est gaudium à filiis hominum.

13 Accingite vos, & plangite sacerdotes, vlulate ministri altaris: ingredimini, cubate in sacco ministri Dei mei, quoniam interijt de domo Dei vestri sacrificium, & libatio.

14 *Sanctificate ieiunium, & vocate cœtum, congregate senes omnes habitatores terræ in domum Dei vestri, & clamate ad Dominum. Inf. 2. 15

15 A a a, diei. quia prope est dies Domini, & quasi vastitas à potente veniet.

16 Numquid non coram oculis vestris alimenta perierunt de domo Dei nostri, lætitia, & exultatio?

17 Computruerunt iumenta in stercore suo, demolita sunt horrea, dissipatæ sunt apothecæ, quoniam confusum est triticum.

18 Quid ingemuit animal, mugierunt greges armenti? Quia non est pascua eis: & sed greges pecorum disperierunt.

19 Ad te Domine clamabo: quia ignis comedit speciosa deserti, & flamma succendit omnia ligna regionis.

PROPHETIÆ IOEL.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAPVT PRIMVM,

1 *VErbum Domini quod fuit ad Ioel filium Petuel.*

2 *Audite hoc senes, & auribus precipite omnes habitatores terræ: an fuerit hoc in diebus vestris, & in diebus patrum vestrorum?*

3 *Super hoc filijs vestris narrate: & filij vestri filijs suis, & filij eorum generationi alteræ.*

4 *Residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit bruchus, & residuum bruchi comedit chasil* alterum locustæ genus.

5 *Expergiscimini ebrij, & flete, & vlulate omnes qui bibitis vinum super vinum nouum, quoniam perijt ab ore vestro.*

6 *Gens enim ascendit super terram meam fortis, & absque numero: dentes eius vt dentes leonis, & molares vt molares leonis ei.*

7 *Posuit vites meas in desolationem, & ficus meas in decorticationem: nudando nudauit eas, & proijcere fecit: albi facti sunt rami earum.*

8 *Plange tanquam virgo accincta sacco super maritum adolescentiæ suæ.*

9 *Excisum est sacrificium, & libatio de domo Domini, luxerunt sacerdotes ministri Domini.*

10 *Vastatus est ager, desolata est humus, quia deuastatum est triticum, aruit vinum, excisum est oleum.*

11 *Pudore afficite vos agricolæ, vlulate vinitores super frumentum, & hordeum, quia perijt messis agri.*

12 *Vitis aruit, & ficus desolata est, malogranatum, & palma, & malus, omnes arbores agri aruerunt: quia aruit gaudium à filijs hominum.*

13 *Accingite vos, & plangite sacerdotes, vlulate ministri altaris, ingredimini, manete in saccis ministri Dei mei, quoniam prohibitum est de domo Dei vestri sacrificium, & libatio.*

14 *Sanctificate ieiunium, vocate cœtum, congregate senes, omnes habitatores terræ in domum Domini Dei vestri, & clamate ad Dominum.*

15 *Achab diei, quia prope est dies Domini, & tanquam vastitas ab omnipotente veniet.*

16 *Nonne coram oculis nostris esca excisa est de domo Dei vestri, lætitia, & exultatio?*

17 *Computruerunt grana sub pulueribus eius, desolati sunt thesauri, dissipata sunt horrea, quoniam aruit triticum.*

18 *Cur ingemuerunt animalia, confusi sunt greges boum: Quia non sunt pascua eis: etiam greges pecorum desolati sunt.*

19 *Ad te Domine clamabo, quia ignis consumpsit pascua deserti, & flamma succendit omnes arbores agri.*

PROPHETIÆ IOEL.

Transl. ex Septuag.

CAPVT PRIMVM.

VErbum Domini, quod factum est ad Ioel filium Bathuel.

Audite hæc senes, & auribus percipite omnes habitatores terræ: si facta sunt talia in diebus vestris, aut in diebus patrum vestrorum.

Pro his, filijs vestris narrate, & filij vestri filijs suis, & filij eorum in generationem alteram.

Residua erucæ comedit locusta, & residua locustæ comedit bruchus, & residua bruchi comedit rubigo.

Euigilate, qui ebrij estis ex vino vestro, & plorate: plangite omnes, qui bibitis vinum ad ebrietatem: quoniam ablatum est de ore vestro gaudium, & lætitia.

Quia gens ascendit super terram meam fortis, & innumerabilis, dentes leonis, & molares eius, catuli leonis.

Posuit vineam meam in dissipationem & ficus meas in confractionem. Scrutans scrutatus est eam, & proiecit: dealbauit ramos eius.

Plange ad me super sponsam accinctam cilicio super virum suum virgineum.

Ablatum est sacrificium, & libatio de domo Domini. Lugete sacerdotes, qui ministratis altari Domini:

Quoniam desolati sunt campi: lugeat terra, quoniam afflictum est triticum, aruit vinum, imminutum est oleum,

Aruerunt agricolæ. Lugete possessiones pro frumento, & hordeo: quia perijt vindemia de agro,

Vinea aruit, & ficus imminutæ sunt. Malogranatum, & palma, & malum, & omnia ligna agri arefacta sunt: quoniam confuderunt gaudium filij hominum.

Accingite vos, & plangite sacerdotes, lamentamini, quæ ministratis altari: ingredimini, dormite in saccis ministri Dei: quoniam defecit de domo Dei vestri sacrificium, & libatio.

Sanctificate ieiunium, prędicate curationem, congregate senes, omnes habitatores terræ in domum Dei vestri, & clamate ad Dominum vehementer,

Heu mihi, heu mihi in die: quoniam iuxta est dies Domini, & quasi miseria de miseria veniet.

Ante oculos vestros alimenta perierunt, de domo Dei nostri lætitia, & gaudium.

Subsultauerunt vituli in præsepibus suis, dissipati sunt thesauri, suffossa sunt torcularia: Quia arefactum est triticum,

Quid reponemus nobis? Fleuerunt armenta boum, quia non erant pascua eis: & greges ouium disperierunt:

Ad te Domine clamabo: quoniam ignis consumpsit speciosa deserti, & flamma succendit omnia ligna agri:

PROPHETIÆ IOEL.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAPVT PRIMVM.

1 *VErbum Iehouæ quod fuit ad Ioel filium Pethuel.*

2 *Audite istud senes, & auribus percipite omnes habitatores terræ: an fuit hoc in diebus vestris? & an in diebus Patrum vestrorum?*

3 *Super hoc filiis vestris narrate, & filij vestri filiis suis, & filij eorum generationi alteræ.*

4 *Residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit bruchus, & residuum bruchi comedit hasil.*

5 *Expergiscimini, ebrij, & flete, & vlulate omnes qui bibitis vinum propter mustum: quoniam subtractum est ab ore vestro.*

6 *Gens enim ascendit super terram meam, fortis, & innumerabilis: dentes eius vt dentes leonis, & molares vt molares leonis ei.*

7 *Posuit vineam meam in desolationem, & ficum meam in decorticationem: nudando nudauit eam, & proiecit, albi facti sunt rami eius.*

8 *Plangite tanquam virgo accincta sacco ob maritum adolescentiæ suæ.*

9 *Excisum est sacrificium, & libatio à domo Iehouæ, luxerunt Sacerdotes illi ministri Iehouæ.*

10 *Vastatus est ager, desolata est terra: quia deuastatum est triticum, aruit mustum, excisum est oleum.*

11 *Erubescite, agricolæ, vlulate vinitores propter triticum & hordeum: perijt enim messis agri.*

12 *Vitis aruit, & ficus desolata est, malogranatum etiam, palma & malus, omnes arbores agri aruerunt: quia aruit gaudium à filiis hominum.*

13 *Accingite vos saccis, & plangite ô Sacerdotes, vlulate ministri altaris, venite, manete in saccis ministri Dei mei: quoniam prohibitum est à domo Dei vestri sacrificium & libatio.*

14 *Præparate ieiunium, vocate cœtum, congregate senes, omnes habitatores terræ in domum Iehouæ Dei vestri, & clamate ad Iehouam,*

15 *Ahah diei, quia propinquus est dies Iehouæ, & tanquam vastitas ab Omnipotente veniet.*

16 *Nonne coram oculis nostris esca excisa est, à domo Dei vestri lætitia & exultatio?*

17 *Computruerunt grana sub pulueribus suis, desolati sunt thesauri, destructa sunt horrea: quoniam aruit triticum.*

18 *Cur ingemuit bestia, perplexa sunt armenta boum? quia non sunt pascua eis: etiam greges pecorum desolati sunt.*

19 *Ad te Iehoua clamabo, quia ignis absumpsit pascua deserti, & flamma succendit omnes arbores agri.*

Vulgat. Editio.

Sed & bestiæ agri, quasi area sitiens imbrem, su
spexerunt ad te: quoniam exiccati sunt fontes aqua-
rum, & ignis deuorauit speciosa deserti.

CAP. II.

CAnite tuba in Sion, vlulate in monte sancto
meo, conturbentur omnes habitatores terræ:
Quia venit dies Domini, quia prope est.

Dies tenebrarum, & caliginis, dies nubis, & tur-
binis quasi mane expansum super montes populus
multus & fortis: similis ei non fuit à principio, &
post eum non erit vsque in annos generationis &
generationis.

Ante faciem eius ignis vorans, & post eum exu-
rens flamma: quasi hortus voluptatis terra coram
eo, & post eum solitudo deserti neque est qui effu-
giat eum.

Quasi aspectus equorum, aspectus eorum: & quasi
equites sic current:

Sicut sonitus quadrigarum super capita montium
exilient, sicut sonitus flammæ ignis deuorantis sti-
pulam, velut populus fortis præparatus ad prælium.

A facie eius cruciabuntur populi: omnes vultus
redigentur in ollam.

Sicut fortes current: quasi viri bellatores ascen-
dent murum: viri in viis suis gradientur, & non
declinabunt à semitis suis.

Vnusquisque fratrem suum non coarctabit, sin-
guli in calle suo ambulabunt: sed & per fenestras
cadent, & non demolientur.

Vrbem ingredientur, in muro current: domos
conscendent, per fenestras intrabunt quasi fur.

A facie eius contremuit terra, moti sunt cæli: *
sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt
splendorem suum.

*Inf. 3. 15. Isa. 13. 10. Ezec. 32,7. Mar 13 24. Luc, 21. 25.

Et Dominus dedit vocem suam ante faciem exer-
citus sui: quia multa sunt nimis castra eius, quia
fortia & facientia verbum eius: * magnus enim dies
Domini, & terribilis valde: & quis sustinebit eum?

* Ier. 30. 7. Amos 5. 18. Soph. 1. 15.

Nunc ergo dicit Dominus: Conuertimini ad me
in toto corde vestro in ieiunio, & in fletu, & in
planctu.

Et scindite corda vestra, & non vestimenta vestra,
& conuertimini ad Dominum Deum vestrum: *
quia benignus & misericors est, patiens & multæ
misericordiæ, & præstabilis super malitia.

*Ps. 85. 5. Ion. 3. 9. & 4. 2.

Quis scit si conuertatur, & ignoscat, & relinquat
post se benedictionem, sacrificium, & libamen Do-
mino Deo vestro?

Canite tuba in Sion, * sanctificate ieiunium, vo-
cate cœtum.

* Sup. 1. 14.

Congregate populum, sanctificate ecclesiam, coad-
unate senes, congregate paruulos, & sugentes vbe-
ra: egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de
thalamo suo.

Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes
ministri Domini: & dicent: Parce Domine, parce
populo tuo: & ne des hæreditatem tuam in oppro-
brium vt dominentur eis nationes: quare dicunt in
populis: Vbi est Deus eorum?

Zelatus est Dominus terram suam, & pepercit
populo suo:

Et

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

20 *Etiam bestiæ agri clamabunt ad te, quoniam exsiccati
sunt riui aquarum, & ignis consumpsit pascua deserti.*

CAP. II.

1 *CLangite tuba in Sijon, & tarantantizate in monte
sancto meo, contremiscant omnes habitatores terræ,
quia venit dies Domini, quia propè est.*

2 *Dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & tenebrosi-
tatis, veluti aurora expansa super montes, populus mul-
tus, & fortis: similis non fuit à seculo, & post eum non
addet vsque ad annos generationis, & generationis.*

3 *Ante faciem eius consumpsit ignis, & post eum exuret
flamma: tanquam hortus Heden fuit terra ante eum, &
post eum fuit vt desertum solitudinis, & etiam euasor non
erit ei.*

4 *Tanquam aspectus equorum, aspectus eius: & tanquam
equites, sic current.*

5 *Sicut sonitus quadrigarum super capita montium, sub-
silient, sicut sonitus flammæ ignis consumentis stipulam,
velut populus fortis præparatus ad bellum.*

6 *A facie eius dolebunt populi, omnes vultus contrahent
nigredinem vt olla.*

7 *Sicut potentes current, tanquam viri bellatores ascen-
dent murum, & vnusquisque in viis suis ambulabunt, &
non tardabunt in semitis suis.*

8 *Et vnusquisque fratrem suum non opprimet, vnusquis-
que in calle suo ambulabit, & super gladium projiciet se,
& non vulnerabitur.*

9 *Per vrbem incedent, & in muro current, in domos
ascendent, per fenestras intrabunt veluti fur.*

10 *Ante eum mouit se terra, tremuerunt cæli, sol, & luna
obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum.*

11 *Et Dominus dedit vocem suam coram exercitu suo,
quia multa sunt valde castra eius, quia fortia, facientia
verbum eius: magnus enim dies Domini, & terribilis val-
de, & quis sustinebit eum?*

12 *Et etiam nunc, dixit Dominus: Conuertimini ad me to-
to corde vestro, & in ieiunio, & fletu, & planctu.*

13 *Et scindite cor vestrum, & non vestimenta vestra, &
conuertimini ad Dominum Deum vestrum, quia miseri-
cors & miserator est, longanimis, & multa misericordia,
& pœnitens super malum.*

14 *Quis scit si conuertatur, & pœniteat eum* mali, *&
relinquat post se benedictionem, sacrificium, & libamen
Domino Deo vestro?*

15 *Clangite buccina in Sijon, sanctificate ieiunium, vo-
cate cœtum.*

16 *Congregate populum, sanctificate ecclesiam, colligite
paruulos, sugentes vbera: egrediatur sponsus de cubili
suo, & sponsa de thalamo suo.*

17 *Inter vestibulum, & altare plorent sacerdotes, mini-
stri Domini, & dicant, Parce Domine populo tuo, & ne
des hæreditatem tuam in opprobrium, vt dominentur eis
nationes: quare dicturi sunt in populis, vbi est Deus eo-
rum?*

18 *Et zelatus est Dominus terram suam, & pepercit po-
pulo suo.*

Et

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Et iumenta campi suspexerunt ad te: quoniam arefactæ sunt emissiones aquarum,& ignis deuorauit speciosa deserti.

CAP. II.

Canite tuba in Sion, prædicate in monte sancto meo: & conturbentur omnes habitatores terræ: quoniam adest dies Domini: quoniam iuxta est.

Dies tenebrarum & caliginis, dies nubis,& nebulæ: sicut mane, fundetur super montes: populus multus, & fortis: similis ei non fuit à sæculo:& post eum non adijcietur vsque ad annos in generationes generationum.

Quæ ante eum, consumens ignis: & quæ post eum, flamma succensa. Sicut paradisus voluptatis, terra ante faciem eius,& posteriora illius,sicut campus solitudinis: &, qui saluetur, non erit ei.

Sicut aspectus equorum,aspectus eorum: & sicut equites,sic persequentur.

Sicut vox quadrigarum super vertices montium exilient, & sicut vox flammæ ignis deuorantis stipulam,& sicut populus multus,& fortis præparatus ad prælium.

A facie eius conterentur populi: omnis vultus, sicut adustio ollæ.

Sicut pugnatores current: & sicut viri bellatores, ascendent super muros: & vnusquisque in via sua ambulabit: & non declinabunt à semitis suis:

Et vnusquisque à fratre suo non recedet. Aggrauati in annis suis ibunt, & in iaculis suis cadent, & non consumentur.

Vrbem apprehendent, & super muros current, & super domos ascendent, & per fenestras intrabunt, sicut fures.

Ante faciem eius confundetur terra, & commouebitur cælum: Sol, & Luna contenebrabuntur,& stellæ deponent lumen suum.

Et Dominus dabit vocem suam ante faciem fortitudinis suæ: quoniam multa sunt nimis castra eius, quoniam fortia opera sermonum illius: quia magna dies Domini, illustris nimis:& quis erit sufficiens ad eam?

Et nunc, dicit Dominus Deus vester: Conuertimini ad me ex toto corde vestro, & in ieiunio, & in fletu,& in planctu,

Et scindite corda vestra,& non vestimenta vestra: & conuertimini ad Dominum Deum vestrum: quia misericors, & miserator est, patiens, & multæ misericordiæ,& pœnitens super malitijs.

Quis nouit, si reuertatur,& pœniteat,& relinquat post se benedictionem, & sacrificium, & libamen Domino Deo vestro?

Clangite tuba in Sion,sanctificate ieiunium, prædicate curationem,

Congregate populum, sanctificate Ecclesiam, eligite senes, congregate paruulos sugentes vbera. Egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo.

Inter crepidinem altaris plorabunt sacerdotes ministri Domini, & dicent: Parce Domine populo tuo, & ne dederis hæreditatem tuam in opprobrium: vt dominentur eorum gentes: ne dicant in nationibus. Vbi est Deus eorum?

Et zelatus est Dominus terram suam, & pepercit populo suo:

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

20 *Etiam bestiæ agri vociferabuntur ad te, quòd exiccati sint riui aquarum, & ignis consumpsit pascua deserti.*

CAP. II.

1 *Clangite tuba in Sijon, & taratantarizate in monte sancto meo, contremiscant omnes habitatores terræ: quia venit dies Iehouæ, quia propè est.*

2 *Dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & tenebrositatis: veluti aurora* quæ est *expansa super montes, populus multus & fortis, similis illi non fuit à sæculo, & post eum non addet* esse *vsque ad annos generationis & generationis.*

3 *Ante faciem eius consumet ignis, & post ipsum exuret flamma: tanquam hortus Eden* erat *terra ante eum, & post eum* erit *desertum solitudinis, præterea euasor non erit ei.*

4 *Tanquam aspectus equorum* est *aspectus eius: & tanquam equites sic current.*

5 *Sicut strepitus quadrigarum super fastigia montium subsilient sicut sonitus flammæ ignis deuorantis stipulam. velut populus fortis dispositus ad prælium.*

6 *A facie eius dolebunt populi, omnes vultus contrahent nigrorem.*

7 *Sicut fortes current, tanquam viri bellatores ascendent murum: & singuli in viis suis ambulabunt, neque retardabunt itinera sua.*

8 *Nemóque socium suum impellet, quisque in valle sua ibit: & super gladium ipsum decident, & non vulnerabuntur.*

9 *Per vrbem gradientur, per mœnia discurrent, in domos conscendent, per fenestras intrabunt more furis.*

10 *Ante ipsum commouebitur terra, tremebunt cæli, sol & luna obtenebrabuntur, stellæque retrahent splendorem suum.*

11 *Iehouah autem dabit vocem suam coram exercitu suo, quia admodum multa* sunt *castra eius, quia fortia & facientia verbum eius, magnus enim dies Iehouæ, & terribilis valde, & quis sustinebit eum?*

12 *Et etiam nunc, dixit Iehouah, Conuertimini ad me toto corde vestro, & in ieiunio, & fletu, & planctu.*

13 *Et scindite cor vestrum, non autem vestimenta vestra, & conuertimini ad Iehouam Deum vestrum, quia misericors & miserator est, longanimis, & multæ misericordiæ, & pœnitens super malum.*

14 *Quis scit si conuertatur, & pœniteat eum* mali, *& relinquat post eum benedictionem, sacrificium, & libamen Iehouæ Deo vestro?*

15 *Clangite buccina in Sijon, sanctificate ieiunium, proclamate cœtum.*

16 *Congregate populum, sanctificate congregationem, coadunate senes, congregate paruulos & sugentes vbera: egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo.*

17 *Inter vestibulum, & altare plorent Sacerdotes ministri Iehouæ, & dicant, Parce Iehoua populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, vt dominentur eis nationes, quare dicent in populis, Vbi* est *Deus eorum?*

18 *Et* tunc *zelabitur Iehouah terram suam, & parcet populo suo.*

Vulgat. Editio.

Et respondit Dominus, & dixit populo suo: Ecce ego mittam vobis frumentum, & vinum, & oleum, & replebimini eis: & non dabo vos vltrà opprobrium in Gentibus.

Et eum, qui ab Aquilone est, procul faciam à vobis: & expellam eum in terram inuiam, & desertam: faciem eius contra mare Orientale, & extremum eius ad mare nouissimum: & ascendet fœtor eius, & ascendet putredo eius, quia superbè egit.

Noli timere terra, exulta & lætare: quoniam magnificauit Dominus vt faceret.

Nolite timere animalia regionis: quia germinauerunt speciosa deserti, quia lignum attulit fructum suum, ficus, & vinea dederunt virtutem suam.

Et filij Sion exultate, & lætamini in Domino Deo vestro: quia dedit vobis doctorem iustitiæ, & descendere faciet ad vos imbrem matutinum & serotinum sicut in principio.

Et implebuntur areæ frumento, & redundabunt torcularia vino & oleo.

Et reddam vobis annos, quos comedit locusta, bruchus, & rubigo, & eruca: fortitudo mea magna, quam misi in vos.

Et comedetis vescentes, & saturabimini: & laudabitis nomen Domini Dei vestri, qui fecit mirabilia vobiscum: & non confundetur populus meus in sempiternum.

Et scietis quia in medio Israel ego sum: & ego Dominus Deus vester, & non est amplius: & non confundetur populus meus in æternum.

*Isa.44 3. Act.2. 17. Et erit post hæc: * effundam spiritum meum super omnem carnem: & prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ: senes vestri somnia somniabunt, & iuuenes vestri visiones videbunt.

Sed & super seruos meos, & ancillas in diebus illis effundam spiritum meum.

Et dabo prodigia in cælo, & in terra, sanguinem, & ignem, & vaporem fumi.

*Sup. 2.10. Mat.24 29. Luc.21 25. * Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem: antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis.

*Ro.10 13. Et erit * omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit: quia in monte Sion, & in Ierusalem erit saluatio, sicut dixit Dominus, & in residuis, quos Dominus vocauerit.

CAP. III.

QVia ecce in diebus illis, & in tempore illo cum conuertero captiuitatem Iuda, & Ierusalem:

Congregabo omnes Gentes, & deducam eas in vallem Iosaphat: & disceptabo cum eis ibi super populo meo, & hæreditate mea Israel, quos dispersserunt in nationibus, & terram meam diuiserunt.

Et super populum meum miserunt sortem: & posuerunt puerum in prostibulo, & puellam vendiderunt pro vino vt biberent.

Verum quid mihi & vobis Tyrus, & Sidon, & omnis terminus Palæsthinorũ? numquid vltionem vos reddetis mihi? & si vlciscimini vos contra me, cito velociter reducam vicissitudinem vobis super caput vestrum.

Argentum enim meum, & aurum tulistis: & desiderabilia mea, & pulcherrima intulistis in delubra vestra.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

19 *Et respondit Dominus, & dixit populo suo: Ecce mitto vobis frumentum, & vinum, & oleum, & saturabitis vos eis, & non dabo vos vltrà opprobrium in Gentibus.*

20 *Et Aquilonarem exercitum elongare faciam à vobis, & expelere faciam eum ad terram desertam, & desolatam: faciem eius ad mare Orientale, & finem eius ad mare nouissimum: & ascendet fœtor eius, & ascendet putredo eius, quia magnificauit vt faceret.*

21 *Ne timeas terra, exulta, & lætare, quia magnificauit Dominus, vt faceret.*

22 *Ne timeatis animalia agri, quia germinauerunt pascua deserti, quia arbor attulit fructum suum, ficus, & vitis dederunt fructus suos.*

23 *Et filij Sijon exultate, & lætamini in Domino Deo vestro, quia dedit vobis doctorem iustitiæ, & descendere faciet vobis imbrem, pluuiam temporaneam, & serotinam mense primo.*

24 *Et implebuntur areæ frumento, & redundabunt torcularia vino & oleo.*

25 *Et reddam vobis annos quos comedit locusta, bruchus, & chasil aliud locustæ genus, & eruca fortitudo mea magna, quam misi in vos.*

26 *Et comedetis comedendo, & saturando, & laudabitis nomen Dei vestri, qui fecit vobiscum mirabilia faciendo, & non pudore afficietur populus meus in sæculum.*

27 *Et scietis quod in medio Israel sum, & ego Dominus Deus vester, & non est amplius: & non pudore afficietur populus meus in sæculum.*

28 ** Et erit, post hoc effundam spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ, senes vestri somnia somniabunt, iuuenes vestri visiones videbunt.* * Hic incipit cap. 3 in hac trãslat. Sanct. Pagn.

29 *Et etiam super seruos, & super ancillas, in diebus illis effundam spiritum meum.*

30 *Et dabo prodigia in cælo, & in terra sanguinem, & ignem & columnas fumi.*

31 *Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis.*

32 *Et erit, omnis qui inuocauerit nomen Domini, euadet, quia in monte Syon, & Ierusalaim erit euasio, sicut dixit Dominus, & in superstitibus quos Dominus vocat.*

CAP. III.

1 *QVia ecce in diebus illis, & in tempore illo, quo conuertero captiuitatem Iehudah, & Ierusalaim.*

2 *Et congregabo omnes Gentes, & descendere faciam eas in vallem Iehosaphath, & congregabo me in iudicio cum eis ibi super populum meum, & hæreditatem meam Israel quos disperserunt in nationes, & terram meam diuiserunt.*

3 *Et super populum meum proiecerunt sortem, & posuerunt puerum pro precio meretricis, & puellam vendiderunt pro vino vt biberent.*

4 *Et etiam quid vos mihi Sor, & Sidon, & omnes termini Palestinæ? numquid retributionem reddetis mihi? & num retribuetis mihi leuiter, cito reddam retributionem vestram in caput vestrum.*

5 *Quia argentum meum, & aurum meum tulistis, & desiderabilia mea optima intulistis in delubra vestra.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

19 Et respondit Dominus & dixit populo suo: Ecce ego mitto vobis frumentum, & vinum & oleũ: & implebimini eis: & non dabo vos vltra in opprobrium in gentibus:

20 Et eum qui ab Aquilone est, repellam à vobis, & expellam eum in terram, quæ est sine aqua: & disperdam faciem eius in mare primum & posteriora eius in mare nouissimum: & ascendet putredo eius, & ascendet fœtor eius: quia magnificauit opera sua.

21 Confide terra, gaude, atque lætare: quia magnificauit Dominus vt faceret.

22 Confidite iumenta campi: quoniam germinauerũt campi solitudinis, quia lignum attulit fructum suum: ficus, & vitis dederunt fortitudinem suam.

23 Et filij Sion gaudete, atque lætamini in Domino Deo vestro: quomodo dedit vobis escas in iustitia, & pluet vobis imbrem temporaneum & serotinum, sicut à principio:

24 Et replebuntur areæ tritico, & redundabunt torcularia vino & oleo.

25 Et reddam vobis pro annis, quos comedit locusta, & bruchus, & rubigo, & eruca: fortitudo mea magna, quam misi in vos.

26 Et vescemini comedentes, & saturabimini, & laudabitis nomen Domini Dei vestri, quæ fecit vobiscum mirabilia, & non confundetur populus meus in æternum.

27 Et scietis, quia in medio Israel ego sum: & ego Dominus Deus vester: & non est amplius præter me: & non confundetur vltra populus meus in æternum.

28 Et erit post hæc & effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ, & senes vestri somnia somniabunt, & iuuenes vestri visiones videbunt.

29 Et super seruos meos, & super ancillas in diebus illis effundam de spiritu meo.

30 Et dabo prodigia in cælo, & super terram sanguinem, & ignem, & vaporem fumi.

31 Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus, & illustris.

32 Et erit: Omnis, qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Quia in monte Sion, & in Hierusalem erit saluatus, sicut dixit Dominus, & euangelizati, quos Dominus vocauit.

CAP. III.

1 QVia ecce ego in diebus illis, & in tempore illo, quando conuertero captiuitatem Iuda, & Hierusalem;

2 Et congregabo omnes gentes, & detraham eas in vallem Iosaphat, & disceptabo cum eis ibi pro populo meo, & hæreditate mea Israel, qui dispersi sunt in gentibus: & terram meam diuiserunt,

3 Et super populum meum miserunt sortes, & dederunt pueros meretricibus, & puellas vendebant pro vino, & bibebant.

4 Et quid vos mihi Tyrus, & Sidon & omnis Galilæa alienigenarum? Nunquid retributionem vos redditis mihi, aut iram in corde retinetis aduersum me? Velociter & cito reddam retributionem vestram in capita vestra.

5 Pro eo quod argentum meum, & aurum meum tulistis, & electa mea, optima intulistis in templa vestra,

Noua ex Heb. Tralat Fr. Vatabli.

19 *Et respondit Iehouah & dixit populo suo, En ego mitto vobis frumentum, & mustum & oleum, & saturabimini eo, neque dabo vos vltra opprobrium inter Gentes.*

20 *Aquilonarem autem* exercitum *elongabo à vobis, & expellam eum in terram desertam & desolatam: facies eius* erit *Mare Orientale, & finis eius ad Mare nouissimum: ascendetque fœtor eius, ascendet inquam putredo eius, quia magnificauit facere.*

21 *Ne timeas terra, exulta & lætare: quia magnificabit Iehouah facere.*

22 *Ne timeatis animalia agri, quia germinauerunt pascua deserti: quia arbore attulerunt fructum suum, ficus & vitis dederunt fructus suos.*

23 Vos *itaque filij Sion exultate, & lætemini in Iehoua Deo vestro: quia dedit vobis Doctorem illum iustitiæ, atque descendere faciet vobis imbrem, pluuiam temporaneã & serotinam* mense *primo.*

24 *Implebunturque areæ ipsæ frumento, & redundabunt torcularia ipsa vino & oleo.*

25 *Reddam præterea vobis annos quos comedit locusta, bruchus & hasil, & eruca, exercitus meus magnus quem miseram in vos.*

26 *Et comedetis comedendo & saturando* vos, *atque laudabitis nomen Iehoua Dei vestri, qui fecit vobiscum mirabilia, neque pudore afficietur populus meus in seculum.*

27 *Et cognoscetis quod in medio Israel sum, & ego Iehouah Deus vester, neque* est *vltra: & non pudore afficietur populus meus in æternum.*

28 *Erit autem post hæc: effundam Spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri & filiæ vestræ: senes vestri somnia somniabunt, iuuenes vestri visiones videbunt.*

29 *Quin & super seruos & super ancillas in diebus illis effundam Spiritum meum.*

30 *Daboque prodigia in cælo & in terra, sanguinem, & ignem, & columnas fumi.*

31 *Sol ipse conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem antequam veniat dies Iehoua magnus & horribilis.*

32 *Erit præterea, quicunque inuocauerit nomen Iehoua, euadet: nam in monte Syon & Ierusalem erit euasio, sicut dixit Iehouah, & in superstitibus quos Iehouah vocat.*

CAP. III.

1 *QVia ecce, in diebus illis & tempore illo quo conuertam captiuitatem Iehudah & Ierusalem,*

2 *Congregabo omnes Gentes, & descendere faciam eas in vallem Iehosaphat, & iudicio contendam cum illis ibi propter populum meum & hereditatẽ meam Israel, quos disperserunt in nationes, & terram meam diuiserunt* sibi.

3 *Et super populum meum proiecerunt sortem, dederuntque puerum pro scorto, & puellam vendiderunt pro vino vt biberent.*

4 *Et etiam quid vos mihi Sor & Sidon & omnes termini Palesthinæ nunquid retributionem retributionem redditis mihi? quod si retribuitis mihi, cito & celeriter reddam retributionem vestram in caput vestrum.*

5 *Nam argentum meum & aurum meum tulistis & desiderabilia illa mea optima intulistis in delubra vestra.*

Vulgat. Editio

Et filios Iuda, & filios Ierusalem vendidistis filiis
Græcorum; vt longe faceretis eos de finibus suis.
Ecce ego suscitabo eos de loco, in quo vendidistis
eos, & conuertam retributionem vestram in caput
vestrum.
Et vendam filios vestros, & filias vestras in ma-
nibus filiorum Iuda: & venundabunt eos Sabæis
genti longinquæ quia Dominus locutus est.

Clamate hoc in Gentibus, sanctificate bellum,
suscitate robustos: accedant, ascendant omnes viri
bellatores.
Concidite aratra vestra in gladios, & ligones
vestros in lanceas. Infirmus dicat: Quia fortis ego
sum.
Erumpite, & venite omnes gentes de circuitu,
& congregamini: ibi occumbere faciet Dominus
robustos tuos.
Consurgant, & ascendant Gentes in vallem Io-
saphat: quia ibi sedebo vt iudicem omnes gentes
in circuitu.
Apoc. 14.15. Mittite falces, quoniam maturauit messis: veni-
te & descendite, quia plenum est torcular, exube-
rant torcularia, quia multiplicata est malitia eorũ.
Populi populi in valle concisionis: quia iuxta est
dies Domini in valle concisionis.
Sup. 2. 10. & 3. 21. Sol, & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxe-
runt splendorem suum.
Ier. 25. 30. Et Dominus de Sion rugiet, & de Ierusalem da-
bit vocem suam: & mouebuntur cæli, & terra: &
Am. 1, 2 Dominus spes populi sui, & fortitudo filiorum Is-
rael.
Et scietis quia ego Dominus Deus vester habi-
tans in Sion monte sancto meo: & erit Ierusalem
sancta, & alieni non transibunt per eam amplius.

Am. 9. 13. Et erit, in die illa stillabunt montes dulcedinem,
& colles fluent lacte, & per omnes riuos Iuda ibũt
aquæ: & fons de domo Domini egredietur, & irri-
gabit torrentem spinarum.
Ægyptus in desolationem erit: & Idumæa in de-
sertum perditionis, pro eo quod inique egerint in
filios Iuda, & effuderint sanguinem innocentem
in terra sua.
Et Iudæa in æternũm habitabitur, & Ierusalem
in generationem & generationem.
Et mundabo sanguinem eorum, quem non mũ-
daueram: & Dominus commorabitur in Sion.

Transl ex Heb. Sanct. Pagn.

6 *Et filios Iehudah & filios Ierusalaim vendidistis filijs*
Græcorum, vt elongare faceretis eos à termino suo.
7 *Ecce suscito eos de loco quo vendidistis eos, & conuer-*
tam retributionem vestram in caput vestrum.

8 *Et vendam filios vestros & filias vestras in manu fi-*
liorum Iehudah, & venundabunt eos Harabicis Sabæis,
genti longinquæ: quia Dominus locutus est.

9 *Clamate hoc in Gentes, præparate bellum, suscitate ro-*
bustos, accedant, ascendant omnes viri bellatores.

10 *Concidite bidentes in gladios, & falces vestras in lan-*
ceas. Debilis dicat, fortis sum.

11 *Congregate vos, & venite omnes Gentes de circuitu, &*
congregate vos, illuc descendere fecit Dominus robustos
tuos.
12 *Suscitent se, & ascendant Gentes ad vallem Iehosaphat,*
quia ibi sedebo ad iudicandum omnes Gentes de circuitu.

13 *Mittite falcem, quoniam maturauit messis: venite, de-*
scendite, quia plenum est torcular, exuberant torcularia,
quia multa est malitia eorum.
14 *Populi, populi in valle concisionis.*

15 *Sol, & Luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt*
splendorem suum.
16 *Et Dominus de Sijon rugiet, & de Ierusalaim dabit vo-*
cem suam, & contremiscent cæli & terra: & Dominus
spes populi sui, & fortitudo filiorum Israel.

17 *Et scietis quod sum Dominus Deus videtur, qui habi-*
to in Sijon monte sancto meo, & erit Ierusalaim sancta, &
alieni non transibunt per eam amplius.

18 *Et erit, in die illa, stillabunt montes mustum, & colles*
decurrere facient lac, & omnes riui stillabunt, ibunt aquæ
& fons è domo Domini egredietur, & irrigabit torrentẽ
spinarum.
19 *Ægyptus in desolationem erit, & Edom in desertum*
solitudinis erit: propter iniuriam filiorum Iehudah, quia
effuderunt sanguinem innocentem in terra eorum.

20 *At Iehudah in sæculum habitabit, & Ierusalaim in*
generationum, & generationem.
21 *Et mundabo sanguinem eorum, quem non mundaue, &*
Dominus habitat in Sijn.

Digitized by Google

Transl ex Septuag.

Et filios Iuda, & filios Hierusalem vendidistis filijs Græcorum; vt eijceretis eos de finibus suis.

Et ecce ego suscito eos de loco, in quo vendidistis eos ibi, & reddam retributionem vestram in capita vestra.

Et vendam filios vestros, & filias vestras in manus filiorum Iuda: & venundabunt eos in captiuitatem genti, quæ procul abest: quoniam Dominus loquutus est.

Prædicate hæc in gentibus, sanctificate bellum, suscitate pugnatores: adducite, & ascendite omnes viri bellatores.

Concidite aratra vestra in gladios, & falces vestras in lanceas. Infirmus dicat, quia præualeo ego.

Congregamini, & introite omnes gentes per circuitum, & congregamini illuc: mansuetus sit pugnator.

Consurgant, ascendant omnes gentes in vallem Iosaphat: quia ibi sedebo, vt iudicem omnes gentes in circuitu.

Emittite falces, quoniam adest vindemia: introite, calcate, quia plenum est torcular; supereffundite torcularia, quia repleta sunt mala eorum.

Sonitus exauditi sunt in valle iudicij: quia iuxta est dies Domini in valle iudicij.

Sol, & Luna obtenebrabuntur, & stellæ occidere facient splendorem suum.

Dominus autem de Sion clamauit, & de Hierusalem dabit vocem suam: & mouebitur cælum, & terra: Dominus autem parcet populo suo, & confortabit filios Israel.

Et scietis quia ego Dominus Deus vester, habitans in Sion monte sancto meo. Et erit Hierusalem sancta: & aliengenæ non transibunt per eam amplius.

Et erit, in die illa stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte, & omnes emissiones Iudæ fluent aquis. Et fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem funiculorum.

Ægyptus in perditione erit: & Idumæa in campum desolationis erit, ex iniquitatibus filiorum Iuda, pro eo, quod effuderunt sanguinem iustum in terra sua.

Iudæa autem in æternum habitabitur, & Hierusalem in generationes generationum.

Et requiram sanguinem eorum, multumque esse non patiar: & Dominus habitabit in Sion.

Noua ex Tralat. Fr. Vatabili.

6 *Filios quoque Iehudah & filios Ierusalaim vendidistis*
filijs Græcorum, vt elongaretis eos à termino suo.
7 *Ecce suscitabo eos de loco quo vendidistis ipsos, & con-*
uertam retributionem vestram in caput vestrum.
8 *Vendamque filios vestros & filias vestras in manu fi-*
liorum Iehudah, & vendent eos Arabicis *Sabæis, genti*
longinquæ: quia Iehouah loquutus est.
9 *Proclamate istud inter Gentes, præparate bellum susci-*
tate robustos, accedant omnes viri bellatores.
10 *Concidite ligones vestros in gladios, & falces vestras*
in lanceas: debilis dicat, Fortis sum.
11 *Congregate vos, & venite omnes Gentes de circuitu, &*
congregamini, illuc descendere fac ô Iehoua robustos tuos.
12 *Excitentur & ascendant Gentes ad vallem Iehosaphat:*
quia ibi sedebo ad iudicandum omnes Gentes de circuitu.
13 *Mittite falcem, quoniam matura est messis: venite, de-*
scendite, quia plenum est torcular, exuberant prela ipsa
multa enim est malitia eorum.
14 *Populi, populi* inquam *in valle concisionis: quia prope*
est dies Iehouæ in valle concisionis.
15 *Sol & luna obtenebrabuntur, & stellæ retrahent splen-*
dorem suum.
16 *Et Iehouah de Sijon rugiet, & de Ierusalaim dabit vo-*
cem suam, ita vt contremiscant cæli & terra: Iehouah
autem erit *spes populi sui, & fortitudo filiorum Israel.*
17 *Et cognoscetis quod ego Iehouah Deus vester, qui habi-*
to in Sijon monte sanctitatis meæ, eritque Ierusalaim san-
ctitas, ideo alieni non transibunt per eam vltra.
18 *Erit autem in die illa, stillabunt montes musto, & colles*
diffluent lacte, omnesque riui Iehudah fluent aquis: &
fons è domo Iehouæ egredietur, irrigabitque torrentem
Sittim.
19 *Misraim in desolationem erit, & Edom in desertum*
solitudinis erit: propter iniuriam illatam *filijs Iehudah,*
quia effuderunt sanguinem innocentem in terra eorum.
20 *At Iehudah in æternum habitabitur, & Ierusalaim*
in generationem & generationem.
21 *Mundabo quidem* sed *sanguinem eorum non mundabo*
& Iehouah habitat in Sijon.

Digitized by Google

PROPHETIÆ AMOS.

Vulgata Editio.

CAPVT PRIMVM.

VErba Amos qui fuit in pastoribus de Thecue quæ vidit super Israel in diebus Oziæ regis Iuda, & in diebus Ieroboam filij Ioas regis Israel ante duos annos terræmotus.

Za.14.5. Ier.25.30. Ioel.3.16. Et dixit: Dominus de Sion rugiet, & de Ierusalem dabit vocem suam: & luxerunt speciosa pastorum, & exicatus est vertex Carmeli.

Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus Damasci, & super quattuor non conuertam eum: eo quod triturauerint in plaustris ferreis Galaad.

Et mittam ignem in domum Azael, & deuorabit domos Benadad.

Et conteram vectem Damasci: & disperdam habitatorem de campo, & idoli tenentem sceptrum de domo voluptatis: & transferetur populus Syriæ Cyrenen, dicit Dominus.

Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus Gazæ, & super quattuor non conuertam eum: eo quod transtulerint captiuitatem perfectam, vt concluderent eam in Idumæa.

Et mittam ignem in murum Gazæ, & deuorabit ædes eius.

Et disperdam habitatorem de Azoto, & tenentem sceptrum de Ascalone: & conuertam manum meam super Accaron & peribunt reliqui Philisthinorum, dicit Dominus Deus.

Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus Tyri, & super quattuor non conuertam eum: eo quod concluserint captiuitatem perfectam in Idumæa, & non sint recordati fœderis fratrum.

Et mittam ignem in murum Tyri, & deuorabit ædes eius.

Hæc dicit Dominus super tribus sceleriqus Edō, & super quattuor non conuertam eum: eo quod persecutus sit in gladio fratrem suum, & violauerit misericordiam eius, & tenuerit vltra furorem suum, & indignationem suam seruauerit vsque in finem.

Mittam ignem in Theman: & deuorabit ædes Bosræ.

Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus filiorum Ammon, & super quattuor non conuertam eum: eo quod dissecuerit prægnantes Galaad ad dilatandum terminum suum.

Et succendam ignem in muro Rabba: & deuorabit ædes eius in vlulatu in die belli, & in turbine in die commotionis.

Et ibit Melchom in captiuitatem, ipse, & principes eius simul, dicit Dominus.

PROPHETIAE HAMOS.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAPVT PRIMVM,

1 *VErba Hamos qui fuit maior inter pastores Tecoah, quæ vidit super Israel, in diebus Huzijahu regis Israel, duobus annis ante terræ motum.*

2 *Et dixit, Dominus ex Sijon rugiet, & de Ierusalaim dabit vocem suam, & disperdentur pascua locis fertilis Carmel.*

3 *Sic dixit Dominus: Super tribus præuaricationibus Dammesech, & super quattuor non parcam ei, eo quod triturauerint plaustris ferreis habitatores Ghilhad.*

4 *Et mittam ignem in domum Chazael, & deuorabit domos Benahadad.*

5 *Et conteram vectes Dammesec, & excidere faciam habitatorem de valle Auen, tenentem sceptrum de Bethheden & transferentur populus Aram in Chir, dixit Dominus.*

6 *Sic dixit Dominus: Super tribus præuaricationibus Hazzah, & super quattuor non parcam ei eo quod captiuam duxerint captiuitatem perfectam, vt traderet in manum Edom.*

7 *Et mittam ignem in murum Hazzah: & deuorabit ædes eius.*

8 *Et excidere faciam habitatorem de Ashod, & tenentem sceptrum de Aschelon, & conuertam manum meam super Hecron, & peribunt reliqui Pelistim, dixit Dominus Deus.*

9 *Sic dixit Dominus: Super tribus præuaricationibus Sor, & super quattuor non parcam ei: eo quod tradiderint captiuitatem perfectam ipsi Edom, & non sunt recordati fœderis fratrum,*

10 *Et mittam ignem in murum Sor, & deuorabit ædes eius.*

11 *Sic dixit Dominus: Super tribus præuaricationibus Edō, & super quattuor non parcam ei: eo quod persecutus est in gladio fratrem suum, & corruperit misericordias suas, & rapuerit eum in seculum furor eius, & furorem suum seruauit in perpetuum.*

12 *Et mittam ignem in Teman, & deuorabit ædes Bosrah.*

13 *Sic dixit Dominus: Super tribus præuaricationibus filiorum Hammon, & super quattuor non parcam ei: eo quod sciderint montes Ghilhad, ad dilatandum terminum suum.*

14 *Et succendam ignem in muro Rabbah, & deuorabit ædes eius in vociferatione, in die belli, in turbine, in die turbinis.*

15 *Et ibit rex eorum in captiuitatem, ipse, & principes eius simul, dixit Dominus.*

PROPHETIAE AMOS.

Transl. ex Septuag.

CAPVT PRIMVM.

Prop- ta A- mos in trãslat. ex Sep- tuag. Ro. se- quitur statim post O- seã, ita quod se- cundus est in ordine.

SErmones Amos, qui facti sunt in Accarim, de Thecue: quos vidit pro Hierusalem in diebus Oziæ regis Iuda, & in diebus Hieroboam filij Ioas regis Israel ante duos annos terræ motus.

Et ait: Dominus de Sion éffatus est: & de Hierusalem dedit vocem suam. Et luxerunt pascua pastorum: & arefactus est vertex Carmeli.

Et dixit Dominus: Super tribus impietatibus Damasci, & super quattuor non auersabor eum: pro eo, quod secuerunt serris ferreis prægnantes eorum qui in Galaad.

Et mittam ignem in domum Azael: & deuorabit fundamenta filij Adar.

Et conteram vectes Damasci: & disperdam habitatores de campo On: & concidam tribum ex viris Charran. Et captiuus ducetur populus Syriæ nominatus, dicit Dominus.

Hæc dicit Dominus. Super tribus impietatibus Gazæ, & super quattuor nõ auersabor eos: eo quod captiuam duxerunt captiuitatem Salomonis, vt concluderent in Idumæam.

Et emittam ignem super muros Gazæ & deuorabit fundamenta eius.

Et disperdam habitatores de Azoto: & auferetur tribus de Ascalone: & inferam manum meam in Accaronem: & peribunt reliqui alienignarum, dicit Dominus.

Hæc dicit Dominus: Super tribus impietatibus Tyri, & super quattuor non auersabor eam, pro eo, quod concluserunt captiuitatem Salomonis in Idumæa: & non sunt recordati testamenti fratrum.

Et emittam ignem super muros Tyri: & deuorabit fundamenta eius.

Hæc dicit Dominus: Super tribus impietatibus Idumææ, & super quattuor non auersabor eos: eo quod ipsi persequuti sint in gladio fratrem suum. Et violauit matrem super terram, & rapuit in testimonium horrorem suum & impetum suum custodiuit in victoriam.

Et emittam ignem in Thaman: & deuorabit fundamenta murorum eius:

Hæc dicit Dominus: Super tribus impietatibus filiorum Ammon, & super quatuor non auersabor eum, eo quod desecuerit prægnantes Galaaditarum, vt dilatarent terminos suos.

Et succendam ignem super muros Rabbath: & deuorabit fundamenta eius cum clamore in die belli: & commouebitur in die consummationis suæ:

Et ibunt reges eius in captiuitatem, sacerdotes eorum, & principes eorum simul, dicit Dominus.

PROPHETIAE AMOS.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAPVT PRIMVM.

1 *VErba Amos, qui fuit inter pastores Thecoa quæ vidit super Israel in diebus Vzijah Regis Iehudah, & in diebus Iarobam filij Ioas Regis Israel, duobus annis ante terra motum.*

2 *Et dixit Iehouah ex Sijon rugiet, & de Ierusaliam dabit vocem suam: & disperdentur habitacula pastorum, & arescet summitas Charmel.*

3 *Sic dixit Iehouah, super tribus praeuaricationibus Dammesec, & super quatuor non parcam, ei eo quod triturauerint plaustris ferreis* habitatores *Gilad.*

4 *Et mittam ignem in domum Hazael, & deuorabit palatia Be-hadad.*

5 *Conteramque vectem Dammesec, & excidam habitatorem de Bicath auen, & tenentem sceptrum de Bethedem transferenturque populus Aram in Cir, dixit Iehouah.*

6 *Sic dixit Iehouah, Super tribus praeuaricationibus Azzah, & super quatuor non parcam ei: eo quod captiuam duxerit captiuitatem integram, vt traderet ipsi Edom.*

7 *Et mittam ignem in murum Azzah qui deuorabit palatia eius.*

8 *Excidamque habitatorem de Asdod, & tenentem sceptrum de Ascelon, & reuerti faciam manum meam super Ecron, & peribunt reliquiæ Pelisthim, dixit Dominus Iehouah.*

9 *Sic dixit Iehouah, Super tribus praeuaricationibus Sor, & super quatuor non parcam ei, eo quod tradiderint captiuitatem perfectam ipsi Edom, nec recordati sunt fœderis fratrum.*

10 *Et mittam ignem in murum Sor, & deuorabit palatia eius.*

11 *Sic dixit Iehouah, Super tribus praeuaricationibus Edõ, & super quatuor non parcam ei, eo quod persequutus est gladio fratrem suum, & corruperit misericordias suas, & rapuerit* eum *in æternum, furor eius & iram seruauerit in perpetuum.*

12 *Immittamque ignem in Theman, qui deuorabit palatia Bosrah.*

13 *Sic dixit Iehouah, Super tribus praeuaricationibus filiorum Ammon, & super quatuor non parcam ei: eo, quod sciderint montes Gilad, vt dilatarent terminum suum.*

14 *Et succendam ignem in muro Rabah, & deuorabit palatia eius, cum vociferatione in die belli, cum tempestate in die turbinis.*

51 *Et ibit Rex eorum in captiuitatem, ipse & principes eius dixit Iehouah.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio

CAP. II.

HÆc dicit Dominus: Super tribus sceleribus 1
Moab, & super quattuor non conuertam
eum: eo quod incenderit ossa regis Idumææ vsque
ad cinerem.
Et mittam ignem in Maob, & deuorabit ædes 2
Carioth: & morietur in sonitu Moab, in clangore
tubæ:
Et disperdam iudicem de medio eius, & omnes 3
principes eius interficiam cum eo, dicit Dominus.
Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus Iuda 4
& super quattuor non conuertam eum: eo quod
abiecerit legem Domini, & mandata eius non cu-
stodierit: deceperunt enim eos idola sua, post quæ
abierant patres eorum.
Et mittam ignem in Iuda, & deuorabit ædes Ie- 5
rusalem.
Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus If- 6
rael, & super quattuor non conuertam eam: pro eo
quod vendiderit pro argento iustum, & pauperem
pro calceamentis.
Qui conterunt super puluerem terræ capita pau- 7
perum, & viam humilium declinant: & filius, ac
pater eius ierunt ad puellam, vt violarent nomen
sanctum meum.
Et super vestimentis pignoratis accubuerunt 8
iuxta omne altare: & vinum damnatorum bibe-
bant in domo Dei sui.
*Num. 21. 24. Deu. 2. 24. * Ego autem exterminaui Amorrhæum à facie 9
eorum: cuius altitudo, cedrorum altitudo eius, &
fortis ipse quasi quercus: & contriui fructum eius
desuper, & radices eius subter.
*Exo. 14. 21. Deut. 8. 2. * Ego sum, qui ascendere vos feci de Terra Ægy- 10
pti, & duxi vos in deserto quadraginta annis vt
possideretis terram Amorrhæi,
Et suscitaui de filijs vestris in prophetas, & de 11
iuuenibus vestris Nazaræos: numquid non ita est
filij Israel dicit Dominus?
Et propinabatis Nazaræis vinum: & prophetis 12
mandabatis, dicentes: Ne prophetetis.
Ecce ego stridebo subter vos, sicut stridet plau- 13
strum onustum fœno,
Et peribit fuga à veloce, & fortis non obtinebit 14
virtutem suam, & robustus non saluabit animam
suam:
Et tenens arcum non stabit, & velox pedibus suis 15
non saluabitur, & ascensor equi non saluabit ani-
mam suam:
Et robustus corde inter fortes nudus fugiet in il- 16
la die, dicit Dominus.

CAP. III.

AVdite verbum, quod locutus est Dominus 1
super vos filij Israel: super omnem cognatio-
nem, quam eduxi de terra Ægypti, dicens:
Tantummodo vos cognoui ex omnibus cogna- 2
tionibus terræ: idcirco visitabo super vos omnes
iniquitates vestras.
Numquid ambulabunt duo pariter, nisi conue- 3
nerit eis?
Numquid rugiet leo in saltu, nisi habuerit præ- 4
dam? numquid dabit catulus leonis vocem de cu-
bili suo, nisi aliquid apprehenderit?

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. II.

SIc dixit Dominus: Super tribus prauaricationibus
Moab, & super quattuor non parcam ei, eo quod com-
bussserit ossa regis Edom, in cinerem.
Et mittam ignem in Moab, & deuorabit ædes Cheriioth:
& morietur in sonitu, in vociferatione, in sonitu tubæ.
Et excidere faciam iudicem de medio eius, & omnes prin-
cipes eius interficiam cum eo, dixit Dominus.
Sic dixit Dominus: Super tribus prauaricationibus Ie-
hudah, & super quattuor non parcã ei: eo quod abiecerint
legem Domini, & statuta eius non seruauerint: & errare
fecerunt eos mendacia sua, post quæ abierunt patres eo-
rum.
Et mittam ignem in Iehudah, & deuorabit ædes Ieru-
salaim.
Sic dixit Dominus: Super tribus prauaricationibus If-
rael, & super quattuor non parcam ei: eo quod vendide-
rint argento iustum, & pauperem propter duo calceamen-
ta.
Qui conculcauerunt super puluerem terræ caput pau-
perum, & viam humilium declinare fecerunt, & vir, &
pater eius ierunt ad puellam, vt violarent nomen san-
ctum meum.
Et super vestimentis in pignus acceptis recumbebant
apud omne altare: & vinum pœnis affectorum biberunt
in domo deorum suorum.
Ego autem disperdere feci Emorræum à facie vestra, cu-
ius altitudo, sicut altitudo cedrorum erat, & fortis erat
sicut quercus: & perdere feci fructum eius sursum, &
radices eius deorsum.
Et ego ascendere feci vos è terra Ægypti, & ambulare
feci vos per desertum quadraginta annis, vt possideretis
terram Emorræi.
Et suscitaui de filijs vestris, vt essent prophetæ, & de
iuuenibus vestris vt essent Neziræi. Nunquid ita non est
hoc filij Israel, dixit Dominus?
Et potum dedistis Neziræis vinum, & prophetis præci-
piebatis, dicendo: Non prophetabitis.
Ecce ego obsidionem facio in loco vestro, quemadmodum
obsidetur plaustrum plenum manipulis.
Et peribit fuga à leui, & fortis non fortificabit fortitu-
dinem suam, & robustus non eruet animam suam.
Et qui tenet arcum non stabit, & leuis pedibus suis non
eruet.
Et qui roborat cor suum, sicut potentes, nudus fugiet
in die illa, dixit Dominus.

CAP. III.

AVdite verbum hoc, quod locutus est Dominus super
vos filij Israel, super omnem cognationem, quam
ascendere feci è terra Ægypti, dicendo:
Tantum vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ:
idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras.
Nunquid ambulabunt duo pariter, nisi conuenerint?
Nunquid rugiet leo in sylua, & præda non fuerit ei?
Numquid dabit leunculus vocem suam de habitaculo suo
nisi apprehenderit?

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

CAP. II.

HÆc dicit Dominus: Super tribus impietatibus Moab & super quattuor non auersabor eum pro eo, quod incenderunt ossa regis Idumææ in cinerem.

Et emittam ignem in Moab, & deuorabit fundamenta ciuitatum eius: & morietur in infirmitate Moab cum clamore, & cum voce tubæ:

Et disperdam iudicem ex ea: & omnes principes eius interficiam cum eo, dicit Dominus.

Hæc dicit Dominus: Super tribus impietatibus filiorum Iuda, & super quattuor non auersabor eũ: quia repulerũt legẽ Domini, & præcepta illius non custodierunt: & deceperũt eos vanitates suæ, quas fecerũt, quas sequuti sunt patres eorũ post eas.

Et emittam ignem in Iudam, & deuorabit fundamenta Hierusalem.

Hæc dicit Dominus: Super tribus impietatibus Israel, & super quattuor non auersabor eum: pro eo, quod vendiderint argento iustum, & pauperem propter calceamenta.

Quæ calceant super puluerem terræ: & pugno percutiebant in capita pauperũ, & viam humiliũ declinabãt: & filius, & pater eius ingrediebantur ad candẽ puellam vt contaminarent nomen Dei sui.

Et vestimenta sua alligantes funibus, faciebant velamina iuxta altare, & vinum de calumnijs bibebant in domo Dei sui.

Ego autem abstuli Amorrhæum à facie eorum: cuius erat, sicut altitudo cedri sublimitas eius, & fortis quasi quercus: & arefeci fructum eius desuper, & radices eius deorsum.

Et ego eduxi vos de terra Ægypti, & circunduxi vos in deserto quadraginta annis: vt possideretis terram Amorrhæorum.

Et Assumpsi de filijs vestris in prophetas, & de iuuenibus vestris in sanctificationem. Nunquid non sunt hæc filij Israel? dicit Dominus.

Et propinabatis sanctificatis vinum, & prophetis mandabatis, dicentes: Ne prophetetis.

Quapropter ecce ego voluo subter vos, sicut voluitur plaustrum plenum stipula:

Et peribit fuga à cursore, & fortis non obtinebit fortitudinem suam, & pugnator non saluabit animam suam:

Et sagittarius non substinebit: & velox pedibus suis saluari non poterit, & eques non saluabit animam suam:

Et fortis non inueniet cor suum in potentatibus: nudus persequetur in die illa, dicit Dominus.

CAP. III.

AVdite verbum hoc quod loquutus est Dominus super vos domus Israel, & contra omnẽ tribum quam eduxi de terra Ægypti, dicens:

Veruntamen vos cognoui de vniuersis tribubus terræ: idcirco vlciscar super vos omnia peccata vestra.

Si ambulabunt duo simul omnino, nisi cognouerint se?

Si rugiet leo de saltu suo, prædam non habens? Si dabit catulus leonis vocem suam de cubili suo omnino, nisi aliquid rapuerit?

Noua ex Tralat. Fr. Vatabili.

CAP. II.

1 *SIc dixit Iehouah; Super tribus præuaricationibus Moab, & super quatuor non parcam ei, eo quod cremauerit ossa Regis Edom, in cinerem.*

2 *Et mittam ignem in Moab, qui deuorabit palatia Cheryoth, morieturque in tumultu Moab, in vociferatione, & in sonitu tubæ.*

3 *Et excindam iudicem de medio eius; & omnes principes eius interficiam cum eo, dixit Iehouah.*

4 *Sic dixit Iehouah, Super tribus præuaricationibus Iehudah, & super quatuor non parcam ei: eo quod abiecerũt legem Iehouæ, & statuta eius non seruauerint: & errare fecerunt eos mendacia sua, post quæ abierunt Patres ipsorum.*

5 *Et mittam ignem in Iehudah, qui deuorabit palatia Ierusalaim.*

6 *Sic dixit Dominus: Super tribus præuaricationibus Israel, & super quatuor non parcam ei; eo quod vendiderint argento iustum, & pauperem pari calceorum.*

7 *Qui anhelant vt sit puluis in capite pauperum, & viam humilium declinare fecerunt: præterea vir & pater eius iuerunt ad* candem *puellam, vt violarent nomen sanctum meum.*

8 *Et super vestimenta in pignus accepta discumbebant iuxta vnumquodque altare: & vinum pœnis affectorum bibebant* in *domo deorum suorum.*

9 *Ego autem perdidi Emorræum à facie eorum, cuius altitudo* erat *sicut altitudo cedrorum, & fortis velut quercus, perdidi inquam fructum eius sursum, & radices eius deorsum.*

10 *Ego quoque ascendere feci vos è terra Misraim, & deduxi vos per desertum quadraginta annis, vt possideretis terram Emorræi.*

11 *Adhæc suscitaui de filijs vestris vt essent prophetæ, & de iuuenibus vestris vt essent Neziræi: sed nonne ita* est *ô filij Israel, dicit Iehouah?*

12 *Vos autem potum dedistis Nezirais vinum, & prophetis præcepistis, dicendo: Ne prophetetis.*

13 *Ecce ego angustabo* vos *in loco vestro, quemadmodum angustiatur plaustrum plenum manipulis.*

14 *Peribit fuga à veloce, & fortis non roborabit fortitudinem suam, & robustus non eruet animam suam.*

15 *Et qui tenet arcum non consistet neque velox pedibus suis eruet* sese, *neque insidens equo eruet animam suam.*

16 *Et qui roborat cor suum inter robustos, nudus fugiet in die illa, dixit Iehouah.*

CAP. III.

1 *AVdite verbum quod loquutus est Iehouah contra vos filij Israel, aduersus totam cognationem quam ascendere feci è terra Misraim, dicendo,*

2 *Tantum vos agnoui ex omnibus cognationibus terræ: idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras.*

3 *Ambulabuntne duo pariter, nisi conuenerint?*

4 *Rugiet ne leo in sylua, & præda non erit illi? an dabit leunculus vocem suam de habitaculo suo* egressus *nisi apprehenderit?*

Digitized

Vulgata Editio.

Numquid cadet auis in laqueum terræ absque
aucupe numquid auferetur laqueus de terra ante-
quam quid ceperit?
Si clanget tuba in ciuitate,& populus non expa-
uescet? si erit malum in ciuitate, quod Dominus
non fecerit?
Quia non facit Dominus Deus verbum, nisi re-
uelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas.

Leo rugiet quis non timebit? Dominus Deus lo-
cutus est, quis non prophetabit?
Auditum facite in ædibus Azoti, & in ædibus
terræ Ægypti:& dicite:Congregamini super mon-
tes Samariæ, & videte insanias multas in medio
eius,& calumniam patientes in penetralibus eius.

Et nescierunt facere rectum, dicit Dominus, the-
saurizantes iniquitatem,& rapinas in ædibus suis

Propterea hæc dicit Dominus Deus: Tribulabi-
tur,& circuietur terra:& detrahetur ex te fortitu-
do tua,& diripientur ædes tuæ.
Hæc dicit Dominus: Quomodo si eruat pastor de
ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ: sic
eruentur filij Israel, qui habitant in Samaria in pla-
ga lectuli,& in Damasci grabato.
Audite,& contestamini in domo Iacob, dicit Do-
minus Deus exercituum:
Quia in die cum visitare cœpero præuaricatio-
nes Israel, super eum visitabo, & super altaria Be-
thel:& amputabuntur cornua altaris,& cadent in
terram.
Et percutiam domum hiemalem cum domo æ-
stiua:& peribunt domus eburnæ, & dissipabuntur
ædes multæ, dicit Dominus.

CAP. IIII.

AVdite verbum hoc vaccæ pingues, quæ estis
in monte Samariæ: quæ calumniam facitis
egenis,& confringitis pauperes: quæ dicitis domi-
nis vestris: Afferte,& bibemus.
Iurauit Dominus Deus in sancto suo: quia ecce
dies venient super vos, & leuabunt vos in contis,
& reliquias vestras in ollis feruentibus.

Et per aperturas exibitis altera contra alteram,
proijciemini in Armon, dicit Dominus:

Venite ad Bethel,& impie agite: ad Galgalam, &
multiplicate præuaricationem:& afferte mane vi-
ctimas vestras, tribus diebus decimas vestras.

Et sacrificate de fermentato laudem: & vocate
voluntarias oblationes,& annunciate: sic enim vo
luistis filij Israel, dicit Dominus Deus.

Vnde & ego dedi vobis stuporem dentium in
cunctis vrbibus vestris, & indigentiam panum in
omnibus locis vestris:& non estis reuersi ad me, di-
cit Dominus.
Ego quoque prohibui à vobis imbrem, cum ad-
huc tres menses superessent vsque ad messem: &
plui super vnam ciuitatem,& super alteram ciui-
tatem non plui, pars vna compluta est,& pars, su-
per quam non plui, aruit.
Et venerunt duæ & tres ciuitates ad vnam ciui-
tatem vt biberent aquam,& non sunt satiatæ, &
non redistis ad me, dicit Dominus.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

5 Nunquid cadet auis in laqueum terræ, & laqueus non
est ei? nunquid ascendet laqueus è terra, & capiendo non
cepit.
6 Nunquid clangetur tuba in ciuitate, & populus non ex
pauescet? num erit malum in ciuitate, & Dominus non
fecerit?
7 Quia non faciet Dominus Deus verbum, nisi reuela-
uerit secretum suum seruis suis prophetis.

8 Leo rugijt, quis non timebit? Dominus Deus locutus est,
quis non prophetabit?
9 Congregare facite super ædes quæ sunt in Asdod, &
super ædes quæ sunt in terra Ægypti: & dicite: Congre-
gate vos super montes Somr n. & videte contritiones mul-
tas in medio eius, & oppressos in medio eius.

10 Et nescierunt facere rectum, dixit Dominus, qui recon-
dunt, quæ rapiunt, & quæ prædantur in ædibus suis.

11 Propterea sic dixit Dominus Deus: Afflictio veniet, &
in circuitu terræ: & descendere faciet à te fortitudinem
tuam, & diripientur ædes tuæ.
12 Sic dixit Dominus: Quomodo si eruat pastor de ore le-
onis duo crura, vel extremum auris: sic eruentur filij Is-
rael habitantes in Somron in angulo lecti, & angulo gra-
bati.
13 Audite, & contestari facite in domo Iahacob, dixit Do-
minus, Dominus Deus exercituum.
14 Quia in die qua visitabo præuaricationes Israel super
eum, visitabo super altaria Bethel & amputabuntur cor-
nua altaris, & cadent in terram.
15
Et percutere faciam domum hyemalem super domum
æstiuam, & peribunt domus eburneæ, & deficient domus
multæ, dixit Dominus.

CAP. IIII.

1 AVdite verbum hoc vaccæ Basan, quæ estis in monte
Somron: quæ opprimitis pauperes: quæ confringitis
pauperes, quæ dicitis dominis vestris: Afferte, & bibemus.

2 Iurauit Dominus Deus per sanctitatem suam: quia ec-
ce dies veniunt super vos, & tollet vos inimicus spinis,
& posteritatem vestram hamis quibus capiuntur pis-
ces.
3 Et per aperturas exibitis vnaquæque contra se, &
proijcere facietis in posteritatem vestram in Harmonah,
dixit Dominus:
4 Venite in Bethel, & præuaricamini in Ghilghal, multi-
plicate, vt præuaricemini, & afferte mane sacrificia ve-
stra, post tres annos decimas vestras.

5 Et adole de fermento confessionem, & vocate ad solē-
nitatem, voluntaria congregare facite: quia sic dilexistis
filij Israel, dixit Dominus Deus.

6 Et etiam ego dedi vobis munditiem dentium in cunctis
vrbibus vestris, & indigentiam panis in cunctis locis ve-
stris, & non estis, reuersi ad me dixit Dominus.

7 Et etiam ego prohibui à vobis imbrem, cum adhuc es-
sent tres menses vsque ad messem: & pluere faciam super
ciuitatem vnam, & super ciuitatem alteram non pluere
faciam: pars vna compluta est: & pars super quam non
pluet, arescet.
8 Et mouebunt se duæ vel tres ciuitates ad ciuitatem v-
nam super quam pluere fecit, vt bibant aquam, & non
satiabuntur: & non estis reuersi ad me, dixit Dominus.

Per-

Per-

Transl. ex Septuag.

5 Si cadet auis super terram sine aucupe? Si depo-
netur laqueus super terram: nisi aliquid apprehen-
derit?
6 Si clanget tuba in ciuitate, & populus non time-
bit? Si erit malitia in vrbe, quam Dominus non
fecit?
7 Quia non faciet Dominus Deus aliquid, nisi re-
uelauerit eruditionem suam ad seruos suos pro-
phetas.
8 Leo ructabit: & quis non timebit? Dominus Deus
loquutus est: & quis non prophetabit?
9 Annunciate regionibus in Assyrijs, & ad regiones
Ægypti, & dicite: Congregamini super montem Sa-
mariæ: & videte mirabilia multa in medio eius, &
oppressionem, quæ in ea.
10 Et ignorauit, quæ futura sint coram ea, dicit Do-
minus: qui thesaurizant iniquitatem, & miseriam
in regionibus suis.
11 Propterea hæc dicit Dominus Deus: Tyrus, in
circuitu terra tua deserta erit: & detrahet de te for-
titudinem tuam & diripientur regiones tuæ.
12 Hæc dicit Dominus: Quomodo si auellat pastor
de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ: sic
auellentur filij Israel, qui habitant in Samaria con-
tra tribum, & in Damasco.
13 Sacerdotes audite, & contestamini domum Ia-
cob, dicit Dominus Deus omnipotens.
14 Quia in die, qua vlciscar impietates Israel super
eum: vlciscar & super altaria Bæthel. Et suffodien-
tur cornua altaris, & cadent super terram.
15 Confundam, & percutiam domum pinnatam su-
per domum æstiuam: & peribunt domus eburneæ:
& adijcientur domus aliæ multæ, dicit Dominus.

CAP. IIII.

1 AVdite verbum hoc vaccæ Basanitidis, quæ
estis in monte Samariæ, quæ opprimitis pau-
peres, & conculcatis egenos, quæ dicitis dominis
vestris, Date nobis, vt bibamus.
2 Iurat Dominus per sanctos suos: quoniam ecce
dies venient super vos: & tollent vos in armis, &
eos, qui vobiscum sunt, in ollas succensas injicient,
feruentes, pestilentes:
3 Et eijciemini nudæ contra inuicem: & proijcie-
mini in montem Remman, dicit Dominus,
4 Introistis in Bæthel, & impiè egistis: & in Galgala
multiplicastis impie agere: & intulistis mane ho-
stias vestras, in triduum decimas vestras.
5 Et legerunt foris legem, & inuocauerunt confes-
siones. Annunciate, quia hæc dilexerunt filij Israel,
dicit Dominus.
6 Et ego dabo vobis stuporem dentium in cunctis
vrbibus vestris, & indigentiam panum in omnibus
locis vestris. Et non estis reuersi ad me, dicit Do-
minus.
7 Et ego repressi à vobis pluuiam ante tres menses
vindemiæ: & pluam super ciuitatem vnam, & super
ciuitatem vnam non pluam. Pars vna irrigabitur:
& pars, super quam non pluero, arefiet.
8 Et congregabuntur duæ, & tres ciuitates in ciui-
tatem vnam, vt bibant aquam: & non satiabuntur.
Et non estis reuersi ad me, dicit Dominus.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

Nunquid cadet auis in laqueum in *terra* dispositum,
& laqueus non erit *ipsi? nunquid ascendet laqueus è ter-
ra, & capiendo non capiet?*
*Nunquid clangetur tuba in ciuitate, & populus non
expauescet? an erit malum in ciuitate, & Iehouah non
fecerit?*
*Quia non facit Dominus Iehouah quicquam, nisi re-
uelauerit secretum suum seruis suis Prophetis.*
Si *leo rugiat, quis non timebit? Dominus Iehouah lo-
quutus est, quis non prophetabit?*
Promulgate super palatia quæ sunt *in Asdod, & su-
per palatia* quæ sunt *in terra Misraim, & dicite, Con-
gregamini super montes Someron, & videte contritiones
multas in medio eius, & oppressos in medio eius:*
*Nec norunt facere rectum, dixit Iehouah, qui recon-
dunt iniquitatem & direptionem in palatiis suis.*
*Propterea sic dixit Dominus Iehouah, Tribulatio, & in
circuitu terræ: & detrahet à te fortitudinem tuam, &
diripientur palatia tua.*
*Sic dixit Iehouah, Quemadmodum eruit pastor de ore
leonis duo crura: vel extremum auris, sic eruentur filij
Israel, habitantes in Someron, in angulo lecti & angulo
grabati.*
*Audite, & testimonio comprobate in domo Iaacob, di-
xit Dominus Iehouah Deus exercituum:*
*Quòd die quo visitabo præuaricationes Israel super
eum, visitabo super altaria Beth-el, & amputabuntur
cornua altaris, cadentq́ue in terram.*
*Et percutiam domum hyemalem vnà cum domo æsti-
ua, peribuntq́ue domus eburneæ, & deficient domus multæ,
dixit Iehouah.*

CAP. IIII.

AVdite verbum hoc vaccæ Basan, quæ estis *in monte
Someron, quæ opprimitis pauperes, quæ confringitis
pauperes, quæ dicitis dominis vestris, Afferte, & bi-
bemus.*
*Iurauit Dominus Iehouah per sanctitatem suam quòd
ecce dies veniunt super vos, & tollet vos* inimicus *spinis,
& posteritatem vestram hamis piscatoriis.*
Et per *rupturas* muri *exibitis vnaquæque ante se, &
conijcietis vos in palatium ipsum, dixit Iehouah.*
Venite in *Beth-el, & præuaricamini in Gilgal, multi-
plicate præuaricari, & afferte manè sacrificia vestra, post
tres annos decimas vestras.*
*Et adolete de fermento confessionem, & indicite obla-
tiones voluntarias, proclamate: quia sic vultis filiis Is-
rael, dixit Dominus Iehouah.*
*Ego quoque dedi vobis munditiem dentium in cunctis
vrbibus vestris, & penuriam panis in cunctis locis vestris:
& non estis reuersi vsque ad me, dixit Iehouah.*
*Sed & ego prohibui à vobis imbrem, quum adhuc es-
sent tres menses vsque ad messem: & pluere feci super ci-
uitatem vnam, & super ciuitatem alteram non feci
pluere: fundus vnus complutus fuit, fundus autem super
quem non pluit, aruit.*
*Et proficiscebantur duæ, trésve ciuitates ad ciuitatem
illam super quam pluere feceram, vt biberent aquam, &
non satiabantur: non tamen reuersi estis vsque ad me, di-
xit Iehouah.*

Per-

Vulgat. Editio.

* Agg. 2.18.

* Percusſi vos in vento vrente, & in aurugine, multitudinem hortorum veſtrorum, & vinearum veſtrarum: oliueta veſtra, & ficeta veſtra comedit eruca: & non rediſtis ad me, dicit Dominus.

Miſi in vos mortem in via Ægypti, percuſsi in gladio iuuenes veſtros vſque ad captiuitatem equorum veſtrorum: & aſcendere feci putredinem caſtrorum veſtrorum in nares veſtras: & non rediſtis ad me, dicit Dominus.

* Ge. 19. 24.

Subuerti vos, * ſicut ſubuertit Deus Sodomam, & Gomorrham, & facti eſtis quaſi torris raptus ab incendio: & non rediſtis ad me, dicit Dominus.

Quapropter hæc faciam tibi Iſrael: poſtquam autem hæc fecero tibi, præparare in occurſum Dei tui Iſrael.

Quia ecce formans montes, & creans ventum, & annuncians homini eloquium ſuum, faciens matutinam nebulam, & gradiens ſuper excelſa terræ: Dominus Deus exercituum nomen eius.

CAP. V.

AVdite verbum iſtud, quod ego leuo ſuper vos planctum. Domus Iſrael cecidit, & non adiciet vt reſurgat.

Virgo Iſrael proiecta eſt in terram ſuam, non eſt qui ſuſcitet eam.

Quia hæc dicit Dominus Deus: Vrbs, de qua egrediebantur mille, relinquentur in ea centum: & de qua egrediebantur centum, relinquentur in ea decem in domo Iſrael.

Quia hæc dicit Dominus domui Iſrael: Quærite me, & viuetis.

Et nolite quærere Bethel, & in Galgalam nolite intrare, & in Berſabee non tranſibitis: quia Galgala captiua ducetur, & Bethel erit inutilis.

Quærite Dominum, & viuite: ne fortè comburatur vt ignis domus Ioſeph, & deuorabit, & non erit qui extinguat Bethel.

Qui conuertitis in abſinthium iudicium, & iuſtitiam in terra relinquitis.

* Iob. 9. 6.

Facientem Arcturum, & Orionem, & conuertentem in mane tenebras, & diem in noctem mutantem: * qui vocat aquas maris, & effundit eas ſuper faciem terræ: Dominus nomen eſt eius.

Qui ſubridet vaſtitatem ſuper robuſtum, & depopulationem ſuper potentem affert.

Odio habuerunt corripientem in porta: & loquentem perfectè abominati ſunt.

* Soph. 1. 17.

Idcirco, pro eo quòd diripiebatis pauperem, & prædam electam tollebatis ab eo: * domos quadro lapide ædificabitis, & non habitabitis in eis: vineas plantabitis amantiſsimas, & non bibetis vinum earum.

Quia cognoui multa ſcelera veſtra, & fortia peccata veſtra: hoſtes iuſti accipientes munus, & pauperes deprimentes in porta:

Ideo prudens in tempore illo tacebit: quia tempus malum eſt.

Quærite bonum, & non malum, vt viuatis: & erit Dominus Deus exercituum vobiſcum, ſicut dixiſtis.

* Ro. 12. 9. Pſ. 96. 10.

* Odite malum, & diligite bonum, & conſtituite in porta iudicium: ſi fortè miſereatur Dominus Deus exercituum reliquiis Ioſeph.

Pro-

Tranſl. ex Heb. Sanct. Pagn.

9 *Percuſſi vos ariditate, & aurugine, quando multiplicaſtis hortos veſtros, & vineas veſtras: & ficeta veſtra, & oliueta veſtra comedit eruca, & non rediſtis ad me, dixit Dominus.*

10 *Miſi in vos peſtilentiam in via Ægypti, occidi gladio iuuenes veſtros, cum captiuitate equorum veſtrorum. Et aſcendere feci fœtorem caſtrorum veſtrorum in nares veſtras, & non rediſtis ad me, dixit Dominus.*

11 *Subuerti vos, quemadmodum ſubuertit Deus Sodom, & Hamorah, & fuiſtis ſicut torris erutus de incendio, & non rediſtis ad me, dixit Dominus.*

12 *Quapropter ſic faciam tibi Iſrael: pro eo quòd hoc faciam tibi, præpara teipſum in occurſum Dei tui Iſrael.*

13 *Quia ecce qui formauit montes, & creauit ventum, & annunciauit homini quid opus eius, qui fecit auroram, & tenebras, & qui graditur ſuper excelſa terræ, Dominus Deus exercituum nomen eius.*

CAP. V.

1 *AVdite verbum hoc, quod leuo ſuper vos lamentum domus Iſrael. Cecidit, non addet, vt ſurgat.*

2 *Virgo Iſrael, dimiſſa eſt ſuper terram ſuam, non eſt qui ſuſcitet eam.*

3 *Sic enim dixit Dominus Deus: In vrbe ex qua egrediebantur mille, dimittere faciet centum: & ex qua egrediebantur centum relinquere faciet decem domus Iſrael.*

4 *Quia ſic dixit Dominus domui Iſrael: Quærite me, & viuetis.*

5 *Et ne quæratis Bethel, & Ghilghal non ingrediemini, & Beerſebah non tranſibitis, quia Ghilghal demigrando demigrabit, & Bethel erit in nihilum.*

6 *Quærite Dominum, & viuetis, ne forte findat quaſi ignis domum Ioſeph, & conſumat, & non ſit qui extinguat in Bethel.*

7 *Eos qui verterunt in abſynthium iudicium, & iuſtitiam in terra reliquerunt.*

8 *Qui facit arcturum, & Orionem, & conuertit in mane vmbram mortis, & diem in noctem tenebraſcere facit: qui vocat aquas maris, & effundit eas in ſuperficie terræ, Dominus nomen eius.*

9 *Qui roborat vaſtatorem ſuper populum robuſtum, & vaſtator ſuper munitionem veniet.*

10 *Oderunt in porta corripientem, & loquentem perfectè abominati ſunt.*

11 *Idcirco quia oneraſtis pauperem, & cibum electum tuliſtis ab eo: in domibus lapidis quas ædificaſtis non habitabitis, vineas deſiderabiles plantaſtis, & non bibetis vinum earum.*

12 *Quia cognoui multas præuaricationes veſtras, & fortia peccata veſtra: hoſtes viri iuſti accipientes pretium, & pauperum iudicium in porta peruerterunt.*

13 *Ideo intelligens in tempore ipſo tacebit, quia tempus malum eſt.*

14 *Quærite bonum, & non malum, vt viuatis: & erit ſic Dominus Deus exercituum vobiſcum, ſicut dixiſtis.*

15 *Odio habete malum, & diligite bonum, & conſtituite in porta iudicium, ſi forte miſereatur Dominus Deus exercituum reſiduo Ioſeph.*

Pro-

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Percussi vos in ardore, & in aurugine. Multiplicastis hortos vestros, vineas vestras, & ficeta vestra, & oliueta vestra comedit eruca. Et ne sic quidem conuersi estis ad me, dicit Dominus.

Emisi in vos mortem in via Ægypti, & occidi in gladio iuuenes vestros cum captiuitate equorum vestrorum. Et eduxi in igne castra in ira vestra. Et ne sic quidem reuersi estis ad me, dicit Dominus.

Subuerti vos, sicut subuertit Deus Sodomam, & Gomorram: & facti estis, sicut torris erutus de igne. Et ne sic quidem conuersi estis ad me, dicit Dominus. Propterea sic faciam tibi Israel.

Veruntamen, quia sic faciam tibi, præparare, vt inuoces Deum tuum Israel.

Quia ecce ego firmans tonitruum, & creans spiritum, & annuncians in homines Christum suum, faciens mane, & nebulam, & ascendens super excelsa terræ: Dominus Deus omnipotens nomen ei.

C A P. V.

AVdite verbum Domini istud, quod ego assumo super vos, planctum. Domus Israel cecidit: non adiiciet amplius, vt resurgat.

Virgo Israel proiecta est super terram eius: non est, qui suscitet eam.

Propterea hæc dicit Dominus Dominus. Vrbs, de qua egrediebantur mille, relinquentur centum: & de qua egrediebantur centum: relinquentur decem domui Israel.

Quia hæc dicit Dominus ad domum Israel: Quærite me, & viuetis:

Et nolite quærere Bethel, & in Galgala ne ingrediamini, & super puteum iuramenti non transeatis: quia Galgala captiuabitur: & Bethel erit, quasi non sit.

Quærite Dominum, & viuite, ne succendatur, vt ignis, & domus Ioseph, & deuoret eam, & non erit, qui extinguat domui Israel.

Qui facit in excelso iudicium, & iustitiam in terra posuit:

Qui facit omnia, & transformat, & conuertit in mane vmbram, & diem in noctem contenebrat. Qui vocat aquam maris, & effundit eam super faciem terræ: Dominus nomen ei.

Qui diuidit contritionem super fortitudinem, & miseriam super munitionem adducit.

Odio habuerunt in portis arguentem, & verbum sanctum abominati sunt.

Propterea, quia pugno percutiebant pauperes, & munera electa accipiebatis ab eis, domos dolatis lapidibus ædificastis, & non habitabitis in eis: vineas desiderabiles plantastis, & non bibetis vinum earum.

Quia cognoui multas impietates vestras: & fortia sunt peccata vestra: conculcantes iustum, accipientes commutationes, & pauperes in portis declinantes.

Ideo, qui intelligit, in tempore illo silebit: quia tempus malum est.

Quærite bonum, & non malum, vt viuatis. Et erit sic vobiscum Dominus Deus omnipotens: sicut dixistis,

Odio habuimus mala, & dileximus bona. Et reddite in portis iudicium: vt misereatur Dominus Deus omnipotens his, qui reliqui sunt de Ioseph.

Noua ex Hebr. Tralat. Fr. Vatabli.

9 *Percussi vos ariditate & robigine multiplices hortos vestros, & vineas vestras, & ficeta vestra, & oliueta vestra comedit eruca: nec tamen redijstis vsque ad me, dixit Iehouah.*

10 *Immisi in vos pestilentiam in via Misraim, occidi gladio iuuenes vestros, cum captiuitate equorum vestrorum: & excitaui fœtorem castrorum vestrorum in nares vestras: nec tamen redijstis ad me: dixit Iehouah.*

11 *Subuerti in vobis quemadmodum subuertit Deus Sedom & Amorah: fuistisque sicut torris erutus ab incendio: nec tamen redijstis vsque ad me, dixit Iehouah.*

12 *Quapropter sic faciam tibi, Israel: eò quòd hoc faciam tibi, præpara teipsum in occursum Dei tui ô Israel.*

13 *Quia ecce, qui format montes, & creat ventum, & annunciat homini quænam sit meditatio eius, qui facit auroram tenebras, quique graditur super excelsa terræ, Iehouah Deus exercituum nomen eius.*

C A P. V.

1 *AVdite verbum hoc quod ego leuo aduersum vos lamentum, domus Israel.*

2 *Cecidit, non addet, vt surgat virgo Israel, derelicta est super terram suam, non est qui attollat eam.*

3 *Sic enim dixit Dominus Iehouah, Vrbs* ex *qua egrediebantur mille, relinquet centum: & ex qua egrediebantur centum, relinquet decem domui Israel.*

4 *Quoniam sic dixit Iehouah domui Israel. Quærite me, & viuetis.*

5 *Et ne quæratis Bethel, neque Gilgal ingredimini, nec* in *Beerseba transeatis: nam Gilgal demigrando demigrabit, & Bethel erit in nihilum.*

6 *Quærite Iehouam, & viuetis: ne forte findat sicut ignis domum Ioseph, & deuoret, nec sit qui extinguat in Bethel.*

7 *Qui conuertunt in absynthium iudicium, & iustitiam in terra relinquunt.*

8 *Qui facit Arcturum, & Orionem, & conuertit in mane vmbram mortis, & diem* in *noctem tenebrescere facit: qui aduocat aquas maris, effunditque eas super faciem terræ, Iehouah nomen eius.*

9 *Qui roborat vastatorem super robustum, & vastator in munitionem veniet.*

10 *Oderunt in porta corripientem, & loquentem perfectum abominati sunt.*

11 *Propterea quòd fatigatis pauperem, & fascem tritici accipitis ab eo, domos incisorum* lapidum *ædificastis, & non habitabitis: vineas desiderabiles plantastis, & non bibetis vinum earum.*

12 *Scio enim multas præuaricationes vestras, & fortia peccata vestra, affligunt iustum, accipiunt precium redemptionis, & pauperes in porta cadere faciunt* causa sua.

13 *Ideò prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum est.*

14 *Quærite bonum, & non malum, vt viuatis: sic enim erit Iehouah Deus exercituum vobiscum, sicut dixistis.*

15 *Odio habete malum, & diligite bonum, & constituite in porta iudicium, fortè miserebitur Iehouah Deus exercituum residuo Ioseph.*

Vulgat. Editio.

Propterea hæc dicit Dominus Deus exercituum dominator, in omnibus plateis planctus: & in cunctis, quę foris sunt, dicetur væ væ: & vocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum eos, qui sciunt plangere.

Et in omnibus vineis erit planctus: quia pertransibo in medio tui, dicit Dominus.

* Ier. 30. 7. Ioel 2, 12. Soph. 1. 15.

* Væ desiderantibus diem Domini: ad quid eam vobis? dies Domini ista, tenebræ, & non lux.

Quomodo si fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei vrsus: & ingrediatur domum, & innitatur manu sua super parietem, & mordeat eum coluber.

Numquid non tenebræ dies Domini, & non lux? & caligo, & non splendor in ea?

* Isa. 1. 11. Ier. 6. 20. Mal. 2. 12.

* Odi, & proieci festiuitates vestras: & non capiam odorem cœtuum vestrorum.

Quod si obtuleritis mihi holocaustomata, & munera vestra, non suscipiam: & vota pinguium vestrorum non respiciam.

Aufer à me tumultum carminum tuorum: & cantica lyræ tuæ non audiam.

Et reuelabitur quasi aqua iudicium, & iustitia quasi torrens fortis.

* Act. 7. 42.

* Numquid hostias & sacrificium obtulistis mihi in deserto quadraginta annis domus Israel?

Et portastis tabernaculum Moloch vestro, & imaginem idolorum vestrorum? sidus Dei vestri quæ fecistis vobis.

Et migrare vos faciam trans Damascum, dicit Dominus, Deus exercituum nomen eius.

CAP. VI.

Luc. 6. 24.

VÆ qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samarię: optimates, capita populorum, ingredientes pompaticè domum Israel.

Transite in Chalane, & videte, & ite inde in Emath magnam: & descendite in Geth Palæsthinorum, & ad optima quæque regna horum: si latior terminus eorum termino vestro est.

Qui separati estis in diem malum: & appropinquatis solio iniquitatis.

Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris: qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti.

Qui canitis ad vocem psalterij: sicut Dauid putauerunt se habere vasa cantici.

Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti: & nihil patiebantur super contritione Ioseph.

Quapropter nunc migrabunt in capite transmigrantium: & auferetur factio lasciuientium.

* Ier. 51. 14.

* Iurauit Dominus Deus in anima sua, dicit Dominus Deus exercituum: Detestor ego superbiam Iacob, & domos eius odi, & tradam ciuitatem cum habitatoribus suis.

Quod si reliqui fuerint decem viri in domo vna, & ipsi morientur.

Et tollet eum propinquus suus, & comburet eum, vt efferat ossa de domo: & dicet ei, qui in penetralibus domus est: Numquid adhuc est penes te?

Et respondebit: Finis est. Et dicet ei: Tace, & non recorderis nominis Domini.

Quia ecce Dominus mandabit, & percutiet domum maiorem ruinis, & domum minorem scissionibus.

Num-

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

16 *Propterea sic dixit Dominus Deus exercituum dominator, in omnibus plateis erit planctus: & in cunctis plateis dicent, heu heu: & vocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum scientes lamentum.*

17 *Et in omnibus vineis erit planctus, quia transibo per medium tui, dixit Dominus.*

18 *Væ desiderantibus diem Domini: vt quid hoc vobis? dies Domini hæc, tenebræ, non lux.*

19 *Quomodo si fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei vrsus, & ingrediatur domum, & innitatur manu sua parieti, & mordeat eum coluber.*

20 *Nonne tenebræ est dies Domini, & non lux, & caliginosa, & non est splendor ei?*

21 *Odiui, reprobaui solemnitates vestras, & non odorabo oblationes cœtuum vestrorum.*

22 *Quia si obtuleritis mihi holocausta, & munera vestra, non acceptabo: & pacifica pinguium vestrorum, non respiciam.*

23 *Remoue à me multitudinem carminum tuorum, & cantica lyrarum tuarum non audiam.*

24 *Et voluet se sicut aqua iudicium, & iustitia velut torrens fortis.*

25 *Numquid sacrificia, & oblationem appropinquare fecisti mihi in deserto quadraginta annis domus Israel?*

26 *Et portastis idolum regis vestri, & placentam imaginum vestrarum, sidus quoque deorum vestrorum quod fecistis vobis.*

27 *Et migrare faciam vos trans Dammesech, dixit Dominus Deus exercituum nomen eius.*

CAP. VI.

1 *VÆ quietis in Sijon, & fidentibus monti Somron, nominatis à principio gentium: & venerunt ad eos domus Israel.*

2 *Transite in Chalneh, & videte, & ite inde in Chamath magnam: & descendite in Gath Pelistim, nunquid meliores sunt regnis istis: num amplior est terminus eorum termino vestro.*

3 *Qui longinquum putant diem malum: & propinquam cogitant sedem iniquitatis.*

4 *Qui dormiunt in lectis eburneis, & extendunt se in stratis suis: & comedunt agnos pingues de pecoribus, & vitulos de medio pascuæ pinguis.*

5 *Qui particularia habent* cantica secundum musicum instrumentum *Nebel, sicut Dauid excogitauerunt sibi instrumenta musica.*

6 *Qui bibunt in phialis vinum, & electis vnguentis vngunt se: & non condolebant super contritione Ioseph.*

7 *Quapropter nunc migrabunt in capite transmigrantium: & appropinquabit luctus se extendentium lectis.*

8 *Iurauit Dominus per seipsum, dixit Dominus Deus exercituum: Abominor superbiam Iahacob, & ædes eius odi, & tradam ciuitatem, & plenitudinem eius.*

9 *Et erit si remanserint decem viri in domo vna, morientur.*

10 *Et tollet singulum eorum patruus suus, & auunculus eius, vt educat ossa de domo: & dicet ei qui erit in lateribus domus: Num* mortui *adhuc tecum* sunt?

11 *Et dicet: Finis est. Et dicet: Tace, quia non est recordandum nominis Domini.*

12 *Quia ecce Dominus præcipit, & percutere faciet domum magnam rimis, & domum minorem scissionibus.*

Num-

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

16 Ideo hæc dicit Dominus Deus omnipotens : In
cunctis platæis planctus : & in omnibus vijs dice-
tur, væ, væ. Vocabitur agricola ad luctum, & plan-
ctum: & in eis, qui sciunt lamentationem.
17 Et in omnibus vijs planctus : quia pertransibo
per medium tui, dicit Dominus.
18 Væ desiderantibus diem Domini. Vt quid hæc
vobis dies Domini? Et ea est tenebræ, & non lux.
19 Quomodo si fugiat homo à facie leonis, & inci-
dat in eum vrsus, & introeat in domum suam, &
innitatur manibus suis super parietem, & mordeat
coluber.
20 Nonne tenebræ dies Domini, & non lux? & cali-
go non habens splendorem hæc?
21 Odio habui, repuli festiuitates vestras, nec odo-
rabor hostias in conuentionibus vestris:
22 Quia, si obtuleritis mihi holocausta, & sacrificia
vestra; non suscipiam, & salutares præsentiæ ve-
stræ non respiciam.
23 Transfer à me sonitum carminum tuorum : &
psalmum organorum tuorum non audiam.
24 Et voluetur, sicut aqua, iudicium, & iustitia, si-
cut torrens inuius.
25 Numquid victimas, & hostias obtulistis mihi
domus Israel quadraginta annis in eremo?
26 Et assumpsistis tabernaculum Moloc, & sydus
Dei vestri Rhæphan, figuras eorum, quas fecistis
vobis.
27 Et transferam vos trans Damascum, dicit Do-
minus: Deus omnipotens nomen ei.

CAP. VI.

1 VÆ, qui despiciunt Sion, & qui confidunt in
monte Samariæ. Vindemiarunt primitias
gentium, & ingressi sunt ipsi.
2 Domus Israel transite omnes, & videte : & per-
transite inde in Emat rabba : & descendite inde in
Geth alienigenarũ, optimas ex omnibus regnis his:
si ampliores sunt termini eorum terminis vestris.
3 Venientes in diem malum appropinquantes ; &
tangentes sabbata mendacia.
4 Dormientes in lectis eburneis, affluentes delicijs
in stratis suis, & comedentes hœdos de gregibus, &
lactentes vitulos de medio armentorum.
5 Præualentes ad vocem organorum. Quasi stantia
putauerunt, & non quasi fugientia.
6 Qui bibunt vinum defæcatum, & primis vn-
guentis vnguntur, & nihil patiebantur super con-
tritione Ioseph.
7 Propterea nunc captiui erunt ab initio fortium:
& auferetur hinnitus equorum ex Ephraim:
8 Quia iurauit Dominus per semetipsum : quia
abominor ego omnem contumeliam Iacob, & re-
giones eius odi, & auferam ciuitatem cum omni-
bus habitatoribus suis.
9 Et erit, si remanserint decem viri in domo vna;
& morientur: & remanebunt reliqui.
10 Et tollent domestici eorum, & conabuntur, vt
efferant ossa eorum de domo. Et dicet his qui præ-
sunt domui: si adhuc est apud te?
11 Et dicet: nequaquam. Et dicet: Tace, vt non no-
mines nomen Domini.
12 Propterea ecce Dominus mandat, & percutiet
domum magnam ruinis, & domum paruam scis-
sionibus.

Noua ex Hebr. Tralat. Fr. Vatabli.

*Propterea sic dixit Iehouah Deus exercituum domina-
tor in omnibus plateis* erit *planctus, & in cunctis plateis
dicent, Heu heu: & inuitabunt agricolam ad luctum, &
ad planctum scientes lamentum.*
Et in omnibus vineis erit *planctus, quia transibo per
medium tui, dixit Iehouah.*
*Væ desiderantibus diem Iehouæ, vt quid hoc vobis? dies
Domini hæc, tenebræ & non lux.*
Quemadmodum si *fugiat quis à facie leonis, & occur-
rat ei vrsus: aut ingrediatur domum, & innitatur manu
sua parieti, & mordeat eum coluber.*
*Nonne tenebræ dies Iehouæ, & non lux: & caligo, &
non splendor ei?*
*Odi, reprobaui solennitates vestras, nec odorabor festa
vestra.*
*Quòd si obtuleritis mihi holocausta & munera vestra,
non acceptabo, nec pacifica pinguium vestrorum respi-
ciam.*
*Tolle à me multitudinem canticorum tuorum, & can-
tum lyrarum tuarum non audiam.*
*Sed decurrat sicut aqua iudicium, & iustitia veluti tor-
rens vehemens.*
*An sacrificia & oblationem obtulisti mihi in deserto
quadraginta annis, domus Israel?*
*Et portastis idolum Regis vestri, & placentam imagi-
num vestrarum, sydus dei vestri quod fecistis vobis.*
*Migrare igitur vos faciam vltrà Dammesec, dixit Ie-
houah, Deus exercituum nomen eius.*

CAP. VI.

VÆ *quietis in Sijon, & confidentibus in monte Some-
ron, nominatis* à *principio gentium ipsarum, &* ta-
men *venerunt ad eos, domus Israel.*
Transite in *Calneh, & videte, & ite inde* in *Hamath
magnam, & descendite in Gath Pelisthim : an meliores*
sunt *regnis istis?* & *an amplior est terminus eorum termi-
no vestro?*
*Qui longinquum putant diem malum : & appropin-
quare facitis sedem iniquitatis.*
*Qui dormiunt in lectis eburneis & extendunt se in
stratis suis comeduntque agnos pingues de grege, & vitu-
los de medio saginarij.*
Qui particulatim canunt ad nebel, sicut Dauid putant
se habere scientiam *instrumentorum musicorum.*
*Qui bibunt in phialis vinum & electis vnguentis vn-
gunt sese: nec dolent ob contritionem Ioseph.*
*Propterea nunc migrabunt in capite demigrantium: &
appropinquabit luctus se extendentium* in lectis.
*Iurauit Dominus Iehouah per animam suam, dixit
Iehouah Deus exercituum, Abominor maiestatem Iaacob,
palatiaque eius odi, & tradam ciuitatem* hosti, *& pleni-
tudinem eius.*
Erit *quoque, si remanserint decem viri in domo vna,
morientur.*
*Et tollet quemque eorum patruus suus, & auunculus
eius, vt efferat ossa de domo: & dicet ei qui erit in lateri-
bus domus, An adhuc* sunt *apud te* cadauera? *Et res-
pondebit, Nequaquam. Et dicet, Tace: quia non* sumus
assueti *commemorare nomen Iehouæ.*
*Quia ecce Iehouah præcipiet, & percutiet domum ma-
iorem ruinis, & domum minorem scissuris.*
Currentne in petra equi? an arabit arator eam pe-
tram *bobus: quod conuertistis in venenum, iudicium, &
fructum iustitiæ in absynthium?*

Vulgat. Editio.

13 Nunquid currere queunt in petris equi, aut ari-
ri potest in bubalis, quoniam conuertistis in ama-
ritudinem iudicium, & fructum iustitiæ in absin-
thium.
14 Qui lætamini in nihilo : qui dicitis : Numquid
non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cor-
nua?
15 Ecce enim suscitabo super vos domus Israel, di-
cit Dominus Deus exercituum, gentem: & conte-
ret vos ab introitu Emath, vsque ad torrentem de-
serti.

CAP. VII.

1 HÆc ostendit mihi Dominus Deus : & ecce
fictor locustæ in principio germinantium
serotini imbris, & ecce serotinus post tonsionem
regis.
2 Et factum est : cum consummasset comedere
herbam terræ, dixi : Domine Deus propitius esto,
obsecro : quis suscitabit Iacob, quia paruulus est?
3 Misertus est Dominus super hoc: Non erit, dixit
Dominus.
4 Hæc ostendit mihi Dominus Deus: & ecce voca-
bat iudicium ad ignem Dominus Deus : & deuo-
rauit abyssum multam, & comedit simul partem.
5 Et dixi: Domine Deus quiesce, obsecro quis su-
scitabit Iacob, quia paruulus est?
6 Misertus est Dominus super hoc : Sed & istud
non erit, dixit Dominus Deus.
7 Hæc ostendit mihi Dominus : & ecce Dominus
stans super murum litum, & in manu eius trulla
cæmentarij.
8 Et dixit Dominus ad me : Quid tu vides Amos?
Et dixi : Trullam cæmentarij. Et dixit Dñs: Ec-
ce ego ponam trullam in medio populi mei Israel:
non adiiciam vltra superinducere eum.
9 Et demolientur excelsa idoli, & sanctificationes
Israel desolabuntur : & consurgam super domum
Ieroboam in gladio.
10 Et misit Amasias sacerdos Bethel ad Ieroboam
regem Israel, dicens : Rebellauit contra te Amos in
medio domus Israel : non poterit terra sustinere
vniuersos sermones eius.
11 Hæc enim dicit Amos : In gladio morietur Ie-
roboam, & Israel captiuus migrabit de terra sua.
12 Et dixit Amasias ad Amos: Qui vides, gradere, fu-
ge in terram Iuda: & comede ibi panem, & prophe-
tabis ibi.
13 Et in Bethel non adiicies vltra vt prophetes: quia
sanctificatio regis est, & domus regni est.
14 Responditque Amos, & dixit ad Amasiam: Non
sum propheta, & non sum filius prophetæ : sed ar-
mentarius ego sum vellicans sycomoros.
15 Et tulit me Dominus cum sequerer gregem, &
dixit Dominus ad me : Vade propheta ad populum
meum Israel.
16 Et nunc audi verbum Domini : Tu dicis : Non
prophetabis super Israel, & non stillabis super do-
mum idoli.
17 Propter hoc hæc dicit Dominus: Vxor tua in ci-
uitate fornicabitur : & filij tui, & filiæ tuæ in gla-
dio cadent, & humus tua funiculo metietur : & tu
in terra polluta morieris, & Israel captiuus migra-
bit de terra sua.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

13 *Nunquid current in petra equi, num arabit arans in
petra bobus, quoniam conuertistis in venenum iudicium,
& fructum iustitiæ in absynthium?*
14 *Qui lætamini in non aliquid, qui dicitis : Nonne forti-
tudine nostra assumpsimus nobis cornua?*
15 *Ecce enim suscito super vos domus Israel, dixit Domi-
nus Deus exercituum gentem, & oppriment vos ab introi-
tu Chamath, vsque ad torrentem deserti.*

CAP. VII.

1 *SIc ostendit mihi Dominus Deus : & ecce fictor locusta-
rum in principio quo ascendebat herba serotina: & ec-
ce herba serotina ascendebat post tonsiones herbarum quas
fecit rex pro suis animalibus.*
2 *Et fuit, quum finiuisset comedere herbam terræ, dixi
Domine Deus, parce obsecro : quis suscitabit Iahacob,
quia paruulus est?*
3 *Pœnituit Dominum super hoc : Non erit, dixit Domi-
nus Deus.*
4 *Sic ostendit mihi Dominus Deus : Et ecce vocat ad iu-
dicium in igne Dominus Deus : & consumpsit voraginem
magnam, & consumpsit partem.*
5 *Et dixi, Domine Deus cessa nunc : quis suscitabit Ia-
hacob, quia paruulus est?*
6 *Pœnituit Dominum super hoc : Etiam illud non erit,
dixit Dominus Deus.*
7 *Sic ostendit mihi : & ecce Dominus stabat super mu-
rum ædificatum perpendiculo, & in manu eius perpendi-
culum.*
8 *Et dixit Dominus ad me : Quid tu vides Hamos? Et
dixi perpendiculum. Et dixit Dominus: Ecce ego pono per-
pendiculum in medio populi mei Israel : non adijciam vl-
tra vt pertranseam eum.*
9 *Et deuastabuntur excelsa Ischac, & sanctuaria Israel
desolabuntur, & consurgam contra domum Iarobham gla-
dio.*
10 *Et misit Amasiah sacerdos Bethel ad Iarobham regem
Israel, dicendo : Coniurauit contra te Hamos in medio do-
mus Israel : non posset terra sustinere omnia verba eius.*
11 *Sic enim dixit Hamos : Gladio morietur Iarobham,
& Israel migrando migrabit è terra sua.*
12 *Et dixit Amasiah ad Hamos. Videns, vade, fuge ad ter-
ram Iehudah, & comede ibi, panem, & ibi prophetabis.*
13 *Et in Bethel non adijcies vltra, vt prophetes, quia pala-
tium regis est, & domus regni est.*
14 *Responditque Hamos, & dixit ad Amasiah : Non pro-
pheta eram, neque filius prophetæ, sed armentarius, & col-
ligens sycomoros.*
15 *Et tulit me Dominus euntem post pecora, & dixit ad
me Dominus : Vade propheta ad populum meum Israel.*
16 *Et nunc audi verbum Domini : Tu dicis : Non prophe-
tabis super Israel, & non stillabis super domum Ischac.*
17 *Propter hoc sic dixit Dominus : Vxor tua in ciuitate
fornicabitur, & filij tui, & filiæ tuæ gladio cadent, &
humus tua funiculo diuidetur: & tu super terram pollu-
tam morieris, & Israel migrando migrabit è terra sua.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Si persequentur in petris equi, si reticebunt ad 13
fœminas? quoniam conuertistis in furorem iudi-
cium, & fructum iustitiæ in amaritudinem.

Qui lætamini super nullo verbo, qui dicitis: 14
Nonne in fortitudine nostra habuimus cornua?

Quia ecce ego suscitabo super vos domus Israel 15
gentem, ait Dominus virtutum, & conterent vos,
vt non introeatis in Emath, & vsque ad torrentem
Occidentis.

CAP. VII.

Sic ostendit mihi Dominus Deus: & ecce fœ- 1
tus locustarum veniebat matutinus, & ecce
bruchus vnus Gog rex.

Et erit, si compleuerit, vt deuoret fœnum ter- 2
ræ, & dixi: DomineDomine propitius esto. Quis
suscitabit Iacob? quoniam modicus est?

Pœniteat te Domine super hoc. Et hoc non erit, 3
dicit Dominus.
Sic ostendit mihi Dominus, & ecce vocauit iu- 4
dicium in igne Dominus: & deuorauit abyssum
multam, & comedit partem Domini.
Et dixi: Domine desine nunc. Quis suscitabit 5
Iacob? quoniam paruulus est?
Pœniteat te Domine super hoc, & hoc non fiet 6
dicit Dominus.
Sic ostendit mihi Dominus: & ecce stabat super 7
murum adamantinum, & in manu eius adamas.

Et dixit Dominus ad me: Quid tu vides Amos? 8
Et dixi: Adamantem. Et dixit Dñs ad me: Ec-
ce ego impono adamantem in medio populi mei
Israel: Nequaquam vltra addam, vt pertranseam
eum.

Et dissipabuntur ariæ risus: & sacrificia Israel 9
desolabuntur: & consurgam super domum Hie-
roboam in gladio.
Et misit Amasias sacerdos Bethel ad Hiero- 10
boam regem Israel, dicens: Congregationes facit
contra te Amos in medio domus Israel: non po-
terit terra sustinere omnes sermones eius.
Hæc enim dicit Amos: In gladio morietur Hie- 11
roboam, Israel autem captiuus ducetur de terra
sua.
Et dixit Amasias ad Amos: Qui vides, egredere: 12
recede tu in terram Iuda. Et ibi viue: & ibi pro-
phetabis.
In Bethel autem non adiicies vltra prophetare: 13
quia sanctificatio regis est, & domus regni est.
Et respondit Amos, & dixit ad Amasiam: Non 14
eram propheta ego, neque filius prophetæ: sed
pastor eram, & vellicans Sycamina.

Et tulit me Dominus ex ouibus & dixit Domi- 15
nus ad me: Vade, & propheteza super populum
meum Israel.
Et nunc audi sermonem Domini: Tu dicis: No- 16
li prophetare super Israel, & ne congreges turbas
contra domum Iacob.
Propterea hæc dicit Dominus: Vxor tua in ci- 17
uitate fornicabitur: & filij tui, & filiæ tuæ in gla-
dio cadent, & terra tua in funiculo dimensurabi-
tur: & tu in terra immunda morieris, Israel autem
captiuus ducetur de terra sua.

Noua ex Hebr. Tralat. Fr. Vatabli.

13 *Curren tne in petra equi? an arabit* arator eam pe-
tram *bobus, quod conuertistis in venenum iudicium, &*
fructum iustitia in absynthium?

14 *Qui lætamini ab re, qui dicitis: An non fortitudine*
nostra assumpsimus nobis cornua?

15 *Ecce enim ego suscitabo super vos domus Israel, dixit*
Iehouah Deus exercituum gentem, & oppriment vos ab
introitu Hamath, vsque ad torrentem deserti.

CAP. VII.

1 S*Ic ostendit mihi Dominus Iehouah: En congregatio*
locustarum in principio quo ascendit herba serotina;
& ecce herba serotina succreuerat *post tonsiones ipsius*
Regis.
2 *Fuit autem, quum finiuisset comedere herbam terræ,*
dixi Domine Iehouah, parce obsecro: quis suscitabit Iaha-
cob, quia paruulus est.

3 *Pœnituit Iehouam super hoc: Non erit, dixit Iebo-*
uah.
4 Rursum *sic ostendit mihi Dominus Iehouah: En vo-*
cabat ad iudicium per ignem Dominus Iehouah, & con-
sumpsit voraginem magnam, absumpsitque partem.

5 *Tum dixi, Domine Iehoua cessa obsecro: quis enim su-*
scitabit Iaacob? si quidem paruulus est,
6 *Pœnituit* igitur *Iehouam super hoc: etiam istud non*
erit, dixit Dominus Iehouah.
7 *Sic* etiam *ostendit mihi, En Dominus stabat super*
murum ædificatum *ad perpendiculum, & in manu eius*
perpendiculum.
8 *Tum dixit Iehouah ad me: Quid tu vides Amos? Et*
dixi perpendiculum. Dixitque Dominus: En ego pono per-
pendiculum in medio populi mei Israel: non adyciam vl-
tra vt præteream illum.

9 *Et destruentur excelsa Isach, & sanctuaria Israel*
desolabuntur, insurgamque contra domum Iarobham gla-
dio.
10 *Et misit Amasiah sacerdos Bethel dicendo: Coniurauit*
contra te amos in medio domus Israel: non posset terra su-
stinere omnia verba eius.

11 *Sic enim dixit Hamos: Gladio morietur Iarobham,*
& Israel demigrabit è terra sua.

12 *Et dixit Amasiah ad Hamos. ò Videns, vade, fuge ad ter-*
ram Iehudah, atque comede ibi panem, ibique prophetes.

13 In *Bethel autem ne adijcias vltra, vt prophetes, quia*
sanctuarium regis est, & domus regni.
14 *Responditque Hamos, & dixit ad Amasiah: Non sum*
propheta, neque filius propheta sum, sed armentarius, &
colligens sycomora.

15 *Tulit autem me Iehouah euntem post pecora, & dixit*
ad me Iehouah: Vade propheta populo meo Israel.

16 *Nunc ergo audi verbum Iehoua: Tu dicis: Ne prophe-*
tes contra Israel, neque stilles contra domum Ischac.

17 *Propter hoc sic dixit Iehouah: Vxor tua in ciuitate*
fornicabitur; filij verò tui, & filia tua gladio cadent, in-
super terra tua funiculo diuidetur: tu autem in terra pol-
luta morieris, & Israel demigrando demigrabit è terra
sua.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. VIII.

HÆc ostendit mihi Dominus Deus: & ecce vncinus pomorum.

Et dixit: Quid tu vides Amos? Et dixi: Vncinum pomorum. Et dixit Dominus ad me: Venit finis super populum meum Israel: non adjiciam vltra vt pertranseam eum.

Et stridebunt cardines templi in die illa, dicit Dominus Deus: multi morientur: in omni loco projicietur silentium.

Audite hoc qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenos terræ.

Dicentes: Quando transibit mensis, & venundabimus merces: & sabbatum, & aperiemus frumentum: vt imminuamus mensuram, & augeamus siclum, & supponamus stateras dolosas.

Vt possideamus in argẽto egenos & pauperes pro calceamentis, & quisquilias frumenti vendamus?

Iurauit Dominus in superbiam Iacob: Si oblitus fuero vsque ad finem omnia opera eorum.

Nunquid super isto non commouebitur terra, & lugebit omnis habitator eius: & ascendet quasi fluuius vniuersus, & ejicietur, & defluet quasi riuus Aegypti?

Et erit in die illa, dicit Dominus Deus: occidet sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis:

* Tob. 2. 6. 1. Mac. 1. 41.

* Et conuertam festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum: & inducam super omne dorsum vestrum saccum, & super omne caput caluitium: & ponam eam quasi luctum vnigeniti, & nouissima eius quasi diem amarum.

Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & mittam famem in terram: non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini.

Et commouebuntur à Mari vsque ad mare: & ab Aquilione vsque ad Orientem: circuibunt quærentes verbum Domini, & non inuenient.

In die illa deficient virgines pulchræ, & adolescentes in siti.

Qui iurant in delicto Samariæ, & dicunt: Viuit Deus tuus Dan, & viuit via Bersabee: & cadent, & non resurgent vltra.

CAP. IX.

VIdi Dominum stantem super altare, & dixit: Percute cardinem, & commoueantur superliminaria: auaritia enim in capite omnium, & nouissimum eorum in gladio interficiam: & non erit fuga eis. Fugient, & non saluabitur ex eis qui fugerit.

* Psal. 138. 8.

* Si descenderint vsque ad infernum, inde manus mea educet eos: & si ascenderint vsque in cælum, inde detraham eos.

Et si absconditi fuerint in vertice Carmeli, inde scrutans auferam eos: & si celauerint se ab oculis meis in profundo maris, ibi mandabo serpenti, & mordebit eos.

* Ier. 44. 11.

Et si abierint in captiuitatem corã inimicis suis, ibi mandabo gladio, & occidet eos: & *ponam oculos meos super eos in malum, & non in bonum.

Et

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. VIII.

1 *SIc ostendit mihi Dominus Deus: Et ecce canistrum*
fructuum æstiuorum.
2 *Et dixit: Quid tu vides Hamos, & dixi: Canistrum*
fructuum æstiuorum. Et dixit Dominus ad me: Venit finis
super populum meum Israel: non adjiciam vltra, vt per-
transeam eum.
3 *Et in vlulatum vertentur cantica templi, in die illa,*
dixit Dominus Deus: multiplicauit cadauera: in omni
loco proiecit silentium.
4 *Audite hoc deglutientes pauperes, &* cogitantes *suc-*
cidere è mundo pauperes terræ.
5 *Dicendo* pauperibus emere volentibus, *quando trã-*
sibit mensis: & venundabimus frumentum: & hebdomada
quum transierit *& aperiemus frumentum, & immi-*
nuere faciamus modium, & augere faciamus sekel, &
peruertamus stateras dolosas.
6 *Vt emamus argento egenos, & pauperem propter calcia-*
menta, & quisquilias frumenti vendemus?
7 *Iurauit Dominus per celsitudinem suam notam in Ia-*
hacob, si oblitus fuero vsque in finem omnia opera eorum.
8 *Nunquid super hoc nõ mouebit se terra, & lugebit omnis*
qui habitat in ea: & ascendet tanquam flumen vniuer-
sus, & ejicietur, & absorbebitur veluti flumen Ægypti.
9 *Et erit in die illa dixit Dominus Deus: occumbere fa-*
ciam solem in meridie, & tenebrescere faciam terram in
die luminis.
10 *Et conuertam festiuitates vestras in luctum, & omnia*
cantica vestra in planctum: & ascendere faciam super
omnes lumbos saccum, & super omne caput caluitium: &
ponam eam tanquam luctum vnigeniti, & nouissimum
eius vt diem amarum.
11 *Ecce dies veniunt dixit Dominus Deus, & mittam fa-*
mem in terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed
audiendi verba Domini.
12 *Et mouebunt se à mari vsque ad mare, ab Aquilone*
vsque ad Orientem circuibunt quærendo verbum Domini,
& non inuenient.
13 *In die illa deficient virgines pulchræ, & iuuenes siti.*
14 *Qui iurant in delicto Somron, & dicunt: Viuit Deus*
tuus Dan: & viuit via Beersebah, & cadent, & non re-
surgent vltra.

CAP. IX.

1 *VIdi Dominum stantem super altare, & dixit: Per-*
cute superliminare, & contremiscent postes, & in
frusta concidam eos in capite omnes ipsos, & nouissimum
eorum gladio interficiam: non fugiet ex eis fugiens, &
non euadet ex eis euasor.
2 *Si penetrarint in infernum, inde manus mea tollet eos:*
& si ascenderint in cœlos, inde descendere faciam eos.
3 *Et si absconderint se in vertice Carmel, inde scrutabor,*
& tollam eos: & si celauerint se contra oculos meos in pa-
uimento maris, inde mandabo serpenti, & mordebit eos.
4 *Et si abierint in captiuitatem coram inimicis suis inde*
mandabo gladio, & occidet eos: & ponam oculos meos su-
per eos in malum, & non in bonum.

Et

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

CAP. VIII.

ET ecce vas aucupis.

Et dixit: Quid tu vides Amos? Et dixi: Vas aucupis. Et dixit Dominus ad me: Venit finis super populum meum Israel: non addam vltra, vt pertranseam eum:

Et vlulabunt laquearia templi in die illa, dicit Deus Dominus. Multi cadentes erunt, in omni loco, inijciam silentium.

Audite nunc hæc, qui conteritis mane pauperem & opprimitis egenos de terra.

Dicentes: Quando pertransibit mensis, & negociabimur? & sabbata, & aperiemus thesaurum, vt faciamus mensuram paruam & pondus magnum, & faciamus stateram iniquam.

Vt possideamus in pecunia, & pauperes, & egenum pro calceamentis: & de omni genimine negociabimur?

Iurat Dominus contra superbiam Iacob, si obliuiscetur in finem omnia opera vestra.

Et super his non conturbabitur terra? & lugebit omnis habitator eius: & ascendet quasi flumen consummatio: & descendet quasi fluuius Ægypti.

Et erit in die illa, dicit Dominus Deus, occidet Sol meridie, & contenebrescet super terram in die lux.

Et conuertam solemnitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in lamentationem: & inducã super omnem lumbum saccum, & super omne caput caluitium: & ponam eum quasi luctum dilecti, & eos, qui cum eo sunt, quasi diem doloris.

Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & emittam famem super terram, non famem panum, neque sitim aquæ sed famem audiendi verbum Domini.

Et commouebuntur aquæ de mari vsque ad mare, & ab Aquilone vsque ad Orientem circuibunt quærentes verbum Domini, & non inuenient.

In die illa deficient virgines pulchræ, & iuuenes in siti:

Qui iurant per propitiationem Samariæ, & qui dicunt, Viuit Deus tuus Dan, & viuit Deus tuus Bersabee. Et cadent, & non resurgent amplius.

CAP. IX.

VIdi Dominum stantem super altare & dixit: Percute super propitiatorium, & commouebuntur vestibula: & disinceret in capita omnium. Et reliquos eorum in gladio interficiam. Non fugiet ex eis, qui fugerit: & non saluabitur ex illis, qui fuerit resaluatus.

Si absconditi fuerint in inferno; inde manus mea euellet eos. Et si ascenderint in cælum; inde detraham illos.

Si absconditi fuerint in vertice Carmeli; inde scrutans auferam eos: &, si demerserint se ab oculis meis in profunda maris; ibi mandabo draconi, & mordebit eos:

Et si abierint in captiuitatem ante faciem inimicorum suorum; ibi præcipiam gladio, & interficiet eos. Et obfirmabo oculos meos super illos in mala, & non in bona.

Noua ex Hebr. Tralat. Fr. Vatabli.

CAP. VIII.

1 *SIc ostendit mihi Dominus Iehouah: En canistrum*
plenum *fructibus æstiuis.*
2 *Et dixit: Quid tu vides Hamos? Dixique: Canistrum*
plenum *fructibus æstiuis. Tum ait Iehouah ad me: Venit*
finis ipse super populum meum Israel: non adijciam vltra,
vt prætereeam eum.
3 *Et in vlulatum vertentur cantica templi, in die illa,*
dixit Dominus Iehouah: multiplicabuntur cadauera in
omni loco proiiciet in silentio.
4 *Audite hoc ò qui deglutitis pauperes, &* cogitatis *suc-*
cidere è mundo *pauperes terræ.*
5 *Dicendo, quando præterierit mensis ille, & venundabi-*
mus frumentum: & hebdomada illa, & aperiemus fru-
mentum, vt imminuamus modium, & augeamus Secel,
& peruertamus stateras dolosas.
6 *Vt emamus* nobis *argento egenos, & pauperem pro duo-*
bus calceis, & quisquilias frumenti vendamus?
7 *Iurauit Iehouah per maiestatem Iaacob, si obliuiscar*
in æternum omnium operum eorum.
8 *An ob id non commouebitur terra, & lugebit omnis qui*
habitat in ea: ascendetq́ue tanquam fluuius tota, & eij-
cietur, & absorbebitur veluti fluuius Misraim.
9 *Et erit in die illa dixit Dominus Iehouah: occumbere fa-*
ciam solem in ipso meridie, & tenebris obruam terram
in die luminis.
10 *Conuertam quoque festiuitates vestras in luctum, &*
omnes cantiones vestras in lamentationem: faciamque
ascendere super omnes lumbos saccum & super omne ca-
put caluitium, ponamque eam tanquam luctum vnigeni-
ti & nouissimum eius erit *vt dies amarus.*
11 *En dies veniunt dixit Dominus Iehouah, & mittam fa-*
mem in terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed
audiendi verba Iehouæ.
12 *Et discurrent à mari vsque ad mare, ab Aquilone vs-*
que ad Orientem circuibunt quærendo verbum Iehouæ, &
non inuenient.
13 *In die illa deficient virgines pulchræ, & iuuenes, præ*
siti.
14 *Qui iurant per delictum Someron, & dicunt: Viuit Deus*
tuus qui est in *Dan: & viuit via Beersebah, & corruent,*
neque resurgent vltra.

CAP. IX.

1 *VIdi Dominum stantem super altare, & dixit: Per-*
cute superliminare, & contremiscent postes, & in
frusta concidam eos qui *in capite omnium, & nouissimum*
eorum gladio interficiam: non fugiet ex eis fugiens, ne-
que euadet ex eis euasor.
2 *Si suffoderint in inferno, inde manus mea tollet eos: &*
si ascenderint in *cælum, inde descendere faciam eos.*
3 *Quod si absconderint se in vertice Carmel, inde scru-*
tabor, & tollam eos: & si abscondantur à conspectu ocu-
lorum meorum in pauimento maris, inde præcipiam ser-
penti, & mordebit eos.
4 *Si verò abierint in captiuitatem ante inimicos suos, inde*
mandabo gladio, vt occidat eos: ponamq́ue oculos meos ad-
uersus illos in malum, & non in bonum.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Et Dominus Deus exercituum, qui tangit terram & tabescet: & lugebunt omnes habitantes in ea: & ascendet sicut riuus omnis, & defluet sicut fluuius Aegypti.

Qui ædificat in cœlo ascensionem suam & fasciculum suum super terram fundauit: qui vocat aquas maris & effundit eas super faciem terræ, Dominus nomen eius.

Nunquid non vt filij Aethiopum vos estis mihi filij Israel, ait Dominus? Nunquid non Israel ascendere feci de terra Aegypti: & Palæsthinos de Cappadocia, & Syros de Cyrene?

Ecce oculi Domini Dei super regnum peccans, & conteram illud à facie terræ: Veruntamen conterens non conteram domum Iacob, dicit Dominus.

Ecce enim mandabo ego, & concutiam in omnibus gentibus domum Israel, sicut concutitur triticum in cribro: & non cadet lapillus super terram.

In gladio morientur omnes peccatores populi mei qui dicunt: Non appropinquabit, & non veniet super nos malum.

In die illa * suscitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit, & reædificabo aperturas murorum eius, & ea, quæ corruerant instaurabo: & reædificabo illud sicut in diebus antiquis.

* Act. 15. 16.

Vt possideant reliquias Idumææ, & omnes nationes, eo quod inuocatum sit nomen meũ super eos, dicit Dominus faciens hæc.

Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & comprehendet arator messorem, & calcator vuæ mittentem semen: * stillabunt montes dulcedinem, & omnes colles culti erunt.

Ioel 3. 18.

Et conuertam captiuitatem populi mei Israel, & ædificabunt ciuitates desertas, & inhabitabunt: & plantabunt vineas, & bibent vinum earum; & facient hortos, & comedent fructum eorum.

Et plantabo eos super humum suam: & non euellam eos vltrà de terra sua, quam dedi eis, dicit Dominus Deus tuus.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

5 *Et Dominus Deus exercituum est, qui tangit terram, & defluet: & lugebunt omnes habitatores in ea: & ascendet sicut fluuius tota ipsa, & submergetur quasi à fluuio Aegypti.*

6 *Qui ædificat in cœlos ascensiones suas, & peculium suum super terram fundauit: qui vocat aquas maris, & effundit eas in superficie terræ, Dominus nomen eius.*

7 *Nonne sicut filij Chusiim estis mihi filij Israel, dixit Dominus? nonne feci ascendere Israel, è terra Aegypti, & Pelisthijm de Caphthor, & Aram de Chir?*

8 *Ecce oculi Domini Dei in regnum quod peccauit, & disperdere faciam illud è superficie terræ: veruntamen non destruendo destruere faciam domum Iaacob, dixit Dominus.*

9 *Ecce enim præcipio, & commouere faciam in omnibus Gentibus domum Israel, quemadmodum commouet se triticum in cribro, & non cadit lapillus in terram.*

10 *In Gladio morientur omnes peccatores populi mei, qui dicunt, Non appropinquabit, nec anticipabit propter nos malum.*

11 *In die illa suscitabo tabernaculum Dauid quod cadit, & sepiam aperturas eius, & diruta eius suscitabo, & ædificabo illud sicut in diebus sæculi:*

12 *Vt possideant residuum Edom, & omnes nationes super quas inuocatum est nomen meum, dixit Dominus faciens hoc.*

13 *Ecce dies veniunt, dixit Dominus, & accedet arator cum messore & calcator vuarum cum portante semen. & & stillabunt montes mustum, & omnes colles liquefient.*

14 *Et conuertam captiuitatem populi mei Israel, & ædificabunt vrbes desolatas, & inhabitabunt: & plantabunt vineas, & bibent vinum earum: & facient hortos, & comedent fructus eorum.*

15 *Et Plantabo eos super humum suam, & non euellentur vltrà è terra sua quam dedi eis, dixit Dominus Deus tuus.*

PRO-

Transl. ex Septuag.

5 Et Dominus Dominus Deus omnipotens, qui tangit terram, & commouet eam: & lugebunt omnes habitatores eius & ascendet sicut fluuius, consummatio eius: & descendet sicut flumen Aegypti.

6 Qui ædificat in cælo ascensionem suam & promissionem suam super terram fundat: qui vocat aquam maris & effundit eam super faciem terræ Dominus omnipotens nomen ei.

7 Nonne vt filij Aethiopum vos estis mihi filij Israel? dicit Dominus. Nonne Israel eduxi de terra Aegypti & alienigenas de Cappadocia, & Syros de fouea?

8 Ecce oculi Domini Dei super regnum peccatorum: & auferam illud à facie terræ. Veruntamen non in finem auferam domum Iacob, dicit Dominus.

9 Quia ego præcipio, & ventilabo in cunctis gentibus domum Israel, sicut ventilatur in ventilabro: & non cadet contritio super terram.

10 In gladio morientur omnes peccatores populi mei qui dicunt: Non appropinquabit, neque venient super nos mala.

11 In die illa suscitabo tabernaculum Dauid, quod ceciderat, & reædificabo ea, quæ corruerant ex ipso, & quæ suffossa sunt ex eo, suscitabo, & instaurabo illud sicut dies sæculi:

12 Vt quærant reliqui hominum, & omnes gentes super quos inuocatum est nomen meum super eos, dicit Dominus faciens hæc omnia.

13 Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & apprehendet messis vindemiam, & maturescet vua in semente. Et stillabunt montes dulcedinem, & omnes colles consiti erunt.

14 Et conuertam captiuitatem populi mei Israel, & ædificabunt ciuitates dissipatas, & habitabunt: & plantabunt vineas, & bibent vinum earum; & facient hortos, & comedent fructum eorum.

15 Et plantabo eos super terram suam: & non auellentur amplius de terra, quam dedi eis, dicit Dominus Deus omnipotens.

Noua ex Hebr. Tralat. Fr. Vatabli.

5 *Et Dominus Iehouah exercituum* is est *qui tangit terram, & liquefit: lugebuntque omnes habitantes in ea: & ascendet tanquam fluuius tota, & absorbebitur sicut fluuius Misraim.*

6 *Qui ædificat in cœlo sphæras suas, & fasciculum suum super terram fundauit: qui vocat aquas maris, & effundit eas* ad se *super faciem terræ, Iehouah nomen eius.*

7 *Nonne velut filij Chusiim estis mihi filij Israel, dixit Iehouah? nonne ascendere feci Israel, è terra Misraim, & Pelisthym de Caphthor, & Aram de Cir?*

8 *Ecce oculi Domini Iehouæ in regnum quod peccauit, & disperdam illud è superficie terræ: veruntamen destruendo non destruam domum Iaacob, dixit Iehouah.*

9 *Ecce enim ego præcipio, & vagari faciam in omnibus Gentibus domum Israel, vt vagatur* triticum *in cribro, nec cadit lapillus in terram.*

10 *Gladio morientur omnes peccatores populi mei, qui dicunt, Non appropinquabit, nec anticipabit propter nos malum.*

11 *In die illa suscitabo tabernaculum Dauid quod cadit, & sepiam aperturas eorum, & diruta eius suscitabo, & ædificabo illud sicut* in *diebus sæculi:*

12 *Vt possideant residuum Edom, & omnes nationes hi super quos inuocatum est nomen meum, dixit Iehouah faciens istud.*

13 *Ecce dies veniunt, dixit Iehouah, & accedet arator ad messorem & calcator vuarum ad portantem sementem, & stillabunt montes mustum, & omnes colles liquescent.*

14 *Et conuertam captiuitatem populi mei Israel, & ædificabunt vrbes desolatas & inhabitabunt* eas *plantabunt quoque vineas, & bibent vinum earum: facient & hortos, comedentque fructus eorum.*

15 *Plantabo item eos super terram suam, nec euellentur vltrà è terra sua quam dedi eis, dixit Iehouah Deus tuus.*

PROPHETIÆ ABDIÆ.

Vulgat. Editio.

CAPVT VNICVM.

VIsio Abdiæ. Hæc dicit Dominus Deus ad E-
dom: Auditum audiuimus à Domino, & le-
gatum ad gentes misit: Surgite, & consurgamus
aduersus eum in prælium.

Ecce paruulum dedi te in Gentibus: contempti-
bilis tu es valde.
Superbia cordis tui extulit te, habitãtem in scis-
suris petrarum, exaltantem soliũ tuum: qui di-
cis in corde tuo: Quis detrahet me in terram?

Si exaltatus fueris vt Aquila, & si inter sidera
posueris nidum tuum: inde detraham te, dicit Do-
minus.
Si fures introĩssent ad te, si latrones per noctem,
quomodo conticuisses? nonne furati essent suffi-
ciẽtia sibi? si vindemiatores introissent ad te, num-
quid saltem racemum reliquissent tibi?

Quomodo scrutati sunt Esau, inuestigauerunt
abscondita eius?
Vsque ad terminum emiserunt te: omnes viri
fœderis tui illuserunt tibi; inualuerunt aduersum
te viri pacis tuæ: qui comedunt tecum, ponent in-
sidias subter te: non est prudentia in eo.

*Isa. 19 14. * Nunquid non in die illa, dicit Dominus, per-
dam sapientes de Idumæa, & prudentiam de mon-
te Esau?
Et timebunt fortes tui à Meridie, vt intereat vir
de monte Esau.
*Ge. 27 41. *Propter interfectionem, & propter iniquitatem
in fratrem tuum Iacob, operiet te confusio, & pe-
ribis in æternum.
In die cum stares aduersus eum, quando capie-
bant alieni exercitum eius, & extranei ingredie-
bantur portas eius, & super Ierusalem mittebant
sortem: tu quoque eras quasi vnus ex eis.

Et non despicies in die fratris tui, in die peregri-
nationis eius: & non lætaberis super filios Iuda in
die perditionis eorum: & nõ magnificabis os tuum
die angustiæ.
Neque ingredieris portam populi mei in die rui-
næ eorum: neque despicies: & tu in malis eius in
die vastitatis illius: & non emitteris aduersus
exercitum eius in die vastitatis illius.

Neque stabis in exitibus vt interficias eos qui
fugerint: & non concludes reliquos eius in die tri-
bulationis.
Quoniam iuxta est dies Domini super omnes
Gentes, sicut fecisti, fiet tibi: retributionem tuam
conuertet in caput tuum.

Quomodo enim bibistis super montem sanctum
meum, bibent omnes Gentes iugiter: & bibent, &
absorbebunt, & erunt quasi non sint.

Et

PROPHETIÆ HOBADIAH.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAPVT VNICVM.

1 *VIsio Hobadiah: Sic dixit Dominus Deus ad Edom:*
Auditum audiuimus à Domino, & legatus in Gen-
tes missus est: Surgite, & surgamus aduersus eam in
prælium.

2 *Ecce paruulum dedi te in gentibus, contemptus es tu*
valde.
3 *Superbia cordis tui extulit te habitantem in munitio-*
nibus petræ, celsitudine habitationis eius, quæ dicebas in
corde tuo: Quis descendere faciet me in terram?

4 *Si exaltaueris locum tuum vt Aquila, & si inter stel-*
las posueris nidum tuum: inde descendere faciam te, dixit
Dominus.
5 *Num fures introierunt ad te, num prædatores noctur-*
ni, quomodo succisus es? nonne furati fuissent, quæ suf-
fecissent sibi? si vindemiatores introijssent ad te, nonne di-
misissent racemos?
Quomodo quæsita fuerunt quæ erant Hesau, inquisita
6 *sunt abscondita eius:*

7 *Vsque ad terminum miserunt te, omnes viri confœdera-*
rati tibi deceperunt te, & inualuerunt tibi viri pacifici
tui: panem tuum comedentes ponent languorem subter
te: non est intelligentia in eo.

8 *Nonne in die illa dixit Dominus, perdere faciam sapien-*
tes de Edom, & intelligentiam de monte Hesau?

9 *Et timebunt fortes tui: Teman, vt succidatur vir de*
monte Hesau propter magnam interfectionem.
10 *Propter iniquitatem in fratrem tuum Iahacob operiet*
te pudor, & succideris in seculum.

11 *In die qua stabas è regione, in die qua captiuos duce-*
bant alieni exercitum eius, & extranei ingrediebantur
portas eius, & super Ierusalaim projiciebant sortem, etiam
tu eras tanquam vnus ex eis.

12 *Non* debebas *videre in die afflictionis fratris tui, in*
die qua alienatus est: nec debebas *lætari super filijs Iehu-*
dah in die qua perierunt, & non debebas *magnificare os*
tuum in die angustiæ.
13 *Neque* debebas *ingredi portam populi mei, in die con-*
tritionis eorum: nec aspicere debebas *& tu malum eius in*
die contritionis eius, neque mittere debebas *manus tuas*
in substantiam eius in die contritionis eius.

Neque stare in binio, vt succidere faceres euasores eius,
14 *neque tradere superstites eius in die angustiæ.*

Quoniam iuxta est dies Domini super omnes gentes,
15 *sicut fecisti, fiet tibi retributio tua conuertetur in caput*
tuum.

16 *Quemadmodum enim bibistis super montem sanctita-*
tis meæ, bibent omnes gentes iugiter, & bibent, & absorbe-
bunt, & erunt ac si non fuissent.

Et

Digitized by Google

PROPHETIÆ. OBDIV.

Transl. ex Septuag.

CAPVT VNICVM.

In trãslat hac ex Septu. Rõ. Propheta Abdias quintum obtinet locum ponitur enim statim post ipsum Ionas nos vero dispositionẽ vulgatæ editionis sequẽtes iliũ in hoc loco posuimus.

Visio Obdiu. Hæc dicit Dominus Deus Idumeæ: Auditum audiui à Domino: & munitionem in Gentes misit: Surgite & consurgamus aduersus eam in prælium.

Ecce minimum dedi te in gentibus: inhonoratus es tu valde.

Superbia cordis tui eleuauit te habitantem in foraminibus petrarum: exaltans habitaculum suum, dicens in corde suo. Quis me detrahet in terram?

Si exaltatus fueris, vt Aquila, & si inter media sydera ponas nidum tuum; inde te detraham, dicit Dominus.

Si fures introiissent ad te vel latrones per noctem, vbicunque proiectus esses; nonne reliquissent racemum?

Quomodo inuestigatus est Esau, & deprehensa sunt abscondita eius?

Vsque ad terminos dimiserunt te: omnes viri testamenti tui restiterunt tibi: præualuerũt aduersum te viri pacifici tui, posuerunt insidias subter te: non est intellectus eis.

In die illa, dicit Dominus, perdam sapientes ex Idumæa, & intelligentiam de monte Esau.

Et pauebunt pugnatores tui, qui de Thæman, vt auferatur homo de monte Esau.

Propter interfectionem, & impietatem fratris tui Iacob, operiet te confusio, & auferetis in æternum,

Ex die, qua restitisti contra, in diebus captiuantium alienigenarum fortitudinem eius, & alieni ingressi sunt in portas eius, & super Hierusalem miserunt sortes: & tu quasi vnus ex eis.

Et non despicies diem fratris tui in die alienorum: & non lætaberis super filios Iuda in die perditionis eorum: & non magna loqueris in die angustiæ.

Neque ingredieris portas populorum in die laborum eorum. Et non despicies etiam tu congregationem eorum in die perditionis eorum: neque simul apponeris fortitudini eorum in die perditionis eorum.

Neque stabis in egressibus eorum, vt interficias eos, qui salui fuerint ex eis, neque concludes fugitiuos eius in die tribulationis:

Quia iuxta est dies Domini super omnes gentes. Sicut fecisti, sic erit tibi. Retributio tua reddetur in caput tuum.

Quia quomodo bibisti super montem sanctum meum, bibent omnes gentes vinum: bibent & descendent, & erunt, quasi non sint.

PROPHETIÆ OBADIAH.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAPVT VNICVM.

1 *Visio Obadiah. Sic dixit Dominus Iehouah ad E-*
dom, Auditum audiuimus à Iehoua, & legatus
ad Gentes missus est, Surgite & surgamus aduer-
sus eam in prælium.
2 *Ecce paruulum dabo te in Gentibus, contemptus* eris
tu valde.
3 *Superbia cordis tui decepit te, ò tu qui habitas in mu-*
nitionibus rupis, in *celsitudine habitationis tuæ: qui dicis*
in corde tuo, Quis descendere faciet me in terram?
4 *Si exaltaueris* locum tuum *vt aquila, & si inter*
stellas posueris nidum tuum, inde descendere faciam te, di-
xit Iehouah.
5 *Nunquid fures introierunt ad te? ne quid prædones no-*
cturni? quomodo ergo *excisus es? nonne furati fuissent*
quæ sufficissent sibi? si vindemiatores introissent ad te,
nonne reliquissent racemos aliquot?
6 *Quomodo inuestigata fuerunt* quæ erant *Esau, dis-*
quisita sunt abscondita eius.
7 *Vsque ad terminum* inimicorum tuorum *dimiserunt*
te omnes viri confœderati tibi: imposuerunt tibi: & præ-
ualuerunt tibi viri pacifici tui: panem tuum comeden-
tes *ponent plagam subter te: non* est *intelligentia in eo.*
8 *Annon in die illa, dixit Iehouah, perdam sapientes de*
Edom, & prudentiam de monte Esau?
9 *Et timebunt fortes tui ò Theman: propterea quod ex-*
cidetur vnusquisque de monte Esau ob multam *stragem.*
10 *Propter iniquitatem* in *fratrem tuum Iaacob, operiet*
te pudor, & excideris in sæculum.
11 *Die quo stabas è regione, eo die quo captiuum ducebant*
alieni exercitum eius, & extranei ingrediebantur portas
eius, & super domos Ierusalaim proijciebant sortem, tu
quoque eras *tanquam vnus ex eis.*
12 *Non debebas videre diem* afflictionis *fratris tui, diem*
inquam *quo alienatus est: nec debebas lætari super filijs*
Iehudah die quo perierunt, nec debebas magnificare os
tuum die angustiæ.
13 *Neque debebas ingredi portam populi mei in die con-*
tritionis eorum: nec aspicere debebas etiam tu malum
eius: neque mittere debebant se manus tuæ *in substan-*
tiam eius in die contritionis eius:
14 *Neque stare in biuio vt excidere faceret euasores eius:*
nec tradere hosti *superstites eius in die angustiæ.*
15 *Quoniam iuxta est dies Iehouæ* ventura *super omnes*
Gentes: sicut fecisti fiet tibi, retributio tua reuertetur in
caput tuum.
16 *Quemadmodum enim bibistis in monte sanctitatis*
meæ, bibent omnes Gentes illæ *iugiter, bibent inquam, &*
absorbebunt, eruntque ac si non fuissent.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

17 Et in in monte Sion erit saluatio, & erit sanctus:
& possidebit domus Iacob eos qui se possederant.

18 Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flam-
ma, & domus Esau stipula: & succedentur in eis,
& deuorabunt eos: & non erunt reliquiæ domus
Esau, quia Dominus locutus est.

19 Et hæreditabunt hi, qui ad Austrum sunt, mon-
tem Esau, & qui in campestribus Philisthijm: &
possidebunt regionem Ephraim. & regionem Sa-
mariæ, & Benjamin possidebit Galaad.

20 Et transmigratio exercitus huius filiorum Israel,
omnia loca Chananæorum vsque ad Sareptam: &
transmigratio Ierusalem, quæ in Bosphoro est, pos-
sidebit ciuitates Austri.

21 Et ascendent saluatores in montem Sion iudica-
re montem Esau, & erit Domino regnum.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

17 *Et in monte Sion erit euasio, & erit sanctus, & possidebunt domus Iahacob possessiones suas.*

18 *Et erit domus Iahacob vt ignis, & domus Ioseph vt
flamma, & domus Hesau vt stipula, & succendent eos, &
consument eos, & non erit superstes domui Hesau, quia
Dominus locutus est.*

19 *Et hæreditabunt meridiem vna cum monte Hesau, &
planitiem Pelistim, & possidebunt agros Ephraim, & agros
Somron, & Beniamin Ghilad.*

20 *Et transmigratio exercitus huius filiorum Israel qui
sunt inter Chenahanæos vsque ad Sarphat: & transmi-
gratio Ierusalaim quæ est in Sepharad possidebunt ciuita-
tes Austri.*

21 *Et ascendent seruatores in monte Syon ad iudicandum
montem Hesau, & erit Domino regnum.*

Transl. ex Septuag.		Noua ex Hebr. Tralat. Fr. Vatabli.
In monte autem Sion erit saluatio, & erit sanctus: & possidebunt domus Iacob eos, qui se possederant.	17	*In monte autem Sion erat euasio, & erit sanctitas, & possidebunt domus Iahacob possessiones suas.*
Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma, domus autem Esau in stipulam: & succendentur in eos, & deuorabunt illos. & non erit frumentarius domui Esau, quia Dominus loquutus est.	18	*Et erit domus Iahacob* vt *ignis, & domus Ioseph* velut *flamma, & domus Hesau* vt *stipula, & cremabunt eos, consumentq́ eos, nec erit superstes domui Hesau, q. in Iehouah locutus est,*
Et possidebunt, qui in Nageb, montem Esau, & qui in Sephæla, alienigenas. Et possidebunt montem Ephraim, & campum Samariæ. & Benjamin, & Galaaditin.	19	*Possidebunt inquam meridiem montis Esau, & campestris Pelisthim, & possidebunt agros Ephraim, & agros Semron, & Beniamin possidebit ipsum Ghilad.*
Et transmigrationis principium istud de filiis Israel, terra Chananæorum vsque Sareptam,: & transmigratio Hierusalem, vsque Ephrata, possidebunt ciuitates Nageb:	20	*Et transmigratio exercitus huius filiorum Israel qui* sunt inter *Chanahanaos vsque ad Sarephath: & transmigratio Ierusalaim* quæ erit *in Sepharad possidebunt ciuitates Ausiri.*
Et ascendent qui salui fuerint, de monte Sion; vt puniant montem Esau, & erit Domino regnum.	21	*Et ascendent seruatores in montem Syon ad iudicandum montem Hesau, & erit Iehoua regnum.*

Digitized by Google

PROPHETIÆ.
IONÆ.

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM,

ET factum est verbum Domini ad Ionam filium Amathi, dicens:

Surge, & vade in Nineuen ciuitatem grandem, & prædica in ea: quia ascendit malitia eius coram me.

Et surrexit Ionas, vt fugeret in Tharsis, à facie Domini: & descendit in Ioppen, & inuenit nauem euntem in Tharsis, & dedit naulum eius, & descendit in eam, vt iret cum eis in Tharsis, à facie Domini.

Dominus autem misit ventum magnum in mare: & facta est tempestas magna in mari: & nauis periclitabatur conteri.

Et timuerunt nautæ & clamauerunt viri ad Deum suum: & miserunt vasa, quæ erant in naui, in mare, vt alleuiaretur ab eis: & Ionas descendit ad interiora nauis, & dormiebat sopore graui.

Et accessit ad eum gubernator, & dixit ei: Quid tu sopore deprimeris? Surge &, inuoca Deũ tuum, si fortè recogitet Deus de nobis, & non pereamus.

Et dixit vir ad collegam suum: Venite & mittamus sortes, & sciamus quare hoc malum sit nobis. Et miserunt sortes. & cecidit sors super Ionam.

Et dixerunt ad eum: Indica nobis cuius causa malum istud sit nobis: quod est opus tuum, quæ terra tua? & quò vadis? vel ex quo populo es tu?

Et dixit ad eos: Hebræus ego sum; & Dominum Deum cœli ego timeo, qui fecit mare, & aridam.

Et timuerunt viri timore magno, & dixerunt ad eum: Quid hoc fecisti? Cognouerunt enim viri, quod à facie Domini fugeret; quia indicauerat eis.

Et dixerunt ad eum: Quid faciemus tibi, & cessabit mare à nobis? Quia mare ibat, & intumescebat.

Et dixit ad eos: Tollite me, & mittite in mare: & cessabit mare à vobis. Scio enim ego quoniam propter me tempestas hæc grandis venit super vos.

Et remigabant viri, vt reuerterentur ad aridam, & non valebant: quia mare ibat, & intumescebat super eos.

Et clamauerunt ad Dominũ, & dixerunt: Quæsumus Domine: ne pereamus in anima viri istius: & ne des super nos sanguinem innocentem: quia tu Domine, sicut voluisti, fecisti.

Et tulerunt Ionam, & miserunt in mare, & stetit mare à feruore suo.

Et timuerunt viri timore magno Dominum, & immolauerunt hostias Domino, & vouerunt vota.

PROPHETIÆ
IONAH.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAPVT PRIMVM,

1 *ET fuit verbum Domini ad Ionah filium Amithai, dicendo,*

2 *Surge, & vade in Nineueh ciuitatem magnam, & prædica in ea: quod ascendit malitia eius coram me.*

3 *Et surrexit Ionah vt fugeret in Tharsis à facie Domini, & descendit Iapho: & inuenit nauem euntem in Tharsis, & dedit mercedem eius, & descendit in eam vt iret cum eis in Tharsis, à facie Domini.*

4 *Dominus autem eleuauit ventum magnum in mari, & fuit turbo magnus in mari, & nauis putabatur conteri.*

5 *Et timuerunt remiges, & clamauerunt vnusquisque ad Deum suum, & proiecerunt instrumenta quæ erant in naui, in mare, vt alleuiaretur ab eis: Ionah autem descenderat ad vnum è lateribus nauis, & dormiebat, & soporatus erat.*

6 *Et accessit ad eum magnus gubernator, & dixit ei, Quid tibi soporato? surge, clama ad Deum tuum, si fortè placetur Deus nobis, & non pereamus.*

7 *Et dixerunt vnusquisque ad proximum suum, Venite, & proijciamus sortes: vt sciamus propter quem est malum hoc nobis. & proiecerunt sortes: & cecidit sors super Ionah.*

8 *Et dixerunt ad eum, Indica nunc nobis propter quem est malum hoc nobis: quod est opus tuum, & vnde venis, & quæ terra tua, & de quo populo es?*

9 *Et dixit ad eos Hebræus sum, & Dominum Deum cœli timeo, qui fecit mare & aridam.*

10 *Et timuerunt viri timore magno, & dixerunt ad eum: Cur hoc fecisti? Cognouerunt enim viri quod à facie Domini fugeret: quia indicauerat eis.*

11 *Et dixerunt ad eum, Quid faciemus tibi, vt sileat mare à nobis? quia mare ibat & intumescebat.*

12 *Et dixit ad eos. Tollite me, & proijcite me in mare, & tacebit mare à vobis, scio enim quod propter me tempestas hæc est super vos.*

13 *Et nitebantur remis viri illi vt reducerent nauem ad aridam & non valebant, quia mare ibat, & intumescebat super eos.*

14 *Et clamauerunt ad Dominum, & dixerunt, Quæsumus Domine ne obsecro pereamus propter animam viri istius, & ne ponas super nos sanguinem innocentem, quia tu Domine, sicut voluisti, fecisti.*

15 *Et tulerunt Ionah, & proiecerunt eum in mare, & stitit mare ab ira sua.*

16 *Et timuerunt viri timore magno Dominum, & immolauerunt hostiam Domino, & vouerunt vota.*

Digitized by Google

PROPHETIÆ. IONÆ.

Transl. ex Septuag.

CAPVT PRIMVM,

En tibi damus Ionam prophetam in quinto loco iuxta dispositionem vulgatæ cum tamen in trãslat. ex Septu. Ro. sextum obtineat locum.

ET factum est verbum Domini ad Ionam filium Amathi, dicens:
Surge, & vade in Nineuem ciuitatem magnam, & prædica in ea: quia ascendit clamor malitiæ eius ad me.
Et surrexit Ionas, vt fugeret in Tharsis, à facie Domini: & descendit Ioppen, & inuenit nauem euntem in Tharsis, deditque naulum suum, & ascendit in eam, vt nauigaret cum eis in Tharsis, à facie Domini:
Et Dominus suscitauit spiritum in mare: & facta est tempestas magna in mari: & nauis periclitabatur conteri.
Et timuerunt nautæ & clamauerunt vnusquisque ad Deum suum: & iactum fecerunt vasorum, quæ erant in naui, in mare, vt alleuiaretur ab eis. Ionas autem descendit in ventrem nauis, & dormiebat & stertebat.
Et accessit ad eum proreta, & dixit ei: Quid tu stertis, Surge & inuoca Deum tuum, vt saluos faciat nos Deus, & non pereamus.
Et dixit vnusquisque ad proximum: Venite mittamus sortes, & cognoscamus, cuius gratia malitia hæc est super nos. Et miserũt sortes, & cecidit sors super Ionam.
Et dixerunt ad eum: Annuncia nobis, quod est opus tuum, & vnde venis, & ex qua regione, & ex quo populo es tu.
Et dixit ad eos: Seruus Domini ego sum; & Dominum Deum cœli ego colo, qui fecit mare, & aridam.
Et timuerunt viri timore magno, & dixerunt ad eum; Quid hoc fecisti? Cognouerunt enim viri, quod à facie Dei fugeret; eo quod indicasset eis.
Et dixerunt ad eum: Quid tibi faciemus, & quiescet mare à nobis? Quia mare ibat, & suscitabat magis fluctum.
Et dixit Ionas ad eos: Tollite me, & mittite me in mare: & quiescet mare à vobis. Ego enim noui, quod propter me fluctus isti magni, contra vos sunt.
Et conabantur viri, vt reuerterentur ad terram, & nõ poterant: quia mare ibat, & insurgebat magis contra eos.
Et clamauerunt ad Dominum, & dixerunt: Nequaquam Domine: ne pereamus propter animam viri huius: & non des super nos sanguinem iustum: tu enim Domine, sicut voluisti, fecisti.
Et tulerunt Ionam, & miserunt eum in mare, & stetit mare à commotione sua.
Et timuerunt viri timore magno Dominum, & immolauerunt hostiam Domino, & vouerunt vota.

PROPHETIÆ IONAH.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAPVT PRIMVM,

1 *ET fuit verbum Iehoua ad Ionam filium Amithai, dicendo,*
2 *Surge, & vade in Nineueh ciuitatem magnam, & clama contra eam: ascendit enim malitia eorum coram me.*
3 *Surrexit verò Ionah vt fugeret in Tharsis à facie Iehoua, & descendit Iapho: reperit autem nauem euntem in Tharsis, deditq; mercedem eius, & descendit in eam vt iret cum eis in Tharsis, à conspectu Iehoua.*
4 *At Iehouah excitauit ventum magnum in mare, fuitq; turbo magnus in mari, & nauis putauit conteri.*
5 *Timuerunt igitur nautæ, & clamauerunt quisque ad Deum suum, proieceruntque instrumenta quæ erant in naui, in mare, vt alleuiarent eam ab his: Ionah autem descenderat ad vnum è lateribus nauis, dormiebatq;, & sopore oppressus erat.*
6 *Accessit autem ad eum magnus gubernator, & dixit ei, Quid tibi soporate? surge, clama ad Deum tuum, fortè placabitur Deus ipse nobis, & non peribimus.*
7 *Et dixerunt quisque ad proximum suum, Venite, & projiciamus sortes: vt sciamus propter quem malum istud euenit nobis. proiecerunt itaq; sortes: & cecidit sors ipsa super Ionam.*
8 *Dixerunt ergo ad eum, Indica nunc nobis tu propter quem hoc malum accidit nobis: quod est opus tuum, & vnde venis, & quæ terra tua, & de quonam populo es?*
9 *Et dixit ad eos Hebræus sum, & Iehouam Deum cœli timeo, qui fecit mare & aridam.*
10 *Timuerũt itaque viri illi timore ingenti, & dixerunt ei, Cur hoc fecisti? sciebant enim viri illi quod à facie Iehoua fugeret: nam indicauerat eis.*
11 *Dixeruntque ad eum, Quid faciemus tibi, vt sileat mare à nobis? nam mare ibat & intumescebat.*
12 *Quibus dixit, Tollite me, & projicite me in mare, & silebit mare à vobis, scio enim quod propter me tempestas magna hæc superuenit vobis.*
13 *Nitebantur autem remis viri illi vt reducerent nauem ad aridam, sed non valuerunt, quia mare ibat, & intumescebat super eos.*
14 *Clamauerunt itaque ad Iehouam, & dixerunt, Quæsumus Iehoua ne obsecro pereamus propter animam viri istius, neque ponas super nos sanguinem innocentem, tu enim Iehoua, sicut voluisti, fecisti.*
15 *Tulerunt ergo Ionam, & proiecerunt eum in mare, constititque mare ab ira sua.*
16 *Timuerunt autem viri illi timore ingenti Iehouam, & immolauerunt hostiam Iehoua, voueruntque vota.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. II.

ET preparauit Dominus piscem grandem vt deglutiret Ionam: * & erat Ionas in ventre piscis tribus diebus, & tribus noctibus. * Matt. 12.40. 16.4. Luc. 11. 30.

Et orauit Ionas Dominum Deum suum de ventre piscis.

Et dixit: * Clamaui de tribulatione mea ad Dominum, & exaudiuit me: de ventre inferi clamaui, & exaudisti vocem meam. * 1. Cor. 15.4. Ps. 119. 2.

Et proiecisti me in profundum in corde maris, & flumen circumdedit me: omnes gurgites tui, & fluctus tui super me transierunt.

Et ego dixi: Abiectus sum à conspectu oculorum tuorum: verumtamen rursus videbo templum sanctum tuum.

* Circumdederunt me aquæ vsque ad animam: abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meum. * Ps. 68. 2.

Ad extrema montium descendi: terræ vectes cõcluserunt me in æternum: & subleuabis de corruptione vitam meam, Domine Deus meus.

Cum angustiaretur in me anima mea, Domini recordatus sum: vt veniat ad te oratio mea ad templum sanctum tuum.

Qui custodiunt vanitates frustra, misericordiam suam derelinquunt.

Ego autem in voce laudis immolabo tibi: quæcumque voui reddam pro salute Domino.

Et dixit Dominus pisci: & euomuit Ionam in aridam.

CAP. III.

ET factum est verbum Domini ad Ionam secundo dicens:

Surge, & vade in Niniuen ciuitatem magnam: & prædica in ea prædicationem, quam ego loquor ad te.

Et surrexit Ionas, & abijt in Niniuen iuxta verbum Domini: & Niniue erat ciuitas magna itinere trium dierum.

Et cœpit Ionas introire in ciuitatem itinere diei vnius: & clamauit, & dixit: Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur.

* Et crediderunt viri Niniuitæ in Deum: & prædicauerunt ieiunium, & vestiti sunt saccis à maiore vsque ad minorem. * Matt. 12.41. Luc. 11. 32.

Et peruenit verbum ad regem Niniue: & surrexit de solio suo, & abiecit vestimentum suum à se, & indutus est sacco, & sedit in cinere.

Et clamauit, & dixit in Niniue ex ore regis & principum eius, dicens: Homines, & iumenta, & boues, & pecora non gustent quidquam: nec pascantur, & aquam non bibant.

Et operiantur saccis homines, & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine, & conuertatur vir à via sua mala, & ab iniquitate, quæ est in manibus eorum.

* Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus: & reuertatur à furore iræ suæ, & non peribimus? * Ier. 18. 11. Ioan. 2. 14.

Et vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala: & misertus est Deus super malitiam, quam locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. II.

1 *ET preparauit autem Dominus piscem grandem, vt*
deglutiret Ionah, & fuit Ionah in ventre piscis tri-
bus diebus & tribus noctibus.
2 *Et orauit Ionah ad Dominum Deum suum in ventre*
piscis.
3 *Et dixit, Clamaui in afflictione mea ad Dominum, &*
exaudiuit me: de ventre inferni clamaui, exaudisti vo-
cem meam.
4 *Et proijcere fecisti me in profundum, in medium ma-*
rium, & flumen circundedit me: omnes vndæ tuæ & flu-
ctus tui super me transierunt.
5 *Ego autem dixi, Proiectus sum è conspectu oculorum*
tuorum: veruntamen addam vt respiciam ad templum
sanctum tuum.
6 *Circundederunt me aquæ vsque ad animam: vorago*
circumdedit me, alga alligata est capiti meo.
7 *Ad extrema montium descendi, terram clausam vecti-*
bus suis propter me in seculum: & ascendere fecisti è fo-
uea vitam meam Domine Deus mi.
8 *Cum deficeret in me anima mea, Domini recordatus*
sum, & venit ad te oratio mea, ad templum sanctum
tuum.
9 *Custodientes vanitates mendaces, misericordiam eius*
derelinquent.
10 *Ego autem in voce confessionis immolabo tibi, quod vo*
ui, reddam. Salus est Domini.
11 *Et dixit Dominus pisci, & euomuit Ionah in aridam.*

CAP. III.

1 *ET fuit verbum Domini ad Ionah secundò dicendo:*
2 *Surge, vade in Nineueh ciuitatem magnam, & prædi-*
ca in ea prædicationem quam loquor ad te.
3 *Et surrexit Ionah, & abijt in Nineueh iuxta verbum*
Domini, Nineueh erat ciuitas magna valde, itinere trium
dierum.
4 *Et cœpit Ionah introire ciuitatem itinere diei vnius,*
& clamauit, & dixit, Adhuc quadraginta dies & Nine-
ueh subuertetur.
5 *Et crediderunt viri Nineueh Deo, & prædicauerunt*
ieiunium, & vestiti sunt saccis à maiore eorum vsque ad
minorem eorum.
6 *Et peruenit verbum ad Regem Nineueh, & surrexit*
de solio suo, & transire fecit vestimentum suum à se, &
operuit sese sacco, & sedit super cinerem.
7 *Et proclamare fecit, ac dicere in Nineueh decreto re-*
gio & maiorum eius, dicendo, Homines & iumenta, bo-
ues & pecudes non gustent quicquam, nec pascantur, &
aquam non bibant.
8 *Et operiantur saccis homines, & iumenta, & clament*
ad Deum fortiter, & conuertatur vnusquisque à via sua
mala, & ab iniquitate quæ est in manibus suis.
9 *Quis scit si fortè conuertatur, & pœniteat Deum, &*
auertatur à furore iræ suæ: & non peribimus?
10 *Et vidit Deus opera eorum quia conuersi sunt à via*
sua mala, & pœnituit Deum, mali quod locutus fuerat ut
faceret eis, & non fecit.

Transl. ex Septuag.

CAP. II.

ET præcepit Dominus ceto magno deuorare Ionam. Et erat Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus.

Et orauit Ionas ad Dominum Deum suum de vtero piscis.

Et dixit: Clamaui in tribulatione mea ad Dominum Deum meum: & exaudiuit me; de ventre inferi clamoris mei audisti vocem meam.

Proiecisti me in profunda cordis maris, & flumina me circundederunt. Omnes eleuationes tuę, & fluctus tui super me transierunt.

Et ego dixi: abiectus sum ex oculis tuis: putas ne, addam, vt videam templum sanctum tuum?

Circunfusa est mihi aqua vsque ad animam, abyssus vallauit me nouissima.

Intrauit caput meum in scissuras montium: descendi in terram, cuius vectes eius sunt retinacula sempiterna. Et ascendat corruptio vitæ meæ Domine Deus meus.

Cum deficeret ex me anima mea Domini recordatus sum: & veniat ad te oratio mea in templum sanctum tuum.

Qui custodiunt vana, & mendacia; misericordiam suam reliquerunt.

Ego autem cum voce laudis, & confessionis immolabo tibi: quæcunque voui, reddam tibi salutaris Domino.

Et à Domino præceptum est ceto: & eiecit Ionam super siccam.

CAP. III.

ET factus est sermo Domini ad Ionam secundo, dicens.

Surge, vade in Nineuen ciuitatem magnam: & prædica in ea iuxta prædicationem priorem, quam ego loquutus sum ad te.

Et surrexit Ionas, & abijt in Nineuen, sicut ei loquutus fuerat Dominus. Erat autem Nineue ciuitas magna Deo, quasi itinere viæ dierum trium.

Et cœpit Ionas ingredi in ciuitatem, quasi itinere diei vnius: & prædicauit, & dixit: Adhuc tres dies, & Nineue subuertetur.

Et crediderunt viri Nineue Deo, & prædicauerunt ieiunium, & vestiti sunt saccis à magno eorum vsque ad paruum eorum.

Et appropinquauit sermo ad regem Nineue: & surrexit de throno suo, & abstulit stolam suam à se, & coopertus est sacco, & sedit in cinere.

Et prædicatum est, & dictum est in Nineue à rege, & à magnatibus, eius dicendo: Homines, & iumenta, & boues, & oues non gustent quicquam, nec pascantur, & aquam non bibant.

Et cooperti sunt saccis homines, & iumenta, & clamauerunt ad Deum vehementer. Et reuersi sunt vnusquisque de via sua mala, & ab iniquitate, quæ erat in manibus eorum, dicentes.

Quis scit, si pæniteat Deum, & auertatur ab ira furoris sui, & non pereamus?

Et vidit Deus opera eorum, quoniam reuersi sunt de vijs suis malis: & egit pœnitentiam Deus super malitia, quam loquutus fuerat, vt faceret eis: & non fecit.

Noua ex Hebr. Tralat. Fr. Vatabli.

CAP. II.

1 *PReparauerat autem Iehouah piscem grandem, vt de-*
glutiret Ionam, & fuit Ionah in ventre piscis tribus
diebus & tribus noctibus.
2 *Et orauit Ionah ad Iehouam Deum suum de ventre pi-*
scis.
3 *Dixitq́; clamaui ex afflictione mea ad Iehouam, & ex-*
audiuit me: de ventre inferni clamaui, & exaudisti vo-
cem meam.
4 *Proiecisti autem me in profundum,* quod *est in me-*
dium marium, & ceu *flumen circundedit me. omnes vn-*
dæ tuæ & fluctus tui super me transierunt.
5 *Ego verò dicebam, Proiectus sum è conspectu oculorum*
tuorum: veruntamen addam respicere ad templum san-
ctitatis tuæ.
6 *Circundederunt me aquæ vsque ad animam: vorago*
circumdedit me, alga alligata est capiti meo.
7 *Ad extrema montium descendi, terra* clausa *vectibus*
suis propter me in seculum: attamen ascendere fecisti è
fouea vitam meam ò Iehoua Deus mi.
8 *Quum deficeret in me anima mea, Domini recordatus*
sum, & introijt ad te oratio mea, in templum sanctum
tuum.
9 *Obseruantes vanitates mendaces, misericordiam suam*
derelinquunt.
10 *At ego cum voce confessionis immolabo tibi, quod voui*
reddam tibi. *Salus* est *Iehouæ.*
11 *Et præcepit Iehouah pisci illi, & euomuit Ionam in ari-*
dam.

CAP. III.

1 *ET fuit verbum Iehouæ ad Ionam secundò dicendo:*
2 *Surge, vade in Nineueh vrbem illam magnam, & præ-*
dica in ea prædicationem quam loquor ad te.
3 *Surrexit itaque Ionah, & abijt in Nineueh iuxta ver-*
bum Iehouæ (porrò Nineueh erat ciuitas magna valde,
itinere trium dierum.)
4 *Et cœpit Ionah introire ciuitatem in itinere diei vnius,*
& clamauit, dixitque, Adhuc quadraginta dies sunt, *&*
Nineueh subuertetur.
5 *Crediderunt autem viri Nineueh Deo, & prædicaue-*
runt ieiunium, indueruntque se saccis à maiore eorum v-
que ad minorem ipsorum.
6 *Et peruenit verbum illud ad Regem Nineueh: qui sur-*
rexit de solio suo, & deposuit vestimentum suum à se, ope-
ruitque sese sacco, & sedit in cinere.
7 *Et proclamare iussit, ac dicere in Nineueh decreto re-*
gis & magnatum eius, dicendo, Homines & iumenta, bo-
ues & pecudes ne gustent quicquam, neque pascantur, &
aquam non bibant.
8 *Operianturque saccis homines ipsi, & ipsa iumenta, at-*
que clament ad Deum fortiter: & conuertantur quisque
à via sua mala, & ab iniquitate ipsa quæ est *in manibus*
eorum.
9 *Quis scit* si *conuertatur, & pœniteat Deum, auerta-*
turque à furore iræ suæ: & non peribimus?
10 *Vidit autem Deus opera eorum quod conuersi essent à*
via sua mala, & pœnituit Deum ipsum mali quod loqu-
tus fuerat se facturum illis, & non fecit.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. IV.

ET afflictus est Ionas afflictione magna, & iratus est:
Et orauit ad Dominum, & dixit: Obsecro Domine, numquid non hoc est verbum meum, cum adhuc essem in terra mea? propter hoc præoccupaui vt fugerem in Tharsis. *scio enim quia tu Deus clemens, & misericors es, patiens, & multæ miserationis, & ignoscens super malitia.

*Psal. 85. 5. Ioel. 2. 13.

Et nunc Domine tolle quæso animam meam à me: quia melior est mihi mors quàm vita.
Et dixit Dominus: Putasne bene irasceris tu?
Et egressus est Ionas de ciuitate, & sedit contra Orientem ciuitatis, & fecit sibimet vmbraculum ibi, & sedebat subter illud in vmbra, donec videret quid accideret ciuitati:
Et præparauit Dominus Deus hederam, & ascédit super caput Ionæ, vt esset vmbra super caput eius & protegeret eum: (laborauerat enim) & lætatus est Ionas super hedera, lætitia magna.
Et parauit Deus vermem ascensu diluculi in crastinum: & percussit hederam, & exaruit.
Et cum ortus fuisset sol, præcepit Dominus vento calido, & vrenti: & percussit sol super caput Ionæ, & æstuabat: & petiuit animæ suæ vt moreretur, & dixit: Melius est mihi mori, quàm viuere.
Et dixit Dominus ad Ionam: Putasne bene irasceris tu super hedera, & dixit: Bene irascor ego vsque ad mortem.
Et dixit Dominus. Tu doles super hederam, in qua non laborasti, neque fecisti vt cresceret, quæ sub vna nocte nata est, & sub vna nocte perijt.
Et ego non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua sunt plusquam centum viginti millia hominum, qui nesciunt quid sit inter dexteram & sinistram suam, & iumenta multa?

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. IV.

1 *ET displicuit Ionæ displicentia magna, & iratus est.*
2 *Et orauit ad Dominum, & dixit: Obsecro Domine, nonne hoc est verbum meum quum adhuc essem in terra mea? Ideo præoccupaui vt fugerem in Tarsis. quia noui quod tu es Deus clemens, & misericors longanimis, & multa misericordia, & pænitens super malo.*
3 *Et nunc Domine tolle quæso animam meam à me: Quia melior est mors mea, quàm vita mea.*
4 *Et dixit Dominus: Nonne vehemens ira est tibi?*
5 *Egressus est Ionah de ciuitate, & sedit ab Oriente ciuitatis: & fecit sibi ibidem tabernaculum, & sedebat subter illud in vmbra, donec videret quid futurum esset ciuitati.*
6 *Et præparauit Dominus Deus cucurbitam, & ascendit super Ionah, vt esset vmbra super caput eius.*
Vt erueret eum à malo eius: & lætatus est Ionah super cucurbitam lætitia magna.
7 *Et præparauit Deus vermem ascendente aurora in crastinum, & percussit cucurbitam, & aruit.*
8 *Et fuit Oriente sole præparauit Deus ventum Orientalem vehementem, & percussit sol super caput Ionah, & æstuabat: & petiuit anima sua, vt moreretur, & dixit: Melius est mors mea quàm vita mea.*
9 *Et dixit Deus ad Ionah: Nonne vehemens ira est tibi contra cucurbitam? Et dixit: Vehemens ira est mihi vsque ad mortem.*
10 *Et dixit Dominus. Tu pepercisti cucurbitæ in qua non laborasti, nec fecisti crescere eam, quæ vna nocte fuit, & vna nocte perijt.*
11 *Et ego non parcam Nineueh ciuitati magnæ, in qua sunt plusquam duodecies decem millia hominum, qui nesciunt inter dexteram suam, & sinistram suam, & animalia multa?*

Transl. ex Septuag.

CAP. IV.

1 ET contristatus est Ionas tristitia magna: & confusus est:

2 Orauitque ad Dominum, & ait: O Domine, nonne isti sunt sermones mei, cum adhuc essem in terra mea? Propterea præoccupaui fugere in Tharsis, quia sciebam quod tu misericors & miserator patiens, & multæ miserationis, & agens pœnitentiam super malitiis.

3 Et nunc dominator Domine tolle animam meã à me: quia melius est mihi mori, quàm viuere.

4 Et dixit Dominus ad Ionam, Si vehementer contristatus es tu?

5 Et egressus est Ionas de ciuitate, & sedit contra ciuitatem, & fecit sibi tabernaculum ibi, & sedebat subter illud donec videret, quid esset ciuitati.

6 Et præcepit Dominus Deus cucurbitæ: & ascendit super caput Ionæ, vt esset vmbraculum super caput eius, & protegeret eum à suis malis. Lætatusque est Ionas super cucurbita gaudio magno.

7 Et præcepit Deus vermi mane in crastinum: & percussit cucurbitam, & arefacta est.

8 Et factum est, simulatque exortus est sol, & præcepit Deus spiritui ardenti, vrenti: & percussit sol super caput Ionæ, & angustiatus est, & ædduit eum animæ suæ, & dixit: Melius est mihi mori, quàm viuere.

9 Et dixit Deus ad Ionam: Si valde contristatus es tu super cucurbita? Et ait: Valde cõtristatus sum ego vsque ad mortem.

10 Et dixit Dominus. Tu pepercisti super cucurbita, pro qua non laborasti super eam, neque nutristi eam, quæ nata est sub nocte, & sub nocte periit.

11 Ego autem non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua habitant plures quàm centum viginti millia hominum, qui non nouerunt dexteram suam, & sinistram suam, & pecora multa?

Noua ex Hebr. Tralat. Fr. Vatabli.

CAP. IV.

DIsplicuit autem Ionæ displicentia magna, & iratus est.

Orauit itaque ad Iehouam, & dixit: Obsecro Iehoua, nonne hoc est verbum meum quum adhuc essem in terra mea? Ideo praeoccupaui fugere in Tarsis. sciebam enim quod tu es Deus clemens, & misericors longanimis, & multa misericordia, & pœnitens super malo.

Nunc ergo ò Iehoua, tolle quaso animam meam à me: quoniam melior est mors mihi, quàm vita mea.

Dixit autem Iehouah. Nonne vehemens ira est tibi?

Egressus est itaque Ionah de vrbe ipsa, & sedit ad Orientem eius: fecitque sibi illic tabernaculum, & mansit subter illud in vmbra, donec videret quid futurum esset vrbi ipsi.

Et praeparauit Iehouah Deus cucurbitam, quæ ascendit super Ionah, vt esset vmbra capiti eius, vt erueret eum à malo eius: lætatus est itaque Ionah ob cucurbitam lætitia magna.

Præparauit autem Deus ipse vermem ascendente aurora postero die, & percussit cucurbitam, quæ aruit.

Fuit verò oriente sole praeparauit Deus ventum Orientalem vehementem, & percussit sol caput Ionæ, qui æstuabat: petiitque anima, vt moreretur, & dixit: Melior est mors mihi quàm vita mea.

Dixit itaque Deus ad Ionam: Nonne vehemens ira est tibi ob cucurbitam? Qui dixit: Vehemens ira est mihi vsq; ad mortem.

Cui dixit Iehouah, Tu pepercisti cucurbitæ ipsi in qua non laborasti, nec fecisti crescere eam, quæ vna nocte nata est, & vna nocte periit.

Et ego non parcam Nineueh vrbi illi magnæ, in qua sunt plusquàm duodecies decem millia hominum, qui non nouerunt inter dexteram suam, & sinistram suam, & animalia multa?

Digitized by Google

PROPHETIÆ MICHÆÆ.

Vulgata Editio.

CAPVT PRIMVM.

VErbum Domini, quod factum est ad Michæam Morasthithen, in diebus Ioathan, Achaz, & Ezechiæ regum Iuda: quod vidit super Samariam, & Ierusalem.

* Isa. 26,21 — * Audite populi omnes, & attendat terra, & plenitudo eius: & sit Dominus Deus vobis in testem, Dominus de templo sancto suo.

* Deut. 32. Isa. 1. 2 — * Quia ecce Dominus egredietur de loco suo: & descendet, & calcabit super excelsa terræ.

Et consumentur montes subtus eum: & valles scindentur sicut cera à facie ignis, & sicut aquæ, decurrunt in præceps.

In scelere Iacob omne istud, & in peccatis domus Israel, quod scelus Iacob? nonne Samaria? & quæ excelsa Iudæ? non Ierusalem?

Et ponam Samariam quasi aceruum lapidum in agro cum plantatur vinea; & detraham in vallem lapides eius, & fundamenta eius reuelabo.

Et omnia sculptilia eius concidentur, & omnes mercedes eius comburentur igne, & omnia idola eius ponam in perditionem: quia de mercedibus meretricis congregata sunt, & vsque ad mercedem meretricis reuertentur.

Super hoc plangam & vlulabo: vadam spoliatus, & nudus: faciam planctum velut draconum, & luctum quasi struthionum.

Quia desperata est plaga eius, quia venit vsque ad Iudam, tetigit portam populi mei vsque ad Ierusalem:

In Geth nolite annunciare lachrymis ne ploretis, in domo Pulueris puluere vos conspergite.

Et transite vobis habitatio pulchra; confusa ignominia: non est egressa quæ habitat in exitu: planctum domus vicina accipiet ex vobis, quæ stetit sibimet.

Quia infirmata est in bonum, quę habitat in amaritudinibus: quia descendit malum à Domino in portam Ierusalem.

Tumultus quadrigæ stuporis habitanti Lachis principium peccati est filię Sion, quia in te inuenta sunt scelera Israel.

Propterea dabit emissarios super hæreditatem Geth: domus Mendacij in deceptionem regibus Israel.

Adhuc hæredem adducam tibi quæ habitas in Maresa: vsque ad Odollam veniet gloria Israel.

Decaluare, & tondere super filios deliciarum tuarum: dilata caluitium tuum sicut aquila: quoniam captiui ducti sunt ex te.

CAP.

PROPHETIÆ MICHAH.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAPVT PRIMVM.

1 *VErbum Domini quod fuit ad Michah Morasthiten, in diebus Iotham, Achaz, Iechizchijah regum Iehudah, quod vidit super Somron, & Ierusalaim.*

2 *Audite populi omnes, attende terra, & plenitudo eius, & sit Dominus Deus vobis in testem, Dominus de templo sancto suo.*

3 *Quia ecce Dominus egredietur è loco suo, & descendet, & calcabit super excelsa terræ.*

4 *Et liquescent montes subtus eum, & valles scindent se, sicut cera à facie ignis, sicut aqua effusa in præceps.*

5 *Propter præuaricationem Iàhacob totum hoc* accidit, *& propter peccatum domus Israel. quis* fuit causa *præuaricationis Iahacob? nonne Somron? & quis* fuit causa, *excelsorum Iehudah, nonne Ierusalaim?*

6 *Et ponam Somron in aceruum agri, in plantationem vineæ, & dispergere faciam in vallem lapides eius, & fundamenta eius reuelabo.*

7 *Et omnia sculptilia eius confringentur, & omnes mercedes eius comburentur igni, & omnia idola eius ponam in desolationem, quia de mercede meretricis quæ habet congregauit, & vsque ad mercedem meretricis reuertentur.*

8 *Super hoc plangam, & vlulabo: vadam spoliatus, & nudus, faciam planctum velut draconis, & luctum veluti filiarum struthionis.*

9 *Quia desperata sunt plagæ tuæ, quia venit vsque ad Iehudah, perueniet vsque ad portam populi mei, vsque ad Ierusalaim.*

10 *In Gath ne annuncietis, flendo, ne fleueris propter domos Hophrah puluere inuolue teipsam.*

11 *Transi habitatrix Saphir nuda pudore: non est egressa habitatrix Sanan ad planctum Bethhasel inimicus mercedem accipiet à vobis eo quod stetit in obsidione vestri.*

12 *Quia doluit propter bonum quo priuata est habitatrix Maroth, quia descendit malum à Domino ad portam Ierusalaim.*

13 *Liga quadrigas ad equos velocissimos habitatrix Lachis, principium peccati ipsa fuit filia Sijon, quia in te inuenti sunt præuaricatores Israel.*

14 *Propterea dabis dona ipsi Moreseth Gath, domus Achzib erunt in mendacium regibus Israel.*

15 *Adhuc hæredem adducam tibi habitatrix Maresah, vsque ad Hadulam, veniet hæres gloriæ Israel.*

16 *Decalua teipsam, & tonde temetipsam super filios delitiarum tuarum, dilata caluitium tuum sicut aquila, quia transmigrauerunt à te.*

CAP.

Digitized by Google

PROPHETIÆ MICHÆÆ.

Transl. ex Septuag.

CAPVT PRIMVM.

1 ET factum est verbum Domini ad Michæam Morasthiten in diebus Ioatham, & Achaz, & Ezechiæ regum Iuda, de quibus vidit de Samaria, & de Hierusalem.

2 Audite populi verba, & attendat terra & omnes, qui sunt in ea: & erit Dominus Dominus in vobis in testimonium, Dominus ex domo sancta sua.

3 Et ecce enim Dominus egredietur de loco suo & descendet, & calcabit super excelsa terræ.

4 Et commouebuntur montes subter eum: & valles tabescent, sicut cera à facie ignis, & sicut aqua profluens in descensu.

5 Propter impietatem Iacob omnia hæc & propter peccatum domus Israel. Quæ est impietas Iacob? nonne Samaria? Et quod est peccatum domus Iudæ? nonne Hierusalem?

6 Et ponam Samariam in pomorum custodiam in agro & in plantationem vineæ, & detraham in voraginem lapides eius, & fundamenta eius reuelabo.

7 Et cuncta sculptilia eius concident, & omnes mercedes eius comburent in igni, & cuncta idola eius ponam in perditionem. Quia ex mercedibus fornicationis congregauit, & ex mercedibus fornicationis conuertit.

8 Propter hoc planget, & lamentabitur, ibit discalceata, & nuda: faciet planctum quasi draconum, & luctum quasi filiarum Sirenarum.

9 Quia obtinuit plaga eius, quia venit vsque ad Iudam, tetigit vsque ad portam populi mei vsque ad Hierusalem.

10 Qui in Geth, nolite magnificari & Enacim nolite reædificare ex domo in derisum: terram aspergite derisum vestrum.

11 Quæ habitas bene ciuitates eius: non est egressa habitatrix Sennaar. Plangite domum iuxta eam, accipiet ex vobis plagam doloris.

12 Quia cœpit in bona ei, quæ habitat dolores? Quia descenderunt mala à Domino super portas Hierusalem.

13 Sonitus curruum & equitum: Quæ habitas Lachis princeps peccati est filiæ Sion: quia in te inuentæ sunt impietates Israel.

14 Ideo dabit emissarios vsque ad hæreditatem Geth: domos vanas, in vanum factæ sunt regibus Israel.

15 Donec hæredes adducant, quæ habitas Lachis: hæreditas vsque Odollam veniet: gloria filiæ Israel.

16 Decaluare, & detondere super filios delicatos tuos: dilata tonsuram tuam, sicut aquila, quoniam captiui ducti sunt ex te.

PROPHETIÆ MICHAH.

Noua ex Hebr. Tralat. Fr. Vatabli.

CAPVT PRIMVM.

1 *VErbum Iehouæ quod fuit ad Michah Morasthiten, in diebus Iotham, Achaz, Iechizkiiah regum Iehudæ, quod vidit super Someron, & Ierusalaim.*

2 *Audite populi omnes, attende terra, & plenitudo eius, sitq; Dominus Iehouah vobis in testem*, Dominus inquam *de templo sancti sui.*

3 *Ecce enim Iehouah egreditur è loco suo, & descendet, & calcabit super excelsa terræ.*

4 *Et liquescent montes sub eo, & valles se scindent, li*quescent inquam, *sicut cera à facie ignis, sicut aquæ fusæ in præcipiti.*

5 *Propter prævaricationem Iacobi totum hoc* accidet, *& propter peccata domus Israel.* Quæ sunt causæ *prævaricationis Iacobi? nonne Someron? & quæ sunt* causæ *excelsorum Iehudæ? nonne Ierusalaim?*

6 *Ponam igitur Someron in aceruum agri, in plantationes vineæ, & deuoluam in vallem lapides eius, & fundamenta eius retegam.*

7 *Omnia quoque sculptilia eius confringentur, & omnes mercedes eius comburentur igni, & omnia idola eius ponam* in *desolationem, nam de mercede meretricis* hæc *congregauit, & vsque ad mercedem meretricis conuertentur.*

8 *Propterea plangam, & vlulabo: incedam spoliatus, & nudus, faciam planctum velut draconum, & luctum velut filiarum struthionis.*

9 *Quia acerbæ sunt plagæ eius, quia peruenit* plaga *vsque ad Iehudah, peruenit vsque ad portam populi mei, vsque ad Ierusalaim.*

10 *In Gath ne annuncietis, flendo, ne fleatis: propter domum Hophrai puluere conspergé teipsam.*

11 *Transi habitatrix Saphir nuda pudore: non est egressa habitatrix Saanan* ad *planctum Bethhaezel:* inimicus *accipiet à vobis stationem suam.*

12 *Quia doluit propter bonum amissum habitatrix Maroth, quia descendit malum à Iehoua* vsque *ad portam Ierusalaim.*

13 *Liga quadrigas ad equos velocissimos habitatrix Lachis,* quæ *principium peccati fuisti filiæ Sion, quia in te inuentæ sunt præuaricationes Israel.*

14 *Propterea dabis dona ipsi Moreseth* quæ est in *Gath: domus Aczib* erunt *in mendacium regibus Israel.*

15 *Adhuc hæredem adducam tibi habitatrix Maresah, vsque ad Adullam, veniet* hæres *gloria Israel.*

16 *Decalua teipsam, & tonde* comam *super filios deliciarum tuarum, dilata caluitium tuum sicut aquila, quia demigrauerunt à te.*

Vulgat. Editio.

CAP. II.

VÆ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris: in luce matutina faciunt illud, quoniam contra Deum est manus eorum.

Et concupierunt agros, & violenter tulerunt, & rapuerunt domos: & calumniabantur virum, & domum eius, virum, & hæreditatem eius.

Idcirco hæc dicit Dominus: Ecce ego cogito super familiam istam malum: vnde non auferetis colla vestra, & non ambulabitis superbi, quoniam tempus pessimum est.

In die illa sumetur super vos parabola, & cantabitur canticum cum suauitate, dicentium: Depopulatione vastati sumus: pars populi mei commutata est: quomodo recedet à me, cum reuertatur, qui regiones nostras diuidat?

Propter hoc non erit tibi mittens funiculum sortis in cœtu Domini.

Ne loquamini loquentes: non stillabit super istos, non comprehendet confusio.

Dicit domus Iacob: Numquid abbreuiatus est spiritus Domini, aut tales sunt cogitationes eius? Nonne verba mea bona sunt cum eo, qui rectè graditur?

Et è contrario populus meus in aduersarium consurrexit: desuper tunica pallium sustulistis: & eos, qui transibant simpliciter, conuertistis in bellum.

Mulieres populi mei eiecistis de domo deliciarum suarum: à paruulis earum tulistis laudem meam in perpetuum.

Surgite, & ite, quia non habetis hic requiem: propter immunditiam eius corrumpetur putredine pessima.

Vtinam non essem vir habens spiritum, & mendacium potius loquerer: stillabo tibi in vinum, & in ebrietatem: & erit super quem stillatur populus iste.

Congregatione congregabo Iacob totum te: in vnum conducam reliquias Israel, pariter ponam illum quasi gregem in ouili, quasi pecus in medio caularum tumultuabuntur à multitudine hominum.

Ascendet enim pandens iter ante eos: diuident, & transibunt portam, & ingredientur per eam: & transibit rex eorum coram eis, & Dominus in capite eorum.

CAP. III.

ET dixi: Audite principes Iacob, & duces domus Israel: Numquid non vestrum est scire iudicium?

Qui odio habetis bonum, & diligitis malum: qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnem eorum desuper ossibus eorum?

Qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum desuper excoriauerunt: & ossa eorum confregerunt, & conciderunt sicut in lebete, & quasi carnem in medio ollæ.

Tunc clamabunt ad Dominum, & non exaudiet eos: & abscondet faciem suam ab eis in tempore illo, sicut nequiter egerunt in adinuentionibus suis.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. II.

1 *VÆ cogitantibus iniquitatem, & operantibus malum in cubilibus suis, quum illuxerit [illegible] illud, quoniam est facultas in manu eorum [illegible].*

2 *Et concupierunt agros & rapuerunt: & [illegible] & tulerunt, & oppresserunt virum, & domum eius, virum, & hæreditatem eius.*

3 *Idcirco sic dixit Dominus: Ecce ego [illegible] super familiam hanc malum, à quo non remouebitis [illegible] vestra, & non ambulabitis superbi quoniam tempus malum est.*

4 *In die illa sumet* lamentator *super vos parabolam, &* *lamentabitur lamentum, [illegible] sumus, partem populi mei [illegible], [illegible] à nobis agros [illegible], agros [illegible] diuisit sibi.*

5 *Idcirco non erit tibi qui proiiciat funem in [illegible] Domini.*

6 *Ne stilletis, stillabunt: non stillabunt istis, non comprehendet ignominia.*

7 *O dicta domus Iahacob, numquid abbreuiatus est spiritus Domini? Nonne hæc sunt opera eius? nonne verba mea bene faciunt rectè ambulanti?*

8 Equidem *& heri populus meus [illegible] alter contra alterum, tunicam & pallium [illegible] à transeuntibus qui confidenter [illegible].*

9 *Vxores populi mei* pauperes [illegible] *domo* maritorum *in [illegible] earum à paruulis earum tulistis* coniunctionem mariti, & vxoris quæ est *honor meus in sæculum.*

10 *Surgite & ite, quia non est hæc ciuitas requies, & [illegible] est immunditia, corrumpet eam, & corruptione fortis valde.*

11 *Si fuerit quispiam qui ambulet per [illegible], & mendacium mentitus fuerit dicendo: stillabo tibi pro vino, & sechar, & stillauerit populo isti.*

12 *Congregando congregabo Iahacob, totum te congregando congregabo residuum Israel pariter ponam [illegible] Bosrah tanquam gregem in medio caulæ suæ, tumultuabunt præ hominibus.*

13 *Ascendit dissector ante eos, diuiserunt, & transierunt portam, & egressi sunt per eam: & transiuit rex eorum ante eos, & Dominus in capite eorum.*

CAP. III.

1 *ET dixi: Audite quæso capita domus Iahacob, & duces domus Israel: Nonne vestrum est scire iudicium.*

2 *Qui odio habetis bonum & diligitis malum, qui rapitis pellem eorum ab eis, & carnem eorum ab ossibus eorum?*

3 *Et qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum ab eis nudauerunt, & ossa eorum confregerunt & conciderunt sicut in lebete, & sicut carnem in medio ollæ.*

4 *Tunc clamabunt ad Dominum, & non exaudiet eos, & abscondet faciem suam ab eis in tempore illo, sicut* mala *fecerunt [illegible].*

Transl. ex Septuag.

CAP. II.

FActi sunt cogitantes labores, & operantes mala in cubilibus suis & simul cum die consummabant ea. Quia non leuauerunt ad Deum manus suas.

Et desiderabant agros, & diripiebant pupillos, & domos opprimebant, & rapiebant virum, & domum eius, & virum, & hæreditatem eius.

Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego cogito super tribum istam mala, de quibus non auferetis colla vestra, & non ambulabitis recti subito: quia tempus pessimum est.

In die illa sumetur super vos parabola, & plangetur planctus in cantico, dicendo: Miseria miseri facti sumus: pars populi mei dimensa est in funiculo: & non erat, qui prohiberet eum, vt auerteretur. Agri vestri diuisi sunt.

Propter hoc non erit tibi mittens funiculum in hæreditate. In ecclesia Domini.

Nolite flere lachrymis: neque plorent super his. Non enim abijciet opprobria.

Qui dicit domus Iacob ad iram prouocauit spiritum Domini. Nonne hæ sunt adinuentiones eius? Nonne sermones eius boni sunt cum eo, & recti ambulauerunt.

Et antea populus meus in inimicitia restitit contra pacem suam. Pellem eius excoriauerunt, vt auferrent spem, contritionem belli.

Duces populi mei proijcientur de domibus deliciarum suarum: propter malas adinuentiones suas eiecti sunt. Propinquate montibus æternis.

Surge, & ambula, quia non est tibi hæc requies. Propter immunditiam consumpti estis corruptione: fugistis nemine persequente.

Spiritus statuit mendacium: stillauit tibi in vinum, & ebrietatem. Et erit, de stilla populi huius.

Congregandus congregabitur Iacob, Cum omnibus suscipiens suscipiam reliquos de Israel in idipsum. Ponam auersionem eius, sicut oues in tribulatione, quasi gregem in medio cubilis sui: exilient ex hominibus.

Per diuisionem ante faciem eorum, diuiserunt, & transierunt portam, & egressi sunt per eam: & exiuit rex eorum ante faciem eorum: Dominus autem princeps erit eorum.

CAP. III.

ET dicet: Audite nunc hæc principia domus Iacob, & reliqui domus Israel. Nonne vestrum est cognoscere iudicium.

Qui odio habetis bona, & quæritis mala, diripientes pelles eorum ab eis, & carnes eorum ab ossibus eorum?

Sicut deuorauerunt carnes populi mei, & pelles eorum ab eis excoriauerunt, & ossa eorum confregerunt, & conciderunt sicut carnes in lebete, & sicut carnem in olla;

Sic clamabunt ad Dominum, & non exaudiet eos: & auertet faciem suam ab eis in tempore illo, eo quòd pessimè egerunt in adinuentionibus suis super eos.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAP. II.

1 *VÆ excogitantibus iniquitatem, & operantibus malum in cubilibus suis, quum illuxerit mane, faciunt illam, quoniam est facultas in manu eorum* ad opprimendum.

2 *Quod si concupiere agros, mox rapiunt, aut domos, tunc tulerunt, & oppresserunt virum, & domum eius, virum* inquam *& hæreditatem eius.*

3 *Idcirco sic dixit Iehouah: Ecce ego cogito super familiam istam malum, à quo non remouebitis colla vestra, & non incedetis erecta ceruice: quod tempus malum sit.*

4 *In die illa sumet* lamentator *super vos parabolam, & lamentabitur lamentum lamentationis: dicet, Vastando vastati sumus, partem populi mei commutauit, quomodo remouit à me,* quos sperabamus nobis *restitui, agros nostros* hostis *diuisit* sibi.

5 *Idcirco non erit tibi qui proijciat funiculum in sortem in cœtu Iehouæ,*

6 *Ne stilletis, stillabunt: non stillabunt istis, non apprehendent* eas *ignominiæ.*

7 *O quæ diceris domus Iahacob, nunquid abbreuiatus est spiritus Iehouæ? an ista* sunt *opera eius? nonne verba mea bene facient rectè ambulanti?*

8 *Quia antea populus meus tanquam sit hostis insurgit contra vestem: pallium expoliabatis à transeuntibus confidenter* qui *reuertuntur è prælio.*

9 *Vxores populi mei* pauperis *eijcitis è domo delectationum suarum: à paruulis earum aufertis decus meum perpetuum.*

10 *Surgite ergo & abite, non enim ista erit requies, quia est immunda, corrumpet* vos, *&* quidem *corruptione forti.*

11 *Si* fuerit *quispiam qui ambulet* per viam *venti, & mendacium mentitus fuerit,* dicendo: *stillabo tibi pro vino, aut sechar, is erit stillans populo isti.*

12 *Congregando congregabo Iahacob, te totum colligendo colligam residuum Israel pariter ponam illum, veluti pecus Bosrah tanquam gregem in medio caulæ suæ, tumultuabuntur vrbes præ hominibus.*

13 *Ascendit effractor ante ipsos, frangent, & transibunt: portam, & egredientur per eam: transibitque Rex eorum ante eos, Iehouah autem* antea erat *in capite eorum.*

CAP. III.

1 *DIxi autem, Audite quæso capita Iahacob, & duces domus Israel: Nonne vestrum* erat *scire iudicium.*

2 Atqui ipsi sunt *qui odio habent bonum, & diligunt malum, qui rapiunt pellem eorum ab ipsis, & carnem eorum ab ossibus ipsorum?*

3 *Et qui comedunt carnem populi mei, & pellem eorum ab eis detrahunt, ossa quoque illorum confringunt & concidunt quasi* inijcienda *in lebetem, & velut carnes intra ollam.*

4 *Tunc clamabunt ad Iehouam, & non exaudiet eos, sed abscondet faciem suam ab eis in tempore illo, quemadmodum mala reddiderunt opera sua.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Hæc dicit Dominus super prophetas, qui seducunt populum meum: qui mordent dentibus suis, & prædicant pacem: & si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificant super eum prælium.

Propterea nox vobis pro visione erit, & tenebræ vobis pro diuinatione: & occumbet sol super prophetas: & obtenebrabitur super eos dies.

Et confundentur, qui vident visiones, & confundentur diuini: & operient omnes vultus suos; quia non est responsum Dei.

Verumtamen ego repletus sum fortitudine spiritus Domini, iudicio, & virtute: vt annunciem Iacob scelus suum & Israel peccatum suum.

Audite hoc principes domus Iacob, & iudices domus Israel qui abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis.

Qui ædificatis Sion in sanguinibus,& Ierusalem in iniquitate.

* Ex. 22.27. Soph. 3. 3. * Principes eius cum muneribus iudicabant,& sacerdotes eius cum mercede docebant: & prophetæ eius in pecunia diuinabant: & super Dominum requiescebant dicentes: Numquid non Dominus in medio nostrum? non venient super nos mala.

* Ier. 26. 18. Propter hoc, causa vestri, * Sion quasi ager arabitur, & Ierusalem quasi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelsa siluarum.

CAP. IIII.

* Isa. 2. 2. ET erit: In nouissimo dierum erit mons domus Domini præparatus in vertice montium: & sublimis super colles: & fluent ad eum populi.

Et prophetabunt gentes multæ, & dicent: Venite, ascendamus ad montem Domini,& ad domum Dei Iacob: & docebit nos de vijs suis, & ibimus in semitis eius: quia de Sion egredietur lex,& verbum Domini de Ierusalem.

Et iudicabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes vsque in longinquum: & concident gladios suos in vomeres, & hastas suas in ligones non sumet gens aduersus gentem gladium, & non discent vltra belligerare.

Et sedebit vir subtus vitem suam,& subtus ficum suam, & non erit, qui deterreat: quia os Domini exercituum locutum est.

Quia omnes populi ambulabunt, vnusquisque in nomine Dei sui: nos autem ambulabimus in nomine Dei nostri in æternum & vltrà.

In die illa, dicit Dominus, congregabo claudicãtem: & eam, quam eieceram, colligam: & quam afflixeram:

* Sup. 3. 19. Luc. 1. 33. * Dan. 7. 14. * Et ponam claudicantem in reliquias: & eam, quæ laborauerat, in gentem robustam: * & regnabit Dominus super eos in monte Sion, ex hoc nunc vsque in æternum.

Et tu turris gregis nebulosa filiæ Sion vsque ad te veniet: & veniet potestas prima, regnum filiæ Ierusalem.

Nunc quare mœrore contraheris? Nunquid rex non est tibi, aut consiliarius tuus perijt, quia comprehendit te dolor sicut parturientem?

Dole, & satage filia Sion quasi parturiens: quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione, & venies vsque ad Babylonem, ibi liberaberis: ibi redimet te Dominus de manu inimicorum tuorum.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

5 *Sic dixit Dominus super Prophetas qui errare faciunt populum meum, qui mordent dentibus suis, & prædicant pacem, & contra eum qui non dederit in ore eorum, præparant bellum.*

6 *Propterea nox erit vobis ex visione, & tenebræ erunt vobis, & propter diuinare, & occumbet sol super prophetas, & obtenebrescet super eos dies.*

7 *Et pudore afficientur videntes, & erubescent diuini, & operient labrum vniuersi ipsi, quia non est verbum Dei.*

8 *Et verè ego repletus sum fortitudine Spiritus Domini, iudicio, & fortitudine, vt annuntiem Iaacob præuaricationem suam, & Israel peccatum suum.*

9 *Audite quæso hoc, capita domus Iaacob & duces domus Israel, qui abominamini iudicium, & omne rectum peruertitis:*

10 *Qui ædificatis in Sijon domos sanguine, & in Ierusalaim iniquitate.*

11 *Capita eius muneribus iudicabant, & sacerdotes eius pretio docebant, & prophetæ eius argento diuinabant, & Domino innitebantur, dicendo, Nonne Dominus est in medio nostrum? non veniet super nos malum.*

12 *Idcirco propter vos Sijon vt ager arabitur, & Ierusalaim vt aceruí erit, & mons domus vt excelsa syluæ.*

CAP. IIII.

1 *ET erit in nouissimis diebus erit mons domus Domini, præparatus in vertice montium, & altior erit collibus, & fluent ad eum populi.*

2 *Et ibunt Gentes multæ, & dicent, Venite, & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iaacob: & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius, quia de Sion egredietur Lex, & verbum Domini de Ierusalaim.*

3 *Et iudicabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes vsque in longinquum: & concident gladios suos in ligones, & hastas suas in falces: & non sumet gens contra gentem gladium, nec discent vltra bellum.*

4 *Et manebunt vnusquisque subtus vitem suam, & subtus ficum suam, & non erit qui deterreat: quia os Domini exercituum loquutum est.*

5 *Quia omnes populi ambulabunt vnusquisque in nomine Dei sui: nos autem ambulabimus in nomine Domini Dei nostri in seculum & vltrà.*

6 *In die illa, dixit Dominus, congregabo claudicantem: & eiectam congregabo, & quam afflixi.*

7 *Et ponam claudicantem in residuum, & eiectam vltrà in gentem robustam: & regnabit Dominus super eos in monte Sijon, ex eo tempore & vsque in seculum.*

8 *Ad te autem turris gregis, turris filiæ Sijon, vsque ad te veniet: & veniet dominium primum, regnum filiæ Ierusalaim.*

9 *Nunc vt quid vociferabis vociferationem? nunquid Rex non est in te? num consiliarius tuus periit, quia apprehendit te dolor tanquam parturientis.*

10 *Dole, ingemisce, filia Sijon veluti parturiens: quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in agro, & venies vsque ad Babel: ibi erueris, ibi redimet te Dominus de manu inimicorum tuorum.*

Et

Et

Transl. ex Septuag.

Hæc dicit Dominus super prophetas, qui seducunt populum meum, qui mordent dentibus suis, & prædicant super eum pacem: & non est data in ore eorum. Excitauerunt super eum prælium.

Propterea nox vobis erit ex visione: & tenebræ erunt vobis ex diuinatione: & occumbet Sol super prophetas: & contenebrescet super eos dies.

Et confundentur, qui vident somnia: & irridebuntur arioli: & loquentur aduersum eos omnes isti: quia non erit: qui exaudiat eos.

Nisi ego impleuero fortitudinem in spiritu Domini, & iudicij, & potentiæ, vt annunciem Iacob impietates eius, & Israel peccata eius.

Audite nunc hæc duces domus Iacob & reliqui domus Israel: qui abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis.

Qui ædificatis Sion in sanguinibus, & Hierusalem in iniquitatibus.

Duces eius cum muneribus iudicabant, & sacerdotes eius cum mercede respondebant: & prophetæ eius cum pecunia diuinabant: & super Dominum requiescebant, dicentes: Nonne Dominus in nobis est: Non venient super nos mala.

Idcirco propter vos Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem, vt custodia pomarij erit, & mons domus in lucum saltus.

CAP. IIII.

ET erit in nouissimis dierum manifestus mons Domini præparatus super vertices montium: & eleuabitur super colles. Et festinabunt ad eum populi.

Et ibunt gentes multæ, & dicent: Venite, ascendamus ad montem Domini, & in domum Dei Iacob: & ostendent nobis viam eius: & ambulabimus in semitis eius: quia de Sion exiet lex, & verbum Domini de Hierusalem.

Et iudicabit inter populos multos & arguet gentes fortes vsque in longinquum: & concident gladios suos in aratra, & hastas suas in falces: & vltra non tollet gens contra gentem gladium, & nequaquam vltra discent bellare.

Et requiescet vnusquisque sub vite sua, & vnusquisque sub ficu sua, & non erit, qui exterreat: quia os Domini omnipotentis loquutum est hæc.

Quia omnes populi ibunt, vnusquisque viam suam. Nos autem ibimus in nomine Domini Dei nostri in æternum, & vltra.

In die illa, dicit Dominus, congregabo eam, quæ contrita est; & eam quæ eiecta fuerat, suscipiam, & quos repuleram.

Et ponam contritam in reliquias, & repulsam in gentem fortem: & regnabit Dominus super eos in monte Sion ex hoc nunc vsque in sæculum

Et turris gregis squalens filia Sion, ad te veniet, & ingredietur principatus, primum regnum de Babylone filiæ Hierusalem.

Et nunc quare cognouisti mala? Nunquid rex non erat tibi, aut consilium tuum perijt; quia obtinuerunt te dolores, sicut parturientis?

Dole, & viriliter age, & appropinqua filia Sion, quasi pariens: quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in campo, & venies vsque ad Babylonem. Inde liberabit te, & inde redimet te Dominus Deus tuus de manu inimicorum tuorum.

Noua ex Hebr. Tralat. Fr. Vatabli.

5 *Sic dixit Iehouah de Prophetis qui errare faciunt populum meum, qui mordent dentibus suis, & prædicant pacem:* contra eum *& qui non dederit* escam *in os eorum, præparant bellum.*

6 *Propterea nox* erit *vobis ex visione, & tenebræ erunt vobis à diuinando: accumbetque sol super prophetas ipsos, & obtenebrescet super eos dies.*

7 *Et pudore suffundentur vates, erubescentque diuini, & operient labrum suum omnes ipsi, quod non sit verbum Dei.*

8 *Ego verò repletus sum robore Spiritus Iehouæ, & iudicio, & fortitudine, vt annunciem ipsi Iaacob prauaricationem suam, & ipsi Israel peccatum suum.*

9 *Audite quæso hoc, capita domus Iaacob & duces domus Israel, qui abominamini iudicium, & omne rectum peruertitis:*

10 *Qui ædificatis* in *Sion* domos *sanguine, &* in *Ierusalaim iniquitate.*

11 *(Capita eius munere iudicant, & sacerdotes eius pretio docent, & prophetæ eius argento diuinant,* & interim *Iehouæ innituntur, dicendo, Nonne Iehouah* est *in medio nostri?* ideo *non veniet super nos malum.)*

12 *Idcirco propter vos Sijon* vt *ager arabitur, & Ierusalaim* in *aceruos erit, & mons domus in excelsa sylua.*

CAP. IIII.

1 *ET erit in nouissimo dierum erit mons domus Iehouæ præparatus in vertice montium, & altior erit collibus, confluentque ad eum populi.*

2 *Et ibunt Gentes multæ, dicentque, Venite, & ascendamus ad montem Iehouæ, & ad domum Dei Iaacob: & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius: nam de Sion egredietur Lex, & verbum Iehouæ de Ierusalaim.*

3 *Et iudicabit inter populos multos, corripietque gentes fortes vsque in longinquum: & concident gladios suos in ligones, & hastas suas in falces: non leuabit gens contra gentem gladium, nec discent vltra bellum.*

4 *Et manebunt quisque sub vite sua, & sub ficu sua, nec erit qui exterreat: quia os Iehouæ exercituum loquutum est.*

5 *Omnes enim populi ambulabunt quisque in nomine Dei sui: nos autem ambulabimus in nomine Iehouæ Dei nostri in seculum & vltra.*

6 *In die illa, dixit Iehouah, congregabo claudicantem: & eiectam congregabo, & quam afflixi.*

7 *Ponamque claudicantem illam in reliquias: & procul eiectam in gentem robustam: regnabitque Iehouah super eos in monte Sijon, ex eo tempore & vsque in seculum.*

8 *Tu autem turris gregis, turris filiæ Sijon, vsque ad te veniet: & accedet dominium primum, regnum ipsi filiæ Ierusalaim.*

9 *Nunc vt quid vociferatis vociferationem? nunquid Rex non* est *in te? num consiliarius tuus periit, quod apprehendit te dolor tanquam parturientis.*

10 *Dole & ingemisce filia Sijon veluti parturiens: quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in agro, veniesque vsque ad Babel: ibi erueris, ibi redimet te Iehouah de manu inimicorum tuorum.*

Vulgat. Editio.

11 Et nunc congregatæ sunt super te gentes multæ, quæ dicunt: Lapidetur: & aspiciat in Sion oculus noster.

12 Ipsi autem non cognouerunt cogitationes Domini, & non intellexerunt consilium eius: quia congregauit eos quasi fœnum areæ.

13 Surge, & tritura filia Sion: quia cornu tuum ponam ferreum, & vngulas tuas ponam æreas: & comminues populos multos, & interficies Domino rapinas eorum, & fortitudinem eorum Domino vniuersæ terræ.

CAP. V.

1 NVnc vastaberis filia latronis: obsidionem posuerunt super nos, in virga percutient maxillam iudicis Israel.

2 * ET TV BETHLEHEM Ephrata paruulus es in millibus Iuda: & ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio, à diebus æternitatis.

*Mat. 2. 6. Ioan. 7. 42.

3 Propter hoc dabit eos vsque ad tempus, in quo parturiens pariet: & reliquię fratrum eius conuertentur ad filios Israel.

4 Et stabit, & pascet in fortitudine Domini, in sublimitate nominis Domini Dei sui: & conuertentur, quia nunc magnificabitur vsque ad terminos terræ.

5 Et erit iste pax: cum venerit Assyrius in terram nostram, & quando calcauerit in domibus nostris: & suscitabimus super eum septem pastores, & octo primates homines.

6 Et pascent terram Assur in gladio, & terrã Nemrod in lanceis eius: & liberabit ab Assur cum venerit in terram nostram, & cum calcauerit in finibus nostris.

7 Et erunt reliquiæ Iacob in medio populorum multorum quasi ros à Domino, & quasi stillæ super herbam, quæ non expectat virum, & non præstolatur filios hominum.

8 Et erunt reliquiæ Iacob in Gentibus in medio populorum multorum, quasi leo in iumentis siluarum, & quasi catulus leonis in gregibus pecorum: qui cum transierit, & conculcauerit, & ceperit, non est qui eruat.

9 Exaltabitur manus tua super hostes tuos, & omnes inimici tui interibunt.

10 Et erit in die illa, dicit Dominus: Auferam equos tuos de medio tui, & disperdam quadrigas tuas.

11 Et perdam ciuitates terræ tuæ, & destruam omnes munitiones tuas, & auferam maleficia de manu tua, & diuinationes non erunt in te.

12 Et perire faciam sculptilia tua, & statuas tuas de medio tui: & non adorabis vltra opera manuum tuarum.

13 Et euellam lucos tuos de medio tui: & conteram ciuitates tuas.

14 Et faciam in furore, & in indignatione vltionem in omnibus gentibus, quæ non audierunt.

CAP. VI.

1 AVdite quæ Dominus loquitur: Surge, contende iudicio aduersum montes, & audiant colles vocem tuam.

2 Audiant montes iudicium Domini, & fortia fundamenta terræ: quia iudicium Domini cum populo suo, & cum Israel dijudicabitur.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

11 *Et nunc congregauerunt se super te gentes multæ, quæ dicunt: Peccauit, & aspiciet in Sijon oculus noster quod expectat.*

12 *Et ipsæ non cognouerunt cogitationes Domini, nec intellexerunt consilium eius, quia congregauit eas veluti, manipulum ad aream.*

13 *Surge, & tritura filia Sijon, quia cornu ponam ferreum & vngulas tuas ponam æreas, & comminues, & interficere faciam Domino, desiderium earum, & fortitudinem earum Domino vniuersæ terræ.*

CAP. V.

1 *NVnc militabis filia militis: obsidionem posuit aduersum nos, virga percutient maxillam iudicis Israel.*

Hæc quæ notantur num. 1. in trãslat. hac habentur coniuncta superiori capitulo & cap. 5. incipit vbi nu. 2.

2 *ET TV BETHLEHEM Ephratah paruulus es vt sis in millibus Iehudah: ex te mihi egredietur, vt sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio, à diebus seculi.*

3 *Propterea dabit eos vsque ad tempus quo parturiens pepererit, & residui fratres eius reuertentur cum filijs Israel.*

4 *Et stabit, & pascet in fortitudine Domini, in sublimitate nominis Domini Dei sui, & manebunt, quia nunc magnificabitur vsque ad terminos terræ.*

5 *Et erit iste pax Assur, cum venerit in terram nostram, & cum calcauerit in ædibus nostris: & statuemus aduersus inimicum septem pastores, & octo principes hominum.*

6 *Et confringent terram Assur gladio, & terram Nimrod gladiis suis, & eruet ab Assur, cum venerit in terram nostram, & cum calcauerit in finibus nostris.*

7 *Et erit residuum Iahacob in medio populorum multorum sicut ros à Domino, tanquam imbres super herbam, quæ non expectat virum, nec præstolatur filios hominum.*

8 *Et erit residuum Iahacob in Gentibus, in medio populorum multorum, sicut leo inter iumenta syluæ, vt catulus leonis inter pecora, qui si transierit, & conculcauerit, & rapuerit, non est, qui eruat.*

9 *Exaltabitur manus tua super hostes tuos, & omnes inimici tui succiderunt.*

10 *Et erit in die illa, dixit Dominus: Succidere faciam equos tuos de medio tui, & perdere faciam quadrigas tuas.*

11 *Et succidere faciam vrbes terræ tuæ, & diruam omnes munitiones tuas, & succidere faciam maleficia de manu tua, & diuinationes non erunt tibi.*

12 *Et succidere faciam sculptilia tua, & statuas tuas de medio tui: & non incuruabit se vltrà operi manuum tuarum.*

13 *Et euellam lucos tuos de medio tui: & disperdere faciam inimicos tuos.*

14 *Et faciam in furore, & ira vltionem de gentibus, quæ non audierunt.*

CAP. VI.

1 *AVdite quæso quod Dominus dicit: Surge, ostende iudicium montibus, & audient colles vocem tuam.*

2 *Audite montes iudicium Domini, & fortia fundamenta terræ: quia iudicium est Domino cum populo suo, & cum Israel disputare vult.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

11 Et nunc congregatæ sunt super te gentes multæ;
dicentes, Insultabimus, & videbunt in Sion oculi
nostri.
12 Ipsi autem nescierunt cogitationem Domini. &
non intellexerunt consilium eius: quia congrega-
uit eos vt manipulos areæ.
13 Surge, & tritura eos filia Sion: quia cornua tua
ponam ferrea,& vngulas tuas ponam æreas:& con-
sumes populos multos, & consecrabis Domino
multitudinem eorum, & robur eorum Domino
vniuersæ terræ.

CAP. V.

1 NVnc obstruetur filia obstructione: angustiam
posuit super nos: in virga percutient super
maxillam tribus Israel.
2 ET TV BETHLEEM domus Ephrata, mi-
nima es, vt sis in millibus Iuda. Ex te mihi egredie-
tur, vt sit in principem Israel: & egressus eius ab
initio ex diebus sæculi.
3 Propterea dabit eos vsque ad tempus parientis
pariet, & reliquiæ fratrum eorum reuertentur ad
filios Israel.
4 Et stabit, & videbit, & pascet gregem suum in
fortitudine Dominus: & in gloria nominis Domini
Dei sui erunt: quia nunc magnificabuntur vsque
ad terminos terræ.
5 Et erit hæc pax: Assur quando superuenerit in ter-
ram vestram, & quando ascenderit super regionem
vestram; & consurgent super eum septem pastores,
& octo morsus hominum:
6 Et pascent Assur in gladio, & terram Nebrod in
fouea eius. Et liberabit de Assur, cum venerit super
terram vestram, & cum ascenderit super terminos
vestros.
7 Et erunt reliquiæ Iacob in gentibus in medio
populorum multorum, quasi ros à Domino cadēs,
& quasi agni super gramen: vt non congregetur
quispiam, neque sit in filijs hominum.
8 Et erunt reliquiæ Iacob in gentibus in medio po-
pulorum multorum, quasi leo in iumentis in saltu,
& quasi catulus leonis in gregibus pecorum. quo-
modo si pertranseat, & diuidens rapiat, & non sit,
qui eruat.
9 Eleuabitur manus super eos, qui tribulant te: &
omnes inimici tui perdentur.
10 Et erit in die illa, dicit Dominus, interficiam
equos tuos de medio tui, & disperdam currus
tuos.
11 Et subuertam ciuitates terræ tuæ, & auferam
omnes munitiones tuas: & auferam veneficia tua
de manibus tuis: & qui loquuntur, non erunt in te.
12 Et disperdam sculptilia tua, & statuas tuas de me-
dio tui, & vltrà non adorabis opera manuum tua-
rum.
13 Et succidam lucos de medio tui: & demoliar ci-
uitates tuas.
14 Et faciam in ira, & furore vltionem in gentibus
pro eo, quod non exaudierunt.

CAP. VI.

1 AVdite nunc verbum: Dominus Dominus di-
xit: Surge, iudicare apud montes: & audiant
colles vocem tuam.
2 Audite montes iudicium Domini, & valles fun-
damenta terræ: quia iudicium Domino aduersus
populum suum: & cum Israel iudicabitur.

Noua ex Hebr. Tralat. Fr. Vatabli.

11 *Nunc autem congregauerunt se super te gentes multæ,
qui dicunt, Peccabit: & aspiciet in Sijon oculus noster*
quod optat.
12 *Ipsi autem non cognouerunt cogitationes Iehouæ, nec
intellexerunt consilium eius: qui congregauit eos tanquam
manipulum in aream.*
13 *Surge, & tritura, filia Sion: nam cornu tuum ponam
ferreum, & vngulas tuas ponam æreas: comminuesq́ue po-
pulos multos, & interficiam ipsi Iehouæ desiderium eorum,
fortitudinemque eorum Domino vniuersæ terræ.*

CAP. V.

1 *NVnc congregabis teipsam, filia turmarum: obsidio-
nem posuit aduersum nos: virga percutient maxil-
lam iudicis Israel.*
2 *TV AVTEM BETHLEHEM Ephrathah, par-
uula es vt sis in millibus Iehudah: ex te* tamen *mihi egre-
dietur vt sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio,
diebus sæculi.*
3 *Propterea dabit eos vsque ad tempus* quo *parturiens
pariet, & residuum fratrum eius conuertetur cum filijs Is-
rael.*
4 *Et stabit, & pascet* eos *in fortitudine Iehouæ, in subli-
mitate nominis Iehouæ Dei sui, manebuntque: nunc enim
magnificabitur vsque ad terminos terræ.*
5 *Eritque iste pax: Assur quum venerit in terram no-
stram, & quum calcauerit in palatiis nostris, & suscita-
bimus aduersus eum septem pastores, & octo principes ho-
minum.*
6 *Et confringent terram Assur gladio, & terram Nim-
rod gladijs suis: eruetque ab Assur quum venerit in ter-
ram nostram, & calcauerit fines nostros.*
7 *Et erit residuum Iaacob in medio populorum multorum
sicut ros* immissa *à Iehoua, tanquam imbres* decidentes
super herbam, quos non expectat quisquam *ab homine,
nec præstolatur à filijs hominum.*
8 *Eritque residuum Iacob inter Gentes, in medio populo-
rum multorum, vt leo inter animalia syluæ, vt catulus leo-
nis inter greges pecorum: qui si transierit, & conculcaue-
rit, & rapuerit, non est qui eruat;*
9 *Exaltabitur manus tua super hostes tuos, & omnes ini-
mici tui succidentur.*
10 *Erit præterea in die illa (dixit Iehouah) succidam equos
tuos de medio tui, disperdamque quadrigas tuas.*
11 *Et succidam vrbes terræ tuæ, ac diruam omnes muni-
tiones tuas. Succidam item maleficia de manu tua, & di-
uinatores non erunt tibi.*
12 *Succidam sculptilia tua, & statuas tuas de medio tui:
neque incuruabis te vltrà operi manuum tuarum.*
13 *Et euellam lucos tuos de medio tui: disperdamque ini-
micos tuos.*
14 *Et faciam in furore & ira vltionem de gentibus quæ
non audierint.*

CAP. VI.

1 *AVdite quæso quid Iehouah dicat; Surge, expostula
cum montibus, & audiant colles vocem tuam.*
2 *Audite montes expostulationem Iehouæ, & fortia fun-
damenta terræ: quia expostulatio* est *ipsi Iehouæ cum po-
pulo suo, & cum Israel disceptabit.*

Vulgat. Editio.

* Ier. 2. 4. * Popule meus quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? responde mihi.

Quia eduxi te de terra Ægypti, & de domo seruientium liberaui te: & misi ante faciem tuam Moysen, & Aaron, & Mariam.

* Nu. 22 29. * Popule meus memento quæso quid cogitauerit Balach rex Moab, & quid responderit ei Balaam filius Beor, de Setim vsque ad Galgalam, vt cognosceres iustitias Domini.

Quid dignum offeram Domino? curuabo genu Deo excelso? numquid offeram ei holocaustomata, & vitulos anniculos?

Numquid placari potest Dominus in millibus arietum, aut in multis millibus hircorum pinguium? numquid dabo primogenitum meum pro scelere meo, fructum ventris mei pro peccato animæ meę.

Iudicabo tibi ô homo quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te: Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo tuo.

Vox Domini ad ciuitatem clamat & salus erit timentibus nomen tuum: Audite tribus, & quis approbabit illud?

Adhuc ignis in domo impij thesauri iniquitatis, & mensura minor iræ plena.

Numquid iustificabo stateram impiam, & sacculi pondera dolosa?

In quibus diuites eius repleti sunt iniquitate, & habitantes in ea loquebantur mendacium, & lingua eorum fraudulenta in ore eorum.

Et ego ergo cœpi percutere te perditione super peccatis tuis.

Tu commedes, & non saturaberis: humiliatio tua in medio tui: & apprehendes, & non saluabis: & quos saluaueris, in gladium dabo.

* Deut. 28. 38. Agg. 1. 6. * Tu seminabis, & non metes: tu calcabis oliuam & non vngeris oleo: & mustum, & non bibes vinum.

* Et custodisti præcepta Amri, & omne opus domus Achab: & ambulasti in voluntatibus eorum, vt darem te in perditionem, & habitantes in ea in sibilum, & opprobrium populi mei portabitis.

CAP. VII.

VÆ mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ: non est botrus ad comedendum, præcoquas ficus desiderauit anima mea.

Perijt sanctus de terra, & rectus in hominibus non est: omnes in sanguine insidiantur, vir fratrem suum ad mortem venatur.

Malum manuum suarum dicunt bonum: princeps postulat, & iudex in reddendo est: & magnus locutus est desiderium animæ suæ, & conturbauerunt eam.

Qui optimus in eis est, quasi paliurus: & qui rectus, quasi spina de sepe. Dies speculationis tuæ, visitatio tua venit: nunc erit vastitas eorum.

Nolite credere amico: & nolite confidere in duce: ab ea, quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui.

* Mat. 10. 21. Mat. 10 36. * Quia filius contumeliam facit patri, & filia consurgit aduersus matrem suam, nurus aduersus socrum suam: * & inimici hominis domestici eius.

Ego autem ad Dominum aspiciam, expectabo Deum saluatorem meum: audiet me Deus meus.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn:

3 *Popule mi, quid feci tibi, & in quo laborare feci te? loquere contra me.*

4 *Quia ascendere feci te è terra Ægypti, & è domo seruorum redemi te: & misi ante faciem tuam Moscheh, Aharon, & Miriam.*

5 *Popule mi memento nunc quid cogitauerit Balac rex Moab, & quid responderit ei Bilham filius Behor de Sitthim vsque ad Gilghal, ut scias iustitias Domini.*

6 *Quo praeoccupabo Dominum? curuabo me Deo excelso numquid praeoccupabo eum holocaustis, & vitulis anniculis?*

7 *Nunquid volet Dominus millia arietum, & decem millia torrentium olei? numquid dabo primogenitũ meum pro praeuaricatione mea, fructum ventris mei pro peccato animæ meæ?*

8 *Nunciauit tibi homo quid sit bonum, & quid Dominus requirit à te: Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & humiliare se, ambulare cum Deo tuo.*

9 *Vox Domini ad ciuitatem clamat, & vir sapiens timebit nomen tuum: Audite virgam, & quis constituit eam?*

10 *Adhuc nonne sunt in domo impij thesauri impietate congregati, & modius despiciens detestatus Domino.*

11 *Nunquid iustificabo stateram impiam, & sacculum ponderum dolosorum?*

12 *Cuius* ciuitatis *diuites repleti sunt iniquitate, & habitatores eius locuti sunt mendacium, & lingua eorum fraudulenta in ore eorum* erat.

13 *Et etiam ego ægrotare feci te percutiendo te, desolando te propter peccata tua.*

14 *Tu comedes, & non saturaberis, & humiliatio tua erit in medio tui & tanges vxorem tuam, & non seruabit conceptum, & quem seruauerit gladio dabo.*

15 *Seminabis, & non metes: calcabis oliuas, & non vnges te oleo, & vuas* quibus fit vinum nouum, *& non bibes vinum.*

16 *Et custodita fuerunt præcepta Homri, & omne opus domus Achab, & ambulastis in consilijs eorum, ut darem te in desolationem & habitatores tuos in sibilum, & opprobrium populi mei portabis.*

CAP. VII.

1 *VÆ mihi, quia fui sicut fructus æstatis collectus à pauperibus, sicut racemi vindemiæ: non est botrus ad comedendum, primitiuã eius desiderauit anima mea.*

2 *Perijt misericors de terra, & rectus inter homines non est: vniuersi sanguini insidiantur, vnusquisque fratrem suum venatur reti.*

3 *Pro malefaciendo manibus, & pro benefaciendo, princeps postulat, & iudex iudicat, propter retributionem, & magnus loquitur,* afferte munera quod ad *perditionem animæ eius est, & qui* audiunt *multiplicant illa.*

4 *Optimus eorum est vt paliurus, rectus eorum asperior maceria spinarum, dies* venit *speculatorum tuorum, visitatio tua venit: nunc erit desolatio eorum.*

5 *Ne credatis amico; ne vxores fidatis marito: ab vxore quæ dormit in sinu tuo, custodi ostia oris tui.*

6 *Quia filius vituperat patrem, filia surgit in matrem suam, nurus in socrum suam, inimici viri, viri domus eius.*

7 *Et ego Dominum expectabo, expectabo Deum salutis meæ, audiet me Dominus meus.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Populus meus quid feci tibi, aut quid contristaui te, aut in quo molestus fui tibi? responde mihi.

Quia eduxi te de terra Ægypti, & de domo seruitutis redemi te: & misi ante faciem tuam Moysen, & Aaron, & Mariam.

Populus meus recordare nunc, quid cogitauerit aduersum te Balac rex Moab, & quid responderit ei Balaam filius Beor, de Schœnis vsque ad Galgal: vt cognosceretur iustitia Domini.

In quo apprehendam Dominum, suscipiam Deum meum excelsum? si apprehendam eum in holocaustis, vitulis anniculis?

Si suscipiet Dominus in millibus arietum, vel in decem millibus hircorum pinguium? Si dabo primogenita mea pro impietate, fructum ventris mei pro peccato animæ meæ?

Si annunciatum est tibi homo quid bonum? aut quid Dominus quærat à te? nisi vt facias iudicium, & diligas misericordiam, & paratus sis ambulare cum Domino Deo tuo.

Vox Domini ciuitati clamabit & saluabit timentes nomen eius: Audite tribus, & quis ornabit ciuitatem?

Nunquid ignis & domus iniqui thesaurisans thesauros iniquos, & cum contumelia iniurias?

Si iustificabitur in statera iniquus, & sacello pondera fraudulenta?

De quibus diuitias vas impietatis repleuerunt, & qui habitant in ea, loquuti sunt mendacia, & lingua eorum exaltata est in ore eorum.

Et ego incipiam percutere te, delebo te in peccatis tuis.

Tu comedes, & non saturaberis: & contenebrescet in te & declinabit, & non saluaberis. & quicunque saluati fuerint gladio tradentur.

Tu seminabis, & non metes: tu premes oliuam, & non vngeris oleo: & vinum, & non bibetis; & dissipabuntur legitima populi mei.

Et custodisti iustificationes Zambri, & omnia opera domus Achab: & ambulastis in viis eorum, vt traderem te in perditionem, & habitatores eius in sibilum, & opprobria populorum accipietis.

CAP. VII.

VÆ mihi, qui factus sum sicut qui congregat stipulam in messe, & sicut racemum in vindemia, cum non sit botrus ad comedendum, primitiua. Væ mihi anima.

Quia periit pius de terra, & qui corrigat, in hominibus non est: omnes in sanguines iudicantur, vnusquisque proximum suũ tribulat tribulatione.

In malum manus suas præparant. Princeps postulat, & iudex verba pacifica loquutus est desiderium animæ suæ est. Et auferam bona eorum.

Quasi tinea comedens & ambulans super regulam in die speculationis. Væ væ vltiones tuæ venerunt nunc erunt fletus eorum.

Nolite credere in amicis, neque speretis in ducibus. Ab ea, quæ cubat tecum, caue concredere quicquam ei.

Quia filius contumeliam facit patri, filia insurgit aduersus matrem suam, nurus contra socrũ suam: inimici omnes viri domestici eius.

Ego autem in Dominum intuebor: expectabo Deum saluatorem meũ: exaudiet me Deus meus.

Noua ex Hebr. Tralat. Fr. Vatabli.

3 *Popule mi, quid feci tibi, & in quo laborare feci te? loquere contra me.*

4 *Quia ascendere feci te è terra Misraim, & è domo seruorum redemi te: & misi ante faciem tuam Moseh, Aharon, & Miriam.*

5 *Popule mi, memento nunc quid cogitauerit Balac rex Moab, & quid responderit ei Bilham filius Beor & à Sitthim vsque ad Gilghal, vt scias iustitias Iehoua.*

6 *Cum quo praeoccupabo Iehouam? curuabo me Deo excelso num praeoccupabo eum holocaustis, & vitulis anniculis?*

7 *Nunquid volet Iehouah millia arietum, aut decem millia torrentium olei? numquid dabo primogenitũ meum* pro *praeuaricatione mea, fructum ventris mei* pro *peccato animæ meæ?*

8 *Indicauit tibi ò homo quid sit bonum, & quid Iehouah requirat à te: Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & humiliare te, ad ambulandum cum Deo tuo.*

9 *Vox Iehoua ad ciuitatem clamat, &* vir *sapiens videbit nomen tuum: Audite* inquit *virgam, & quis constituerit eam?*

10 *Suntne adhuc* in *domo impii thesauri impietate* congregati, *& modius deficiens detestatus* Domino.

11 *Nunquid iustificabo stateram impiam, & sacculum ponderum dolosorum?*

12 *Cuius* vrbis *diuites repleti sunt iniquitate, & habitatores eius locuti sunt mendacium, & lingua eorum fraudulenta in ore ipsorum.*

13 *Ego quoque ægrotare faciam* te *percutiendo te, desolabo te propter peccata tua.*

14 *Tu comedes, & non saturaberis, & humiliatio tua* erit *in meato tui, & tanges* vxorem tuam, *& non eiiciet* conceptum: *& quos eiecerit gladio dabo.*

15 *Tu seminabis, sed non metes: calcabis oliuam, sed non vnges te oleo, & mustum, sed non bibes vinum.*

16 *Et custodita fuerunt præcepta Homri, & omne opus domus Achab, ambulastisq; in consiliis eorum, vt dem te in desolationem, & habitatores eius in sibilum, & opprobrium populi mei portabitis.*

CAP. VII.

1 *VÆ mihi, quia fui tanquam collectiones* fructus *æstatis sicut racemi vindemiæ: non* est *botrus ad comedendum, primitiua desiderauit anima mea.*

2 *Periit misericors de terra, & rectus inter homines non est: vniuersi sanguini insidiantur, quisque fratrem suum venatur reti.*

3 *Pro malo* quod est præ *manibus, vt perficiant* illud, *princeps postulat, iudexq;* iudicat, *propter retributionem, & magnus loquitur, perditionem animæ suæ, & corroborant.*

4 *Optimus eorum est vt paliurus, rectissimus* illorum asperior *sæpe spinarum, dies* tamen venit *speculatorum tuorum,* nam *visitatio tua venit: nunc erit desolatio eorum.*

5 *Ne credatis amico, & ne confidatis in maiore* natu fratre: *ab ea qua dormis in sinu tuo, custodi ostia oris tui.*

6 *Quia filius vituperat patrem, filia insurgit in matrem suam, nurus in socrum suam, inimici viri, domestici eius.*

7 *Ego autem ad Iehouam aspiciam, expectabo Deum salutis meæ, audiet me Deus meus.*

Ne

Ne

Vulgat. Editio.		Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.
Ne læteris inimica mea super me, quia cecidi, consurgam, cum sedero in tenebris, Dominus lux mea est.	8	*Ne læteris inimica mea propter me quod ceciderim, surgam: si sedero in tenebris, Dominus, lux mea erit.*
Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei donec causam meam iudicet, & faciet iudicium meum: educet me in lucem: videbo iustitiam eius.	9	*Iram Domini feram, (quoniam peccaui ei;) donec iudicet iudicium meum, & faciat iudicium meum: educet me in lucem, videbo iustitiam eius.*
Et aspiciet inimica mea, & operietur confusione, quæ dicit ad me: vbi est Dominus Deus tuus? Oculi mei videbunt in eam: nunc erit in conculcationem, vt lutum platearum.	10	*Et aspiciet inimica mea, & operiet eam pudor, quæ dicet ad me, vbi est Dominus Deus tuus? oculi mei videbunt eam quæ nunc optant: nunc erit in conculcationem, vt lutum platearum.*
Dies, vt ædificentur maceriæ tuæ: in die illa longè fiet lex.	11	*Die qua ædificabit Dominus macerias tuas, die illa elongabitur tributum.*
In die illa, & vsque ad te veniet de Assur, & vsque ad ciuitates munitas: & à ciuitatibus munitis vsque ad flumen, & ad mare de mari, & ad montem de monte.	12	*Die illa: vsque ad te veniet de Assur, & ad ciuitates munitas, & à ciuitate munita & vsque ad Flumen vsque ad mare à mari, & à monte ad montem.*
Et terra erit in desolationem propter habitatores suos, & propter fructum cogitationum eorum.	13	*Et erit terra in desolationem cum habitatoribus suis propter fructum operum eorum.*
Pasce populum tuum in virga tua, gregem hæreditatis tuæ habitantes solos in saltu, in medio Carmeli pascentur Basan & Galaad iuxta dies antiquos.	14	*Pasce populum tuum virga tua, pecus hæreditatis tuæ qui habitas confidenter in sylua in medio Charmel: pascant Basan & Gilhad, iuxta dies longi temporis.*
Secundum dies egressionis tuæ de terra Ægypti ostendam ei mirabilia.	15	*Iuxta dies egressionis tuæ è terra Ægypti, ostendam ei mirabilia.*
Videbunt gentes, & confundentur super omni fortitudine sua: ponent manum super os, aures eorum surdæ erunt.	16	*Videbunt Gentes, & pudore afficientur ab omni fortitudine sua: ponent manum super os, & aures earum obsurdescent.*
Lingent puluerem sicut serpentes, velut reptilia terræ perturbabuntur in ædibus suis: Dominum Deum nostrum formidabunt, & timebunt te.	17	*Lingent puluerem sicut serpens, sicut reptilia terræ, mouebunt se de clausuris suis, à Domino Deo nostro formidabunt, & timebunt à te.*
Ier. 10 6. Act. 10 43. * Quis Deus similis tui, qui aufers iniquitatem, & transis peccatum reliquiarum hæreditatis tuæ? non immittet vltrà furorem suum, quoniam volens misericordiam est.	18	*Quis Deus sicut tu, parcens iniquitati, & transiens super praeuaricationem residui hæreditatis suæ? non tenuit in seculum furorem suum: quoniam vult misericordiam ipse.*
Reuertetur, & miserebitur nostri: deponet iniquitates nostras, & proiicientur in profunda maris omnia peccata nostra.	19	*Reuertetur, miserebitur nostri, subiiciet iniquitates nostras, & proiiciet in profunda maris omnia peccata nostra.*
Dabis veritatem Iacob, misericordiam Abraham: quæ iurasti patribus nostris à diebus antiquis.	20	*Dabis veritatem Iaacob, misericordiam Abraham, quam iurasti Patribus nostris à diebus antiquis.*

PRO-

Transl. ex Septuag.		Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.
Ne insultes mihi inimica mea: quia cecidi & resurgam: quia si sedero in tenebris; Dominus illuminabit me.	8	*Ne lateris inimica mea propter me quod ceciderim, surgam: si sedero in tenebris, Iehouah lux mea* erit.
Iram Domini sustinebo, quia peccaui ei donec ipse iustificet causam meam. Et faciet iudicium meum, & educet me in lucem: videbo iustitiam eius.	9	*Iram Iehouæ feram, quoniam peccaui ei: donec iudicet causam meam, & faciat iudicium meum: educet me in lucem, videbo iustitiam eius.*
Et videbit inimica mea, & operietur confusione, quæ dicit, vbi est Dominus Deus tuus? Oculi mei videbunt eam: nunc erit in conculcationem, sicut lutum in vijs.	10	*Et aspiciet inimica mea, & operiet eam pudor, quæ dicebat ad me, vbi est Iehouah Deus tuus? oculi mei videbunt in ea: nunc erit in conculcationem velut lutum platearum.*
Dies lituræ lateris, deletio tua, dies illa, & atteret legitima tua dies illa:	11	*Die qua ædificabit* Dominus *macerias tuas, die illa elongabitur à te statutum.*
Et vrbes tuæ venient in complanationem, & in diuisionem Assyriorum: & ciuitates tuæ munitæ in diuisionem à Tyro vsque ad flumen, & à mari vsque ad mare, & de monte vsque ad montem.	12	*Die inquam illa: & vsque ad te* tamen *veniet* hostis *de Assur, &* vsque ad *vrbes munitas, & ab vrbe munita ad Flumen, & Mare Occidentale, & Har montem.*
Et erit terra in dissipationem cum habitatoribus suis propter fructus adinuentionum eorum.	13	*Et erit terra in desolationem cum habitatoribus suis propter fructum operum suorum.*
Pasce populum tuum in virga tua, oues hæreditatis tuæ, habitantes seorsum in saltu: in medio carmeli pascentur Basanitin, & Galaaditin, sicut dies seculi.	14	*Pasce populum tuum virga tua, gregem hæreditatis tuæ habitantem solum* in *sylua* perinde atque *in medio Charmel: pascant Basan & Gilad, iuxta dies antiquos.*
Et iuxta dies egressionis tuæ de Ægypto. Videte mirabilia.	15	*Iuxta dies egressionis tuæ è terra Misraim, ostendam ei mirabilia.*
Videbunt gentes, & confundentur & ex omni fortitudine tua: imponent manus super os suum: aures eorum surdæ erunt.	16	*Videbunt Gentes, & pudore afficientur ab omni fortitudine sua: ponent manum super os, aures earum obsurdescent.*
Lingent humum, sicut serpentes quæ trahunt terram: turbabuntur in conclusione sua: super Domino Deo nostro formidabunt: & timebunt à te.	17	*Lingent puluerem sicut serpens, sicut reptilia terræ, commouebuntur à clausuris suis, à Iehoua Deo nostro formidabunt & timebunt* sibi à te.
Quis Deus, sicut tu auferens iniquitates, & transcendẽs impietates his, qui reliqui sunt de hæreditate tua? Et non tenuit in testimonium iram suam: quia cupidus misericordiæ est.	18	*Quis Deus similis tui, parcens iniquitati, & transiens super præuaricationem reliquiarum hæreditatis suæ? non retinet in seculum iram suam: quoniam diligit misericordiam.*
Reuertetur, & miserebitur nostri, demerget peccata nostra: & proijcientur in profunda maris omnia peccata nostra.	19	*Reuertetur, miserebitur nostri, subijciet iniquitates nostras, & proijciet in profunda maris omnia peccata nostra.*
Dabis in veritatem Iacob, misericordiam Abraam: sicut iurasti patribus nostris iuxta dies priores.	20	*Dabis veritatem ipsi Iaacob, misericordiam ipsi Abraham, quam iurasti Patribus nostris à diebus antiquis.*

PRO-

PROPHETIÆ NAHVM

Vulgata Editio.

CAPVT PRIMVM.

ONus Niniue: Liber visionis Nahum Elcesei.

Deus æmulator, & vlciscens Dominus: vlciscens Dominus, & habens furorem: vlciscens Dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis.

Dominus patiens, & magnus fortudine, & mundans non faciet innocentem. Dominus in tempestate, & turbine viæ eius, & nebulæ puluis pedum eius.

Increpans mare, & exiccans illud, & omnia flumina ad desertum deducens. Infirmatus est Basan, & Carmelus, & flos Libani elanguit.

Montes commoti sunt ab eo, & colles desolati sunt: & contremuit terra à facie eius, & orbis, & omnes habitantes in eo.

Ante faciem indignationis eius quis stabit? & quis resistet in ira furoris eius? indignatio eius effusa est vt ignis: & petræ dissolutæ sunt ab eo.

Bonus Dominus, & confortans in die tribulationis & sciens sperantes in se.

Et in diluuio prætereunte, consummationem faciet loco eius: & inimicos eius persequentur tenebræ.

Quid cogitatis contra Dominum? Consummationem ipse faciet: non consurget duplex tribulatio.

- Quia sicut spinæ se inuicem complectuntur, sic conuiuium eorum pariter potantium: consumentur quasi stipula ariditate plena.

Ex te exibit cogitans contra Dominum malitiam: mente pertractans præuaricationem.

Hæc dicit Dominus: Si perfecti fuerint: & ita plures sic quoq; attondentur, & pertransibit: afflixi te, & non affligam te vltra.

Et nunc conteram virgam eius de dorso tuo, & vincula tua disrumpam.

Et præcipiet super te Dominus: non seminabitur ex nomine tuo amplius: de domo Dei tui interficiam sculptile, & conflatilia; ponam sepulchrum tuum, quia inhonoratus es.

* Ecce super montes pedes euangelizantis, & annunciantis pacem: celebra Iuda festiuitates tuas, & redde vota tua: quia non adijciet vltra vt pertranseat in te Belial: vniuersus interijt.

* Isa. 52. 7. Ro. 10. 15.

CAP. II.

AScēdit qui dispergat coram te, qui custodiat obsidionem: contemplare viam, conforta lumbos, robora virtutem valde.

Quia reddidit Dominus superbiam Iacob, sicut superbiam Israel: quia vastatores dissipauerunt eos, & propagines eorum corruperunt.

Clypeus fortium eius ignitus, viri exercitus in coccineis: igneæ habenæ currus in die præparationis eius, & agitatores consopiti sunt.

In

PROPHETIÆ NACHVM.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAPVT PRIMVM.

1 *PRophetia Nineueh: Liber visionis Nachum Elcosæi.*
2 *Deus zelotes, & vlciscens Dominus, & habens iram,*
vlciscens Dominus de hostibus suis, & iram reseruans inimicis suis.
3 *Dominus longanimis, & magnus potentia, & impunè*
iudicando impunem non iudicabit impios Domini in tempestate & turbine est via, & tenebræ, vt puluis pedum eius erunt.
4 *Qui increpauit mare, & exiccauit illud, & omnia flumina exsiccare fecit: desolatus est Basan & Carmel, & flos Lebanon desolatus est.*
5 *Montes tremuerunt ab eo, & colles dissoluerunt se, &*
exusta est terra à facie eius, & orbis, & omnes habitantes in eo.
6 *Ante iram eius quis stabit & quis stabit in ira furo-*
ris eius? ira eius effusa est sicut ignis, & petræ confractæ sunt ab eo.
7 *Bonus Dominus, fortitudo in die angustiæ, & sciens spe-*
rantes in eo.
8 *Et inundatione transeunte consummationem faciet*
loci eius, & inimicos eius persequentur tenebræ.
9 *Quid cogitatis contra Dominum? consummationem*
ipse facit: non consurget bis angustia.
10 *Quia venient vsque ad spinas complexas, & cum in-*
ebriati fuerint ebrij, consumentur sicut stipula ariditate plena.
11 *Ex te egressus est qui cogitat contra Dominum malum,*
qui consulit consilium ipsum.
12 *Sic dixit Dominus: Num erunt in pace? & verè mul-*
ti sunt, & verè excidentur, & transibunt, & afflixi te per eos, non affligam te vltrà.
13 *- Et nunc conteram iugum eius à te, & vincula tua di-*
rumpam.
14 *Et præcipiet super te Dominus, non erit semen voca-*
tum nomine tuo amplius: de domo Dei tui succidere faciam sculptile & conflatile, ponam sepulchrum tuum ibi, quia despectus fuisti.
15 ** Ecce super montes pedes euangelizantis, audire facien-*
tis pacem: celebra Iehudah festiuitates tuas, redde vota tua: quia non addet vltrà vt transeat per te, impius, vniuersi succisi sunt.

*Hic incipit cap. in 1. trislat. Sanct. Pag.

CAP. II.

1 *AScendit dissipator super faciem tuam custodiendo*
munitionem, contemplare viam, conforta lumbos, robora potentiam valde:
2 *Quia conuertit Dominus superbiam Iaacob, sicut su-*
perbiam Israel: euacuauerunt eos euacuantes bonis, & propagines eorum corruperunt.
3 *Clypeus fortium eius rubefactus est, viri exercitus in-*
duti vestib. vermiculatis, vt ignis lāpadarū currus erat in die qua præparare fecit currus, & abietes tremuerunt.

In

PROPHETIÆ NAVM.

Transl. ex Septuag.

CAPVT PRIMVM.

ASsumptio Nineue, libri visionis Naum Elcesei.

Deus æmulator,& vlciscens Dominus,vlciscens Dominus cum furore, vlciscens Dominus aduersarios suos & tollens ipse inimicos suos.

Dominus longanimis,& magnafortitudo eius:& innocentem non faciet innocentem Dominus in consummatione & in commotione via eius,& nubes puluis pedum eius:

Increpans mare, & exiccans illud,& omnia flumina ad desertum perducens. Imminuta est Basanitis,& Carmelus,& quæ florebant Libani,defecerunt.

Montes commoti sunt ab eo, & colles concussi sunt: & contracta est terra à facie eius vniuersa,& omnes qui habitant in ea.

A facie iræ eius quis sustinebit?& quis resistet in ira furoris eius?Furor eius consumit principatus: & petræ contritæ sunt ab eo.

Suauis Dominus expectantibus eum in die tribulationis,& cognoscens timentes se.

Et in diluuio transeunte consummationem faciet: consurgentes, & inimicos eius persequentur tenebræ.

Quid cogitatis contra Dominum? Consummationem ipse faciet: non vindicabit bis in idipsum in tribulatione.

Quia vsque ad fundamentum suum redigetur, in vepre,& quasi voluola circundata comedetur, quasi stipula ariditate plena.

Ex te exibit cogitatio contra Dominum pessima,cogitans contraria.

Hæc dicit Dominus imperans aquis multis: & sic diuidentur: & auditus tuus non audietur amplius.

Et nunc conteram virgam eius à te, & vincula disrumpam.

Et præcipiet de te Dominus: non seminabitur ex nomine tuo amplius de domo Dei tui, disperdam sculptilia,& conflatilia; ponam sepulchrum tuum.

Quia veloces ecce super montes pedes euangelizantis,& annunciantis pacem.Celebra Iuda festiuitates tuas,redde vota tua: quia nequaquam apponent vltrà transire per te in vetustatem.

CAP. II.

COnsummatus est,sublatus est,ascendit insufflans in faciem tuam,eruens de tribulatione. Contemplare viam,tene lumbum confortare robore valde.

Quoniam auertit Dominus cõtumeliam Iacob, sicut contumeliam Israel:quia excutientes,excusserunt eos,& propagines eorum corruperunt.

Arma potentiæ eorum ex hominibus,viros fortes illudentes in igne habenæ curruum eorum in die præparationis eius.

PROPHETIÆ NACHVM.

Noua ex Hebr. Tralat. Fr. Vatabli.

CAPVT PRIMVM.

1 *PRophetia Nineueh: Liber visionis Nahum Elcosai.*

2 *Deus zelotes,& vlciscens Iehouah, vltor* inquam *Iehouah: & habens iram, vlciscitur* enim se *Iehouah de hostibus suis,&* iram *reseruans inimicis suis.*

3 *Iehouah longanimis,& magnus potentia, &* tamen *mundando non mundabit* impios: *Iehoua in tempestate & turbine* est *via eius,& nubes puluis pedum eius.*

4 *Qui increpat mare,& exiccat illud,omnia quoque flumina siccare soles: desolatus est Basan & Charmel, & flos Lebanon desolatus est.*

5 *Montes tremuerunt ab eo,& colles dissoluerunt se,exustaq; est terra à facie eius,ac orbis,& omnes habitantes in eo.*

6 *Ante iram eius quis consistet?& quis stabit in ira furoris eius? ira eius effusa est sicut ignis,& petra confracta sunt ab eo.*

7 *Bonus Dominus,fortitudo in die angustia, & agnoscens sperantes in ipso.*

8 *Verum inundatione transeunte consummationem faciet loci eius,& inimicos ipsius persequentur tenebra.*

9 *Quid cogitabitis contra Dominum? consummationem ipse facit:non consurget bis angustia.*

10 *Quia* venient *vsque ad spinas perplexas, &* ad *ebrios quum inebriati fuerint: consumentur velut stipula ariditate plena.*

11 *Ex te egressus est qui contra Iehouam cogitat malum qui consulit* consilium *impium.*

12 *Sic dixit Iehouah,* Etiam *si pacifici* fuerint, *& ita multi, attamen attondentur,ac praeteribit: &* quamuis *afflixerim te* per eos,*non affligam te vltrà.*

13 *Nunc enim conteram iugum eius à te,& vincula tua dirumpam.*

14 *Pracipiet autem de te Iehouah, non remanebit semen nominis tui amplius: de domo Dei tui succidere faciam sculptile & conflatile,* nam *ponam sepulchrum tuum.* ibi, *quia despectus fuisti.*

15 *Ecce super montes ipsos* sunt *pedes euangelizantis, annuntiantis pacem: celebra ò Iehudah festiuitates tuas, redde vota tua: quia non addet vltrà vt transeat per te, impius,totus ipse succisus est.*

CAP. II.

1 *AScendit dispersor ante faciem tuam custodi munitionem,contemplare viam,conforta lumbos, robora potentiam valde:*

2 *Conuertet enim Iehouah gloriam Iaacob,sicut gloriam Israel: quia euacuauerunt eos euacuatores, & propagines eorum corruperunt.*

3 *Clypeus fortium eius rubefactus est, viri exercitus induti vestibus vermiculatis: in igne lampadum currus* erit *in die qua praeparauit sese,& abietes tremebunt.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

4 In Itineribus conturbati sunt, quadrigæ collisæ
sunt in plateis: aspectus eorum quasi lampades,
quasi fulgura discurrentia.
5 Recordabitur fortium suorum, ruent in itineribus suis velociter ascendent muros eius, & præparabitur vmbraculum.
6 Portæ fluuiorum apertæ sunt, & templum ad solum dirutum.
7 Et miles captiuus abductus est: & ancillæ eius minabantur gementes vt columbæ, murmurantes in cordibus suis.
8 Et Niniue quasi piscina aquarum aquæ eius: ipsi vero fugerunt: state, state, & non est qui reuertatur.
9 Diripite argentum, diripite aurum: & non est finis diuitiarum ex omnibus vasis desiderabilibus.
10 Dissipata est, & scissa, & dilacerata: & cor tabescens, & dissolutio geniculorum, & defectio in cunctis renibus: & facies omnium eorum sicut nigredo ollæ.
11 Vbi est habitaculum leonum, & pascua catulorum leonum, ad quam iuit leo vt ingrederetur illuc, catulus leonis, & non est qui exterreat?
12 Leo cœpit sufficienter catulis suis, & necauit leænis suis: & impleuit præda speluncas suas, & cubile suum rapina.
13 Ecce ego ad te, dicit Dominus exercituum, & succendam vsque ad fumum quadrigas tuas, & leunculos tuos comedet gladius: & exterminabo de terra prædam tuam, & non audietur vltra vox nunciorum tuorum.

CAP. III.

Ite.24. Iab.2. 1.

1 VÆ ciuitas sanguinum, vniuersa mendacij dilaceratione plena: non recedet à te rapina.
2 Vox flagelli, & vox impetus rotæ, & equi frementis, & quadrigæ feruentis, & equitis ascendentis:
3 Et micantis gladij, & fulgurantis hastæ, & multitudinis interfectæ, & grauis ruinæ: nec est finis cadauerum, & corruent in corporibus suis.
4 Propter multitudinem fornicationum meretricis speciosæ, & gratæ, & habentis maleficia, quæ vendidit gentes in fornicationibus suis, & familias in maleficijs suis.
5 Isa.47 * Ecce ego ad te, dicit Dominus exercituum, & reuelabo pudenda tua in facie tua: & ostendam Gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam.
6 Et projiciam super te abominationes, & contumelijs te afficiam, & ponam te in exemplum.
7 Et erit: omnis, qui viderit te, resiliet à te, & dicet: Vastata est Niniue: quis commouebit super te caput? vnde quæram consolatorem tibi?
8 Numquid melior es Alexandria populorum, quæ habitat in fluminibus? aquæ in circuitu eius: cuius diuitiæ, mare: aquæ, muri eius.
9 Æthiopia fortitudo eius, & Ægyptus, & non est finis: Aphrica, & Libyes fuerunt in auxilio tuo.
10 Sed & ipsa in transmigrationem ducta est in captiuitatem: paruuli eius elisi sunt in capite omnium viarum, & super inclytos eius miserunt sortem, & omnes optimates eius confixi sunt in compedibus.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

4 *In plateis insanient ascensores curruum festinanter ambulabunt per plateas: aspectus eorum veluti lampades tanquam fulgura discurrent.*
5 *Recordabitur fortium suorum, impingent quum peruexerint, festinabunt ad murum eius, & præparabitur operimentum è tabulis pellibusque confectum.*
6 *Porta fluminum aperta sunt, & ædes dissoluta est.*
7 *Et Hussab* regina *captiua ducta est,* curtum *iussa est ascendere, & ancillæ eius ducebant eam vox* lamentationes eius sicut gemitus *columbarum instar tympanizantium percutientes super corda sua.*
8 *Et Nineueh* plena fuit omni bono *sicut piscina aquis à diebus* antiquis *fuit, & nunc fugiunt: state, state,* dicebant, *& non* erat qui retrò *aspiceret.*
9 *Diripite argentum diripite aurum, & non est finis diuitiarum suppellectilis eius preciosior est omni suppellectili concupiscibili.*
10 *Euacuata est, & euacuata est, & succiditur, & cor liquefactum est, & collisio genuum, & dolor in cunctis renibus, & facies vniuersorum redactæ sunt in nigredinem.*
11 *Vbi est habitaculum leonum, & pascuum catulorum leonum,* ad *quod iuit leo, & leæna, catulus leonis, & non erat exterrens?*
12 *Leo rapiebat sufficienter catulis suis, & suffocabat leænis suis: & impleuit præda foramina sua, & habitacula sua rapina.*
13 *Ecce ego ad te dixit Dominus exercituum, & succendere faciam igne fumante quadrigas, & leunculos tuos consumet gladius, & exterminare faciam de terra prædam tuam, & non audietur vltra vox nunciorum tuorum.*

CAP. III.

1 *VÆ ciuitati sanguinum, vniuersa ipsa mendax est, rapinis plena;* è medio eius *non recedit præda.*
2 *Sonitus flagelli, & sonitus commotionis rotarum, & equorum concutientium terram, & quadrigarum saltantium.*
3 *Equitum ascendentium, & micantium gladiorum, & fulgurantium hastarum, & multitudinis interfectæ, & multitudinis cadauerum, & non est finis corporum, & impingent inimici in corpora eorum.*
4 Euenerunt hæc ei *propter multitudinem fornicationum meretricis decoræ, & gratiam habentis, quæ vendit gentes fornicationibus suis & familias maleficijs suis.*
5 *Ecce venio ad te, dixit Dominus exercituum, & reuelabo fimbrias tuas in facie tua, & ostendam Gentibus turpitudinem tuam, & regnis ignominiam tuam.*
6 *Et projicere faciam super te abominationes, vituperare faciam te, & ponam te tanquam inquinamentum.*
7 *Et erit, omnes qui videbunt te, elongabunt se à te, & dicent: Vastata est Nineueh: quis condolebit ei: vnde quæram consolatores tibi?*
8 *Nunquid fortior es ciuitate No populos habente multos, quæ manet inter flumina? aquæ sunt in circuitu eius: cuius antemurale est mare, à mari murus eius.*
9 *Chus fortitudo eius, & Ægyptus, & non est finis* populi eius: *Puth, & Lubim fuerunt in auxilio tuo.*
10 *Etiam ipsa in transmigrationem iuit, in captiuitatem, etiam paruuli eius elisi sunt in capite omnium platearum, & super inclytos eius proiecerunt sortem, & omnes optimates eius alligati sunt compedibus.*

Transl. ex Septuag.

Et equites timebunt in vijs,& cōfundentur currus,& collidentur in platæis. Aspectus eorum quasi lampades ignis,& quasi fulgura discurrentia.

Et commemorabuntur optimates eorum & fugient die,& infirmabuntur in itinere suo,& festinabunt ad muros eius,& præparabunt propugnacula sua.

Portæ ciuitatum apertæ sunt:& regalia conciderunt,& substantia reuelata est.

Et ipsa ascendebat,& ancillæ eius ducebantur, sicut columbæ loquentes,in cordibus suis.

Et Nineue sicut piscina aquæ, aquæ eius: & ipsi fugientes non steterunt,& non erat,qui respiceret.

Diripiebant argentum,diripiebant aurum,& non erat finis ornamenti eius:aggrauati sunt super omnia vasa desiderabilia eius.

Excussio,rediscussio,& ebullitio,& cordis confractio,& dissolutio genuum,& dolores super omnem lumbum:& facies omnium,sicut adustio ollæ.

Vbi est habitaculum leonum & pascua,quæ erat catulis leonum? quo iuit leo,vt ingrederetur illuc catulus leonis,& non est,qui exterreat.

Leo rapuit sufficientia catulis suis, & suffocauit leonibus suis, & impleuit præda nidum suum, & habitaculum suum rapina.

Ecce ego ad te, dicit Dominus omnipotens: & succendam in fumo multitudinem tuam:& leones tuos comedet gladius: & auferam de terra prędam tuam: & non audientur vltrà opera tua.

CAP. III.

O Ciuitas sanguinum: tota mendax,iniquitate plena: non contrectabitur venatio.

Vox flagellorum,& vox commotionis rotarum, & equi persequentis & currus feruentis, & equitis ascendentis.

Et splendentis gladij,& fulgentium armorum,& multitudinis vulneratorum,& grauis ruinæ: & non fuit finis gentibus eius: & infirmabuntur in corporibus suis.

A multitudine fornicationis. Meretrix speciosa, & grata, dux maleficiorum, quæ vendit gentes in fornicatione sua,& populos in maleficijs suis.

Ecce ego ad te, dicit Dominus Deus omnipotens: & discooperiam posteriora tua super faciem tuam;& ostendam gentibus confusionem tuam, & regnis ignominiam tuam.

Et proijciam super te abominationem secundum immunditias tuas:& ponam te in exemplum.

Et erit, omnis, qui viderit te, descendet à te,& dicet: Misera Nineue, qui gemet eam? Vnde quæram consolationem illi.

Parate partem, aptate chordam, parate partem Ammon:quæ habitas in fluminibus: aqua in circuitu eius:cuius principium mare est,& aqua muri eius.

Et Æthiopia fortitudo eius, & Ægyptus,& non stetit finis fugæ. Et Lybes facti sunt auxiliatores illius.

Et ipsa in transmigrationem ibit captiuata: & paruulos eius allident in principijs omniū viarum eius:& super omnia inclyta eius mittent sortes. Et vniuersi optimates eius alligabuntur compedibus.

Noua ex Hebr. Tralat. Fr. Vatabli.

4 *In plateis insanient* assensores *curruum, festinanter ambulabunt per plateas: aspectus eorum veluti lampades, tanquam fulgura discurrent.*

5 *Recordabitur fortium suorum, impingent quum perrexerint festinabunt ad murum eius, & præparabitur operimentum.*

6 *Portæ fluminum aperientur, & palatium dissoluetur.*

7 *Et Husab* regina *captiua ducta est*, currum *iussa est ascendere, & ancillæ eius ducebant* eam *gementes vt columbæ, percutientes pectora sua.*

8 *Et Nineueh tanquam piscina aquæ, à diebus* antiquis *fuit: at ipsi* nunc *fugiunt: State, state,* dicunt: *& non* est *qui retro aspiciat.*

9 *Diripite argentum, diripite aurum, non enim est finis diuitiarum: supellex eius pretiosior est omni supellectile concupiscibili.*

10 *Euacuabitur & exinanietur ac destructa* erit, *& cor liquefactum erit, & collisio genuum, & dolor in cunctis renibus, & facies cunctorum redigentur* in *nigredines.*

11 *Vbi* est nunc *habitaculum leonum, & pascuum catulorum leonum, quo se recipiebat leo, & leæna, & catuli leonis, & non* erat *exterrens?*

12 *Leo rapiebat sufficienter catulis suis, & suffocabat leænis suis: implebatque præda foramina sua, & habitacula sua rapina.*

13 *En ego ad te, dixit Iehouah exercituum, & succendam igne fumante quadrigas tuas, leunculos quoque tuos consumet gladius, & exterminabo de terra prædam tuam, & non audietur vltrà vox nunciorum tuorum.*

CAP. III.

1 V*Æ ciuitati sanguinum, tota mendacio & rapina plena est, non recedit* ab ea *præda.*

2 Audietur prope diem *sonitus flagelli, & strepitus commotionis rotarum, atque equorum concutientium* terram, *& quadrigarum saltantium:*

3 *Eques eriget, & micantem gladium, & fulgurantem hastam,* eritque *multitudo interfectorum, & multitudo cadauerum: nullusque* erit *finis corporibus, impingentq́;* inimici *in corpora illorum.*

4 Euenient hæc ei *propter multitudinem fornicationum meretricis decore gratia, prædita maleficiis, quæ vendit gentes fornicationibus suis, & populos maleficiis suis.*

5 *En ego ad te, dixit Iehouah exercituum, & reuelabo fimbrias tuas in facie tua & ostendam Gentibus turpitudinem tuam, & regnis ignominiam tuam.*

6 *Et proijciam super te abominationes, atque contumelijs afficiam te, ponámque te tanquam inquinamentum:*

7 *Ita vt omnes qui viderint, elongaturi sint se à te, atque dicturi, Vastata est Nineueh: quis condolebit ei? vndenam quæram consolatores tibi?*

8 *Nunquid melior es ciuitate No, populos habente multos, quæ sita est inter flumina? &* aquæ sunt *in circuitu eius: cuius antemurale* est *mare:* nam *à mari murus eius.*

9 *Chus* erat illi *robur, & Misraim, neque* erat *finis* populi eius: quemadmodum, *Put & Lubim fuerunt in auxilio tuo,*

10 *Etiam ipsa in transmigrationem abijt, & in captiuitatem, etiam paruuli eius allisi fuerunt in capite omnium platearum & super inclytos eius proiecerunt sortem: omnesque optimates eius alligati sunt compedibus*

Vulgat. Editio.

11 Et tu ergo inebriaberis ; & eris despecta : & tu
quæres auxilium ab inimico.
12 Omnes munitiones tuæ sicut ficus cum grossis
suis : si concussæ fuerint, cadent in os comedentis.

13 Ecce populus tuus mulieres in medio tui: inimi-
cis tuis adapertione pandentur portæ terræ tuæ, de-
uorabit ignis vectes tuos.
14 Aquam propter obsidionem hauri tibi, extrue
munitiones tuas intra in lutum, & calca, subigens
tene laterem.
15 Ibi comedet te ignis : peribis gladio, deuorabit
te vt bruchus: multiplicare vt locusta.
16 Plures fecisti negociationes tuas quàm stellæ sint
cæli: bruchus expansus est, & auolauit.
17 Custodes tui quasi locustæ : & paruuli tui quasi
locustæ locustarum, quę considunt in sepibus in
die frigoris sol ortus est, & auolauerunt, & non est
cognitus locus earum vbi fuerint.
18 Dormitauerunt pastores tui, rex Assur: sepelien-
tur principes tui: latitauit populus tuus in monti-
bus, & non est, qui congreget.
19 Non est obscura contritio tua, pessima est plaga
tua: omnes qui audierunt auditionem tuam, com-
presserunt manum super te : quia super quem non
transiit malitia tua semper?

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Etiam tu inebriaberis, eris abscondita etiam tu quæ-
res robur ob inimicum.
*Omnes munitiones tuæ, vt ficus cum primitiuis, si con-
cussæ fuerint, cadent in os comedentis.*

*Ecce populus tuus vt mulieres in medio tui : inimicis
tuis aperiendo aperta sunt portæ terræ tuæ, deuorauit ignis
vectes tuos.*
*Aquam munitionis hauri tibi, fortifica munitiones
tuas, intra in lutum, & calca lutum, tene fornacem.*

*Ibi comedet te ignis, succidet te gladius, deuorabit te vt
bruchus, multiplica te vt bruchus, multiplicate vt locusta.*
*Multiplicasti negociatores tuos præ stellis cæli, bruchus
grassatus est, & auolauit.*
*Maiores tui sicut locustæ & principes tui, sicut locustæ
locustarum, quæ castrametantur in sepibus in die frigoris:
sol ortus est, & elongauerunt se, & non est cognitus locus
earum, vbi fuerunt.*
*Dormitauerunt pastores tui rex Assur, requiescent for-
tes tui, dispersus est populus tuus super montes, & non est,
qui congreget.*
*Non est curatio fracturæ tuæ, infirmata est plaga tua:
omnes audientes auditionem tuam plauserunt manu super
te : super quem enim non transiuit malitia tua semper.*

Transl. ex Septuag.

Et tu inebriaberis ; & eris despecta: & tu quæ-
res tibi stationem ab inimicis.
Omnes munitiones tuæ, ficus , quæ scopos ha-
bent : si commotæ fuerint, cadent in os comeden
tis.
Ecce populus tuus quasi mulieres in te. Inimicis
tuis aperiendo aperientur portæ terræ tuæ : come-
det ignis vectes tuos.
Aquam obsidionis hauri tibi , & obtine muni-
tiones tuas : ingredere in lutum, & conculcare in
paleis, obtine super laterem.
Ibi comedet te ignis: disperdet te gladius , come-
det te, quasi locusta, & aggrauaberis, quasi bruchus.
Multiplicasti negociationes tuas super stellas cœli:
bruchus irruit & euolauit. Exilijt, quasi attelabus.
Commixtus tuus sicut locusta, quæ ascendit su-
per sepem in die gelu : Sol ortus est , & exiliuit &
non cognouit locum suum. Væ ipsis.
Dormitauerunt pastores tui, rex Assyrius conso-
piuit fortes tuos : abijt populus tuus super mon-
tes, & non erat, qui susciperet.
Non est sanatio contritioni tuę, intumuit plaga
tua: omnes qui audierint nuncium tuum , plau-
dent manibus super te : quia super quem non su-
peruenit malitia tua semper?

Noua ex Hebr. Tralat Fr. Vatabli.

11 *Tu quoq; inebriaberis, eris abscondita etiam tu quæres*
fortitudinem propter inimicum.
12 *Omnes munitiones tuæ,* vt *ficus cum primitiuis* , quæ
si concussæ fuerint, cadunt in os comedentis.
13 *En populus tuus* vt *mulieres in medio tui : inimicis*
tuis aperiendo apertæ sunt portæ vrbium *terræ tuæ, deuo-*
rauit enim *ignis vectes tuos.*
14 *Aquam obsidionis hauri tibi, fortifica munitiones*
tuas, intra in lutum, & calca lutum, tene fornacem.
15 *Illic comedet te ignis , succidet te gladius, deuorabit te*
tanquam bruchus, multiplica te vt bruchus, multiplica te
inquam *vt locusta.*
16 *Multiplicasti negociatores tuos præ stellis cœli, bruchus*
grassatus est, & auolauit.
17 *Maiores tui sicut locusta & principes tui, sicut locustæ*
locustarum, quæ castrametantur in sepibus in die frigoris:
sole exorto elongant se, neque cognoscitur locus ea-
rum, vbi fuerunt.
18 *Dormitauerunt pastores tui rex Assur, requiescent for-*
tes tui, dispergetur populus tuus super montes, nec erit qui
congreget.
19 *Nulla est curatio fracturæ tuæ, doloris plena est plaga*
tua : quicunque audierint famam tuam plaudent manu
super te : super quem enim non transiuit malitia tua iu-
giter?

Digitized by Google

PROPHETIÆ HABACVC.

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM.

ONus, quod vidit Habacuc propheta.

Vſquequò Domine clamabo, & non exaudies? Vociferabor ad te vim patiens, & non ſaluabis?

Quare oſtendiſti mihi iniquitatem, & laborem, videre prædam, & iniuſtitiam contra me? & factum eſt iudicium, & contradictio potentior.

Propter hoc lacerata eſt lex, & non peruenit vſque ad finem iudicium: quia impius præualet aduerſus iuſtum, propterea egreditur iudicium peruerſum.

*Act. 13. 11. * Aſpicite in gentibus, & videte: admiramini, & obſtupeſcite: quia opus factum eſt in diebus veſtris, quod nemo credet cum narrabitur.

Quia ecce ego ſuſcitabo Chaldæos, gentem amaram, & velocem, ambulantem ſuper latitudinem terræ, vt poſſideat tabernacula non ſua.

Horribilis, & terribilis eſt: ex ſemetipſa iudicium, & onus eius egredietur.

Leuiores pardis equi eius, & velociores lupis veſpertinis: & diffundentur equites eius: equites namque eius de longè venient, volabunt quaſi aquila feſtinans ad comedendum.

Omnes ad prædam venient facies eorum ventus vrens: & congregabit quaſi arenam, captiuitatem.

Et ipſe de regibus triũphabit, & tyranni ridiculi eius erunt: ipſe ſuper omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerem, & capiet eam.

Tunc mutabitur ſpiritus, & pertranſibit; & corruet; hæc eſt fortitudo eius Dei ſui.

Numquid non tu à principio Domine Deus meus, ſancte meus, & non moriemur? Domine in iudicium poſuiſti eum, & fortem vt corriperes, fundaſti eum.

Mundi ſunt oculi tui, ne videas malum, & reſpicere ad iniquitatem non poteris, quare reſpicis ſuper iniqua agentes, & taces deuorante impio iuſtiorem ſe?

Et facies homines quaſi piſces maris, & quaſi reptile non habens principem.

Totum in hamo ſubleuauit, traxit illud in ſagena ſua, & congregauit in rete ſuum. Super hoc lætabitur & exultabit.

Propterea immolabit ſagenæ ſuæ, & ſacrificabit reti ſuo: quia in ipſis incraſſata eſt pars eius, & cibus eius electus.

Propter hoc ergo expandit ſagenam ſuam, & ſemper interficere Gentes non parcet.

CAP. II.

SVper cuſtodiam meam ſtabo, & figam gradum ſuper munitionem: & contemplabor, vt videam quid dicatur mihi, & quid reſpondeam ad arguentem me.

PROPHETIÆ CHABBACVC.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAPVT PRIMVM.

1 *PRophetia quam vidit Chabbacuc propheta.*
2 *Vſquequò Domine clamabo, & non exaudies, vocifera-*
bo ad te propter iniquitatem?
3 *Vt quid oſtendiſti mihi iniquitatem, & peruerſitatem*
aſpicere feciſti, & vaſtitatem, & iniquitatem contra me?
& fuit qui litem, & contentionem contra me accepit.
4 *Propterea debilitata eſt lex, & non egredietur in ſæcu-*
lum iudicium, quia impius circundat inſtar coronæ iu-
ſtum, propterea egredietur iudicium peruerſum.
5 *Videte in gentibus, & aſpicite, & in ſtuporem acti ob-*
ſtupeſcite, quia opus eſt, qui operatur in diebus veſtris,
quod non credetis, cum narrabitur.
6 *Quia ecce ſuſcito Chaſdim, gentem amaram, & præci-*
pitem ambulantem in latitudinem terræ, vt poſſideat ha-
bitacula non ſua.
7 *Horribilis, & terribilis eſt: ex ipſa iudicium eius, &*
onus eius egredietur.
8 *Leuiores erunt pardis equi eius, & acutiores erunt lupis*
veſpertinis, & multiplicabuntur equites eius, & equites
eius de longè venient, volabunt tanquam aquila feſtinans
ad comedendum.
9 *Tota ipſa gens propter rapinam veniet, ex aduerſo facie-*
rum ſuarum veniens ad orientem, & congregabit tan-
quam arenam captiuitatem.
10 *Et ipſe de regibus videbit, principes viſus erunt ei: ipſe*
omnem vrbem munitam irridebit, & congregabit terram,
& capiet eam.
11 *Tunc transgreſſus eſt ſpiritus, & tranſiuit, & delinquet:*
hæc eſt potentia Dei eius.
12 *Nonne fuiſti ab initio Dominus Deus meus, ſanctus*
meus, & non moriemur? Domine ad iudicium faciendum
poſuiſti eum, & fortem vt increpares, fundaſti eum.
13 *Mundus es oculis vt non videas malum, & reſpiciendo*
prauitatem non poteris ferre, vt quid reſpicis contempto-
res, taces, diſperdente impio iuſtiorem eo?
14 *Et facies homines veluti piſces maris, tanquam reptile*
cui non eſt dux.
15 *Totum hamo aſcendere faciet, congregabit illud ſagena*
ſua, & congregabit illud reti ſuo: propterea lætabitur,
exultabitque.
16 *Propterea ſacrificabit ſagenæ ſuæ, & ſacrificabit reti*
ſuo, quia in ipſis incraſſata eſt pars eius, & cibus eius pin-
guior eſt factus.
17 *Nunquid propterea euacuabit ſagenam ſuam, & ſemper*
interficere Gentes, non parcet.

CAP. II.

1 *SVper cuſtodiam meam ſtabo, & ſtabo ſuper munitio-*
nem, & contemplabor vt videam quid loquatur in me,
& quid reſpondeam arguenti contra me.

Digitized by Google

PROPHETIÆ.
AMBACVM.

Transl. ex Septuag.

CAPVT PRIMVM.

ASsumptio, quam vidit Ambacum propheta.
Vsquequò Domine clamabo, & non exaudies?
Vociferabor ad te vim patiens, & non saluabis?
Quare mihi ostendisti labores, & dolores, videre
miseriam, & impietatem? Contra me factum est
iudicium,& iudex accipit

Propterea lacerata est lex, & non peruenit ad fi-
nem iudicium: quia impius præualet aduersus iu-
stum. Propterea egreditur iudicium peruersum.

Videte contemptores,& respicite,& admiramini
mirabilia,& disperdimini: quia opus ego operor in
diebus vestris, quod nō credetis, siquis narrauerit.
Quia ecce ego suscito Chaldæos, gentem ama-
ram, & velocem, quæ ambulat super latitudines
terræ, vt possideat tabernacula non sua.
Terribilis, & illustris est: ex ipsa iudicium eius
erit:& assumptio eius ex se egredietur.
Et exilient super pardos equi eius, & velociores
lupis Arabiæ. Et equitabunt equites eius,&impetu
venient de longinquo, & volabunt quasi aquila
prompta ad comedendum.
Consummatio in impios veniet, resistentes fa-
ciebus ipsorum ex aduerso. Et congregabit quasi
arenam captiuitatem.
Et ipse de regibus delectabitur, & tyranni ludi-
bria eius;& ipse in omnem munitionem illudet,&
mittet aggerem,& obtinebit eam.
Tunc mutabit spiritum,& pertransiet,& propi-
ciabitur. Hæc est fortitudo Deo meo.
Nonne tu à principio Domine Deus sancte meus?
& non moriemur? Domine in iudicium posuisti
ipsum:& plasmauit me,vt arguam displinam eius.

Mundus oculus ne videat mala,& aspiciat super
labores doloris. Quare aspicis super contemptores?
tacebis,dum impius deuorat iustum.

Et facies homines quasi pisces maris,& quasi re-
ptile non habens ducem?
Consummationem in hamo subleuauit,attraxit
eum in reti, & congregauit eum in sagenis suis.
Propter hoc lætabitur, & gaudebit cor eius.
Propterea immolabit sagenæ suæ, & incendet
reti suo: quia in ipsis incrassauit partem suam: &
escæ eius electæ.
Propterea expandet rete suum: & semper inter-
ficere Gentes non parcet.

CAP. II.

SVper custodiam meam stabo,& ascendam super
petram, & contemplabor, vt videam quid lo-
quatur in me, & quid respondeam ad correptio-
nem meam.

PROPHETIÆ
HABBACVC.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAPVT PRIMVM.

1 *PRophetia illa quam vidit Habbacuc propheta.*
2 *Vsquequò Iehoua clamabo, & non exaudies, vocifera-
bor ad te* propter *iniquitatem, & non saluabis?*
3 *Vt quid ostendis mihi iniquitatem, & peruersitatem
aspicis, &* est *vastitas, & iniquitas contra me? estque* qui
litem,& contentionem contra me *suscipiat.*

4 *Propterea debilitatur lex, &* dicunt homines, *Non
egredietur in seculum iudicium, nam impius* quiuis
circundat iustum, propterea (aiunt) *egredietur iudicium
peruersum.*
5 *Videte in gentibus,& aspicite, & admiramini, admi-
ramini:* Deus *enim operaturus est opus in diebus vestris,
non credetis,cum narrabitur.*
6 *Quia ecce ego suscito Chasdim, gentem amaram, &
præcipitem quæ perambulabit latitudinem terræ, vt possi-
deat habitacula non sua.*
7 *Horribilis,& terribilis est: ex seipsa iudicium eius,&
dignitas eius egredietur.*
8 *Leuiores sunt pardis equi eius,& acutiores lupis ves-
pertinis, quamplurimi sunt equites eius,* qui *de longè
venient, & aduolabunt tanquam aquila festinans ad co-
medendum.*
9 *Tota ipsa* gens *propter rapinam veniet, oppositio faciei
eorum* similis erit *vento Orientali: congregabitque tan-
quam arenam captiuitatem.*
10 *Illa quoque Reges ipsos ridet,& principes risui* sunt *ei:
ipsa omnem vrbem munitam ridet, & congregabit ter-
ram,& capiet eam.*
11 *Tunc transibit spiritus* eius, *ac transgredietur, atque
delinquet,* dicendo *hanc potentiam suam Dei sui esse.*
12 *Nonne fuisti ab initio Iehouah Deus meus, sancte
meus? non moriemur? ò Iehoua: vt iudicium* facias, *po-
suisti illum,& fortem vt increpares, fundasti eum.*

13 Tu quum sis *mundus oculis, vt non cernas malum,
& aspicere prauitatem non possis, vt quid respicis con-
temptores,& taces,disperdente impio iustiorem se?*

14 *Facisque homines similes piscibus maris, similes reptili
cui non est dominator.*
15 *Omnes hamo* suo *extrahet, congregabit illos sagena
sua, & congregabit eos reti suo: ob id lætabitur, exul-
tabitque.*
16 *Propterea sacrificabit sagenæ suæ, & suffiet reti suo:
quia per illa impinguata est portio eius,& cibus eius pin-
gue* pecus.
17 *Nunquid propterea euacuabit sagenam suam, & inter-
ficere Gentes non parcet.*

CAP. II.

1 *SVper custodiam meam stabo, & consistam super mu-
nitionem,atque contemplabor,vt videam quid loqua-
tur in me* Dominus, *& quid respondeam arguenti con-
tra me.*

Vulgat. Editio.

Et respondit mihi Dominus, & dixit: Scribæ visum, & explana eum super tabulas: vt percurrat qui legerit eum.

Quia adhuc visus procul, & apparebit in finem, & non mentietur, si moram fecerit, expecta illum quia veniens veniet, & non tardabit.

Ecce qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso: * Iustus autem in fide sua viuet.

*Io. 3. 36. Rom. 1 17. Gal 3. 11. Heb. 10 38.

Et quomodo vinum potantem decipit: sic erit vir superbus, & non decorabitur: qui dilatauit quasi infernus animam suam: & ipse quasi mors & non adimpletur: & congregabit ad se omnes gentes, & coaceruabit ad se omnes populos.

Numquid non omnes isti super eum parabolam sument, & loquelam ænigmatum eius: & dicetur: Væ ei, qui multiplicat non sua? vsquequò & aggrauat contra se densum lutum?

Numquid non repente consurgent qui mordeant te & suscitabuntur lacerantes te, & eris in rapinam eis?

Quia tu spoliasti gẽtes multas; spoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis propter sanguinem hominis & iniquitatem terræ ciuitatis, & omnium habitantium in ea.

Væ qui congregat auaritiam malam domui suæ, vt sit in excelso nidus eius, & liberari se putat de manu mali.

Cogitasti confusionem domui tuæ: concidisti populos multos, & peccauit anima tua.

Quia lapis de pariete clamabit: & lignum, quod inter iuncturas ædificiorum est, respondebit.

*Eze. 24. 9. Na. 3. 1.

Væ, qui ædificat ciuitatem in sanguinibus, & præparat vrbem in iniquitate.

Numquid non hæc sunt a Domino exercituum? Laborauerunt enim populi in multo igne & gentes in vacuum, & deficient.

Quia replebitur terra, vt cognoscat gloriam Domini: quasi aquæ operientes mare.

Væ qui potum dat amico suo mittens fel suum, & inebrians aspiciat nuditatem eius.

Repletus es ignominia pro gloria: bibe tu quoque: & consopire: circundabit te calix dexteræ Domini, & vomitus ignominiæ super gloriam tuam.

Quia iniquitas Libani operiet te, & vastitas animalium deterrebit eos de sanguinibus hominum, & iniquitate terræ, & ciuitatis, & omnium habitantium in ea.

Quid prodest sculptile, quia sculpsit illud fictor suus, conflatile, & imaginem falsam? quia sperauit in figmento fictor eius vt faceret simulachra muta.

Væ, qui dicit ligno: Expergiscere: Surge, & lapidi tacenti: numquid ipse docere poterit? Ecce iste coopertus est auro, & argento: & omnis spiritus non est in visceribus eius.

*Ps. 10. 4.

* Dominus autem in templo sancto suo: sileat à facie eius omnis terra.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

2 *Et respondit mihi Dominus, & dixit, Scribe visionem, & explana in tabulis, vt currat qui legit eam.*

3 *Quia adhuc visio in tempus, & loquitur in finem, & non mentietur: si moram fecerit, expecta eum; quia veniendo veniet, & non tardabit.*

4 *Ecce viri superbi, non est recta anima ih eo: & iustus in fide sua viuet.*

5 *Et profectò quod ob vinum præuaricatur, vir sit superbus, & non permanebit: qui dilatauit sicut infernus animam suam, & est veluti mors, & non satiatur: & congregabit ad se omnes gentes, & coadunabit ad se omnes populos.*

6 *Nonne omnes isti super eum parabolam sument, & interpretationem ænigmatum ei, & dicent, Væ multiplicanti non sua: vsquequò aggrauat super se densum lutum?*

7 *Nonne repentè consurgent qui mordeant te, euigilabunt qui moueant te, & eris in rapinas eis?*

8 *Quia spoliasti gentes multas, spoliabunt te omne residuum populorum propter sanguinem hominum, & rapinas terræ, & ciuitatis, & omnium habitantium in ea.*

9 *Væ auarè sectanti auaritiam malam, vt domum suam ædificet, vt ponat in excelso nidum suum, vt euadat de manu mali.*

10 *Consuluisti pudorem domui tuæ, eo quòd succidisti populos multos, & peccasti in animam tuam.*

11 *Quia lapis parietis clamabit, & tignum arboris respondebit ei.*

12 *Væ ædificanti ciuitatem sanguine, & ei qui stabiliuit ciuitatem iniquitate.*

13 *Nonne ecce à Domino exercituum, & laborabunt populi in igne, & gentes in vacuum deficient.*

14 *Quia replebitur terra, vt cognoscat gloriam Domini, tanquam aquæ quæ operiunt mare.*

15 *Væ propinanti amicos tuos, iungenti vtrem tuum, & etiam inebriando, vt aspicias nuditates eorum.*

16 *Saturatus es* potius eorum *ignominia quàm gloria: bibes etiam tu, & apparebit præputium* tuum *: vertet se super te calix dexteræ Domini, & vomitus ignominiosus* veniet *super gloriam tuam.*

17 *Quia rapina quam* fecisti in *Lebanon, operiet te, & præda* quam fecerunt *animalia conteret ea propter sanguinem hominum, & rapinam terræ, & ciuitatis, & omnium habitantium in ea.*

18 *Quid prodest sculptile, quia sculpsit illud fictor eius conflatile, & docens mendacium, quia sperauit fictor in figmento suo, vt faciat idola muta?*

19 *Væ dicenti ligno, Expergiscere, suscita teipsum lapidi tacenti; num ipse docet? Ecce est coopertus auro & argento, & omnis spiritus non est in visceribus eius.*

20 *Dominus autem est in templo sancto suo: sileat à facie eius omnis terra.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Et respondit mihi Dominus & dixit: Scribe visionem, & manifeste in buxum, vt persequatur qui legit ea.

Quia adhuc visio in tempus, & orietur in finem, & non in vacuum. Si defecerit, sustine eum: quia veniens veniet & non tardabit.

Si retraxerit se, non placet animæ meæ in eo. Iustus autem ex fide mea viuet.

Qui autem arrogans est, & contemptor, vir iactator, nihil perficiet ad finem: qui dilatauit sicut infernus animam suam: & ille quasi mors non adimpletur & congregabit ad se omnes gentes, & suscipiet ad se omnes populos.

Nonne vniuersa hæc aduersum eum parabolam sument, & propositionem ad narrationem eius? Et dicent: Væ, qui multiplicat sibi quæ non sunt sua: vsquequo & aggrauat torquem suam grauiter.

Quia subito consurgent mordentes eum, & vigilabunt insidiatores tui, & eris in rapinam illis.

Quia expoliasti gentes multas: expoliabunt omnes te qui reliqui populi, propter sanguines hominum, & impietates terræ & ciuitatis, & omnium habitantium eius.

O qui multiplicat auaritiam malam domui suæ, vt ponat in excelso nidum suum, vt eruatur de manu malorum.

Cogitasti confusionem domui tuæ, consumpsisti populos multos, & peccauit anima tua.

Propter quod lapis de pariete clamabit, & scarabeus de ligno loquetur ea.

Væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus, & præparat vrbem in iniquitatibus.

Non hæc sunt a Domino omnipotente? Et defecerunt populi multi in igne, & gentes multæ congustatæ sunt.

Quia replebitur terra, vt cognoscat gloriam Domini, quasi aqua operiet eos.

O qui propinat proximo suo subuersionem turbidam, & inebriat, vt aspiciat in speluncas eorum.

Saturitatem ignominiæ de gloria bibe & tu, & cor commouere, & concutere: circumdedit te calix dexteræ Domini & congregata est super ignominia super gloriam tuam.

Quia impietas Libani operiet te, & miseria bestiarum terrebit te, propter sanguines hominum & impietates terræ, & ciuitatis, & omnium habitantium in ea.

Quid prodest sculptile, quia sculpserunt illud? Formauit illud conflatile, imaginem falsam, quia confidit fictor in figmento suo, vt faceret idola muta.

Væ, qui dicit ligno, euigila, exurge: & lapidi, eleuare, & ipsum est imago: ipsum vero est productio auri, & argenti, & omnis spiritus non est in eo.

Dominus autem in templo sancto suo: timeat a facie eius omnis terra.

Noua ex Hebr. Tralat. Fr. Vatabli.

2 *Respondit autem mihi Dominus, & dixit: [illegible] nem, & explica in tabulis, vt percurrat qui legerit eam.*

3 *Nam adhuc* erit [illegible], *nec* [illegible] *tamen* [illegible]

4 [illegible] *tus autem* [illegible]

5 *Et quemadmodum* [illegible] *superbus* [illegible] *sicut infernus animam suam,* [illegible] *saturatur: sed congregauit ad se omnes gentes,* [illegible] *nauit ad se omnes populos.*

6 *Nonne omnes isti populi* [illegible] *eum parabolam* [illegible] *& sermonem* [illegible] *cantis non sua? & quousque* ut faceret [illegible] *se opes* tanquam [illegible]

7 *Nonne repente* [illegible] *gilabuntur qui commouebunt te,* [illegible]

8 *Quia tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te omnes reliqui populi propter sanguinem hominum, & violentiam terræ, & ciuitatis, omnium qui habitant in ea.*

9 *Væ auaro* [illegible] *auaritiam malam,* [illegible] *ædificet,* [illegible] *manu mali.*

10 *Consilium* [illegible] *populos multos, & peccasti* in animam tuam.

11 *Nam lapis* [illegible] contra te [illegible]

12 [illegible]

13 *Nonne* [illegible] venient [illegible]

14 [illegible] cognitione [illegible] eritque [illegible]

15 [illegible] nimio vino [illegible]

16 [illegible] decidet [illegible]

17 [illegible] fecisti in [illegible]

18 *Quid* [illegible] aut [illegible] in figmento [illegible]

19 [illegible]

20 [illegible] autem est [illegible]

Vulgat. Editio.

ORATIO HABACVC PROPHETÆ PRO IGNO ANTIIS.

CAP. III.

1 Domine audiui auditionem tuam, & timui.
2 Domine, opus tuum in medio annorum viuifica illud:
In medio annorum notum facies: cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis.

3 Deus ab Austro veniet, & sanctus de monte Pharan:
Operuit cœlos gloria eius & laudis eius plena est terra.
4 Splendor eius vt lux erit: cornua in manibus eius:
5 Ibi abscondita est fortitudo eius: ante faciem ibit mors.
Et egredietur diabolus ante pedes eius.

6 Stetit, & mensus est terram.
Aspexit, dissoluit Gentes: & contriti sunt montes sæculi.
Incuruati sunt colles mundi, ab itineribus æternitatis eius.
7 Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ, turbabuntur pelles terræ Madian.
8 Numquid in fluminibus iratus es Domine? aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua?
Qui ascendens super equos tuos & quadrigæ tuæ saluatio.
9 Suscitans suscitabit arcum tuum iuramenta tribubus quæ locutus es:
10 Fluuios scindes terræ: viderunt te, & doluerunt montes: gurges aquarum transijt.
Dedit abyssus vocem suam: altitudo manus suas leuauit.
11 Sol, & luna steterunt in habitaculo suo, in luce sagittarum tuarum, ibunt in splendore fulgurantis hastæ tuæ.
12 In fremitu conculcabis terram: in furore obstupefacies Gentes.
13 Egressus es in salutem populi tui: in salutem cum Christo tuo.
Percussisti caput de domo impij: denudasti fundamentum eius vsque ad collum.
14 Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorum eius, venientibus vt turbo ad dispergendum me.
15 Exultatio eorum sicut eius, qui deuorat pauperem in abscondito.
16 Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum.
Audiui, & conturbatus est venter meus: a voce contremuerunt labia mea.
Ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat.
Vt requiescam in die tribulationis: vt ascendam ad populum accinctum nostrum.

17 Ficus enim non florebit: & non erit germen in vineis.
Mentietur opus oliuæ: & arua non afferent cibum.
Abscindetur de ouili pecus: & nō erit armentum in præsepibus.
18 Ego autem in Domino gaudebo: & exultabo in Deo Iesu meo.
19 Deus Dominus fortitudo mea: & ponet pedes meos quasi ceruorum.
Et super excelsa [illegible]

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

ORATIO CHABBACVC PROPHETÆ PRO SIGIONOTH

CAP. III.

Domine audiui auditum tuum, & timui.
Domine opus tuum in medio annorum viuifica illud.
In medio annorum notum facies: in ira misericordiæ recordaberis.

Deus à Meridie venit, & sanctus de monte Paran: Selah.
Operuit cœlos gloria eius, & laudis eius plena est terra.
Et splendor eius, vt lux erat, splendores de manu eius fuerunt ei.
Et ibi fuit absconsio fortitudinis eius: ante faciem eius ibit pestis.
Et egredietur pestis, propter eum.

Stetit, & mensus est terram.
Vidit, & transire fecit Gentes, & contriti sunt montes longi temporis.
Incuruauerunt se colles longi temporis itinera sæculi ei.

In loco iniquitatis vidi tentoria Cusan, mouerunt se cortinæ terræ Midian.
Numquid contra flumina iratus est Dominus? Num contra flumina est furor tuus? Num contra mare est ira tua?
Quia ascendisti super equos tuos, & quadrigas tuas ad salutem.
Manifestatione manifestauit se arcus tuus, iuramenta quæ fecisti tribubus [illegible] sermonem Selah.
Flumine scidisti terra: viderunt te, tremuerunt montes, inundatio aquarum transijt.
Dedit vorago sonitum suum, altitudo locum suum eleuauit.
Sol, & luna stetit in habitaculo suo, ad lucem sagittarum tuarum iuerunt, ad splendorem fulguris hastæ tuæ.

In ira incessisti super terram, in furore triturasti Gentes.
Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo.
Transfixisti caput de domo impij, denudando fundamentum vsque ad collum Selah.
Perforasti baculis eius caput exercituum eius: venerunt vt turbo ad dispergendum me.
Exultatio eorum fuit, vt quando voluerunt comedere pauperem in abscondito.
Calcare fecisti in mari equos tuos, in aceruo aquarum multarum.
Audiui & expaui venter meus, ad vocem contremuerunt labia mea.
Ingressa est putredo in ossa mea, & in loco meo expaui.

Quum me putabam requiescere in die angustiæ quæ erit quando hostis cogitabit, [illegible] *succidat eum.*
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Et ego autem in [illegible]
[illegible]
Deus Dominus [illegible]
[illegible]
[illegible]

Transl. ex Septuag.

ORATIO
AMBACVM PROPHETÆ
CVM CANTICO.
CAP. III.

DOmine audiui auditum tuum, & timui:
Consideraui opera tua, & obstupui. In medio duorum animalium cognosceris.
Cum appropinquauerint anni, cognosceris: cum aduenerit tempus demonstraberis: cũ turbata fuerit anima mea in ira, misericordiæ recordaberis.
Deus a Theman veniet, & sanctus de monte Pharan vmbroso condenso.
DIAPSALMA. Operuit cœlos virtus eius: & laudis eius plena est terra.
Et splendor eius quasi lux erit. Cornua in manibus eius.
Et posuit dilectionem robustam fortitudinis suæ.
Ante faciem eius ibit verbum. Et egredietur in campos ad pedes eius.
Stetit, & commota est terra.
Aspexit, & distabuerunt gentes: contriti sunt montes violentia.
Tabuerunt colles sempiterni itineris sempiterni eius.
Pro laboribus vidi tabernacula Aethiopum: pauebunt & tabernacula terræ Madiam.
Numquid in fluminibus iratus es Domine? aut in fluminib. furor tuus? vel in mari impetus tuus?
Quia ascendes super equos tuos, & equitatio tua salus.
Intendens intendisti arcum tuum super sceptra, dicit Dominus.
DIAPSALMA. Fluuiorum scindetur terra. Videbunt te, & dolebunt gentes, quæ parturient populi. dispergens aquas itineris.
Dedit abyssus vocem suam, altitudo phantasiæ eius.
Eleuatus est Sol, & Luna stetit in ordine suo. In luce iacula tua ibunt, in splendore coruscationis armorum tuorum.
In comminatione imminues terram, & in furore detrahes gentes.
Egressus es in salutem populi tui, vt saluares Christum tuum.
Mittes in capita iniquorum mortem: suscitasti vincula vsque ad collem.
DIAPSALMA. Diuisisti in stupore capita potentium commouebuntur in eo.
Aperient frænos suos, sicut comedens pauper in abscondito.
Et superducis in mare equos tuos, conturbantes aquam multam.
Custodiui, & extimuit venter meus à voce orationis labiorum meorum.
Et ingressus est tremor in ossa mea, & subter me conturbata est habitudo mea.
Requiescam in die tribulationis, vt ascendam ad populum peregrinationis meæ.
Quia ficus non afferet fructum, & non erunt germina in vineis.
Mentietur opus oliuæ, & campi non facient escam. Defecerunt ab esca oues, & non sunt boues in præsepibus.
Ego autem in Domino exultabo: gaudebo super Deo salutare meo.
Dominus Deus fortitudo mea, & ponet pedes meos in consummationem.
Super excelsa ascendere facit me, vt vincam in cantico eius.

Noua ex Hebr. Tralat. Fr. Vatabli.

1 ORATIO
HABACVC PROPHETÆ
PRO IGNORANTIIS.
CAP. III.

2 *O Iehoua audiui famam tuam, & timui:*
Iehouah opus tuum in medio annorum viuifica.
In medio inquam *annorum notam fac* clementiam tuam: *in ira misericordiæ recorderis.*
3 *Deus à Theman venit* in Sinai, *& Sanctus de monte Paran. Selah.*
Tunc *operuit cœlos gloria eius, & laudis ipsius plena fuit terra.*
4 *Splendor* illius *fuit vt lux* solis. *splendores* quoque *à manu eius* fuerunt *illi,*
5 *Et ibi* reuelata fuit *absconsio fortitudinis eius.*
Ante faciem eius ambulabat pestis, & egrediebatur carbunculus propter eum.
Stetit, & mensus est terram:
6 *Aspexit, & exilire fecit gentes: & contriti sunt montes seculi.*
Incuruauerunt se colles seculi, nam *itinera seculi sunt illius.*
7 *Pro nihilo vidi tentoria Chusan, trepidauerunt cortinæ terræ Madian.*
8 *Numquid contra flumina iratus est Iehouah? num contra flumina ipsa* inquam exarsit *furor tuus? num contra mare ipsum* efferbuit *ira tua?*
Quia ascendisti super equos tuos, fueruntque *quadrigæ tuæ* ad *salutem.*
9 *Manifestatione manifestatus fuit arcus tuus, & iuramenta* quæ fecisti *tribubus, repromissio* tua. *Selah.*
10 Et in *flumines scidisti terram. Viderunt te, tremuerunt montes, inundatio aquarum transiit,*
11 *Dedit vorago vocem suam,* in *altitudinem manus suas eleuauit.*
Sol & luna steterunt in *habitaculo* suo: *ad lucem sagittarum tuarum ambulauerunt ad splendorem fulgoris hastæ tuæ.*
13 *In ira incessisti* super *terram, in furore triturasti Gentes.*
Egressus es in salutem populi tui, in salutem inquam *cum Christo tuo.*
Transfixisti caput de domo impij, denudando fundamentum vsque ad collum. Selah.
14 *[illegible] caput exercituum ipsius: tanquam turbo [illegible] ad dispergerent me.*
15 *Exultatio* eorum erat vt properantium *ad deuorandum pauperem in absconditio.*
16 *Calcasti per mare ipsum* super *equos tuos,* per *aceruum aquarum multarum.*
Audiui verba tua, *& expauit venter meus, ad vocem contremuerunt labia mea,*
Ingressa est putredo in ossa mea, & apud me expaui.
Qui tamen *requiescam in die angustiæ quæ euentura est populo qui oppugnauerit eum.*
17 *Ficus enim non florebit, nec erit fructus in vitibus*
Mentietur opus oliuæ, & arua non facient cibum: abscindetur ab ouili pecus, nec erit bos in stabulis.
Ego autem in Iehoua exultabo, & lætabor in Deo salute mea.
18 *Iehoua Dominus* est *fortitudo mea, & ponet pedes meos tanquam ceruarum.*
19 *Atque super excelsa mea calcare faciet me. victori in psalmis meis.*

PROPHETIÆ SOPHONIÆ.

Vulgata Editio.

CAPVT PRIMVM.

VErbum Domini, quod factum eſt ad Sopho- 1
niam filium Chuſi, filij Godoliæ, filij Amariæ,
filij Ezeciæ, in diebus Ioſiæ filij Amon regis Iudæ.
Congregans congregabo omnia à facie terræ, di- 2
cit Dominus:
Congregans hominem, & pecus, congregans vo- 3
latilia cæli, & piſces maris: & ruinæ impiorum
erunt: & diſperdam homines à facie terræ, dicit
Dominus.
Et extendam manum meam ſuper Iudam, & ſu- 4
per omnes habitantes Ieruſalem: & diſperdam de
loco hoc reliquias Baal, & nomina æditurorum cum
ſacerdotibus.
Et eos, qui adorant ſuper tecta militiam cœli, & 5
adorant, & iurant in Domino, & iurant in Mel-
chom.
Et qui auertuntur de poſt tergum Domini & qui 6
non quæſierunt Dominum, nec inueſtigauerunt
eum,
Silete à facie Domini Dei: quia iuxta eſt dies 7
Domini, quia præparauit Dominus hoſtiam, ſan-
ctificauit vocatos ſuos.
Et erit in die hoſtiæ Domini viſitabo ſuper prin- 8
cipes, & ſuper filios regis, & ſuper omnes, qui in-
duti ſunt veſte peregrina:
Et viſitabo ſuper omnem, qui arroganter ingre- 9
ditur ſuper limen in die illa, qui complent domum
Domini Dei ſui iniquitate & dolo.
Et erit in die illa, dicit Dominus, vox clamoris 10
à porta piſcium, & vlulatus à Secunda, & contritio
magna à collibus.
Vlulate habitatores Pilæ: conticuit omnis po- 11
pulus Chanaan, diſperierunt omnes inuoluti ar-
gento.
Et erit in tempore illo: ſcrutabor Ieruſalem in 12
lucernis: & viſitabo ſuper viros defixos in fæcibus
ſuis: qui dicunt in cordibus ſuis: Non faciet bene
Dominus & non faciet male.
Et erit fortitudo eorum in direptionem, & do- 13
mus eorum in deſertum: & *ædificabunt domos, &
non habitabunt: & plantabunt vineas, & non bibent
vinum earum.
Iuxta eſt dies Domini magnus, iuxta eſt & velox 14
nimis: Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi
fortis.
* Dies iræ dies illa, dies tribulationis & anguſtiæ, 15
dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarum & ca-
liginis, dies nebulæ & turbinis.
Dies tubæ & clangoris ſuper ciuitates munitas, 16
& ſuper angulos excelſos.
Et tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci, 17
quia Domino peccauerunt: & effundetur ſanguis eo-
rum ſicut humus, & corpora eorum ſicut ſtercora.
* Sed & argentum eorum, & aurum eorum non po- 18
terit liberare eos in die iræ Domini: * in igne zeli
eius deuorabitur omnis terra: quia conſummatio-
nem cum feſtinatione faciet cunctis habitantibus
terram.

* Amos 5. 11.

* Ier. 30 7. Ioel 2. 11. Amos 5 21.

* Eze. 7 19. * Inf. 3. 8.

CAP. II.

COnuenite, congregamini gens non ama- 1
bilis.

PROPHETIÆ SEPHANIAH.

Transſl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAPVT PRIMVM.

1 *VErbum Domini quod fuit ad Sephaniah filium*
Cuſi filij Ghedaliah, filij Amariah filij Chizchyah
in diebus Ioſiahu filij Amon.
2 *Deficiendo deficere faciam omnia è ſuperficie terræ, di-*
xit Dominus.
3 *Deficere faciam hominem, & animalia, deficere faciam*
volatilia cœli, & piſces maris & offendicula erunt impijs:
& ſuccidere faciam homines è ſuperficie terræ, dixit Do-
minus.
4 *Et extendam manum meam ſuper Iehudah, & ſuper*
omnes habitatores Ieruſalaim: & ſuccidere faciam de lo-
co iſto reſiduum Bahal, nomen eorum qui nigras induunt
veſtes cum ſacerdotibus.
5 *Et incuruantes ſe ſuper tecta militiæ cœli, & incuruan-*
tes ſe qui iurant per Dominum, & qui iurant per Mal-
cham.
6 *Et qui retrocedunt, vt non eant poſt Dominum, & qui*
non quæſierunt Dominum, neque inueſtigauerunt eum.
7 *Tace à facie Domini Dei: quia prope eſt dies Domini,*
quia præparare fecit Dominus ſacrificium, parauit voca-
tos ſuos.
8 *Et erit in die ſacrificij Domini, & viſitabo principes &*
filios regis, & omnes indutos indumento peregrino.
9 *Et viſitabo omnem tranſilientem in limen in die illa:*
qui implent domum dominorum ſuorum rapina, & do-
lo.
10 *Et erit in illa die, ait Dominus, vox clamoris à porta*
piſcium, & vlulatus à ſchola, & contritio magna à colli-
bus.
11 *Vlulate habitatores Machtes: quia ſucciſus eſt omnis*
populus Chenaban, ſucciſi ſunt omnes ferentes argentum.
12 *Et erit in tempore illo ſcrutabor Ieruſalaim lucernis: &*
viſitabo viros ſtantes in fecibus ſuis: qui dicunt in corde
ſuo: Non benefaciet Dominus, nec maleficiet.
13 *Et erit ſubſtantia eorum in direptionem, & domus eo-*
rum in deſolationem, & ædificabunt domos, & non habi-
tabunt, & plantabunt vineas, & non bibent vinum ea-
rum.
14 *Iuxta autem eſt dies Domini magnus, iuxta eſt, & fe-*
ſtinus nimis, vox diei Domini amara, clamat ibi fortis.
15 *Dies iræ dies illa, dies anguſtiæ, & afflictionis, dies tu-*
multus, & deſolationis, dies tenebrarum, & caliginis, dies
nubis, & caliginis.
16 *Dies tubæ, & taratantara ſuper ciuitates munitas, &*
ſuper turres excelſas.
17 *Et anguſtias afferam hominibus, & ambulabunt vt cæci,*
quia Domino peccauerunt, & effundetur ſanguis eorum
ſicut humus & caro eorum ſicut ſordes.
18 *Etiam argentum eorum, etiam aurum eorum non pote-*
rit eruere eos in die iræ Domini, & igne zeli eius conſu-
metur omnis terra, quia conſummationem profecto feſti-
natam faciet cum omnibus habitatoribus terræ.

CAP. II.

1 *SCrutamini vos ipſos, & ſcrutamini gens non deſidera-*
bilis.

PROPHETIÆ SOPHONIÆ.

Transl. ex Septuag.

CAPVT PRIMVM.

VErbum Domini, quod factum est ad Sopho- 1
niam filium Chusi, filium Godoliæ filij Amo-
riæ filij Ezeciæ, in diebus Iosiæ filij Amō regis Iudæ.
Defectione deficiat à facie terræ, dicit Dominus. 2
Deficiat homo, & iumenta: deficiant volatilia 3
cæli, & pisces maris. Et infirmabuntur impij: &
auferam iniquos à facie terræ, dicit Dominus.
Et extendam manum meam super Iudam & su- 4
per omnes, qui habitant Hierusalem. Et auferam
de loco hoc nomina ipsius Baal, & nomina sacerdo-
tum.
Et eos, qui adorant super tecta militiam cœli, & 5
qui adorant, & iurant per Dominum, & iurant
per regem suum.
Et eos, qui declinant à Domino, & qui non re- 6
quirunt Dominum, & qui non retinent Domi-
num.
Timete à facie Domini Dei: quia iuxta est dies 7
Domini, quia parauit Dominus sacrificium suum,
& sanctificauit vocatos suos.
Et erit in die hostiæ Domini, vlciscar super prin- 8
cipes, & super domum regis, & super omnes, qui
induti sunt vestimentis alienis.
Et vlciscar manifeste super vestibula in die illa: 9
qui complent domum Domini Dei sui impietate,
& dolo.
Et erit in illa die, dicit Dominus, vox clamoris 10
de porta compungentium, & vlulatus à secunda, &
contritio magna à collibus.
Plangite, qui habitatis concisam: quia assimilatus 11
est omnis populus Chanaan: disperierunt omnes,
qui erecti sunt argento.
Et erit in die illa scrutabor Hierusalem cum lu- 12
cerna; & vlciscar super viros, qui contemnunt cu-
stodias suas. Qui autem dicunt in cordibus suis,
non faciet bene Dominus, & non faciet male.
Et erit fortitudo eorum in rapinam & domus 13
eorum in dissipationem. Et ædificabunt domos, &
non habitabunt in eis: & plantabunt vineas, & non
bibent vinum earum.
Quia iuxta est dies Domini magnus, iuxta, est 14
dies Domini magnus, iuxta, & velox nimis. Vox
diei Domini amara, & dura posita est fortis.
Dies iræ, tribulationis & necessitatis, dies im- 15
maturitatis & perditionis, dies caliginis & tenebra-
rum, dies nubis & nebulæ.
Dies turbæ & clamoris super ciuitates munitas, 16
& super angulos excelsos.
Et tribulabo homines, & ambulabūt vt cæci: quia 17
Domino peccauerunt. Et effundet sanguinem eorū
sicut puluerē, & carnes eorū sicut stercora boum.
Et argentum eorum, & aurum eorum nō poterit 18
eruere eos in die iræ Domini: in igne zeli eius con-
sumetur omnis terra, consummationem enim &
festinationem faciet super habitantes terram.

CAP. II.

COngregamini, & colligamini gens inerudita. 1

PROPHETIÆ SEPHANIAH.

Noua ex Hebr. Tralat. Fr. Vatabli.

CAPVT PRIMVM.

VErbum Iehoua quod fuit ad Sephaniah filium
Chusi filij Ghedaliah, filij Amariah filij CHizcyah
in diebus Iosiahu filij Amon Regis Iehudah.
Consumendo consumam omnia è superficie terræ, di-
xit Iehouah.
Consumam homines, & animalia, consumam volatilia
cæli, & pisces maris & offendicula erunt impijs: & suc-
cidam reliquos homines è superficie terræ, dixit Ieho-
uah.
Et extendam manum meam super Iehudah, & super
omnes habitatores Ierusalaim: & succidam de loco isto
residuum Bahal, nomen eorum qui nigras induunt vestes,
cum sacerdotibus.
Et eos qui adorant super tecta militiam cœli & qui
adorant iurantes per Iehouam, & iurantes per Mal-
cham.
Eosque qui retrocedunt, ne eant post Iehouam, & qui
non quærunt Iehouam, neque inuestigant eum.
Tace à facie Domini Iehoua: quia prope est dies Iehoua:
nam apparauit Iehouah sacrificium, præparauit inuitatos
suos.
Et erit in die sacrificij Iehoua, visitabo principes &
filios regis, & omnes indutos indumento peregrino.
Visitabo quoque omnem transilientem limen in die illa:
qui implent domum dominorum suorum rapina, & do-
lo.
Et erit in illa die, dicit Iehouah, exaudietur vox cla-
moris à porta piscium, & vlulatus à schola, & contritio
magna à collibus.
Vlulate habitatores Machtes: quia succisus est omnis
populus mercator, succisi sunt omnes ferentes argentum.
Et erit, tempore illo scrutabor Ierusalaim lucernis: vi-
sitaboque viros stantes in fecibus suis: qui dicunt in corde
suo: Non benefaciet Iehouah, nec malefaciet.
Erit quoque substantia eorum in direptionem, & domus
eorum in desolationem, ædificabuntque domos, nec habi-
tabunt in eis, & plantabunt vineas, nec bibent vinum
earum.
Iuxta est dies Iehoua magnus, iuxta inquam, & fe-
stinus valde, vox diei Domini amara, clamat ibi fortis.
Dies iræ erit dies illa, dies angustiæ, & afflictionis, dies
tumultus, & desolationis, dies tenebrarum, & caliginis,
dies nubis, & tenebrositatis.
Dies tubæ, & vociferationis super ciuitates munitas, &
super turres excelsas.
Et angustijs afficiam homines, & ambulabunt vt cæci,
quia Iehouæ peccauerunt, effunderturque sanguis eorum
instar pulueris, & caro eorum velut sordes.
Neque argentum eorum, neque aurum poterit eruere eos
in die iræ Iehoua, nam igne zeli eius consumetur tota
terra, siquidem cōsummationem profecto festinatam faciet
cum omnibus habitatoribus terræ.

CAP. II.

SCrutamini vos ipsos, & scrutamini gens non deside-
rabilis.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Priusquã pariat iussio quasi puluerẽ transeuntem diem, antequã veniat super vos ira furoris Domini, antequã veniat super vos dies indignationis Dñi.

Quærite Dominum omnes mansueti terræ: qui iudiciũ ei⁹ estis operati: quærite iustũ, quærite mãsuetũ: si quomodo abscõdamini in die furoris Dñi.

Quia Gaza destructa erit, & Ascalon in desertum, Azotum in meridie ejcient, & Accaron eradicabitur.

Væ, qui habitatis funiculum maris, gẽs perditorum: verbum Domini super vos Chanaan terra Philisthinorum, & disperdam te, ita vt non sit habitator.

Et erit funiculus maris requies pastorum, & caulæ pecorum.

Et erit funiculus eius, qui remanserit de domo Iuda: ibi pascentur, in domibus Ascalonis ad vesperam requiescent: quia visitabit eos Dominus Deus eorum.

Audiui opprobrium Moab, & blasphemias filiorum Ammon: quæ exprobrabant populo meo, & magnificabantur super terminos eorum.

Propterea viuo ego, dicit Dominus exercituum, Deus Israel: quia Moab vt Sodoma erit, & filij Ammon quasi Gomorrha, siccitas spinarum, & acerui salis, & desertum vsque in æternum: & reliquiæ populi mei, diripient eos, & residui gentis meæ possidebunt illos.

Hoc eis eueniet pro superbia sua: quia blasphemauerunt, & magnificati sunt super populum Domini exercituum.

Horribilis Dominus super eos, & attenuabit omnes Deos terræ: & adorabunt eum viri de loco suo, omnes insulæ gentium.

Sed & vos Æthiopes interfecti gladio meo iritis.

Et extendet manum super Aquilonem, & perdet Assur: & ponet speciosam in solitudinem, & in inuium, & quasi desertum.

*If. 4. 3 11. * Et accubabunt in medio eius greges, & oẽs bestiæ Gentium: & onocrotalus, & ericius in liminibus eius morabuntur: vox cantantis in fenestra, coruus in superliminari, quoniam attenuabo robur eius.

Hæc est ciuitas gloriosa habitans in confidentia: quæ dicebat in corde suo: Ego sum, & extra me non est alia amplius: quomodo facta est in desertum cubile bestiæ? omnis, qui transit per eam, sibilabit, & mouebit manus suas.

CAP. III.

VÆ prouocatrix, & redempta ciuitas columba.

Non audiuit vocem: & non suscepit disciplinam: in Domino non confisa, & ad Deum suum non appropinquauit.

*Ezec. 22. 27. Mich. 3 12. * Principes eius in medio eius quasi leones rugientes: iudices eius lupi vespere, non relinquebant in mane.

Prophetæ eius vesani, viri infideles: sacerdotes eius polluerunt sanctum, iniustè egerunt contra legem.

Dominus iustus in medio eius non faciet iniquitatem: mane mane iudiciũ suum dabit in lucem: & non abscondetur: nesciuit autem iniquus confusionem.

Disperdidi Gentes, & dissipati sunt anguli earum: desertas feci vias eorum, dum non est qui transeat: desolatæ sunt ciuitates eorum, non remanente viro, neque vllo habitatore.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

2 *Antequam pariat decretum diei in quo eritis vt gluma quam transit: antequam veniet super vos ira furoris Domini.*

3 *Quærite Dominum omnes humiles terræ, qui iudicium eius operati estis: quærite iustitiam, quærite humilitatem, si fortè possitis abscondere vos in die furoris Domini.*

4 *Quia Azah relicta erit, & Aschelon in desolationem Asdod in meridie ejcient, & Ecron eradicabitur.*

5 *Væ habitantibus in regione maritima genti Cherethim, verbum Domini super vos Chenaan, & perdere faciam te, vt non sit habitator.*

6 *Et erit regio maritima habitacula caulæ pastorum, & septa pecorum.*

7 *Et erit regio residuo domus Iehudah, in eis pascentur, in domibus Ascelon vesperi accubabunt: quia visitauit eos Dominus Deus eorum, vt auerteret captiuitatem eorum,*

8 *Audiui opprobrium Moab, & opprobria filiorum Ammon, quibus exprobrauerunt populum meum, & magnificabant os suum super terminum eius.*

9 *Propterea viuo ego, dixit Dominus exercituum Deus Israel, quia Moab sicut Sedom erit, & filij Ammon sicut Amorah, exitus vrticæ, & fodina salis, & desolatio vsque in seculum erit, residuum populi mei diripient eos, & residuum gentis meæ possidebit eos.*

10 *Hoc erit eis propter superbiam eorum, quia probris affecerunt, & magnificauerunt os suum super populum Domini exercituum.*

11 *Terribilis Dominus super eos, quia attenuabit omnes deos terræ: & incuruabunt se vnusquisque de loco suo, omnes insulæ Gentium.*

12 *Etiam vos Chusim interfecti gladio meo eritis.*

13 *Et extendet manum suam super Aquilonem, & perdet Assur, ponet Nineueh in desolationem inuiam, sicut desertum.*

14 *Et accubabunt in medio eius greges, omnis bestia Gentis: etiam onocrotalus, & ericius in superliminaribus eius commorabuntur: vox auis cantabit in fenestra, desolatio erit in limine, quoniã cedrũ eius nudauit.*

15 *Hæc est ciuitas quæ exultabat, quæ habitabat cõfidenter, quæ dicebat in corde suo, Ego sum, & non est præter me vltrà, quomodo fuit in desolationem, cubile bestiarum? omnis qui transierit per eam, sibilabit, agitabit manum suam.*

CAP. III.

1 *VÆ fœdatæ & inquinatæ ciuitati quæ spoliat.*

2 *Non audiuit* docentium *vocem, nec suscepit disciplinam Domino non fidit, Deo suo non appropinquauit.*

3 *Principes eius in medio eius vt leones rugientes, iudices eius vt lupi vespertini, ne ossa quidem demiserunt in manè.*

4 *Prophetæ eius contemptibiles, viri præuaricatores, Sacerdotes polluerunt sanctitatem, transgressi sunt legem meam.*

5 *Dominus in medio eius, non faciet iniquitatem, quotidie iudicium suum dabit in lucem, non deficit, & nescit iniquus pudorem.*

6 *Succidere feci Gentes, desolati sunt anguli earum, desolare feci plateas eorum, vt non sit qui transeat, desolatæ sunt ciuitates eorum, vt non sit quisquam, nec sit habitator.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Antequam sitis sicut flos pertransiens, antequam veniat ira Domini super vos, antequam super vos irruat dies furoris Domini.

Quærite Dominum omnes humiles terræ: iudicium operamini, iustitiam quærite, & respondete ea: vt protegamini in die iræ Domini.

Quia Gaza direpta erit, & Ascalon in desolationem, & Azotus meridie projicietur, & Accaron eradicabitur.

Væ, qui habitatis funiculum maris, aduenæ Cretensium. Verbum Domini super vos Chanaan, terra Allophylorum: & perdam vos de habitatione. Et erit Creta pascua gregum, & ouile pecorum.

Et erit funiculus maris his.

Qui reliqui sunt de domo Iuda: super ipsos pascentur in domibus Ascalonis: ad vesperam diuertent à facie filiorum Iuda: quia visitat eos Dominus Deus eorum & auertet captiuitatem eorum.

Audiui opprobria Moab, & contumelia filiorum Ammon, in quibus exprobrabant populo meo, & magnificabantur super terminos meos.

Propterea viuo ego, dicit Dominus virtutum, Deus Israel: quia Moab, sicut Sodoma erit, & filij Ammon quasi Gomorrha, & Damascus derelicta, quasi aceruus areæ, & dissipata vsque in sempiternũ. Et, qui reliqui fuerint de populo meo, diripient eos, & residui gentis meæ possidebunt eos.

Hæc erit eis pro contumelia sua: quia exprobrauerunt, & magnificati sunt super Dominum omnipotentem.

Apparebit Dominus super eos, & disperdet omnes Deos gentium terræ, & adorabunt eum singuli de loco suo, omnes insulæ gentium.

Et vos Æthiopes vulnerati estis gladij mei.

Et extendet manum suam super Aquilonem, & perdet Assyrium, & ponet Niniuen in desolationem inaquosam, quasi desertum.

Et pascentur in medio eius greges, & omnes bestiæ terræ & chamæleontes, & ericij præsepibus eius cubabunt: & bestiæ clamabunt in foueis eius, & corui in portis eius, quia cedrus altitudo eius.

*Hic incipit c. 3 transla. ex Sept. Rom.

* Hæc est ciuitas vilipendens, quæ habitat in spe, quæ dicit in corde suo; ego sum & non est post me amplius. Quomodo facta est in solitudinem, pascua bestiarum? Omnis, qui transit per eam, sibilabit, & mouebit manus suas.

CAP. III.

O Illustris, & redempta ciuitas.

Non audiuit vocem: non suscepit disciplinam, in Domino non est confisa, & ad Deum suum non appropinquauit.

Principes eius in ea, veluti rugientes leones: iudices eius, sicut lupi Arabiæ, non dimittebant in mane.

Prophetæ eius portantes spiritum, viri contemptores: sacerdotes eius polluunt sancta, & impiè faciunt legem.

*Dominus autem iustus in medio eius, & non faciet iniquitatem. Mane mane iudiciũ suum dabit in lucem: & non est absconditus, & nescit iniquitatem in exactione, nec in contentione iniustitiam.

In corruptione detraxi superbos: dissipati sunt anguli eorum: desertas faciam vias eorum penitus, vt transeant: defecerunt ciuitates eorum, eo quod nullus subsisteret, neque habitaret.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

2 *Antequam decretum pariat diem* in quo eritis *vt gluma quæ transit: antequam veniat super vos ira furoris*
Iehouæ, antequam veniat super vos dies iræ Iehouæ.
3 *Quærite Iehouam omnes humiles terræ, qui iudicium*
eius operati estis? quærite iustitiam, quærite humilitatem, fortè abscondemini vos in die furoris Iehouæ.
4 *Quia Azah derelicta erit, & Ascelon* erit *in desolationem, Asdod in meridie eijcient, & Ecron eradicabitur.*
5 *Væ habitantibus in regione maritima genti Cherethim, verbum Iehouæ super vos Chenaan terra Pelisthim, perdam te ita vt non sit habitator.*
6 *Et erit regio maritima in habitacula caularum pastorum, & sepia pecorum.*
7 *Eritque regio residuo domus Iehudah, in eis pascentur*
in domibus Ascelon vesperi accubabunt: quia visitabit illos Iehouah Deus eorum, & reuocabit captiuitatem eorum.
8 *Audiui probra Moab, & opprobria filiorum Ammon, quibus probris affecerunt populum meum, & magnificauerunt* os suum *iuxta terminum suum.*
9 *Propterea viuo ego, dixit Iehouah exercituum Deus Israel, quod Moab sicut Sodom erit, & filij Ammon sicut Amorah, exitus vrticæ, & fodina salis, desolatioque vsque in sæculum* erit*: residuum populi mei diripiet eos, & residuum gentis meæ possidebit illos.*
10 *Hoc* continget *illis propter superbiam suam, quod probris affecerint, & magnificauerint* os suum *contra populum Iehouæ exercituum.*
11 *Terribilis* erit *Iehouah aduersus illos, quoniam attenuabit omnes deos terræ: & adorabunt eum quisque de*
loco suo, & omnes insulæ Gentium.
12 *Vos quoque Chusim interfecti gladio meo eritis,*
13 *Et extendet manum suam super Aquilonem, & perdet Assur, ponetq; Nineueh in desolationem, & vastitatem sicut desertum.*
14 *Et accubabunt in medio eius greges, & omnes bestiæ*
Gentium: etiam onocrotalus, etiam ericius in superliminaribus eius commorabuntur: vox auis *cantabit in fenestris, desolatio* erit *in postib. quoniã cedrũ eius nudauit.*
15 *Hæc est vrbs illa lætabunda quæ habitabat confidenter,*
quæ dicebat in corde suo, Ego sum, & non est *præter me vltrà. quomodo* ergo *fuit in desolationem, & cubile bestiarum? quicunque transierit iuxta eam, sibilabit, & agitabit manus suas.*

CAP. III.

1 *VÆ fœdata & inquinata ciuitati quæ spoliat.*
2 *Non audiuit* docentium *vocem, nec suscepit disciplinam Iehouæ non fidit, Deo suo non appropinquauit.*
3 *Principes eius in medio eius* vt *leones rugientes, iudices*
eius vt *lupi vespertini, ne ossa quidem reseruant in manè.*
4 *Prophetæ eius contemptibiles, viri præuaricationum, Sacerdotes eius polluerunt sanctitatem, transgressi sunt Legem.*
5 *Iehouah iustus in medio eius, nõ faciet iniquitatem, quotidie iudicium suum edit in lucem, non deficit, nec* tamen *nouit iniquus pudorem.*
6 *Succidi Gentes, desolatæ sunt arces earum, destruxi plateas earum, ita vt non sit qui transeat, desolatæ sunt vrbes earum, ita vt sint absque hominibus absque habitatoribus.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

7 Dixi: Attamen timebis me, suscipies disciplinam. & non peribit habitaculum eius propter omnia, in quibus visitaui eam: verumtamen diluculo surgentes corruperunt omnes cogitationes suas.

8 Quapropter expecta me, dicit Dominus, in die resurrectionis meæ in futurum, quia iudicium meum vt congregem Gentes & colligam regna & effundam super eos indignationem meam, omnem iram furoris mei: * in igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra.

9 Quia tunc reddam populis labium electum, vt inuocent omnes in nomine Domini, & seruiant ei humero vno.

10 Vltra flumina Æthiopiæ, inde supplices mei filij dispersorum meorum deferent munus mihi.

11 In die illa non confunderis super cunctis adinuentionibus tuis, quibus præuaricata es in me: quia tunc auferam de medio tui magniloquos superbiæ tuæ, & non adjicies exaltari amplius in monte sancto meo.

12 Et derelinquam in medio tui populum pauperem, & egenum: & sperabunt in nomine Domini.

13 Reliquiæ Israel non facient iniquitatem, nec loquentur mendacium, & non inuenietur in ore eorum lingua dolosa: quoniam ipsi pascentur, & accubabunt, & non erit qui exterreat.

14 Lauda filia Sion: iubila Israel: lætare, & exulta in omni corde filia Ierusalem.

15 Abstulit Dominus iudicium tuum, auertit inimicos tuos: rex Israel Dominus in medio tui, non timebis mala vltrà.

16 In die illa dicetur Ierusalem: Noli timere: Sion, non dissoluantur manus tuæ.

17 Dominus Deus tuus in medio tui fortis, ipse saluabit: gaudebit super te in lętitia, silebit in dilectione sua, exultabit super te in laude.

18 Nugas, qui à lege recesserant, congregabo, quia ex te erant: vt non vltrà habeas super eis opprobrium.

19 Ecce ego interficiam omnes, qui afflixerunt te in tempore illo, & saluabo claudicantem: & eam, quæ eiecta fuerat, congregabo: & ponam eos in laudem, & in nomen, in omni terra confusionis eorum.

20 In tempore illo, quo adducam vos: & in tempore, quo congregabo vos: dabo enim vos in nomen, & in laudem omnibus populis terræ; cum conuertero captiuitatem vestram coram oculis vestris, dicit Dominus.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

7 *Dixi, Profecto timebis me, suscipies disciplinam, & non succidetur habitaculum eius, nec omne malum quod visitaui veniet super eam: sed manè surrexerunt, corruperunt omnia opera sua.*

8 *Quapropter expectate me, dixit Dominus, ad diem qua consurgam ad spolia: quia iudicium meum ponam, vt congregem Gentes vt colligam regna, vt effundam super eas omnem iram furoris mei, quia in igne zeli mei consumetur omnis terra.*

9 *Quia tunc conuertam ad populum labium electum, vt inuocent vniuersi nomen Domini, vt seruiant ei consensu vno.*

10 *Hi qui sunt trans flumina Chus Hatharai filia, dispersorum meorum, deferent munus meum.*

11 *In die illa non pudore afficieris ab omnibus operibus tuis, quibus praeuaricata es in me: quia tunc remouere faciam de medio tui eos qui exultant in superbia tui, & non adjicies vt superbias amplius de monte sanctitatis meæ.*

12 *Et derelinquere faciam in medio tui populum humilem, & pauperem, & sperabunt in nomine Domini.*

13 *Residuum Israel non faciet iniquitatem:, nec loquentur mendacium, neque inuenietur in ore eorum lingua dolosa: quoniam ipsi pascentur, & accubabunt, & non erit qui exterreat.*

14 *Lauda filia Sijon, clamate Israel, letare & exulta toto corde filia Ierusalaim.*

15 *Remouere fecit Dominus iudicia tua, euacuauit inimicum tuum: Rex Israel Dominus est in medio tui, non timebis malum vltrà.*

16 *In die illa dicetur Ierusalaim, Ne timeas Sijon, Ne debilitentur manus tuæ.*

17 *Dominus Deus tuus in medio tui potens, seruabit te, gaudebit super te lætitia, silebit propter dilectionem suam: exultare faciet in laude.*

18 *Dolore affectos à tempore congregaui, ex te fuerunt: onus fuit super eam opprobrij.*

19 *Ecce contundam omnes affligentes te in tempore illo: & seruare faciam claudicantem, & eiectam congregabo: & ponam eos in laudem, & in nomen in omni terra pudoris eorum.*

20 *In tempore illo adducam vos, & in tempore congregabo vos: dabo enim vos in nomen & in laudem in omnibus populis terræ, quum conuertero captiuitates vestras in oculis vestris, dixit Dominus.*

PRO-

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.		Noua ex Hebr. Tralat Fr. Vatabli.
Dixi, veruntamen timete me, & suscipite disciplinam: & non peribitis de oculis eius in omnibus in quibus vltus sum super eam. Praeparare, consurge diluculo: dissipata est omnis frondositas eorum.	7	*Dicebam, Profecto timebis me, suscipies disciplinam, & non succidetur habitaculum eius,* nec eueniet *quicquam* eorum *propter quæ visitaturus sum eam: verum manè surrexerunt, corruperunt omnia opera sua.*
Propterea expecta me, dicit Dominus, in diem resurrectionis meæ in testimonium: Quia iudiciũ meum in congregationes gentium: vt suscipiam reges, vt effundam super eos omnem iram furoris mei.	8	*Quapropter expectate me, inquit Iehouah, ad diem quo consurgam ad spolia: quoniam iudicium meum* est *vt congregem Gentes & colligam regna, vt effundam super eas indignationem meam, omnem iram furoris mei: nam igne zeli mei consumetur tota terra.*
Quia in igne zeli mei consumetur omnis terra: quia tunc cõuertam super populos linguam in generationem eius: vt inuocent omnes nomen Domini vt seruiant ei sub iugo vno.	9	*Tunc enim vertam ad populos labium electum, vt inuocent omnes nomen Iehouæ, vt seruiant ei humero vno.*
De finibus fluminum Æthiopiæ suscipiam in dispersis meis: afferent victimas mihi.	10	Qui habitant *trans flumina Chus Atharai, & congregatio dispersorum meorum, afferent munus mihi.*
In die illa non confunderis ex omnibus adinuẽtionibus tuis, quibus impiè egisti in me: quia tunc auferam à te vilipendia contumeliæ tuæ: & vltrà non adijcies, vt magnificè glorieris super montem sanctum meum.	11	*In die illa non pudebit te vllius operum tuorum, quibus præuaricata es in me: tunc enim auferam de medio tui eos qui exultant* in *superbia tua, neque adijcies vt superbias vltrà de monte sanctitatis meæ.*
Et relinquam in te populum mansuetum, & humilem: & verebuntur à nomine Domini.	12	*Et relinquam in medio tui populum humilem & pauperem, & sperabunt in nomine Iehouæ.*
Qui fuerint reliqui de Israel, & non facient iniquitatem, & non loquentur vana: & non inuenietur in ore eorum lingua dolosa. Quoniam ipsi pascẽtur, & accubabunt: & non erit, qui exterreat eos.	13	*Reliquiæ Israel non admittent iniquitatem: nec loquẽtur mendacium, neque inuenietur in ore eorum lingua dolosa: nam ipsi pascentur, & accubabunt, & nemo erit qui exterreat.*
Gaude filia Sion, prædica filia Hierusalem, exulta, & delectare de toto corde tuo filia Hierusalem.	14	*Lauda filia Sijon, iubilate Israel, lætare & exulta toto corde filia Ierusalaim.*
Abstulit Dominus iniquitates tuas, redemit te de manu inimicorum tuorum: rex Israel Dominus in medio tui: non videbis mala vltrà.	15	*Remouit Iehouah iudicia tua, eiecit inimicum tuum: Rex Israel Iehouah* est *in medio tui, non videbis malum vltrà.*
In tempore illo dicet Dominus Hierusalem: Cõfide Sion: non dissoluantur manus tuæ.	16	*In die illo dicetur Ierusalaim, Ne timeas Sijon* ipsi, *Ne debilitentur manus tuæ.*
Dominus Deus tuus in te: fortis saluabit te: adducet super te lætitiam, & innouabit te in charitate sua, & lætabitur in te in delectatione, quasi in die solemni.	17	*Iehouah Deus tuus in medio tui potens, seruabit te: gaudebit super te lætitia, silebit eo quod diligat* te, *exultabit super te cum cantico.*
Et congregabo confractos tuos. Væ, qui accepit super eam opprobrium.	18	*Dolore affectos præ tempore congregabo,* qui *ex te fuerint:* nam *onus super te* erit *opprobrium.*
Ecce ego facio in te propter te in tempore illo, dicit Dominus: & saluabo expressam: & repulsam suscipiam: & ponam eos in gloriam, & nominatos in omni terra.	19	*Ecce ego contonsurus sum omnes affligentes te tempore illo: & seruabo claudicantem, eiectamq́; congregabo: & ponam illos in laudem, & in nomen in tota terra pudoris eorum.*
Et confundentur in tempore illo, quando bene vobis fecero & in tempore, cum suscepero vos. Quia dabo vos nominatos & in gloriam in cunctis populis terræ; quando conuertero captiuitatem vestram coram vobis, dicit Dominus.	20	*Tempore illo adducam vos, tempore quoque* illo *congregabo vos: dabo enim vos in nomen & laudem inter omnes populos terræ, quum conuertero captiuitates vestras in oculis vestris, dixit Iehouah.*

PRO-

PROPHETIÆ AGGÆI.

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM.

1.Esd.6 1.

IN anno secundo Darij regis in mense sexto, in die vna mensis. factum est verbum Domini in manu Aggæi prophetæ ad Zorobabel filium Salathiel, ducem Iuda. & ad Iesum, filium Iosedec, sacerdotem magnum, dicens:

Hæc ait dominus exercituum, dicens: Populus iste dicit: Nondum venit tempus domus Domini ædificandæ.

Et factum est verbum Domini in manu Aggæi prophetæ, dicens:

Numquid tempus vobis est vt habitetis in domibus laqueatis, & domus ista deserta?

Et nunc hæc dicit Dominus exercituum: Ponite corda vestra super vias vestras.

*Deut. 28.38. Mich. 6 15.

* Seminastis multum, & intulistis parum: comedistis, & non estis satiati: bibistis, & non estis inebriati: operuistis vos, & non estis calefacti: & qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum.

Hæc dicit Dominus exercituum: Ponite corda vestra super vias vestras.

Ascendite in montem, portate ligna, & ædificate domum: & acceptabilis mihi erit, & glorificabor, dicit Dominus.

Respexistis ad amplius, & ecce factum est minus: & intulistis in domum, & exsufflaui illud: quam ob causam dicit Dominus exercituum? quia domus mea deserta est, & vos festinatis vnusquisque in domum suam.

Propter hoc super vos prohibiti sunt cæli ne darent rorem, & terra prohibita est ne daret germen suum.

Et vocaui siccitatem super terram, & super mõtes, & super triticum, & super vinum, & super oleum, & quæcumque profert humus, & super homines, & super iumenta, & super omnem laborem manuum.

Et audiuit Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec sacerdos magnus, & omnes reliquiæ populi vocẽ Domini Dei sui, & verba Aggæi prophetæ, sicut misit eum Dominus Deus eorum ad eos: & timuit populus à facie Domini.

Et dixit Aggæus nuncius Domini de nuncijs Domini, populo dicens: Ego vobiscum sum, dicit Dominus.

Et suscitauit Dominus spiritum Zorobabel filij Salathiel, ducis Iuda, & spiritum Iesu filij Iosedec sacerdotis magni, & spiritum reliquorum de omni populo: & ingressi sunt, & faciebant opus in domo Domini exercituum Dei sui.

CAP. II.

IN die vigesima & quarta mensis, in sexto mense in anno secundo Darij regis.

PROPHETIÆ CHAGGHAI

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAPVT PRIMVM.

1 *ANno secundo Darianes regis, mense sexto, die prima*
mensis fuit verbum Domini in manu Chagghai
Propheta ad Zerubabel filium Sealthiel, ducem, & ad Iehosuah filium Iehosadac sacerdotem magnum, vt diceret.

2 *Sic dixit Dominus exercituum, dicendo: Populus iste*
dixit: Non tempus venit, tempus domus Domini, vt adificetur.

3 *Et fuit verbum Domini in manu Chagghai propheta*
vt diceret.

4 *Numquid tempus est vobis vt vos habitetis in domibus*
vestris laqueatis, & domus ista sit deserta?

5 *Et nunc sic dixit Dominus exercituum, ponite cor ve-*
strum super vias vestras.

6 *Seminastis multum: & inferetis parum: comedetis, &*
non saturabimini: bibetis, & non inebriamini: induetis vos, & non calefacietis vos: & qui se locauerit mercede, locabit se mercede qua erit, ac si poneret eam in sacculo pertuso.

7 *Sic dixit Dominus exercituum: Ponite cor vestrum*
super vias vestras.

8 *Ascendite in montem, & afferte ligna, & adificate*
domum, & complacebo in ea & glorificabo meipsum, dixit Dominus.

9 *Respiciebatis ad multum, & ecce parum: & intulistis*
domum, & sufflaui illud: propter quod dixit Dominus exercituum? propter domum meam, qua est deserta, & vos curritis vnusquisque in domum vestram.

10 *Propterea super vos prohibiti sunt cœli à rore, & ter-*
ra prohibita est à fructu suo.

11 *Et vocauit siccitatem super terram, & super montes, &*
super triticum, & super vinum, & super oleum, & super illud quod proferet humus, & super homines, & super iumenta, & super omnem laborem manuum.

12 *Et audiuit Zerubabel filius Sealthiel, & Iehosuah fi-*
lius Iehosadac sacerdos magnus, & omne residuum populi vocem Domini Dei, & verba Chagghai propheta, qua misit ipse Dominus Deus eorum, & timuit populus à facie Domini.

13 *Et dixit Ghaggai nuncius Domini in nunciatione Do-*
mini populo, dicendo. Ego vobiscum sum, dixit Dominus.

Et suscitauit Dominus spiritum Zerubabel filij Sealthiel ducis Iehudah, & spiritum Iehosuah filij Iehosadac
41 *sacerdotis magni, & spiritum omnis residui populi, & ingressi sunt, & fecerunt opus in domo Domini exercituum Dei sui.*

CAP. II.

1 *DIe vigesima, & quarta mensis in sexto, anno secundo*
Darianes regis.

PROPHETIÆ AGGÆI.

Transl. ex Septuag.

CAPVT PRIMVM.

IN anno secundo Darij regis in mense sexto, vna mensis, factum est verbum Domini in manu Aggæi prophetæ dicens: Dic ad Zorobabel filium Salathiel de tribu Iuda, & ad Iesum filium Iosedec sacerdotem magnum, dicens:

Hæc dicit Dominus omnipotens, dicens: Populus iste dicunt: non venit tempus ædificandi domum Domini.

Et factum est verbum Domini in manu Aggæi prophetæ, dicens:

Si tempus quidem vobis est habitandi in domibus vestris concauis, domus autem nostra deserta est?

Et nunc hæc dicit Dominus omnipotens: Ponite nunc corda vestra ad vias vestras.

Seminastis multa, & intulistis pauca: comedistis, & non ad saturitatem: bibistis, & non ad ebrietatem: operuistis vos, & non estis calefacti in ipsis: & qui mercedes congregabat, congregauit in sacculum pertusum.

Hæc dicit Dominus omnipotens: Ponite corda vestra in vias vestras,

Ascendite in montem, & præcidite ligna: ædificate domum: & placebit mihi in ea; & glorificabor, dicit Dominus:

Respexistis in multa, & facta sunt pauca: & illata sunt in domum: & exufflaui ea. Quamobrem hæc dicit Dominus omnipotens: eo quòd domus mea deserta est, vos autem sectamini vnusquisque in domum suam:

Propterea abstinet cælum à rore, & terra subtrahet procreationes suas.

Et inducam gladium super terram, & super montes, & super triticum, & super vinum, & super oleum, & quæcunque profert humus, & super homines, & super iumenta, & super omnes labores manuum eorum.

Et audiuit Zorobabel filius Salathiel de tribu Iuda, & Iesus filius Iosedec sacerdos magnus, & omnes residui de populo vocem Domini Dei sui, & verba Aggæi prophetæ, sicut misit eum Dominus Deus eorum ad eos. Et timuit populus à facie Domini.

Et dixit Aggæus nuncius Domini in nuncijs Domini populo: Ego sum vobiscum, dicit Dominus.

Et suscitauit Dominus spiritum Zorobabel filij Salathiel de tribu Iuda, & spiritum Iesu filij Iosedec sacerdotis magni, & spiritum reliquorum de omni populo: & ingressi sunt: & faciebant opera in domo Domini omnipotentis Dei sui.

CAP. II.

IN quarta, & vigesima mensis sexti, anno secundo Darij regis.

PROPHETIÆ HAGGHAI.

Noua ex Hebr. Tralat. Fr. Vatabli.

CAPVT PRIMVM.

1 ANno secundo Dariaues Regis, mense sexto, die prima mensis, fuit verbum Iehoua in manu Haggai prophetæ ad Zerubabel filium Salthiel ducem Iehudah, & ad Iehosua filium Iehosadac sacerdotem magnum, vt diceret,

2 Sic dixit Iehouah exercituum, dicendo, Populus iste dixit, Nondum tempus venit, tempus inquam domus Iehouæ vt ædificetur.

3 Fuit itaque verbum Iehoua in manu Haggai prophetæ, vt diceret,

4 Nunquid ò vos, tempus vobis aduenit vt habitetis in domibus vestris laqueatis, & domus ista est deserta?

5 Nunc ergo sic dixit Iehouah exercituum, Ponite cor vestrum super vias vestras.

6 Seminabitis multum, & inferetis parum: comedetis, & non saturabimini: bibetis, & non inebriabimini: induetis vos, & non calefietis: & qui se locauerit mercede, locabit se mercede quæ erit acsi decideret in sacculum pertusum.

7 Sic dixit Iehouah exercituum, Ponite cor vestrum super vias vestras.

8 Ascendite in montem, & adducite illinc ligna, & ædificate domum, & complacebo mihi in ea, & glorificabor, dixit Iehouah.

9 Respicietis ad multum, & ecce parum: & intulistis ipsum in domum: at exufflo illud: Qua de causa, dixit Iehouah exercituum? Propter domum meam quæ est deserta, vos autem curretis quisque in domum suam.

10 Propterea super vos clausit se cælum ne daret vobis rorem, terra quoque clausit se ne fructum suum ederet.

11 Et vocaui siccitatem super terram hanc, ac super montes, & super triticum, & super vinum, & super oleum, quin & super vniuersa quæ profert humus, & super homines, & super iumenta, & super omnem laborem manuum.

12 Audiuit autem Zerubabel filius Salthiel, & Iehosua filius Iehosadac sacerdos magnus, cunctusque reliquus populus vocem Iehouæ Dei sui, & verba Haggai prophetæ, sicut miserat eum Iehouah Deus eorum, timuitque populus à facie Iehouæ.

13 Dixit itaque Haggai legatus Iehouæ in legatione Iehouæ, populo, dicendo, Ego vobiscum sum, dixit Iehouah.

14 Et suscitauit Iehouah spiritum Zerubabel filij Salthiel ducis Iehudah, & spiritum Iehosua filij Iehosadac sacerdotis magni, & spiritum totius reliqui populi: & ingressi sunt, & fecerunt opus in domo Iehouæ exercituum Dei sui.

CAP. II.

1 DIe vicesima & quarta mensis, in sexto, anno secundo Dariaues Regis,

Vulgat. Editio.

In septimo mense, vigesima & prima mensis, factum est verbum Domini in manu Aggæi prophetæ, dicens:

Loquere ad Zorobabel filium Salathiel, ducem Iuda, & ad Iesum filium Iosedec sacerdotem magnum, & ad reliquos populi, dicens:

Quis in vobis est derelictus, qui vidit domum istam in gloria sua prima? & quid vos videtis hanc nunc? numquid non ita est, quasi non sit in oculis vestris?

Et nunc confortare Zorobabel, dicit Dominus: & confortare Iesu filij Iosedec sacerdos magne, & confortare omnis populus terræ, dicit Dominus exercituum: & facite (quoniam ego vobiscum sum, dicit Dominus exercituum)

Verbum quod pepigi vobiscum cum egrederemini de terra Ægypti: & spiritus meus erit in medio vestrum, nolite timere.

* Heb. 12,26.

Quia hæc dicit Dominus exercituum: * Adhuc vnum modicum est, & ego commouebo cælum, & terram, & mare, & aridam.

Et mouebo omnes Gentes: ET VENIET DESIDERATVS cunctis Gentibus: & implebo domum istam gloria, dicit Dominus exercituum.

Meum est argentum, & meum est aurum, dicit Dominus exercituum.

Magna erit gloria domus istius nouissimæ plus quàm primæ, dicit Dominus exercituum: & in loco isto dabo pacem, dicit Dominus exercituum.

In vigesima & quarta noni mensis, in anno secundo Darij regis, factum est verbum Domini ad Aggæum prophetam, dicens:

Hæc dicit Dominus exercituum: Interroga sacerdotes legem, dicens:

Si tulerit homo carnem sanctificatam in ora vestimenti sui, & tetigerit de summitate eius panem, aut pulmentum, aut vinum, aut oleum, aut omnem cibum: numquid sanctificabitur? Respondentes autem sacerdotes, dixerunt: Non.

Et dixit Aggæus: Si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his, numquid contaminabitur? Et responderunt sacerdotes, & dixerunt: Contaminabitur.

Et respondit Aggæus, & dixit: Sic populus iste, & sic gens ista ante faciem meam, dicit Dominus, & sic omne opus manuum eorum: & omnia quæ obtulerunt ibi, contaminata erunt.

Et nunc ponite corda vestra à die hac & supra, antequam poneretur lapis super lapidem in templo Domini.

Cum accederitis ad aceruum viginti modiorum, & fierent decem: & intraretis ad torcular, vt exprimeretis quinquaginta lagenas, & fiebant viginti.

*Amos 4,9.

* Percussi vos vento vrente, & aurugine, & grandine omnia opera manuum vestrarum: & non fuit in vobis, qui reuerteretur ad me, dicit Dominus.

Ponite corda vestra ex die ista, & in futurum, à die vigesima & quarta noni mensis: à die, qua fundamenta iacta sunt templi Domini, ponite super cor vestrum.

Numquid iam semen in germine est: & adhuc vinea, & ficus, & malogranatum, & lignum oliuæ non floruit? ex die ista benedicam.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

2 *Septimo mense vigesima & prima mensis fuit verbum*
Domini in manu Chagghai prophetæ, dicendo:

3 *Dic nunc ad Zerubabel filium Sealthiel ducem Iehudah, & ad Iehosuah filium Iehosadac sacerdotem magnum, & ad residuum populi, dicendo:*
4 *Quis est ex vobis derelictus, qui viderit domum istam in gloria sua prima? & qualem videtis eam nunc? nonne sic est ac si non esset in oculis vestris?*

5 *Et nunc robora teipsum Zerubabel, dixit Dominus: & robora te Iehosuah fili Iehosadac sacerdos magne, & robora te omnis populus terræ, dixit Dominus: & facite, quoniam vobiscum sum, dixit Dominus exercituum.*

6 *Verbum quod pepigi vobiscum quando egrediebamini ex Ægypto, & spiritus meus manet in medio vestrum ne timeatis.*
7 *Quia sic dixit Dominus exercituum: Adhuc vnum pusillum est, & tremere facio cælum, & terram, ac mare, & aridam.*
8 *Et tremere faciam omnes Gentes, ET VENIET DESIDERIVM omnium gentium, & implebo domum hanc gloria, dixit Dominus exercituum.*

9 *Meum est argentum, & meum est aurum, dixit Dominus exercituum.*
10 *Maior erit gloria domus huius nouissimæ quam primæ dixit Dominus exercituum: & in loco isto dabo pacem, dixit Dominus exercituum.*

11 *In vigesima, & quarta die noni mensis, anno secundo Darianes fuit verbum Domini ad Chagghai prophetam, dicendo.*
12 *Sic dixit Dominus exercituum: Interroga modo sacerdotes legem, dicendo:*
13 *Si acceperit quispiam carnem sanctam in ora vestimenti sui, & tetigerit ora sua panem, & pulmentum, & vinum, & oleum, & omnem cibum, nunquid sanctificabitur? Et responderunt sacerdotes, & dixerunt: Non.*

14 *Et dixit Chagghai: Si tetigerit immundus anima, omnia hæc, nonne erit immundus? Et responderunt sacerdotes & dixerunt: Immundus erit.*

15 *Et respondit Chagghai, & dixit: Sic populus iste, & sic gens ista est coram me, dixit Dominus: & sic omne opus manuum eorum, & quod offerunt ibi, immundum est.*

16 *Et nunc ponite quæso cor vestrum à die hac, & supra, antequam ponerent lapidem super lapidem in templo Domini.*
17 *Antequam essent* in ædificio *veniebat* quispiam *ad aceruum* frumenti ex quo putabatur quod deberent exire modij *viginti, & erant decem, & qui veniebant ad torcular ad euacuandum* batos *quinquaginta in torculari, &* erant *viginti.*
18 *Percussi vos ariditate, & rubigine, & grandine, omne opus manuum vestrarum: non fuit, qui conuerteret vos ad me, dixit Dominus.*

19 *Ponite nunc cor vestrum à die ista, & supra à die vigesima, & quarta mensis noni, à die qua fundatum est templum Domini ponite cor vestrum.*

20 *Nonne adhuc est semen in horreo, & adhuc vitis & ficus, & malogranatum, & arbor olea non tulit fructum? A die hac benedicam.*

Transl. ex Septuag.

In mense septimo, vna & vigesima mensis loquutus est Dominus in manu Aggæi prophetæ, dicens:

Dicito nunc ad Zorobabel filium Salathiel de tribu Iuda, & ad Iesum Iosedec filium sacerdotem magnum, & ad omnes reliquos populi, dicens:

Quis ex vobis, qui vidit domum istam in gloria sua prima? & quomodo vos videtis ipsam nunc, quasi non sit coram vobis?

Et nunc confortare Zorobabel, dicit Dominus: & confortare Iesu fili Iosedec sacerdos magne, & confortetur omnis populus terræ, dicit Dominus: & facite; quoniam ego vobiscum sum, dicit Dominus omnipotens:

Et spiritus meus stetit in medio vestrum. Confidite.

Quia hæc dicit Dominus omnipotens. Adhuc semel ego commouebo cælum, & terram, & mare, & aridam,

Et commouebo omnes Gentes, & venient electa omnium Gentium: & implebo domum istam gloria, dicit Dominus omnipotens.

Meum est argentum, & meum est aurum, dicit Dominus omnipotens.

Quare magna erit gloria domus istius, nouissimæ super primam, dicit Dominus omnipotens. Et in loco isto dabo pacem, dicit Dominus omnipotens, & pacem animæ in acquisitionem omni condenti, vt suscitet templum istud.

Quarta & vigesima noni mensis anno secundo sub Dario, factus est sermo Domini ad Aggæum prophetam, dicens:

Hæc dicit Dominus omnipotens: Interroga nunc sacerdotes legem, dicens:

Si sumpserit homo carnem sanctam in summitate vestimenti sui, & tetigerit summitas vestimenti eius panem, aut coctionem, aut vinum, aut oleum, aut omnem cibum, si sanctificabitur? Et responderunt sacerdotes, & dixerunt: Non.

Et dixit Aggæus: Si tetigerit pollutus immundus in anima de omnibus his, si contaminabitur? Et responderunt sacerdotes, & dixerũt: Contaminabitur.

Et respondit Aggæus, & dixit: Sic populus iste, & sic gens hæc coram me, dicit Dominus, & sic omnia opera manuum eorum: & quicunque appropinquauerit ibi, contaminabitur: propter munera eorum matutina, dolebunt à facie laborum suorum, & oderatis in portis arguentem.

Et nunc ponite quæso in corda vestra à die hac, & supra, antequam poneretur lapidem in templo Domini,

Qui eratis, quando mittebatis in cypselem hordei viginti sata; & fiebant decem sata hordei, & ingrediebamini in torcular, vt hauriretis quinquaginta amphoras, & fiebant viginti.

Percussi vos sterilitate, & corruptione aëris, & grandine omnia opera manuum vestrarum, & non reuerti estis ad me, dicit Dominus.

Supponite nunc corda vestra à die ista, & in futurum, à quarta & vigesima noni mensis, & à die qua fundamenta iacta sunt templi Domini: ponite in cordibus vestris;

Si cognoscetur super aream, &, si adhuc vinea, & ficus, & malogranatum, & ligna oliuæ, quæ non ferunt fructum, à die hac benedicam.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

2 *Septimo mense, vicesima & prima* eiusdem *fuit verbum Iehouæ in manu Haggai prophetæ, dicendo,*

3 *Dic nunc ad Zerubabel filium Salthiel ducem Iehudah, & ad Iehosua filium Iehosadac sacerdotem magnum, & ad residuum populi, dicendo,*

4 *Quis* est *ex vobis reliquus qui viderit domum istam in gloria sua priore, & qualem videtis eam nunc? nonne sic* est *ac si non esset in oculis vestris?*

5 *Nunc autem robora teipsum Zerubabel, dixit Iehouah, robora te quoque Iehosua fili Iehosadac sacerdos magne, & robora te vniuersa plebs terræ huius, dixit Iehouah, & operamini: quoniam vobiscum sum, dixit Iehouah exercituum.*

6 Et faciam *verbum quod pepigi vobiscum quum egrederemini ex Misraim: Spiritus quoque meus stabit in medio vestrum: ne timeatis.*

7 *Sic enim dixit Iehouah exercituum, Adhuc vnum pusillum est, & ego commouebo cælum & terram, ac mare & aridam:*

8 *Commouebóque omnes Gentes, & veniet desiderium omnium Gentium, ac replebo domum istam gloria, dixit Iehouah exercituum.*

9 *Meum est argentum, & meum est aurum, dixit Iehouah exercituum.*

10 *Maior erit gloria domus huius posterioris,* gloria *prioris, dixit Iehouah exercituum: & in loco isto dabo pacem, dixit Iedouah exercituum.*

11 *Vicesima & quarta* die mensis *noni, anno secundo Darianes fuit verbum Iehouæ in manu Haggai prophetæ, dicendo,*

12 *Sic dixit Iehouah exercituum: Interroga nunc Sacerdotes Legem, dicendo:*

13 *Si tulerit quispiam carnes sanctificatas in ora vestimenti sui, & tetigerit ora sua panem, aut pulmentum, vel vinum, aut oleum, siue quemlibet cibum, nunquid sanctificabitur? Et responderunt Sacerdotes, dixeruntque, Non.*

14 *Et dixit Haggai, Si tetigerit immundus ob cadauer humanum aliquod illorum, eritne immundum? Et responderunt sacerdotes, dixeruntque, Immundum erit.*

15 *Cœpit itaque Haggai dicere, Sic populus iste, & sic gens ista est coram me, dixit Iehouah, atque sic omne opus manuum eorum: & quicquid offerunt illic, immundum est.*

16 *Nunc igitur ponite quæso cor vestrum à die hac & suprà, antequam ponerent* operarij *lapidem super lapidem in templo Iehouæ.*

17 *Antequam essent* in eo opere, *veniebat* agricola *ad aceruum viginti* modiorum, *& erat decem* modiorum: *veniebat* quoque vinitor *ad torcular, vt hauriret quinquaginta* cados vini *è torculari, & erat viginti:*

18 *Percussi vos ariditate & rubigine, & grandine, omne opus manuum vestrarum, & non* conuertebatis *vos ad me, dixit Iehouah.*

19 *Ponite nunc cor vestrum à die ista, & suprà, à die* inquam *vicesima & quarta* mensis *noni*, hoc est *à die qua fundatum est templum Iehouæ ponite cor vestrum:*

20 *Num adhuc* est *semen in horreo ipso? præterea nondum vitis, & ficus, & malogranatum, & arbor olea protulit* fructum: *à die hac benedicam.*

Vulgat. Editio.

21 Et factum est verbum Domini secundò ad Ag-
gæum in vigesima & quarta mensis, dicens:

22 Loquere ad Zorobabel ducem Iuda, dicens : Ego
mouebo cælum pariter & terram.

23 Et subuertam solium regnorum, & conteram for-
titudinem regni Gentium : & subuertam quadri-
gam, & ascensorem eius : & descendent equi, &
ascensores eorum: vir in gladio fratris sui.

24 In die illa, dicit Dominus exercituum, assumam
te Zorobabel fili Salathiel serue meus, dicit Domi-
nus: & ponam te quasi signaculum, quia te elegi,
dicit Dominus exercituum.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

21 *Et fuit verbum Domini secundò ad Chagghai vicesima
& quarta die mensis vt diceret.*

22 *Dic ad Zerubabel ducem Iehudah, dicendo : Ego tre-
mere facio cælum, & terram.*

23 *Et subuertam solium regnorum, & disperdam forti-
tudinem regnorum gentium, & subuertam currus &
ascensores eorum, & descendent equi, & ascensores eorum,
vnusquisque gladio fratris sui.*

24 *In die illa, dixit Dominus exercituum, tollam te Ze-
rubabel fili Sealthiel serue mi, dixit Dominus, & ponam
te sicut signaculum, quia te elegi, dixit Dominus exerci-
tuum.*

Transl. ex Septuag.

Et factum est verbum Domini secundo ad Ag-
gæum prophetam quarta & vigesima mensis, di-
cens:
Dic ad Zorobabel filium Salathiel de tribu Iuda,
dicens: Ego commoueo cælum, & terram, & mare,
& aridam:
Et subuertam thronos regum, & disperdam for-
titudinem regum gentium, & subuertam currus, &
ascensores: & descendent equi, & ascensores eorum,
vnusquisque in gladio aduersus fratrem suum.
In die illa, dicit Dominus Omnipotens, assumam
te Zorobabel filium Salathiel seruum meum, dicit
Dominus, & ponam te, quasi signaculum: quia te
elegi, dicit Dominus omnipotens.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli

21 *Et fuit verbum Iehoua secundò ad Haggai vicesima &*
quarta die ipsius mensis vt diceret,
22 *Dic ad Zerubabel ducem Iehudah, dicendo, Ego com*
moturus sum cælum & terram:
23 *Et subuertam solium regnorum, ac disperdam robu*
regnorum Gentium, subuertamq́ currus & ascensores eo
rum, & descendent equi & ascensores eorum, quisque gla
dio socij sui.
24 *In die illa, dicit Iehouah exercituum, tollam te Zeru*
babel fili Sealthiel serue mi, dixit Iehouah, & ponam t
tanquam signaculum: quia te elegi, dicit Iehouah exer
cituum.

Digitized by Google

PROPHETIÆ ZACHARIÆ.

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM.

IN mense octauo in anno secundo Darij regis, factum est verbum Domini ad Zachariam, filium Barachiæ, filij Addo, prophetam, dicens:

Iratus est Dominus super patres vestros iracundia.

Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum: * Conuertimini ad me, ait Dominus exercituum: & conuertar ad vos, dicit Dominus exercituum.

Ne sitis sicut patres vestri, * ad quos clamabant prophetæ priores, dicentes: Hæc dicit Dominus exercituum: Conuertimini de vijs vestris malis, & de cogitationibus vestris pessimis: & non audierunt neque attenderunt ad me, dicit Dominus.

* Mal. 3.7.
* Isa. 21.& 31 6.& 45. 22. Ier 3. 12. Ezech. 18.30. & 20 7 & 33 11 Osee. 14 2. Ioel. 12 2

Patres vestri vbi sunt? & prophetæ numquid in sempiternum viuent?

Veruntamen verba mea, & legitima mea quæ mandaui seruis meis prophetis, numquid non comprehenderunt patres vestros, & conuersi sunt, & dixerunt: Sicut cogitauit Dominus exercituum facere nobis secundum vias nostras, & secundum adinuentiones nostras fecit nobis.

In die vigesima & quarta vndecimi mensis Sabath, in anno secundo Darij, factum est verbum Domini ad Zachariam filium Barachiæ, filij Addo, prophetam, dicens:

Vidi per noctem, & ecce vir ascendens super equum rufum, & ipse stabat inter myrteta, quæ erant in profundo: & post eum qui rufi, varij, & albi.

Et dixi: Quid sunt isti, Domine mi? & dixit ad me Angelus, qui loquebatur in me: Ego ostendam tibi quid sint hæc.

Et respondit vir, qui stabat inter myrteta, & dixit: Isti sunt, quos misit Dominus vt perambulent terram.

Et responderunt Angelo Domini, qui stabat inter myrteta, & dixerunt: Perambulauimus terram, & ecce omnis terra habitatur, & quiescit.

Et respondit Angelus Domini, & dixit: Domine exercituum vsquequò tu non misereberis Ierusalem, & vrbium Iuda, quibus iratus es? iste iam septuagesimus annus est.

Et respondit Dominus Angelo, qui loquebatur in me verba bona, verba consolatoria.

Et dixit ad me Angelus, qui loquebatur in me: Clama, dicens: Hæc dicit Dominus exercituum: * Zelatus sum Ierusalem, & Sion zelo magno.

* Inf. 8.2.

Et ira magna ego irascor super gentes opulentas: quia ego iratus sum parum, ipsi vero adiuuerunt in malum.

Propterea hæc dicit Dominus: reuertar ad Ierusalem in misericordijs: & domus mea ædificabitur in ea, ait Dominus exercituum: & perpendiculum extendetur super Ierusalem.

Adhuc, clama dicens: Hæc dicit Dominus exercituum:

PROPHETIÆ ZECHARIAH.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAPVT PRIMVM.

1 *MEnse octauo anno secundo Darianes, fuit verbum Domini ad Zechariah filium Berachiah filij Hiddo prophheta, dicendo:*

2 *Iratus est Dominus contra patres vestros iracundia.*

3 *Et dic ad eos: Sic dixit Dominus exercituum: Conuertimini ad me, dixit Dominus exercituum, & conuertar ad vos, dixit Dominus exercituum.*

4 *Ne sitis sicut patres vestri ad quos clamauerunt prophetæ priores, dicendo: Sic dixit Dominus exercituum: conuertimini nunc à vijs vestris malis, & ab operibus vestris malis, & non audierunt, neque attenderunt mihi, dixit Dominus.*

5 *Patres vestri vbi sunt? & prophetæ nunquid in sempiternum viuent?*

6 *Veruntamen verba mea, & statuta mea, quæ mandaui seruis meis prophetis, nonne comprehenderunt patres vestros, & conuersi sunt, & dixerunt: Quemadmodum cogitauit Dominus exercituum vt faceret nobis secundum vias nostras, & secundum opera nostra, sic fecit nobiscum.*

7 *Die vigesima, & quarta vndecimi mensis ipse est mensis Sebath anno secundo Darianes, fuit verbum Domini ad Zechariah filium Berechiah filij Hiddo prophetæ, dicendo:*

8 *Vidi nocte, & ecce vir equitabat super equum rufum, & stabat inter myrtos, quæ erant in profundo, & post eum erant equi rufi, varij, & albi.*

9 *Et dixi: Qui sunt ij Domine mi? & dixit ad me Angelus, qui loquebatur in me: Ego ostendam tibi qui sint isti.*

10 *Et respondit vir qui stabat inter myrtos, & dixit: Isti sunt quos misit Dominus, vt perambulent terram.*

11 *Et responderunt Angelo Domini, qui stabat inter myrtos, & dixerunt: Ambulauimus per terram, & omnis terra habitatur, & quiescit.*

12 *Et respondit Angelus Domini, & dixit: Domine exercituum, & vsquequò non misereberis Ierusalaim, & vrbium Iehudah, quibus iratus es iam septuaginta annos?*

13 *Et respondit Dominus Angelo, qui loquebatur in me verba bona, verba consolatoria.*

14 *Et dixit ad me Angelus, qui loquebatur in me: Clama dicendo: Sic dixit Dominus exercituum: Zelatus sum Ierusalaim, & Sijon zelo magno.*

15 *Et ira magna irascor contra gentes quietas, quia iratus sum parum, & ipsi auxiliati sunt in malum:*

16 *Et propterea sic dixit Dominus: Reuersus sum ad Ierusalaim in misericordijs: domus mea ædificabitur in ea, ait Dominus exercituum, & perpendiculum extendetur super Ierusalaim.*

17 *Adhuc clama dicendo: Sic dixit Dominus exercituum:*

PROPHETIÆ ZACHARIÆ.

Transl. ex Septuag.

CAPVT PRIMVM.

IN octauo mense anni secundi sub Dario, factum est verbum Domini ad Zachariam Barachiæ filium Addo prophetam, dicens:

Iratus est Dominus super patres vestros ira magna:

Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus omnipotens: Conuertimini ad me, dicit Dominus virtutum, & conuertar ad vos, dicit Dominus virtutum.

Et nolite fieri, sicut patres vestri, quos arguerunt prophetæ qui prius fuerant, dicentes: Hæc dicit Dominus omnipotens. Auertimini à vijs vestris pessimis, & ab adinuentionibus vestris malis. Et non exaudierunt, & non attenderunt, vt exaudirent me, dicit Dominus.

Patres vestri vbi sunt, & prophetæ? Numquid in sempiternum viuent?

Veruntamen sermones meos, & legitima mea suscipite, quæ ego præcipio in spiritu meo seruis meis prophetis, qui comprehenderunt patres vestros, & responderunt, & dixerunt: sicut præparatus est Dominus omnipotens, vt faceret nobis secundum vias nostras, & secundum adinuentiones nostras, sic fecit nobis.

Quarta & vigesima, vndecimo mense (hic est mensis Sabat) in secundo anno sub Dario, factus est sermo Domini ad Zachariam Barachiæ filium Addo prophetam, dicens:

Vidi nocte: & ecce vir ascendens super equum rufum: & ipse stabat inter montes vmbrosos: & post eum equi rufi, & varij, & albi.

Et dixi: Quid sunt isti Domine? Et dixit ad me Angelus, qui loquebatur in me: Ego ostendam tibi, quid sint hæc.

Et respondit vir, qui stabat inter montes, & dixit ad me: Isti sunt, quos misit Dominus, vt circuirent terram.

Et responderunt Angelo Domini, qui stabat inter montes, & dixerunt: Circuiuimus omnem terram: & ecce omnis terra habitatur, & quiescit.

Et respondit Angelus Domini, & dixit: Domine omnipotens vsquequò non misereberis Hierusalem, & vrbium Iuda, quas despexisti, hic est septuagesimus annus.

Et respondit Dominus omnipotens Angelo, qui loquebatur in me, verba bona, & sermones consolatorios.

Et dixit ad me Angelus, qui loquebatur in me: Clama, dicens: Hæc dicit Dominus omnipotens: Zelatus sum Hierusalem, & Sion zelo magno:

Et ira magna ego irascor super gentes, quæ superimpositæ sunt: pro eo quòd ego quidem iratus sum modicum: ipsi vero superimpositi sunt in mala.

Propterea hæc dicit Dominus: Conuertar ad Hierusalem in misericordia: & domus mea instaurabitur in ea, dicit Dominus omnipotens: & mensura extendetur super Hierusalem adhuc. Et dixit ad me Angelus, qui loquebatur in me:

Adhuc clama dicens: Hæc dicit Dominus omnipotens:

PROPHETIÆ ZECHARIAH.

Noua ex Hebr. Tralat. Fr. Vatabli.

CAPVT PRIMVM.

1 *MEnse octauo, anno secundo Darianes, fuit verbum Iehouæ ad Zechariah filium Berechiah filij Iddo Prophetæ, dicendo,*

2 *Iratus est Iehouah contra Patres vestros ira.*

3 *Dic itaque ad eos, Sic dicit Iehouah exercituum, Conuertimini ad me, dixit Iehouah exercituum: & conuertar ad vos, dixit Iehouah exercituum.*

4 *Ne sitis sicut Patres vestri ad quos clamauerunt Prophetæ illi priores, dicendo: Sic dicit Iehouah exercituum, Conuertimini nunc à vijs vestris malis, & ab operibus vestris malis: & non audierunt, neque attenderunt mihi, dixit Iehouah.*

5 *Patres vestri vbinam sunt? & Prophetæ illi nunquid in sempiternum viuent?*

6 *Verumtamen verba mea, & statuta mea, quæ mandaui seruis meis Prophetis, annon apprehenderunt Patres vestros? conuersi enim dixerunt, Quemadmodum cogitauerat Iehouah exercituum facere nobis secundum vias nostras & secundum opera nostra, sic fecit nobiscum.*

7 *Die vicesima quarta vndecimi mensis (is* est *mensis Sebat) anno secundo Darianes, fuit verbum Iehouæ ad Zechariah filium Berechiah filij Iddo Prophetæ, dicendo,*

8 *Vidi nocte, & ecce vir equitans super equum rufum, & idem stabat inter myrtos quæ* erant *in profundo: & post eum* erant *equi rufi, varij, & albi.*

9 *Et dixi, Quid* sibi volunt *isti, Domine mi? Dixit itaque ad me Angelus ille qui loquebatur mecum, Ego ostendam tibi quid sint isti.*

10 *Respondit autem vir ille qui stabat inter myrtos, & dixit, Hi* sunt *quos miserat Iehouah vt perambularent terram.*

11 *Et responderunt Angelo illi Iehouæ qui stabat inter myrtos, & dixerunt: Perambulauimus terram, & ecce tota terra habitatur, & quiescit.*

12 *Et respondit Angelus Iehouæ, & dixit, O Iehoua exercituum, quousque non misereberis Ierusalaim & vrbium Iehudah, quibus iratus es iam septuaginta annos?*

13 *Et respondit Iehouah Angelo illi qui loquebatur mecum verba bona, verba consolatoria.*

14 *Dixit autem ad me Angelus qui loquebatur ad me, Clama dicendo, Sic dicit Iehouah exercituum: Zelo Ierusalaim & Syon zelo magno.*

15 *At ira magna irascor contra Gentes illas quietas: nam iratus eram parum: ipsi verò adiuuerunt in malum.*

16 *Propterea sic dicit Iehouah, Reuersus sum ad Ierusalaim cum miserationibus: domus mea ædificabitur in ea, ait Iehouah exercituum: & perpendiculum extendetur super Ierusalaim.*

17 *Adhuc clama dicendo, Sic dicit Iehouah exercituum:*

Vulgata Editio.

tuum: Adhuc affluent ciuitates meæ bonis: & consolabitur adhuc Dominus Sion, & eliget adhuc Ierusalem.

18 Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce quattuor cornua.

19 Et dixi ad Angelum, qui loquebatur in me: Quid sunt hæc? & dixit ad me: Hæc sunt cornua, quę ventilauerunt Iudam, & Israel, & Ierusalem.

20 Et ostendit mihi Dominus quattuor fabros.

21 Et dixi: Quid isti veniunt facere? Qui ait, dicens: Hæc sunt cornua, quæ ventilauerunt Iudam per singulos viros, & nemo eorum leuauit caput suum: & venerunt isti deterrere ea, vt deijciant cornua gentium, quæ leuauerunt cornu super terram Iuda vt dispergerent eam.

CAP. II.

1 ET leuaui oculos meos, & vidi: & ecce vir, & in manu eius funiculus mensorum.

2 Et dixi: Quò tu vadis? Et dixit ad me: Vt metiar Ierusalem, & videam quanta sit latitudo eius, & quanta longitudo eius.

3 Et ecce Angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur, & Angelus alius egrediebatur in occursum eius.

4 Et dixit ad eum: Curre, loquere ad puerum istum, dicens: Absque muro habitabitur Ierusalem præ multitudine hominum, & iumentorum in medio eius.

5 Et ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu: & in gloria ero in medio eius.

6 O, o fugite de terra Aquilonis, dicit Dominus: quoniam in quattuor ventos cæli dispersi vos, dicit Dominus.

7 O Sion, fuge quæ habitas apud filiam Babylonis:

8 Quia hæc dicit Dominus exercituum: Post gloriam misit me ad gentes, quæ spoliauerunt vos: qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei:

9 Quia ecce ego leuo manum meam super eos, & erunt prædæ his, qui seruiebant sibi: & cognoscetis quia Dominus exercituum misit me.

10 Lauda, & lætare filia Sion: quia ecce venio, & habitabo in medio tui, ait Dominus.

11 Et applicabuntur Gentes multæ ad Dominum in die illa, & erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui: & scies quia Dominus exercituum misit me ad te.

12 Et possidebit Dominus Iudam partem suam in terra sanctificata: & eliget adhuc Ierusalem.

13 Sileat omnis caro à facie Domini: quia consurrexit de habitaculo sancto suo.

CAP. III.

1 ET ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum stantem coram Angelo Domini: & Satan stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei.

2 Et dixit Dominus ad Satan: Increpet Dominus in te Satan: & increpet Dominus in te, qui elegit Ierusalem: numquid non iste torris est erutus de igne?

3 Et Iesus erat indutus vestibus sordidis: & stabat ante faciem Angeli.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

tuum: Adhuc dispergentur habitatores ciuitatum præ bonitate: & consolabitur Dominus adhuc Sijon, & eliget adhuc Ierusalaim.

Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce quattuor cornua.

Et dixi ad Angelum qui loquebatur in me: Quid sunt hæc? & dixit ad me: Hæc sunt cornua, quæ ventilauerunt Iehudah, Israel, & Ierusalaim.

Et ostendit mihi quattuor fabros.

Et dixit: Quid isti veniunt ad faciendum? Et dixit dicendo: Ista sunt cornua, quæ ventilauerunt Iehudah, quando adhuc vir non leuauit caput suum: & venerunt isti ad terrendum eos, ad proijciendum cornua gentium, quæ leuauerunt cornu super terram Iehudah, ad ventilandum eam.

CAP. II.

ET leuaui oculos meos, & vidi: & ecce vir, & in manu eius funiculus mensura.

Et dixi: Quo vadis? Et dixit ad me: Vt metiar Ierusalaim, vt videam quanta sit latitudo eius, & quanta sit longitudo eius.

Et ecce Angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur, & Angelus alius egrediebatur in occursum eius.

Et dixit ad eum: Curre, loquere ad puerum istum, dicendo: Absque muro habitabitur Ierusalaim præ multitudine hominum, & iumentorum in medio eius.

Et ego ero ei, dixit Dominus, murus igneus in circuitu: & in gloria ero in medio eius.

O, o egredimini & fugite de terra Aquilonis, dixit Dominus: quia in quattuor ventos cæli dispersi vos, dixit Dominus.

O Sijon erue te habitatrix filia Babel:

Quia sic dixit Dominus exercituum: Post gloriam vobis pollicitam, misit me ad gentes, quæ spoliauerunt vos: qui enim tangit vos, tangit pupillam oculi eius.

Quia ecce leuo manum meam super eos, & erunt spolia seruis suis: & scietis, quod Dominus exercituum miserit me.

Lauda, & lætare filia Sijon: quia ecce veniam, & habitabo in medio tui, ait Dominus.

Et adhærebunt Gentes multæ Domino in die illa, & erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui: & scies quod Dominus exercituum miserit me ad te.

Et possidebit Dominus Iehudah partem suam super terram sanctitatis: & eliget adhuc Ierusalaim.

Sile omnis caro à facie Domini: quia surrexit de habitaculo sanctitatis suæ.

CAP. III.

ET ostendit mihi Iehosuah sacerdotem magnum stantem coram Angelo Domini, & Satan stabat ad dexteram eius, vt aduersaretur ei.

Et dixit Dominus ad Sathan: Increpet Dominus in te Sathan, & increpet Dominus in te qui elegit Ierusalaim: nonne hic est, vt torris erutus de igne?

Et Iehosuah erat indutus vestibus sordidis, & stabat coram Angelo.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

potens: Adhuc diffundentur ciuitates in bonis: & miserebitur Dominus adhuc Sion, & eliget Hierusalem.

Et leuaui oculos meos, & vidi: ecce quattuor cornua.

Et dixi ad Angelum, qui loquebatur in me: Quid sunt hæc Domine? Et dixit ad me: Hæc sunt cornua, quæ disperserunt Iudam, & Israel, & Hierusalem.

Et ostendit mihi Dominus quattuor fabros,

Et dixi: Quid isti veniunt facere? Et dixit: Hæc sunt cornua, quæ disperserunt Iudam, & Israel confregerunt: & nullus eorum leuauit caput: Et egressi sunt illi, vt exacuant ea in manibus suis, quattuor cornua, gentes, quæ leuauerunt cornu super terram Domini, vt dispergerent eam.

CAP. II.

ET leuaui oculos meos, & vidi: & ecce vir, & in manu eius funiculus geometricus.

Et dixi ad eum: Quo tu vadis? Et dixit ad me: Vt dimetiar Hierusalem, vt videam, quanta sit latitudo eius, & quanta longitudo.

Et ecce Angelus, qui loquebatur in me, stabat: & Angelus alius egrediebatur in occursum eius.

Et dixit ad eum, dicens: Curre, & loquere adolescentulo illi, dicens: Frugifere habitabitur Hierusalem, à multitudine hominum, & iumentorum in medio eius:

Et ego ero illi, dicit Dominus, murus ignis in circuitu, & in gloriam ero in medio eius.

O ò fugite de terra Aquilonis, dicit Dominus: quia de quattuor ventis cæli congregabo vos, dicit Dominus,

In Sion, saluamini, qui habitatis filiam Babylonis.

Hæc enim dicit Dominus omnipotens: Post gloriam misit me ad gentes, quæ spoliauerunt vos: quia, qui tetigerit vos; quasi qui tangat pupillam oculi eius.

Quia ecce ego infero manum meam super eos: & erunt prædæ iis, qui seruierant eis. Et cognoscetis quia Dominus omnipotens misit me.

Lætare, & gaude filia Sion: quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, dicit Dominus.

Et confugient gentes multæ ad Dominum in die illa: & erunt ei in populum, & habitabunt in medio tui: & scies, quoniam Dominus omnipotens misit me ad te.

Et possidebit Dominus Iudam parte sua in terra sancta: & eliget adhuc Hierusalem.

Timeat omnis caro à facie Domini: quoniam surrexit de nubibus sanctis suis.

CAP. III.

ET ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum stantem ante faciem Angeli Domini: & diabolus stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei.

Et dixit Dominus ad diabolum: Increpet Dominus in te diabole: & increpet in te Dominus, qui elegit Hierusalem. Nonne ecce hoc, vt torris est erutus de igne?

Et Iesus indutus erat vestibus sordidis: & stabat ante faciem angeli.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

tuum, Adhuc dispergentur vrbes meæ præ bonis: & consolabitur Iehouah adhuc Sijon, eligetq; adhuc Ierusalaim.

18 *Et leuaui oculos meos, & vidi, & ecce quatuor cornua.*

19 *Tunc dixi ad Angelum qui loquebatur mecum, Quid* sunt *hæc? Et dixit ad me, Hæc* sunt *cornua illa quæ ventilauerunt Iehudah, Israel, & Ierusalaim.*

20 *Ostendit præterea mihi Iehouah quatuor fabros.*

21 *Et dixi, Quid isti veniunt facturi? Et dixit, dicendo, Isti sunt* inquam *cornua quæ ventilauerunt Iehudah, ita vt non leuaret quisquam caput suum: venerunt autem isti, vt deterreant illa, proyciantq; cornua Gentium* illarum *quæ leuauerunt cornu super terram Iehudah vt ventilarent eam.*

CAP. II.

1 *LEuaui quoque oculos meos, & vidi: & ecce vir, in cuius manu funiculus mensuræ.*

2 *Et dixi, Quò vadis? Et dixit ad me, Vt metiar Ierusalaim, vt videam quanta* sit *latitudo eius, & quanta longitudo eius.*

3 *Et ecce, Angelus ille qui loquebatur mecum, egrediebatur, Angelusq; alius egrediebatur in occursum eius.*

4 *Et dixit ad eum, Curre, loquere ad puerum illum, dicendo,* Instar *vrbium absque muro habitabitur Ierusalaim præ multitudine hominum, & iumentorum in medio eius.*

5 *Ego quoque ero ei (dixit Iehouah) murus igneus in circuitu, & in gloriam ero in medio eius.*

6 *O ò* egredimini *& fugite de terra Aquilonis, dicit Iehouah: quia in quatuor ventos cæli dispersi vos, dicit Iehouah.*

7 *O Sijon erue te quæ habitas* cum *filia Babel:*

8 *Quia sic dicit Iehouah exercituum, Post gloriam mittet me ad Gentes quæ spoliauerunt vos: qui enim tangit vos, tangit pupillam oculi sui.*

9 *Quia en ego leuo manum meam super eos, eruntq; spolia seruis suis: & scietis quòd Iehouah exercituum miserit me.*

10 *Lauda, & lætare filia Sijon, quia ecce veniam, & habitabo in medio tui, ait Iehouah.*

11 *Et congregabuntur Gentes multæ ad Iehouam in die illa, eruntq; mihi in populum, & habitabo in medio tui:* tuncq; *cognosces quòd Iehouah exercituum miserit me ad te.*

12 *Possidebitq; Iehouah Iehudam partem suam in Terra sancta: & eliget adhuc Ierusalaim.*

13 *Sile omnis caro à conspectu Iehouæ: quia* tandem *excitabitur de habitaculo sanctitatis suæ.*

CAPVT III.

1 *OStendit autem mihi Iehosua Sacerdotem magnum stantem coram Angelo Iehouæ, & Satan stabat ad dexteram eius vt aduersaretur ei.*

2 *Dixitq; Iehouah ad Satan, Increpet Iehouah te Satan, increpet inquam Iehouah te, qui eligit Ierusalaim: nonne iste* est vt *torris erutus de igne?*

3 *Porrò Iehosua erat indutus vestibus sordidis, & stabat coram Angelo.*

Vulgat. Editio.

4 Qui respondit, & ait ad eos, qui stabant coram se, dicens: Auferte vestimenta sordida ab eo. Et dixit ad eum: Ecce abstuli à te iniquitatem tuam, & indui te mutatorijs.

5 Et dixit: Ponite cidarim mundam super caput eius. Et posuerunt cidarim mundam super caput eius, & induerunt eum vestibus: & Angelus Domini stabat.

6 Et contestabatur Angelus Domini Iesum, dicens:

7 Hæc dicit Dominus exercituum: Si in vijs meis ambulaueris, & custodiam meam custodieris; tu quoque iudicabis domum meam, & custodies atria mea, & dabo tibi ambulantes de his, qui nunc hic assistunt.

8 Audi Iesu sacerdos magne, tu & amici tui, qui habitant coram te, quia viri portendentes sunt: ecce enim ego * ADDVCAM SERVVM MEVM ORIENTEM.

* Luc. 1. 73.

9 Quia ecce lapis, quem dedi coram Iesu: super lapidem vnum septem oculi sunt: ecce ego cælabo sculpturam eius, ait Dominus exercituum: & auferam iniquitatem terræ illius in die vna.

10 In die illa, dicit Dominus exercituum, vocabit vir amicum suum subter ficum.

CAP. IIII.

1 ET reuersus est Angelus, qui loquebatur in me, & suscitauit me, quasi virum, qui suscitatur de somno suo:

2 Et dixit ad me: Quid tu vides? Et dixi: Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius super caput ipsius, & septem lucernæ super illud: & septem infusoria lucernis, quæ erant super caput eius.

3 Et duæ oliuæ super illud: vna à dextris lampadis, & vna à sinistris eius.

4 Et respondi, & aio ad Angelum, qui loquebatur in me, dicens: Quid sunt hæc, domine mi?

5 Et respondit Angelus, qui loquebatur in me, & dixit ad me: Numquid nescis quid sunt hæc? Et dixi: Non domine mi.

6 Et respondit, & ait ad me, dicens: Hoc est verbum Domini ad Zorobabel, dicens: Non in exercitu, nec in robore, sed in spiritu meo, dicit Dominus exercituum.

7 Quis tu mons magne coram Zorobabel? in planum: & educet lapidem primarium, & exæquabit gratiam gratiæ eius.

8 Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

9 Manus Zorobabel fundauerunt domum istam, & manus eius perficient eam: & scietis quia Dominus exercituum misit me ad vos.

10 Quis enim despexit dies paruos? & lætabuntur, & videbunt lapidem stanneum in manu Zorobabel. Septem isti oculi sunt Domini, qui discurrunt in vniuersam terram.

11 Et respondi, & dixi ad eum: Quid sunt duæ oliuæ istæ ad dexteram candelabri, & ad sinistram eius?

12 Et respondi secundo, & dixi ad eum: Quid sunt duæ spicæ oliuarum quæ sunt iuxta duo rostra aurea, in quibus sunt suffusoria ex auro?

13 Et ait ad me, dicens: Numquid nescis quid sunt hæc? Et dixi: Non domine mi.

14 Et dixit: Isti sunt duo filij olei qui assistunt Dominatori vniuersæ terræ.

CAP.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Et respondit, & dixit ad stantes coram se, dicendo: Remouete vestimenta sordida ab eo. Et dixit ad eum: Vide, transire feci à te iniquitatem tuam, & induere feci te mutatorijs.

Et dixi: Ponant cidarim mundam super caput eius. Et posuerunt cidarim mundam super caput eius, & induerunt eum vestibus: & Angelus Domini stabat.

Et contestabatur Angelus Domini Iehosuah, dicendo:

Sic dixit Dominus exercituum: Si in vijs meis ambulaueris, & si custodiam meam custodieris, etiam tu iudicabis domum meam, & etiam custodies atria mea, & dabo tibi viam inter stantes ipsos.

Audi nunc Iehosuah sacerdos magne, tu & amici tui, qui habitant coram te, quia viri ad portenta facienda sunt apti. ecce enim ADDVCO SERVVM MEVM GERMEN.

Quia ecce lapis quem dedi coram Iehosuah, super lapidem vnum erunt septem oculi: ecce calo cælaturam eius, dixit Dominus exercituum, & remouebo iniquitatem terræ illius, in die vna.

In die illa dixit Dominus exercituum vocabitis vnusquisque ad amicum suum subter vitem, & subter ficum.

CAP. IIII.

ET reuersus est Angelus qui loquebatur in me, & suscitauit me sicut vir è somno suo,

Et dixit ad me: Quid vides? Et dixi: Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lenticula super caput eius, & septem lucernæ eius super illud: & septem infusoria lucernis, quæ erant super caput eius.

Et duæ oliuæ super illud. Vna à dextera, & altera ad sinistram eius.

Et respondi, & dixi ad Angelum qui loquebatur in me dicendo: Quid sunt hæc domine mi?

Et respondit Angelus qui loquebatur in me, & dixit ad me: Nonne nosti quid sunt hæc? Et dixi: Non, domine mi.

Et respondit, & dixit ad me, dicendo, Hoc verbum Domini ad Zerubabel, dicendo, Non in exercitu, nec in potentia, sed in spiritu meo, dixit Dominus exercituum.

Quis tu mons magne coram Zerubabel? in planitiem: Et educet lapidem primarium, cum clamoribus, gratia, gratia ei.

Et fuit verbum Domini ad me, dicendo:

Manus Zerubabel fundauerunt domum istam, & manus eius perficient eam, & scies quòd Dominus exercituum misit me ad vos.

Quis enim despexit diem paruarum consolationum? *& lætabuntur, & videbunt lapidem stanneum in manu Zerubabel cum septem illis oculis Domini, qui sunt circumeuntes per vniuersam terram.*

Et respondi, & dixi ad eum: Quid sunt duæ oliuæ istæ, ad dexteram candelabri, & ad sinistram eius?

Et respondi secundò, & dixi ad eum: Quid sunt in medio duarum fistularum aureæ, quæ euacuant à se aurum?

Et ait ad me, dicendo: Nonne nosti quid sunt hæc? Et dixi: Non domine mi.

Et dixit: Isti sunt duo filij olei, qui stant iuxta dominatorem vniuersæ terræ.

CAP.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Et respondit, & ait ad adstantes coram facie sua, dicens: Auferte vestimenta sordida ab eo. Et dixit ad eum: Ecce abstuli iniquitates tuas. Et induite eum poderem:

Et imponite cidarim mundam super caput eius. Et circundederunt eum vestimentis. Et Angelus Domini adstabat:

Et contestabatur Angelus Domini ad Iesum, dicens:

Hæc dicit Dominus omnipotens: Si in vijs meis ambulaueris, & præcepta mea custodieris; & tu iudicabis domum meam: &, si custodieris atrium meum; & dabo tibi, qui conuersentur in medio stantium istorum:

Audi ergo Iesu sacerdos magne, tu, & proximi tui, qui sedent ante faciem: quia viri portentorum spectatores sunt: quia ecce ego adduco seruum meum Orientem:

Quia lapis, quem dedi ante faciem Iesu: super lapidem vnum septem oculi sunt. Ecce ego fodio foueam, dicit Dominus omnipotens, & contrectabo omnem iniquitatem terræ illius in die vna.

In die illo, dicit Dominus omnipotens, conuocabitis vnusquisque proximum suum subter vitem, & subter ficum.

CAP. IIII.

ET reuersus est Angelus, qui loquebatur in me: & suscitauit me, sicut suscitari solet homo de somno suo:

Et dixit ad me: Quid tu vides? Et dixi: Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas super ipsum: & septem lucernæ super illud, & septem infusoria lucernis, quæ erant super illud.

Et duæ oliuæ super illud, vna à dextris lampadis eius, & vna à sinistris.

Et interrogaui, & dixi ad Angelum, qui loquebatur in me, dicens: Quid sunt hæc Domine?

Respondítque Angelus, qui loquebatur in me, & dixit ad me, dicens: Non cognoscis, quid sunt hæc? Et dixi: Non Domine.

Et respondit, & ait ad me, dicens: Iste est sermo Domini ad Zorobabel, dicens: Non in fortitudine magna, neque in robore, sed in Spiritu meo, dicit Dominus omnipotens:

Quis es tu mons magne, qui ante faciem Zorobabel, vt corrigas? Et educam lapidem hæreditatis, æqualitatem gratiæ, gratiam eius.

Et factus est sermo Domini ad me, dicens:

Manus Zorobabel fundauerunt domum istam: & manus eius complebunt eam. Et scies, quoniam Dominus omnipotens misit me ad te.

Quis enim despexit in dies paruos? Et lætabuntur, & videbunt lapidem stanneum in manu Zorobabel. Septem isti sunt oculi, qui respiciunt super omnem terram.

Et respondi, & dixi ad eum: Quid sunt duæ oliuæ istæ, quæ à dextris candelabri, & à sinistris?

Et interrogaui secundo, & dixi ad eum: Quid sunt duo rami oliuarum, qui sunt in manibus duarum narium aurearum, quæ infundunt, & retrahunt suffusoria aurea?

Et dixit ad me: Non nosti, quid sunt hæc? Et dixi: Nequaquam Domine.

Et ait: Isti duo filii pinguedinis assistunt Domino vniuersæ terræ.

Noua ex Hebr. Tralat. Fr. Vatabli.

4 *Et loquutus est, & dixit ad eos qui stabant coram se, dicendo, Auferte vestimenta illa sordida ab eo. Et dixit ad eum, Vide Transire feci à te iniquitatem tuam, & induit eum* mutatorijs vestibus.

5 *Tunc dixi, Imponant cidarim mundam super caput eius, imposuerunt itaque cidarim mundam super caput eius, &* iam *induerant eum vestibus: Angelus autem Iehouæ stabat.*

6 *Et contestatus est Angelus Iehouæ ipsum Iehosua, dicendo,*

7 *Sic dicit Iehouah exercituum, Si in vijs meis ambulaueris, & si custodiam meam custodieris, etiam tu iudicabis domum meam, quum etiam custodies atria mea, daboque tibi vias inter hostes astantes,*

8 *Audi nunc Iehosua sacerdos magne, tu & amici tui qui habitant coram te, quia viri prodigiorum sunt: ecce enim adduco seruum meum* nomine *Germen.*

9 *Quia ecce lapis ille quem dedi coram Iehosua, super quem vnum* erunt *septem oculi: en ego calabo calaturam eius, dicit Iehouah exercituum, auferamque iniquitatem ipsius terræ in die vna.*

10 *In die illa, dicit Iehouah exercituum, vocabitis quisque sodalem suum subter vitem, & subter ficum.*

CAP. IIII.

1 *REuersus est autem Angelus qui loquebatur mecum, & excitauit me tanquam virum qui excitatus à somno suo.*

2 *Dixitque ad me, Quid vides? Et respondi, Video, & ecce candelabrum aureum totum, & lenticula super caput eius, septemque lucernæ eius super illud: septem* inquam sunt, *& septem infusoria lucernis ipsis quæ* sunt *super caput illius.*

3 *Duæ quoque oliuæ* sunt *super illud: vna à dextera ipsius lenticulæ, & altera ad sinistram eius.*

4 *Tunc respondi, & dixi ad Angelum illum qui loquebatur mecum, dicendo, Quid* sibi volunt *hæc, domine mi?*

5 *Respondit autem Angelus ille qui loquebatur mecum, dixitque mihi, Nostine quid sint hæc? Et dixi, Non, domine mi.*

6 *Tunc respondit, & dixit ad me, dicendo, Hoc* est *verbum Iehouæ ad Zerubabel, dicendo, Non virtute vlla, nec potentia* hoc fiet, *sed Spiritu meo, dixit Iehouah exercituum.*

7 *Quis tu ò mons magne coram Zerubabel? in planitiem* eris: *educetque lapidem primarium* cum *acclamationibus* huiusmodi, *Gratia, gratia* inquam *illi.*

8 *Fuit itaque verbum Iehouæ ad me, dicendo.*

9 *Manus Zerubabel fundauerunt domum istam, manusque eius perficient* eam: *& cognosces quòd Iehouah exercituum miserit me ad vos.*

10 *Quis enim despexit diem paruarum* consolationum? *lætabuntur autem quum videbunt lapidem stanneum in manu Zerubabel. illa* sunt *septem oculi Iehouæ circumeuntes per vniuersam terram.*

11 *Et loquutus sum, & dixi ad eum, Quid* sunt *duæ oliuæ istæ ad dexteram ipsius candelabri, & ad sinistram eius?*

12 *Et loquutus sum secundò, & dixi ad eum, Quid* sunt *duæ illæ spicæ oliuarum quæ* sunt *in medio duarum ampullarum aurearum, quæ effundunt ex se* oleum coloris *auri?*

13 *Dixit autem ad me, dicendo, Nostine quid* sint *hæc? Et dixi, Non, domine mi.*

14 *Tunc dixit, Isti* sunt *duo illi filij olei, qui stant iuxta Dominatorem vniuersæ terræ.*

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

CAP. V.

ET conuersus sum,& leuaui oculos meos:& vidi,
& ecce volumen volans.
Et dixit ad me: Quid tu vides? Et dixi:Ego video
volumen volans:longitudo eius viginti cubitorum,
& latitudo eius decem cubitorum.

Et dixit ad me:Hæc est maledictio,quæ egreditur
super faciem omnis terræ: quia omnis fur, sicut ibi
scriptum est,iudicabitur:& omnis iurans, ex hoc si-
militer iudicabitur.
Educam illud,dicit Dominus exercituum: & ve-
niet ad domum furis,& ad domum iurantis in no-
mine meo mendaciter: & commorabitur in medio
domus eius,& consumet eam,& ligna eius,& lapides
eius.
Et egressus est Angelus, qui loquebatur in me:&
dixit ad me: Leua oculos tuos, & vide quid est hoc,
quod egreditur.
Et dixi: Quidnam est? Et ait: Hæc est amphora
egrediens.Et dixit:Hæc est oculus eorum in vniuer-
sa terra.
Et ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mu-
lier vna sedens in medio amphoræ.
Et dixit:Hæc est impietas. Et proiecit eam in me-
dio amphoræ,& misit massam plumbeam in os eius.

Et leuaui oculos meos,& vidi:& ecce duæ mulie-
res egredientes,& spiritus in alis earum,& habebant
alas quasi alas milui,& leuauerunt amphoram inter
terram,& cælum.
Et dixi ad Angelum, qui loquebatur in me: Quò
istæ deferunt amphoram?
Et dixit ad me: Vt ædificetur ei domus in terra
Sennaar, & stabiliatur, & ponatur ibi super basem
suam.

CAP. VI.

ET conuersus sum,& leuaui oculos meos,& vidi:
& ecce quattuor quadrigæ egredientes de medio
duorum montium:& montes,montes ærei.

In quadriga prima equi rufi,& in quadriga secun-
da equi nigri.
Et in quadriga tertia equi albi, & in quadriga
quarta equi varij,& fortes.
Et respondi, & dixi ad Angelum, qui loquebatur
in me:Quid sunt hæc,domine mi?
Et respondit Angelus,& ait ad me: Isti sunt quat-
tuor venti cæli qui egrediuntur, vt stent coram Do-
minatore omnis terræ.
In qua erant equi nigri, egrediebantur in terram
Aquilonis:& albi egressi sunt post eos:& varij egres-
si sunt ad terram Austri.
Qui autem erant robustissimi,exierunt,& quære-
bant ire,& discurrere per omnem terram. Et dixit:
Ite,perambulate terram:& perambulauerunt terram.

Et vocauit me, & locutus est ad me, dicens: Ecce
qui egrediuntur in terram Aquilonis, requiescere
fecerunt spiritum meum in terra Aquilonis.

Et factum est verbum Domini ad me,dicens:
Sume à transmigratione ab Holdai,& à Tobia, &
ab Idaia, & venies tu in die illa, & intrabis domum
Iosiæ,filij Sophoniæ,qui venerunt de Babylone.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. V.

1 *ET conuersus sum, & leuaui oculos meos, & vidi, &*
& ecce volumen volabat.
2 *Et dixit ad me: Quid vides? Et dixi: Video volumen*
volans: longitudo eius viginti cubitorum, & latitudo eius
decem cubitorum.

3 *Et dixit ad me: Hæc est maledictio quæ egredietur super*
faciem vniuersæ terræ. Quia omnis fur sicut scriptum est
ex vna parte ipsius succisus est, & omnis iurans sicut scri-
ptum est ex altera parte ipsius similiter succisus est.
4 *Educere feci illam, dixit Dominus exercituum, & ve-*
niet ad domum furis, & ad domum iurantis in nomine
meo mendaciter, & commorabitur in medio domus eius, &
consumet eam, & ligna eius, ac lapides eius.

5 *Et egressus est Angelus qui loquebatur in me, & dixit*
ad me: Leua nunc oculos tuos, & vide quid est egrediens
hoc.
6 *Et dixi: Quid est? Et dixit: Hæc est mensura egrediens, &*
dixit: Hæc est oculus eorum in vniuersa terra.

7 *Et ecce talentum plumbi portabatur, & mulier vna*
sedebat in medio mensuræ.
8 *Et dixit: Hæc est impietas, & proiecit eam in medium*
mensuræ, & proiecit lapidem plumbeum in os eius.

9 *Et leuaui oculos meos, & vidi, & ecce duæ mulieres*
egrediebantur, & spiritus erat in alis earum, & eis erant
alæ sicut alæ ciconiæ, & leuauerunt mensuram inter ter-
ram, & cælum.
10 *Et dixi ad Angelum qui loquebatur in me: Quò istæ*
ambulare faciunt mensuram?
11 *Et dixit ad me vt ædific[illegible]i domus in terra Simhar,*
& præparetur ibi super basem suam.

CAP. VI.

1 *ET conuersus sum, & leuaui oculos meos, & vidi: &*
ecce quattuor quadrigæ egrediebantur inter duos
montes, & montes erant montes ærei.

2 *In quadriga prima erant equi rufi, & in quadriga se-*
cunda equi nigri.
3 *Et in quadriga tertia equi albi, & in quadriga quar-*
ta equi varij fortes.
4 *Et respondi, & dixi ad Angelum qui loquebatur in me:*
Quid sunt hæc, Domine mi?
5 *Et respondit Angelus, & ait ad me: Isti sunt quattuor*
venti cæli qui egrediuntur à loco vbi stabant coram Do-
minatore vniuersæ terræ.
6 *Quadriga in qua erant equi nigri egrediebatur ad*
terram Aquilonis: & equi albi egressi sunt post eos: & va-
rÿ egressi sunt ad terram Austri.
7 *Et fortes egressi sunt, & quærebant vt irent per ter-*
ram. Et dixit: Ite, ite per terram, & ambulauerunt per
terram.

8 *Et vocauit me, & locutus est ad me, dicendo: Vide, qui*
egrediuntur ad terram Aquilonis requiescere fecerunt
spiritum meum in terra Aquilonis.

Et fuit verbum Domini ad me, dicendo:
9 *Accipe à transmigratione à Cheldai & à Thobiah, &*
10 *Iedabiah: & venies in die illa, & intrabis domum Iosy-*
ahu filij Sephaniah, qui venerunt de Babel.

Transl. ex Septuag.

CAP. V.

ET conuersus sum, & leuaui oculos meos: & vidi, & ecce falx volans.

Et dixit ad me: Quid tu vides? Et dixi: Ego video falcem volantem longitudinis cubitorum viginti, & latitudinis cubitorum decem.

Et dixit ad me: Hæc est maledictio, quæ egreditur super faciem omnis terræ: quia omnis fur ex hoc vsque ad mortem punietur, & omnis periurus ex hoc cruciabitur.

Et educam illud, dicit Dominus omnipotens, & ingredietur in domum furis, & in domum iurantis nomine meo super mendacio: & requiescet in medio domus eius, & consummabit eam, & ligna eius, & lapides eius.

Et egressus est Angelus qui loquebatur in me, & dixit ad me: Suspice oculis tuis, & vide hoc, quod egreditur.

Et dixi: Quid est? Et ait: Hæc est mensura, quæ egreditur. Et ait: Hæc est iniquitas eorum in omni terra.

Et ecce talentum plumbi eleuatum: & ecce mulier vna sedebat in medio mensuræ.

Et dixit: Hæc est iniquitas. Et proiecit eam in medium mensuræ: & proiecit lapidem plumbi in os eius.

Et leuaui oculos meos, & vidi & ecce duæ mulieres egredientes, & spiritus in alis earum: & ipsæ habebant alas vpupæ. Et eleuauerunt mensuram inter terram & cælum.

Et dixi ad Angelum, qui loquebatur in me: Quò istæ deferunt mensuram?

Et dixit ad me: Vt ædificent ei domus in terra Babylonis, & præparent, & ponant eam ibi super præparationem suam.

CAP. VI.

ET conuersus sum, & leuaui oculos meos, & vidi: & ecce quattuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium: & montes erant montes ænei.

In quadriga prima equi rufi: & in quadriga secunda equi nigri:

Et in quadriga tertia equi albi, & in quadriga quarta equi varij, sturnini.

Et respondi, & dixi ad Angelum, qui loquebatur in me: Quid sunt hæc Domine?

Et respondit Angelus, qui loquebatur in me, & dixit: Hi sunt quattuor venti cæli: & qui egrediuntur, vt assistant Domino omnis terræ.

In quo erant equi nigri, egrediebantur super terram Aquilonis: & albi egrediebantur post eos: & varij exibant in terram Austri:

Et sturnini egrediebantur, & considerabant, vt irent circuire terram. Et dixit: Ite, & circuite terram.

Et clamauit, & loquutus est ad me, dicens: Ecce, qui egrediuntur super terram Aquilonis, requiescere fecerunt furorem meum in terra Aquilonis.

Et factus est sermo Domini ad me, dicens:

Accipe, quæ de captiuitate sunt, à principibus, & ab vtilibus eius, & ab ijs, qui cognouerunt eam: & ingrederis tu in die illa in domum Iosiæ filij Sophoniæ, qui venit de Babylone.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAP. V.

1 COnuersus sum autem, & leuaui oculos meos, atque
aspexi: & ecce volumen volabat.
2 Dixitque mihi, Quid vides? Cui respondi, Video volumen volans: longitudo eius viginti cubitorum, & latitudo
eius decem cubitorum.
3 Et dixit ad me, Hæc est maledictio illa quæ egressura est
super faciem vniuersæ terræ: nam omnis fur (sicut scriptũ est ex vna parte ipsius) succisus est: & omnis iurans
(sicut scriptum est ex altera parte ipsius) succisus est.
4 Educam illam, dixit Iehouah exercituum, venietque
ad domum ipsius furis, & ad domum iurantis in nomine
meo mendaciter, & commorabitur in medio domus eius,
consumetque eam, & ligna eius, ac lapides eius.
5 Egressus est autem Angelus ille qui loquebatur mecum,
& dixit ad me, Leua nunc oculos tuos, & vide quid sit
hoc quod egreditur.
6 Et dixi, Quidnam est? Qui respondit, Hæc est amphora
egrediens. Addiditque, Hæc est oculus eorum in vniuersa
terra.
7 Et ecce talentum plumbi portabatur, & cum ipso
mulier vna sedebat in medio eius amphoræ.
8 Dixitque Angelus, Hæc est impietas illa. proiecit itaque
eam Deus in medium amphoræ, & coniecit lapidem
plumbeum in os eius.
9 Leuaui quoque oculos meos, & aspexi: & ecce duæ mulieres egrediebantur, ventusque erat in alis earum: erant
autem illis alæ similes alis ciconiæ, & leuauerunt amphoram illam inter terram & cælum.
10 Dixique ad Angelum illum qui loquebatur mecum,
Quònam istæ deducunt amphoram?
11 Qui respondit mihi, Vt ædificetur ei domus in terra
Sinhar, præpareturque habitatio eius, ac constituatur illic
super basem suam.

CAP. VI.

1 COnuersus autem leuaui oculos meos, & aspexi: &
ecce quatuor quadrigæ egrediebantur inter duos
montes: montes autem illi erant montes ærei.
2 In quadriga erant equi rufi, & in quadriga secunda
equi nigri.
3 In quadriga autem tertia equi albi, & in quadriga
quarta equi varij, fortes.
4 Tunc cœpi dicere ad Angelum qui loquebatur mecum,
Quid sibi volunt hæc, Domine mi?
5 Et respondit Angelus ille, & ait ad me, isti sunt quatuor venti cæli qui egrediuntur à loco vbi stabant coram
Dominatore vniuersæ terræ.
6 Quadriga in qua erant equi nigri, egrediebantur ad
terram Aquilonis: & equi albi egressi sunt post illos: varij
autem egressi sunt ad terram Austri:
7 Fortes quoque egressi sunt, & quærebant vt irent ad
perambulandum per terram. dixitque Deus, ite, perambulate terram. perambulauerunt itaque terram.
8 Vocauit autem me, & loquutus est ad me, dicendo. Vide, qui egrediuntur ad terram Aquilonis, quiescere fecerunt Spiritum meum in terra Aquilonis.
9 Et fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,
10 Accipe ab his qui reuersi sunt de transmigratione,
nempe ab Heldai, & à Tobijah, & à Iedaiah: veniesque tu
in die illa, ac ingredieris domum Iosiiah filij Sephaniah,
qui reuersi sunt de Babel.

Vulgata Editio.

11 Et sumes aurum,& argentum : & facies coronas,
& pones in capite Iesu filij Iosedec sacerdotis magni.

*Luc. 1. 78.

12 Et loqueris ad eum, dicens : Hæc ait Dominus
exercituum,dicens: *ECCE VIR ORIENS NOMEN EIVS, & subter eum orietur, & ædificabit templum Domino.

13 Et ipse extruet templum Domino : & ipse portabit gloriam & sedebit,& dominabitur super solio suo:& erit sacerdos super solio suo,& consilium pacis erit inter illos duos.

14 Et coronæ erunt Helem , & Tobiæ , & Idaiæ , &
Hem,filio Sophoniæ,memoriale in templo Domini.

15 Et qui procul sunt,venient,& ædificabunt in templo Domini : & scietis quia Dominus exercituum misit me ad vos. Erit autem hoc,si ex auditu audieritis vocem Domini Dei vestri.

CAP. VII.

1 ET factum est in anno quarto Darij regis,factum
est verbum Domini ad Zachariam , in quarta mensis noni,qui est Chasleu.

2 Et miserunt ad domum Dei Sarasar, & Rogommelech, & viri, qui erant cum eo ad deprecandam faciem Domini:

3 Vt dicerent sacerdotibus domus Domini exercituum, & prophetis loquentes : numquid flendum est mihi in quinto mense,vel sanctificare me debeo, sicut iam feci multis annis?

4 Et factum est verbum Domini exercituum ad
me dicens:

*Isa. 58. 5.

5 Loquere ad omnem populum terræ , & ad sacerdotes, dicens : * Cum ieiunaretis, & plangeretis in quinto & septimo per hos septuaginta annos:numquid ieiunastis mihi?

6 Et cum comedistis, & bibistis,numquid non vobis comedistis,& vobilmetipsis bibistis?

7 Nunquid non sunt verba, quæ loquutus est Dominus in manu prophetarum priorum,cum adhuc Ierusalem habitaretur, & esset opulenta, ipsa & vrbes in circuitu eius,& ad Austrum,& in campestribus habitaretur?

8 Et factum est verbum Domini ad Zachariam,
dicens:

9 Hæc ait Dominus exercituum dicens: Iudicium verum iudicate, & misericordiam, & miserationes facite,vnusquisque cum fratre suo.

*Ex. 22. 22. Isai. 1. 23. Ier. 51. 28.

10 * Et viduam,& pupillum,& aduenam, & pauperem nolite calumniari : & malum viri fratri suo non cogitet in corde suo.

11 Et noluerunt attendere , & auerterunt scapulam recedentem , & aures suas aggrauauerunt ne audirent.

12 Et cor suum posuerunt vt adamantem ne audirent legem, & verba quæ misit Dominus exercituum in spiritu suo per manum prophetarum priorum:& facta est indignatio magna à Domino exercituum.

13 Et factum est sicut locutus est, & non audierunt: sic clamabunt , & non exaudiam , dicit Dominus exercituum.

14 Et dispersi eos per omnia regna,quæ nesciunt : & terra desolata est ab eis, eo quod non esset transiens & reuertens: & posuerunt terram desiderabilem in desertum.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

Et sumes argentum & aurum , & facies coronas, & pones in capite Iehosuah filij Iehosadac sacerdotis magni.

Et dices ad eum dicendo : Sic dixit Dominus exercituum dicendo:ECCE VIR GERMEN NOMEN EIVS, & subter germinabit,& ædificabit templum Domini.

Et ipse extruet templum Domini, & ipse portabit gloriam,& sedebit , & dominabitur solio eius:& erit sacerdos coram solio eius,& consilium pacis erit inter vtrumque.

Et corona erunt Chelem, & Thobiah, & Iedaiah, & Chen fil.o Sephaniah in memoriale in templo Domini.

Et longinqui venient , & ædificabunt in templo Domini:& scietis quòd Dominus exercituum miserit me ad vos. Et erit hoc, si audiendo audieritis voci Domini Dei vestri.

CAP. VII.

ET fuit anno quarto Dariaues regis, fuit verbum Domini ad Zechariah , quarta die mensis noni Chisleu:

Posteaquam captiuitas misit in Bethel Sarefer,& Reghemmelech , & viros eius ad orandum faciem Domini.

Vt dicerent ad sacerdotes qui erant in domo Domini exercituum, & prophetas dicendo:nunquid flebo in mense quinto separando me à cibis , quemadmodum feci iam tot annis?

Et fuit verbum Domini exercituum ad me,dicendo.

Dic ad omnem populum terræ, & ad sacerdotes dicendo: Cum ieiunaretis & plangeretis in quinta & septima die iam septuaginta annis , nunquid ieiunium ieiunastis propter me?

Et quando comeditis, & bibitis nonne propter vos comeditis & bibitis?

Nonne verba quæ prædicauit Dominus per manum prophetarum priorum , quum Ierusalaim habitaret confidenter, & esset quieta, & vrbes eius in circuitu eius, & pars meridiana atque campestris habitaretur?

Et fuit verbum Domini ad Zechariah,dicendo:

Sic dicit Dominus exercituum dicendo : Iudicium verum iudicate,& misericordiam, & miserationes facite, vnusquisque cum fratre suo.

Et viduam, & pupillum, & pauperem ne opprimatis, & malum vnusquisque de fratre suo,ne cogitetis in corde vestro.

Et renuerunt attendere , & dederunt scapulam auersam,aures suas aggrauauerunt,ne audirent.

Et cor suum posuerunt vt adamantem,ne audirent legem,& verba quæ misit Dominus exercituum spiritu suo per manum prophetarum priorum : & fuit ira magna à Domino exercituum.

Et fuit quemadmodum prædicauit, & non audierunt, sic clamabunt,& non exaudiam, dixit Dominus exercituum.

Et dispersi eos in omnes gentes quas nescierunt: & terra desolata est post eos,& posuerunt terram desiderabilem in desolationem.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

11 Et accipies argentum, & aurum, & facies coronas, & impones super caput Iesu Iosedec sacerdotis magni:

12 Et dices ad eum: Hæc dicit Dominus Omnipotens: Ecce vir, Oriens nomen eius: & subter eum orietur:

13 Et ædificabit domum Domini: & ipse accipiet virtutem, & sedebit, & imperabit super throno suo: Et erit sacerdos à dextris eius: & consilium pacis erit inter vtrosque.

14 Corona autem erit expectantibus, & vtilibus eius, & qui cognouerunt eam, & in gratiam filij Sophoniæ, & in Psalmum in domo Domini.

15 Et qui longe sunt ab eis: venient, & ædificabunt in domo Domini. Et scietis, quia Dominus Omnipotens misit me ad vos. Et erit, si exaudientes exaudieritis vocem Domini Dei vestri.

CAP. VII.

1 ET factum est in quarto anno sub Dario rege: factus est sermo Domini ad Zachariam quarta die mensis noni, qui est Chasleu.

2 Et misit in Bæthel, Sarasar, & Arbeseer rex, & viri eius ad deprecandum Dominum,

3 Dicens ad sacerdotes, qui in domo Domini omnipotentis, & ad prophetas dicens: Ingressa est huc in mense quinto sanctificatio, iuxta quod fecit iam annis pluribus.

4 Et factus est sermo Domini virtutum ad me, dicens:

5 Dic ad omnem populum terræ, & ad sacerdotes, dicens: Si ieiunatis, & plangitis in quintis, aut septimis, & ecce septuaginta anni: nunquid ieiunium ieiunastis mihi?

6 Et si comeditis, aut bibitis: nonne vos comeditis, & bibitis?

7 Nunquid non ista sunt verba, quæ loquutus est Dominus in manibus prophetarum, qui fuerunt prius, quãdo Hierusalem habitabatur, & erat abundans, & ciuitates eius per circuitum, & montana, & campestria habitabantur?

8 Et factus est sermo Domini ad Zachariam, dicens:

9 Hæc dicit Dominus omnipotens: Iudicium iustum iudicate: & misericordiam, & miserationem facite vnusquisque ad fratrem suum:

10 Et viduam, & pupillum, & aduenam, & pauperem non opprimatis: & malitiæ vnusquisque fratris sui nolite meminisse in cordibus vestris.

11 Et noluerunt attendere, & dederunt dorsum contemnens: & aures suas aggrauauerunt, vt non audirent:

12 Et cor suum posuerunt inobediens, vt non audirent legem meam, & verba, quæ misit Dominus omnipotens in spiritu suo in manibus prophetarum priorum. Et facta est ira magna à Domino omnipotente.

13 Et erit, sicut dixit, & non audierunt: sic clamabunt, & non exaudiam, dicit Dominus omnipotens.

14 Et eijciam eos in omnes gentes, quas ignorauerunt: & terra desolabitur post eos à perambulante, & à reuertente. Et posuerunt terram electam in solitudinem.

Noua ex Heb Tralat. Fr. Vatabli.

11 *Accipe inquam argentum & aurum, & fac coronas, & impone capiti Iehosua filij Iehosadac sacerdotis magni:*

12 *Dicesq́ ad eum in hunc modum, Sic dicit Iehouah exercituum, dicendo, Ecce vir, Germen nomen eius, & de loco suo germinabit, & ædificabit templum Iehoua.*

13 *Ipse inquam extruet templum Iehoua, & idem portabit gloriam, sedebitq́, ac dominabitur in solio suo: erit quoque Sacerdos in solio suo, & consilium pacis erit inter vtrumque.*

14 *Porrò corona erunt ipsi Helem, & Tobijah, & Iedaiah, & ipsi Hen filio Sephaniah in memoriale in templo Iehoua.*

15 *Remoti quoque venient, & ædificabunt in templo Iehoua: ac cognoscetis quòd Iehouah exercituum miserit me ad vos: &* ita *erit, si audiendo audieritis vocem Iehoua Dei vestri.*

CAP. VII.

1 F*Vit autem anno quarto Darianes Regis, fuit* inquam *verbum Iehoua ad Zachariah, quarta* die *mensis noni qui est Chisleu:*

2 *Posteàquam* captiuitas *misisset* ad *templum Dei, Saraeser & Regem-melech, & viros eius ad deprecandum faciem Iehoua:*

3 *Dicerentq́ ad Sacerdotes qui* erant *in domo Iehoua exercituum, & ad Prophetas ipsos in hunc modum, Flebóne* adhuc *mense quinto separando me* à cibis, *quemadmodum feci iam tot annis?*

4 *Fuit inquàm verbum Iehoua exercituum ad me, dicendo,*

5 *Dic ad vniuersum populum huius regionis, & ad Sacerdotes, ad hunc modum, Quum ieiunastis, & planxistis in quinto mense, & septimo, idque* iam *septuaginta annis, nunquid ieiunium ieiunastis propter me?* præcepine *ego?*

6 *Et quando comeditis aut bibitis, nonne* propter *vos comeditis & propter vos bibitis?*

7 *Nonne* hæc sunt *verba quæ prædicauit Iehouah per manum Prophetarum priorum, quum* adhuc *Ierusalem habitaret* confidenter, *&* esset *quieta, vrbes quoque eius illi circumstantes, & pars Meridiana* ac *planities habitaretur?*

8 *Fuit itaque verbum Iehoua ad Zachariah, dicendo,*

9 *Sic dicit Iehouah exercituum, dicendo, Iudicium verum iudicate, & misericordiam ac miserationes facite quisque cum fratre suo.*

10 *Viduamque & pupillum, aduenam & pauperem ne opprimatis: præterea malum quisque fratris sui ne cogitetis in corde vestro.*

11 *Et renuerunt attendere, & dederunt scapulam auersam, aures quoque suas aggrauauerunt ne audirent:*

12 *Et cor suum posuerunt* vt *adamantem, ne audirent Legem ipsam, & verba illa quæ miserat Iehouah exercituum in Spiritu suo per manum Prophetarum priorum: vnde facta est ira magna à Iehoua exercituum.*

13 *Eueniťq́, vt quemadmodum clamaueram, & non audierant: sic clamabunt, & non exaudiam, dicit Iehouah exercituum.*

14 *Et* quasi *turbine dispersi eos in omnes Gentes illas quas non nouerant: terra quoque ipsa desolata fuit post eos, ita vt nemo illac transiret, aut reuerteretur, posueruntq́ terram desiderabilem in desolationem.*

Vulgat. Editio.

CAP. VIII.

ET factum est verbum Domini exercituum, dicens:
Hæc dicit Dominus exercituum: Zelatus sum Sion zelo magno, & indignatione magna zelatus sum eam,
Hæc dicit Dominus exercituum: Reuersus sum ad Sion, & habitabo in medio Ierusalem: & vocabitur Ierusalem Ciuitas veritatis, & Mons Domini exercituum mons sanctificatus.
Hæc dicit Dominus exercituum: Adhuc habitabunt senes, & anus in plateis Ierusalem, & viri baculus in manu eius præ multitudine dierum.
Et plateæ ciuitatis complebuntur infantibus, & puellis ludentibus in plateis eius.
Hæc dicit Dominus exercituum: Si videtur difficile in oculis reliquiarum populi huius in diebus illis, numquid in oculis meis difficile erit, dicit Dominus exercituum?
Hæc dicit Dominus exercituum: Ecce ego saluabo populum meum de terra Orientis, & de terra Occasus solis.
Et adducam eos, & habitabunt in medio Ierusalem: & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum in veritate, & in iustitia.
Hæc dicit Dominus exercituum: Confortentur manus vestræ, qui auditis in his diebus sermones istos per os prophetarum in die, qua fundata est domus Domini exercituum, vt templum ædificaretur.
Siquidem ante dies illos merces hominum non erat, nec merces iumentorum erat, neque introeunti neque exeunti erat pax præ tribulatione: & dimisi omnes homines, vnumquemque contra proximum suum.
Nunc autem non iuxta dies priores ego faciam reliquiis populi huius, dicit Dominus exercituum,
Sed semen pacis erit: vinea dabit fructum suum, & terra dabit germen suum, & cæli dabunt rorem suum: & possidere faciam reliquias populi huius vniuersa hæc.
Et erit: sicut eratis maledictio in Gentibus, domus Iuda, & domus Israel: sic saluabo vos, & eritis benedictio: nolite timere, confortentur manus vestræ.
Quia hæc dicit Dominus exercituum: Sicut cogitaui vt affligerem vos, cum ad iracundiam prouocassent patres vestri me, dicit Dominus,
Et non sum misertus: sic conuersus cogitaui in diebus istis vt benefaciam domui Iuda, & Ierusalem: nolite timere.
Hæc sunt ergo verba, quæ facietis: * Loquimini veritatem, vnusquisque cum proximo suo: veritatem, & iudicium pacis iudicate in portis vestris. (* Eph. 4.25.)
Et vnusquisque malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris: & iuramentum mendax ne diligatis: omnia enim hæc sunt, quæ odi, dicit Dominus.
Et factum est verbum Domini exercituum ad me, dicens:
Hæc dicit Dominus exercituum: Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi erit domui Iuda in gaudium, & lætitiam, & in solemnitates præclaras: veritatem tantum, & pacem diligite.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. VIII.

1 *ET fuit verbum Domini exercituum ad me, dicendo:*
2 *Sic dixit Dominus exercituum: Zelatus sum Sijon zelo magno, & ira magna Zelatus sum eam.*
3 *Sic dixit Dominus: Reuersus sum ad Sijon, & habitabo in medio Ierusalaim: & vocabitur Ierusalaim Ciuitas veritatis, & mons Domini exercituum, mons sanctus.*
4 *Sic dixit Dominus exercituum: Adhuc habitabunt senes, & anus in plateis Ierusalaim, & viro erit baculus in manu præ multitudine dierum.*
5 *Et plateæ ciuitatis implebuntur pueris, & puellis ludentibus in plateis eius.*
6 *Sic dixit Dominus exercituum: Si difficile erit in oculis residui populi huius, in diebus illis, nunquid etiam in oculis meis difficile erit, dixit Dominus exercituum?*
7 *Sic dixit Dominus exercituum: Ecce saluum facio populum meum de terra Orientis, & de terra Occasus solis.*
8 *Et adducam eos, & habitabunt in medio Ierusalaim: & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum in veritate, & iustitia.*
9 *Sic dixit Dominus exercituum: Confortentur manus vestræ, qui auditis in diebus istis verba hæc de ore prophetarum, quia in die qua fundata est domus Domini exercituum, qua cœpit templum ædificari.*
10 *Quia ante dies hos merces hominis non fuit, & merces animalis non fuit, & exeunti, & introeunti non erat pax præ angustia: & effudi omnes homines, vnumquemque in proximum suum.*
11 *Nunc autem, non iuxta dies priores faciam residuo populi huius, dixit Dominus exercituum,*
12 *Sed semen pacis erit: vitis dabit fructum suum, & terra dabit fructum suum, & cœli dabunt rorem suum, & possidere faciam residuum populi huius vniuersa hæc.*
13 *Et erit, sicut eratis maledictio in Gentibus domus Iehudah, & domus Israel: sic seruabo vos, & eritis benedictio: Ne timeatis, confortentur manus vestræ.*
14 *Quia sic dixit Dominus exercituum: Quemadmodum cogitaui vt male facerem vobis, cum irasci fecerunt patres vestri me, dixit Dominus exercituum.*
15 *Et non misertus sum: sic conuersus sum, cogitaui in diebus istis benefacere Ierusalaim, & Iehudah, ne timeatis.*
16 *Hæc sunt quæ facietis: Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo: veritatem, & iudicium pacis iudicate in portis vestris.*
17 *Et vnusquisque malum proximi sui ne cogitetis in cordibus vestris, & iuramentum mendax, ne diligatis. Omnia enim hæc sunt quæ odi, dixit Dominus.*
18 *Et fuit verbum Domini exercituum ad me, dicendo:*
19 *Sic dixit Dominus exercituum: Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi, erit domui Iehudah in gaudium, & in lætitiam, & in solemnitates præclaras: veritatem autem, & pacem diligite.*

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

Hæc dicit Dominus omnipotens: Adhuc venient populi multi, & habitatores vrbium multarum:

Et congregabuntur, qui habitant quinque ciuitates, in vnam ciuitatem, dicentes: Eamus, vt deprecemur faciem Domini, & quæramus vultum Domini omnipotentis. Vadam etiam ego.

Et venient populi multi, & gentes plurimæ, vt quærant faciem Domini omnipotentis in Hierusalem, & vt exorent faciem Domini.

Hæc dicit Dominus omnipotens: In diebus illis, si apprehenderint decem viri de omnibus linguis gentium, & tenuerint fimbriam viri Iudæi, dicentes: Ibimus tecum, quia audiuimus, quòd Deus vobiscum est.

CAP. IX.

Assumptio verbi Domini in terra Sedrach, & Damasci sacrificium eius: quia Dominus respicit homines, & omnes tribus Israel.

Et in Emath in finibus eius Tyrus, & Sidon: quoniam sapientes fuerunt nimis:

Et ædificauit Tyrus munitiones suas, & thesaurizauit argentum, vt humum, vt congregauit aurum, vt lutum viarum.

Et propterea Dominus possidebit eos, & percutiet in mari fortitudinem eius: & ipsa in igne concremabitur.

Videbit Ascalon, & timebit: & Gaza, & dolebit nimis: & Accaron, quoniam confusa est super ruina sua. Et peribit rex de Gaza: & Ascalon non habitabitur:

Et habitabunt alienigenæ in Azoto. Et destruam iniuriam alienigenarum,

Et auferam sanguinem eorum de ore illorum, & abominationes eorum de medio dentium illorum. Et relinquentur & isti Deo nostro, & erunt, vt Chiliarchus in Iuda: & Accaron, sicut Iebusæus.

Et supponam domui meæ eleuationem, vt non pertranseat, neque reuertatur, & nequaquam superueniat eis vltra abactor: quia nunc vidi in oculis meis.

Gaude vehementer filia Sion, prædica filia Hierusalem. Ecce rex tuus venit tibi iustus & saluans, ipse mansuetus, & ascendens super subiugalem, & pullum nouum.

Et disperdet quadrigas ex Ephraim, & equum de Hierusalem: & disperdetur arcus bellicus, & multitudo, & pax ex gentibus: & dominabitur aquis vsque ad mare, & fluminibus exitus terræ.

Et tu in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, qui non habet aquam.

Sedebitis in munitionibus vincti congregationis: & pro vna die peregrinationis tuæ duplicia reddam tibi:

Quoniam tetendi te Iuda mihi arcum, impleui Ephraim, & suscitabo filios tuos Sion super filios Græcorum, & attrectabo te quasi gladium pugnatoris:

Et Dominus erit super eos: & egredietur, sicut fulgur, sagitta: & Dominus omnipotens in tuba sonabit, & ibit in commotione terroris sui;

Dominus omnipotens proteget eos. Et consument eos, & obruent eos in lapidibus fundæ: & bibent eos, sicut vinum: & implebunt phialas, sicut altare.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

20 *Sic dixit Iehouah exercituum, Adhuc* erit tempus
quo venient populi, & habitatores vrbium magnarum:

21 *Ibuntq́ habitatores vnius* vrbis *ad alteram, atque*
dicent, Eamus eundo, vt deprecemur faciem Iehouæ, &
quæramus Iehouam exercituum: dicentque singuli, *Va-*
dam etiam ego.

22 *Venient itaque populi multi, & gentes robustæ ad quæ-*
rendum Iehouam exercituum in Ierusalaim, & ad depre-
candum faciem Iehouæ.

23 *Sic dicit Iehouah exercituum, In diebus illis* erit
quum apprehendent decem viri ex omnibus linguis ea-
rum gentium, apprehendent in quam oram viri Iehudæi,
dicendo: Ibimus vobiscum: audiuimus enim Deum esse
vobiscum.

CAP. IX.

Prophetia verbi Iehouæ quæ fuit ad me *in terra*
1 *Hadrach &* in *Dammesec requiei eius, quia ad Ie-*
houam conuertentur *oculi hominum, atque omnium*
tribuum Israel.

2 *Sed & Hamath terminos habebit in ea, Sor & Sidon,*
quamuis sapiens fuerit admodum.

3 *Ædificauit enim Sor munitionem sibi: coaceruauitq́*
argentum tanquam puluerem, & aurum vt lutum pla-
tearum.

4 *Ecce Dominus expellet eam, & percutiet in mari*
fortitudinem eius, ipsa quoque igni absumetur.

5 *Videbit Ascelon, & timebit: Azah quoque, & dolebit*
vehementer: & Ecron, quoniam pudore afficietur aspe-
ctus eius: peribitq́ Rex de Azah: & Ascelon non habita-
bitur.

6 *Et habitabitur spurius in Asdod, & succidam super-*
biam Pelisthim.

7 *Auferam quoque sanguinem eius de ore eius, & abo-*
minationes eius è dentibus eius, & relinquentur etiam
ipsi Deo nostro: eruntq́ tanquam dux in Iehudah, &
Ecron velut Iebusæus.

8 *Præterea castrametabor circum domum meam,* ne
timeat *ab exercitu* aduersariorum, & *à transeunte &*
redeunte: neque transibit per eos vltrà exactor: nunc enim
vidi oculis meis.

9 *Exulta valde filia Sijon, iubila filia Ierusalaim: Ecce*
Rex tuus veniet tibi (iustus, & seruabit seipsum) mitis,
& sedens super asinum, & super pullum filium asinæ.

10 *Succidam itaque quadrigas de Ephraim, & equos*
de Ierusalaim, excidenturq́ arcus bellici, & loquetur
pacem gentibus: dominium autem eius dilatabit sese *à*
mari vsque ad mare, & à flumio vsque ad terminos terræ.

11 *Tu quoque* seruaberis *sanguine fœderis tui: emisi vin-*
ctos tuos de cisterna in qua non est aqua.

12 *Conuertimini ad munitionem ò vincti spei: etiam hodie*
annuncians duplum reddam tibi.

13 *Quoniam tetendi mihi Iehudah* tanquam *arcum,*
impleui manum *Ephraim, & suscitaui filios tuos ò Sijon*
contra filios tuos ò Iauan, & ponam te veluti gladium
fortis.

14 *Iehouah enim illis conspicietur, prodibitq́ tanquam*
fulgur iaculum eius: & Dominus Iehouah tuba clanget,
atque incedet cum turbinibus Austri.

15 *Iehouah exercituum proteget eos, & absument, ac*
subijcient lapides fundæ, bibentque ac *tumultuabunt sicut*
qui *vinum* potauerunt, *& replebuntur vt peluis,* &
tanquam anguli altaris.

Vulgat. Editio.

Et saluabit eos Dominus Deus eorum in die illa, vt gregem populi sui: quia lapides sancti eleuabuntur super terram eius.

Quid enim bonum eius est, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?

CAP. X.

PEtite à Domino pluuiam in tempore serotino, & Dominus faciet niues, & pluuiam imbris dabit eis, singulis herbam in agro.

Quia simulachra locuta sunt inutile, & diuini viderunt mendacium, & somniatores locuti sunt frustrà: vanè consolabantur: idcirco abducti sunt quasi grex: affligentur, quia non est eis pastor.

Super pastores iratus est furor meus, & super hircos visitabo: quia visitauit Dominus exercituum gregem suum, domum Iuda, & posuit eos quasi equum gloriæ suæ in bello.

Ex ipso angulus, ex ipso paxillus, ex ipso arcus prælij, ex ipso egredietur omnis exactor simul.

Et erunt quasi fortes conculcantes lutum viarum in prælio: & bellabunt, quia Dominus cum eis: & confundentur ascensores equorum:

Et confortabo domum Iuda: & domum Ioseph saluabo: & conuertam eos, quia miserebor eorum: & erunt sicut fuerunt quando non proieceram eos: ego enim Dominus Deus eorum, & exaudiam eos.

Et erunt quasi fortes Ephraim, & lætabitur cor eorum, quasi à vino: & filij eorum videbunt, & lætabuntur, & exultabit cor eorum in Domino.

Sibilabo eis, & congregabo illos, quia redemi eos: & multiplicabo eos sicut ante fuerant multiplicati.

Et seminabo eos in populis, & de longè recordabuntur mei: & viuent cum filijs suis, & reuertentur.

Et reducam eos de Terra Ægypti: & de Assyrijs congregabo eos, & ad Terram Galaad & Libani adducam eos, & non inuenietur eis locus:

Et transibit in maris freto, & percutiet in mari fluctus, confundentur omnia profunda fluminis, & humiliabitur superbia Assur, & sceptrum Ægypti recedet.

Confortabo eos in Domino, & in nomine eius ambulabunt, dicit Dominus.

CAP. XI.

APeri Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas.

Vlula abies, quia cecidit cedrus, quoniam magnifici vastati sunt: vlulate quercus Basan, quoniam succisus est saltus munitus.

Vox vlulatus pastorum, quia vastata est magnificentia eorum: vox rugitus leonum, quoniam vastata est superbia Iordanis.

Hæc dicit Dominus Deus meus: Pasce pecora occisionis.

Quæ qui possederant, occidebant, & non dolebant, & vendebant ea, dicentes: Benedictus Dominus, & diuites facti sumus: & pastores eorum non parcebant eis.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

16 *Et seruabit eos Dominus Deus eorum in die illa, sicut oues populi sui, quia lapides pretiosi eleuantur super terram eius.*

17 *Quid enim bonum eius, & quid pulchrum eius, frumentum iuuenes, & vinum nouum* cantare faciet *virgines.*

CAP. X.

1 *PEtite à Domino pluuiam in tempore serotinam, Dominus faciet coruscationes, & pluuiam imbris dabit vnicuique ex eis herbam in agro.*

2 *Quoniam per imagines quibus videntur futura, locuti sunt vanitatem, & diuini viderunt mendacium & somnia vana locuti sunt vanè consolabantur, idcirco profecti sunt* in captiuitatem, *sicut pecudes, humiliauerunt se, quia non est pastor.*

3 *Contra pastores iratus est furor meus, & contra hircos visitabo, quia visitabit Dominus exercituum gregem suum, & domum Iehudah, & posuit eos tanquam equum gloriæ suæ in bello.*

4 *Ex ipso erit angulus, ex ipso palus, ex ipso arcus belli, ex ipso egredietur omnis praefectus simul.*

5 *Et erunt sicut fortes conculcantes in luto platearum inimicos in bello, & pugnabunt, quia Dominus cum eis, & pudore afficientur ascensores equorum.*

6 *Et roborabo domum Iehudah, & domum Ioseph seruabo, & conuertam eos, quia misertus sum eorum, & erunt sicut quando non elongaui eos: ego enim Dominus Deus eorum, & exaudiam eos.*

7 *Et erunt veluti gigas viri Ephraim, & lætabitur cor eorum sicut bibentis vinum, & filij eorum videbunt, & lætabuntur, exultabit cor eorum in Domino.*

8 *Sibilabo eis, & congregabo illos: quia redemi eos, & multiplicabuntur, sicut multiplicati fuerunt.*

9 *Et seminabo eos in populos, & in longinquis recordabuntur mei, & viuent cum filiis suis & reuertentur.*

10 *Et reducam eos è terra Ægypti, & de Assur congregabo eos, & ad terram Ghilhad, & Lebanon adducam eos, & non sufficiet eis.*

11 *Et transibit in mare angustia, & percutiet in mari fluctus, & siccabuntur omnia profunda fluminis, & deponetur superbia Assur, & sceptrum Ægypti recedet.*

12 *Et roborabo eos in Domino, & in nomine eius ambulabunt, dixit Dominus.*

CAP. XI.

1 *APeri Lebanon portam tuam, & consumat ignis cedros tuos.*

2 *Vlula abies, quia cecidit cedrus, quoniam magnifici vastati sunt: vlulate quercus Basan, quoniam descendit saltus munitus.*

3 *Vox vlulatus pastorum, quoniam vastata est magnificentia eorum: vox rugitus catulorum leonum, quoniam vastata est superbia Iarden.*

4 *Sic dixit Dominus Deus meus, Pasce pecora occisionis.*

5 *Quæ ementes occident, & non delinquent, & quilibet vendentium ea dicet: Benedictus Dominus, & diues factus sum, & pastor eorum non parcet eis.*

Digitized by Google



Transl. ex Septuag.

Sin autem tribus Ægypti non ascenderit, nec ve-
nerit: & super eos erit ruina, qua percutiet Dominus
omnes gentes, quæ non ascenderunt, vt agerent so-
lemnitatem scenopegiæ.
Hoc erit peccatum Ægypti, & peccatum omnium
gentium, quicunque non ascenderit, vt celebret fe
stiuitatem scenopegiæ.
In die illa erit, quod super frænum equi est, san-
ctum Domino omnipotenti. Et erunt lebetes in do-
mo Domini, sicut phialæ ante faciem altaris.
Et erit omnis lebes in Hierusalem, & in Iuda san-
ctus Domino omnipotenti. Et venient omnes, qui
immolant, & sument ex eis, & coquent in illis, &
non erit Chananæus vltrà in domo Domini omni-
potentis in die illa.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

18 Si quoq; familia Misraim non ascenderit, nec venerit,
neq; descenderit super eos imber ille: erit super eos pla-
ga illa qua percutiet Iehouah ipsas Gentes quæ non ascen-
derint ad celebradum festiuitatem illam tabernaculorum.
19 Hæc erit pœna peccati Ægypti, & pœna peccati om-
nium aliarum gentium quæ non ascenderint ad cele-
brandum festiuitatem tabernaculorum.
20 In die illa erit super tintinnabula equorum, Sanctitas
ipsi Iehouæ: erúntque lebetes ipsi in domo Iehouæ sicut
pelues illi coram altari.
21 Eritq; omnis lebes in Ierusalaim, & in Iehudah san-
ctitas ipsi Iehouæ exercituum: & venient omnes immo-
lantes, atque sument ex illis, coquentq; in eis, & non erit
vltrà mercator vllus in domo Iehouæ exercituum in die
illa.

PROPHETIÆ MALACHIÆ.

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM.

ONVS verbi Domini ad Israel in manu Malachiæ.

Dilexi vos, dicit Dominus, & dixistis: In quo dilexisti nos? Nonne frater erat Esau Iacob, dicit Dominus, & * dilexi Iacob.

Esau autem odio habui? & posui montes eius in solitudinem, & hæreditatem eius in dracones deserti?

Quod si dixerit Idumæa: Destructi sumus, sed reuertentes ædificabimus, quæ destructa sunt: Hęc dicit Dominus exercituum: Isti ædificabunt, & ego destruam: & vocabuntur termini impietatis, & populus, cui iratus est Dominus vsque in æternum.

Et oculi vestri videbunt: & vos dicetis: Magnificetur Dominus super terminum Israel.

Filius honorat patrem, & seruus dominum suum: si ergo Pater ego sum, vbi est honor meus: & si Dominus ego sum, vbi est timor meus, dicit Dominus exercituum? ad vos, o sacerdotes, qui despicitis nomen meum, & dixistis: In quo despeximus nomen tuum?

Offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis: In quo polluimus te? In eo quòd dicitis: Mensa Domini despecta est.

Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum est? & si offeratis claudum, & languidum, nonne malum est? offer illud duci tuo, si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum.

Et nunc deprecamini vultum Dei vt misereatur vestri (de manu enim vestra factum est hoc) si quomodo suscipiat facies vestras? dicit Dominus exercituum.

Quis est in vobis, qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuitò? non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum: & munus non suscipiam de manu vestra.

* Ab ortu enim solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in Gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in Gentibus, dicit Dominus exercituum.

Et vos polluistis illud in eo, quod dicitis: Mensa Domini contaminata est: & quod superponitur, contemptibile est cum igne, qui illud deuorat.

Et dixistis: Ecce de labore, & exufflastis illud, dicit Dominus exercituum, & intulistis de rapinis claudum, & languidum, & intulistis munus: numquid suscipiam illud de manu vestra, dicit Dominus?

Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & votum faciens, immolat debile Domino: quia Rex magnus ego dicit Dominus exercituum, & nomen meum horribile in Gentibus.

PROPHETIÆ MALACHI.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAPVT PRIMVM.

1 *PRophetia verbi Domini ad Israel per manum Ma-*
lachi.
2 *Dilexi vos dixit Dominus: & dixistis: In quo dilexisti*
nos? Nonne frater erat Hesau Iahacob dixit Dominus, &
dilexi Iahacob.
3 *Hesau autem odiui, & posui montes eius in solitudi-*
nem, & hereditatem eius in dracones deserti
4 *Si dixerit Edom, pauperes effecti sumus, reuertemur,*
& ædificabimus desolata: sic dixit Dominus exercituum:
Ipsi ædificabunt, & ego destruam: & vocabunt ea ter-
minum impietatis, & populum, quem detestatus est Do-
minus vsque in seculum.
5 *Et oculi vestri videbunt: & vos dicetis, magnificetur*
Dominus super terminum Israel.
6 *Et filius honorat patrem, & seruus dominum suum:*
& si pater ego sum, vbi est honor meus: & si Dominus
sum, vbi est timor meus, dixit Dominus exercituum, vo-
bis sacerdotibus despicientibus nomen meum, & dixistis:
In quo despeximus nomen tuum?
7 *Offertis super altare meum, panem pollutum, & dixi-*
stis, In quo polluimus te? Dicentibus vobis, mensa Domini
despecta est.
8 *Et si obtuleritis claudum, & languidum, non est ma-*
lum? offer illud nunc duci tuo, nunquid complacebit tibi.
vel suscipiet faciem tuam, dixit Dominus exercituum.
9 *Et nunc deprecamini quæso vultum Dei, & miserebi-*
tur nostri de manu vestra fuit hoc nobis nunquid susci-
piet ex nobis facies, dixit Dominus exercituum?
10 *Quis etiam in vobis claudat ostia, & non incendetis*
ignem super altare meum gratis? non est mihi voluntas
in vobis, dixit Dominus exercituum, & munus non vo-
lam de manu vestra,
11 *Nam ab ortu solis vsque ad occasum eius, magnum no-*
men meum inter Gentes, & in omni loco incensum of-
fertur nomini meo, & oblatio munda: quia magnum no-
men meum inter Gentes, dixit Dominus exercituum.
12 *Et vos polluitis illud dicentes: Mensa Domini contami-*
nata est, & verbum eius contemptibile, esca eius.
13 *Et dixistis: Ecce labor, & proiecistis illum, dixit Do-*
minus exercituum, & intulistis item raptum, claudū, &
languidum, & intulistis munus: num volam illud de ma-
nu vestra, dixit Dominus.
14 *Et maledictus dolosus, in cuius grege est masculus, &*
vouet, & immolat maculosum Domino, quia rex magnus
sum, dixit Dominus exercituum, & nomen meum terribi-
le inter Gentes.

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

CAP. II

1 ET nunc mandatum hoc ad vos o sacerdotes.

2 Si non audieritis, & si non posueritis in corde vestro, vt detis gloriam nomini meo, dicit Dominus omnipotens, & mittam super vos maledictionem, & maledicam benedictionem vestram & maledicam eam, & dissipabo benedictionem vestram, & non erit in vobis: quia vos non ponitis in cor vestrum.

3 Ecce ego separo vobis humerum, & dispergam ventriculum super facies vestras, ventriculum solemnitatum vestrarum, & sumam vos in idipsum.

4 Et cognoscetis quia ego misi ad vos mandatum hoc, vt esset testamentum meum ad Leuitas, dicit Dominus omnipotens.

5 Testamentum meum erat cum eo vitae & pacis, & dedi ei, vt in timore timeret me, & a facie nominis mei formidaret.

6 Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non est inuenta in labiis eius. In pace dirigens ambulauit mecum: & multos conuertit ab iniquitate.

7 Quomodo labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius: quia angelus Domini omnipotentis est.

8 Vos autem declinastis de via, & infirmare fecistis multos in lege: corrupistis testamentum Leui, dicit Dominus omnipotens.

9 Et ego dedi vos contemptos & abiectos in omnes gentes, pro eo quod non custodistis vias meas, sed accipiebatis personas in lege.

10 Nonne pater vnus omnium vestrum? Nonne Deus vnus creauit vos? Quare reliquistis vnusquisque fratrem suum, vt abominabile faceret testamentum patrum vestrorum?

11 Derelictus est Iudas, & abominatio facta est in Israel & in Hierusalem: quia contaminauit Iudas sancta Domini, in quibus dilexit, & adhaesit in Dijs alienis.

12 Disperdet Dominus hominem, qui facit haec donec & humilietur de tabernaculis Iacob, & de his qui offerunt sacrificium Domino omnipotenti.

13 Et haec, quae odi, faciebatis, operiebatis lachrymis altare Domini & planctu, & gemitu de laboribus. Adhuc dignum respicere sacrificium, aut suscipere acceptabile de manibus vestris?

14 Et dixistis, Propter quid? Quia Dominus testificatus est inter te & vxorem adolescentiae tuae, quam reliquisti: et haec particeps tua, & vxor testamenti tui.

15 Et nonne bonum fecit, & reliquiae spiritus eius? Et dixistis, Quid aliud praeter semen quaerit Deus? Et custodite in spiritu vestro, & vxorem adolescentiae tuae ne derelinquas.

16 Sed si odio habens dimiseris eam, dicit Dominus Deus Israel, & operiet impietas super cogitationes tuas, dicit Dominus omnipotens. Et custodite in spiritu vestro, & nolite derelinquere.

17 Qui prouocastis Deum in sermonibus vestris, & dixistis, In quo prouocauimus eum? In eo, quod dicitis, Omnis, qui facit malum, bonum est in conspectu Domini, & in his tibi complacuit: & vbi est Deus iustitiae?

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabli.

CAP. II.

N[illegible]

[illegible]

Vulgata Editio.

CAP. III.

Matt. 11. 10. Mar. 1. 2. Luc. 7. 27.

1 ECce ego mitto angelum meum, & præparabit
viam ante faciem meam. Et statim veniet ad
templum suum Dominator, quem vos quæritis
& angelus testamenti, quem vos vultis. Ecce ve-
nit, dicit Dominus exercituum.
2 Et quis poterit cogitare diem aduentus eius? &
quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ig-
nis conflans, & quasi herba fullonum:
3 Et sedebit conflans & emundans argentum, &
purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurum, &
quasi argentum, & erunt Domino offerentes sacri-
ficia in iustitia.
4 Et placebit Domino sacrificium Iuda, & Ierusa-
lem sicut dies sæculi, & sicut anni antiqui.
5 Et accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox
maleficis, & adulteris, & periuris, & qui calum-
niantur mercedem mercenarij, viduas & pupillos
& opprimunt peregrinum, nec timuerunt me, di-
cit Dominus exercituum.

6 Ego enim Dominus, & non mutor: & vos filij
*Zach. 1. Iacob non estis consumpti.
7 A diebus enim patrum vestrorum recessistis à le-
gitimis meis, & non custodistis. *Reuertimini ad
me: & reuertar ad vos, Dicit Dominus exercituum.
Et dixistis: In quo reuertemur?
8 Si affiget homo Deum, quia vos configitis me?
Et dixistis: In quo configimus te? In decimis, & in
primitiis.
9 Et in penuria vos maledicti estis, & me vos con-
figitis gens tota.
10 Inferte omnem decimam in horreum, & sit ci-
bus in domo mea, & probate me super hoc, dicit
Dominus: si non aperuero vobis cataractas cæli, &
effudero vobis benedictionem meam vsque ad a-
bundantiam:
11 Et increpabo pro vobis deuorantem & non cor-
rumpet fructum terræ vestræ: nec erit sterilis vi-
nea in agro, dicit Dominus exercituum.
12 Et beatos vos dicent omnes Gentes: eritis enim
*Luc. 1. 21. vos terra desiderabilis, dicit Dominus exercituum.
14. 13 *Inualuerunt super me verba vestra, dicit Domi-
nus:
14 Et dixistis: Quid locuti sumus contra te? Dixi-
stis: Vanus est qui seruit Deo & quod emolumen-
tum quia custodiuimus præcepta eius & quia am-
bulauimus tristes coram Domino exercituum?
15 Ergo nunc beatos dicimus arrogantes, siquidem
ædificati sunt facientes impietatem, & tentauerunt
Deum, & salui facti sunt.
16 Tunc locuti sunt, timentes Dominum vnusquis-
que cum proximo suo. Et attendit Dominus, &
audiuit, & scriptus est liber monumenti coram
eo timentibus Dominum & cogitantibus nomen
eius.
17 Et erunt mihi, ait Dominus exercituum, in die
qua ego facio, in peculium: & parcam eis sicut par-
cit vir filio suo seruienti sibi.
18 Et conuertimini, & videbitis quid sit inter iu-
stum & impium, & inter seruientem Deo, & non
seruientem ei.

Tran[illegible] Pagn.

1 E[illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

7 [illegible]

8 [illegible]

9 [illegible]

10 [illegible]

11 [illegible]

12 [illegible]

13 [illegible]

14 [illegible]

15 [illegible]

16 [illegible]

17 [illegible]

18 [illegible]

Transl. ex Septuag.

CAP. III.

ECce ego mitto angelum meum, & respiciet viam ante faciem meam: & subitò veniet ad templum suum Dominus, quem vos quæritis & angelus testamenti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus omnipotens:

Et quis sustinebit diem introitus eius? aut quis ferre poterit, vt aspiciat eum? Quia ipse ingreditur, quasi ignis conflatorij, & quasi herba lauantium.

Sedebit conflans, & emundans sicut argentum, & sicut aurum: & emundabit filios Leui, & fundet eos, sicut aurum, & argentum. Et erunt Domino offerentes hostiam in iustitia.

Et placebit Domino sacrificium Iuda, & Hierusalem, sicut dies sæculi, & sicut anni pristini.

Et accedam ad vos in iudicio: & ero testis velox super maleficos, & super adulteras, & super eos, qui iurant nomine meo in mendacio, & qui fraudant mercedem mercenarij, & qui opprimunt per potentiam viduam, & percutiunt pupillos, & peruertunt iudicium aduenæ, & qui non timent me, dicit Dominus omnipotens:

Quoniam ego Dominus Deus vester, & non mutor. Et vos filij Iacob non recessistis.

Ab iniustitijs patrum vestrorum, declinastis legitima mea, & non custodistis. Reuertimini ad me: & reuertar ad vos, Dicit Dominus omnipotens. Et dixistis: In quo reuertemur?

Nunquid supplantabit homo Deum, quia vos supplantatis me? Et dicetis: In quo supplantauimus te? Quia decimæ, & primitiæ vobiscum sunt:

Et vos respicientes respicitis: & me vos supplantatis. Annus impletus est:

Et intulistis omnes fructus in thesauros: & erit rapina eius. Reuertimini ergo in hoc, dicit Dominus omnipotens: nisi aperuero vobis cataractas cæli, & effudero benedictionem meam vobis, vsque dum sufficiat:

Et diuidam vobis in cibum: & non disperdam fructum terræ vestræ: & non infirmabitur vinea vestra in agro, dicit Dominus omnipotens.

Et beatos vos dicent omnes gentes: quia eritis vos terra accepta, dicit Dominus omnipotens.

Ingrauastis super me verba vestra, dicit Dominus:

Et dixistis: In quo locuti sumus contra te? Dixistis: vanus est, qui seruit Deo: & quid amplius, quia custodiuimus custodias eius, & quia ambulauimus supplices ante faciem Domini omnipotentis?

Et nunc nos beatos dicimus alienos: & ædificantur omnes, qui faciunt iniqua: & restiterunt Deo, & salui facti sunt.

Hæc obloquuti sunt, qui timent Dominum vnusquisque ad proximum suum. Et attendit Dominus & audiuit, & scripsit librum monumenti in conspectu suo his, qui timent Dominum, & qui reuerentur nomen eius.

Et erunt mihi, Dicit Dominus, in die qua ego facio in acquisitionem: & eligam eos, sicut eligit homo filium suum, qui seruit ei.

Et conuertimini, & videbitis inter iustum, & iniquum, & inter seruientem Deo, & non seruientem.

Noua ex Heb. Tralat. Fr. Vatabili.

CAP. III.

1 *ECce ego mitto Legatum meum, & verret viam ante faciem meam, & statim veniet ad templum suũ Dominator quem vos quæritis, & Legatus fœderis quem vos optatis: ecce venit, dicit Iehouah exercituum.*

2 *Et quis ferre poterit diem aduentus eius? quisve poterit stare quum apparuerit ipse enim tanquam ignis conflans, & tanquam borith fullonum.*

3 *Et sedebit conflans & emundans argentum: purgabit enim filios Leui, conflabitque eos sicut aurum, & sicut argentum: eruntq; ipsi Iehouæ offerentes munus in iustitia.*

4 *Et placebit ipsi Iehouæ sacrificiũ Iehouah, & Ierusalaim secundum dies seculi, & secundum annos antiquos.*

5 *Et accedam ad vos ad iudicium, & ero testis velox in maleficos, & adulteros, & in iurantes mendaciter, & calumniantes mercedem mercenarij, viduæ, & pupilli, & peruertentes* iudicium *peregrini: nec timuerunt me, dicit Iehouah exercituum.*

6 *Ego enim Iehouah non muto: vos autem filij Iaacob non estis consumpti.*

7 *A diebus Patrum vestrorum recessistis ab institutis meis, & non custodistis illa: conuertimini ad me, & conuertar ad vos, dicit Iehouah exercituum. Et dixistis, In quo conuertemur?*

8 *Numquid rapere debet homo* quæ sunt *Dei, quòd vos rapitis mea? Et dixistis, In quo rapuimus tua?* In *decimis & oblationibus.*

9 *Maledictione maledicti* estis, *& vos mea rapitis, gens tota.*

10 *Afferte omnes decimas in domum thesauri, sintque esca in domo mea, & probate me in hoc, dicit Iehouah exercituum: si non aperuero vobis cataractas cæli, & euacuauero vobis benedictionem, adeo vt non sit vobis sufficientia.*

11 *Et increpabo vobis deuorantem & non corrumpet vobis fructum terræ, nec abortiet vitis in agro, dicit Iehouah exercituum.*

12 *Beatos quoque vos dicent omnes Gentes: eritis enim vos terra desiderabilis, dicit Iehouah exercituum.*

13 *Inualuerunt contra me verba vestra, dicit Iehouah. Et dixistis, Quid loquuti sumus contra te?*

14 *Dixistis, Vanum* est *colere Deum & quid emolumenti quod custodierimus custodiam eius, & quòd ambulauerimus humiliter à facie Iehouæ exercituum?*

15 *Nunc ergo beatos dicimus superbos: etiam ædificantur facientes impietatem: præterea tentant Deum & liberantur.*

16 *Tunc contra loquuti sunt timentes Iehouam quisque ad proximum suum: & attendit Iehouah, & audiuit: scriptusq; est liber memoriæ coram eo timentibus Iehouam, & cogitantibus nomen eius.*

17 *Eruntq; mihi (dicit Iehouah exercituum) in die qua ego facio, in peculium: & parcam eis quemadmodum parcit quis filio suo seruienti sibi.*

18 *Et conuertemini, & discernetis inter iustum & impium: inter seruientem Deo & eum qui non seruit ei.*

Digitized by Google

Vulgata Editio.

CAP. IIII.

ECce dies venit succensa quasi caminus:& erũt
omnes superbi,& omnes facientes impietatem
stipula:& inflammabit eos dies veniens. dicit Do-
minus exercituum,quæ non derelinquet eis radi-
cem,& germen.
1· Et orietur vobis timẽtibus nomen meum Sol iu-
stitiæ:& sanitas in pennis eius · & egrediemini,&
salietis sicut vituli de armento.
Et calcabitis ipsos cum fuerint cinis sub planta
pedum vestrorum in die,qua ego facio,dicit Domi
nus exercituum.
,20 Mementote legis Moysi serui mei,quam manda-
1,4. ui ei in Horeb ad omnem Israel,præcepta, & iudi-
:17 cia.
Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, ante-
:9. quam veniat dies Domini magnus,& horribilis.
:1. Et conuertet cor patrum ad filios,& cor filiorum
ad patres eorum: ne forte veniam, & percutiam
terram anathemate.

Transl. ex Heb. Sanct. Pagn.

CAP. IIII.

1 *ECce enim dies venit ardens tanquam clibanus: &
erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem
vt stipula: & inflammabit eos dies venturus, dixit Domi-
nus exercituũ, qui non derelinquet eis radicem, & ramum.*

2 *Et orietur vobis timentibus nomen meum Sol iustitiæ,
& sanitas erit in alis eius: & egrediemini, & multiplica-
bimini sicut vituli saginati.*
3 *Et diruetis impios quum fuerint vt cinis sub plantis pe-
dum vestrorum in die qua facio, dixit Dominus exerci-
tuum.*
4 *Mementote Legis Moseh serui mei, quam mandaui om-
ni Israel statuta & iudicia.*

5 *Ecce mitto vobis Elijah Prophetam antequam veniat
dies Domini magnus, & terribilis.*
6 *Et conuertet cor patrum cum filiis, & cor filiorum cum
patribus eorum: ne fortè veniam, & percutiam terram
occisione.*

LIBRI

Digitized by Google

Transl. ex Septuag.

CAP. IIII.

QVia ecce dies venit ardens, sicut clibanus: & comburet eos: & erunt omnes alienigenæ, & vniuersi, qui faciunt iniqua: stipula: & succendet eos dies veniens, dicit Dominus omnipotens: & non relinquetur ex eis radix neque ramus.

Et orietur vobis qui timetis nomen meum, Sol iustitiæ: & sanitas in pennis eius: & egrediemini, & salietis, sicut vituli de vinculis relaxati:

Et conculcabitis iniquos quia erunt cinis subter pedes vestros in die, qua ego facio, dicit Dominus omnipotens.

* Mementote legis Moysi serui mei, sicut mandaui ei in Choreb ad omnem Israel præcepta, & iustificationes.

Et ecce ego mittam vobis Eliam Thesbiten, antequam veniat dies Domini magna & illustris:

Qui conuertet cor patris ad filium, & cor hominis ad proximum suum: ne forte veniam, & percutiam terram penitus.

* Hæc notata nu. 4 in hac trãslat. ex Septuag. Rom. habentur in fine omniũ post numerũ sextũ vbi asteriscus.

Noua ex Heb. Tralat Fr. Vatabli.

CAP. IIII.

1 *ECce enim dies illa venit, ardens tanquam clibanus: &*
erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem
vt stipula: combureteque eos dies illa ventura, dicit Iehouah
exercituum, quæ non relinquet eis radicem, neque ramum
vllum.
2 *Orietur autem vobis timentibus nomen meum Sol iu-*
stitiæ, & sanitas erit in alis eius: egrediemini que, & mul-
tiplicabimini sicut vituli saginarij.
3 *Et conculcabitis impios quum fuerint vt cinis sub plantis*
pedum vestrorum in die qua facio, ait Iehouah exerci-
tuum.
4 *Mementote Legis Moseh serui mei, cui mandaui in Ho-*
reb ad vniuersum Israel statuta & iudicia.
5 *Ecce ego mitto vobis Eliam Prophetam antequam ve-*
niat dies Iehouæ magnus & terribilis.
6 *Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad*
patres eorum: ne forte veniam, & percutiam terram ex-
cidio.

LIBRI PRIMI MACHABÆORVM.

Vulgata Editio.

CAPVT PRIMVM,

1 Et factum est, postquam percussit Alexander Philippi Macedo, qui primus regnauit in Græcia, egressus de terra Cethim, Darium regem Persarum, & Medorum:

2 Constituit prælia multa, & obtinuit omnium munitiones, & interfecit reges terræ,

3 Et pertransiit vsque ad fines terræ: & accepit spolia multitudinis Gentium: & siluit terra in conspectu eius.

4 Et congregauit virtutem, & exercitum fortem nimis: & exaltatum est, & eleuatum cor eius:

5 Et obtinuit regiones Gentium, & tyrannos: & facti sunt illi in tributum.

6 Et post hæc decidit in lectum, & cognouit quia moreretur.

7 Et vocauit pueros suos nobiles, qui secum erant nutritia iuuentute: & diuisit illis regnum suum, cum adhuc viueret.

8 Et regnauit Alexander annis duodecim, & mortuus est.

9 Et obtinuerunt pueri eius regnum, vnusquisque in loco suo:

10 Et imposuerunt omnes sibi diademata post mortem eius, & filij eorum post eos annis multis, & multiplicata sunt mala in terra.

11 Et exijt ex eis radix peccati, Antiochus illustris, filius Antiochi regis, qui fuerat Romæ obses: & regnauit in anno centesimo trigesimo septimo regni Græcorum.

12 In diebus illis exierunt ex Israel filij iniqui, & suaserunt multis, dicentes: Eamus, & disponamus testamentum cum Gentibus, quæ circa nos sunt: quia ex quo recessimus ab eis, inuenerunt nos multa mala.

13 Et bonus visus est sermo in oculis eorum.

14 Et destinauerunt aliqui de populo, & abierunt ad regem: & dedit illis potestatem vt facerent iustitiam Gentium.

15 Et ædificauerunt gymnasium in Ierosolymis secundum leges Nationum:

16 Et fecerunt sibi præputia, & recesserunt à testamento sancto, & iuncti sunt Nationibus, & venundati sunt vt facerent malum.

17 Et paratum est regnum in conspectu Antiochi, & cœpit regnare in terra Ægypti vt regnaret super duo regna.

18 Et intrauit in Ægyptum in multitudine graui, in curribus, & elephantis, & equitibus, & copiosa nauium multitudine:

19 Et constituit bellum aduersus Ptolemæum regem Ægypti, & veritus est Ptolemæus à facie eius, & fugit, & ceciderunt vulnerati multi.

20 Et comprehendit ciuitates munitas in terra Ægypti: & accepit spolia Terræ Ægypti.

21 Et conuertit Antiochus, postquam percussit Ægyptum in centesimo & quadragesimo tertio anno: & ascendit ad Israel,

22 Et ascendit Ierosolymam in multitudine graui.

23 Et intrauit in sanctificationem cum superbia, & accepit altare aureum, & candelabrum luminis, & vniuersa vasa eius, & mensam propositionis, & libatoria, & phialas, & mortariola aurea, & velum, & coronas, & ornamentum aureum, quod in facie templi erat: & comminuit omnia.

24 Et accepit argentum, & aurum, & vasa concupiscibilia: & accepit thesauros occultos, quos inuenit: & sublatis omnibus abijt in terram suam.

25 Et fecit cædem hominum, & locutus est in superbia magna.

26 Et factus est planctus magnus in Israel, & in omni loco eorum:

27 Et ingemuerunt principes, & seniores: virgines, & iuuenes infirmati sunt: & speciositas mulierum immutata est.

28 Omnis maritus sumpsit lamentum: & quæ sedebant in thoro maritali, lugebant:

29 Et commota est terra super habitantes in ea, & vniuersa domus Iacob induit confusionem.

30 Et post duos annos dierum misit rex principem tributorum in ciuitates Iuda, & venit Ierusalem cum turba magna.

31 Et locutus est ad vos verba pacifica in dolo: & crediderunt ei.

32 Et irruit super ciuitatem repente, & percussit eam plaga magna, & perdidit populum multum ex Israel.

33 Et accepit spolia ciuitatis: & succendit eam igni, & destruxit domus eius, & muros eius in circuitu:

34 Et captiuas duxerunt mulieres: & natos, & pecora possederunt.

35 Et ædificauerunt ciuitatem Dauid muro magno, & firmo, & turribus firmis, & facta est illis in arcem:

36 Et posuerunt illic gentem peccatricem viros iniquos, & conualuerunt in ea, & posuerunt arma, & escas, & congregauerunt spolia Ierusalem:

37 Et reposuerunt illic: & facti sunt in laqueum magnum.

38 Et factum est hoc ad insidias sanctificationi, & in diabolum malum in Israel:

39 Et effuderunt sanguinem innocentem per circuitum sanctificationis, & contaminauerunt sanctificationem.

40 Et fugerunt habitatores Ierusalem propter eos, & facta est habitatio exterorum, & facta est extera semini suo, & nati eius reliquerunt eam.

41 Sanctificatio eius desolata est sicut solitudo, dies festi eius conuersi sunt in luctum, sabbata eius in opprobrium, honores eius in nihilum. *Tob. 2. 6. Amos 8.10

42 Secundum gloriam eius multiplicata est ignominia eius: & sublimitas eius conuersa est in luctum.

43 Et scripsit rex Antiochus omni regno suo vt esset omnis populus vnus: & relinqueret vnusquisque legem suam.

44 Et consenserunt omnes Gentes secundum verbum regis Antiochi:

45 Et multi ex Israel consenserunt seruituti eius, & sacrificauerunt idolis, & coinquinauerunt sabbatum.

46 Et misit rex libros per manus nunciorum in Ierusalem, & in omnes ciuitates Iuda vt sequerentur leges Gentium terræ,

47 Et prohiberent holocausta, & sacrificia, & placationes fieri in templo Dei.

48 Et prohiberent celebrari sabbatum, & dies solemnes:

49 Et iussit coinquinari sancta, & sanctum populum Israel.

50 Et iussit ædificari aras, & templa, & idola, & immolari carnes suillas, & pecora communia,

51 Et relinquere filios suos incircumcisos, & coinquinari animas eorum in omnibus immundis, & abominationibus, ita vt obliuiscerentur legem, & immutarent omnes iustificationes Dei.

51 Et quicumque non fecissent secundum verbum regis Antiochi, morerentur.

52 Secundum omnia verba hæc scripsit omni regno suo: & præposuit principes populo, qui hæc fieri cogerent.

53 Et iusserunt ciuitatibus Iuda sacrificare.

5) Et congregati sunt multi de populo ad eos, qui dereliquerant legem Domini: & fecerunt mala super terram:

56 Et effugauerunt populum Israel in abditis & in absconditis fugitiuorum locis.

57 Die quintadecima mensis Casleu, quinto & quadragesimo anno ædificauit rex Antiochus abominandum idolum desolationis super altare Dei, & per vniuersas ciuitates Iuda in circuitu ædificauerunt aras:

58 Et ante ianuas domorum, & in plateis incendebant thura, & sacrificabant.

59 Et libros legis Dei combusserunt igni, scindentes eos:

60 Et apud quemcumque inueniebantur libri testamenti Domini, & quicumque obseruabat legem Domini, secundum edictum regis trucidabant eum.

61 In virtute sua faciebant hæc populo Israel, qui inueniebatur in omni mense & mense in ciuitatibus.

62 Et quinta & vigesima die mensis sacrificabant super aram, quæ erat contra altare.

63 Et mulieres, quæ circumcidebant filios suos, trucidabantur secundum iussum regis Antiochi,

64 Et suspendebant pueros à ceruicibus per vniuersas domos eorum: & eos, qui circumciderant illos, trucidabant.

65 Et multi de populo Israel definierunt apud se, vt non manducarent immunda: & elegerunt magis mori, quàm cibis coinquinari immundis:

66 Et noluerunt infringere legem Dei sanctam, & trucidati sunt.

67 Et facta est ira magna super populum valde.

CAP. II.

1 IN diebus illis surrexit Mathathias filius Ioannis filij Simeonis, sacerdos ex filijs Ioarib ab Ierusalem, & consedit in monte Modin:

2 Et habebat filios quinque, Ioannem, qui cognominabatur Gaddis:

3 Et Simonem, qui cognominabatur Thasis:

4 Et Iudam, qui vocabatur Machabæus:

5 Et Eleazarum, qui cognominabatur Abaron: & Ionathan, qui cognominabatur Apphus.

6 Hi viderunt mala, quæ fiebant in populo Iuda, & in Ierusalem.

7 Et dixit Mathathias: Væ mihi, vt quid natus sum videre contritionem populi mei, & contritionem ciuitatis sanctæ, & sedere illic, cum datur in manibus inimicorum?

8 Sancta in manu extraneorum facta sunt: templum eius sicut homo ignobilis.

9 Vasa gloriæ captiua abducta sunt: trucidati sunt senes eius in plateis, & iuuenes eius ceciderunt in gladio inimicorum.

10 Quæ gens non hæreditauit regnum eius, & non obtinuit spolia eius?

11 Omnis compositio eius ablata est. Quæ erat libera, facta est ancilla.

12 Et ecce sancta nostra, & pulchritudo nostra, & claritas nostra desolata est, & coinquinauerunt ea Gentes.

13 Quò ergo nobis adhuc viuere?

14 Et scidit vestimenta sua Mathathias, & filij eius: & operuerunt se cilicijs, & planxerunt valde.

15 Et venerunt illuc qui missi erant à rege Antiocho, vt cogerent eos, qui confugerant in ciuitatem Modin, immolare, & accendere thura, & à lege Dei discedere.

16 Et multi de populo Israel consentientes accesserunt ad eos: sed Mathathias, & filij eius constanter steterunt.

47 Et respondentes qui missi erant ab Antiocho, dixerunt Mathathiæ: Princeps & clarissimus, & magnus es in hac ciuitate, & ornatus filijs, & fratribus.

18 Ergo accede prior, & fac iussum regis, sicut fecerunt omnes Gentes, & viri Iuda, & qui remanserunt in Ierusalem: & eris tu, & filij tui inter amicos regis, & amplificatus auro, & argento, & muneribus multis.

19 Et respondit Mathathias, & dixit magna voce: Etsi omnes Gentes regi Antiocho obediunt, vt discedat vnusquisque à seruitute legis patrum suorum, & consentiat mandatis eius:

20 Ego & filij mei & fratres mei obediemus legi patrum nostrorum.

21 Propitius sit nobis Deus: non est nobis vtile relinquere legem, & iustitias Dei:

22 Non audiemus verba regis Antiochi, nec sacrificabimus transgredientes legis nostræ mandata, vt eamus altera via.

23 Et vt cessauit loqui verba hæc, accessit quidam Iudæus in omnium oculis sacrificare idolis super aram in ciuitate Modin, secundum iussum regis:

24 Et vidit Mathathias, & doluit, & contremuerunt renes eius, & accensus est furor eius secundum iudicium legis, & insiliens trucidauit eum super aram.

25 Sed & virum, quem rex Antiochus miserat, qui cogebat immolare, occidit in ipso tempore, & aram destruxit,

26 Et zelatus est legem, *sicut fecit Phinees Zamri filio Salomi.

17 * Et exclamauit Mathathias voce magna in ciuitate dicens: Omnis, qui zelum habet legis statuens testamentum, exeat post me.

28 Et fugit ipse, & filij eius in montes, & reliquerunt quæcumque habebant in ciuitate.

29 Tunc descenderunt multi quærentes iudicium, & iustitiam, in desertum:

20 Et sederunt ibi ipsi, & filij eorum, & mulieres eorum & pecora eorum: quoniam inundauerunt super eos mala.

31 Et renunciatum est viris regis, & exercitui, qui erat in Ierusalem ciuitate Dauid quoniam discessissent viri quidam, qui dissipauerunt mandatum regis in loca occulta in deserto, & abijssent post illos multi.

32 Et statim perrexerunt ad eos, & constituerunt aduersus eos prælium in die sabbatorum,

33 Et dixerunt ad eos: Resistitis & nunc adhuc? exite, & facite secundum verbum regis Antiochi, & viuetis.

34 Et dixerunt: Non exibimus, neque faciemus verbum regis, vt polluamus diem sabbatorum.

35 Et concitauerunt aduersus eos prælium.

36 Et non responderunt eis, nec lapidem miserunt in eos, nec oppilauerunt loca occulta,

37 Dicentes: Moriamur omnes in simplicitate nostra: testes erunt super nos cælum, & terra, quod iniuste perditis nos.

38 Et intulerunt illis bellum sabbatis: & mortui sunt ipsi, & vxores eorum, & filij eorum, & pecora eorum vsque ad mille animas hominum.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Et cognouit Mathathias,& amici eius, & luctum ha- 39
buerunt super eos valde.
Et dixit vir proximo suo: Si omnes fecerimus sicut 40
fratres nostri fecerunt, & non pugnauerunt aduersus
gentes pro animabus nostris, & iustificationibus no-
stris nunc citius disperdent nos à terra.
Et cogitauerunt in die illa, dicentes? Omnis ho- 41
mo, quicumque venerit ad nos in bello die sabba-
torum, pugnemus aduersus eum: & non moriemur
omnes, sicut mortui sunt fratres nostri in occul-
tis.
Tunc congregata est ad eos synagoga Assidæo- 42
rum fortis viribus ex Israel, omnis voluntarius in
lege:
Et omnes, qui fugiebant à malis, additi sunt ad eos, 43
& facti sunt illis ad firmamentum.
Et collegerunt exercitum, & percusserunt peccato- 44
res in ira sua,& viros iniquos in indignatione sua: &
cæteri fugerunt ad nationes, vt euaderent.
Et circuiuit Mathathias,& amici eius, & destruxe- 45
runt aras:
Circumciderunt pueros incircumcisos quotquot 46
inuenerunt in finibus Israel:& in fortitudine.
Et persecuti sunt filios superbiæ,& prosperatum est 47
opus in manibus eorum:
Et obtinuerunt legem de manibus gentium, & de 48
manibus regum:& non dederunt cornu peccatori.
Et appropinquauerunt dies Mathathiæ morien- 49
di,& dixit filijs suis: Nunc confortata est superbia, &
castigatio, & tempus euersionis, & ira indignatio-
nis:
Nunc ergo, ò filij, æmulatores estote legis, & date 50
animas vestras pro testamento patrum vestrorum,
Et mementote operum patrum, quæ fecerunt in ge- 51
nerationibus suis: & accipietis gloriam magnam, &
*Ge.22 1. nomen æternum.
Abraham nonne in tentatione inuentus est fidelis, 52
*Ge.41 40 & reputatum est ei ad iustitiam?
*Nu.25 13. Ioseph in tempore angustiæ suæ custodiuit manda- 53
Ec.45 28 tum,& factus est Dominus Ægypti.
*Iosu 1 2 *Phinees pater noster, zelando zelum Dei accepit 54
*Nu.14 6. testamentum sacerdotij æterni.
*Iesus dum impleuit verbum, factus est dux in If- 55
Iosu. 14 14 rael.
*Caleb, dum testificatur in ecclesia, accepit hære- 56
*2 Re. 2.4 ditatem.
*David in sua misericordia consecutus est sedem 57
*4 Re. 2.11. regni in sæcula.
* Elias, dum zelat zelum legis, receptus est in cæ- 58
*Dan.3 16. lum.
*Dan.3 22. *Ananias & Azarias, & Misael credentes, liberati 59
sunt de flamma.
*Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore leo- 60
num.
Et ita cogitate per generationem,& generationem: 61
& quia omnes qui sperant in eum, non infirmantur.
Et à verbis viri peccatoris ne timueritis: quia glo- 62
ria eius stercus,& vermis est:
Hodie extollitur,& cras non inuenietur quia con- 63
uersus est in terram suam,& cogitatio eius perijt:
Vos ergo filij confortamini,& viriliter agite in le- 64
ge: quia in ipsa gloriosi eritis.
Et ecce Simon frater vester, scio quod vir consilij 65
est: ipsum audite semper,& ipse erit vobis pater.
Et Iudas Machabæus fortis viribus à iuuentute 66
sua, sit vobis princeps militiæ,& ipse aget bellum po-
puli.
Et adducetis ad vos omnes factores legis:& vindi- 67
cate vindictam populi vestri.
Retribuite retributionem Gentibus,& intendite in 68
præceptum legis.
Et benedixit eos,& appositus est ad patres suos. 69
Et defunctus est anno centesimo & quadragesimo 70
sexto, & sepultus est à filijs suis in sepulchris patrum
suorum in Modin, & planxerunt eum omnis Israel
planctu magno.

CAP. III.

1 ET surrexit Iudas, qui vocabatur Machabæus filius
eius pro eo:
2 Et adiuuabant eum omnes fratres eius, & vni-
uersi, qui se coniunxerant patri eius, & prælìabantur
prælium Israel cum lætitia.
3 Et dilatauit gloriam populo suo, & induit se lori-
cam sicut gigas,& succinxit se arma bellica sua in præ-
lijs,& protegebat castra gladio suo.
4 Similis factus est leoni in operibus suis,& sicut ca-
tulus leonis rugiens in venatione.
5 At persequutus est iniquos perscrutans eos. & qui
conturbabant populum suum, eos succendit flammis.
6 Et repulsi sunt inimici eius præ timore eius,& om-
nes operarij iniquitatis conturbati sunt, & directa est
salus in manu eius.
7 Et exacerbabat reges multos,& lætificabat Iacob in
operibus suis,& in sæculum memoria eius in benedi-
ctione.
8 Et perambulauit ciuitates Iuda, & perdidit impios
ex eis,& auertit iram ab Israel.
9 Et nominatus est vsque ad nouissimum terræ, &
congregauit pereuntes.
10 Et congregauit Apollonius Gentes, & à Samaria
virtutem multam, & magnam ad bellandum contra
Israel.
11 Et cognouit Iudas,& exijt obuiam illi, & percussit,
& occidit illum:& ceciderunt vulnerati multi,& reli-
qui fugerunt.
12 Et accepit spolia eorum, & gladium Apollonij ab-
stulit Iudas,& erat pugnans in eo omnibus diebus.
13 Et audiuit Seron princeps exercitus Syriæ, quod
congregauit Iudas congregationem fidelium, eccle-
siam secum.
14 Et ait, Faciam mihi nomen, & glorificabor in re-
gno & debellabo Iudam,& eos qui cum ipso sunt, quis
spernebant verbum regis.
15 Et præparauit se, & ascenderunt cum eo castra im-
piorum fortes auxiliarij vt facerent vindictam in fi-
lios Israel.
16 Et appropinquauerunt vsque ad Bethoron, & exi-
uit Iudas obuiam illi cum paucis.
17 Vt autem viderunt exercitum venientem sibi ob-
uiam, dixerunt Iudæ, Quomodo poterimus pauci pu-
gnare contra multitudinem tantam,& tam fortem, &
nos fatigati sumus ieiunio hodie?
18 Et ait Iudas, Facile est concludi multos in manus
paucorum,& non est differentia in conspectu Dei cæli
liberare in multis,& in paucis.
19 Quoniam non in multitudine exercitus victoria
belli, sed de cælo fortitudo est.
20 Ipsi veniunt ad nos in multitudine contumaci, &
superbia vt disperdant nos,& vxores nostras, & filios
nostros,& vt spolient,
21 Nos vero pugnabimus pro animabus nostris, & le-
gibus nostris,
22 Et ipse Dominus conteret eos ante faciem nostram,
vos autem ne timueritis eos.
23 Vt cessauit autem loqui, insiluit in eos subito,& cō-
tritus est Seron,& exercitus eius in conspectu ipsius,
24 Et persecutus est eum in descensu Bethoron vsque
in campum, & ceciderunt ex eis octingenti viri, reli-
qui autem, fugerunt in terram Philisthijm.
25 Et cecidit timor Iudæ, ac fratrum eius, & formido
26 super omnes gentes in circuitu eorum.
Et peruenit ad regem nomen eius, & de prælijs Iu-
dæ narrabant omnes gentes.
27 Vt audiuit autem rex Antiochus sermones istos, ira-
tus est animo,& misit,& congregauit exercitum vni-
uersi regni sui, castra fortia valde,
28 Et aperuit ærarium suū,& dedit stipendia exercitui
in annū, & mandauit illis vt essent parati ad omnia.

Digitized by Google

29 Et vidit quod defecit pecunia de thesauris suis, &
tributa regionis modica propter dissensionem, & pla-
gam, quam fecit in terra, vt tolleret legitima, quæ erat
à primis diebus,
30 Et timuit ne non haberet vt semel, & bis, in sumptus
& donaria, quæ dederat ante larga manu, & abundaue-
rat super reges, qui ante eum fuerant.
31 Et consternatus erat animo valde, & cogitauit ire
in Persidem, & accipere tributa regionũ, & congrega-
re argentum multum.
32 Et reliquit Lysiam hominem nobilem de genere
regali, super negotia regia, à flumine Euphrate vsque
ad flumen Ægypti:
33 Et vt nutriret Antiochum filium suum, donec re-
diret.
34 Et tradidit ei medium exercitum, & elephantos: &
mandauit ei de omnibus, quæ volebat, & de inhabi-
tantibus Iudæam, & Ierusalem:
35 Et vt mitteret ad eos exercitum ad conterendam, &
extirpandam virtutem Israel, & reliquias Ierusalem,
& auferendam memoriam eorum de loco:
36 Et vt constitueret habitatores filios alienigenas in
omnibus finibus eorum, & sorte distribueret terram
eorum.
37 Et rex assumpsit partem exercitus residui, & exiuit
ab Antiochia ciuitate regni sui anno cẽtesimo & qua-
dragesimo septimo: & transfretauit Euphratem flu-
men, & perambulabat superiores regiones.
38 Et elegit Lysias Ptolemæum filium, Dorymini, &
Nicanorem, & Gorgiam, viros potentes ex amicis re-
gis.
39 Et misit cum eis quadraginta millia virorum, & se-
ptem millia equitum vt venirent in terram Iuda, &
disperderent eam secundum verbum regis.
40 Et processerunt cum vniuersa virtute sua, & vene-
runt, & applicuerunt Emmaum in terra campestri.
41 Et audierunt mercatores regionum nomen eorum:
& acceperunt argentum, & aurum multum valde, &
pueros, & venerunt in castra vt acciperent filios Israel
in seruos, & additi sunt ad eos exercitus Syriæ, & ter-
ræ alienigenarum.
42 Et vidit Iudas, & fratres eius, quia multiplicata sunt
mala, & exercitus applicabant ad fines eorum: & co-
gnouerunt verba regis, quæ mandauit populo facere in
interitum, & consummationem:
43 Et dixerunt vnusquisque ad proximum suum: Eriga-
mus dereptionem populi nostri, & pugnemus pro po-
pulo nostro, & sanctis nostris.
44 Et congregatus est conuentus vt essent parati præ-
lium: & vt orarent, & peterent misericordiam, & mise-
rationes.
45 Et Ierusalem non habitabatur, sed erat sicut deser-
tum: non erat qui ingrederetur & egrederetur de na-
tis eius: & sanctum conculcabatur: & filij alieni-
genarum erant in arce, ibi erat habitatio Gentium:
& ablata est voluptas à Iacob, & defecit ibi tibia, &
cithara.
46 Et congregati sunt, & venerunt in Maspha contra
Ierusalem, quia locus orationis erat in Maspha ante in
Israel.
47 Et ieiunauerunt illa die, & induerunt se cilicijs, &
cinerem imposuerunt capiti suo: & disciderunt vesti-
menta sua:
48 Et expanderunt libros legis, de quibus scrutabantur
Gentes similitudinem simulachrorum suorum.
49 Et attulerunt ornamenta sacerdotalia, & primitias,
& decimas: & suscitauerunt Nazaræos, qui impleue-
rant dies:
50 Et clamauerunt voce magna in cælum, dicẽtes. Quid
faciemus istis, & quo eos ducemus?
51 Et sancta tua conculcata sunt, & contaminata sunt,
& sacerdotes tui facti sunt in luctum & in humilitatẽ.
52 Et ecce Nationes conuenerunt aduersum nos vt
nos disperdant, tu scis quæ cogitant in nos.
53 Quomodo poterimus subsistere ante faciem eorum,
nisi tu Deus adiuues nos.
54 Et tubis exclamauerunt voce magna.

55 Et post hæc constituit Iudas duces populi, tribunos
& centuriones, & pentacontarchos, & decuriones.
56 *Et dixit his, qui ædificabant domos, & sponsabant
vxores, & plantabant vineas, & formidolosis, vt redi-
rent vnusquisque in domum suam secundum legem.
57 Et mouerunt castra, & collocauerunt ad Austrum
Emmaum.
58 Et ait Iudas: Accingimini, & estote filij potentes, &
estote parati in mane, vt pugnetis aduersus Nationes
has, quæ conuenerunt aduersus nos disperdere nos, &
sancta nostra:
59 Quoniam melius est nos mori in bello, quam vide-
re mala gentis nostræ, & sanctorum.
Sicut autem fuerit voluntas in cælo, sic fiat.

CAP. IIII.

1 ET assumpsit Gorgias quinque millia virorum, &
mille equites electos, & mouerunt castra nocte.
2 Vt applicarent ad castra Iudæorum, & percute-
rent eos subito, & filij, qui erant ex arce, erant illis
duces.
3 Et audiuit Iudas, & surrexit ipse, & potentes per-
cutere virtutem exercituũ regis, qui erant in Emmaũ.
4 Adhuc enim dispersus erat exercitus à castris.
5 Et venit Gorgias in castra Iudæ noctu, & neminem
inuenit, & quærebat eos in montibus, quoniam dixit.
Fugiunt hi à nobis.
6 Et cum dies factus esset, apparuit Iudas in campo
cum tribus millibus virorum tantum, qui tegumenta
& gladios non habebant.
7 Et viderunt castra Gentium valida, & loricatos, &
& equitatus in circuitu eorum, & hi docti ad prælũ.
8 Et ait Iudas viris, qui secum erant: Ne timueritis
multitudinem eorum, & impetum eorum ne formide-
tis.
9 Mementote qualiter salui facti sunt patres nostri in
mari rubro, cum sequeretur eos Pharao cum exercitu
multo.
10 *Et nunc clamemus in cælum: & miserebitur nostri
Dominus, & memor erit testamenti patrum nostrorũ,
& conteret exercitum istum ante faciem nostram ho-
die.
11 Et scient omnes gentes quia est qui redimat, & libe-
ret Israel.
12 Et eleuauerunt alienigenæ oculos suos, & viderunt
eos venientes ex aduerso.
13 Et exierunt de castris in prælium, & tuba cecine-
runt hi, qui erant cum Iuda.
14 Et congressi sunt: & contritæ sunt Gentes, & fuge-
runt in campum.
15 Nouissimi autem omnes ceciderunt in gladio, & per-
secuti sunt eos vsque Gezeron, & vsque in campos
Idumææ, & Azoti, & Iamniæ: & ceciderunt ex illis
vsque ad tria millia virorum.
16 Et reuersus est Iudas, & exercitus eius, sequẽs eum.
17 Dixitque ad populum: Non concupiscatis spolia,
quia bellum contra nos est,
18 Et Gorgias & exercitus eius prope nos in monte, sed
state nunc contra inimicos nostros, & expugnate eos,
& sumetis postea spolia securi.
19 Et adhuc loquente Iuda hæc, ecce apparuit pars quæ-
dam prospiciens de monte.
20 Et vidit Gorgias quod in fugam conuersi sunt sui, &
succenderunt castra: fumus enim, qui videbatur, decla-
rabat quod factum est.
21 Quibus illi cõspectis timuerunt valde, aspicientes si-
mul & Iudã, & exercitũ in campo paratum ad præliũ.
22 Et fugerunt omnes in campum alienigenarum.
23 Et Iudas reuersus est ad spolia castrorum, & accepe-
runt aurum multum, & argentum & hyacinthum, &
purpuram marinam, & opes magnas.
24 Et conuersi, hymnum canebant, & benedicebant
Deum in cælum, quoniam bonus est, quoniam in sæcu-
lum misericordia eius.
25 Et facta est salus magna in Israel in die illa.
26 Quicumque autem alienigenarum euaserunt, vene-
runt, & nunciauerunt Lysiæ vniuersa, quæ acciderant

Digitized by Google

Vulgata Editio.

27 Quibus ille auditis consternatus animo deficiebat: quod non qualia voluit, talia contigerunt in Israel, & qualia mandauit rex.

28 Et sequenti anno congregauit Lysias virorum electorum sexaginta millia, & equitum quinque millia, vt debellaret eos.

29 Et venerunt in Iudæam, & castra posuerunt in Bethoron, & occurrit illis Iudas cum decem millibus viris.

30 Et viderunt exercitum fortem, & orauit, & dixit: Benedictus es saluator Israel, * qui contriuisti impetum potentis in manu serui tui Dauid, * & tradidisti castra alienigenarum in manu Ionathæ filij Saul, & armigeri eius. (1. Reg. 17. 25. 1 Reg. 14. 13)

31 Conclude exercitum istum in manu populi tui Israel, & confundantur in exercitu suo, & equitibus.

32 Da illis formidinem, & tabefac audaciam virtutis eorum, & commoueantur contritione sua.

33 Deijce illos gladio diligentium te: & collaudent te omnes, qui nouerunt nomen tuum in hymnis.

34 Et commiserunt prælium: & ceciderunt de exercitu Lysiæ quinque millia virorum.

35 Videns autem Lysias fugam suorum, & Iudæorum audaciam, & quod parati sunt aut viuere, aut mori fortiter, abijt Antiochiam, & elegit milites, vt multiplicati rursus venirent in Iudæam.

36 Dixit autem Iudas, & fratres eius: Ecce contriti sunt inimici nostri: ascendamus nunc mundare sancta, & renouare.

37 Et congregatus est omnis exercitus, & ascenderunt in montem Sion.

38 Et viderunt sanctificationem desertam, & altare profanatum, & portas exustas, & in atrijs virgulta nata sicut in saltu, vel in montibus, & pastophoria diruta.

39 Et sciderunt vestimenta sua, & planxerunt planctu magno, & imposuerunt cinerem super caput suum.

40 Et ceciderunt in faciem super terram, & exclamauerunt tubis signorum, & clamauerunt in cælum.

41 Tunc ordinauit Iudas viros vt pugnarent aduersus eos, qui erant in arce, donec emundarent sancta.

42 Et elegit sacerdotes sine macula, voluntatem habentes in lege Dei.

43 Et mundauerunt sancta, & tulerunt lapides contaminationis in locum immundum.

44 Et cogitauit de altari holocaustorum, quod profanatum erat, quid de eo faceret.

45 Et incidit illis consilium bonum vt destruerent illud: ne forte illis esset in opprobrium, quia contaminauerunt illud Gentes, & demoliti sunt illud.

46 Et reposuerunt lapides in monte Domus in loco apto, quoadusque veniret propheta, & responderet de eis.

47 Et acceperunt lapides integros secundum legem, & ædificauerunt altare nouum secundum illud, quod fuit prius.

48 Et ædificauerunt sancta, & quæ intra domum erant intrinsecus: & ædem, & atria sanctificauerunt.

49 Et fecerunt vasa sancta noua, & intulerunt candelabrum, & altare incensorum, & mensam in templum.

50 Et incensum posuerunt super altare, & accenderunt lucernas, quæ super candelabrum erant, & lucebant in templo.

51 Et posuerunt super mensam panes, , & appenderunt vela, & consummauerunt omnia opera, quæ fecerant.

52 Et ante matutinum surrexerunt quinta & vigesima die mensis noni (hic est mensis Casleu) centesimi quadragesimi octaui anni.

53 Et obtulerunt sacrificium secundum legem super altare holocaustorum nouum, quod fecerunt.

54 Secundum tempus & secundum diem, in qua contaminauerunt illud gentes, in ipsa renouatum est in canticis, & citharis, & cinyris, & in cymbalis.

56 Et cecidit omnis populus in faciem, & adorauerunt, & benedixerunt in cælum eum, qui prosperauit eis.

57 Et fecerunt dedicationem altaris diebus octo, & obtulerunt holocausta cum lætitia, & sacrificium salutaris, & laudis.

58 Et ornauerunt faciem templi coronis aureis, & scutulis: & dedicauerunt portas, & pastophoria, & imposuerunt eis ianuas.

59 Et facta est lætitia in populo magna valde, & auersum est opprobrium Gentium.

60 Et statuit Iudas, & fratres eius, & vniuersa ecclesia Israel, vt agatur dies dedicationis altaris in temporibus suis ab anno in annum per dies octo à quinta & vigesima die mensis Casleu, cum lætitia & gaudio. (Io. 10. 22.)

61 Et ædificauerunt in tempore illo montem Sion, & per circuitum muros altos, & turres firmas, nequando venirent Gentes, & conculcarent eum sicut antea fecerunt.

62 Et collocauit illic exercitum, vt seruarent eum, & muniuit eum ad custodiendam Bethsuram, vt haberet populus munitionem contra faciem Idumææ.

CAP. V.

1 ET factum est, vt audierunt Gentes in circuitu
quia ædificatum est altare, & sanctuarium sicut
2 prius, iratæ sunt valde:
Et cogitabant tollere genus Iacob, qui erant inter
eos, & cœperunt occidere de populo, & persequi.
3 Et debellabat Iudas filios Esau in Idumæa, & eos,
qui erant in Acrabathane: quia circumsedebant Israelitas,
& percussit eos plaga magna.
4 Et recordatus est malitiam filiorum Bean, qui
erant populo in laqueum, & in scandalum, insidiantes
ei in via.
5 Et conclusi sunt ab eo in turribus, & applicuit ad
eos, & anathematizauit eos, & incendit turres eorum
igni cum omnibus, qui in eis erant.
6 Et transiuit ad filios Ammon, & inuenit manum
fortem, & populum copiosum, & Timothæum ducem
ipsorum:
7 Et commisit cum eis prælia multa, & contriti sunt
in conspectu eorum, & percussit eos:
8 Et cepit Gazer ciuitatem, & filias eius, & reuersus
est in Iudæam.
9 Et congregatæ sunt gentes quæ sunt in Galaad
aduersus Israelitas, qui erant in finibus eorum vt
tollerent eos: & fugerunt in Datheman munitio-
10 nem,
Et miserunt litteras ad Iudam, & fratres eius, dicentes:
Congregatæ sunt aduersum nos gentes per circui-
11 tum, vt nos auferant:
Et parant venire, & occupare munitionem, in
quam confugimus: & Timotheus est dux exercitus eo-
12 rum.
Nunc ergo veni, & eripe nos de manibus eorum,
13 quia cecidit multitudo de nobis.
Et omnes fratres nostri, qui erant in locis Tubin,
interfecti sunt: & captiuas duxerunt vxores eorum,
& natos, & spolia, & peremerunt illic fere mille vi-
14 ros,
Et adhuc epistolæ legebantur, & ecce alij nuncij
venerunt de Galilæa conscissis tunicis, nunciantes se-
15 cundum verba hæc:
Dicentes conuenisse aduersum se à Ptolemaida, &
Tyro, & Sidone: & repleta est omnis Galilæa alieni-
16 genis, vt nos consumant.
Vt audiuit autem Iudas, & populus, sermones istos,
conuenit ecclesia magna cogitare quid facerent fratribus
suis, qui in tribulatione erant, & expugnaban-
17 tur ab eis.
Dixitque Iudas Simoni fratri suo: Elige tibi viros
& vade, & libera fratres tuos in Galilæa: ego autem
18 & frater meus Ionathas ibimus in Galaaditim.
Et reliquit Iosephum filium Zachariæ, & Azariam
duces populi cum residuo exercitu in Iudæa ad
custodiam.

Et Et

Vulgat. Editio.

Et præcepit illis, dicens: Præstote populo huic, & 19
nolite bellum committere aduersum gentes donec
reuertamur.
Et partiti sunt Simoni viri tria milia, vt iret in 20
Galilæam: Iudæ autem octo millia in Galaadi-
tim.
Et abijt Simon in Galilæam, & commisit prælia 21
multa cum gentibus: & contritæ sunt gentes à facie
eius, & persecutus est eos vsque ad portam
Ptolemaidis: & ceciderunt de gentibus fere tria 22
millia virorum, & accepit spolia eorum.
Et assumpsit eos, qui erant in Galilæa, & in Arbatis 23
cum vxoribus, & natis, & omnibus, quæ erant illis, &
adduxit in Iudæam cum lætitia magna.
Et Iudas Machabæus, & Ionathas frater eius tran- 24
sierunt Iordanem, & abierunt viam trium dierum per
desertum.
Et occurrerunt eis Nabuthæi, & susceperunt eos 25
pacificè, & narrauerunt eis omnia, quæ acciderant fra-
tribus eorum in Galaaditide,
Et quia multi ex eis comprehensi sunt in Barasa, & 26
Bosor, & in Alimis, & in Casphor, & Mageth, & Car-
naim: & omnes ciuitates munitæ, & magnæ.
Sed & cæteris ciuitatibus Galaaditidis tenentur 27
comprehensi, & in crastinum constituerunt admouere
exercitum ciuitatibus his & comprehendere, & tol-
lere eos in vna die.
Et conuertit Iudas, & exercitus eius, viam in de- 28
sertum Bosor repentè, & occupauit ciuitatem: & occi-
dit omnem masculum in ore gladij, & accepit omnia
spolia eorum, & succendit eam igni.
Et surrexerunt inde nocte, & ibant vsque ad muni- 29
tionem.
Et factum est diluculo, cum eleuassent oculos suos, 30
ecce populus multus, cuius non erat numerus, por-
tantes scalas, & machinas vt comprehenderent munitio-
nem, & expugnarent eos.
Et vidit Iudas quia cœpit bellum, & clamor belli 31
ascendit ad cælum sicut tuba, & clamor magnus de ci-
uitate:
Et dixit exercitui suo: Pugnate hodie pro fratribus 32
vestris.
Et venit tribus ordinibus post eos, & exclamaue- 33
runt tubis, & clamauerunt in oratione.
Et cognouerunt castra Timothæi quia Machabæus 34
est, & refugerunt à facie eius: & percusserunt eos pla-
ga magna, & ceciderunt ex eis in die illa fere octo
millia virorum.
Et diuertit Iudas in Maspha, & expugnauit, & ce- 35
pit eam: & occidit omnem masculum eius, & sumpsit
spolia eius, & succendit eam igni.
Inde perrexit, & cepit Casbon, & Mageth, & Bo- 36
sor, & reliquas ciuitates Galaaditidis.
Post hæc autem verba congregauit Timothæus 37
exercitum alium, & castra posuit contra Raphon trans
torrentem.
Et misit Iudas speculari exercitum: & renunciaue- 38
runt ei, dicentes: Quia conuenerunt ad eum omnes
gentes, quæ in circuitu nostro sunt, exercitus multus
nimis.
Et Arabas conduxerunt in auxilium sibi, & castra 39
posuerunt trans torrentem, parati ad te venire in præ-
lium. Et abijt Iudas obuiam illis.
Et ait Timothæus principibus exercitus sui: Cum 40
appropinquauerit Iudas, & exercitus eius ad torren-
tem aquæ: si transierit ad nos prior, non poteri-
mus sustinere eum: quia potens poterit aduersum
nos.
Si vero timuerit transire, & posuerit castra extra 41
flumen, transfretemus ad eos, & poterimus aduersus
illum.
Vt autem appropinquauit Iudas ad torrentem 42
aquæ, statuit scribas populi secus torrentem, & manda-
uit eis, dicens: Neminem hominum reliqueritis: sed
veniant omnes in prælium.
Et transfretauit ad illos prior, & omnis populus 43
post eum & contritæ sunt omnes gentes a facie eo-
rum, & proiecerunt arma sua, & fugerunt ad fanum,
quod erat in Carnaim.

44 Et occupauit ipsam ciuitatem, & fanum succen-
dit igni cum omnibus, qui erant in ipso: & oppressa
est Carnaim, & non potuit sustinere contra faciem
Iudæ.
45 Et congregauit Iudas vniuersos Israelitas, qui erant
in Galaaditide, a minimo vsque ad maximum, & vxo-
res eorum, & natos, & exercitum magnum valde, vt
venirent in terram Iuda.
46 Et venerunt vsque Ephron: & hæc ciuitas magna in
ingressu posita, munita valde, & non erat declinare ab
ea dextera vel sinistra, sed per mediam iter erat.
47 Et incluserunt se qui erant in ciuitate, & obstruxe-
runt portas lapidibus: & misit ad eos Iudas verbis pa-
cificis,
48 Dicens: Transeamus per terram vestram, vt eamus
in terram nostram: & nemo vobis nocebit: tantum
pedibus transibimus. Et nolebant eis aperire.
49 Et præcepit Iudas prædicare in castris, vt applica-
rent vnusquisque in quo erat loco.
50 Et applicuerunt se viri virtutis: & oppugnauit ciui-
tatem illam tota die, & tota nocte, & tradita est ciuitas
in manu eius:
51 Et peremerunt omnem masculum in ore gladij, &
eradicauit eam, & accepit spolia eius, & transiuit per
totam ciuitatem super interfectos.
52 Et transgressi sunt Iordanem in campo magno, contra
faciem Bethsan.
53 Et erat Iudas congregans extremos, & exhortabatur
populum per totam viam, donec venirent in terram
Iuda:
54 Et ascenderunt in montem Sion cum lætitia, & gau-
dio, & obtulerunt holocausta, quod nemo ex eis ce-
cidisset donec reuerterentur in pace,
55 Et in diebus, quibus erat Iudas, & Ionathas in terra
Galaad, & Simon frater eius in Galilæa contra faciem
Ptolemaidis,
56 Audiuit Iosephus Zachariæ filius, & Azarias prin-
ceps virtutis, res bene gestas, & prælia quæ facta
sunt,
57 Et dixit: Faciamus & ipsi nobis nomen, & ea-
mus pugnare aduersus gentes, quæ in circuitu nostro
sunt.
58 Et præcepit his, qui erant in exercitu suo, & abie-
runt Iamniam.
59 Et exiuit Gorgias de ciuitate, & viri eius obuiam
illis in pugnam.
60 Et fugati sunt Iosephus, & Azarias vsque in fi-
nes Iudææ: & ceciderunt illo die de populo Israel
ad duo millia viri, & facta est fuga magna in popu-
lo:
61 Quia non audierunt Iudam, & fratres eius, existi-
mantes fortiter se facturos.
62 Ipsi autem non erant de semine virorum illorum,
per quos salus facta est in Israel.
63 Et viri Iuda magnificati sunt valde in conspectu
omnis Israel, & gentium omnium vbi audiebatur no-
men eorum.
64 Et conuenerunt ad eos fausta acclamantes.
65 Et exiuit Iudas, & fratres eius, & expugnabant filios
Esau in terra, quæ ad Austrum est, & percussit Che-
bron & filias eius: & muros eius, & turres succendit
igni in circuitu:
66 Et mouit castra vt iret in terram alienigenarum, &
perambulabat Samariam.
67 In die illa ceciderunt sacerdotes in bello, dum vo-
lunt fortiter facere, dum sine consilio exeunt in præ-
lium.
68 Et declinauit Iudas in Azotum in terram alienige-
narum, & diruit aras eorum, & sculptilia deorum ipso-
rum succendit igni: & cepit spolia ciuitatum, & reuer-
tus est in terram Iuda.

CAP. VI.

1 ET rex Antiochus perambulabat superiores re-
giones, & audiuit esse ciuitatem Elymaidem in
Perside nobilissimam, & copiosam in argento, &
auro,

Vulgat. Editio.

2 Templumque in ea locuples valde: & illic velamina aurea, & loricæ, & scuta, quæ reliquit Alexander Philippi rex Macedo, qui regnauit primus in Græcia.

3 Et venit, & quærebat capere ciuitatem, & deprædari eam: & non potuit, quoniam innotuit sermo his, qui erant in ciuitate:

4 Et insurrexerunt in prælium, & fugit inde, & abijt cum tristitia magna, & reuersus est in Babyloniam.

5 Et venit qui nunciaret ei in Perside, quia fugata sunt castra, quæ erant in terra Iuda:

6 Et quia abijt Lysias cum virtute forti in primis, & fugatus est à facie Iudæorum, & inualuerunt armis, & viribus, & spolijs multis quæ ceperunt de castris, quæ exciderunt:

7 Et quia diruerunt abominationem, quam ædificauerat super altare, quod erat in Ierusalem, & sanctificationem, sicut prius circumdederunt muris excelsis, sed & Bethsuram ciuitatem suam.

8 Et factum est vt audiuit rex sermones istos, expauit, & commotus est valde: & decidit in lectum, & incidit in languorem præ tristitia, quia non factum est ei sicut cogitabat.

9 Et erat illic per dies multos: quia renouata est in eo tristitia magna, arbitratus est se mori.

10 Et vocauit omnes amicos suos, & dixit illis: Recessit somnus ab oculis meis, & concidi, & corrui corde præ sollicitudine:

11 Et dixi in corde meo: In quantam tribulationem deueni, & in quos fluctus tristitiæ, in qua nunc sum: qui iucundus eram, & dilectus in potestate mea.

12 Nunc vero reminiscor malorum, quæ feci in Ierusalem, vnde & abstuli omnia spolia aurea, & argentea, quæ erant in ea, & misi auferre habitantes Iudæam sine causa.

13 Cognoui ergo quia propterea inuenerunt me mala ista: & ecce pereo tristitia magna in terra aliena.

14 Et vocauit Philippum, vnum de amicis suis, & præposuit eum super vniuersum regnum suum:

15 Et dedit ei diadema, & stolam suam, & annulum, vt adduceret Antiochum filium suum, & nutriret eum, & regnaret.

16 Et mortuus est illic Antiochus rex, anno centesimo quadragesimo nono.

17 Et cognouit Lysias, quoniam mortuus est rex, & constituit regnare Antiochum filium eius, quem nutriuit adolescentem: & vocauit nomen eius Eupator.

18 Et hi, qui erant in arce, concluserant Israel in circuitu sanctorum: & quærebant eis mala semper, & firmamentum Gentium.

19 Et cogitauit Iudas disperdere eos: & conuocauit vniuersum populum, vt obsiderent eos.

20 Et conuenerunt simul, & obsederunt eos anno centesimo quinquagesimo, & fecerunt balistas, & machinas.

21 Et exierunt quidam ex eis, qui obsidebantur: & adiunxerunt se illis aliqui impij ex Israel,

22 Et abierunt ad regem, & dixerunt: Quousque non facis iudicium, & vindicas fratres nostros?

23 Nos decreuimus seruire patri tuo, & ambulare in præceptis eius, & obsequi edictis eius.

24 Et filij populi nostri propter hoc alienabant se à nobis, & quicumque inueniebantur ex nobis, interficiebantur, & hæreditates nostræ diripiebantur.

25 Et non ad nos tantum extenderunt manum, sed & in omnes fines nostros.

26 Et ecce applicuerunt hodie ad arcem Ierusalem occupare eam, & munitionem Bethsuram munierunt:

27 Et nisi præueneris eos velocius, maiora, quàm hæc, facient, & non poteris obtinere eos.

28 Et iratus est rex, vt hæc audiuit: & conuocauit omnes amicos suos, & principes exercitus sui, & eos, qui super equites erant.

29 Sed & de regnis alijs, & de insulis maritimis venerunt ad eum exercitus conductitij.

30 Et erat numerus exercitus eius, centum millia peditum, & viginti millia equitum, & elephanti triginta duo, docti ad prælium.

31 Et venerunt per Idumæam, & applicuerunt ad Bethsuram, & pugnauerunt dies multos, & fecerunt machinas & exierunt, & succenderunt eas igni, & pugnauerunt viriliter.

32 Et recessit Iudas ab arce, & mouit castra in Bethzacharam contra castra regis.

33 Et surrexit rex ante lucem, & concitauit exercitus in impetum contra viam Bethzacharam: & comparauerunt se exercitus in prælium, & tubis cecinerunt:

34 Et elephantis ostenderunt sanguinem vuæ & mori, ad acuendos eos in prælium:

35 Et diuiserunt bestias per legiones: & astiterunt singulis elephantis mille viri in loricis concatenatis, & galeæ æreæ in capitibus eorum: & quingenti equites ordinati vnicuique bestiæ electi erant.

36 Hi ante tempus vbicumque erat bestia, ibi erant: & quocumque ibat, ibant, & non discedebant ab ea.

37 Sed & turres ligneæ super eos firmæ protegentes super singulas bestias: & super eas machinæ: & super singulas viri virtutis triginta duo, qui pugnabant desuper: & Indus magister bestiæ.

38 Et residuum equitatum hinc & inde statuit in duas partes, tubis exercitum commouere, & perurgere constipatos in legionibus eius.

39 Et vt refulsit sol in clypeos aureos, & æreos, resplenduerunt montes ab eis, & resplenduerunt sicut lampades ignis.

40 Et distincta est pars exercitus regis per montes excelsos, & alia per loca humilia: & ibant caute & ordinate.

41 Et commouebantur omnes inhabitantes terram à voce multitudinis, & incessu turbæ, & collisione armorum: erat enim exercitus magnus valde, & fortis.

42 Et appropiauit Iudas, & exercitus eius in prælium: & ceciderunt de exercitu regis sexcenti viri.

43 Et vidit Eleazar filius Saura vnam de bestijs loricatam loricis regis: & erat eminens super cæteras bestias, & visum est ei quod in ea esset rex:

44 Et dedit se vt liberaret populum suum, & acquireret sibi nomen æternum.

45 Et cucurrit ad eam audacter in medio legionis interficiens à dextris, & à sinistris, & cadebant ab eo huc atque illuc.

46 Et iuit sub pedes elephantis, & supposuit se ei, & occidit eum: & cecidit in terram super ipsum, & mortuus est illic.

47 Et videntes virtutem regis, & impetum exercitus eius, diuerterunt se ab eis.

48 Castra autem regis ascenderunt contra eos in Ierusalem, & applicuerunt castra regis ad Iudæam, & montem Sion.

49 Et fecit pacem cum his, qui erant in Bethsura: & exierunt de ciuitate, quia non erant eis ibi alimenta conclusis, quia sabbata erant terræ.

50 Et comprehendit rex Bethsuram: & constituit illic custodiam seruare.

51 Et conuertit castra ad locum sanctificationis dies multos: & statuit illic balistas, & machinas, & ignis iacula, & tormenta ad lapides iactandos, & spicula, & scorpios ad mittendas sagittas, & fundibula.

52 Fecerunt autem & ipsi machinas aduersus machinas eorum, & pugnauerunt dies multos.

53 Escæ autem non erant in ciuitate, eo quod septimus annus esset: & qui remanserant in Iudæa de Gentibus, consumpserant reliquias eorum, quæ repositæ fuerant.

54 Et remanserunt in sanctis viri pauci, quoniam obtinuerat eos fames, & dispersi sunt vnusquisque in locum suum.

55 Et audiuit Lysias quod Philippus, quem constituerat rex Antiochus, cum adhuc viueret, vt nutriret Antiochum filium suum, & regnaret.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Reuersus esset à Perside, & Media, & exercitus 56
qui abierat cum ipso, & quia quærebat suscipere re-
gni negotia:
Festinauit ire, & dicere ad regem, & duces exerci- 57
tus: Deficimus quotidie, & esca nobis modica est, &
locus, quem obsidemus, est munitus, & incumbit
nobis ordinare de regno.
Nunc itaque demus dextras hominibus istis, & 58
faciamus cum illis pacem, & cum omni gente eo-
rum:
Et constituamus illis vt ambulent in legitimis 59
suis sicut prius, propter legitima enim ipsorum, quæ
despeximus, irati sunt, & fecerunt omnia hæc.
Et placuit sermo in conspectu regis, & princi- 60
pum: & misit ad eos pacem facere: & receperunt
illam.
Et iurauit illis rex, & principes: & exierunt de 61
munitione.
Et intrauit rex montem Sion, & vidit munitio- 62
nem loci: & rupit citius iuramentum, quod iurauit:
& mandauit destruere murum in gyro.
Et discessit festinanter, & reuersus est Antio- 63
chiam, & inuenit Philippum dominantem ciui-
tati: & pugnauit aduersus eum, & occupauit ciui-
tatem.

CAP. VII.

ANno centesimo quinquagesimo primo exijt 1
Demetrius Seleuci filius ab vrbe Roma, &
ascendit cum paucis viris in ciuitatem mari-
timam, & regnauit illic.
Et factum est, vt ingressus est domum regni pa- 2
trum suorum, comprehendit exercitus Antiochũ, &
Lysiam, vt adducerent eos ad eum.
Et res ei innotuit: & ait: Nolite mihi ostendere 3
faciem eorum.
Et occidit eos exercitus. Et sedit Demetrius super 4
sedem regni sui:
Et venerunt ad eum viri iniqui & impij ex Israel: 5
& Alcimus dux eorum, qui volebat fieri sacerdos.
Et accusauerunt populum apud regem, dicentes. 6
Perdidit Iudas, & fratres eius omnes amicos tuos, &
nos dispersit de terra nostra.
Nunc ergo mitte virũ, cui credis, vt eat, & videat 7
exterminiũ omne, quod fecit nobis, & regi omnibus
regis: & puniat omnes amicos eius, & adiutores eorũ.
Et elegit rex ex amicis suis Bacchidem, qui domi- 8
nabatur trans flumen magnum in regno, & fidelem
regi: & misit eum,
Vt videret exterminium, quod fecit Iudas: sed & 9
Alcimum impium constituit in sacerdotium, & mã-
dauit ei facere vltionem in filios Israel.
Et surrexerunt, & venerunt cum exercitu magno 10
in terram Iuda: & miserunt nuncios, & locuti sunt
ad Iudam, & ad fratres eius verbis pacificis in dolo.
Et non intenderunt sermonibus eorum: viderunt 11
enim, quia venerunt cum exercitu magno.
Et conuenerunt ad Alcimum, & Bacchidem con- 12
gregatio scribarum requirere quæ iusta sunt:
& primi, Assidæi qui erant in filijs Israel, & exqui- 13
rebant ab eis pacem.
Dixerunt enim: Homo sacerdos de semine Aaron 14
venit, non decipiet nos,
Et locutus est cum eis verba pacifica: & iurauit 15
illis, dicens: Non inferemus vobis malum, neque
amicis vestris.
Et crediderunt ei. Et comprehendit ex eis sexa- 16
ginta viros, & occidit eos in vna die secundum ver-
bum, quod scriptum est:
Carnes sanctorum tuorum, & sanguinem ipsorum 17
Ps. 78. 2. 3. effuderunt in circuitu Ierusalem, & non erat qui
sepeliret.
Et incubuit timor, & tremor in omnem populum: 18
quia dixerunt: Non est veritas, & iudicium in eis:
transgressi sunt enim constitutum, & iusiurandum
quod iurauerunt.
Et mouit Bacchides castra ab Ierusalem, & appli- 19
cuit in Bethzecha: & misit, & comprehendit mul-
tos ex eis, qui à se effugerant, & quosdam de populo
mactauit, & in puteum magnum proiecit.
20 Et commisit regionem Alcimo, & reliquit cum eo
auxilium in adiutorium ipsi. Et abijt Bacchides ad
regem.
21 Et satis agebat Alcimus pro principatu sacerdotij
sui.
22 Et conuenerunt ad eum omnes, qui perturbabant
populum suum, & obtinuerunt terram Iuda, & fece-
runt plagam magnam in Israel.
23 Et vidit Iudas omnia mala quæ fecit Alcimus, &
qui cũ eo erant: filijs Israel, multo plus quã Gentes.
24 Et exijt in omnes fines Iudææ in circuitu, & fe-
cit vindictam in viros desertos, & cessauerunt vltrà
exire in regionem.
25 Vidit autem Alcimus quod præualuit Iudas, &
qui cum eo erant: & cognouit quia non potest susti-
nere eos, & regressus est ad regem, & accusauit eos
multis criminibus.
26 Et misit rex Nicanorem, vnum ex principibus suis
nobilioribus: qui erat inimicitias exercens contra 2. Mach. 15. 1.
Israel, & mandauit ei euertere populum.
27 Et venit Nicanor in Ierusalem cum exercitu ma-
gno, & misit ad Iudam & ad fratres eius verbis pacifi-
cis cum dolo,
28 Dicens: Non sit pugna inter me & vos: veniam
cum viris paucis, vt videam facies vestras cum pace.
29 Et venit ad Iudam, & salutauerunt se inuicem
pacificè: & hostes parati erant rapere Iudam.
30 Et innotuit sermo Iudæ quoniam cum dolo ve-
nerat ad eum: & conterritus est ab eo, & amplius
noluit videre faciem eius.
31 Et cognouit Nicanor quoniam denudatum est cõ-
silium eius, & exiuit obuiam Iudæ in pugnam iuxta
Caphar salama.
32 Et ceciderunt de Nicanoris exercitu fere quin-
que millia viri, & fugerunt in ciuitatem Dauid.
33 Et post hæc verba ascendit Nicanor in montem
Sion, & exierunt de sacerdotibus populi salutare eũ
in pace, & demonstrare ei holocaustomata, quæ offe-
rebantur pro rege.
34 Et irridens spreuit eos, & polluit, & locutus est
superbè,
35 Et iurauit cum ira, dicens, Nisi traditus fuerit Iu-
das, & exercitus eius in manus meas, continuo cum
regressus fuero in pace, succendam domum istam.
Et exijt cum ira magna.
36 Et intrauerunt sacerdotes, & steterunt ante faciẽ
altaris & templi, & flentes dixerunt,
37 Tu Domine elegisti domum istam ad inuocan-
dum nomen tuum in ea, vt esset domus orationis &
obsecrationis populo tuo.
38 Fac vindictam in homine isto, & exercitu eius, &
cadant in gladio, memento blasphemias eorum, &
ne dederis eis vt permaneant.
39 Et exijt Nicanor ab Ierusalem, & castra applicuit
ad Bethoron, & occurrit illi exercitus Syriæ.
40 Et Iudas applicuit in Adarsa cum tribus millibus
viris: & orauit Iudas, & dixit,
41 Qui missi erant à rege Sannacherib, Domine, quia 4. Re. 19. 35.
blasphemauerunt te, exijt Angelus & percussit ex Tob. 1. 21.
eis centum octogintaquinque millia,
42 Sic contere exercitum istum in conspectu nostro Ec. 48. 25.
hodie, & sciant cæteri quia malè locutus est super Isa. 37. 36.
sancta tua, & iudica illum secundum malitiam illius.
43 Et commiserunt exercitus prælium tertiadecima 2. Mac. 8. 19.
die mensis Adar, & contrita sunt castra Nicanoris, &
cecidit ipse primus in prælio.
44 Vt autem vidit exercitus eius quia cecidisset Ni-
canor, proiecerunt arma sua, & fugerunt,
45 Et persecuti sunt eos viam vnius diei ab Adazer
vsquequò veniatur in Gazara, & tubis cecinerunt
post eos cum significationibus,
46 Et exierunt de omnibus castellis Iudææ in circui-
tu, & ventilabant eos cornibus, & conuertebantur
iterum ad eos, & ceciderunt omnes gladio, & non
est relictus ex eis nec vnus.

Vulgat. Editio.

47 Et acceperunt spolia eorum in prædam:& caput
Nicanoris amputauerunt,& dexteram eius, quam
extenderat superbè, & attulerunt & suspenderunt
contra Ierusalem.
48 Et lætatus est populus valde,& egerunt diem il-
lam in lætitia magna.
49 Et constituit agi omnibus annis diem istam ter-
tiadecima die mensis Adar.
50 Et siluit terra Iuda dies paucos.

CAP. VIII.

1 ET audiuit Iudas nomen Romanorum, quia
sunt potentes viribus,& acquiescunt ad om-
nia,quæ postulantur ab eis:& quicunq; acces-
serunt ad eos,statuerunt cum eis amicitias, & quia
sunt potentes viribus.
2 Et audierunt prælia eorum,& virtutes bonas,quas
fecerunt in Galatia,quia obtinuerunt eos,& duxe-
runt sub tributum:
3 Et quanta fecerunt in regione Hispaniæ, & quod
in potestatem redegerunt metalla argenti & auri
quæ illic sunt, & possederunt omnem locum con-
silio suo,& potentia:
4 Locaque quæ longè erant valde ab eis,& reges,qui
superuenerant eis ab extremis terræ, contriuerunt,
& percusserunt eos plaga magna:ceteri autem dant
eis tributum omnibus annis.
5 Et Philippum & Persen Ceteorum regem,& ce-
teros,qui aduersum eos arma tulerant,contriuerunt
in bello,& obtinuerunt eos:
6 Et Antiochum magnum regem Asiæ,qui eis pug-
nam intulerat habens centum viginti elephantos,
& equitatum,& currus,& exercitum magnum val-
de,contritum ab eis,
7 Et quia ceperunt eum viuum, & statuerunt ei vt
daret ipse, & qui regnarent post ipsum, tributum
magnum,& daret obsides & constitutum,
8 Et regionem Indorum,& Medos,& Lydos,de opti-
mis regionibus eorum:& acceptas eas ab eis,dede-
runt Eumeni regi.
9 Et quia qui erant apud Helladam, voluerunt ire,
& tollere eos:& innotuit sermo his,
10 Et miserunt ad eos ducem vnum,& pugnauerunt
contra illos,& ceciderunt ex eis multi & captiuas
duxerunt vxores eorum,& filios,& diripuerunt eos
& terrã eorũ possederunt,& destruxerunt muros eo-
rũ,& in seruitutẽ illos redegerũt vsque in hũc diẽ:
11 Et residua regna,& insulas, quæ aliquando resti-
terãt illis,exterminauerũt,& in potestatẽ redegerũt.
12 Cum amicis autem suis, & qui in ipsis requiem
habebant,conseruauerunt amicitiam, & obtinuerunt
regna,quæ erant longè:quia quicumque audiebant
nomen eorum,timebant eos.
13 Quibus verò vellent auxilio esse vt regnarent,
regnabant:quos autem vellent, regno deturbabant
& exaltati sunt valde.
14 Et in omnibus istis nemo portabat diadema, nec
induebatur purpura, vt magnificaretur in ea.
15 Et quia curiam fecerunt sibi, & quotidie consu-
lebant trecentos viginti consilium agentes semper
de multitudine,vt quæ digna sunt,gerant:
16 Et committunt vni homini magistratum suum
per singulos annos dominari vniuersæ terræ suæ, &
omnes obediunt vni, & non est inuidia, neque ze-
lus inter eos.
17 Et elegit Iudas Eupolemum,filium Ioannis, filij
Iacob,& Iasonem,filium Eleazari, & misit eos Ro-
mam constituere cum illis amicitiam, & societatẽ:
18 Et vt auferrent ab eis iugum Græcorum, quia vi-
derunt,quod in seruitutem premerent regnũ Israel.
19 Et abierunt Romam viam multam valde, & in-
troierunt curiam,& dixerunt:
20 Iudas Machabæus,& fratres eius,& populus Iu-
dæorum miserunt nos ad vos statuere vobiscum so
cietatẽ,& pacem & conscribere nos socios, & ami-
cos vestros,
21 Et placuit sermo in conspectu eorum.
22 Et hoc rescriptum est, quod rescripserunt in ta-
bulis æreis, & miserunt in Ierusalem, vt esset apud
eos ibi memoriale pacis & societatis.
23 BENE SIT ROMANIS,& genti Iudæo-
rum in mari,& in terra in æternum: gladiusque &
hostis procul sit ab eis.
24 Quod si institerit bellum Romanis prius,aut om-
nibus socijs eorum:
25 Auxilium feret gens Iudæorum, prout tempus
dictauerit corde pleno:& præliantibus.
26 Non dabunt,neque subministrabunt triticum,ar-
ma,pecuniam,naues,sicut placuit Romanis:& custo-
dient mandata eorum,nihil ab eis accipientes,
27 Similiter autem & si genti Iudæorum prius acci-
derit bellum,adiuuabunt Romani ex animo, prout
eis tempus permiserit.
28 Et adiuuantibus non dabitur triticum,arma, pe-
cunia,naues, sicut placuit Romanis: & custodient
mandata eorum absque dolo.
29 Secundum hæc verba constituerunt Romani po-
pulo Iudæorum.
30 Quod si post hæc verba hi aut illi addere, aut
demere ad hæc aliquid voluerint,facient ex proposito
suo:& quæcũq; addiderint, vel demserint,rata erunt.
31 Sed & de malis,quæ Demetrius rex fecit in eos,
scripsimus ei,dicentes:Quare grauasti iugum tuum
super amicos nostros,& socios Iudæos?
32 Si ergo iterum adierint nos, aduersum te faciemus
illis iudicium,& pugnabimus tecum mari terraque.

CAP. IX.

1 INterea vt audiuit Demetrius quia cecidit Ni-
canor,& exercitus eius in prælio,apposuit Bac-
chidem,& Alcimum rursum mittere in Iudæã,
& dextrum cornu cum illis.
2 Et abierunt viam,quæ ducit in Galgala, & castra
posuerunt in Masaloth,& in Arbellis,& occupaue-
runt eam,& peremerunt animas hominum multas.
3 In mense primo anni centesimi & quinquagesi-
mi secundi applicuerunt exercitum ad Ierusalem,
4 Et surrexerunt, & abierunt in Beream viginti
millia virorum,& duo millia equitum.
5 Et Iudas posuerat castra in Laisa,& tria millia vi-
ri electi cum eo,
6 Et viderunt multitudinem exercitus quia multi
sunt,& timuerunt valde, & multi subtraxerunt se
de castris,& nõ remãserũt ex eis nisi octingẽti viri.
7 Et vidit Iudas quod defluxit exercitus,& bellum
perurgebat eum, & confractus est corde,quia non
habebat tempus congregandi eos, & dissolutus est.
8 Et dixit his,qui residui erant,Surgamus, & eamus
ad aduersarios nostros,si poterimus pugnare aduer
sus eos.
9 Et auertebant eum,dicentes,Non poterimus, sed
liberemus animas nostras modò, & reuertamur ad
fratres nostros, & tunc pugnabimus aduersus eos,
nos autem pauci sumus.
10 Et ait Iudas,Absit istam rem facere vt fugiamus
ab eis,& si appropinquauit tempus nostrũ,moriamur
in virtute propter fratres nostros,& non inferamus
crimen gloriæ nostræ.
11 Et mouit exercitus de castris,& steterunt illis ob-
uiam,& diuisi sunt equites in duas partes,& fundi-
bularij, & sagittarij præibant exercitum, & primi
certaminis omnes potentes.
12 Bacchides autem erat in dextro cornu, & proxi-
mauit legio ex duabus partibus,& clamabant tubis,
13 Exclamauerunt autẽ & hi,qui erant ex parte Iu-
dæ,etiã ipsi,& cõmota est terra à voce exercituũ,&
commissum est præliũ à mane vsque ad vesperam.
14 Et vidit Iudas, quod firmior est pars exercitus
Bacchidis in dextris,& conuenerunt cum ipso om-
nes constantes corde,
15 Et contrita est dextera pars ab eis, & persecutus
est eos vsque ad montem Azoti.

Digitized by Google

Vulgat. Lat.

Vulgat. Editio.

[illegible]

Vulgat. Editio.

Et viderunt qui fugiebant partes illius, & reversi 73
sunt ad eum, & insequebantur cum eo omnes vsque
Cades ad castra sua,& peruenerunt vsque illuc.
Et ceciderunt de alienigenis in die illa tria mil- 47
lia virorum:& reuersus est Ionathas in Ierusalem.

CAP. XII.

ET vidit Ionathas quia tempus eum iuuat, & 1
elegit viros, & misit eos Romam statuere, &
renouare cum eis amicitiam:
Et ad Spartiatas, & ad alia loca misit epistolas se- 2
cundum eandem formam:
Et abierunt Romam, & intrauerunt curiam,& di- 3
xerunt: Ionathas summus sacerdos, & gens Iudæo-
rum miserunt nos,vt renouaremus amicitiam,& so-
cietatem secundum pristinum.
Et dederunt illis epistolas ad ipsos per loca,vt de- 4
ducerent eos in terram Iuda cum pace.
Et hoc est exemplum epistolarum, quas scripsit 5
Ionathas Spartiatis:
IONATAS summus sacerdos,& seniores gen- 6
tis, & sacerdotes, & reliquus populus Iudæorum
Spartiatis fratribus salutem.
Iampridem missæ erant epistolæ ad Oniam sum- 7
mum sacerdotem ab Ario, qui regnabat apud vos,
quoniam estis fratres nostri, sicut rescriptum conti-
net,quod subiectum est.
Et suscepit Onias virum, qui missus fuerat, cum 8
honore:& accepit epistolas,in quibus significabatur
de societate,& amicitia.
Nos, cum nullo horum indigeremus, habentes 9
solatio sanctos libros,qui sunt in manibus nostris,
Maluimus mittere ad vos renouare fraternitatem, 10
& amicitiā,ne forte alieni efficiamur à vobis:multa
enim tempora transierunt,ex quo misistis ad nos.
Nos ergo in omni tempore sine intermissione in 11
diebus sollemnibus, & ceteris, quibus oportet, me-
mores sumus vestri in sacrificijs, quæ offerimus, &
in obseruationibus,sicut fas est, & decet meminisse
fratrum.
Lætamur itaque de gloria vestra. 12
Nos autem circumdederunt multæ tribulationes, 13
& multa prælia, & impugnauerunt nos reges, qui
sunt in circuitu nostro.
Noluimus ergo vobis molesti esse, neque ceteris 14
socijs,& amicis nostris in his prælijs.
Habuimus enim de cœlo auxilium,& liberati su- 15
mus nos,& humiliati sunt inimici nostri.
Elegimus itaque Numenium Antiochi filium, & 16
Antipatrem Iasonis filium, & misimus ad Romanos
renouare cum eis amicitiam, & societatem pristi-
nam.
Mandauimus itaque eis vt veniant etiam ad vos, 17
& salutent vos:& reddant vobis epistolas nostras,de
innouatione fraternitatis nostræ.
Et nunc benefacietis respondentes nobis ad hæc. 18
Et hoc est rescriptum epistolarum, quod miserat 19
Oniæ:
Arius,rex Spartiatarum Oniæ sacerdoti magno sa- 20
lutem.
Inuentum est in scriptura de Spartiatis,& Iudæis, 21
quoniam sunt fratres, & quod sunt de genere Abra-
ham.
Et nunc ex quo hæc cognouimus, benefacitis 22
scribentes nobis de pace vestra:
Sed & nos rescripsimus vobis : Pecora nostra, & 23
possessiones nostræ, vestræ sunt : & vestræ, nostræ:
mandauimus itaque hæc nunciari vobis.
Et audiuit Ionathas quoniam regressi sunt prin- 24
cipes Demetrij cum exercitu multo supra quàm
prius,pugnare aduersus eum.
Et exijt ab Ierusalem,& occurrit eis in Amathite 25
regione: non enim dederat eis spatium vt ingrede-
rentur regionem eius.

26 Et misit speculatores in in castra eorum:& reuersi
renunciauerunt quod constituunt superuenire illis
nocte.
27 Cum occidisset autem sol,præcepit Ionathas suis
vigilare, & esse in armis paratos ad pugnam tota
nocte,& posuit custodes per circuitum castrorum.
28 Et audierunt aduersarij quod paratus est Ionathas
cum suis in bello:& timuerunt,& formidauerunt in
corde suo:& accenderunt focos in castris suis.
29 Ionathas autem,& qui cum eo erant, non cogno-
uerunt vsque mane : videbant autem luminaria ar-
dentia,
30 Et secutus est eos Ionathas,& non comprehendit
eos:erant enim flumen Eleutherum.
31 Et diuertit Ionathas ad Arabas,qui vocantur Za-
badæi,& percussit eos,& accepit spolia eorum.
32 Et iunxit & venit Damascum, & perambulabat
omnem regionem illam.
33 Simon autem exijt,& venit vsque ad Ascalonem,
& ad proxima præsidia : & declinauit in Ioppen, &
occupauit eam
34 (Audiuit enim quod vellent præsidium tradere
partibus Demetrij)& posuit ibi custodes vt custodi-
rent eam.
35 Et reuersus est Ionathas, & conuocauit seniores
populi, & cogitauit cum eis ædificare præsidia in
Iudæa,
36 Et ædificare muros in Ierusalem, & exaltare alti-
tudinem magnam inter medium arcis & ciuitatis,vt
separaret eam à ciuitate, vt esset ipsa singulariter, &
neque emant,neque vendant.
37 Et conuenerunt, vt ædificarent ciuitatem: & ce-
cidit murus, qui erat super torrentem ab ortu solis,
& reparauit eum,qui vocatur Caphetetha:
38 Et Simon ædificauit Adiada in Sephela, & mu-
niuit eam,& imposuit portas,& seras.
39 Et cum cogitasset Triphon regnare Asiæ,& assu-
mere diadema, extendere manum in Antiochum
regem:
40 Timens ne forte non permitteret eum Ionathas,
sed pugnaret aduersus eū, quærebat comprehendere
eum, & occidere. Et exurgens abijt in Bethsan.
41 Et exiuit Ionathas obuiam illi cum quadraginta
millibus virorum electorum in prælium, & venit
Bethsan.
42 Et vidit Tryphon quia venit Ionathas cum exer-
citu multo vt extenderet in eum manus,timuit.
43 Et excepit eum cum honore,& commendauit eum
omnibus amicis suis, & dedit ei munera: & præce-
pit exercitibus suis vt obedirent ei,sicut sibi.
44 Et dixit Ionathę: Vt quid vexasti vniuersum po-
pulum,cum bellum nobis non sit?
45 Et nunc remitte eos in domos suas:elige autem ti-
bi viros paucos,qui tecum sint,& veni mecum Pto-
lemaidam,& tradam eam tibi,& reliqua pręsidia, &
exercitum, & vniuersos prępositos negotij, & con-
uersus abibo:propterea enim veni.
46 Et credidit ei,& fecit sicut dixit: & dimisit exer-
citum,& abierunt in terram Iuda.
47 Retinuit autem secum tria millia virorum: ex qui-
bus remisit in Galilęam duo millia, mille autem ve-
nerunt cum eo.
48 Vt autem intrauit Ptolemaidam Ionathas,clause-
runt portas ciuitatis Ptolemenses:& comprehende-
runt eum:& omnes, qui cum eo intrauerant, gladio
interfecerunt.
49 Et misit Tryphon exercitum,& equites in Gali-
lęam,& in campum magnum vt perderent omnes
socios Ionathæ.
50 At illi cum cognouissent quia comprehensus
est Ionathas,& perijt, & omnes, qui cum eo erant,
hortati sunt semetipsos, & exierunt parati in præ-
lium.
51 Et videntes hi,qui insecuti fuerant, quia pro ani-
ma res est illis,reuersi sunt:

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

Et vidit Simon Ioannem filium suum, quod fortis 54
prælij vir esset: & posuit eum ducem virtute vniuersarum:& habitauit in Gazaris.

CAP. XIIII.

ANno centesimo septuagesimo secundo congregauit rex Demetrius exercitum suum, & 1
abijt in Mediam ad cõtrahenda sibi auxilia, vt expugnaret Tryphonem.

Et audiuit Arsaces rex Persidis, & Mediæ, quia 2
intrauit Demetrius confines suos, & misit vnum de principibus suis vt comprehenderet eum viuum, & adduceret eum ad se.

Et abijt,& percussit castra Demetrij: & compre- 3
hendit eum & duxit eum ad Arsacem & posuit eum in custodiam.

Et siluit omnis terra Iuda omnibus diebus Simo- 4
nis,& quæsiuit bona genti suæ:& placuit illis potestas eius,& gloria eius omnibus diebus.

Et cum omni gloria sua accepit Ioppen in portum 5
& fecit introitum in insulis maris.

Et dilatauit fines gentis suæ, & obtinuit regionẽ. 6

Et congregauit captiuitatem multam,& domina- 7
tus est Gazariæ,& Bethsuræ,& arci:& abstulit immunditias ex ea,& non erat qui resisteret ei.

Et vnusquisque colebat terram suam cum pace: & 8
terra Iuda dabat fructus suos, & ligna camporum fructum suum:

Seniores in plateis sedebant omnes, & de bonis 9
terræ tractabant,& iuuenes induebant se gloriam,& stolas belli.

Et ciuitatibus tribuebat alimonias, & constitue- 10
bat eas vt essent vasa munitionis quoadusque nominatum est nomen gloriæ eius vsque ad extremum terræ.

Fecit pacem super terram,& lætatus est Israel lętitia magna. 11

Et sedit vnusquisque sub vite sua &, sub ficulnea 12
sua,& non erat qui eos terret.

Defecit impugnans eos super teram:reges contri- 13
ti sunt in diebus illis.

Et confirmauit omnes humiles populi, & legem 14
exquisiuit,& abstulit omnem iniquum & malum:

Sancta glorificauit,& multiplicauit vasa sancto- 15
rum.

Et auditum est Romæ quia defunctus esset Iona- 16
thas:& vsque in Spartiatas:& contristati sunt valde.

Vt audierunt autem quod Simon frater eius factus 17
esset summus sacerdos loco eius, & ipse obtineret omnem regionem,& ciuitates in ea:

Scripserunt ad eum in tabulis æreis,vt renouarent 18
amicitias, & societatem quam fecerant cum Iuda, & cum Ionatha fratribus eius.

Et lectæ sunt in conspectu ecclesiæ in Ierusalem. 19
Et hoc exemplum epistolarum,quas Spartiatæ miserunt.

SPARTIANORVM principes, & ciuita- 20
tes,Simoni Sacerdoti magno,& senioribus,& sacerdotibus,& reliquo populo Iudæorum,fratribus salutem.

Legati, qui missi sunt ad populum nostrum, nun- 21
ciauerunt nobis de vestra gloria,& honore,& lætitia:& gauisi sumus in introitu eorum.

Et scripsimus quæ ab eis erant dicta in concilijs 22
populi,sic: Numenius Antiochi, & Antipater Iasonis filius,legati Iudæorum, venerunt ad nos renouantes nobiscum amicitiam pristinam.

Et placuit populo excipere viros gloriose, & po- 23
nere exemplum sermonem eorum in segregatis populi libris, vt sit ad memoriam populo Spartiatarum,exemplum autem horum scripsimus Simoni magno sacerdoti.

Post hæc autem misit Simon Numenium Romam 24
habentem clypeum aureum magnum, pondo mnarum mille, ad statuendam cum eis societatem: Cum autem audisset populus Romanus.

25 Sermones istos,dixerunt: Quam gratiarum actionem reddemus Simoni,& filijs eius?

26 Restituit enim ipse fratres suos,& expugnauit inimicos Israel ab eis, & statuerunt ei libertatem, & descripserunt in tabulis æreis,& posuerunt in titulis in monte Sion.

27 Et hoc est exemplum scripturæ: OCTAVA decima de mensis Elul, anno centesimo septuagesimo secundo, anno tertio sub Simone sacerdote magno in Asaramel.

28 In conuentu magno sacerdotum, & populi, & principum gentis, & seniorum regionis, nota facta sunt hæc: Quoniam frequenter facta sunt: prælia in gione nostra.

29 Simon autem Mathathiæ filius ex filijs Iarib, & fratres eius dederunt se periculo, & restiterunt aduersarijs gentis suæ,vt starent sancta ipsorum,& lex & gloria magna glorificauerunt gentem suam.

30 Et congregauit Ionathas gentem suam, & factus est illis sacerdos magnus,& appositus est ad populum suum.

31 Et voluerunt inimici eorum calcare, & atterere regionem ipsorum,& extendere manus in sancta eorum.

32 Tunc restitit Simon,& pugnauit pro gente sua,& erogauit pecunias multas,& armauit viros virtutis gentis suæ, & dedit illis stipendia:

33 Et muniuit ciuitates Iudææ, & Bethsuram, quæ erat in finibus Iudææ,vbi erant arma hostium antea: & posuit illic præsidium viros Iudæos.

34 Et Ioppen muniuit,quæ erat ad mare:& Gazaram, quæ est finibus Azoti, in qua hostes antea habitabant,& collocauit illic Iudæos:& quæcumque apta erant ad correptionem eorum,posuit in eis.

35 Et vidit populus actum Simonis,& gloriam, quã cogitabat facere genti suæ,& posuerunt eum ducem suũ & principem sacerdotũ,eo quod ipse fecerat hæc omnia,& iustitiam,& fidem,quam conseruauit genti suę,& exquisiuit omni modo exaltare populum suum.

36 Et in diebus eius prosperatum est in manibus eius vt tollerentur gentes de regione ipsorum, & qui in ciuitate Dauid erant in Ierusalem in arce,de qua procedebant,& contaminabant omnia, quę in circuitu sanctorum sunt & inferebant plagam magnam castitati:

37 Et collocauit in ea viros Iudęos ad tutamentum regionis, & ciuitatis, & exaltauit muros Ierusalem.

38 Et rex Demetrius statuit illi summum sacerdotium.

39 Secundum hęc fecit eum amicum suum, & glorificauit eum gloria magna.

40 Audiuit enim quod appellati sunt Iudęi à Romanis amici,& socij,& fratres,quia susceperunt legatos Simonis gloriose:

41 Et quia Iudęi, & sacerdotes eorum consenserunt eum esse ducem suum,& summum sacerdotem in ęternum,donec surgat propheta fidelis.

42 Et vt sit super eos dux,& vt cura esset illi pro sanctis,& vt constitueret præpositos super opera eorum,& super regionem,& super arma, & super prę- sidia.

43 Et cura sit illi de sanctis: & vt audiatur ab omnibus, & scribantur in nomine: eius omnes conscriptiones in regione,& vt operiatur purpura, & auro:

44 Et ne liceat vlli ex populo, & ex sacerdotibus irritum facere aliquid horum, & contradicere his, quę ab eo dicuntur, aut conuocare conuentum in regione sine ipso: & vestiri purpura, & vti fibula aurea.

45 Qui autem fecerit extra hęc, aut irritum fecerit aliquid horum,reus erit.

46 Et complacuit omni populo statuere Simonem,& facere secundum verba ista.

Vulgat Editio.

Et suscepit Simon,& placuit ei vt summo sacer- 47
dotio fungeretur,& esset dux,& princeps gentis Iu-
dæorum,& sacerdotum,& præesset omnibus.
Et scripturam istam dixerunt ponere in tabulis 48
æreis,& ponere eas in peribolo sanctorum, in loco
celebri:
Exemplum autem eorum ponere in ærario,vt ha- 49
beat Simon,& filij eius.

CAP. XV.

ET misit rex Antiochus filius Demetrij epi- 1
stolas ab insulis maris Simoni sacerdoti, &
principi gentis Iudæorum,& vniuersæ genti.
Et erant continentes hunc modum: REX Antio- 2
chus Simoni sacerdoti magno, & genti Iudæorum
salutem.
Quoniam quidem pestilentes obtinuerunt regnũ 3
patrum nostrorum, volo autem vendicare regnum,
& restituere illud sicut erat antea: & electam feci
multitudinem exercitus,& feci naues bellicas.
Volo autem procedere per regionem vt vlciscar 4
in eos,qui corruperunt regionem nostram, & qui
desolauerunt ciuitates multas in regno meo.
Nunc ergo statuo tibi omnes oblationes,quas re- 5
miserunt tibi ante me omnes reges, & quæcumque
alia dona remiserunt tibi:
Et permitto tibi facere percussuram proprij numis- 6
matis in regione tua.
Ierusalem autem sanctam esse,& liberam:& omnia 7
arma,quæ fabricata sunt,& præsidia, quæ construxi-
sti,quæ tenes,maneant tibi.
Et omne debitum regis: & quæ futura sunt regi, 8
ex hoc,& in totum tempus remittuntur tibi.
Cum autem obtinuerimus regnum nostrum, glo- 9
rificabimus te,& gentem tuã,& templũ gloria ma-
gna ita vt manifestetur gloria vestra in vniuersa terra.
Anno centesimo septuagesimo quarto exiit An-
tiochus in terram patrum suorum,& conuenerunt
ad eum omnes exercitus, ita vt pauci relicti essent 10
cum Tryphone.
Et insecutus est eum Antiochus rex,& venit Do- 11
ram fugiens per maritimam.
Sciebat enim quod congregata sunt mala in eum, 12
& reliquit eum exercitus.
Et applicuit Antiochus super Doram cum centũ
viginti millibus virorum belligeratorum, & octo 13
millibus equitum:
Et circuiuit ciuitatem, & naues à mari accesserunt 14
& vexabant ciuitatem à terra, & mari, & neminem
sinebant ingredi,vel egredi.
Venit autem Numenius, & qui cum eo fuerant,ab 15
vrbe Roma,habentes epistolas regibus, & regioni-
bus scriptas,in quibus continebantur hæc:
LVCIVS Consul Romanorum,Ptolemæo regi 16
salutem.
Legati Iudæorum venerunt ad nos amici nostri, 17
renouantes pristinam amicitiam,& societatem mis-
si à Simone principe Sacerdotũ,& populo Iudæorũ.
Attulerunt autem & clypeum aureũ mnarũ mille.
Placuit itaque nobis scribere regibus,& regioni- 18
bus, vt non inferant illis mala, neque impugnent 19
eos,& ciuitates eorum,& regiones eorum:& vt non
ferant auxilium pugnantibus aduersus eos.
Visum autem est nobis accipere ab eis clypeum. 20
Si qui ergo pestilentes refugerunt de regione ip- 21
sorum ad vos,tradite eos Simoni principi sacerdo-
tum,vt vindicet in eos secundum legem suam
Hæc eadem scripta sunt Demetrio regi,& Attalo, 22
& Ariarathi,& Arsaci,
Et in omnes regiones:& Lampsaco,& Spartiatis,
& in Delum,& in Myndum, & in Sicyonem,& in 23
Cariam & in Samum, & in Pamphyliam, & in
Lyciam,& in Alicarnassum,& in Coo,& in Siden &
Aradon,& in Rhodum,& in Phaselidem,& in Gor-
tynam,& Gnidum,& Cyprum,& Cyrenen.
Exemplum autem eorum scripserunt Simoni prin 24
cipi sacerdotum,& populo Iudæorum.

25 Antiochus autem rex applicuit in Doram secun-
do,admouens ei semper manus,& machinas faciens
& conclusit Tryphonem,ne procederet.
26 Et misit ad eum Simon duo millia virorum ele-
ctorum in auxilium,& argentum, & aurum, & vasa
copiosa:
27 Et noluit ea accipere,sed rupit omnia,quæ pactus
est cum eo antea,& alienauit se ab eo.
28 Et misit ad eum Athenobium vnum de amicis
suis,vt tractaret cum ipso,dicens: Vos tenetis Ioppē,
& Gazaram,& arcem, quæ est in Ierusalem,ciuitates
regni mei:
29 Fines earum desolastis, & fecistis plagam ma-
gnam in terra, & dominati estis per loca multa in
regno meo.
30 Nunc ergo tradite ciuitates, quas occupastis, &
tributa locorum, in quibus dominati estis extra fi-
nes Iudææ.
31 Sin autem, date pro illis quingenta talenta ar-
genti,& exterminij,quod exterminastis, & tributo-
rum ciuitatum alia talenta quingenta:sin autem, ve-
niemus,& expugnabimus vos.
32 Et venit Athenobius amicus regis in Ierusalem,
& vidit gloriam Simonis,& claritatem in auro,& ar-
gento,& apparatum copiosum:& obstupuit: & retu-
lit ei verba Regis.
33 Et respondit ei Simon,& dixit ei : Neque alienã
terram sumpsimus,neque aliena detinemus: sed hæ-
reditatem patrum nostrorum,quæ iniuste ab inimi-
cis nostris aliquo tempore possessa est.
34 Nos vero tempus habentes, vindicamus hæredi-
tatem patrum nostrorum.
35 Nam de Ioppe,& Gazara quæ expostulas , ipsi fa-
ciebant in populo plagam magnam & in regione
nostra:horum damus talenta centum. Et non respon-
dit ei Athenobius verbum.
36 Reuersus autem cum ira ad regem,renunciauit ei
verba ista,& gloriam Simonis,& vniuersa, quæ vi-
dit,& iratus est rex ira magna.
37 Tryphon autem fugit naui in Orthosiada.
38 Et constituit rex Cendebæum ducem maritimum
& exercitum peditum & equitum dedit illi.
Et mandauit illi mouere castra contra faciem Iu-
39 dææ:& mandauit ei ædificare Gedorem, & obstrue-
re portas ciuitatis,& debellare populum. Rex autem
persequebatur Tryphonem.
40 Et peruenit Cendebæus Iamniam , & cœpit ir-
ritare plebem, & conculcare Iudæam , & capti-
uare populum, & interficere , & ædificare Gedo-
rem.
41 Et collocauit illic equites, & exercitum: vt egressi
perambularent via Iudææ,sicut constituit ei rex.

CAP. XVI.

ET ascendit Ioannes de Gazaris, & nunciauit
1 Simoni patri suo quæ fecit Cendebæus in
populo ipsorum.
2 Et vocauit Simon duos filios seniores, Iudam,
& Ioannem , & ait illis: & fratres mei, & domus
patris mei expugnauimus hostes Israel ab ado-
lescentia vsque in hunc diem & prosperatum est in
manibus nostris liberare Israel aliquoties.
3 Nunc autem senui , sed estote loco meo, & fra-
tres mei,& egressi pugnare pro gente nostra : auxi-
lium vero de cælo vobiscum sit.
Et elegit de regione viginti millia virorum bel-
4 ligeratorum,& equites:& profecti sunt ad Cende-
bæum,& dormierunt in Modin.
Et surrexerunt mane,& abierunt in campum : &
5 ecce exercitus copiosus in obuiam illis peditum,
& equitum , & fluuius torrens erat inter medium
ipsorum.
Et admouit castra contra faciem eorum ipse, &
6 populus eius,& vidit populum trepidantem ad trãs
fretandum torrentem,& transfretauit primus:& vi-
derunt eum viri,& transierunt post eum.

Digitized by Google

Vulgat. Editio.

7 Et diuisit populum,& equites in medio peditum:
erat autem equitatus aduersariorum copiosus nimis.
8 Et exclamauerunt sacris tubis, & in fugam con-
uersus est Cendebæus,& castra eius:& ceciderunt ex
eis multi vulnerati: residui autem in munitionem
fugerunt.
9 Tunc vulneratus est Iudas frater Ioannis: Ioannes
autem insecutus est eos, donec venit Cedronem,
quam ædificauit:
10 Et fugerunt vsque ad turres, quæ erant in agris
Azoti,& succendit eas igni. Et ceciderunt ex illis
duo millia virorum, & reuersus est in Iudæam in
pace.
11 Et Ptolemęus filius Abobi constitutus erat dux
in campo Iericho;& habebat argentum, & aurum
multum.
12 Erat enim gener summi sacerdotis.
13 Et exaltatum est cor eius, & volebat obtinere re-
gionem,& cogitabat dolum aduersus Simonem, &
filios eius,vt tolleret eos.
14 Simon autem, perambulans ciuitates, quæ erant
in regione Iudææ, & sollicitudinem gerens earum,
descendit in Iericho ipse,& Mathathias filius eius,&
Iudas,anno centesimo septuagesimo septimo,mense
vndecimo:hic est mensis Sabath.
15 Et suscepit eos filius Abobi in munitiunculam,
quæ vocatur Doch,cum dolo,quam ædificauit:& fe-
cit eis conuiuium magnum,& abscondit illic viros.

16 Et cum inebriatus esset Simon,& filij eius, surre-
xit Ptolemæus cum suis,& sumpserunt arma sua, &
intrauerunt in conuiuiũ,& occiderunt eum, & duos
filios eius,& quosdam pueros eius.
17 Et fecit deceptionem magnam in Israel,& reddi-
dit mala pro bonis
18 Et scripsit hæc Ptolemæus, & misit regi vt mitte-
ret ei exercitum in auxilium, & traderet ei regio-
nem,& ciuitates eorum,& tributa.
19 Et misit alios in Gazaram tollere Ioannẽ: & tribu-
nis misit epistolas,vt venirent ad se, & daret eis ar-
gentum,& aurum,& dona.
20 Et alios misit occupare Ierusalem, & montem
templi.
21 Et præcurrens quidam,nunciauit Ioanni in Gaza-
ra, quia perijt pater eius,& fratres eius,& quia misit
te quoque interfici.
22 Vt audiuit autem, vehementer expauit: & com-
prehendit viros,qui venerant perdere eum, & occi-
dit eos:cognouit enim quia quærebant eum perde-
re.
Et cætera sermonum Ioannis,& bellorum eius, &
23 bonarum virtutum,quibus fortiter gessit, & ædificij
murorum, quos extruxit, & rerum gestarum eius:
Ecce hæc scripta sunt in libro dierum sacerdotij
24 eius ex quo factus est princeps sacerdotum post pa-
trem suum:

LIBLI SECVNDI MACHABÆORVM.

Vulgat. Editio

CAPVT PRIMVM,

FRatribus,qui sunt per Ægyptum,Iudæis, salu- 1
tem dicunt fratres, qui sunt in Ierosoly-
mis,Iudæi,& qui in regione Iudææ,& pacem
bonam.
Benefaciat vobis Deus, & meminerit testamenti 2
sui,quod locutus est Abraham,& Isaac,& Iacob ser-
uorum suorum fidelium:
Et det vobis cor omnibus vt colatis eum, & fa- 3
ciatis eius voluntatem corde magno, & animo vo-
lenti.
Adaperiat cor vestrum in lege sua,& in præceptis 4
suis,& faciat pacem.
Exaudiat orationes vestras, & reconcilietur vo- 5
bis,nec vos deserat in tempore malo.
Et nunc hic sumus orantes pro vobis.
Regnante Demetrio, anno centesimo sexagesi- 6
mo nono, nos Iudæi scripsimus vobis in tribula- 7
tione, & impetu, qui superuenit nobis in istis an-
nis, ex quo recessit Iason à sancta terra, & à re-
gno. 8
Portam succenderunt, & effuderunt sanguinem
innocentem:& orauimus ad Dominum,& exauditi
sumus, & obtulimus sacrificium, & similagi-
nem, & accendimus lucernas, & proposuimus pa-
nes. 9
Et nunc frequentate dies scenopegiæ mensis Ca-
sleu.
Anno centesimo octogesimo octauo, populus, 10
qui est Ierosolymis, & in Iudæa, Senatusque &
Iudas, Aristobolo magistro Ptolemæi regis, qui
est de genere Christorum sacerdotum, & his, qui
in Ægypto sunt, Iudæis salutem,& sanitatem.
De magnis periculis à Deo liberati, magnifice
gratias agimus ipsi, vtpote qui aduersus talem re-
gem dimicauimus. 11
Ipse enim ebullire fecit de Perside eos, qui
pugnauerunt contra nos, & sanctam ciuitatem. 12
Nam cum in Perside esset dux ipse, & cum ipso
immensus exercitus, cecidit in templo Naneæ, con-
silio deceptus sacerdotum Naneæ. 13
Etenim cum ea habitaturus venit ad locum An-
tiochus,& amici eius,& vt acciperet pecunias mul- 14
tas dotis nomine.
Cumque proposuissent eas sacerdotes Naneæ, &
ipse cum paucis ingressus esset intra ambitum fani, 15
clauserunt templum,

16 Cum intrasset Antiochus: apertoque occulto
aditu templi,mittentes lapides percusserunt du-
cem, & eos qui cum eo erant, & diuiserunt mem-
bratim, & capitibus amputatis foras proiece-
runt.
17 Per omnia benedictus Deus, qui tradidit im-
pios.
18 Facturi igitur quinta & vigesima die mensis Ca-
sleu purificationem templi, necessarium duxi-
mus significare vobis: vt & vos quoque agatis
diem scenopegiæ,& diem ignis,qui datus est quan-
do Nehemias ædificato templo & altari obtulit sa-
crificia.
19 Nam cum in Persidem ducerentur patres nostri,
sacerdotes,qui tunc cultores Dei erant, acceptum
ignem de altari occultè absconderunt in valle, vbi
erat puteus altus,& siccus, & in eo contutati sunt
eum,ita vt omnibus ignotus esset locus.

20 Cum autem præterissent anni multi, & placuit
Deo vt mitteretur Nehemias à rege Persidis: ne-
potes sacerdotum illorum, qui absconderant,
misit ad requirendum ignem: & sicut narraue-
runt nobis, non inuenerunt ignem, sed aquam
crassam.
21 Et iussit eos haurire, & afferre sibi: & sacri-
ficia, quæ imposita erant, iussit sacerdos Nehe-
mias aspergi ipsa aqua, & ligna, & quæ erant su-
perposita.
22 Vtque hoc factum est, & tempus affuit, quo sol
refulsit,qui prius erat in nubilo, accensus est ignis
magnus,ita vt omnes mirarentur.
23 Orationem autem faciebant omnes sacerdotes
dum consummaretur sacrificium, Ionatha inchoan-
te,cæteris autem respondentibus.
24 Et Nihemiæ erat oratio hunc habens modum:
DOMINE Deus omnium creator, terribilis, &
fortis, iustus, & misericors, qui solus es bonus
rex,
25 Solus præstans, solus iustus, & omnipotens,
& æternus, qui liberas Israel de omni malo,
qui fecisti patres electos,& sanctificasti eos:

26 Accipe sacrificium pro vniuerso populo tuo Israel,
& custodi partem tuam,& sanctifica.

27 Congrega dispersionem nostram, libera eos,
qui seruiunt Gentibus, & contemptos & abomi-
natos respice: vt sciant Gentes quia tu es Deus
noster.

Vulgat. Editio.

28 Affligeopprimentes nos, & contumeliam facientes in superbia.

*Deut. 30, 5. Exod. 15, 16

29 Constitue populum tuum in loco sancto tuo,* sicut dixit Moyses.

30 Sacerdotes autem psallebant hymnos, vsquequo consumptum esset sacrificium.

31 Cum autem consumptum esset sacrificium, ex residua aqua Nehemias iussit lapides maiores perfundi.

32 Quod vt factum est, ex eis flamma accensa est: sed ex lumine quod refulsit ab altari, consumpta est.

33 Vt vero manifestata est res, renuntiatum est regi Persarum quod in loco in quo ignem absconderant hi, qui translati fuerant, sacerdotes, aqua apparuit, de qua Nehemias, & qui cum eo erant, purificauerunt sacrificia.

34 Considerans autem rex, & rem diligenter examinans, fecit ei templum: vt probaret quod factum erat.

35 Et cum probasset, sacerdotibus donauit multa bona, & alia atque alia munera, & accipiens manu sua, tribuebat eis.

36 Appellauit autem Nehemias hunc locum Nephthar quod interpretatur Purificatio. Vocatur autem apud plures Nephi.

CAP. II

1 INuenitur autem in descriptionibus Ieremiæ prophetæ, quod iussit eos ignem accipere qui transmigrabant, vt significatum est, & vt mandauit transmigratis.

2 Et dedit illis legem ne obliuiscerentur præcepta Domini, & vt non exerrarent mentibus videntes simulacra aurea, & argentea, & ornamenta eorum.

3 Et alia huiusmodi dicens, hortabatur ne legem amouerent a corde suo.

Deu. 34. 1.

4 Erat autem in ipsa scriptura, quomodo tabernaculum, & arcam iussit propheta diuino responso ad se facto comitari secum, vsquequo exiit in montem in quo Moyses ascendit, & vidit Dei hæreditatem.

5 Et veniens ibi Ieremias inuenit locum speluncæ: & tabernaculum, & arcam, & altare incensi intulit illuc, & ostium obstruxit.

6 Et accesserunt quidam simul, qui sequebantur, vt notarent sibi locum: & non potuerunt inuenire.

7 Vt autem cognouit Ieremias, culpans illos, dixit: Quod ignotus erit locus, donec congreget Deus congregationem populi, & propitius fiat.

8 Et tunc Dominus ostendet hæc, & apparebit maiestas Domini, & nubes erit, sicut & Moysi manifestabatur, & *sicut cum Salomon petiit vt locus sanctificaretur magno Deo, manifestabat hæc.

*1. Re. 8. 11. b. Par. 6. 14.

9 Magnifice etenim sapientiam tractabat. & vt sapientiam habens, *obtulit sacrificium dedicationis, & consummationis templi.

*Leu. 9. 24.

10 Sicut & Moyses orabat ad Dominum, & descendit ignis de cælo, & consumpsit holocaustum, sic * & Salomon orauit, & descendit ignis de cælo, & consumpsit holocaustum.

*Par. 7. 1.

11 Et dixit Moyses, * eo quod non sit comestum quod erat pro peccato, consumptum est.

*Leu. 10. 19. 17.

12 Similiter & Salomon octo diebus celebrauit dedicationem.

13 Inferebantur autem in descriptionibus, & commentariis Nehemiæ hæc eadem: & vt construens bibliothecam congregauit de regionibus libros, & Prophetarum, & Dauid, & epistolas Regum, & de donariis.

14 Similiter autem & Iudas ea, quæ deciderant per bellum, quod nobis acciderat, congregauit omnia, & sunt apud nos.

15 Si ergo desideratis hæc, mittite qui perferant vobis.

16 Acturi itaque purificationem scripsimus vobis: bene ergo facietis, si egeritis hos dies.

17 Deus autem qui liberauit populum suum, & reddidit hæreditatem omnibus, & regnum, & sacerdotium, & sanctificationem,

18 Sicut promisit in lege, speramus quod cito nostri miserebitur, & congregabit de sub cælo in locum sanctum.

*Deut. 30. 3. 5

19 Eripuit enim nos de magnis periculis, & locum purgauit.

20 De Iuda vero Machabæo, & fratribus eius, & templi magni purificatione & de aræ dedicatione:

21 Sed & de præliis, quæ pertinent ad Antiochum Nobilem, & filium eius Eupatorem.

22 Et de illuminationibus, quæ de cælo factæ sunt ad eos, qui pro Iudæis fortiter fecerunt, ita vt vniuersam regionem, cum pauci essent, vindicarent, & barbaram multitudinem fugarent,

23 Et famosissimum in toto orbe templum recuperarent, & ciuitatem liberarent, & leges, quæ abolitæ erant, restituerentur, Domino cum omni tranquillitate propitio facto illis.

24 Itemque ab Iasone Cyrenæo quinque libris comprehensa tentauimus nos vno volumine breuiare.

25 Considerantes enim multitudinem librorum, & difficultatem volentibus aggredi narrationes historiarum propter multitudinem rerum,

26 Curauimus volentibus quidem legere, vt esset animi oblectatio: studiosis vero, vt facilius possint memoriæ commendare: omnibus autem legentibus vtilitas conferatur.

27 Et nobis quidem ipsis, qui hoc opus breuiandi causa suscepimus, non facilem laborem, immo vero negotium plenum vigiliarum, & sudoris assumpsimus.

28 Sicut hi, qui præparant conuiuium, & quærunt aliorum voluntati parere propter multorum gratiam, libenter laborem sustinemus.

29 Veritatem quidem de singulis auctoribus concedentes, ipsi autem secundum datam formam breuitati studentes.

30 Sicut enim nouæ domus architecto de vniuersa structura curandum est: ei vero qui pingere curat, quæ apta sunt ad ornatum, exquirenda sunt: ita æstimandum est & in nobis.

31 Etenim intellectum colligere, & ordinare sermonem, & curiosius partes singulas quasque disquirere, historiæ congruit auctori:

32 Breuitatem vero dictionis sectari, & executiones rerum vitare, breuianti concedendum est.

33 Hinc ergo narrationem incipiemus: de præfatione tantum dixisse sufficiat: stultum etenim est ante historiam effluere, in ipsa autem historia succingi.

CAP. III.

1 IGitur cum sancta ciuitas habitaretur in omni pace, leges etiam adhuc optime custodirentur, propter Oniæ pontificis pietatem, & animos odio habentes mala.

2 Fiebat vt & ipsi reges, & principes locum summo honore dignum ducerent, & templum maximis muneribus illustrarent:

3 Ita vt & Seleucus Asiæ rex de reditibus suis præstaret omnes sumptus ad ministerium sacrificiorum pertinentes.

4 Simon autem de Tribu Beniamin præpositus templi constitutus, contendebat, obsistente sibi principe sacerdotum, iniquum aliquid in ciuitate moliri.

5 Sed cum vincere Oniam non posset, venit ad Apollonium Tharseæ filium, qui eo tempore erat dux Cœlesyriæ, & Phœnicis:

Vulgat. Editio.

6 Et nunciauit ei, pecunijs innumerabilibus plenum esse ærarium Ierosolymis, & communes copias immensas esse, quæ non pertinent ad rationem sacrificiorum: esse autem possibile sub potestate regis cadere vniuersa.

7 Cumque retulisset ad regem Apollonius de pecunijs, quæ delatæ erant, ille accitum Heliodorum, qui erat super negotia eius, misit cum mandatis, vt prædictam pecuniam transportaret.

8 Statimq; Heliodorus iter est aggressus, specie quidẽ quasi Cœlesyriã, & Phœnicen ciuitates esset peragraturus, re vera autem regis propositum perfecturus.

9 Sed cum venisset Ierosolymam, & benigne a summo sacerdote in ciuitate esset exceptus, narrauit de dato indicio pecuniarum: &, cuius rei gratia adesset, aperuit: interrogabat autem, si vere hæc ita essent.

10 Tunc summus sacerdos ostendit deposita esse hæc, & victualia viduarum, & pupillorum:

11 Quædam vero esse Hircani Tobiæ viri valde eminentis, in his, quæ detulerat impius Simon: vniuersa autem argenti talenta esse quadringenta, & auri ducenta.

12 Decipi vero eos, qui credidissent loco, & templo, quod per vniuersum mundum honoratur, pro sui veneratione, & sanctitate omnino impossibile esse.

13 At ille pro his, quæ habebat in mandatis a rege, dicebat omni genere regi ea esse deferenda.

14 Constituta autem die intrabat de his Heliodorus ordinaturus. Non modica verò per vniuersam ciuitatem erat trepidatio.

15 Sacerdotes autem ante altare cum stolis sacerdotalibus iactauerunt se, & inuocabant de cælo eum, qui de depositis legem posuit, vt his, qui deposuerant ea, salua custodiret.

16 Iam vero qui videbat summi sacerdotis vultum, mẽte vulnerabatur; facies enim, & color immutatus declarabat internum animi dolorem.

17 Circumfusa enim erat mœstitia quædam viro, & horror corporis, per quem manifestus aspicientibus dolor cordis efficiebatur.

18 Alij etiam gregatim de domibus confluebãt, publica supplicatione obsecrantes, pro eo quod in contemptum locus esset venturus.

19 Accinctæque mulieres cilicijs pectus, per plateas confluebant, sed & virgines, quæ conclusæ erant, procurrebant ad Oniam, aliæ autem ad muros, quædam vero per fenestras aspiciebant:

20 Vniuersæ autem protendentes manus in cælum, deprecabantur.

21 Erat enim misera commistæ multitudinis, & magni sacerdotis in agone constituti expectatio.

22 Et hi quidem inuocabant omnipotentem Deum, vt credita sibi his, qui crediderant, cum omni integritate conseruarentur.

23 Heliodorus autem, quod decreuerat, perficiebat eodem loco ipse cum satellitibus circa ærarium præsens.

24 Sed spiritus omnipotentis Dei magnam fecit suæ ostensionis euidentiam, ita vt omnes, qui ausi fuerant parere ei, ruentes Dei virtute, in dissolutionem & formidinem conuerterentur.

25 Apparuit enim illis quidam equus terribilem habens sessorem, optimis operimentis adornatus: isque cum impetu Heliodoro priores calces elisit: qui autem ei sedebat, videbatur arma habere aurea.

26 Alij etiam apparuerunt duo iuuenes virtute decori, optimi gloria, speciosique amictu: qui et circumsteterunt eum, & ex vtraque parte flagellabant, sine intermissione multis plagis verberantes.

27 Subito autem Heliodorus concidit in terram, eumque multa caligine circumfusum rapuerunt, atque in sella gestatoria positum eiecerunt.

28 Et is qui cum multis cursoribus, & satellitibus prædictum ingressus est ærarium, portabatur nullo sibi auxilium ferente, manifesta Dei cognita virtute:

29 Et ille quidem per diuinam virtutem iacebat mutus, atque omni spe, & salute priuatus.

30 Hi autem Dominum benedicebant, quia magnificabat locum suum: & templum, quod paulo ante timore ac tumultu erat plenum, [illegible] tente Domino, [illegible] & [illegible] impletum [illegible]

31 Tunc vero ex amicis Heliodori [illegible] confestim Oniam, vt inuocaret [illegible] tam donaret ei, qui in supremo spiritu [illegible] tutus.

32 Considerans autem summus sacerdos [illegible] suspicaretur malitiam aliquam ex Iudæis [illegible] Heliodorum consummatam, obtulit pro salute [illegible] stiam salutarem.

33 Cumque summus sacerdos exoraret, iidem [illegible] nes eisdẽ vestibus induti, astantes Heliodoro [illegible] runt: Oniæ sacerdoti gratias age, nam propter [illegible] Dominus tibi vitam donauit.

34 Tu autem à Deo flagellatus, nuncia omnibus [illegible] gnalia Dei, & potestatem. Et his dictis, non comparuerunt.

35 Heliodorus autem, hostia Deo oblata, & [illegible] magnis promissis ei, qui viuere illi concessit, & Oniæ gratias agens, recepto exercitu, repedabat ad regem.

36 Testabatur autem omnibus ea quæ sub oculis suis viderat opera magni Dei.

37 Cum autem rex interrogasset Heliodorum, quis esset aptus adhuc semel Ierosolymam mitti, [illegible]

38 Si quem habes hostem, aut regni tui insidiatorem, mitte illuc, & flagellatum eum recipies, si tamen euaserit: eo quod in loco sit vere Dei [illegible] virtus.

39 Nam ipse, qui habet in cælis [illegible] visitator, & adiutor est loci illius, & venientes ad malefaciendum percutit, ac perdit.

40 Igitur de Heliodoro, & ærarij custodia ita res se habet.

CAP. IIII.

1 Simon autem prædictus pecuniarum & patriæ delator malè loquebatur de Onia, tamquam ipse Heliodorum instigasset ad hæc, & ipse fuisset
2 incentor malorum:
Prouisoremque ciuitatis, ac defensorem gentis suæ, & æmulatorem legis Dei audebat insidiatorem regni dicere.
3 Sed, cum inimicitiæ tantum procederent, vt etiam per quosdam Simonis necessarios homicidia fierent:
4 [illegible]
Considerans Onias periculum contentionis, & Apollonium insanire, vtpote ducem Cœlesyriæ, & Phœnices, ad augendam malitiam Simonis, ad regem se contulit,
5 Non vt ciuium accusator, sed communem vtilitatem apud semetipsum vniuersæ multitudinis considerans.
6 Videbat enim sine regali prouidentia impossibile esse pacem rebus dari, nec Simonem posse cessare a stultitia sua.
7 [illegible] Noëlsus appellabatur, ambiebat [illegible] Oniæ summum sacerdotium
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]

Vulgat. Editio.

13 Erat autem hoc non initium, sed incrementum quoddam, & profectus gentilis, & alienigenæ conuersationis, propter impij, & non sacerdotis Iasonis nefarium & inauditum scelus:

14 Ita vt sacerdotes iam non circa altaris officia dediti essent, sed contempto templo, & sacrificijs neglectis, festinarent participes fieri palæstræ, & præbitionis eius iniustæ, & in exercitijs disci.

15 Et patrios quidem honores nihil habentes, Græcas glorias optimas arbitrabantur:

16 Quarum gratia periculosa eos contentio habebat, & eorum instituta æmulabantur, ac per omnia his consimiles esse cupiebant, quos hostes & peremptores habuerant.

17 In leges enim diuinas impie agere impune non cedit: sed hoc tempus sequens declarabit.

18 Cum autem quinquennalis agon Tyri celebraretur, & rex præsens esset,

19 Misit Iason facinorosus ab Ierosolymis viros peccatores, portantes argenti didrachmas trecentas in sacrificium Herculis, quas postulauerunt hi, qui asportauerant, ne in sacrificijs erogarentur, quia non oporteret, sed in alios sumptus eas deputari.

20 Sed hæ oblatæ sunt quidem ab eo, qui miserat, in sacrificium Herculis: propter præsentes autem datæ sunt in fabricam nauium triremium.

21 Misso autem in Ægyptum Apollonio Mnesthei filio propter primates Ptolemæi Philometoris regis, cum cognouisset Antiochus alienum se a negotijs regni effectum, proprijs vtilitatibus consulens, profectus inde venit Ioppen, & inde Ierosolymam.

22 Et magnifice ab Iasone, & ciuitate susceptus cum facularum luminibus, & laudibus ingressus est: & inde in Phœnicen exercitum conuertit.

23 Et post triennij tempus misit Iason Menelaum supradicti Simonis fratrem portantem pecunias regi, & de negotijs necessarijs responsa perlaturum.

24 At ille commendatus regi, cum magnificasset faciem potestatis eius, in semetipsum retorsit summum sacerdotium, superponens Iasoni talenta argenti trecenta.

25 Acceptisque a rege mandatis, venit, nihil quidem habens dignum sacerdotio: animos vero crudelis tyranni, & feræ beluæ iram gerens.

26 Et Iason quidem, qui proprium fratrem captiuauerat, ipse deceptus profugus in Ammanitem expulsus est regionem.

27 Menelaus autem principatum quidem obtinuit: de pecunijs vero regi promissis nihil agebat, cum exactionem faceret Sostratus, qui arci erat præpositus.

28 Nam ad hunc exactio vectigalium pertinebat: quam ob causam vtrique ad regem sunt euocati.

29 Et Menelaus amotus est a sacerdotio, succedente Lysimacho fratre suo: Sostratus autem prælatus est Cyprijs.

30 Et cum hæc agerentur, contigit Tharsenses, & Mallotas seditionem mouere, eo quod Antiochidi regis concubinæ dono essent dati.

31 Festinanter itaque rex venit sedare illos, relicto suffecto vno ex comitibus suis Andronico.

32 Ratus autem Menelaus accepisse se tempus opportunum, aurea quædam vasa e templo furatus donauit Andronico, & alia vendiderat Tyri, & per vicinas ciuitates.

33 Quod cum certissime cognouisset Onias, arguebat eum, ipse in loco tuto se continens Antiochiæ secus Daphnem.

34 Vnde Menelaus accedens ad Andronicum, rogabat vt Oniam interficeret. Qui cum venisset ad Oniam, & datis dextris cum iureiurando (quamuis esset ei suspectus) suasisset de asylo procedere, statim eum peremit, non veritus iustitiam.

35 Ob quam causam non solum Iudæi, sed aliæ quoque nationes indignabantur, & moleste ferebant de nece tanti viri iniusta.

36 Sed regressum regem de Ciliciæ locis adierunt Iudæi apud Antiochiam, simul & Græci, conquerentes de iniqua nece Oniæ.

37 Contristatus itaque animo Antiochus propter Oniam, & flexus ad misericordiam, lacrymas fudit, recordatus defuncti sobrietatem, & modestiam.

38 Accensisque animis, Andronicum purpura exutum, per totam ciuitatem iubet circumduci: & in eodem loco, in quo in Oniam impietatem commiserat, sacrilegum vita priuari, Domino illi condignam retribuente pœnam.

39 Multis autem sacrilegijs in templo a Lysimacho commissis Menelai consilio, & diuulgata fama, congregata est multitudo aduersum Lysimachum multo iam auro exportato.

40 Turbis autem insurgentibus, & animis ira repletis, Lysimachus armatis fere tribus millibus iniquis manibus vti cœpit, duce quodam tyranno, ætate pariter, & dementia prouecto.

41 Sed, vt intellexerunt conatum Lysimachi, alij lapides, alij fustes validos arripuere: quidam vero cinerem in Lysimachum iecere.

42 Et multi quidem vulnerati, quidam autem & prostrati, omnes vero in fugam conuersi sunt:

43 Ipsum etiam sacrilegum secus ærarium interfecerunt.

44 De his ergo cœpit iudicium aduersus Menelaum agitari.

45 Et cum venisset rex Tyrum, & ad ipsum negotium detulerunt missi tres viri a senioribus.

46 Et cum superaretur Menelaus, promisit Ptolemæo multas pecunias dare ad suadendum regi.

47 Itaque Ptolemæus in quodam atrio positum quasi refrigerandi gratia regem adijt, & deduxit a sententia:

48 Et Menelaum quidem vniuersæ malitiæ reum criminibus absoluit: miseros autem, qui etiam si apud Scythas causam dixissent, innocentes iudicarentur, hos morte damnauit.

49 Cito ergo iniustam pœnam dederunt, qui pro ciuitate & populo, & sacris vasis causam prosecuti sunt.

50 Quam ob rem Tyrij quoque indignati, erga sepulturam eorum liberalissimi extiterunt.

51 Menelaus autem propter eorum, qui in potentia erant, auaritiam, permanebat in potestate, crescens in malitia ad insidias ciuium.

CAP. V.

1 EOdem tempore Antiochus secundam profectionem parauit in Ægyptum.

2 Contigit autem per vniuersam Ierosolymorum ciuitatem videri diebus quadraginta per aera equites discurrentes, auratas stolas habentes, & hastis, quasi cohortes, armatos,

3 Et cursus equorum per ordines digestos, & congressiones fieri cominus, & scutorum motus, & galeatorum multitudinem gladijs districtis, & telorum iactus, & aureorum armorum splendorem, omnisque generis loricarum.

4 Quapropter omnes rogabant in bonum monstra conuerti.

5 Sed cum falsus rumor exisset, tanquam vita excessisset Antiochus, assumptis Iason non minus mille viris, repente aggressus est ciuitatem: & ciuibus ad murum conuolantibus ad vltimum apprehensa ciuitate, Menelaus fugit in arcem:

6 Iason vero non parcebat in cæde ciuibus suis, nec cogitabat prosperitatem aduersum cognatos malum esse maximum, arbitrans hostium & non ciuium se trophæa capturum.

7 Et principatum quidem non obtinuit, finem vero insidiarum suarum confusionem accepit, & profugus iterum abijt in Ammaniten.

8 Ad vltimum, in exitium sui conclusus ab Areta Arabum tyranno fugiens de ciuitate in ciuitatem, omnibus odiosus, vt refuga legum execrabilis, vt patriæ & ciuium hostis, in Ægyptum extrusus est:

9 Et qui multos de patria sua expulerat, peregre perijt, Lacedæmonas profectus, quasi pro cognatione ibi refugium habiturus:

10 Et qui insepultos multos abiecerat, ipse & illamentatus, & insepultus abijcitur, sepultura neque peregrina

Oniam vsus

Vulgat Editio.

vsus, neque patrio sepulchro participans.
His itaque gestis, suspicatus est rex societatem de- 11
serturos Iudæos: & ob hoc profectus ex Ægypto ef-
feratis animis, ciuitatem quidem armis cepit.
Iussit autem militibus interficere, nec parcere oc- 12
cursantibus, & per domos ascendentes trucidare.
Fiebant ergo cædes iuuenum, ac seniorum, & mu- 13
lierum, & natorum exterminia, virginumque & par-
uulorum neces.
Erant autem toto triduo octoginta millia interfe- 14
cti, quadraginta millia vincti, non minus autem ve-
nundati.
Sed nec ista sufficiunt: ausus est etiam intrare té- 15
plum vniuersa terra sanctius Menelao ductore, qui
legum, & patriæ fuit proditor:
Et scelestis manibus sumens sancta vasa, quæ ab alijs 16
regibus, & ciuitatibus erant posita ad ornatum loci,
& gloriam, contrectabat indigne, & contaminabat.
Ita alienatus mente Antiochus, non considerabat 17
quod propter peccata habitantium ciuitatem, modi-
cum Deus fuerat iratus: propter quod & accidit circa
locum despectio.
Alioquin nisi cōtigisset eos multis peccatis inuo- 18
lutos, sicut Heliodorus, qui missus est à Seleuco rege
ad expoliandum ærarium, etiam hic statim adue-
niēs flagellatus, & repulsus vtique fuisset ab audacia.
Verum non propter locum, gentem: sed propter 19
gentem, locum Deus elegit.
Ideoque & ipse locus particeps factus est populi 20
malorum: postea autem fiet socius bonorum: & qui
derelictus in ira Dei omnipotentis est, iterum in
magni Domini reconciliatione cum summa gloria
exaltabitur.
Igitur Antiochus mille & octingentis ablatis, de 21
templo talentis, velociter Antiochiam regressus est,
existimans se præ superbia terram ad nauigandam,
pelagus vero ad iter agendum deducturum propter
mentis elationem.
Reliquit autem & præpositos ad affligendam gē- 22
tem: Ierosolymis quidem Philippum genere Phry-
gē, moribus crudeliorē eo ipso, à quo constitutus est,
In Garizim autem Andronicum, & Menelaum, 23
qui grauius, quam cæteri imminebant ciuibus.
Cumque appositus esset contra Iudæos, misit odio- 24
sum principem Apollonium cum exercitu viginti
& duobus millibus, præcipiens ei omnes perfectæ
ætatis interficere, mulieres, ac iuuenes vendere.
Qui cum venisset Ierosolymam, pacem simulans, 25
quieuit vsque ad diem sanctum sabbati: & tunc fe-
riatis Iudæis arma capere suis præcepit.
Omnesque qui ad spectaculum processerant, truci- 26
dauit: & ciuitatem cum armatis discurrens, ingen-
tem multitudinem peremit.
Iudas autem Machabæus, qui decimus fuerat, seces- 27
serat in desertum locum, ibique inter feras vitam in
montibus cum suis agebat: & fœni cibo vescentes,
demorabantur, ne participes essent coinquina-
tionis.

CAP. VI.

SEd non post multum temporis misit rex senē 1
quendam Antiochenum, qui compelleret Iu-
dæos, vt se transferrent à patrijs, & Dei legi-
bus.
Contaminare etiam quod in Ierosolymis erat 2
templum, & cognominare Iouis Olympij: & in
Garizim, prout erant hi, qui locum inhabitabant, Io-
uis hospitalis.
Pessima autem & vniuersis grauis erat malorum 3
incursio:
Nam templum luxuria, & comessationibus Gen- 4
tium erat plenum, & scortantium cum meretricibus:
sacratisque ædibus mulieres se vltro ingerebant, in-
tro ferentes ea, quæ non licebat.
Altare etiam plenum erat illicitis, quæ legibus 5
prohibebantur.
Neque autem sabbata custodiebantur, neque dies 6
solemnes patrij seruabantur, nec simpliciter Iudæum
se esse quisquam confitebatur.
7 Ducebantur autem cum amara necessitate in die
natalis regis ad sacrificia: & cum Liberi sacra cele-
brarentur, cogebantur hedera coronati Libero cir-
cuire.
8 Decretum autem exijt in proximas Gentilium ci-
uitates, suggerentibus Ptolemæis, vt pari modo &
ipsi aduersus Iudæos agerent, vt sacrificarent:
9 Eos autem, qui nollent transire ad instituta Gen-
tium, interficerent: erat ergo videre miseriam.
10 Duæ enim mulieres delatæ sunt natos suos circū-
cidisse, quas, infantibus ad vbera suspensis, cum pu-
blice per ciuitatem circumduxissent, per muros præ-
cipitauerunt.
11 Alij vero, ad proximas coeuntes speluncas, & la-
tenter sabbati diem celebrantes, cum indicati essent
Philippo, flammis succensi sunt, eo quod verebantur
propter religionem, & obseruantiam, manu sibimet
auxilium ferre.
12 Obsecro autem eos, qui hunc librum lecturi sunt,
ne abhorrescant propter aduersos casus, sed repu-
tent, ea, quæ acciderunt, non ad interitum, sed ad
correptionem esse generis nostri.
13 Etenim multo tempore non sinere peccatoribus, ex
sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni
beneficij est indicium.
14 Non enim, sicut in alijs nationibus, Dominus pa-
tienter expectat, vt eas, cum Iudicij dies aduenerit,
in plenitudine peccatorum puniat:
15 Ita & in nobis statuit, vt peccatis nostris in finem
deuolutis, ita demum in nos vindicet.
16 Propter quod numquam quidem à nobis miseri-
cordiam suam amouet: corripiens vero in aduersis
populum suum non derelinquit.
17 Sed hæc nobis ad commonitionem legentium di-
cta sint paucis. Iam autem veniendum est ad narra-
tionem.
18 Igitur Eleazarus vnus de primoribus scribarum,
vir ætate prouectus, & vultu decorus, aperto ore hiās
compellebatur carnem porcinam manducare.
19 At ille gloriosissimam mortem magis quam odi-
bilem vitam complectens, voluntarie præibat ad
supplicium.
20 Intuens autem, quemadmodum oporteret acce-
re, patienter sustinens, destinauit non admittere illi-
cita propter vitæ amorem.
21 Hi autem, qui astabant, iniqua miseratione com-
moti, propter antiquam viri amicitiam, tollentes eū
secreto rogabant afferri carnes, quibus vesci ei lice-
bat, vt simularetur manducasse, sicut rex imperauerat
de sacrificij carnibus:
22 Vt, hoc facto à morte liberaretur: & propter vete-
rem viri amicitiam, hanc in eo faciebant humani-
tatem.
23 At ille cogitare cœpit ætatis, ac senectutis suæ
eminentiam dignam, & ingenitæ nobilitatis canitiē,
atque à puero optimæ conuersationis actus: & se-
cundum sanctæ, & à Deo conditæ legis constituta,
respondit cito, dicens, præmitti se velle in infernū.
24 Non enim ætati nostræ dignum est, inquit, finge-
re: vt multi adolescentium, arbitrantes Eleazarum
nonaginta annorum transisse ad vitam alienigena-
rum:
25 Et ipsi propter meam simulationem, & propter
modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur, &
per hoc maculam, atque execrationem meæ senectu-
ti conquiram.
26 Nam, etsi in præsenti tempore supplicijs hominum
eripiar, sed manum Omnipotentis nec viuus, nec
defunctus effugiam.
27 Quam ob rem fortiter vita excedendo, senectute
quidem dignus apparebo:
28 Adolescentibus autem exemplum forte relin-
quam, si prompto animo, ac fortiter pro grauis-
simis ac sanctissimis legibus honesta morte per-
fungar. His dictis, confestim ad supplicium trahe-
batur.

Hi autem,qui eum ducebant,& paulo ante fuerant 29
mitiores,in iram conuersi sunt propter sermones ab
eo dictos,quos illi per arrogantiam prolatos arbitra-
bantur.
Sed cum plagis perimeretur, ingemuit, & dixit 30
Domine, qui habes sanctam scientiam, manifeste tu
scis,quia,cum à morte possem liberari,duros corpo-
ris sustineo dolores:secundum animam vero propter
timorem tuum libenter hæc patior.
Et iste quidem hoc modo vita decessit,non solum 31
iuuenibus,sed & vniuersæ genti memoriam mortis
suæ ad exemplum virtutis & fortitudinis derelin-
quens.

CAP. VII.

COntigit autem & septem fratres vnà cum 1
matre sua apprehensos compelli à rege ede-
re contra fas carnes porcinas,flagris,& tau-
reis cruciatos.
Vnus autem ex illis,qui erat primus, sic ait:Quid 2
quæris,& quid vis discere à nobis:parati sumus mo-
ri,magis, quam patrias Dei leges præuaricari.
Iratus itaque rex iussit sartagines , & ollas æneas 3
succendi:quibus statim succensis.
Iussit ei,qui prior fuerat locutus,amputari linguã, 4
& cute capitis abstracta, summas quoque manus &
pedes ei præscindi, cæteris eius fratribus , & matre
inspicientibus.
Et cum iam per omnia inutilis factus , esset iussit 5
ignem admoueri, & adhuc spirantem torreri in sar-
tagine:in qua cum diu cruciaretur,cæteri vna cum
matre inuicem se hortabantur mori fortiter.
Dicentes: Dominus Deus aspiciet veritatem, & 6
consolabitur in nobis,
Quemadmodnm in protestatione cantici decla- 7
rauit Moyses: Et in seruis suis consolabitur.
Mortuo itaque illo primo,hoc modo, sequentem
deducebant ad illudendum:& cute capitis eius cum
capillis abstracta interrogabant,si manducaret prius
quam toto corpore per membra singula puniretur.
At ille,respondens patria voce,dixit: Non faciam 8
Propter quod & ille,sequenti loco,primi tormenta
sucepit:
Et in vltimo spiritu constitutus,sic ait: Tu quidẽ 9
scelestissime in præsenti vita nos perdis : sed Rex
mundi defunctos nos pro suis legibus in æternæ
vitæ resurrectione suscitabit.
Post hunc tertius illuditur, & linguam postulatus 10
cito protulit,& manus constanter extendit
Et cum fiducia, ait : E cælo ista possideo sed pro- 11
pter Dei leges nunc hæc ipsa despicio, quoniam ab
ipso me ea recepturum spero:
Ita vt rex,& qui cum ipso erant,mirarentur adole- 12
scentis animum ,.quod tamquam nihilum duceret
cruciatus.
Et hoc ita defuncto ,quartum vexabant similiter 13
torquentes.
Et cum iam esset ad mortem, sic ait:potius est ab 14
hominibus morti datos spem expectare à Deo ite-
rum ab ipso resuscitandos:tibi enim resurrectio ad
vitam non erit.
Et cum admouissent quintum, vexabant eum. At 15
ille,respiciens in eum,
Dixit: Potestatem inter homines habens,cum sis 16
corruptibilis,facis quod vis:noli autem putare ge-
nus nostrum à Deo esse derelictum.
Tu autem patienter sustine , & videbis magnam 17
potestatem ipsius,qualiter te,& semen tuum torque-
bit.
Post hunc ducebant sextum,& is,mori incipiens, 18
sic ait:Noli frustra errare : nos enim propter nos-
metipsos hæc patimur , peccantes in Deum no-
strum , & digna admiratione facta sunt in no-
bis:
Tu autem ne existimes tibi impune futurum, quod 19
contra Deum pugnare tentaueris.
Supra modum autem mater mirabilis? & bonorum 20
memoria digna , quę pereuntes septem filios sub v-
nius diei tempore conspiciens,bono animo ferebat
propter spem,quam in Deum habebat:
21 Singulos illorum hortabatur voce patria fortiter,
repleta sapientia:& femineæ cogitationi masculinũ
animum inserens,
22 Dixit ad eos:Nescio qualiter in vtero meo appa-
ruistis:neque enim ego spiritum & animam donaui
vobis & vitam,& singulorum membra non ego ipsa
compegi,
23 Sed enim mundi Creator, qui formauit hominis
natiuitatem,quique omnium inuenit originem, &
spiritum vobis iterum cum misericordia reddet, &
vitam,sicut nunc vosmetipsos despicitis propter le-
ges eius.
24 Antiochus autem,contemni se arbitratus,simul &
exprobrantis voce despecta: cum adhuc adolescen-
tior superesset,non solum verbis hortabatur,sed &
cum iuramento affirmabat se diuitem & beatum
facturum,& translatum à patrijs legibus amicum ha-
biturum,& res necessarias ei præbiturum.
25 Sed ad hæc cum adolescens nequaquam inclinare-
tur,vocauit rex matrem,& suadebat ei vt adoles-
centi fieret in salutem.
26 Cum autem multis eam verbis esset hortatus,pro-
misit suasuram se filio suo.
27 Itaque inclinata ad illum , irridens crudelem ty-
rannum,ait patria voce. Fili mi,miserere mei,quæ te
in vtero nouem mensibus portaui,& lac triennio de-
di & alui,& in ætatem istam perduxit
28 Peto,nate , vt aspicias ad cælum & terram , & ad
omnia quæ in eis sunt:& intelligas ,ex nihilo fecit
illa Deus,& hominum genus:
29 Ita fiet,vt non timeas carnificem istum,sed dignus
fratribus tuis effectus particeps,suscipe mortem , vt
in illa miseratione cum fratribus tuis te recipiam.
30 Cum hæc illa adhuc diceret,ait adolescens. Quẽ
sustinetis?non obedio præcepto regis, sed precepto
legis,quæ data est nobis per Moysen.
31 Tu vero,qui inuentor omnis malitiæ factus es in
Hebræos,non effugies manum Dei.
32 Nos enim pro peccatis nostris hæc patimur.
33 Et si nobis propter increpationem,.& correptio-
nem, Dominus. Deus noster modicum iratus est:
sed iterum reconciliabitur seruis suis.
34 Tu autem,o scelest e,& omnium hominum flagi-
tiosissime,noli frustra extolli vanis spebus in seruos
eius inflammatus.
35 Nondum enim omnipotentis Dei, & omnia in-
spicientis,iudicium effugisti.
36 Nam fratres mei,modico nunc dolore sustentato,
sub testamento æternę vitę effecti sunt:tu vero iudi-
cio Dei iustas superbię tuę pœnas exolues.
37 Ego autem,sicut & fratres mei,animam,& corpus
meum trado pro patriis legibus : inuocans Deum
38 maturius genti nostrę propitium fieri , teque cum
tormentis & verberibus confiteri quod ipse est
Deus solus.
39 In me vero & in fratribus meis desinet omnipo-
tentis ira,quę super omne genus nostrum iuste su-
perducta est.
40 Tunc rex accensus ira in hunc super omnes cru-
delius desęuit,indignè ferens se derisum.
41 Et hic itaque mundus obiit, per omnia in Domi-
no confidens.
Nouissime autem post filios & mater consumpta
est.
42 Igitur de sacrificiis , & de nimiis crudelitatibus
satis dictum est:

CAP. VIII.

1 IVdas vero Machabęus,&qui cum illo erant,in-
troibant latenter in castella :& conuocantes co-
gnatos,& amicos, & eos,qui permanserunt in
Iudaismo,assumentes,eduxerunt ad se sex millia vi-
rorum.

Vulgat. Editio.

2 Et inuocabant Dominum, vt respiceret in populum,qui ab omnibus calcabatur:& misereretur templo,quod contaminabatur ab impijs.

3 Misereretur etiam exterminio ciuitatis, quæ esset illico complananda,& vocem sanguinis ad se clamantis audiret.

4 Memoraretur quoque iniquissimas mortes paruulorum innocentum,& blasphemias nomini suo illatas,& indignaretur super his.

5 At Machabæus,congregata multitudine, intolerabilis gentibus efficiebatur:ira enim Domini in misericordiam conuersa est.

6 Et superueniens castellis, & ciuitatibus improuisus,succendebat eas:& oportuna loca occupans, non paucas hostium strages dabat:

7 Maxime autem noctibus ad huiuscemodi excursus ferebatur,& fama virtutis eius vbique diffundebatur.

8 Videns autem Philippus paulatim virum ad profectum venire,ac frequentius res ei cedere prospere ad Ptolemæum ducem Cœlesyriæ,& Phœnicis scripsit vt auxilium ferret regis negotiis.

9 At ille velociter misit Nicanorem Patrocli de primoribus amicum, datis eis de permistis gentibus armatis non minus viginti millibus, vt vniuersum Iudæorum genus deleret, adiuncto ei & Gorgia viro militari,& in bellicis rebus experientissimo.

10 Constituit autem Nicanor,vt regi tributum, quod Romanis erat dandum,duo millia talentorum de captiuitate Iudæorum suppleret.

11 Statimque ad maritimas ciuitates misit, conuocans ad coemptionem Iudaicorum mancipiorum, promittens se nonaginta mancipia talento distracturum,non respiciens ad vindictam, quę eum ab omnipotente esset consecutura,

12 Iudas autem vbi comperit, indicauit his, qui secum erant,Iudęis Nicanoris aduentum,

13 Ex quibus quidam formidantes,& non credentes, Dei iustitię,in fugam vertebantur:

14 Alij vero si quid eis superérat vendebant, simulque Dominum deprecabantur, vt eriperet eos ab impio Nicanore,qui eos prius quam cominus veniret,vendiderat.

15 Et si non propter eos , propter testamentum tamen quod erat ad patres eorum, & propter inuocationem sancti & magnifici nominis eius super ipsos,

16 Conuocatis autem Machabeus septem millibus, qui cum ipso erant,rogabat ne hostibus reconciliarentur,neque metuerent iniquè venientium aduersum se hostium multitudinem, sed fortiter contenderent,

17 Ante oculos habentes contumeliam, quæ loco sancto ab his iniuste esset illata,itemque & ludibrio habitæ ciuitatis iniuriam, adhuc etiam veterum instituta conuulsa.

18 Nam illi quidem armis confidunt:ait, simul & audacia: nos autem in omnipotente Domino, qui potest & venientes aduersum nos,& vniuersum mundum vno nutu delere,confidimus.

19 Admonuit autem eos & de auxiliis Dei,quæ facta sunt erga parentes:& * quod sub Sennacherib centum octoginta quinque millia perierunt:

*Reg. 19.46. Iob 1 21. Eccl 48 24 1. Mac. 7. 41 Isa. 37. 36.

20 Et de prælio, quod eis aduersus Galatas fuit in Babylonia,vt omnes, vbi ad rem ventum est, Macedonibus socijs hæsitantibus, ipsi sex millia soli peremerunt centum viginti millia propter auxilium illis datum de cælo,& beneficia pro his plurima consecuti sunt.

12 His verbis constantes effecti sunt, & pro legibus & patria mori parati.

22 Constituit itaque fratres suos duces vtrique ordini Simonem, & Iosephum, & Ionathan, subiectis vnicuique millenis & quingentenis.

23 Ad hoc etiam ab Esdra lecto illis sancto libro, & dato signo adiutorij Dei, in prima acie ipse dux, commisit cum Nicanore.

24 Et facto sibi adiutore omnipotente, interfecerunt super nouem millia hominum:maiorem autem partem exercitus Nicanoris vulneribus debilem factam fugere compulerunt.

25 Pecunijs vero eorum,qui ad emptionem ipsorum venerant,sublatis, ipsos vsquequaque persecuti sunt,

26 Sed reuersi sunt hora conclusi:nam erat ante sabbatum: quam ob causam non perseuerauerunt insequentes.

27 Arma autem ipsorum, & spolia congregantes,sabbatum agebant, benedicentes Dominum,qui liberauit eos in isto die, misericordiæ initium stillans in eos.

28 Post sabbatum vero debilibus,& orphanis , & viduis diuiserunt spolia : & residua ipsi cum suis habuere.

29 His itaque gestis & communiter ab omnibus facta obsecratione,misericordem Dominum postulabant,vt in finem seruis suis reconciliaretur.

30 Et ex his, qui cum Timotheo , & Bacchide erant contra se contendentes,super viginti millia interfecerunt,& munitiones excelsas obtinuerunt: & plures prædas diuiserunt,æquam portionem debilibus pupillis,& viduis;sed & senioribus facientes.

31 Et cum arma eorum diligenter collegissent omnia composuerunt in locis opportunis residua vero spolia Ierosolymam detulerunt.

32 Et Philarchen,qui cum Timotheo erat,interfecerunt,virum scelestum , qui in multis Iudæos afflixerat.

33 Et cum epinicia agerent Ierosolymis,eum,qui sacras ianuas incenderat,idest, Callisthenem , cum in quoddam domicilium refugisset,incenderunt,digna ei mercede pro impietatibus suis reddita.

34 Facinorosissimus autem Nicanor,qui mille negotiantes ad Iudæorum venditionem adduxerat.

35 Humiliatus auxilio Domini ab his, quos nullos existimauerat, deposita veste gloriæ, per mediterranea fugiens, solus venit Antiochiam,summam infelicitatem de interitu sui exercitus consecutus.

36 Et qui promiserat Romanis se tributum restituere de captiuitate Ierosolymorum, prædicabat nunc protectorem Deum habere Iudæos, & ob ipsum inuulnerabiles esse,eo quod sequerentur leges ab ipso constitutas.

CAP. IX.

1 EOdem tempore Antiochus inhoneste reuertebatur de Perside.

2 Intrauerat enim in eam quæ dicitur Persepolis,& tentauit expoliare templum,& ciuitatem opprimere:sed multitudine ad arma concurrente, in fugam versi sunt: & ita contigit vt Antiochus post fugam turpiter rediret.

3 Et cum venisset circa Ecbatanam recognouit quæ erga Nicanorem,& Timotheum gesta sunt.

4 Elatus autem in ira,arbitrabatur se iniuriam illorum,qui se fugauerant,posse in Iudæos retorquere: ideoque iussit agitari currum suum,sine intermissione agens iter, cælesti eum iudicio perurgente, eo quod ita superbè locutus est se venturum Ierosolymam,& congeriem sepulchri Iudæorum eam facturum.

5 * Sed qui vniuersa conspicit Dominus Deus Israel,percussit eum insanabili, & inuisibili plaga. Vt enim finiuit hunc ipsum sermonem, apprehendit eum dolor dirus viscerum,& amara internorum tormenta. *2 Pa. 16.9

6 Et quidem satis iuste,quippe qui multis, & nouis cruciatibus aliorum torserat viscera,licet ille nullo modo à sua malitia cessaret.

7 Super hoc autem superbia repletus,ignem spirans animo in Iudæos, & præcipiens accelerari negotium, contigit illum impetu euntem de curru cadere,& graui corporis collisione membra vexari:

8 Itaque qui sibi videbatur etiam fluctibus maris imperare,& supra humanum modum superbia repletus, & montium altitudines in statera appendere, nunc humiliatus ad terram in gestatorio portabatur

Digitized by Google

tur, manifeſtam Dei virtutem in ſemetipſo conte-
ſtans.
Ita vt de corpore impij vermes ſcaturirent, ac vi- 9
uentis in doloribus carnes eius effluerent, odore
etiam illius & fœtore exercitus grauaretur.
Qui paulo ante ſidera cæli contingere ſe arbitra- 10
batur, eum nemo poterat propter intolerantiam fœ-
toris portare.
Hinc igitur cæpit ex graui ſuperbia deductus ad 11
agnitionem ſui venire, diuina admonitus plaga,
per momenta ſingula doloribus ſuis augmenta ca-
pientibus.
Et cum nec ipſe iam fœtorem ſuum ferre poſſet, 12
ita ait: Iuſtum eſt ſubditum eſſe Deo, & mortalem
non paria Deo ſentire.
Orabat autem hic ſceleſtus Dominum, à quo non 13
eſſet miſericordiam conſecuturus.
Et ciuitatem, ad quam feſtinans veniebat vt eam 14
ad ſolum deduceret, ac ſepulchrum congeſtorum fa-
ceret, nunc optat liberam reddere:
Et Iudæos, quos nec ſepultura quidem ſe dignos 15
habiturum, ſed auibus ac feris diripiendos traditu-
rum, & cum paruulis exterminaturum dixerat, æqua-
les nunc Athenienſibus facturum pollicetur:
Templum etiam ſanctum, quod prius expoliaue- 16
rat, optimis donis ornaturum, & ſancta vaſa multi-
plicaturum, & pertinentes ad ſacrificia ſumptus de
redditibus ſuis præſtaturum:
Super hæc, & Iudæum ſe futurum, & omnem lo- 17
cum terræ perambulaturum, & prædicaturum Dei
poteſtatem.
Sed non ceſſantibus doloribus (ſuperuenerat enim 18
in eum iuſtum Dei iudicium) deſperans ſcripſit ad
Iudæos in modum deprecationis epiſtolam hæc
continentem:
OPTIMIS ciuibus Iudæis plurimam ſalutem, 19
& bene valere, & eſſe felices, rex & princeps Antio-
chus.
Si bene valetis, & filij veſtri, & ex ſententia vo- 20
bis cuncta ſunt, maximas agimus gratias.
Et ego in infirmitate conſtitutus, veſtri autem 21
memor benigne reuerſus de Perſidis locis & infir-
mitate graui apprehenſus, neceſſarium duxi pro
communi vtilitate curam habere:
Non deſperans memetipſum, ſed ſpem multam 22
habens effugiendi infirmitatem.
Reſpiciens autem quod & pater meus, quibus 23
temporibus in locis ſuperioribus ducebat exerci-
tum, oſtendit qui poſt ſe ſuſciperet principatum: vt
ſi quid contrarium accideret, aut difficile nunciare-
tur, ſcientes hi, qui in regionibus erant, cui eſſet re-
rum ſumma derelicta, non turbarentur.
Ad hæc, conſiderans de proximo potentes quoſ-
que, & vicinos temporibus inſidiantes, & euentum 24
expectantes, deſignaui filium meum Antiochum re-
gem, quem ſæpe recurrens in ſuperiora regna multis
veſtrum commendabam: & ſcripſi ad eum quæ ſubie-
cta ſunt.
Oro itaque vos, & peto memores beneficiorum 25
publicè & priuatim, vt vnuſquiſque conſeruet fidem
ad me & ad filium meum.
Confido enim, eum modeſtè & humanè actu- 26
rum, & ſequentem propoſitum meum, & commu-
nem vobis fore.
Igitur homicida, & blaſphemus peſſimè percuſſus, 27
& vt ipſe alios tractauerat, peregrè in montibus mi-
ſerabili obitu vita functus eſt.
Transferebat autem corpus Philippus collactaneus 28
eius: qui, metuens filium Antiochi, ad Ptolemæum
Philometorem in Ægyptum abijt.

CAP. X.

1 MAchabæus autem, & qui cum eo erant, Do-
mino ſe protegente, templum quidem, &
ciuitatem recepit:
2 Aras autem, quas alienigenæ per plateas extruxe-
rant, itemque delubra demolitus eſt.
3 Et purgato templo, aliud altare fecerunt: & de ig-
nitis lapidibus igne concepto ſacrificia obtulerunt
poſt biennium, & incenſum, & lucernas, & panes
propoſitionis poſuerunt.
4 Quibus geſtis, rogabant Dominum proſtrati in
terram, ne amplius talibus malis inciderent: ſed &,
ſi quando peccaſſent, vt ab ipſo mitius corriperen-
tur, & non barbaris, ac blaſphemis hominibus tra-
derentur.
5 Qua die autem templum ab alienigenis pollutum
fuerat, contigit eadem die purificationem fieri, vi-
geſimaquinta menſis, qui in Caſleu.
6 Et cum lætitia diebus octo egerunt in modum
tabernaculorum, recordantes quod ante modicum
temporis diem ſolemnem tabernaculorum in mon-
tibus, & in ſpeluncis more beſtiarum egerant.
7 Propter quod thyrſos, & ramos virides, & pal-
mas præferebant ei, qui proſperauit mundari locum
ſuum.
8 Et decreuerunt communi præcepto, & decreto,
vniuerſæ genti Iudæorum omnibus annis agere dies
9 iſtos.
Et Antiochi quidem, qui appellatus eſt Nobilis,
10 vita exceſſus ita ſe habuit.
Nunc autem de Eupatore Antiochi impij filio,
breuiantes mala, quæ in bellis quæ geſta ſunt nar-
rabimus, geſta ſunt.
11 Hic enim ſuſcepto regno, conſtituit ſuper negotia
regni Lyſiam quendam, Phœnicis, & Syriæ militiæ
principem.
12 Nam Ptolemæus, qui dicebatur Macer, iuſti te-
nax, erga Iudæos eſſe conſtituit, & præcipuè propter
iniquitatem, quæ facta erat in eos, & pacifice agere
cum eis.
13 Sed ob hoc accuſatus ab amicis apud Eupatorem,
cum frequenter proditor audiret, eo quod Cyprum
creditam ſibi à Philometore deſeruiſſet: & ad An-
tiochum Nobilem tranſlatus etiam ab eo receſſiſſet,
veneno vitam finiuit.
14 Gorgias autem, cum eſſet dux locorum, aſſumptis
aduenis frequenter Iudæos debellabat.
15 Iudæi vero, qui tenebant opportunas munitiones,
fugatos ab Ieroſolymis ſuſcipiebant, & bellare ten-
tabant.
16 Hi vero, qui erant cum Machabæo, per orationes
Dominum rogantes vt eſſet ſibi adiutor, impetum
fecerunt in munitiones Idumæorum:
17 Multaque vi inſiſtentes, loca obtinuerunt, occur-
rentes interemerunt, & omnes ſimul non minus vi-
ginti millibus trucidauerunt.
18 Quidam autem, cum confugiſſent in duas turres
valde munitas, omnem apparatum ad repugnandum
habentes,
19 Machabæus ad eorum expugnationem, relicto Si-
mone, & Ioſepho, itemque Zachæo: eiſque qui cum
ipſis erant ſatis multis, ipſe ad eas, quæ amplius per-
urgebant, pugnas conuerſus eſt.
20 Hi vero, qui cum Simone erant, cupiditate ducti,
à quibuſdam, qui in turribus erant, ſuaſi ſunt pecu-
nia: & ſeptuaginta millibus didrachmis acceptis, di-
miſerunt quoſdam effugere.
21 Cum autem Machabæo nunciatum eſſet quod fa-
ctum eſt, principibus populi congregatis, accuſauit,
quod pecunia fratres vendidiſſent, aduerſarijs eo-
rum dimiſſis.
22 Hos igitur proditores factos interfecit, & confe-
ſtim duas turres occupauit.
23 Armis autem ac manibus omnia proſperè agendo

Digitized by Google

Vulgat. Editio

in duabus munitionibus plus quàm viginti millia peremit.

24 At Timotheus, qui prius à Iudæis fuerat superatus, conuocato exercitu peregrinæ multitudinis, & congregato equitatu Asiano, aduenit quasi armis Iudæam capturus.

25 Machabæus autem, & qui cum ipso erant, appropinquante illo, deprecabantur Dominum, caput terra aspergentes, lumbosque cilicijs præcincti,

26 Ad altaris crepidinem prouoluti, vt sibi propitius, inimicis autem eorum esset inimicus, & aduersarijs aduersaretur, sicut lex dicit.

27 Et ita post orationem, sumptis armis, longius de ciuitate procedentes, & proximi hostibus effecti resederunt.

28 Primo autem solis ortu vtrique commiserunt: isti quidem victoriæ, & prosperitatis sponsorem cum virtute Dominum habentes: illi autem ducem belli animum habebant.

29 Sed, cum vehemens pugna esset, apparuerunt aduersarijs de cælo viri quinque in equis, frænis aureis decori, ducatum Iudæis præstantes:

30 Ex quibus duo Machabæum medium habentes, armis suis circumseptum incolumen conseruabant: in aduersarios autem tela, & fulmina iaciebant ex, quo & cæcitate confusi, & repleti perturbatione cadebant.

31 Interfecti sunt autem viginti millia quingenti, & equites sexcenti.

32 Timotheus vero confugit in Gazaram præsidium munitum, cui præerat Cheræas

33 Machabæus autem, & qui cum eo erant, lætantes obsederunt præsidium diebus quattuor.

44 At hi, qui intus erant, loci firmitate confisi, supra modum maledicebant, & sermones nefandos iactabant.

35 Sed cum dies quinta illucesceret, viginti iuuenes ex his, qui cum Machabæo erant, accensi animis propter blasphemiam, viriliter accesserunt ad murum, & feroci animo incedentes ascendebant:

36 Sed & alij similiter ascendentes, turres: portasque succendere aggressi sunt, atque ipsos maledicos viuos concremare.

37 Per continuum autem biduum præsidio vastato, Timotheum occultantem se in quodam repertum loco peremerunt: & fratrem illius Chæream, & Apollophanem occiderunt.

38 Quibus gestis, in hymnis & confessionibus benedicebant Dominum, qui magna fecit in Israel, & victoriam dedit illis.

CAP. XI.

1 SEd paruo post tempore, Lysias procurator regis, & propinquus, ac negotiorum præpositus, grauiter ferens de his, quæ acciderant,

2 Congregatis octoginta millibus, & equitatu vniuerso, veniebat aduersus Iudæos, existimans se ciuitatem quidem captam Gentibus habitaculum facturum,

3 Templum vero in pecuniæ quæstum, sicut cætera delubra Gentium, habiturum, & per singulos annos venale sacerdotium:

4 Nusquam recogitans Dei potestatem sed mente effrænatus in multitudine peditum, & in millibus equitum; & in octoginta elephantis confidebat.

5 Ingressus autem Iudæam, & appropians Bethsuræ, quæ erat in angusto loco, ab Ierosolyma interuallo quinque stadiorum illud præsidium expugnabat.

6 Vt autem Machabæus, & qui cum eo erant, cognouerunt expugnari præsidia, cum fletu & lachrymis rogabant Dominum, & omnis turba simul, vt bonum angelum mitteret ad salutem Israel.

7 Et ipse primus Machabæus sumptis armis, cæteros adhortatus est simul secum periculum subire, & ferre auxilium fratribus suis.

8 Cumque pariter prompto animo procederent Ierosolymis apparuit præcedens eos eques in veste candida, armis aureis hastam vibrans.

9 Tunc omnes simul benedixerunt misericordem Dominum, & conualuerunt animis: non solum homines, sed & bestias ferocissimas, & muros ferreos parati penetrare.

10 Ibant igitur prompti, de cælo habentes adiutorem, & miserantem super eos Dominum.

11 Leonum autem more impetu irruentes in hostes, prostrauerunt ex eis vndecim millia peditum, & equitum mille sexcentos:

12 Vniuersos autem in fugam verterunt, plures autem ex eis vulnerati nudi euaserunt. Sed & ipse Lysias turpiter fugiens euasit.

13 Et quia non insensatus erat, secum ipse reputans, factam erga se diminutionem, & intelligens inuictos esse Hebræos, omnipotentis Dei auxilio innitentes, misit ad eos

14 Promisitque se consensurum omnibus, quæ iusta sunt, & regem compulsurum amicum fieri.

15 Annuit autem Machabæus precibus Lysiæ, in omnibus vtilitati consulens: & quęcumque Machabæus scripsit Lysię de Iudęis, ea rex concessit.

16 Nam erant scriptæ Iudæis epistolæ à Lysia quidem hunc modum continentes:

17 LYSIAS populo Iudæorum salutem.

18 Ioannes, & Abesalon, qui missi fuerant à vobis, tradentes scripta postulabant vt ea, quę per illos significabantur, implerem.

19 Quęcumque igitur regi potuerunt perferri, exposui: & quę res permittebat, concessit.

20 Si igitur in negotijs fidem conseruaueritis, & deinceps bonorum vobis causa esse tentabo.

21 De cæteris autem per singula verbo mandaui & istis, & his, qui à me missi sunt, colloqui vobiscum.

22 Bene valete. Anno centesimo quadragesimo octauo mensis Dioscori, die vigesima & quarta.

23 Regis autem epistola ista continebat: REX Antiochus Lysię fratri salutem.

24 Patre nostro inter deos translato, nos volentes eos, qui sunt in regno nostro sine tumultu agere, & rebus suis adhibere diligentiam,

25 Audiuimus Iudæos non consensisse patri meo, vt transferrentur ad ritum Græcorum, sed tenere velle suum institutum, ac propterea postulare à nobis concedi sibi legitima sua.

26 Volentes igitur hanc quoque gentem quietam esse statuentes iudicauimus, templum restitui illis, vt agerent secundum suorum maiorum consuetudinem.

27 Bene igitur feceris, si miseris ad eos, dexteram dederis: vt cognita nostra voluntate, bono animo sint, & vtilitatibus proprijs deseruiant.

28 Ad Iudæos vero regis epistola talis erat:

29 REX Antiochus senatui Iudæorum, & cæteris Iudæis salutem.

03 Si valetis, sic estis vt volumus: sed & ipsi bene valemus.

31 Adijt nos Menelaus, dicens velle vos descendere ad vestros, qui sunt apud nos.

32 His igitur, qui commeant vsque ad diem trigesimum mensis Xanthici, damus dextras securitatis.

33 Vt Iudęi vtantur cibis, & legibus suis, sicut & prius: & nemo eorum vllo modo molestiam patiatur de his, quæ per ignorantiam gesta sunt.

34 Misimus autem & Menelaum, qui vos alloquatur.

53 Valete. Anno centesimo quadragesimo octauo, Xanthici mensis quintadecima die.

36 Miserunt autem etiam Romani epistolam, ita se habentem:

37 QVINTVS Memmius, & Titus Manilius legati Romanorum, populo Iudæorum salutem.

18 De his, quæ Lysias cognatus regis concessit vobis, & nos concessimus.

39 De quibus autem ad regem iudicauit referendum,

confestim aliquem mittite, diligentius inter vos
conferentes, vt decernamus, sicut congruit vobis:
nos enim Antiochiam accedimus.
Ideoque festinate rescribere, vt nos quoque scia- 37
mus cuius estis voluntatis.
Bene valete. Anno centesimo quadragesimo octa- 38
uo, quintadecima die mensis Xanthici.

CAP. XII.

His factis pactionibus, Lysias pergebat ad re-
gem, Iudæi autem agriculturæ operam da- 1
bant.
Sed hi, qui resederant, Timotheus, & Apollonius
Gennæi filius, sed & Hieronymus, & Demophon 2
super hos & Nicanor Cypriarches, non sinebant eos
in silentio agere, & quiete.
Ioppitæ vero tale quoddam flagitium perpetra- 3
runt: rogauerunt Iudæos, cum quibus habitabant,
ascendere scaphas, quas parauerant, cum vxoribus,
& filijs, quasi nullis inimicitijs inter eos sub, acenti-
bus.
Secundum commune itaque decretum ciuitatis, & 4
ipsis acquiescentibus, pacisque causa nihil suspectum
habentibus: cum in altum processissent, submerse-
runt non minus ducentos.
Quam crudelitatem Iudas in suæ gentis homines 5
factam vt cognouit, præcepit viris, qui erant cum
ipso: & inuocato iusto iudice Deo,
Venit aduersus interfectores fratrum, & portum 6
quidem noctu succendit, scaphas exussit, eos autem,
qui ab igne refugerant, gladio peremit.
Et cum hæc ita egisset, discessit quasi iterum re- 7
uersurus, & vniuersos Ioppitas eradicaturus.
Sed cum cognouisset & eos, qui erant Iamniæ, 8
velle pari modo facere habitantibus secum Iudæis.
Iamnitis quoque nocte superuenit, & portum cũ 9
nauibus succendit ita vt lumen ignis appareret Ie-
rosolymis à stadijs ducentis quadraginta.
Inde cum iam abijssent nouem stadijs, & iter fa- 10
cerent ad Timotheum, commiserunt cum eo Arabes
quinque millia viri, & equites quingenti.
Cumque pugna valida fieret, & auxilio Dei pro- 11
spere cessisset, residui Arabes victi, petebant à Iuda
dextram sibi dari, promittentes se pascua daturos, &
& in cæteris profuturos.
Iudas autem, arbitratus vere in multis eos vtiles, 12
promisit pacem: dextrisque acceptis, discessere ad ta-
bernacula sua.
Aggressus est autem & ciuitatem quandam fir- 13
mam pontibus murisque circumseptam, quæ à turbis
habitabatur gentium promiscuarum, cui nomen
Casphin.
Hi vero, qui intus erant, confidentes in stabilitate 14
murorum, & apparatu alimoniarum, remissius age-
bant, maledictis lacessentes Iudam, & blasphemãtes,
ac loquentes quæ fas non est.
Machabæus autem, inuocato magno mundi Prin- 15
cipe, qui sine arietibus, & machinis *tẽporibus Iesu *Iosu. 6
præcipitauit Iericho, irruit ferociter muris:
Et capta ciuitate per Domini voluntatem innu- 16
merabiles cædes fecit: ita vt adiacens stagnum sta-
diorum duorum latitudinis, sanguine interfectorum
fluere videretur.
Inde discesserunt stadia septingenta quinquagin- 17
ta, & venerunt in Characa ad eos, qui dicunt Tubia-
nei, Iudæos:
Timotheum quidem illis locis non comprehen- 18
derunt, nulloque negotio perfecto regressus est, re-
licto in quodam loco firmissimo præsidio.
Dositheus autem, & Sosipater, qui erant duces cum 19
Machabæo, peremerunt à Timotheo relictos in
præsidio, decem millia viros.
At Machabæus, ordinatis circum se sex millibus, 20
& constitutis per cohortes, aduersus Timotheum
processit, habentem secum centum viginti millia
peditum, equitumque duo millia quingentos.

21 Cognito autem Iudæ aduentu, Timotheus præ-
misit mulieres, & filios, & reliquum apparatum, in
præsidium, quod Carnion dicitur: erat enim inex-
pugnabile, & accessu difficile propter locorum an-
gustias.
22 Cumque cohors Iudæ prima apparuisset, timor
hostibus incussus est, ex præsentia Dei, qui vniuersa
conspicit, & in fugam versi sunt alius ab alio, ita vt
magis à suis deijcerentur, & gladiorum suorum ictī-
bus debilitarentur.
23 Iudas autem vehementer instabat puniens pro-
fanos, & prostrauit ex eis triginta millia virorum.
24 Ipse vero Timotheus incidit in partes Dosithei,
& Sosipatris: & multis precibus postulabat vt viuus
dimitteretur, eo quod multorum ex Iudæis paren-
tes haberet, ac fratres, quos morte eius decipi eue-
niret.
25 Et cum fidem dedisset restituturum se eos secun-
dum constitutum, illæsum eum dimiserunt propter
fratrum salutem.
26 Iudas autem egressus est ad Carnion, interfectis
viginti quinque millibus.
27 Post horum fugam, & necem, mouit exercitum ad
Ephon ciuitatem munitam, in qua multitudo di-
uersarum gentium habitabat: & robusti iuuenes pro
muris consistentes fortiter repugnabant: in hac au-
tem machinæ multę, & telorum erat apparatus.
28 Sed, cum Omnipotentem inuocassent, qui potesta-
te sua vires hostium confringit, ceperunt ciuitatem:
& ex eis, qui intus erant, viginti quinque millia
prostrauerunt.
29 Inde ad ciuitatem Scytharum abierunt, quæ ab Ie-
rosolymis sexcentis stadijs aberat.
30 Contestantibus autem his, qui apud Scythopoly-
tas erant, Iudæis, quod benignè ab eis haberentur,
etiam temporibus infelicitatis quod modestè se-
cum egerint:
31 Gratias agentes eis, & exhortati etiam de cætero
erga genus suum benignos esse, venerunt Ierosoly-
mam die solemni septimanarum instante.
32 Et post Pentecosten abierunt contra Gorgiam
præpositum Idumeę.
33 Exiuit autem cum peditibus tribus millibus, &
equitibus quadringentis.
34 Quibus congressis, cõtigit paucos ruere Iudęorũ.
35 Dositheus vero quidam de Bacenoris eques, vir
fortis, Gorgiam tenebat: &, cum vellet illum capere
viuum, eques quidam de Thracibus irruit in eum,
humerumque eius amputauit: atque ita Gorgias ef-
fugit in Maresa.
36 At illis, qui cum Esdrin erant, diutius pugnanti-
bus & fatigatis, inuocauit Iudas Dominum adiuto-
rem, & ducem belli fieri:
37 Incipiens voce patria, & cum hymnis clamorem
extollens, fugam Gorgię militibus incussit.
38 Iudas autem collecto exercitu venit in ciuitatem
Odollam: &, cum septima dies superueniret, secun-
dum consuetudinem purificati, in eodem loco sab-
batum egerunt.
39 Et sequenti die venit cum suis Iudas, vt corpora
prostratorum tolleret, & cum parentibus poneret in
sepulchris paternis.
40 Inuenerunt autem sub tunicis interfectorum de
donarijs idolorum, quę apud Iamniam fuerunt, *Deu.
* à quibus lex prohibet Iudæos: omnibus 7.25.
ergo manifestum factum est, ob hanc causam eos
corruisse.
41 Omnes itaque benedixerunt iustum iudicium
Domini, qui occulta fecerat manifesta.
42 Atque ita ad preces conuersi, rogauerunt vt id,
quod factum erat delictum obliuioni traderetur. At
vero fortissimus Iudas hortabatur populum con-
seruare se sine peccato, sub oculis videntes quæ facta
sunt pro peccatis eorum, qui prostrati sunt.
43 Et facta collatione, duodecim millia drachmas ar-
genti misit Ierosolymam offerri pro peccatis mor-
tuorum sacrificium, bene & religiose de resurrectio-
ne cogitans.
44 (Nisi enim eos, qui ceciderant, resurrecturos spera-

Cogni- ret.

Digitized by Google

igitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google